BIBLIOTECA NAZ.
141
L
10
NAPOLI

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
141
L
10
NAPOLI

Digitized by Google

97 h 10

Digitized by Google

IOANNIS DŁVGOSSI

SEV

LONGINI

HISTORIÆ POLONICÆ

TOMVS SECVNDVS.

Digitized by Google

IOANNIS DŁVGOSSI

SEV

LONGINI

CANONICI QVONDAM CRACOVIENSIS

HISTORIÆ POLONICÆ

LIBER XIII ET VLTIMVS

IN MSCTIS CODICIBVS TANTVM NON OMNIBVS
DESIDERATVS, NVNC TANDEM IN LVCEM PVBLICAM
PRODVCTVS

EX BIBLIOTHECA

HENRICI L. B. AB HVYSSEN
RVSSORVM CÆSARI A CONSILIIS INTIMIS,
BELLICIS ET IVSTITIÆ &c.

ACCEDVNT OB MATERIÆ AFFINITATEM

LIBRI HACTENVS RARISSIMI:

I. VINCENTII KADŁVBKONIS HISTORIA
POLONICA CVM COMMENTARIO ANONYMI.

II. STANISLAI SARNICII ANNALES, SEV
DE ORIGINE ET REBVS GESTIS POLONORVM
ET LITVANORVM LIBRI VIII.

III. STANISLAI ORICHOVII, OKSZI, ANNALES
POLONICI AB EXCESSV SIGISMVNDII CVM VITA
PETRI KMITHÆ.

IV. ILLVSTRIVM VIRORVM EPISTOLÆ IN TRES
LIBROS DIGESTÆ, OPERA STANISLAI CARNCOVII.

V. STANISLAI SARNICII DESCRIPTIO VETERIS
ET NOVÆ POLONIÆ, ITEMQVE RVSSIÆ
ET LIVONIÆ.

ADIECTI SVNT INDICES NECESSARII.

TOMVS SECVNDVS.

B. R. NEAPOLIS

LIPSIÆ, SVMPTIBVS IO. LVDOV. GLEDITSCHII
& MAVRITII GEORGII WEIDMANNI.
ANNO M DCC XII.

Digitized by Google

SERENISSIMO
ET
POTENTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,
DOMINO
AVGVSTO
SECVNDO,
POLONIARVM
REGI,
MAGNO DVCI LITHVANIÆ, RVSSIÆ, PRVSSIÆ, MAZOVIÆ, SAMOGITIÆ, KIOVIÆ, VOLHINIÆ, PODOLIÆ, PODLACHIÆ, LIVONIÆ, SMOLENSKIÆ, SEVERIÆ, CZERNICHOVIÆ ETC.

NEC NON

DVCI SAXONIÆ, IVLIACI, CLIVIÆ, MONTIVM, ANGRIÆ, ET WESTPHALIÆ, SACRI ROMANI IMPERII ARCHI-MARESCHALLO ET ELECTORI, LANDGRAVIO THVRINGIÆ, MARCHIONI MISNIÆ, SVPERIORIS INFERIORISQVE LVSATIÆ, BVRGGRAVIO MAGDEBVRGI, COMITI PRINCIPALI HENNEBERGICO, COMITI MARCÆ, RAVENSBERGÆ ET BARBIÆ, DYNASTÆ IN RAVENSTEIN ET RELIQVA.

REGI AC DOMINO
NOSTRO LONGE CLEMENTISSIMO.



REX

SERENISSIME ATQVE POTENTISSIME

PRINCEPS AC DOMINE
LONGE CLEMENTISSIME.

ANnus nunc elapſus eſt integer, ex quo MAIESTATI TVÆ REGIÆ principem, qui operæ fecerit pretium,


tium, rerum Polonicarum Scriptorem Ioannem Dlugoſſum maiore ſui parte tunc primum in lucem publicam impenſis noſtris prolatum offerre atque AVGVSTISSIMO SACRÆ MAIESTATIS TVÆ NOMINI conſecrare ſumus auſi: quem quidem MAIESTAS TVA REGIA vultu excepit tam benigno tamque ſereno, vt peccaturi nobis videamur inſigniter in Clementiam MAIESTATIS TVÆ Regiam, ſi vel minima nunc etiam de gratia TVA Regia dubitatio noſtrum ſubiret animum. In hanc igitur erecti fiduciam reliquam etiam iſtius auctoris particulam in omnibus codicibus, quorum tunc nobis copia ſuppetebat aut notitia, deſideratam & a ſolis Cracouienſibus hactenus inter cimelia rariſſima cuſtoditam SERENISSIMO NOMINI TVO, REX AVGVSTISSIME, ſacram eſſe iubemus. Neque putamus conſilium, quod cepimus, coram SACRA MAIESTATE TVA hic denuo nobis excuſandum eſſe ſollicitius, cum, quod totum dicauimus olim TIBI, eius & pars ex eo iam tempore conſecrata SACRÆ TVÆ MAIESTATI fuiſſe iure meritoque cenſeri debeat: ita vt, quod dudum deſtinatum TIBI, aut potius TVVM omnino fuit, nunc ſolummodo

a nobis ſubditis SACRÆ REGIÆ MAIESTATIS TVÆ fidiſſimis atque deuotiſſimis, cultu & obſeruantia, queis par erat, exhibeatur. Nihil itaque ſupereſt, quam vt diuturnum, felix fauſtumque SACRÆ MAIESTATI TVÆ Imperium & Auguſtos, tantoque Principe dignos rerum quarumcunque ſucceſſus voueamus, nosque & noſtros hos, quamuis tenues, pro re publica & litteraria conatus denuo MAIESTATI TVÆ SERENISSIMÆ humillime commendemus

SACRÆ TVÆ MAIESTATIS
REX AVGVSTISSIME

Ciues ſubiectiſſimi & deuotiſſimi

JOH. LVDOVICVS GLEDITSCH
&
MAVRITIVS GEORG. WEIDMANNVS,
Bibliopolæ Lipſienſes.



L E C T O R I
HISTORICAE REI STVDIOSO
S. D.
IO. GOTTLIEB KRAVSE.

Hiſtoricorum Polonicorum raritas.

RErum a gente Polonica pace belloque geſtarum commentarios qui ſtylo conſignarunt, eorum ſi numerum ineas, pauci quidem illi ſunt, neque cum numeroſo, quem aliæ pleræque gentes producere queunt, Hiſtoricorum exercitu omnino comparandi. Penes hunc etenim populum mos iſte inde ab origine eius inualuit, vt laude digna facere, quam ſua ipſi laudare facta ſatius ducerent, ſtudiaque manſuetiora, neſcio num probando ſatis conſilio, fere aſpernarentur atque negligerent: cumque litterarum ſtudia demum ætate Iagellonum, id eſt, ſi omnem gentis computemus ætatem, admodum ſero attigerint, non potuerunt ea tantum roboris ex eo tempore acquirere, vt viros literatos, qui animum ad ſcribendum inſignia populi ſui facinora applicarent, quod facere plerumque ſolent ex eruditis pauciſſimi, eo numero producerent. Poterant tamen vel in hac etiam ſcriptorum paucitate ſitim vtcunque ſaltem explere Hiſtoriarum cupidi, ſi vel in lucem publicam darentur copioſius, qui monaſteriorum in pluteis, in ſcriniis virorum illuſtrium eruditorumque muſeis cum blattis colluctantur, atque tineis, vel illi, qui publico etiam ſtannó ſunt intra Poloniam exſcripti in tabernis noſtris librariis venum proſtarent frequentius.

Digitized by Google

tius. Sed iſti negotio cum obſtet officinarum typographicarum per Poloniam, Patronorumque, qui ſumptus in libros excudendos erogent, raritas, huic vero commercii librarii cum Polonis, propter bibliopolarum in tota fere Polonia defectum, difficultas, ſaltem non male de publico mereri operamque hiſtoriarum cultoribus non inutilem nauare videntur, qui diſperſos hinc inde Scriptores bonos atque difficillime reperiundos vni eidemque volumini incluſos lectoribus exhibent vna perluſtrandos. Tenta- *Collectiones.* tarunt id ſuperiori ætate, vt in colligendis Scriptoribus Hiſpanicis Rob. Belus & Andr. Schottus, in Gallicis Petrus Pithoeus, Marq. Freherus & Quercetani, in Belgicis Wæchelii, in Anglicis Commelini Henr. Sauilius, Guil. Camdenus, Rogerius Tvvysdenus, Io. Fellus, qui *ἀνωνύμως* Rerum Anglicarum Scriptores ex Theatro Sheldoniano edidit, Th. Galeus & qui Collectionem Londinenſem anno cIↄIↄccvII euulgauit, in Germanicis Sim. Schardius, Io. Piſtorius, Iuſtus Reuberus, Marq. Freherus, Erpoldus Lindenbrogius, Io. Kulpiſius, Chriſtianus Vrſtiſius, Io. Schilterus, Henr. Meibomius & Illuſtr. Leibnitius, in aliis alii; ita in Polonicis etiam nonnulli. Quos inter merito ſuo primas tenet *Ioannes Piſtorius Nidanus*, Medicinæ Doctor, Archiater & Conſiliarius Badenſis, poſtea vero quam eiurata religione patria ad caſtra Romanenſium tranſierat Theologiæ Doctor, Canonicus Conſtantienſis & Wratislauienſis, itemque Rudolphi II. Rom. Imp. a conſiliis, vir, niſi hac labe ſeipſum adſperſiſſet, præſtantiſſimus *admirandique*, vt inquit Scioppius, *ingenii & doctrinæ*, colligendis præterea eiusdem argumenti ſcriptoribus inque vſum eruditorum ſimul euulgandis quaſi natus. Edidit is Guagnini, Cromeri, Michouienſis, Herberſteinii aliorumque de rebus Polonorum ſcripta, quæ typis expreſſa ad manus eius peruenerant, vno quidem, ſed in Tomos III. diſtincto volumine; quod *Corpus Hiſtoriæ Polonicæ*, vt librum inſcripſit Piſtorius, Baſileæ per Sebaſtianum Henricpetri anno cIↄIↄLXXXII folii forma excuſum eſt. Piſtorium modico temporis interuallo ſecutus eſt, qui ſub ementito Alexandri Guagnini nomine rerum Polonicarum Tomos III ex auctoribus variis, plerisque tamen a Piſtorio iam editis collectos octo foliorum forma Francofurti apud Io. Wechelum cIↄIↄLXXXIV edidit orbique literato obtruſit *Sigismundus Feyerabendius*, æmulus, vt videtur, Piſtorianæ collectionis, ſed impar congreſſus Achilli. Minus adhuc operæ fecit pretium, qui *Scriptores rerum Polonicarum ex recentioribus præcipuos*, vt habet inſcriptio, *quotquot exſtant latinos in vnum corpus congeſtos & in III. Tomos diſtinctos collectore C. T. L. Sornic. Miſnico* edere ſe finxit Amſtel. cIↄIↄcxcIIX, 4. cum fraudem librarii Gedanenſis ſtatim ſubolfecerint eruditi, qui libris iſtis dudum apud Foerſterum Gedanenſem bibliopolam excuſis nouam modo inſcri-

ſcriptionem iſtam præfixit, prioribus titulis refectis. Sed Piſtorii qui veſtigia ſequeretur æquis paſſibus, ab ipſo prætermiſſa ſuppleret, poſt collectionem eius in lucem emiſſa ſuperadderet, aut inedita forte quædam etiam in lucem ſimul protraheret, hactenus inuentus eſt nemo. Nos in hoc, quod præ manibus habes, volumine; vt potuimus, ferente ſic occaſione, congeſsimus Scriptores quosdam non infimæ caueæ, magis vt volumini iuſta conſtaret menſura, quam Corpus quoddam Scriptorum Polonicorum colligendi animo. Cum enim Ill. Vir HENRICVS L. B. ab HVYSSEN ex Bibliotheca ſua vulgaſſet anno ſuperiore in Polonia repertam a ſe *Io. Dlugoſſi* Hiſtoriam Polonicam: non tamen integram; maior enim pars libri XII^mi^ deſiderabatur in omnibus manu exaratis codicibus, ſolis Cracouienſibus inſigne hoc cimelium penes ſe cuſtodientibus: non deſtitit Vir Illuſtr. donec bonum ſcriptorem etiam ſic magna ſui parte mutilum publico dediſſet integrum. Nactus itaque, qua valet apud Proceres Polonos gratia & auctoritate, codicem Cracouienſem, auctor fuit bibliopolæ, vt ne diutius pateretur *Dlugoſſi* Hiſtoriam iacere mancam, ſed etiam reliquum eius typis expreſſum in vſum eruditorum luci exponeret publicæ. Accepit conditionem Vir integerrimus atque hæc poſtrema quoque *Dlugoſſi* prelo ſubiecit; communicato tamen per abſentiam Viri Illuſtr. cum eruditis quibusdam aliis conſilio, ſtatuit nonnullos præterea ſcriptores Polonicos illis iungere, vt voluminis prioris alterum hoc æquaret magnitudinem, nec nimia, quæ alioquin futura erat, voluminum inæqualitas opus inſigne deformaret. Horum itaque Scriptorum legendorum & emendandorum etiam, vbi opus id eſſe cenſerem, cum data mihi fuerit prouincia, reddenda mihi nunc eſt coram Lectoribus muneris adminiſtrati ratio. Quo in negotio, ne tædioſa nimis ſint quæ ſum prolaturus, ita me geram, vt cuiuslibet Scriptoris, antequam dicam, quid in eo hac editione præſtitum ſit, vitam, teſtimonia & quæ de reliquis eius ſcriptis ad notitiam meam peruenerint, præmittam: præſertim cum plerique libri ex quibus haurienda ſunt, quæ de Scriptoribus Polonicis notatu digna ſciuntur, non adeo noſtris in oris ſint obuii.

Præſentis Coll. Ɛtionis occaſio.

De IO. DLVGOSSO.

Ac de IOANNE DLVGOSSO pauca quidem monenda ſupereſſe videntur poſt deſcriptionem vitæ eius ſatis copioſam primæ Scriptoris huius editioni præmiſſam atque ſub initium etiam Tomi I. poſtremæ huius ἐκδόσεως noſtræ repetitam. De qua dubitare merito poſſis, quonam ſcriptore ad nos peruenerit. Philippum Callimachum vitam Dlugoſſi tradidiſſe auctor eſt Martinus Cromerus*: quanquam & ipſe de eo ſubdubitare videatur, dum a *Callimacho ſeu a quoquam alio* ſcriptam ait: quem ſequitur Henricus Spondanus.† Hæc tamen de Callimacho auctore, cuiuscunque fuerit, ſententia quo minus mihi probetur, mouet me iudicium de Hi-

Quis Scriptor vitæ eius?

*Hiſt. Polon. lib. 29. ad an. 1480.

† Continuat. Baronii anh. 1480. n. 8.

de Hiſtoria Dlugoſſi ſub finem iſtius vitæ his verbis prolatum: *Hiſtoriam* ſcripſit *perpetuam Polonorum ſtylo mundiſſimo & magnifico, cuius veſtigia poſtea nonnulli ſecuti, in ſcriptionibus ſuis abſtergere cæperunt ac reiicere barbariem ſermonis, quæ vsque ad ea tempora in promiſcuo apud omnes erant.* Iam ab exceſſu Dlugoſſi noſtri ad obitum Callimachi XVI. non amplius interceſſerunt anni, intra quos adeo barbariem ſermonis exterminaſſe Polonos, ſcriptores nonnullos cultiori dictionis genere vſos Dlugoſſum eſſe ſecutos, quorum nunc ne memoria quidem vlla ſuperet, mihi non videtur vero ſimile. Sunt qui Felicem Herbultum Dobromilenſem, primum Dlugoſſi editorem, vitæ quoque præfixæ credunt auctorem; quod facere video Actorum Sanctorum Collectores Henſchenium Papebrochiumque * & nonnullos alios: eos tamen, quod pace ipſorum dixerim, ſat validis argumentis deſtitutos eſſe puto. Non me latet Sim. Starouolſcium ſcribere †, *vitam* Dlugoſſi a *Felice Herborto Tomo illius primo per ſe euulgato præfixam* eſſe: ſed hoc non eſt Herbortum auctorem facere. Sane Herbultus in præfatione ad Dlugoſſi Hiſtoriam ne minimum quidem vitæ iſtius a ſe ſcriptæ reliquit veſtigium: & vitam Longini denuo prolixe recenſere, ſi iam Cromerus eam legebat * *diſerte ac diligenter conſcriptam*, quid aliud erat, quam Iliada canere poſt Homerum? Circumſpectius igitur egit politiſſimus, dum viueret, iuuenis Sam. Ioach. Hoppius Magnifici iuriſque nuper peritiſſimi Hoppii nepos, ſcribens **: *Io. Dlugoſſi vita Tomo I. Annal. eius Dobromili impreſſorum præmittitur:* & hic ipſe, quem dixi Papebrochius alio loco *** his modo verbis vſus: *Vita eiuſdem extat late deducta ante eius Hiſtoriam Polonicam.* Quem autem vita iſthæc agnoſcat parentem, id eſt de quo ab harum rerum intelligentibus edoceri velim. Cromerum eum anteceſſiſſe ex dictis apparet veritati eſſe proximum; Miechouio vero poſteriorem credere quis poſſit non abſurde, quod is fuſe de eo agens † nullam vitæ ipſius a quoquam ſcriptæ mentionem iniiciat.

* ad d. IV. Martii ante vitam S. Caſimiri p. 340.

† In Elogiis Centum Script. Polon. Elogio XIV. p. m. 31. Ed. Frſtanæ.

*Cromerus vbi ſupra.

** in Schediaſm. deſcript. Hiſt. Polon. Dlugoſſo præmiſſo §. 48. p. 128.

*** Act. Sanct. Maii T. II. ad d. VII. Maii p. 198. n. 3.

† Chronic. Pol. L. 4. c. 72.

Sed quandoquidem primus nobis de Dlugoſſo ſcriptor putatur Miechouius age ipſum audiamus. Sic vero ille *: *Anno Domini* 1480. *die Veneris*, 29. *Maii vir celebris conditione ac inſignis reputatione* Ioannes Dlugoſz, *ſenior de* Nyedzelno, *Canonicus Cracouienſis diem vitæ clauſit extremum. Erat autem ſtaturæ proceræ, faciei gracilioris & macræ, naſi longi & aquilini, ætatis grandæuioris & prouectæ, vt ipſe de ſe ſcripſit. Sexaginta quinque annorum, moribus probus, virtutibusque fulcitus, induſtria ſagax, ſermone eloquens, inter alia Hiſtoriarum maximus amator & Chronicorum ſcriptor. Huius Æneas Syluius de Picolominibus P. L. deinceps Cardinalis & Papa creatus Pius II. vocatus, meminit, & in Epiſtolis Sbigneo Cardinali tituli S. Priſcæ Epiſcopoque Cracouienſi miſſis magnifice extollit, aſſerendo eum hominem doctiſſimum & in promtu habentem eloquentiam*

De vita eius.

* In Chron. l. c.

multo ſale conditam, quem præter nullus tam clare, tam diſerte tamque prolixe res Polonorum in pace & bello intus & foris geſtarum quoadusque viueret, ſcripſit. Vnde in hoc anno D. 1480. vita & Chronica ipſius finitur. Præterea ſcripſit diſerto ſtylo Legendam beatiſſimi Stanislai Præſulis Cracouienſis & Patroni Polonorum glorioſi vitamque beatæ Kunigundis coniugis & perpetuo virginis Boleslai Pudici Ducis ac Monarchæ Polonorum in Sandecenſi Cœnobio vita functæ & ſepultæ. Scripſit & Geographiam, imo verius Chorographiam regni Poloniæ, vrbes, caſtra, oppida, flumina, montes atque villagia, cuius ſitus & diſpoſitionis ſint. Scripſit & libros inuentarios prouentuum Cathedralis Eccleſiæ Cracouienſis & cunctarum Eccleſiarum collegiatarum conuentualium & parochialium diœceſis Cracouienſis, ad quem, vel ad quos pertineant, diſtinctius annotando. Item ſcripſit familias, arma & clenodia Nobilitatis Polonorum cum origine & cauſa eorum & alia opera regno Poloniæ frugem & decorem æternum paritura. Erudiebat Præceptor conſtitutus illuſtriſsimos natos Caſimiri III Regis Poloniæ; quibus cum non paucis annis contritis, dum poſtulatus & electus fuiſſet in ſedem Archiepiſcopalem Leopolienſem, obiit antequam conſecraretur, anno, menſe & die, quibus ſupra: in Eccleſia S. Stanislai Kazimiriæ Cracouienſ. de Rupella nominatæ iuxta ſepulchrum beatiſſimi Stanislai tumulatus, cuius Eccleſiam præfatam in Rupella perſonis religioſis Pauli primi Eremitæ & prouiſionibus largis ac priuilegiis ante prouiderat ac dotauerat, Principibus filiis Regiis ipſius diſcipulis cum cœtu vniuerſitatis prælatorum ac populorum funus eius ſequentibus & exequias eius cohoneſtantibus; quibus interfui & prædicta omnia vidi. Patet hinc falſos eſſe Voſſium * Cauium, ** Freherum, *** Olearium * & qui eos ſequuntur, cum Dlugoſſum Epiſcopum aut Archi-Epiſcopum Leopolienſem dicunt; id quod Halleruordius ** circa annum MCCCCLXV factum ait, quod longe deterius eſt; erat enim *non multo ante mortem*, inquit Cromerus, † *deſignatus Archiepiſcopus Leopolienſis; verum antequam ſacris pontificalibus initiaretur, obiit*, vt loquitur Odoricus Raynaldus †† In Frehero quidem eo minus id eſt tolerandum, quod ſequi ſe Sim. Starouolſcium clare profiteatur, qui tamen *nominatum* ſaltem *Archiepiſcopum Leopolienſem* recte ſcribit. Grauiter vero lapſus eſt Io. Gottlieb Olearius cum nuper venerandi parentis ſui *Abacum Patrologicum* faceret locupletiorem atque ſub nomine *Bibliothecæ Scriptorum Eccleſiaſticorum* recudi curaret, aſſerens * vitam iſtam a Io. Herburto de Fulſtin, Regni Polonici Senatore grauiſſimo atque Hiſtoriæ Polonicæ ſcriptore non inficeto fuiſſe exaratam, patremque Ioannem cum filio Felice non obſcure confundens. Tandem dubio quoque non caret, quousque ætatem Longinus protulerit. Auctor quidem vitæ ipſius diſerte tradit eum natum eſſe A. MCCCCXV. mortuumque A. MCCCCLXXX.

* de Hiſtor. lat. L. 3. c. 6. p. 565.
** ſ. potius Rob. Gerius in Appendice ad Hiſt. Lit. Scr. Eccl. an. 1465.
*** In Theatro Vir. illuſtr. p. 22.
* In Biblioth. Scr. Eccl. T. I. p. 445.
** Bibl. Curioſ. p. 186.
† Hiſt. Polon. L. 29. a. 1480.
†† Annal. Eccleſ. poſt Baronium To. XIX. a. 1480. num. 45.
* Tomo I. p. 446.

com-

communis eſt Hiſtoricorum ſententia; quod annos vitæ ipſius efficit circiter LXV: ſed Sandiwogius de Ezechel, Præpoſitus Monaſterii Cladawenſis, in Epiſtola, qua gratias egit A. MCCCCLXVI Dlugoſſo, quod vitam S. Stanislai ſibi inſcripſerit, quæ vitæ huic eſt annexa,* dicit ſe *a teneris & circiter a LVI. annis ab ipſo amari.* Hoc ſi pro vero accipiatur, vt iam MCCCCLXVI Longinus vltra LVI. habuerit annos, inde conſequitur eum ſeptuageſimum ad minimum annum viuendo ſuperaſſe. Sed ſi quid coniiciendum, ſcribendum forte erat in iſta Epiſtola XLVI pro LVI. ita vt numeri denarii notam ſcriptor omiſerit; qua adiecta cuncta conuenient aptius.

* Vita S. Stanislai L. III. c. 7. num. 62. in Henſchenii & ſociorum Actis Sanctorum Maii Tom. II ad d. VIII. Maii p. 273.

Elogia DLVGOSSI.

Dlugoſſum plures, vt merebatur vir tantus, laudibus ſunt proſecuti. Nobis ſufficiet paucos ex multis adduxiſſe. Primus in ſcenam prodeat dictus nobis paulo ante Sandiwogius de Ezechel, qui in Epiſtola modo allegata his eum ornat elogiis:** *Tibi* (Deus) *ſingulariter*, inquit, *inter coætaneos tuos docile ingenium cum ſtudioſitate donauit virtutum; vt in tenera, quam noui ætate tua, inter maturos obuerſatus viros creſceres ſemper moribus & meritis. Conuenit in te ſatius flos ætatis & maturitas mentis vt æquo gradu eloquentia tua & conſcientia pariter incederent. Acceſſit etiam oris veritati caſtitas animi, vt ab ore tuo cana ſemper manarent verba, curſusque annorum vsque ad hos canos laudis tibi & honoris procuraret augmentum ex Dei dono, vnde virtutum omnium ſumitur manifeſta cognitio. — — — Hæc te reſplendere fecit æqualem actionis merito & dictionis eloquio ac ſpecialibus tuam inclinauit mentem, vt oratoriam colendo diligeres artem, quæ vtique apud veteranos Chaldæos, Hebræos & Latinos litterarum omnium humanarum eſt ornamentum. — — — In hac te cenſeo arte ſub noſtris præclarum æuis, vt & ſuauiter ſcias perſuadere animosque audientium orando poſſis mulcere. Verum exiſtimo inter egregios noſtri dictatores ſeculi tu ipſe haberis, qui toto niſu de Italia, vbi Latina eſt ipſius ſcientiæ ſcaturigo, plures libros in eadem magno pretio congregaſti, nec vsque modo deſiſtis colligere: vnde ex tuo dictatu in his ferme oris omnes hauriunt, tuisque vaſis diteſcunt.* De Dlugoſſo quid ſenſerit Æneas Syluius, quid Matthias Miechouius, ſuperius vidimus. Nunc iuuat Martinum Cromerum Hiſtoriæ Polonicæ ſcriptorem cultiſſimum atque præſtantiſſimum audire, qui,* *Neque memoratu dignum quicquam*, inquit, *tum in Polonia, pace per circuitum parta, accidit, præterquam quod* Io. Dlugoſſus *Canonicus Cracouienſis, non multo ante deſignatus Archi-Epiſcopus Leopolienſis viuere pariter & annales Polonicos ſcribere deſiit; Vir nobilis de gente Vienauia, virtute & conſtantia ſumma, eruditione & facundia, vt illis temporibus, non vulgari & induſtria ac dexteritate in rebus gerendis ſingulari præditus. Quas ob res quamuis Caſimirum Regem Sbignei ac deinde rurſus Iacobi Senneniorum ornamentis impenſius ſtudendo, grauiter offendiſſet,*

** Vita S. Stanislai l. c. num 61. in Actis Sanctorum d. l. p. 272.

* Hiſt. Pol. LXXIX. an. 1480.

ita vt ſacerdotiorum fructibus ſpoliaretur, Cracouia a præfecti apparitoribus contumelioſe eiiceretur proſcriptusque de vita periclitaretur: poſtea tamen idem Rex plurimum eius opera in obeundis legationibus maximi momenti atque dignitatis & in erudiendis liberis ſuis vſus eſt: vnde ditatus inſignia reliquit beneficentiæ ſuæ pietatisque monimenta. Sed quoniam extat vita eius ſ. a Philippo Callimacho ſ. a quoquam alio diſerte ac diligenter conſcripta, ſatis ſit obiter hæc paucula de eo perſtrinxiſſe. Cromerum atque Miechouium ſequuntur iisdem fere verbis retentis Odoricus Raynaldus * atque Henricus Spondanus; ** quare verba eorum deſcribere hic ſuperſedemus, miramur tamen Abrahamum Bzouium & ipſum Polonum primarium hunc gentis ſuæ ſcriptorem Annalibus ſuis Eccleſiaſticis inſerere omiſiſſe. Io. Herburtus de Fulſtin nobis ſuperius etiam dictus in Chronico ſuo ſ. Compendio Hiſtoriæ Polonicæ † de noſtro agens ipſa Cromeri verba & apices exſcripſit; quem ducem ſequitur Guil. Cauens * ſeu potius Robertus Gerius eiusdem continuator. Omittimus de induſtria Simonis Okolſki, Sim. Starouolſcii & Gerh. Ioannis Voſſii loca, quæ Tomo Hiſtorici noſtri primo in editione hac recentiori nouimus eſſe præfixa: Simonis tamen Starouolſcii ex ipſius Hecatontade Scriptorum Polonicorum non poſſumus non adſcribere verba ibidem prætermiſſa, a quo noſter hoc tulit ** elogium: *Ioannes Dlugoſſus alias Longinus dictus, Io. Dlugoſſi de domo Wieniauia, Præfecti Crocinenſis F. Canonicus Crac. nominatus Archiepiſcopus Leopolienſis, liberorumque Cazimiri Iagellonidis, Regis Poloniæ, præceptor, eo quod in Academia Crac. optimis artibus a fundamentis eſſet eruditus, earumque laureis pro more inſignitus; primus ipſe in ſignum gratitudinis & rei litterariæ incrementum, auctor contubernii Iuriſperitorum & fundator extitit. Idemque fatiſcentium Eccleſiarum inſtaurator & Xenodochiorum, pauperumque omnium communis velut pater.* Et poſt pauca: *Vir enim indefeſſa mentis aciei & diuina prope memoria fuerat, cui & arguta verborum ac ſententiarum compoſitio non defuit. Præterea pietas ſyncera, deuotio ſumma, contemplatio rerum diuinarum aſſidua: qui & ieiuniis diſciplinisque aſperrimis & orationibus prædicationibusque aſſiduis, & Regiis inſuper negotiis diſtentus, mirum quomodo tantum temporis ſcriptioni lectionique inſumere potuerit. Plura de eo cognoſcere qui exactius volet, legat vitam illius a Felice Herborto Tomo illius primo per ſe euulgato præfixam, & morum caſtitatem, animi demiſſionem, laborem aſſiduum, humanarumque rerum contemptum luculentiſſime in ipſo fuiſſe perſpiciet.* Non attingo nunc alios, ad ſcripta potius eius enarranda pergens.

*Continuat. Annal. Baronii ad an. 1467. n. 6. itemque ad an. 1480. n. 8.
**Annal. Eccleſ. T. XIX. a. 1480. n. 45.
†L. XVII. c. 10. Meminit. etiam eius lib. eod. c. 2.
* Hiſt. Lit. Script. Eccl. in Append. an. 1465.
** Elog. & Vitis 100. Script. Pol. n. 14. p. m. 30.

Hiſtoria eius Polonica.

Scripſit Ioannes Dlugoſſus, quæ familiam ducat, *Hiſtoriam Polonicam* in tres Tomos digeſtam, quæ edita primum eſt Dobromili in officina Ioannis Szeligæ, Anno Domini MDCXV. fol. autori-

tate

tate & ſumtibus, viri omni fere doctrina liberali imbuti, ſi Starouol-
ſcium* audiamus, oratorisq; diſertiſſimi, Felicis Herborti, quem idem *Elog. ſcript. Pol. n. 22. p. 43.
Starouolſcius *non modo inter Præmislienſis terræ apices ponendum* pu-
tat, *ſed inter totius Roxolaniæ primates, ſi rebꝰ bellicis tam felix, quam*
ingenio fuiſſet; qui Dlugoſſi Tomum primum à ſe editum Senatui
Veneto inſcripſit. Ipſe vero auctor opus ſuum Zbigneo de Oleſnica
S. R. E. Cardinali & Epiſcopo Cracouienſi, cuius plurima in ſe ex-
tare beneficia gratus agnoſcebat, cuiusque hortatu ad ſcribendam
hiſtoriam acceſſerat, poſt mortem ipſius dedicauit, vt apparet ex
his verbis Epiſtolæ dedicatoriæ: *Ego opus præſens meum Paternita-*
ti Tuæ iam ex mortalium conuerſatione ſubtracto, & abſenti etiam
corpore concreto & mortali exuto dedico, tuo ſuffragio mortali or-
bandum tutela. Idque eo libentius mea tenuitas aggredietur, quod
me ad id in corpore mortali poſitus tua exhortatione, cuius autho- *Sic forte legendum.
*ritas apud me etiam poſt fata magna eſt, impuliſti.** *Ex eo autem*
præcipue veniam ſe ſperat impetraturum, vt inibi ait, ſi forte non pro
rerum maieſtate ſcripſerit, *quod aliis doctis & eruditis viris ſilenti-*
bus prior ad ſcribendum conſurrexerit, malens aliquid parum culte
parumque concinne, quam nihil ſcripſiſſe. Vt autem ſe geſſerit in * Hinc periodum inchoandam puto.
hiſtoria ſcribenda, ipſe his verbis ediſſerit: * *Aetatis ſiquidem ſu-*
perioris tempora aliorum adminiculis; quæ vero in noſtram incidere
ætatem, marte, vt aiunt, noſtro; quasdam vero res, quibus vetu-
ſtas fidem certam abrogauerat, aut illas litterarum vnica fidisſima
cuſtodia non perennauerat, ex fama, quæ ſola durabat, ſcrupuloſius
ſinceriusque, quam poteram, deſcripſi & quæ per varias Eccleſias &
Bibliothecas & alia loca ſparſa erant, curaui colligere & collecta in
præſens opus vtcunque deducere. Plura vero, quæ parum concinne
parumque vere inſerta fuerant, allatura factis aut dictis pudorem,
omiſi. Quo vero res Polonorum plenius veriusque exponeret, vi-
cinarum etiam aut fœderibus quandoque cum Polonis coniuncta-
rum gentium facta tanto inquiſiuit ſtudio, vt etiam ſenex Ruſſicam
linguam addiſcere non dubitaret. *Vnde eam ob rem*, inquit, *cano*
iam capite ad perdiſcendas litteras Rutenas me ipſum appuleram,
quatenus Hiſtoriæ noſtræ ſeries certior redderetur. De cætero vi-
deamus quid alii etiam de opere Dlugoſſi ſenſerint. Cromeri ver-
ba non repetimus, quibus ſatis reſponſum eſſe videtur ab Illuſtri præ-
fationis ad Tomum huius operis primum auctore. Stanislaus autem
Sarnicius in Epiſtola dedicatoria Annalibus ſuis præmiſſa Dlugoſ-
ſum, Miechouium Cromerumque contendens inuicem, *Dlugoſſus*,
inquit, *materiam nobis ipſam tradidit, Miechouius rudem illam &*
indigeſtam molem in epitomen redegit, D. Cromerus veluti reginam
ornatisſimam ex thalamo cincinnis verborum & ſententiarum ve-
ſtitam, vt decuit tantum virum, in medium produxit. Io. Herbur-
tus a Fulſtin in Dedicatione Compendii ſui Hiſtoriæ Polonicæ ſcri-
bit: *Poſt eum* (Cadlubcum) *vero ſequuti ſunt Ioannes Dlugoſſus &*

 Mie-

Miechouienſis diligentia & fide in perſcribenda Hiſtoria ſingulari: cæterum non eo ordine ac verborum ſententiarumque grauitate vſi, vt ad externorum optimis literis exculta ingenia purgatasque & teretes aures ſcripta illorum penetrare poſſent. Simon Starouolſcius* hoc de opere iſto tulit iudicium: *Sed & rerum a Polonis geſtarum ipſe primus ſcriptor & illuſtrator, quamuis ante eum Cadlubcus Epiſcopus Crac. ſuis Commentariis connotauerit. Verum quia connotauerit tantum per modum Epiſtolarum aut Dialogi, non filo hiſtorico ſeriem rei ſcripſerit, idcirco primas huic noſtro damus, vt qui & circumiacentium populorum fortia, aut ſecus, facta veraci calamo depinxerit. Quare & in lucem prodire haud permittitur, quod pleraque ſine reſpectu ſcripſerit.* Eandem fere, ſed paulo clarius, exprimit ſententiam Dan. Papebrochius,** ita de noſtro ſcribens: *Ioannes Longinus ſ. Dlugoſſus Canonicus Cracouienſis ſcripſit Hiſtoriam Polonicam in duodecim libros diuiſam, cuius ſex priores libri auctoritate & ſumptibus Herbulti Dobromilski anno MDCXV. extant curati. At ne reliqui libri imprimantur, prohibent Poloni, arbitrati in hiſce plurima regni ſui ſecreta prodi.* Henricus Spondanus ait,* Długoſſum *res Polonorum inſigniter deſcripſiſſe, vnde Cromerus non pauca excerpſerit;* additque *haberi etiam eius Commentarium* (nempe MS.) *Romæ in locupletiſſima Bibliotheca Vallicellana Patrum Oratorii, quo frequentiſſime vſus fuerit Baronius in ſuis Annalibus.* Hæc eadem iisdem fere verbis tradit & alibi † Spondanus. *Laboribus* Długoſſi *ſæpius in annalibus vſum ſe* gratus agnoſcit etiam Odoricus Raynaldus,* qui Baronianos Annales continuauit omnium luculentiſſime, ipſius Baronii collectaneis atque ſchedis adiutus. Is autem noſtrum minus recte Dlugoſcum aut Dlugoskium vocat.

* Elog. Scr. Polon. n. 14. p. 30. ſq.

** Acta Sanctorum Maii Tom. II. ad d. 7 Maii p. 198.

* Annal. Eccleſ. an. 1467 n. 6.

† l. c. ad an. 1430. n. 8.

* Annal. To. XIX. an. 1480. n. 45.

Vita S. Stanislai.

Alterum opus Dlugoſſi, quod quidem typis vulgatum eſſe conſtet, eſt *Vita S. Stanislai* Epiſcopi Cracouienſis & martyris, quam auctor anno Chriſti MCCCCLXV. conſcripſit tribusque libris diſtinxit. Inſcripſit autem hunc librum Sandiwogio de Ezechel (qui ſeipſum Santhkonem de Ezechel vocat) artium & ſacræ Theologiæ magiſtro, monaſteriis & domo Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini in Clodawa Gneznenſis Diœceſis Præpoſito, ſuo a teneris amico, & deinde poſt dedicationem etiam factam miracula a S. Stanislao patrata vlterius recenſendo, vsque ad annum MCCCCLXXV. atque ita fere ad obitum ſuum continuauit. Hæc Vita Stanislai impreſſa primum fuit Cracouiæ anno MDXI. atque ſub titulo: *Decus Polonorum* recuſa anno MDCLXVI. cura Stanislai Dobielowicz, Decani Chodolienſis, Parochi Opolienſis, qui ſingulis capitibus ſummatim præfixit compendium & latini idiomatis aſperitatem non nihil caſtigauit, addiditque miracula, quæ in tabulis eccleſiæ Piotrauinenſis fuere reperta. Hanc inueniri etiam apud Laur. Surium in Vitis Sanctorum ab ipſo editis aſſeruerat Card. Baronius in notis ad Martyro-

tyrologium Romanum, quo nomine reprehenditur a Dan. Papebrochio in Actis Sanctorum * Maii. Sed habetur ea ibidem ** *ob nimiam prolixitatem mutato fere ſtylo redacta in compendium per F. Laur. Surium: ita tamen, vt hiſtoriæ integritati nihil detractum ſit*, vt in titulo legitur. Omiſit autem Surius, ſtylo mutato, non modo Prologos, vt ait Voſſius † & qui eum ſequuntur, ſed ipſum librum ſecundum atque tertium ferme integros, cum animus ipſi fuerit ſolummodo vitam Stanislai recenſere, præteritis, quorum ipſum forte puduit, miraculis, qui libris iſtis fuſiſſime & ad nauſeam recenſentur; quod ex collatione vtriusque didicimus. Sed Papebrochius eandem Vitam exhibet integram, * ſeruato auctoris ſtylo, editionem Cracouienſem anni MDXI. plerumque ſecutus.
Nam etſi priorem partem, quæ res in vita geſtas & glorioſum mar- “
tyrium continet, ex ipſo, vnde facta videtur impreſſio, libro perga- “
meno haberet excerptam & ſigillo venerabilis Capituli Eccleſiæ “
Cracouienſis Cathedralis communitam, tamen eam cum impreſ- “
ſis conferens in ea notauit eadem fere omnia ſcriptionum, trans- “
poſitionum, omiſſionum menda, quæ in illo inueniuntur: quorum “
cauſam in ſtyli nimium diffluentis luxuriam refert, qua in primo “
tractatu præſertim vſus eſt auctor; quod librariis, quos non exer- “
citatisſimos habuit, difficilem fecit transſcriptionem. Optat igi- “
tur vt inueniatur alicubi ipſiusmet Longini autographum ex- “
emplar, vel aliud eius manu emendatum.“ *Interim*, inquit, *exemplaris melioris defectu, curauimus ipſi per coniecturam ſupplere biantes periodos, diſtortas ad ſanum ſenſum redigere, mendoſas caſtigare, ſaluis tamen verbis & ſtylo, quem hac neceſſaria & leuicula correctione non videmur nobis immutaſſe; illibenter alias tantillum quoque diſcedere ſoliti ab originalibus.* De cætero extare eandem Vitam MS. in folio Swednicii in Sileſia in collegio Societatis Ieſu, ex P. Theodoro Moreto eiusdem ſocietatis Wratislauiæ ſacerdote variis libris eruditis editis noto cognouit idem Papebrochius, addens & aliud exemplar MS. in Bibliotheca domus Profeſſæ extare Cracouiæ. Addidit ibidem Papebrochius vetera quædam Acta de Stanislao in MS. reperta, qualia etiam habere ſe ſcripſit Baronius; itemque miracula ex tabulis eccleſiæ Piotrauienſis a Dobielowicio deſcripta. Longino noſtro vſus eſt etiam, qui non ita pridem Vitam Stanislai deſcripſit atque ſub titulo: *Byſſus & Purpura*, typis Clarimontis Czeſtochouienſis edidit anno MDCXCIII. Bartholomæus Sotareuius Ord. S. Pauli primi Eremitæ Presbyter, Wilkowiccium etiam quendam a ſe adhibitum eſſe aſſerens. Auxerunt, vt ait in
præfatione, miraculorum numerum votiuæ tabellæ in Eccleſia Ru- “
pellana appenſæ; acta item Monaſterii Rupellani, nec non ma- “
nuſcriptæ gratiarum Diui Stanislai pandectæ, quas ab eodem mo- “
naſterio porrectas habuit. Nec gratias, vt vocat, prætermiſſas “

* Loco ſupra citato.
** in Laur. Surii Vitis Sanctorum ad d. 8. Maii p. 99. ſqq. edit. locupletioris Colon. Agripp. 1618.
† de Hiſt. Lat. L. III. c. 6. p. m. 565.
* in Actis Sanctorum l. c.

voluit

“ voluit ex tabellis Petrauinenſibus & Zembocenſibus: ex illis a Do- “ bielouicio Parocho Opolienſi, ex his a Sebaſtiano Piskorski I. V. “ Doctore & Profeſſore Cracouienſi & Velunenſi Canonico, Pleba- “ no Zembocenſi, laudatiſſimo, inquit, æui noſtri Dlugoſſio colle- ctas.“ Tandem, ne cui mirum videatur memoriam Stanislai a Surio exhiberi ad d. VIII. Maii, a Bollandianis vero ad eiusdem menſis diem VII. addimus, factum id eſſe ab his, quod Clemens VIII voluerit feſtum huius ſancti celebrari die VII Maii, ad quem diem etiam primo loco inſcriptus eſt Martyrologio Romano ac vita eius variis Legendis ſeu Hiſtoriis Sanctorum inſerta.

Reliqua DLVGOSSI ſcripta.

Nunc ad reliqua Dlugoſſi ſcripta progredimur. Scripſiſſe eum *Vitas Epiſcoporum Plocenſium*, quæ in Operibus poſthumis Stanislai Lubienski, Antw. MDCXLIII. in f. vulgatis exhibeantur, ex Schediaſmate de Scriptoribus Hiſtoriæ Polonicæ * Tomo I. huius operis præfixo didicimus; vbi etiam ſtatim additur, eundem & *Poſnanienſium Epiſcoporum ſeriem* contexuiſſe, quam a Iacobo Brzemczkio continuatam ediderit Thomas Treterus, Canonicus Varmienſis, Brunsbergæ MDCIV, 4. Sed Guil. Caucus † tradit Dlugoſſum ſcripſiſſe *Catalogum omnium Epiſcoporum per omnes vniuerſi Poloniæ regni cathedras ab ipſa cuiusuis fundatione ad ſua vsque tempora*; cuius operis exemplar MS. avtographum a Mart. Cromero acceptum habuerit Thomas Treterus, (quem falſo Canonicum Wormatienſem vocat) ex quo *Vitam Epiſcoporum Poſnanienſium a Iordano Antiſtite ad Vrielem de Gorka Præſulem XLI* ^mum^ id eſt, ab anno 966. (non 1466 vt mendoſe ibi legitur) ad an. 1479. cum Appendice ſua ediderit Treterus loco & anno ſuperius dicto. Poſſemus forte hac de re dare certiora, ſi ad manus nobis eſſet ipſe liber a Tretero editus, ex quo ſua hauſiſſe Caucum coniicimus, vel etiam Lubienskii opera poſthuma potuiſſent hic loci a nobis reperiri. Præter *vitam Stanislai*, de qua ſupra diximus, *Vitam* etiam “ *B. Kunegundis*, coniugis & perpetuo virginis Boleslai Pudici Ducis “ & Monarchæ Polonorum in Sandecenſi Cœnobio vita functæ & ſe- “ pultæ ſcripſiſſe noſtrum auctor eſt Matth. Michouius * & qui Vitam ipſius operi præfixam concinnauit; Sim. Starouolſcius ** vero addit, *aliorum quoque ſanctorum Hungarorum & Polonorum vitas*, ab ipſo fuiſſe exaratas, cuius rei fides ſit penes auctorem. Idem teſtatur noſtrum confeciſſe & *Eccleſiæ Cracouienſis Acta & Benefi-* “ *ciorum in Diœceſi illa Eccleſiaſticorum ſynopſin*, vbi omnes paroc- “ ciarum immunitates, erectiones & prouentus in certas claſſes dis- “ poſuerit, manuque & ingenio indefatigabili connorauerit. Idem hoc puto eſſe opus, quod Miechouius * deſcribit his verbis: *Scripſit & libros inuentarios prouentuum cathedralis Eccleſiæ Cracouienſis & cunctarum Eccleſiarum collegiatarum conuentualium & parochialium diœceſis Cracouienſis, ad quem vel ad quos pertineant diſtin-*

ctius

* §. 3. p. 7.

† ſeu potius Rob. Gerius in Append. ad eius Hiſt. Lit. Scr. Eccl. ad an. 1465.

* loco ſupra cit.

** loc. cit. p. 31. ad marginem.

* loc. cit.

ctius annotandum. Præterea Miechouius etiam meminit conſcriptæ ab ipſo "*Geographiæ* immo verius *Chorographiæ regni Poloniæ*," vrbes, caſtra, oppida, flumina, montes atque villagia cuius ſitus &" diſpoſitionis ſint;" quæ vtrum diuerſa ſint ab iis quæ auctor operi hiſtorico libro primo inſeruit, (vt quidem videtur) dicant alii quibus iſtam deſcriptionem regni Poloniæ licebit inſpicere. Addit tandem Miechouius ſcripſiſſe noſtrum quoque "*Familias arma &*" *Clenodia nobilitatis Polonorum* cum origine & cauſa eorum & alia" opera regno Poloniæ frugem & decorem æternum paritura." Quæ vtiliſſima indefeſſi huius rerum Polonicarum indagatoris ſcripta optamus, vt proferant ex bibliothecarum angulis in lucem publicam omnia Poloni, magnam ea re non ſolum a ciuibus ſuis, ſed ab exteris etiam, atque adeo ab vniuerſo orbe litterario gratiam inituri.

Ad poſtremum dicendum, quid in noua hac Dlugoſſi editione fuerit præſtitum. Sex itaque libri priores repetiti ſunt iuxta editionem eorum primam atque vnicam, de qua ſupra dixi; retentis dedicationibus atque vita auctoris vt ibi habebantur. Tribus tamen potiſſimum rebus iſta differunt a priori editione. Primo namque curatum eſt, vt omnia cohærerent aptius, neque inſcriptionibus illis quamplurimis ab inuicem diſcerperentur. Ne tamen & in his periret aliquid, aut nouæ editioni deeſſet quicquam quod reperiatur in priori, tituli iſti ad marginem libri collocati ſunt; quo factum eſt, vt primo ſtatim intuitu in oculos incidat legentium, quid pagina quauis referatur. Deinde appoſiti ſunt in fronte paginæ cuiusuis anni ſecundum æram vulgarem, vt temporum rationem ſemper ante oculos habere poſſet lector. Tandem cuncta locorum aut hominum nomina diuerſo typo diſtincta ſunt a reliquis, vt omnia facilius ab inquirentibus reperiri queant. Cum reliquis libris ſex, quos ex Cod. MS. protulit Vir Illuſtris HENRICVS L. B. ab HVYSSEN, eadem prorſus ratione fuit actum, non in priori ſolum, ſed in hoc poſteriori etiam, quantum ad Dlugoſſum attinet, volumine: a quo ego quidem manus prorſus abſtinui. Quod ideo monere volui, vt ſcirent lectores, nihil in edendo toto hoc auctore mihi, nihil cuiquam ſe debere; omnia vero Viro Illuſtri, quem dixi, accepta eſſe ferenda. Licet autem ea, quæ hoc volumine poſteriori eduntur, ad duodecimum Hiſtoriæ Dlugoſſianæ pertineant librum, tamen Bibliopolæ placuit iſta vocare librum decimum tertium, ne ſcilicet vnum eundemque librum in duobus diuerſis voluminibus quærere neceſſe haberent lectores. Commodum tunc accidit, vt paulo ante (anno nempe MDCCVII.) ductu celeberrimi viri Gabrielis Grodekii Prof. P. & Bibliothecarii apud Gedanenſes optime meriti Schediaſma de Scriptoribus Hiſtoriæ Polonicæ diligentisſime elaboratum edidiſſet iuuenis politisſimus Sam. Ioach. Hoppius: quod cum dignum videretur vt iterata editione

Quid in hac editione præſtitum fuerit.

harum rerum ſtudioſis notius redderetur atque familiarius, Operi Dlugoſſiano tum præfixum eſt, additionibus tum B. Groddeckii, tum viri nobiliſſimi atque eruditiſſimi Valentini Schlieffii, Patricii Gedanenſis hiſtoriæ litterariæ Patriæ ſuæ peritiſſimi auctum. Qui cum longius abeſſet a loco impreſsionis, non potuit aliter fieri quam vt plures committerentur errores typographici, præſertim in tot nominibus ab vſu noſtrorum hominum prorſus remotis inque titulis librorum Polonicis, cum huius linguæ typothetæ noſtri ad vnum omnes ſint ignari. Miſit itaque vir doctisſimus, quem vltimo loco laudauimus, ad nos catalogum errorum ſatis amplum cum additionibus non contemnendis, quas Lectoribus non ingratus fore confiſi hic ſubiunximus, mendas typographicas ad calcem Præfationis huius reiecturi. Addi ergo debet:

Additamenta ad Hoppii Schediaſma de Script. Hiſtoria Polon.

P. 14. lin. 2. Vide alias ab hoc autore Schediaſma ſub titulo: *La deſcription des contrées du Royaume de Pologne contenuës depuis les confins de la Moſcouie iusques aux limites de la Tranſiluanie, à Rouen 1651, 4.* publicatum Regique Ioan. Caſimiro dedicatum; quod tamen cum hic allegata deſcriptione idem eſſe credo. I. H. S. Beſchreibung der Königreiche Pohlen, inſonderheit Podolien, oder der ſo genanten Ukraine, ſambt einer Land-Karte über dero Situation. Nürnberg 1672, 12. IACOBI SANDRART, Chalcographi Noribergenſis, des Königreichs Pohlen Lands-Staats-und Zeit-Beſchreibung. Sultzbach 1687. 12. cuius pars prima inſertis Tabulis plurimis Geographicis, Regni Poloniæ, Ducatus Lithuaniæ, cæterarumque Prouinciarum Topographiam ſiſtit.

P. 16. l. 43. Poſt WACLAVIO, quod prænomen auctoris iſtius eſt, adde (ſiue WENCESLAO) POTOCKIO.

P. 24. in not. l. 9. adde: IOH. MELESANDRI Schauplatz Polniſcher Tapfferkeit, Sultzbach 1685, 12. qui liber omnium Regum Poloniæ vsque ad Ioannem III. vitas, inſertis quoque eorum effigiebus continet, quas quoque IAC. SANDRART in parte III. allegatæ ſuperius deſcriptionis Poloniæ exhibet.

P. 28. l. 33. Obtentam alias per hunc Generalem 1620. d. 6. Octobr. victoriam MARTINVS BRONIOWSKI Poloniee deſcripſit in 4.

l. 41. adde: De qua Confœderatione Leopolienſi communiter dicta peculiaris informatio Polonica extat, in 4.

In Notis lin. 1. Ad Hiſtoriam Stephani ſpectant Epiſtolæ ad eundem Regnique Senatores aliquos ab Auguſto Electore Saxoniæ perſcriptæ, quæ reperiuntur in DAVIDIS PEIFERI Conſiliarii Saxonici *Epiſtolis publico nomine ſcriptis*, nuperque A. 1708. Ienæ in 8. à *M. Fried. Gottbelff Gottero* cum Præfat. *D. Ioh. Franciſci Buddei* publicatis. *ANDR. RECICII Inſtigat. Regni Accuſationis in Chriſtoph. Sborouium Actiones III. Crac. 1585,* 4.

P. 31. In Notis lin. 4. Huc pertinet *IOHANN. DOBROCIESKI Relatio victoria contra Turcas 1626. 7. Oct. ad Bialaquerquam per Steph. Chmielecki obtenta*, Poloniee. Leopoli, in 4.

P. 33. ad fin. §. 18. adde: Huc pertinet *Hiſtoria ſiue deſcriptio plurimarum rerum memorabilium, qua tempore belli Suecici in Regno Polonia ab anni 1655. menſe Iulio vsque ad anni 1661. menſem Maium geſta ſunt*, edita in lingua Polonica, non tamen addito Autoris nomine aut loco & tempore impreſſionis. 4.

P. 34. l. 31. Eſt hoc Diarium Liber I. *Hiſtoria arcana.*

P. 35. l. 4. *Gallico* & 1700. Hagæ Comitum Belgico *idiomate publicata:*

lin. 29. Huc refer Carl Chriſtoph Bergmanns Hungariſch-Polniſch-Venetianiſche Kriegs-Thaten wider den Türcken von an. 1400. biß 1687. Franckfurth

und

und Leipzig, 8. in quo libro tum Regum anteceſſorum, tum inprimis Iohannis III. res geſtæ contra Turcas exponuntur.

Lin. 40. adde: In Germanica tamen verſione, quæ ſub tit. des curieuſen und vollkommenen Polniſchen Staats-Manns 1698, 4. prodiit & allegatur infra p. 115. nouum caput, quod agit de electione Regis Auguſti, additum eſt.

P. 36. l. 52. add. tum ſeparatim edita eſt Cracouiæ 1548, 8.

P. 37. l. 10. add. item Cracou. 1548. ſeparatim prodiit.

L. 46. add. & Patauii 1685, 12.

P. 45. l. 47. Solennitates in nuptiis cum Anna Auſtriaca obſeruatas prolixe deſcribit MICHAEL HEBERER von BRETTEN Cancellariæ Palatino-Electoralis Regiſtrator in libro Heidelbergæ ſub tit. *Ægyptiaca Seruitus*, German. 1610, 4. publicato & quidem Libr. IV. c. 4--9.

P. 47. lin. 11. imo in *Plinii Polonici* Tom. I. (qui non addito anno & loco in 12. prodiit & Orationes aliquot Oratorum e Societate Ieſu Polona Vladislao IV. & nonnullis Regni Senatoribus ſacras continet) ipſum hoc *Tropæum* ſub KVHNII nomine reperitur.

P. 48. l. 22. & in allegato Tom. I. *Plinii Polonici* item *Manipulo Orat.* Romæ edito habetur.

P. 49. l. 16. quos inter *Kiwockianos* Panegyricos numeratos, (cum eum, quem Vladislao IV. Vilnam ingredienti nomine Academiæ Soc. Ieſu 1634. dedicauit, tum iſtum, quem nomine eiusdem Academiæ eidem Regi ſub titulo *Theatri gloriæ* 1636. conſecrauit) editos nouimus in *Plinii Polonici* Tom. I.

P. 50. lin. 5. qui habetur in *Manipulo Orationum* Romæ publicato.

P. 53. in Notis lin. 4. adde: 17) FRID. MEIBOHMIVS, S. Theol. D. Archi-Presbyter Elbingenſis, Canonicus Gutſtadienſis concionem funebrem Germanicam in exſequiis laudati Regis Elbingæ habitam ſub latino titulo *Principis Magni* publicauit Elbingæ 1649, 4.

P. 63. lin. 41. poſt 1697, 4. add. Polonice, item Latine prodiit Varſauiæ, 4.

P. 79. l. 4. poſt, *à ſecretis* add. (imo ſecundum *Curicke* in Beſchreibung der Stadt Dantzig pag. 128. & 130. primum Secretarii, poſt Syndici Gedanenſis, quod & probatur è Præfat. allegati hic Poëmatis, in qua dicitur illum aliquot annos noſtræ vrbis cauſa in aula Regis Stephani ſubſtitiſſe.)

P. 84. l. 29. Ad profligandum e Pruſſia Guſtauum CASPAR TWARDOWSKI ciues ſuos excitauit carmine Polonico, cui titulum præfixit: *Feriat quiuis cordatus Guſtauum. Leopoli 1629.* fol.

P. 85. l. 26. Quidam amator Patriæ Diſcurſum Polonicum euulgauit, in quo oſtenditur Deum hoc anno æterno opprobrio Regni Polonici copioſum exercitum puniuiſſe. 1648. 4.

P. 88. l. 2. poſt 1657. add. quæ ſeorſim etiam 1657, 12. excuſa eſt.

P. 101. l. 7. Ipſi vero articuli pacis inter illos initæ habentur tum in *Theatro Pacis* Tom. II. p. 221. & in collectione Tractatuum Pacis Gallica T. IV. p. 163. tum ſeparatim prodierunt 1666, 4.

P. 105. l. 17. quæ & in lingua Polonica ſeorſim prodiit f. Deſcripſit alias ANDR. GORKOWSKI legationis ad tractandam pacem cum Aula Turcica Secretarius integram hanc legationem ſubque titulo: *Compendium Legationis Stanislai Malchowski Palatini Poſnanienſis & a Rege & Statibus Pol. conſtituti Plenipotentiarii* in lingua Polonica edidit. fol.

In Notis, lin. vlt. Nec omittenda ſunt 1) *Conſiderationes modernum Reipubl. Polon. Statum & machinationes Suecorum concernentes a Nobili quodam Polono in maiori Polonia conſcripta* lat. & germ. Gedani 1675. 4. 2) Copia der bey öffentl. Audienz an den K. in Pohlen vom Königl. Schwediſchen Ambaſſadeur gehaltenen Rede 1676. 4. Cæterum Ioannis III. Hiſtoriam illuſtrant ANDR. CHRYSOST. ZAŁVSKI t. t. Epiſcopi Kiiouienſis, poſtea Varmienſis *Orationes diuerſis temporibus*

ribus in Comitiis & Senatus-Conſiliis Polonico idiomate habita & publicatæ Caliſſii 1702. fol. Omnia vero, quæ ſub trium Regum, quorum in hoc §. XL. hiſtoria deſcribitur, imperio vsque ad finem anni 1710. memorabilia euenerunt, idem Illuſtris Auctor multa cura complexus eſt in editis nuper *Epiſtolarum Hiſtorico-Familiarium* Tomis III. Brunsbergæ 1709. 1710. 1711. f. vbi quamplurima ad tempora Interregnorum, Electionum, Comitiorum, bellorum, &c. pertinentia Memorialia, Epiſtolæ & alia Acta publica inſerta ſunt. Iungenda tamen his eſt GRATIANI SEVERINI LIPINSKI Nobilis Prutheni ad Vincentium Conſtantinum Starodobrski Nobil. Pol. *Epiſtola*, *Sicilimenta quædam in* laudatarum *Epiſtolarum Zaluskianarum loca nonnulla, terras Pruſſiæ, ſpeciatim Ciuitatem Gedanenſem concernentia exhibens* 1711. & recuſ. 1712. 4. Cuius continuatio vlterior expectatur.

P. 114. l. 46. prima editio prodiit Leopoli 1630, 4. ſub tit. *Apocalypſeos.*

l. 50. poſtea Leopoli 1632. Ex Scriptis *Orichouii* alias *HIERONYMVS BOZDARZOWSKI afflictæ Reipub. Polon. exemplar & ſolidum auxilium* Polon. deſcripſit 1625. 4.

lin. 58. *Defenſionem titulorum Principum à Republ. in laudis comitialibus conceſſorum IEREMIAS BIELEIOWSKI* in vernacula adornauit. 1641. 4.

P. 115. l. 18. vt & editio de A. 1654. 4. extat; in vtraque tamen editione antiquiori non titulum *Iuuenalis rediuiui*, ſed tantum *Satyrarum ad emendationem morum in Polonia facientium* gerit.

l. 39. quod Schediaſma eſt verſio gallici tractatus, quem Mr. de la *BIZARDIERE des Dietes de Pologne pour les elections des Rois* edidit & ſupr. p. 35. allegatur. In hac tamen verſione nouum caput de Electione Regis Auguſti acceſſit.

In Notis l. 6. Status Politicus Regni Pol. formaque Regiminis deſcribitur etiam in IACOBI SANDRART citata ſuperius des Königreichs Pohlen Land-Staats- und Zeit-Beſchreibung, P. II. Adiici merentur ſequentia in lingua Polonica euulgata Scripta: *Dialogi III. Poloni & Itali de libertatibus & Iuribus Poloniæ* 4. non addito loco aut tempore impreſſionis. LVCÆ GORNICKI, Capitanei Tykocinenſis &c. *Via ad perfectam libertatem*, quem tr. poſt obitum Auctoris filius ipſius eiusdem nominis, Decanus Varmienſis & Canonicus Wilkenſis itemque Sigismundi III. quondam Secretarius publicæ luci expoſuit Elbingæ 1650. 4. S. S. (qui forte eſt *SIMON STAROVOLSIVS*) *Reformatio morum Polonicorum* 4. Eiusdem forte Auctoris & idem etiam Schediaſma eſt, quod quidam nobilis Antiquo-Polonus (*Szlachcic Staro-Polski*) ſub titulo *Correctionis nonnullorum morum Polonicorum* 1625 4. publicauit. Non minus, ſequens verſibus Polonicis ſcripta Satyra: *Intereſſe priuatum Poloniam gubernat Reipublicæ cordatus miniſter* (*Stateczny Sluga*) *ſequitur*. 1649. 4. *M. SEBASTIANI MICZYNSKI ſpeculum Regni Poloniæ, graues offenſas & ingentes afflictiones, quas à Iudæis patitur, filiis regni exhibens & ad Comitia generalia 1618. propoſitum* Polonice Cracou. 4. In eadem lingua CHRISTOPH. FRANCISCVS FALIBOGOWSKI diſcurſum de *profuſione & ſuperfluo luxu Regni Pol.* Cracou. 1625. 4. edidit.

P. 120. l. 10. Idem *Verum equitem*, adiecta IOH. KOCHANOVII ſatyra pol. deſcripſit. 1648. 4.

l. 23. & nuper de eodem morbo CHRISTIANVS de HELWICH, Med. D. Vratislauienſis HONVPHRII BONFIGLI Liburnenſ. *Tractatum Medico-Phyſicum cum remediorum methodo* edidit. Accedunt *Excerpta de eod. affectu ex hiſtoria morborum Vratislauienſ.* Vratisl. & Lignicii 1712. 4.

P. 122. fin. §. 47. Referri huc quoque poteſt: SAM. FRID. LAVTERBACH, Frauſtadii ad Præſepe Chriſti Paſt. Frauſtädtiſches Zion, d. i. hiſtoriſche Erzehlung desienigen, was ſich von A. 1500. biß 1700. im Kirchweſen zu Frauſtadt in der Cron Pohlen zugetragen, Leipzig 1711. 8.

P. 123. l. 52. Eiusdem (MARKIEVICII) poſtea Varmienſis Canonici & Tarnouienſis

ſis Præpoſiti opera Prodiit Pariſ. 1672, 4. *Informatio ſummo Pontifici Innocentio XII. de duplici inſtituto Soc. Ieſu data.*

P. 124. l. 22. vt & IACOBI SLIWSKI Plebani Grodzicenſis *Defenſio ſpiritualis Plebanorum ratione agrariarum.* Iaroslauiæ 1623. 4.

P. 126. in Notis l. 11. cuius autor fuit ANDR. OLSZOWSKI Archiepiſc. Gneſn. & habetur hic tractatus etiam ad calcem Part. I. Tom. I. *Epiſtolarum hiſtorico-famil.* Dn. ZALVSKI.

P. 127. l. 6. *Agenda vel forma ordinis ſacrorum in Eccleſiis Reformatorum Regni Pol. & M. D. L.* edita in lingua Polon. Gedan. 1637. 4.

P. 129. l. 1. quam etiam Continuatio I. (erſte Fortſetzung) ſubſecuta eſt 4. & agit de vita huius Cardinalis etiam der Agent. I. Fonction p. 107. & 2te Fonct. p. 111.

P. 132. l. 1. poſt *Lithuania* add. prima vice Cracouiæ 1588, ſecunda Vilnæ 1619. tertia.

l. 2. poſt 1648. add. & denique quarta Vilnæ 1693.

l. 27. Hæc tamen MVLLERI item HENNINGII *Chronica* ad inſtantiam Regis Polon. Sigismundi III. à Frid. Wilhelmo Duce Saxoniæ In Academia Ienenſi prohibita & confiſcata fuerunt, vti apparet è laudati principis Saxonici ad pariter laudatum Regem epiſtola Torgæ 1590. Cal. Febr. data, quæ reperitur in *Dav. Peiferi epiſtolis* p. 127.

P. 134. l. antepenult. Nuper IOAN. HENR. BOECLERVS V. I. D. & in Vniu. Argent. Iuris Publ. Profeſſor de acquiſito & amiſſo Imperii Romano-Germanici in Liuoniam Iure Diſputationem publ. euulgauit, Argent. 1711, 4.

P. 136. l. 38. (quem Dantiſcanum fuiſſe, ipſum vero Chronicon parum accurate, inprimis qua Chronologiam conſcriptum eſſe annotat *Henneberger* in Præfat. iteratæ editionis huius Chronici allegatæ mox p. ſeq.)

P. 138. l. 17. Nuper quoque *Tractatus de origine & moribus gentis Boruſſicæ, inprimis veterum, binis Declamationibus Academicis* productus & publici iuris factus (non addito tamen autoris nomine) Francof. ad Oder. 1708. 4.

P. 140. l. 29. Sic quoque IOH. RYWOCKI Soc. Ieſu *vitam Simonis Rudrackii Epiſcopi Varmienſis* ſcripſit Brunsbergæ 1624. 4.

P. 142. l. 44. Ius Culmenſe emendatum (quod nouiſſime vna cum *proceſſu Iuris pro Diœceſi Varmienſi, Conſtitutionibus Mauritii* (Epiſc. Varmienſ.) *nec non Sigismundi Regis & Alberti Marchionis, IOAN. GEORG. KVNIGK.* I. V. D. Cuſtos, Canonicus & Adminiſtrator Epiſcopatus Varmienſ. edidit, cui in fine adduntur *Flores legum,* Autore THOMA DE THOMASETTIS, I. V. D. Brunsberg. 1711. fol.)

P. 144. in Not. l. 4. *IOH. GRODWAGNERI Diſcurſus de pretio pecuniæ modernæ, nonnullisque inde orientibus effectibus; addito remedio vel modo diminutionis pretii pecuniæ ſine vllius damno* pol. 1632. 4. In eadem lingua exiit *Demonſtratio euidentis damni, quod patitur Regnum Polon. ex peregrina moneta, præcipue vero ex moneta Sileſiaca &c. in Comitiis Regni generalibus 1645. exhibita.* 4.

P. 153. l. antepen. *D. Ioan. Gottl. Molleri* Dec. IX. p. 1388. & *D. Nath. Falckii* Decad. IV. p. 522.

P. 156. l. 5. & Baranovvæ 1628. 8. vbi etiam 1632. 8. ipſa *Confeſſio Sendomirienſis,* idiomate Polonico ſcripta, recuſa eſt, cuius prima editio prodiit Cracouiæ 1574.

In Notis lin. 9. Sic & *GEORGIVS TYSKIEWICZ reſponſionem ad libellum inſcriptum:* Patrocinium veritatis *Crac. 1615.* edidit.

P. 157. l. 52. & aliam 1711. ob iterum ſublatum à ciuitate malum. f.

P. 158. l. 15. Pariter M. IO. SARTORII t. t. Gymnaſii Elb. Rectoris *Oratio Panegyrica ipſis Encæniis Gymnaſii Elb. reſtaurati ſecularibus anno iſtius primum Iubilæo 1699. d. 26. Nou. dicta* ibidemque excuſa 1701, 4.

lin. 48. vt & eiusdem *Druſidos conſeruata ſ. Elbinga cum vicinis locis Pol. ſceptro reſtituta Vladislao IV. gratulantis expreſſio* ſtylo Poëtico conſcripta, Elb. 1636. fol.

P. 159. l. 4. in latinam linguam quoque ſub tit. *Repræſentationis Iuris clari ac liquidi* &c. translata.

 In No-

"Epiſcopi Cracouienſis, accerſitur. Is namque permotus "Beati Viri vitæ integritate, Diuinarum humanarumque re"rum peritia, conſilii maturitate, agendique dexteritate, "Præpoſitum Sendomirienſem eum inſtituit: vbi ſane inter "reliquos eius Eccleſiæ Prælatos Vincentius haud aliter atque ſtella "matutina in medio nebulæ emicuit. Vnde &, Fulkone e viuis ab"eunte, per liberam ſolius Capituli Eccleſiæ Cathedralis Cracoui"enſis electionem, idem Vincentius ad Epiſcopatum Cracouienſem, "nemine renitente, Anno Domini MCCVII. eligitur, ac per Inno"centium III. Papam confirmatur: demum per Henricum Archi"epiſcopum Gneſnenſem conſecratur. Hic igitur in tanto digni"tatis Paſtoralis gradu conſtitutus officium ſibi commiſſum ſtrenue "aggreſſus, ab officio pietatis, & cultus diuini cura illud exorſus eſt. "Etenim non contentus, quod plurimorum egenorum prouiſor, "debilium curator, pupillorum Patronus, viduarum & perſonarum "afflictarum & oppreſſarum protector indefeſſus fuerit, quod inge"nia felicia adoleſcentum fouerit, plurimum liberalitatis plurimis "Eccleſiis, tam ex bonis menſæ Epiſcopatus ſui, quam (quod magis "eſt) de proprio & hæreditario patrimonio præſtitit. Eccleſiæ "namque Kielcenſi, pro tunc exiguos prouentus habenti, in hono"rem Beatiſſimæ Virginis MARIÆ fundatæ, decem præbendas "attribuit & donauit. De bonis vero paternis Conuentui An"dreouienſi, a Ioanne Epiſcopo Wratislauienſe & eius fratre de "Armis Gryphonum erecto & fundato, villas Czernikow & Soy"czow in præſentia Henrici Archiepiſcopi Gneſnen. Gedeonis Plo"cenſis, Ogieri Cruſwicenſis, Epiſcoporum in perpetuum dona"uit. Inſuper Conuentui Coprzywnicenſi duas villas itidem pater"næ hæreditatis, Niekisiałkę & Karwow iure perenni dicauit, ana"themate graui contra nepotes ex fratre ſuos, ſcilicet Boguslaum "& Suliſlaum, interpoſito, ne bona præfata Eccleſiæ collata adime"rent. Tantæ autem authoritatis, dum adhuc Præpoſitum Sen"domirienſem ageret, apud Leſconem Album Monarcham Polo"niæ B. Vincentius eſt habitus, vt eidem cuſtodia & officium Ora"toris, in reducenda ad Regnum Haliciæ B. Salomea filia eiusdem "Polonorum Monarchæ, delegaretur. Summa itaque cum laude, "ſpatio decem annorum Eccleſiæ Cracouienſi præſidens, de ea"demque & Regno Poloniæ optime meritus vita ſancta monaſtica "præ opibus Epiſcopalibus electa, impetrata ab Honorio ſummo "Pontifice Romano licentia ſimul atque ſe Epiſcopatu Cracouienſi "abdicat, ac Monaſterium Andreouienſe ordinis Ciſtercienſis ingre"ditur: ſuſceptoque habitu ac probationis expleto anno, eandem "Regulam profitetur. Vbi ſub Regulari diſciplina in maxima vitæ "auſteritate, obedientia, humilitate, ieiuniis, vigiliis, aſſiduis oratio"nibus, quinquennio commorans; plurimis cœpit clarere virtuti-
bus

“am texuit, hoc item anno Ciſtercium illuſtrauit, Pontificalibus in-
“fulis ſpretis, vt monachum indueret & renunciata gratia ſui prin-
“cipis, qua præ aliis pollebat, ac ſæculi potentia, diuitiiſque, vt vi-
“tam ageret humilem, ſed quietam, & ſoli Deo vacans, in An-
“dreouienſi Cœnobio, quod ſibi præelegit, conſummaretur. Præ-
“fuerat Cracouienſi Eccleſiæ per annos vndecim,[2] quippe electus
“Anno 1207.[3] cum ea Eccleſia vacaſſet morte Fulconis (Peleam[4]
“alii dicunt) poſtquam ipſo agente & procurante, prima totius Pro-
“uinciæ poſt Metropolitanam ab Innocentio tertio decreta eſſet.
“Martinus mihi Cromerus auctor eſt, Polonicarum rerum Scriptor
“haud contemnendus.[a] *In ſequenti Anno*, ait, (ſcilicet 1207.) a Rer. Polon. lib. 7.
“*Fulco quoque ſiue Pelea*[5] *Cracouienſ. Epiſcopus, Palatini frater vi-*
“*ta exceſſit, qui ſibi & ſucceſſoribus ſuis prærogatiuam loci & ſuf-*
“*fragii ſecundum Archiepiſcopum in Gneſuenſi Prouincia ab Innocen-*
“*tio tertio Pontifice Max. impetrauit. Succeſſit autem ei Magiſter*
“*Vincentius cognomento Cadlubeus,*[6] *Præpoſitus Sendomirienſi gente*
“*Roſeus, vir doctus, vt tunc ferebant tempora, & pius, qui primum Po-*
“*lonorum hiſtoriam gentis ſuæ conſcripſit.*[7] Ita Cromerus.

2. HiſtoriaPolonica collecta ex Bibliotheca Io. Piſtorii & Baſileæ ex-
“cuſa[8] de genere Vincentii ingenioq; & de ipſa electione paulo diffu-
“ſior.[b] *Anno* (ait) *Domini* 1207. *Magiſter Vincentius Kadlubkonis de* b Tom. 2. l. 3. c. 32.
“*Karbo-Vuiuco*[9] *prope Opalbuic, nobilis de domo Koſce, Præpoſitus*
“*Sendomirienſis propter ingenii excellentiam per Capitulum Cracouien-*
“*ſe in Epiſcopum Cracouienſem electus eſt,*[10] *ab Innocentio tertio confir-*
“*matus & ab Henrico Archipræſule Gneſnenſi conſecratus; electus eſt*
“*in epiſcopum, quamuis in Eccleſia Cracouienſi nullam obtineret Præben-*
dam. Hactenus ibi de electo & electione. Geſta in Epiſcopatu clara il-
“luſtriaq; longum eſſet ad vnguem recenſere. Illud compertũ, quam
“primum ſedem poſt Metropolitam impetrauerat Fulco, Vincentiũ
“gloria atq; dotibus condignis non ſolũ repleuiſſe, ſed cumulaſſe. Co-
“lomanum Andreæ Regis Vngarorum filium, vt ad Haliciæ Regnum
“perueniret ex patris teſtamento, egregie iuuit: regno potitum ſole-
“mniter inunxit & coronauit. Nec multo poſt (quod ſupra infulas eſſe
“videri poſſet) e ſolo per vim pulſum audacia æmuli; auctoritate
“potentiaque reſtituit, hoſtibus etiam ipſis reuerendus. Vladislais
“Patruo nepoteque inter ſe diſſidentibus atque vniuerſas conter-
“minas Prouincias per inteſtina bella lacerantibus, concordiæ &

d pacis

2 Decem ſaltem anni numerantur in Epitaphio quod præmiſimus.

3 Anno 1208. electus dicitur in Epitaphio, quamuis varient hic Scriptores.

4 Pelkam vocant Dlugoſſus & Cromerus.

5 Pelka habet editio Cromeri Piſtoriana.

6 Cadlubeus vocatur ibid. ap. Cromer.

7 Addenda adhuc erant ex Cromero verba: *liberis collegii ſacri ſuffragiis creatus, & expetitus, quamuis ipſe in eo collegio non eſſet.*

8 Non hiſtoriam, ſed Corpus hiſtoricorum Polon. collegit Piſtorius; quare allegandus potius erat Matth. Michouius L. 3. c. 32. Chron. Pol. quod habetur in Piſtorii Collectione Tom. II.

9 Lege *de Karnow, vico prope Opatow.*

10 Hac male tranſpoſita, ſequuntur enim ſtatim verba, *quamuis in Eccl. Crac. null. obtin. Præb. ab Innocentio* &c.

"pacis auctor & qui vtriusque firmaret conditiones & confirmandas "Innocentio præſtaret, primus vel inter primos Vincentius fuit. At-"que hæc pro regno.

3. Nec minora aut pauciora pro ſacerdotio aut pro Eccleſia "ſua, atque ex religioſiori fortaſſe zelo & quæ minus communem "vtilitatem longiori duratione compenſarent. Decem Præben-"das in Eccleſia Kielcenſi fundauit, dotauitque: [11] Diuino cultui "æternum ſeruituram Cracouienſem de cœlo fulmine tactam inſtau-"rauit decenter, atque veſtibus ſacris, vaſisque quæ ab igne combuſta, "& plura numero & opere illuſtriora, materiaque, (nulla prorſus "omittens) ſubrogauit: quin & diſtributiones quotidianas, annuis "ad id reditibus prouiſis, pro Canonicis, auxit: quo temporali in-"cremento velut illecti, frequentiores ad diuina officia concurre-"rent, ſicque ad cœleſtia auidius aſpirarent. Denique quibus De-"um promereretur, multa & egregia fecit, quibus ſe ipſum præſenti-"bus ingereret, poſteris ſui memoriam commendaret nulla non fecit "opera, vti vere magnus, nec ſibi ſoli natus, ſed ſuis omnibus. Atque "hæc omnia idem qui ſupra auctor Martinus Cromerus [c] neque "non & hiſtoria Polonica ex diuerſis [12] collecta, [d] nonnulla etiam "Bzouius adnotarunt, [e] in quibus latius videat, quicunque volet.

[c] dicto lib. 7. [d] l. 3. c. 32. [e] ad hunc Ann.

4. Mihi inter cunctas Vincentii glorias, vna pro multis [ſeu ca-"ſu factum felicitati tribuas, ſeu per iudicium zelo & pietati] quod "magnum illud totius Poloniæ lumen imo & totius orbis S. Iacyn-"tum [quem ſibi in ſocium & coadiutorem non multo poſt aſciuit "S. Dominicus] & Diſcipulum habuit & Canonicatu donauit ſuæ "Eccleſiæ [quippe qui ei ſucceſſit Iuo, Sancti filius, & Iacynti auun-"culus Cracouienſem Canonicum inuenit, vt in Cromero [f] & aliis "videri poteſt,] fatali quadam noſtrorum propenſione in illud in-"ſtitutum, cuius non ſolum cunabula fouere, ſed præuenire datum; "& quod magis mirandum, præueniri: quippe non tantum pro-"feſſi erga profeſſos erga prædicatores Ciſtercienſes, & erga pro-"feſſuros profeſſuri, etiam cum non cogitabant, profundebantur. "Ita Dominicum, Oxomenſis Didacus, Oxomenſi præbenda, cum "neq; Ciſtercium cogitaſſet, neque ille edendum fœtum concepiſſet, "ita Iacyntum Vincentius Cracouienſis Cracouienſi donauit, cum "neuter adhuc de deſerendo ſæculo, neuter de conuerſione deli-"beraſſet.

[f] vbi ſupra.

5. Ergo Vincentius his, & aliis rebus charus, clarusque & Princi-"pi & clero *cum Baſilicæ Cracouienſi* [ait idem Cromerus, [g]] *cuius ſup-"pellex vniuerſa tacto de cœlo ærario conflagrarat, multa contuliſſet, "decimasque nonnullas collegio eiusdem Baſilicæ in diſtributiones quo-"tidianas & in lucernam, quæ perpetuo in templo arderet, addidiſ-"ſet, Epiſcopatu ſe abdicauit, ne quidquam aduerſante Principe ac diſſua-*

[g] ibid.

11 Deſunt forte quædam, nam hic lucernam perpetuo ardentem, & mox, Baſilicam Cracou. indigitare videtur.

12 Id eſt Miechouius, vt dixi.

diſſuadente collegio ſacerdotum: & in Andreouienſi Monaſterio (or-“
dinis Ciſtercienſis) *reliquos quinque vitæ annos religioſe exegit, cum*“
decem annis epiſcopus fuiſſet. Decem, inquam, completis, inceptis“
vndecim, ita Cromerus. Neque aliter hiſtoria illa Polonica,[13] cuius“
etiam hic verba libet transſcribere.[b] *Idem Vincentius Kadlubkonis*“ b vbi ſupra.
Cracouienſ. Epiſcopus habitum & ordinem religionis Ciſtercii in Mo-“
naſterio Andreouienſi profeſſus, reſignato Epiſcopatu aſſumſit; &“
ex bono factus optimus, nudus nudum Chriſtum ſequutus eſt Anno“
Domini[14] 1208. Hæc ſatis nunc de Magiſtri Vincentii Monachatu“
atque Pontificalis dignitatis reſignatione: reliqua eius in tempore“
dicemus.“ Eſt autem locus, ad quem hic prouocat, eodem Tomo
IV. paulo inferius,[a] vbi ſequentia leguntur: “Hoc item anno ad a ad an. 1223. c. 3. n. 7.
ſuperos tranſierunt duo inſignes Pontifices, Vincentius & Guillel-“
mus, quos ſpretis infulis Ciſtercium amplexatos, alterum in Polo-“
nia, in Gallia alterum, ſuperioribus annis commemorauimus. Vin-“
centium Cracouienſem olim Epiſcopum poſt quinquennium per-“
actum in Monachatu, excepit mors ipſi ſoli læta & felix: nam An-“
dreouienſibus plane deploranda, qui tanti viri non ſolum Magi-“
ſterium amiſiſſent, verum exempla. De eo in Polonica hiſtoria“
ex Bibliotheca Ioannis Piſtorii collecta & Baſileæ excuſa, poſt in-“
fulas ſpretas & Monachatum aſſumtum commemorata, hæc ha-“
bentur ſcripta. *Nudus nudum Chriſtum ſequutus eſt Anno Domi-*“
ni 1218. & poſt 5. annos ergaſtulo carnis ſolutus in Domino quie-“
uit, octaua die menſis Martii Anno Domini 1223. in Monaſterio An-“
drezeouienſi[15] *in medio chori ſepultus. Hic dum Cathedram Cra-*“
couienſem regeret, Chronicam Polonorum, quæ incipit: Fratres[16]“
tribus ex cauſis theatrales odere ſolennitates; *ſcripſit, plura de ex-*“
teris, quam Polonorum geſtis nodoſe & inuolute in primis tribus“
libris perſtringens. Hic etiam decem Præbendas in Eccleſia Kiel-“
cenſi fundaſſe & dotaſſe aſſeritur. Hactenus ibi de Vincentii mor-“
te & ſcriptis. Conſonant Mart. Cromerus[i] & Ioan. Herbertus,“ i lib. 7.
& quotquot res Polonicas ſcripſerunt. Meminit eius inter Scri-“
ptores ordinis Ciſtercienſis in ſua Bibliotheca Phil. Seguinus[k] bien-“ k lib. 5. c. 3.
nio tamen ante ponens illius mortem, ſicut & Monachatum & ele-“
ctionem in Eccleſiam Cracouienſem. Meminit & Henriquez in Me-“
nologio ad ſecundum diem Menſis Februarii.“

Neuter tamen ex his ſcriptoribus inſpexiſſe videtur bina Ioan-
nis Longini de Kadlubkone loca, quæ quidem hic repetere, cum
Tomo præſentis operis primo reperiantur, forte nihil erat neceſſe,
niſi haberemus ea edita ex MS. a Felice Herbulto ante editionem
Kadlubkonis Dobromilenſem, ante ſcilicet quam Dlugoſſi Hiſto-
ria ab ipſo in publicum ederetur; quæ differunt ab impreſſis non
paucis in locis, quæ nos hic typorum diuerſitate indicabimus, vt

 ea cum

13 f. potius Miechouius.
14 Scribendum 1218.
15 lege *Andrzeouienſi.*
16 Lege *Tres tribus.*

ea cum impreſſis contendere lectores queant facilius. *Fulco*, inquit Dlugoſſus, † *alias Pelka Cracouienſis Epiſcopus cum annis vno & viginti ſediſſet, vndecima die menſis Septembris moritur & in Eccleſia Cracouienſi ſepelitur, genere nobilis, ſed actionibus nobilior, plures libertates, priuilegia & immunitates Eccleſiæ Cracouienſi apud ſedem Apoſtolicam, & ſignanter, vt Epiſcopus Cracouienſis omnibus aliis Prouinciæ Epiſcopis ac Eccleſiæ Polonicæ loco & voce prior ſit &* inprimis * Gneſnenſi *Archiepiſcopo in conſecrando manum imponat, obtinuit. In locum eius conformi electione Magiſter Vincentius Kadlubkonis de Karvvovv vico prope Opatovv ſito, Præpoſitus Sandomirienſis, cum eſſet genere nobilis de domo & familia* Kosze, *licet aliquam dignitatem aut Præbendam in Cracouienſi Eccleſiæ non obtineret, propter excellentiam ingenii & doctrinæ, qua pollebat, poſtulatus & ab Innocentio tertio confirmatus. Cui naturæ prægnantis* dotes *& fœcundus vterus præclarum ingenium contulerat, quem* tam *benigno lumine aſtra reſpexerant, vt ſine externæ opis adminiculo condendo corpus* Hiſtoriæ *de Annalibus Polonorum* magnificum perſcriptum *literarum* ſenſu *expreſſerit & literarum ſtudiis decus & ornamenta, mores ingenuos & normam* certam *viuendi* adiecerit: *Et quamuis ad illa vsque tempora Duces & Monarchæ Poloniæ, qui apud Cracouiam principabantur, ad ſuum beneplacitum ſedem Cracouienſem contuliſſent, decedentibus* ipſis *nouos pro ſuo laicali more ſubſtituendo, quidam tamen Prælati &* Canonici Cracouienſ. *viri elegantes & fortes columnæ huic abuſioni & corruptelæ viriliter reſtiterunt & vnanimiter præfatum Magiſtrum Vincentium in Epiſcopum* Cracouien. *elegerunt, & electionem eius Innocentio tertio ſummo Pontifici præſentarunt, qui præſentatum* confirmat *& per Henricum Gneſnen. Archiepiſcopum* mandauit *conſecrari. Fuit autem ex Prælatis* Cracouien. *vnus Ioannes Archidiaconus, qui liberam electionem* ipſi a *Capitulo* Cracouienſi *obtinuit.* De morte Kadłubkonis paulo infra * Dlugoſſus ita loquitur: *Vincentius Kadlubkonis olim* Cracouien. *Epiſcopus, cum annos quinque in ordine Monaſterii Andrzeiouien. religioſe exegiſſet, octaua die menſis Martii laborum ſuorum immarceſcibilem coronam a* Chriſto, *propter quem omnia derſeruerat, percepturus, carnis ergaſtulo ſolutus eſt & in eodem monaſterio in chori medio ſepultus eſt. Qui dum Epiſcopalem adhuc rexiſſet* Cathedram, *viuacitate ingenii, qua pollebat,* de *rebus geſtis patriæ diſerto polito que ſtylo [quæ incipit: Tres tribus ex cauſis theatrales odere ſolennitates] edidit* Chronicam, *quam ſic accurate cogitateque* ſcripſit, *vt ad priſcorum laudem maxime acceſſerit, quos tantopere* admirantur. *Multa de exteris geſtis, plura quam de propriis perſtringens, per varia Hiſtoriarum, quicquid concinnum & aptum Polonis fuit, pulcerrima varietate intexuit. Quæ a multis Polonorum* celebratur & legitur, *& ob* raritatem *tam domeſticæ, quam peregrinæ*

hiſto-

† Lib. 6. ad an. 1207. p. 602. nov. edit.

* *primus Gneſnenſis* legitur in noua edit. mendoſe & contra prioris ed. fidem.

* L. 6. ad an. 1223. p. 629. nouæ edit.

hiſtoriæ & ob elegantiam ſcripti, *grauitate verborum* lucens *non vulgarium, licet* taxetur *a quam plurimis, quod verboſus fuerit, alienarum Hiſtoriarum diligens, propriarum negligentior ſcriptor.*

Obſeruationes ad vitam KADLVBKONIS.

Subiungemus hic obſeruationes quaſdam ad vitam Kadlubkonis facientes. Ac primo quidem de familia Vincentii dubitatur non immerito, auctoribus in partes diſcedentibus, quorum alii ad *Koſzarum*, alii ad *Rozarum* eum referunt familiam. Quare Simon Okolski † in Orbe Polono litem ſententia ſua terminandam ratus, *De illo*, inquit, *dixit Miechouius & Cromerus in ſua hiſtoria, Dlugoſſus & vltimo Commentator ipſius Hiſtoriæ Dobromili editus 1612. Kantſcius in Vitis Archiepiſcoporum & Epiſcoporum Cracou. carmine vitam ipſius expreſſit, ſed armorum dicit fuiſſe Roza. At Dlugoſſus, Miechouius & Commentator in Hiſtoriam ipſius armorum Koſſy ſeu Koſium; errore igitur commiſſo typographi in Cromero pro Koſſeus Roſeus ponitur, ſeu pro Koſæ Roſæ.* Sed gratis hæc ab Okolſkio, numero, vt putat, teſtium confiſo, adſtrui, paucis oſtendemus. Et commentator quidem ille Hiſtoriæ Vincentianæ, vt de poſtremo ptimum dicamus, nullibi, quod ſciam, armorum Kadlubkonis meminit. Quodſi vero is Herbultum editorem, errore ipſi cum Starouolſcio communi, eundem putet cum Commentatore, vel ſic etiam cauſa cadet; cum Herbultus in Epiſtola dedicatoria diſerte eum *perantiquum ex Roſarum familia ſcriptorem* dicat. Sed errorem inde natum puto, quod Herbultus editioni ſuæ ſtatim poſt titulum adiecerit Dlugoſſi teſtimonium, quod ſupra a nobis eſt repetitum, atque ab Okolſkio forte pto verbis Commentatoris eſt habitum. Erit itaque Commentator iſte teſtis cum Dlugoſſo idem, aut potius nullus. In Dlugoſſo enim errorem calami agnouerit oportet Herbultus, cum triennio poſt, ipſum Dlugoſſi Tomum I. typis exſcriptum exhibens, locum hunc ita reſtituerit, vt Dlugoſſus etiam teſtaretur Kadlubkonem *de domo & familia Rozæ* fuiſſe. Solus igitut a partibus Okolſkii reſtat Miechouius, cuius verba cortumpi potuerunt a librariis æque facile ac Cromeriana; ſaltem facilius, quam loca reliquorum omnium. Quinimo ipſe Sim. Okolski * non multo poſt, ſui quaſi oblitus, in contrariam concedit ſententiam, Vincentiumque ad familiam Roſarum refert, natumque Boguphalo patre, matre Bogna, fratrem habuiſſe ſimiliter Boguphalum dictum & ex fratre iſto nepotes duos Boguslaum & Sulislaum, incertum quo auctore, tradit.

† In gente Pruſſorum Tom. II p. 548.

* Orb. Pol. T. II. in famil. Roza p. 637.

Liberalitatem Vincentii noſtri erga clerum his verbis laudat Dlugoſſus **: *Hic decem Præbendas in Kielcenſi Eccleſia fundaſſe & dotaſſe aſſeritur, decimas quoque manipulares iuxta Czchovv conſiſtentes ab Eccleſia Parochiali in Brzezie abſtractas Capitulo & Eccleſiæ Cracouienſi pro adminiſtratione vini & olei contuliſſe.* Sed

** L. VI. l. c.

Matth. Miechouius eadem latius perſequitur † hunc in modum: *Hic vndecim manipulares Decimas & ſeptem pecuniales in villis circa oppidum Czcbovv ſitis, ad menſam Epiſcopalem, vel, quod alii adſtruunt, ad Eccleſiam in Brzeze pertinentes, Eccleſia Cracouienſi perpetua donatione contulit. Ex quarum introitibus in vino, oleo, luminaribus cæteriſque neceſſitatibus Eccleſia Cracouienſis & Prælati cum Canonicis eam frequentantibus quotidianis diſtributionibus prouidentur. Nomina villarum manipularium decimarum ſunt hæc: Gnoynik, Gothprzidovva, Thymovva, Thvvorkovva, Iurkovv, Vyasd, Opathkovvicze, Luſczlauice, Faſczeſſovva, Conczisk a, & Zdanya: Nomina vero pecunialium Brzozovva, Olſzovva, Slona, Byeſznik, Polichta, Poſzna, item de Cazimiria vrbi vicina.*

† Chron. Pol. L. 3. c. 32.

Cauſam, cur monachum induerit Vincentius, cæteris omnibus hac in re oculatior ſcil. nobis aperit Stanislaus Sarnicius * de eo ſcribens: *Ærarium Baſilicæ Cracouienſis tactum de cœlo conflagrat: vbi & ſupellex vniuerſa Cadlubci abſumitur. Itaque Epiſcopatu Cracouienſi ſe abdicat aduerſante Principe & diſſuadente collegio ſacerdotum (incompatibile tum fuit, vt annotant, monachum & Epiſcopum eſſe) & in Andreiouienſi monaſterio reliquos quinque ſuæ vitæ annos exegit.* Deſumta hæc absque dubio ſunt ex Cromero, qui tamen non de ſuppellectili Kadlubkonis, ſed Eccleſiæ Cracouienſis loquitur. Fallitur etiam Sarnicius cum hæc ad an. MCCXXII. refert, quæ annis qunique mortem Vincentii, qui an. MCCXXIII. obiit, anteceſſiſſe ipſemet tradit.

* Annal. Pol. L. VI. c. 18. ad an. 1222.

Quo anno in viuis eſſe deſierit noſter, de eo quidem non conſentire auctores video. Voſſius * & qui eum vbique κατὰ πόδα ſequitur Mart. Zeilerus ** obitum eius ad annum MCCXXVI. referunt; Sandius, † Viſchius †† & alii annum MCCXXIV. ſubſtituunt, Abrah. Bzouius *** an. MCCXIX eum obiiſſe putat: ſed hos omnes ſatis refellit, quod ſuperius Vitæ Kadlubkonis ſubiunctum dedimus, ipſius Epitaphium, cui recte adſtipulantur Dlugoſſus, Miechouius, Angelus Manrique & alii, mortem eius anno MCCXXIII. accidiſſe aſſerentes.

* De Hiſt. Lat. L. II. c. 67. p. m. 457.
** De Hiſtoricis Part. II. p. 29.
† Notis ad Voſſ. de hiſt. lat. ad p. 457.
†† Biblioth. Script. Ciſtercienſ. p. 315.
*** Annal. T. XIII. an. 1219. n. 6. edit. 2dæ Colon. 1621.

Num inter Sanctos relatus fuerit à Pontifice Romano Vincentius, non facile dixerim. Sane de eo actum fuiſſe non multis abhinc annis Auguſtino Sartorius * refert. *Hoc vnum*, inquit, *inſtar portenti eſt, quod Ciſtercio per publicum ſtatutum omnimodis ſubterfugienti ſuorum Canonizationem pene ab Eccleſia fuerit obtruſa tot Virorum illuſtrium publica Apotheoſis, vt proinde noua experientia veriſſimum eſſe videatur, quod honor fugientem ſequitur. Intelligo quidem efficaciter nunc a Sancta Sede petendam procurandamque eſſe beatificationem Serui Dei* Vincentii Kadlubek *Epiſcopi quondam Cracouienſis & Monachi Andræouienſis, quæ eſt domus Ordinis Ciſtercienſis apud Polonos, adeoque hanc Veterum Ciſtercii Patrum legem nunc ex parte euacuandam;*

* Ciſtertii Bis-tertii Tit. VI. de Ciſtertienſibus Sanctis & beatis p. 240 ſeq.

At

At vero ſimul audio, non vnius Ciſtercii eſſe hæc Vota, ſed inſuper, & præcipue popularium, qui ſummis deſideriis cupiunt Magnum hunc Virum pro Patriæ ſplendore atque ſolatio ſpectare colereque inter Sanctos. Non debent vtique Ciſtercii leges eſſe præiudicioſæ fidelibus Populis, quorum pietas inſuper augeri debebat per noſtros. Hoc obiter notare volui, ne puſilli ſcandalum ſumant, ſi audiant, a Ciſtercienſibus olim prohibitum promouere Diuorum Apotheoſes, hodie v. ab iisdem ſollicitari Vincentii *publicos in Eccleſia honores.* Idem alio loco ** ſcribit: *Iam & Polonica cum glorioſa panegyri in Scenam prodire poſſet magnas dictura laudes Serui Dei* Vincentii Kadlubkonis *ante annos quadringentos & amplius Epiſcopi Cracouienſis, & ſubinde de conſenſu Honorii Papæ III. poſitis infulis in Cœnobio Andreouienſi Monachi Ciſtercienſis; verum nolim ego præuertere Polonorum ampliſſimos plauſus, quos proxime adornaturi ſunt, cum in Vrbe ad Votum ſucceſſerit Viri Dei Beatificatio, quam iam etiam Patres Ordinis vniuerſi in Capitulo Ciſtercii ſuperiore Anno Menſe Maio congregati pro Viribus a Sancta Sede procurandam decreuere. Habebunt deinceps felices & illuſtres reliquiæ vetuſtæ proſapiæ de Roſa, ex qua ſtirpe Vincentius progenitus eſt, habebit Cracouia Andreouiumque, habebunt Sarmaticæ Gentes auguſtiſſimam gloriæ meſſem, quam in cumulatiſſimas laudes veluti in totidem manipulos feliciſſime mox colligent, cum per Romana oracula decreti fuerint Patrono ſuo ſolemnes honores. Poſſem quidem ex ſerie Vitæ, quam Authore Simone Starouolſcio ex Bibliotheca noſtra apud me habeo, poſſem, inquam, exinde glorioſo Præſuli concinnare elogiorum Compendium: ſed, quoniam noua & ampliora ſub hæc Beatificationis tempora a Polonis Scriptoribus expecto, ſuſpendo calamum, ne forte tanto Anſtitite aliquid minus digrum contingat me hic dicere. Id ſolum cum admiratione & reuerentia obſeruo, vix fortaſſis eſſe poſt Deum & Diuam quempiam e Diuorum cætu, cuius auſpiciis & Patrocinio felices indigenæ tot experiantur prodigia, quam per merita Magni Præſulis Vincentii, adeo vt citatus Starouolſcius ſua iam ætate anno nempe* 1642. *præter numeroſa alia & probatiſſima portenta, octo omnino de nomine perſonas recenſeat, quæ ab an.* 1633. *quo ſacra Viri glorioſi lipſana eleuata fuere, Vincentii noſtri inuocatione ad Vitam denuo a mortuis ſint reuocatæ. Norit, credo, Eruditus Lector Stylum Curiæ, qui ad formandas Diuorum Apotheoſes expeditior feſtinat, ſi contingat eum per voces ad vitam reſuſcitatorum efficacius interpellari. Et hæc quidem euenere ſub cultus publici primordia, poſtquam ſcilicet venerandæ exuuiæ e veteri & humili tumulo in ſplendidius celebriusque Mauſolæum ſunt tranſlatæ, inter* 9 *duntaxat annorum non adeo longa ſpacia, vltra quæ tempora nihil notauit Starouolſcius. Quanta, obſecro, nunc amplitudine & numero diſpenſata diuinitus per Vincentii patrocinium beneficia recenſere poſſet Scriptor quiſpiam Starouol-*

** l. c. Tit. XIV. de Archi & Epiſcopis p. 391. ſq.

rouolſcio longe poſterior, qui ſuperioris Seculi nuperrimum finem attingens omnia ſingulaque in grandi Volumine eſſet complexurus, quæ omnipotentis Dei dextera pro Serui ſui apud Polonos Populos glorificatione per tot iam annorum periodos ſit operata? Expectet igitur mecum optimus Lector de Magnæ Poloniæ Maximo Thaumaturgo maiora volumina & inde ſuppleat, quod hic interim prætermiſſum eſt.

Teſtimonia de KADLVBKONE.

Laudarunt præter iam adductos Kadlubkonem multi, ex quibus paucos audire ſufficiet. Długoſſus in Epiſtola Dedicatoria: *Res Polonorum,* inquit, *ſcriptorum iniuria & ſegnitie ex claritate magnifica ad obſcuritatem & anguſtiam pertractæ, nec, vt decuit, pro iuſto atque integro celebratæ, adeo, vt nec a* Vincentio *Cracouienſi Epiſcopo ſuæ ætatis ſcriptore egregio, potuerint præclaro ingenio extolli.* Stanislaus Sarnicius* de eo ſcribit: *Cadlubkus primus ſcriptor hiſtoriæ Polonorum præmium laborum & eruditionis Epiſcopatum Cracouienſem conſequitur. Fuit autem ſynchronus Innocentii Papæ, qui decretalium libros promulgauit. Eodem tempore Haliciæ in Podolia, ſeu Galatiæ Regnum inſtituitur, cuius Regem idem Kadlubkus primus inaugurat.* Et paulo poſt:** *Et hoc modo Vincentius Cadlubkus genere Roſeus, vir doctus, vt tunc tempora ferebant, electus eſt a collegio, quamuis ipſe præſens non adeſſet.* Kantſcium in Vitis Archiepiſcoporum & Epiſcop. Cracouienſ. Vitam Kadlubkonis carmine expreſſiſſe auctor eſt Sim. Okolski,† qui etiam ex eo Verſus ſequentes recitat:*

* Annal. Polon. L. 6. c. 17.
** l. c. c. 18. ad an. 1206.
† Orb. Pol. T. II. p. 548
* l. c. p. 637.

Munere perfunctus biſſenis Præſulis annis
Fit Monachus, charum deſeruitque gregem.
Officium graue Paſtoris ratus: Arrigat aures,
Qui capit intrepida tanta pericla manu.
Conſcripſit Regum vitas & geſta ſuorum,
Hinc Patria æternum nomen ab orbe feret.

† L. 2. c. 12. §. 1.

Ioach. Paſtorius in Floro Polonico † hoc ipſi elogium ſcripſit: *Huic* (Epiſcopo Cracou.) *Vincentius Cadlubcus ſucceſſit, vir pro ſeculi ſui genio eruditus, primusque hiſtoriæ Polonicæ conditor.* Et in Procemio eiusdem libelli: *Equidem ante Iagellonem,* inquit, *pauciſſimos hic literis eruditos nouimus: certe vnum tantum, qui facta ſuorum poſteritati tradere aggreſſus ſit, Vincentium Cadlubcum; Virum ob antiquitatem, laboremque a nullo ante tentatum, venerabilem, quanquam alioqui Romanæ facundiæ cultu, ſeculi ſui vitio, minus niteſcentem.* Odoricus Raynaldus locum ipſi in Annalibus ſuis * his verbis reliquit: *Porro defuncto Fulconi Vincentius generis nobilitate (quod Dlugoſſus ſubdit) doctrina moribusque præclarus Cracouienſis Epiſcopus renunciatus eſt & ab Innocentio Papa confirmatus. Hunc Polonorum Hiſtoriam conſcripſiſſe memorant.* Carolus de Viſch noſtri meminit** his verbis: *Vincentius cognomento Cadlubaus, natione Polonus, ob raras animi*

* Tom. XIII. an. 1207. n. 14.
** Bibl. Ciſterc. p. 315. edit. ſec.

dotes

dotes electus & conſecratus Epiſcopus Cracouienſis &c. Centuriatores Magdeburgenſes, ** Abrahamum Bzouium *** atque Io. Herburtum a Fulſtin * in teſtimonium vocare nil attinet, cum ipſiſſima Cromeri verba repetant. Denique egit etiam de noſtro, teſte Viſchio, Caſpar Iongelinus in Purpura S. Bernardi, quæ nobis viſa non eſt: vidimus autem eius Notitiam Abbatiarum Ordinis Ciſtertienſis, in qua ſequentia † habentur: *Anno deinde MCCXIX. Vincentius Cadlubcus, Cracouienſis Epiſcopus & Hiſtoriæ Polonorum conditor relicto Epiſcopatu vltro in hoc Cœnobio Ciſtert. habitum aſſumſit, de quo nos plura in* Theatro Ciſtertienſi *inter Epiſcopos Cracouienſes.* Theatrũ illud Ciſtercienſe editum non eſſe puto, cum de Scriptoribus Ciſtertienſibꝰ Iongelinus multa conceſſerit Carolo de Viſch, quod hic laudat in Elencho Bibliothecæ Ciſtertienſi præmiſſo. Neque licuit nobis etiam inſpicere Chryſoſtomi Henriquez Phœnicem reuiuiſcentem, in ſuo Menologio * Ciſtercienſi quitem noſtrum ex Bzouio & Seguino deſcribit. Philippi Seguini Bibliotheca Ciſterciana, quam laudat idem Viſchius * & fuſius deſcribit ** in ſua Bibliotheca, neque edita, neque ab auctore ad vmbilicum eſt perducta; Henriquez tamen eius verba † adducit.

Scribit idem Viſchius * de noſtro: *Monaſticen profeſſus, reliquos V. vitæ ſuæ annos religioſe peregit; quibus nonnulla egregia exarauit opuſcula.* Sed vereor vt fidem inueniat apud lectores cordatos hæc Viſchii aſſertio. Mihi quidem in omnibus iſtis quos de Kadlubkone legi auctoribus, nihil ſcriptorum eius præter vnam Hiſtoriam illius Polonicam obuenit. Neque etiam adduci poſſum, vt credam Vincentium Hiſtoriam ſuam in religioſo iſto receſſu ſuo concinnaſſe; eam enim a Vincentio adhuc Epiſcopo Cracouienſi ſcriptam eſſe auctores habeo grauiſſimos Dlugoſſum & Miechouium **. Hanc Hiſtoriam ad Vladislaum Iagellonidem vsque pertingere dixerat Nicolaus de Chvvalkovv Chvvalkovvski in Sylloge Scriptorum de rebus Polonicis ipſius Iuri publico Regni Poloniæ in repetita editione auctiori adiecta, quem idcirco caſtigat Auctor Exercitationis ad Chvvalkovvii Ius publicum Chriſtophorus Hartknochius, his * vſus verbis: *Vincentius Kadlubko non contexuit hiſtoriam Polonicam vsque ad Vladislaum Iagellonidem, vt ſcribit Dn. Chvvalkovvius, ſed tantum ad Caſimirum Iuſtum, qui Sec. XII. Poloniæ præfuit, vt habet Hartknochius & inſpectio ipſa libri oſtendit. Nam ex lib. IV. Hiſt. c. 1. manifeſtum eſt, Kadlubkoni munus Hiſtoriæ ſcribendæ eſſe a Caſimiro Iuſto iniunctum, vt Commentator eius docet pag. 185. Diſcere hæc potuiſſet Auctor noſter ex Starouolſcii Vitis Epiſcoporum Cracouienſium, quas citat, ſi ipſius Kadlubkonis*

** Centur. XIII. c. 6. p. 627. Adde c. 10. p. 1107.
*** Annal. Tom. XIII. an. 1219 n. 6.
* Comp. Hiſt. Pol. L. 6. c. 5. & 8.
† Lib. IV. p. 47.
* Ad d. 2. Februarii.
* l. c.
** Pag. 280.
† l. c.
Hiſtoria Polonica KADLVBKONIS.
* Bibl. Ciſt. p. 315.
** locis ſupra adductis.
pag. 17.

ei non erat copia. Fontem erroris aperire haud erit difficile. ***Nimi-***
rum *Commentator Kadlubkonis adiecit quadam in fine Commenta-*
riorum de Vladiſlao Iagellonide, ex quibus Commentatoris quidem
ætas, non vero Kadlubkonis ipſius, poteſt cognoſci. Obſtupui, cum
iſta legerem, ad viri confidentiam. Quæ enim hæc eſt conſecu-
tio? Kadlubkoni hiſtoriæ ſcribendæ munus a Caſimiro Iuſto eſt in-
iunctum, ergo hiſtoria eius in hoc Principe finitur. Inſpiciendum
potius erat libri iſtius caput vltimum, ex quo manifeſtum redditur
Kadlubkonem quidem non pertingere ad Wladislaum Iagelloni-
dem, qui A. MCCCCXXXIV. atque adeo diu poſt Kadlubkonis obitum
ad regnum peruenit, neque tamen etiam in Cazimiro Iuſto ſubſi-
ſtere, qui A. MCXCV. vita exceſſit, ſed ad initia Vladislai Laſconogi,
qui A. MCCIII. principatum obtinuit, narrationis filum produxiſſe.
De Commentatore verius pronunciauit Hartknochius: deſinunt
enim ea, quæ is in fine adtexuit in anno MCCCCXXXIV, quo Vladislaus
* Elog. Scr. III. eſt coronatus. Cœcutiit hic Sim. Starouolſcius,* qui Kadlub-
Polon. n. 22. konem ab ipſo editore Felice Herbulto *notis ac ſententiis grauiſſi-*
p. 43. *mis exornatum eſſe* nugatur: quo quidem errore liberare eum po-
terat vel leuiſſima libri perluſtratio: quem ipſi non inſpectum eſſe
† Vide mox fidem faciunt tum quæ dixi, tum Kadlubkonis ætas † atque adeo
infra ipſum eius nomen,* cum elogia hæc ſcriberet, illi ignorata. Subit
* Vid. ſupra itaque mirari qua fronte quidam talia commenta ſecure transſcri-
p. 17. bant, pro ſuis ſententiis venditent atque iuuenibus vt eximia com-
mendare non erubeſcant. Sunt enim *ſententiæ* iſtæ *grauiſſimæ*, vt
nunc patet cuiuis, ex ſummulis atque poëtaſtris emendicatæ, colle-
ctæ & conſarcinatæ atque in vniuerſum ita comparatæ, vt iis nihil
poſſit eſſe ineptius, nihil putidius. Starouolſcio certe non credet,
qui etiam non inſpecto Commentario, ſolam præfationem ab Her-
bulto additam perlegerit; is ſiquidem ſub finem: *Commentator*, in-
quit, *iſte quis fuerit, ſcire non poſſumus, poſteriorem tamen fuiſſe fa-*
cile intelligimus, cum Iagelloniorum meminerit. Nec ouum ouo ſimi-
lius, quod aiunt, eadem ratio & rerum & verborum.

Num ea pri- Ad laudes libri huius pertinet, imo primaria & fere vnica eſt,
mum de Hiſt. quam ei paſſim tribui videmus ab auctoribus, ſcilicet cum omnium,
Polon. ſit qui de Hiſtoria Polonica fuere conſcripti, primum eſſe atque anti-
ſcriptum. quiſſimum. Hanc tamen ipſi facere dubiam nonnulli fuerunt annisi.
Sane vel ipſe Hiſtoriæ Kadlubkonis editor Felix Herbultus hanc fo-
uet ſentiam: ſic enim in præmiſſa libro ad lectorem præfatione lo-
quitur: *Hoc te ſolum moneo, mirari me, quod Cromerus, ſummus re-*
uera Patriæ noſtræ myſtes, illum (Kadlubkonem) *primum hiſtoriam*
ſcripſiſſe dicat, cum nos duos priores, Gallum Anonymum & Bas-
konem cuſtodem Poſnanienſem habeamus, tibique daturi, Deo duce,
* Elog. Scr. *ſimus.* Eadem chorda oberrat Sim. Starouolſcius * cum dicit;
Pol. n. 14. *Scripſerunt ante Cadlubcum adhuc res geſtas Polonorum Gallus A-*
p. 31. ad mar- *nonymus & Basko Cuſtos Poſnanienſis.* Cum Gallo iſto Anonymo
ginem.

num

num idem ſit quem Dlugoſſus ** aliquoties ſub nomine Martini Gal- ** Hiſt. Pol.
lici laudat, dicere non habeo, nec etiam an adhuc alicubi inter MS. L. I. p. 36. fin.
cuſtodiatur. Stanislaus Sarnicius† certe adhuc videtur eum legiſſe, cum & p. 65. ſub init.
miretur eum S. Stanislai Epiſcopi Cracou. a Boleslao rege occiſi non †Annal. Pol.
meminiſſe: ſed quo tempore vixerit Anonymus iſte Gallus, in du- L. VI. c. 9.
bio relinquit. Definiant igitur ætatem eius certius, qui antiquiorem Kadlubkone fuiſſe contendunt. De Baskone autem, cuius Scripta & Annales laudat etiam Dlugoſſus,* certiora ſunt annotata. Præ- *l. c. L. VII.
tulerat eum Kadlubkoni noſtro etiam Hartknochius in Catalogo p. 751. init.
quorundam Scriptorum Poloniæ, quam ſuæ Reipubl. Poloniæ præmiſit, reprehenſus id eo a Chwalkowio ſupra laudato. Sed cum is nec hoc ſicco, quod aiunt, pede tranſierit in Exercitatione ad Chwalkowii Ius publicum ** ἀνονύμως edita, hic etiam cauſam dicat ipſe. *Primo,* ** pag. id.
inquit, *loco Baskonem ponit Iuris publici Auctor, additque antiquiſſimum hunc ſcriptorem Polonicum cenſeri, fortaſſe non ex alio fundamento, quam quod Dn. Hartknochius illud in ſuo Catalogo aſſeruerat. Verum noui Dn. Hartknochium, qui Baskonem ipſe nunquam viderat, nec videre poterat, ſed eum tantum ex aliorum fide citaſſe ſe ingenue confeſſus erat, ſimul ac Reſpubl. Polonica ab ipſo conſcripta prodiiſſet in lucem, hoc ipſum improbaſſe, quoniam interea dum liber imprimitur, ex Chr. Varſcuicii Catalogo Scriptorum Polonicorum didicerat Baskonem an.* MCCCLXX. *ſub Caſimiro M. Hiſtoriam ſuam conſcripſiſſe, cum iam Vincentii Kadlubkonis Chronicon circa confinia Sec. XII. & XIII. editum eſſet.* Poſterior igitur non ſolum eſt Kadlubkone Basko, ſed etiam deperditus ſcriptor, ſi Hartknochium audimus, qui eum inter auctores collocat,* quos Chwalcouius videre non potuerit, *Exercit. ad Chvvalkow. p. 9.
quoniam iniuria temporis iam fortaſſis interciderint.

Iudicia de Hiſtoria Polonica Vinc. Kadlubkonis iam dedimus *Iudicia de Hiſtoria KADLVBKONIS.*
cum ſupra de Vita & elogiis ipſius auctoris ageremus: Iuuat tamen hic etiam alios quosdam audire. Stanislaus Sarnicius * ait: *Hic primus, cum regeret eccleſiam Cracouienſem, Po-* *Annal. Pol. L. 6. c. 18. ad an. 1206.
lonicam Hiſtoriam Gentis ſuæ conſcripſit, quam ita incipit: Tres tribus ex cauſis theatrales odere ſolennitates. Hæc ita non ſine traductione quadam Miechouienſis, vt is, qui elegantiorem ſe ſcriptorem eſſe putabat, refert. Ego quidem in verbis Miechouii traductionem, vt vocat Sarnicius, nullam video: video autem Miechouium non obſcure traduci hoc loco a Sarnicio; qui ſi elegantiorem Miechouio ſcriptorem ſe eſſe putauit, vereor vt quenquam habeat ea in re ſibi conſentientem. Io. Herburtus a Fulſtin in Dedicatione Compendii ſui Hiſtoriæ Polonicæ ad Regem Sigismundum Auguſtum ſcribit: *Primus, quod ego ſciam, Vincentius quidam Cadlubcus rudi ac impolito ſtylo res Polonorum annotauit verius quam deſcripſit.* Simon Starouolſcius * ſcribit, *Cadlubcum res a Polonis geſtas con-* *l. c. p. 32.
notaſſe tantum per modum Epiſtolarum aut Dialogi, non filo hiſtorico

 ſeriem

ſeriem rei ſcripſiſſe. Carolus de Viſch in ſua Bibliotheca Scriptorum Ciſtercienſium* hæc annotauit: *Exarauit Chronicon ſiue Annales Polonorum, vsque ad ſua tempora. Quod opus in Polonia magni ſolet fieri: vtpote primum, quod completam gentis illius hiſtoriam continet.* Auguſtinus Sartorius etiam ſuperius nobis laudatus ipſum hoc inuidendo fere exornauit † elogio: *Ex Polonia a magno illo patriæ Thaumaturgo B. Vincentio Kadlubkone Crac. olim EpiſcopoCiſtercienſium apud Andreouienſes alumno vtrobique ſanctiſſimo (cuius memoria in benedictione commendata iam ſupra inter Epiſcopos Tit. XIV.) inclytis Annalibus aucta ornataque eſt, quod nempe ii literarii Vincentii fœtus primi omnium ſint, qui glorioſæ illius gentis Hiſtoriam integram exhibeant, quæ alioquin apud alios ſcriptores per fruſta diuiſa ſparſim legitur.* Qui plura volet, quædam lectu non indigna inueniet in Schediasmate de ſcriptoribus Hiſtoriæ Polonicæ Tomo I. huius operis præfixo* quæ nolumus repetere.

* loco ſupra cit.

† Ciſtercii Bis-tertii Tit. XX. de Ciſtercienſ. Doctoribus & Doctis p. 527.

* §. 12. p. 20.

De noua hac editione.

Quamuis autem tanto in pretio ſit apud pleroſque hæc Vincentii Hiſtoria, non dubito tamen fore non paucos, qui eam noua hac editione iudicabunt indignam, cum viderint eam neque ſermonis elegantia neque apta rerum compoſitione nec alia quapiam re niti. Sed alia nobis mens, quibus abiiciendi non videntur hiſtoriarum ſcriptores quanquam maxime horridi atque inculti, dummodo antiqui. Placet nobis inprimis Io. Piſtorii Nidani, viri in re hiſtorica exercitatiſſimi* ſententia, qui, *Vapouius vero*, inquit, *Gallus Dlugoſſus & alii, etſi opus fuiſſe non videtur, translatis eorum & incluſis in Michouii & Cromeri librum commentationibus, tamen, ſi vel in publica luce fuiſſent, vel ſe nobis obtuliſſent diligenter multumque perquirentibus, inſerti in libro noſtro, locum etiam tenerent ſuum: quanquam eadem, quanquam eodem modo, quanquam non plura ſcripſiſſent: quanquam eorum omnia a ſexcentis ſcriptoribus & ſcripta & melius ornata & commemorata prolixius eſſent. Nam quod antea monui, habet in hiſtoriis antiquitas authoritatem & ſtimulos ad faciendam fidem multo acriores, quam recentium hominum ſermones: quibus ſi lumen veritatis ſuæ vetuſtas non præfert, iacent illi ſine authoritate & ſine fide neglecti primaque ſtatim condemnati omnium hominum opinione.* Idem abſque dubio de Kadlubkone noſtro Piſtorii fuiſſet iudicium, ſi ei Hiſtoria eius innotuiſſet. Sed pro noſtro quidem ſatis egit primus editor Felix Herbultus in præfatione hic etiam denuo adiecta; vbi eis reſpondet, qui auctorem hunc forte vt perplexum, confuſum, fabularum architectum peſſimumque dicendi magiſtrum traducturi ſint. Quæ autem de ſua editione dicit Herbultus, eadem & de hac noua dicta ſibi putent homines delicatuli: qua quidem plurimorum deſideriis ſatisfactum eſſe non dubitamus. Solent enim, qui ſtudio Hiſtorico paulo maiori cum cura incumbunt, vix ſuis, multo minus aliorum credere oculis atque de ſcriptoribus iudiciis, maluntque libros

* In Epiſt. nuncupatoria Corpori Hiſt. Polon. præmiſſa.

bros

bros ipſos coram inſpicere & vniones, quod aiunt, etiam in fimo quærere, quam ſcriptoribus antiquiſſimis laudatisque a plurimis, carere. Quo quidem voto, quantum ad Kadlubkonem noſtrum attinet, damnari potuerunt longe pauciſſimi. Præterquam enim quod vnica hactenus editio anni MDCXII. Dobromili, id eſt, eo in loco fuit impreſſa, vnde ad nos libri perferuntur rariſſime; etiam in ipſa Polonia liber hic adeo rarus eſt, vt nonnulli ineditum adhuc eſſe crediderint, quidam etiam calamo deſcribendum ſibi curauerint. Longe plurimum itaque ſibi hiſtoriarum cultores vniuerſos obſtrinxiſſe exiſtimandus eſt, quem ſuperius laudaui, Vir Nobiliſſimus atque Eruditiſſimus, *Valentinus Schlieffius*, qui librum hunc rariſſimum ex inſtructiſſima Bibliotheca ſua beneuole nobis conceſſit. In hoc recudendo nos ita verſati ſumus, vt in priori iſta editione minime nitida mendisque ſcatente quamplurimis & grauiſſimis, qui ſenſum turbarent, emendaremus plurima ita tamen vt auctori relinquerentur ſenſus ſui: nihil enim nobis hic voluimus permittere, quamuis eum in locis quibusdam aperte falſa dicere atque ridiculos committere errores non ignoraremus. Sane quantum in emaculando eo ſubeundum nobis fuerit moleſtiæ credent ii, quibus contigerit aliquando priorem oculis uſurpare editionem eamque cum noſtra hac conferre. Prima ſtatim vox in mendo iacebat, cum liber ſic inciperet: *Veteres tribus ex cauſis*; quod etiam in Commentario ad eum locum non aliter fuerat poſitum. Sed nos emendauimus libere, cum ſcribendum *Tres* pro *Veteres* & ſequentia Vincentii verba & Dlugoſſi Miechouiique teſtimonia euincerent. Fatemur interea, fuiſſe loca quædam, præcipue L. IV. c. XIV. quibus medicam manum adhibere non potuimus. Addidimus etiam in margine annos; id quod eo magis videbatur eſſe neceſſarium, quod eos ab auctore tantum non ſemper fuiſſe prætermiſſos animaduerteremus. Neque Commentatorem abeſſe voluimus, quamuis labor eius minime nobis placeret: vt nempe nihil omnino ſupereſſet, quod lectoribus iuſtum prioris editionis poſſet excitare deſiderium.

Alter huius voluminis auctor, qui Polonorum hiſtoriam non ab origine gentis modo, ſed inde ab initio propemodum rerum omnium repetiit, eſt STANISLAVS SARNICIVS: de quo tamen breuiores eſſe cogimur, quod rarior eiusdem apud auctores iniiciatur mentio. Erat autem Lipſia Ruſſiæ, ſolo gentis ſuæ hereditario, vt refert ipſe, * oriundus ex antiquiſſima Sarniciorum Chelmenſium ** familia, qui genus ſuum ad Sarnecios Plocenſes referebant, atque commune eum ipſis ſtemma, quod *Coruinus* vocatur, habebant. Nam ſub exitum Seculi XV. Iacobus Sarnecius, auus noſtri, relicta terra Plocenſi iſthuc ſe contulerat, Regique Ioanni Alberto gratiſſimus extiterat, legationibus ad Scythas obeundis ab eo adhibitus, quod linguæ ipſorum probe gnarus eſſet. Huius ex Ioanne

Vita STANISLAI SARNICII.

*In Deſcript. V. & N. Pol. voce *Lipſia.*

** Sim. Okolski in Orbe Pol. T. III. p. 127. in Slepovvroniis.

filio & Eliſabetha Gorzkowska nepos fuit noſter Stanislaus: qui, ſicuti animum omnis doctrinæ melioris cupidum acceperat, ita nihil omiſit, quod ad acquirendam omnium ferme artium atque diſciplinarum notitiam quoquo modo facere poterat. Tirocinium ſtudiorum ſuorum in Academia Regiomontana poſuit, ſumtus ipſi & menſam in arce ſuppeditante Illuſtriſſimo duce Pruſſiæ Alberto Marchione ſeniore; quod ipſe gratus profitetur.* Suorum quoque in ludo litterario comilitonum meminit, † filiorum nempe Andreæ Gorkani & Lucæ Epiſcopi Cuiauienſis nepotum, cum quibus coniuncta opera ſtudiis incubuit ſub præceptore Ioanne Coſmio, viro erudito, qui poſtea Theologus & a concionibus fuit apud Sigismundum Auguſtum Regem Poloniæ anno MDXLII. Neſcio num idem forte, aut ſaltem conſanguineus huius viri docti putandus ſit Theologus pariter & Profeſſor in Academia, vt puto, Cracouienſi Benedictus a Coſmin, cuius mentionem iniicit Starouolſcius.* Idem Starouolſcius tradit** maximam Sarnicio noſtro cum Leonardo Gorecio interceſſiſſe neceſſitudinem, quem habuerit & ſtudiorum domeſticorum ſocium & itineris per præcipuas quasuis Europæ nationes comitem. In his itineribus ſuis, vt vero videtur proximum, cum diuerſarum gentium coram aſpiceret mores & ſacra, eo adductus eſt, vt potiora fidei capita expenderet curatius, mox de dogmatibus aduerſæ partis ſentiret mitius, tandemque plane mutata priore ſententia in reformatorum, quos vocant, caſtra tranſiret. Quo quidem hominibus Pontificis Romani partibus addictis priorisque inſtituti tenacioribus mouit ſtomachum, meruitque hoc Starouolſcii*** elogium, vt *in religione inconſtantem* diceret, *qui ideo minus apud probos & doctos ſit acceptus*, fuiſſe decusque ſeculi ſui non vulgare futurum exiſtimat, ſi ſacras litteras non attigiſſet. Imo Caſp. Cichocius in alloquiis ſuis Officienſibus † acrius & maiori cum indignatione in eum inuehens, eum *apertiſſimum hæreticum* vocat. Sacrarum itaque literarum cum amplexus eſſet ſtudium, atque in eo pro felicitate ingenii ſui, non leues, vt conjicere licet, feciſſet profectus, ſacro muneri admotus eſt* in Eccleſia Niedzuiedenſi, ibique A. MDLXII. Arii Seruetique dogma introducentibus fortiter ſeſe oppoſuit; eo meritus, vt anno ſequenti, in locum Felicis Crucigeri, conſtitueretur primus ſacrorum antiſtes, quem Superattendentem ſ. Seniorem vocant. Inde tamen, neſcio quo fato ductus, *ex Miniſtro Caluiniano*, ſi fides Cichiocio,** *cum faſtidiret ſe miniſtrum vocari, repente eques & cataphractus Polonus factus eſt.* Fatendum interea eſt, me nuſpiam alibi huius rei vel minimum inueniſſe veſtigium, cum Sarnicius quidem in Epiſtola præliminari conqueratur, ſi quid ſibi ſit ingenioli, id in medio laborum Oeconomicorum exaruiſſe; ſed caſtra ſecutum ſe, quod ſciam, nullibi dixit: quod quidem facere non omiſiſſet homo appetens gloriæ. Nam quod ibidem ait, exhauſtum ſe eſſe ſeruitio, quod Reipublicæ impende-

* In deſcript. Polon. voce *Kinsberg.*

† l. c. voce *Gorka.*

* Elog. p. 8. in marg.

** l. c. p. 65.

*** l. c.

† L. I. c. 24. pag. 93.

* Adr. Regenuolſcius Hiſt. Eccl. Prouinc. Slauon. L. 3. c. 15. num. 1. de diſtrictu Cracou. p. 413.

** l. c.

pende-

penderit per annos decem, id quidem ego de laboribus litterariis & hiſtoricis iuſſu Stephani Regis ab ipſo ſuſceptis capio, quos labores & impenſas certe non paruas fuiſſe ipſe paulo ante innuerat. Sed eſto! Sarnicium credamus militem, dubium tamen manet, quando militiæ nomen dederit aut quouſque armis vacauerit. Ignoratur pariter annus mortis: quanquam eum ad annum MDXCIV. quo fœtus quidam eius in lucem prodiit, ſuperfuiſſe, admodum ſit credibile. Oculi namque cæcutientes, perſpicilla & propemodum orbitas viſus, quam ſe contraxiſſe in Epiſtola præliminari queritur, non inferunt neceſſario, eum iam tum ætate fuiſſe decrepita. Cæterum Simon Starouolſcius † ſcribit, eum *cum externarum rerum, remotiſſimi etiam ſæculi peritum, tum domeſticarum maximopere* fuiſſe *gnarum:* & paulo poſt, *Fuit illi,* inquit, *varium fœcundumque ingenium, quod nullis incluſum ſpaciis per omnes fere diſciplinas liberius euagaretur, eſſetque non vulgare æui noſtri decus, ſi intra profeſſionis litterariæ terminos ſubſtitiſſet ſeque totum huic e ſtudiis, quibus inprimis natus erat, miſſis ſacris litteris, dedidiſſet.* Adiecit prærerea Starouolſcius etiam Io. Iaſcrouicii in Sarnicium noſtrum carmen, non indignum ſane, quod hic etiam legatur: † l. c.

Sarnicius *mores externos vidit & vrbes,*
Lechiaco regno iam procul eſto timor.
Mille nocendi artes *hoſtis cognouit & aſtus,*
Hos euitandi tradidit ille modum.
Tradidit & raram Campiductoribus *artem,*
Prælia qua tuti fauſta ciere queant.
Ergo Sarnicio *multum Reſpublica debet.*
Sarmati hoſtiles præcauet ille dolos.

De Scriptis etiam Sarnicii optaremus vt licuiſſet nobis plura inuenire. In Epiſtola, quam laudauimus aliquoties, præliminari dicit, "ſe collegiſſe ante decem annos (anno circiter 1577.) *Exempla & formulas electionum, Pontificum* nimirum *Romanorum, Imperatorum & Ducum Venetorum,* excuſaque typis ad vſum Reipubl. in lucem edidiſſe." Præterea elucubrauit etiam *Commentarios, quibus totam ſcientiam rei militaris in artem redegerat,* quam variis exemplis hiſtoricorum & ſchematis pulcherrimis illuſtrauerat; de quibus ipſe* ſcribit: *Hic liber per me Regiæ Maieſtati fuit traditus, non tamen typis eſt mandatus: quamuis ex Regio mandato a deputatis reuiſus approbatusque & Maieſtatis Regiæ teſtimonio diplomateque ſolemniter comprobatus fuerit. Continebantur enim in eo quædam arcana regni in negotio inſtructionis exercituum, quæ profanare neutiquam conſultum iudicaui. Sed ea quotannis magna cum diligentia adhuc artificioſius illuſtro atque expolio, adhibito conſilio magnorum virorum, qui diu inter ſtrepitus armorum verſati ſunt. Huius libri copiam* *Scripta SARNICII.* * Annal. L. VIII. ad an. 1581.

piam qui ſibi fieri volet, ſciat eum apud me, dum vixero, & poſt mortem meam apud hæredes meos futurum, a quibus id facile impetrabit, adhibita tamen quadam ſponſione & cautione, ne temere euulgari poſſit. Et iam pluribus viris illuſtribus ab ipſis requiſitus eum ipſe curaui deſcribi. Sane librum ita deſcribit auctor, vt maximam eius apud lectores excitet deſiderium, ſpemque faciat eum longe maiori cura ab ipſo, quam reliqua eius ſcripta, elaboratum fuiſſe, adeo vt optandum ſit, vt ab aliquo nunc poſt fata auctoris in lucem proferatur. Librum hunc eundem eſſe cum *libello Campiductoriæ*, quem Starouolſcius * dicit monitis militaribus Politicisque refertiſſimum, quemque auctor in hiſtoria ſua ſubinde ** laudat, quod putauerat Vir quidam doctisſimus, id quidem difficulter mihi perſuadere poſſum. Nam illum quidem vniuerſam rei militaris ſcientiam complexum eſſe ipſe auctor dicit, idque forte non paruo volumine; hunc auctor libellum vocat, partemque ſaltem iſtius artis in eo fuiſſe traditam titulus prodit. Adhæc & auctor ipſe, & Starouolſcius ita de hoc loquuntur, vt typis exſcriptum eum fuiſſe credere poſſis; illum vero in vulgus edere nefas eſſe putabat auctor. Imo Iaſcrolauius in carmine ſuperius recitato diſerte ab inuicem diſtinguit *modum euitandi artes hoſtium, Artemque campiductoriam.* Præterea ſcripſiſſe Sarnicium *Triumphum Regis Stephani* carmine heroico, tradit Sim. Starouolſcius; * aſt non heroico ſolum, ſed vario carminis genere conſcriptum eum fuiſſe, ipſi potius auctori credimus, qui, *Ego vero*, inquit, ** *tradidi ipſi Regi* Triumphum, *hoc eſt libellum, in quo victori vario poëmatum genere efformaueram & more priſcorum Romanorum etiam conſecraueram aras, columnas, pyramides & arcus triumphales exemplum cuiusdam Græci authoris in hoc imitatus.* Addit Starouolſcius *libellum de eligendo Principe*, de quo aliunde nihil mihi innotuit, niſi is forte fuerit idem cum exemplis & formulis electionum de quibus primo loco dixi. *Topographia* locorum a Stephano Rege Moſchis ademtorum, cuius pariter meminit Starouolſcius, non alia eſt, ſi quid ſentio, quam pauca illa folia, quæ auctor ſuæ Deſcriptioni Poloniæ adiecit, quæque ad calcem huius voluminis reperiuntur. *Hiſtoriam Eccleſiaſticam* [quam tamen editam eſſe non puto] ſcripſiſſe noſtrum, ex ipſius Annalibus * diſcimus, vbi cum conuerſionis Liuonum ad fidem Chriſtianam, inieciſſet mentionem, ſubiungit: *de qua in noſtra Hiſtoria rerum Eccleſiaſticarum fuſius tractatur.* Demum non omittendum eſt etiam *Volumen Conſtitutionum Regni*, teſte Hartknochio ** typis elegantiſſimis a noſtro vulgatum Cracouiæ A. CIↃIↃXCIV. quod indigitare videtur etiam Simon Okolski † videtur, cum noſtrum *Hiſtoriæ Regni adnotatorem latino idiomate & Statuti Regni vulgari lingua* vocat.

Super-

* l. c.
** L. VI. c. 20 an. 1241. & c. 21. an. 1282. 1283. L. VII. c. 5. an. 1412. c. 10. an. 1514. 1531.
* l. c.
** Annal. L. VIII. an. 1581.
* L. VI. c. 16. fin.
** Exercit. ad Chvvalkovvii Ius Publ. p. 18.
† Orb. Pol. T. III. p. 127.

Supereſt, vt nunc etiam de ipſius Annalibus, quos in ſuperioribus de induſtria omiſimus, agatur paulo vberius. Horum Annalium conſcribendorum munus auctori ab ipſo Stephano Rege iniunctum fuerat: quare is *volens laborem ſibi a Regia Maieſtate impoſitum ſedulo & gnauiter abſoluere*, vt ait in Epiſtola præliminari, labores & impenſas hanc in rem per annos decem fecerat non paruas atque propemodum orbitatem viſus contraxerat, ediderat que Cracouiæ iam A. MDLXXXII, 4. *Synopſin Annalium edendorum:* cum interea Rex A. MDLXXXVI. cum luctu omnium bonorum rebus mortalium eximeretur. Ideoque Sarnicius non differendum longius negotium ratus, librum Cracouiæ A. MDLXXXVII. edidit atque Proceribus Polonis quos inter complures ipſum, adhuc viuente Rege, ad ſubeundum hunc laborem & verbis & litteris ſuis cohortati fuerant, in conuentu electionis obtulit. Conſtituerat autem opus hoc ſuum in Polonicam linguam transferre, vt ipſe nos docet; † quod vtrum perfecerit, necne, affirmare non auſim: feciſſe tamen valde dubito. Equidem non opus eſſe videbatur, vt daremus hic rerum in opere illo contentarum compendium; cum tamen ipſe auctor *Argumentum Operis* libro, *loco indicis*, præfixerit, *in quo*, vt ait, *vtilitates libri ſuccincte enumerantur*, idque, cum nos ad calcem libro ſubiiciendum conſtituiſſemus, typothetarum incuria plane prætermiſſum ſit, non inique feret lector beneuolus ſi illud, ne omnino pereat, hic a nobis inſeratur. Id autem ſic ſe habet:

De Annalibus SARNICII.

† L. VI. c. 2. circa fin.

I. *Illud peculiare eſt autori, quod tertia parte chronica Polonorum adauxit, recuperauitque hiſtoriam rerum ante aduentum Lechi geſtarum in iſtis regionibus per ſpacium quatuor monarchiarum, hactenus ab aliis autoribus omiſſam ſuppreſſamque. Recuperatam autem eſſe hanc ſcias ex Hebraicis, Chaldaicis, Ægyptiorum, & Latinis hiſtoricis: Ex ſacro codice videlicet, ex Beroſo, Manetone, Metaſthene, Herodoto, Xenophonte, Thucydide, autoribus aurea atati vicinioribus: & ex Diodoro Siculo, Polybio, Ioſepho, Cornelio Tacito, Plinio, Dione, Iornande, Procopio, &c. Ex poëtis, Homero, Vergilio, Ouidio, & aliis poſterioribus probatisſimis autoribus. Hac tractantur libro primo, ſecundo, tertio & quarto.*

II. *De vera origine Gotthorum, Vandalorum, qui cum eſſent proprie ſtirpis Sarmatarum, primi vlti ſunt iniuriam totius orbis terrarum de victoribus Romanis, & ab his verisſime depresſio Romani imperii incepta fuit, fere ante 1200. annos: de qua Blondus. Habentur hac L. IV. c. 5.*

III. *De limitibus veteris Sarmatia temporibus Cyri, Darii, Alexandri M. Auguſti, Conſtantini M. cognitio digna nobili Polono & ipſo Polonia Monarcha. L. III. c. 8. 9. 10. 12. Et de vera origine Polonorum, & quod non aduena fuerint, nec inquilini in terra aliena, licet Lechus ad eos venerit a meridie, non ab aquilonari parte, L. IV. c 14. Et quod hac terra iam tunc habitata, non deſerta fuerit, L. IV.*

c.14.22. Nec inops ſignati auri & argenti, L.IV. c. 14. L.VI.c.26. Nec barbara, L.VI.c.14. Vrbes habuit & arces, L.IV. c.14. ſatiſque commode habitauit, vt ex Coſmographorum tabulis clare liquet, quorum deſcriptiones certiores ſunt, fueruntque ſemper annotationibus hiſtoricorum, p.1879. chorographiæ. Hæ & alia inueterata opiniones pugnantes tamen cum ſuperioribus propoſitionibus vt falſæ & erroneæ confutantur. Sicut enim pertinebant ad infamiam noſtrarum gentium, ſic conficta fuerunt ab iis, qui decora noſtra & res geſtas ſuis adaptare, & noſtris adimere conati ſunt, L.IV.c.14. Ibidem diſcurſus, vt vocant, qua ratione apud nos poſſent eſſe tam celebres, & tam frequentes vrbes, vt apud Gallos & Italos, ſi id ratio conſtituta Reipub. noſtræ pateretur.

IV. *Opinio item noxia de veteri Germania ad Tanaim & Pontum, L. IV. c.5. & de Tranſyluanis Saxonibus, quos reliquias Gotthicæ ſtirpis per errorem quidam fabulantur, refutatur; tecte enim quidam victorias Gotthorum ſuis adſcribunt, L.II.c.4.*

V. *Quod non ad Iſtulam terminabatur olim Germania L.III.c.8. Nec Germani hic habitarunt ante Conſtantini Magni tempora ad ripas Iſtulæ, vbi eſt vmbilicus Maioris, Minoriſque Poloniæ, vt plerique etiam ex noſtris litteris mandarunt: ſed maximæ Gentes Venedæ (ſtirpis Sarmaticæ): verba ſunt Ptolomæi, & poſt eum Procopii. Imo tota antiquitas non modo ita ſenſit ac ſcribit, ſed etiam ſpectandum tabulis, figuriſque in ipſos oculos incurrentibus exhibuit, L.IV. c.6. Vide & in chorographia noſtra.*

VI. *Occaſio controuerſiæ inter Pontifices & Imperatores Romanos orta de primatu, quæ potisſimum inualuerat ſub quinque Imperatoribus:* Carolo Magno, *L.V.c.1.* Othone Magno, *L.VI.c.1.* Henrycho Quarto, *L.VI.c.9,11.* Friderico Secundo, *L.VI.c.20.* Ludouico Bauaro: *id quod temporibus Locticonis debet adſcribi. Iſtis temporibus Reges Poloniæ ex Gibelinis facti ſunt Guelphi. Abſque autem huius hiſtoriæ exacta cognitione hiſtoria Polonica de Coronæ acquiſitione, & corona ademptione, eiuſdemque recuperatione, & aliis ſexcentis rebus nullatenus intelligi poteſt. Ideo per occaſiones tractatio huius rei hic breuiter inſeritur.*

VII. *Cur ab Imperatoribus potisſimum Chobrius Rex coronari & axioma regium petere voluit. Contra, quæ cauſa Pontificem Gregorium ſeptimum impulerit, ad abrogandam ei coronam, L. VI. c.5.9.20. Commentum Schafneburgenſis de tributis, & lapſus Guagnini, quaſi olim Polonia Imperio ſeruierit, & tributum pependerit, confutatur, L.VI.c.5.10.fin. & c.11.*

VIII. *Merita noſtrarum Gentium peculiaria erga Rempub. Chriſtianã commemorantur, declaranturq́, L.VII. c.10. an.1512. & de quinq́ regnis inſtitutis ante ducentos annos in iis regionibus, quæ ſeſe extendunt fines dominii* Regum Poloniæ, *L.VI.c.20. an.1260. Compendium hiſtoriæ Lituanicæ, & collatio ad illuſtrandas res vtriuſque gentis magnopere*

pere

pere neceſſaria, & de Columnarum Centaurorumque huc aduentu, L. VI. c. 20. an. 1266.

Adiecta eſt in calce libri tabula chorographica Sarmatiarum non inelegans, absque qua vir conſularis de finibus regundis, cum Suecorum Rege, Moſcho, Tartaro, & Valacho conſilia agitare & pacta facere non poterit. Gloriari autem nobilem Polonum de latifundiis Sarmatici dominii, nec interim noſſe, qua ſeſe longitudo eius & latitudo extendit, ſub quo climate & parte cœli verſemur habitemusque: nec noſſe limitaneas metas patria ſua, quas nos Vroczyska vocamus: ignorare diſtantias locorum celebriorum & portuum, vt Riga, Narua, Kaczibcy, & Bielogrod: nec noſſe fluminum ortus, vias Scythicas Schliag vocatas, cum turpe tum incommodum plane eſt. Nam nec hiſtoria patria, nec acta Poſtouienſia nouisſima cum Moſcho intelligi, nec accesſiones Veliſii, Liuonia & aliorum territoriorum ſuperioribus bellis partorum percipi poſſunt absque adminiculo huius typi, in quo effingendo oculi mei cæcutire & caligine obduci cœperunt. Sed vobis Illuſtres & Mag. Domini Senatores, veſtraque fidei & diſcretioni, vt vocant, labores meos & ſumptus, quos in bonum Reipub. noſtra ſuſcepi, prouocatus litteris Regia Maieſt. & inuitatus priuatim a multis veſtrûm, humillime commendo & offero. Vtque ſtatim vſus huius hiſtoria cerni posſit, Campiductoria ars addi debet: qua vbi quæri & inueniri debeat, inferius monſtrabitur.

Cenſura Annalium SARNICII.

His auctoris ipſius de Annalibus ſuis verbis præmiſſis, nunc etiam aliorum de eodem ſententias audiamus. Caſp. Cichocius in ſuis Alloquiis Oſiecenſibus * ſcribit: *Stanislaus Sarnicius ex Miniſtro Caluiniano, cum faſtidiret ſe Miniſtrum vocari, repente Eques & Cataphractus Polonus factus eſt, qui etiam ſuos Annales, quos de Origine & rebus geſtis Polonorum, quaſi Cromerum illum magnum emendaturus conſcripſit & mendacia ſuis illis præclaris Annalibus & vanis, leuibus ac pene anilibus fabulis infarſit, apertiſſimum ſe prodens hæreticum, quamuis id videbatur velle occuluiſſe.* Hunc Cichocii locum debere me Viro Nobilisſimo atque Ampliſſimo *Laurentio Gereth*, Reipubl Gedanenſis a Secretis, in antiquitate Patriæ ſuæ, ſi quis vnquam, verſatisſimo, publice hic præ me fero; in quo quidem eo maius collatum in me beneficium gratus agnoſco, quod liber ille in vrbe noſtra anxie a me quæſitus prorſus inueniri non potuerit. Sed, vt aperiam, quid ego ſentiam; videtur Cichocius pro auſteritate ingenii ſui, pesſimoque in Sarnicium animo, hæc verba in immerentem euomuiſſe iraque excæcatus, cœcus, quod aiunt, de colore iudicaſſe. Demus Cichocio Sarnicium priorem de religione ſententiam mutaſſe; demus, ex ſacrorum antiſtite cataphractum factum eſſe; demus etiam, quod negare nemo ſuſtinebit, eum hinc inde lapſum, a veritatis tramite aberraſſe: ſed qui poſſit affirmare Cichocius, cum Annales ſuos conſcripſiſſe *quaſi Cromerum illum magnum emendaturus*, ſane non video. Nam quod in Epiſtola præliminari dicit reliquos Hiſto-

* L. I. c. 24. p. 93.

ricos ſua ruinoſo fundamento ſuperſtruxiſſe, ſe vlterius progreſſum fundamentum ſolidius inueniſſe; id non Cromerum, ſed omnes ante noſtrum hiſtoricos ferit: quod, locutione paulo duriori, hiſtoriam deprauatam, a ſe vero redintegratam ſcribit, id minime Cromero derogat, quem pariter atque Miechouienſem cum ſuis annalibus coniungendum ſuadet. Si opus ipſum paulo æquiori in auctorem animo legiſſet Cichocius, vidiſſet noſtrum quidem a ſententia Cromeri aliquando modeſte diſceſſiſſe, præcipue vbi de limitibus veteris Germaniæ ad Iſtulam * ſcribit; ſæpius tamen eius ſenſus, & quandoque ipſa verba adoptaſſe;** imo loco non vno eximiis ornaſſe elogiis.† Cæterum nolle ſe notata ab aliis perſequi, ſed tantum ab iis prætermiſſa ſupplere conſtitutum ſibi eſſe, quotiescunque ſe offerebat occaſio,†† monuit. Alterum accuſationis caput eſt, quod eum *apertiſſimum ſe prodere hæreticum* dicat Cichocius, *quamuis id videretur velle occuluiſſe.* Sed vbi tam aperte prodiderit animi ſui ſenſa Sarnicius, velim ab actore Cichocio additum eſſe, cum ego in his quidem Annalibus nihil inuenerim, quod non potuerit etiam ab homine Pontificio, ſaltem non nimis ſuperſtitioſo, proficiſci. Huc refero, quæ de traiectu Stanislai,* de Epiſcopis vxoratis,** de indulgentia Sigismundi Auguſti Regis in tolerandis ſecus circa fidei capita ſentientibus * habet. Imo hac in re modum ita exceſſit, vt etiam aliquando Romani Pontificis eccleſiam orthodoxam††† & ordines monaſticos contra hæreſes, quas futuras ad finem mundi prædixerat Dominus, inſtitutos † diceret. Qua re noui motum eſſe virum quendam doctum, vt pontificium non inſulſe crederet Sarnicium, ſed πρόσκαιρον, quales tunc erant plures, vt didicerat ille ex Hartknochio.†† Sane crediſſem eadem & ipſe, niſi meliora me docuiſſet Regenuolſcius.** Non erat itaque cauſa Cichocio, vt adeo in noſtrum debaccharetur, tanquam in eum, qui hæreſin ſuam apertiſſime proderet: debuerat potius ipſe a noſtro diſcere de rebus fidei paulo ſaltem moderatius ſcribere, ne periculum, quod vix, morte interueniente, effugit,*** incautus incurreret. Subiungimus huic longe diuerſum, eruditum nempe & omnino æquiſſimum de auctore noſtro iudicium Viri, quem ſupra laudauimus, eruditiſſimi *Laurentii Gereth*, quod is, amiciſſimo nobis viro docto Io. Sartorio interprete, ad nos miſit, his vſus de Sarnicio noſtro verbis: "Diffitendum non eſt, non pauca limam quandam in hiſce "Annalibus mereri, ægre ceteroqui ſecum cohærentia. Fallitur enim, "dum *L. II. c. 4. p. 894. fin. & L. VI. c. 14.* Vincentium Kadlubkonem "ſynchronum fuiſſe tradit Crivouſti, cum tamen hic An. 1139. ille An. "1223. vita decederet, interiecto inter vtrumque octoginta quatuor "annorum ſpatio. Idem *L. VI. c. 17.* affirmat, Kadlubkonem, primum "ſcriptorem Hiſtoriæ Polonorum, præmium laborum & eruditionis "Epiſcopatum Cracouienſem conſecutum: mox *cap. ſequenti ad* "*an* 1206. huius aſſerti oblitus, ita ſcribit: *Hic primus, cum regeret Ecleſi-*

*vt in Deſcr. Pol. p. 1886. & in Annal. L. III. c. 8. ſq.
**vt in Deſcr. Polon. voce *Bialogrod* & alibi ſæpius.
† Vide Epiſtolam prædim. item Deſcr. Pol. voce *Elsberg* & alibi.
†† Annal. L. V. c. 9. L. VI. c. 20. ante an. 1612. L. VII. c. 7. init.
**Deſcr. Pol. voce Piotrauia.
***Annal. L. VI. c. 12. & c. 15. Add. L. VI. c. 18. an. 1226.
* L. VII. c. 11. Add. L. VI. c. 1.
†††L. V. c. 10 an. 859.
† L. VI. c. 18. an. 1206.
††Hiſt. Eccl. Pruſſ. L. VI. c. 3. n. 2.
** loc. ſup. cit.
***Starouolſcius Elog. n. 79. p. 100.

cleſiam Cracouienſem, Polonicam Hiſtoriam gentis ſuæ conſcripſit &c.“
Quo ipſo ſibi contradicit, modo iam Epiſcopum fuiſſe, modo Epi-“
ſcopatum in præmium confecti laboris accepiſſe contendens. Eo-“
dem *c.* 17. *&* *c.* 18. *an.* 1220. ſtatuit Regis Colomani coniugem, So-“
lomeam nomine, fuiſſe Lechi ſororem, cum huius tamen eſſet filia,“
iuxta *Henning. in Polon. pag.* 289. Idem *cap. eod. an.* 1206. *ſub fin.* mul-“
tis agit de donatione Culmæ & Toruniæ Cruciferis facta, re interea“
nec dum perorata, num Thorunium ante Cruciferos exſtiterit. Con-“
feratur de tota hac controuerſia *Schützius lib. I. pag.* 20. *ſeqq.* Hiſto-“
riam de Hircho milite in ignem coniecto *L. VI. c.* 19. *expedit.* 4. Li-“
thuanis adſcribit, quam tamen Schützius ad A. 1261. Natangenſibus“
paganis, aduerſus Cruciferos rebellantibus, adiudicat. *Cap.* 20. *an.*“
1257. Richardum appellat Regem Angliæ, qui duntaxat Dux erat“
Cornubiæ, Henrici III. Regis Angliæ frater, electus a quibusdam“
Principibus Imperator, contra Alphonſum regem Hiſpaniæ. *Hen-*“
ning. Germ. & Gall. part. I. pag. 144. *in Hiſpan. p.* 42. *in Angl. p.* 95.“
Wladislai Epitaphium ſepulchrale, cuius mentio fit *L. VII. c.* 2. *an.*“
1375. hunc in modum legendum: HIC IACET VIR ILLV-“
STRIS ET DEVOTVS DOMINVS WLADISLAVS AL-“
BVS, DVX POLONIÆ, QVONDAM MONACHVS HV-“
IVS MONASTERII, POSTMODVM PER PAPAM DI-“
SPENSATVS IN REGNI SVCCESSIONEM VOCATVS. AR-“
GENTINÆ OBIIT IN REDITV, ANNO MCCCLXXXVIII,“
CVIVS ANIMA SIT IN BENEDICTIONE. Hoc Epita-“
phium cum Illuſtriſſimis Dnn. Firleis *αὐτόπτης* legit Salomo Neuge-“
bauerus. *Lib. eod. c.* 11. errat Sarnicius, ſcribendo Eliſabetam, Fer-“
dinandi Romanorum, Hungariæ & Bohemiæ Regis filiam, quam Si-“
gismundus Auguſtus duxerat, nulla prole relicta, ſequenti mox an-“
no, qui erat 1545. mortuam fuiſſe; quoniam Eliſabeta hæc nuptias“
celebrauit An. 1543. d. 6 Maii, & deceſſit A. 1545. 15 Iunii, vixitque“
in coniugio annos duos, menſ. 1 dies 10. *Henning. in Lithuan. p.* 326.“
Sub fin. c. 5. *eiusd. Libri* magnus in hiſtoria comparet hiatus; cum“
auctor ab An. 1418. ad Annum 1450. & quod excurrit, ſaltum fecerit,“
parum penſi habens, quæ c. 7. monuit, *Annaliſtam proprie decere, vt*“
ſingulis annis aliquid adſcribat &c. *L. VIII. ad an.* 1581. memorat, in“
Comitiis Regni A. 1581. promulgatam fuiſſe ab Eccleſiaſticis Corre-“
ctionem Calendarii, Romam transmiſſam a Gregorio, eius nominis“
XIII. Pontifice Maximo. Guagninus vero *in Deſcript. Polon. p.* 218.“
aſſignat An. 1582 diem 4 Octobr. Idem fecit Bielski *pag.* 790. Quin“
ipſe Auctor, ſui oblitus, idem innuit ſupra *L. VI. c.* 20. *an.* 1250.

Alia quoque *παροράματα* occurrunt in his ipſis Annalibus, in“
noua, ſi quæ expectanda ſit, editione emaculanda, vel ad marginem“
notanda. *Lib. VI c.* 3. Sigismundus Baro ab Herberſtein, perperam“
auctori dicitur Eberteius. Quem in ſcopulum denuo incidit c. 18.“

 dum

"dum eundem Baronem ab Herberſtein, nominat Eberſtinum. Idem "*eodem c.* 3. Cromerum citat vt Epiſcopum Elpergenſem, craſſo ſatis errore, cum ſubſtituendum fuiſſet nomen Heilsbergenſis, ſeu Varmienſis. L. *VII. c.* 7. *an.* 1457. Carolus Danorum rex, exul &c. ſcribendum, *Suecorum.* Ibidem, arce Magdeburga potitus, ſcribendum, "*Mariæburga.* Nec dubitandum, ſubinde næuos quosdam maiores irrepſiſſe, quos emendare prohibet temporis anguſtia. Plane vt ex vero ſcriberet B. Hartknochius *in Hiſtor. Polon. pag.* 19. Sarnicium "in Annalibus ſuis Polonicis caute legendum eſſe. Cuius tamen induſtria non ita euileſcere apud poſteros debet, vt ob ſubreptitios "quosdam næuos e cenſu Hiſtoricorum Polonicorum, limatioris iudicii, proſcribi debeat. Feret ætatem eius labor & recto poſteritatis iudicio æſtimabitur. Sub eo profecto Principe (Stephano "ſcilicet Bathoreo) ſcripſerat, qui, Characteris Regii obſeruantiſſimus, nihil minus concoquere poterat, quam Regiam Maieſtatem in "perſona ſua deſpici, ſaltem irreuerentius tractari. Quid enim tanto Rege his verbis dignius, queis in Comitiis Thorunenſibus A. 1576. "celebratis Nuncios, vt vocari ſolent, Terreſtres, Eidem valedicturos, dimiſit: *Non ſum incola, ſed alienigena: homo liber natus, neque* "*ante quam in has terras veni, mihi victus & amictus defuit. Libertatem ergo meam amo & conſeruabo, Deo volente. Per vos in Regem* "*Veſtrum ſum electus; Vobis poſtulantibus & inſtantibus huc veni, per* "*vos corona capiti meo impoſita eſt. Sum igitur Rex Veſter, non fictus,* "*neque pictus: volo regnare & imperare. Cuſtodes Libertatis veſtræ* "*eſtis; non igitur volo vos Pædogogos meos fieri. Cuſtodes igitur ſitis* "*ſaltem Libertatum veſtrarum, ne hæc Libertas veſtra in abuſum vertatur.*

Non paſſus eſt etiam ſuam hic deſiderari ſymbolam V. C. *Io. Sartorius*, cuius prolixam in nos voluntatem & miram in curandis ad nos, quæ ad præſens volumen Gedano accepimus, induſtriam plus ſimplici vice iam deprædicauimus: cui ſequentia de Sarnicio ſubmonere viſum eſt: "Auctor Sarmatarum gentem L. I. c. 1. 9. 10. "ab Aſarmoth, filio Iaketan, (frater hic erat Pelegi, vt liquet ex Gen. "X. 26.) nepote Semi deducit: qui tamen ſui turpiter oblitus, "hunc ipſum Aſarmoth dicit fuiſſe nepotem Moſoch, filii Iaphet, "c. 13. quo pacto Sarmatæ non a Semo deſcendent, (quod tamen "expreſſe contendit *c.* 1.) ſed a Iapheto. Eodem c. 1. & L. II. c. 4. "Beroſi Babylonii auctoritatem multum extollit, affirmans, iſtis "duobus teſtibus, Scriptura ſcilicet ac Beroſo, mundum nihil habere antiquius. Eundem Beroſum anteponit Ioſepho, Iudaicarum rerum Scriptori. Iam vero nemo literatorum hodie reperitur, qui neſciat, Beroſum ab Annio Viterbienſi confictum, "& luci publicæ eſſe expoſitum. L. *l. c.* 6. ridicule ſatis docet, gentes meridionales ſcientiam curulem, vt loqui amat, a ſeptentrio-

nali-

nalibus, inprimis Polonis, didiciſſe; quod Itali, docente Gomero,“
[floruit isSeculoXV.]caſtra vel vrbem ex curribus componerent,in-“
deque vrbem ſuo nomine *Vey* appellarent, quod a Polonico voca-“
bulo *Vus*, currum denotante,originem deducat.Inepta omnia.Neq;“
enim vel Itali ad gentes meridionales referendi, ſed occidentales;“
neque inſignes illæ Ciuitates in Africa olim, v.g. Carthago, Alexan-“
dria, Hippo, Vtica, &c. vnquam ex curribus conſtructæ. *Cap.* 9.“
ſtatuit, multos Heroes a deuictis gentibus ſua accepiſſe cognomina,“
vt alius quidem audiret Aſiaticus, alius Africanus: Sarmaticum au-“
tem qui ſeſe diceret, nunquam eſſe inuentum. Cuius aſſerti veri-“
tatem nummi veteres, & Inſcriptiones Gruterianæ aperte infrin-“
gunt. *Cap.* 11. *fin.* perridicule ſcribit, Coniugis reginæ Stephani I.“
Poloniæ regis inſigne, fuiſſe Serpentem: & exinde concludit, eam“
ab Oſco, Thuſcorum rege, (qui vixerat iuxta ipſum temporibus Io-“
ſuæ ducis) originem & antiquitatem ſuorum Inſignium poſſe oſten-“
dere, ſiquidem huius quoque gentilitium inſigne Serpens fuit. Atqui“
Ioſuæ temporibus ne nomen quidem Thuſcorum, nedum regum“
iſtius gentis vlli Hiſtorico notum. Et quis Inſignium originem ad Io-“
ſuæ vsq; ætatem extendat? *Cap.* 15. ſtatuit Beroſum ſynchronon fuiſſe“
Ezechielis prophetæ, eum tamen *c.* 10. aſſereret, Beroſum ſuam hi-“
ſtoriam ante Moſen complexum fuiſſe: & c. 17. citando Beroſum,“
anteponeret eum Moſi. *L. III. c.* 1. memorat ſe legiſſe priuilegium,“
vt vocat, Alexandri M. genti Sarmaticæ conceſſum: vbi varia hære-“
dum (quos Alexander, ſine prole maſcula deceſſurus, in ſpem im-“
perii deſignauerat) nomina citata legas: contra omnem, quotquot“
ſunt, Hiſtoricorum fidem, vno ore fatentium, Alexandrum nullum“
ſibi ſucceſſorem deſignaſſe; ſed quærentibus amicis, cui relinque-“
ret regnum, reſpondiſſe: Ei, qui eſſet optimus. Conf. *Curt. lib. X.*“
cap. 5. *Cap.* 4. exiſtimat Ouidii poëtæ deſcriptiones, Iulii Cæſaris,“
non Auguſti Temporibus adſcribi debere: craſſo plane in“
Chronologiam errore, quem ipſe Ouidius manifeſte oſtendit *lib. IV.*“
Triſt. Eleg. 10. vbi annum ſuum natalem his verbis diſerte docet:

Sulmo mihi patria eſt, gelidis vberrimus vndis,
Millia qui nouies diſtat ab Vrbe decem.
Editus hinc ego ſum: nec non, vt tempora noris,
Cum cecidit fato Conſul vterque pari.

Quis iſte Conſul vterque? Hirtius nempe, & Panſa, qui ad Mutinam pugnantes aduerſus Antonium, a Senatu hoſtem iudicatum, interfecti ſunt ambo. Factum vero id, vt Suetonius obſeruat in vita Auguſti, poſt Cæſarem in curia Romana confoſſum. Eodem anno natus etiam Tibullus, qui hoc ipſo carmine, idem ſignificans, vſus eſt *lib. III. Eleg.* 5. Natalem primo noſtrum videre parentes, cum cecidit fato Conſul vterque pari. *Cap. eod. p.* 898. non citra ludibrium inclytæ gentis Polonæ refert, vt vulgo depingi ſolet, habitum, ab antiquis-

quiſſimis longe temporibus repetendum eſſe; ſiquidem pictores verum habitum Polonorum penicillo expreſſuri a nigromantis eſſent ſpecialiter edocti, qui arte malignorum ſpirituum, iis veteres Polonos proprio habitu ac forma viſendos demonſtrarint. *Loco citato priori huius capitis* Ouidium mire extollit, vtpote e cuius ſcriptis, ſi quo alio, Sarmatarum ac Getarum indoles penitius ſit dignoſcenda: mox tamen *ſub finem capitis p.* 902. auctoritatem eius eleuat, quod Sarmatas ac Getas barbariei incuſat, dicitque eum talia more ſuo effutiiſſe, imo furioſe his gentibus indignatum fuiſſe. *L. III. c.* 10. hiſtoricam fidem fere decoquere videtur, dum ita ſcribit: "*Quare cum* "*agitur de fama & de finibus, non admodum noſtri Scriptores Ptolo-* "*mæis & Corneliis fidant, alias a ſcopo aberrabunt.* Et tamen Beroſo, futili auctori, multum tribuit; imo, ad Ptolomæi & Taciti auctoritatem ſubinde prouocat, quoties ſuæ cauſæ patrocinatos intelligit. *Cap.* 13. docet Philippum Arabem, primum religionem Chriſtianam cum magna animi humilitate amplexum fuiſſe: quod pugnat cum Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptoribus, & videtur ſumptum eſſe e male intellectis Euſebii verbis, qui Philippum Araba non ſimpliciter, ſed iuxta quorundam relationem ſcribit primum ex Imperatoribus fidem Chriſtianam fuiſſe amplexum. *Cap. XIIX. & L. IV. c.* 1. Romanos Imperatores a Sarmatis in eas anguſtias docet redactos fuiſſe, vt eos tributum Sarmatis pendere oporteret: id quod nulla idonea auctoritate ſubnixus ſtatuit. *L. IV. c.* 5. dicit, duodecim vrbes Græciæ de patria Homeri rixatas fuiſſe, cum alii ſaltem ſeptem fuiſſe teſtentur, quarum nomina ſequens continet verſus: Smyrna, Rhodus, Colophon, Salamis, Chios, Argos, Athenæ. *Cap. eod.* Iſtrogetas contendit dictos fuiſſe, qui ad Iſtrum fluuium habitabant, eosque poſtmodum dictos Oſtrogothos; quod aperte falſum ex hiſtoria rerum Suecicarum apparet. *Cap.* 5. *p.* 969. de Adulpho, Gothorum rege, memorat, eum Placidiam Gallam, ſororem Imperatoris Arcadii & Honorii in matrimonium duxiſſe: paucis mox interiectis lineis, hunc Adulphum nominat, nouum generum Imperatorum, Honorii Arcadiique. Idem nomen pagina ſequenti repetit, vbi tamen Arcadium & Honorium affines ſalutat. Sub finem capitis ſcribit, ſuo etiam æuo fuiſſe Reges Romanorum, qui ex gente Gothica originem ſuam traherent: idque inde coniici, quod ſignum aurei velletis pro ſymbolo quodam gererent, ſignificantes ſe ab illis Gothis lineam originis ſuæ ducere, qui deſcendunt ab Amaleshutis, id eſt, raptoribus aurei velleris. Rem Hiſtorico indignam! Nam Maximilianum II. & Rudolphum II. eius ætatis Imperatores, Inſigne aurei velleris non a Gothis, ſed Hiſpaniarum regibus, quibus ſanguinis affinitate iuncti fuere, accepiſſe quis neſcit? *Cap.* 14. mentionem inicit Seueri Campani, Romani Pontificis, Seculo VI. viuentis: conſtat vero neminem e Pontificibus hoc nomine gauiſum fuiſſe. Ibidem paulo

paulo inferius ſcribit, Lechum pro ſede regia ſibi elegiſſe Gneſ-"
nam, cui adiunxit Viſmariam: & tamen *cap.* 15. Viſmariam dicit"
poſt Lechum a Viſſimiro fuiſſe exſtructam, & a ſuo nomine Viſ-"
mariam vocatam. *Cap.* 16. dicit Vandalos ad Rheni ripas conſe-"
diſſe, quod factum putat A. 370. Subiungit mox: Sed meminiſſe"
hic oportet, quod ante hanc expeditionem annis 130. donata fuit"
eis a Conſtantino M. poſſeſſio Pannoniæ. Id plane abſonum."
Oportuiſſet enim id factum fuiſſe A. 240. qua ætate Conſtanti-"
nus M. nec dum erat in viuis. *Cap.* 18. Cracum principem, Secu-"
lo VIII. viuentem, deducit a Tiberio Graccho, Equite Romano,"
ſupra centum annos ante Chriſtum natum florente, ſed ob leges"
agrarias in inuidiam populi R. attracto, ac proinde Roma in Sar-"
matiam commigrante. Sed inſulſe reuera. Iuxta hanc enim"
denominationem non dicendus eſſet Cracus, ſed Gracchus. *L. VI.*"
c. 5. de Ottone III. Imperatore adfirmat, eum in numerum diuo-"
rum ob inſigne pietatis ſtudium a Pontifice R. relatum fuiſſe:"
quod eget fide. Sub finem capitis errat, dum Imperium Roma-"
num a Gallis ad Germanos translatum temporibus Ottonis M."
adſcribit, dum conſtat, iam ante huius ætatem, ſub Conrado I."
id contigiſſe."

His poſſemus & nos addere, quæ nobis in lectione Sarnicii forte ſe obtulerunt monenda, qualia ſunt, quod nimium omnino in rebus hiſtoricis tribuit argumento ab etymo nominis ducto, quod tamen ipſe alia occaſione reiicit *; quod in recenſenda Leſci II. hiſtoria ** prorſus a reliquis abit; quod Kadłubkum inuidiæ inſimulat, vt † qui S. Stanislai trucidati non meminerit, quem tamen is omnino †† celebrat; quod Sigismundum Regem loquentem inducit *, atque filio Sigismundo Auguſto ſalutaria dantem monita, qui tamen per id tempus in Lithuania aberat, vt Orichouius ** teſtatur; quod monſtra nominum ſibi fingit, vt ſunt Carolus *** Narbonenſis, quem Carum Imp. eſſe puto, itemque Honoratius † & alia eiusdem farinæ; quod hinc inde quædam, non abſque nauſea lectoris, iisdem fere verbis †† repetit, & alia complura: ſed cum videam, me iam longius fere proceſſiſſe, quam decuit in Præfatione, nec etiam iſta opera purgari omnino poſſe iſtud augiæ ſtabulum, vela nunc contraho meque ad ea, quæ reſtant, abſoluenda confero.

* Annal. L. IV. c. 5. ** L. V c. 2. † fin. ad marg. †† L. V. c. 1. * L. VI. c 9. ** Hiſt. Polon. L. II. Epiſt. 21. *** L. VII. c. 10. in fino. † Annali I L. III. †† c. 18. † L. IV. c. 4. ad an. 363. †† Conf. L. VI. c. 24. & c. 26. ad an. 1310.

Quid in noua hac Editione præſtitum.

Antequam autem a Sarnicio diſcedam, dicendum eſt, quid in noua hac editione Sarnicii præſtiterim. Hic cum obſeruarem tot lapſus auctoris & aberrationes etiam typothetarum numero non pauciores, viſum mihi eſt tutiſſimum auctori omnia ſua relinquere, etſi quandoque quam maxime erronea; atque ſola emendare typographorum ſphalmata. Sed dubium ſæpe fuit,

de erroribus quibusdam, in quorum nam ex his habendi forent numero. Sic vbiq; legitur *Sylleſii* pro *Sileſii*, *Magdeburgũ* pro *Mariaburgum*, *Zaichoſtia* pro *Zauichoſtia*, *Myſſia* pro *Myſia*, *Erberſlinus* pro *Herberſteinius*: quædam etiam indolem linguæ polonicæ redolere videntur, vt *Saffnaburgenſis* pro *Schaffnaburgenſis*, *Marſalcus* pro *Mareſchalcus*; qualia cum ſæpius recurrerent, non mutaui, ſed pro indicio habui, auctorem ipſum nomina illa ita efferre ſolitum eſſe. Præterea annos, vt in ſuperioribus factũ erat, ad marginem poſui, &, quod commodo lectorum conducere poſſe arbitratus ſum, Libros in capita diſtinxi: quod quidem licere mihi eo magis exiſtimaui, quod auctor ipſe ſingulos libros pro numero Principum in minores partes diſtinxiſſet, ita vt præter numeros, quos adſcripſi, nihil omnino foret addendum aut mutandum.

STANISLAI ORICHOVII Vita.

* Orichouii Dedic. Annal. præmiſſ.

** Sim. Starouolſcius Elog. Scr. Pol. n. 58. p. 78.

Accedimus nunc ad STANISLAVM ORICHOVIVM, Orzechowsky vulgo dictum, de antiquiſſima Okszicziorum gente oriundum, Equitem Rutenum rurisque paterni Zurowicze in diœceſi Præmislienſi * dominum. Studiorum cauſa is Wittebergam ** adierat, vbi Lutherum audiuit atque Philippum Melanchthonem, inque Græcis pariter atque Latinis litteris inſigniter profecit. Inde in Italiam miſſus a parentibus, celeberrimi illius apud Venetos Oratoris atque Hiſtorici Io. Baptiſtæ Egnacii vſus eſt inſtitutione: quo duce tantam ſibi acquiſiuit dicendi facultatem, vt, Starouolſcio teſte, *Demoſthenes Roxolanus, ob dicendi libertatem & ſermonis vehementiam appellaretur*. Sane eum *potenti illo ſuo eloquio* ſacerdotibus plurimum nocuiſſe idem auctor eſt, *cum ingenio ſummis quibusque, etiam antiquæ memoriæ Philoſophis par fuiſſet, dicendi vero facultate ipſum Demoſthenem aut Periclem exæquaret*. Reuerſus tandem ad ſuos ſacrisque ordinibus ſuaſu parentum initiatus, inter Canonicos Cathedralis Eccleſiæ Præmislienſis haud contemnendum locum ſortitus, ſiue ſacerdos, vt ait auctor Vitæ Petri Kmithæ, † Decanus Præmislienſis ac Plebanus factus eſt. Cum autem a puero magnopere Philoſophiæ deditus eſſet, religionemque non fucatam, ſed veram & integram, vt fatetur ipſe, * priuatim ac publice coleret atque doceret, odium incurrit Epiſcopi Præmislienſis Ioannis Dziaduski. Hic itaque cum in capitulo, quod vocant, ſæpius grauiterque hominem increparet, ægre admodum id tulit Orichouius. Quare cum neque Epiſcopum, neque cœlibatum ſacerdos ferret, de amicorum ſententia ſtatuerat, repudiato ſacerdotio, quo erat in Eccleſia Præmislienſi per complures annos functus, vxorem ducere e Gynecæo vxoris Petri Kmithæ Sophiam Straszonis filiam: qua de cauſa etiam a ſcriptore vitæ Petri Kmithæ anonymo * ſeruitor Petri Kmithæ, homo ſeditioſus ac turbulentus vocatur. Epiſcopus itaque irátus, ipſi aqua & igni interdixit, eoque Oricho-

† c. 3.

* Annal. III. p. 1509. nou. edit.

** c. 7. ſub fin.

chouium permouit, vt cauſam ad Comitia Regni Petricouienſia anni MDL. deferret: in quibus tamen nil aliud effecit, quam vt iuberetur Papæ conceſſionem expectare. Epiſcopi interim, qui, ne quid detrimenti caperet, edito hoc exemplo, ipſorum auctoritas, verebantur, Kmitham permouerunt vt virginem, de qua diximus, Orichouio negaret. Nihilominus tamen Equites, quibus inuiſa erat Epiſcoporum potentia & inprimis Andr. Gorkanus & Martinus Zborowski, Palatinus Caliſſienſis cum Io. Chelmio Cracouienſis municipii equite honeſto & nobili diligenter egerunt per litteras, vt ille vnicam filiam ſuam Magdalenam Orichouio in matrimonium daret; id quod etiam A. MDLI. obtinuerunt. Ducta igitur * in matrimonium hoc anno ipſis Bacchanalibus in rure Lſczino, Andreiouio vicino, Magdalena, Orichouius in iudicium vocatur ab Epiſcopo, & quamuis veniret, non admittitur & pro abſenti excommunicatur. Prouocauit quidem ad iudicem ſuperiorem Orichouius, ſed adeo nihil efficere potuit, vt etiam Rex lege in eum agere iuberet: tuliſſetque grauia extremaque omnia reus, niſi Petrus Kmitha rem procraſtinaſſet. Sequenti demum ** conuentu anni MDLII. Orichouius, omnium fere Equitum fauore nixus, cum Proceres, Kmitham atque Tarnouium ſibi conciliaſſet, cum Epiſcopis in gratiam rediit *fideique confeſſione* illis exhibita, abſolutus eſt atque in priorem locum inter ſacerdotes, quod ne ſperauerat quidem, reſtitutus. Latius hæc omnia perſequitur ipſe Orichouius in Annalibus ſuis. Traditam eſſe ab Orichouio fidei confeſſionem A. MDLXI. Starouolſcius * perhibet; quod tamen aliter ſe habere, ipſe Orichouius nos docuit. Quæ deinde fecerit, ex Starouolſcio audiamus, qui: *Atque iam ex eo tempore*, inquit, *ſerio contra hæreticos pro Chriſti Eccleſia ſcribere cœpit: diſputauitque primum in præſentia Archiepiſcopi Gneſnenſis Iacobi Vchauicii cum Andrea Fricio Volboriæ; poſtea Varſauiæ in præſentia Regis Auguſti cum Stancaro Mantuano; tum & aliis in pluribus locis, illuſtrium & doctorum virorum corona aſſiſtente, præcipue vero Pinczouiæ atque Præmisliæ, ſemper Deo fauente cum victoria ſummaque cum vtilitate fatiſcentis tum Eccleſiæ Polonæ.* Hæc homo pontificius pro ſectæ ſtudio. Eadem prorſus ratione poſtrema Orichouii recenſet. *Ille vero ipſe*, inquit, *a ſacerdotio funditus remotus, in media plebe, cor contritum & humiliatum gerens, recompenſabat Eccleſiæ fraudata dicto, ſcripto & facto. Et quamuis multorum in ſe prouocaſſet odia, quod reuocato gradu ab æterno præcipitio illorum reſpexiſſet ſe ipſum aliquando & receptui canente Eccleſia collegiſſet ſe ex illo ærumnoſo ſectarum ſalo feruenter & frequenter impugnans errores ipſorum, licet & ſtipendiis illis priuatus, quibus ab anteſignanis hæreticorum abunde alebatur; lætus attamen & lubens conſtantem & indefatigabilem animum contra quosuis fidei Romanæ hoſtes geſſit, & vt ipſe in typo Chimeræ de ſe loquitur:*

* Orichou. Annal. IV.

** Orichov. Annal. V.

* l. c. p. 79.

Pro Patria, pro Legibus
Proque Religionibus
Auitis atque patriis
Paratum vitam fundere.

Quomodo conciliari debeant Starouolſcii verba cum iis, quæ ſupra de recepto ab ipſo ſacerdotio ex ipſis eius Annalibus attulimus, de eo viderint alii. Sane Simon etiam Okolski refert eum ſacris muniis iterum fuiſſe admotum: ſic enim de eo loquitur:* *Stanislaus, qui repulſis erroribus ex animo & hæreſi in gremium S. matris Eccleſiæ rediit atque Presbyter ordinatus Sereniſſ. Regis Eccleſiaſtes factus, plurimis ſcriptis proficuis Regno, ſtatui nobilium & Eccleſiæ Romanæ æuiternum nomen ſibi atque ſuæ familiæ reliquit.* Fratres germanos noſter habuit duos, vt Sarnicius docet, qui noſtri locum natalem *Lacuchow* ſic † deſcribit: *Spectatæ nobilitatis domicilium Orechouiorum & locus natalis. Tres ſunt fratres, viri ad res magnas nati; eorum frater vterinus eſt Ioannes Sienienius Leopolienſis Caſtellanus.* Horum fratrum alter vocabatur Nicolaus* eratque Notarius, vt ait Sim. Okolski.** Hic memoratur etiam in Vita Kmithæ, † vbi inter alia eius facta in alios iniqua recenſetur, quod *Nicolao Orzechouio ſyluas exciderit, vſum Sani fluminis per vtramque bonorum eius ripam fluentis vi ademerit, matri eius Bromiſſiæ, item Kraſicio & aliis eundem fluuium Sanum a bonis eorum auerterit & Piſcatoribus Præmislienſibus certa pecunia locauerit.* Nam etſi Kmitha tandem maximus fieret Orichouii noſtri quidem patronus, tamen & is offenſionum † meminit, ob quas in gratiam cum eo redire neceſſe habebat. Alter ex fratribus Orichouii, Valentinus nomine, erat Iudex terræ Præmislienſis, vt Okolski * teſtatur. Orichouii noſtri lites his verbis deſcribit Ioach. Paſtorius:** *Inde cum Epiſcopis actum, quorum potentiam vt inique pridem ordo equeſtris aſpiciebat, ita apertis ſententiis tum inuadere cœpit: præbita per Orichouium anſa; qui Canonicus Præmislienſis cum eſſet, ab Epiſcopo oppugnati cælibatus cauſa, munere & ditione motus fuerat. Is igitur & affinitatibus potens & gratioſus apud alios tacite eadem molientes publica aura priuatæ cauſſæ tum velificabatur. Nihil tamen in ea re bis comitiis ob diſcordiam procerum concludi potuit. Ille audentior factus matrimonii ſacerdotum modo aſſertor, mox exemplum fuit, ducta in vxorem Chelmſcia. Nec Antiſtites remittebant odia, ſed ſtrictis ſubinde in hunc Orichouium grauioribus ſententiis, mox in Oleſnicios quoque, Stadnicios, Oſtrorogios, Laſſouicios alioſque hæreſeos damnatos inſurgebant. His Rex tertiis comitiis Petricouiæ habitis acceſſerat; ſed & Regio decreto ab ordine nobilium tam pertinaciter reclamatum eſt, nullus vt Epiſcoporum exercere poteſtatem ſuam ſuſtineret.*

* Orb. Pol. T. II. p. 341. in Oxszis ſ. Okiciis.
† Deſcript. Polon. in voce Lacuchow.
* Orichovv Annal. IV. p. 1525.
** l. c.
† c. 4.
† Annal. V. p. 1544.
* l. c.
** Flor. Pol. L. III. c. 7. §. 3.

Scripta ORICHOVII.

Scripſit Orichouius quamplurima, vtpote homo diſertiſſimus; ex quibus hæc ad notitiam meam peruenerunt: *Orationes II. de bello*

ſuſci

ſuſcipiendo contra Turcas. Baſil. 1551. *Oratio de lege Cælibatus contra Siricium, addita Supplicatione ad Iulium III. de approbato matrimonio a ſe inito.* Ibid. an. eod. *Fidei Catholicæ Confeſſio* Colon. 1563, 4. *Oratio pro dignitate Sacerdotali.* Ib. eod. *Chimæra ſ. de Stancari funeſta Regno Poloniæ ſecta.* Ib. eod. *Oratio in funere Sigismundi R. Pol.* habetur Tomo III. Corporis Hiſt. Pol. Piſtorii it. in Volumine Orationum Gratulatoriarum &c. Hanouiæ 1613, 8. excuſo Parte II. inter Orationes funebres; in Collectione ſic dicta Guagniniana p. 613. *Panegyricus nuptialis Regis Pol. Sigismundi Auguſti,* & eiusdem *Panegyricus Io. Chriſtophoro, Comiti Tarnouio dictus,* editi a Gabriele Ioannitio Prof. Reg. Cracouiæ 1605, 4. *Idea Apocalyptica, in qua faciſc perturbatæ & afflictæ Reipubl. eiusque reſtaurandæ ratio repræſentatur;* quam edidit Blaſius Lipowski, Cracou. 1660. 12. recudi fecit Paul. Ant. Radzinski Varſau. 1696, 8. *Fidelis ſubditus ſ. de Inſtitutione Regia ad Sigism. Auguſtum libri II.* Cracou. 1684, 4. & Varſau. 1696, 4. Reliqua ipſius Scripta, verbis Sim. Starouolſcii * recenſebo. "Scripſit, inquit, multa, & in re ciuili & in noſtrorum ho-"
minum laudibus, ſed præcipue tamen in oſores Religionis Chriſtia-"
næ, hoc eſt *Quincuncem & Apologiam illius, Chimæram, Mediato-"
rem, Fricium, Dialogos, Fidelem ſubditum. Orationes de notis Eccle-"
ſiæ. Exequias Tarnouii. Geſta ſui temporis* (nam & Hiſtoricam"
attigit) *id eſt, regnantibus apud nos Sigismundo ſeniore & Auguſto"
F. Item Panegyrin nuptiarum eiusdem Regis Auguſti & alteram ſui"
Polemarchi Ioan. Tarnouii. Orationem pro dignitate Sacerdotali,"
de præſtantia Legum Polonicarum, in obitum Sigismundi I. Turcicas"
tres, pro & contra cælibatum, pro Eccleſia Chriſti ad Samuelem Ma-"
cieiouium Epiſcopum Cracou. Inſtitutionem Principis, Epiſtolas fami-"
liares, quarum maxima pars adhuc in obſcuro iacet, & librum de"
ſumma Regni.* Audio & alia quædam de Republica autographa"
ipſius a quibusdam priuatim cum nominis eius forſan, certe cum"
publicæ vtilitatis iactura, detineri. Nobis hæc tantum, quæ retu-"
limus, innotuere." Dixerat etiam ſupra Starouolſcius de Epiſtolis Orichouii, quas manuſcriptas aſſeruent viri docti, teſtatusque fuerat, ſe eas vidiſſe Cracouiæ apud Io. Rybcouicium Theologum Profeſſorem.

* l. c. p. 79.

De Annalibus ORICHOVII.

Annales Orichouii, de quibus adhuc aliq . ſunt ſuperaddenda, opus elegans & concinnum, quodque pro' at ex re & ex vero Starouolſcium de noſtri facundia pronunciaſſe, ſcripti eſſe videntur ab auctore ea mente, vt lites ſuas cum ordine ſacerdotum ſuæ ætatis hominibus pariter atque poſteritati excuſaret. Sane ea ſolummodo tempora hi Annales complectuntur, quibus contentiones iſtæ quam maxime efferbuerant, maximamque horum Annalium partem complectitur iſtarum recenſio. Cum autem Orichouius artes ſuas, quibus vſus eſt contra Epiſcopos, præſertim Annali IV. perquam

 candi-

candide exponeret, inde primus horum Annalium editor (quem Felicem Herbultum Dobromilenſem fuiſſe Sim. Starouolſcius * memoriæ prodidit) ne forte id in exemplum traheretur ab hominibus male feriatis, prorſus omittenda eſſe conſultius duxit, Lectoremque ſuum hac de re in fronte Annalis iſtius his verbis monuit:

* Elog. Scr. Pol. n. 22. p. 43.

LECTOR. Magnam partem huius quarti Annalis Orichouius in "commemorandis ſuis & Stanislai Stadnicii hæredis olim in Dubiecko "contentionibus cum Ioanne Dziaduski Epiſcopo Præmislenſi con-"ſumſit. Quia vero ea plus Reipublicæ nocere, quam lectorem "docere poſſent, hanc partem conſulto omiſimus. Cum enim no-"bis hoc præcipuum ſtudium ſit, vt in Republ. chariſſima patria no-"ſtra ciues bene ac beate viuant, & Rempub. florentiſſimam con-"ſeruent, quod ſine pace omnium ordinum eſſe non poteſt, adferre "exempla, quæ turbulentis hominibus poſſent eſſe vſui præter men-"tem noſtram & contra communem vtilitatem iudicauimus Nul-"la enim in mundo gens ita tenax eſt eorum, quæ a maiori-"bus ſuis in vtramque partem geſta cognouit, quam hæc noſtra. "Nec contra manes Orichouii putamus nos delinquere. Scimus "enim, & ex ſcriptis eius poſterioribus, quam hi Annales, & ex ſe-"nibus magnæ autoritatis & amicitiæ cum Orichouio, doluiſſe illi, "quod ad has deuenerit diſcordias. Cumque ſuperuixiſſet vxori, "cuius cauſa hæc machina fabricata ab illo fuit, non modo ſerio re-"diiſſe ad Eccleſiam Catholicam Romanam, contra quam nun-"quam aperte fuit: ſed etiam voluiſſe iterum Sacerdotia amplecti. "Qua de re dum deliberatur, morte, magnus hic vir, ſi intempeſti-"ua Venus illi contra non veniſſet, abſumtus eſt. Non inutilis "certe Reipublicæ eſt cognitio huius contentionis, ſi abſque acer-"bitate referretur; & nos tibi alibi eam proponemus. Minorem "ergo partem Annalis, ſed Reipublicæ longe vtiliorem accipe.

Nos hac minime ducti religione librum iſtum non maluimus mancum habere, quam integrum; ſcientes etiam longe nunc aliam eſſe rerum in Polonia faciem, non putauimus id cuiquam nunc futurum impendio, ſi Orichouium duabus iam editionibus mutilum, hac tertia demum Lectoribus exhiberemus integrum. Factum autem id eſſe beneficio Viri Magnifici atque Ampliſsimi IO. ERNESTI von der LINDE Ciuitatis Gedanenſis ab exceſſu B. Hoppii Præconſulis grauiſſimi, norit Lector: qui partem iſtam Annalis IV. a viro quodam Iurisperitiſsimo ex autographo auctoris, quod in intimiori, vt vocant, Archiuo Cracouienſi cuſtoditur, deſcriptam, editioni huic inſerendam liberaliter nobis conceſsit: cui ob id habemus nos, habebuntq; gratias immortales, qui litteras has amant, vniuerſi. Interim hic Lectores præmonendos eſſe omnino putauimus, quod iſta, quam exhibuimus, Herbulti admonitio in errorem induxerit quamplurimos, atq; adeo ferme omnes. Scilicet, cum in altera editione, quæ Dantiſci A. M DCXLIII,

12. pro-

12. prodiit, etiam repeteretur iſta admonitio, crediderunt fere omnes, qui in eum locum inciderunt, Hartknochius,* Varſeuicius,** B.Hoppius † & alii, qui eos ſequuntur, prætermiſſa ibidem eſſe quædam in editione Gedanenſi, quæ fuerint in Dobromilenſi; quam ſcilicet, vtpote rariſsimam inſpicere ipſam & cum Gedanenſi conferre non potuerant. Nos Dobromilenſem anni MDCXI. editionem, quam eodem cum Kadlubkone compactam volumine vtendam nobis conceſſit, quod denuo grato agnoſcimus animo, Vir Nobiliſsimus atque politiſsimus *Valentinus Schlieffius*, atque Gedanenſem, de qua diximus, contendentes inuicem, deprehendimus hanc longe quidem priori nitidiorem atque emendatiorem, nulla tamen omnino in parte auctiorem: neque etiam, quod credidit B. Hoppius,* Vitam Petri Kmithæ in Gedanenſi demum, ſed iam in Dobromilenſi ab ipſo Herbulto fuiſſe adiectam. Vidimus autem prætermiſſam eſſe a poſteriori editore dedicationem Herbulti neque inutilem, neque inelegantem: quod conſilium cum nobis probaretur minime, eandem nunc denuo Annalibus præfiximus, omiſsis potius Bibliopolæ Gedanenſis dedicatione & præfatione, quibus nihil notatu dignum continetur. In edendo porro hoc auctore ſecuti ſumus editionem Dobromilenſem; ita tamen vt mendas innumeras eiiceremus. Quo in negotio ſemper conſuluimus exemplum Gedanenſe; a cuius tamen lectione, vbi vidimus meliora, diſcedere non fuit nobis religio. Ab initio ſtatim deprehendimus deſiderari titulū Annalis primi dubiumq; eſſe vbi is ſit inchoandus: præterea primam libri periodum, quæ cum ſequenti cohæret arctiſsime, incertum quo conſilio, a reliquo corpore ſeiungi. Quod ne turbaret lectores vlterius, periodos binas priores non interrupta ſerie exhibemus; quæ Auctor præfatur, (vt ipſe dicit) iis Præfationis titulum dedimus, atque vbi in prioribus editionibus inſcriptio de *origine Polonorum* legebatur, ibi Annalem I. atque adeo ipſum librum inchoandum cenſuimus. Addidimus præterea ad marginem argumenta libri & annos in ſingulis paginis. In Annali autē ſexto, cum verba auctoris orationibus ſingulis tantum ad modum titulorum, non ſine incommodo legentium præfigerentur, nos, vt omnia cohærerent aptius, non curauimus ea diſtinguere aliter ab inuicem, quam per vncinulos orationibus adiectos, titulosque orationum ad oram libri reiecimus. In Vita Petri Kmithæ ab anonymo ſcripta annalibusque ſubiuncta nihil mutauimus, niſi quod ſingulis ſectionibus, quibus ab auctore iam additi erant tituli, nomen & numerum capitum adiecimus, vt commodius deinceps allegari poſſent. Denique, ne putet forte aliquis hoc in ſtudio minus exercitatus librū hunc poſt binas eiusdem editiones vbique obuium eſſe, vt noua editione minime fuerit opus, adſcribam ea de re duumvirorum ab ἐμπειρίᾳ βιβλιακῇ præ cæteris celebratiſſimorum Io. Henr. Boeclerus, cui vulgo tribui ſolet Bibliographia politico-curioſa, ita de libro hoc iudicat: *Orichouii Annales de rebus Sigismundi Auguſti plane inſignes & magna prudentia conſcri-*

* In Catal. quorund. Script. Pol. Reipublicæ Polon. præmiſſo.
** in Sylloge ſcript. Pol. Iuri publ. adiecta.
† Sched. de Script. Hiſt. Pol. p. 25.
* l. c.

pti ſunt, ſed rariſſime reperiuntur, quod dolendum. Ipſe Senator Regni fuit & rebus ipſis interfuit. Senatorem Regni quidem perperam dicit. Burc. Gotthelff. Struuius in eandem fere * ſententiam : *Inſignes ſunt*, inquit, *atque rariſſimi Stanislai Orichouii Annales Dantiſci* 1643, 12. *quibus hiſtoriam Sigismundi Auguſti magna cum grauitate & iudicio pragmatico deſcribit.*

* Bibl. Hiſt. c. 30. § 4.

Scitum Nobilium in opere ipſo omiſſum.

Ad poſtremum doleo in imprimendo hoc opere præualuiſſe rationibus ſolidis aliquando typographi pertinaciam, qua fui adactus vt laborem in me ſuſciperem moleſtiſſimum, reddendi latinis verbis litteras Equitum Polonicorum ad Regem datas, * ſtylo in Polonica etiam lingua ſcriptas impeditisſimo, ſenſu dubio ſæpius, ac hianti. Cum autem nunc inuentus ſit, qui Polonica quædam typis dare ſe poſſe affirmauit, vt iſti malo quodammodo ſaltem mederemur, curaui Polonica, quæ loco ſuo plane contra auctoris mentem latinis ſunt permutata, hic ſubiicere.

* Annali VI. p. 1592. ſqq.

Nobilitatis Scitum per Generoſum

MARTINVM BRONIOWSKI,

Notarium Terræ Leopolienſis.

NAjáśnieyſzy Miłośćiwy Krola, około tych Artykułow oktoreſmy ſię nie zgodźili z Pány ich Mośćiámi, ták ná Seymie, jáko y tu, októre Waſzey Krolewſkiey Mośći jáko to Páná náſzego Miłośćiwego pokornie proſiemy, mieliſmy iuſz doſyć ſtánowienia y declárácy z Pány ich Mośćiámi. Nic inſzego te ſtánowienia y declárácye nie przynoſzą, jedno ſzkody, á obćiąźliwośći więcey przymnożenia. Ná ten Artykuł około tego cłá nowego nád prawá á wolnośći, my jáko wierni poddáni W. K. M. to też ábyſmy mogli mieć rychłą executią práwom náſzym y wolnośćiomy przywilejom, zktorych ukróćiło to cło, Pozwoliliſmy byli W. K. M. do żywotá to mieć, ſłyſzeliſmy odpowiedź W. K. M. á zwłáſzczá od Je" Mośći Páná Krákowſkie", iż ie W. K. M. raczy mieć przećiw práwom á wolnośćiom náſzym oſtáwiono, á W. K. M. przećię niechce na tym przeſtáć. Abowiem y przez nas y przez Posłow náſzych vſtáwiono ieſt, co ſię vkaznie Státutem tám ſtoi, o tym cle nowym, iż iedno przez W. K. M. y przez rádę vſtáwione, tego odpieramy ſtátutem Krolá Alexándrá świętey pámięci brátá W. K. M. cap. XV. A gdyż to przez W. K. M. y przez rádę tylko, á bez nas y Posłow náſzych, oſtáwiono: á myſmy ná to nie zezwolili, nie powinniſmy go też dáć, áni ma być z nas áni z poddánych náſzych bráno, á kto ie oſtáwił, oſtáwił ie ná poddáne ſwoie, á nie ná nas y poddane náſze, jáko ſię to okazáło z ſtatutu tego, iż tylko przez W. K. M. á przez rádę W. K. M. teżby nie miáło być bráne, tylko od poddánych W. K. M. y od rad, jákoż też to ná tym Seymie blisko przed tym ſtáło ſię, iż W. K. M. z Rádami raczyli vſtáwić, y uchwalić ná poddáne ſwe, ktore też tylko poddáni W. K. M. á poddáni rad ich Mośći dáją, á my nie powinniſmy dáwáć, jedno według praw, Przywilejow, y wolnośći náſzych. A ten ſtátut nowy de transgreſſoribus, *ſrogi á oſtry, ktory jeſt przez W. K. M. á przez Pány ich Mośći vſtáwiony, przez nas á przez Posłow náſzych, áby był ſkáżon, ná ktory ſtátut my ſami śiebie y swych poddánych niechcemy wdáwáć, jáko ktory ná nas á przez nas, vſtáwiony jeſt.* Item *Co ſię tycze Metryki, jákoſmy W. K. M. proſili Páná náſzego Miłośćiwego, aby* autentice *nie byłá, jáko y pierwey, áni oną żaden dowod był czynion ſtrony W. K. M. ná dobrá náſze, áni liſty ku ſzkodźie czyiey nie były wydawáne. Co nam W. K. M. przez Páná Posnáńſkiego już to obiecząć raczył, iż ták jákosmy żądali Metrykę tę W. K. M.* non autenticam *już zoſtáwił, Záćoſmy W. K. M. dźiękowáli. Tu záś ię odpowiedźi nam dáne, wyrozumieliſmy iż tá rzecz o Metrykę do Seymu W. K. M. oddalić ráczył. Co ſię nam zda rzecz być obćiąźliwa powolnym poddanym W. K. M. Zeby tu ná rzecz końcá wźiąć nie miáłá, á może jeſcze wziąć, jákoż juſz byłá wzięłá pierwey słowem á Mśćywym wyrokiem W. K. M. Abowiem gdźieby ta Metryka* autentica *miáła być, byłáby ku obćiąźliwośći praw y Przywilejow náſzych, y wolnośći náſzych, nie proſiemy ábyią W. K. M. ráczył ſkáźić, gdyż ieſt W. K. M. potrzebna, ku rzeczam Pruskiem y Mázowieckiem y ku ſummom Krolewskim, ále iżby iey W. K. M. używáć nie raczył, ták jáko Oćiec y bráćia y ſam W. K. M. przed tym raczyli. Abowiem liſty iednym wydawáją, á drugim nie, jáko ſię miedzy námy ozwáło*

to

ło ich kilká. A co ſię tycze dignitates & officia regni, *proſiliſmy aby juſz były áane według praw á wolnośći náſzych, na walnym Seymie, á coby kto nad práwo y nád Przywileie trzymał, áby pnićił ná ten Artykuł Pánom ich Mośćiom, rádom, Bráciey náſzey ſtárszey, nad prawa a Przywileje náſze pozwoliliſmy byli, doſtoynośći, vrzędow, ktore przećiw prawu dźierżą trzymáć do żywotá ich Mośći, álbo do podwyżſzenia wyżſzego, toſmy byli vczynili, jesliżeby prawá á wolnośći náſze w tym: w czym ſię przećiwko im vkroćito, á vbliżyło executia wżięty, áby ich Mość Pánowie tym chutniey á chćiwiey przyczyniáli ſię ku W. K. M. v executia praw náſzych y ſwoich. A iż nie znamy áni widziemy przyczyny ich Mośćiow, ato iż práwa náſze executiy nie máią, á przeto gdy ſię nie zſtáłá executia w rzeczách, y jako práwá y Przywileie náſze obmawiáją, tedy y ty też nie odſtępniemy.* Item. *Co ſię tycze też przećiwko temu Przywilejowi Władysłáwá Jágiełá.* Quod nemini Ducum, & ex genere Ducali Caſtra & deſcendenti ciuitates pro tempore & in æuum non conferemus. *Krolowa Jey Mość raczy wykupowáć dobrá W. K. M. Zamki, Miáſtá, á trzymáćby miáłá Jey K. M. áczkolwiek nie náwieczność, ále do żywotá jakoſmy słyſzeli, á wſzakoż to właśnie przećiw práwom á Przywilejom náſzym, iżby Jey K. Mość miáłá trzymáć do żywotá, ábowiem nie bez przyczyni ten Artykuł przez przodki náſze v przodkow W. K. M. jeſt wysłużon. A ſnadź wielcy ludźie Páńskie vſoby kśiążętá muśieli ſię byli bárzo ſprzykrzyć przodkom náſzym w ſąsiedztwie ſobie rownym, á ſnadź z krzywdą wielką z wielkiem żálem z obciążliwośćią opuśćić dobrá, á poniechác muśieli. Jedea dla przyjáźni, drugi dla niedoſtátku, trzeći dla wſtydu, álbo iż ſię zyskáć nie ſpodziewał. A tak proſim pokornemi prożbami, tak jakoſmy prośili, áby Jey K. M. imieaia żadnego wykupowáć nie raczyłá, á coby raczyłá wykupić, áby to ſpuſzczono ku ręce W. K. M. było, á W. K. M. ono dźierżeć raczył, y Stároſtę ſwego ośiádłego jako indźie mieć. Abowiem zá żywotá Jey K. M. mogłyby ſię wielkie trudnośći dźiáłać Koronie, co ſię każdy ſnádnie domyślić może* per alienationem Iuris alicuius perſonæ.

Najáſnieyſzy Miłośćiwy Krolu, jeſt inſzych wiele Artykułow z Przywileymi, ktore potrzebnią executiy, ktoreſmy dawáli na Seymie, y tu juſz nie máły czás, jako nic inſzego nie czyniemy jedno piſzemy, á mázemy áż powaga ſię ſobie deelaruiemy. Nagłupſzy álbo namłodſzy by jedno mowić vmiał, náuczyłby ſię tego, czego nam rozumieć niechce, niechcemy ſię wdáwáć w tractaty, á w odpowiedź dálſzaby jeſzcze nam káżda rzecz ſłuſzna odpowiedź mieć mogli. Jedno tylko my wierny poddani W. K. M. pokornie prośiemy, żeby práwá y przywileie náſze, y wolnośći wſzyſtkie, w cáłośći nam záchowane á dźierżáne były. Albowiem wielkie krzywdy, gwałty nam ſię dźieją, przez to wykrocenie práwá, przez Stároſty, Celniki, y inne vrzędniki W. K. M. y Pánow Rad W. K. M. vkázniemy, y prośimy: áby ſpráwiedliwość ſię ſtała, á dáley żeby ſię to nam nie dźiáło. A ták prośimy W. K. M. áby W. K. M. raczył nas od tych krzywd y vćiſkow bronić, á nam tego nie dopuśćił czynić nád práwá y wolnośći náſze. Bo práwa naſze obmawiáią, żo tákowym ktorzy przećiwko práwom naſzym co dźierżą y czynią, nie powinniſmy posłuſzeńſtwá. Co ſię tycze ruſzenia poſpolitego, ktore W. K. M. raczył czynić, á my jáko wierni poddáni W. K. M. posłuſzni vczyniliſmy W. K. M. jáko Pánu náſzemu Miłośćiwemu ktorego Pánem náſzem wyznawamy bydź, przeto prośimy áby W. K. M. raczył nam vznaymić, á powiedźieć ieśli W. K. M. ma nie przyjaćioły w źiemi, á raczyſzli ćiągnąć, myſmy dawno gotowi, y chcemy ćiągnąć z W. K. M. á pieniądze nam dáć w Mieśćiech głownych powiátnych, czego W. K. M. nie raczył vczynić, á wſzákoż my jáko powolni z tego ſię wymáwiáć niechcemy, rádźi chcemy z W. K. M. ćiągnąć, jeśli nam tu W. K. M. pieniądze raczy dáć, według Przywileiow náſzych. Przeto W. K. M. prośiemy, áby nas dźierżeć dáley nie raczył, á czynić to, co W. K. M. raczy. Abowiem nie powinniſmy leżeć wedle praw á Przywileiow náſzych, za takiemi vtrátámi náſzemi, y tych ná ktorych leżemy gruntách, y prośiemy W. K. M. áby juſz tym rzeczom W. K. M. czynić koniec raczył. Abowiem my juſz amplius *żadnych ziázdow czynić nie będźiemy, y niechcemy: á przy práwich y Przywileiách naſzych ſtać chcemy, w niwczem ich nie odſtępowáć.*

Annales Orichouii, ſeu potius annexam illis Vitam Kmithæ proxime excipiunt Epiſtolæ Virorum illuſtrium; in quibus inſignis theſaurus rerum ad hiſtoriam illorum temporum Polonicam continetur. Habentur enim Libro primo Epiſtolæ Summorum Pontificum, Nuncii Apoſtolici, Cardinalium, atque Epiſco- *Epiſtola Virorum Illuſtrium.*

porum; in ſecundo litteræ Imperatoris, Regum, Principum & aliæ lectu non indignæ ad Carncouium, in tertio autem Carncouii ad has pleraſque Reſponſiones. Præ cæteris autem ſcio non ingratas fore lectoribus multas Martini Cromeri principis hiſtoriæ Polonicæ ſcriptoris epiſtolas, quæ ſub finem libri primi leguntur. Quare probandum omnino eſt Polonorum de hac Epiſtolarum collectione iudicium, apud quos eam magno ſemper in pretio fuiſſe conſtat. Monuit etiam B. Hoppius,* ex hoc *rariſſimo libro multa ſingularia cognoſci poſſe, quæ ab an. 1564. vsque ad 1577. in Poloniæ regno acciderunt.* Rariſſimum autem hunc in ipſa Polonia eſſe librum, fidem facere poteſt, quod B. Hartknochius, qui omnia, quæ ad ſcribendam hiſtoriam Eccleſiaſticam Pruſſiæ conducere poterant, vndique magno labore & ſumtu conquiſiuit, ſe has Epiſtolas nuſpiam reperire potuiſſe & ſub finem Præfationis ſuæ, & in ipſa hiſtoria ** conqueratur. Subiunxit Epiſtolis his typographus Orationes Stanislai Hoſii, antea ex Bibliotheca Carncouii Cracouiæ MD XCIX, 4. editas, quas eidem cum epiſtolis his volumini incluſas inuenerat; ex quibus quidem non niſi duæ poſteriores ad inſtitum noſtrum faciunt. Adiecti ſunt epiſtolis in noſtra editione, ob rationes ſupra dictas, numeri, præfixaque argumenta, quæ tamen non me, ſed alium quendam auctorem agnoſcere hic publice profiteor. Eidem iniuncta eſt a bibliopola, cum ego tempore excluderer cura mutandi interpunctiones verborum, quæ mire turbabant ſenſum in priori editione; cui negotio num recte ſatisfecerit, penes lectores eſto iudicium: mihi enim ne nunc quidem vacat ſingula ſub examen vocare. Id tamen lectores celare non debui, Libro tertio binas epiſtolas, neſcio cuius negligentia, loco ſuo prætermiſſas, tandem ad calcem eiusdem libri fuiſſe poſitas. Habuerunt itaque duæ illæ epiſtolæ poſtremæ in priori editione alium locum, prior nempe decimum nonum; poſterior autem octauum & vigeſimum. Denique neminem puto mouebunt, quæ Hoſius, Carncouius & alii in his epiſtolis contra Lutherum eiusque ſequaces, & contra ciuitates quasdam, pro more eorum qui ſolidis deſtituuntur argumentis effutiunt ſcommata atque maledicta; quæ cum memini derogent, noluimus ea prætermittere, ne mutila dici poſſet editio noſtra.

Vita STANISLAI CARNCOVII. Addenda nunc forent etiam quædam de vita Stanislai Carncouii Epiſcopi primum Wladislauienſis & Pomeraniæ, tum vero Archiepiſcopi Gneſnenſis, quem alii Czarncouium, quidam etiam Karnkowski vocant: ſed cum non habeam de eo, quo iuuari magnopere poſſint lectores, Elogium ſaltem, quod illi ſcripſit Starouolſcius * & ex eo ad verbum exſcripſit Freherus, huc transferre ſuffecerit; quod his verbis conceptum eſt: STANISLAUS "KARNCOVIUS Vir multiplici præditus eruditione, atque "inprimis Iuris Pontificii cognitione: in Epiſcopatu Vladislauienſi

poſt

* Sched. de Scr. Hiſt. Pol. §. 31. p. 76.

** Hiſt. Eccleſ. Pruſſ. L. 6. c. 3. p. 1085.

* Elog. Scr. Pol. n. 4. p. 12.

poſt Iacobum Vchanicium conſtitutus, a fundamentis plane la-" bantem illam Diœceſim erexerat, templa a hæreticis profanata" aut ſpoliata innouauerat, veſtibus ſacris & imaginibus decenter or-" nauerat, clerum reformauerat, atque dignitatem eorum auxerat," editis in vſum illorum *Conſtitutionibus Synodalibus Diœceſanis,*" quibus & *Catecheſes lingua vernacula* pro meliore informatione" addiderat, ſimulque ſeminaria & ſcholas, vbi hæc talia ſacris initi-" andi ordinibus iuuenes, edificere poſſent, inſtituerat, aſſignatis in" alimentum ipſorum de menſa ſua reditibus annuis. Cumque vir" & in Politicis rebus prudens & bene verſatus eſſet, id circo multos" ſibi a Repub. impoſitos labores, multa negotia, multasque lega-" tiones ſtrenue peregit, atque rerum earum omnium teſtes, *libros*" *Epiſtolarum familiarium* edidit, tum *Panegyricos nonnullos ac li-*" *brum de iure prouinciali terrarum ciuitatumque Pruſſiæ.* Scripſit" & *ſermones ad Parochos*, *Meſſiam*, atque *Hiſtoriam Interregni*" poſt diſceſſum e Polonia Henrici Andegauenſis, & *Orationem*" *longe diſertiſſimam*, qua eum aduentantem in regnum exceperat," tum & *aliam in Comitiis Varſouienſibus in Senatu habitam*, qua" explicantur Acta legationis Gedanenſis. Cumque Regem Ste-" phanum ſolus & promulgaſſet electum & inauguraſſet exceptum," præter morem auitum & voluntatem diſſentientis tum ab electio-" ne Archiepiſcopi Gneſnenſis, qui ipſe hanc in rem ius & aucto-" ritatem habet, ideo iſte poſt deceſſum diſcordantis, ex Epiſco-" po Vladislauienſi in Metropolitanum promotus, meruit & alte-" rum nobis Regem Sereniſſimum Sigiſmundum III. legitima iam" poteſtate inungere, Stephano e rebus humanis ſublato. Hac igi-" tur in ſpecula locatus, verbo & exemplo gregem ſuum verus pa-" ſtor pauit plane absque omni reprehenſione, vt vult Apoſtolus." Sacris enim tam ſancte vir pius quotidie operabatur, vt inter ſacri-" ficandum & lacrymas effunderet frequenter & easdem aliis excu-" teret, ſcripſeritque annis labentibus, egregium *de Eccleſia vtra-*" *que libellum*, tum & alium lingua natiua *Eucbariſtia* intitulatum," cuius dum vixit vehemens aſſertor enituit. Quem, cum plurimi," qui ſe ab Eccleſia, priuata ſui cerebri opinione ſegregarunt, paulo" diligentius reuoluiſſent, confeſtim ad gregem & gremium illius" poſtliminio quaſi ſunt reuerſi, exemplo bono cæteris in ſocie-" tatem præclari facti adductis; quos tanti viri vel ipſa auctoritas" allexerat. Erat enim nomen ipſius propter ſummam virtutem & eru-" ditionem tum apud ſuos, tum exteros ſummum; eoque magis incla-" reſcebat in dies, quo magis ad doctrinæ ſingularem opinionem," vitæ perpetuam innocentiam adiungeret. Quid hic liberalitatem" ipſius in egenos? quid munificentiam in religioſos ordines com-" memorem? quid collegium P. P. Societatis IESV, ſumtu opero-" ſo Caliſſii extructum? quid Seminaria Gneſnæ, Vladislauiæ, atque"

"tidem Caliſſii inſtituta? quid Iuris Theologiæque Magiſtros in "eis? nonne & hinc erunt qui compellent, compellenturque intrare? "cum vel ex ipſis ſcholis tot agmina iuuenum pietate & literis præ-"ſtantiſſimorum in ſingulas Regni prouincias, ſingulis annis euolent? "o magnum & laudabilem Præſulem; atque vtinam ſint, qui ſe ad "præclaram Præſulis maximi virtutum diuinarum conforment imi-"tationem: dignus vtique hoc ſepulchri titulo ac marmoris orna-"mento, quod in æde, a ſe Caliſſii extructa ſpectatur, atque etiam "Gneſnæ ante ſepulchrum Diui Tutelaris (S. Adalberti) ſupra fores "Conclauis 20 Capituli legitur.

D. O. M.

"*Æternæ memoriæ inclyti Præſulis & Principis D. Stanislai Karn-"couii, Archiepiſcopi Gneſneuſ. Legati Nati Regni Poloniæ Primatis "Primique Principis, &c.*

"*Quod præſtantium ſalubriumque conſiliorum in Eccleſia & Repub. "Dux, Auctor & Moderator ſemper feliciſſ. cum exſolutis pie liberaliter "& magnifice ſuis vtrinque muneribus, erectoque & fundato Caliſſii "Soc. IESV Gymnaſio ampliſſ. Burſa item Karnkouiana, Seminarioque "Archidiœceſano, felici nihilominus ex boneſta lautaque parſimonia "opum prouentu floreret,*

"*Baſilicam hanc venerandam Capituli aliorumque Collegiorum eius "ſacerdotalium adauctis liberalitate incomparabili cenſibus illuſtrio-"rem reddiderit, luculenter ſac. indumentis inſtruxerit, aram maxi-"mam ſumtuoſi operis iconibus exornauerit, XII. Clericos ad eiusdem "miniſterium coëmptis in eorum alimenta iurisque ſacri ſtudium fixis "reditibus, inſtituerit, gratumque in templa complura, cœnobia, procho-"dochiaque beneficen. & in clerum vniuerſum paternæ charitatis & "indulgen. memoriam reliquerit,*

"*Capitulum almæ huius Eccleſiæ metropolitanæ Gneſnenſis pro æ-"terna eius requie perpetuum ſingulis menſibus Miſſæ ſacrificium ad "Mauſoleum D. Adalberti facien. decreuit, gratique hoc & memoris a-"nimi M. P.*

"*Vixit annos LXXVIII. D. XXIX. ſedit in Archiepiſcopatu A. XXI. "M. IV. D. V. obiit Louicii VI. idus Iunii Anno Domini M. DC. III. "Caliſſii in templo Societatis Ieſu inter ſacrarium aramque maximam "ſepultus.*

SARNICII Deſcriptio Poloniæ. Deuenimus tandem ad eiusdem, de quo ſupra diximus STANISLAI SARNICII *Deſcriptionem Veteris & Nouæ Poloniæ*, quæ ad calcem huius voluminis reiecta eſt, quamuis prior eius editio Annalibus addita haberetur. Fatemur nos ipſos primum dubitaſſe, an ea huic volumini foret inferenda, tum quod ea non adeo multum ad Poloniæ notitiam Geographicam conferre videbatur; tum quod præter ea, quæ ab ipſo auctore forte perperam ſunt dicta, etiam erat credibile, multa ab operis typographicis fuiſſe peccata, quibus emen-

dan-

dandis omnino impares nos eſſe ſentiebamus; tum etiam, quod in noſtro exemplo prioris editionis deeſſe quædam putabamus, quæ in aliis eiuſdem editionis exemplis haberentur. Sane, quæ præcipue adeſſe debuerat, & fere neceſſaria ad libellum intelligendum erat Tabula chorographica ſ. typus Poloniæ, ad quem in deſcriptione Liuoniæ, voce *Lamna*, prouocat, certorumq; ſignorum † in ea mentionem facit, hic nullibi apparebat. In fine quoque legebatur vox *Debno*, quæ indicabat, voluiſſe auctorem adhuc aliqua ſubiicere: id quod etiam liquet ex ipſa Deſcriptione Poloniæ, voce *Pinczow*, vbi diſerte ait, plura ſe addidiſſe *in fine ex profeſſo de inſigni Debno*; cuius etiam alibi * in hac deſcriptione Poloniæ & in ipſis præterea Annalibus ** meminit. Huc pertinet, quod alicubi † ad Topographiam oſtiorum Boryſthenis infra adiectam prouocat, quam tamen hic legere me non memini. Sed ad argumenta duo priora reſpondere ſufficiet, quod voluerimus priorem editionem integram exhibere, ita vt nihil deeſſet in noſtra Sarnicii, quod quidem in illa habebatur: quamuis hanc deſcriptionem Poloniæ ad finem totius voluminis reponere maluerimus, ne ſeries hiſtoriæ interrumperetur. Neque etiam adeo exſanguis eſt iſta ſcriptio, vt plane nihil inde diſcere lector poſſit. Sunt etiam huic auctori notata nonnulla, quæ ab aliis non attinguntur. De tertio ſecuros nos eſſe iuſſit Vir Cl. Io. Sartorius, certiſſimum aſſerens, nihil deeſſe, nihil præter ea etiam in aliis, quæ manibus tereret, exemplis haberi; ſed auctorem, forte quod Proceres Regni non ſatisfeciſſent ipſius exſpectationi in remunerandis laboribus eius, quæ habebat in animo, non adieciſſe. Nec etiam Tabulam Geographicam libro præfixiſſe; quam noſter confecerat ex annotationibus Ioannis Sienienii Caſtellani Leopolienſis, a Rege miſſi, vt omnem inferiorem Ruſſiam perluſtraret atque deſcriberet; vt ex epiſtola ad Regem, libro præmiſſa patet: quem virum noſter * ſubinde laudat. Dedimus itaque deſcriptionem hanc Poloniæ atque Ruſſiæ plane ad veterem editionem, vt nihil mutaremus, præterquam quod nomina locorum, de quibus agitur, charactere, vt vocant, Italico expreſſimus, vt facilius inueniri poſſent. Cæterum errores auctoris nobis non imputabit æquus lector, a quibus hic ſe non fuiſſe immunem ipſe † fatetur.

† De cruce picta in voce *Bardenland*, atque alibi de cruce rubra.
* voce *Mons crucis*.
** L. VI. c. 20. an. 1260
† in fine literæ S.
* in vocibus *Monaſterziska*, *Sienno*, *Szlak* & alibi.
† Voce *Czechowce* & *Lublinum*.

Denique, vt nihil iure deſiderare poſſent lectores, Indicem a iuuene quodam induſtrio diligenter confectum huic etiam Volumini ſubiecimus.

Habes, Lector beneuole, quæ de toto hoc volumine librorumque eidem incluſorum auctoribus dici debere aut poſſe videbantur. Ne autem ingrati in quenquam fuiſſe merito dici queamus, ampliſſimis præconiis extollimus beneficium, Senatus huius vrbis Magnifici, cuius indulgentia licuit nobis libris rariſſimis atque pretioſiſſimis ad hunc laborem ex Bibliotheca publica inſtructiſſima

vti liberrime: cuiusque adeo liberalitati debent lectores, ſi quid ex bonis auctoribus in hac præfatione a nobis prolatum eſt. Grato quoque agnoſcimus animo aliorum Patronorum beneuolentiam, qui ex penu ſuo librario nobis exhibuerunt, quæcunque vſui nobis eſſe putauimus. De cætero non dubito contigiſſe vt aliquando lapſus fuerim, tum in edendis his ſcriptoribus, tum etiam in hac præfatione; fui namque toto hoc tempore perimpeditus & feſtinandum ſæpius erat magnopere, cum bibliopola vrgeret quotidie & cum præfationem ſcriberem, non quotidie, non ſingulis horis, ſed ſingulis ferme horæ quadrantibus. Adhæc homo ſum, nihilque humani a me alienum puto. Labuntur ſæpe & magni viri & bonus quandoque dormitat Homerus: quidni & ego erraſſe me fatear? qui non ſum adeo mihi ſuffenus, vt me quacunque in re parem iis exiſtimare auſim, quem & ætas, &, quam inde conſequimur, experientia rerum & ingenii mediocritas iis longe reddit inferiorem. Orandi itaque ſunt Lectores, vt errores ipſis forte obuios mihi condonare velint, ſi fuerint leuiores; ſi grauiores, amice me de illis monere atque cogitare, quód opere in longo fas ſit obrepere ſomnum. Quod ſi hæc non diſplicuiſſe tibi, Lector beneuole, intellexero, dabo operam, vt SIMONIS quoque STAROVOLSCII Ε'κατοντὰς *Scriptorum Polonicorum* Annotationibus nonnullis inſtructa, cum aliis quibuſdam libellis ad hiſtoriam Poloniæ literariam facientibus proxime recudatur, *nouaque Scriptorum Polonicorum hactenus ineditorum Collectio* in vſus tuos edatur.

Quod ſupereſt, vale, meisque conatibus faue.

SPHAL-

SPHALMATA TYPOGRAPHICA.

in Schediaſmate de Script. Hiſt. Polonicæ primo Dlugoſſi volumini præfixo occurrentia; de quibus ſupra p. 13. dictum eſt.

Pag. 7. in Notis lin. 1. pro *enim* lege *etiam*. lin. 5. pro KAKSK lege Katski. pag. 14. lin. 1. pro *lie* lege *le*. lin. 2. pro *Rauen* lege *Ronen* pag 16. lin. 11 pro *Gniarda* lege *Gniazdo* & pro *zkącd* lege *zkąd*. lin 12. pro *Księnstvva* lege *Księstwa*. lin. 15. pro *inzych* lege *inszych* & pro *naleza,,zych* lege *nalezązych*. lin. 16. pro *Ksia,za,t* lege *Ksiąząt* & pro *poczratck* lege *początek* lin. ead. pro *swoymaiąç* lege *swoy maią* lin. 18. pro *gentilitiarum* lege *gentilitiorum*. lin. 44. poſt *Cracovienſe* add. Cracouiæ. pag 20. lin. 15. poſt *Nicolai* adde 1658. In Notis lin. 1. pro *Kria,za,t* lege *Kziąząt* lin. 2. pro *drieiow* lege *dzieiow*. lin 3. pro *dlatych* lege *dla tych* & pro *siz bawa* lege *się bavva* lin. 4. pro *drukuna* lege *drukn na* pag. 24. lin. 21. dele *de* lin. vlt pro *1900*. lege 1600. In Notis lin. 2. pro *Xia, za,tsla,kich* lege *Xiąząt Słąskich* lin. 3. pro *rozodriemaich* lege *rozrodzienia ich* lin. 6. pro *Zodwaga,c* lege *Zodwaga* & pro *Zasłazonego* lege *zasłużonego* lin. 7. pro *ordobiona* lege *ozdobiona*. pag. 26. lin. 8. pro *Koroni* lege *Koronie*. pag. 27. lin. 27. pro *editus* lege *editu*. pag. 31 lin. 28. in Notis lin. 1. pro *ZSKRYPNEY* lege ZSKRZYPNEY. pag. 37. lin. 7. pro *HOBIVM* lege *HOSIVM*. pag. 39. in not. pro *Piſſcoronius* lege PISCOREVIVS. pag. 43. in Notis lin. 10. pro *Moſcouitis ex* lege *ex Moſcouitis*. pag. 45. In Notis lin. 1. pro *carmen* lege *carmine* lin. 5. pro *lina* lege *bina*. pag. 47. in Notis lin. 7. poſt *gratulata eſt* add. Cracou. a. e. 4. lin. 9. pro *Ei*, lege *Equitis* lin. 14. pro *Hdami* lege *Adami* lin. 15. poſt *Vladislai* add. *carmine Heroico deſcriptus*: pro *KARVTMAN* lege *KARATAN* lin. 18 pro *&* lege *ex* lin. 21. pro *SIEMECK* lege SIEMEK. pag. 48 lin. 20. poſt *1635*. add. *Cracouia fol.* pag. 50. In notis lin. 10. poſt *1633*. add. & 1634. pro *Ruchtamouis* lege *Rachtamouii*. lin. 15. pro MICHOVII lege MICHONII. lin. 17 pro *Ioh.* lege *Daniel* lin. 23. pro *OBRYVSKI* lege OBRYNSKI. lin. 30. pro *LESNIWOLSKI* lege *LESNIOWOLSKI*. lin. 34. pro SMIESZKOWIE lege SMIESZKOWIC lin 35. pro *1633*, lege 1634. & add. *dicatum* pag 52. lin. 2. pro *Alexandri* lege *Alexandris* lin. 32. dele *de*. In Notis lin. 6. poſt *Licentiatus* add. Elbingæ. 4. lin. 11. pro *Iohannes* lege *Matthias*. pag. 55. in Notis lin. 2. pro PARTORIO, lege PASTORIO lin. 4. pro *Bąckowski* lege *Bąkovvski*. pag. 57. lin. vlt. poſt *Thorunii* add *duc*. In Notis lin. 2. pro Korſt, lege Horſt. pag. 59. in notis lin. 6. poſt ZAWISZA add. Notarides M D L. & in Acad. Viln. Eloquentiæ Auditor. lin. 8. pro Korſt, lege Horſt. pag. 61 lin 22. pro ROLCZYCKI lege KOLCZYCKI lin. 34. pro *vernoſo* lege *neruoſo* p. 62. lin. 38. pro *recordationes* lege *recordationis*. lin. 40. pro 1669. lege 1696. pag. 63. lin. 32. poſt *relatione* add. im *Agenten* lin. vlt. poſt *introductionem* adde *reliquiarum*. pag. 64. lin. 5. poſt werden add. Breslau. 4. lin. 29. poſt *affectato* add. *Varſauia* 1697. 8. pag 65. lin. 17. poſt: *polonice* add. *vt & latine*. In notis lin. 11. pro PLATOVIVS, lege PLVTOVIVS. pag. 67. lin. 21 pro *hauriri* lege *haurir*. lin. 34. pro *A.* lege 4. pag. 70. lin. 36. pro *Wechocenſis* lege *Wąchocenſis*. lin. 49. pro GEMBECKI lege GEMBICKI lin. penult pro 1688. lege 1638. pag. 71. in notis lin. 14. poſt *Boguslai* adde *Boxa* lin. 29. pro *e. a 4.* lege *1639. fol* lin. 33. pro *Bąckovvski* lege *Bąkovvski*. pag. 73. lin. 31. pro *Stanislai* lege *Stanislao* lin. 33 pro *Duci* lege *Duce* lin. 34. pro *Sckalienſis*, lege *Sokalienſis* lin. 39. pro *Rhetoricis* lege *Rhetorica*. In notis lin. 2. pro *Regni* lege *Regia* lin. 7. pro KOZYWONEGA lege KRZYWONOGA. pag. 74. lin. 28. pro *Rubſtinenſis* lege *Rabſtinenſis* lin. 37. poſt *&c.* add. *Præfecti Elbingæ*. lin. 38. poſt *concelebrauit* add. *Elb. a. e. 4.* lin. 39. poſt WASSENBERGIVS add. *ibid. a. e. 4.* lin. 44. poſt *M. D. L.* add. *exercituum*. pag. 81. lin. 4. poſt 1595. add. *2. Mart.* pag. 82. lin. 19. poſt *Sueci* add. *Societ. Ieſ.* lin. 39. pro *inueſtitura* lege *Inuectiua* & add. *contra Rigenſes*, pag. 85. §. XXXV. lin. 19. poſt 1655. lege *Stetini & 1656. Helmſtadii* pro *ſequentique anno* lege, *atque hoc ipſo anno*. pag. 87. §. XXXVI. lin. penult. poſt 1684. 8. add. *& ſeorſim 1657. 4. & 12. prodiit*. pag. 88. In Not. lin. vlt. pro 1659. lege 1658. pag. 89. in not. lin. 25. poſt wie adde die. pag 91. in notis lin. 35. pro *Lancicez* lege *Lanczicz* lin. 38. poſt andern add. auff gedachtem Lager dele von & poſt Lublin add. zu verhindern. pag. 93. in notis lin. 3. pro *Cręſtochovva* lege *Częſtochovva*. lin. 32. pro *Kary* lege *Kazy*. lin. 34. poſt auff add. Cracau, darin der Verlauff der Victorie in. lin. 38. pro dritten lege zweiten lin. vlt. poſt wollen add. 1658. 4. pag. 96 lin. 7. pro (2) lege (3) in Notis lin. 7. pro von lege vor. pag. 100. lin. 4. poſt *latine* add. & *Belgice*. pag. 102. lin. 5. pro *Chauignac* lege *Chauagnac*. lin. 25. pro 563. lege 576. In Notis lin. 13. pro *c'eſt* lege *s'eſt* lin. vltim. poſt *Polonia* add. *lat. & germ.* pag. 103. in notis lin. 13. poſt *Chocim* add. 1673. 4. lin. 23. pro *Bucracz* lege *Buczacz* lin. 25. poſt Entſetzung add. 1683. 4. lin. 28. poſt 1683 add. gegen Gran. pag. 105. lin. 5. poſt 1697. add. *d. XXVI. Ianuarii*. lin. 9. pro 787. lege 767. lin. 14 poſt *Vbi* add. (In den auffgefangenen Brieffen.) pag. 105. In Notis lin. 2. poſt Graff add. *Wielopolski*. pag. 107. §. XLII. lin. 6. pro

pro *LASK* lege *de LASKO.* pag. 111. lin. 1. pro 1646. lege 1647. pag. 113. lin. 48. pro *Dania* lege *Dania.* pag. 114. lin. 28. pro 1678. lege 1578. lin 39. dele *Leopoli* 1630. 4. lin. 49. pro 1684. 4. lege 1584. pag. 115. lin. 26. poſt *Germania* add. *Lipſia* 1702. In notis lin. 2. pro SIENECK lege SIęMEK. pag. 116. lin. 26. pro *Fragmneutu* lege *Fragmentu* lin. 46. pro *Italico* lege *Italice* pag. 117. lin. 27. pro zur Korſt lege zur Horſt. pag. 120. lin. 19. pro *Gvvordziec* lege *Gvvozdriec* lin. 20. pro *Kolthumum* lege *Kolthunam.* pag 121. lin. 46 pro 286. lege 289. pag. 122. §. 48. lin. 4. poſt *Scriptus &* add. *Cracouiæ primum.* 1615. 4. In Notis lin. 3. pro *Ioh.* lege *Iona.* pag. 123. lin. 40. pro 1646. lege 1647. pag. 125. lin. vlt. poſt *Leodienſi* add. *edidit Colon. Agrippinæ.* 1658. 4. pag. 126. lin. 8. pro *Dziergovvski* lege *Dzierzgovvski.* lin. 15. poſt *Povvodonii* add. *Canonici & Archi-Presbyteri Cracouienſis.* lin. 33. pro *Fokio* lege *Foxio.* pag. 139. lin. 21. pro *quero* lege *quercu.* lin. 38. poſt 723. add. *&* 727. p. 140. In Notis lin. 5. poſt *&c.* add. Königsberg 1568. 4. pag. 152. in Notis lin. 11. pro *Habaldi* lege *Hubaldi*, pro *Macchinatio* lege *machinatio* lin. 28. pro 4. lege 8 p. 153. in Notis lin. 8. poſt *eruditam* add. *& Muſica imprimis peritiſſimam.* lin. 9. poſt *ſuo* add. *p. 498. confer. & p. 438.* pag. 154 §. 58. lin. 11. *pro 1464.* lege *1644.* p. 156. lin. vlt. pro *ſ.* lege 4. pag. 157. lin. 16. pro *Ioh.* lege *Iacob.* lin. 18. poſt *Thorunenſis* add. (Kern der Thorniſchen Chronicke) lin. 19. poſt *ſunt.* add. *iam prodierunt 1711. 4.* lin. 23. pro *Sacrum* lege *Sacram* lin. 38. pro *Parem* lege *ſimdio* pro *conſignationem* lege *conſignatio.* lin. 46. pro vergiffteten lege verpeſteten.

ERRATA EXTANTIORA
in hac præfatione commiſſa.

Pag. 5. lin 35. tota periodus *Grauiter vero* vsque ad *confundens*, inſeri debuit p. 4. lin. 26. poſt *Polonicam* p. 6 l. 9 ad marg. pro *VIII.* lege *VII.* l. 37. ad marg. l. *L. XXIX.* p. 10. l. 9. *qui* l. *qua* l. 35. leg. *Piotraninenſis* p. 12. l. 1. leg. *annotando.* p. 13. l. 11. leg. *ingratas* l. 14. leg. *Vide.* p. 16. l. 11. leg. *I Fonction p. 227.* p. 17. l. 30. pro *nona* leg. *non a.* p. 20. l. antepenult. l. *Hac.* p. 25. l 23. leg. *annos quinque.* p. 26. l. 28. leg. *dignum.* p. 28. l. 16. leg. *qui in ſ. Men. Ciſt. noſtrum.* p. 30. l. 10. pro *quam* l. *quem* l. 37. leg. *obſcure.* p. 31 l. 23. *Gallus, Dlugoſſus.* p. 32. l. 14. pro *qui* l. *qua.* p. 33. l. 26. dele *fuiſſe*, l. 27. leg. *vulgare fuiſſe*, l. 28. leg. *Oſvvecenſibus* l. 37. leg. *Cichocio.* p. 35. l. 5. leg. *maximum.* lin. antepenult. dele *videtur.* A pag. 42. ad 44. vnciņuli ad marginem male omiſſi ſunt. p. 47. lin. 9. 10. in marg. leg *Oksźu* ſ. *Oxicius.* p. 48. l. 12. leg. *facies.* p. 49. l. 4. l. *ea prorſus.* p. 50. l. 42. l. *ea de re indicta.* p. 55. l. penult. pro *eat* l. *erat.* p. 56. l. 15 leg. *editionem Sarnicum.* l. 16. dele *Sarnicii* P. 57. l. 5. l. *eſſe poſſe.*

Sæpius autem poſitum eſt *t* ſimplex pro *t* virgula notato, quod ex defectu harum litterarum in typographia factum. Sicuti & in Scito Nobilitatis p. 51. adiecto eadem de cauſa literas *s* & *z* non puncto ſed accentu ſaltem diſtinguere potuimus.

Ex opere ipſo vt colligantur ſphalmata, temporis prohibet anguſtia. Illud ſaltem monendum, quod in annalibus Orichouii primæ paginæ numeris 1, 2. 3. &c. notatæ ſint, pro quibus ſubſtitui debent 1478 & ſequentes, vt recte reſpondeant indici.

IOANNES



IOANNIS DŁVGOSSI

SEV

LONGINI

CANONICI CRACOVIENSIS,

HISTORIÆ POLONICÆ

LIBER DECIMVS TERTIVS.

A. C. 1445. *Rumore de Wladulai Regis morte dubio vigente,*

CAſu *Wladislai* Regis in *Hungaria* & *Polonia* regnis fama & rumore in menſe Decembre vulgato, diu fides ambigua, in pectoribus *Polonorum Hungarorumque*, manſit. Verum dum circa finem Menſis Decembris aliqui *Poloni*, pauci tamen, fuga ſalvati, in *Poloniam* revertiſſent, & rem geſtam plenè detexiſſent, credulitas caſui data eſt, & mœror ingens univerſorum animos occupauit, fletusque & lamenta, cum virorum, tum matronarum ſuos neceſſarios, charos, & pignora deplangentium, ſingulas domos opplebant. Id tamen vnum erat ſolatio, quod *Wladislaus* Rex, incolumis B eſſe & vivere nunciabatur: & iam in *Conſtantinopolim*, iam in *Venetias*, iam in *Valachiam* vel *Tranſylvaniam*, iam in *Albaniam* & *Raſciam*, illum cum ſuis ſeceſſiſſe, multorum grauium hominum literæ denunciando teſtabantur. Quæ res & nouitas ſicut grata & deſiderata, ita facilius, & acceptabatur & credebatur. Et quoties literæ de vita & ſanitate *Wladislai* Regis *Cracouiam* afferebantur, toties gaudio immenſo Civitas repleta, pulſu Campanarum, & ignium extructione, lætitiam teſtabatur. Et ſicut invictæ virtutis Regem ſciebant, ita eum nullatenus eo prælio occidiſſe A opinabantur. Placuit poſthæc langueſcentibus relationibus, vitam *Wladislai* Regis firmantibus, in *Romaniam*, *Graciam* & *Bulgariam* nuncios, ſciſcitatum de vita Regis mitti. Miſſique fuerunt & publicis & privatis expenſis, varii Nuncii, & ſignanter *Ioannes Rzeſchowski*, & *Ægidius Suchodolski*. Qui cum Provincias easdem inveſtigando, ſubodorandoque vitam Regis luſtraſſent, & nihil certum, aut deſideratum de ejus ſoſpitate, retuliſſent, altior mœror mentes *Polonorum* invaſit: cogitantium, differentiumque *ex quàm alto fortuna ſtatu caſu Regis deciderint, quam inclytum Regem, in univerſo orbe famoſum & glorioſum, amiſerint, quantis debitis obligationibusque Regnum ſuum, & ſe involuerint, quanta damna perceperint, quot bella, nullum fructum habitura geſſerint, quantos Regni & Urbium Polonia ornatus, per Regem Wladislaum conceptos, amiſerint, quem denique illo mortuo, habituri eſſent, æque ſtrennum, æque prudentem, æque modeſtum, æque liberalem, æque Regno Polonia affectum, Regem.* In hisque querelis & doloribus, menſes aliquot abſumpti ſunt, Caſus Regis *Wladislai*, per *Ioannem* de *Syenno* militem, *Caſimiro* Duci *Lithuania*, in *Polocenſi* tunc regione agenti, conſiliariorum Regni *Polonia* nomine patefactus, plures in eo mœrores

1445.

mittuntur ex Polonia Nuncii in Graciam, ſciſcitatum de vita illius.

De cujus incolumitate cum nihil certi renunciaretur, magnus mœror

Caſimirum fratrem ſuum,

1445. &lachrymas, exceſſum fratris vnici, immodice
deplangente, excivit. Luctus ex occiſione
Wladislai Regis & clade, ſui exercitus, non in
ac alios occupat. *Polonia* modo, aut *Pannonia*, ſed per univer-
ſas regiones Catholicorum, fuit: dolentium
tam optimum, & tam ſanctum Regem, vali-
dum ſuum ſcutum & fidei, non *Europa* ſolum,
ſed & *Syria* futurum liberatorem, & unicam
Chriſtianitatis adverſus Barbarorum rabiem,
ſpem, immatura morte ſibi ereptum. Eoque
amplior in pectoribus nonnullorum dolor
mœſtitiaque inſederat, quod defenſore tam
animoſo, tamque forti & impigro perempto,
graſſaturum liberius in Regna Catholica, *Tur-
cam*, & ſui juris illa facturum ominabantur.
Ipſe ſiquidem *Wladislaus* Rex, potentia Do-
mini accinctus, in ſplendore armorum, ad ejus
prælium præliandum, jugiter mentem inten-
derat: primævæ ſubſtantiam ſuæ juventutis,
ſuave&delectabile ei ſacrificium oblaturus, qui
ſe in holocauſtum pro nobis morti tradiderat.

Cum autem orbitas in Regno *Polonia*
vbique appareret, & incerto vagoque or-
dine omnia volutarentur, ſcitumque eſ-
ſet *Hungaros*, repudiata ſpe vitæ Regis, *La-
dislaum* filium poſthumum *Alberti* Regis, pro
Rege ſibi aſſumſiſſe, conventus pro die *S. A-
dalberti Siradia* indictus eſt; Quo cum major
numerus Prælatorum & Baronum Regni *Po-
lonia*, quàm ſolito conveniſſet, & de proviſio-
ne Regni futura tractatus interpoſiti eſſent,
atque in varias iretur ſententias, dum nonnul-
lis placebat, certificationem ampliorem de vi-
ta & occaſu Regis *Wladislai* expectari, aliis di-
lationem deliberationis in aliud tempus breve
transferri. Vicit tandem ſententia *Sbignei*
Epiſcopi *Cracovienſis*, qui cenſebat eligendum
Casimirus Dux Lithuaniæ Regem, eligebatque *Caſimirum* Ducem *Lithua-
nia* germanum *Wladislai* Regis: *Nihil ſe hac
electione innovaturum, etiam ſi Wladislaus
Rex annis aliquot in vitam reſurgeret* aſſerens,
*dum pro ordine in Regno habendo, non hoſtis,
ſed germanus, non extraneus ſed naturalis, in
locum Regis Wladislai ſurrogaretur, ut eadem
facies & ſtatus Regni, ſine aliqua variatione,*
variantibus primum Procerum ſententiis *remaneret.* Et quamvis nonnulli ex Primo-
ribus electionem ipſam immaturam, ſibique
& publice & privatim nocituram, portende-
rent: ab omni tamen Concilio, juxta ſenten-
tiam Epiſcopi *Cracovienſis*, decretum habitum
tandem in Regem Poloniæ nominatur, cæteris Principibus rejectis. eſt, & *Caſimirus* ipſe universali conſenſu, in
Regem *Polonia* electus eſt, & magna commen-
datio *Cracovienſi* Epiſcopo *Sbigneo* attributa. A
Regina quoque *Zophia*, quæ etiam in ipſa con-
ventione prius aderat, ipſi Epiſcopo *Craco-
vienſi* actæ gratiæ, quod in rebus dubiis, cæte-
ris trepidantibus, certam ſententiam, firman-
tem Regnum, in ſtatu ſuo dederit. Verum
quia in animis omnium *Wladislaus* Rex vive-
bat, & omnes illum aliquando appariturum
ſperabant, viſum eſt electionem, de *Caſimiro*
Duce *Lithuania*, vigorem quidem habendam,
non proſequendam tamen. Sed ipſi Duci, 1445.
per ſpeciales nuncios, ex ipſa Conventio-
A ne mittendos, intimandam, & rem integram,
ad diem S. *Bartholomæi* Apoſtoli, aſſervan-
dam, ut interim plenior certitudo de vita vel
morte *Wladislai* Regis proveniret, & ut Nun-
cii ad *Lithuaniam* ituri, rogarent, & require-
rent Ducem *Caſimirum*, quatenus pro feſto S.
Bartholomæi in Conventionem, *Pyotrkoviæ*
inſtitutam, perſonaliter venire dignaretur: de
ſtatu Regni *Polonia*, cum Conſiliariorum Re-
gni, deliberatione proviſurus. De Nunciis
deligendis, cum diverſitas ſuborta, longo tem-
pore tranſigi nequiret, Pontificibus nominan-
di, quos videretur, Nuncios, poteſtas delegata
eſt. Nominati itaque ſunt, quatuor milites,
videlicet *Petrus Chrząſtowski, Petrus Schamo-
B tulski, Petrus Oporowski*, & *Nicolaus Czarno-
cki*, atque in *Lithuaniam* deſtinati, injunctum-
que illis, ut reſponſionem Ducis *Caſimiri* ad
Conventionem *Pyotrkovienſem*, pro die S.
Bartholomæi tenendam, referre non negligant.

Et licet apud *Hungaros*, mors *Wladislai* Re-
gis, diu non credita fuerit; Quidam namque,
ut invictæ virtutis illum ſciebant, ſic & non-
dum mortuum eſſe rebantur. Quæ res per
plures menſes, absque novatione, Regnum
ſuſpendit. *Laurentio* præterea de *Hedrevara*
Palatino *Hungaria*, acris ingenii, viro, vivere
Regem conſtanter prædicante, & nunc in *Po-
lonia* hoſpitem eſſe, nunc intra dies paucos ven-
turum, aſſerente, placuit tandem Conventum
haberi in *Peſth*; illicque Prælati, Baroneſque
C Regni *Hungaria* convenientes, unanimi voto
Ladislaum, Alberti filium, in Regem eligunt,
Vicarios Regni ordinant, decretaque pro com-
muni pace faciunt. Oratores nominant, qui *Legati Hungarorum ad Fredericum Romanorum Regem miſſi,*
ad *Fredericum Romanorum* Regem, petituri
puerum *Ladislaum*, & Coronam materialem,
eant, deſtinantque. Placet tamen in *Poloniam*
mitti, inveſtigarique Regem *Wladislaum*, ac
certô tempore notitiam expectari. Verum
dum Nuntius, in *Poloniam* miſſus, & matrem
Regis *Zophiam* Reginam alloquens, nihil cer-
ti de vita Regis reperiſſet, lapſo expectationis
terminio, Oratores *Hungarorum*, *Dionyſius*
Cardinalis & Archiepiſcopus *Strigonienſis*, *La-
dislaus* de *Gara* Banus, ad Regem *Romanorum*
Fredericum, in novam Civitatem perveniunt,
Nicolaus Friſtaczki, etſi deſignatus fuerat, ve-
D nire tamen, neſcio, qua diffidentia ductus, fa-
ſtidivit, donec *Vlricus* de *Sumborg* Comes, &
Caſpar Szlik Cancellarius, eum convenientes,
venire induxerunt. Petitio Legatorum fuit, *ut Ladislaum filium poſthumum olim Alberti Hungariæ Regis poſtularent,*
*ut quoniam in Conventu Peſthenſi, Ladislaum
in Regem elegiſſent, erabant, ut tam puer La-
dislaus, quam corona Regni materialis, illis con-
ſignaretur, quoniam illis habitis, coronare eum
in Alba Regali, & ſibi, ut par eſt, homagia præ-
ſtare promittebant.* Quibus per *Fredericum*
Romanorum Regem reſponſum eſt. *Qui ſe-
mel coronatus ſit, eum non eſſe amplius coro-*

nan-

1445.

nandum: Ladiſlao, & paterno, & avito, & materno jure, Regnum deberi Hungariæ. Bene tamen feciſſe Hungaros, quod verum ſuum hæredem, & non alium elegerint. Quod in Regno teneatur puer, aſſentire ſe velle; quamvis illum & alia Regna, Dominiaque reſpiciant. Poſt plures tractatus, utrinque habitos, nulla concordia ſecuta eſt. Nam *Hungari* quoque inter ſe contendebant, vsque ad probra, quod novam coronationem *Ladiſlai* expeterent, quæ partem *Ladiſlai*, quæ unius fuit tenoris & fidei, reprobaret, aliam, quæ fidem mutaverat, juſtificaret. Tandem cum ultimum reſponſum, poſt varios tractatus, poſtulatum eſſet, in hanc ferè ſententiam, à *Frederico Romanorum* Rege, datum eſt. *Coronationem novam, quamvis neceſſaria non eſſet, unctione tamen omiſſa, pro pace & unione Regni, permiſſurum ſe, velle tamen publicis literis Regni caveri, primam ex hoc nullatenus violari, ſecuritatemque dari, & puerum & coronam poſthac ſibi reſtitui, quos in Poſonio,* qui eſt locus inſignis, *tenere vellet, ſi nomine pueri, cujus eſt arx, ſibi conſignaretur. Obligationem,* quam jam *Hungari* petebant, *puerum non abduci, absque voluntate Vicariorum Regni Hungariæ, fieri non decere, cum ſibi ſolum, tanquam proximo Conſanguineo, & per matrem, & per alios commendatus ille fuiſſet.* Promittebat tamen, literisque ſe firmaturum dicebat, *deficiente puero, nec Coronationem, nec Caſtrum Poſonium alienari, à Regno Hungariæ.* Novitates autem fieri, diſſuaſit magnopere. Nam *Hungari* in defectu Regis, ſurrogare ſibi in Regem, jam Ducem *Burgundiæ*, jam *Georgium Deſpotum*, jam Comitem *Ciliæ* diſponebant. Prædicens eis, *verum Hungariæ Regem Ladiſlaum eſſe, nec ſine ipſo pacem reddi Hungariæ Regno poſſe.* Sic re infecta *Hungari* receſſerunt, quos *Fredericus* Rex extra urbem eſt comitatus. Cum rogaretur *Nicolaus Friſtaczki*, ſuum Regem viſere, qui ſuo proximus erat itineri. *Neſcio adhuc*, inquit, *quem Regem ſum habiturus, nec puerum hunc venerabor, niſi prius ſcivero, eum Dominum meum eſſe. Ioannes* de *Hunniad*, Voievoda *Tranſylvanienſis*, bello *Turcorum* occupatus, huic legationi intereſſe non potuit. Sed & quamvis aliquot conflictibus victor evaſiſſet, & quædam Caſtella obtinuiſſet, opitulante ſibi claſſe *Eugenii* Papæ, quæ ex *Ponto* per *Iſtrum*, contra fluminis impetum trajecit, majori tamen mole, quam ſuæ vires ferre poterant, *Turcorum* obrutus, & bellum & campum deſeruit.

re infecta redeunt in patriam,

& Ioannes de Hunniad

Turcorum viribus inferior cedit.

Superveniente S. *Bartholomæi* die, cœpit eſſe Conventus in *Piotrkow* juxta conſtitutionem *Siradienſis* Conventionis. Et tam *Zophia* Regina, quam Prælatis & Baronibus Regni *Poloniæ* convenientibus, nuncii, qui in *Lithuaniam* deſtinati erant, reſponſum *Caſimiri* Ducis retulerunt, non aliud fuiſſe, quam quod vellet per proprios Nuncios reſpondere. Hi dum aliquanto tempore expectati, tandem veniſſent, videlicet *Martinus* Archidiaconus *Vilnenſis*, & *Ioannes Nyemierowicz*, in hanc
A ſententiam reſponderunt, *Caſimirum Ducem de caſu, germani ſui Wladiſlai Regis, cladeque exercitus ſui, & populi Chriſtiani, plurimum anxium afflictumque eſſe, nec ad aliqua publica negotia obeunda, virium ſibi ſatis ſuppetere: Videri ſibi immaturum tempus, quo vel de aſſumendo, vel de gubernando Regno Poloniæ, ſe deberet ingerere, expectarique oportere longioris temporis tranſactionem, ut plenior certitudo de vita vel morte Wladiſlai Regis obveniat. Ad quam habendam,* aſſerebant *enim, in varias orbis oras, multifarios Nuntios deſtinaſſe, Regnum interim Poloniæ per eosdem Vicarios, qui à Rege conſtituti erant, adminiſtrari poſſe, quod & Rege exiſtente impubere, & tandem abſente, etiam Vicariorum cura re-*
B *gebatur.* Ingrata viſa eſt hæc reſponſio conſiliariis Regni *Poloniæ*: nam ſe multo benigniorem recepturos fuiſſe arbitrabantur. Indeque in novas deliberationes res producta eſt. Sed dum neminem, æque utilem & juſtum ſucceſſorem *Wladiſlao* Regi ſurrogari poſſe rebantur, placuit ex utroque ſtatu, Nuncios ad illum mitti, & ſibi electionem denunciari, rogareque, ut Regnum *Poloniæ* aſſumere, & ad coronationem venire, Regnumque regere, ſuccisis quibuslibet dilationibus, dignaretur. Nominatique ſunt, *Vincentius Gneſnenſis* Archiepiſcopus, *Sbigneus Cracovienſis*, *Wladiſlaus Wladiſlavienſis* Epiſcopi, *Ioannes* de
C *Thaczin*, *Lucas* de *Gorka Poſnanienſis*, *Ioannes* de *Lichin Brzeſtenſis*, *Petrus* de *Sprowa Leopolienſis*, Palatini, & *Joannes* de *Konieczpolie* Cancellarius Regni *Poloniæ*.

Vt animum Caſimiri Lithuaniæ Ducis dubiũ ad regnum Poloniæ accipiendum impellant,

Primarii in rep. Poloniæ viri, legationis nomine, ad eum, in Lithuaniam mittuntur.

Approximante die Sanctæ *Heduigis*, quo conſtitutum erat, Nuncios in *Lithuaniam* proficiſci, omnes per Conventum *Pyotrcovienſem*, præter Epiſcopum *Wladislavienſem Wladiſlaum*, qui valetudinem prætendebat adverſam, profecti ſunt: *Zophia* Regina illos præcedente. Quæ etſi ad eundum nominata non fuerit: ire tamen, materno affectu impulſa, voluit: ad inclinandum animum Ducis *Caſimiri*, in conſenſum, quem jam ſenſerat, *Lithuanorum* multiplici perſuaſione, & inſtantia, averſum. Dum
D itaque Nuncii Regni præfati, pro die Sanctæ *Heduigis* in *Grodno* conveniſſent, & per Ducem *Caſimirum*, Prælatosque & Barones *Lithuaniæ*, benignè excepti fuiſſent, legationem Regni, *Vincentius* Archiepiſcopus *Gneſnenſis* in audientia publica (nullus enim prohibebatur intereſſe) in hanc ferè ſententiam diſſeruit. *Nomine*, inquit, *Regni Poloniæ, & ejus univerſi deliberatione & conſenſu, Sereniſſime Princeps, ad te miſſi, id imprimis commemorandum cenſuimus. Patres noſtros Regno Poloniæ, per mortem Caſimiri & Ludovici Regum, vacante, non Sigiſmundum vel Ioannem Lucenburgenſes Duces, qui magna, non Vilhelmum Auſtriæ Ducem, qui majora dominia offerebant, non denique Duces Maſoviæ vel Sleſiæ Se-*

Legati Poloniæ Regni ad Caſimirum Ducem in Lithuaniam pervenientes,

legationem eius nomine Regni Poloniæ referunt,

1446.

movitum & Wladulaum, qui hæredes videbantur: ſed pro dilatatione religionis Chriſtianæ patrem tuum, qui cum gentibus idololatris, in A *culturam veræ fidei tranſire, terras Lithuaniæ, Samogitiæ, & quaſcunque alias, ſub ditione ſua tunc conſiſtentes, Regno Poloniæ perpetuo incorporare, ſe cum fratribus ſuis Ducibus Lithuaniæ, pro eo fidejubentibus, obligantem, ſuſcepimus, & illi Illuſtriſſimi ſanguinis virginem, in decore nulli ſecundam, Ludovici Regis Poloniæ & Hungariæ filiam, & unicam Regni Poloniæ hæredem, in matrimonium dedimus, terras Lithuaniæ, & Samogithiæ, Cruciferos de Pruſſia occupare conantes, juxta ac ſi noſtræ naturales eſſent, cruore noſtro & impenſa graviſſima, in difficillimo temporum articulo defendimus, & ex Lithuanorum cauſa, propriam faciendo,* B *bellum illorum, in nos converſum, annis pluribus geſſimus. In conditionibus, quibus unica hæres & filia patris tui Hedwigis, Frederico Brandeburgenſi Marchioni, deſponſata fuit, eam providentiam tenuimus, patre tuo, prolem maſculinam, in futurum producente, Regni Poloniæ ſucceſſionem ad filiam, quamvis avito & priſtino jure hæredem, non poſſe devolvi. Agente in humanis patre tuo, publica illi fide ſpoſpondimus, unum è duobus fratribus ſibi nos in Regno ſubſtituturos. Quod opere, morte patris tui ſecuta, complevimus, & germanum tuum Wladulaum propter jus & reſpectum primogenituræ, in Regem noſtrum, abrogatis quibuslibet impedimentis, quæ interponebantur, aſſumpſimus, & pro illius honore, promotione & profectu, magnopere inſtitimus. Nec* C *minor nobis de te inceſſit cura, ſolicitudine interpoſitioneque noſtra, in Regem Bohemiæ, morte Sigismundi Imperatoris ſecuta, te eligi, ac ad proſequendam electionem tuam, duos Palatinos, cum forti exercitu, in Bohemiam mitti, non ſine graviſſimis expenſis, procuravimus. Bella deinde pro tuo jure, cum Alberto Romanorum & Hungariæ Rege, & univerſa Almanorum natione, geſſimus, ut germanus tuus Wladislaus, etiam cum potentiis ſuis, vix quindecimum annum agens, bella pro jure tuo adminiſtrando in Sleſiam, cum exercitu iverit perſonaliter, adeoque electio tua promota, ut bonum finem, niſi Albertus Rex immatura morte diem obiiſſet, habitura fuerit. Regno inſuper Hungariæ vacante, operam navavimus, qua Wladislaus germanus, & Elizabeth Regina,* D *& univerſorum Prælatorum, & Baronum Hungariæ, decreto & aſſenſu, in Regem Hungariæ aſſumtus & electus eſt. Atque cum illo perſonaliter in Hungariam tranſeundo, graviſſimosque ſumptus faciendo, multis nos periculis objecimus, totius Chriſtianitatis, quem propterea ſequi credebamus, prout nos nec opinio fefellit, nec privato id agentes reſpectu. Sed nec illa grandi occupatione diſtenti, tui & Ducatus Lithuaniæ potuimus oblivisci, quin ad providendum ſtatui Ducatus ejusdem, quod verebamur, in inteſtinam diviſionem, niſi celeriter occurriſſemus, poſſe adduci, notabili Baronum Regni & exercitus caterva ſtipatum, te Regni theſauro procuratum, proviſumque, in Lithuaniam, pro illius pace, & gubernatione tranſmiſimus: majores copias, ſi neceſſitas expoſtulaſſet, tranſmiſſuri. Quo effectum eſt, ut motus omnes tuo adventu in Lithuaniam, parte adverſa, obedientiam profitente, conquieſcerent. Verum cum germanus tuus Wladislaus, Rex noſter, in Turciam cum exercitu Catholico trajiciens, Cæſarem Turcorum, contra opinionem omnium, aliquot prœliis fudiſſet adverſis, & caſtris caſtellisque exuiſſet, in eam famam, non ſibi ſolum, ſed & tibi, Regniſque & Dominiis ſuis nativis, quæſitam evaſerat, ut reditus ſuus, ex triumphali bello, omnium ferè Regum Nunciis, & muneribus honoratus, adeò terribilem eum, & inclytum, in conſpectu orbis univerſi, fecerit, & ut Turcorum Imperator, quod monſtro par viſum eſt, pacem ab eo quæſitam, ad decennium firmari obtinens, caſtris forti ſimis, à ducentis annis occupatis, in præmium datæ pacis, excesſerit, & notabiles captivos à ſervitute dimiſerit. Quo vel uno, fama, potentia, atque opibus auctus. Principem in orbe, ſi Conſiliariorum Regni Poloniæ ſecutus eſſet conſilia, non haberet ſecundum. Verum contra fœdus, cum Turcis ictum, temerato juramento de obſervanda pace præſtito, obauditis patriæ conſiliis, expeditione ſecunda, contra Turcos inſtaurata, in vigilia S. Martini, cum Turcis congreſſus, licet plurimas eorum copias decernendo fuderit, ab Hungaris tamen, Valachis, Raſcianis, Albanis, cæteriſque nationibus ſui exercitus deſertus, ab hoſtibus captus, aut occiſus eſt. Quam novitatem, non nobis ſolum, ſed univerſo orbi lugubrem, Serenitati tuæ crebro nunciamus, & ut Serenitas tua in Poloniam veniret, & de ſtatu Regni, in abſentia fratris, provideret. Serenitate autem tua, adventum differente, in Conventione Siradiæ celebrata, attentis virtutibus celebris memoriæ parentis tui, & clariſſimis triumphis, ejus auſpiciis, per nos relatis, te in fratris locum elegimus regnaturum, & nomine totius regni Poloniæ venimus, & electionem de te factam, tua Serenitas inſinuamus, & publicamus, rogantes Serenitatem tuam, ut pro die Dominico, ante feſtum S. Nicolai, in Cracovienſem Urbem, in qua Poloniæ Reges coronari conſueverunt, perſonaliter advenire digneris: Diadema, & unctionem Regalem, de manu Pontificum recepturus. In hac autem re tua Serenitas, omnem dilationem, velut Poloniæ Regno pernicioſam, reſcindat, & nos cum finali & certo reſponſo, remittat. Cum eo enim reſpectu, legationem hanc, ad te perferre juſſi ſumus, ut majores ordine naturque, ad te ſuper hac re venturos minime ſperes. Te enim diſſimulante, cogeretur Regnum, de alio ſibi Rege, ne prolabatur in varia diviſionum monſtra, providere. Nec Serenitatem tuam, ab acceptando Regno Poloniæ, ſpes vana vitæ Wladislai Regis retrahat: Nemo quidem eſt, qui altius*

quam

1446.

In qua ſua in Iagiellonem

& ſtirpem illius

ſtudia enumerant

& tandem perſuadent acceptationem Regni.

1445. *quam nos, vitam ſuam expetimus & ſuſpiramus, velut hi, quibus mors ſua non ſolum acerba, ſed etiam damnoſiſſima eſt. Sed transactio anni integri, quo nemo vitæ ſuæ ſpectator apparuit, nos eum mortuum magis, quam viuum, credere compellit. Præterea populus noſter, dono Dei multus, eſt indigens Rectore. Etiam ſi Wladislaus Rex, vel captus ſit, vel ſuapte ſponte lates, nemini æque congruum eſt, ſuum Thronum, iuxta ac tibi conſcendere, & populos Regni Poloniæ, regionesque illi ſubiectas, gubernare, non ſugillationem aliquam, aut ambitionis notam, quæ in te ſpargi non poteſt, ſed laudem maximam. etiam ſi Wladislaus redieris, pro conſeruata hæreditate ſua, & patrio Regno, tibi cum illo communi, quod forte alii poſſit eſſe vitio, habiturus. Vnde iterum atque iterum rogamus, ut beneuolum, facilemque te in aſſumptione Regni Poloniæ, præſtes, atque illud pro laude nominis Diuini, conſolatione populi Chriſtiani, exterminio Barbarorum, in iuſtitia & iudicio regendum, aſſumas.*

Caſimiro deliberationem ſuam de Regno Polonia acceptando

Audita legatione, *Caſimirus* Dux *Lithuaniæ*, pluribus diebus, cum ſuis deliberabundus, priuata conſilia tenuit. Et licet omnis intentio ſua ad gerendum morem legationi propoſitæ, acceptandumque Regnum *Poloniæ*, inclinata eſſet, retrahebatur tamen hinc ſuſpicione fraternæ vitæ, hinc conſiliariorum *Lithuaniæ* diſſuaſione, qui per translationem ſuam, in *Poloniæ* Regnum redire *Vithawdi*, aut *Sigismundi*, fratris ſui horrenda tempora, quibus in capita eorum, pro libito ſæuitum eſt, & transmigrare ſimul cum *Caſimiro*, partam libertatem rebantur. Veniebatque in mentem filius *Sigismundi*, *Michaël* Dux, ne is *Caſimiro* ſuccederet, patris necem multiplici nece vlturus. Præter hæc & reſpectus de Caſtro *Luzko* interponebatur, ne illud, iuxta concluſa, *Caſimirus* Regno *Poloniæ* applicaret: quod *Lithuani* ſui iuris facere nitebantur. His cogitationibus diſtractos, apparebat illos omni niſu, conſilio & autoritate, Ducem *Caſimirum*, ne Regnum *Poloniæ* acceptaret, retracturos. Nuncii itaque & Conſiliarii Regni *Poloniæ*, hos inter ſe *Lithuanos*, voluere intelligentes, tractatus, plures rationes viasque apperiunt, quibus metu concepto ſoluantur, idque pro ſumma rerum offerunt, *vt nihil cunctentur, nihilque vereantur Ducem Caſimirum, pro regendo Regno Poloniæ inducere ad conſenſum. Daturos ſe cum illis operam, vt pro futuro magno Lithuaniæ Duce, perſonam illis, & Ducatui Lithuaniæ vtilem, & gratam eligant. Sin vero reputant ſtatum ſuum & Ducatus Lithuaniæ, mutatione Ducis Caſimiri, periclitari debere, aſſenſuros ſe, vt Dux Lithuaniæ Caſimirus, in Ducatu magno Lithuaniæ præſideat, & alius Princeps in Regni Poloniæ aſſumatur regimen, vtrique Dominio gratus, concordiam inter vtraque Dominia ſeruaturus, aut ipſe Dux Caſimirus, in vtroque Dominio præſideat.* Omnes hæ conditiones graues duræque *Lithuanis* viſæ ſunt. Nam neque libertatem cæptam, ſi alius in *Lithuaniæ* Ducatum ſuccederet, aſtruebant fore poſſe diuturnam, neque Ducem *Caſimirum*, vt alius in Regnum *Poloniæ*, eo neglecto, ſuccederet, æquo animo laturum ſciebant, dilationibus res tam ambigua interpoſitis, ſuſpendenda videbatur, quas *Poloni* plurimum abhorrebant. Factaque publica proteſtatione, in Ducis *Caſimiri* & *Zophiæ* Reginæ, omniumque *Lithuanorum* Conſiliariorum, præſentia, quod ſatis ſuperque Ducem ipſum *Caſimirum*, de aſſumenda Regni *Poloniæ* Corona, variis Nunciis & requiſitionibus ſolicitaſſent, & quod omni debito ſuo, ſi quo ſibi iure naturali, Diuino & humano æſtimabantur obnoxii, ſufficientiſſime perfuncti eſſent, diſceſſum animis amaricatis, & irritatis parabant. Interim ſolicitante Regina *Zophia*, a Conſiliariis *Poloniæ*, huiuſcemodi concluſio, cum magna difficultate, & renitentia, vix accepta eſt, vt Dux *Caſimirus*, qui tunc ſuper re alta & grandi, neque conſentire, neque diſſentire voluit, Conuentionem generalem, cum terris *Lithuaniæ*, & *Samogitiæ*, ac *Ruſſiæ* teneat, deliberetque in ea ad plenum, ſuper Regni *Poloniæ* acceptatione, & deliberationem, reſponſionemque ſuam finalem, Prælatis & Baronibus *Poloniæ*, per Nuncios ſuos, in Conuentione *Pyotrconienſi*, pro die *Epiphaniæ*, tenenda remittat. Caſu vero quo contingeret illum acceptare electionem, obligabat ſe pro Dominica Carniſprivii *Eſto michi Cracouiam* venturum, niſi forte interim veraces & approbatæ interuenirent, de vita *Wladislai* Regis *Hungariæ* & *Poloniæ*, nouitates. Hac concluſione habita, & literis Ducis *Caſimiri* firmata, Nuncii Regni *Poloniæ*, muneribus honorati, in *Poloniam* reuerſi, quæ egiſſent cæteris inſinuant, & Conuentio *Pyotrconienſis*, pro die *Epiphaniæ* celebranda decernitur.

in futura Regni Polonia Comitia reijcit.

Sub iiſdem temporibus pax cum *Nicolao* Duce *Rathiborienſi* reformata, & caſtrum *Syewyor* per eum interceptum, *Sbigneo* Epiſcopo, & ſuæ Eccleſiæ *Cracouienſi* reſtitutum eſt.

Feſto *Epiphaniarum* adueniente, generalis Conuentio in *Pyotrkow* tenta eſt. 1446. Ad quam, Senatores cum Prælati & Barones Regni *Poloniæ* in frequentia copioſa conueniſſent, reſponſionem *Caſimiri* Ducis *Lithuaniæ* audituri. Venerunt illuc ſuo nomine, duo Duces *Ruſſiæ*, videlicet *Baſilius* cognominatus *Kraſny*, & *Georgius Syemienowicz* Dux de *Oſtrow*, quatuor Boiari *Lithuaniæ*, *Ioannes Nyemierowicz Onacz* Capitaneus *Brzeſtenſis*, *Andrusko Dowoynowicz*, & *Michaël Muntulowicz*. Et data audientia vigore literarum Credentialium, id inprimis, longo ſermonis ſchemate, per organum Ducis *Baſilii*, referunt: *Ducem Caſimirum, non vt Principem a Regno Poloniæ, ad tempus beneplacitum mutuatum & conceſſum, & pro libito, ad regimen Regni aduocandum, ſed vt verum & iuſtum heredem Lithuaniæ Ducatum intraſſe, & illum pleno iure & Dominio, more prædeceſſorum*

Senatores Regni Poloniæ

 ſuorum

1446. *ſuorum magnorum Ducum Lithuaniæ poſſediſſe,*
& plenam in eo adminiſtrationem hactenus ha-
buiſſe. Deinde adſtruebant, *tali & tanto ani-* A
mo illum eſſe, vt vltra magnum Ducatum Li-
thuaniæ, terras & Prouincias ampliſſimas, &
illius diuitias, ac potentiam, nullius eum am-
plioris Dominii poſſeſſio, aut regimen delectaret
nec ipſe vnquam Regni Poloniæ vellet ambire
gubernacula, & ſolium altius regium conſcen-
dere: ratus ſibi Ducalem ſufficere maieſtatem,
præſertim dum adhuc germani ſui Wladiſlai,
Hungariæ & Poloniæ Regis, mors eſſet ambigua,
& vitam ſuam pluribus reſpectibus, quam mor-
tem, magis conueniret ſperari, indignumque
deducebat, *Prælatos, & Barones Poloniæ, ad*
ſurrogandum alium in Regni Poloniæ regimen
accelerare, & non annis aliquot, certitudinem
vitæ, vel mortis Regiæ præſtolari: cum electio B
futuri Regis, ad quam conuenerant præfati
Prælati & Barones Poloniæ, in euentum, de ſe
factæ electioni, negati conſenſus, opus arduum
ſit, longoque tempore digerendum & limandum,
ne celeritatem operis, longam pœnitentiam ſub-
ſequi contingat. Extare præterea optimam in
Regno Poloniæ quietem, & poſſe Regnum per
Vicarios & Præſides regi, quemadmodum in
ætate tenera Wladiſlai Regis, Hungariæ & Po-
loniæ, & in abſentia ſua, qua Regno Hungariæ
præſidebat, annis pluribus regebatur. Cauen-
dumque Conſiliariis Regni Poloniæ ſummope-
re, ne ex nimia acceleratione bellorum ſubori-
antur deformitates: cum Dux Caſimirus Li-
thuaniæ, non ſolum non æquo, ſed amaro & mo-
leſto animo laturus ſit, ſi ſolium ſuum, pater-
numque Regum Poloniæ, alius quicunque Prin- C
ceps, eo inuito & diſſentiente, conſcenderit.
Poſtremo rogabant, *vt temperarent animos,*
ad electionem Regis futuri, deſtinatos, nec tam
celeriter memoriam & nomen Wladiſlai Hun-
gariæ & Poloniæ Regis, in cordibus ſuis exole-
uiſſe, permitterent. Hæc *Caſimiri* Ducis *Li-*
thuaniæ Legati. Legatione, ſeu magis reſpon-
ſione *Caſimiri* Ducis *Lithuaniæ*, per organum
ſuorum Nunciorum audita, & in deliberatio-
nem per aliquot tempus poſita, cum appareret
Ducem *Caſimirum, Lithuanorum* conſiliis, per-
ſuaſionibus, & repromiſſionibus faſcinatum
eſſe, & Regni *Poloniæ* clare recuſaſſe regimen,
omnium Prælatorum, & Baronum nobilium-
que animi, non ſecus quam vt par erat, ad iu- D
ſtam iram, ſuper indignitate & contemptu
conuerſi, contemptum contemptu expiando,
ſinguli ad electionem alterius Regis, qualibet
mora circumſcripta, neque amplius Ducem *Ca-*
ſimirum nouis legationibus honorandum de-
cernebant, vt tandem intelligeret, quos ſper-
nebat. Sed & genitrix ſua *Zophia* Regina, quæ
etiam illi Conuentioni præſens aderat, quam-
uis maternis quatiebatur viſceribus ſuper filii
inconſulta recuſatione, quamuis etiam intelli-
gebat, portante altero Regni *Poloniæ* Diadema,
deuotionem & ſtudia *Lithuanorum* in illum in-

Legatione ac reſponſione Caſimiri Ducis audita,

ira periti ex contemptione illius ſæpe petiti Regis, ad electionem alterius procedunt.

de facile occaſura, & ipſum vel veneno, vel fer- 1446.
ro aliquoties, & ſi aſſertioni plurimorum ſtan-
A dum eſt, ſepties iam ſibi ſuperioribus diebus,
per conſpirationem aliquorum deſtinato, im-
mature periturum, ad eligendum tamen alium
Regem Conſiliarios proceſſuros animabat. Vt
autem electio futuri Regis ſancte & legitime
proueniret, & in Regium ſolium vir ſecundum
cor DEI ſurrogaretur, omnes ſibi Diuinitatem
propiciandam ſanciebant, miſſarum ſacrificiis,
in quibus, & Pontifices, & Barones, de mani-
bus celebrantis, Diuiniſſimum ſacramentum
Euchariſtiæ percipiebant. Pro qua re expleoda
dum dies conſtituta aduenisſet, omnes certatim
Conſiliarii ad Eccleſiam conueniunt, & per
Sbigneum, Cracouienſem Epiſcopum, miſſa de
S. Spiritu in cantu celebrabatur. In qua, vt con-
B ſtitutum erat, omnes Pontifices, *Gneſnenſis* vi-
delicet, *Wladiſlauienſis, Poſnanienſis, Plocen-*
ſis & plures Barones, pane cœleſti, per celebran-
tem porrecto, refecti ſunt. Et miſſa expleta, ad
fundenda vota de eligendo futuro Rege con-
curſum eſt. Antequam vero ad electionem alte-
rius Regis procederetur, animos nonnullorum
Conſiliariorum pœnitentia ſubingredi cepit,
veritos, ne electio ipſa duos quodammodo ſi-
mul Reges offenderet, & Ducem *Caſimirum*,
iam ex electione, ſuperiori tempore celebrata, &
ex ſucceſſione priſtina, ius clariſſimum haben-
tem, & *Wladiſlaum Hungariæ* & *Poloniæ* Re-
gem, de cuius vita haud contemnendi rumores
tunc afferebantur, irritarent. Plurimis itaque
electionem futuram improbantibus, & eiuſ-
dem celeritatem, commodis Reipublicæ detri-
mentum allaturam aſſerentibus. Primores ex
C Conſiliariis his, qui electionem ipſam, non tam
rationibus, quam vociferationibus damnabant,
cedendum rati, ſuperſedendum, a qualibet ele-
ctione decreuerunt. Ne tamen progreſſus de
eligendo Rege futuro, intermitterentur, alte-
ram Conuentionem pro die Dominico *Lætare*,
in eodem oppido *Piotrkow*, generalem conſti-
tuunt, & ad *Caſimirum* Ducem *Lithuaniæ*, no-
ua legatione illum flectendum, duos Barones,
Przedborium de *Konyeczpole Sandomirienſem*,
& *Stiborium Sarleyski* de *Stiborzice Iuniwla-*
diſlauienſem, Caſtellanos, quos conſtabat, cele-
brandæ de futuro Rege electioni propenſius,
quam cæteros aduerſatos fuiſſe, transmittunt.
Quorum perſuaſionibus & monitis, tam publi-
D ce quam priuatim proponendis, ſpes dabatur,
Ducis *Caſimiri* animum ad conſentiendum ele-
ctioni, factæ de ſe, inflectendum iri, aut ſi id
minus procederet, eos de cætero, & quoslibet
alios, qui electionem alterius ſuſpendere, & im-
pedire vellent, quieturos. Commiſſumque Le-
gatis eſt, vt reſponſionem *Caſimiri* Ducis *Li-*
thuaniæ, eis fiendam, quam celerrime, per velo-
ces Nuncios, ad Seniores Conſiliarios transmit-
tant, vt qualitate eius cognita, plenius conferant,
& deliberent, qualem ſint de cetero proceſſum,
in promouendis Reipublicæ negotiis, habituri.
Et his quidem ſic compoſitis, Conuentus di-
miſſus eſt. Baro-

Sed re diligenter expenſa,

iterum Legatos ad Caſimirum mittunt.

1446. *Legati Polonorum,*

Barones itaque præſati, *Sandomirienſis* & *Iuniwladislauienſis* Caſtelli, ex Conuentione *Pyotrcovienſi*, itinere arrepto, in *Lithuaniam* perveniunt, & adita Ducis *Caſimiri* præſentia, verba legationem eorum deprimentia, in hunc modum faciunt. *Iuſtum quidem, & rationabile fuerat, Poloniæ Regni, Prælatos & Principes ac Barones, poſt ſpretas eorum de ſuſcipiendo a te Regno paterno & fraterno, preces & inſtantias, & præſertim poſt eam, quæ per organum tuorum Nunciorum in proximè præterita Pyotrcovienſi Conventione, nunciata eſt reſponſione, renunciationem tuam expreſſe continente, de altero Rege ſibi perficiendo electionem celebraſſe, & nullis de cetero legationibus & inſtantiis, pro dando conſenſu, & induendo alio animo, dum res integra eſt, ſolicitaſſe, cum ſe exiſtiment ſatis ſuperque debito ſuo perſunctos eſſe, & circa te jura Divina & humana cuſtodiſſe, ut, ultra quam fert Regni eorum honeſtas, tuum de ſuſcipiendo Regni Poloniæ conſenſum, imploraſſe: ad ſanandum tamen ægrum animum tuum, vafris & doloſis conſiliis infectum, etiam cum quodam ſuo pudore, eo ſe uſuros medicamine decreverunt, ut te de dando conſenſu, novis legationibus, per nos defatigent. Nomine itaque totius Regni Poloniæ, pro ſuperabundanti puritatis & benevolentiæ noſtræ cautela, & ut magis propitiam nobis efficiamus Divinitatem, quæ rectarum mentium conſuevit eſſe adjutrix, te & petimus & requirimus, digneris intentionem tuam, dum licet, dumque fas eſt, & antequam in ſolium Regni, te potentior, cui te ſubeſſe oportebit, conſcendat, corrigere, & propoſitum animi tui, prudentiori via mutare, nec in animum tuum, perſuaſus malignorum conſiliis, inducas, te Regni Poloniæ, ſi concordi voto ſubſtitutus non fueris, ſolium conſcenſurum: cum Polonorum mentes, ut cæterarum nationum, neque fluxa, neque variabiles ſunt, ſed in cuſtodienda fide ſemel præſtita, ſolida & conſtantes. Sed & talem Principem, pro Rege futuro repertum iri ſperamus, cujus conditio, non ſolum ſpes tuas inanes, quibus hactenus permulcetur tuus animus, evacuabit & conteret. Sed & inſuper te, & ſtatum tuum, in quo nunc es, vehementer infirmabit. Quibus omnibus juxta ac ſi jam agerentur, patris tui recolentes beneficia affligimur. Et antequam in laqueum, ſtatui tuo periculoſum, incidas, avertamus.* Movere, mollireque hæc legatio etiam ferream mentem potuiſſet, Dux tamen *Caſimirus Lithuanicus*, ſingula, quæ pro depellendo futuro ſuo periculo, ſi *Poloniæ* Regni acceptationem abnueret, levia ducens, *Lithuanorumque* prudentiam & ingenia, qui ſibi contrarium perſuadebant, præſtantiora, & ſibi utiliora, cum nondum aliorum expertus foret, judicans, Nunciis Regni *Poloniæ* reſpondit, *ſe in priori, & dudum Prælatis, & Baronibus Regni Poloniæ, declarato voto conſiſtere, & fixum eſſe, neque ſceptra Regni Poloniæ, ſibi tam aliquoties oblata, ſuſcipere velle, præſertim*

accepto a Caſimiro Duce de non acceptando regno Poloniæ triſti reſponſo

A

cum de morte fratris ſui Wladislai, nonum plena haberetur certitudo, ſed ſede magni Ducatus Lithuaniæ ſe eſſe aſtruebat *contentum. Si quis tamen, eo invito, Thronum Regni Poloniæ vellet conſcendere, eum ſe pro hoſte habiturum, laboraturumque omnibus ſuis viribus & potentiis, pro eius deiectione & exterminio.* Ex qua quidem reſponſione ſatis conſtabat, animum *Caſimiri Lithuaniæ* Ducis, ad acceptandum Regni *Poloniæ* regimen, non ſolum facilem & benevolum, ſed etiam proclivum & avidum eſſe, ſed conſiliis & perſuaſionibus *Lithuanorum*, ne mentem ſuam publicet, quadam doloſitate impediri. Multa ſiquidem *Lithuanos* vereri intellectum eſt, Duce *Caſimiro*, in Regem *Poloniæ* promoto. Sed hæc præcipua erant, ne ſibi in magno Ducatu *Lithuaniæ*, filius Ducis magni *Lithuaniæ*, olim *Sigiſmundi Michaël* ſuccederet, mortem indignam patris ſui, ultione debita, puniturus, neve *Lithuani* per futurum Ducem, a Ducis *Caſimiri*, quas illis, liberali adoleſcentia in eos uſus, conceſſerat, deiicerentur donationibus, aut ne in priorem ſervitutem redacti, guſtata, & ſub diebus Ducis *Caſimiri* continuata, privarentur libertate, vel ne ſpe, qua ad obtinenda Caſtra & terras *Lutenſem* & *Podoliæ* anhelabant, fruſtrarentur. Quæ omnia ſe aſſecuturos indubiè præſumebant, Duce *Caſimiro* apud illos principante; Altero vero in magnum Ducatum ſuccedente, ſuſpicabantur omnem curam *Lucenſis* & *Podoliæ* terrarum, Rege *Poloniæ* faciente reſiſtentiam, illum, quo magis in aliis pacificus conſiſteret, omiſſurum. Fruſtrati ſpe ſua *Sandomirienſis* & *Iuniwladislavienſis* Caſtellani, qui ferocius factum Ducis *Caſimiri* proſequebantur, ex *Lithuania* mœſti diſcedunt, & quali ordine & tenore legationi eorum reſponſum ſit, Prælatos, & Barones Regni *Poloniæ*, per ſuas literas efficiunt certiores. Monent & ipſi Conſiliarios, *ne cunctentur, de cetero, ad futuri Regis electionem procedere, ſed ad Conventionem futuram Pyotrcovienſem, pro Dominica Lætare, ſe ituros præparent, ad electionem Regis futuri, cum de Duce Caſimiro in Regno Poloniæ acceptando, nulla legitima ſpes relicta ſit, proceſſuri.*

B

C

ex Lithuania in Poloniam redeunt.

Reſponſione *Caſimiri* Ducis *Lithuaniæ* divulgata, ex omnibus Regno *Poloniæ* ſubiectis terris, ad Conventionem *Pyotrcovienſem*, pro die Dominico *Lætare* inſtitutam, concurſum eſt: ut de ſubſtituendo novo Rege, maturo, digeſtoque conſilio provideretur. Quo cum frequens numerus Prælatorum & Baronum, totius nobilitatis *Poloniæ*, velut ad rem præcipuam, & grandem, ſuaque novitate celebrem & mirandam, confluxiſſet, votis omnium diligenti ſcrutatis indagine, placuit ſingulis ordiri, & conſumare futuri Regis electionem. Quo decreto ab omnibus approbato, & firmato, placuit ſuperiori more, miſſa de S. Spiritu per Metropolitanum *Gneſnenſem* in cantu celebrata, cæteros Pontifices, & Conſiliarios, de ma-

D

Caſimiro Duce Lithuania difficili in acceptando Polonia Regno exiſtente

1446. de manu celebraotis ſuſcipere Euchariſtiæ
communionem. Qua re in diem alteram, quæ
fuit vigeſima octava, menſis Martii, dilata, cum A
omni ſolennitate & devotione, per *Vincenti-
um* Archiepiſcopum *Gneſnenſem*, celebratio
miſſæ, & tam Pontificum, quam Baronum, pro-
curatio expedita, cum magnaque humilitate,
ſilentio & devotione, Conſilii locum iogreſſi,
tractatus haberi novi, per eos Prælatos, & Ba-
rones, quibus altior de futuro inteſtino bello
inerat formido, ſunt interiecti. Ponebatur enim
primum in deliberationem, *an jam ad electio-
nem futuri Regis procedendum eſſet: Duce Ca-
ſimiro, & ejus priori electione penitus abrogatis,
an novis Nunciis de ſuſcipiendo Regni Poloniæ
regimine ſolicitandus nihilominus adhuc eſſet
Dux Caſimirus.* Poſt varios autem tractatus,
placuit *ad electionem alterius Regis procedi.
Cujus uniformi electione ſecuta, Caſimiro Duci* B
*corrigendi remanſiones ſuas, & ad bonam men-
tem redeundi, facultatem relinqui. Futurum
enim eſſe*, prout evenit, rati, *ut Ducem Caſimi-
rum, non ſolum electio alterius, quam in aliud
longius tempus præſumebat differendam, ſed et-
iam, ipſius electi qualitas, & conditio irritaret,
& ad melius ſapiendum impelleret.* Hæc via etſi
à maiori parte accepta eſſet, cum per illam ſatis
ingenue, pro evitando inteſtino ſchiſmate,
provideretur: plures tamen illam improbabant,
veriti *ex ea plures ſimultates, & odia, inter ele-
ctos & eligentes, ſecutura, ſtudiis & livore par-
tium, enixius unam quam alteram promovere
geſtientium.* Eo tamen non obſtante, juxta ſen-
tentiam majoris partis placuit ad electionem C
procedi. Metropolitanus itaque *Gneſnenſis
Vincentius*, electionem hujuſmodi orſurus,
plures Principes & Propinquos, & longius po-
ſitos commemorando, etiam de vita, moribus
& actionibus eorum plura diſſeruit, compara-
tioneque illorum ad invicem facta. *Fredericum*
Marchionem *Brandeburgenſem*, & propter
prudentiam, quæ in eo etiam in annis adole-
ſcentiæ relucebat, & quæ tandem ſucceſſu tem-
poris aucta & amplificata eſt, tum propter *Polo-
nici* idiomatis peritiam, Dominiorumque ſuo-
rum vicinitatem, cæteris reprobatis, eligebat:
Hunc *Sbigneus Cracovienſis* Epiſcopus, qui ſe-
cundo loco ſententiam dabat, ſecutus, *neminem
æque utilem, æque idoneum, ad regimen Regni* D
*Poloniæ, quam præfatum Marchionem Frede-
ricum* diſſeruit. *Illum omnibus Principibus Al-
maniæ prudentiorem, illum continentem, illum
modeſtum, illum Regni Poloniæ alumnum, cui,
propriis Principibus neglectis, per priſcos Conſi-
liarios, una cum filia olim Wladislai Regis Hed-
uigi, repromiſſa erat Regni ſucceſſio. Illum
enim futurum, in ædificiis, in locatione urbium,
in portuum maris, & terrarum Ruſſiæ & Podo-
liæ proviſione inſtauratorem. Illum in Regni
defenſione, contra hoſtes quoslibet, & ſignanter
contra Ducem Lithuaniæ Caſimirum, ſi hoſtile
quid molíretur, velut eum, cui Magiſter & Or-*

do Cruciferorum, de Pruſſia, parere & favere 1446.
*multiplici reſpectu cogeretur, ſtrenuum & ani-
moſum defenſorem. Illum in procuranda pace
& ordinatione, ac policiæ Regni ſtudioſum &
ſolicitum proviſorem*, diſſerebat *fore. Advenis-
ſeque Divina propiciatione* aſtruebat, *tempus,
quo Regnum Poloniæ, multis malis moribus, op-
preſſionibus, malo ordine, pejori politia, angariis
ſervituteque Poduodarum, pluribusque aliis ab-
uſibus jactatum, gubernatione provida Principis,
hæc omnia execrantis, ad frugem multiplicis de-
coris conſurgeret, cæterorumq; Catholicorum Re-
gnorũ, & terrarum æquaretur ſplendori. Scire ſe
Regnum Bohemiæ, quamdiu per proprios & na-
turales adminiſtrabatur Principes, tenue & de-
forme extitiſſe, ſed ex parvo & ignobili nobili-
tatum per Almanos Principes, in ejus regimen
ex Lucenborg acceerſitos, fuiſſe. Regnum quoque
Poloniæ optimo ordine nobilitandum, & Imperii
Romani gubernacula in illud transferenda fore,
ſi Fredericum Marchionem pro Rege aſſumpſe-
rit. Sed & pacis, juſtitiæ & boni ordinis, omni-
umque bonarum artium, quibus Regnum inſti-
tueretur & regularetur, abundantiam per eum
proventuram.* Duo poſthæc Epiſcopi *Wladis-
laus Wladislavienſis* & *Andreas Poſnanienſis*
vota fundendo, *Gneſnenſem, Cracovienſemque*
Pontifices ſecuti ſunt, & propter probitates per
Sbigneum Cracovienſem Epiſcopum deductas,
Fredericum Marchionem *Brandeburgenſem*,
Solio Regio digniſſimum judicabant, beatam-
que fore Rempublicam Regni *Poloniæ*, ſi illius
regimen *Fredericus* nactus eſſet; *Paulus* dein-
de *Plocenſis*, rogatus ſententiam dicere, ita vo-
tum abſolvit. *Non placere ſibi extraneos,
quantumcunque virtuoſos Principes ad regi-
men Regni Poloniæ aſſumi: cum extent duo
Principes Maſoviæ, Wladislaus & Boleslaus,
ſatis præſtantes & virtuoſi, ex antiqua Regum
Poloniæ proſapia ducentes originem, qui omni-
bus, velut fideliores, forenſibus debeant præfer-
ri, attento, quod ſingula incumbentia onera Re-
gni, quantumcunque periculoſa, fideliter tule-
rint, & contra quoscunque hoſtes, arma indue-
rint, iniquum & injuſtum ſibi videri, illis negle-
ctis, alios eligi.* Dum finem dicendi Pontifi-
ces feciſſent, *Ioannes* de *Czizow*, Caſtellanus
Cracovienſis, primum electionem *Frederici*
Marchionis, à quatuor Pontificibus factam, im-
probavit. *Ex quo*, inquit, *ad electionem futu-
ri Regis perventum eſt, extantibus propriis Prin-
cipibus, non placet aliquo modo Almanum aſſu-
mi, & hæreditatem, ſucceſſionemque Maſoviæ
Principum, aliis, cum eorum injuria, dari. Sed
& mores Polonorum regulationesque cum
Theutonicis non convenire, & Poloniam magis
florentem fore, ſi per vetuſtos ſuos reguletur mo-
res. Neque id attendendum, quod filiæ Wladis-
lai Regis Hedvigi maritus, non de propriis, ſed
extraneis lectus ſit: Nulli enim tunc proprii Prin-
cipes extabant, qui in gradu prohibito filiam Re-
gis non contingerent. Nunc aliud eſſe tempus, quo*

Re-

1446. *Regnum Poloniæ, Lithuaniæ Principibus olim introductis, ad naturales hæredes redeat*, ex duobusque Principibus, *Maſouiæ*, Ducem *Boleslaum* ſingulari prudentia, prouidentia & ſactiuitate pollentem, eligebat. Cuius in Regnum ſucceſſionem Regno *Poloniæ* profuturam, multifarie deduxit, cum *quod Principatus ſui & Dominia ad reintegrationem Regni accederent, quæ quibuscunque aliorum Principum terris, propter vicinitatem, & identitatem linguæ, & regionum, cenſeri deberent potiora*, tum *quod Dux ipſe præcipuus eſſet cultor iuſtitiæ, & in eos, qui furto & rapto viuere ſoliti ſunt, rigidus animaduerſor, Domusque & Curiæ ſuæ ſolicitus prouiſor, ac morum aui ſui Iannſſii, qui Ducatum ſuum tunc ſterilem, ad optimam frugem reduxerat, imitator. Futurumque eſſe, vt Regnum Poloniæ per prouidentiam ſuam reſloreſcat.* *Ioannes* de *Thaczin* Palatinus *Cracouienſis*, primum, poſt Caſtellanum *Cracouienſem*, locum tenens, ſententiam ſuam explicando. *Multorum Principum ea tempeſtate florentium, vitam &* *mores* inducens, *neminem tamen pro regimine Regni Poloniæ aptiorem, quam Boleslaum Ducem Maſouiæ* aſtruxit, & ipſum pro ſuo voto futurum Regem declarauit. *Cuius ſingulas virtutes enumerans, nullam tamen æque in eo, iuxta ac iuſtitiam relucentem, Regno Poloniæ, & cuilibet Reipublicæ, neceſſariam* monſtrauit, *animumque in defenſionem Dominiorum ſuorum vaſtum & ferocem ſibi ineſſe* deducens, *in pluribus quidem, ſed in eo maxime, quod potentiæ Lithuanorum occurrens, ea peritia diſciplinaque militari ordines inſtruxerat, vt Lithuanos illum formidantes, & futuram illi, ſi decerneretur, victoriam portendentes, ad æquas pacis conditiones pertraheret.* Palatinus deinde *Poſnanienſis*, *Lucas* de *Gorka*, in commendationem Ducis *Boleslai Maſouiæ*, verbis ploribus vſus, illum eligebat: aſſerens *illum genus Polonorum, vltra alios Principes amaturum.* Hunc *Ioannes* de *Oleſchnica* Palatinus *Sandomirienſis* ſecutus, & *Boleslai virtutem, præcipue in adminiſtranda iuſtitia, Throno dignam Regio*, indicabat. In cæteris Palatinis & Dignitariis, ſententiam dicere iuſſis, diuiſa vota erant, in *Boleslaum Maſouiæ* Ducem, & *Fredericum* Marchionem *Brandeburgenſem*. Maior tamen pars, & præſertim multitudo Nobilium, quæ aderat, concordi acclamatione & voce Ducem *Maſouiæ Boleslaum* Regem *Poloniæ* declarabat. Itaque & Pontifices, qui *Fredericum* Marchionem *Brandeburgenſem* eligebant, videntes maiorem partem in *Boleslaum* Ducem conſenſiſſe, vt fortior eſſet electio, motato voto, Ducem *Maſouiæ Boleslaum* elegerunt. Cumque nullo diſſentiente, ab omnibus Dux *Maſouiæ Boleslaus* electus eſſet. *Vincentius* Archiepiſcopus *Gneſnenſis*, à cæteris mandato recepto, *Boleslaum* Ducem *Maſouiæ*, Regem *Poloniæ* futurum pronunciat, & eius canonicam, iuſtam & vniformem, vniuerſis publicat electionem. Qua ſecuta, a Clero, *Te DEum laudamus*, à populo

Boleslaus Maſouiæ Dux in Conuentione Pyotrcouienſi Rex Poloniæ deſignatur.

1446. vero *Bogarodzicza*, per cantum, cum magna animorum alacritate, expleta ſunt, & dies ille, in magna celebritate deductus. Altera vero die, *Vincentius* Archiepiſcopus *Gneſnenſis*, *Andreas Poſnanienſis* Epiſcopus, *Ioannes* de *Czizow* Caſtellanus *Cracouienſis*, *Lucas* de *Gorka Poſnanienſis*, & *Ioannes* de *Oleſchnicza Sandomirienſis*, Palatini, electi ſunt, totius Regni Nuncii, ad Ducem *Maſouiæ Boleslaum*, pro feſto Pentecoſtes, ſi interim Dux *Lithuaniæ Caſimirus* voluntatem ſuam non correxerit, tranſituri, & ſibi electionem de eo factam inſinuaturi, rogaturique, vt electione ſuſcepta, *Cracouiam* pro die ſibi beneplacita adueniat, coronationem Regiam accepturus. Aderat huic Conuentioni quidam leuis nuntius *Caſimiri*, *Lithuaniæ* Ducis, cum literis miſſus: exploraturus ſingula, quæ gererentur. Cui etſi reſponſales datæ fuiſſent, non prius tamen inde diſceſſit, donec audiuit *Boleslai* electionem. Qua cognita, triſtis abſceſſit, & Domino ſuo Duci *Lithuaniæ Caſimiro* cuncta, quæ circa vniformem electionem Ducis *Maſouiæ Boleslai* geſta erant, ex ordine declarauit. In dierum autem & annorum proceſſu, dum ſuper electione tunc habita, ſermo digeſtior haberetur, audiui ego a viro graui & prudente, *Ioanne* de *Thaczin Cracouienſi* Caſtellano, ſagaciorem Pontifices, & Regno Poloniæ vtiliorem, in eligendo *Frederico* Marchione *Brandeburgenſi*, quam ſe & cæteros in Duce *Maſouiæ Boleslao*, viam tenuiſſe, & magnopere illorum ſententiam extuliſſe, atque ſi obueniet occaſio ſecuturam fore.

Certificatus *Caſimirus* Dux *Lithuaniæ*, & ſui Nuncii oraculo, & plurimorum auiſamentis & ſcripturis, Ducem *Maſouiæ Boleslaum* vniformiter in Regem *Poloniæ* electum eſſe, & in grauem mentis anxietatem collapſus, cœpit non tam ipſe, quam omnes ſui *Lithuani*, vehementer timere ſuæ parti, & futurorum ſuorum periculorum & diſcriminium, in quæ, ſi electio *Boleslai*, *Maſouiæ* Ducis, ſortiretur effectum, caſurus erat, ſibi ominari ſucceſſus, *Lithuaniq;*, qui alias electionem quamlibet irritaturos, ſe credebant, & ferociter contra illam loqui inſueuerant, ſingulas ſuas ſpes, & machinamenta, recidiſſe viderent in irritum, per Electionem *Boleslai Maſouiæ* Ducis, non tam de bello, *Polonis* inferendo, quam de repellendo cogitarunt. Tuncque ſuis *Polonorum* præſtare animaduerterunt ingenia, & in arcto ſe tardius viderunt concluſos. Nouerant ſiquidem, Ducem *Michaëlem*, filium olim Ducis magni *Lithuaniæ Sigiſmundi*, longum in *Maſouia* tenuiſſe domicilium, & velut Ducis *Boleslai*, electi Regis, generum & alumnum, in eius poteſtate & directione futurum, per quem *Boleslaus* electus. Ciuili bello poſſet faciliter *Lithuaniam* inuoluere propter *Lithuanorum* fluxas, & in aſſiſtentiam Duci *Michaëli* præſtandam, procliues mentes, qui Duci *Caſimiro* erant infenſi, quod Rempublicam eorum, non per ſe, ſed per *Gaſtoldum*, cui parere indignum indicabant,

Timor Caſimiri Ducis Lithuaniæ & ſolicitudo ingens, ob deſignatum Boleslaum Maſouiæ Ducem in Regem Poloniæ.

1446, adminiſtrabat,& In pace atque otio, *Caſimirum* Ducem *Lithuaniæ*, vel ad debitam ſubjectionem humiliatum compellere, vel penitus ex terris *Lithuaniæ* eiicere & debellare, ac Ducem *Michaëlem* ſurrogare, cuius dominatum, velut ſibi peſtiſerum, abominabantur. Sed & Dux *Caſimirus*, qui vicibus aliquot conſpirationes eorum, quibus in mortem deſtinatus erat, ſe ſciebat euaſiſſe, angebatur, quod eum Regno fraterno, & paterno, per alterius ſurrogationem, ſibi etiam vitam augurabatur ademptam. Quam cum ægre in pace ſeruaſſet, nullatenus eam ſe ſeruaturum iam, naturam *Lithuanorum* expertus, *Boleslao* Rege futuro, parteſque Ducis *Michaëlis* promouente, & ipſum ſua aſſiſtentia, & viribus defendente. Serius itaque quam conditioni ſuæ & qualitati rei conueniebat, pœnitere ſui propoſiti cœpit, & *Lithuanos* ſuorum Conſiliariorum aurigas corripere, B quod ipſum Regni *Poloniæ* ſceptra, ſibi cum omni honeſtate oblata, ſuſcipere auertiſſent.

Mutationisque animi ſui ſecreta enunciatio Zophiæ matri Reginæ, ac quibusdam Senatoribus Regni Poloniæ.

Itaque primum matri ſuæ *Zophiæ* Reginæ, deinde paucis quibusdam Baronibus, mutationem ſuam ſecretiſſime intimat. Hortaturque illos, vt rem corrigant, electionem *Maſoniæ* Ducis *Boleslai* impediant, & ipſum peſſundari, & ex vtroque Dominio eiici non permittant. Nunc ſe primum ſapere cepiſſe, & in quanto verſetur periculo, ſi Regni *Poloniæ* abnueret gubernacula, ſerius intellexiſſe. *Martinus* de *Schadek*, Archidiaconus *Vilnenſis*, Vir & ingenio pollens & eloquentia, a longo tempore *Lithuanicis* conſiliis intereſſe ſolitus, cum aperte non auderet, clanculo tamen *Caſimirum Lithuaniæ* Ducem, ſingulis diebus, ne Regni *Poloniæ* Diadema negligeret, admonebat: maximum profectum & decus ex acceptatione, ignominiam vero & periculum ſui ſtatus ex refutatione conſecuturus.

Appetebat tempus, quo iuxta Comitia *Pyotrconiæ* habita, Duci *Maſoniæ Boleslao*, electio per Nuncios, ad id deſignatos, erat intimanda. *Boleslausque* Dux certior de illorum aduentu factus, ſuſcepturos ſe illos & honoraturos diſponebat. Verum interim plures Barones *Cracouienſes*, Regalia bona tenentes, vehemens ſuſpicio pauorque cœpit, Ducem *Maſouiæ Boleslaum*, pro prudentia ſua, occupationem Regalium bonorum, Regno adepto, nullatenus toleraturum, ſed variis viis & circumſtantiis reintegrationem Regni effecturum. Verſabatur igitur iam tunc ante eorum oculos, quod bona Regalia, diuturno tempore poſſeſſa, eſſent amiſſuri, diminutiſque ſubſtantiis, etiam ſtatum ſuum in equorum, familiarium, veſtium, & expenſarum profuſarum, ornatumque vxorum & filiarum, & ſuperba ſuppellectili, augurabantur diminuendum, abrogaturumque *Boleslaum* Regem futurum largitiones profuſas, & ſingula ad moderamen libramque reducturum ominabantur. Vehemensque illos vrgere cruciatus cepit, quod habita, & habenda, eſſent prouidentia *Boleslai* Regis futuri amiſ-

Rurſus mutatis Senatorum Regni Poloniæ animis, verentibus nonnullis bona regalia tenentibus, ne eorum reintegratio per Boleslaum repetatur,

ſuri, & in ſtatibus ſuis magnam diminutionem paſſuri. Fit ob eam rem etiam *Zophia* Regina, A plures Barones, ad id inclinatos ſua ſponte, policitationibus plurimis ſolicitante, in *Belsſick* Conuentus. Vbi ſecretius his, quæ in animo verſabantur, digeſtis, ſimulque futurum bellum cum *Lithuanis* veriti, ex quo *Lublinenſis* terra, & aliæ, illis confrontatæ, deſolationem & vaſtitatem eſſent paſſuræ. *Petrum* de *Kurow* Caſtellanum *Sandecenſem* in *Lithuaniam* priuata poteſtate transmittunt. Is dum verba apud *Lithuaniæ* Ducem *Caſimirum*, nomine eorum, a quibus mittebatur, faceret, benignius quam pro more auditus eſt, faciliusque animus Ducis *Caſimiri*, in pluribus tempeſtatibus iactatus, & multo amplioribus, ſi *Maſouiæ* Ducis, *Boleslai*, in Regem *Poloniæ* Coronatio ſequeretur, iactandus, perſuaſiones & conſilia ad eum per *Petrum Kurowski* allata, acceptabat: Vnde commendata Baronum *Cracouienſium*, qui illum miſerant, affectione & fide, accepturum ſe Regni *Poloniæ* regimen, certificatione ampliſſima intimat. De quo plurimorum animis, eorum præcipue, qui Regalia amiſſuri erant, exhilaratis, *Cracouiam* pro feſto S. *Stanislai* in Maio concurritur, & *Caſimiri*, Ducis *Lithuaniæ*, animi mutatio cunctis denunciatur. Quam cum *Sbigneus Cracouienſis* Epiſcopus, *Ioannes* de *Thaczin Cracouienſis*, *Ioannes* de *Oiyeſchnicza Sandomirienſis*, Palatini, *Creslaus* de *Kurozwaki*, Caſtellanus *Lublinenſis*, pluresque alii Barones, & milites, velut priuatam, & quadam leuitate refertam, contemnerent, ad *Boleslaumque* Ducem *Maſouiæ*, electionis negotium perferendum, publicisque non priuatis pactis, & C ordinationibus, parendum cenſerent, facies inteſtinæ diuiſionis, aliis Baronibus contrarium cenſentibus, ſubito orta eſt. Ad quam, priuſquam coaleſceret, extinguendam, *Sbigneus* Epiſcopus *Cracouienſis*, vt Vir erat prudentiſſimus, a ſententia ſua, ne Regnum in diuiſionem ciuilem verti contingeret, facile diſcedens, ad Prælatorum & Baronum maioris *Poloniæ* deciſionem, vniuerſis id probantibus, ortam quæſtionem reiecit. Conſiliarii autem *maioris Poloniæ*, Conuentu apud *Colo* facto, his auditis, quæ ex parte Conſiliariorum *Cracouienſium* referebantur per *Ioannem Pilyeczki*, (hic enim munus huiusce rei ſibi aſſumſerat: arbitratus ſe Reipublicæ multas commoditates effecturum) D deliberatione habita, parti, quæ Ducem *Caſimirum* in Regem aſſumendum cenſebat, *Boleslai Maſouiæ* Ducis electione non obſtante, morem gerunt, & poteſtate ſibi attributa, Ducem *Lithuaniæ Caſimirum*, nouis ſtudiis & nuntiis, pro euitando Ciuili bello, vt Regnum *Poloniæ* acceptet, ſolicitandum decernunt, feſtumque S. *Michaëlis*, pro Conuentione generali, in Oppido *Parczow* conſtituunt. Denunciantque *Caſimiro Lithuaniæ* Duci, vt illuc veniat, vel ſi moleſtum eſſet, ex *Brzeſczye Ruthenicali*, in villa *Polubicze*, vel *Lomazi*, velut in loco inter *Parczow* & *Brzeſczye* medio, conuenire, cum Præ-

Caſimirus Dux Lithuaniæ ad Regnum accerſitur.

1446. Prælatis & Baronibus *Poloniæ*, non negligat. His ita in *Kolo* propoſitis, & legatione, quæ ad *Boleslaum* Ducem *Maſouiæ* perferenda erat, impedita, alia etiam Conuentio pro terris *Cracouienſi*, & Ruſſiæ, in noua ciuitate *Korczin*, pro feſto Sanctæ Mariæ Virginis indicitur: vt in præſentia *Zophiæ* Reginæ facilius Decretum in *Kolo* cæptum ſtabiliatur. Ibique conuenientibus Baronibus (neq; enim Pontifex aliquis aderat, ſed & *Sbigneum Cracouienſem* Epiſcopum, ne veniret, aduerſa valetudo impediebat) facile vniuerſorum conſenſu, ſolicitante *Zophia* Regina, & tam precibus quam lachrymis expetente, ne vno filio mortuo, altero a Principatu Regni excluſo, orbam illam vtroq; efficiant, animis omnium in miſericordiam verſis, concluſio *Colenſis* accepta eſt: ea tamen cautela adhibita, vt Duci *Caſimiro* acceptationem Regni, vel differente, vel renuente, *Boleslai* Ducis *Maſouiæ* electio, circumſcriptis quibuscunque obſtaculis, ſuum ſortiatur progreſſum & effectum, cum illum, ſpes non ambigua ſit, & defenſionem pro ſingulis *Poloniæ* Regni oris oppoſiturum, & *Lithuanorum* motus, cum robore Regni, & Ducis *Michaëlis* aſſiſtentia, qui priuatus, illis parem vel ſuperiorem ſe præſtitiſſet, facile compreſſurum.

Caſimirus Maſouiæ Dux & Belzenſis terræ Dominus peſte obiit nulla prole relicta.

Quarta decima menſis Septembris, *Caſimirus Maſouiæ* Dux, & Dominus tunc terræ *Belzenſis*, in terra *Chelmenſi*, prope villam Miczi, ab epidimia, tunc quam maxime ſerpente, dum per Oppidum *Kraſſnyſthaw* ex *Maſouia* iret in *Belz*, correptus obiit, & in *Plocenſi* Eccleſia ſepelitur: nulla prole ex coniuge ſua *Hedwigi*, filia *Vincentii* de *Schamotuli*, Caſtellani *Miedzirzecenſis* relicta, quam anno eodem, die Solis, vigeſima ſexta Iunii, celebratis apud oppidum *Thurobin* ex more nuptiis, in conſortem acceperat, *Ioanne Chelmenſi* Epiſcopo illos deſponſante. Ad artem fabrilem ita naturaliter procliuis & intentus, vt frequenter illam tractando, ſagittas, ſecures, enſes, & alia fabrilia opera, manu propria excuderet.

Feſto S. *Michaëlis* adueniente, inſtauratur in Oppido *Parczow* generalis Conuentio, & Prælatis ac Baronibus, in magno numero illuc confluentibus, quid faciendum reſtaret, conſultatur. Plures rumores nunciabantur aduerſi, hi præſertim, quod *Lithuanorum* moltitudo *Thartaris* permixta, in locum *Parczouienſem* deberet intempeſta nocte irrumpere, & Conſiliariorum Regni *Poloniæ* ſpolium patrare cum captiuitate. Propter quod frequentes excubiæ pro ſecuritate, in locis pluribus ſunt inſtitutæ, *Zophia* Regina ſolicitudine materna in *Brzeſczye Ruthenicali* ſe contulerat: Ducem *Caſimirum* allocutura, ne contumacia ſolita vſus, cum *Polonia* Regno ſido & nobili, toties ſibi oblato, vitaque per ſubſecuturum bellum, eripi permitteret. Quem nequicquam mollitum aut mutatum videns, magna anguſtia mentis tenebatur. Conſiliarii vero Regni *Poloniæ* leuibus nuntiis, Ducem *Caſimirum* requirebant, & iuxta intimationem per *Petrum Kurowski*, Caſtellanum *Sandecenſem* factam, A in *Parczow* veniret, de ſua in Regnum *Poloniæ* electione conſenſum præſtaturus, aut tractatus, quos vellet, interpoſiturus. Ille autem, cum iam in *Brzeſczye* in frequenti Conſiliariorum *Lithuaniæ* numero adueniſſet, renunciat ſe genitrici ſuæ *Zophiæ* Reginæ, & aliquorum Baronum Regni *Poloniæ*, de ſtatu Regni tractatus quoslibet non recuſaturum. Per *Petrum* vero *Kurowski* aliquam intimationem, vel de ſuſcipiendo *Poloniæ* Regno, vel de tenenda in *Parczow* Conuentione inficiabatur ſe feciſſe. Proinde ſi quid rei eſſet, ſibi cum illo in *Brzeſczye* deſcenderent, & tam de ſua in Regnum aſſumptione, quam de eiuſmodi ſtabilimento, quæ opportuna eſſent, ſecum tranſigerent. B Itaque cum pluribus placeret, etiam in *Brzeſczye* ire, & omnia, quæ ad ſuſceptionem Regni, per Ducem *Caſimirum* fiendam, conferre poſſint, experiri. Aliquibus tamen moleſta nimis, & magna leuitate redolens, huiusmodi ſententia viſa eſt, ſuſpitionem etiam futuri diſcriminis interponentis, ne ſi ſinguli irent, captiuitas eorum pareret Regno irremediabilem ruinam. Verum dum hæc prudens & grauis conſultatio, pro impedienda Ducis *Caſimiri* aſſumptione ingeri crederetur, & plures in *Brzeſczye* eundum acclamarent, deterendumque conſiliis & deſideriis maioris partis decernerent; *Non adducerit*, inquit *Ioannes* de *Thaczin* Palatinus *Cracouienſis*, *vt morem Pilati, ad clamores Iudæorum Chriſtum condemnantis, ſecutus, & Regni ſtatum grauitatemque, & caput meum ponam in diſcrimen.* C Quo quidem tam faceto dicto, de tranſeundo in *Brzeſczye*, ſententia abrogata eſt. *Ioannes* tamen *Leopolienſis* Pontifex, *Andreas Poſnanienſis* Epiſcopus, *Ioannes* de *Czizow* Caſtellanus *Cracouienſis*, *Lucas* de *Gorka Poſnanienſis*, *Ioannes* de *Oleſchnicza Sandomirienſis*, *Petrus* de *Sprowa Leopolienſis*, Palatini, *Ioannes* de *Konieczpolye*, Regni *Poloniæ* Cancellarius, & *Petrus* de *Szczekoczin* Vicecancellarius in *Brzeſczye* transmittuntur: cæteris videlicet *Vincentio Gneſnenſi* Archiepiſcopo, *Sbigneo Cracouienſi*, *Wladulao Wladislauienſi* Epiſcopis, *Ioanne* de *Thaczin* Palatino *Cracouienſi*, & pluribus aliis in *Parczow* remanentibus. His mandatum eſt, vt honeſtis modis *Caſimirum* Ducem, ad aſſumendum Regni *Poloniæ* regimen inducant, a promiſſis & pactis quibuslibet abſtineant, ſi quæ à Duce *Caſimiro*, & *Lithuanis* depoſcerentur. D

Caſimirus Lithuaniæ Dux incertus animi in Regno Poloniæ ſuſcipiendo

Parczouienſem Conuentum in Brzeſczie ſecum abducit, illic de ſumma rei conſultaturus.

Prælatis & Baronibus Regni *Poloniæ*, in Oppido *Brzeſczye* venientibus, per Ducem *Caſimirum* benigne exceptis diebus ſubſequentibus, plures inter eum, & Conſiliarios Regni *Poloniæ*, interceſſerunt de ſuſcipiendo Regno *Poloniæ* tractatus. Per quos, non aliud, variis cautelis, viis & ingeniis, quam terrarum *Podoliæ*, *Lucenſis*, & *Olyeſchko*, pro Ducatu *Lithuaniæ* ceſſio, quærebatur. Sed & ipſe Dux *Caſimirus*, con-

Caſimirus, vt a Regno Poloniæ Po-

1446.

doliã, Luczko & Olieſchko auerteret, præbet ſe difficilem in Regno Polonia ſuſcipiendo.

conſiliis & ingeniis *Litbuanorum* ineſcatus, veteribusque & nouis iuramentis de vniendis terris præfatis, pro Ducatu magno *Litbuania* conſtrictus, non niſi ceſſione, per Regnum *Polonia*, de terris huiuſmodi ſubſecuta, ſe *Polonia* Regni regimen declarabat ſuſcepturum. Miſeram tunc, & languentem & pene labantem Rempublicam Regni *Polonia*, quis ſanæ mentis, non dictaret? quæ ad eam neceſſitatem & leuitatem trahi videbatur, vt ſolicitaretur quo pro habendo Rege, latiſſimis & fortiſſimis terris, brachio & ſanguine quæſitis, cederet, quæ per ſuſceptionem, & illius & alterius cuiuscunque Regis, nouarum terrarum additamenta, ſperare debuit ſibi prouentura. Cum autem Conſiliarii Regni *Polonia* conditiones, à Duce *Caſimiro* petitas, nullatenus ſe admiſſuros reſpondiſſent, iamque ſinguli reditum in *Praczow*, & exiode ad Ducem *Boleslaum* in *Maſouiam* tranſitum, & probaſſent, & concluſiſſent, aliqui *Polonia* Barones, quibus Principatus *Boleſlai*, propter reſtituenda Regalia bona, grauior viſus eſt, ſolicitis ſtudiis, nunc Ducis *Caſimiri*, nunc *Litbuanorum* animos in conſenſum, plurimis pollicitationibus inclinabant. Habiturumque Ducem *Caſimirum* regimen Regni *Polonia*, habiturum de donandis & alienandis terris *Lucenſe, Podolia, & Olyeſko* (morem patris ſecutum, qui illas *Spithkoni* de *Melſtbin*, deinde Duci *Swytrigielloni*, ad extremum Duci magno *Withawdo* contulerat) plenam facultatem aſtruebant, ſeque omnem operam ad id impenſuros pollicebantur. Quæ quidem conſilia, tam facile prolata, vt referemus in ſequentibus, magna Regno *Polonia* incommoda procurarunt.

Quo tandem ægre aſſumpto,

His perſuaſionibus Dux *Caſimirus* expugnatus, Legatis Regni *Polonia* in conſilium accerſitis, cunctationem ſuam de ſuſcipiendo *Polonia* Regno pluribus verbis, & ſignanter ſpe vitæ fratris ſui *Wladislai* extenuat & excuſat, & ad extremum, electionem de ſe, ad *Polonia* Regnum factam, ad honorem benedictæ Trinitatis, & totius Hierarchiæ cœleſtis acceptat, iuraque Regni *Polonia*, & libertates ſe confirmaturum, repromittit, & pro Coronatione ſua diem S. *Ioannis* Baptiſtæ anni futuri conſtituit. Petentibusque Conſiliariis Regni *Polonia*, literis patentibus, acceptationem & repromiſſionem ſuam firmauit: quæ *Petro* de *Sczekoczin* Regni *Polonia* Vicecancellario traditæ fuerant, in theſaurum Regium *Cracouiam* deferendæ. Ingens poſthæc allacritas animos *Polonorum* cepit, quod & labores eorum ſperatum comprehenderunt brauium, & Dux *Caſimirus* futurus Rex, plurimis commoditatibus, Regnum *Polonia* eſſet ampliaturus, & regimiue ſuo plures deformitates correcturus. Aliis alius ſenſus fuit, iam tum ingemiſcentibus, *ſingula præcipitatum & & perditum iri, & malis pluribus Regnum inuolui, & variis peſtibus peſſundari.* In hunc modum rebus compoſitis ex *Brzeſcyc*, & ex *Parczow* diſceſſum eſt, & Rex electus *Caſimirus*, villarum *Lomazi*, & *Polubicze*, & aliarum,

duos pagos Lomazi & Polubicze

quas pater & frater ſuus Reges *Polonia* pacifice poſſederant, diſcedens ex *Brzeſczie*, abſtrahi à tenuta *Parczow*, & pro tenuta *Brzeſtenſi*, applicari mandauit: primitias regiminis ſui, huiusmodi abſtractione intimans, & quantum in amplitudinem *Litbuania* eſſet, quam in Regni *Polonia* propenſior demonſtrans.

1446.

Litbuania adiungit.

Scrupuloſius autem vniuerſa rimanti, mens in admirationem quandam, vel &, vt verius loquar, religionem trahi poteſt, quod licet Regno *Polonia*, per mortem *Ludouici* primi, vacante, vniuerſorum conſenſu Dux *Semouitus* Rex *Polonia* declaratus fuiſſet. Decretum tamen pro eo factum, leui quodam momento fuit abrogatum, & alterius nationis & lingua Princeps, moribus & conuerſatione incognitus, excluſo eo, prælatus eſt. Quod & in *Boleslao* itidem *Maſouia* Duce, nepote ſuo, vides contigiſſe. Cuius ſceptra in ipſo pene limine conciderunt, prius paſſa aborſum, quam partum. Iuſto, vt pie credi poteſt, Diuinitatis iudicio, ſceleribus patrum illorum iraſcente, & quæ ſanctum Dei *Stanislaum*, per *Boleslaum* Regem, & quæ in Eccleſiam *Cracouienſem* per *Conradum Maſouia* & *Cuiania* Ducem *Cruciſcrorum* fundatorem, commiſſa nouimus. Stirpemque eorum ne regnaret, reprobante. Nam licet decus & ſplendor Regni *Polonia*, occiſione beati viri S. *Stanislai* deformata, mutationem & diſtractionem eiusdem diuturnam effeciſſent, & propicianre Deo, ſceptra Regni *Polonia*, primum *Przemislaus*, deinde illo a ſuis occiſo, *Wladislaus Cuiauia* Dux, ægre tamen, poſt multa ſecula reſumpſiſſent, mox tamen in *Caſimiro, Wladislai* filio, Principe quidem prudentiſſimo, & Regnum *Polonia*, vltra omnes Reges magnificante. ſed alioqui leges Diuinas in Sacerdotis ſubmerſione, vxoris repudiatione, Eccleſiarum oppreſſione præuaricante, iterum vidimus extincta, & illius gubernacula in aliorum ſortem tranſlata eſſe.

Miſſis *Hungari* ad *Fredericum Romanorum* Regem, iterum atq; iterum Legatis, expetunt *Ladislaum Alberti* filium, per eos in Regem coronandum, in *Hungariam* mitti. A quo reſponſum accipiunt: *Recte Hungaros egiſſe, qui Regem tandem ſuum aliquando recognouerint Coronatione Ladulaum, qui ſemel coronatus ſit, non indigere, Egere magis illum tutore, nullius tutelam magis ſalutarem ei eſſe, quam Frederici Romanorum Regis & Conſanguinei, & cui ſit à matre commendatus. Expectarent ætatem Regis ſui idoneam, interea per ſe Regnum adminiſtrarent.* Ea reſponſio longas inimicitias inter *Hungaros & Fredericum Rom.* Regem conflauit, armisq; Regis repetitio tentata eſt. *Ioannes* de *Hunad Hungaria* Gubernator, infeſtis copiis *Auſtriam*, vice geminata ingreſſus, quamuis ferro & igne agros vaſtauerit. Regem tamen, & coronam, & quæ repetebat, pro *Hungaria* Caſtella, obtinere non potuit.

Hungari à Frederico Romanorum Rege Ladislaum ſuum Regem armis repetunt.

Exploratum autem & pro certo habitum erat, quod

1446. quod ſi Dux magnus *Caſimirus*, gubernacula Regni *Poloniæ* ſuſcipere detrectauiſſet, actum erat de ſuo capite atque vita. Eo ſiquidem apud *Lithuanos* principante, petitus eſt ſepties coniuratorum inſidiis, Conſenſu deinde iudicum, & eorum, qui coniurauerant, non minori leuitate facinus occultantium, quam adnitentium, ſeruatus eſt. De quibus ſat erit, vnum attigiſſe. Erat inter coniuratos *Schutha Rutenici* generis & ritus Dux, adoleſcens forma rara, *Caſimiro* Duci magno *Lithuaniæ* dilectus imprimis & acceptus. Cui cum à coniuratis primariæ partes parricidii (quoniam vnice, a Duce magno *Lithuaniæ* dilectus, faciles habebat ad illum ingreſſus) mandatæ fuiſſent, nécaſione ſæpius tentata, & tandem offenſa, in venationum loco, militibus venationum munere occupatis, ſolitarium *Caſimirum* magnum Ducem *Lithuaniæ*, ad focum corpus curantem, reperiens, nobilem veſtem, qua tunc *Caſimirus* magnus Dux amiciebatur, ſabellinis pellibus onuſtam, ab eo petit: ſtrangulaturus illum continuo ſi abnuiſſet. Verum cum vltro, quod petebatur, Dux magnus *Lithuaniæ Caſimirus* conceſſiſſet, dono tam magnifico *Suchta* ineſcatus, parricidium in tempus diſtulit diffuſius Sub quo coniuratione detecta, & ipſe *Suchtha*, & cæteri coniurati, præter indicem, inſelici cruore ſunt damnati.

Coniuratio Lithuanorum in Caſimirum Lithuaniæ Ducem, electum regem Poloniæ enunciatur, & coniurati plectuntur.

1447. Tertia Februarii, *Eugenius* Papa quartus, per Concilium *Baſilienſe* depoſitus, *Romæ* moritur, & in Eccleſia Sancti *Petri* ſepelitur. Venerant autem, eo languente, & propediem morituro, Legati *Romanorum* Regis *Frederici*, & duorum electorum *Maguntinenſis* Archiepiſcopi, & *Frederici* Marchionis *Brandeburgenſis*, videlicet *Aeneas Siluius* de *Senis Italus*, & *Nicolaus* de *Cuſa Almanus*, *Romam*, & prædicto *Eugenio*, in lecto decumbenti, neutralitate, quam in eam diem ſeruauerant ſublata, plenam obedientiam præſtiterunt, nomine *Frederici* Regis *Romanorum*, & prædictorum duorum electorum. Vix Pontificem inuenies, cui plura contingerunt ſecunda & aduerſa, Concilium congregauit, diſſoluit, *Romæ* captus eſt, fugit, rediit, *Marchiam* perdidit, recuperauit. *Sigismundo* Cæſari prius bellum intulit, poſt Diadema conceſſit. *Alphonſi Aragonum* Regis prius hoſtis poſt amicus, Vir alti cordis, ſed nullum in eo maius vicium erat, niſi quia ſine menſura fuit, & non quod potuit, ſed quod voluit, aggreſſus eſt, Cuius funere, in eccleſia S. Petri, prope ſacriſtiam ſepulto. Cardinales conuenientes in Conclaui apud Mineruam, *Thomam* de *Sarſena Genuenſem*, tituli ſanctæ *Zuzannæ* Præsbiterum Cardinalem Epiſcopum *Bononienſem*, ſeptima die Menſis Martii, vltimum inter Cardinales & minorem, elegerunt: qui *Nicolaus* quintus vocatus eſt. Hic pater optimus *Thomas*, anno prædicto, qui in Papam electus eſt, promotus fuit in Epiſcopum *Bononienſem*, deinde in ſanctæ *Zuzannæ* Præsbiterum Cardinalem, & poſthæc in Papam, & anno vno omnes illos tam ſubitos, & altos habuit aſcenſus, Clementia Saluatoris, gradus huiuſmodi ſibi conſerente, quem præuidebat Eccleſiam ſuam multifarie ſciſſam, ſua modeſtia, prudentia, & benignitate viniturum. Origo illi ex *Surſena*, quod *Genuenſium* eſt Oppidum in *Tuſcia*, iuxta *Liguſticum* mare, ex parentibus quidem honeſtis, ſed ſortis humilis, & ignotæ. Iuris Diuini & humani, & totius triuii & quadriuii, peritus. In pauperes, & egeſtate aliqua grauatos, clemens. In adminiſtranda iuſtitia vir optimus.

Eugenio quarto Papa mortuo in locum illius Nicolaus quintus, inter Cardinales vltimus, Epiſcopus Bononienſis ſufficitur.

Nicolao & *Venceslao Rathiborienſibus*, *Boleslao Theſchnenſi*, cum multis terrarum ſuarum Conſiliariis & Nunciis Principum de *Oſzwiaczim Craconiam*, pro Dominica Quadrageſimæ, venientibus, & ſactis cum *Sbigneo Craconienſi* Epiſcopo, *Ioanne* de *Czizo*-- Caſtellano, *Ioanne* de *Thaczin* Palatino *Craconienſi*, tractatibus, pax perpetua, cum Regno *Poloniæ* firmata & inſcripta eſt, ſub æquis conditionibus, & parti vtrique accommodis.

Cum Rathiborienſibus, Theſnenſibus & Oſſwiacziменſibus Ducibus Regnum Poloniæ perpetuam init pacem.

Feria tertia, poſt octauas S. *Stanislai* in Maio Clauſtrum *Mogila* cum vniuerſo ſuo corpore, exceptis parietibus & teſtudine, igne, qui de balneo exiuit, conflagratum eſt. Quæ conflagratio, peſſimum omen à multis vocata eſt: oppreſſionem eccleſiarum & præſertim Monaſteriorum, quaſi quandam conflagrationem futuram, augurantibus, ſubtempore & regimine *Caſimiri* Ducis *Lithuaniæ*, qui eodem die Regnum *Poloniæ* ingrediebatur, ſæuituram. Quod quidem Vaticinium, *Caſimiro* Rege grauante multipliciter Monaſteria, fuit impletum.

Caſimiro ex Lithuania Regnum Poloniæ ingrediente Monaſterium Mogila conflagratur.

Sbigneus Epiſcopus *Craconienſis*, cultum Diuinum in Diœceſi ſua, in diebus ſuis, pro laude nominis Diuini & ſalute animarum aucturus. Ex duabus Eccleſiis Parochialibus, ſcilicet ſanctæ *Margarethæ*, in noua *Sadecz*, & S. *Iacobi* in *Podgrodzye*, quarum vtraque ad collationem, prouiſionem & diſpoſitionem Epiſcopi *Craconienſis*, pertinebat: fundat nouam Eccleſiam in *Sadecz* Collegiatam, & tres Prælatos videlicet Præpoſitum, Decanum, Archidiaconum, quatuor Canonicos, & octo Vicarios, in ea inſtituit: quos earundem Eccleſiarum prouentibus, & Decimis, dotat ſufficienter, & de huiuſmodi Dignitatibus & Prebendis, perſonis optimis & maturis prouidet, creat. Et ex altari, ad collationem Ciuium *Sandecenſium* pertinente, Cuſtodiam: cuius ius patronatus & collationem Conſulibus & Ciuibus *Sandecenſibus* reſeruat.

Ex duabus Eccleſiis parochialibus Collegiata, in noua Sandecz, per Sbigneum Epiſcopum Craconienſem fundatur.

Caſimirus, magnus Dux *Lithuaniæ*, Regni *Poloniæ*, Coronam ſuſcepturus, ex *Lithuania* in *Brzeſczye*, vbi aliquot diebus commoratus, comitantibus illum Principibus Boiaris, & militibus *Lithuaniæ* in *Lublin*, & a *Ioanne* de *Szczekoczin*, tunc *Lublinenſe* Capitaneo, diebus aliquot omnibus neceſſariis ſplendide procuratus, *Sandomiriam* poſt Octauas Corporis Chriſti, tranſiit, ibique diem Dominicum abſumpſit. Vbi illum *Zophia* Regina excepit. Feria ſecun-

Caſimirus Lithuaniæ Dux accepturus Poloniæ Regnum,

1446. *doliā, Lucz-ko & Olieſcb-ko auerteret, prabet ſe difficilem in Regno Poloniæ ſuſcipiendo.*

conſiliis & ingeniis *Lithuanorum* ineſcatus, veteribusque & nouis iuramentis de vniendis terris præfatis, pro Docatu magno *Lithuaniæ* A conſtrictus, non niſi ceſſione, per Regnum *Poloniæ*, de terris huiusmodi ſobſecuta, ſe *Poloniæ* Regni regimen declarabat ſuſceptorum. Miſeram tunc, & languentem & pene labantem Rempublicam Regni *Poloniæ*, quis ſanæ mentis, non dictaret? quæ ad eam neceſſitatem & leuitatem trahi videbatur, vt ſolicitaretur quo pro habendo Rege, latiſſimis & fortiſſimis terris, brachio & ſanguine quæſitis, cederet, quæ per ſuſceptionem, & illius & alterius cuiuscunque Regis, nouarum terrarum additamenta, ſperare debuit ſibi prouentura. Cum autem Conſiliarii Regni *Poloniæ* conditiones, à Duce *Caſimiro* peritas, nullatenus ſe admiſſuros reſpondiſſent, iamque ſinguli reditum in *Praczow*, & exinde ad Ducem *Boleslaum* in *Maſouiam* tranſitum, & probaſſent, & concluſiſſent, aliqui *Poloniæ* Barones, quibus Princi- B patus *Boleſlai*, propter reſtituenda Regalia bona, grauior viſus eſt, ſolicitis ſtudiis, nunc Ducis *Caſimiri*, nunc *Lithuanorum* animos in conſenſum, plurimis pollicitationibus inclinabant. Habiturumque Ducem *Caſimirum* regimen Regni *Poloniæ*, habiturum de donandis & alienandis terris *Lucenſe*, *Podolia*, & *Olyeſko* (morem patris ſecutum, qui illas *Spithkoni* de *Melſthin*, deinde Duci *Swyrigiellons*, ad extremum Duci magno *Withawdo* contulerat) plenam facultatem aſtruebant, ſeque omnem operam ad id impenſuros pollicebantur. Quæ quidem conſilia, tam facile prolata, vt referemus in ſequentibus, magna Regno *Poloniæ* incommoda procurarunt.

Quo tandem ægre aſſumpto,

His perſuaſionibus Dux *Caſimirus* expugnatus, Legatis Regni *Poloniæ* in conſilium accerſitis, cunctationem ſu- C am de ſuſcipiendo *Poloniæ* Regno pluribus verbis, & ſignanter ſpe vitæ fratris ſui *Wladislai* extenuat & excuſat, & ad extremum, electionem de ſe, ad *Poloniæ* Regnum factam, ad honorem benedictæ Trinitatis, & totius Hierarchiæ cœleſtis acceptat, iuraque Regni *Poloniæ*, & libertates ſe confirmaturum, repromittit, & pro Coronatione ſua diem S. *Ioannis* Baptiſtæ anni futuri conſtituit. Petentibusque Conſiliariis Regni *Poloniæ*, literis patentibus, acceptationem & repromiſſionem ſuam firmauit: quæ *Petro* de *Sczekoczin* Regni *Poloniæ* Vicecancellario traditæ fuerant, in theſaurum Regium *Cracouiam* deferendæ. Ingens poſthæc allacritas animos *Polonorum* cepit, quod & labores eorum ſperatum comprehenderunt brauium, & Dux *Caſimirus* futurus Rex, pluri- D mis commoditatibus, Regnum *Poloniæ* eſſet ampliaturus, & regimine ſuo plures deformitates correcturus. Aliis alius ſenſus fuit, iam tum ingemiſcentibus, *ſingula præcipitatum & & perditum iri, & malis pluribus Regnum inuolui, & variis peſtibus peſſundari.* In hunc modum rebus compoſitis ex *Brzeſcye*, & ex *Parczow* diſceſſum eſt, & Rex electus *Caſimi-*

duos pagos Lomazi & Polubieze

rus, villarum *Lomazi*, &
quas pater & frater ſuus I
poſſederant, diſcedens ex
tenuta *Parczow*, & pro t
plicari mandauit: primit
iusmodi abſtractione inti
amplitudinem *Lithuania*
Poloniæ propenſior deme
ſius autem vniuerſa rimar
tionem quandam, vel &,
ligionem trahi poteſt, qu
nia, per mortem *Ludouici*
uerſorum conſenſu Dux
nia declaratus fuiſſet. De
factum, leui quodam m
tum, & alterius nationis &
ribus & conuerſatione in
prælatus eſt. Quod & in
ſouia Duce, nepote ſuo,
ius ſceptra in ipſo pene
prius paſſa aborſum, quar
pie credi poteſt, Diuinita
patrum illorum iraſcente
Stanislaum, per *Boleslau*
Eccleſiam *Cracouienſem* p
& *Cuiauiæ* Ducem *Crucij*
commiſſa nouimus. Stirp
gnaret, reprobante. Nan
dor Regni *Poloniæ*, occiſ
nislai deformata, muta
nem eiusdem diuturnam
ciante Deo, ſceptra Reg
Przemislaus, deinde illo
laus Cuiauiæ Dux, ægre ta
la reſumpſiſſent, mox tam
dislai filio, Principe quid
Regnum *Poloniæ*, vltra o
cante. ſed alioqui leges I
ſubmerſione, vxoris repu
oppreſſione præuarican
tincta, & illius gubern
translata eſſe.

Miſſis *Hungari* ad
Regem, iterum atq;
Ladislaum Alberti
coronaodum, in *H*
ſponſum accipiun
Regem tandem ſu
Coronatione Lad
non indigere. Eg
tutelam magu
Romanorum R
matre comme
ſui idoneam.
rent. Ea reſ
garos & I
miſq; R
Huniad
Auſtri.
ferro
& co
Ca

1446. quod ſi Dux magnus *Caſimirus*, guberna-
cula Regni *Poloniæ* ſuſcipere detrectaniſ-
ſet, actum erat de ſuo capite atque vita.
Eo ſiquidem apud *Lithuanos* principante, pe-
titus eſt ſepties coniuratorum inſidiis, Con-
ſenſu deinde iudicum, & eorum, qui coniun-
uerant, non minori leuitate facinus occultan-
tium, quam adnitentium, ſeruatus eſt. De qui-
bus ſat erit, vnum attigiſſe. Erat inter coniura-
tos *Schutha Rutenici* generis & ritus Dux, ado-
leſcens forma rara, *Caſimiro* Duci magno *Li-
thuaniæ* dilectus imprimis & acceptus. Cui
cum à coniuratis primariæ partes parricidii
(quoniam vnice, a Duce magno *Lithuaniæ* di-
lectus, faciles habebat ad illum ingreſſus) man-
datæ fuiſſent, occaſione ſæpius tentata, & ea-
dem offenſa, in venationum loco, militibus
venationum munere occupatis, ſolitarium *Ca-
ſimirum* magnum Ducem *Lithuaniæ*, ad ſuum
corpus curantem, reperiens, nobilem veſtem,
qua tunc *Caſimirus* magnus Dux amiciebatur,
ſabellinis pellibus onuſtam, ab eo petit: ſtran-
gulaturus illum continuo ſi abnuiſſet. Verum
cum vltro, quod petebatur, Dux magnus *Li-
thuaniæ Caſimirus* conceſſiſſet, dono tam ma-
gnifico *Suchtæ* ineſcatus, parricidium in tem-
pus diſtulit diffuſius. Sub quo coniuratione de-
tecta, & ipſe *Suchtha*, & cæteri coniurati, gena
indicem, infelici cruore ſunt damnati.

Coniuratio Lithuanorum in Caſimirum Lithuaniæ Ducem, electum regem Poloniæ enunciatur, & coniurati plectuntur.

1447. Tertia Februarii, *Eugenius Papa* quartus per
Concilium *Baſilienſe* depoſitus, *Romæ* moritur,
& in Eccleſia Sancti *Petri* ſepelitur. Verum
autem, eo languente, & propediem moritur.
Legati *Romanorum* Regis *Friderici*, & ...
rum electorum *Maguntinenſis* Archiepiſcopi
& *Frederici* Marchionis *Brandeburgenſis*, vide-
licet *Aeneas Silvius* de *Senis Italus*, & *Nicolaus*
de *Cuſa Almanus*, *Romam*, & prædicto *Euge-
nio*, in lecto decumbenti, neutralitate, quam in
eam diem ſeruauerant ſublata, plenam obedi-
entiam præſtiterunt, nomine *Friderici* Regis
Romanorum, & prædictorum ducum electo-
rum. Vix Pontificem inuenies, cui plura con-
tingerunt ſecunda & aduerſa; Concilium con-
gregauit, diſſoluit, *Roma* captus eſt, fugit, ...
dit, *Marchiam* perdidit, recuperauit, *Sigiſ-
mundo* Cæſari prius bellum intulit, poſt Dia-
ma conceſſit. *Alphonſi Aragonum* Regis ...
hoſtis poſt amicus, Vir alti cordis, ſed ...
in eo maius vicium erat, niſi quia ſine ...
ra fuit, & non quod potuit, ſed quod ...
aggreſſus eſt, Cuius funere, in eccleſia S. ...
prope ſacriſtiam ſepulto. Cardinales ...
entes in Conclaui apud Mineruam, ...

Eugenio quarto Papa mortuo

...D
is,
ag-
ari;
gere
es ex
ri Re-
luctus
accide-
tulerat.
ares dies,

Feria quarta in vigilia S. *Laurentii*, *Conra-* 1447.
Epiſcopus *Wratulanienſis*, in Curia Epi-
ſcopali *Wratulaniæ* moritur, & in Eccleſia
Wratulanienſi ſepelitur. Tertia quoque dies
...embris, per Capitulum *Wratulanienſe* in-
...itur, & nominatur, pro futuri Pontificis
...ione. Hic Pontifex erat Dux *Sleſiæ* de
...*ſchnicza*, & annis prope quadraginta rexit
...ecclesiam. Sed ſub eius regimine, pene
...corruerat. Vnde quadam pœnitudine du-
...ceſſerat tribus annis ante mortem honori
...neri Epiſcopatus, poſtea vero pœnituit, &
Dignitatem, quam poſſeſſionem, quæ iam
Capitulares, eo reſignante tenebatur, repe-

Conradus Epiſcopus Wratulanienſis moritur.

...eria quinta, in vigilia S. *Bartholomæi*, intra-
Caſimirus Rex Oppidum *Pyotrkovo*, & te-
cum Prælatis & Baronibus, atque Nobi-
...ſuis in magno numero, illuc conuenien-
...s, ſeptem diebus generalem Conuentio-
... Aderant autem huic Conuentioni, *Vin-*
...*us Gneſnenſis* Archiepiſcopus, & Primas
...*nens Cracouienſis*, *Wladislaus Wladislaui-*
... *Andreas Poſnanienſis*, *Paulus Plocenſis*,
...laus Przemiſlienſis Epiſcopi, & omnes Pa-
..., Caſtellani, Dignitarii, & Officiales. Ex
...iam per leges a *Caſimiro* ſecundo, Rege
...*æ* conditas, non ſufficienter ſingulis e-
...entibus, erat prouiſum, ſummopereque
...ſitio nouorum iurium iudicabatur, op-
...na, factæ ſunt in eadem Conuentione,
...bantibus & laudantibus vniuerſis, hæ le-
...*t* Conſtitutiones. Primo *quod frater*
...genitus, aut ſenior, non poſſit bona pater-
...ione primogenituræ, aut ſenii diſtrahe-
conſumere, vltra portionem eum concer-
...n, niſi onus debitorum paterni ... id
...ret. In quo nihilominus caſu
...enire, conſilium, conſenſus & vo...
...rum paternorum, & quod bona ...
...ra ſummam debitorum non extend...
...ero aliquid pecuniæ, debitis ſolutis, re...
...erit, integre & fideliter conſeruetur,
...ateros fratres diuidenda æqualiter.
...do, *quod flumina Viſla, Vartha, Dunaye...*
Dnieſther, Dnyepr, Vielok, Vieloka, Pilcz...
alii quicunque in Regno Poloniæ exiſtentes ſint
liberi, nullis obſtaculis, aut ſepibus captiuandi,
vt omnes homines per eos ire & natare poſſint,
cum ſuis rebus venalibus, de quacunque ſpecie
vel genere, liberumque habeant, infra & ſupra
tranſitum. Si autem alicui complacet, habere
obſtaculum, habeat in illo portas, quæ tranſe-
untibus pateant, & præbeant ingreſſum, alias
in nullo erit obnoxius, qui illud ruperit. Quod ſi
aliquis ratione ...
exegerit, reſtituer...
omnia recepta, &
zieſtha Polonice ...
puniatur. Tertiò
termini, ſine aliqu...
re, celebrentur, & ...

Prima Conuentione generali Piotrcouiæ facta per Caſimirum Regem Poloniæ, nonnulla leges reſp. Poloniæ ſalutares feruntur.

1447. *peribus. Teneanturq; omnes Palatini, Caſtellani, Iudices, & Officiales, illa perſonaliter frequentare, exceptis duntaxat duobus caſibus, ſi* A *videlicet aliquis fuerit gravi languore oppreſſus, aut in negotiis Regni deſtinatus. In quibus nihilominus caſibus tenebitur & poterit locum ſuum, per aliam perſonam, ſupplere: contradictione qualibet non obſtante.* Quarto, *quod quilibet, pro vice prima inculpatus, notatus vel infamatus, de furto, vel ſpolio, teneatur innocentiam ſuam, duodecim teſtibus, viris bonis, & octodecim eligendis, quaſi nobilitatem ſuam probaturus eſſet, demonſtrare. Ei autem tantummodo purgatio debet prodeſſe, qui ſemel, bis, & ad maximum, ter culparetur. Quarta autem vice culpatus, debet legibus municipalibus, contra fures editis multari.* Quinto, *quod nullus, quacunq; laceſſitus iniuria, damno vel offenſa, belligeret, contra intraneos, aut ex-* B *traneos, alias omnia damna exinde ſecuta, in bonis eius, aut capite repetantur.*

Caſimirus Rex

Fuit in eadem Conuentione Rex *Caſimirus* per omnes Prælatos, & Barones, & nobiles, communi voto rogatus, *vt literas anteceſſorum ſuorum Regnicolis conceſſas firmaret iuramento, & literis.* Item *vt nullas terras, & ſignanter terras Ruſſiæ, Lucenſem & Podoliæ, à Regno Poloniæ alienaret.* Fama enim communis, eum Regni *Poloniæ*, terras *Podoliæ*, velle *Lithuaniæ* Ducatui adiungere, vulgauerat. Itẽ *vt in Lithuaniam tranſiturus, aliquot Barones, prudentes, & maturos ex Regno Poloniæ ſecum aſſumeret, quorum conſilio, facta, Regnum Poloniæ concernentia, gubernaret.* Item *vt indigna-* C *tionem ſuam Theodorico Buczaczki, Capitaneo Podoliæ,* quam ideo contra eum conceperat, quia Caſtra terræ *Podoliæ*, videlicet *Myedzybore, Chmyelnik, Karawol*, quæ *Lithuani* nouiter occupata detinebant, cum terrigenis *Podoliæ* recuperauit, *indulgeret. Caſimirus* autem Rex, quamuis dixit, ſe cum Baronibus *Lithuaniæ*, qui tunc erant, velle ſuper petitis deliberare. Deliberatione tamen facta, reſpondit. *Se nullatenus aliquot petitorum eſſe facturum, propter iuramentum, primum factum Lithuanis*, contemptisque patriæ precibus, feria quarta in die SS. *Fœlicis* & *Aucti*, nullo in Regno *Poloniæ* poſito ordine, in *Lithuaniam* velociſſimo curſu, cum magna amaritudine, nauſea, & dolore omnium proceſſit: aſſerens ſe in *Li-* D *thuaniæ* Ducatu, magna habere & ardua negotia diſponere & ordinare. Et primum nocturnum in *Opoczno*, alium in *Radom*, tertium in *Kozyenicze*, & quartum in *Lukow* faciens, iter ſuum in *Lithuaniam* continuauit.

ſpretis Polonorum precibus, vtpote in Lithuanos propenſior, in Lithuaniam

magnis itineribus peruenit.

Nicolaus Nowak in Epiſcopum Wratislauienſem conſecratur.

Feria tertia, ante feſtum Natiuitatis ſanctæ Mariæ Virginis, Prælati & Canonici *Wratislauienſes*, celebrato capitulo generali, *Nicolaum* dictum *Nowak*, Decretorum Doctorem, Præpoſitum & Canonicum *Wratislauienſem*, eligunt vniformiter, in Epiſcopum *Wratislauienſem*. Hic fuit ortus de villa Eccleſiæ *Wra-* A *tislauienſis*, prope *Niſzam* dicta *noua villa*, & ab inde ſortitus fuit cognomen *Nowak*, vir frugi & humilis, prudens & induſtrius. Electionem autem ſuam *Vincentius* Archiepiſcopus *Gneſnenſis*, tanquam Metropolitanus, ſpecialibus, & notabilibus nunciis ſuis, videlicet *Andrea Schkoda*, & *Iaroſlao Kokolewski* Canonicis *Wratislauienſibus*, rogatus, confirmat, ipſeq; poſtea in eccleſia ſua *Wratislauienſe*, fuit in Epiſcopum conſecratus, ſtatimque bona Eccleſiæ *Wratislauienſis*, per anteceſſorem ſuum *Venceslaum* obligata & diſtracta, cœpit redimere & inſtaurare. Conſecratus eſt autem præfatus *Nowak* de mandato præfati *Vincentii* Archiepiſcopi *Gneſnenſis*, in Eccleſia *Wratislauienſe*, per *Ioannem* Epiſcopum *Naturien-* B *ſem*, fratrem Ordinis Minorum, *Gneſnenſis* Eccleſiæ Suffraganeum, die Solis vigeſima ſecunda Menſis Octobris.

Poſt diſceſſum *Caſimiri* Regis ex Regno *Poloniæ* in *Lithuaniam*, omnes hoſtes Regni, & ſignanter *Sleſiæ*, graſſari contra Regnum, & illud rapinis, & ſpoliis, captiuationibus, & interfectionibus, Nobilium & Subditorum Regni *Poloniæ*, affligere cœperunt. Duo enim Nobiles de *Wladzin*, fulti ſubſidio Ducum aliquorum, & nobilium *Sleſiæ*, per dolum & fraudem Oppidum *Bodzin* ſubintrant. Onerauerant enim decem currus hominibus armatis, & illi oppidum, quaſi cum aliquibus mercibus, & rebus ingreſſi, aliis gentibus, quæ erant in campo, ſecurum patefecerunt aditum. C Hoſtes itaq; Oppidum prædictum ingreſſi, illud ſpoliant, & ſpoliatum ſuccendunt multisq; prædis onuſti, & ſpoliis, ſine aliqua offenſa redeunt.

Bodzin Oppidum Sleſiæ dolo ingreſſi diripiunt, & incendunt.

Die Dominico ſanctæ *Heduigis* habita eſt Conuentio in Ciuitate *Wyelun* cum Ciuibus de *Wratislauia*, & *Namislow*. Ad quam *Vincentius* Archiepiſcopus *Gneſnenſis*, *Martinus* de *Sławſko* Palatinus *Caliſſienſis*, *Ioannes* de *Konyeczpolie* Regni *Poloniæ* Cancellarius, Capitaneus *Siradienſis* deſcenderant. Et poſt aliquot tractatus, cum prædictis ciuibus *Wratislauienſibus* & *Namislonienſibus*, qui illuc perſonaliter aduenerant, habitos, treugas, ad decem annos duraturas conficiunt, literisque inſcribunt, & firmant.

Pacem Poloni cum Wratislauienſibus, & Namislonienſibus, ad decennium conficiunt.

D Oppidum *Lublin* feria quarta, poſt feſtum Sancti *Michaëlis*, Oppidum vero *Zneyno*, feria ſexta, poſt feſtum ſanctæ *Heduigis* caſibus fortuitis, adeo igne conſumpta ſunt, ut nec aliqua domus in illis ſalua remaneret. Aſſerunt & anno eodem *Bochnyam*, *Xzyaſt*, *Siradiam*, ſed in aliqua ſui parte arſiſſe.

Quædam Oppida in Regno Poloniæ igni ardent.

Secuta, & commiſſa fuerunt hyeme illa in Regno *Poloniæ* ſignanter vero circa *Oſzini*, & circa *Grabow*, per fures de *Sleſia* & *Hungaria*, ſpolia multa, currus mercatorum pannis optimis 1447.

Prædonum externorum,

1447.

optimis onerati, direpti ſunt, res notabiles, in Clenodiis, & pecuniis, mercibusque mercatoribus ablatæ. Miles notabilis *Svvantopelkus* de *Zavada* Subpincerna *Cracovienſis*, dum venatum iviſſet, feria quarta, ante feſtum ſanctæ *Eliſabeth*, per eosdem ſures & latrones de *Sleſia* interſectus eſt, & filius ſuus. Item poſtea *Nicolaus Bawelna* Subpincerna *Siradienſis*, & alii plures capti ſunt, & in *Wladzim* in captivitatem deducti. Nullus tamen tanta mala fortius promovebat, quam proprii Regni *Poloniæ* nobiles, ſubditi, & terrigenæ, rapto & furto vivere ſoliti, quorum aliqui in *Wladzim*, in captivitatem deducturi res & homines iverant, & abinde exeundo, tanquam domeſtici, cum aliis, qui in Regno habitabant, libere bona mercatorum & ſubditorum Regni *Poloniæ* diripiebant. Videntes enim, ex Regno *Poloniæ*, omnem bonum ordinem, & correctionem malorum exulaſſe, & in his, qui multa ſpolia, & furta abſente Rege patraverant, nullam vindictam ſubſecutam fuiſſe, erexerunt animum propter impunitatem, ad omnia mala, & ex bonis nobilibus fures effecti. Nec inventus eſt aliquis, ex omnibus Regni *Poloniæ* Baronibus, qui interponeret ſe ad ſubmovendum tanta ſpolia & furta. Ubique enim viæ & ſtratæ completæ erant furibus. Et quamvis Prælati, & Barones Regni *Poloniæ*, eventum tantorum malorum *Caſimiro* Regi Nuntiis ſuis & literis ſpecialibus ſigoificaſſent, & multis perſvaſionibus peruiſionem Regalem invocaſſent: Sua tamen Serenitas, rebus *Lithuaniæ* intenta, diſtulit, ſuccurrere provisioni Regni ſui. Propter quod hoſtes invidi, & fures Regni, diſſimulatione Regis & Baronum Regni *Poloniæ* cognita, liberius ad omnia deſideria graſſabantur. Sub eodem ſiquidem tempore, *Ioannes Kathowski*, bis terram *Wyelunenſem* ſubintrans, multas villas, in ea ſpoliavit: *Laurentio Zaraba*, Caſtellano *Siradienſe*, & Capitaneo *Wyelunenſe*, nullam reſiſtentiam, aut defenſionem opponente: quamvis idem *Ioannes Kathowski*, occaſione privatæ iniuriæ, ſibi per eundem *Laurentium Zaraba* factæ, huiusmodi ſpolia in terra *Wyelunenſe*, aſſerebat ſe commiſiſſe.

& domeſticorum in Regno Poloniæ

magna vis & copia viget.

Ioannes de Hunniad Gubernator Regni Hungariæ Vladum Palatinum Beſſarabiæ,

Ioannes de *Hunniad* Gubernator Regni *Hungariæ*, collecto non mediocri exercitu, ſimulans ſe contra *Turcas*, iturum in *Beſſarabiam*, cum *Stanculone*, præfecturus illum *Beſſarabiæ* in Voievodam, *Vlad* Voievoda expulſo, deſcendit. Subiotrans autem clandeſtine terram *Beſſerabiæ*, & *Vlad* Voievodam, nullam hoſtilitatem huiusmodi ſuſpicatum, incautum & ſecurum reperiens, una cum filio interfecit, talique viciſſitudine, & retributione dictum *Vlad*, pro eo, quod eum ex conflictu, infœliciter cum *Turcis* prope *Varnam* commiſſo, fugientem exceperat, & per ſuos captivatum, relaxaverat, & remuneratum dimiſerat, præmiat. *Stanculonem* deinde, quem in Voievodam *Beſſarabiæ* reponere promiſerat, exoculat, & terram *Beſſarabiæ*, ſibi uſurpare molitur. Ut autem facilius cogitata perficiat, *Petro* Voievodæ *Moldaviæ*, cui *Vlad*, olim *Beſſarabiæ* Voievoda, erat infeſtus, eo quod *Romano* etiam Voievodæ *Moldaviæ*, filio *Heliæ*, cuius idem *Vlad* germanam habuit in uxorem, de Voievodatu *Moldaviæ* diſceptabant, ſororem ſuam germanam, iam annum quinquageſimum provectam, dat in uxorem: ſpondens illum reponere in terræ *Moldaviæ* pacifica poſſeſſione. Mittitque cum eo aliquas gentes ſuas, ad expellendum *Romanum*, de *Moldavia* terra. *Romanus* autem intelligens, contra ſe *Petrum* Patruum germanum, cum auxilio gentium *Ioannis* de *Huniad* adventare, & maritum ſororis ſuæ, *Vlad*, Voievodam *Beſſarabiæ*, à quo magna ſolebat habere in gentibus ſubſidia, interfectum, & animos *Valachorum*, probè intelligens erga ſe, noo eſſe rectos, præcavens ſibi in futurum, fugam iniit. Et de terra *Valachorum* fugiens, ad terram *Podoliæ* confugit. Ubi ſecurus exiſtens, *Caſimirum* Regem *Poloniæ* tam per literas, quam per Nuncios, tanquam propinquo ſibi ſangvine iunctum (erant enim ex duabus ſororibus geniti) de dando ſibi ſubſidio, multipliciter ſolicitavit. *Petrus* autem Voievoda, totius terræ *Moldaviæ* apprehenſa poſſeſſione, dolos *Ioannis Huniad* expertus, nulla cum eo fœdera facere, aut cum Regno *Hungariæ*, iuxta eiusdem *Ioannis* de *Huniad* perſvaſionem, tenere voluit, ſed per literas, & Nuncios, *Caſimirum* Regem, Prælatosque & Barones *Poloniæ*, humiliter rogavit, quatenus eum à ſe oon abiicerent, ſed tanquam ſubditum, & homagialem Regni *Poloniæ* tuerentur, offerens ſe fideliter ſacræ Coronæ Regni *Poloniæ*, & Regi *Caſimiro* ſeruiturum.

optime de ſe meritum, una cum filio necat.

Petrus Palatinus Valachiæ, Huniadi dolos expertus,

Caſimiro Regi Regnoque Poloniæ ſupplex ſe ſubiicit.

Perſeverante *Caſimiro*, *Poloniæ* Rege, per tempus hyemale in *Lithuania*, & continuis venationibus inſiſtente, multi ex Boyaris, nobilibus, & communitate *Lithuanorum*, Ducis *Michaëlis* Principatum expetebant, & propterea ſecretis conſiliis ac conſpirationibus exqoirebant modos, vias & ingenia, quibus Ducem *Michaëlem*, poſſent in Ducatum magnum *Lithuaniæ* reponere, & illius frui Principatu. Sed nec ipſe Dux *Michael* omnes, quos ſciebat favere ſibi, negligebat inducere muneribus, & promiſſis, quatenus negotia ſua dirigerent, & promoverent. His autem omnibus *Caſimirus Poloniæ* Rex cognitis, omnes Boiaros, & Barones *Lithuaniæ*, quos ſuſpicabatur eſſe Ducis *Michaelis* amicos, de tenutis Caſtrorum deſtituebat, & ſuis fidelibus ea committebat, Majorique induſtria, & diligentia, ſtruebat modos, per quos poſſet prædictum Ducem *Michaelem*, in terris tunc *Maſoviæ*, apud ſuos affines, Duces *Maſoviæ*, *Wladiſlaum* & *Boleſlaum* deliteſcentem comprehendere. Solicitavit, & Magiſtrum *Pruſſiæ*, fratrem *Conradum*, Nunciis & literis, quatenus in caſu, quo idem Dux, *Michael*, per terras Dominiorum

Dux Michael, filius olim Sigismundi, Lithuaniæ Ducatum affectans,

1447. rum ſuorum, vellet latenter fugere, captivare illum, & *Caſimiro* Regi tradere dignaretur. Annuens autem petitioni Regiæ, præfatus *Conradus Pruſſia* Magiſter, in omnibus deſertis nemoribus, inter *Maſoviam*, & *Livoniam*, *Pruſſiamque* ſitis, per quæ veriſimiliter præſumebat, dictum Ducem *Michaëlem* tranſiturum, poſuit excubias, pro ajusdem Ducis *Michaelis* captivatione. Contigit autem, dum idem Dux *Michael*, ex terris *Maſovia*, verſus *Samogithas*, quos ſibi noverat affectos plurimum, per ſylvas, & nemora procederet, metſeptimus, obviavit illi Commendator *Pruthenicus* metnonus, continuam curam de ſua captivitate gerens. Congreſſu autem invicem facto, Commendator vibrato enſe, & capiti ſellæ appoſito, irruit in Ducem *Michaelem*. Sed Dux *Michael*, nudis manibus enſe Commendatoris arrepto, illum ſibi abſtulit, & conatus ſuos eliſit. Senſitque in manibus, non modica vulnera, tandem novem contra ſeptem prævalantibus. Dux *Michael* fugere in paludes, & luta, coactus eſt. Omnes autem ſervitores ſui ſex, per Commendatorem, & ſuos, fuerunt capti. Altera autem die commendator, cum hominibus pedeſtribus, & canibus, dictum Ducem *Michaelem*, longo tempore quæſitum, invenit & comprehendit, & donec vulnera ſua, & ſuorum curata fuerunt, tenuit, poſtea verò illum dimiſit remuneratum. Dimiſſus autem rediit in *Maſoviam*, & exinde in *Sleſiam* devenit, & per Duces *Sleſia Conradum Canthner*, & alios *Oleſchnicenſes* eſt recollectus, & in Caſtris eorum conſervatus. Sed & ibi quoque plures inſidiæ ſibi tendebantur per *Petrum Schaffraniecz* Succamerarium *Cracovienſem* largitione ad id ſubarratum.

a quodam Commendatore in ſylua comprehenſus dimittitur, & primum in Maſouiam, deinde in Sleſiam fugit.

Concluſiones de pace Eccleſiæ Lugduni factas

Carolus Rex *Francia*, tenta pro danda pace ecclaſiæ, & extinguendo ſciſmate in *Lugdano* Dieta, quæ duravit à feſto S. *Jacobi* Apoſtoli, vsque ad diem S. *Luca* Evangeliſtæ, ad quam Nuncii *Nicolai* quinti Papæ. Item Nuncii Concilii *Baſilienſis*, item Nuncii *Fulicis*, gerentis ſe pro Papa, item Nuntii *Romanorum*, *Angliæ*, *Caſtella*, *Navaria*, *Cecilia* Regum, item Nuncii Electorum Imperii, & aliqui Electores præſentes, item Nuntii diverſorum Principum, Spiritualium & Secularium, cum plena poteſtate, item, multi doctores, iuris Divini & humani, fuerunt congregati. Vbi multis tractaibus, pro pace Eccleſiæ habitis, quamvis certa media, pro pacificanda Eccleſia DEI reperiſſent: intelligentes tamen illa ſine *Fulice* concludi non poſſe, iverunt ad illum in *Gebennas*, inveneruntque animum ajus, ad pacem Eccleſiæ dandam, non ſolum inclinatum, ſed etiam deditiſſimum. Et tandem Spiritu Sancto dictante, idem *Fœlix* in omnia pacis media conſenſit. De quo omnes incredibili lætitia erant completi, ſperantes indubiè, per dictum medium, pacem veram & integram, eccleſiæ ſecuturam, cum fidei integritate, authoritatis Eccleſiæ, & generalium Conciliorum conſervatione, ſeranitate conſcientiarum. Statimque ex *Gebennis* iverunt ad Reges ſuos, & abinda *Romam*, aliquorum Regum prædictorum Oratores, ad *Nicolaum*, quintum Papam, rogaturi, ut ipſe *Nicolaus*, omnia media, ſic concepta, & compacta, ratificaret. Qui ut vir magnæ prudentiæ & ſanctitatis, & nihil amplius quam pacem, & vnionem Eccleſiæ ſummopere deſiderans. Nunciis, & Oratoribus, Regum & Principum prædictorum, benigna audientia præſtita, ferè ſingulas Ordinationes, in *Lugduno* digeſtas approbat, acceptat, & admittit. 1447.

Nicolaus quintus Pontifex Romanus approbat.

Caſimirus Rex *Polonia*, Natalis Domini dies celebravit *Vilna*, ubi ad ſuam Serenitatem, Ducis *Moſchovitarum*, item Ducum de *Syewior*, item *Tartarorum* Imperatoris, item Communitatis *Novogrodenſis*, item Magiſtrorum, *Pruſſia* & *Livonia*, Nuncii & Oratores confluxerunt: plurima illi offerentes duna, & congaudentes de ſua in Regnum *Polonia* exaltatione. Quos votivè, & prudenter expediens, ad propria remuneratos remiſit. Ex *Vilna* proceſſit in *Brzeſczye*, & ibi ferè totā Quadrageſimam continuavit. Pro Dominica vero Palmarum, *Vilnam* reverſus eſt, & ibi egit dies feſtos Paſchæ, illuc ad ſuam Majeſtatem *Zophia Polonia* Regina, genitrix ſua, advenit, & multis ſalubribus, cum eo habitis tractatibus, remunerata, in Regnum *Polonia* poſt conductum Paſchæ rediit. Non enim poterat ipſa Regina, cum curia ſua notabili, illic longos ſtare dies, propter nimiam penuriam, atque famem, quæ tunc vehementer terram *Lithuania*, affligebat. 1448.

Caſimiro Regi, nonnulli Principes, de illius ad Regnum Polonia exaltatione, muneribus etiam oblatis congratulantur.

Peractis diebus Paſchæ & Pentecoſtes, *Caſimirus Polonia* Rex, pro feſto S. Trinitatis, venit in *Brzeſczye Ruthenicale*, deinde per *Parczow*, Sabbato poſt feſtum Corporis Chriſti, intravit Oppidum *Lublin*, ubi *Zophia* Regina *Polonia* ei occurrens, ipſum excepit. In quo decim diebus generalem tenuit Conventionem. Convenerant enim illuc, vtriusque Dominii Prælati, Principes, Dignitarii, & Barones, tam videlicer Regni *Polonia*, quam Ducatus magni *Lithuania*. Da Regno ſiquidem venerant, *Vincentius* Archiepiſcopus, & Primas, *Ioannes* Archiepiſcopus *Leopolienſis*, *Sbigneus Cracovienſis*, *Wladislaus Wladulavienſis*, *Andreas Poſnanienſis*, Epiſcopi, *Ioannes* de *Czizow* Caſtellanus & Capitaneus, *Ioannes* da *Thaczin* Palatinus *Cracovienſis*, *Lucas* de *Gorka Poſnanienſis*, *Ioannes* de *Oleſchnicza Sandomirienſis*, *Albertus* de *Malo Lancicienſis*, *Petrus Odrowoſa Leopolienſis*, *Hriczko Podolia*, Palatini, *Przedborius* da *Konyeczpolie Sandomirienſis*, *Creslaus* de *Kurozwaki Lublinenſis*, *Theodoricus Podolia*, Caſtellani, & alii multi nobiles, Barones & milites. Ex parte vero magni Ducatus *Lithuania*, advenerant, *Matthias* Epiſcopus *Vilnenſis*, Dux *Georgius Langwinowicz*, Dux *Georgius Syemienowicz*,

Altera Conventio generalis facta per Caſimirum Regem in Lublin.

Dux

1448. Dux *Vaſillo Kraſſni*, Dux *Oſtrowski*, *Gaſtoldus Vilnenſis, Monividus Trocenſis* Palatini, *Petrus Montigerdowicz*, Marſſalcus magni Ducatus *Lithuaniæ*, & alii multi nobiles, & Barones de *Lithuania*. Omnes autem hi de *Lithuania* Conſiliarii, in tentoriis ſuas habebant manſiones, circa fluvium *Biſtrzicza*: *Caſimiro* Rege, in neceſſariis, in abundantia illos tractante. Conventione autem prædicta inſtaurata, & omnibus Conſiliariis utriusque Dominii convenientibus, cœperunt Prælati, Principes, & Boiari, magni Ducatus *Lithuaniæ*, Prælatis, Baronibus, & Dignitariis Regni Poloniæ proponere, *qualiter per inſcriptiones, fœdera, & ligas, inter Regnum Poloniæ ab una, & Ducatum magnum Lithuaniæ, partibus ab altera, ſub divis principibus, Wladislao Rege Poloniæ, & Vithawdo, Duce magno Lithuaniæ, confectas*, nimium gravarentur, *ex his præſertim verbis, ubi prædicti duo Principes, Wladislaus Rex Poloniæ, & Alexander Vithawdus, magnus Lithuaniæ Dux, omnes terras Lithuaniæ, & Ruſſiæ, Regno Poloniæ perpetuo uniendo, in ſuis literis, terras Lithuaniæ, Samogithiæ, & Ruſſiæ, Regno Poloniæ perpetuo, ſcribunt ſe incorporaſſe, univiſſe, & appropriaſſe.* Petentes, *ut verba hujusmodi ex literis inſcriptionum tollerentur, ne verba prædicta, Prælatos, Principes & Baronos Lithuaniæ declararent Regno Poloniæ perpetuò eſſe obnoxios, & quodammodo inferiores & ſubjectos.* Rogabant deinde, *quatenus terra Podoliæ, item Caſtrum Olyeſchko, & Diſtrictus Wiethly, Lopaczin, & Hrodlo eis redderentur, attento, quod Dux magnus Lithuaniæ Withawdus, in diebus ſui regiminis, illa poſſediſſet*, & allegantes *terram Podoliæ, poſt mortem Ducis magni Withawdi, à magno Ducatu Lithuaniæ præter juſtitiam abſtractam fuiſſe.* Prælati verò & Barones *Poloniæ*, per *Caſimirum* Regem rogati, quatenus cum Boiaris *Lithuaniæ*, benignè, & charitative ſe gererent, & modeſte illis, atque amice, ad eorum poſtulationes, reſponderent, talemque viam reperirent, prudentem, quæ eos non exacerbaret, neque moleſtos, atque gravatos efficeret. Habita notabili deliberatione, illud invenerunt medium, quod omnia propoſita Baronum *Lithuaniæ* facile ſolveret, ut videlicet Regnum *Poloniæ*, cum Ducatu magno *Lithuaniæ*, ſecundum intentionem priorum Principum, *Wladislai Poloniæ* Regis & *Vithawdi*, magni Ducis *Lithuaniæ*, ſub uno Rege, & Principe foret, & utrumque Dominium, de cetero vocatur Regnum *Poloniæ*, titulo magni Ducatus *Lithuaniæ* extincto. Quodque *Lithuaniæ, Samogithiæ* & *Ruſſiæ* terræ, quæ nunc Ducatui magno ſubſunt, in eadem ſorte, conditione, iure, priuilegio, & libertate, qua terræ *Craconienſis, Sandomirienſis, Lublinenſis, Leopolienſis*, *Podoliæ*, & aliæ conſiſtant. A Polonorum itaque Proceribus, quæſtio & interrogatio tunc in *Lithuanos* mota, & propoſita eſt, *an vellent amplius & de cetero ſub uno*

in qua de Lithuaniæ Ducatu cum Regno Poloniæ coniungendo diſceptatur,

et de proprietate terræ Podoliæ, aliisq; nonnullis diſtrictibus.

Rege & Principe, cum illis perpetuò eſſe. Quoniam, ea quæſtione abſoluta, nulla poſſet A de cetero, neque de privilegiis ſeu fœderibus, neque de terra *Podoliæ*, & Diſtrictibus prædictis, differentia ſuboriri: cum omnia eſſent vnum, neque limitibus aliquibus, velut corpus vnum, poſſent diſterminari, & ſecerni. Tali propoſitione Boiari *Lithuaniæ* requiſiti, deliberatione habita, reſpondent, *ſe cum Regno Poloniæ non recuſare eſſe, ſub vno rectore, & Principe, non in perpetuum quidem, ſed ad illud tempus, quo modernus Caſimirus Rex Poloniæ, & proles, ex radice, & femore ſuo deſcendens, vixerit. Nullatenus autem poſſe in eam conditionem annuere, & conſentire, ut terræ Lithuaniæ taliter Regno Poloniæ vnirentur, & eiusdem conditionis eſſent, qualis ſunt terra, Craconienſis,* B *& Siradienſis & aliæ: cum turpe eſſet illis, & titulum Ducatus magni Lithuaniæ ſupprimere, & omnem gloriam, famam, & nomen, in communem Regni Poloniæ titulum infuſum obfuſcare.* Poſtulant igitur, & multis precibus expoſcunt, *ut corrigantur literæ, & terra Podoliæ cum Diſtrictibus ſupra deſcriptis dentur.* Super qua poſtulatione, tale eis, per Regni *Poloniæ* Proceres, æditur reſponſum. *Non eſt vetuſtate deletum, nec diuturnitate abolitum, ſed recens & publicum vulgare factum, quando Regnum Poloniæ, ſpretis multis excellentiſſimis Principibus Catholicis, qui illius affectabant regimen, Principem veſtrum Wladislaum, olim Regem Poloniæ, tunc Iagyel vocatum, in Dominum & Regem Po-* C *loniæ receperit, quatuor conditionibus, prius per eum firmatis. Prima quidem, ut fidem Catholicam, cum omni ſua gente ſuſciperet. Secunda, ut omnes terras ditioni ſuæ tunc ſubiectas Regno Poloniæ perpetuo appropriaret, & incorporaret. Tertia, ut theſauros omnes, in Regnum Poloniæ induceret. Quarta, ut omnes Catholicos captivos relaxaret. Eo autem accepto in Regem, illuſtriſſimam illi dederunt pro Conſorte Hedwigim, Ludovici Regis Poloniæ & Hungariæ filiam. Qui promiſſionum ſuarum non immemor, omnibus diebus, quibus vixit, tam a propriis, quam a forenſibus, quæſiuit modos, ingenia & conſilia, quibus terras Lithuaniæ Regno Poloniæ perpetuo uniret. Reperit autem modum* D *optimum, ut vos primum ſacro fonte renatos, nobis in Dignitatibus, honoribus, & nobilitate æquavit, & arma, quæ in ſignum nobilitatis detulimus, glutinando nos vobis, deferenda dedit, per multasque inſcriptiones, diverſis temporibus habitas, Regno Poloniæ, Ducatum magnum Lithuaniæ laudante, conſentiente, & approbante Duce magno Lithuaniæ Withawdo, & univerſis antiquis, quorum aliqui adhuc ſuperſunt, Ducibus & Boiaris Lithuaniæ appropriavit, & incorporavit. Non licet igitur nobis aliqua inſcriptionibus prædictis addere, corrigere, vel detrahere, quæ multorum capitum prudentia, ſolertia, & induſtria, cum magnis ſumptibus & expenſis ſunt confecta, quoniam correctio huiusmodi, & detractio, omnes in-* 1448.

1448. *ſcriptiones, uniones, & incorporationes viciaret, & penitus redderet caſſas & inanes. Cæterum ſatis miramur, quod dari ſibi terram Podoliæ,* A *quam nos pro dimidietate Regni noſtri, propter fœcundum ſolum computamus, expetitis: allegantes illam eſſe de Ducatu magni Lithuaniæ proprietate, cum notorium, publicum, & clarum ſit, quod terram prædictam Caſimirus ſecundus Rex Poloniæ, ſub Tartaris conquiſivit. Et multis illam tenens pacificè temporibus, multa caſtra, videlicet Camyeniecz, Chaczen, Czeczny, Bakota, Braczlavv, Myedziboze, & alia vel muro, vel lignis conſtruxit. Fuitque terra prædicta, in Regni Poloniæ longa diuturnaque poſſeſſione: quam, morte Caſimiri Regis ſecuta, Rex Poloniæ Ludovicus tenuit; Quo ſublato Wladislaus Iagyel eius poſſeſſor, vt Rex Poloniæ fuit: quam iure ſuo regali Spithkoni de Melſthin, militi ſuo, propter eius* B *ſeruitia & merita, perpetuo in feudum donauit. Et eo mortuo, iterum eam Duci Svvitrigal, fratri ſuo contulit, ad vitæ tempora, de quo apud nos clariſſima teſtimonia ſeruantur. Ex eo verò, quod illam magnus Dux Vithaudus aliquot annis tenuit, nullum ius a vobis poteſt vendicari: cum illam ex donatione Wladislai Regis Poloniæ tenuerit: Duce Svvitrigiellone ex ea fugiente. Quod & moriturus prædictus Dux Vithavvdus recognouit. Et perpendens W^a^dislaum Regem eſſe perplexum, ne morte ſua ſecuta, terra prædicta, a Regno ſuo Poloniæ abſtraheretur, illico pro omnibus Capitaneis, & terrigenis terræ Podoliæ mittens, omnes ſacramentum præſtare iuſſit, ne poſt mortem ſuam, eandem terram alicui alteri,* C *præterquam Wladislao Regi, aut Regno ſuo Poloniæ, reſignarent. Qui iuſſa præfati Ducis & promiſſa complentes, terram Podoliæ prædictam, morte Vithavvdi, magni Ducis Lithuaniæ, ſecuta, Wladiclao Regi Poloniæ ſponte reddiderunt. Nec vnquam ſuper illa, inter nos, & vos, fuit aliqua concertatio, quæſtio & differentia. Sed Regnum Poloniæ, in eius fuit quieta & pacifica poſſeſſione. Sed neque liberalitas Wladislai Regis Poloniæ, in Lithuaniæ Ducem prædictum, magnum Vithavvdum, largitione temporali, prædicta terra Podoliæ collata, trahi debet per vos, in alicuius proprietatis vſurpationem, aut debiti neceſſitatem. Si tamen exiſtimatis nos, vobis, occaſione prædictæ terræ Podoliæ, in aliquo iniurios eſſe, offerimus nos bo-* D *norum, iuſtorum & proborum hominum, ſine paſſione, affectu, vel metu iudicantium, ſtare deciſioni & decreto. Et non ſolum ſuper præfata terra Podoliæ, ſed etiam ſuper præfatis Diſtrictibus Olyeſchko, videlicet Lopaczino, Wyethli, & Hrodlo, qui de proprietate, iure & titulo, Regni Poloniæ eſſe dinoſcuntur, & quos Dux magnus olim Lithuaniæ Sigismundus, per literas ſuas patentes, recognoſcit, non eſſe ſuos, neque aliquid iuris proprietatisue, ſe, aut Ducatum magnum Lithuaniæ, in illis habere, ſimilem vobis offerimus iuris, iuſticiæ & æquitatis conditionem.* Quibus auditis Boiari Ducatus magni *Lithuaniæ*, videntes ſe in iuſtitia deficere, deſtiterunt amplius loqui, & interpellare Barones *Poloniæ*, pro terræ *Podoliæ* reſtitutione. 1448.

Ad hanc Conventiooem *Lublinenſem*, redieruor Nuncii *Caſimiri* Regis, aliaa in Urbem, ad *Nicolaum* quintũ Papam, cum obedienria miſſi, videlicet *Viſchota* de *Gorka* Præpoſitus *Poſnanienſis*, & *Petrus* de *Schamotuly*, Caſtellanus *Caliſſienſis*. Cum quibua *Baptiſta* Epiſcopus *Camerienſis*, præſati *Nicolai* Papæ, ad *Caſimirum* Regem, & Regnum *Poloniæ*, cum poteſtate Legati de latere, Nuncius & Orator miſſus advenit. Qui feria qointa in Octava Corporis Chriſti, habita aodientia publica, & facta brevi oratione, commendavit plurimom *Caſimirum* Regem, de data obedientia. Deiode loco muneris, præſenravit Regi, ex parte Papæ Roſam auream, penſantem centum aureos. Io audientia aurem, ſecreta, præſentavit Caſimiro Regi Bullam ſuper nonaginta nominationibus, ſuper tota Provincia *Gneſnenſe*, aliam pro ſubſidio contra Tartaros, exactionem in Clero Proviociæ *Gneſnenſis*, ſuper decem millibua florennorum. Vltimo expoſuit, quod *Nicolaus* quintus Papa, creationem *Sbignei, Cracovienſis* Epiſcopi, factam olim, per *Eugenium* quartam Papam in Cardinalem, pro honore Regis, & Regni *Poloniæ*, innovavit, & confirmavit. De quibus omnibua *Caſimirus* Rex gratjas ſummo Pontifici *Romano Nicolao* quinto agens, eundem *Ioannem Baptiſtam* Epiſcopum & Legatum expenſis latgis procuravit.

Cum Legatis Polonicis, qui ad Pontificem Romanum Nicolaum quintum, declarandæ obedientiæ cauſa, miſſi erant, eiusdem Pontificis Legatus, in Poloniam venit, roſam auream & quaſdam Bullas muneris loco Caſimiro Regi ferens.

Feria quarta, in die ſancti *Bonifatii*, licenciatis *Caſimirus* Rex Prælatis & Baronibus Regni ſui *Poloniæ*, & Ducatus magni *Lithuaniæ*, diſſolutaque Conventione, ex *Lublin* diſcedit, & per *Vrzadow* & *Zavichoſt*, feria ſexta poſt prandium, venir *Sandomiriam*, ubi ſtetit ad feriam quintam. Fecerat tamen, intra dies illos, deſcenſum in *Prziſchow* ad venatioo'es. Feria quinta recedens *Sandomiria*, per *Opathow* venit ad ſanctam Crucem, io Calvum montem. Vbi adorato ligno ſanctæ Crucis, per *Schidlow*, & *Proſchenice*, comitanre eum *Zophia* Regina *Poloniæ* genitrice ſua venit *Cracoviam*, feria quinta, aote feſtum S. *Ioannis* Baptiſtæ. Vbi iam eum *Ioannes Baptiſta*, Nuntius Apoſtolicus diebus aliquot præceſſerat, & fuit, per Prælatos, & Canonicos Eccleſiæ Cathedralis *Cracovienſis*, & omnes Conventualea Eccleſiaa, ac Civea *Cracovienſes*, qui in mille videlicet equorum Comitiva ſibi exiveraut in obvium, ſplendide receptus. Vniverſitas tamen *Cracovienſis*, nullam ei, etiam monita & rogata, voluit facere reverentiam, propter tractatum, quem profiteodo veritatem condiderat, & in quo *Baſilienſe* Concilium, rite congregatum, *Eugenium* quartam deponere, & *Fulicem* eligere potuiſſe, ex ſcripturis pluribus declaravit. Fremebat autem prædictus Epiſcopus *Baptiſta*, contra Voiverſitatem, & niſi prudentiſſimis perſvaſionibos, &

Legatus Nicolai quinti Papæ a Sbigneo Cracovienſe Epiſcopo, & eius Clero Ciuibusque Cracovienſibus, præter Vniverſitatem, quæ Eugenium Papam agnoſcebat, cum ſummo honore excitapitur.

1448. rationibus, per *Sbigneum* Cardinalem,& Epiſcopum *Cracovienſem*, fuiſſet mitigatus, decreverat plures de Univerſitate ſuis privare beneficiis,& eiicere eos de conſenſu *Caſimiri* Regis ex Regno. Ipſe tamen Cardinalis dedit viam, per quam hæc omnia, in pulchro ordine compoſita fuerunt,& reſtricta, & pax *Cracovienſi* ſtudio atque honos ſervatus.

Rathiborienſes & Oſzvviaczimenſes Duces Caſimiro Regi aſſiſtentiam & fidem promittunt.

Caſimiro Polonia Rege manſionem ſuam *Cracovia*, decemocto diebus continuante, *Nicolaus* & *Venceslaus* Duces *Rathiborienſes*, ac *Venceslaus*,& *Janusſius Oſſzwiaczimenſes*, venerant ad ſuam Serenitatem, promittentes, omnem aſſiſtentiam & fidem. Quos *Caſimirus* Rex *Polonia* magnifice honoravit,& Regaliter remuneratos, ad propria remiſit.

Boleslaus Dux Theſſnenſis Annam, neptem ex ſorore Zophia Regina Polonia, ducit in vxorem.

Sub idem tempus, *Boleslaus* Dux *Theſchnenſis*, neptem germanam ex ſorore *Zophia* Reginæ *Polonia*, Virginem *Annam*, Duciſſam *Ruſſia*, die Dominico, ante feſtum Viſitationis ſanctæ *Maria* Virginis, accepit in vxorem. Cui *Caſimirus Polonia* Rex, ex munificentia Regali, pro dote, duo millia florenorum aſſignavit, de theſauro Regni *Polonia*. Obligans eum affinitate huiuſmodi, ad amicitiam, Regno *Polonia* præſtandam arctiorem; qui & ipſe ſua ſponte in Regni *Polonia* amplitudinem fervidum habebat,& præproperum ante eam affinitatem, ingenium. *Fœlicem* & beatum ſe publice aſtruens, ſi Ducatus *Sleſia*, ſinguli, ad corpus Regni *Polonia*, a quo abſtracti, per iniquitatem erant, reddi, & reuniri, in ſuis diebus contigiſſet.

Caſimiro Regi in Ruſſiam iter facienti, mors Romani Palatini Moldauia nunciatur.

Feria ſecunda, ante feſtum ſanctæ *Margaretha*, *Caſimirus* Rex *Polonia*, exivit *Cracovia*, in *Wyeliczkam* ad prandiom, & ad noctem, & per ſolitas ſtationes ſuas, iter ſuum verſus terras *Ruſſia* maturabat. Quo in *Woynicz* agente, ad illum Nuncius allatus eſt, referens ſibi verbo & literis, Voievodam *Moldavia Romanum Helia* Voievodæ fratrem amitalem, toxico, dato ſibi a ſuis quibuſdam Baronibus, feria tertia, in die Viſitationis ſanctæ *Maria* Virginis, diem obiiſſe, ſuper cuius morte compatiens, tanto celerius, in terras *Ruſſia* proceſſit, ut terras *Moldavia*, ad pacem & bonum ordinem reponeret. Die Dominico poſt feſtum ſanctæ *Margaretha* intravit *Przemisliam*, deinde procedit verſus *Leopolim*.

In templo Sandomirienſi

ſignum Paſſionis Dominica

& plerique

Eadem feria ſecunda, qua Rex *Caſimirus Cracouia*, verſus terras *Ruſſia*, foerat egreſſus, in Eccleſiam beatæ *Maria* Virginis *Sandomirienſem*, fulmen aduenit,& tectum medii verticis templi, ex aſpectu pinnaculi linealiter, a ſummo deorſum mouit,& per foramen teſtitudinia ingreſſum faciens, in templi interiora, primum Crucem Paſſionis, in medio Eccleſiæ pendentem, in tenues portiones diſſipavit, & manum ſiniſtram, a iunctura cubiti diſiunxit, ferrum quo Paſſio ſuſtentabatur, frangens,& aliquot quadratos lapides, de muro templi auulſit. Virginem *Magdalenam*, filiam Aduocati de *Lagow*, tunc coram *Petro* Baccalaureo & Viccario facientem confeſſionem, in capitis A dextro tempore percutiens, interficit. Eundem vero *Petrum* Baccalaureum in manu ſiniſtra graviter aduſſit,& calceum vnius pedis mirabiliter laniavit. Vnum ex Sanctuariis, in humeris percuſſit. Multi inſuper alii in pedibus aduſti, de templo, aut ducebantur adiuti aut portabantur. Nemo in Eccleſia fuit, qui vel ſubito terrore percuſſus, non corruit, vel obſtupefactus, in obliuionem ſui non venit. Ignis enim fulminis, totam Eccleſiam repleuerat. Qui ſi eum primo impeto, in numero denſiore, per Eccleſiam diſcuriſſet, omnes in Eccleſia poſiti, aut mortui, aut inſanabiliter læſi fuiſſent. Verum impetus materiæ, propter tot reflexiones, & ad tantam diſtantiam deportatas, B langvidatus eſt. Sed & ignis ipſius denſitatem tantum ſubtiliaverat, quod illi, qui circa terram diffundebatur, propter materiæ raritatem, oon inferebat vſtionis nocumenta. Erat Eccleſia prædicta, plena foetore ſulphureo, & fumo, ex huiuſmodi fulminis percuſſione.

1448. *homines ictu fulminis afflantur.*

Ad Caſimirum Polonia Regem delectum militum habentem, proretinenda Moldauia,

Die Dominico, ante feſtum ſanctæ *Maria Magdalena*, venit *Caſimirus Polonia* Rex *Leopolim*, vbi ſtetit diebus undecim. Intra qvos deliberabat, exercitualiter ire, verſus terras *Moldauia*, auiſatus, quod *Petrus* Voievoda *Moldaviæ*, de ſubſidio, *Ioannis* de *Huniad* Regni *Hungaria* Gubernatoris, confidens ſuæ Serenitati facere reſiſtentiam, parabat. Vnde omnibus terris *Ruſſia*, videlicet *Przemislienſi*, *Leopolienſi*, C *Podolia*, *Chelmenſi*, & *Belzenſi*, mandat ad arma conſurgere,& exercitualiter in *Halicz*, pro die Dominico, poſt feſtum S. *Petri* ad vincula, venire. Ibi venit ad ſuam Serenitatem *Maria* relicta *Helia* Voievodæ, *Moldauia*, habens in Comitatu, ducentos eqvos de *Valachis*, qui partem filii ſui *Romani*, dum viueret, ſequebantur,& eo mortuo, ad *Caſimirum Polonia* Regem, tanquam principalem declinabant. *Caſimirus* autem Rex conditioni præfatæ *Maria*, amitæ ſuæ, compatiens, Oppidum *Colomia* ſibi donat ad manendum. Baronibus vero *Valachia*, notabile facit in pecuniis ſubſidium: mandans eis ſecum proficiſci, eorum ſtatui & perſonis prouiſurus.

Maria coniux Helia defuncti, comitata ducentis equis, venit Leopolim.

Exercitus terrarum Ruſſia Haliciam ad Caſimirum Regem confluit,

& Ioannes Grzimyaczki Regi charus in fluuio Lippa ſubmergitur.

D Feria quarta, ante feſtum S. *Petri* ad vincula. *Caſimirus* Rex *Polonia*, de *Leopoli* in *Bobrka* egreſſus, feria ſexta poſt feſtum ſancti *Petri*, venit in *Halicz*. Vbi ſtetit quatuor diebus: Exercitu terrarum *Ruſſia*, illuc ad ſuam Serenitatem confluente. Quo illic ſtante, & venationi auium inſiſtente, familiaris ſuæ Curiæ, *Ioannes Grzimyaczki*, *Polonus* nobilis, ſibi ex diuturno ſeruitio, per totum tempus, quo erat in *Lithuania*, præſtito, ſingulariter charus, volens vadum, in fluuio *Lippa* tentare, ſubito ſubmerſus eſt,& poſt aliquaa horas vix repertus: quamuis flumen facilis eſſet vadi,& paruam haberet aquam in alueo,& tandem in Eccleſia parochiali in *Halicz* ſepultus.

1446. de manu celebrantis ſuſcipere Euchariſtiæ communionem. Qua re in diem alteram, quæ fuit vigeſima octava, menſis Martii, dilata, cum omni ſolennitate & devotione, per *Vincentium* Archiepiſcopum *Gneſnenſem*, celebratio miſſæ, & tam Pontificum, quam Baronum, procuratio expedita, cum magnaque humilitate, ſilentio & devotione, Conſilii locum ingreſſi, tractatus haberi novi, per eos Prælatos, & Barones, quibus altior de futuro inteſtino bello inerat formido, ſunt interiecti. Ponebatur enim primum in deliberationem, *an jam ad electionem futuri Regis procedendum eſſet: Duce Caſimiro, & ejus priori electione penitus abrogatis, an novis Nunciis de ſuſcipiendo Regni Poloniæ regimine ſolicitandus nihilominus adhuc eſſet Dux Caſimirus.* Poſt varios autem tractatus, placuit *ad electionem alterius Regis procedi. Cujus uniformi electione ſecuta, Caſimiro Duci corrigendi remanſiones ſuas, & ad bonam mentem redeundi, facultatem relinqui. Futurum enim eſſe*, prout evenit, rati, *ut Ducem Caſimirum, non ſolum electio alterius, quam in aliud longius tempus præſumebat differendam, ſed etiam ipſius electi qualitas, & conditio irritaret, & ad melius ſapiendum impelleret.* Hæc via etſi à majori parte accepta eſſet, cum per illam ſatis ingenue, pro evitando inteſtino ſchiſmate, provideretur: plures tamen illam improbabant, veriti *ex ea plures ſimultates, & odia, inter electos & eligentes, ſecutura, ſtudiis & livore partium, enixius unam quam alteram promovere geſtientium.* Eo tamen non obſtante, juxta ſententiam majoris partis placuit ad electionem procedi. Metropolitanus itaque *Gneſnenſis Vincentius*, electionem hujuſmodi orſurus, plures Principes & Propinquos, & longius poſitos commemorando, etiam de vita, moribus & actionibus eorum plura diſſeruit, comparationeque illorum ad invicem facta. *Fredericum* Marchionem *Brandeburgenſem*, & propter prudentiam, quæ in eo etiam in annis adoleſcentiæ relucebat, & quæ tandem ſucceſſu temporis aucta & amplificata eſt, tum propter *Polonici* idiomatis peritiam, Dominiorumque ſuorum vicinitatem, cæteris reprobatis, eligebat: Hunc *Sbigneus Cracovienſis* Epiſcopus, qui ſecundo loco ſententiam dabat, ſecutus, *neminem æque utilem, æque idoneum, ad regimen Regni Poloniæ, quam præfatum Marchionem Fredericum* diſſeruit. *Illum omnibus Principibus Alamaniæ prudentiorem, illum continentem, illum modeſtum, illum Regni Poloniæ alumnum, cui, propriis Principibus neglectis, per priſcos Conſiliarios, una cum filia olim Wladislai Regis Hedvigi, repromiſſa erat Regni ſucceſſio. Illum enim futurum, in ædificiis, in locatione urbium, in portuum maris, & terrarum Ruſſiæ & Podoliæ proviſione inſtauratorem. Illum in Regni defenſione, contra hoſtes quoslibet, & ſignanter contra Ducem Lithuaniæ Caſimirum, ſi hoſtile quid moliretur, velut eum, cui Magiſter & Ordo Cruciferorum, de Pruſſia, parere & favere multiplici reſpectu cogeretur, ſtrenuum & animoſum defenſorem. Illum in procuranda pace & ordinatione, ac policie Regni ſtudioſum & ſolicitum proviſorem*, diſſerebat *fore. Advenisſeque Divina propiciatione* aſtruebat, *tempus, quo Regnum Poloniæ, multis malis moribus, oppreſſionibus, malo ordine, pejori politia, angariis ſervituteque Poduodarum, pluribusque aliis abuſibus jactatum, gubernatione providi Principis, hæc omnia execrantis, ad frugem multiplicis decoris conſurgeret, cæterorumque Catholicorum Regnorũ, & terrarum æquaretur ſplendori. Scire ſe Regnum Bohemiæ, quamdiu per proprios & naturales adminiſtrabatur Principes, tenue & deforme extitiſſe, ſed ex parvo & ignobili nobilitatum per Almanos Principes, in ejus regimen ex Lucenborg accerſitos, fuiſſe. Regnum quoque Poloniæ optimo ordine nobilitandum, & Imperii Romani gubernacula in illud transferenda fore, ſi Fredericum Marchionem pro Rege aſſumpſerit. Sed & pacis, juſtitiæ & boni ordinis, omniumque bonarum artium, quibus Regnum inſtitueretur & regularetur, abundantiam per eum proventuram.* Duo poſthæc Epiſcopi *Wladislaus Wladislavienſis* & *Andreas Poſnanienſis* vota fundendo, *Gneſnenſem, Cracovienſemque* Pontifices ſecuti ſunt, & propter probitates per *Sbigneum Cracovienſem* Epiſcopum deductas, *Fredericum* Marchionem *Brandeburgenſem*, Solio Regio digniſſimum judicabant, beatamque fore Rempublicam Regni *Poloniæ*, ſi illius regimen *Fredericus* nactus eſſet; *Paulus* deinde *Plocenſis*, rogatus ſententiam dicere, ita votum abſolvit. *Non placere ſibi extraneos, quantumcunque virtuoſos Principes ad regimen Regni Poloniæ aſſumi: cum extent duo Principes Maſoviæ, Wladislaus & Boleslaus, ſatis præſtantes & virtuoſi, ex antiqua Regum Poloniæ proſapia ducentes originem, qui omnibus, velut fideliores, forenſibus debeant præferri, attento, quod ſingula incumbentia onera Regni, quantumcunque periculoſa, fideliter tulerint, & contra quoscunque hoſtes, arma induerint, iniquum & injuſtum ſibi videri, illis neglectis, alios eligi.* Dum finem dicendi Pontifices feciſſent, *Ioannes* de *Czizow*, Caſtellanus *Cracovienſis*, primum electionem *Frederici* Marchionis, à quatuor Pontificibus factam, improbavit. *Ex quo*, inquit, *ad electionem futuri Regis perventum eſt, extantibus propriis Principibus, non placet aliquo modo Almanum aſſumi, & hæreditatem, ſucceſſionemque Maſoviæ Principum, aliis, cum eorum injuria, dari. Sed & mores Polonorum regulationesque cum Theutonicis non convenire, & Poloniam magis florentem fore, ſi per vetuſtos ſuos reguletur mores. Neque id attendendum, quod filia Wladislai Regis Heduigi maritus, non de propriis, ſed extraneis lectus ſit: Nulli enim tunc proprii Principes extabant, qui in gradu prohibito filiam Regis non contingerent. Nunc aliud eſſe tempus, quo Re-*

Digitized by Google

1446. *Regnum Polonia, Lithuania Principibus olim introductis, ad naturales hæredes redeat*, ex duobusque Principibus, *Maſouia*, Ducem A *Boleslaum* ſingulari prudentia, prouidentia & ſactiuitate pollentem, eligebat. Cuius in Regnum ſucceſſionem Regno *Polonia* profuturam, multifarie deduxit, cum *quod Principatus ſui & Dominia ad reintegrationem Regni accederent, qua quibuscunque aliorum Principum terris, propter vicinitatem, & identitatem lingua, & regionum, cenſeri deberent potiora*, tum *quod Dux ipſe præcipuus eſſet cultor iuſtitia, & in eos, qui furto & rapto viuere ſoliti ſunt, rigidus animaduerſor, Domusque & Curia ſua ſolicitus prouiſor, ac morum aui ſui Ianuſſii, qui Ducatum ſuum tunc ſterilem, ad optimam frugem reduxerat, imitator. Futurumque eſſe, vt Regnum Polonia per prouidentiam ſuam reſloreſcat. Ioannes* de *Thaczin* Palatinus *Craconienſis*, pri- B mum, poſt Caſtellanum *Craconienſem*, locum tenens, ſententiam ſuam explicando. *Multorum Principum ea tempeſtate florentium, vitam & mores* inducens, *neminem tamen pro regimine Regni Polonia aptiorem, quam Boleslaum Ducem Maſouia* aſtruxit, & Ipſum pro ſuo voto futurum Regem declarauit. *Cuius ſingulas virtutes enumerans, nullam tamen æque in eo, iuxta ac iuſtitiam relucentem, Regno Polonia, & cuilibet Reipublica, neceſſariam* monſtrauit, *animumque in defenſionem Dominiorum ſuorum vaſtum & ferocem ſibi ineſſe* deducens, *in pluribus quidem, ſed in eo maxime, quod potentia Lithuanorum occurrens, ea peritia diſciplinaque militari ordines inſtruxerat, vt Lithuanos illum* C *formidantes, & futuram illi, ſi decerneretur, victoriam portendentes, ad aquas pacis conditiones pertraheret*. Palatinus deinde *Poſnanienſis*, *Lucas* de *Gorka*, in commendationem Ducis *Boleslai Maſouia*, verbis pluribus vſus, illum eligebat: aſſerens *illum genus Polonorum, vltra alios Principes amaturum*. Hunc *Ioannes* de *Oleſchnica* Palatinus *Sandomirienſis* ſecutus, & *Boleslai virtutem, præcipue in adminiſtranda iuſtitia, Throno dignam Regio*, indicabat. In cæteris Palatinis & Dignitariis, ſententiam dicere iuſſis, diuiſa vota erant, in *Boleslaum Maſouia* Ducem, & *Fredericum* Marchionem *Brandeburgenſem*. Maior tamen pars, & præ- D fertim multitudo Nobilium, quæ aderat, concordi acclamatione & voce Ducem *Maſonia Boleslaum* Regem *Polonia* declarabat. Itaque & Pontifices, qui *Fredericum* Marchionem *Brandeburgenſem* eligebant, videntes maiorem partem in *Boleslaum* Ducem conſenſiſſe, vt fortior eſſet electio, mutato voto, Ducem *Maſonia Boleslaum* elegerunt. Cumque nullo diſſentiente, ab omnibus Dux *Maſouia Boleslaus* electus eſſet. *Vincentius* Archiepiſcopus *Gneſnenſis*, à cæteris mandato recepto, *Boleslaum* Ducem *Maſouia*, Regem *Polonia* futurum pronunciat, & eius canonicam, iuſtam & vniformem, vniuerſis publicat electionem. Qua ſecuta, a Clero, *Te DEum laudamus*, à populo

Boleslaus Maſouia Dux in Conuentione Pyotrconienſi Rex Polonia deſignatur.

vero *Bogarodzicza*, per cantum, cum magna animorum alacritate, expleta ſunt, & dies ille, A in magna celebritate deductus. Altera vero die, *Vincentius* Archiepiſcopus *Gneſnenſis*, *Andreas Poſnanienſis* Epiſcopus, *Ioannes* de *Czizow* Caſtellaous *Craconienſis*, *Lucas* de *Gorka Poſnanienſis*, & *Ioannes* de *Oleſchnicza Sandomirienſis*, Palatini, electi ſunt, totius Regni Nuncii, ad Ducem *Maſouia Boleslaum*, pro feſto Peotecoſtes, ſi interim Dux *Lithuania Caſimirus* voluntatem ſuam noo correxerit, tranſituri, & ſibi electionem de eo factam inſinuaturi, rogaturiqoe, vt electiooe ſuſcepta, *Craconiam* pro die ſibi beneplacita adueniat, coronationem Regiam accepturus. Aderat hoic Conuentioni quidam leuis nuntius *Caſimiri*, *Lithuania* Ducis, cum literis miſſus: exploraturus ſingula, quæ gererentur. Cui etſi reſpon- B ſales datæ fuiſſent, non prius tamen inde diſceſſit, donec audiuit *Boleslai* electionem. Qua cognita, triſtis abſceſſit, & Domino ſuo Duci *Lithuania Caſimiro* cuncta, quæ circa vniformem electionem Ducis *Maſouia Boleslai* geſta erant, ex ordine declarauit. In dierum autem & annorum proceſſu, dum ſuper electione tunc habita, ſermo digeſtior haberetur, audiui ego a viro graui & prudente, *Ioanne* de *Thaczin Craconienſi* Caſtellano, ſagaciorem Pontifices, & Regno Poloniæ vtiliorem, in eligendo *Frederico* Marchione *Brandeburgenſi*, quam ſe & cæteros in Duce *Maſonia Boleslao*, viam tenuiſſe, & magnopere illorum ſententiam extuliſſe, atqoe ſi obueniet occaſio ſecuturam fore.

C Certificatus *Caſimirus* Dux *Lithuania*, & ſui Nuncii oraculo, & plurimorum auiſamentia & ſcripturis, Ducem *Maſouia Boleslaum* vniformiter in Regem *Polonia* electum eſſe, & in grauem mentis anxietatem collapſus, cœpit non tam ipſe, qoam omnes ſoi *Lithuani*, vehementer timere ſuæ parti, & futurorum ſuorum periculorum & diſcriminium, in quæ, ſi electio *Boleslai*, *Maſonia* Ducis, ſortiretur effectum, caſurus erat, ſibi ominari ſucceſſus, *Lithuaniq*; qui alias electionem quamlibet irritaturos, ſe credebaot, & ferociter contra illam loqui inſueuerant, ſingulas ſuas ſpes, & machinamenta, recidiſſe videotes in irritum, per Electionem *Boleslai Maſonia* Ducis, non tam de bello, *Po-* D *lonis* inferendo, quam de repellendo cogitarunt. Tuncque ſuis *Polonorum* præſtare animaduerterunt ingenia, & in arcto ſe tardius viderunt concluſos. Nouerant ſiquidem, Ducem *Michaëlem*, filium olim Ducis magni *Lithuania Sigismundi*, longum in *Maſouia* tenuiſſe domicilium, & velut Ducis *Boleslai*, electi Regis, generum & alumnum, in eius poteſtate & directione futurum, per quem *Boleslaus* electus. Ciuili bello poſſet faciliter *Lithuaniam* inuoluere propter *Lithuanorum* fluxas, & in aſſiſtentiam Duci *Michaëli* præſtandam, procliues mentes, qui Duci *Caſimiro* erant infenſi, quod Rempublicam eorum, non per ſe, ſed per *Gaſtoldum*, cui parere indignum indicabant,

Timor Caſimiri Ducis Lithuania & ſolicitudo ingens, ob deſignatum Boleslaum Maſouia Ducem in Regem Polonia.

1446. adminiſtrabat,& in pace atque otio, *Caſimirum* Docem *Lithuania*, vel ad debitam ſubjectionem humiliatum compellere, vel penitus ex terris *Lithuania* eiicere & debellare, ac Ducem *Michaëlem* ſurrogare, cuius dominatum, velut ſibi peſtiferum, abominabantur. Sed & Dux *Caſimirus*, qui vicibus aliquot conſpiratiooes eorum, quibus in mortem deſtinatus erat, ſe ſciebat euaſiſſe, angebatur, quod cum Regno fraterno, & pateroo, per alterioa ſurrogationem, ſibi etiam vitam augurabatur ademptaio. Quam cum ægre in pace ſeruaſſet, oullatenus eam ſe ſeruaturum iam, naturam *Lithuanorum* expertus, *Boleslao* Rege futuro, parteſque Ducis *Michaëlis* promoueote, & ipſum ſua aſſiſtentia, & viribus deſendente. Serius itaque quam condiiioni ſuæ & qualitati rei conueniebat, pœnitere ſui propoſiti cœpit, & *Lithuanos* ſuorum Conſiliariorum aurigas corripere, B quod ipſum Regni *Polonia* ſceptra, ſibi cum omni honeſtate oblata, ſuſcipere auertiſſent.

Mutationiſque animi ſui ſecreta enunciatio Zophia matri Regina, ac quibusdam Senatoribus Regni Polonia.

Itaque primum matri ſuæ *Zophia* Reginæ, deinde paucis quibuſdam Baronibus, mutationem ſuam ſecretiſſime iotimat. Hortaturque illos, vt rem corrigant, electionem *Maſonia* Ducis *Boleslai* impediant, & ipſum peſſundari, & ex vtroque Dominio eiici non permittant. Nunc ſe primum ſapere cepiſſe, & in quanto verſetur periculo, ſi Regni *Polonia* abnueret gubernacula, ſerius intellexiſſe. *Martinus* de *Schadek*, Archidiaconus *Vilnenſis*, Vir & ingenio pollens & eloquentia, a longo tempore *Lithuanicis* conſiliis intereſſe ſolitus, cum aperte non auderet, clanculo tameo *Caſimirum Lithuania* Ducem, ſingulis diebus, oe Regni *Polonia* Diadema negligeret, admooebat: maximum profectum & decus ex acceptatione, ignominiam vero & periculum ſui ſtatus ex reſutatiooe conſecuturus.

Appetebat tempus, quo iuxta Comitia *Pyotrcouia* habita, Duci *Maſonia Boleslao*, electio per Nuncios, ad id deſignatos, erat intimaoda. *Boleslauſque* Dux certior de illorum aduentu factus, ſoſcepturos ſe illos & honoraturos diſponebat. Verum interim plures Barones *Cracouienſes*, Regalia bona teocntes, vehemens ſuſpicio pauorque cœpit, Ducem *Maſonia Boleslaum*, pro prudentia ſua, occupationem Regalium bonorum, Regno adepto, oullatenus toleraturum, ſed variis viis & circumſtantiis reintegrationem Regni effecturum. Verſabatur igitur iam tunc ante eorum oculos, quod bona Regalia, dinturno tempore poſſeſſa, eſſent amiſſuri, dimioutisque ſubſtantiis, etiam ſtatum ſuum in equorum, familiarium, veſtium, & expenſarum profuſarum, ornatumque vxorum & filiarum, & ſuperba ſuppellectili, augurabantur diminuendum, abrogaturumque *Boleslaum* Regem ſuturum largitiones profuſas, & ſingula ad moderamen libramque reducturum ominabantur. Vehemenſque illos vrgere cruciatus cepit, quod habita, & habenda, eſſent prouidentia *Boleslai* Regis ſuturi amiſſuri, & in ſtatibus ſuis magnam diminutionem paſſuri.

Rurſus mutatus Senatorum Regni Polonia animus, verentibus nonnullis bona regalia tenentibus, ne eorum reintegratio per Boleslaum repetatur,

Fit ob eam rem etiam *Zophia* Regina, A plures Barones, ad id inclioatos ſua ſponte, policitationibus plurimis ſolicitante, in *Belsſick* Conuentus. Vbi ſecretius his, quæ in animo verſabantur, digeſtis, ſimulque ſuturum bellum cum *Lithuanis* veriti, ex quo *Lublinenſis* terra, & aliæ, illis confrontatæ, deſolationem & vaſtitatem eſſent paſſuræ. *Petrum* de *Kurow* Caſtellanum *Sandecenſem* in *Lithuaniam* priuata poteſtate transmittunt. Ia dum verba apud *Lithuania* Ducem *Caſimirum*, nomine eorum, a quibus mittebatur, faceret, benigoius quam pro more auditus eſt, faciliuſque animus Ducis *Caſimiri*, in pluribus tempeſtatibus iactatus, & multo amplioribus, ſi *Maſouia* Ducis, *Boleslai*, in Regem *Polonia* Coronatio ſequeretur, iactandus, perſuaſiones & coosilia ad eum per *Petrum Kurowski* allata, acceptabat: Vnde commendata Baronum *Cracouienſium*, qui illum miſerant, affectione & fide, accepturum ſe Regni *Polonia* regimeo, certificatione ampliſſima intimat. De quo plurimorum animis, eorum præcipue, qui Regalia amiſſuri erant, exhilaratis, *Cracouiam* pro feſto S. *Stanislai* in Maio concurritur, & *Caſimiri*, Ducis *Lithuania*, animi mutatio cunctis denunciatur. Quam cum *Sbigneus Cracouienſis* Epiſcopus, *Ioannes* de *Thaczin Cracouienſis*, *Ioannes* de *Olyeſchnicza Sandomirienſis*, Palatini, *Creslaus* de *Kurozwaki*, Caſtellanus *Lublinenſis*, pluresque alii Baroes, & milites, velut priuatam, & quadam leuitate refertam, contemnerent, ad *Boleslaumq*; Ducem *Maſouia*, electionis negotium perferendum, publiciſque oon priuatis pactis, & or- C dinationibus, pareodum cenſerent, facies inteſtinæ diuiſionis, aliis Baronibua contrarium cenſentibus, ſubito orta eſt. Ad quam, prius quam coaleſceret, extinguendam, *Sbigneus* Epiſcopus *Cracouienſis*, vt Vir erat prudentiſſimus, a ſententia ſua, ne Regnum in diuiſionem ciuilem verti contingeret, facile diſcedens, ad Prælatorum & Baronum maioris *Polonia* deciſionem, vniuerſis id probantibus, ortam quæſtionem reiecit. Conſiliarii autem *maioris Polonia*, Cooventu apud *Colo* facto, his auditis, quæ ex parte Conſiliariorum *Cracouienſium* referebantur per *Ioannem Pilyeczki*, (hic enim munus huiusce rei ſibi aſſumſerat: arbitratus ſe Reipublicæ multas commoditates effecturum) de- D liberatiooe habita, parti, quæ Ducem *Caſimirum* in Regem aſſumendum cenſebat, *Boleslai Maſouia* Ducis electione non obſtante, morem geruot, & poteſtate ſibi attributa, Ducem *Lithuania Caſimirum*, nouis ſtudiis & nuntiis, pro euitando Ciuili bello, vt Regnum *Polonia* acceptet, ſolicitandum decernunt, feſtumque S. *Michaëlis*, pro Conuentione generali, in Oppido *Parczow* conſtituunt. Denunciantque *Caſimirus Caſimiro Lithuania* Duci, vt illuc veniat, vel ſi *Dux Lithuania* moleſtum eſſet, ex *Brzeſczye Ruthenicali*, in villa *ad Regnum accer-* *Polubiczę*, vel *Lomazi*, velut in loco inter *Parczow* & *Brzeſczye* medio, conuenire, cum *ſitur*.

Præ-

1446.

Prælatis & Baronibus *Polonia*, non negligat. His ita in *Kolo* propoſitis, & legatione, quæ ad *Boleslaum* Ducem *Maſouia* perferenda erat, A impedita, alia etiam Conuentio pro terris *Cracouienſi*, & Ruſſiæ, in noua ciuitate *Korczin*, pro feſto Sanctæ Mariæ Virginis indicitur: vt in præſentia *Zophia* Reginæ facilius Decretum in *Kolo* cæptum ſtabiliatur. Ibique conuenientibus Baronibus (neq; enim Pontifex aliquis aderat, ſed & *Sbigneum Craconienſem* Epiſcopum, ne veniret, aduerſa valetudo impediebat) facile vniuerſorum conſenſu, ſolicitante *Zophia* Regioa, & tam precibus quam lachrymis expetente, ne vno filio mortuo, altero a Principatu Regni excluſo, orbam illam vtroq; efficiant, animis omnium in miſericordiam verſis, concluſio *Colenſis* accepta eſt: ea tamen cautela adhibita, vt Duci *Caſimiro* acceptationem B Regni, vel differente, vel renuente, *Boleslai* Ducis *Maſouia* electio, circumſcriptis quibuscunque obſtaculis, ſuum ſortiatur progreſſum & effectum, cum illum, ſpes non ambigua ſit, & defenſionem pro ſingulis *Polonia* Regni oris oppoſiturum, & *Lithuanorum* motus, cum robore Regni, & Ducis *Michaelis* aſſiſtentia, qui priuatus, illis parem vel ſuperiorem ſe præſtitiſſet, facile compreſſurum.

Caſimirus Maſouia Dux & Belzenſis terra Dominus peſte obiit nulla prole relicta.

Quarta decima menſis Septembris, *Caſimirus Maſouia* Dux, & Dominus tunc terræ *Belzenſis*, in terra *Chelmenſi*, prope villam Miczi, ab epidimia, tunc quam maxime ſerpente, dum per Oppidum *Kraſſniſthaw* ex *Maſonia* iret in *Belz*, correptus obiit, & in *Plocenſi* Eccleſia ſe- C pelitur: nulla prole ex coniuge ſua *Hedwigi*, filia *Vincentii* de *Schamotuli*, Caſtellani *Miedzirzecenſis* relicta, quam anno eodem, die Solis, vigeſima ſexta Iunii, celebratis apud oppidum *Thurobin* ex more nuptiis, in conſortem acceperat, *Ioanne Chelmenſi* Epiſcopo illos deſponſante. Ad artem fabrilem ita naturaliter procliuis & intentus, vt frequenter illam tractando, ſagittas, ſecures, enſes, & alia fabrilia opera, manu propria excuderet.

Feſto S. *Michaëlis* adueniente, inſtauratur in Oppido *Parczow* generalis Conuentio, & Prælatis ac Baronibus, in magno numero illuc confluentibus, quid faciendum reſtaret, conſultatur. Plures rumores nunciabantur aduerſi, hi præſertim, quod *Lithuanorum* multitudo *Thartaris* permixta, in locum *Parczouienſem* deberet intempeſta nocte irrumpere, & Conſi- D liariorum Regni *Polonia* ſpolium patrare cum captiuitate. Propter quod frequentes excubiæ pro ſecuritate, in locis pluribus ſunt inſtitutæ, *Zophia* Regina ſolicitudine materna in *Brzeſczye Ruthenicali* ſe contulerat: Ducem *Caſimirum* allocutura, ne contumacia ſolita vſus, cum *Polonia* Regno ſido & nobili, toties ſibi oblato, vitaque per ſubſecuturum bellum, eripi permitteret. Quem nequicquam mollitum aut mutatum videns, magna anguſtia mentis tenebatur. Conſiliarii vero Regni *Polonia* leuibus nuntiis, Ducem *Caſimirum* requirebant, & iuxta intimationem per *Petrum Kurowski*, Caſtellanum *Sandecenſem* factam, in *Parczow* veniret, de ſua in Regnum *Polonia* electione conſenſum præſtaturus, aut tractatus, quos vellet, interpoſiturus. Ille autem, cum iam in *Brzeſczye* in frequenti Conſiliariorum *Lithuania* numero adueniſſet, renunciat ſe genitrici ſuæ *Zophia* Reginæ, & aliquorum Baronum Regni *Polonia*, de ſtatu Regni tractatus quoslibet non recuſaturum. Per *Petrum* vero *Kurowski* aliquam intimationem, vel de ſuſcipiendo *Polonia* Regno, vel de tenenda in *Parczow* Conuentione inficiabatur ſe feciſſe. Proinde ſi quid rei eſſet, ſibi cum illo in *Brzeſczye* deſcenderent, & tam de ſua in Regnum aſſumptione, quam de eiusmodi ſtabilimento, quæ opportuna eſſent, ſecum tranſigerent. Itaque cum pluribus placeret, etiam in *Brzeſczye* ire, & omnia, quæ ad ſuſceptionem Regni, per Ducem *Caſimirum* fiendam, conferre poſſint, experiri. Aliquibus tamen moleſta nimis, & magna leuitate redolens, huiusmodi ſententia viſa eſt, ſuſpitionem etiam futuri diſcriminis interponentis, ne ſi ſinguli irent, captiuitas eorum pareret Regno irremediabilem ruinam. Verum dum hæc prudens & grauis conſultatio, pro impedienda Ducis *Caſimiri* aſſumptione ingeri crederetur, & plures in *Brzeſczye* eundum acclamarent, determinarentque conſiliis & deſideriis maioris partis decernerent; *Non adduceris*, inquit *Ioannes* de *Thaczin* Palatinus *Cracouienſis*, *vt morem Pilati, ad clamores Iudaeorum Chriſtum condemnantis, ſecutus, & Regni ſtatum grauitatemque, & caput meum ponam in diſcrimen.* Quo quidem tam faceto dicto, de tranſeundo in *Brzeſczye*, ſententia abrogata eſt. *Ioannes* tamen *Leopolienſis* Pontifex, *Andreas Poſnanienſis* Epiſcopus, *Ioannes* de *Czizow* Caſtellanus *Cracouienſis*, *Lucas* de *Gorka Poſnanienſis*, *Ioannes* de *Oleſchnicza Sandomirienſis*, *Petrus* de *Sprowa Leopolienſis*, Palatini, *Ioannes* de *Konieczpolye*, Regni *Polonia* Cancellarius, & *Petrus* de *Szekoczin* Vicecancellarius in *Brzeſczye* transmittuntur: cæteris videlicet *Vincentio Gneſnenſi* Archiepiſcopo, *Sbigneo Cracouienſi*, *Wladislao Wladislauienſi* Epiſcopis, *Ioanne* de *Thaczin* Palatino *Cracouienſi*, & pluribus aliis in *Parczow* remanentibus. His mandatum eſt, vt honeſtis modis *Caſimirum* Ducem, ad aſſumendum Regni *Polonia* regimen inducant, a promiſſis & pactis quibuslibet abſtineant, ſi quæ à Duce *Caſimiro*, & *Lithuanis* depoſcerentur.

Caſimirus Lithuania Dux incertus animi in Regno Polonia ſuſcipiendo.

Parczouienſem Conuentum in Brzeſczie ſecum abducit, illic de ſumma rei conſultaturus.

Prælatis & Baronibus Regni *Polonia*, in Oppido *Brzeſczye* venientibus, per Ducem *Caſimirum* benigne exceptis diebus ſubſequentibus, plures inter eum, & Conſiliarios Regni *Polonia*, interceſſerunt de ſuſcipiendo Regno *Polonia* tractatus. Per quos, non aliud, variis cautelis, viis & ingeniis, quam terrarum *Podolia*, *Lucenſis*, & *Olyeſchko*, pro Ducatu *Lithuania* ceſſio, quærebatur. Sed & ipſe Dux *Caſimirus*, con-

Caſimirus, vt a Regno Polonia Po-

1446.

doliã, Luczko & Olicſchko auerteret, prabet ſe difficilem in Regno Polonia ſuſcipiendo.

conſiliis & ingeniis *Lithuanorum* ineſcatus, veteribusque & nouis iuramentis de vniendis terris præfatis, pro Ducatu magno *Lithuania* conſtrictus, non niſi ceſsione, per Regnum *Polonia*, de terris huiuſmodi ſubſecuta, ſe *Polonia* Regni regimen declarabat ſuſcepturum. Miſeram tunc, & languentem & pene labantem Rempublicam Regni *Polonia*, quis ſanæ mentis, non dictaret? quæ ad eam neceſſitatem & leuitatem trahi videbatur, vt ſolicitaretur quo pro habendo Rege, latiſſimis & fortiſſimis terris, brachio & ſanguine quæſitis, cederet, quæ per ſuſceptionem, & illius & alterius cuiuscunque Regis, nouarum terrarum additamenta, ſperare debuit ſibi prouentura. Cum autem Conſiliarii Regni *Polonia* conditiones, à Duce *Caſimiro* petitas, nullatenus ſe admiſſuros reſpondiſſent, iamque ſinguli reditum in *Praczow*, & exinde ad Ducem *Boleslaum* in *Maſouiam* tranſitum, & probaſſent, & concluſiſſent, aliqui *Polonia* Barones, quibus Principatus *Boleſlai*, propter reſtituenda Regalia bona, grauior viſus eſt, ſoliciris ſtudiis, nunc Ducis *Caſimiri*, nunc *Lithuanorum* animos in conſenſum, plurimis pollicitationibus inclinabant. Habiturumque Ducem *Caſimirum* regimen Regni *Polonia*, habiturum de donandis & alienandis terris *Lucenſe*, *Podolia*, & *Olyeſko* (morem patris ſecutum, qui illas *Spithkoni* de *Melſthin*, deinde Duci *Swytrigielloni*, ad extremum Duci magno *Withawdo* contulerat) plenam facultatem aſtruebant, ſeque omnem operam ad id impenſuros pollicebantur. Quæ quidem conſilia, tam facile prolata, vt referemus in ſequentibus, magna Regno *Polonia* incommoda procurarunt.

Quo tandem agre aſſumpto,

His perſuaſionibus Dux *Caſimirus* expugnatus, Legatis Regni *Polonia* in conſilium accerſitis, cunctationem ſuam de ſuſcipiendo *Polonia* Regno pluribus verbis, & ſignanter ſpe vitæ fratris ſui *Wladislai* extenuat & excuſat, & ad extremum, electionem de ſe, ad *Polonia* Regnum ſactam, ad honorem benedictæ Trinitatis, & totius Hierarchiæ cœleſtis acceptat, itaque Regni *Polonia*, & libertates ſe confirmaturum, repromittit, & pro Coronatione ſua diem S. *Ioannis* Baptiſtæ anni futuri conſtituit. Petentibusque Conſiliariis Regni *Polonia*, literis patentibus, acceptationem & repromiſſionem ſuam firmauit: quæ *Petro* de *Sczekoczin* Regni *Polonia* Vicecancellario traditæ fuerant, in theſaurum Regium *Cracouiam* deferendæ. Ingens poſthæc allacritas animos *Polonorum* cepit, quod & labores eorum ſperatum comprehenderunt brauium, & Dux *Caſimirus* futurus Rex, plurimis commoditatibus, Regnum *Polonia* eſſet ampliaturus, & regimine ſuo plures deformitates correcturus. Aliis alius ſenſus fuit, iam tum ingemiſcentibus, *ſingula pracipitatum & & perditum iri, & malis pluribus Regnum inuolui, & variis peſtibus peſſundari.* In hunc modum rebus compoſitis ex *Brzeſcye*, & ex *Parczow* diſceſſum eſt, & Rex electus *Caſimi*-

duos pagos Lomazi & Polubiecze

rus, villarum *Lomazi*, & *Polubicze*, & aliarum, quas pater & frater ſuus Reges *Polonia* pacifice poſſederant, diſcedens ex *Brzeſczie*, abſtrahi à tenuta *Parczow*, & pro tenuta *Brzeſtenſi*, applicari mandauit: primitias regiminis ſui, huiusmodi abſtractione intimans, & quantum in amplitudinem *Lithuania* eſſet, quam in Regni *Polonia* propenſior demonſtrans. Scrupuloſius autem vniuerſa rimanti, mens in admirationem quandam, vel &, vt verius loquar, religionem trahi poteſt, quod licet Regno *Polonia*, per mortem *Ludouici* primi, vacante, vniuerſorum conſenſu Dus *Semouitus* Rex *Polonia* declaratus fuiſſet. Decretum tamen pro eo factum, leui quodam momento ſuit abrogatum, & alterius nationis & lingua Princeps, moribus & conuerſatione incognitus, excluſo eo, prælatus eſt. Quod & in *Boleslao* itidem *Maſouia* Duce, nepote ſuo, vides contigiſſe. Cuius ſceptra in ipſo pene limine conciderunt, prius paſſa aborſum, quam partum. Iuſto, vt pie credi poteſt, Diuinitatis iudicio, ſceleribus patrum illorum iraſcente, & quæ ſanctum Dei *Stanislaum*, per *Boleslaum* Regem, & quæ in Eccleſiam *Cracouienſem* per *Conradum Maſouia* & *Cuiauia* Ducem *Cruciferorum* fundatorem, commiſſa nouimus. Stirpemque eorum ne regnaret, reprobante. Nam licet decus & ſplendor Regni *Polonia*, occiſione beati viri S. *Stanislai* deformata, mutationem & diſtractionem einsdem diuturnam effeciſſent, & propiciante Deo, ſceptra Regni *Polonia*, primum *Przemislaus*, deinde illo a ſuis occiſo. *Wladislaus Cuiauia* Dux, ægre tamen, poſt multa ſecula reſumpſiſſent, mox tamen in *Caſimiro*, *Wladislai* filio, Principe quidem prudentiſſimo, & Regnum *Polonia*, vltra omnes Reges magnificante. ſed alioqui leges Diuinas in Sacerdotis ſubmerſione, vxoris repudiatione, Eccleſiarum oppreſſione præuaricante, iterum vidimus extincta, & illius gubernacula in aliorum ſortem translata eſſe.

1446.

Lithuania adiungit.

Hungari à Frederico Romanorum Rege Ladislaum ſuum Regem

Miſſis *Hungari* ad *Fredericum Romanorum* Regem, iterum atq; iterum Legatis, expetunt *Ladislaum Alberti* filium, per eos in Regem coronandum, in *Hungariam* mitti. A quo reſponſum accipiunt: *Recte Hungaros egiſſe, qui Regem tandem ſuum aliquando recognouerint Coronatione Ladislaum, qui ſemel coronatus ſit, non indigere. Egere magis illum tutore, nullius tutelam magis ſalutarem ei eſſe, quam Frederici Romanorum Regis & Couſanguinei, & cui ſit à matre commendatus. Expectarent ætatem Regis ſui idoneam, interea per ſe Regnum adminiſtrarent.* Ea reſponſio longas inimicitias inter *Hungaros* & *Fredericum Rom.* Regem conflauit, armisq; Regis repetitio tentata eſt. *Ioannes* de *Huniad Hungaria* Gubernator, infeſtis copiis *Auſtriam*, vice geminata ingreſſus, quamuis ferro & igne agros vaſtauerit. Regem tamen, & coronam, & quæ repetebat, pro *Hungaria* Caſtella, obtinere non potuit.

armis repetunt.

Exploratum autem & pro certo habitum erat,

quod

1446. quod ſi Dux magnus *Caſimirus*, gubernacula Regni *Poloniæ* ſuſcipere detrectauiſſet, actum erat de ſuo capite atque vita. Eo ſiquidem apud *Lithuanos* principante, petitus eſt ſepties coniuratorum inſidiis, Conſenſu deinde iudicum, & eorum, qui coniurauerant, non minori leuitate ſacinus occultantium, quam adnitentium, ſeruatus eſt. De quibus ſat erit, vnum attigiſſe. Erat inter coniuratos *Schutha Rutenici* generis & ritus Dux, adoleſcens forma rara, *Caſimiro* Duci magno *Lithuaniæ* dilectus imprimis & acceptus. Cui cum à coniuratis primariæ partes parricidii (quoniam vnice, a Duce magno *Lithuaniæ* dilectus, faciles habebat ad illum ingreſſus) mandatæ fuiſſent, occaſione ſæpius tentata, & tandem offenſa, in venationum loco, militibus venationum munere occupatis, ſolitarium *Caſimirum* magnum Ducem *Lithuaniæ*, ad locum corpus curantem, reperiens, nobilem veſtem, qua tunc *Caſimirus* magnus Dux amiciebatur, ſabellinis pellibus onuſtam, ab eo petit: ſtrangulaturus illum continuo ſi abnuiſſet. Verum cum vltro, quod petebatur, Dux magnus *Lithuaniæ Caſimirus* conceſſiſſet, dono tam magnifico *Suchta* ineſcatus, parricidium in tempus diſtulit diffuſius Sub quo coniuratione detecta, & ipſe *Suchtha*, & cæteri coniurati, præter indicem, infelici cruore ſunt damnati.

Coniuratio Lithuanorum in Caſimirum Lithuaniæ Ducem, electum regem Poloniæ enunciatur, & coniurati plectuntur.

1447. Tertia Februarii, *Eugenius* Papa quartus, per Concilium *Baſilienſe* depoſitus, *Romæ* moritur, & in Eccleſia Sancti *Petri* ſepelitur. Venerant autem, eo languente, & propediem morituro, Legati *Romanorum* Regis *Frederici*, & duorum electorum *Maguntinenſis* Archiepiſcopi, & *Frederici* Marchionis *Brandeburgenſis*, videlicet *Aeneas Siluius* de *Senis Italus*, & *Nicolaus* de *Cuſa Almanus*, *Romam*, & prædicto *Eugenio*, in lecto decumbenti, neutralitate, quam in eam diem ſeruauerant ſublata, plenam obedientiam præſtiterunt, nomine *Frederici* Regis *Romanorum*, & prædictorum duorum electorum. Vix Pontificem inuenies, cui plura contingerunt ſecunda & aduerſa, Concilium congregauit, diſſoluit, *Romæ* captus eſt, fugit, rediit, *Marchiam* perdidit, recuperauit. *Sigiſmundo* Cæſari prius bellum intulit, poſt Diadema conceſſit. *Alphonſi Aragonum* Regis prius hoſtis poſt amicus, Vir alti cordis, ſed nullum in eo maius vicium erat, niſi quia ſine menſura fuit, & non quod potuit, ſed quod voluit, aggreſſus eſt, Cuius funere, in eccleſia S. Petri, prope ſacriſtiam ſepulto. Cardinales conuenientes in Conclaui apud Mineruam, *Thomam* de *Sarſena Genuenſem*, tituli ſanctæ *Zuzannæ* Præsbiterum Cardinalem Epiſcopum *Bononienſem*, ſeptima die Menſis Martii, vltimum inter Cardinales & minorem, elegerunt: qui *Nicolaus* quintus vocatus eſt. Hic pater optimus *Thomas*, anno prædicto, qui in Papam electus eſt, promotus fuit in Epiſcopum *Bononienſem*, deinde in ſanctæ *Zuzannæ* Præsbiterum Cardinalem, & poſthæc in Papam, & anno vno omnes illos tam ſubitos, & altos habuit aſcenſus, Clementia Saluatoris, gradus huiuſmodi ſibi conferente, quem præuidebat Eccleſiam ſuam multifarie ſciſſam, ſua modeſtia, prudentia, & benignitate viniturum. Origo illi ex *Surſena*, quod *Genuenſium* eſt Oppidum in *Tuſcia*, iuxta *Liguſticum* mare, ex parentibus quidem honeſtis, ſed ſortis humilis, & ignotæ. Iuris Diuini & humani, & totius triuii & quadriuii, peritus. In pauperes, & egeſtate aliqua grauatos, clemens. In adminiſtrands iuſtitia vir optimus.

Eugenio quarto Papa mortuo in locum illius Nicolaus quintus, inter Cardinales vltimus,

1447. *Epiſcopus Bononienſis ſufficitur.*

Nicolao & *Venceslao Rathiborienſibus*, *Boleslao Theſchnenſi*, cum multis terrarum ſuarum Conſiliariis & Nunciis Principum de *Oſzwiaczim Craconiam*, pro Dominica Quadrageſimæ, venientibus, & factis cum *Sbigneo Craconienſi* Epiſcopo, *Ioanne* de *Czizow* Caſtellano, *Ioanne* de *Thaczin* Palatino *Craconienſi*, tractatibus, pax perpetua, cum Regno *Polonia* firmata & inſcripta eſt, ſub æquis conditionibus, & parti vtrique accommodis.

Cum Rathiborienſibus, Theſnenſibus & Oſſwiaczimenſibus Ducibus Regnum Poloniæ perpetuam init pacem.

Feria tertia, poſt octauas S. *Stanislai* in Maio, Clauſtrum *Mogila* cum vniuerſo ſuo corpore, exceptis parietibus & teſtudine, igne, qui de balneo exiuit, conflagratum eſt. Quæ conflagratio, peſſimum omen a multis vocata eſt: oppreſſionem eccleſiarum & præſertim Monaſteriorum, quaſi quandam conflagrationem futuram, augurantibus, ſub tempore & regimine *Caſimiri* Ducis *Lithuaniæ*, qui eodem die Regnum *Poloniæ* ingrediebatur, ſæuituram. Quod quidem Vaticinium, *Caſimiro* Rege grauante multipliciter Monaſteria, fuit impletum.

Caſimiro ex Lithuania Regnum Poloniæ ingrediente. Monaſterium Mogila conflagratur.

Sbigneus Epiſcopus *Craconienſis*, cultum Diuinum in Diœceſi ſua, in diebus ſuis, pro laude nominis Diuini & ſalute animarum aucturus. Ex duabus Eccleſiis Parochialibus, ſcilicet ſanctæ *Margarethæ*, in *noua Sadecz*, & S. *Iacobi* in *Podgrodzye*, quarum vtraque ad collationem, prouiſionem & diſpoſitionem Epiſcopi *Craconienſis*, pertinebat: fundat nouam Eccleſiam in *Sadecz* Collegiatam, & tres Prælatos videlicet Præpoſitum, Decanum, Archidiaconum, quatuor Canonicos, & octo Vicarios, in ea inſtituit: quos earundem Eccleſiarum prouentibus, & Decimis, dotat ſufficienter, & de huiuſmodi Dignitatibus & Prebendis, perſonis optimis & maturis prouidet, creat. Et ex altari, ad collationem Ciuium *Sandecenſium* pertinente, Cuſtodiam: cuius ius patronatus & collationem Conſulibus & Ciuibus *Sandecenſibus* reſeruat.

Ex duabus Eccleſiis parochialibus Collegiata, in noua Sandecz, per Sbigneum Epiſcopum Craconienſem fundatur.

Caſimirus, magnus Dux *Lithuaniæ*, Regni *Poloniæ*, Coronam ſuſcepturus, ex *Lithuania* in *Brzeſczye*, vbi aliquot diebus commoratus, comitantibus illum Principibus Boiaris, & militibus *Lithuaniæ* in *Lublin*, & a *Ioanne* de *Szczekoczin*, tunc *Lublinenſe* Capitaneo, diebus aliquot omnibus neceſſariis ſplendide procuratus, *Sandomiriam* poſt Octauas Corporis Chriſti, tranſiit, ibique diem Dominicum abſumpſit. Vbi illum *Zophia* Regina excepit. Feria

Caſimirus Lithuaniæ Dux accepturus Poloniæ Regnum,

 ſecun-

1446. ſecunda *Sandomiria* egreſſus *Pokrzywniczam*, feria tertia in *Polanyecz*, feria quarta *nouam Ciuitatem* peruenit. Quo *Sbigneus* Cardinalis, & Epiſcopus *Cracouienſis*, cum *Ioanne* de *Thaczin* Palatino *Cracouienſe* venit ſuæ Serenitati obuiam, & eum excepit. Feria quinta exiuit *noua Ciuitate*, & facto prandio in villa & Curia *Podolani* venit in *Proſchenicze*. Feria vero ſexta poſt meridiem, intrauit *Cracouiam*, cum magna populi ſolennitate: Omnes enim proceſſiones Vrbis, illi obuiam exiuerant. Item vniuerſitas, cum ſuppoſitis, item *Vincentius* Archiepiſcopus *Gneſuenſis*, *Sbigneus Cracouienſis*, *Andreas Poſnanienſis*, & *Paulus Plocenſis*, Epiſcopi, ſuæ Serenitati iuere obuiam. Et in magna & graui multitudine intrauit vrbem *Cracouienſem*, proceſſionibus omnibus eum præcedentibus. Et aſcendens Caſtrum, intrauit Eccleſiam maiorem S. *Stanulai* adoratiſque reliquiis ſanctorum, & poſito quinquaginta florenorum offertorio, recepit ſe ad aulam. Sequenti die videlicet feſto *Ioannis* Baptiſtæ, interuenerunt Dux *Boleslaus* & Dux *Wladiſlaus Maſouiæ*. Habuit quilibet ſecum in Comitiua mille equites, pulchrum de ſe videntibus præbentes ſpectaculum. Qui in quandam ducebantur admirationem, tantam duos Duces, & tam ornatam militum, quæ etiam Regibus ſufficeret, habuiſſe Comitiuam.

Cracouiam aduenit.

Venerunt item duo Maſouiæ Duces duabus millibus equitum comitati.

Die Dominico, in craſtino ſancti *Ioannis* Baptiſtæ, omnibus indumentis Pontificialibus, & Cappa Chorali indutus, in aula Regali, in eccleſia Cathedrali *Cracouienſe*, *Caſimirus* Dux *Lithuaniæ* in Regem *Poloniæ*, ante altare S. *Staniſlai*, in medio eccleſiæ, per *Vincentium* Archiepiſcopum *Gneſnenſem* coronatus eſt: *Sbigneo Cracouienſe* & *Wladiſlao Wladiſlauienſe*, Epiſcopis, latera eius cingentibus. Aliis inſuper Epiſcopis, videlicet *Ioanne Leopolienſe* Archiepiſcopo, *Andrea Poſnanienſe*, *Paulo Plocenſe*, & *Paulo Camenecenſe* Epiſcopis præſentibus. Aderant autem huic Conuentioni, *Zophia* Regina *Poloniæ*, mater ſua, *Wladiſlaus* & *Boleslaus Maſoviæ*, *Wladiſlaus* & *Boleslaus Theſchnenſes*, *Venceslaus Ratiborienſis*, & *Venceslaus Oſſwiaczimenſis* Duces. Item duo fratres Cruciferi de *Pruſſia*, *Henricus* de *Plawen* de *Elbing* & *Ludouicus* de *Meue*, Commendatores per Magiſtrum *Pruſſiæ Conradum*, miſſi, de *Erlichſauſzen* ad ſolennitatem Coronationis huiusmodi cohoneſtandam. Item Dux *Boleslaus*, *Switrigal*, cum aliquot Principibus *Ruſſiæ*, videlicet *Georgio Syemyonouicz*, *Vaſſilone Olyeſchkouicz*, & *Vaſſilone* dicto *Kraſini*. Item Barones *Lithuaniæ*, *Syenko Gedigultowicz*, *Andreas Syeukouicz*, & plures alii. In ipſa autem coronatione *Ioannes* de *Czizow*, Caſtellanus *Cracouienſis* tenebat in ſcutella aurea coronam, *Ioannes* de *Thaczin* Palatinus *Cracouienſis*, ſceptrum, *Lucas* de *Gorka* Palatinus *Poſnanienſis*, Pomum regale, & *Ioannes Glowacz* de *Olyeſchnica* Palatinus *Sandomirienſis*, enſem, qui *Sczerbyecz* dicitur. His enim officiis ex annexione ſuarum Dignitatum & Magiſtratuum vſi id etiam ſuis ſucceſſoribus perenne reliquerunt. Aderant & plures Barones de *Bohemia*, *Morauia* & *Sleſia*, aſpicientes Cerimonias, præfatæ Coronationis, qui *Cracouiam*, vel inuitati, vel ſpontanei, ad ferendum Coronationi *Caſimiri* Regis decus aduenerant. Oblatio omnis, centum florenorum, per *Caſimirum* tunc nouum *Poloniæ* Regem, ad altare, circa quod coronabatur S. *Stanulai*, facta vniuerſitati Vicariorum Cracouienſium, ceſſit ex jure, & more. Improbabant Mathematici multifarie eam Coronationem, quod in die execrabili & peſſima, perfecta ſit, & in hora tunc quando.

Caſimirus Lithuaniæ Dux in Regem Poloniæ coronatur,

& quæ quisque Dignitariorum inſignia Regalia tenebat, ſub infertur.

Altera Coronationis die, Rex *Caſimirus*, in apparatu Regio, in equo iuit in circulum Ciuitatis *Cracouienſis*, comitantibus eum *Vincentio* Archiepiſcopo *Gneſnenſe*, *Sbigneo Cracouienſe*, *Andrea Poſnanienſe* & *Paulo Plocenſe*, Epiſcopis. Et dum eſſet prope Thronum, ſibi iuxta Prætorium præparatum, Duces *Maſouiæ Wladiſlaus* & *Boleslaus*, tenere dextram partem lateris *Caſimiri* Regis conati, ac per hoc habere locum ſuperiorem, ſupra Pontifices, nouum ſciſma introducunt. Pontificibus id non ferentibus, ſed incontinenti factis, perprius variis tractatibus, à *Caſimiroque* Rege, in Domos ſuas diſcedentibus. Rex moleſtiſſime eorum diſceſſum ferens, nec thronum ſibi præparatum aſcendit, nec homagium a Ciuibus cepit, ſed gyrato circulo Ciuitatis, ad Caſtrum triſtis rediit. Sequenti vero die Duces *Maſouiæ* magna tenuit pœnitentia, quod Pontifices ex loco primo, & ſuperiori pellere nitebantur: cum in omnibus Conciliis, Conuentionibus & vniuerſitatibus, Pontifices locum eminentiorem capere ſoliti ſunt.

Epiſcoporum cum Ducibus Maſouiæ de loco contentio in Throno, ante Prætorium Cracouienſe Regi præparato, vnde propterea re infecta diſceſſum eſt.

Pignoratæ inſuper fuerant, die eodem Monaſterii *Thinyecenſis*, recuſantes dare *Caſimiro* nouo Regi ſtationem inſolitam, aliquot villæ. Ob quam iniuriam, ruſticanæ fœminæ villarum præfatarum, ſua pecora, eis ablata, ſecutæ, fletibus & lamentis vniuerſam Eccleſiam *Cracouienſem*, in re Diuina tunc occupatam, & impleuerant, & turbauerant. Moleſtiſſimaque res plurimis viſa eſt, quod *Caſimirus* Rex talibus iniuriis ſuum Principatum initiauerit.

Caſimirus Rex Monaſterium Thinyecz, ad inſolitam penſionem; pignoribus captis, cogit. Quapropter eccleſia Cracouienſis eiulatu eorum, qui iniuriam paſſi ſunt, repletur.

Feria quinta poſt Feſtum Viſitationis Sanctæ Mariæ Virginis, habita deliberatione, cum Prælatis & Baronibus Regni ſui *Poloniæ*, in Camera picta *Caſimirus* Rex, cui ex duobus, contendentibus de Papatu, præſtanda eſſet obedientia, an videlicet *Fælici* Papæ, quinto, per Concilium *Baſilienſe* electo, qui in ſolitudine Ripariæ *Gebenuenſis* Diœceſis, iam à pluribus annis honeſte conuerſabatur, prout eius Serenitatem Oratores Concilii videlicet Magiſter *Marcus Bonifilii*, in Theologia Magiſter, de *Cathalonia*, & *Stanislaus Sobnowski*, Præpoſitus *Tridentinus*, petebant & requirebant, an *Nicolao* Papæ quinto, qui *Romæ* præſidebat, & qui Regem ſolum per literas, de præſtanda obedientia habebat rogatum. Fecit pro *Nicolao quinto*

Caſimirus Rex à Nicolao quinto

Romæ-

1447.

Pontifice Romano, cui obedientiam ſciſmatis tempore præſtitit, tria petit.

Romano declarationem, Prælatorum & Baronum aliquorum, optime pro Republica conſulentium, qui dilationem eſſe ſecuriorem, deducebant, ſuaſione improbata. Quorum ſpretis Conſiliis, declaratio fuit ſecuta, nominatique fueruot Nuncii, ad Papam *Nicolaum*, ex parte *Caſimiri* Regis, & Regni *Poloniæ* ituri, videlicet *Viſota* de *Gorka*, Præpoſitus *Poſnanienſis*, & *Petrus* de *Schamotuli*. Quibus Rex, de conſilio Baronum ſecularium, tria petenda commiſit. Primo *omnes collationes omnium Beneficiorum iure ordinario ſemper ſaluo*. Secundo *decimam decimæ, per totum Regnum ſuum, ad ſex annos*. Tertio *Denarium ſancti Petri, in annos aliquot percipiendum*.

Caſimirus licentiatis & remuneratis Lithuanis in Nyepolomicze, gratia venationis, procedit.

Principes & Barones *Lithuaniæ*, magnificis, & ſumptuoſis, non ſolum remunerati, ſed ditati, donis in *Lithuaniam* reuertuntur. Quos *Caſimirus* Rex, extra portam conducebat magnam illis impendens humanitatem, & honorem. Quibus remiſſis, & licentiatis Rex, vadit in *Nyepolomicze*: ſolatia ſua in captione ferarum habiturus, & die Dominico reuertitur *Cracouiam*.

Feria tertia, ante feſtum Sanctæ *Margarethæ*, egreditur *Caſimirus* Rex *Craconia*, in *maiorem Poloniam* tranſiturus, quem genitrix ſua *Zophia* Regina comitabatur, & facto in *Schlomniki* nocturno, vadit per *Myechow*, *Lyelovv*, *Czaſtochovva*, *Klobuczko*, *Krzepicze*, *Wyelun*, *Siradiam*, *Caliſch* & *Poſnaniam*. Feria ſecunda in vigilia S. *Iacobi* Rege in *Caliſch* agente,

Michael filius olim Sigiſmundi Lithuaniæ Ducis, miſere interfecti, fruſtra veniam a Caſimiro Poloniæ Rege precatur.

venit ad eum Dux *Michaël Lithuaniæ*, & procumbens obtulit ſe, atque ſubmiſſe deiecit, verbis in mollius ſuppliciter inflexis, ſe & ſua omnia *Caſimiro* Regi promittens, non tam Regis, quam *Lithuanorum* indignationem mitigare contendens, quibus *Caſimirus* Rex morem gerendo, inexorabilem ſe præbebat. Ad pedes Regios precatur veniam, & gratiam, & bonorum paternorum reſtitutionem. At Rex *Caſimirus*, quem tanta rerum conuerſio admonere debuit clementiæ, ſpreuit humi iacentem, nec aliqua ſpe calamitoſum & ſupplicem refouit, ſed factis ſecum aliquibus tractatibus, ſine fine remiſit. Ipſeque Dux *Michaël Caſimiro* Rege inſalutato, ſentiens ſibi *Caſimirum* Regem implacabilem, & demiſſam ſuam humiliationem infructuoſam, diſceſſit.

Poſnania in aduentu Regis Caſimiri tota conflagrat, & diripitur a propriis.

Cum autem *Caſimirus* Rex, ex *Caliſch Poſnaniam* aduenisset, Ciuitas *Poſnanienſis* caſu incenſa eſt, & tota fere, præter domos muratas, igne conſumpta, & Eccleſia ſanctæ *Mariæ Magdalenæ* exuſta, *Poloni*, *Lithuani* & *Thartari*, qui erant cum *Caſimiro* Rege, cœperunt agere direptiones & ſpolia. Propter quod, plures ex eis erant interfecti, & aliqui, iuſſu *Caſimiri* Regis decollati. Ciuitas ipſa magnos egit luctus & lamenta, cum pro exuſtione, quæ ei acciderat, tum pro ſpoliis, quæ a propriis pertulerat. Sed & *Caſimirus* Rex, per continuos tres dies, caſum tam damnoſum deflebat.

1447.

Conradus Epiſcopus Wratulanienſis moritur.

Feria quarta in vigilia S. *Laurentii*, *Conradus* Epiſcopus *Wratulanienſis*, in Curia Epiſcopali *Wratulaniæ* moritur, & in Eccleſia *Wratulanienſi* ſepelitur. Tertia quoque dies Septembris, per Capitulum *Wratulanienſe* inſtituitur, & nominatur, pro futuri Pontificis electione. Hic Pontifex erat Dux *Sleſiæ* de *Olyeſchnicza*, & annis prope quadraginta rexit illam eccleſiam. Sed ſub eius regimine, pene tota corruerat. Vnde quadam pœnitudine ductus, ceſſerat tribus annis ante mortem honori & oneri Epiſcopatus, poſtea vero pœnituit, & tam Dignitatem, quam poſſeſſionem, quæ iam per Capitulares, eo reſignante tenebatur, repetiit.

Prima Conuentione generali Piotrkouiæ facta per Caſimirum Regem Poloniæ, nonnulla leges reſp. Poloniæ ſalutares feruntur.

Feria quinta, in vigilia S. *Bartholomæi*, intrauit *Caſimirus* Rex Oppidum *Pyotrkovv*. & tenuit cum Prælatis & Baronibus, atque Nobilibus ſuis in magno numero, illuc conuenientibus, ſeptem diebus generalem Conuentionem. Aderant autem huic Conuentioni, *Vincentius Gneſnenſis* Archiepiſcopus, & Primas *Shigneus Craconienſis*, *Wladiſlaus Wladiſlauienſis*, *Andreas Poſnanienſis*, *Paulus Plocenſis*, *Nicolaus Przemiſlienſis* Epiſcopi, & omnes Palatini, Caſtellani, Dignitarii, & Officiales. Et quoniam per leges a *Caſimiro* ſecundo, Rege *Poloniæ* conditas, non ſufficienter ſingulis emergentibus, erat prouiſum, ſummopereque appoſitio nouorum iurium indicabatur, opportuna, factæ ſunt in eadem Conuentione, approbantibus & laudantibus vniuerſis, hæ leges & Conſtitutiones. Primo *quod frater primogenitus, aut ſenior, non poſſit bona paterna, ratione primogenituræ, aut ſenii diſtrahere aut conſumere, vltra portionem eum concernentem, niſi onus debitorum paternorum id exigeret. In quo nihilominus caſu, debet interuenire, conſilium, conſenſus & voluntas ſeniorum paternorum, & quod bona vendita ſe vltra ſummam debitorum non extendant. Si vero aliquid pecuniæ, debitis ſolutis, reſultauerit, integre & fideliter conſeruetur, inter cæteros fratres diuidenda æqualiter.* Secundo, *quod fluuii Viſla, Vartha, Dunayecz, Bug, Dnieſther, Dnyepr, Vulok, Viuloka, Pilcza, & alii quicunque in Regno Poloniæ exiſtentes ſint liberi, nullis obſtaculis, aut ſepibus captiuandi, vt omnes homines per eos ire & natare poſſint, cum ſuis rebus venalibus, de quacunque ſpecie vel genere, liberumque habeant, infra & ſupra tranſitum. Si autem alicui complacet, habere obſtaculum, habeat in illo portas, quæ tranſeuntibus pateant, & præbeant ingreſſum, alias in nullo erit obnoxius, qui illud ruperit. Quod ſi aliquis ratione obſtaculi, aut ruptionis, quicquam exegerit, reſtituere cogatur per Capitaneum loci, omnia recepta, & pœna nihilominus Siedmnadzieſtha Polonice vocata irremiſſibiliter exigenda puniatur.* Tertio *quod Colloquia generalia, & termini, ſine aliqua interruptione, pacis tempore, celebrentur, & iuſtitia adminiſtretur pauperibus*

1447. *peribus. Teneanturq́; omnes Palatini, Caſtellani, Iudices, & Officiales, illa perſonaliter frequentare, exceptis duntaxat duobus caſibus, ſi* A *videlicet aliquis fuerit gravi languore oppreſſus, aut in negotiis Regni deſtinatus. In quibus nihilominus caſibus tenebitur & poterit locum ſuum, per aliam perſonam, ſupplere: contradictione qualibet nonobstante.* Quarto, *quod quilibet, pro vice prima inculpatus, notatus vel infamatus, de furto, vel ſpolio, teneatur innocentiam ſuam, duodecim teſtibus, viris bonis, & octodecim eligendis, quaſi nobilitatem ſuam probaturus eſſet, demonſtrare. Ei autem tantummodo purgatio debet prodeſſe, qui ſemel, bis, & ad maximum, ter culparetur. Quarta autem vice culpatus, debet legibus municipalibus, contra fures aditus mulctari.* Quinto, *quod nullus, quacunq; laceſſitus iniuria, damno vel offenſa, belligeret, contra intraneos, aut ex-* B *traneos, alias omnia damna exinde ſecuta, in bonis eius, aut capite repetantur.*

Caſimirus Rex

Fuit in eadem Conuentione Rex *Caſimirus* per omnes Prælatos, & Barones, & nobiles, communi voto rogatus, *vt literas anteceſſorum ſuorum Regnicolis conceſſas firmaret iuramento, & literis.* Item *vt nullas terras, & ſignanter terras Ruſſia, Lucenſem & Podolia, à Regno Polonia alienaret.* Fama enim communis, eum Regni *Polonia*, terras *Podolia*, velle *Lithuania* Ducatui adiungere, vulgauerat. Item *vt in Lithuaniam tranſiturus, aliquot Barones, prudentes, & maturos ex Regno Polonia ſecum aſſumeret, quorum conſilio, facta, Regnum Polonia concernentia, gubernaret.* Item *vt indignationem ſuam Theodorico Buczaczki, Capitaneo Podolia*, quam ideo contra eum conceperat, quia Caſtra terræ *Podolia*, videlicet *Myedziboze, Chmyelnik, Karawol*, quæ *Lithuani* nouiter occupata detinebant, cum terrigenis *Podolia* recuperauit, *indulgeret*. *Caſimirus* autem Rex, quamuis dixit, ſe cum Baronibus *Lithuania*, qui tunc erant, velle ſuper petitis deliberare. Deliberatione tamen facta, reſpondit. *Se nullatenus aliquot petitorum eſſe facturum, propter iuramentum, primum factum Lithuanis*, contemptisque patriæ precibus, feria quarta in die SS. *Fœlicis* & *Aucti*, nullo in Regno *Polonia* poſito ordine, in *Lithuaniam* velociſſimo curſu, cum magna amaritudine, nauſea, & dolore omnium proceſſit: aſſerens ſe in *Li-* D *thuania* Ducatu, magna habere & ardua negotia diſponere & ordinare. Et primum nocturnum in *Opoczno*, alium in *Radom*, tertium in *Kozyenicze*, & quartum in *Lukow* faciens, iter ſuum in *Lithuaniam* continuauit.

ſpretis Polonorum precibus, vtpote in Lithuanos propenſior, in Lithuaniam magnis itineribus peruenit.

Nicolaus Nowak in Epiſcopum Wratislauienſem conſecratur.

Feria tertia, ante feſtum Natiuitatis ſanctæ Mariæ Virginis, Prælati & Canonici *Wratislauienſes*, celebrato capitulo generali, *Nicolaum* dictum *Nowak*, Decretorum Doctorem, Præpoſitum & Canonicum *Wratislauienſem*, eligunt vniformiter, in Epiſcopum *Wratislauienſem*. Hic fuit ortus de villa Eccleſiæ *Wra-* A *tislauienſis*, prope *Niſzam* dicta *noua villa*, & ab inde ſortitus fuit cognomen *Nowak*, vir frugi & humilis, prudens & induſtrius. Electionem autem ſuam *Vincentius* Archiepiſcopus *Gneſnenſis*, tanquam Metropolitanus, ſpecialibus, & notabilibus nunciis ſuis, videlicet *Andrea Schkoda*, & *Iaroſlao Kokolewski* Canonicis *Wratislauienſibus*, rogatus, confirmat, ipſeq; poſtea in eccleſia ſua *Wratislauienſe*, fuit in Epiſcopum conſecratus, ſtatimque bona Eccleſiæ *Wratislauienſis*, per anteceſſorem ſuum *Vencoslaum* obligata & diſtracta, cœpit redimere & inſtaurare. Conſecratus eſt autem præfatus *Nowak* de mandato præfati *Vincentii* Archiepiſcopi *Gneſnenſis*, in Eccleſia *Wratislauienſe*, per *Ioannem* Epiſcopum *Natnrienſem*, fratrem Ordinis Minorum, *Gneſnenſis* B Eccleſiæ Suffraganeum, die Solis vigeſima ſecunda Menſis Octobris. 1447.

Poſt diſceſſum *Caſimiri* Regis ex Regno *Polonia* in *Lithuaniam*, omnes hoſtes Regni, & ſignanter *Sleſia*, graſſari contra Regnum, & illud rapinis, & ſpoliis, captiuationibus, & interfectionibus, Nobilium & Subditorum Regni *Polonia*, affligere cœperunt. Duo enim Nobiles de *Wladzin*, fulti ſubſidio Ducum aliquorum, & nobilium *Sleſia*, per dolum & fraudem Oppidum *Bodzin* ſubintrant. Onerauerant enim decem currus hominibus armatis, & illi oppidum, quaſi cum aliquibus mercibus, & rebus ingreſſi, aliis gentibus, quæ erant in campo, ſecurum patefecerunt aditum. C Hoſtes itaq; Oppidum prædictum ingreſſi, illud ſpoliant, & ſpoliatum ſuccendunt. multisq; prædis onuſti, & ſpoliis, ſine aliqua offenſa redeunt.

Bodzin Oppidum Sleſia dolo ingreſſi diripiunt, & incendunt.

Die Dominico ſanctæ *Heduigis* habita eſt Conuentio in Ciuitate *Wyelum* cum Ciuibus de *Wratislauia*, & *Namislow*. Ad quam *Vincentius* Archiepiſcopus *Gneſnenſis*, *Martinus* de *Slawſko* Palatinus *Caliſſienſis*, *Ioannes* de *Konyeczpolie* Regni *Polonia* Cancellarius, Capitaneus *Siradienſis* deſcenderant. Et poſt aliquot tractatus, cum prædictis ciuibus *Wratislauienſibus* & *Namislouienſibus*, qui illuc perſonaliter aduenerant, habitos, treugas, ad decem annos duraturas conficiunt, literisque inſcribunt, & firmant.

Pacem Poloni cum Wratislauienſibus, & Namislouienſibus, ad decennium conficiunt.

D Oppidum *Lublin* feria quarta, poſt feſtum Sancti *Michaëlis*, Oppidum vero *Zneyno*, feria ſexta, poſt feſtum ſanctæ *Heduigis* caſibus fortuitis, adeo igne conſumpta ſunt, ut nec aliqua domus in illis ſalua remaneret. Aſſerunt & anno eodem *Bochnyam*, *Xzyoſt*, *Siradiam*, ſed in aliqua ſui parte arſiſſe.

Quadam Oppida in Regno Polonia igni ardent.

Secuta, & commiſſa fuerunt hyeme illa in Regno *Polonia* ſignanter vero circa *Oſzini*, & circa *Grabow*, per fures de *Sleſia* & *Hungaria*, ſpolia multa, currus mercatorum pannis *Pradonum & externorum,*

optimis

1447.

optimis onerati, direpti ſunt, res notabiles, in Clenodiis,& pecuniis,mercibusque mercatoribus ablatæ. Miles notabilis *Svvantopelkus* de *Zavada* Subpincerna *Cracovienſis*,dum venatum iviſſet,feria quarta, ante feſtum ſanctæ *Eliſabeth*,per eosdem ſures & latrones de *Sleſia* interſectus eſt,& filius ſuus. Item poſtea *Nicolaus Bawelna* Subpincerna *Siradienſis*,& alii plures capti ſunt,& io *Wladzim* in captivitatem deducti. Nullus tamen tanta mala ſortius promovebat, quam proprii Regni *Poloniæ* nobiles,ſubditi,& terrigenæ,rapto & furto vivere ſoliti,quorum aliqui in *Wladzim*, in captivitatem deducturi res & homines iverant, & abiode exeundo, tanquam domeſtici, cum aliis, qui in Regno habitabaor, libere bona mercatorum & ſubditorum Regni *Poloniæ* diripiebant. Videntes enim, ex Regno *Poloniæ*,omnem bonum ordinem,& correctionem malorum exulaſſe,& in his, qui multa ſpolia, & furta abſente Rege patraverant,nullam vindictam ſubſecutam fuiſſe, erexerunt animum propter impunitarem,ad omnia mala,& ex bonis oobilibus fures effecti. Nec inventus eſt aliquis,ex omnibus Regni *Poloniæ* Baronibus, qui interponeret ſe ad ſubmovendum tanta ſpolia & furta. Ubique enim viæ & ſtratæ completæ erant furibus. Et quamvis Prælati, & Barones Regni *Poloniæ*,eventum tantorum malorum *Caſimiro* Regi Nuntiis ſuis & literis ſpecialibus ſignificaſſent,& multis perſvaſionibus peruiſionem Regalem invocaſſent: Sua tamen Serenitas,rebus *Lithuaniæ* intenta,diſtulit, ſuccurrere proviſioni Regni ſui. Propter quod hoſtes invidi,& fures Regni,diſſimulatione Regis & Baronum Regni *Poloniæ* cognita, liberius ad omnia deſideria graſſabaotur. Sub eodem ſiquidem tempore, *Ioannes Kathowski*, bis terram *Wyelunenſem* ſubintrans, multas villas,in ea ſpoliavit: *Laurentio Zaraba*, Caſtellano *Siradienſe*, & Capitaneo *Wyelunenſe*,nullam reſiſtentiam, aut defenſionem opponente: quamvis idem *Ioannes Kathowski*,occaſione privatæ iniuriæ,ſibi per eundem *Laurentium Zaraba* factæ, huiusmodi ſpolia in terra *Wyelunenſe*,aſſerebat ſe commiſiſſe.

& domeſticorum in Regno Polonia

magna vis & copia viget.

Ioannes de Huniad Gubernator Regni Hungariæ Vladum Palatinum Beſſarabia,

Ioannes de *Huniad* Gubernator Regni *Hungariæ*, collecto oon mediocri exercitu, ſimulans ſe contra *Turcas*, iturum in *Beſſarabiam*,cum *Stanculone*,præfecturus illum *Beſſarabus* in Voievodam,*Vlad* Voieuoda expulſo, deſcendit. Subintrans autem clandeſtine terram *Beſſerabiæ*, & *Vlad* Voievodam, nullam hoſtilitatem huiusmodi ſuſpicatum,incautum & ſecurum reperiens,una cum filio interfecit, talique viciſſitudioe, & retributione dictum *Vlad*,pro eo,quod eum ex conflictu,ioſœliciter cum *Turcis* prope *Varnam* commiſſo, fugientem exceperat,& per ſuos captivatum, relaxaverat,& remuneratum dimiſerat,præmiat. *Stanculonem* deiode,quem in Voievodam *Beſſarabiæ* reponere promiſerat, exoculat, & terram *Beſſarabiæ*,ſibi vſurpare molitur. Utautem facilius cogitata perficiat,*Petro* Voievodæ *Moldaviæ*,cui *Vlad*,olim *Beſſarabiæ* Voievoda,erat infeſtus,eo quod *Romano* etiam Voievodæ *Moldaviæ*,filio *Heliæ*,cuius idem *Vlad* germanam habuit in vxorem,de Voievodatu *Moldaviæ* diſceptabant,ſororem ſuam germanam, iam anoum quinquageſimum provectam,dat io vxorem: ſpondens illum reponere in terræ *Moldaviæ* pacifica poſſeſſione. Mittitque cum eo aliquas gentes ſuas,ad expellendum *Romanum*, de *Moldavia* terra. *Romanus* autem intelligens,cootra ſe *Petrum* Patruum germanum,cum auxilio gentium *Ioannis* de *Huniad* adventare, & maritum ſororis ſuæ, *Vlad*,Voievodam *Beſſarabiæ*, à quo magna ſolebat habere in gentibus ſubſidia, interfectum,& animos *Valachorum*, probè intelligens erga ſe,noo eſſe rectos, præcavens ſibi in futurum,fugam iniit. Et de terra *Valachorum* fugiens,ad terram *Podoliæ* confugit. Ubi ſecurus exiſtens, *Caſimirum* Regem *Poloniæ* tam per literas, quam per Nuncios, tanquam propinquo ſibi ſangvine iunctum (eraot enim ex duabus ſororibus geniti) de dando ſibi ſubſidio,multipliciter ſolicitavit.

optime de ſe meritum, vna cum filio necat.

Petrus Palatinus Valachiæ,Huniadi dolos expertus,

Casimiro Regi Regnoque Poloniæ ſupplex ſe ſubiicit.

Petrus autem Voievoda,totius terræ *Moldaviæ* apprehenſa poſſeſſione,dolos *Ioannis Huniad* expertus,nulla cum eo fœdera facere,aut cum Regno *Hungariæ*, iuxta eiusdem *Ioannis* de *Huniad* perſvaſionem, tenere voluit,ſed per literas, & Nuncios, *Caſimirum* Regem, Prælatosque & Barones *Poloniæ*, humiliter rogavit,quatenus eum à ſe non abiicerent, ſed tanquam ſubditum, & homagialem Regni *Poloniæ* tuerentur, offerens ſe fideliter ſacræ Coronæ Regni *Poloniæ*,& Regi *Caſimiro* ſeruiturum.

Perſeveraote *Caſimiro*, *Poloniæ* Rege, per tempus hyemale in *Lithuania*,& continuis venatiooibus inſiſteote,multi ex Boyaris, nobilibus, & communitate *Lithuanorum*, Ducis *Michaëlis* Priocipatum expetebant,& propterea ſecretis cooſiliis ac conſpirationibus exquirebant modos, vias & ingenia, quibus Ducem *Michaëlem*, poſſent in Ducatum magnum *Lithuaniæ* reponere, & illius frui Principatu. Sed nec ipſe Dux *Michael* omnes, quos ſciebat favere ſibi,negligebat inducere muneribus, & promiſſis, quatenus negotia ſua dirigerent, & promovereot. His autem omnibus *Caſimirus Poloniæ* Rex cognitis, omnes Boiaros, & Barones *Lithuaniæ*,quos ſuſpicabatur eſſe Ducis *Michaelis* amicos,de tenutis Caſtrorum deſtituebat, & ſuis fidelibus ea committebat. Majorique induſtria, & diligentia, ſtruebat modos, per quos poſſet prædictum Ducem *Michaelem*, in terris tunc *Maſoviæ*, apud ſuos affines,Duces *Maſoviæ*, *Wladislaum* & *Boleslaum* deliteſcentem comprehendere. Solicitavit, & Magiſtrum *Pruſſiæ*, fratrem *Conradum*, Nunciis & literis, quatenus in caſu, quo idem Dux, *Michael*, per terras Dominiorum

Dux Michael, filius olim Sigismundi, Lithuaniæ Ducatum affectans,

1447. rum ſuorum, vellet latenter fugere, captivare illum, & *Caſimiro* Regi tradere dignaretur. Annuens autem petitioni Regiæ, præfatus A *Conradus Pruſſia* Magiſter, in omnibus deſertis nemoribus, inter *Maſoviam*, & *Livoniam*, *Pruſſiamque* ſitis, per quæ veriſimiliter præſumebat, dictum Ducem *Michaelem* tranſiturum, poſuit excubias, pro ejusdem Ducis *Michaelis* captivatione. Contigit autem, dum idem Dux *Michael*, ex terris *Maſovia*, verſus *Samogithas*, quos ſibi noverat affectos plurimum, per ſylvas, & nemora procederet, metſeptimus, obviavit illi Commendator *Pruthemicus* metnonus, continuato curam de ſua captivitate gerens. Congreſſu autem invicem facto, Commendator vibrato enſe, & capiti ſellæ appoſito, irruit in Ducem *Michaelem*. Sed Dux *Michael*, nudis manibus enſe Com- B mendatoris arrepto, illum ſibi abſtulit, & conatus ſuos eliſit. Senſitque in manibus, non modica vulnera, tandem novem contra ſeptem prævalentibus. Dux *Michael* fugere in paludes, & luta, coactus eſt. Omnes autem ſervitores ſui ſex, per Commendatorem, & ſuos, fuerunt capti. Altera autem die commendator, cum hominibus pedeſtribus, & canibus, dictum Ducem *Michaelem*, longo tempore quæſitum, invenit & comprehendit, & donec vulnera ſua, & ſuorum curata fuerunt, tenuit, poſtea verò illum dimiſit remuneratum. Dimiſſus autem rediit in *Maſoviam*, & exinde in *Sleſiam* devenit, & per Duces *Sleſia Conradum Canthner*, & alios *Oleſchnicenſes* C eſt recollectus, & in Caſtris eorum conſervatus. Sed & ibi quoque plures inſidiæ ſibi tendebantur per *Petrum Schaffraniecz* Succamerarium *Cracovienſem* largitione ad id ſubarratum.

a quodam Commendatore in ſylua comprehenſus dimittitur, & primum in Maſouiam, deinde in Sleſiam fugit.

Concluſiones de pace Eccleſia Lugduni factas

Carolus Rex *Francia*, tenta pro danda pace eccleſiæ, & extinguendo ſciſmate in *Lugduno* Dieta, quæ duravit à feſto S. *Jacobi* Apoſtoli, vsque ad diem S. *Luca* Evangeliſtæ, ad quam Nuncii *Nicolai* quinti Papæ. Item Nuncii Concilii *Baſilienſis*, item Nuncii *Fœlicis*, gerentis ſe pro Papa, item Nuntii *Romanorum*, *Angliæ*, *Caſtella*, *Navaria*, *Cecilia* Regum, item Nuncii Electorum Imperii, & aliqui Electores præſentes, item Nuntii diverſorum Principum, Spiritualium & Secularium, cum plena D poteſtate, item, multi doctores, iuris Divini & humani, fuerunt congregati. Vbi multis tractatibus, pro pace Eccleſiæ habitis, quamvis certa media, pro pacificanda Eccleſia DEI reperiſſent: intelligentes tamen illa ſine *Fœlice* concludi non poſſe, iverunt ad illum in *Gebennas*, inveneruntque animum ejus, ad pacem Eccleſiæ dandam, non ſolum inchoatum, ſed etiam deditiſſimum. Et tandem Spiritu Sancto dictante, idem *Fœlix* in omnia pacis media conſenſit. De quo omnes incredibili lætitia erant completi, ſperantes indubiè, per dictum medium, pacem veram & integram, eccleſiæ ſecuturam, cum fidei integritate, authoritatis Eccleſiæ, & generalium Conciliorum conſervatione, ſerenitate conſcientiarum. 1447. Statimque ex *Gebennis* iverunt ad Reges ſuos, & abinde *Romam*, aliquorum Regum prædictorum Oratores, ad *Nicolaum*, quintum Papam, rogaturi, ut ipſe *Nicolaus*, omnia media, ſic concepta, & compacta, ratificaret. Qui ut vir magnæ prudentiæ & ſanctitatis, & nihil amplius quam pacem, & vnionem Eccleſiæ ſummopere deſiderans. Nunciis, & Oratoribus, Regum & Principum prædictorum, benigna audientia præſtita, ferè ſingulas Ordinationes, in *Lugduno* digeſtas approbat, acceptat, & admittit.

Nicolaus quintus Pontifex Romanus approbat.

Caſimirus Rex *Polonia*, Natalis Domini dies celebravit *Vilna*, ubi ad ſuam Serenitatem, Ducis *Moſchovitarum*, item Ducum de *Sygwior*, item *Tartarorum* Imperatoris, item Communitatis *Novogrodenſis*, item Magiſtrorum, *Pruſſia* & *Livonia*, Nuncii & Oratores confluxerunt: plurima illi offerentes dona, & congaudentes de ſua in Regnum *Polonia* exaltatione. Quos votivè, & prudenter expediens, ad propria remuneratos remiſit. Ex *Vilna* proceſſit in *Brzeſczye*, & ibi ferè totã Quadrageſimam continuavit. Pro Dominica vero Palmarum, *Vilnam* reverſus eſt, & ibi egit dies feſtos Paſchæ, illuc ad ſuam Majeſtatem *Zophia Polonia* Regina, genitrix ſua, advenit, & multis ſalubribus, cum eo habitis tractatibus, remuneratа, in Regnum *Polonia* poſt conductum Paſchæ rediit. Non enim poterat ipſa Regina, cum curia ſua notabili, illic longos ſtare dies, propter nimiam penuriam, atque famem, quæ tunc vehementer terram *Lithuania*, affligebat. 1448.

Caſimiro Regi, nonnulli Principes, de illius ad Regnum Polonia exaltatione, muneribus etiam oblatis congratulantur.

Peractis diebus Paſchæ & Pentecoſtes, *Caſimirus Polonia* Rex, pro feſto S. Trinitatis, venit in *Brzeſczye Ruthenicale*, deinde per *Parczow*, Sabbato poſt feſtum Corporis Chriſti, intravit Oppidum *Lublin*, ubi *Zophia* Regina *Polonia* ei occurrens, ipſum excepit. In quo decim diebus generalem tenuit Conventionem. Convenerant enim illuc, vtriusque Dominii Prælati, Principes, Dignitarii, & Barones, tam videlicet Regni *Polonia*, quam Ducatus magni *Lithuania*. De Regno ſiquidem venerant, *Vincentius* Archiepiſcopus, & Primas, *Ioannes* Archiepiſcopus *Leopolienſis*, *Sbigneus Cracovienſis*, *Wladulaus Wladiſlavienſis*, *Andreas Poſnanienſis*, Epiſcopi, *Ioannes* de *Czizow* Caſtellanus & Capitaneus, *Ioannes* de *Thęczin* Palatinus *Cracovienſis*, *Lucas* de *Gorka Poſnanienſis*, *Ioannes* de *Oleſchnicza* *Sandomirienſis*, *Albertus* de *Malo Lancicienſis*, *Petrus Odrowąſz Leopolienſis*, *Hriczko Podolia*, Palatini, *Przedborius* de *Konyeczpolie Sandomirienſis*, *Creslaus* de *Kurozwęki Lublinenſis*, *Theodoricus Podolia*, Caſtellani, & alii multi nobiles, Barones & milites. Ex parte vero magni Ducatus *Lithuania*, advenerant, *Matthias* Epiſcopus *Vilnenſis*, Dux *Georgius Langwinowicz*, Dux *Georgius Syemienowicz*,

Altera Conventio generalis facta per Caſimirum Regem in Lublin.

Dux

Dux *Vaſillo Kroſſni*, Dux *Oſtrowski*, *Gaſtoldus Vilnenſis*, *Monividus Trocenſis* Palatini, *Petrus Montigerdowicz*, Marſſalcus magni Ducatus A *Lithuaniæ*, & alii multi nobiles, & Barones de *Lithuania*. Omnes autem hi de *Lithuania* Conſiliarii, in tentoriis ſuis habebant manſiones, circa fluvium *Biſtrzicza*: *Caſimiro* Rege, in neceſſariis, in abundantia illos tractante. Conventione autem prædicta inſtaurata, & omnibus Conſiliariis utriusque Dominii conuenientibus, cœperunt Prælati, Principes, & Boiari, magni Ducatus *Lithuaniæ*, Prælatis, Baronibus, & Dignitariis Regni Poloniæ proponere, *qualiter per inſcriptiones, fœdera, & ligas, inter Regnum Poloniæ ab una, & Ducatum magnum Lithuaniæ, partibus ab altera, ſub divis principibus, Wladislao Rege Poloniæ, & Vithawdo, Duce magno Lithuaniæ, confectas*, nimium gravarentur, *ex his præſertim verbis, ubi prædicti duo Principes, Wladislaus Rex Poloniæ, & Alexander Vithawdus, magnus Lithuaniæ Dux, omnes terras Lithuaniæ, & Ruſſiæ, Regno Poloniæ perpetuo uniendo, in ſuis literis, terras Lithuaniæ, Samogithiæ, & Ruſſiæ, Regno Poloniæ perpetuo, ſcribunt ſe incorporaſſe, univiſſe, & appropriaſſe.* Petentes, *ut verba hujusmodi ex literis inſcriptionum tollerentur, ne verba prædicta, Prælatos, Principes & Baronos Lithuaniæ declararent Regno Poloniæ perpetuo eſſe obnoxios, & quodammodo inferiores & ſubjectos.* Rogabant deinde, *quatenus terra Podoliæ, item Caſtrum Olyeſchko, & Diſtrictus Wietbly, Lopaczin, & Hrodlo eis redderentur*, C *attento, quod Dux magnus Lithuaniæ Withawdus, in diebus ſui regiminis, illa poſſediſſet*, & allegantes *terram Podoliæ, poſt mortem Ducis magni Withawdi, à magno Ducatu Lithuaniæ præter juſtitiam abſtractam fuiſſe.* Prælati verò & Barones *Poloniæ*, per *Caſimirum* Regem rogati, quatenus cum Boiaris *Lithuaniæ*, benignè, & charitative ſe gererent, & modeſte illis, atque amice, ad eorum poſtulationes, reſponderent, talemque viam reperirent, prudentem, quæ eos non exacerbaret, neque moleſtos, atque gravatos efficeret. Habita notabili deliberatione, illud invenerunt medium, quod omnia propoſita Baronum *Lithuaniæ* facile ſolveret, ut videlicet Regnum *Poloniæ*, cum Ducatu D magno *Lithuaniæ*, ſecundum intentionem primorum Principum, *Wladislai Poloniæ* Regis & *Vithawdi*, magni Ducis *Lithuaniæ*, ſub uno Rege, & Principe foret, & utrumque Dominium, de cetero vocatur Regnum *Poloniæ*, titulo magni Ducatus *Lithuaniæ* extincto. Quodque *Lithuaniæ, Samogithiæ* & *Ruſſiæ* terræ, quæ nunc Ducatui magno ſubſunt, in eadem ſorte, conditione, iure, priuilegio, & libertate, qua terræ *Craconienſis, Sandomirienſis, Lublinenſis, Leopolienſis*, *Podoliæ*, & aliæ conſiſtant. A Polonorum itaque Proceribus, quæſtio & interrogatio tunc in *Lithuanos* mota, & propoſita eſt, *an vellent amplius & de cetero ſub uno Rege & Principe, cum illis perpetuo eſſe*: Quoniam, ea quæſtione abſoluta, nulla poſſet A de cetero, neque de privilegiis ſeu fœderibus, neque de terra *Podoliæ*, & Diſtrictibus prædictis, differentia ſuboriri: cum omnia eſſent vnum, neque limitibus aliquibus, velut corpus vnum, poſſent diſterminari, & ſecerni. Tali propoſitione Boiari *Lithuaniæ* requiſiti, deliberatione habita, reſpondent, *ſe cum Regno Poloniæ non recuſare eſſe, ſub vno rectore, & Principe, non in perpetuum quidem, ſed ad illud tempus, quo modernus Caſimirus Rex Poloniæ, & proles, ex radice, & femore ſuo deſcendens, vixerit. Nullatenus autem poſſe in eam conditionem annuere, & conſentire, ut terræ Lithuaniæ taliter Regno Poloniæ unirentur, & eiusdem conditionis eſſent, qualis ſunt terra, Craconienſis*, B *& Sandomirienſis & aliæ: cum turpe eſſet illis, & titulum Ducatus magni Lithuaniæ ſupprimere, & omnem gloriam, famam, & nomen, in communem Regni Poloniæ titulum infuſum obfuſcare.* Poſtulant igitur, & multis precibus expoſcunt, *ut corrigantur literæ, & terra Podoliæ cum Diſtrictibus ſupra deſcriptis dentur.* Super qua poſtulatione, tale eis, per Regni *Poloniæ* Proceres, æditur reſponſum. *Non eſt vetuſtate deletum, nec diuturnitate abolitum, ſed recens & publicum vulgare factum, quando Regnum Poloniæ, ſpretis multis excellentiſſimis Principibus Catholicis, qui illius affectabant regimen, Principem veſtrum Wladislaum, olim Regem Poloniæ, tunc Lagyel vocatum, in Dominum & Regem Po-* C *loniæ receperit, quatuor conditionibus, prius per eum firmatis. Prima quidem, ut fidem Catholicam, cum omni ſua gente ſuſciperet. Secunda, ut omnes terras ditioni ſuæ tunc ſubiectas Regno Poloniæ perpetuo appropriaret, & incorporaret. Tertia, ut theſauros omnes, in Regnum Poloniæ induceret. Quarta, ut omnes Catholicos captiuos relaxaret. Eo autem accepto in Regem, illuſtriſſimam illi dederunt pro Conſorte Hedwigim, Ludovici Regis Poloniæ & Hungariæ filiam. Qui promiſſionum ſuarum non immemor, omnibus diebus, quibus vixit, tam a propriis, quam a forenſibus, quæſivit modos, ingenia & conſilia, quibus terras Lithuaniæ Regno Poloniæ perpetuo uniret. Reperit autem modum* D *optimum, ut vos primum ſacro fonte renatos, nobis in Dignitatibus, honoribus, & nobilitate æquavit, & arma, quæ in ſignum nobilitatis detulimus, glutinando nos vobis, deferenda dedit, per multasque inſcriptiones, diverſis temporibus habitas, Regno Poloniæ, Ducatum magnum Lithuaniæ laudante, conſentiente, & approbante Duce magno Lithuaniæ Withawdo, & univerſis antiquis, quorum aliqui adhuc ſuperſunt, Ducibus & Boiaris Lithuaniæ appropriavit, & incorporavit. Non licet igitur nobis aliqua inſcriptionibus prædictis addere, corrigere, vel detrahere, quæ multorum capitum prudentia, ſolertia, & induſtria, cum magnis ſumptibus & expenſis ſunt confecta, quoniam correctio huiuſmodi, & detractio, omnes in-*

in qua de Lithuania Ducatu cum Regno Polonia coniungendo diſceptatur,

et de proprietate terra Podolia, aliisq; nonnullis diſtrictibus.

1448.

ſcriptiones, uniones, & incorporationes viciaret, & prorſus redderet caſſas & inanes. Caterum ſatis miramur, quod dari ſibi terram Podolia, quam nos pro dimiditate Regni noſtri, propter facundum ſolum computamus, expetitis: allegantes illam eſſe de Ducatu magni Lithuania proprietate, cum notorium, publicum, & clarum ſit, quod terram pradictam Caſimirus ſecundus Rex Polonia, ſub Tartaris conquiſiuit. Et multis illam tenens pacifice temporibus, multa caſtra, videlicet Camyenietz, Chaczen, Czeczny, Bakuta, Braczlavv, Myedziboze, & alia vel muro, vel lignis conſtruxit. Fuitque terra pradicta, in Regni Polonia longa diuturnaque poſſeſſione: quam, morte Caſimiri Regis ſecuta, Rex Polonia Ludonicus tenuit; Quo ſublato Wladislaus Iagyel eius poſſeſſor, vt Rex Polonia fuit: quam iure ſuo regali Spithkoni de Melſthin, militi ſuo, propter eius ſeruitia & merita, perpetuo in feudum donauit. Et eo mortuo, iterum eam Duci Svvitrigal, fratri ſuo contulit, ad vita tempora, de quo apud nos clariſſima teſtimonia ſeruantur. Ex eo vero, quod illam magnus Dux Vithaudus aliquot annis tenuit, nullum ius a vobis poteſt vendicari: cum illam ex donatione Wladislai Regis Polonia tenuerit: Duce Svvitrigiellone ex ea fugiente. Quod & moriturus pradictus Dux Vithavvdus recognouit. Et perpendens Wladislaum Regem eſſe perplexum, ne morte ſua ſecuta, terra pradicta, a Regno ſuo Polonia abſtraberetur, illico pro omnibus Capitaneis, & terrigenis terra Podolia mittens, omnes ſacramentum praſtare iuſſit, ne poſt mortem ſuam, eandem terram alicui alteri, praterquam Wladislao Regi, aut Regno ſuo Polonia, reſignarent. Qui iuſſa prafati Ducis & promiſſa complentes, terram Podolia pradictam, morte Vithavvdi, magni Ducis Lithuania, ſecuta, Wladislao Regi Polonia ſponte reddiderunt. Nec vnquam ſuper illa, inter nos, & vos, fuit aliqua concertatio, quaſtio & differentia. Sed Regnum Polonia, in eius fuit quieta & pacifica poſſeſſione. Sed neque liberalitas Wladislai Regis Polonia, in Lithuania Ducem pradictum, magnum Vithavvdum, largitione temporali, pradicta terra Podolia collata, trahi debet per vos, in alicuius proprietatis vſurpationem, aut debiti neceſſitatem. Si tamen exiſtimatis nos, vobis, occaſione pradicta terra Podolia, in aliquo iniurios eſſe, offerimus nos bonorum, iuſtorum & proborum hominum, ſine paſſione, affectu, vel metu iudicantium, ſtare deciſioni & decreto. Et non ſolum ſuper prafata terra Podolia, ſed etiam ſuper prafatis Diſtrictibus Olyeſchko, videlicet Lopaczino, Wyethli, & Hradlo, qui de proprietate, iure & titulo, Regni Polonia eſſe dinoſcuntur, & quos Dux magnus olim Lithuania Sigismundus, per literas ſuas patentes, recognoſcit, non eſſe ſuos, neque aliquid iuris proprietatisue, ſe, aut Ducatum magnum Lithuania, in illis habere, ſimilem vobis offerimus iuris, iuſticia & aquitatis conditionem. Quibus auditis Boiari Ducatus magni *Lithuania*, videntes ſe in iuſtitia deficere, deſtiterunt amplius loqui, & interpellare Barones *Polonia*, pro terræ *Podolia* reſtitutione.

Ad hanc Conventionem *Lublinenſem*, redierunt Nuncii *Caſimiri* Regis, alias in Urbem, ad *Nicolaum* quintū Papam, cum obedientia miſſi, videlicet *Viſchota* de *Gorka* Præpoſitus *Poſnanienſis*, & *Petrus* de *Schamotuly*, Caſtellanus *Caliſſienſis*. Cum quibus *Baptiſta* Epiſcopus *Camerienſis*, præfati *Nicolai* Papæ, ad *Caſimirum* Regem, & Regnum *Polonia*, cum poteſtate Legati de latere, Nuncius & Orator miſſus advenit. Qui feria quinta in Octava Corporis Chriſti, habita audientia publica, & facta brevi oratione, commendavit plurimum *Caſimirum* Regem, de data obedientia. Deinde loco muneris, præſentavit Regi, ex parte Papæ Roſam auream, penſantem centum aureos. In audientia autem, ſecreta, præſentavit Caſimiro Regi Bullam ſuper nonaginta nominationibus, ſuper tota Provincia *Gneſnenſe*, aliam pro ſubſidio contra Tartaros, exactionem in Clero Provinciæ *Gneſnenſis*, ſuper decem millibus florennorum. Vltimo expoſuit, quod *Nicolaus* quintus Papa, creationem *Sbignei*, *Cracovienſis* Epiſcopi, factam olim, per *Eugenium* quartam Papam in Cardinalem, pro honore Regis, & Regni *Polonia*, innovavit, & confirmavit. De quibus omnibus *Caſimirus* Rex gratias ſummo Pontifici *Romano Nicolao* quinto agens, eundem *Ioannem Baptiſtam* Epiſcopum & Legatum expenſis largis procuravit.

Cum Legatis Polonicis, qui ad Pontificem Romanum Nicolaum quintum, declarandi obedientia cauſa, miſſi erant, eiuſdem Pontificis Legatus, in Poloniam venit, roſam auream & quaſdam Bullas muneris loco Caſimiro Regi ferens.

Feria quarta, in die ſancti *Bonifacii*, licentiatis *Caſimirus* Rex Prælatis & Baronibus Regni ſui *Polonia*, & Ducatus magni *Lithuania*, diſſolutaque Conventione, ex *Lublin* diſcedit, & per *Vrzadow* & *Zavichoſt*, feria ſexta poſt prandium, venit *Sandomiriam*, ubi ſtetit ad feriam quintam. Fecerat tamen, intra dies illos, deſcenſum in *Przischow* ad venationes. Feria quinta recedens *Sandomiria*, per *Opathow* venit ad ſanctam Crucem, in Calvum montem. Vbi adorato ligno ſanctæ Crucis, per *Sibidlow*, & *Proſchenice*, comitante eum *Zophia* Regina *Polonia* genitrice ſua venit *Cracoviam*, feria quinta, ante feſtum S. *Ioannis* Baptiſtæ. Vbi iam eum *Ioannes Baptiſta*, Nuntius Apoſtolicus diebus aliquot præceſſerat, & fuit, per Prælatos, & Canonicos Eccleſiæ Cathedralis *Cracovienſis*, & omnes Conventuales Eccleſias, ac Cives *Cracovienſes*, qui in mille videlicet equorum Comitiva ſibi exiverant in obvium, ſplendide receptus. Vniverſitas tamen *Cracovienſis*, nullam ei, etiam monita & rogata, voluit facere reverentiam, propter tractatum, quem profitendo veritatem condiderat, & in quo *Baſilienſe* Concilium, rite congregatum, *Eugenium* quartam deponere, & *Felicem* eligere potuiſſe, ex ſcripturis pluribus declaravit. Fremebat autem prædictus Epiſcopus *Baptiſta*, contra Vniverſitatem, & niſi prudentiſſimis perſvaſionibus, & ra-

Legatus Nicolai quinti Papa a Sbigneo Cracovienſe Epiſcopo, & eius Clero Ciuibusque Cracovienſibus, præter Vniverſitatem, qua Eugenium Papam agnoſcebat, cum ſummo honore excipitur.

1448.

rationibus, per *Sbigneum* Cardinalem,& Epiſcopum *Cracovienſem*, fuiſſet mitigatus, decreverat plures de Univerſitate ſuis privare beneficiis,& eiicere eos de conſenſu *Caſimiri* Regis ex Regno. Ipſe tamen Cardinalis dedit viam, per quam hæc omnia, in pulchro ordine compoſita fuerunt,& reſtricta, & pax *Cracovienſi* ſtudio atque honos ſervatus.

Rathiborienſes & Oſzvviazimenſes Duces Caſimiro Regi aſſiſtentiam & fidem promittunt.

Caſimiro Poloniæ Rege manſionem ſuam *Cracoviæ*, decemocto diebus continuante, *Nicolaus* & *Venceslaus* Duces *Rathiborienſes*, ac *Venceslaus*,& *Januſius Oſſzwiaczimenſes*, venerant ad ſuam Serenitatem, promittentes, omnem aſſiſtentiam & fidem. Quos *Caſimirus* Rex *Poloniæ* magnifice honoravit,& Regaliter remuneratos, ad propria remiſit.

Boleslaus Dux Theſſnenſis Annam, neptem ex ſorore Zophiæ Reginæ Poloniæ, ducit in vxorem.

Sub idem tempus, *Boleslaus* Dux *Theſchnenſis*, neptem germanam ex ſorore *Zophiæ* Reginæ *Poloniæ*, Virginem *Annam*, Duciſſam *Ruſſiæ*, die Dominico, ante feſtum Viſitationis ſanctæ *Mariæ* Virginis, accepit in vxorem. Cui *Caſimirus Poloniæ* Rex, ex munificentia Regali, pro dote, duo millia florenorum aſſignavit, de theſauro Regni *Poloniæ*. Obligans eum affinitate huiusmodi, ad amicitiam, Regno *Poloniæ* præſtandam arctiorem; qui & ipſe ſua ſponte in Regni *Poloniæ* amplitudinem fervidum habebat,& præproperum ante eam affinitatem, ingenium. *Fœlicem* & beatum ſe publice aſtruens, ſi Ducatus *Sleſiæ*, ſinguli, ad corpus Regni *Poloniæ*, a quo abſtracti, per iniquitatem erant, reddi, & reuniri, in ſuis diebus contigiſſet.

Caſimiro Regi in Ruſſiam iter facienti, mors Romani Palatini Moldaviæ nunciatur.

Feria ſecunda, ante feſtum ſanctæ *Margarethæ*, *Caſimirus* Rex *Poloniæ*, exivit *Cracovia*, in *Wyeliczkam* ad prandium, & ad noctem, & per ſolitas ſtationes ſuas, iter ſuum verſus terras *Ruſſiæ* maturabat. Quo in *Woynicz* agente, ad illum Nuncius allatus eſt, referens ſibi verbo & literis, Voievodam *Moldaviæ Romanum Heliæ* Voievodæ fratrem amitalem, toxico, dato ſibi a ſuis quibusdam Baronibus, feria tertia, in die Viſitationis ſanctæ *Mariæ* Virginis, diem obiiſſe, ſuper cuius morte compatiens, tanto celerius, in terras *Ruſſiæ* proceſſit, ut terras *Moldaviæ*, ad pacem & bonum ordinem reponeret. Die Dominico poſt feſtum ſanctæ *Margarethæ* intravit *Przemiſliam*, deinde procedit verſus *Leopolim*.

In templo Sandomirienſi ſignum Paſſionis Dominicæ & plerique homines ictu fulminis afflantur.

Eadem feria ſecunda, qua Rex *Caſimirus Cracouia*, verſus terras *Ruſſiæ*, fuerat egreſſus, in Eccleſiam beatæ *Mariæ* Virginis *Sandomirienſem*, fulmen aduenit,& tectum medii verticis templi, ex aſpectu pinnaculi linealiter, a ſummo deorſum mouit,& per foramen teſtitudinis ingreſſum faciens, in templi interiora, primum Crucem Paſſionis, in medio Eccleſiæ pendentem, in tenues portiones diſſipavit, & manum ſiniſtram, a iunctura cubiti diſiunxit, ferrum quo Paſſio ſuſtentabatur, frangens,& aliquot quadratos lapides, de muro templi euulſit. Virginem *Magdalenam*, filiam Aduocati de *Lagow*, tunc coram *Petro* Baccalaureo & Viccario facientem confeſſionem, in capitis dextro tempore percutiens, interficit. Eundem vero *Petrum* Baccalaureum in manu ſiniſtra graviter aduſſit,& calceum vnius pedis mirabiliter laniavit. Vnum ex Sanctuariis, in humeris percuſſit. Multi inſuper alii in pedibus aduſti, de templo, aut ducebantur adiuti aut portabantur. Nemo in Eccleſia fuit, qui vel ſubito terrore percuſſus, non corruit, vel obſtupefactus, in obliuionem ſui non venit. Ignis enim fulminis, totam Eccleſiam repleuerat. Qui ſi cum primo impetu, in numero denſiore, per Eccleſiam diſcuriſſet, omnes in Eccleſia poſiti, aut mortui, aut inſanabiliter læſi fuiſſent. Verum impetus materiæ, propter tot reflexiones, & ad tantam diſtantiam deportatas, langvidatus eſt. Sed & ignis ipſius denſitatem tantum ſubtiliaverat, quod illi, qui circa terram diffundebatur, propter materiæ raritatem, non inferebat vſtionis nocumenta. Erat Eccleſia prædicta, plena foetore ſulphureo, & fumo, ex huiusmodi fulminis percuſſione.

Ad Caſimirum Poloniæ Regem delectum militum habentem, pro retinenda Moldauia,

Die Dominico, ante feſtum ſanctæ *Mariæ Magdalenæ*, venit *Caſimirus Poloniæ* Rex *Leopolim*, vbi ſtetit diebus undecim. Intra quos deliberabat, exercitualiter ire, verſus terras *Moldauiæ*, auiſatus, quod *Petrus* Voieuoda *Moldaviæ*, de ſubſidio, *Ioannis* de *Huniad* Regni *Hungariæ* Gubernatoris, confidens ſuæ Serenitati facere reſiſtentiam, parabat. Vnde omnibus terris *Ruſſiæ*, videlicet *Przemiſlienſi*, *Leopolienſi*, *Podoliæ*, *Chelmenſi*, & *Belzenſi*, mandat ad arma conſurgere,& exercitualiter in *Halicz*, pro die Dominico, poſt feſtum S. *Petri* ad vincula, venire.

Maria coniux Heliæ defuncti, comitatu ducentis equis, venit Leopolim.

Ibi venit ad ſuam Serenitatem *Maria* relicta *Heliæ* Voieuodæ, *Moldauiæ*, habens in Comitatu, ducentos eqvos de *Valachis*, qui partem filii ſui *Romani*, dum viueret, ſequebantur,& eo mortuo, ad *Caſimirum Poloniæ* Regem, tanquam principalem declinabant. *Caſimirus* autem Rex conditioni prælatæ *Mariæ*, amitæ ſuæ, compatiens, Oppidum *Colomiæ* ſibi donat ad manendum. Baronibus vero *Valachiæ*, notabile facit in pecuniis ſubſidium: mandans eis ſecum proficiſci, eorum ſtatui & perſonis prouiſurus.

Exercitus terrarum Ruſſiæ Haliciam ad Caſimirum Regem confluit, & Ioannes Grzimyaczki Regi charus in fluuio Lippa ſubmergitur.

Feria quarta, ante feſtum S. *Petri* ad vincula. *Caſimirus* Rex *Poloniæ*, de *Leopoli* in *Bobrka* egreſſus, feria ſexta poſt feſtum ſancti *Petri*, venit in *Halicz*. Vbi ſtetit quatuor diebus: Exercitu terrarom *Ruſſiæ*, illuc ad ſuam Serenitatem confluente. Quo illic ſtante, & venationi auium inſiſtente, familiaris ſuæ Curiæ, *Ioannes Grzimyaczki*, *Polonus* nobilis, ſibi ex diuturno ſeruitio, per totum tempus, quo erat in *Lithuania*, præſtito, ſingulariter charus, volens vadum, in fluuio *Lippa* tentare, ſubito ſubmerſus eſt,& poſt aliquas horas vix repertus: quamuis flumen facilis eſſet vadi,& paruam haberet aquam in alueo,& tandem in Eccleſia parochiali in *Halicz* ſepultus.

1448. Feria tertia egreſſus *Caſimirus Poloniæ* Rex de *Halicz* per *Buczacz, Iagyelnicza*, & alia loca conſueta, venit in Ciuitatem regalem *Camieniec*, feria ſexta in vigilia S. *Laurentii*, vbi diebus duodecim manſionem ſuam egit. Tanta autem fuit exultatio, omnium terræ *Podoliæ* nobilium, & terrigenarum de Regio aduentu, per quem ſperabant terram *Podoliæ*, ad bonum ordinem & pacem reduci, ut liberaliter Regi, de villis ſuis, duplicem præſtarent ſtationem. Præmiſerat autem *Caſimirus Poloniæ* Rex, de *Iagyelnicza*, duos Barones, videlicet *Petrum Odrowaſz* Palatinum *Leopolienſem*, & *Przedborium* de *Konyeczpole*, Caſtellanum *Sandomirienſem* ad *Petrum* Voieuodam *Moldaviæ*, ut prædictum *Petrum* bonis & honeſtis mediis inducerent, & requirerent, ad præſtandum Regi *Caſimiro* homagium, & ut Ducem *Michaelem*, filium olim *Sigiſmundi*, magni Ducis *Lituaniæ*, quem apud ſe fouebat & ſuſtentabat, ſibi, tanquam hoſtem, præſentaret. Et quamuis ipſe *Petrus* Voieuods *Moldauiæ*, conſentiebat huiuſmodi homagium facere, & omnem fidelitatem debitam, more ſuorum prædeceſſorum, *Caſimiro* Regi *Poloniæ* præſtare: venire tamen ad præſentiam Regis *Caſimiri* timuit. Suggeſtum enim ſibi fuit, per quoſdam, ex conſilio *Caſimiri* Regis, quod captiuitatis, laturus eſſet, ſi adueniret, moleſtias. Igitur miſit ad Regem, nuncios ſuos notabiles, videlicet *Nagon* Baronem, & *Michaelem* Cancellarium, cum aliis duobus Baronibus ſupplicans, vt Rex *Caſimirus* non imputaret ſibi ad culpam, quod venire ad ſuam præſentiam, propter metum non poterat, offerens ſe, dummodo eſſet ſecurus, & homagium, & fidelitatis præſtare iuramentum. Ducem vero *Michaelem*, nullaſenus ſe poſſe aut velle Regi *Caſimiro*, præſentare aſtruebat, cum magnum incideret dedecus, ſi Principem innocentem Regiam gratiam, & iuſticiam poſtulantem, qui ad illum confidenter, velut ad amicum, venerat, Regi dederet. Obtulit tamen eundem de cetero in moleſtiam, & nauſeam Regis *Caſimiri*, in ſuis Dominiis, non tenere. Rex autem *Caſimirus*, deliberatione habita, mittit *Petro* Voieuodæ *Moldaviæ* largum ſalvum conductum; aſſecurans eum de omni timore. Dum autem ipſe *Petrus* Voieuoda, huiuſmodi ſaluo conductu aſſecuratus, venire ad præſentiam *Wladislai* Regis, in *Camyeniec* diſponeret, & iam in Caſtrum *Choczim* aduenisset, *Caſimirus Poloniæ* Rex, moram temporis ſufferre non valens, & nimio æſtu in *Lithuaniam* redire deſiderans, ne conuentionem, pro die Natiuitatis ſanctæ *Mariæ* Virginis, in *Nouogrodek*, iuxta concluſionem, cum *Lithuanis* habitam, negligeret, ex *Camyeniec*, rebus omnibus, quæ conſumationi erant proximæ, neglectis & omiſſis, feria quarta, ante feſtum ſancti *Bartholomæi* diſceſſit, miſſis quatuor Baronibus, ad *Petrum Moldaviæ* Voieuodam, videlicet *Ioanne* de *Czizow* Caſtellano *Cracouienſi*, *Petro Odrowaſz*, Palatino *Leopolienſi*, *Ioanne* de A *Konieczpolye* Regni *Poloniæ* Cancellario, & *Ioanne* de *Pilcza*, cum plena poteſtate. Qui cum illo certis habitis tractatibus, omnia bono ordine concludunt, iuramentum fidelitatis, tam ab eo, quam ſuis omnibus Baronibus, vice & nomine *Caſimiri* Regis, & Coronæ *Poloniæ* exigunt, nouas inſcriptiones, & fœdera firmant, per quæ ipſe *Petrus* Voieuoda *Moldaviæ*, *Caſimiro* Regi, & Regno Poloniæ, fidelitatem & obedientiam debitam exhibere, ac pro præſtando homagio, pro tempore & loco beneplacito, iuxta *Caſimiri* Regis ordinationem, & mandatum, venire ſe aſtringit, & obligat. Hac autem concluſione, cum eodem *Petro* Voieuoda *Moldaviæ* habita, exercitus terrarum B *Ruſſiæ*, qui in Campeſtribus, circumquaque Ciuitatem *Camyeniecz*, multis diebus, erat commoratus, licentia habita, ad propria regreſſus eſt. Miſerat etiam Dux *Michael*, filius Ducis magni *Lituaniæ* olim *Sigiſmundi*, ſpecialem Nuncium, rogans *Caſimirum Poloniæ* Regem, ut illum in gratiam aſſumere dignaretur. Barones autem Regni *Poloniæ* requirens, ut ſuarum promiſſionum, & iuramenti memores, ad iuſtitiam illum admitterent. Contemptæ autem fuerunt, & ſpretæ huiuſmodi ſuæ preces, & non ſolum ipſe Dux *Michael* ad gratiam exauditionis non admiſſus, ſed etiam firmatis, cum *Petro* Voieuoda *Moldaviæ*, fœderibus, ex *Moldauia*, tanquam hoſtis Regis *Caſimiri* C pulſus, ad *Tartaros* barbaros ſe contulit: poſtquam inter Catholicos iuſtitiam & gratiam non reperit. Venerat etiam, ſtante *Caſimiro Poloniæ* Rege in *Camyeniec*, ad præſentiam ſuæ Maieſtatis, *Tartarorum* Imperatoris nuncius, *Kalina* vocatus, offerens nomine *Tartarorum* Imperatoris ſubſidium exercitoale, contra *Petrum* Voieuodam *Moldaviæ*, caſu, quo *Caſimiro* Regi nollet ſubiici & obedire. Hunc Nuncium remuneratum *Caſimirus* Rex, habitis ſecum ſecretis tractatibus, remiſit, & quædam mandata, ignota multis, ad Cæſarem *Tartarorum* illi dedit.

Petrus Palatinus Moldauiæ Caſimiro Poloniæ Regi obedientiam promittit,

ob idq; Dux Michael Moldauia eiectus ad Tartaros fugiens ſe contulit,

Egreſſus *Caſimirus Poloniæ* Rex, de *Camye*D*niec*, feria quarta ante feſtum S. Bartholomæi, per *Czarnekunicze*, venit in *Trabowlam*, feria quinta. Vbi licentiatis omnibus Curienſibus Polonis, quibus certam & notabilem ſummam per Zupparium *Cracouienſem* erogari & diſtribui mandauit. Ex *Trabowla* feria ſexta, in vigilia S. *Bartholomæi*, properat in *Lithuaniam*, & per *Kozlow*, *Swizenie*, aliaque conſueta loca, feria ſecunda poſt feſtum S. *Bartholomæi* venit in *Luczko*, vbi ſtetit duobus diebus: ibique venit ad ſuam Serenitatem nuncius, ſignificans *Vincentium* Archiepiſcopum *Gneſnenſem* feria quarta in Vigilia Aſſumptionis ſanctæ *Mariæ* Virginis, in Caſtro Eccleſiæ ſuæ *Vnyeiow*, mortuum eſſe, & expoſt Sabbato proximo,

Vincentius Archiepiſcopus Gneſnenſis moritur.

1448.

ximo, in Eccleſiam *Gneſnenſem*, cum debita honeſtate tumulatum.

Caſimiro Polonia Rege

Feria quarta poſt feſtom ſancti *Bartholo-* A *mai* exioit *Caſimirus Polgnia* Rex de *Luczko*, & per *Pinsko*, pro die Natiuitatis ſanctæ *Maria* Virginis, venit in *Nouogrodek*. Vbi ad ſuam Serenitatem, pro tenenda Conoentione, Prælati & Barones *Lithuania* coooenerunt. Cum quibus, habitis tractatibus, ſecretis & ignotis, ad *Grodno*, & ad alia venationum loca proceſſit, & in illis fuit longo tempore immoratus.

rebus Lithuanicis occupato,

Miſit tamen exercitum terrarum *Lithnania*, & *Samogitia*, contra Ducem magnum *Twerenſem*: cuius gentes quoddam caſtrum, quod fuit pro Rege *Caſimiro* conquiſitum, volentes illud reacquirere vallauerunt. Vix autem quindecim elapſis diebus, poſtquam *Caſimirus Polonia* Rex ex *Podolia* diſceſſerat, Impe- B rator *Thartarorum*, com exercitu venit improuiſe contra illam, & crudeliter eam vaſtans, nulli parcens ſexui vel ætati, magnam multitudinem hominum & pecotum in perpetoam ſeruitutem abduxit.

Scytha in Regnum Polonia irruunt.

Congeſto tamen *Theodoricus Buczaczki*, Capitaneus *Podolia*, aliquali exercitu, in locis arctis & limoſis, cum eis congreſſus, plurimos homines, de poteſtate eotum liberauit. Isruptio autem hæc *Thartarorum*, & terræ præfatæ vaſtatio, quemadmodum literæ præfati *Theodorici Buczacki* Capitanei, & *Petri Odrowoſz*, Palatini *Leopolienſis*, Baronibus Regni *Polonia* miſſæ declarabant, non fuit facta, ſine ſingulari ſubornatione eorom, qui prædictam terram *Podolia* ſibi nitebantur vſur- C pare: quoniam & ille Nuncios *Thartarorum Kalina*, qui ad *Caſimirum Polonia* Regem, in *Camyeniecz*, paulo ante venerat, etiam io exercitu *Thartarorum*, tunc temporis viſus eſt, & ipſe exercitus *Tartarorum*, dum rediret, circa *Braczlaw* per *Jurſcham* fuit exceptus procuratus & honoratus.

Die Dominico, in vigilis S. S. *Simonis & Iuda* Apoſtolorum, Prælati & Canonici Eccleſiæ Metropolitanæ *Gneſnenſis*, pro Capitulo generali ad diem hoiusmodi inſtituto, conueoiunt. Ad quos *Caſimirus Polonia* Rex ex *Lithuania*, *Miklaſch*, Notarium, & *Creslaum Woyſzik* Cubicularium, transmittit: rogans illos, & requirens, vt *Wladislaum* Epiſcopum *Wladulauien-* D *ſem* in *Gneſnenſem* Archiepiſcopum poſtulent;

Wladislaus Epiſcopus Wladislauienſis

Certificatus enim Rex literis parentis ſuæ *Zophia Polonia* Reginæ & Baronum, quod *Sbigneus* Cardinalis, & Epiſcopus *Cracouienſis*, nullatenus poterat, ad ſuſcipiendum regimen eccleſiæ prædictæ induci, *Wladulaum Wladislauienſem* Epiſcopum, iudicauit digniorem, in ſedem Metropolitanam ſuccedere. Placuit autem Prælatis, & Canonicis *Gneſnenſibus*, pro electione futuri Antiſtitis, per viam ſcrutinii procedere, exiſtimantes illam eſſe efficaciorem. Verum votis ſingulorum ſcrutatis, magna diuiſio inter eligeotes ſuborta eſt, & vnus fuit poſtulatus, tres verò electi.

variatis eligentium votis

Nouem enim Prælati & Canonici, condeſcendendo votis & precibus Regiis, *Wladislaum Wladislauienſem* A Epiſcopum poſtulant, alii octo *Ioannem Gruſczinski* Cuſtodem *Cracouienſem*, duo *Niklinum Chebde*, Præpoſitum *Cruſzwicienſem*, vnus Magiſtrum *Thomam Strapinski* Theologiæ, & iuris Canonici Doctorem, Canonicum *Gneſnenſem* & *Cracouienſem* eligebant. In craſtino tameo electionis huiusmodi, *Ioannes Gruſczinski*, veritus, ne Regem *Polonia Caſimirum*, cuius erat Notarius, & per quem fuit, ad Eccleſiam Wladislauienſem, *Wladislauienſe* in *Gneſnenſem* promoto, nominatus & deſignatus, offendat, cedit ſuæ electionis iuri, & vota ſua in *Wladulaum Wladulanienſem* Epiſcopum, cum de iure non poterat, de facto transfudit: *Niklino Chebde*, a iure electionis, & B ſuis duobus electoribus, *Ioanne* videlicet *Chebde*, & *Nicolao Glaboczki*, ex propoſito nullatenus volentibus cedere. Publicatur itaque *Wladulai Wladulauienſis* Epiſcopi poſtulatio.

in Archiepiſcopum Gneſnenſem

Sed & *Ioannes Chebde* & *Nicolaus Glaboczki*, ſui electi. *Nikliny Chebde* electionem publicant. Decretumque poſtulationis conficitur. Cui *Wladulaus Wladislanienſis* Epiſcopus, dom ſibi fuiſſet oblatum, tanquam a maiore, & ſaniore, Capituli parte poſtulatus, de Regio fauore non incertus, præbet rogatus congruum cooſenſum.

a parte maiore eligitur.

Ioannes de *Huniad*, Regni *Polonia* Gubernator, quem largitione, liberalitate, & fauorẽ *Wladislai Hungaria* & *Polonia* Regis, ex par- C uis minimisque principiis, ad multum gloriæ & potentiæ, conſtabat emerſiſſe, collecto magno ex *Hungaris*, *Po.oou*, *Bohemis*, *Almanis*, aliisque nationibus, quas largo ſtipendio conduxerat, exercitu, fecit expeditionem contra *Turcas*, & circa feſtum S. *Michael* Archangeli, cum notabilibus Baronibus *Hungaria*, & exercitu prædicto omni genere, rerum bellicarum, copioſe ioſtructo, vadum tranſit *Danubii*.

Hungari, Duce Ioanne de Huniad

Cœpit autem per medium Deſpoti *Raſoia*, *Turcorum* Cæſar, pacem petere, offerens pro maiori illius firmitate, totam terram *Bulgaria*, quam a multis annis ſui prædeceſſores ſobiugatam detinebant, liberam relinquere, & expeditam, notabilemque auri ſoluere quantitatem.

terras a Turcis occupatas ingreſſi,

Ipſe D vero *Ioannes* de Huniad, habito cum *Nicolao Lyaſſoczki* Decano *Cracouienſi*, qui tunc ad tractatum huiusmodi, rogatus, venit, & aliorum Baronum *Hungaria* conſilio, & deliberatione, ultra oblata, per *Turcum*, petebat, ut etiam fines *Romania* excederet, & ad ſolum natale in *Nathuliam*, vnde exiuerat, rediret. Quod dum *Turcus* facere negaret, pacis tractatus ruptus eſt, & exercitus Catholicus ſub ductum, prædicti *Ioannis* de *Huniad*, transfretato *Danubio*, verſus terras & Dominica *Turcorum* proceſſit. In eundo autem ad *Turcorum* Dominia, tranſitum fecit, per terras *Raſcia* & *Albania*, Dominio Deſpoti ſubiectas, quas hoſtili crudelitate non ſpoliis ſolum, ſed etiam cedibus

Raſciamque magna clade afficientes,

1448. bus & exuſtione fœdauit. Indignationem enim & furorem tam Gubernarot ipſe, quam exercitus *Hungariæ*, induerat contra Deſpotum, quod requiſitus, perſonaliter, & cum omnibus potentiis, ire contra *Turcos* recuſabat, cum pro iniuriis ſuis, bellum ceptum ſit, & circa recuperanda Dominia ſua, iam in faucibus *Turcorum* conſiſtentia, tam *Wladulaus Hungariæ & Poloniæ* Rex, quam notabiles ex *Hungariæ & Poloniæ* Baronibus, vitam effuderint in ſuperiori prælio, cum *Turcis* facto. Offerebat quidem præfatus Deſpotus, partem ſui exercitus Gubernatori: quam ipſe dedignabatur ſuſcipere. Incertus ſiquidem Deſpotus, de futuro belli ſucceſſu, ſuadente id ſibi vxore ſua, diuinationibus Phytonis aſſueta, conſerre ſe perſonaliter in bellum, & ponere ſuarum gentium vniuerſum exercitum, in dubium euentum, metuebat, non ignarus de *Turcarum* Cæſaris potentia, & exercitus ſui robore & numeroſitate. Confidens itaque *Ioannes* de *Huniad Hungariæ* Gubernator, in exercitus ſui potentia, & credens ſe poſſe illius brachio, ampliorem potentiam, quam *Turcorum* debellare, in eorum Dominia, pluribus diebus proceſſit: igne, & gladio ſingula conſumens. Et usque ad Campum *Koſſouo* peruenit. Vbi feria quinta, ante feſtum S. *Lucæ* Euangeliſtæ. *Turcorum* Impetator, cum tricentis millibus equitum, & ſexaginta millibus peditum, ſibi occurrit, & prælium per partem vtramque, cum magna animorum conſtantia, committitur. Prima die, videlicet feria quinta, æquo quidem Marte pugnatum eſt: licet per malum regimen, & ordinem *Hungarorum* exercitus, multos nobiles milites amiſerit. Altera vero die, videlicet feria ſexta, *Turci* ſuperiores fuerunt, in omnibus fere certaminibus, & exercitum *Hungarorum* in partes & cuneos diuiſum, multitudine & velut quadam voragine excipiebant, & concludebant, ut nemo quantumcunque fortis, haberet animum pugnandi, ſic concluſus, & in tali diſcrimine poſitus. Nocte ſequenti, de feria ſexta in Sabbatum, *Hungarorum* exercitus, videns ſe confractum & debilitatum, ſugam arripuit: paucis ex Polonis & Bohemis in curribus remanentibus, qui Sabbatho, a mane vſque ad meridiem, continuabant certamen, bombardis & baliſtis ſe tutando, ſuperueniente tandem *Turcorum* multitudine, ad extremum victi ſunt, & *Turci*, tam ſpoliis & armis eorum potiti. Quindecim millia ex Catholicis occiſa fuiſſe feruntur, duodecim millia capta. Barones fere omnes *Hungariæ*, aut capti aut occiſi. Inter quos *Emericus Woyde*, *Firlich*, *Thomas* de *Secz*, germanus *Dionyſii* Cardinalis, & Archiepiſcopi *Strigonienſis*, *Franco Banus*, *Emericus* de *Marcellis*, & plures alii deſiderati ſunt. Dux exercitus, *Ioannes* de *Huniad*, Sabbatho ante meridiem, videns ſe omne robur exercitus amiſiſſe, non ſine lachrymarum profluuio ſuos, adhuc certantes, deſeruit, & fugere cœpit. Ne autem ex multitudine familiarium, & fidelium ſuorum, qui eum ſequebantur, agnoſceretur, quis & qualis eſſet, veritus ne agmen perſequentium *Turcorum* in ſe conuerteret, omnia armorum inſignia reiecit, familiares omnes licentiat, & ſolus & vnicus, fugæ ſe committit. Quod tamen ſaluationis ſperabat remedium, id exitii, & perpetuæ calamitatis, atque opprobii, niſi fortuna aliter rexiſſet, fuiſſet cauſa. Deſerentibus enim eum familiaribus, a *Turcis* tribus, qui fugientes perſequebantur, comprehenſus eſt. Qui dum veſtimenta, equum, & res atque pecunias, apud eum repertas, æqualiter inter ſe diuiſiſſent, tertius, duobus eius cura & cuſtodia mandata, diſcedit, & alios fugientes inſectatur. Quo abeunte, de Cruce aurea, quam in collo geſtabat, cum reliquiis, tum primum (quoniam latebat ſub camiſia) deprehenſa, inter duos exoritur contentio. Fortunam igitur tentauit extremam experiri, arreptaque framea, vnum occidit, alterum vulnere proſtrauit: potitus eorum & ſuis ſpoliis. Per plures tandem dies errans, in Dominia Deſpoti *Raſciæ* peruenit, & in Caſtrum quoddam Deſpoti fiducialiter ingreſſus, mandato Deſpoti captus eſt, tentusque in captiuitate menſibus tribus, donec vniuerſis Prælatis, & Baronibus *Hungariæ* iuramento corporali, cum ipſo Gubernatore, quædam Caſtra in *Hungariæ* Deſpoto dare, & perpetuo donare, permittentibus, dato in obſidem filio, ſolutus eſt. Non ſolum autem caſtra promiſſa non reddidit, ſed & quædam alia, quæ iuris Deſpoti erant, per vim expugnata recepit. *Hungarorum* autem exercitus, qui de prælio fugiebat, magnas commiſſorum in terra *Raſciæ*, eundo in *Turciam*, ſpoliorum & damnorum pœnas dedit. Nam fere omnes, & equis & rebus ſpoliati, plures membris truncati, multi interfecti ſunt. Ita neque fugientibus *Hungaris*, fortuna commodior fuit. Aſſidui enim imbres & fames, laſſitudoque, *Raſciani* inſuper, quos in pugnam eundo, vt præmiſimus, expilauerant, iniuriæ memores, ſpoliis miſeros, pleroſque morte mulctabant.

a Turcis victi, caduntur

& fugantur.

Huniadus vero captus, primum a Turcis duobus, quos tandem occidit, mox à Deſpoto Raſciæ, in vincula conicitur. A quo poſteà & ſacramento, & obſide filio accepto dimittitur.

1449. Natali Domini anni huius. *Caſimirus Poloniæ* Rex, & dies frequentes apud *Vilnam* celebrato, etiam totum tempus hyemis, quadrageſimæ, veris & æſtatis abſumit in *Lithuania*, venationibus aſſiduis operam dando. Circa feſtum vero Aſſumptionis Sanctæ *Mariæ* Virginis, collecto ex *Lithuanis & Ruthenis* exercitu, paucis *Polonis*, duntaxat aulicis accerſitis, iuit contra Ducem *Michaëlem*, aduerſarium ſuum, qui *Stharodub*, *Schewerski*, *Nouogrodek*, & alia caſtra occupauerat, & *Thartarorum* auxilio, terras *Lithuaniæ* infeſtabat, Lithuaniæque exercitum contra illum perprius miſſum, profligauerat, & verterat in fugam. Sentiens autem Dux *Michael Caſimirum Poloniæ* Regem, cum magna potentia aduenire, veritus faciem ſuam

Caſimirus Poloniæ Rex

receptis caſtris, quæ Dux Michael

1449. *auxilio Thartarorũ occupauerat, Vilnam reuertitur.*

ſuam, lugit. Sed & caſtra occupata, reſignare ſuis mandauit. Itaque *Caſimirus Poloniæ* Rex potitus votis, expulſo præfato *Michaele* Duce, ſoſpes rediit *Vilnam*, & illic, tam æſtatem, quam autumnum tranſegit.

Fælix quintus Papa, per Concilium Baſilienſe electus, iuri ſuo cedit, à Nicolao Papa & nonnullis Regibus & Principibus requiſitus,

Amedeus Dux *Sabaudiæ*, qui & *Fælix* quintus in ſua obedientia nuncupatus, per Concilium *Baſilienſe*, in Papam electus, videns ſibi ſuffragia adhærentium, & obedientiam omnium Regum deficere. Captus etiam humillimis literis *Nicolai* quinti Papæ, quas ſibi manu propria non faſtidiebat ſcribere, inducendo illum ad ceſſionem, omni iuri quod competebat, ſibi in Papatu ceſſit, & publice in Ciuitate ſua *Gebenenſi*, vbi tunc habitabat, in præſentia omnium Cardinalium Prælatorumque ſuæ obedientiæ, & Legatorum *Nicolai* Papæ, & Regum *Franciæ, Hiſpaniæ, Angliæ* & aliorum, qui eum de ceſſione ſollicitabant, aſcenſa ambona, renunciauit: factis certis capitulis & firmatis. In quibus primum continebatur, *vt Concilium Lugduni fieret, vt quorum de Cardinalibus, ſuis aſſumerentur, in Cardinales, & vt penſio quindecim millium florenorum, de Camera Apoſtolica, ſingulis annis illi ſolueretur.* Hæc *Romæ* veloci nuncio nonciata magnum attulerat Papæ *Nicolao*, & vniuerſis gaudium. Venerunt, decima ſeptima Menſis Iulii, ad ſuam ſanctitatem, apud *Spoletum* agentem. *Ioannes* Epiſcopus *Pictauienſis* nomine Regis *Franciæ*, cum duobus Comitibus, & Epiſcopus *Gebenenſis*, nomine *Amedei*. Et in publica audientia declarata huiuſmodi vnione, etiam obedientiam plenam præſtitêre. Per huncque modum ſciſma, quod annis prope decem Eccleſiam Dei vexarat, fuit ſublatum, & nonnulli Cardinales *Fælicis*, pauci tamen admodum, in Cardinalatu retenti ſunt.

Nicolaus V. Papa de Eccleſia Gneſnenſi Wladislao Wladislauienſi Epiſcopo prouidet, & contra voluntatem Caſimiri Regis, qui Ioannem Gruſcinski promouebat, Wladiſlauienſem Epiſcopum Nicolaum Liaſſoczki renunciat, cui poſſeſſio negatur.

Nicolaus Papa quintus, agens tunc in *Spoleto*, Sedecima Menſis Iunii *Wladislaum* Epiſcopum *Wladislauienſem*, in Archiepiſcopum *Gneſnenſem* pronuociat; De Eccleſia vero *Wladislauienſe*, *Nicolao Liaſſoczki* Decano *Cracouienſi* in *Spoleto* præſenti, neglecto *Ioanne Gruſczinski*, pro quo *Caſimirus Poloniæ* Rex, cum conſiliariis ſuis intercedebat, prouidet. Propter quod, motus nonnulli in *Poloniæ* Regno, & partialitates multæ, fuerunt exortæ: cum Rex *Caſimirus*, & aliqui Barones, prouiſioni, de *Lyaſſoczki* factæ, aduerſarentur, licet nonnulli negotia ſua promouiſſent. Non permiſit autem *Caſimirus* Rex dari poſſeſſionem *Wladislauienſis* Eccleſiæ *Nicolao Lyaſſocki*. Sed per Prælatos & Canonicos *Wladislauienſes*, Caſtra & bona Epiſcopalia gubernantur. Magiſter vero *Pruſſiæ Conradus*, parendo Apoſtolicis mandatis, ad poſſeſſionem omnium, quæ Eccleſia *Wladislauienſis* in *Pomerania* obtinet, ipſum admiſerat.

Cardinalatus inſignia Sbigneo Epiſcopo Cracouienſi à Nicolao V. Papa, per Ioannem Dlugoſch Canonicum Cracouienſem adferuntur.

Prima die menſis Auguſti *Nicolaus* quintus Papa, attendens *Sbigneum* de *Oleſcbnicza*, Epiſcopum *Cracouienſem*, per *Eugenium* quartum Papam, & per quintum *Fælicem*, fuiſſe in Cardinalem promotum. Cognitis ſuis pluA ribus virtutibus, quas odor famæ optimæ per immenſum diffuderat, ſibi Capellum rubeum, Dignitatis Cardinalatus inſigne, ex *Fabriano*, vbi tunc eum Curia reſidebat, per *Ioannem Dlugoſch* Cuſtodem *Vislicienſem*, & Canonicum *Cracouienſem*, eiuſdem *Sbignei* Secretarium, Nunciis & literis Regiis, quibus miſſio huiuſmodi, plus quam biennio, velut maximum ſciſmatum ignem in Regno *Poloniæ* excitura, impediebatur, nequicquam attentis transmittit. Qui prima die menſis Octobris, *Cracouiam* veniens, per omnes fere Prælatos & Canonicos *Cracouienſes*, & plures notabiles Barones, qui ſibi in obuiam exiuerant, cum lætitia magna, & reuerentia fuit exceptus, & B in Caſtrum *Cracouienſe* ad Eccleſiam deductus, vbi præfatus *Sbigneus* Cardinalis, cum Baronibus, *Ioanne* de *Czizow* Caſtellano, *Ioanne* de *Thaczin* Palatino Cracouienſe, *Ioanne* de *Oleſnica* Palatino, *Przedborio* de *Konieczpolie*, Caſtellano *Sandomirienſe*, *Creslao* de *Kurozwaki Lublinenſe*, *Nicolao* de *Zakrzow*, *Visliczienſe*, *Georgio* de *Branicze Radomienſe*, *Ioanne* de *Bobrek*, *Biecenſe*, Caſtellanis. *Nicolao* de *Brzezye* Regni *Poloniæ* Marſzalco, *Ioanne Granowski* de Picza, nec non Doctoribus, Magiſtris, Scholaribusque totius Vniuerſitatis *Cracouienſis*, & alia infinita multitudine Procerum & nobilium, ac Ciuium, promiſcui ſexus, qui ad huiuſmodi ſpectaculum conuenerant, C ſibi ad valuas Eccleſiæ occurrens, ipſum excepit, & in Chorum eiuſdem eccleſiæ deducit, Vbi cantu Miſſæ maioris intercepto, præfatus *Ioannes Dlugoſch*, Capellum rubeum, cappam, & baculum argenteum, Dignitatis Cardinalatus inſignia, item literas Apoſtolicas, præfato *Sbigneo* Cardinali præſentat, habita perprius, ad ſuam Promotionem, cunctis certatim admirantibus inſigni Oratione. Literarum autem Apoſtolicarum talis tenor fuit.

Litera Nicolai V. Papæ, quibus Sbigneo Epiſcopo Cracouienſi confert Cardinalatus inſignia.

Nicolaus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto filio Sbigneo, tituli Sanctæ Priſcæ Preſbitero, Cardinali, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Licet annis ſuperioribus fœlicis recordationis, Eugenius quartus Papa, Prædeceſſor D *noſter, attentis tuis virtutibus, & meritis, de fratrũ ſuorum conſilio, vt moris eſt, in ſancta Romana Eccleſia, te creaſſet Cardinalem, noſque morte eiuſdem Eugenii ſecuta, creationem huiuſmod. innouaſſemus, & confirmaſſemus, vt tua bene gerendis Eccleſiæ Dei, rebus, opera vti poſſemus: Capellum tamen, eiuſdem Dignitatis inſigne, tibi aliquanto tempore mittere, ex bonis reſpectibus diſtulimus, in finem illum, ut cum ampliori noſtro, & tuo honore, ſublatis ſingulis, quæ miſſionem illius retardarunt, mittere poſſemus. Nunc autem aduenisſe tempus idoneum, & aptum, exiſtimantes, quo diſpoſitio noſtra, debita conſumationi, per dilectum filium Ioannem Dlugoſch, Canonicum Cracouienſem transmittimus. Munus quidem altum &* io-

1449. *inſigne, quo non, niſi viri præſtantes, & præclari conſueuerunt inſigniri. Et ideo hortamur te, in viſceribus Ieſu Chriſti, quatenus dignitate huiuſmodi, in te collata, taliter vtaris, vt ex operibus tuis, honor DEO, fidei Catholicæ, defenſio & augmentum, Sedi Apoſtolicæ reuerentia perueniat, & Dignitas ipſa amplius ex te reſplendeat. Tu quoque per actus virtuoſos, fama tua, odorem diffundens, in conſpectu DEI, & hominum, honore ipſo dignior habearis. Datum Fabriani Camerinenſis Diœceſis. Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo Quadringenteſimo, Quadrageſimo, nono, Quarto Calendas Auguſti, Pontificatus noſtri, anno tertio.*

Cardinalatus inſignia Sbigneus Craconienſis Epiſcopus intra miſſam accipit,

Præfatus autem *Sbigneus* Cardinalis cum omni humilitate & manſuetudine, in lachrymas reſolutus, inſignia præfata accipiens Cardinalatus, agens gratias Omnipotenti DEO, & ſuæ genitrici, totique cœleſti Curiæ, atque *Nicolao* quinto, *Romano* ſummo Pontifici, dirigendo verba, ad prædictum *Ioannem Dlugoſch*, eſt vſus reſponſione. Qua expedita, Chorus continuare Miſſam, alta voce exclamans, *Gratias agimus tibi.* Ibi enim caſualiter, intermiſſus fuit cantus, cæpit: non ſine multorum admiratione, qui Diuinæ Ordinationi, cuncta dirigenti, placere actum illum credebant: Poſtquam in tali loco cantus & deſineret, & inciperet. Finita autem miſſa, quam *Georgius Laodicenſis* Epiſcopus cantauit. Vniuerſitas *Craconienſis*, per organum Magiſtri *Matthiæ* de *Labiſchin*, tunc Rectoris, ad conſpectum eiuſdem Cardinalis veniens, pulcherrimam orationem coram eo habuit; extullendo virtutes ſuas, quibus in vniuerſa Chriſtianitate celebris habitus eſt, & in fine gratias egit *Ioanni Dlugoſch*, quod pro honore Regni, & Eccleſiæ, fideliter rem geſſiſſet, & capellum attuliſſet. Miſſa finita, omnibus Prælatis, & Baronibus eum comitantibus, ex Eccleſia, in Curiam ſuam deſcendit, & illic omnes Prælatos & Barones, ſplendide & comiter tractauit.

& Oratio ad eum per Rectorem Vniverſitatis Craconienſis habita.

Ioannes de Huniad Gubernator Hungariæ Czakloucm ſororinum ſuum cum exercitu mittit, contra ciuitates rebelles. Quem conterit Ioannes Giſkra,

Circa feſtum Aſſumptionis, beatæ Virginis *Mariæ*, *Hungariæ* Gubernator *Ioannes* de *Huniad*, congregato exercitu, verſus *Caſſouiam*, contra *Bohemos*, & Ciuitates ſibi rebelles, illum miſit; præpoſito ei in Capitaneum ſororino *Czaklone*. Hic in villa *Sumuſch*, prope *Caſſoniam* Caſtra ponens, aliquanto tempore illic perſtitit, ſine fructu, donec *Ioannes Giſkra*, ex *Bohemis* & *Polonis*, ducens collectum exercitum, aduenit, & feria ſexta, ante feſtum Natiuitatis ſanctæ *Mariæ* Virginis, mane congreſſu campeſtri facto, illum contriuit. Pauci quidem ex *Hungaris* mortui erant, & inter eos, Capitaneus exercitus *Czakiel*, ſed multi capti. Caſtra etiam omnia *Hungarorum*, in quibus fuit præda non mediocris reperta, fuere direpta. Ita *Hungari* nondum anno vno elapſo, duplici clade obruti ſunt. Hac victoria *Ioannes Gukra* obtenta, *Hungarorum* poſſeſſiones vehementer vaſtat, & fortalicium *Moldaua* erigit.

& Caſtrum Moldaua erigit.

git. His malis ſucceſſibus *Ioannes* de *Huniad* Gubernator *Hungariæ*, commotus, collecto notabili exercitu, in quo etiam fuit non paruus *Polonorum* numerus, contra *Gukram* proceſſit. Sed dum ſe *Gukra* in Caſtra cum ſuis, & fortalicia recepit. Gubernator fortalicium *Moldaua* nouiter erectum, vi capit, & omnibus *Bohemis* & *Polonis*, quos in eodem fortalicio comprehendit, vtraſque manus & ſummitatem maiorem naſi truncat, & vnum oculum euelit: reddens illos penitus, & ſibi, & aliis inutiles, & horridos: barbaricum & amplius expromens feritatem. A *Moldaua*, ſubiiciendo, omnia igni & vaſtitati, per *Viglyeſch* in *Kremniczkam*, cum exercitu aduenit: exiſtimans poſſe, iuxta ſpem, illi ſecreto, a Ciuibus de *Kremnicza* datā, illius poſſeſſione, & adeptione potiri. Quod *Ioannes Gukra* perſentiens, perſonaliter illuc adueniens, cum gentium ſuarum caterua, illum opinione ſua feſellit, & populares, ac Ciues in fide continuit. Quod vbi Gubernator animaduertit, omnes villas, circumquaque *Kremniczam* ſitas, ſed & opera lignea ſubtilia, quibus aurifodinarum aquæ purgabantur, igne conſumit, longo tempore, & multis impenſis laborata, volens exinde in terram *Scepuſienſem*, quoniam ibi *Bohemi* ampliora tenebant præſidia, deſcendere, & illam ignis voragine redigere in fauillam.

Quod capit Huniadus & in captiuos ſæuit.

His malis, quæ in *Hungaria* Regno agebantur, & agi parabantur. *Zophia Poloniæ* Regina, & *Sbigneus* Cardinalis, & Epiſcopus *Craconienſis*, commoti. Conuentione in noua Ciuitate, cum primoribus Baronibus partium *Craconienſium* habita, ad intercipiendum huiuſmodi, tam atrox bellum, quo fere vniuerſum Regnum *Hungariæ* feruebat. *Ioannem Zagorzenski* Magiſtrum Reginalis Curiæ, & *Ioannem Dlugoſch* Canonicum *Craconienſem*, nomine *Caſimiri* Regis *Poloniæ*, quamuis tunc abſentis, & agentis in *Lithuania*, in *Hungariam* transmittunt. Ea præſertim conſideratione moti, quoniam ſciebant & ſentiebant vicinis Principibus, deſolationem Regni *Hungariæ*, quæ per illud bellum, ſequebatur inteſtinum eſſe, plus gratam quam moleſtam. Nuncii autem ipſi circa *Kremniczam*, tam *Ioanne* de *Huniad*, Gubernatore Regni *Hungariæ* cum exercitu, quam *Ioanne Gukra*. Sabbato in die S. *Andreæ* Apoſtoli, reperto, de pace verba faciunt. Et ſex diebus continuis laborando, bellum atrox & crudele nimis intercipiunt, & nomine *Caſimiri* Regis, & Regni *Poloniæ*, partes ad concordiam & pacem inducunt. Quæ res non ſolum ipſis *Hungaris*, qui & vaſtatione patriam, & ſe bello intempeſtiuo, liberatos gaudebant, ſed & ipſi ſummo Pontifici *Nicolao* quinto, fuit gratiſſima. Vnde præfatum Cardinalem *Sbigneum*, quem ſciebat, & belli intercepti, & pacis confectæ, autorem fuiſſe, per literas ſpeciales commendat. & gratias agit, atque de pace Chriſtianorum ſolicitus, ipſi *Sbigneo* Cardi-

Zophia Regina Poloniæ & Sbigneus Cardinalis & Epiſcopus Craconienſis nomine Caſimiri Regis, tum in Lithuania agentis. Nuncios mittunt in Hungariam ad intercipiendum ciuile bellum. Qui inter Ioannem de Huniad Gubernatorem, & Ioannem Iſkram pacem componunt.

di-

1449. dinali, Legationis officium, per literas, in *Hungariam* transmittit, vt pacem, ſi expedierit, præſentialiter illuc adueniens, conficiat. Quarum literarum Apoſtolicarum, tale fuit exemplum.

Litera ſummi Pontificis, quibus Sbigneo Cardinali & Epiſcopo Cracovienſi gratias agit, pro compoſita in Hungaria pace.

Nicolaus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto filio Sbigneo, tituli Sanctæ Priſcæ Preſbitero, Cardinali, & Epiſcopo Cracouienſi. Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Intelleximus ex literis tuis, quod in Regno Hungariæ, non modica perturbatione bellorum incendiis, nuper exortis, æmulo pacis inſtigante, dilectos filios, nobiles viros, Ioannem de Huniad, dicti regni Gubernatorem, & ioannem Giſkra, qui ſe dicit Regni Capitaneum; Chariſſimus in Chriſto filius noſter, Caſimirus Rex Poloniæ illuſtris, totamque Poloniæ regnum, tuo conſilio, & exhortatione moti, miſerunt illuc, ad reſtinguendam incendia huiuſmodi, ſuos Oratores, & Nuncios. Qui Dei gratia cooperante, inter partes fœdus, ad certum terminum fecerunt, vt interim poſſent de concordia, & pace tractare. Cum autem ab intimis cordis noſtri deſideremus, vt Regnum illud, quod diutius fuit, tanquam ſcutum fidei, aduerſus perfidiam Teucrorum, vires ſuas potius contra hoſtes fidei conuertat, quam ſeipſum aliqua diſcordia, aut bello conficiat, & conſumat. Et propterea exiſtimantes neceſſarium fore, pro ſalute Chriſtianorum, vt omnis diſcordia, inter diſſidentes auferatur, & vt pax firmetur, inter eos. Ad hoc autem, iudicantes, aptiſſimam eſſe, circumſpectionem tuam, propter eius ſingularem prouidentiam, multaque præclara virtutum dona, quibus perſonam tuam altiſſimus inſignuit, exhortamur in Domino circumſpectionem tuam, eidem nihilominus iniungentes, quatenus ob Dei reuerentiam, & pro bono Regni illius, ne gladium proprium, in ſua viſcera conuertat, velis ſuadere Regi præfato, & etiam proceribus, & Communitatibus Regni ſui, vt ad componendam hanc pacem, iterum deſtinent ſuos Oratores. Ad quod opus perficiendum, tua quoque ſapientia velit accedere, & ibi autoritate noſtra, & tanquam noſter ad hanc rem miſſus Legatus, hanc concordiam & pacem, inter partes, tractes, componas & concludas. Proque eius votiua Compoſitione, omnes Regni Hungariæ Archiepiſcopos, Epiſcopos, Prælatos & Barones, tuis ſuaſionibus, vt tibi ſua opera aſſiſtant, inducas. Nos enim tibi partes ipſas, ad huiuſmodi concordiam, & pacem authoritate noſtra, hortandi, monendi, inducendi, & requirendi, illamque tractandi, & eam perpetuo, vel ad tempus firmandi, & concludendi, ac eam ſub pœnis, de quibus tibi viſum fuerit ſeruari, mandandi, & faciendi. Fœdera inſuper & ſufferentias, de nouo ad tempus firmandi, & concludendi, ad quod tibi videbitur, ac vt ab armis & violentia ceſſent, per Cenſuras Eccleſiaſticas, de quibus tibi videbitur, mandandi, & cogendi. Inhibendi quoque omnibus & ſingulis perſonis, cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, ſub eiſdem Eccleſiaſticis Cenſuris, ne parti, per quam pax impediretur, donet, ad faciendum bellum, aliquod auxilium, conſilium, vel fauorem, omniaque alia & ſingula, agendi, faciendi, mandandi, & exequendi, quæ pro bono pacis huiuſmodi, conſequendo neceſſaria cognoueris, ſeu etiam opportuna, plenam, & liberam autoritate Apoſtolica, concedimus tenore præſentium facultatem. Datum Romæ, apud S. Petrum. Anno Domini, Milleſimo, Quadringenteſimo, nono. XIIII. Calendas Aprilis. Pontificatus noſtri, anno quarto.

iniungens ei, vt bellum inteſtinum ibidem curet penitus ſubmoueri.

1449. Ordinato terrarum *Lithuaniæ* ſtatu, *Caſimirus* Rex *Poloniæ* ex *Lithuania* proceſſit, & in Regnum ſuum *Poloniæ* venit, & Conuentionem generalem, generalem omnium terrarum in Oppido *Piotrkow* tenuit. *Sbigneus* autem Cardinalis in inſigniis Cardinalatus, vna cum *Zophia Poloniæ* Regina, ante *Kozyenicze*, circa *Vistulam*, ſibi occurrit. Quem *Caſimirus* Rex, cum omni charitate, veneratione & honore excepit, & tractat; congaudens plurimum de ſua ſublimatione, & honore. Comitabantur autem *Sbigneus* Cardinalis *Caſimirum Poloniæ* Regem, vſque in *Radom*, vbi Rex ipſum Conuentioni futuræ *Pyotrcouienſi*, intereſſe renitentem, multa prece & ſuaſione ad veniendum ſollicitauit, & induxit. *Caſimiro* igitur Rege, pro die S. *Nicolai* in *Pyotrkow* veniente, Prælati, Principes, & Barones Regni ſui conueniunt, & ſuper rebus grauibus, faciebant deliberationes. Quibus, in huiuſmodi deliberationibus occupatis, *Sbigneus* Cardinalis, magna animorum & fratrum ſtipatus caterua, ſuperuenit. Audierat enim quoſdam Barones, *maioris Poloniæ*, quaſdam minas, & iniurias, aduerſus ſe locutos eſſe. Et cum magna pompa & ſplendore Curiam ingreſſus Regiam, ad conſilium Regis deſcendit, *Wladulaus* autem *Gneſnenſis* Archiepiſcopus timens, ne locũ inferiorem tenere cogeretur, ex loco conſilii, vna cũ *Andrea* Epiſcopo *Poſnanienſe*, *Luca Poſnanienſe*, *Alberto Malski Lancicienſe* Palatinis, & aliis Dignitariis, *maioris Poloniæ* diſceſſit. Qui male de amplitudine, & promotione ipſius Cardinalis contenti, ad iniuriam quoq; & depreſſionem, eorum, Dignitatem hanc Pontifici *Cracouienſi* allegabant collatam, vt locum ſuperiorem, & eminentiam Archiepiſcopalem, ſibi vendicaret, & hac vna, quæ reſtabat eis excellentia, terræ *maioris Poloniæ* nudarentur pro *Cracouienſe*, cum in omnibus aliis primæuitatem, & præcedentiam occupaſſent. Diſcedentibus autem Prælatis & Baronibus *maioris Poloniæ*, ex conſilio, *Caſimirus* Rex nihilo minus Conſilium non diſſoluit. Sed cum præfato *Sbigneo* Cardinale, & Baronibus partium *Cracouienſium*, *Sandomirienſium*, Ruſſiæ, negocia quæque deliberat, & expedit. Sed & Nuncios *Frederici Romanorum* Regis prædicti, videlicet, *Conradum* Ducem *Coslenſem*, & cæteros audit, qui nomine *Romanorum* Regis, petebant, *ne Caſimirus Rex Wladulaum Maſſoviæ Ducem, eiuſdem Regis Romanorum, annuculum germanum, in terris & Dominiis terrarum Maſſouiæ, Rauæ, &* Bel-

Ex tertia generali Conuentione Pyotrkovienſi,

primum ambitione Archiepiſcopi Gneſnenſis, & Sbignei Cracovienſis Epiſcopi, primum locum habere in Senatu contendentium, turbata,

1449. *Belzenſi, quæ per obitum duorum ſuorum germanorum, Semouiti & Caſimiri, ſine prole virili mortuorum, ſucceſſione legitima, ad Caſimi-* A *rum Regem deuoluta erant, vexaret, ſed tanquam Principem, Regni ſui Poloniæ fidelem, & ſibi ſtricta conſanguinitate iunctum, liberaliter ipſum huiuſmodi terris, uti permitteret.* Rex autem *Caſimirus* deliberatione habita, benignum dedit, huic peticioni reſponſum. *Quamuis*, inquit, *terras notabiles, ad me deuolutas, Dux Maſſoniæ Wladulaus teneat; in fauorem tamen Romanorum Regis, & propter merita ipſius Ducis Wladulai, & ſuorum prædeceſſorum, repetere illas, ab eo hactenus differam, vt ſucceſſu temporis, res ipſa poſſet bono ordine tranſigi.* Moleſte autem ferentes *Wladulaus* Archiepiſcopus *Gneſnenſis*, *Andreas Poſnanienſis* Epiſcopus, cum Baronibus partium *ma-* B *ioris Poloniæ*, poſt receſſum ſuum a Conſilio, deliberationes, de rebus grauibus, in ſui abſentia fieri, & *Sbigneum* Cardinalem, in Regis conſilio præſidere, miſſis Nunciis, precibus a *Caſimiro* Rege obtinent, vt priuatum conſilium, cum illis teneat. Rege itaque *Caſimiro* annuente, in *dotem Plebani*, ibi enim hoſpicium Archiepiſcopale erat, & illic partium *Maioris Poloniæ* Barones conuenerant, itum eſt, omnes tamen Barones *Cracouienſium* Partium, *Ioanne* de *Czizow* Caſtellano, *Ioanne* de *Thaczin* Palatino *Cracouienſe*, & *Petro Odrowaſch* Palatino *Leopolienſe*, duntaxat remanentibus, ab huiuſmodi priuato conſilio excluduntur. Et excluſione facta, triſti voce, & C vultu queruntur Prælati & Barones *maioris Poloniæ*, *ſe per dignitatem Cardinalatus, Sbigneo Epiſcopo Cracouienſi collatam, depreſſos & vehementer diminutos eſſe*, omnemque culpam *Sbigneo* Cardinali imponunt. Rogant Regem *Caſimirum*, *ne in opprobrium, & contumeliam eorum, permittat eis hanc iniuriam irrogari.* *Caſimirus* autem *Poloniæ* Rex, huic eorum peticioni, in hunc modum e regione reſpondit, *Precibus & perſuaſionibus ego quondam veſtris motus, non literis ſolum, ſed & Nunciis, Summum Pontificem vexabam, vt Capellum, Sbigneo Epiſcopo Cracouienſi mittere distuliſſet, in eum finem vt diſcordiam, quæ veriſimiliter oriri præſumabatur, bono ordine com-* D *poſuiſſem. Verum ex quo Papa aliter viſum eſt, & Capellus miſſus aſſumptus ſit, & acceptus, non licet mihi contra authoritatem maiorem calcitrare. Neque adeo potens ſum, vt poſſim, ipſi Sbigneo Dignitatem ſuam legitime ſibi collatam, detrahere.* In hanc ſententiam, & a Caſtellano, Palatinoque *Cracouienſe*, item a Palatino *Leopolienſe Petro Odrowaſz*, itum eſt, & pluribus reſpectibus, & evidentiſſimis rationibus perſuaſum Prælatis & Baronibus *maioris Poloniæ*, *nihil illatum eis iniuriæ eſſe: & quod res hæc, nullo humano ſtudio & ingenio, iuxta eorum conceptus, abrogari aut variari poſſet.* Hac reſponſione audita, maiori dolore accenduntur. Credebant enim ſuæ oppinioni, *Caſimirum* Regem, & hos, qui cum Rege relicti erant, partium *Cracouienſium* Barones, fauere magnopere debuiſſe. Diſſoluitur itaque conſilium huiuſmodi priuatum, & Prælati Baroneſque *maioris Poloniæ*, rem ipſam videntes vndique contra ſuum propoſitum firmari, tepidius illam proſequuntur. Barones ſiquidem partium *Cracouienſium* excluſione ſua, a conſilio priuato, plurimum irritati, omnes, quaſi vir vnus, in hoſpicium *Sbignei* Cardinalis conueniunt. Vbi de excluſione ſua, & dedecore, eis per *Maioris Poloniæ* Conſiliarios irrogato: queſti pluribus ſermonibus, contra illos abſentes, tum inuecti ſunt, & concordi, communique conſilio & voluntate firmant, & concludunt, nullatenus permittere vt aliqua aduerſitas, de cetero *Sbigneo* Cardinali, irrogetur, neque ſine illo res publicæ tractentur. Aſſerentes ſe non ſecus illius autoritate, & dignitate frui velle & gaudere, quam *maioris Poloniæ* ſui *Gneſnenſis* Metropolitani. Hæc & plura alia, priuatim concepta, in præſentia Regis, & Conſiliariorum, *maioris Poloniæ*, non ſine indignationis nota publice effundunt, & niſi deferatur in omnibus *Sbigneo* Cardinali, proteſtantur ſe omnes ex Conuentione diſceſſuros. Miteſcere Conſiliarii, *maioris Poloniæ*, his auditis, & ſenſim de propoſito cedere cæperunt. Ne tamen aliqua pars, quicquam ſuggillationis, aut dedecoris contraxiſſe videatur, precibus apud Cardinalem *Sbigneum* obtentum eſt, quod & *Wladiſlao* Archiepiſcopo *Gneſnenſe* diſcedente, ex *Pyotrkow* diſceſſit. Poſt quorum abſceſſum, ſuper rebus publicis, & præſertim, ſuper defenſione terrarum *Ruſſiæ* & *Podoliæ*, a *Thartaris*, item ſuper coërtione ſpoliorum, & furtorum, quæ plus ſolito, in *Caſimiri* Regis abſentia graſſari cœperant, multi tractatus ſalubres habiti ſunt. Sed & hæc concluſio capta fuit, vt in ſingulis terris Regni *Poloniæ* Rug & inquiſitio, examenque de furibus, & prædonibus fieret. Hanc concluſionem, plurimum Rei publicæ vtilem, ſed & alias plures, illico *Caſimiri* Regis recuſatio, & reſponſio, facta de confirmandis iuribus Regni infirmauit. Quamprimum enim reſpondit, petente vniuerſa congregatione, *non poſſe in præiudicium, magni Ducatus Lithuaniæ, iura Regni Poloniæ confirmare*, illico conſenſu omnium, concluſa rupta ſunt. Et plurimum irritatis animis omnium, & à Rege *Caſimiro* alienatis & auerſis, ſine aliquo fine diſceſſum eſt, ex Conuentione. Significantque Regi *Caſimiro*, *non poſſe ordinationes ſuas, aut decreta aſſumere, aut aſſumpta exequi. Sed neque obedientiam ſolidam præſtare, donec iura Regni Poloniæ, effectualiter, literis & iuramento firmaſſet.* Conuentione diſſoluta, *Caſimirus* Rex ex *Piotrkow*, vna cum genetrice ſua *Zophia* Regina diſcedens, per *Zarnow*, *Radoſchice*, *Bodzætzin*, *Opathow*, 1449.

deinde Rege Caſimiro, iura Regni Poloniæ non confirmante, rebus plane infectis diſceditur.

1449. *thow*, *Saudomiriam* in die *S. Thomæ* Apoſtoli peruenit, & illic aliquot Septimanis commoratus. Natalis Domini dies, præſente *Sbigneo* A Cardinale, & Diulnam rem agente, exegit.

1450. Exactis in *Saudomiria*, *Caſimirus* Rex, natalis Domini, diebus, per feſta etiam Circumciſionis Domini, & Epiphaniarum, illic eſt moratus. Poſtque *Saudomiria* diſcedens, per *Pokrziwniczam*, *Polaniecz*, *nouam Ciuitatem* venit in *Niepolomicze*. Vbi diebus aliquot in venatione abſumptis, die Dominico ante feſtum Purificationis ſanctæ *Mariæ* Virginis, *Cracouiam* ingreſſus, & cum maxima honeſtate, per proceſſiones, omnium Eccleſiarum exceptus. Manſit autem *Caſimirus* Rex *Cracouiæ*, cum *Zophia* Regina genitrice ſua, non ſolum per Carnis privii dies ſubſequentes, ſed etiam per tempus medium Quadrageſimæ, negotia Regni publi- B ca dirigendo; Intra quod tempus, plures Principes Cometanei, & ſignanter, *Boleslaus* Dux *Maſouiæ*, *Nicolaus* & *Venceslaus*, Duces *Rathiborienſes*, & *Boleslaus Theſneuſis*, ad ſuam Serenitatem conuenerant. Propter quorum præſentiam amplius honorandam, ludi haſtarum, mandante *Caſimiro* Rege, per milites *Poloniæ*, per dies omnes Carnisprivii fuerunt inſtaurati, cum aliis ſpectaculis. Et quia anno proxime tranſacto, certi mercatores *Cracouienſes*, & ſignanter *Nicolaus Wierzinek*, de quinque millibus florenorum in auro prompto, & aliis nobilibus mercantiis fuerant ſpoliati, & ſuſpicio quosdam nobiles vehementer accuſabat, fuit *Caſimirus* Rex, & mercatorum, & Con- C ſulum *Cracouienſium*, non tam precibus, quam fletibus, quæ etiam *Caſimiro* Regi, abunde excutiebant lachrymas, rogatus *quatenus dignaretur, huic tam grandi eorum damno, calamitati, & nimia iniuriæ prouidere, ac Regali brachio, cogere raptores ad reſtitucionem, & purgare Regnum ſuum, ab inteſtino prædonum opprobrio*. Motus, vt dignum erat, *Caſimirus* Rex, huiusmodi precibus inſtaurari Rug, in terra *Cracouienſi*, vt furum & prædonum, horum præſertim, qui de ſpolio mercatorum *Cracouienſium*, notati & ſuſpecti iudicio communi erant, perſonæ declararentur, ſummopere expetebat. Propter quod particulari Conventione indicta, ad quam *Sbigneus* Cardi- D nalis, & fere omnes *Cracouienſium* & *Sandomirienſium* terrarum Barones & Dignitarii, *Cracouiam*, pro Dominica ſecunda Quadrageſimæ, acceſſerant, tam ipſi Cardinali *Sbigneo*, quam maiori parti Baronum, res optima & ſalubris viſa eſt, examen furum, & latronum, alias Rug, pro ipſorum correctione, & exterminio, ſine dilatione practicari: ne lues ampliot, prouocata ſceleris impunitate ſequeretur. Pars minor, cuius *Ioannes* de *Thaczin* Palatinus *Cracouienſis* erat, caput, diſſentiebat plurimum, & autoritate ſua, qua apud populares valebat, traxit in ſuam ſententiam plures mortales, eos præſertim, qui, vel quorum ſanguinei notam aliquam, & labem pertimeſcebant. 1450. Nec idcirco, a partis maioris ſententia prædictus *Ioannes* Palatinus, creditus eſt diſſenſiſſe, quod vellet furibus & prædonibus ignoſci, aut eorum iniquitatem non detegi, quippe, qui in omni vita ſua viſus eſt, illos & verbis, & opere multifarie odiſſe. Sed quia dolebat Conuentionis generalis *Piotrcouienſis*, recenter transactæ decreta, huiusmodi examine, reſcindi, & per conſequens Thronum & Imperium *Caſimiri* Regis firmari: cui idem *Ioannes* Palatinus, non eſſe parendum, & alii omnes cenſuerant, donec iura Regni, nude & ſimpliciter, non interpoſita aliqua difficultate, aut excuſatione, confirmaſſet: Is tamen ſuus purus, quantum capi poterat, reſpectus, non ſolum Regem *Caſimirum*, ſed & multos ex Prælatis, Baronibusque offendit, nec ſugillacionem, nec inteſtos ſermones vitare potuit. Ipſo enim, & his qui ſententiam ſuam ſequebantur, reſiſtente. Decretum Regis *Caſimiri* & Baronum, ſuper conficiendu huiusmodi examine, alias Rug interceptum, & dilatum eſt. Ex qoo fures & prædones erecto, quem iam ſuffocauerant, animo, graſſari in bonos & domeſticos liberius ceperunt, & punitio *Petri Schafraniecz* Succamerarii *Cracouienſis*, quem *Wyerzinkoni* Conſuli *Cracouienſi*, quinque millia florenorum prope *Secemiu* abſtuliſſe, fama vniuerſalis, & teſtimonium euidens vulgauerat, intermiſſa, qui contra timorem animi ſceleris notorii & vulgati, impunitatem adeptus, tetrior, iam non in priuatos Ciues & Regnicolas, quorum aliquos capi noctu, & in *Sleſiam* aut *Morauiam* portari, depactarique, ſorte ſibi impii premii reſeruata, procurauerat. Sed in ipſum quoq; *Caſimirum* Regem, exquirendo vias, quibus illos enecaret, & liberius in quemlibet ſpolia & predas debaccharetur, crudelis eſſe cepit. Nonnulli, & tunc enormium patratores ſcelerum, pecuniarum interueniente ſuffragio, eximebantur a pœna. Et tam ipſi, quam alii, ad eorum exemplar, ſpiritu elationis aſſumpto, in viros iuſtos, pacificos, & modeſtos ſeuiebant, ex impunitateque ſcelerum, aucta eſt malicia delinquentium. Ita quoq; tunc ſe mores habebant, vt nonnulli maiores Conſiliarii protectores ſe exhiberent, in prædonibus publicis, miſericordes, in furibusq; & latronibus. Et dum ſceleratos, & omni pœna atq; ſupplicio dignos, liberant, bonos omnes, perditum ibant. Ignoſcere autem illis ſceleratis hominibus, pia conſideratione, aut compaſſione motos, æquo animo ferendum foret, ni conſtaret miſericordiam ipſam, in publicam perniciem reciſuram. Itaque ſatius fuit, & alioquin tutius, homines improbos, non accuſari, quam dimitti: quoniam dimiſſi, audentius in mortes, & captiuitates inſontium, direptiones, & expilationes fortunarum, & in quæq; alia graſſabantur, gementibus virtuoſis, quod reprobi pro ſuæ perverſitatis operibus, condignis non multabantur ſuppliciis, nemine deinde extante, qui ſce-

Impunitas in Regno Poloniæ furum & prædonum audaciam nimium auxit.

1450.

ſceleratos homines opprimeret, cœperunt rurſus ſactiooes reuiuiſcere,& ſcelera.

Solicitatus pluribus Nunciis & literis *Caſimirus Poloniæ* Rex, *Alexandri Voieuodæ Moldauiæ*, & Baronum ſibi adhærentium, habita deliberatione, cum Prælatis,& Baronibus ſuis, dum feſtos dies Natalis Domini *Sandomiriæ* ageret, exercitum ex terris *Ruſſiæ*,& *Podoliæ* collectum, contra *Bohdanum*, occupatorem terræ *Moldauiæ*, miſit, qui ſe filium naturalem *Alexandri* olim *Moldauiæ* Voieuodæ,& defunctis liberis legitimis, ad ſe terram *Moldauiæ* pertinere aſſerebat. Cui *Ioannem Olieſki* de *Sienno* in Capitaneum præfecit. Qui ſuſcepto exercitu, celeritate ſumma omnia perfecit. Terram *Moldauiæ* ingreditur, *Bohdanum* fugat & eiicit, Caſtris notabilioribus, videlicet *Nyemcz Soczavva*, *Choczim*, illum exuit, & caſtra conquiſita *Ilichnoni* alias *Alexandro* filio *Heliæ* Voieuodæ reſignat, & exercitum, fidei & gubernationi creditum incolumem ad propria reducit. Quamprimum autem Regius exercitus, ex *Moldauia* receſſit, præfatus *Bohdan*, qui ad Montana confugiens, in deſertis, & abditis locis ſe occultabat, audito Regii exercitus receſſu, in *Moldauiam*, collecta prædonum, & latronum manu, quibus poſſeſſiones amplas, rebellantium ſibi, promittebat, rediit: & fideles ſibi obedientiam præſtare, ſed & ipſum *Ilichnonem*, cum matre ſua fugere, in terras *Podoliæ* coegit. Antequam itaque *Caſimirus* Rex *Cracouia* diſcederet, pluribus diebus habuit ſuper hac re deliberationem, *an videlicet nouus exercitus contra Moldauiam,& Bohdanum, mittendus eſſet,& an cura & defenſio Ilichnonis, ſuſcipienda,& continuanda: neglecto Bohdano, qui per nuncios ſuos fidelitatem, obedientiam, & ſubiectionem, ſeque & omnia ſua repromittebat.* Conſultum autem fuit *Caſimiro* Regi, *vt tempus opportunum, ſibi oblatum, non negligeret, ſed terram prædictam Moldauiæ, fæcundam rebus omnibus, ſed & portu ſuo Albo Caſtrenſi, opulentam, perſonaliter cum exercitu aggrederetur. Et Bohdano expulſo, vel capto, Ilichnone vero aliqua ſorte in terris Ruſſiæ contentato, terram ipſam perpetuo Regno Poloniæ vniret & incorporaret.* Verum, quia res hæc laborioſa videbatur, aliam deliberationem *Caſimirus* Rex ſecutus eſt. Hanc videlicet, *vt omnes terræ Ruſſiæ conſurgant, & Ilichnoni ſuffragium ferant, ad propellendum Bohdanum.* Exercitui autem ex ipſis terris colligendo, *Petrum Odrovvaſch* Palatinum *Leopolienſem*,& *Przedborium* de *Konyeczpolie*, Caſtellanum *Sandomirienſem*, & Capitaneum *Przemislienſem*, in Duces & Capitaneos præficit.

Miſſus per Regem Caſimirum Ioannes Olieſki de Sienno cum exercitu, fugat Bohdanum, Caſtraque conquiſita Ilichnoni tradit.

Redeunte autem exercitu Bohdan

Ilichnone fugato,

Regi obedientiam promittit.

At Rex denuo contra illum exercitum conſcribit.

Moldauia rebus taliter ordinatis, feria ſecunda, poſt Dominicam Lætare, *Caſimirus Poloniæ* Rex egreditur,& per ſolitas ſtationes videlicet *Mſtbovv*, *Czaſtochovva*, *Klobuczko*, *Krzepicze*, *Wyelun*, in *Caliſch* peruenit: Vbi Paſcha Domini celebrauit. Ex *Caliſch*, per ſolita loca *Poſnaniam*, deinde *Gneſnam* tranſiit. Et peragrando partes *maioris Poloniæ*, totam æſtatem conſumpſit. Rege autem *Caſimiro Poſnaniæ* agente, Ciuitas ipſa in aliquot locis incenſa fuit: Studio vt præſumitur, eorum, qui furto vel rapto viuere conſueti ſunt, vt facilius præda Ciuitatis, potiri poſſent. Prouiderant autem ſagaci induſtria Ciues *Poſnanienſes* huic malo. Nam quamprimum ſenſerant *Caſimirum* Regem appropinquare, ad partes *maioris Poloniæ* omnes res,& fortunas ſuas, in alia loca, tuta magis, deduxerant: ſuſpicati id ipſum, quod contigit. Propter quod de rebus ſecuri, flammam erumpentem, ad incendium comprimendum, intenti, faciliter extinxerunt. Ex *maiori* vero *Polonia*, in *Radom*,& *Lublin* tranſiit, & ex *Lublin*, per *Lukovv*,& *Myelniki*, in *Lithuaniam* divertit. Vbi hyemis,& Veris tempus, tractando venationes eſt immoratus.

1450. Poſnania intrante Rege Caſimiro iterum accenditur.

In Die Aſcenſionis Domini, quæ fuit tredecima menſis Maii, beatus *Bernardinus*, de *Senis*, Ordinis ſancti *Franciſci*, ſeu minorum, de obſeruantia Romæ, in Eccleſia beati *Petri*, per *Nicolaum* Papam quintum, præſente magna multitudine Prælatorum, & fratrum ſancti *Franciſci*, Cathalogo Sanctorum adſcribitur. Hic tempore *Martini* Papæ quinti, & *Eugenii* Papæ quarti, per omnem *Italiam* diſcurrens, in vicis, & plateis verbum DEI, mira deuotione audientium prædicabat: nomen ſculptum IESVS, ſemper geſtans,& populo oſtendens. Vir miræ ſanctitatis,& in vita, multis prodigiis clareſceret,& vitæ ſuæ exemplo, plurimos, viciorum fœditate obſtinatos molliret. Tres eccleſias Cathedrales *Senenſem*, videlicet *Peruſinam*, & *Viterbienſem*, ſibi oblatas contempſit. Mortuus *Aquilegiæ* in *Marchia Napulta*, ibique ſepultus, in Monaſterio, fratrum minorum, magnis illico cœpit coruſcare miraculis. Et antequam canoniſaretur, iam conſenſu omnium ſanctus, & celebris, per totam *Italiam* habebatur,& imaginibus ſuis, non Eccleſiæ ſolum, ſed & cameræ, & vici ornabantur. Comites inſuper ſui, atque diſcipuli, in magna veneratione habebantur, præſertim vir doctiſſimus & inſignis, *Ioannes* de *Capiſtrano*, qui multa viſus eſt oſtendiſſe, virtute Dei & auxiliis ſuffragiiſque beati *Bernardini*, miracula.

Bernardinus Senenſis ſanctorum Cathalogo refertur.

Exercitus *Caſimiri Poloniæ* Regis, in *Moldauiam*, contra *Bohdan* miſſus, pro feſto S. *Ioannis Leopolim* aduenit. Ex Leopoli pedetentim *Camyeniecz* acceſſit. Ibi & gentibus terræ *Podoliæ*, & *Valachis*, qui cum *Ilichnone* circa *Camyeniecz* manebat, auctus eſt. Ex *Camyeniecz* Caſtra mouens, tripartito exercitu cum *Valachis*, *Petrus Odrovvaſch* Palatinus *Leopolienſis* & *Przedborius* de *Konyeczpolye*, Caſtellanus *Sandomirienſis*, cum *Leopolienſis* & *Przemislienſis* terræ nobilibus, & *Theodoricus Buczaczki*, Caſtellanus & Capitaneus terræ *Podoliæ*, cum gentibus *Podoliæ* procedebant. Peruenerant autem, ad Caſtrum *Choczim*, quod pro *Ilichnone* Voieuoda tenebatur, & ibi

Exercitus Polonorum contra Bohdan pro parte Ilichnonis miſſus

1449.

ibi aliquot diebus commorati, venerunt ad flunium *Pruth*; Vbi exercitu ordinato (de prope enim ſtationes hoſtium nunciabantur) ſuperatoque fluuio *Pruth*, venit exercitus ad oppidum *Lipowyecz*, ſperans illic *Bohdanum*, & ſuas gentes reperire. Ille autem non in robore exercitus, ſed in dolis & fraode, fiduciam ſuam reponens, ceſſit ex *Liponiecz*, & in nemora contulit ſe, cum omni exercitu, cepitque Capitaneos Regios, cum nunciis, tum literis rogare, de pace. Omnibus pax melior *viſa eſt*, præſertim cum homine latebris & *ſyluis* aſueto. Treuga itaque firmata, ſeptem dies in tractatu pacis, exercitu ad flumen *Liponiecz* ſtante, abſumpti ſunt, & iuxta certas conditiones & capitula, quibus gubernatio terræ *Valachia*, vsque ad quindecimum annum *Ilichnonis*, ſub annno, ſeptuaginta millium aureorum *Turcorum* cenſu, in manus Regias tradendo, *Bohdano* permittebatur, pax Sabbato, ante feſtum natiuitatis ſanctæ *Maria* Virginis inſcribitur & firmatur, & dextræ complexusque inuicem per reconciliatos iunguntur. Eam pacem etſi *Burgulab*, vnus ex *Valachis*, fidem Regi ſeruans aſtrueret, oſtenderetque in dolo conditam, plus periculi quam officii, propediem excituram, non tamen fides illi habita eſt. Eodem itaque die pace confecta, Regius exercitus, a *Liponiecz* Caſtra mouet in propria reverſurus. *Bohdan* vero dolum conceptum amplius ferre non valens, ſuis omnibus, ut parati ſint, mandat, & io ſylva poſt villam *Kraſſne* conſiſtente, anguſtam habente, & vnicam viam, inuadere primum currus, & impedimenta Regii exercitus non negligant, facilius poſtea exercitum Regium inuaſuri. Dolum hunc Capitanei Regii exercitus illico agnoſcentes (denunciatus enim erat eis, per prædictum *Burgulabonem*, qui partes pupilli *Ilichnonis* ſtrenue defendebat, idem per notarium *Bohdani*, qui nocte ante ſequente, ad Regium exercitum perfugerat, ſingula quæ *Bohdan* moliebatur, indicans) deliberatione inita, hoſtium præſtolabantur, in loco aduentum, ex curribus pugnam conſerturi. Placuit poſtea currus & impedimenta, celerius per ſyluam traiicere, qui liberior fieret dimicatio futura. Monente autem *Burgulabone*, vt currus, & impedimenta, ſylua, quæ per detruncationem arborum erat exaggerata, omiſſa, per plana traiicerentur, non fuit ei, ſalubriter conſulenti, paritum. Committitur tamen illi curruum, & *Ilichnonis* cura, & currus, cum impedimentis remittuntur, vt ex altera parte ſyluæ conſiſtant, & exercitus præſtolentur aduentum. Tutatur ergo eum ala *Podolienſium* militum *Valachus*, quos ſibi in præſidium aſſumpſerat currus *Burgulab*, & eos, licet non ſine crebra hoſtium *Valachorum* invaſione, per ſyluam, in planum campum deducit. Interim Die Dominico mane, ante feſtum natiuitatis, ſanctæ *Maria* Virginis, videlicet, ſexta die Septembris, *Bohdan* cum aliquot millibus *Valachorum*, partes ſuas ſequentium, & aliorum auxiliariorum ſuorum in magna multitudine, in ortu Solis ſuperuenit. Regius autem exercitus, nihil cunctatus, arma induit. Quem *Petrus Odrowaſz* Palatinus, oratione facunda animauit, orans, & conteſtans, *ut nobilitatis ſuæ memores, a priſcorum ſtrenuis, non denegarent actibus, ſed campum, quem calcabant pedibus, aut victoria, aut ſepulchro dedicarent.* Conſternatus erat Regius exercitus, quod & plures contra imperium Ducum ſequendo, currus abſceſſerant, & gentes *Ilichnonis*, ex *Valachis*, qui ſe eis coniunxerant, hoſtium, moltitudine viſa, perterritas, & fugere magis, quam pugnare, paratas, apertiſſime cognoſcebat. Audendum tamen omnia, & experiendum fortunæ munus, in tam ineffabili neceſſitate ſtatuit. Aciebus itaque ordinatis, & vna ala *Nicolao Porawa Halienſi* Capitaneo, altera *Michaeli Buczaczki* commiſſa, in campo, qui *Kraſnepolye* appellatur, ad torrentem *Kraſzni potok*, prope oppidum *Vaſzni*, ſignis canere iuſſis, per *Polonia* milites, ſub quatuor ſignis, videlicet *Przemulienſe*, *Haliczienſe*, *Sanoczenſe* & *Podolia* conſiſtentes, & octo turmas equitum, nonam peditum, habentibus, fit congreſſus. Vna turma equitum hoſtilium tegebat peditem, in quam, cum Regius exercitus, in acie ſtantem incurriſſet, illa retrorſum cedens, peditem oſtendit. Cum quo exercitus Regius confligens, multos milites amiſit. Feruet inter utroſqoe crudelis pugna, & neq; hac, neque altera parte inclinata, in totum diem dimicatio protenditur. Multi de *Polonis* cadunt, plures tamen de hoſtibus, & campi cadaueribus ſternuntur. *Petrus Odrowaſz*, Palatinus *Leopolienſis*, non Capitanei ſolum, ſed optimi & ſtrenui militis, officia exercens, fortiter pugnabat. Hoſtium exercitus pedeſtrium robore, magis quam equeſtrium valebat. Equeſtribus pro maiori parte deletis, in pedites, *Petrus Odrowaſz* Palatinus, eum *Nicolao Porawa*, *Michaële Buczaczki*, pluribusque aliis inuehuntur, occidunt, ſterount, & pedeſtrium molem plurimum debilitant, pugnando tandem, à pedeſtribus cadunt interfecti. Mæror ingens de amiſſis, tam inclitis pugnatoribus, & Capitaneis, exercitum Regium inuadit. Fuiſſetque, & trepidatio non minor, & inclinatio aciei ſubſecuta, niſi *Burgulab*, qui iam ſyluam ſuperauerat, cum genubus, pro conductione curruum, ſibi adiunctis, veloci doctus Nuncio, Regium exercitum, victoria potiri, ſuperueniſſet. Is, aduentu ſuo hoſtes, cæde noſtrorum militum exultantes, terruit, vt repente terga darent, & fugam capeſſerent. Regius exercitus victoriam quidem, ſed cruentam, amiſſis pluribus militibus inſignibus, retulit. Perſequi tamen fugientes, diuturna fatigatus pugna, non poterat. Sub eius præſentia quoque hoſtium reſiduitas, quæ fugiendo,

*in * ſylua poſt villam Kraſſne conſiſtente, ex Valachis fidefragis*

mæſtam & cruentam, propter Duces occiſos, videlicet Petrum Odrovvaſch & alios

1450. do, & retrogradendo, exercitum Regium laceſſebat, aut extincta, aut fugata eſt. Plures qui arbores conſcenderant, ſagittis confecti decidebant. In aliqua enim arbore, plures quam ſedecim concidebantur. Præfatus autem *Burgulab*, quatuor diebus fugientes, & diſperſos perſequebatur, & nonniſi quinta die, ad ſtationem exercitus Regii, onuſtus præda ingenti, & captiuis moltis, rediit. Ceſſauit pugna circa occaſum Solis, cum in ortu cepiſſet. Hac pugna ædita, exercitus Regius, ad propria eſt reuerſus. Corpora examina *Petri Odrowaſz* Palatini *Leopolienſis*, io *Clara tumba*, *Nicolai Ponetwa*, & *Michaëlis Buczaczki*, *Leopoli* ſepulturæ mandata ſunt, cum luctu ingenti. Vltra eos quoque *Nicolaus Kluſz*, *Ioannes Nyeznoiowski*, *Ioannes Bieskowski*, *Stanislaus Dauidowski*, *Adam* miles, *Ianuſtius Samek* Ciuis *Leopolienſis*, fuere deſiderati. *Bohdan* vero fugiens in *Barloth*, oppidum ſe recepit. Maiorque oliquanto ex amiſſis militibus mæror, quam læticia, fuſis hoſtibus fuit. Sed & amplior victoriæ huiusmodi gloria, quam læticia habita eſt, propter fortes, & inſignes milites, propter eius euentum deſideratos.

Thartari abſente Nobilitate Rutena & Podolienſe, quæ contra Bohdanum progreſſa erat, idoneam occaſionem nacti Ruſſia & Podolia terras magna vaſtitate & calamitate afficiunt.

Cognito *Thartarorum* Cæſar *Sadachmath*, quod terrarum *Ruſſiæ*, & *Podoliæ* nobiles, terras ipſas egreſſi, vicino bello *Valachico* fuerunt implicati, optimum tempus ratus, quo terras ipſas, a ſuis deſertas, & vacuas inuaderet, congregata omni potentia ſuarum gentium, terras ipſas improuiſe aggreditur, & in aliquot turmas partito exercitu, terras *Podoliæ* & *Ruſſiæ* vaſtat, & barbarica feritate, homines vtriusque ſexus, cuiuslibet conditionis, paruulis & lactantibus occiſis, in magna multitudine, cum pecoribus, & pecudibus, abducit in perpetuam ſeruitutem. Tunc quoque exercitus ipſe *Tartarorum*, vsque prope *Grodek* graſſatus eſt, & totum Diſtrictum Caſtri *Olieſchko* percurrens, vsque ad terminos terræ *Belzenſis* peruenerat, nec parum abfuit, quin *Wladislaus Maſouiæ*, & *Belzenſis* Dux, venationibus, ſub id tempus deditus, ab illis caperetur. Prouidentia tamen Diuina, ab hoc malo ſeruatus eſt. Geminato malo, mentes hominom concuſſæ erant, hinc ſubita inuaſione *Tartarorum*, hinc ſuorum nobilium, & defeoſorum abſentia, vt victoria cruenta. Tantusque terror corripuerat, vt oollus de patriæ, & ſuæ gentis defenſione, omnes de fuga, & latebris cogitarent. Saciata tunc fuit *Tartarorum* rabies, cæde ſanguinis Chriſtiani faciata, captiuitate hominum vtriusque ſexus, quos velut beſtias, aut feras pro præda abegit, & pecorum more quosdam venundedit, quosdam ritibus ſuis fœdis mancipandos reſeruauit. Quantis tunc credis, Regnum *Poloniæ*, & præſertim terras *Ruſſiæ*, & *Podoliæ* vacaſſe fletibus, & lamentis, quantis querelis, quantis cruciatibus, quantis doloribus, dum intelligerent, terras nobiles perpetuæ ſubiici vaſtitati, dum plures ex illis, a *Valachica* reuerſi

expeditione, vxoribus, ſororibus, fratribus, 1450.
conſanguineis, filiis, filiabus, charis pigonoribus, Cmethonibus ſuarum villarum ſe conſpicerent ſpoliatos. Non lachrymas ſolum res hæc illis excutiebat, ſed cruentos fletus: meditando vxores, ſorores, & natas ſuas, aut venditas, aut libidine barbarica proſtitutas, aut in aliorum tranſiiſſe concubitus, & amplexus. Accedebat his mæror ingens, quod ſpem defenſionis ſuæ, aut iniuriæ vlciſcendæ, vnicum in malis ſolatium, ſciebant ſibi ademptum: cum ad alia deſenſoris animus conuerſus, hæc pro nihilo duceret, nec tot & tantis malis orbitateque ſuorum moneretur.

Ioannes Odrowaſch Archiepiſcopus Leopolienſis audita fratris ſui per Valachos occiſione Petri Odrowaſch Palatini Leopolienſis,

Ioannes Odrowaſz Archiepiſcopus *Leopolienſis*, audita germani ſui *Petri Odrowaſch*, Palatini *Leopolienſis*, per *Valachos*, occiſi, morte, graui dolore contracto, & ipſe moritur, & in Eccleſia *Leopolienſe*, non niſi poſt duos menſes, obtenta abſolutione (nam ſententiis excommunicationis, autoritate Sedis Apoſtolicæ irretitus fuerat) ſepelitur, dum in Cathedra *Leopolienſe*, annis prope quindecim præſediſſet. In eccleſia maiore *Leopolienſe* ſepultus eſt.

& Nicolaus Liaſſoczki Epiſcopus Wladislauienſis moriuntur.

Feria autem quarta proxima, poſt feſtum Aſſumptionis ſanctæ *Mariæ* Virginis, quæ fuit oona menſis Septembris, *Nicolaus Liaſſoczki*, de Domo *Dolaga* nobilis Epiſcopus *Wladislauienſis*, in eccleſia *Camerinenſe*, in *Italia* in *Marchia Anconitana*, propter peſtem, ex vrbe *Roma* egreſſus, morbo epidimiæ correptus, moritur, & in Eccleſia Cathedrali *Camerinenſi*, honorifice tumulatur. Vir miræ induſtriæ, & ingenii ſublimis, & præclari, ad omnia genitus, quæcunque agenda incumberent. Doctrinæ & prudentiæ, cultor præcipuus. Qui propter ſuas virtutes, & merita, in toto orbe magnam famam adeo ſortitus eſt, vt ſimile germen in annis multis, *Polonia* non produxerit & difficulter ſit poſtea productura. Sed neque in *Dolegarum* familia, neque in *Polonorum* gente, ſub illa ætate & tempore, tantam indolem, & tantæ virtutis ſpecimen, extitiſſe, & fulſiſſe in aliquo alio æque crediderim.

Dux Thoſchecenſis caſtrum Syewyor expugnare conatur

Feria tertia, poſt feſtum ſancti *Franciſci*, *Przemislaus* Dux *Thoſchecenſis*, congregata ſui Ducatus potentia totali, & aliquorum prædonum contractis viribus, venit clandeſtine contra Caſtrum *Syewior*, Eccleſiæ *Cracouienſis*, & illud omni ingenio, & niſu comprehendere nitebatur. Excluſus autem fuit, cum ignominia ab illo, vt nec foſſas eiusdem, videre admiſſus fuerit. Qui perculſus pudore, ad rapinas ſe conuertit, & terram *Syewierienſem*, in nullo ſibi obnoxiam, in pluribus locis ſpoliauit. Abunde tamen ſibi temeritas ſua refuta. Nam gentes *Sbignei* Cardinalis, & Epiſcopi *Cracouienſis*, cum terrigenis *Syewierienſibus*, terram *Thoſchecenſem*, vicibus aliquot vaſtare non ceſſarunt, donec fœdus interpoſitum eſt, & ſatisfactio damnorum, per Ducem *Przemislaum* exhibita. Adhuc autem ſingulæ facino-

in ſe terramque ſuam hoſtem concitauit.

1450. nora, per *Petrum Schaffrmyecz* Succamerarium *Cracouienſem*, inductus erat.

1551. Natalis Domini diem, & ſequentes, *Caſimirus Poloniæ* Rex, *Vilnæ* egit. Et quamuis Nunciis, & literis Prælatorum, & Baronum Regni *Poloniæ* fuiſſet ſolicitatus, vt venire in Regnum *Poloniæ* dignaretur, ad prouidendum pluribus malis, quæ continue erumpebant; venire tamen diſtulit. Et ad res *Lithuaniæ* ordinandas conuerſus Conuentionem generalem, *Vilnæ*, omnium terrarum *Lithuaniæ* egit. In qua, non inſtinctu proprio, ſed aliquorum Baronum *Lithuaniæ* ordinatione, fuit res, in tractatum, & deliberationem deducta, qualiter terræ *Podoliæ*, & *Luczko*, a corpore Regni *Poloniæ* ſequeſtrarentur. Omnes autem viæ aut iniuſtæ, aut difficiles, viſæ ſunt. Propter quod maior pars & ſanior, imo fere vniuerſi, duobus aut tribus exceptis, omittendam hanc rem cenſuerunt. Ne tamen rem ipſam nude omiſiſſe viderentur, petebant, & apud Prælatos, & Barones Regni *Poloniæ* inſtabant, vt Conuentio cum illis in *Brzeſczye*, pro feſto Sancti *Stanislai* in Maio, ageretur. Sed Prælati & Barones Regni Poloniæ, detrectarunt illam ſuſcipere, cum quod intempeſtiue, tum quod in loco remoto, & inſolito poſita eſſet. Soluta autem Conuentione *Vilnenſi*, *Caſimirus* Rex in terras *Ruſſiæ*, *Lithuaniæ* ſubiectas, *Vitepſko*, videlicet *Smolensko*, & *Poloczko* deſcendit, & illas peragrando, notabile tempus hyemis abſumpſit. Pro media vero Quadrogeſima *Vilnam* rediit, illicque Paſcha Domini celebrauit. Poſt feſtum Paſchæ, in *Grodno* proceſſit. Vbi aliquot Septimanis immoratus, in Regnum *Poloniæ* feliciter aduenit, & per *Lukow*, *Radom*, *Opoczno*, *Sulieyow*, feria ſexta, ante feſtum Pentecoſtes *Piotrcouiam* intrauit.

Rurſus Lithuani de terris Ruſſiæ & Podoliæ, à Regno Poloniæ auellendis inter ſe publicè conſultant.

Ioannes *Gruſczinſki* de *Inanouicze*, de Domo *Roſa*, in Epiſcopum *Wladiſlauienſem*, morte *Nicolai Lyaſſocki* vacantem, a *Nicolao* Papa permotus, & in *Colo*, per *Wladulaum Gneſnenſem* Archiepiſcopum. Magiſter vero *Gregorius* de *Sanok*, in *Leopolienſem* Archiepiſcopum promotus, per *Sbigneum* Cardinalem, & Epiſcopum *Cracouienſem*, die Dominico, intra octauas Corporis Chriſti, in Eccleſia Cathedrali *Cracouienſe* fuere conſecrati.

Ioannes Gruſczinski in Epiſcopum Wladiſlauienſem. Magiſter verò Gregorius de Sanok, in Archiepiſcopum Leopolienſem conſecrantur.

In feſto Pentecoſtes, in Oppido *Piotrkow*, Conuentio tenta eſt. Ad quam *Caſimirus* Rex, & *Zophia* Regina *Poloniæ*, genitrix ſua, *Wladulaus* Archiepiſcopus *Gneſnenſis*, *Ioannes Wladulauienſis*, *Andreas Poſnanienſis*, Epiſcopi, *Ioannes* de *Czizow* Gaſtellanus, & Capitaneus *Cracouienſis*, *Lucas* de *Gorka Poſnanienſis*, *Ioannes* de *Oleſchnicza Sandomirienſis*, *Albertus* de *Male Lancicienſis*, *Iarlandus Siradienſis*, *Hriczko Podoliæ*, Palatini, cum pluribus Caſtellanis venere. *Sbigneus* autem Cardinalis & Epiſcopus *Cracouienſis*, conſulto, & literis Regalibus rogatus, ad eam venire diſtulit, *Ioannem* de *Thaczin*, Palatinum *Cracouienſem* valetudo retraxit. In hac primum Barones aliqui maioris *Poloniæ* queſti ſunt, *Sbigneum Cardinalem, & Epiſcopum Cracouienſem, eorum Metropolitano Gneſnenſi, primum locum abſtuliſſe, & terras ipſas ex illa, quæ vnica eis reſtabat, excellentia deieciſſe.* Culpare deinde Barones Cracouienſes ceperunt, qui illum ſua aſſiſtentia, conſilio & viribus adiuuarent, & in depreſſionem terrarum maiorum *Poloniæ* conſentirent.

In Conuentione quarta Piotrcouienſi

1451. Tum *Ioannes* de *Czizow* Caſtellanus, & Capitaneus *Cracouienſis*, ſumpta a reliquis informatione, & autoritate dicendi, in hanc ſententiam querentibus reſpondit. *Summa vos, & veſtrum quemlibet, laude, & commendatione decebat viri optimi, honorem dignitatis Cardinalatus, Sbigneo Cracouienſi Epiſcopo, a tribus ſummis Pontificibus delatum, proſequi, non iniuria, non murmure, non querela, & primum in Deum celebrare gratiarum Actionem, deinde & ipſi Sbigneo Cardinali, & Epiſcopo Cracouienſi, gaudio & gratitudine affici ſingulari, quod ſuis virtutibus, & meritis, Regnum noſtrum ſplendore immenſo, quem noſter Sol, nunquam ante viderat, ornauerat, ut cæteris Regnis Catholicis, vel ſuperiores vel æquales, videamur. Si enim iuſti rerum æſtimatores ſumus, non in vltimis laudum Regni noſtri, promotionem, & amplitudinem hanc numerabimus. Inſtabant enim apud ſummos Pontifices, ſuperiores Reges noſtri, huius Regni Pontificibus pro illa, & ſumptus effundendo maximos, potiri votis nequiuerunt, hanc Deo optimo, noſtro Cracouienſi Pontifici Sbigneo, reſeruante laudem, qui, quod nulli vnquam legitur contigiſſe, a tribus Summis Pontificibus, deſignatus Cardinalis, in faſtigium, tam altæ dignitatis, nullo humano aut Regio adiutus ſuffragio, tractus conſcendit, ut exteras nationes, & vicinos populos fœlicitas hæc noſtra, ad inuidiam concitauerit, vt nomen noſtrum apud illas, & celebrius, & formidoloſius ſit. Quæ mentes veſtras caligo detineat? vos ipſi diſcutite. Non caret magno dedecore, nec apud homines prudentes verſatur ſine ſuggillatione noſtra, & communi irriſione hæc fabula, quod in acceptanda, & vtroque brachio complectanda, dignitate ampliſſima tergiuerſamur, & quaſi quadam mordemur & angimur inuidia, vt non falſo memoriæ proditum ſit, cæteras nationes mendacio, ſuperbia, dolo, rapinis, noſtram inuidia abundare. Nihil Gneſnenſi Eccleſiæ, nihil ſuo Metropolitano, detractum eſt, nihil depreſſionis acceſſit, ſuam illa excellentiam, ſuum decus, non amiſit. Neque Gneſnenſis Archiepiſcopus, ad iniuriam ſibi imponat, ſi locum inferiorem tenere cogatur. Non illi hæc tantummodo irrefragabilis ſanctio. Sed & Colonienſem, Maguntinenſem, Lugdunenſem, & quoscumque in Catholica Eccleſia Primates ligat, & conſtringit, vt honorare Cardinalatus excellentiam, & ſibi tam loco, quam ſermone deferre teneantur. Ab omni itaque ſcelere, & culpa, nos exi-*

1451.

ſtimamus, puros & innoxios, ſi virum & Pontificem noſtrum, priuato etiam nobis colendum officio, veneramur, eandem venerationem, circumſcripto omni livore, & inuidia, Wladislauienſi, Poſnanienſi, Plocenſi, Przemislienſi, Chelmenſi, Epiſcopis, impenſuri, ſi noſtro Cracouienſe neglecto Epiſcopo Sbigneo, aliquis ex illis in dignitatem ipſam euectus fuiſſet. His ſermonibus *Caſimirus Poloniæ* Rex, & omnes Prælati, Baroneſque qui aderant, caleſacti, nihil primum agendum in ipſa Conuentione rati ſunt, niſi vt omnis ambigoitas, & tergiuerſatio de Cardinalatu tolleretur. Primoribus igitur Prælatis & Baronibus *Caſimirus* Rex lectis, vniuerſorum approbatione, & conſilio decreuit, *vt Sbigneus Cracouienſis Epiſcopus, ab omnibus teneatur & veneretur, vt Cardinalis. Si autem Wladislaus, Archiepiſcopus Gneſnenſis, exiſtimat, praeminentia ſua Metropolica, per promocionem Sbignei Epiſcopi Cracouienſis, in Cardinalem in aliquo derogari, licet nulla derogatio cenſeri poſſit, in hoſpicio ſe contineat, dum Sbigneus Cardinalis, in conſilio Regis ſtat, & illic ſtando de rebus publicis conſulat. Si vero locum voluerit tenere inſeriorem, quandolibet Conſilium Regium accedat: Cardinale tamen ſe inſeriorem non dubitet.* Adiectum inſuper eſt, *vt de cætero Archiepiſcopi & Epiſcopi Poloniæ, niſi Rege conſulto, & Conſiliariis, pro dignitate Cardinalatus, aut officio legationis non inſtent.* Hæc conſtitutio etſi neminem afficiat, aut liget, cum conditores illius, nullam habuerunt condendi, & DEO, ſummoque Pontiſici, ſcribendi poteſtatem, vt ridiculum prorſus videatur huiuſcemodi legem promulgaſſe, quæ virtutem conſcendere in alta vetet. In ipſius tamen *Sbignei* Cardinalis, ampliſſimam laudem redundat, quaſi ille vnicus Cardinalatus & Legationis faſcibus, dignus fuerit, & poſt illum alius nunquam extabit. Omnes tamen hos funes & nodos, ſola virtus vno flatu diſſoluet & diſrumpet. Vix ſtatuere apud animum meum poſſum, an perniciofior ipſa ordinatio, an pernicioſiori gereretur exemplo: redundans in vniuerſi Regni *Poloniæ* dedecus, & iniuriam omnium, qui bene mereri ſatagunt, tam præſentium, qoam ſuturorum. Item in eadem Conuentione, fuit concluſum, *vt pecunia minuta ſine contradictione, recipiatur per vniuerſum Regnum, aliis monetis externis reiectis*: pœna in contra facientes graui appoſita. Item innouatæ fuerunt *Conſtitutiones diuæ memoriæ, Caſimiri Regis ſecundi, de ordine Zupparum*, eo quod Barones maiores, contra prohibitionem Conſtitutionum huiuſmodi, paſſim Zuppas intrabant: Zupparum & earum officium perturbando.

Communi omnium conſenſu ſancitum eſt, vt Sbigneus Cardinalis ſuperiorem locum in Senatu obtineat

& ne quisque audeat poſtea Cardinalatus honorem, vel ambire vel ſuſcipere, Rege ac Senatoribus Regni Poloniæ inconſultis.

Conuentione *Pyotrcouienſi* expedita, *Caſimirus Poloniæ Rex, per Przedborz, Andrzeiow, Myechow*, tranſiens, feria qoarta in vigilia Sancti *Ioannis* Baptiſtæ, *Cracouiam*, in magna militum & familiarium multitudine intrauit. Cui *Sbigneus* Cardinalis, & Epiſcopus *Cracouienſis*, cum pluribus Baronibus, & Canonicis circa *Pradnik* occurrens, ipſum cum honeſtate excepit, & in Caſtrum *Cracouienſe* deduxit. Altera die, videlicet feria quinta, feſtum Corporis Chriſti, actum eſt; quod in diem S. *Ioannis* Baptiſtæ ceciderat. Et maiori celebritate, quam antea vnquam celebratum; cohoneſtante illud *Caſimiri* Ragis præſentia. *Sbigneus* Cardinalis, & Epiſcopus *Cracouienſis* Miſſam cantauit, & Sacramentum Euchariſtiæ, per circulum Ciuitatis *Cracouienſis* detulit. *Caſimirus* Rex, cum *Zophia* Regina genitrice ſua, & omni Baronia, ſonante clangore tubarum, ſequebatur. Proceſſiones Ecclaſiarum parochialium, & Conuentualium, proceſſionem eccleſiæ maioris *Cracouienſis*, vbique comitabantur.

Conuentione Piotrcouienſi abſoluta Caſimirus Rex Cracouiam intrat.

Vbi feſtum Corporis Chriſti magna celebritate abſoluitur.

Stetit autem *Caſimirus Poloniæ* Rex, a die vigiliæ feſti beati *Ioannis* Baptiſtæ, vſque in feriam ſextam, craſtinum diem Diuiſionis Apoſtolorum. Sub quo tempore dia quolibet, fiebat Regala conſilium, & multa proponebantur in deliberationem. Ex quibus etſi multa ponebantur ad concluſionem, pauca tamen executioni mandata ſunt. Et licet concluſum fuerit, *vt inquiſitio, alias Rug, de furibus fieret*, & omnes huiuſmodi concluſionem comprobaſſent, ac plurimum ſalutiferam Reipublicæ agnoſcerent: Conuenientibus tamen nobilibus & terrigenis ex Cracouienſe terra, qui *Cracouiam* literis Ragalibus accerſebantur, per aliquot primores Barones, impedimenta non mediocria, & iniecta, & ſubminiſtrata ſunt, ne aut ipſi, aut ipſorum fratres, & conſanguinai, de furtis, ſpoliis, & aliis multifariis ſactis, fuiſſent notati. Iam enim quidam & notabiles, conſcientia ſcelerum ſuorum expaueſacti, fugerant, & facere reſiſtentiam, ſi impeterentur, parabant. Inter communitatem autem magnum erat exortum diſſidium: quibusdam inquiſitionem ipſam tanquam neceſſariam, & vtilem acclamantibus, quibusdam reclamantibus. Vicit tamen eorū ſententia, qui inquiſitionem abnuebant. Sed & Baronibus nec vtilis nec neceſſaria viſa eſt, cum furto & rapto viuere aſuetos, publica vox & fama proderat, & qualibet inquiſitione circumſcripta, poterat ad executionem iuſtitiæ, contra eos per Regem procedi. Naſcio tamen qua ſegnitia aut puſillanimitate, vtrumque omiſſum eſt, & furibus atque prædonibus animus graſſandi in bonos creuit.

Conſultatio de inquiſitione furum ac prædonum cœpta habita rurſus diſſoluitur: dum executionem eius impediunt plurimi ex Senatu, ne ſcelerum ſuorum pœnas luant.

Agitabantur & aliæ deliberationes, de obſidiona ſortalicii *Velczin*, quod *Gelcz*, fur & prædo *Sleſiæ* inſignis, a *Gawin* coëmerat, inferenda. Continuis enim & ſpoliis, & prædis regnum infeſtabat. Petebant hanc obſidionem, Barones maiotis *Poloniæ*, *Lucas* Palatinus, & Capitaneus *Poſnanienſis*. *Nicolaus Skora* Caſtella-

1451.

lanus *Caliſſienſis*, & *Laurentius Zaraba* Caſtellanus *Siradienſis*, & Capitaneus *Wielnnenſis*, qui ad conſulendum pro rebus publicis, nomine omnium ex *maiori Polonia* miſſi. *Cracoviam* advenerant. Solicitabatur etiam rex *Caſimirus*, vt Duci *Toſchecenſi*, qui terram *Syewiorienſem*, anno tranſacto ſpoliauerat, bellum moueret. Solicitabatur vt *Wlodkonem* de *Skrzin*, & vxorem eius, rapto & furtis operam dantes, & qui nec iuribus, nec imperiis parebant Regalibus, in Caſtro *Berwalib* obſidione cingeret, facilem enim hæc omnia laborem præ ſe ferebant, & gloriam, famamque in ſublime apud circumiacentes homines promittebant, dum hoſtes, & quaſi quædam peſtes generis humani fuiſſent depulſi, & ignominia toleratarum hactenus iniuriarum, & ſpoliorum vindicata. Verum *Caſimirus* Rex aliis rebus curam iniecerat, nec afflictio & grauamen ſubditorum eum mouebat.

Oſcitantia Caſimiri Regis Poloniæ in depellendis, aut vindicandis ſubditorum iniurus.

Solicitabatur etiam tunc *Caſimirus* Rex *Poloniæ* concordi non prece ſolum, ſed & clamore Prælatorum & Baronum, populique ut iuxta, Privilegia, & immunitates Regni *Poloniæ* confirmaret, more prædeceſſorum ſuorum. Non mouit tamen illum vox, & interpellatio, tam iuſta & honeſta. Ne tamen infenſos relinqueret animos, & præcipue populatium, inducias ſibi dari expetiit; ſub quibus Conuentio generalis, cum *Lithuaniæ* Baronibus ageretur, & omnes differentiæ, de metis terrarum, inter *Poloniæ* Regnum, & Ducatum magnum *Lithuaniæ* exortæ, illic quietarentur, vt facilius, tunc iura Regni roboraret. Miſſusque extemplo eſt *Miklas*, Cuſtos *Craconienſis* in *Lithuaniam*, cui præceptum eſt, vt pro die Natiuitatis ſanctæ Virginis *Mariæ*, Conuentionem in *Parczow Lithuanis* indicat. *Lithuani* vero die Natiuitatis ſanctæ *Mariæ* Virginis reiectâ, in diem Sancti *Michaëlis* conſentiunt, ne viſi eſſent ſcitis Regiis paruiſſe.

Solicitatur Caſimirus Rex de iuriũ confirmatione Regni Polon.

Qui prius de metis inter Regnum Poloniæ & Ducatum Lithuaniæ ſtatuendis Conventum cum Lithuanis neceſſario agendum interponit,

Conſtitutum inſuper tunc fuit, ut ad reprobandum exterminandumque fora Annalia *Wratiſlavienſis* ciuitatis, quibus homines Regni *Poloniæ* per impoſitionem novorum teloneorum, gravabantur, tranſitus Mercatoribus Regni *Poloniæ* in *Wratiſlaviam* prohiberentur, & pro die S. *Ioannis* Baptiſtæ in *Poſnania*, pro die ſanctæ *Eliſabeth* in *Wyelum*, & pro medio Quadrageſimæ in *Caliſch*, ſalvis teloneis antiquis, annalia fora frequentarentur. Moleſtè tulerunt hanc Conſtitutionem Cracovienſes mercatores, vnde petebant eam, ex multis reſpectibus abrogari. Sed reſponſum illis fuit, ut paterentur eam, donec experientia melior, vtile a damnoſo diſcuteret. Edictum inſuper fuit, vt *Norimbergenſes* mercatores ex *Gracovia*, & aliis Regni *Poloniæ* Civitatibus pellerentur: ex eo, quod domeſticis & intraneis, omnia lucra, & emolumenta eriperent, & res nobiliores, velut quædam ſpolia ex regno efferrent, plus vrbi ſuis mercibus, quam *Iudæi* vſuris, nocituri.

Profectio Wratiſlauiam mercatoribus Poloniæ interdicitur,

ac Norimbergenſes mercatores Cracouia, ac aliis Regni Poloniæ ciuitatibus eiiciantur.

In craſtino Diviſionis Apoſtolorum, feria ſexta, *Caſimirus Poloniæ* Rex, *Cracovia* egreſſus eſt, & per *Wieliczkam*, *Bochnyam* & *Dopczicze*, in novum Civitatem *Korczin*, feria tertia, ante feſtum ſanctæ *Mariæ Magdalenæ* pervenit, illicque particularem Conventionem vocatis nobilibus ex Cracovienſi, Sandomirienſi, & Lublinenſi, terris, tenuit; In qua conſenſu omnium, pro defenſione terræ, ne generalem motionem facere contingeret, ſex groſſos de laneo quolibet dari, & in manus duorum Palatinorum, *Cracovienſis* videlicet & *Sandomirienſis*, & duorum nobilium conſignari, non niſi pro ardua neceſſitate diſtribuendos, univerſitas Baronum, & nobilium conſenſit. Aſfuit huic Conventioni *Sbigneus* Cardinalis, & Epiſcopus *Cracovienſis*. Qui opportunitatem nactus temporis, his verbis, *Caſimirum* Regem alloquebatur. *Experiris*, inquit, *Sereniſſime Rex, & vides omnia opera tua & actiones, quæcunque diligentia & conſilio adminiſtraueras, pati diſpendium & aborſum. Nec ſine cauſa provenit. Aut enim tam tu quam nos, aut tu ſolus in aliquod facinus prolapſi ſumus. Quod quia diluere renuimus, iuſto DEI iudicio, omnium actionum fœlix euentus, ſubtractus nobis eſt.* Ad quem Rex *Caſimirus Sentiunc*, inquit, *aut vereris aliqua me contagione teneri?* *Sentio*, reſpondit *Sbigneus* Cardinalis, Tum Rex *Caſimirus*. *Pande quæſo quæ ſit.* Ad quem Cardinalis *Sbigneus*. *Inter mortalium*, inquit, *& præcipue Chriſtianorum actiones, & opera, nihil eſt, quod æque ſit appendendum, & ſervandum, niſi iuramentum. Id tu, fratre tuo Duce Michaele Lithuaniæ, filio olim Ducis magni Sigiſmundi, à ſorte paterna deiecto & excluſo, prævaricatus es, & præuaricaris. Et quod amplius Divinæ Maieſtatis oculos offendit, proſtrato & ſupplici, iurique ſortis ſuæ, ut te placabilem reperiret, renuncianti, veniam negaſti. Expergiſcere obſecro, & fœdam hanc labem, quæ & tuæ Serenitatis, & noſtras conſciencias lædit, meliori conſilio dilue. Redde Duci Michaeli, quæ ſua ſunt, & revoca illum placide, ex Thartarorum, aliorumve barbarorum ſedibus, quos ſæpius in tuarum terrarum vaſtationem conduxit. Ad id non ſolum te movere debet naturalis & Divini iuris ſanctio, ſed etiam genitoris tui iuramentum. Quod non ſolum pro ſe, ſed & pro liberis, ac Regno etiam, vna nobiscum, me vidente, præſtitit, & conditiones pacis, cum Sigiſmundo magno, tum Duce Lithuaniæ inſcriptas, ſe illibate pollicitus eſt ſervaturum. Verearis Dei vindictam, qua, pro ſimili tranſgreſſione iuramenti Wladiſlaus Hungariæ & Poloniæ Rex germanus tuus, pœnas dedit.* Ad hæc Rex *Caſimirus*. *Nunquam* inquit *rebar, tam acerbum ſermonem, ex te audiſſe. Non eſt perſuaſio tam fortis, quæ me ſtringat, agere quod hortaris. Cadendumque eſt multis mortalibus, antequam*

Sbigneus Cardinalis & Epiſcopus Cracouienſis, Caſimirum Regem in Conuentione particulari publice arguit,

quod Ducem Michaelem ſupplicem, contra ius & fas non recipit in gratiam.

1451.

Dux Michael,in ſuum recipiatur patrimonium. Ad hæc Cardinalis, manibus in cœlum porrectis. *Ex quo,*inqnit; *inexorabilem te ad ea,* A *quæ ſalutis & honoris tui ſunt,publice admonitus,prabes,teſtem, nunc Deum Omnipotentem; & eius cœleſtem Hierarchiam; cœlum quoque & terram,& illorum virtutes,tam meo, quam totius regni nomine, contra te inuoco, illosque conteſtor, quod multifarie te adhortatus ſum, quæ dispendium animæ tuæ & vindictam prohiberent. Nunc poſteaquam in perniciem & tuæ ſalutis, & honorũ pergis,nec prauaricationem iuramenti formidas,ſanguinem innoxium, ſi quis ob id fuſus fuerit,& omnia mala inde ſecutura, non in nos Omnipotens Deus retorqueat,ſed in te,qui & preces,& monita conſiliaque præſentia,& repellis & faſtidis.* Huic adhortationi & proteſtationi omnes Barones aſ- B ſenſi ſunt,& certatim id ipſum conſulebant,& precabantur licet fruſtra. Fuit & vniuerſorum Prælatorum,& Baronum obnixe ſolicitatus precibus,vt Palatinatum *Leopolienſem*,alicui viro maturo & prudenti conferret,attento, quod plaga illa,cum propter continuum *Tartarorum* inſultum,tum propter diſpendia bellorum,crebro accepta, Palatinum prudentem exigeret.

Feria ſexta in craſtino feſti,ſanctæ *Mariæ Magdalenæ*,in die Diuiſionis Apoſtolorum, *Caſimirus Poloniæ* Rex,exiuit de noua Ciuitate, & per *Stobniczam, Schidlow*, venit, in die beati *Iacobi* Apoſtoli, in Monaſterium *Calui* C montis ſanctæ Crucis,in modica Comitiua, omnibus Aulicis,ex *Schidlow*,in *Opathow* reverſis. Venerato ligno ſalutari,in conuentum fratrum receptus eſt. Tandem per *Opathow* venit *Sandomiriam* feria tertia poſt feſtum S. *Iacobi* Apoſtoli, & ibi quatuordecim dies continuos manſit. Miranda & nunquam viſa alias fuit, tunc cœli intemperies. Nam diebus quindecim continuis,& totidem noctibus,ſine repauſatione & intermiſſione, pluuia ingens deſcendebat: quæ poſt quindecim dies interpellatim ſuperueniebat,quaſi videres fontes aquarum disruptos, & maria, & flumina, cum *Neptuno* in Cataclyſmum conſpiraſſe. Non ſolum autem meſſium labor fuit, tunc D pluuiam ſuſpenſus,ſed etiam villarum, quæ in locis demiſſis prope alueos fluuiorum conſiſtebant,frumenta, vel abſorpta,vel raptu fluminis,deorſum fuere transportata. Quod idem contingebat in fœno. Propter quod inundatio illa aquarum damna plurima mortalibus intulit, & collectionem frugum, ſeminationemque autumnalem, plurimum retardauit, ſequensque tempus æſtatis,& autumni, plus de humore,& pluuia habuit, quam de ſiccitate aut calore.

Tempeſtatis valida deſcriptio

ex qua plurima incommoda prouenerunt.

Stante *Polonia* Rege *Caſimiro Sandomiriæ*, venit ad ſuam Serenitatem *Dauid, Turcorum* Imperatoris filius. Pater ſiquidem ſuus *Muſtapha*,dum eſſet magnæ animoſitatis,& prudentiæ vir,veritus frater ſuus *Omarath*,ne Imperium ſubriperet, eum captum exoculauit. Qui cum vxore,& filiabus,de *Turcia* fugiens, in *Hungariam* peruenit. Ibique a *Sigismundo* Rege recollectus, vitam abſumpſit. Filius autem ſuus prædictus,fide Catholica ſuſcepta, in terris Catholicis ſotus, nutritus, & conuerſatus eſt. Et quotiescunque contingebat Reges *Hungariæ*,in expeditionem ire contra *Turcos*, toties & ipſe fideliter & conſtanter, cum *Turcis*,quos tanquam expulſos, & exules retinebat, bellum pro Catholicis adminiſtrabat. Is literis Imperatoris *Conſtantinopolitani* certior factus,Imperatorem *Turcorum Omarath*, & filium eius,diem obiiſſe,induxit animum in *Turciam* redire: exiſtimans ſolium auitum,& paternum poſſe,fretus amicorum conſilio apprehendere. Itaque rogat *Caſimirum Poloniæ* Regem,ut ei liceat per terras ſuas,verſus *Conſtantinopolim* tranſire. Annuit Rex *Caſimirus* petitioni ſuæ,& remuneratum pecunia, & veſte duplici, etiam ipſi Conductores aſſignavit. Caſſus tamen fuit labor ſuus. *Turci* enim iam de alio Imperatore ſibi prouiderant. Propter quod *Dauid* ipſe rebus ſuis deſperans, per Regnum *Poloniæ*,in *Hungariam* redijt.

David filius Imperatoris Turcarum.

1451.

Chriſtianus; degens in Regno Hungaria

poſt mortem Omarathi Imperium Turcarum

nequicquam ambit,& iterum in Hungariam reuertitur.

Feria ſecunda, in vigilia Sancti *Laurentii*, exiuit *Caſimirus Poloniæ* Rex, *Sandomiria*, & genitrice ſua *Zophia* Regina *Poloniæ*, in nouam Ciuitatem remiſſa,per *Liczeysko Iaroslaw*, venit *Przemisliam*, die Dominico in feſto aſſumptionis ſanctæ *Mariæ* Virginis, & illic ſtetit duodecim diebus, Feria ſecunda, in vigilia ſancti *Bartholomæi* Apoſtoli, exiuit de *Przemislia*, & venit in *Schambor* feria tertia, in die ſancti *Bartholomæi*, ſtetitque ibi diebus tredecim. Illic venerunt ad ſuam Serenitatem,in Podvvodis, *Ioannes* de *Bobrek*,Caſtellanus *Byecenſis*,& *Ioannes Dlugoſch*, Cuſtos *Viſlicienſis*,& Canonicus *Cracouienſis*, & nomine *Zophiæ* Reginæ,*Sbignei* Cardinalis,& Epiſcopi *Cracouienſis*, *Ioannis* de *Czizow* Caſtellani, & *Ioannis* de *Thaczin*, Palatini *Cracouienſis* propoſitione, in conſilio ſecreto facto,petebant, *vt quoniam Dux Switrigal ex infirmitate, quæ illi contigerat,& ex naturali curſu, proximus erat morti, dignaretur, omnibus aliis curis, quantumque grauibus, ſepoſitis, intendere, & dare ordinem, vt caſtrum Luczko, cum terra ſua,ſuper quo Regnum habet iura clariſſima, & cui Dux magnus Sigismundus, Prælatique & Barones Lithuaniæ, expreſſe, & per ſuas literas patentes, renunciarunt à Regno Poloniæ, non alienaretur, cum propter hoc in Regem aſſumptus eſſet,vt iura Regni, non ſolum tueretur, ſed etiam dilataret,alias certus eſſet,quod in defectum ſuum, Barones Regni Poloniæ velint conſurgere, & iuxta omnes vires prouidere, ne tam nobilis portio abrumperetur à corpore* Re-

Duce Switrigal animam agente Caſimirus Rex a Polonis, & matreper Legatos admonitus,vt terram Lucenſem reſtituat,

Digitized by Google

1451. *Regni Poloniæ. Si quoque ſua diſſimulatione*
& conſenſu, caſtrum Luczko occuparetur, per
Lithuanos, in Conuentionem Parczouienſem, A
venire eos nullatenus poſſe. Vnde dignaretur
penſare, non eſſe ſibi honeſtum, vt eo præſente Ba-
rones belligerarent, & obedientiam ſolitam, illi
non præſtarent. Et ne crederet, Prælatos & Ba-
rones Regni Poloniæ, aliquid ſibi oneris impone-
re, quod ſoli ferre nolent. Paratos eos eſſe, ſequi
illum, quocunq; vellet ducere. Pro defenſione Ca-
ſtri prædicti, tantummodo mentem bonam aſſu-
meret: cum nulla poſſent interponi obſtacula,
dummodo pura mens adeſſet. Ioannes autem de
Koniecpolye Regni *Poloniæ* Cancellarius, &
Nicolaus de *Brzezye*, Regni *Poloniæ* Mar-
ſalcus, *Iacobus* de *Syenno*, *Cracovienſis*, &
Ioannes Sprowski, *Sandomirienſis* Præpoſi-
ti, cæterique Conſiliarii Regii, qui præſentes B
aderant, per organum Cardinalis rogabant,
vt dignaretur Caſimirus Rex, preces matris
Reginæ Zophiæ, Prælatorumque & Baro-
num Regni Poloniæ, audire: cum & ipſi,
cum illis ſentirent, & idem precarentur,
quod & ipſi Prælati & Barones. Eodem
die Legatio ipſa fuit, coram omnibus Auli-
cis Regiis, in hoſpicio Præpoſiti *Cracouien-*
ſis congregatis, iterata, & peticio nomine
eorum, *Caſimiro* Regi facta, vt dignaretur
in admittenda tam iuſta & honeſta peticione
eſſe beneuolus. *Caſimirus* autem Rex deli-
beracione habita, per ſuos nuncios, reſpon-
dendum duxit, & miſſis *Iacobo* de *Syenno*,
Præpoſito *Cracouienſi*, & *Bartholomæo Obu-* C
liecz Iudice *Cracouienſi*, rogabat, *ne aliquid*
de Caſtro Luczko innouarent, neque moue-
In Parczouienſem Conuentum hanc conſultationem reiicit. *rent. Sed pro die conſtituta, venirent in*
Parczow, vt illic, & de Lucko, aliisque
rebus, quæſtiones placida tranſigerentur, Se
ita inſtitutum eſſe, vt & de Lucko, & omni-
bus aliis, plus faueret Regno Poloniæ, quam
Lithuaniæ Ducatui. Prouidendum tamen
eſſe, ne Ducatus ipſe Lithuaniæ ex obedien-
tia decideret.

Venerant in *Schambor*, pro eodem tempore,
relicta *Heliæ* Voieuodæ *Moldaniæ Maria*, *Caſi-*
miri Regis *Poloniæ* matertera, cum omnibus
Baronibus *Valachiæ*, partes filii ſui *Alexandri*,
Valachi contra Bohdanum à Polonis petunt auxilia. ſequentibus. Hi magnopere rogabant, *vt di-* D
gnaretur eis ferre auxilium, contra Bohdan, &
prohibere ſpolia, quæ in eorum poſſeſſionibus, per
Bohdan & ſuos fierent. Quibus reſponſum eſt,
Regem Caſimirum, velle ad omnia intendere, quæ
eorum profectũ reſpiciunt: conſilio Prælatorum,
& Baronum habito. Proinde duo ex illis irent ad
Conuentionem Parczouienſem: plenius reſpon-
ſum ſuper petitis habituri. Interim Regem, An-
dream Odrowaſz Capitaneum Leopolienſem de-
putaſſe, qui eos ab inuaſione Bohdan tutabitur.
Reſponſione hac benigna data, etiam vnicuique
munera, & donatiua adiecta ſunt. Ita enim tunc
eorum pannoſa deiectaq; conditio expoſcebat.

Æſtate illa, vir celebris, & venerandus, fra-
ter *Ioannes* de *Capiſtrano*, ordinis fratrum mi- 1451.
norum de obſeruantia. Genere quidem no- *Ioannes Capiſtranus*
bilis, & inclytus, ſed operibus, & gratia diuina
glorioſior: Ordinatione Diuina, quæ per exi-
miam ſuam charitatem, etiam inuitos ſaluare
cupit, & de licentia *Nicolai* quinti Papæ, ex *Ita-*
lia, in qua annis prope quadraginta, ſemen ver-
bi Dei diffuderat, multoſque mortales Chri-
ſto lucrifecerat, egreſſus, primum in *Morauiam* *Morauis concionatur,*
deſcendit, & in *Olomuniec* Menſibus aliquot
in Monaſterio fratrum minorum recollectus
ſtetit, Omnique die poſita in circulo, ſeu Ci-
uitatis medio Cathedra (populos enim au-
dientes Eccleſiæ quantumcunque amplæ non
capiebant) verbum Dei diligentiſſime per
duos interpretes, vnum *Bohemum*, alterum *Al-*
manum prædicabat. Deducens rationibus &
exemplis, *non eſſe de neceſſitate ſalutis, vt popu-* *hæreſim Huſſitarum confutans,*
lus Laicalis, vteretur Sacramento Eucharistiæ, ſub
vtraque ſpecie. Prædicationes autem ſuas, ſi-
gnis & operibus ſtupendis confirmabat. Nam *& fulget variis miraculis.*
mortuis vitam, cæcis viſum, multis linguæ v-
ſum, claudis greſſum, paraliticis membrorum
ſanitatem ſolo verbo. In nomine Domini noſtri
Ieſu Chriſti conferebat. Et vt vno verbo eius
actiones enumerem, plenus hic Spiritu Domini,
omnes languores, Spiritu etiam pollens pro-
phetico curabat. Erecta erat, ad ſuum aduen-
tum omnis *Bohemia* & *Morauia*, multa homi-
num millia, infecta hereſi *Huſſitarum*, in qua
erant aliqui eorum nati, & enutriti, damnata &
abnegata, viſis ſignis quæ faciebat, Catholicam
puritatem profitebantur, *Bohemiæ* & *Morauiæ*
Barones, hi præſertim, qui ſectam hæreticam
tuebantur, *Ioannem Rokiczanum*, eiuſdem hæ-
reſis principalem, defenſorem, ſtringunt, vt
cum præfato fratre *Ioanne* de *Capiſtrano*, pu-
blicam diſputationem ineat, & ſectam, quam
predicebat, defendat, prefatumque *Ioannem* de
Capiſtrano aut conuincat, aut predicare cohi-
beat. Aut ſi victus fuerit, ſit illis ſalutis cau-
ſa, vt vnitatem fidei profiteantur. Trepidus,
& anxius *Ioannes Rokiczyam*, duellum offert,
quod hilariſſime frater *Ioannes* de *Capiſtrano*
ſuſcipit. Et proinde *Olomuniec* egreſſus, ſe-
curitatem ſibi præſtantibus Catholicis, quo-
niam per hæreticos tendebantur ſibi plures in-
ſidiæ, in *Bohemiam* diuertit. Vbi ab *Vlrico*
de *Rozemberg* recolligitur. Et omnis popu-
lus, etiam hereſi infectus, eius aduentum gra-
tulabundus vidit. Fit indies *Ioannes* de *Ro-*
kiczyan meticuloſior, non vult congreſſum
Diſputationis, coram iudicibus eligendis: cum
ſe non ignoret ſuccumbere, legem Diuinam,
pro iudice eligit: vt facilius ſe diſputationi
ſubtrahat. Huic viro *Ioanni* de *Capiſtrano*,
tam claro & inſigni, *Sbigneus* Cardinalis *Cra-*
couienſis, volens humanitatis exhibere officium,
ſibi literas ſcribit: rogando, vt ſi a *Bohemis*
contemptus fuerit, in *Poloniam* deſcendat.
Idem facit *Caſimirus* Rex, Cardinalis *Sbignei*
conſiliis perſuaſus. Reſpondit literis ipſis

 mi-

1451.

mira benignitate. Quæ vt latius cognoſci poſſint, literas ipſas & earum tenorem inſerui.

Litera Sbignei Cardinalis & Epiſcopi Cracouienſis, quibus Ioannes Capiſtranus ad reductionem Bohemorum accenditur, & ſi ſpretus ab eis fuerit, in Poloniam accerſitur.

Sbigneus, miſeratione diuina, tituli ſanctæ Priſcæ, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presbiter, Cardinalis & Epiſcopus Cracouienſis. Venerando & celeberrimo patri, Domino Ioanni de Capiſtrano Siculo, Ordinis fratrum minorum, beati Franciſci de obſeruantia profeſſo, ſacræque Theologiæ Doctori, eximio hæreticæ prauitatis Inquiſitori generali. Aduentus tuus, Vir venerande, in oras noſtras, non mediocri gaudio animos populorum Slauonicæ linguæ compleuit. Adaugetur enim illis, non doctrina ſolum tuæ charitatis, ſed & ſtupendis operibus, ſpes indubia, quod Bohemorum gens, Slauonum pars nobilis, in varias opiniones & ſuperſtitiones, dudum dogmate nefario prolapſa, tuo ductu, tuis auſpiciis, & meritis, ad Catholicæ fidei puritatem, redibit. Dantur propterea laudes altiſſimo. Summus Pontifex Vicarius eius. Sanctiſſimus Dominus noſter Papa quintus Nicolaus, ore omnium celebratur, quod virum Diuinum, & charitate feruentem, ad reſoluendam aquam tenebroſam, dudum in nubibus aëris condenſatam, de ſalute populi Chriſtiani ſolicitus transmiſerit. Sed & tu ipſe pater, nobis magna commendatione dignus probaris, qui pro dilatione, & incremento fidei ſanctæ, in qua vna ſalus fidelium reportatur, lare natiuo & cognatione propria, velut alter Abraham, deſertis, extera regna, vel potius barbara adiſti: non difficultate itineris, non ignorantia ſermonis, non diuturnitate erroris, non ferocitate plebis ab incapto reductus. Perge quæſo, homo Dei, calle, quo cœpiſti, & animas Diabolica fraude deceptas Deo noſtro redde. Repete animo ſuperiora tempora, quot militares expeditiones indictæ, quanti exercitus collecti, & theſauri emuncti, quantæ clades cladibus additæ, vt Bohemorum error, velut aliquibus aſſerere placuit, natio deleretur: Et dum animo omnia luſtraueris, intelliges omnes conatus humanos, in caſſum tranſiſſe: operante occulto iudicio Dei, qui palmam reductionis gentis prædictæ, aliis negatam tibi ſeruauit. Hæreſis quidem vetus eſt, & quæ non fallaci, ac doloſa ſolum doctrina, ſed etiam manu armata prodierat, contra Catholicam fidem Chriſti. Sed nihil Deo, cuius cauſam agere crederis, difficile & arduum eſt, in veteri, aut nouo, operari. Si gentem ipſam, prout credula ſpe, ſinguli afficimur, reduxeris, non vnam tantummodo gentem ipſam, ſed & Poloniæ, Sleſiæ & Slauoniæ nationes, perpetuo tibi obligabis, Scito: qui pro identitate idiomatis, quo cum Bohemis iungimur, Salutem illorum, quaſi propriam ſuſpiramus. Hæc tanto principio repetita, quorſum tendunt, tu, vt vir prudens, & doctus non ignoras. Currenti enim ſtimulos addo, & properantem accendo. Nam ſi Diuina mente egeris, humanas tamen perſuaſiones contemnere, aut faſtidire non ſoles. Eſt & alia cauſa, cur ad te, facie quidem ignotum, famæ autem notiſſimum, hæc ſcripta mittere inſtitui. Incidit vehemens ſuſpicio mihi, & animus meus ex præteritis præſagiens de futuris, veretur, ne Bohemorum obſtinata pertinacitas, te repellat, monitis tuis ſalutaribus parere contemnat, & ex tanto labore, quo hactenus deſudas, nihil, præter bonæ intentionis fructum, referras. Et proinde charitatem tuam, per paſſionem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & per eius terribile tribunal, tuamque, & communem ſalutem deprecor, vt poſtquam Bohemorum reductionem, ſuffragante DEO, conſummaueris, aut ſi ab illis te, & tua dogmata, ſperni ſenſeris, in Regnum Poloniæ, & ad Diœceſin meam Cracouienſem, neglecta ad tempus Italia, venire perſonaliter non graueris. Reperies Regnum fidele, & Catholicum, & quod à ſuſcepta fide, monſtris hæreſeos ſemper caruit. Aduentum tuum perſonalemque viſionem ſumere deſiderans. Si in aliquo opere exiſtimas placere Deo, hoc vnum erit, quod inter prima numerari poterit, ſi huc perſonaliter venire dignaberis. Moueat te deuotio populi, moueat ſalus animarum, moueant preces meæ, quas, fatigando hunc fratrem ſpecialem, tibi ſignifico. Relinques populo huic magnum profectum, corda inflammabis arida & frigentia, tolles abuſus, plantabis virtutum normam, & agrum hunc Dominicum, vitiorũ ſebribus, & ſpinis ſterilem, in vberem & & facundam reduces culturam. Arripe laborem hunc, ad quem te & ego, & virtus profesſio tua inuitant, vt non Bohemiæ ſolum reductionis, ſed & Polonicæ ſalutis dicaris author, nomenque tuum, cum multis & magnis rebus, tum hac præcipuè ſplendidum & glorioſum, mittas ad poſteros, nec viatici tuam charitatem à veniendo huc retrahat defectus. Illum enim, & pro te, & omni tua comitiua polliceor, & iuxta ordinationem tuam, in locum, quem volueris, tuis informatus literis tranſmittere in occurſum, non negligam. Incolumem te, & mei tu orationibus memorem, conſeruet Chriſtus Dominus, amen. Datum Cracouiæ ſecunda die menſis Auguſti. Anno Domini Milleſimo, Quadringenteſimo, quinquageſimo primo.

Ex *Schambor Caſimirus Poloniæ* Rex, feria ſexta ante feſtum Natiuitatis ſanctæ *Mariæ* Virginis exiens, in *Grodek*, deinde in terram *Chelmenſem* deſcendit. Vbi per ſolitas ſtationes immoratus, in *Parczow*, ad tenendam Conuentionem, feria ſecunda, in die ſancti *Venceslai* venit. Licet autem Barones & Prælati Regni *Poloniæ*, pro die conſignata, in duodenario numero aduenisſent. *Sbigneus* Cardinalis, & Epiſcopus *Cracouienſis*, *Wladuslaus* Archiepiſcopus *Gneſnenſis*, *Andreas Poſnanienſis*, Epiſcopus, *Ioannes* de *Czizow*, Caſtellanus & Capitaneus *Cracouienſis*, *Lucas* de *Gorka Poſnanienſis*, *Ioannes* de *Olyeſchnicza Sandomirienſis*, *Hricko*, *Podoliæ*, *Ioannes Krethkowski Brzeſtenſis*, Palatini, *Petrus* de *Schamotuli Poſnanienſis*, *Przedborius* de *Koniecpolie Sandomirienſis*, Caſtellani, *Ioannes* de *Konieczpolie*, Regni *Poloniæ* Cancellarius, *Nicolaus* de *Brzezye*

Re-

1451.

Regni *Poloniæ* Marſalcus. Barones autem *Lithuaniæ*, niſi præſtaretur eis ſaluus conductus, recuſarunt venire. Is conſenſu omnium, expreſſe illis denegatus eſt: ne fœderibus communibus aliquid cenſeretur detractum. Formidantibus itaque eis venire, *Caſimirus* Rex eis, prope vsque *Lomazi* exiens obviam, eos in *Parczovv* venire coegit. *Gaſtoldus* licet eſſet incluſus, in duodenario numero, in *Lithuaniam* rediit. Conſilio inito, *Mathias Vilnenſis* Epiſcopus, nomine Baronum *Lithuaniæ*, commemoratis veteribus contractibus, inſcriptionibus & literis, graues illas, & plurimum inhoneſtas, parti ſuæ adſtruxit: cum in illis ponantur verba hæc. *Iugo ſeruitatis obnoxios, item hæc incorporamus, inuiſceramus, appropriamus, & vnimus terras Lithuaniæ, & Ruſſiæ Regno Poloniæ.* Petitque *vt illis caſſatis, noua inſcriptiones fiant: cum in priores, Barones Lithuaniæ, ignari contentorum, ſolo iuſſu Principis, conſenſerint. Quodque nona, non incorporationem, aut ſubiectionem, terrarum Lithuaniæ, & Ruſſiæ, ſed ſocietatem & ligam, cum Regno Poloniæ contineant.* Petit deinde, *vt terra Podoliæ & Lucko, item Caſtrum Olyesko, item Wiecly, item Ratno, cum ſuis Diſtrictibus, velut ad Ducatum Lithuaniæ pertinentes, eis reddantur: aſſerens illorum omnium poſſeſſionem Ducem Witawdum tenuiſſe.* Reſpondit hic *Sbigneus* Cardinalis, & Epiſcopus *Cracouienſis*, non quidem ſolito acumine, ſed mira modeſtia & benignitate, quoniam vt blande & pacifice, depoſita ſeueritate, eos alloqueretur, per *Caſimirum* Regem erat rogatus. *Stolidi*, inquit, *eſſemus, & deliris ſimiles, ſi inſcriptiones, & fœdera, per duos Principes prudentiſſimus, videlicet, Wladiſlaum Poloniæ Regem, & Vithavvdam, Ducem magnum Lituaniæ, ſtabilita, caſſari, & retractari conſentiremus: cum in illis, nihil aliud contineatur, quam quod Regno Poloniæ, dum ad regimen eius & ſocietatem matrimonialem nobiliſſimæ Heduigis Reginæ Wladiſlaus aſſumebatur, fuis repromiſſum. Et ſi præfatæ inſcriptiones, quaſi ſine conſenſu Prælatorum, & Lithuaniæ confecta, inefficaces ſint, licet de earum efficacia nulla poſſit ambiguitas interponi: cum vicibus plurimis, non ſolum per illos duos Principes, ſed & per alios eis ſuccedentes, videlicet Ducem Sigiſmundum innouatæ ſint, & confirmationis robur corporali iuramento, per Ducem, & Prælatos Baroneſque præſtito, adiectum, multo fortius, ſi quas nunc confecerimus, arguerentur de inefficatia: cum per poſteritatem veſtram, pari paſſa, in dubium poterint reuocari. Nolite itaque rem impoſſibilem, à nobis exigere, quam nullo colore, aut ingenio ſumus admiſſuri. Terram verò Podoliæ & Diſtrictus, quos nominaſtis, ſed & Caſtrum terramque Lucenſem, nemo dubitat Regni Poloniæ iuris ſemper eſſe & fuiſſe, & Polonos, Tartaris, ex Podolia excluſis, ſuas ſedes illic poſuiſſe, ea tempeſtate, qua nec nomen veſtrum, erat in nationibus nominatum, nec vobis quicquam iuris confert, ſi illam Dux Vithavvdus tenuerit. Largitione enim, & liberalitate* A *Regis noſtri Wladiſlai, id actum erat, quæ trahi non debet, ad debiti neceſſitatem. Scitum enim eſt, milites Poloniæ, Povvalam Słupovvski, & alios illam gubernaſſe. Deinde Spukoni de Melſtin, Palatino Cracouienſi, largitione perpetua, cuius adhuc apud nos habentur literæ, donatam eſſe. Quod in prælio, cum Tartaris, per Ducem Vithavvdum infeliciter commiſſo, morte abſumpto, Duci Boleſlao Svitrigal, & poſtea illo fugiente, Duci Withavvdo Lithuaniæ, in tenutam, & gubernationem commiſſam extitiſſe, omnibus Capitaneis, Officialibus & nobilibus, ſacramento adactis, vt terram Podoliæ, & eius caſtra, ſecuta morte Ducis Vithavvdi, Regi & Regno Poloniæ redderent. Quæ omnia ad Diſtrictus, quos petiſtis,* B *vt caſtrum Luczko, quod antiqui Reges Poloniæ poſſidebant, referimus, liberalitate videlicet & gratia, Wladiſlai Regis, illos Alexandrum Vithavvdum magnum Ducem Lithuaniæ temporaliter tenuiſſe. Cuius morte ſecuta, ad proprietatem Regni Poloniæ redire. Vt tamen omnis, quæ allegari poſſit, per vos tollatur ambiguitas, extant literæ Sigiſmundi magni Ducis Lithuaniæ veſtris ſigillis munitæ, iuramento corporali, quod tu Vilnenſis Epiſcope in manibus meis præſtabas, firmata, in quibus expreſſè, terræ Podoliæ, terra Lucenſi, & Diſtrictibus prædictis, renunciatis & ceditis. Recognoſcitiſque omnia illa, ad Regnum Poloniæ pertinuiſſe, & pertinere debere.* Monſtrantur deinde, & exhibentur literæ, fi- C dem reſponſioni, & ſermoni præſenti facientes. Quas Barones *Lithuaniæ*, cum oculos eorum & petitionem, tam impertinentem, fortiter verberarent, nec videre nec audire voluerunt, credentes, Regis *Caſimiri* fauore, immenſo, cuncta ſe pro libito conſecuturos. Vnde nec ſequentibus diebus quieſcebant, inſtando importunius, ſuper terræ Podoliæ, & Diſtrictuum reſtitutione literarumque caſſatione. Vt autem ceſſaret eorum importunitas, & querela, obtulerunt Poloniæ Conſiliarii, *velle cum illis, ad iudicium Regum, Principum, Eccleſiaſticorum aut Secularium virorum, fidem Catholicam tenentium, ſuper omnibus differentiis deuenire:* promittentes *in omnibus deciſioni* D *Iudicum eligendorum, ſe parituros. Et dum omnia quieta & integra forent, verbis potius, iure, iuſtitia & arbitrio, de terris & proprietate earum diſceptarent. Quod ſi etiam id non probarent, deciſionem quæſtionis Caſimiro Poloniæ Regi, & magno Duci Lithuaniæ, vtrumque Dominium habenti, æquo iure, pro vtriſque ferre iuſtam ſententiam permitterent, quam fœdere ſocietatis, & vnionis diſrupto, Poloniam & Lithuaniam funeſto bello inuoluerent.* Sed cum hanc quoque conditionem reſpuerent, ne prorſus viderentur in diſcordia ab inuicem diſceſſiſſe, res in annum integrum contemplatione regis dilata eſt, vt *in eodem loco, pro feſto Sancti Michaëlis teneatur Conuentio, ad quam partis vtriuſque*

Rurſus Lithuanorum temeritatem importunam experiuntur Poloni in terris Ruſſiæ & Podoliæ aliiſque nonnullis repoſcendis, ac caſſandis literis Iagellonis, & Vithavvdi, de vnione Lithuaniæ, cum Regno Poloniæ confectis.

Pra-

1451.

Prælati & Barones veniant: de terra & Diſtrictibus prædictis,ac literarum reformatione, nouas deliberationes,per quas concordia ſequi poſſet haberi. Tali fine Conuentione expedita, *Caſimirus* Rex, qui verſus *Valachiam*, pro rebus *Valachicis* reformandis,tranſire debuerat, pluribus Prælatis, & Baronibus nequicquam diſuadentibus ex *Parczovv* in *Lithuaniam* ſeceſsit. Nec ſibi curæ fuit, mors recens notabilium militum, videlicet *Clementis, Wieruſch, Nicolas Kapienſki*, & aliorum plurimorum, de terra Wyelunenſe,nobilium, qui cum *Ioanne Gelcz*, prædas in Regno *Poloniæ* agente,prope *Biczinam* congreſſi,infœliciter pugnaverant. Pro rebus autem *Valachiæ* componendis, *Ioannem* de *Czizovv* Caſtellanum,& Capitaneum *Cracovienſem*, *Petrum* de *Schamotuli Poſnanienſem*,& *Przedborium* de *Konyecpolie Sandomirienſem* Caſtellanos tranſmittit.

Feria ſexta ante feſtum ſancti *Dionyſii*, *Caſimirus* Rex *Poloniæ* ex *Parczow* egreſſus in crepuſculo, paucis *Polonis* aſſumptis In *Lithuaniam* per *Brzeſczye, Camienyecz, Krinki*, & alia loca proceſſit,illicque hyemis & veris tempora, dando venationibus operam, abſumpſit. Feria autem quinta,in die Sancti *Martini*, *Caſimiro* Rege in *Kowno* agente,venit ad ſuam Serenitatem nuncius,nomine *Burgundiæ* Ducis *Philippi*, vir nobilis *Petrus Vaſqueſz*: rogans, *vt ſibi & Alphonſo Regi Aragonum,pro conquiſitione terræ ſanctæ,expeditionem paranti, auxilium contra Zoldanum Babyloniæ ferret.* Cui per *Caſimirum* Regem reſponſum eſt. *Bellum ſibi ſine induciis,cum Tartaris,fortiſſimis, & bellicoſis barbaris eſſe. Cui intentus,ſe non poſſe aliis bellis vacare, & Catholica Dominia, ſibi ſubiecta, exponere Tartaris in prædam,cum præſtantior res ſit Tartaros, ne in Catholicos debacchentur, & terras eorum occupent,reprimere,quam Zoldanum, qui diu occupatis contentus,a bello abſtineat laceſſere.* Tali reſponſo accepto, remuneratus magnifice a *Caſimiro* Rege,in *Pruſſiam* contendit: Magiſtrum *Pruſſiæ* & ordinem,pro ſimili ſuffragio, Ducis ſui *Burgundiæ* nomine rogaturus. Caſſa autem & inanis fuit Ducis *Burgundiæ*, tam ampuloſa légatio, ſolam verborum ſpecioſitatem continena,ſed virtute carens, & ab omni effectu & executione longius diſtans.

Philippi Burgundiæ Ducis & Alphonſi Aragonum Regis nomine à Caſimiro Poloniæ Rege,

& Magiſtro Pruſſiæ contra Zoldanum petunt auxilia.

Annus iſte pluribus Regnis & Dominiis peſtem ingeſſit. Sed & in Regno *Poloniæ*,in terris præſertim *maioris Poloniæ*, grauis peſtis inualuerat,quæ multos mortales extinxit. Tota fere Diœceſia *Cracouienſis*, exceptis paucis Oppidis: pura fuit ab illa contagione quod cedebat, præſertim de Ciuitate *Cracouienſe*, in magnum miraculum,quæ nullam infectionem ſenſit,licet illic plurimi homines de regionibus peſte infectis, cauſa conſequendæ gratiæ anni iubilei,aduenirent,& domicilia ſua,vitando peſtem illic ponerent. Opera enim,& interceſſione *Sbignei* Cardinalis,& Epiſcopi *Cracouienſis*, *Nicolaus* quintus Papa annum iubileum,pro vniuerſo Regno *Poloniæ*,& Ducatu magno *Lithuaniæ* conceſſerat,a menſe Decembre, vſque ad finem Auguſti,ea lege, vt quilibet illum mereri volens, in Cracouienſem, aut Gneſnenſem, aut Leopolienſem, aut Vilnenſem eccleſiam,in capſam ad hoc ordinatam, medietatem earum expenſarum, quas in eundo *Romam*, & redeundo,& illic quindecim diebus ſtando, veriſimiliter eſſet expoſiturus, reponeret, & quorum Eccleſias conſignatas, per Ordinarium tribus diebus continue vel interpellatim viſitaret. Ordinauitque idem *Nicolaus*, quintus Papa, vt medietas pecuniarum deponendarum, pro *Caſimiro Poloniæ* Rege cederet, pro defenſione Catholicorum à *Tartaris* conuertenda. Quarta pars *Zophiæ* Reginæ applicaretur neceſſitatibus, quæ Virgines pauperes ſui generis deſponſare conſueuerat. Reliqua pars quarta, ipſi *Nicolao* Papæ conſignaretur ad Eccleſias vrbis reficiendas. Confluebat pro tali conſequenda gratia *Cracouiam* magnus populorum numerus,ſed multo maior cœpit confluere,poſtquam eiuſdem *Sbignei* Cardinalis opera,medietas pecuniarum in ſumptus *Romani* itineris exponendarum, ad quartam partem reſtricta erat. Et lapſo Menſe Auguſto,gratia prædicta, cum reſtrictione quartæ partis, ad primam diem Ianuarii prorogata. Tunc enim ſine diſcretione ſexus certatim, ex vniuerſis angulis regni *Poloniæ*,plurimi fideles *Cracouiam*, ad merendam gratiam huiuſmodi concurrebant; aliis locis, videlicet *Gneſna*, *Leopoli*, & *Vilna* præteritis & contemtis, quaſi *Cracouiæ* loci dignitate, aliquid ipſi gratiæ authoritatis adderet,vel virtus gratiæ, ibi eſſet præſtantior. Propter quod in Capſis *Gneſnenſis, Leopolienſis*, & *Vilnenſis* Eccleſiarum, parum de pecunia compertum eſt: *Cracouiæ* vero tres Capſæ notabiles,plenæ aureis,mediis,& latis groſſis, minutaque pecunia congeſtæ.

In Polonia peſtilente aura graſſante Cracouienſis Diœceſis paucis exceptis Oppidis, ab hoc malo immunis erat.

Gratia Iubilei Cracouia multum pecunia collegit.

Rebus *Valachiæ*, quarum componendarum gratia, *Cracouienſis*, *Poſnanienſis* & *Sandomirienſis*,Caſtellani,ex *Parczow* erant miſſi, melius non poterant adhiberi remedium, niſi vt ex authoritate Regia,& decreto,*Bohdan* in gratiam Regiam receptus,cum pro reconciliatione & iuſtificatione ſua,*Cracouiam* ſe venire,& ſubire iudicium obtuliſſet,terræ *Valachiæ*,propter induſtriam ſuam & iuſticiæ adminiſtrationem præſideret,in manus Regias annis ſingulis pro *Alexandro*,filio *Heliæ*, vero hærede quinquaginta millia florenorum repoſiturus,& exceſſurus de Principatu quam primum per ætatem *Alexander* principari potuiſſet. Peruenerant iam Nuncii Regales in *Camyeniecz*, nec longe abfuit, quin & æquas conditiones pacis cum *Bohdano*,qui de aduentu nuntiorum Regalium ſummam gratulationem acceperat, fuiſſet deventum. Interim tamen,quidam *Petrus*,qui ſe ad Voieuodatum *Moldaniæ* aſſerebat ius habere, & *Alexandro* confœderatus, omnia

ſe-

1451. *Bobdanus dolis circumuentus occiditur à Petro, Alexander vero ab eodem ipſo Petro, fœderum oblito, ex Valachia pellitur.*

ſecum ex æquo partiturus, explorato tempore, quo *Bobdan*, apud germanum auunculum, eiusdem *Petri*, in villa quadam inuitatus, mero erat ebrius, in nocte intempeſta, cum centum duntaxat *Valachis* adueniens, omnes cuſtodias *Bobdani* feſellit, & *Bobdano* comprehenſo, caput illi abſtulit. Credebat *Alexander Petrum* ſecum fideliter acturum. Vnde cum matre ſua, & Baronibus partis ſuæ, vsque in *Soczauam* deſcenderat, Baronesque *Poloniæ* precibus ſuis venire in *Sniathin* obtinuerat. *Petrus* tamen eorum, qui ſibi, *Bobdano* occiſo adhæſerant, conſilium ſecutus, fœderis, cum *Alexandro* initi, oblitus, publicum ſe illi hoſtem profeſſus eſt, & niſi celeriter *Alexander* ex *Valachia* ſugiſſet, acta res fuiſſet, eodem tenore, quo & *Bobdano*. B Succurſum tamen eſt, ei fugienti, per Barones *Poloniæ*. Quorum adiutus ſuffragio, *Petrum* hoſtem querebat profligare. Sed *Petrus* ſuffragium *Polonorum* veritus, in interiora ſeceſſit. Barones vero *Poloniæ*, cum tempus hybernum omnia exequi prohiberet, in Regnum ſunt reuerſi: certificato *Alexandro*, de mittendo ei in gentibus, quam primum opportunum fuerit, ſubſidio. Portus tamen maris & *Album Caſtrum*, occiſo *Bobdano*, fuit per *Burgulab* pro *Alexandro* comprehenſum, ſed & Caſtrum *Nyemiecz* pro ipſo *Alexandro* tenebatur.

Ioannes de Huniad Gubernator Hungariæ,

In *Hungariæ* Regno bellum ex integro, inter *Ioannem* de *Huniad* gubernatorem, & C *Ioannem Giskra* de *Brandis*, reſumptum eſt. Nuptiæque, quibus gubernator ſororem germanam viduam tradere *Giskra* firmauerat, in ſuſpicionem venerant vehementer, quaſi in illis Gubernator *Giskram*, & omnes ſuos eſſet occiſurus. Locat itaque Monaſterium *Lucenſe Giskra* gentibus, & apertum ſe hoſtem gubernatori profitetur. Gubernator vero nihil cunctatus, repente, cum multitudine hoſtium, Caſtrum *Lucenſe* obſidione cingit: cum locus debilis ſit, nec arte, nec natura munitus, crebrisque vicibus tentat gentium impetu ſortalicium expugnare. Sed cum haberet defenſores prope quingentos, animoſos & ſtrenuos, cum magna ſtrage ſuorum, à conquiſitione fortalicii cogitur deſiſtere. D Duplici itaque vallo inter ſepes incluſo, & cophinis terra plenis, ſortificato, ſortalicium concludit. Sperans pro libito fortalicii, & gentium deditionem. Et licet fortalicii, cum equis & rebus omnibus, perſonis duntaxat exceptis, ſibi oblata eſſet deditio: contempſit tamen illam, aut natura arroganti, & ſuperba, aut perſuaſione diſuadentium deuictus. Suſtinent itaque obſeſſi, inter quos *Poloni*, & *Bohemi* erant multiplices, famis, ſitis, vigiliarum, damnorum & vulnerum moleſtias, præſertim cum aqua carerent. Nihil tamen difficile erat, perſuaſis mori. Verebantur enim oculorum & narium, orisque ac manuum detruncationem, ſi deditionem de perſonis feciſſent, *Giskra* interim ſolicitus pro

ab exigua manu Ioannis Giskra vincitur, & exuitur Caſtris.

1451. ſuis, qui longo iam tempore obſeſſi, fame contabuerant, in Campum, contractis vndique A viribus egreditur. *Ioanne Berczal*, *Bohemo*, Tenutario in *Kyeſzmark*, eum deſerente, qui ad Gubernatorem defecerat. Nihil tamen hac defectione, aut multitudine hoſtium, territus, vix cum quatuor millium equitum, & peditum manu, ad hoſtes contendit, qui ſedecim millia armatorum habere æſtimabantur. Feria tertia in Vigilia, natiuitatis ſanctæ *Mariæ* Virginis, ad *Lucenſes* peruenit: extremam belli, pro liberatione ſuorum, initurus fortunam. Nec Gubernator, moram pugnæ facit, decernere & ipſe æſtuat: nihil dubius, ex paucitate hoſtium, & ſuorum multitudine, ſumpta fiducia de triumpho. Vallum itaque, quo exercitus ſuus cinctus erat, paucis pro Caſtrorum cuſtoB dia, & curruum, multis vero ad excubias obſeſſorum, ne euaderent, relictis, egreſſus, dato ſigno pugnandi, copiam facit. Sed hi, qui obſidebantur, ex deſperatione animo aſſumpto, in eos qui excubabant, animoſe irruunt, & plurimis occiſis, eos in fugam vertunt. Periculo ſuorum Gubernator cognito, & pedites & equites illis mittit in ſuccurſum. Interim prælium inchoatum eſt, & magna pars exercitus Gubernatoris, illos qui ſuis accurrebant in ſuccurſum, credens fugere, pauore nimio conſtricta, quaſi acies eorum, quæ vix tunc pugnare cœperat, confracta eſſet, fugere cœpit, & C omnem exercitum Gubernatoris fugam arripere, licet eam diutius Gubernator inhiberet, coegit. Fatigatus erat omnis exercitus *Giskra*, captiuando, & occidendo, fugientes. Multi mortales occiſi, multi capti. Inter quos & *Ioannes* de *Hedrewara*, Epiſcopus *Agrienſis*, qui ſe huic bello miſcuerat, captus fuit. Caſtris omnibus Gubernatoris potitus *Giskra*, quæ omnia militi in prædam conceſſa ſunt. Ingens theſaurus in illis, multarum nobilium rerum repertus, *Ioannes* de *Huniad* Gubernator, dum ſuorum fugam ſiſtere nequiret, fugam & ipſe iniit, ſeque fuga ſaluauit. Multasque res nobiles, & plurima Clenodia precioſa, à victoribus direpta, amiſit.

1452. *Poloni de caſtro Luczco ſoliciti Comitia celebrant,*

Natalem Domini anni huius, & dies ſequenD tes, *Caſimirus Poloniæ* Rex *Vilnæ* egit, tenendo illic Conuentionem terrarum *Lithuaniæ*. In qua, de negociis cum Regno *Poloniæ* in diffe rentiam, pro terra *Podoliæ* & Lucenſi, ac diſtrictibus petitis, omnis tractatus abſumptus eſt. In *Opathow* vero pro die Epiphaniæ Conuentio particularis acta. Ad quam Cardinalis, & Epiſcopus *Cracouienſis Sbigneus*, item *Ioannes* Epiſcopus *Wladiſlauienſis*, *Ioannes* de *Czizow* Caſtellanus, & Capitaneus *Cracouienſis*, *Ioannes* de *Olyeſchnicza*, Palatinus *Sandomirienſis*, & alii plures Barones conuenerant. Res enim caſtri *Luczko*, & languor Ducis *Switrigal*, qui intendebatur eos conuenire coegerat. Deliberatione autem habita, ſcriptum eſt *Caſimiro Poloniæ* Regi, *vt meminerit ſe*

1452.

Regem Poloniæ eſſe, & à moribus prædeceſſorum ſuorum non degeneret, neque Caſtrum Luczko, iuris Regni Poloniæ, per Lithuanos, qui eidem Caſtro, corporali præſtito iuramento renunciarunt, occupari permittat. In *Luczkam*, *Nicolaus* de *Panchow*, ſubiudex *Sandomirienſis*, miſſus, qui res ibi verſantes inſpiceret, & tam Duciſſæ *Switrigalonis*, quam Capitanei *Nyemirze* (genere hic nobilis *Ruthenus* erat de domo *Ciphorum*) Ducibusque & Boyaris *Lucenſibus* perſuaderet, fidem Regno *Poloniæ* præſtitam obſeruare, illosque ad cuſtodiam promiſſorum, & terrore, & promiſſis alliceret, ac *Lithuanorum* fidem eis oblatam, ſed es eo ſolum duntaxat capite, quia illam *Wythawdus*, magnus Dux *Lithuaniæ*, conceſſione *Wladislai Poloniæ* Regis, precario tenuerat, quaſi propriam, ſatis infirmo, & potius nullo iure repetebant.

& in Luczko mittunt, vt fidem Lucenſium, ſi moreretur Switrygiellus, ſibi confirmarent.

Feria quarta, in craſtino ſanctæ *Priſcæ*, quæ fuit decima noна, menſis Ianuarii, in Oppido *Brzozow* Epiſcopali, *Petrus* de *Chrzaſtow*, Epiſcopus *Przemulienſis*, vir nobilis de Domo *Strzegomya*, ſedecim annis in Pontificatu exactis, moritur, & in ecclesia *Przemislienſe* ſepelitur, qui præfatum Epiſcopatum notabiliter adauxerat. Eius morte *Caſimirus* Rex *Poloniæ*, qui tum in *Lithuania* agebat, audita, Prælatis & Baronibus *Poloniæ* inconſultis, Epiſcopatum prædictum, *Miklaſch* de *Blazeonicze Sleſita*, confert: quem velut Secretarium ſuum ſingulari gratia proſequebatur. Quæ res omnium Prælatorum, & Baronum animos, plurimum offendit & contriſtauit. Et licet *Caſimirus* Rex ſcripſiſſet Capitulo *Przemislienſi*, vt præfatum *Miklaſch* elegiſſent, in Epiſcopum, Capitulumque reſpondiſſet, pariturum ſe voluntati Regiæ. Poſtea tamen literis Prælatorum & Baronum acceptis, quibus prohibebantur *Miklaſch* eligere, ne aut Regiam offeoſam, aut Prælatorum, & Baronum moleſtiam, inciderent, continuerunt ſe ab omni electione. Notariusque Regius *Nicolaus Smirzinski*, qui & in eccleſiæ *Leopolienſis*, & in eiusdem *Przemislienſis* vacationibus, mandata Regia attulerat, vt bona Capituli, quæ in communi, & in priuato habebant, per Capitaneos regios occuparentur, ni eum quem Rex nominauerat, eligerent, ferendo huiusmodi mandata, in Eccleſiæ *Przemislienſis* grauamen, & præiudicium, in villa *Sopoth*, ſubito ſine Sacramentis extinctus eſt. Omnibus tamen præmiſſis, non ottentis, & precibus patriæ neglectis, *Caſimirus* Rex, præfatum *Nicolaum* de *Blazeonicze*, in Epiſcopum *Przemislienſem*, per *Nicolaum* quintum Papam promouit.

Petro Epiſcopo Przemislienſe mortuo, Nicolaus Sleſita Senatu & capitulo reluctante, per Caſimirum Regem obtruſus, ſufficitur, & Notarius cum literis eo nomine à Rege miſſus ſubito moritur.

Feria quinta in die ſanctæ *Scholaſticæ*, quæ fuit decima menſis Februarii, Dux *Boleslaus*, alias *Switrigal*, germanus frater, olim *Wladislai* Regis *Poloniæ*, in Caſtro *Luczko* mortuus eſt. Qui in humanis agens, plurima pericula, in ſuum caput comparata, frequentius eluſerat. Agens autem in humanis, & in lecto ægritudinis decumbens, nihil beneficiis, à Regno *Poloniæ*, ſibi impenſis motus, non ignarus per *Lithuanos* Caſtrum *Luczko*, ſibi fuiſſe ereptum, & per *Polonos* reſtitutum, oblitus fœderum, iuramentorum & inſcriptionum, quibus pollicebator, pro Regno *Poloniæ*, Caſtrum *Luczko* tenere, & in morte ſua illud Regno dimittere. In quem finem, de introitibus Regiis, duo millia marcarum pecuniæ, annui Cenſus, in Oppido *Grodek*, & aliis bonis Regalibus, ſibi inſcripta percipiebat cæco (vt ſolebat) feſtinantique conſilio, ſanæ mentis inops, anima deterius ægrotante, quam corpore, paſſus eſt *Lithuanorum* promiſſionibus, & muneribus frangi. Nec ipſe ſolom, ſed & Capitaneus ſuus *Lucenſis Niemyerza*, Ducesque *Michaël*, & *Iwan Czartoryski*, cæterique Boiari, & nobiles *Lucenſes*, *Lithuanis* Caſtrum *Luczko*, morte ſua ſecuta tradi mandauit: peſſimum exemplum ſuæ fidei, & teſtamentum ignobile relinquens. Venerunt & in vita ſua Dux *Georgius Pinski*, *Radawil*, *Hoſtikowicz*, & *Iurſcha Ruthenus* a *Lithuanis*, apud quos tunc *Caſimirus* Rex agebat, propter ſuſpicionem mortis imminentis Duci *Switrigal*, cum gentibus, ad recipiendum Caſtrum miſſi. Quibus *Niemyerza* Capitaneos, Duces, Boiari, & nobiles *Lucenſes*, mandaote Duce *Switrigal*, præſtiterunt iuramentum corporale, quod Caſtrum *Luczkam* fideliter pro *Lithuanis* tenebunt, & quod morte Ducis *Switrigal* ſecuta, illud eis tradent. Manſerunt igitur in *Luczko* gentes *Lithuanorum*, vsque ad Ducis *Switrigal* obitum. Ex morte ſua ſecura, licet caſum & ruinam, huiusmodi Barones Regni *Poloniæ*, præſertim Primores, releuare & corrigere potuiſſent, diſſimulauerunt tamen, ne facerent *Caſimiro* Regi, nauſeam & faſtidium. Propter quod nullo ferente impedimentum, Caſtrum *Luczko Lithuanis* per *Niemyerzam* reſignatum eſt. Ducis *Switrigal* funus *Vilnam* ex *Luczka* deductum, & in eccleſia Cathedrali ſancti *Stanislai* tumulatum. Paulo ante mortem Ducis *Switrigal*, Dux *Michaël*, filius Ducis magni *Sigismundi Lithuaniæ*, qui propter metum *Caſimiri* Regis in *Moſchouiam* fugierat, à veneno ſibi, vt aſſeritor, per Ducem *Moſchouienſem* propinato, intra paucos dies extinctus eſt. Fertur venenum huiusmodi fuiſſe tantæ virtutis, vt eiusdem Ducis *Michaëlis*, teſtam capitis, tanquam gladio acuto, frangeret. Sentiens autem ſibi, præfatus Dux *Michael*, mortem imminere, cum huiusmodi literis, & mandatis, ad *Caſimirum Poloniæ* Regem, Nuncium transmittit. *Etſi, sereniſſime Princeps, a patrimonio meo, per te excluſus fuerim, nec vnquam tuam gratiam multiplici humiliatione quaſitam, offerens me de patrimonii iure cedere, inuenire potuerim, & exul atque vagus per nationes barbaras diſcurrendo, veneno & turpiſſima morte extinctus, ſine confeſſione Catholici Presbiteri*

Switrigiellus Dux moriens.

oblitus fœderum & fidei, Lithuanis caſtrum Luczko tradi iubet.

Cum quo Michaël Dux apud Moſchos veneno extinctus,

petitione humili Caſimiro Regi facta

1452.

eandem Vilna

biteri & viatico vita exceſſerim, gratiam tuam, quam viuo præſtare noluiſti, ſaltem præſtes mortuo, & cadauer meum, cum corporibus auorum, & patrum meorum, in Vilnenſe Eccleſia ſepeliri, & ſeruari permitte. Annuit *Caſimirus* Rex huic peticioni, & mortem eiusdem Ducis *Michaëlis* amare defleuit. Pœnitebatque illum Prælatorum & Baronum ſuorum *Poloniæ* non audiſſe conſilia, & illi portionem ipſius patrimonii non reddidiſſe. Sub vno itaque tempore, & *Switriegielli*, & *Michaëlis* Ducum, corpora ſepulturæ mandata ſunt, & per *Caſimirum* Regem, iuſta illorum corporibus ſoluta. Inter *Lithuanos* partim mœror, partim alacritas, de morte Ducis *Michaëlis*, erat, cum alii Principem manſuetum, & benignum, Ducisque *Vithawdi* ſanguine genitum, ſibi ſuſpirarent ademptum, alii ſolutos ſe metu gaudebant, propter fatris ſui trucidationem, autoritate & conſilio eorum patratam, & eiusdem Ducis *Michaëlis* perſecutionem, iniuſtam & indignam. Inſimulati ſunt, & de morte Ducis *Michaëlis* nonnulli *Lithuanorum* Primores, quaſi propellendi periculi cupidine, quod ſemper eo viuo impendere ſuis capitibus augurabantur. Ducem præfatum ſummiſſum, & humiliatum, ſe & omnia ſua deditum iri offerentem, eorum inſuper adorantem procumbentis more, Tribunalia, per inſidias, & fraudem veneno ſuſtulerint, ſibi quidem labem, interfecto vero gloriam cumulaturi, quaſi videretur, aliter vinci non poſſe.

ſe obtinet ſepeliri.

Caſtro Luczko occupato per Lithuanos.

In Regno *Poloniæ* magni motus ſuper alienatione Caſtri *Luczko* conſurrexerant. Dolebant quippe omnes boni, tam notabilem portionem & terram vberrimam, à Regno tam fœde & turpiter, ſub præſentia *Caſimiri Poloniæ* Regis detruncari. Vnde aliquot Conuentionibus in *Cracouia*, *Sandomiria*, & *Leopoli*, ob eam rem celebratis, omnium animi irritati, & commoti erant, vt conſurgerent ad arma, & Caſtrum *Luczko*, quanta vi poſſent, oppugnando conquirerent. Nuncius interim Regius *Nicolaus* de *Borziſchowicze*, Magiſter Coquinæ Regalis, ex *Lithuania* aduenit, rogans & requirens, nomine *Caſimiri* Regis, *vt ab armis abſtinerent, & nullum motum exercitualiter, contra Luczko facerent, ſe in breui in Regnum reuerſurum, quæſiturumq́ vias quibus differentiæ ipſæ emendari poſſent. Si ſecus facerent, multum vereri, ne in Regnum, ex aliqua parte hoſtiles impetus fiant.* Amaris, & irritatis animis hæc ab omnibus audiebatur legatio. Vnde à pluribus ſubclamatum fuit. *Cur & Lithuanos ſimili mandato, ab occupatione Caſtri Luczko, non reſtrinxit.* Ad hæc Nuncius Regius. *Quæſiui*, inquit, *ſimilem quæſtionem à Rege, & accepi reſponſum, Multoties inquit, ſimili mandato terrebam Lithuanos, ſed contempſerunt parere meis imperiis.* Pluribus deinde deliberationibus habitis, concluſum eſt, vt *Ioannes* de *Olyeſchnicza*, Palatinus *Sandomirienſis*, & *Albertus* de *Malichow*, *Zawichoſtienſis* Caſtellanus irent in *Lithuaniam*, iſtaque à *Caſimiro* Rege peterent. Primum, *ne pateretur, Caſtrum Luczko, turpiter, & fœde, à corpore Regni Poloniæ abſtrahi, & truncari, cum in illo, Regno Poloniæ ius maximum, ex multiplici capite, competat.* Secundum, *vt iura Regni corporali iuramento, & literis confirmet.* Tertium, *vt nominationem factam de perſona Miklaſch, ad Eccleſiam Przemislienſem, reuocat: cum ignominioſum eſſet, Sleſitas propriis & præſtantioribus præferri.* Dum autem cum his mandatis, præfati Barones progrederentur, Conuentio in *Sandomiria*, pro Dominica Oculi, cui & *Zophia Poloniæ* Regina interfuit, habita eſt, & præfati Nuncii, pene ex medio itinere reuocati, ex eo præſertim reſpectu & cauſa, quod Caſtrum *Luczko*, prout *Ioannes* de *Czuzow*, Caſtellanus *Sandomirienſis*, & Capitaneus, ſuis literis intimabat, *Caſimiro* Rege mandante, & imperante, fuit reſignatum *Lithuanis*. Inane igitur, & vacuum putebant omnes, ſuper re huiusmodi, aliquid poſſe obtineri precibus: cum in leuioribus rebus preces eorum *Caſimirus* Rex excluderet. Omnium autem ſententiæ in hoc concurrebant, vt Conuentio generalis, pro die ſancti *Vrbani* in *Piotrkow* Oppido fieret, vt in illa reperiri poſſet aliqua via, per quam reſpublica multipliciter oppreſſa, & pene deſolata, & niſi prouideretur amplius opprimenda, de ſuis ærumnis reſpiraret. Concluſum & poſtea fuit propter multorum crebra conſilia & auiſamenta, vt terræ *Sandomirienſis*, *Lublinenſis*, & *Ruſſiæ* exercitualiter conſurgerent, & procederent verſus *Luczko*, Caſtrumque *Wlodzimyerz*, quod metu aduentus Polonorum, fuit per *Lithuanos*, in tertia parte exuſtum, reficeretur, & firmaretur vallis & foſſatis, & forte præſidium *Polonorum* in illo locaretur. Et nihilominus conquiſitio Caſtri *Luczko*, omni modo, via & ingenio tentaretur, præſertim cum Caſtrum ipſum vacuum eſſet, omnibus propugnaculis, & victualium alimentis. Verum quia huiusmodi expeditionem multi, cum ex Baronibus, tum ex nobilibus improbabant, & aliqui metu, aliqui ambitione & ſpe in altiora conſcendendi, nolebant Regi diſplicere, expeditio ipſa per eos, quibus ea res erat quæſtui, impedita, & res omnes publicæ, remanſerunt penitus deſolatæ & infectæ.

Legati ad Caſimirum Regem mittuntur à Polonis.

Quibus tandem ex itinere reuocatis,

Conuentio Piotrcouiæ indicitur

& conſultatur de Caſtro Luczko recuperando.

Interim *Caſimirus Poloniæ* Rex, auditis rumoribus, qui in Regno *Poloniæ* conſurgebant, intelligens ex pluribus auiſamentis animos *Polonorum* alienatos, à ſe eſſe, magnam indignationem, contra *Sbigneum* Cardinalem & Epiſcopum, *Ioannem* de *Thaczin*, *Cracouienſem*, *Ioannem* de *Olyeſchnicza Sandomirienſem* Palatinos, concipit: hoſtibus & inuidis præfatorum, Cardinalis & Palatinorum, Choleram

Caſimirus Poloniæ Rex, omnes indignationis ſuæ aculeos, in Sbigneum Cardinalem, & Epiſcopum Craco-

1452.

nienſem, ac nonnullos alios Senatores Regni ſtrinxit, quod improbis ſuis conatibus reſiſterent.

Caſimiri Regis, pluribus incentiuis inflammantibus. Mittit itaque Rex *Caſimirus Thomam Seczignyewski*, militem, ad Prælatos & Barones Regni *Poloniæ maioris*. Per quem graui querela, contra *Sbigneum* Cardinalem, & Epiſcopum *Cracouienſem* proponit, *quod Conuentiones particulares Sandomiriæ, cum aliquibus Baronibus, quos ſibi attrahere potuit, animando Communitatem contra Regem, tenuerit, quod illum volens facere inuiſum eidem communitati ſuggeſſit: Omnes introitus Regni Poloniæ, & omnia arma in Lithuaniam deferre, quod ſibi obedientiam ſubtrahi mandauerit, & de Regalibus prouentibus, reſponderi inhibuerit. Et ne Miklaſch Secretarius ſuus, ad Eccleſiam Przemislienſem eligeretur, prohibitionem fecerit*, vocans Cardinalem in qualibet propoſitione, *virum ſuperbum & hoſtem ſuum*. Hortatur deinde ipſe *Seczignyewski*, *Caſimiri* Regis nomine, Prælatos & Barones partium *maioris Poloniæ*, præſertim eos, quos ſciebat erga ſe, & ſua opera conſtantiores, vt ad eum *Sandomiriam*, pro feſto Pentecoſtes adueniant, de ignominia Regia prouiſuri. Cæteris enim omnibus Conſiliariis, tam Eccleſiaſticis, quam Secularibus per largitiones promiſſioneſque ad ſuam ſententiam traductis. *Sbigneum* ſolum Cardinalem, & Epiſcopum *Cracouienſem*, ſuis conatibus obſtare videbat: nulla re aut ingenio vincendum. Illumque vnicum fideliter pro ipſo & republica Regni conſulentem, hoſtem & vocabat, & tenebat, quam maxime illi infeſtus: quem potius, perniciem ſuam, & Regni ſui auertentem, & prohibentem, Conſeruatorem ſuum, & fidelem conſultorem tenere debuerat.

Legatione huiusmodi, per *Thomam Seczignyewski*, in *maiorem Poloniam* miſſa, & per ipſum in *Colo* in Conuentione particulari die Dominico, poſt feſtum ſanctæ *Zophiæ* expoſita, damnabat omnium Sententia *Sbigneum* Cardinalem, & Epiſcopum *Cracouienſem*, & Barones, qui *Caſimiro* Regi obedientiam ſubtraxiſſent: ignari omnium quæ agebantur: cum nulla obedientia, ſubtracta fuerit, aut redditus inhibiti. Sed duntaxat Vicetheſaurario & Zuppario ſcriptum, ne arma iuxta mandatum *Caſimiri* Regis *Luckam* mittere auderent. Itaque vbi debebat, meritum & laudem reportare, damnationem referebat. Lætus tamen hac aduerſitate, Spiritum maximum concipit, Rex *Caſimirus* præterea, ex *Lithuania* diſcedens, per *Brzeſczye*, *Parczow*, *Lublin*, *Zauichoſth*, Sabbatho in vigilia Pentecoſtes, venit *Sandomiriam*. Vbi ad ſuam Serenitatem *Ioannes* Epiſcopus *Wladislauienſis*, *Lucas* de *Gorka Poſnanienſis*, *Nicolaus Scharlieyski Brzeſtenſis*, *Boguslaus Iuniwladislauienſis* Palatini, cum aliquibus Baronibus partium *Cracouienſium*, quos ſpecialibus literis acciuerat, conueniunt. Si vero aliqui non vocati, iuxta antiquum morem, pro ſua, & Regis *Caſimiri* honeſtate veniſſent, à conſilio Regio, velut ſuſpecti excludebantur. Agit Rex *Caſimirus Sandomiriæ* ſeptem dies: intra quos priuata habet conſilia, qualiter indignationis ſuæ aculeum contra *Sbigneum* Cardinalem, & Epiſcopum *Cracouienſem*, & Palatinos, *Ioannem* de *Thaczin Cracouienſem*, & *Ioannem* de *Olyeſchnica Sandomirienſem* extendat. Sed *Sbignei* Cardinalis nihil culpæ, ex eorum operibus trahi poſſet, ex *Sandomiria* Sabbato, ante feſtum ſanctæ Trinitatis diſcedens, per *Pokrziwniczam*, *nouam Ciuitatem*, feria quarta in vigilia Corporis Chriſti aduenit: pœnitentibus Baronibus, quod opera *Sbignei Cardinalis* improbaſſent, ex *noua Ciuitate Cracouiam* diuertit.

Caſimirus Poloniæ Rex quærens, nullas tamen inuenit iuſtas occaſiones Sbignei Cardinalis & Epiſcopi Cracouienſis accuſandi.

1452.

Ioannes Epiſcopus *Chelmenſis*, nobilis de Domo *Cholyewa*, Theologiæ Magiſter, & frater ordinis Prædicatorum. Sabbato poſt Conductum Paſchæ, quæ dies fuit vigeſima ſecunda menſis Aprilis, moritur, & ſepelitur in Eccleſia *Chelmenſe*. Poſt cuius mortem, *Ioanni Kraska*, nobili de domo *Biliua*, per *Nicolaum* Papam quintum prouiſum fuit: *Caſimiro Poloniæ* Rege inſtante.

Ioanne Epiſcopo Chelmenſi mortuo, Ioannes Kraska ſuccedit.

Corporis Chriſti feſtum *Cracouiæ*, propter *Caſimiri Poloniæ* Regis, & *Sbignei* Cardinalis, & Epiſcopi *Cracouienſis*, multorumque Prælatorum, Ducum, & Baronum, qui ad *Caſimirum* Regem conuenerant, præſentiam, cum magna ſolennitate peractum eſt. Quo expedito, *Sbigneus* Cardinalis, ac *Ioannes* de *Thaczin Cracouienſis*, & *Ioannes* de *Olyeſchnicza Sandomirienſis*, Palatini, in conſilium Regium aduenientes, quæruntur amariſſime de accuſationibus, per *Caſimirum* Regem, contra illos propoſitis: offerunt purgationem, & iuſtificationem quamlibet. Grauiter ſe læſos huiusmodi accuſationibus aſſerunt: cum nihil peccauerant, nihil ſe vereri, quominus iudicium de eis fiat. Et licet omnium par eſſet amaritudo: Cardinalis tamen acerbius contra Regem inuehitur, quod cum *ſuperbum & hoſtem ſuum* vocauerit. Rex vero *Caſimirus*, videns ſe aſſentatorum conſiliis ſeductum, Cardinalem, & Palatinos ſine cauſa accuſaſſe, paucis verbis, pro ſua excuſatione vſus, in Conuentione generali, de hoc ſe acturum reſpondet. Fit in Conuentione generali deliberatio, & omnibus placet, vt pro feſto S. *Bartholomæi* Apoſtoli teneatur, Decretoque Regis, vt faueret votis Conſiliariorum, de *maiori Poloniæ*, *Siradiam* pro loco Conuentionis eligit: *Piotrkouia*, quam *Cracouienſes*, propter ſitum remotum terrarum *Ruſſiæ* nominabant, excluſa. Non ob id tamen ceſſauit feruor & zelus Cardinalis, & Palatinorum *Cracouienſis*,

1452. *Sbigneus Cardinalis & Epiſcopus Craconienſis*

ſis, & *Sandomirienſis.* Aggrediuntur Regem in conſilio Cardinalis verba faciens, *longo prohemio vſus*, obiurgat *Caſimirum* Regem, *velut parum vtiliter commodis Regni conſulentem.* Aſſerit *ſe Regem pluries pro ſuis transgreſſionibus, & moribus coarguiſſe, ſed nihil profeciſſe*, Replicat Regis exceſſus, *quod iura Regni, annis quinque rogatus, nunquam confirmare conſenſerit, quod eadem iura, in multis temerauerit, quod Monaſteria, & Eccleſias Stationibus inſolitis, & equorum locationibus, & vniuerſum Regnum Stationibus & Podwodu, afflixerit & grauauerit, quod Epiſcopatum Przemilienſem externo homini contulerit, quod terras Podolia, & Lucenſem à Regno Poloniæ abſtraxerit, & abalienauerit, quod nationem Polonicam tenui charitate & fauore tractauerit, quod in hodiernum diem, non alios in ſuo Cubiculo quam Lithuanos continens, Polonos excluſerit, quod Regnum Polonia, à variis hoſtibus, prædonibus, & latrunculis grauiſſime laceratum, nunquam defenderit, nec aliquam impenſam, pro defenſione, & tutela illius fecerit, quod omnes introitus Regni, in Lithuanorum vſus, & amplitudinem conuerſit: quod viduarum, orphanorum, & oppreſſorum, querelas & voces raro audierit. Cauſas diſſidentium, & in neceſſitatibus ſuis, Curiam ſequentium, non deciderit, quod ſuis voluptatibus, ociis, balneis, & comeſſationibus, rep. tendente, continue in perniciem, & ruinam, vacauerit,* Monet deinde illum, *vt aliquando mores huiuſmodi, in ſe reformet, & Diuinam vltionem, tam in ſe, quam in ſubditos, non pronocet. Et quoniam*, inquit, *multoties, à me paterne, ſecreto, & publico monitus, & correctus, emendam, aliquam non exhibuiſti, de cætero me à tuo conſilio abdico, nolens illud quoquo modo frequentare, ne horum malorum omnium, quæ aguntur, dicar, vel ſuſpicer eſſe particeps. Nihil tamen de his, quæ cauſas Monaſteriorum, Eccleſiarum, viduarum, orphanorum, concernent, intermittam, quin pro illius meam defenſionem, vſque ad ſanguinem, & necem opponam.* Sermonem hunc, non ſolum Cardinalis vox gracilis, & modeſta, ad pronunciandum, proportionatim compoſita, ſed etiam lachrymæ, per ora ipſius Cardinalis defluentes ornabant. Audiebatur oratio ſua, à circumſtantibus, cum magna attentione. Pauci erant, quibus ſimiles lachrymas, non extorſiſſet. Orſus deinde *Ioannes* de *Thaczin* Palatious *Cracouienſis* loqui, vt erat vir dextri ingenii, & eloquentiæ ſuauis, ita in rem eandem, quæ & Cardinalis, pulcherrime diſſeruit. *Graui*, inquit, *vulnere, à te Sereniſſime Rex carpimur. Terram Lucenſem antiquiſſimam Regni Polonia hæreditatem, abſtrabis à nobis. Et cum Lithuania & Ruſſia terra, Regno Poloniæ vnita, & inuiſcerata ſunt, conaris transferre terras Regni in Lithuaniam: quas nunquam à patre tuo, ſed & ab antiquis Regibus conquiſitas, optimo iure Regnum Polonia poſſedit legitime. Dudum & ante ſuperiora tempora, quæſiuit Dux Vithawdus, per ingenia, non ſua ſolum, ſed etiam forenſium, funiculum iurium Regni Poloniæ, quæ ſuper terris Lithuaniæ & Ruſſia obtinet dirrumpere, & in finem illum coronari ſe, & creari in nouum Regem Lithuania parabat. Repreſſa eſt tamen, ſua & omnium aliorum importunitas, & ratione, & armis, & Coronatio inhibita, literæ de coronando interceptæ. Corona vix per fugam in Hungariam relata. Extabant enim tunc Prælati, & Barones quercina fortitudinis, qui & patri tuo, quamuis illius fauerent Coronationi, & Vithawdo ſe animoſiſſime opponebant. Non credas omnium animos, tuo metu aut largitionibus conciſſe. Superſunt plures boni, qui iniurias Regni & perniciem non ſilebunt. Ego de aſſentatorum & adulatorum tuorum numero, vnus eſſe nolo, meque de cætero tuo conſilio abdico: certus exiſtens, quod poſtquam ad plenam, gratia Dei, mentem recurreris, nos, vere tibi conſulentes diliges, & peſſimos adulatores damnabis.* Neque Palatinus *Sandomirienſis*, *Ioannes* de *Olyeſchnica*, ſibi ſilendum duxit. *Luſtrum*, inquit, *integrum exactum eſt, Sereniſſime Rex, ex quo tecum, de iuribus Regni Polonia confirmatione certamus. Multa ob id Conuentiones habita, multæ impenſa facta. Et licet tua Serenitas, repromittat multis vicibus finem facere: fit tamen in infinitum proceſſus. Quo id animo, quoue colore fiat, omnes vident: non omnes tamen loqui poſſunt, vel audent. Omnia hæc, quæ ex Cardinale, & Palatino Cracouienſe audiſti, laudo. Et quoniam videmus, quod tua Serenitas, Conſilia noſtra, & ſpernit, & faſtidit, & conſilia priuata, malorum hominum ſequitur, à conſilio tuo me abdico, nolens illud frequentare, donec Serenitas tua reformationem fecerit, ne ſanguis pereuntium, de meis requiratur manibus.* Et licet fere omnes Conſiliarii, huiuſmodi ſermones probaſſent, paucis exceptis, irentque ſubmurmurando in præfatorum Cardinalis, & Palatinorum Sententiam, nemo tamen per claram vocem, animi ſui intentionem expreſſit. Tantum priuatis ſermonibus *Sbigneum* Cardinalem, velut virum optimum commendando: cœlotenus efferebant: Ordinationem *Caſimiri* Regis ſuique regiminis, modeſta & vulgata admonitione corrigentem.

Ioannes Thaczinski Palatinus Cracouienſis,

1452.

Ioannes Olteſchniczki Palatinus Sandomirienſis Caſimirum Poloniæ Regem

approbante fere cuncto Senatu, hunc coarguunt.

1452.

Rege Caſimiro Cracouia

Venerant ad *Caſimirum* Regem *Poloniæ*, *Cracouiam*, plures Duces, in perſonis propriis, venerant, & aliorum Ducum, & *Wratislauienſium* Ciuium Nuncii: Petebantque omnes audientiam. Rex etſi petentibus audientiam libenter præſtitiſſet: ſine Prælatis tamen & Baronibus illam facere videbat, dedecoroſum eſſe. Omnes ſiquidem Barones partium *Cracouienſium*, Conſilium Regis exibant: poſtquam videbant Cardinalem, & Palatinos, *Cracouienſem* & *Sandomirienſem*, ſe conſilio abdicaſſe. Fit ob hoc multis diebus, in Eccleſiæ *Cracouienſis* Capitulari deliberatio. In qua fere omnes, recenſitis his quæ agebantur, altis ſuſpiriis & lachrymis, quaſi iam de republica actum eſſet, deplorabant. Captatur vnanimis hæc concluſio, omnia ad Conuentionem *Siradienſem*, pro feſto S. *Bartholomæi* tenendam, differri. De Eccleſia duntaxat *Przemislienſe*, reformatio petenda, ne *Caſimirus* Rex, nominationem *Miklaſch*, vergentem in notabilem offenſam iurium Regni proſequatur, aut Nunciis, vel literis promoueat, donec in Conuentionem *Siradienſem* veniatur, & omnium conſenſu vulnus huiuſmodi, vel ſuſcipi poſſet, vel reſcindi. Et de hoc Conſiliarios literis patentibus certificet. Quod ſi *Caſimirus* Rex admittere noluerit, omnes ſe conſilio ſuo abdicent. Proponitur res, per Organum, *Ioannis* de *Czizow* Caſtellani, & Capitanei *Cracouienſis*. *Caſimirus* Rex, pluribus deliberationibus habitis, paret neceſſitati, & per literas patentes, promittit nominationem *Miklaſch*, non proſequi, donec Conuentio *Siradienſis*, fuerit tranſacta. Qua quidem differentia deciſa, tunc demum Legationes Principum, & Ciuitatum auditæ ſunt, & vnicuique reſponſum congruum factum. Manſit autem *Caſimirus* Rex *Cracouiæ*, vno Menſe & amplius: negotia Regni pertractando. Quo illic ſtante, *Thartari* feria quinta, ante feſtum S. *Ioannis* Baptiſtæ, terras *Podoliæ*, hoſtiliter intrantes, multa damna faciunt, in occiſione populi Chriſtiani, & villas cremando. Caſtellum quoque Rovv conquirunt, & nobilem *Stogneum Rey* de Domo *Okſcha*, cum vxore & liberis in illo captiuant, Terrigenam *Mroczkonem*, cum aliis terrigenis interficiunt, & alios homines in ſæuam captiuitatem abducunt. Quod malum ideo aſſerebatur, accidiſſe, quoniam Capitaneus *Podoliæ*, *Theodoricus* de *Buczacz*, fingebat ſe cuſtodiam in campis poſuiſſe: quæ ſubitam inuaſionem *Thartarorum* pronunciaſſet. Quod nunquam egiſſe compertus eſt.

Legationes externas audiente.

Thartari Podoliam magna vaſtitate, cadibusq; afficiunt, & Stogneum Rey, cum vxore & liberis captiuant.

Die Dominico, ante feſtum Sanctæ *Margarethæ*, *Caſimirus Poloniæ* Rex exiuit *Cracouia*, & per *Myechow*, *Przedborz*, *Malogeſcz*, & alia loca ſolita venit *Lanciciam*, ibique à pluribus Prælatis, & Baronibus, *maioris Poloniæ*, & ſignanter, à *Wladislao* Archiepiſcopo *Gneſnenſe*, exceptus eſt. Abinde diſcedens, in craſtino S. *Iacobi* Apoſtoli, venit *Nieſchouiam*. vbi Magiſtrum *Pruſſiæ* cum Epiſcopis, & Commendatoribus, feria quinta, poſt Feſtum Sancti *Iacobi* inuitans, magnifico conuiuio, & veſtibus Sabellinis, aliiſque muneribus honorauit. Altero quoque die, videlicet feria Sexta, Rex ipſe *Caſimirus*, ab eodem Magiſtro inuitatus, diſſuadentibus omnibus Conſiliariis, in *Thorun* deſcendit, & in Caſtro prandium, cum Prælatis, ac Baronibus Regni *Poloniæ* habuit. Ibi quoque Magiſter *Pruſſiæ* ſuam Serenitatem, honeſtis muneribus donauit. Fœdus etiam pacis perpetuæ, inter Regnum *Poloniæ*, & *Pruſſiam* firmatum, innouatum eſt, & diſſenſiones hinc inde, exortæ, ſopitæ. Ex *Nieſchow*, per ſtationes conſuetas *Caſimirus* Rex, venit *Gneſnam*, feria quinta, ante feſtum Sancti *Petri* ad Vincula. Ibi ſuæ Serenitati velox nuncius allatus eſt, ſignificans *Boleslaum* Ducem *Oppolienſem*, & Regno, & Regni *Poloniæ* diffidaſſe, & proiectis diffidationum literis, eadem die, terras Regni videlicet *Syewiorienſem*, in vna parte, & *Wyelunenſem* in altera damnificaſſe, elatus in mente ſua propter theſauros, quos ex ſpoliis Regni conquiſiuerat, plures Stipendiarios ex *Bohemia*, & *Morauia*, quorum inuaſione, credebat ſe poſſe, in bello ſuperiorem, conduxerant. Dabant quoque illi animum multa, & præſertim diſordinationes multæ, in Regno *Poloniæ*, & quod animi Prælatorum & Baronum Regni, non ſolum erant alienati, à *Caſimiro* Rege, ſed etiam ſibi grauiter infenſi. Miſera tunc erat Regni *Poloniæ* conditio, cum ab vna parte *Thartarorum* graui inuaſione præmeretur, ab altera Dux tenuis, & paruæ potentiæ, non propulſabat bellum (quod illi iuſte *Poloni*, ſi viri non fœminæ fuiſſent, mouere debuerant) ſed inferebat, Rex quoque ipſe, in vtram partem claudicans, inſimulabatur *Polonis* purus non eſſe: cum & iura Regni confirmare, in fauorem *Lithuanorum* diſſentiret. Audita tamen huiuſmodi nouitate, fretus Prælatorum, & Baronum, tunc ad latus ſuum ſedentium, conſilio, omnes aulicos ſuos ad reprimendum inuaſionem hoſtium, in *Wielun*, quamuis eſſet locus, iam peſte Epidimiæ infectus, tranſmittit, & vniuerſum Regnum *Poloniæ* mouet, & conſurgente, damnat in bellicam expeditionem. Solusque ex *Gneſna*, in *Siradiam* procedit, Conuentionem generalem, pro feſto Sancti *Bartholomæi* Apoſtoli illic acturus, quoniam omnium Prælatorum & Baronum ſententiæ, conformiter recuſabant ire in expeditionem, niſi prius Regni iura, in præfata *Siradienſi* conuentione confirmaſſet.

conuiuiis opeeum dat,

firmans fœdus cum Pruſſiæ Magiſtro,

Boleslaus Oppolienſis Dux fracta fide Syewioriam, & Wyeluniam magna clade afficit.

Quamobrem ad opprimendum hoſtem Aulicos mittens Rex, expeditionem generalem bellicam indicit, & Siradiam ad Conuentionem properat.

Cum Rex Caſimirus

Feria

1452.

Feria quarta in vigilia Sancti *Bartholomæi* Apoſtoli, Rex *Poloniæ Caſimirus*, ex *Caliſch* diſcedens (vbi ad illum *Conradus*, A *Oleſchnicenſis*, & *Wladislaus Theſchnenſis* venerant, aſſiſtentiam, & ſuffragiom, contra Ducem *Oppolienſem Boleslaum*, repromittentes) venit *Siradiam*, ad tenendam generalem Conuentionem. Et licet illic omoes Prælati & Barones Regni *Poloniæ*, paucis valetudinariis exceptis conueniſſent. *Sbigneus* tamen Cardinalis, & Epiſcopus *Craconienſis*, ſtudioſe venire diſtulit. Coius abſentia omnium corda concuſſit; cum pro illa tempeſtate vir integrior, pro republica non putabatur. Vnde & abſentiam ſuam, non ſolum querelis, ſed etiam maledictis improbabant. Venerant ad conuentionem præfatam, *Lithuanorum* Nuncii, videlicet *Andrusko Dowoynowicz*, & *Michaël Montolthowicz*. Hi in Conſilium, præſente *Caſimiro* Rege introducti, Legationem exponebant inuolotam, quæ magis in *Polonia*, quam *Lithuania* B credebatur concepta.

Rurſus Lithuani Podoliam & Luczko importune, in Conuentu Siradienſi petunt,

Petebant in ſumma, *vt relinquerentur, circa metas terrarum, & ſignanter Podoliæ, & Lucenſium terras, quas Dux Vithawdus poſſidebat: cum diminutionem nullatenus vellent admittere.* Et circa id quæſti ſunt, *quod Poloni ſollicitaſſent Nyemierzam de reſignatione Luczko, in praiudicium eorum.* Item *quod vellent cum Regno Poloniæ ſtare in liga & paritate, & non in aliqua ſubiectione.* Item, *quod nullatenus vellent eſſe incorporati, aut ſubiecti Regni Poloniæ, mallentq; omnes, ad vnum mori, antequam paterentur, ſe eſſe Regno incorporatos aut ſubiectos. Alias vbi denegaretur eis hæc conditio,* proteſtabantur, *quod vellent alios auxiliatores quærere: ab obedientia Caſimiri, non diſcedendo.*

& incorporationem Regno Poloniæ renuunt.

Huic legationi, faſtum redolenti, modeſte reſponſum eſt. *Polonos ſemper illis, non pro ſubiectis, ſed fratribus, & ſociis vſos eſſe, nec incorporationem illis dedecori eſſe, ſed honori. Terras inſuper Podoliæ, & Lucenſes, ad Regnum Poloniæ conſtat pertinuiſſe, & Ducem Vithawdum, ad vitam conceſſas, precario illas tenuiſſe. Regnumq; optimo iure fultum, velle ſtare, & Caſimiri Regis, & cuiuscunque alterius Principis Catholici, iuſta deciſioni.*

Conſilio pleno, per dies aliquot, & vsque ad veſperorum horam tento, omnis labor, ad hoc cum ſumma diligentia impenſus eſt, vt *Caſimirus* Rex *Poloniæ* faceret iurium Regni confirmationem.

Confirmatione iurium regni

Nec Prælatorum & Baronum ſolum, ſed & *Zophiæ* Reginæ precibus & conſiliis, ad id vehementer ſtringebatur, ſed caſſi fuerunt omnes conatus: reſpondente *Caſimiro* Rege, *quod nullatenus vellet, aut poſſet facere huiusmodi confirmationem, iuramento contrario, prius Lithuanis facto, obſtante.* Petebatque flexis genibus, vt dilatio in annum fieret, & interim conuentio, inter *Polonos & Lithuanos* teneretur, pro differentiis componendis.

in annum

Verum dum nobiles ex communitate hanc conditionem plurimom improbarent, & grauibus verbis inueherentur, contra Conſiliarios, qui tepide rempublicam adminiſtrarent. *Caſimirus* Rex petiit, vt Conſilio publico ſuſpenſo, ſecretum fieret. Quod dum impetraſſet, omnibus aliis excluſis, octo Conſiliarios vocat, videlicet *Wladislaum* Archiepiſcopum *Gneſnenſem*, *Ioannem Wladislauienſem*, & *Andream Poſnanienſem*, Epiſcopos, *Ioannem* de *Czizow* Caſtellanum, & Capitaneum, *Ioannem* de *Thaczin*, Palatinum, *Craconienſes*, *Lucam* de *Gorka Poſnanienſem*, & *Ioannem* de *Olieſchnicza Sandomirienſem*, Palatinos, & *Przedborium* de *Konyecpolie* Caſtellanum *Sandomirienſem*, illisque Sacramento adactis, vt ſecreto rem teneant, aſſerit *ſe nullatenus poſſe, ſine ſui capitis periculo, & magni Ducatus Lithuaniæ amiſſione, iura Regni Poloniæ confirmare. Futurum enim eſſe, vt ſi perſentirent Lithuani, confirmationem iurium, ſuo capiti apertas & clandeſtinas ſtructuros inſidias, & à ſua obedientia, cum Caſtris & fortaliciis diſceſſuros.* Rogat ergo, *vt tam ſuæ ſaluti, quam honori commodisque conſulant, & dilationem in annum vnum patiantur, intra quem adire rex poſſit Lithuaniam, & Caſtra fortiora, & præſertim Caſtrum Luczko redigere in ſuam poteſtatem, & ea fidelibus ſuis commendare, theſaurosque Ducales in Poloniam traducere.*

ſecreto Regis & Senatus Poloniæ conſilio

Moti fuerant Conſiliarii Conditionibus tam C ſalutiferis, & vtilibus, & omnes dilationem admittendam cenſebant. Duobus tamen diebus ſuper hac re, inter illos, longa deliberatio habita eſt: quoniam *Ioannes* de *Olieſchnicza* Palatinus *Sandomirienſis*, ſcrupulum grauem injecerat: Veritus, ne res aliquam calliditatem, & dolum, ſub dulci oblatione contineret, nullum inſidioſius ratus malum, quam vbi blandiciis credulitas oppugnatur. Itaque decernebat, *vt admitteretur dilatio, ſi Rex Caſimirus inſcriberet ſe anno lapſo, confirmationem iurium facturum & obligationem in manus eorum reponeret.* Facileque ab omnibus hæc ſentencia accepta eſt: & in hunc modum cogebatur *Caſimirus* Rex inſcriptionem facere, & obligationem, quæ in vno ſcriniola fuit concluſa, & Sigillis omnium octo Conſiliariorum ſigillata, & in manus *Wladislai Gneſnenſis* D Archiepiſcopi, conſignata, & peticio totius Regni, conſentientibus vniuerſis, ſuſpenſa. Hæc tamen omnia tunc erant, & ignota & ſecreta.

& obligatione à Rege Caſimiro exacta,

Dum hæc in Conuentione prædicta agerentur, exercitus terrarum *maioris Poloniæ*, iam ad arma conſurgens, verſus terras hoſtiles campeſtraliter procedebat. In procedendo autem in propria, & ſignanter in bona Eccleſiarum graſſabatur, clamorque hominum oppreſſorum, continue aſcendebat, nec vlla opponebatur prouiſio. Aulici Regii fu-

contra Boleslaum Ducem Oppolienſem exercitus ducitur. Qui tandem

1452.

1452.

gii fugere ex *Wyelun*, propter peſtem, quæ plures eorum abſumpſerat, coacti ſont. Peſtis enim valida totam *Sleſiam*, *Wyelunenſem* plagam, *Cracouienſem* vrbem, & mulia loca Diœceſis *Cracouienſis*, inuaſerat, multique mortales, per illam extinguebantur. Propter quod omnium Baronum ſententiæ, magis de ineundo fœdere, quam proſequendo bello congruebant. Foturum rati, quod lues exercitum inuadens, diſſolutionem illius turpem efficeret, oblata tunc quoque honeſta occaſio, differendi belli. Nam Dux præfatus *Boleslaus Oppolienſis*, miſit literas, æquitatem expoſcens & pacem. Quæ propter peſtis ſæuitiam, minus cunctanter accepta eſt, & fœdus in vnum annum firmatum, ea conditione, vt partes pro die Circumciſionis Domini, conueniant: damnorum hinc inde illatorum, deciſionem facturæ. Multis tunc *Poloniæ* Regnum premebatur incommodis, peſte, fame, bello. Nam & fruges, illo anno male prouenerant. Hoſtes vero libere terram *Wyelunenſem*, faciendo incendia, & ſpolia intrabant. Exercitus autem Regius, adeo ſegnis, & piger viſus eſt, vt nunquam hoſtilem terram contingeret. Itaque vario premebatur Regnum *Poloniæ* malo, hinc hoſtium, hinc ſuorum vaſtatione, hinc valida peſte, hinc parum bono Regni regimine. Et licet plures viri notabiles, tam Eccleſiaſtici, quam ſeculares, per peſtem fuiſſent extincti, mors tamen *Ioannis* de *Elgoth*, Decretorum Doctoris eximii, Scholaſtici, & Canonici *Cracouienſis*, in ſancti *Bartholomæi* die defuncti, moleſtius lata. Erat enim vir in prudentia, doctrina, & manſuetudine ſingularis, omnium bonarum virtutum officina & ſedes Latiali eloquentia redolens. In componendis ornatiſſimis, & diſertiſſimis literis, pro illa ætate nulli ſecundus. Omnium pauperum orphanorum, miſerabiliumque perſonarum, refugium & portus. Cui ſepulchrum Domini, & caluariæ locum, in *Hieruſalem*, ortum in *Betleem*, baptiſmum in *Iordane*, videre corporeis oculis, datum erat. Nec de facili ſimile germen Domus *Wyeniana*, ex qua nobilitatis ſuæ traxerat originem, producet.

datis hoſti induciis in annum, propter auram peſtilentem, in patriam, non ſine damno ſuorum redut.

Ioannes Heged meritur.

Vt autem terris *Ruſſiæ* & *Podoliæ*, pluribus confractis cladibus, daretur aliqua prouiſio, *Caſimirus* Rex *Poloniæ*, *Ioannem* de *Czizow*, Caſtellanum, & Capitaneum, *Ioannem* de *Thaczin* Palatinum, *Cracouienſes*, velut Capitaneos, cum exercitu, ad faciendam reſiſtentiam, deputat, & tranſmittit. Dat eis aliquot millia marcarum, quibus & gentes bello exercitatas, ex *Polonia* conducant, & neceſſaria belli prouideant. Accerſitisque terrigenis *Ruſſiæ* & *Podoliæ*, Voieuodaque *Moldauiæ Alexandro*, & gentibus ſuis, cum Thartaris, ſi inuaſionem fecerint, in nomine Domini congrediantur & confligant.

Exercitus Siradiæ, contra Thartaros decernitur.

His & pluribus aliis, *Caſimirus Poloniæ* Rex, cum Conſiliariis ſuis, in præfata Conuentione compoſitis, die Dominico proximo poſt Feſtum Sancti *Ægidii*, tertia videlicet die Septembris, egreſſus *Siradia*, celeriter & propere per *Schadek*, *Inowlodz*, *Kozyenicze*, intrauit. Ex *Kozyenicze*, in die Natiuitatis ſanctæ *Mariæ* Virginis diſcedens, in *Lithuaniam* profectus eſt: non ignarus, quod iam plagam illam totam *Lithuaniæ* peſtis occupauerat, adeoque peſte graui premebatur, vt homines ambulantes, ſedentes, dormientes, aut comedentes, ſubito correpti extinguerentur. Propter quod *Caſimirus* Rex, *Vilnam*, *Throki* (ibi enim peſtis virus ſuum ampliſſime diffuderat) accedere prohibitus eſt. Sed circa *Grodno* venationibus intentus in ſyluis, & nemoribus, morabatur.

Caſimirus Poloniæ Rex,

1452.

ab Oppidis Lithuaniæ aura peſtilente excluſus venationibus intendit.

Sub tempore autem conuentionis *Siradienſis* præfatæ, *Thartarorum* Imperatoris *Sadachmeth* exercitus, terras *Ruſſiæ* inopinate inuaſit, & vſque ad *Leopolim* graſſatus eſt: opportunum tempus ſibi deligens, in quo & Barones abſentes erant, & homines ex latebris prodire, gratia meſſis cogebantur. In loca itaque vacua defenſoribus venientes, communem populum, velut pecora, in ſeruitutem perpetuam, mactando impuberes abigebant. Tuncque nouo genere fraudis, etiam in eos, qui ſe abdiderant, vſi ſunt. Nam fingentes ſe, cum prædis ex terra diſceſſiſſe, ſubito redibant, & incautos occupabant. Hancque doloſitatem quinquies reſumebant: Miles nobilis *Ioannes Kuiachnyczki*, Caſtellanus *Halicienſis*, rebus pluribus, & curribus ſuis per *Thartaros* interceptis, parum abfuit, quin eorum manus, per huiuſmodi verſutias, & laqueos euaderet. Reuerſis autem *Thartaris* ad propria, Barones *Lithuaniæ*, inter quos principales tunc erant *Gaſtowdus*, & *Moniuid*, Nuncium ſpecialem *Radiuilonem Hoſtikowicz*, ad Imperatorem *Tartarorum Sadachmet*, cum pluribus muneribus variarum manerierum tranſmittunt. Qui gratias pro vaſtatione, in terris Regni *Poloniæ* facta agat, & ipſum inciret, & animet, atque deprecetur, vt impreſſiones maiores terris Regni facere non deſiſtat. Fidelis autem Deus, qui populum ſuum tunc dignatus eſt aſpicere, & conſilia *Lithuanorum* praua diſſipare, potentiamque *Tartarorum* conterrere. Quam primum enim præfatus *Radiwil*, ad exercitum *Sadachmeth*, in campeſtribus agentem, acceſſit, illico contra *Sadachmeth*, alius Imperator *Eczigeri* irruit. Et congreſſu facto, acerrime hinc inde pugnando, *Sadachmeth* contritus, & victus eſt, & multi ceciderunt interfecti. Exercitus omnis *Sadachmeth* in poteſtatem *Eczigeri* venit. *Sadachmeth* vero fuga ſe ſaluauit, & in *Lithuaniam* perfugit. Vbi per *Caſimirum Poloniæ* Regem, tunc illic agentem, ex fuga ſuſceptus, & rebus neceſſariis ſotus, & recreatus eſt. *Radiwil* vero Nuncius *Lithuanorum*, quia tarde requiſitus, munera victori *Eczigero* præſentare diſtulit, per exercitum eius,

Lithuani miſſis muneribus Thartaro Schadachmeto, agunt gratias quod terras Ruſſiæ inuaſerat, & iterum, illum ad idem faciendum adhortantur, ſed fruſtra. Nam ab Eczigero Thartaro victus Schadachmetus,

in Lithuaniam fugit.

Legatus Lithuanorum ab Eczigero

1452. contumelia afficitur.

eius, in prædam expoſitus, omnia perdidit, & in morem latronis captus, nudatusque pluribus opprobriis ſubiacuit. Sed & ipſa *Sadachmet*, tam *Caſimiro*, quam *Lithuanis* ſuſpectus eſſe vehementer cæpit. Qua propter, cum omnibus famulis & filiis, qui ſecum, in *Lithuaniam*, quaſi ad tutum domicilium diuerterant, mandato *Caſimiri* Regis, & *Lithuanorum*, captus eſt, & in vincula coniectus. Quo *Ezziger*, hoſtis ſuus in tenaciori fide contineretur. Ex vinculis autem relaxatus, in *Kowno*, cum omnibus ſuis relegatus eſt: Vbi perpetuum agens exilium, in miſerabili ſenecta & vita degens, quemadmodum miſero homini & barbaro conueniebat, miſarabiliter defuncta eſt.

Schadachmet tandem in Kowno extrema egeſtate oppreſſus improbitatis ſua pœnas dedit.

Fredericus Rex Romanorum Imperialis,

Fredericus Romanorum Rex, cum ſuſcipiendæ Coronæ Imparialis gratia, *Romam* ſe transferre ſtatuiſſet, ab *Hungaris*, *Bohemis* & *Auſtralibus*, *Ladislaum*, olim *Alberti Hungariæ*, & *Bohemiæ* Ragis, filium poſthumum repoſcentibus, conuentus, omnibus poſtulata negauit. Ad *Bohemos* tamen legatione ſpeciali vſus. *Ladislaum in ea ætate eſſe* monſtrat, *qua nulli vſui adiungi poſſit. Qui ſi Bohemis remittitur, Bohemos illum, apud quos, nullum ærarium eſſe dinoſcitur, ſumptibus, & præſentia ſua grauaturum. Expectarent proinde pubertatem Ladislai Hungaris, in eius remiſſione, ſi in fide perſiſtant præferendi.* Ea legatio cum fauore à *Bohemis* excepta. & *Frederico*, gratiæ actæ, quod *Bohemos* cæteris in dimittendo Rege præferrat. *Fredericus* poſt hæc placatis *Bohemis*, *Hungaris* tamen & *Auſtralibus* frementibus, tranſitum verſus vrbem, per *forum Iulii*, *Paduam*, *Bononiam*, & *Senas* faciens, *Mediolanum* attingere, indignum duxit. Vbi alii ſui prædeceſſores Corona ſecunda inſigniri, conſueuerant, ne *Franciſcum* Comitem, qui Ducatum *Mediolanenſem*, poſt mortem *Philippi Mariæ Angeli*, ſina ſuo conſenſu occupauerat, ſuo aduentu honorare, & in Ducatu illo confirmare cogeretur. Dum autem *Senas* perueniſſet, filia Regis *Portugaliæ*, virgo nobilis & ſpecioſa, & neptis *Alphonſi* Regis *Aragonum*, *Elionora*, eidem *Frederico* Imperatori deſponſata, primum ad portum *Piſanum*, licet pluribus tempeſtatibus maris iactata, deinde *Senas* peruenit. Ex quorum aduentu magna lætitia *Senarum* ciuitas feruebat. A *Senis* Rex *Fredericus*, cum eadem ſponſa ſua progreſſus, feria quarta, quæ erat octaua menſis Martii, venit ad vrbem, habens in Comitiua patrualem ſuum, *Ladislaum Hungariæ* Regem, Ducem *Albertum* germanum, & alios plures Principes. Cui in obuium omnes Cardinales, omnium Regum, Ducum, & communitatum Legati, Senatores & Conſeruatores, ac ſeniores vrbis, venerant. Et cum magna multitudine venit vſque ad portam muri S. *Petri*, & in parua domo, collocatus quieuit. Feria vero quinta, nona menſis Martii, Imperator *Fredericus* intrat, præcedente eum *Ladislao Hungariæ* Rege, vrbem, & perueniens ad *Nicolaum* quintum Papam, qui eum cum Cardinalibus, & multitudina copioſa Prælatorum, in prima porta graduum Sancti *Petri*, expectabat, ſuſceptus eſt a Papa, ad oſculum pedis, & manus & oris, Imperatrix vero, ſolum ad oſculum pedis & manus, & impoſitionem manus in caput, & ſcapulas. Deinde oblationibus ad aram Sancti *Petri* factis, in Palatio Apoſtolico, & cameris ad hoc diſpoſitis, collocantur. Feria vero quinta, ante Dominicam Letare. *Fridericus* Rex, cantante Papa miſſam, indutua Dalmatica, vt Diaconus, ſecunda Corona, qua *Mediolani* coronari debuerat, præſente ſponſa ſua coronatus eſt. Et licet Oratores *Mediolanenſes*, illic præſentes, proteſtarentur de iniuria, plura allagantes pro violatione iuris ſui, & petentes à Papa iuſtitiam. Rexque *Fredericus* reſpondiſſet, quod propter peſtem, & quia comes *Franciſcus* verus Dux non erat, ire illuc non poterat: Papa tamen mandauit eos excludi de Cancellis, aſſerens rigide, quod ſicut poterat transferre Imperium de *Græcis* ad *Alamanos*, ita & fortius illam Coronationem de *Mediolano* in *Romam*. Eodemque dia Papa in propria perſona deſponſat *Fredericum* Regem, cum Sponſa ſua, benedicendo aras, & per oſculum amborum ad inuicem, & traditionem annuli. Et audita miſſa, in qua obtulerunt panem & vinum, lumina, & pecunias aureas, diſſoluuntur ſtola, qua erant colligati, eductique ſunt extra Cancellum.

Mediolano neglecto in quo Corona ſecunda coronari ſolent Imperatores,

cum ſponſa ſua.

Corona gratia Romam venit,

1452.

Dia Dominica Letare Coronatio *Frederici* Regis & conſortis ſuæ in imperatorem peracta eſt in hunc modum. In Capella Eccleſiæ Sancti *Petri* vbi Sanctus *Petrus* dicitur legiſſe miſſam. Imperator induitur, vt Diaconus, & per duos Cardinales Epiſcopos, *Iſidorum Sambinenſem Ruthenum*, & *Franciſcum Albanenſem*, ducitur ad altare, vbi Sanctus *Sylueſter* vnxit *Conſtantinum*, & proſtrato Imperatore, vnus Cardinalium, *Franciſcus Albanenſis*, Epiſcopus & Vice Cancellarius, legit certas orationes, tenendo pedam, ſuper collum eius, qui tenebat ventrem, & faciem ad terram. Et inde ſurgens, flexis genibus, ſtans ante altare, apertis veſtibus vngitur, & reducitur ad Cancellum ſuum. Vbi iterum induitur ſicut Diaconus, poſthæc Imperatria ducitur, per Regem *Ladislaum*, & Ducem *Albertum* præcedentibus dictis Cardinalibus, ad prædictum altare, & illic oſtenſo ſolum muſculo dextro, infunditur eidem de Chriſmata, & reducitur ad cancellum ſuum. Proceditur in miſſa, quam celebrabat Papa, ſtat Imperator ad dextram Papæ miniſtrans, & ſeruiens cum Cardinalibus Diaconis. Appropinquanta tempore celebrationis Euangelii, ſurgit Papa de ſede ſua, venit ad altara ſummum Sancti *Petri*, ducitur Imperatrix, ponitur à Papa, cum certis orationibus Corona Imperialis Imperatori,

Fredericus cum ſponſa ſua in Imperatorem Romanorum coronatur. (cuius Coronationis progreſſus deſcribitur)

1452. tori, ſimiliter & Imperatrici, datur ſceptrum & pomum Imperatori, cingit palla illi enſem. Quo cincto ponit Imperator pomum, & tri- [A] bus vicibus euaginat enſem vibrando, ſecundum orationes, quas Papa dicebat. Canitur Euangelium ſtante Imperatore cum Corona, tenenteque ſceptrum in ſiniſtra, & enſem nudum in dextra. Quo lecto Euangelio, repoſitisque enſe & ſceptro, accipit Euangeliſtam, dat Papæ oſculum Euangelii, Canitur credo, portat Imperator calicem, cum patina ublata & vino, dat manibus Papæ, & his omnibus intereſt Imperatrix. Proceditur in miſſa. Dicto Pax Domini, Papa vadit ad ſedem ſuam communicat. Et poſt ſumptionem ſanguinis, communicat de hoſtia Imperatorem. Qua data, ſuſcipit eum ad oſculum oris. Deinde Imperatricem communicat, & ſuſcipit, ad oſculum manus. Deinde Diaconum & Subdiaconum. Et omnes ducentur ad altare, vt ſuſcipiant [B] oblationem. Finita miſſa Imperatrix recedit in domum ſuam. Imperator ſuper Dalmatica induitur pluuiali, iam ad hoc dedicato per Papam. Poſt equitat Papa, dextra tenet equum Papæ Imperator, tres vel quatuor paſſus. Mandat Papa, vt Imperator equum aſcendat. Fit ita, portat Papa in manu roſam, equitat Imperator, ad ſiniſtram: Papæ aliquantulum poſtpoſitus. Vt autem peruenerunt circa ſepulturam *Remi*, dimiſit Papa Imperatorem: dans ſibi roſam, in ponte *Tyberino*, cingit Imperator vltra trecentos milites. Iuit in illo apparatu ad Sanctum *Ioannem* in *Laterano*, ibi facit prandium, & ad Sanctum *Petrum*, [C] quinta hora noctis reuertitur. Feria ſexta in vigilia Annunciationis Sanctæ *Mariæ* Virginis, Imperator cum conſorte ſua, & Duce *Alberto* fratre, relicto *Roma Ladislao Hungariæ* Rege, iuit in *Neapolim*, ad *Alphonſum* Regem *Aragonum*, cuius res tum florentes erant & multi excellentes honores per Regem *Aragonum* prædictum in *Capua*, in *Gaieta*, in *Neapoli*, & Imperatrici impenſi: Multa & varia dona oblata. Die Feſto Paſchæ, fecit Rex *Aragonum*, pro Imperatore, & Imperatrice grande conuiuium. Et in audiendo miſſam, vbi ad oſtendendam magnificentiam ſuam, poſuerat omnia ornamenta ſuæ Capellæ, per certos Oratores *Barchinonenſes*, præſentata fuit Regi *Aragonum*, vna imago Sanctæ *Eulaliæ*, quæ eſt caput & protectrix illius ciuitatis, in ſtatura vnius magnæ virginis, in argento deaurato, tenens in dextra aculeum, vbi fuit [D] martyriſata, & in ſiniſtra titulum. *Veni domine ad nos, & libera nos, quia ſalui erimus.* Feria ſexta poſt Feſtum Paſchæ Imperator, & Imperatrix ex *Neapoli* recedentes, per *Gaietham Romam* reuerſi ſunt. Vbi dum aliquot dies, in tractatibus ſecretis & mutuis cum Papa & Cardinalibus abſumpſiſſent, Imperatrix freto vſque ad portum *Granarum*, cum ſua

Neopolii Alphonſum Aragonum Regem inuiſit, & ab eo tractatus eſt honorifice & muneratus.

Deinde Romam deſcendens

comitiua vecta eſt, Imperator autem terreſtri itinere, quo venerat, rediit. 1452.

in patriam reuertitur.

In ipſo autem reditu *Roma Frederici Romanorum* Imperatoris, ſæpe *Ladislaus* Rex fugam molitus eſt, conſilio Pædagogi fretus, qui poſtea captus, longo tempore vincula ſuſtinuit. Imperatori *Frederico*, in *Florentia* agenti, notabilis legatio Regnorum *Hungariæ, Bohemiæ* & Ducatus *Auſtriæ*, cuius *Auguſtinus*, Epiſcopus *Iaurienſis*, erat Princeps, occurrit. Quæ audientia obtenta, in ſumma petit, & requirit, *vt illis Ladislaum, eorum Regem & Dominum reſtituat, aut bellum expectet.* Qui dum eorum peticionem ſilentio & receſſu inſperato abſoluiſſet. *Romam* profecti, coram Papa *Niocalo* quinto, & Cardinalibus, graui illum querela obruunt, *quod Principem eorum, ſub ſuo teneret, quaſi vinctum, imperio, nec cumret illum pluries rogatus, reſtituere. Licet Regna & Dominia, ſua intelligeret, pluribus bellis deformata, claudicare.* Dumque illic nullam tribulationis, & anguſtiarum ſuarum poſſent reperire medellam, ad penates reuerſi, omnem ſpem ad arma conuertunt. *Auſtriaci*, in vnum exercitum glomerati, *nouam ciuitatem*, imo ipſum Imperatorem, qui tunc in ea degebat, obſidione cingunt. Et bombarda maiori admota, ciuitatem adeo fortiſſime concutiunt, & vniuerſa ciuitas, tribus duntaxat ictibus bombardæ in vtraque porta rumperetur. Pugnatum eſt ad portas aliquando in æquo marte. Poſtremo cæſariana acies multitudine ſuperata, terga vertit, atque in vrbem trepidanter fugit. Parumque abfuit, quin vrbs cum Cæſare caperetur. Ægre hoſtibus repreſſis iactibus Bombardarum & ſaxorum, cæterorumque miſſilium. Quo malo territus *Fredericus* Imperator, miſſis caduceatoribus, *Ladislaum Auſtriacis*, interuentu *Caroli* Marchionis *Badenſis*, & *Sigismundi* Archiepiſcopi *Salczburgenſis* reſtituit. Qui abinde *Viennam* deductus, ſummis honoribus exceptus eſt. Imperator enim *Fredericus*, qui *Roma*, & *Neapoli*, Diuinis fere honoribus celebratus eſt, domum reuerſus, à propriis, & domeſticis, contumelia, & confuſione obruitur ſingulari. *Ladislaus* Rex deinceps in Comitis *Ciliæ Vlrici* poteſtate fuit, non ſine plurimorum inuidia, æmulatione & liuore.

Ladislaus per Hungaros, Bohemos & Auſtriacos, à Frederico Imperatore Roma redeunte, nequicquam repetitur.

Tandem per Auſtriacos bello extorquetur acie Cæſariana ſuperata.

Stante *Caſimiro Poloniæ* Rege in *Lithuania*. Nuncii ſui, videlicet *Nicolaus Scharlieyski* Palatinus *Brzeſtenſis*, & *Derslaus* de *Rithwyani*, Capitaneus *Sandomirienſis*, quos *Cracouia*, ad procandum virginem *Elizabeth* filiam olim *Alberti Romanorum* Regis, miſerat, reuertuntur, & *Lithuaniam* adeunt, ſignificantque *Caſimiro* Regi, tam *Ladislai Hungariæ* Regis germani Virginis, quam Comitis *Ciliæ Vlrici* & *Ioannis* de *Huniad* Gubernatoris *Hungariæ* & omnium Conſiliariorum

Caſimirus Poloniæ Rex Elizabethæ virginis filiæ olim Alberti Romanorum Regis, nuptias ambit.

Hun-

1452. *Hungariæ* & *Auſtriæ*, tuliſſe vltroneum conſenſum, vt matrimunium inter ipſum *Caſimirum* Regem & præfatam Virginem *Eliſabeth*, iungeretur. Veniunt & cum illis Nuncii duo præfatorum, *Hungariæ* Regis & Comitis *Ciliæ*, *Sigismundus Filſchdorph Almanus*, & *Caplerz Bohemus*, ad ſciendum plenam certitudinem & animo, ex ore Regis *Caſimiri*, ſi huiusmodi affinitatem conſumare pergeret, & ad requirendum eum, ſi ad contrahendam affinitatem ipſam, ſuo motu, an Conſiliariorum impreſſione aſficeretur, ſimulque ad videndum morum ſuorum conuerſationes, & indolis atque corporis formam & effigurationem. Quibus omnibus in *Grodno*, pro die Sancti *Martini* callide perquiſitis, & perſcrutatis, dum etiam à *Caſimiro* Rege pro finali, & determinato reſponſo accepiſſent, *in omnia, & præſertim in petitum matrimonium, quæ in honorem Dei cederent, & quæ Conſiliarii ſui decernerent, ſe libentiſſime conſenſurum*, læti in *Auſtriam*, procurati omnibus neceſſariis, & abunde variis muneribus honorati, regrediuntur. Remittitur & *Derslaus Rithwyanski*, Capitaneus *Sandomirienſis*, vt voluntatem & diſpoſitionem *Caſimiri* Regis, non ſolum *Ladislao Hungariæ* Regi, ſed & Imperatori *Romanorum Frederico* ſignificet, & de die ac loco, quo matrimonii huiusmodi ſolennia tractari, concludique debeant, componat.

Terra Cracouienſis per Duces vicinos Thoſſecenſem, & Oſſzwyaczimenſem

Subortum autem eſt eo autumno, contra terram *Cracouienſem*, bellum, quod à *Przemkone Thoſchecenſe* & *Iannszio Oſſzwyaczimenſe* Ducibus geſtum eſt. Qui licet cum Regno *Poloniæ*, alter pacem perpetuam, alter inducias haberent. Indignati tamen quod *Petro Schaffranicez* Succamerario *Cracouienſi* coacti fuiſſent, vt ex eorum finibus bellum, inter præfatum *Schaffraniecz*, & *Wlodkonem* de *Berwalth*, motum, pelleretur, ad duorum millium floreoorum, ſolutionem ſe obligaſſe, Regno *Poloniæ* diffidant. Et vocatis ſtipendiariis noningentis, tam equeſtribus, quam pedeſtribus, multa ſpolia in Regno committunt, exiſtimantes, per huiusmodi bellum, ſolui ſe à præmiſſa obligatione. Et quoniam de vniuerſa terra *Cracouienſe*, nobiles & terrigenæ, metu peſtis, auſugerant, Caſtrum quoque *Craconienſe*, pluribus morbo percuſſis, pene vacutun erat, hoſtes libere in omnes villas, & oppida, agendo ſpolia graſſabantur.

depopulatur.

Vnde opportunitatem huiusmodi, & licentiam nacti, oram illam terræ *Craconienſis*, verſus *Oſzwyaczim* ſituatam, exponebant quottidie in prædam. Et licet *Caſimiro Poloniæ* Regi, tanta mala, à leoibus hoſtibus illata fuiſſent, per multiplices tamen Nuncios rogatus, diſtulit illis remediare, *Schafranyecz* ipſe, cuius occaſione,

Cuius mali occaſio erat Petrus Schafranyecz.

hæc ipſa mala prouenerant, fortallcium *Malecz* adeptus, centum eqnites, & totidem A pedites illic, & caſtro *Badzin* tenebat, quibus vniuerſam terram *Oſſwyaczimenſem*, & *Thoſchecenſem*, cogebat ad tributum. Duces ipſi etſi magnas prædas è Regno agerent, tredecimque currus mercatorum *Cracouienſium Wratislauia* tranſeuntes cepiſſent, in quibus non leui præda potiti ſunt, magno tamen dolore de bello moto torquebantur, cum quod intelligebant viciſſitudinem, ſibi à Regno *Polonia* debere rependi, tum quod omnibus bonis, tam ipſi, quam eorum terrigenæ erant priuati, tum quod ſtipendium continue, velut quædam vorago & vſura, augebatur, quod vnde ſoluerent non extabat. Proprio itaque confoſſi gladio, de pace agendum dixerunt, & per duos Arbitros, videlicet *Nicolaum* Ducem *Rathiborienſem*, & *Nicolaum Slop*, Marſchalcum B *Tiſchinenſem*, pacem duntaxat cum *Schaffraniecz* tam ſibi quam domui ſuæ, turpem inierunt. Coacti enim ſunt, & omnes captiuos reſtituere, & ſummam duorum millium florenorum, obligatam dare. & pro damnis octingentos florenos, ipſi *Schaffranyecz* ſoluere. Coacti inſuper ſunt, per cooditionem pacis, per publicas, & patentes literas profiteri, bellum ſe iniuſte, tam Regno, quam *Schafranyecz* mouiſſe. Quibus ſic compoſitis, & executioni mandatis. Caſtellum *Malecz*, ipſis reſtitutum eſt, & tributa relaxata.

Turcus forti Caſtro in ſtricto maris conſtructo,

Turcorum Imperator, cum multitudine exercitus veniens, in opprobrium *Græcorum*, C ædificauit caſtrum inexpugnabile, ad ſex milliaria, a *Conſtantinopoli*, in ſtricto maris, quod ſancti *Georgii* brachium appellatur, vigore cuius nauigatio & tranſitus, niſi de permiſſione *Turcorum* intermiſſa. Et peracto caſtro, poſuerat ſe *Turcus*, cum nauigiis, in latus *Conſtantinopolis*, quod reſpicit mare, opprimendo dictam ciuitatem.

Conſtantinopolim obſidet, quæ opera

Sub illo autem tempore veniebat à *Roma* miſſus, per *Nicolaum* quintum Papam, Legatus de latere, in *Græciam Iſidorus*, Epiſcopus *Sambinenſis* Cardinalis, *Græcus* natione, & Archiepiſcopus *Kiiouienſis*, ſiue *Ruſſiæ*, nec tamen propter Exercitum *Turcorum* audebat appropinquare *Conſtantinopoli*, *Conſtantinopolis* ignaris, quid facerent, nec D valentibus iuuare dictum Cardinalem, qui in naui erat, & quatuor Galeis groſſis de mercantiis in portu *de la Petra*, pertinente ad *Gennenſes*. Venit ergo præfatus Cardinalis ad caſtrum *Rög*, quod Rex *Alphonſus Aragonum*, in opprobrium *Saracenorum*, anno etiam illo perfecerat. Petens vt *Bernardus*, *de villa marina*, Capitaneus Claſſis Regis præfati, veniret cum ſua poteſtate, &

Capitanei Claſſis Aragonum Regis,

1452.

iuuaret dictam Ciuitatem *Conſtantinopolitanam*. Qui precibus eiuſdem Cardinalis, & neceſſitate publica *Chriſtianorum*, permotus, illico venit, cum duodecim Galeis ſuis, & ſex Galeatis, id eſt, Galeis ſubtilibus bene armatis: dimiſſa prouiſione defenſionis, in Caſtro *Rog*. Et inuentis octo Galeis *Venetorum* ac ſumptis prædictis, naue *Genuenſium*, & quatuor Galeis, mercantiarum, ab omnibus vnanimiter electus Capitaneus, venit ad locum. Vbi *Turcus*, cum ſua potentia erat. Et eum impetu terribili, dictum *Turcum*, & exercitum ſuum, nihil tale ſuſpicantem, inuadens oppreſſit, diſſipauitque. Et dato ſuffragio Ciuitati, diſcurrens, per maria illa, cum ſuis ſolum nauigiis, ſex Galeatas groſſas captiuauit: plenas *Turcis* nobilibus. Alter inſuper Imperator *Turcorum*, in Orientis partibus, cum grandi potentia obſidebat *Rhodum*, & iam Magiſter *Rhodi*, neceſſitate conſtrictus, petebat auxilium ab omnibus. Sed alter Imperator *Turcus*, inimicus obſidentis, venit contra obſidentem. Et facta eſt magna, inter *Turcos* ſtrages, per quam *Rhodi* Inſula liberata eſt. Zoldanus inſuper, cum maximo exercitu, quem præparauerat, veniebat ad deſtruendum caſtrum *Rog*. Sed quoniam Imperator *Turcorum*, magnus hoſtis erat Zoldano, propterea irruit in Zoldanum, & fugat exercitum ſuum, & victor eſt reuerſus. Sicque duplici bello Ciuili, liberata fuerunt *Rhodus* inſulæ, & Caſtrum *Rog* prædictum.

Rhodus vero & Rog, ciuili bello liberantur, ab obſidione Turcorum.

In Italia bellum ardet ciuile.

Maxima ſiccitas vniuerſam terrebat *Italiam*. Quæ res plures mortales, febribus debilitatos, abſumpſit. Acceſſit omni ſiccitati grauius, bellum videlicet non quidem externum, ſed inteſtinum & ciuile. Nam *Alphonſus* Rex, *Aragonum*, facta liga cum *Venetis*, graui bello premebat *Florentinos*. *Florentini* vero, facta liga cum *Franciſco* Duce *Mediolanenſe*, & *Genuenſe* reſiſtebant. Propter quod vniuerſa *Italia* premebatur bellis, nec a longo tempore, memoratur *Italia*, tot & tantis bellis colliſa eſſe.

Romæ ſimul ſeptem filii naſcuntur.

Mulier quædam ſeptem filios peperit, vno partu. Quorum cum duo mortui eſſent, quinque tamen ſuperſtites viuebant, & nutriebantur. Resque ipſa & multiplicatio fœtus in admirationem, & vt vulgo aiunt in Religionem veniebat.

Res Hungarica, Bohemica, Auſtriaca, componi non poſſunt, per Germanicos Principes. Ladislao adhuc impubere exiſtente.

Ad res *Hungaricales*, & *Bohemicales* & *Auſtriacas* componendas dum dictus dies foret, & omnes ex Germania Principes, ſtatum *Ladislai* Regis firmaturi conueniſſent, nihil tamen ſalubre agi potuit. Cuncta pro arbitrio *Vlrici*, Comitis *Ciliæ* gerebantur. Et quamuis *Ladislaus* Rex appellaretur, in trium tamen virorum poteſtate poſitus, nihil ex ſe decernebat, *Ioannes Smirziczki*, vnus ex *Bohemia* Baronibus, *Ladislao* Regi literis ſignificat, *non alio pacto eum Bohemiam ingreſſurum, niſi ſi biceps caput habeat, & vnum Auſtria relinquat, aliud Bohemia, credat*. Ea literæ parum prouide ad *Bohemos* remiſſa. *Ioannes Smirziczki*, velut patriæ proditor, capite damnatus eſt: vir nobilis, & facundiæ gratia, inter primos acceptus, atq; iuſſu *Georgii* de *Pozdzyebrath*, decollatus.

1452.

Boleslaus Theſchinenſis Dux, Regno Poloniæ amiciſſimus,

Octaua die menſis Octobris, *Boleslaus* Dux *Theſchenſis* filius *Boleslai*, filii *Przemulai*, in *Theſchin* moritur, & ibidem in Monaſterio Fratrum Prædicatorum, ſepelitur. Regno *Poloniæ* amiciſſimus. Petens ſibi à DEO optimo eam vitam, eamque fœlicitatem concedi, vt non videret prius mortem, donec vniuerſam *Sleſia* regionem videret, ad integritatem, ſubiectionem, & obedientiam Regis, & Regni *Polonici* rediiſſe. Reliquit vnum filium *Caſimirum* & duas filias *Zophiam* & *Annam* ex *Anna* Duciſſa *Ruſſia*, filia *Ioannis* alias *Iwan* Ducis de *Byelsko* ſuſceptas. Quarum vna nupſit *Zeganenſi* Duci *Ioanni*, ex altera *Victorino*, filio *Georgii Pozdziebracki*, Duci *Monſterbergenſi*, *Boleslaum Theſchnenſem* Ducem, *Nicolaus*, qui & *Miklaſch* appellabatur, Dux *Rathiborienſis*, filius *Ianuſſii* ſecutus. Qui die Veneris tredecima menſis Septembris abſumptus in *Ribniki* in Monaſterio Sanctimonialium, apud *Rathibor*, Ordinis Prædicatorum ſepultus eſt, duos filios, *Ioannem* & *Venceslaum*, ex prima vxore *Margaretha*, *Clema* terrigenæ ſui relicta, & vnam filiam *Barbaram*, idem ex ſecunda vxore *Barbara*, filia *Rokemberg*, Ciuis *Cracouienſis* & *Vilhelmi* ac *Georgii Orienth*, Ciuium *Cracouienſium* relicta, tertium filium *Nicolaum*, qui poſtea immatura morte diem obiit, in *Cracouienſi* Eccleſia maiori tumulatus, & aliam filiam *Margaretham* relinquens.

& Nicolaus Rathiborienſis, obeunt.

Prodigium mirandum innocentis hominis à capitali pœna liberati Lublini factum.

Penultima menſis Decembris, apud *Lublin* Oppidum *Cracouienſis* diœceſis, ad fluuium *Biſtrzicza* ſitum, humilis ſortis, & ruſticani generis vir, *Stanislaus* alias *Iwanek*, & ipſe ex Sciſmaticis parentibus *Ruthenis* ortus, & recenter, ad fidem orthodoxam conuerſis, ſeruitutem *Lithuanicam* fugiens, in *Lublin* diuerterat. Is eum apud vnum, ex ciuibus *Lublinenſibus* *Swyecz* nomine mercede conductus, ſeruilia implendo opera in nemus vicinum Oppido, in equis, cauſa ſcindendorum lignorum, iuiſſet, & onerato curru lignis, reuertens, ad tabernam meritoriam villæ *Maczina*, ſitim extincturus, deſcendit. Quo illic ſtante, ruſtici iurgati, ex ſe vnum occidunt, & omne crimen in *Stanislaum*, alias *Iwanek*, innocentem torquent. Qui in *Lublin* diffugiens, à Germano occiſi, calente adhuc cadauere, captus, inſtaurato Ciuili iudicio, in quo *Nicolaus Teſchna* Aduocatus præſidebat, neci addictus, & extra muros eductus eſt. Hunc plerique Ciues *Lublinenſes*, & ſignanter herus ſuus *Swyecz*, & *Marcus* Conſul, ac alii,

colla-

1452. collatiooe viritim vsque ad ſummam ſeptem
marcarum facta, liberare innocentem, non
tam precio, quam prece inſtantiſſime tenta-
uiſſent, in furorem germanus, Conſanguinei
occiſi, qui glomerati, in Coronæ modum ſta-
bant, verſi, reſponderunt. *Non, ſi de Cœlo
Deus perſonaliter, cum genitrice ſua, & San-
ctis omnibus, deſcenderet, & rogarent, ſe
illi indulſuros.* Non tulit tantam blaſphe-
miam ruſticorum Deus, & innocentis necem,
omni conſolatu, & multitudine plebis, ad hu-
iusmodi ſpectaculum effuſa, non ſecus, quam
ſi migratura Ciuitas foret, ſpectante ſuppli-
ce, condemnato flexo, oculis in cœlum ſuſpe-
xit, & lachrymis rorantibus, ora fundens.
Tu, inquit, *omnipotens, ſcrutator ſecretorum
noſti, quod innocenter pereo: cum nihil
horum fecerim, quæ accuſatorum meorum
conſlauit, aduerſus me calumnioſa impietas.*
Tunc lictor poſtea acceſſit, & iugulum in-
nocentis feriturus, micantem elcuans, ex-
ercitata dextra, mucronem, totis concitat
viribus, ſed in viro lethali, ad primum ta-
ctum ſtetit. Quem cum rurſus marce-
ſcentem, iratus carnifex, in ſecundos im-
petus torſiſſet, amplius languitatus dilabi-
tur. Non tamen lictor exterritus, ſed fu-
rens & non tam plectendo, quam ferro ira-
tus, totas, brachiis diſtentius retortis, ex-
pandit vires. Sed ferro tertio reſiliente,
& leniter cutem, in locis tribus, quæ gladi-
us attigerat, modico raſuræ, ſanguine aſper-
ſis, perſtringente. Sacramento Trinitaris
ſpiculator exterritus, acinace proiecto, in Cœ-
nobium fratrum & ſororum Sanctæ *Brigittæ*,
ſibi vicinum, populo vniuerſo, laudes Deo
vociferante, & innocentem certatim eripien-
te diffugit. Eveſtigioque condemnatus, in
Oppidum, tres cruentas lineas, quas acutiſſi-
mus gladius ſulcauerat, ſecum deferens, &
his, qui actum illum non viderunt, fidem fa-
ciens incolumis reductus. Et ſtipe Ciuium
adiutus, ad peregrinas regiones abiit: omne
reſiduum vitæ tempus, in obſequiis Diuinis,
ob grande beneficium, ſibi a Deo præſtitum,
expenſurus.

1453. Natalis Domini diem anni huius, *Caſimi-
rus Poloniæ* Rex, ex venationibus, & luſtris
ſyluarum reuerſus, in *Throki* tenuit & celebra-
uit. *Thartari* circa Feſtum Circumciſionis
Domini, in modico exercitu, & quantitate exi-
gua congregati, habentes ſecum, vt quorun-
dam relatio habuit, adoleſcentes, & fœminas
in comitatu, terram *Luconſem* ingreſſi, fere
omnem, nullo prohibente, aut opponente de-
fenſionem peragrantes, captis hominibus vtri-
uſq; ſexus, verſus *Olyeſchko* tenentes viam, vbi
etiam aliquos improuiſos, captiuauerunt, ad
propria, cum ingenti præda hominum & pe-
corum, reuerſi ſunt. Captorum autem, & ab-
ductorum, numerus fuit nouem millia anima-

Terram Lucenſem Thartari depopulantur, nullo prohibente.

marum, quos omnes manus impia *Tartarorum*, 1453.
inter ſe partitos, velut pecora vendidit, aut
A ſuo ſpurciſſimo cultui appropriauit.
Ad reddendam vicisſitudinem huius bel-
li, quod Duces *Ianuſſius Oſſwiaczimenſis*, &
Przemislaus Thoſzecenſis, peſte premente Re-
gnum intulerant, conſilio & deliberatione Ba-
ronum *Poloniæ*, qui Conuentionem in *Lu-
blin* tenebant, *Ioannes Szczekocki* Capitaneus,
& *Ioannes Kuropathwa* Succamerarius
Lublinenſes, pro Capitaneis electi, cum gen-
tibus precio conductis transmittuntur. Qui
illico Caſtrum *Oſzwiaczim* obſidione cin-
gunt. Et obſidione continuata, facile ad
deditionem obſeſſos coëgiſſent, niſi Dux *Ia-
nuſſius Oſwiazimenſis*, qui obſidionem veri-
B tus, ex Caſtro diſceſſerat *Cracouiam*, pro feſto
Purificationis Sanctæ *Mariæ* Virginis, & plures
Barones (peſtis enim iam ceſſauerat) illic repe-
riens, ſcelus ſuum confeſſus, veniam humillime
poſtulaſſet. Cum quo per aliquas conditiones
æquas, ſufferentiæ pacis factæ ſunt. Caſtro ta-
men *Oſſwiaczimenſe* in poteſtatem Regis, & Re-
gni *Poloniæ* tradito. Quod *Ioannes Czizowſ-
ki* Caſtellanus & Capitaneus *Cracouienſis* ac-
cepit in tenutam, non aliter de illo ceſſurus,
donec certæ pecuniarum ſummæ, pro ſtipen-
diariis Regiis expoſitæ, cum damnis, per eum
regno illatis, per Ducem *Oſzwiaczimenſem*
ſoluerentur, aut ipſe Dux, cum terra ſua feu-
dum, & homagium Regi, & Regno præſta-
ret. Rexque alteram ex his conditionem
C eligeret. Ad quem placandum Dux ipſe
perſonaliter, ſe in *Lithuaniam* contulit. Cum
germano vero ſuo Duce *Toſzecenſe*, induciæ
ad Feſtum S. *Iacobi* Apoſtoli firmatæ, & bel-
lum quamuis iuſta ſtimulabat ira, dilatum,
quoniam & niues, & frigus contra illum in-
ſtaurari bellum non ſinebant. Sæpe tamen
illas temerare non erubuit, velut homo malæ
fidei, & promiſſi parum conſtantis. Penden-
tibusque illis aliquot currus mercatorum de
Cracouia, ex *Wratislauia* euntes, ſpoliauit,
& familiares ſuos, qui prædas & furta in Re-
gno agerent transmittebant. Qui faciliter
etiam hyeme durante domari potuit. Va-
cuo tamen exiſtente Regis Ærario, ſinguli e-
D nim prouentus Regii deferebantur in *Lithua-
niam*, aut erogabantur in priuata negocia.
Baronibusque ſimultates inter ſe & odia nu-
trientibus, nulla cura, aut ſolicitudo de pu-
blica re habebatur.

Oſſzwiaczimia in poteſtatem Caſimiri Poloniæ Regis traditur.

Die Dominico Lætare, quæ fuit vndecima
menſis Martii, *Wladiſlaus* Archiepiſcopus
Gneſnenſis, hora tertiarum, in patrimonio,
in Caſtro ſuo *Oporow*, quod ipſe, vna cum
Eccleſia Parochiali à primis fundamentis co-
cto latere ædificauerat, ægritudine apoplexiæ
laborans, quæ illum dudum ante percuſſerat,
procuratus Sacramentis Eccleſiæ, in optima
deuotione moritur, & in Monaſterio *Oporo-*

Wladislao Archiepiſcopo Gneſnenſi mortuo,

1453.

uienſi, ſtatrum hæremitarum S. *Pauli*, quod ex Ecclesia parochiali fundauerat, die *Veneris*, mortem ſuam ſequente ſepelitur. Et licet Capitulum Eccleſiæ *Gneſnenſis*, miſſis ex gremio ſui duobus Canonicis, reddi ſibi corpus, & ſepeliri more vetuſto prædeceſſorum, in Eccleſia *Gneſnenſe* expediiſſet, fratres tamen & conſanguinei ſui, nullatenus in id annuere voluerunt: aſſerentes ſe mandato, & iuramento, dum ageret in humanis conſtrictos, vt corpus ſuum non alibi, quam in *Oporow* terræ mandarent, & iuſta funeri perſoluerent. Sedit in ſede *Gneſnenſe*, annis quatuor, menſibus duobus. Pro electione futuri Primatis, dies benedictæ Trinitatis, quæ fuit vigeſima ſeptima menſis Maii, indicta, *Iacobus* de *Syenno* Protonotarius Apoſtolicus, & Præpoſitus *Cracouienſis*, & *Iacobus Roth*, Decanus *Gneſnenſis* in *Lithuaniam* ad *Caſimirum Poloniæ* Regem, legati miſſi, vt Capitulo, libera electio futuri Præſulis permitteretur: His reſponſum eſt, *nolle Regem, in hac re quicquam conſtituere, niſi Prælatis & Baronibus, in futura Parczouienſi Conuentione, quindecima die poſt feſtum Pentecoſtes, tenenda conſultis.*

& electionem Caſimiro Rege turbante,

Verum cum dies conſtituta Comitiorum aduenisset, ſuperuenere Nuncii, videlicet *Iacobus Kobilienski*, & *Thomas Secigniewski* ex *Lithuania* a *Caſimiro* Rege miſſi, petentes Capitulum, *vt dilatio electionis fieret.* Quod vbi *non poſſe procedere*, reſponſum eſt, *propter breuitatem exiguam, reſidui temporis. Quo lapſo, & menſibus tribus, à die mortis tranſactis, poteſtas eligendi eripiebatur.* Rogabant Nuncii Regii, & requirebant, *vt nullus alius, niſi Ioannes Sprowski, Præpoſitus Sandomirienſis, & Canonicus Gneſnenſis, Notarius Regius eligeretur.* Adibantque quemlibet ſeorſum, cum literis credentialibus, ſolicitando, vt in nominationem Regis conſentirent. Electione inſtaurata, quam placuit per modum Scrutinii teneri, tredecim Capitulares, ſequendo votum *Caſimiri* Regis *Ioannem Sprowski* de Domo *Odrowaſz* elegerunt.

duo videlicet Sprowski

Reſidui vero vndecim, viri timorati, & Zelatores Diuinæ legis nequicquam peticionibus Regiis moti, Magiſtrum *Thomam Strzapinski* Theologiæ, & Canonum Doctorem, Canonicum *Gneſnenſem* & *Cracouienſem*, de Domo *Pruſſi* nobilem elegerunt.

& Strzapienski eliguntur.

Conclaueque egreſſi, monſtroſam electionem duorum prædicant, & pars partem, probris inſectatur, & odiis. Adeoque furor quidam Capitulares cæpit, vt per eos, qui *Sprowski* elegerant, alius Adminiſtrator *Przeduogius Gradzki*, Præpoſitus *Gneſnenſis* eligeretur. Nec verus Adminiſtrator, communiter ab omnibus electus, *Ioannes Ludkonis* de *Brzezye*, quoniam Magiſtrum *Thomam* elegerat, prodeſſe poſſet amplius parti ſuæ.

1453.

Matthia Vilnenſi

Abſumptus eſt, pro eodem tempore, nona videlicet menſis Maii *Matthias* Epiſcopus *Vilnenſis*, & in Eccleſia *Vilnenſe*, præſentia *Caſimiri* Regis, funus ſuum cohoneſtante, ſepultus. Qui primum *Samogithiæ*, deinde *Vilnenſis* Epiſcopus, vltra quadraginta annos in Pontificatu exegerat. Vir in amplianda fide catholica, inter populos neophytos, optimus & ſingularis, ſuper commiſſum ſibi gregem ſtudioſiſſime inuigilans. Huius pater ex *Liuonia* ortus, continuum habebat incolatum in *Vilna*. Vbi & ipſe *Matthias* Epiſcopus, ab eo productus, natione *Lithuanus* putabatur. Huic ſucceſſit *Nicolaus*, patre *Polono* natus, nobilis de Domo *Wyenyaua*.

Nicolaus de Domo Wienyaua, & Paulo Camenecenſi, optimis Epiſcopis mortuis

Abſumptus, & *Paulus* Epiſcopus *Camenecenſis*, in Dominica Iudica, quæ fuit decima octaua menſis Martii, & ſepultus in Eccleſia ſua *Camenecenſe*, Vir miræ benignitatis, qui omnem ſubſtantiam ſuam, in vſus pauperum præsbiterorum, ſecum degentium, liberaliter erogabat. Ita in breui tempore tres Pontifices Prouinciæ *Gneſnenſis* ſublati ſunt. Huic ſucceſſit *Ioannes Labuczki*, nobilis de domo *Zagroba*.

Ioannes Labuczki, armorum Zagroba ſuccedit.

Conſtabat autem præfatum *Matthiam* Epiſcopum *Vilnenſem*, & in vita, & in morte, graui pœnitentia, ſuper his, quæ pro *Lithuanis*, contra *Polonos*, parum vere, parumque iuſte ſuper proprietate, & iure terrarum Lucenſium & *Podoliæ*, priuatim, & publice aduocauerat, qui totius veritatis fuit conſcius ſe multipliciter affeciſſe, expetendo à Deo, dari ſibi ſpacium & locum, in quo male in pectoribus *Lithuanorum*, per eum ſata, meliori veriorique poſſet retractatione reſcindere.

Thartari in Podoliam irrumpentes

Circa Feſtum Paſchæ, quod cadebat, in primam diem Menſis Aprilis, exercitus *Tartarorum*, terras *Podoliæ*, velut omni defenſione vacuas, prædandi animo, & Diſtrictum *Trabowlienſem* ingreſſi ſunt. Dumq; nullo obſtante, paſſim diſcurrendo, multos homines vtriusq; ſexus, & pecora capta, læto abduceret & bitarie diuiſus eſſet. Vir quidam animo & ingenio inſignis, *Ioannes Laſcz*, Tenutarius in *Zinkowiecz*, nobilis de domo *Pomyani*, cum *Ioanne Niemiecz* in *Lethiczow*, & *Maczieiek* in *Miedziboze*, Tenutariis, collecta exigua, equitum & peditum agreſti manu, eos inſequitur.

exiguo Polonorum manu auſpiciis Laſcz

Verum quia, & viribus, & numero, ſe, videbat hoſtibus imparem, aperte decernere veritus, oportunum tempus, ad dimicandum, noctis latebras ratus. *Tartarorum* inſecutus agmen, id quod animo deſtinauerat, omnes ſopori deditos, feria ſecunda, poſt Conductum Paſchæ, in campo *Kraſznow*, prope fluuium *Skucz*, inter *Oſtrog*, & *Zinkowiecz* reperiens, & ſuorum animos exhortatione ſtrenua confirmans, in caſtra irruit. Et

in campo Kraſnow

nullis

1453.

nulli parcens conditioni. *Tartarorum* omne illud robur, nihil minus quam tale quid veritum, proſternit cedendoque interficit, ac prædam per *Tartaros* captam libertati reſtituit. Prædam vero omnem hoſtilem, tam pediti, quam equiti diuidit. Tricenti *Tartari*, qui inter tumultum euaſerant, ortum diei expectabant, pugnandi copiam facturi, aut cladem acceptam reſarturi. Quo comperto, *Ioannes Laſcz*, nihil cunctandum ſibi, in fortunæ, quam acceperat, euentu, ratus, videns ſuorum animos, & vires creuiſſe, à recenti clade, ad reliquos exercitus *Tartarorum*, qui haud longe aberant eos ducit. Ibi non nocte ſed interdiu fit congreſſus, DEO autem optimo gubernante, in primis Duces partis vtriusque concurrunt, & *Tartarorum* Duce deuicto & occiſo, reliquus *Tartarorum* exercitus, in trepidationem verſus, paululum impetum *Polonorum* ſuſtinuit. Deinde cum *Poloni* perculſis metu audacius inſtarent, in fugam omnes conuertuntur, nec dimicatio amplius, ſed cædes durabat. *Poloni* duplici conflictu victores, ſuis omnibus recuperatis, læti ad propria reuertuntur, & alacres. *Tartarorum* vero reliquiæ, ex fuga collectæ, dum circa *Braczlaw* adueniſſent à *Braclauienſibus* da aorum clade certificatis, omnes ad vnum obtriti ſunt. Plures captiui in ſignum victoriæ Regi *Caſimiro* præſentati.

omnes fere deſtrutur.

Conſpiratores multi nobiles in Nicolaum quintum Romanum Pontificem, & Cardinales,

Romani per idem tempus, dum eſſent ex anno iubileo, auro multo, ad eos importato, locupletes, priſtinæ ſuæ gloriæ & fortitudinis memores, qua aliquando, non ſolum *Italiæ*, ſed & *Aſiæ*, & *Aphricæ* dominati, iura reddebant, erexerunt animos, in ſpem eiusdem gloriæ, & virtutis, poriundæ & recuperandæ. Conſpirationeque facta, conſtituerant, *Nicolao* Papa quinto, viro bono & ſimplici, omnibusque Cardinalibus, & maioribus Curiæ trucidatis, *Roma* primum, deinde cæteris vrbibus *Italiæ* potiri. Conueniens Dux ad hanc rem maturandam, delectus erat, *Stephanus* de *Porcariis* vtriusque Iuris Doctor, non ſolum nobilitate, doctrina, & eloquentia, ſed etiam aſtu, & ingenio celebris. Cuius quia ingenium ſuſpectum Papæ erat, *Roma* relegatus, *Bononia* morabatur: Pro die tamen Epiphaniæ. qui rei perficiendæ conſtitutus erat, tempeſtiue aduenit. Et niſi tractatus conſpirationis, Diuina potius, quam humana induſtria, detectus fuiſſet, trucidatio Papæ ſubſecuta fuiſſet. Cum multa itaque cura & diligentia, præfatus *Stephanus* queſitus, tandem in domo ſororis, in ciſta vna, fœminis vbique obſeſſa, quo magis latere poſſet, repertus eſt, & tormentis adhibitis, facinus ſuum non ſolum confeſſus eſt, ſed etiam conſcios ſceleris detexit. In Caſtro *Angeli*, ſuſpendio iugulatus, triduo populo ſpectaculum præbuit.

nonnulli pœna capitis Roma plectuntur.

Quinquaginta *Romani*, quos notauerat capti: de quibus quinque, quorum Conſilio compertum erat Conſpirationem initam, inter quos *Angelus* maximus, cum filio Doctore inſigni, vix duo de viginti annos habente, da *Columnarum* Domo, ante Capitolium, inſpectante vniuerſa *Roma*, & fletu atque eiulatu, per aera raſonante, fœminis præſertim, & his, quorum erant, aut viri, aut filii, aut affines, patibulo vitam finierunt. Summus Pontifex, omnium, taliter damnatorum, bona quælibet, in fiſcum ſuum redegit. Vis magna auri, vetuſto opere ſignati, apud *Angelum* maximum reperta eſt. Qui & ſuis facultatibus *Stephanum* de *Porcariis*, nutriendo, & promouando huiusmodi conſpirationem releuabat. Creditus eſt à nonnullis *Alphonſus Aragonum* & *Siciliæ* Rex, huiusmodi conſpirationis, non conſcius ſolum, ſed & particeps fuiſſe, & ipſam ſuis callidis ingeniis ſumptibusque adiuuiſſe.

Ex *Lithuania Caſimirus Poloniæ* Rex diſceſſum faciens, primum in *Parczow* die Dominico, intra octauas Corporis Chriſti, quæ fuit dies tertia menſis Iunii aduenit. Conuentionem, eum vtriusque partis, Regni videlicet *Poloniæ* & Ducatus magni *Lithuaniæ*, Prælatis & Baronibus, celebraturus. Conuenerant ad Conuentionem iſtam, *Sbigneus* Cardinalis, & Epiſcopus *Cracouienſis*, *Ioannes Wladislauienſis*, & *Andreas Poſnanienſis* Epiſcopi, *Ioannes* de *Czizow*, Caſtellanus & Capitaneus *Cracouienſis*, *Ioannes* de *Thaczin Cracouienſis*, *Lucas* de *Gorka Poſnanienſis*, Palatini, cæterique Dignitarii Regni, in notabili numero. Ex Prælatis raro & Baronibus *Lithuaniæ*, nullus viſus eſt veniſſe. Peruenientes ſiquidem in *Brzeſczye*, ſubſtiterunt illic, nolentes amplius progredi, aſſerentes *ſibi tenſas eſſe per Polonos, quam primum aduenirent, de quo eſſent aliqui Polonorum literis auiſati, mortis inſidias.* Quæ res plurimum Prælatis *Poloniæ* moleſta erat: quoniam videbant, non ſolum impenſas, & fatigas ſuas perditum iri, ſed Regem quoque, & ſe in leuitatem trahi. Vnde & *Caſimirum* Regem multipliciter coarguebant, *cur ſe & eos ad huiuſcemodi ignominiam perduxiſſet, & in tempore ſcita Lithuanorum voluntate, ne in vacuum fatigarentur, auiſaſſet.* Venerunt tamen *Lithuanorum* Nuncii, Dux *Georgius Syemienowicz*, Dux *Boriſch*, *Onacz*, *Andreas Zakowicz*, & *Ioannes Nyemierowicz*. Qui in præſentia Regis, & Conſiliariorum duo petebant, *vt terra Podoliæ, Rathno, Olieſchko & Wyesli, Lithuanis reſtituerentur, & Ducatus magnus Lithuaniæ, eos haberet fines, quos tempore Ducis magni Withawdi habuit.* Item *vt literæ & inſcriptiones veteres, penitus abrogarentur, & noua firmarentur.* His petitionibus, per organum *Sbignei* Cardinalis, & Epiſcopi *Cracouienſis*, reſponſum

Rurſus Lithuanorum temeritatem in repetendis quibuſdam terris Poloni experiuntur.

eſt;

1453. eſt: *Non eſſe æquum aut iuſtum literas, inſcriptiones, atque ligas, per annos quinquaginta, cum magna maturitate confectas & firmatas, rumpi debere nouarum reſpectu, cum poſteritas Lithuanorum, eadem leuitate, qua & nunc, illas inficiatura, nec terras antiquas Regni Poloniæ, cruore & Brachio, à Barbaris & fidelibus quæſitas, ab eodem Regno ſequeſtrari. Quas etſi Dux magnus Withawdus, habebat in Tenuta, conceſſione tamen Wladislai Regis, ad vitam facta, id actum erat, quæ trahi non debet, ad perpetuitatis conditionem: cum publicum ſit, terram Podoliæ Regem donatione perpetua Spitkoni de Melſthin donaſſe.* Dumque per *Ouaez Lithuanum* replicatio adiecta eſſet, *terram Podoliæ, in quadraginta millibus, latorum groſſorum, per Wladislaum Regem, Duci magno Withawdo inſcriptam fore. Ex hac*, inquit Cardinalis, *tua confeſſione, certum eſt, ius ad terram Podoliæ Polonis non Lithuanis eſſe, & ius pecuniarum, Vithawdo mortuo ad Regem reuolutum, & extinctum eſſe, neque Barones Lithuanos, dignam & iuſtam æſtimationem rerum facere. Nam cum Poloni, propter eos bellum atrox & difficile cum Cruciferis de Pruſsia ſuſcepiſſent, & Cruciferos ipſos aliquot prælus ſecundis fudiſſent, terras etiam Samogithiarum & Sudorum, pro quibus ortum erat bellum ex faucibus Cruciferorum ereptas, propriis, quæ ad eos remanſerunt neglectis, Lithuanis reſtituiſſent, pro beneficio ampliſſimo, occupando terram Lucenſem, fœdam iniuriam redderent, ex reſtitutione terrarum Samogithiæ & Sudorum aucti, ad occupationem terræ Lucenſis, callidius aſpirarent: Nihil tamen velle, ex proprio arbitrio Polonos agere, & in cauſa propria decreta facere: Si in literis, vel in terris ſe Barones Lithuaniæ, quemadmodum aſſerunt, circumuentos exiſtimant, primum in Regis Caſimiri, qui eſt eorum, & Polonorum communis Dominus, deinde ſi id diſplicet, in Papæ, Imperatoris, vel alicuius ex Regibus, & Principibus Catholicis, iuſtum iudicium, venire non formident. Polonos de omni iure, iuxta pronunciantis arbitrium ceſſuros, ſin minus, non dubitent Polonos, iure & iuſtitia vſuros, & tempore opportuno, cum adiutorio Dei Omnipotentis, & aſſiſtentia ſui Regis, ſuas iniurias proſecuturos:* Nihil, oblatio tam humilis, mouit animos eorum. Scrutabantur tamen, *an in Thartarorum Imperatorem, conſentirent Poloni compromittere*, vbi *id Chriſtianis, contumelioſum eſſe* reſponſum eſt. Pene ſe illa reſponſione victos & oblatione, nihil amplius ingerendo, confeſſi ſunt. Cum hac & non alia reſponſione *Lithuani* dimiſſi, nec aliqua ſuſpenſio rerum, vt alias, licet aliqui Conſiliarii callide, & vafre nimis, pro illa inſtabant, admiſſa eſt. Scitum enim fuit, per ſuſpenſionem, cum *Lithuanis* fiendam, alteram ſuſpenſionem Confirmationis iurium *Poloniæ* Regni, literis Regiis, iam in præterita Conuentione *Siradienſi* repromiſſam, propter quam futura conuentio *Pyotrcouienſis*, pro die Sancti *Ioannis* Baptiſtæ inſtituta erat, neceſſario emerſuram. 1453.

Nunciis Ducum *Wladislai* & *Boleslai Maſoniæ*, terras *Gonyadz*, & *Thikoczin* per *Lithuanos* occupatas, repetentibus, crudum & minax reſponſum, organo *Caſimiri* Regis, Conſiliariis inconſultis, datur. Ob quod à Cardinale *Sbigneo* Epiſcopo *Cracouienſe*, Rex ipſe correptus eſt. *Non eſt*, inquit, *Conditionis Regiæ, acerbis factis aut verbis minacibus graſſari: cum & inter apes Rex, nullum aculeum habeat. Principes Maſoniæ, ex ſanguine Regum Poloniæ deſcendunt, tibi etiam ſtricta neceſſitudine affinitatis iuncti ſunt: tam terris & Dominiis, quam militie numeroſo inſignes. Quorum obedientia & feudo gloriari potes, cum tam potentes, & generoſos Duces, pauci Reges orbis feudales habeant. Noli illis pro iuſtitia, quam à te expetunt, minari bellum. Non aliud, quam fines terrarum ſuarum, à te repetunt, iniuſte occupatos. Quacunque vis illata illis fuerit, noſtra erit, neceſſique habebimus, arma & dextras noſtras pro eis, qui nobiſcum vnum corpus ſunt, opponere. Proinde omitte hunc animum, nullatenus ſinemus Principes Regni noſtri, in aliquam conculcationem aut oppreſſionem, nobis viuentibus perduci.* Hanc reprehenſionem, iuſtam quidem & neceſſariam, vniuerſi ex Conſiliariis probabant. Rexque *Caſimirus* moderatior, in Legatos *Maſoniæ* Ducum eſſe cœpit. Cardinali *Sbigneo* gratiæ à Conſiliariis, & Nuntiis *Maſoniæ* Ducum habitæ, quod iuſtam eorum petitionem & exauditionem dignam monſtrauerit.

Sbigneus Cardinalis & Epiſcopus Cracouienſis obiurgat Caſimirum Regem, Nunciis Ducum Maſoniæ petentibus Goniadz & Thibikoczin terras, per Lithuanos occupatas reddi ſuperbe reſpondentem.

Venerant ad ipſam Conuentionem *Parczouienſem* Nuncii *Conradi* Magiſtri & Ordinis *Pruſſiæ* ab vna, & Militarium Ciuitatumque totius etiam Populi *Pruthenici*, partibus ab altera. Diſſidebant enim vehementer pro quibuſdam Conſtitutionibus, Liga & fœdere contractis, quas Magiſter & Ordo, quoniam eorum potentiam plurimum, ſi contra fas & ius agerent, dubitabant reſcindere omni conatu nitebantur. Petebat Magiſter, & Ordo, *ne Caſimirus Rex & Regnum Poloniæ releuamen aut aſſiſtentiam eis præſtaret, & fœderum perpetuæ pacis memor eſſet.* Petebant militares & populus, *vt Rex haberet eorum iuſtitiam commendatam, & apud Fredericum Romanorum Imperatorem, coram quo, iudicialem eſſent contentionem, pro die Sancti Ioannis Baptiſtæ, inituri, eorum iuſtitiam promoueret, cum ex ea pax Regni Polo-*

Caſimirus Rex Poloniæ Pruthenos inter ſe diſſidentes per Nuncios eorum rogatus,

1453.

Polonia penderet, & ea diſrupta, facultas reſtitueretur, Magiſtro & Ordini, pacem pro libito rumpendi. Vtriſque reſponſum eſt: *Dolere Regem & Regnum, de mutuo diſſidio eorum, neutralem ſe velle gerere, & neque hanc, neque illam partem promouere, præſertim, ex quo contentio earum, in Iudicium Imperatoris deducta erat, cuius decreto, & deciſione dirimenda veniret, ſe, velut Catholicum Principem, non odia aut diſſidia nutriturum, ſed pro vnione, & pace priſtina laboraturum. Viderent, ſi opera eius ad compoſitionem vti vellent, animo grato, & facili, ſe illam præſtaturum.* Vtraque pars cum gratitudine diſceſſit. Ab eo autem tempore pacis perpetuæ, inter Regnum *Poloniæ* & Magiſtrum, atque ordinem Cruciſericum firmatæ, tranquillitas, cui vtraque pars, nimium confidere videbatur, non ſecus quam ſolis ſerenitas intenſa, in bellorum nimbos, ſenſim cæpit deferveſcere repentinos.

compoſiturum ſe promittit.

Caſimirus Rex neq; ſide Polonorum ſancte ſibi conſulentium, neque fraudibus ac inobedientia Lithuanorum

Solicitatus eſt & tunc *Caſimirus Poloniæ* Rex, vt iuribus Regni *Poloniæ* Confirmationem daret. Orſuſque *Sbigneus* Cardinalis, & Epiſcopus *Cracouienſis* materiam hanc in longum diſſeruit. *Attendendum*, inquit, *Sereniſſime Rex, in quanto honore ſimul & periculo apud Lithuanos verſaris: Quorum voluntati deferendo, in hanc diem iura Regni confirmare protelaſti. Non te Ducem, non te Regem exiſtimant, proprio viuunt, & ſingula publica, & priuata regunt negocia ſuo arbitrio. Nos, qui pro te annis ſex graui onere premimur, tuo nihilominus parentes imperio, huc venimus. Illi apud quos, & autumnum & hyemem, partemque veris maiorem exegiſti, conduci non poterant, vt venirent. Maiorque illis fructus, de culpa prouenit, quam nobis de virtute. Quorum nonnulli in tuam necem ſepties conſpirauerant: executuri malignum propoſitum, niſi benignitate ſuperum, nobis conſeruatus fuiſſes. Taceo Suchtam Ducem Ruthenum, quem tam immoderato complexus fueras amore, vt lecto vno & eodem, tecum frequenter cubauerit: qui precio corruptus, occidere te, niſi à coniuratis fuiſſet proditus, maximo ſtudio, & cura ſæpe moliebatur. Conſurge aliquando, & excute hunc contemptum. Non metuas Lithuanorum rebellionem, cogemus illos in virtute Dei omnipotentis, ad tui obedienciam atque ſubiectionem. Polonorum fides ſtudium & aſſiſtentia te Dominum Lithuaniæ conſtituet. Quod ſi Polonos amiſeris, fruſtra de Lithuanis confidis: qui te modo florentem deſpiciunt, magis te certo contemnent à nobis deſertum, Imperium tuum Poloni, velut naturale perferunt, Lithuani non ſecus, ac violentum. Conſilium ab his ſalubrius dari ſcito, qui amant, quam qui metuunt. Si tibi aliquis ex Polonis aliud perſuadet, ſcito illum, infeſtiſſimum tibi hoſtem, falſumque conſultorem, & mendacem eſſe.* In hancque ſententiam omnium ab dignitatum ordinibus, itum eſt tam A conſormi conſiliorum & votationum tenore, vt quilibet aliquid ſingularis rationis adiiceret, viſuſque ſum mihi Senatui priſco Romano intereſſe. Rex tamen capite demiſſo, tellurem oculis intueos, & ab alto pectoris ſuſpiria trahens, & triſtitiam vultu præferens, nequicqoam perſuaſus eſt.

mouetur, quo minus quam illis magis faueret.

Sabbato ante feſtum Sancti *Viti*, *Caſimirus Poloniæ* Rex, *Parczow* egreſſus per *Lublin*, *Caſimirz*, *Soleez*, *Opoczno*, ad tenendam Conuentionem generalem, in *Piotrkow* die Dominico Sancti *Ioannis* Baptiſtæ, aduenit. Ad quam & *Zophia* Regina, Prælatique, Barones, & nobiles, in multitudine copioſa aduenerant. Ibi inprimis ſcriniolum, in quo obligatio Regia de Regni iuri- B bus confirmandis recondita fuit, productum eſt, & literæ obligationis publicatæ & lectæ, Iuxta quas requirebatur Rex, de iurium confirmatione. Qui die vno ad deliberandum obtento, licet *confirmare iura Regni ſe beneuolum, & voluntarium* reſponderet, *ea tamen, vt Rex Poloniæ, non vt Dux Magnus Lithuaniæ confirmaturum* diſtinxit, *nec in literis confirmationum, titulo Magni Ducatus Lithuaniæ, vti ſe velle* aſtruxit, *ne ſuperius iuramentum, Lithuanis præſtitum, temerare videretur, aut ſi ſuppreſſio tituli, Magni Ducatus Lithuaniæ, diſplieeret, ſe in morem patris & fratris titulo ſupremi Ducatus Lithuaniæ* obtolit, *vſurum.* Obligatio Regia, etſi C fucum quendam æquæ rei videbatur habere: re tamen in conſultationem deducta, intellectum eſt, magno dolo & veneno eam redolere. Quapropter omnium conſenſu decretum, *vt obligatione Regis, velut ſibi & Regno nocina, cum per eam literæ, cum Lithuanis confectæ, in dubium reuocarentur, & maior illis abrogatio, quam confirmatio ſuperinduceretur, relecta, omni inſtantia & prece Rex de confirmatione iurium ſolicitaretur,* quinque dies magna cura, maiori prece in ſolicitando Rege nequicquam abſumpti, & pro qualiber die, vicibus aliquot, varii Prælati, & Barones, ad extremum *Zophia* Regina, *Sbigneuſque* Cardinalis, & Epiſcopus *Cracouienſis* mittebantur, multiplici perſuaſione vrgendo, ferream mentem, mollire non poterant. D Et dum nihil ſpei reſtaret, actum eſt de republica Regni *Poloniæ*, & ruinam eius aduenisſe, publica voce deplorabant. Quæſitæ & inductæ Primorum ſenteneiæ, *quid in tam periculoſo, & deformi publico ſtatu agendum eſſet.* Aliqui, *abrogata Caſimiri Regis dominatione, imperioque & obedientia Regi ſubtracta, ſubſtituendum alium Regem* decernebant. Verum cum hæc ſententia etſi ſalutaris, feſtina tamen & aſpera videretur, placuit illam in tempus aptius reſeruatam differre. Conſilio bipartito, quo facilior, matu-

Ægre tandem Caſimirus Rex,

1453.

maturiorque æderetur, pro ſtabilimento Regni, in tam difficili euentu, prouiſin, ita vt primores vnum locum tenerent, nobilitas, cum mediocribus Baronibus, alterum locum obſeruarent, concordes concluſiones, ab vtriſque æditæ, & ab omnibus acceptatæ ſunt, *vt in defectu, quo Rex plena forma, pleno titulo, confirmare iura Regni recuſaret, Prælati, Principes, Barones, Nobiles, iuramentis, & inſcriptionibus firment, & mutuo obligent ſe, iura & libertates, tam Eccleſiaſticas, quam Secnlares, metasque Regni nunquam deſerturos, ſed illas manu tenere, & defendere, ac pro illarum integritate, & conſeruatione reſiſtere ſanguine, ſactu, & armis. Perſonam vero ad violationem iurium, libertatum, & metarnm Regni intendentem, etiam ſi Regali perfulgeret dignitate, omni proſequi caſtigatione, ſtudio & conatu. Vtque Regi adiungerentur quatuor Conſiliarii, ſine quorum conſenſu, nihil ei agere in rebus grauibus liceret, omniaque Regia decreta eis diſſentientibus eſſent irrita. Et omnes Lithuani relegarentur in Lithuaniam*, quorum faſcinatione, & inſtinctu, compertum erat, *Caſimirum* Regem, animum, de non confirmandis iuribus Regni, obſtinaſſe. *Vt in ſtationibus Regiis, vetus moderamen ſeruaretur, ſimul & in Podwodis, nouis grauaminibus & aliis diariis abrogatis.* Hæ Concluſiones, cum *Caſimiro* Regi, per organum *Sbignei* Cardinalis, recitatæ eſſent, rogareturque, *vt Ducatu magno Lithuaniæ, altero Duci, ſibi & Regno beneuolo & fideli, in tuitiam & commendam dato, ipſe gubernationi Regni Poloniæ operoſius intenderet, cum ſub eius regimine, diuiſo & diſtracto, vtriuſque dominii reſpublica plurimum vacillaret*, dolorem triſtitiamque animi tam verbis quam geſtu, cœpit oſtendere, & maiorem beneuolentiam, petitioni iuſtæ præſtare. Alteraque die, quo res ſecretior fieret, Primoribus aduocatis, & duodecim ex Communitate accerſitis, in Confirmationem iurium conſentiens, in manibus *Sbiguei* Cardinalis iuramentum, cum pleno titulo præſtitit, corporale: ſub hac verborum forma: *Ego Caſimirus, Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, & hæres Ruſſiæ, iuro, ſpondeo, & promitto, ad hæc ſancta Dei Euangelia, quod omnia iura, libertates, priuilegia, literas, immunitates Regni mei Poloniæ Eccleſiaſticas, & Seculares, Eccleſiis, & Regno Poloniæ, Prælatis, & Principibus, Baronibus, Nobilibus, Ciuibus, incolis, & quibuſcunque perſonis, cuiuſcunque ſtatus, aut conditionis exiſtant, per diuos Principes, Reges, Duces, & quoſcunque Dominos, & hæredes Regni Poloniæ, & ſignanter, per Wladislaum genitorem, & Wladislaum Germanum, meos, Reges Poloniæ conceſſas, largitas & donatas, manutenebo, ſeruabo, cuſtodiam, & attendam, in omnibus conditionibus, atque punctis. Et omnia illicite ab eodem Regno alienata, & diſtracta, pro poſſe meo, defendam, & dilatabo, ſic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Euangelia.* Exacto huiuſmodi iuramento ſubſtiterunt Prælati, & Barones, maiora velle, à Rege exigere, exiſtimantes, animum infirmum, etſi non ratione ſaltim tempore ſanari, attento, quod intellexerant, fidem *Lithuanorum*, erga eum labilem, fluxamque eſſe. In quorum fauorem tam fortem, ſe de non confirmandis iuribus exhibebat agoniſtam. Nouem diebus durauit Conuentio; omni multitudine, cum iam ſingula precio quadruplo aſcenderent, graues ſumptus tolerante.

Et fere decretis ſanctionibusque Polonorum coactus,

Ducibus *Boleslao Oppolienſi*, *Przemislao Toſchecenſi*, induciæ in biennium, potentibus Nunciis eorum conceſſæ: non enim placuit geri, etiam cum leuibus hoſtibus, bellum. *Caſimiri* Regis animo non ſtabilito, neque ad plenum maturato, & ſanato.

Oppolienſi & Thoschecenſi Ducibus dantur in biennium induciæ.

Venerant ad Conuentionem ipſam *Piotrkouienſem*, *Ioannes Sprowski*, a Præpoſito *Gneſnenſi*, & duodecim Canonicis, & Magiſter *Thomas Strapinski* à decem, in Archiepiſcopos *Gneſnenſes* electi: petentes ſuarum electionum conſenſum. *Caſimirus* Rex negato Magiſtro *Thoma Strzapinski*, quamuis id ſibi Prælati aliquot & Barones, zelum Dei habentes, diſſuadebant, conſenſum illum transfudit, in *Ioannem Sprowski*, & literas ad Apoſtolicam ſedem neceſſarias, in fauorem *Ioannis Sprowski* dari decreuit. Fauiſſet ſummus Pontifex *Nicolaus*, quintus, in prouidendo magis *Thoma Strzapinski*: quippe, qui eius doctrinam, & præſtantiam, dudum habebat cognitam, quam *Ioanni Sprowski*. Sed *Thoma* ſuo iuri (ſpoliationem enim & ſuam & ſibi adhærentium verebatur) renuntiante, *Ioannes Sprowski*, a Sede Apoſtolica confirmatus, in anno ſubſequenti, apud Eccleſiam *Gneſnenſem*, conſecratus eſt, per *Ioannem Grutzinski* Epiſcopum *Wladislauienſem*, die ſexta Ianuarii.

Iura Regni Polonici omniumque eius ordinum confirmat, iurisiurandi ſacramento, quod hic inſertum eſt.

Iuri ſuo Thoma Strzapienski renunciante, Ioannes Sprowski in Archiepiſcopum Gneſnenſem conſecratur.

Feria tertia in craſtino feſti Viſitationis ſanctæ *Mariæ* Virginis. *Caſimirus Poloniæ* Rex, ex Conuentione *Pyotrkouienſe* diſcedens, vna cum genitrice ſua *Zophia* Regina *Poloniæ*, per *Przedbora*, *Malogoſcz*, *Andrzeiow*, *Vuliciam*, *Proſchenicze*, feria ſecunda, ante feſtum ſanctæ *Margarethæ*, quæ fuit nona menſis Iulii, *Cracouiam* intrauit. Vbi per omnes dies, conſilia habita ſunt, de rebus occurrentibus, Rege *Caſimiro* illic commorante, moleſtiſſima nouitas literis & nunciis *Alexandri* Voieuodæ *Moldaniæ* allata eſt. *Conſtantinopolim Græcorum Metropolim, per Conſtantinopolitanum Imperatorem Turcarum, captam eſſe.* Prædictus ſiquidem *Turcorum* Imperator, anno proxime

Conſtantinopolis per Turcum expugnatur.

trans-

1453. *gnata & di-repta, ſedeq; ſua illic poſi-ta Turcus.*

tranſacto, congregata ſui Imperii potentia, ad ſtrictum maris, quod brachium *Georgii* appellatur, veniens, duas turres miræ fortitudinis, ex muro erexit, iterque omnibus mercatoribus in *Græciam*, & ex *Græcia* cuntibus aditum interclufit. Periculum ingens, parari ſibi vrbs *Conſtantinopolis* intelligens, ſolicitauit variis Nunciis *Nicolaum* Papam quintum, *Alphonſum* Regem *Siciliæ*, & *Aragonum*, *Venetos*, *Genuenſes*, cæteroſque Reges & Chriſtianitatis, vt auxilium ferre, & periculum ſuperimpendens auertere dignarentur, futurum, vt euenit, rati, Vrbem *Conſtantinopolim*, niſi turres, in ſtricto erectæ demoliantur, in poteſtatem *Turcorum* deuenturam. Sed Rex *Aragonum* omneſque Communitates *Italiæ*, propriis bellis intendendo, publico malo occurrere non poterant. *Turcus* itaque innumeris coactis vndique copiis, mirabili apparatu, formidoloſo cum impetu, cuniculis latentibus, foſſis altiſſime actis, aggere late ædito, ponte, qua *Peram* Oppidum verſus mare, muros alluit, vrbis longitudinis, ad duo millia paſſuum raptim extructo, turribus ligneis eo vſque erectis, vt muros vrbis, qui altiſſimi eſſent, excederent, machinamentorum, tormentorumque multiplici adhibito genere, contra inita fœdera, contra iuſiurandum, liberius, & à mari, & à continenti, *Conſtantinopolim* obſidione vexabat. Et videns Patriarcha *Conſtantinopolitanus*, Ciuitatem in arcto eſſe, iuit ſolus, quamuis iam Centenarius eſſet, *Romam* & *Napuliam* ad ſolicitandum & Papam & Regem *Aragonum* de ſubueniendo. Oſtendens in quanto eſſet periculo vrbs *Conſtantinopolitana*. Interea dum tardius omnia adminiſtrarentur, neque enim Summus Pontifex, neque Reges orbis, poterant concipere ardorem pro defenſione *Græciæ*, attento, quod poſt multos ſumptus, & labores, pro vnione fidei habitos, *Græci* vicibus quinque vnione ſuſcepta in pluribus Conciliis, ad id inſtitutis, & diuerſis temporibus, *Latinos* quinquies feſellerant. *Turcus* vrbem opprimebat. Verum quia tam *Græcorum* Imperator cum ſuis, quam *Venetorum* Præfectus *Ioannes* de *Auria* viriliter reſiſtebant. *Turcus* ſpe potiundæ vrbis, multos conatus, pro eius conquiſitione impendit. Bombardiſque & arietibus, tam nocte quam interdiu, quaſſare muros non deſtitit. Itaque cum muros & turres altas & munitas Ciuitatis ſtrauiſſet, & ſolo æquaſſet, foſſaſque Ciuitatis repleuiſſet, vrbem fortem, & nobiliſſimam, tam ſitu, quam munitione, quæ in vniuerſo mundo, ſecundam non habuit, vigeſima nona menſis Maii, poſt quartum, & quinquageſimum diem, poſtquam illam oppugnare cœpit, ſumma vi, & extrema pugna capit: quam *Pauſonius* primus condidit. *Conſtantinus* magnus inſtaurauit, & in æmulationem antiquæ *Romæ* amplificauit, & magnificauit. In ea *Græcorum* Imperator, & ipſe *Conſtantinus* nomine, in extremo periculo vitæ ſuæ pugnans, obtruncatur, & caput eius lancea infixum, ſpectaculo ferebatur. Mandante enim Imperatore *Græcorum* caput interfecti Imperatoris *Turcorum*, à cadauere iam mortuo fuit abſciſſum, & ſibi præſentatum. Turba ingens trucidata. Templa veri Dei polluta ſunt. Inter quæ nobile opus *Iuſtiniani*, Sanctæ *Zophiæ* vocatum, tetro *Machometis* ritu fædatum eſt. Flamines *Turcorum*, per altaria ſalientes, *Machometi* laudes pronunciabant: verum illum, & ſummum Prophetarum, deſtructorem fidei Chriſtianæ vociferantes. Beatæ *Mariæ* Virginis, matris Domini, & aliorum ſanctorum imagines deletæ ſunt, altaria diruta, matronæ, puellæ, & ſacræ virgines, ad libidinem raptæ. Saluatoris noſtri ſimulachrum, in cruce pendentis, per deriſionem, atque contemptum, præcedentibus, qui dicerent, *hic eſt Chriſtianorum Deus*, in Caſtra delatum, ſputo, luto, atque omni fæditate iactatum eſt, omnia luctu plena, cæde, cruore, cadaueribus erat cernere. Cædes paſſim virorum, mulierum, & paruulorum, per feritatem barbaricam, fieri cœptæ ſunt. Nulli ætati, ſexui, vel conditioni, diſcurrentibus vndique barbaris parſum eſt, donec Imperator ipſe *Turcorum* cædem prohibuit, ne vrbs tam magna, vacua habitatoribus maneret. Ad Eccleſias deinde diſcurſum eſt, & primum aurea, & argentea vaſa direpta, Imagines Sanctorum in ludibrium expoſitæ, Campanæ nobiles in bombardas conuerſæ. Imperator *Turcorum* per ſe turrim, apud Eccleſiam ſanctæ *Zophiæ* aſcendens, Imaginem paſſionis Domini Ieſu Chriſti, de petra ſculptam, quæ ab vniuerſa Ciuitate videbatur, loco ſuo mouens, deorſum, cum vituperio deiecit: quæ in partes comminuta eſt. Virgines inſuper tam Sanctimoniales, quam Seculares, inceſtate, & ludibrio habitæ. Cæteræ mulieres, aut in *Turciam* abductæ cum viris, aut venundatæ. Oſſa & reliquiæ ſanctorum diſiecta, & à prophanis hominibus conculcata, aut porcis obiecta. Miſeratus Imperator *Turcorum* venditionem multifariam hominum inſtitit apud *Gerlukam* proditorem, *vt pecuniis ſuis captiuos, ne illos in alienas nationes abduci contingeret, redimeret: ſumpturus ſibi poſtea pecuniam de introitibus Imperialibus.* Qui cum ſemel, & ſecundo, & tertio, maximas ſummas in liberandis captiuis, precibus *Turcorum* Imperatoris conſentiens, & in ſolutione ſu-

Hiſtor. Polon. Lib. XIII.

1453. ne futura, ſpem ponens expoſtulaſſet, miranti Imperatori *Turcorum*, atque à *Gerluka* quærenti, *vnde tantas ſummas pecuniarum conquiſiuiſſet, quibus multa captiuorum millia liberaſſet.* Dum vero *Gerluka* reſpondente didiciſſet, *hæc omnia ex donatione Imperatoris Græcorum habuiſſe*, decollari illum illico præcepit, cum hac exprobratione. *Si pro tantis beneficiis, iam receptis, proditorem te tui Imperatoris, tam liberalis & benefici, conſtituiſti, quomodo mihi fidelis eſſe poteris pro promiſſis & ſperatis.* Filium verò ſuum, quod *Ioannem de Auria*, Præfectum Claſſis *Venetorum*, in dolo occiderat, iuſſit viuum excoriari: Aſſerens *virum tam ſtrenuum & animoſum, ſuam gentem & Ciuitatem defendentem, indigna morte peremptum, quem Imperator ipſe Turcorum, pro ſua probitate & virtute, magis, quam vnam terram appenderet.* *Genuenſium* Ciuitas *Pera*, verita ſimile periculum, miſſis ad *Turcorum* Imperatorem Nunciis, deditionem fecit. Poſtea muri, mœnia, & turres Ciuitatis, mandante *Turco* diſruptæ ſunt, & ſolo æquatæ. Campanæ ſublatæ, & in bombardas reſolutæ, ſedecim millia florenorum, pro tributo annuo impoſita, vicina inſuper Caſtella, portus, telonea, & poſſeſſiones, *Turcus* iuris ſui fecit. Videns inſuper *Turcorum* imperator, Vrbem *Conſtantinopolitanam*, ſitu & ſpacio eſſe latam, & protenſam, in duabus eius partibus muris, turribusque & domibus altioribus demolitis, tertiam eius partem, ſitu & munitione firmiorem ſeruauit. Et excluſis *Græcis* & *Catholicis*, præſidium ſuarum gentium illic poſuit, & arcem erexit, ſedem ſui Imperii, quo facilius reſiſtentiam, & defenſionem, contra Chriſtianos, recoperationem facere intendentes, opponeret: illic collocans. Hæc quidem *Conſtantinopolitana* clades, tam miſerabilis, quam miſeranda. *Turcorum* ingens victoria. *Græcorum* extrema ruina. *Latinorum* infamia fuit: per quam vulnerata eſt fides Catholica, confuſa Religio, nomen Chriſti blaſphematum, & oppreſſum eſt. Ex duobus Chriſtianitatis oculis, alter erutus, ex duabus manibus altera amputata. Bibliothecis combuſtis & *Græcarum* literarum doctrinis, ſine quibus nemo ſe doctum æſtimabat iri, exterminatis.

Pera Genuenſium Colonia terrore nimio adacta hoſti deditur, & tam Conſtantinopolis quam Pera muri, in magna parte demoliuntur.

Turcorum genus

Non ſunt autem Turci, vt plerique autumant, ab origine ſua *Aſiani*, *Scytarum* genus eſt. Qui trans *Tanaim*, *Aſiam* verſus, nulla ſtabili ſede, nullis vrbibus, nullis certis, & perpetuis domiciliis, campos patentes vage paſſimque incolere ſoliti ſunt, ex media Barbaria profectum. Quod vltra *Euxinum*, *Pyrrichiosque* montes, ad ſeptentrionalem Oceanum ſedes habuit. Gens immunda, & ignominioſa, fornicaria, innumeris ſtuprorum generibus. Quæ regnante apud *Francos Pipinos*, montes *Caſpios* exiuit, ac longo itinere ſe in Aſiam recepit, ibique poſthac morata eſt. Et quamuis ſub miti cœlo, & mundiori terra, per tot ſæcula, parum excultam ſe præbuerit: ſapit tamen adhuc multum priſtinæ deformitatis, nec omnem barbariem deterſit. *Conſtantinopoli* expugnata, Principes, Optimatesque captos, crudelis & ſanguinarius Carnifex fœde miſereque iugulans, *Peram* ſubinde è illuſtre regione, vrbis conquiſitæ, ſitum oppidum, opulentiſſimam & claram *Genuenſium* Coloniam, tanta vrbis clade, tam improuiſa calamitate, tam vicino excidio, territam & deiectam perditionem, vt præmiſimus accepit. Eius demollitus, pulcherrimos muros, templa ſpoliari, ſancta violari, reliquum ornatum Ciuitati adimi. Ciues alioquin tetre & indigne vexari permiſit: quibus ad hanc diem, proh ſcelus, nequiter & nefarie dominatur. Audiebantur aſſidue & tritæ querelæ, de tam aſpera, & immani barbarorum crudelitate, in cæde & ſanguine fidelium debacchata, à quibusdam ſuſcepta augebatur, verbis calamitas, futuraque populi Chriſtiani ominabantur pericula. Singulorum erat hæc ſententia, nullam prioribus ſæculis, neque pernicioſiorem vrbi alicui captiuitatem accidiſſe. Erant nonnulli, qui etſi tantæ vrbis ruina ad commiſerationem mouerentur: *Græcos* tamen, propter eorum naturam, mores, vitam, perfidiam, deſidiam, luxum, auariciam, omni ſupplicio iudicabant dignos, quod Catholicorum exercitus, ad recuperandum terram ſanctam, proficiſcentes, calce in farinam mixto, extinguebant, quodque aliquot iam vicibus, fidei catholicæ profeſſionem, in generalibus Conciliis, ſolenniter factam, *Latinis* illudendo abnegabant, & quod in præfata vrbe *Conſtantinopolitana*, publica ephebорum, euiusmodi ſcelus in terris vrbibus igne expiatur, conſtituerant lupanaria. Ob quæ conſtat Pentapolim ſulphure, & igne cœleſti diſperiiſſe, & in ſteriles, ac olidas vndas redactam eſſe. In quorum pectoribus tanta inualuerat ignauia & auaricia, vt ne minimum quidem ex auro & argento, quo abundabant, volebant impendere, ad ſuæ vrbis tutelam, vt prædam *Turcis* opulentiorem relinquerent.

& mores Conſtantinopolitanorum deſcribuntur.

Inſtante Conuentione *Wratislanienſe*, *Caſimirus Poloniæ* Rex, legatos ſuos ſolennes illuc transmittit, videlicet *Ioannem Wladislauienſem*, *Andream Poſnanienſem* Epiſcopos, *Ioannem* de *Czizow*, Caſtellanum & Capi-

1453. Capitaneum, *Ioannem* de *Thaczin* Palatinum, *Cracouienſes*, *Ioannem* de *Koniecz-polie* Regni *Polonia* Cancellarium, *Derslaum* de *Ritbwyani*, Caſtellanum *Roſperienſem*, *Petrum Zaiaczek* Succamerarium *Siradienſem*, *Andream Zakowiecz*, Capitaneum in *Paloczko*, & *Ioannem Nyemirowicz*, *Lithuania* Barones. Qui in magna pompa & apparatu, cum mille ducentis equis, feria ſexta, in die *Laurentii*, *Wratislauiam* ingreſſi ſunt, & ab Legatis *Ladislai* Regis *Hungaria*, qui eos aliquot diebus præceſſerant, Ciuibusque *Wratislauienſibus*, cum honore magno excepti. Miſerat enim *Ladislaus* Rex, pro illa Conuentione, *Ioannem* Epiſcopum *Olomuncenſem* *Otonem*, Ducem *Bauaria*, *Henricum* de *Rozenberg*, *Rupertum* de *Valſche*, *Rupertum* de *Lippa*, *Marsfalcum Bohemia*, *Georgium Grawarski* de *Straſnicza*, *Vlricum Eczyngier*, *Rupertum* de *Ebarzdorff*, *Stephanum Alach*, Cancellarium *Auſtria*, *Stephanum* de *Wayda*, *Sigismundum Eczingyer*, & *Oſſwaldum Reychow*. Altera die, videlicet Sabbato, in craſtino S. *Laurentii* tractatus cæpti ſunt, & decem diebus integris continuati. Concluſioque matrimonii, in-

Matrimonii Caſimiri Polonia Regis, cum Eliſabetha olim Alberti Rom. Regis filia concluſio per Legatos Ladislai Hungaria, & Caſimiri Polonia Regum perficitur & publicatur Wratislauia.

ter *Caſimirum Polonia* Regem & Illuſtriſſimam Principem *Eliſabeth*, natam, quondam *Alberti*, *Romanorum*, *Hungaria*, & *Bohemia* Regis, facta, & literis hinc inde Regum, *Ladislai Hungaria*, & *Caſimiri Polonia*, firmata. Feriaque Secunda poſt feſtum Aſſumptionis, Sanctæ *Maria* Virginis, in Prætorio *Wratislauienſe*, excellenti, & magnæ religionis viro, *Iaanni* de *Capiſtrano*, Orationem diſertam, cuius thema erat. *Hac eſt dies, quam fecit Dominus, exultemus, & lætemur in ea*, faciente publicata eſt. Conditiones autem, ſub quibus affinitas huiusmodi contracta erat, hæ ſunt. *Vt Caſimirus Rex Polama, præfatam Eliſabeth ſibi vsque in Teſchin, die Dominico poſt feſtum Purificationis ſanctæ Maria Virginis adducendam deſponſet, & coronari procuret.* Item *ratione dotis Centum millia florenorum, Ladislaus Rex Hungaria ſibi ſoluat: nulla Conditione reſtituenda, ſi prior Regina deceſſerit, etiam prole aliqua non habita.* Item *Polonia Rex Caſimirus ſibi dotem, & dotalicium in terra Sandomirienſi, Lanciciensique in Oppidis Cala, Opoczno, & Przedecz inſcribat.* Ipſa autem dotis tam ſolennis, & publica obligatio, nunquam habuit aliquem effectum.

Iaannes Capiſtranus ordinis minorum de obſeruantia,

Rebus matrimonii conſumatis, Legati *Polonia Cracouiam* reuertuntur, ducentes ſecum in Comitiua *Ioannem* de *Capiſtrano*, fratrem ordinis minorum, virum excellentis ſanctitatis: Et feria tertia, in die ſancti *Auguſtini Cracouiam* ingrediuntur. Itum 1453. autem eſt præfato beato viro obuiam, non A ſolum ab omnibus Ordinibus, ſed & Sacerdotes vniuerſi Vrbis *Cracouienſis*, cum Magiſtratibus, proceſſionibus ſacris & vexillis, obuiam illi profecti ſunt. Ciuesque mares & fœminæ ſuſcepturi illum, ad duo milliaria gregatim effluxerant. Obuiam illi effuſa fere vniuerſa ciuitata, *Caſimirus* quoque Rex cum *Zophia* Regina, genitrice ſua, & *Sbigneus* Cardinalis, & Epiſcopus *Cracouienſis*, cum magno numero totius militiæ & Cleri, in Campo ante *Clepars*, eum excipiunt, & cum magno triumpho in Ciuitatem introducunt. Magna fuit de eius aduentu Cleri, & populi exultatio, vnde & omnis ſexus, in obuiam ſui fuit effu- B ſus. Pro manſione ſua domus *Georgii Sworcz*, in Circulo *Cracouienſi*, conſignata eſt, & circa Eccleſiam *Adalberti* thronus factus, in quo quolibet die, antequam intenſa frigora aduenirent, lecta miſſa verbum Dei, in latino more ſuo, ſpacio duarum horarum, populo vulgari audiente, & nullam nauſeam ſumente, prædicauit: ea prudentia, eloquentia, atque doctrina præditus, vt mente atque lingua cœleſti loqui videretur. Prædicatioque ſua, aliis duabus horis, in vulgari reſumpta eſt. Sic quatuor horis continuis, quolibet die durauit prædicatio. Vbi vero gelua, & niues adueniunt, in Eccleſiam ſanctæ *Maria* Vir- C ginis, prope ſacrarium, thronus collocatus eſt, & pro die qualibet prædicatio, primum in latina, deinde in vulgari lingua continuata. Manſit autem in Ciuitate *Cracouienſi*, à die ſancti *Auguſtini*, vsque ad quindecimum diem, menſis Maii, ſub quo tempore magnam multitudinem, infirmorum, cæcorum, claudorum, aridorum, & aliis languoribus oppreſſorum, inſpectante populo curauit. Propter quod vniuerſum Regnum *Polonia*, ſed & de vicinis Prouinciis, maxima hominum multitudo, & ad curandas neceſſitates, & infirmitates ſuas, & ad videndum verbum Dei confluebant. Centum & amplius per- D ſonæ, ſacram Religionem ſuam ingreſſæ ſunt.

ſancti Bernardini, ſumma omnium ardinum lætitia, Cracouia excipitur.

Concionatur ibidem,

& curat infirmos.

Sbigneus Cardinalis, & Epiſcopus *Cracouienſis*, locum in *Stradomia*, pro Conuentu & Monaſterio fratrum *Iaannis Campiſtrani*, de obſeruantia in area germani ſui, *Iaannis* de *Olieſchnicza* Palatini *Sandomirienſis* erexit, Et conſtructa Eccleſia lignea, illam in die Natiuitatis ſanctæ *Maria* Virginis, in honorem ſancti *Bernhardini*, omnibus proceſſionibus totius vrbis, ipſum Cardinalem, & fratres conducentibus, conſecrauit: quæ poſt biennium ſumptibus eiusdem Cardinalis,

Sbigneus Cardinalis, & Epiſcopus Cracouienſis Monaſterium & templum diuo Bernardino ſacrum in Stradamia fundat.

1453. coctili muro ornata eſt. Tanta fuit Ciuitatis *Cracouienſis* & vniuerſi populi *Polonici*, charitas erga illum, vt egredientem, & perſonis propriis, & vberibus lachrimis, omnes ordines, & omnis ſtatus honores, ad longiſſimum ſpacium extra portam, aliqui ad duo milliaria proſequerentur. In id Monaſterium, atque ordinem, temporis proceſſu, *Ioannes Melſchinski*, adoleſcens magnarum opum ingreſſus, vitam arctiſſimam egit. Quod eo magis mirari dignum fuit, quia nobiliter, & longe aliter educatus, ad extremam ſe egeſtatem & patientiam, locupleti calcata hereditate, coegerat. Vnus ſolus ex Diuitibus Euangelicam perfectionem ſortitus. Cuius Conuerſionem plurimi admirati, laudabant Dominum, quod in tantis diuitiis, tamque clari generis, & viridis adhuc ætatis adoleſcens, ſubito, omni vitæ temporalis vanitate calcata, aſcendere deſiderauit, ad æternæ vitæ faſtigia.

Quod Ioannes Melſchinski, ſummo loco natus adoleſcens, religionem illam profeſſus ornat.

Feria tertia ante feſtum Natiuitatis ſanctæ *Mariæ* Virginis, *Caſimirus Poloniæ* Rex, *Cracouia* egreſſus, per *Nouam Ciuitatem, Sandomiriam, Lublin, Hrubieſchow*, in *Lithuaniam* iit, & venationes exercere cœpit. Immoratus eſt in venationibus, autumni & hyemis tempus. Sub eius abſentia *Ianusſius* Dux *Oſſwiaczimenſis*, conſiderans Barones Regni *Poloniæ*, per plura loca diſtractos eſſe, congregata aliquali potentia, Caſtrum *Oſſzwiaczimenſe*, quod tunc per *Ioannem Kuropathwa* Succamerarium *Lublinenſem*, pro Rege *Caſimiro* & Regno *Poloniæ* tenebatur, obſidione cingit, Monaſterio fratrum Prædicatorum incaſtellato. Verum cum ab huiuſmodi obſidione, cum ignominia & iactura ſuorum repulſus fuiſſet. Caſtrum antiquum, & per olim patrem ſuum vocatum *Volek*, ruinatum, reformat & reficit, in eoque ponit præſidium. Quod non ſolum terram *Oſſwiaczimenſem*, ſed & confinia Regni ſpoliat & infeſtat, Barones itaque Regni, tarde tamen, poſtquam hoſtium eſt firmatum præſidium, *Cracouiam* conueniunt, & per Aulicos Regis, atque familiares, bellum gerere inſtituunt. Summa itaque totius belli *Ioanni* de *Thaczin* Palatino *Cracouienſi* Commiſſa. Obſidetur caſtrum *Volek*, menſibus aliquot, & per notabiles Regni Barones, & adoleſcentes, videlicet præfatum Palatinum *Cracouienſem*, *Ioannem Tarnowski*, *Ioannem Rythwianski*, Capitaneum *Sandomirienſem*, *Creslaum* de *Kurozwaki Lublinenſem*, *Ioannem* de *Bobrek Ryecenſem* Caſtellanos, *Ioannem Kuropathwa*, *Petrum Schafranietz* Succameratium *Cracouienſem*, *Andream* de *Syenno*, *Ioannem Melſchinski*, & alios. Et poterat intra dies aliquot faciliter conquiri, ſed parua, vel nulla diligentia interponebatur pro conquirendo, periculoſum exiſtimante. Duce belli *Cracouienſe* Palatino, tot inſignes iuuenes, pro conquiſitione caſtri, natura loci plurimum muniri, morti exponere. Intra itaque tempus obſidionis, tractatus de pace habiti ſunt, & pax eo reſpectu concluſa, quoniam indignum iudicabant. *Poloni* enim Caſtro conquiſito, Ducem *Iannsſium* patrimonio ſuo violenter ſpoliari. Dantur ergo *Iannsſio* Duci *Oſſwiaczimenſi* ex pacto viginti millia latorum groſſorum, pro terra *Oſſwiaczimenſi* & ceſſio per eum fit terræ perpetua, & ad Regni *Poloniæ* corpus, vnde olim exciderat, reuertitur. Literæ publicæ de Contractu venditionis & emptionis conficiuntur, & in theſaurum Regium *Cracouiæ* reponuntur.

Ioannes Oſſwyaczimenſis Dux ab Oſſwyaczimia repulſus in Caſtro Voleck reſtaurato collocat præſidium: quo Regni Poloniæ fines turbat.

Sed à Polonis, ad pacis conditiones compulſus, Ducatu Oſſwiaczimenſi cedit: acceptis venditionis nomine viginti millibus latorum groſſorum.

B In die Dominico, feſto ſancti *Simonis* & *Iudæ* Apoſtolorum. *Ladislaus Hungariæ* Rex, & Dux *Auſtriæ*, in Regem *Bohemiæ Pragæ*, per *Dioniſium* Cardinalem & Archiepiſcopum *Strigonienſem* coronatur. Coronatione autem peracta, confirmat iura eorum, & conſuetudines, & præſertim, *vt quilibet habeat liberum arbitrium, quomodo velit ſub vna vel vtraque ſpecie communicare.* Sed hæc confirmatio, multos bonos Catholicos offendit, *Bohemi* in Regis ſumptus, ſuorum quiſque Cenſuum, tertiam partem contulere, ex eaque pecunia Coronationis ſolennia peracta ſunt, ſupportata Curiæ onera, & nonnulla bona regia, a pignore redempta. Quamuis autem non paruo tempore, Rex *Ladis-* C *laus Pragæ* manſerit: nunquam tamen hæreticorum Eccleſias, licet inſtanter rogatus, intrauit, neque eorum ſacris intereſſe dignum duxit. Propter quod, moleſta nimis Regis manſio in *Bohemia* hereticis erat. Quorum ritus damnati, & ab eo, & ab vniuerſis, ad eum confluentibus, contemnebantur, & frequens eorum, qui peſte hereſeos infecti erant, ad puritatem Eccleſiaſticæ veritatis, accedebat numerus.

Ladislaus in Regem Bohemiæ Pragæ coronatus, permittit Bohemis alteram aut vtramque ſpeciem Sacramenti percipere, non tamen ipſe vnquam intereſt hæreticorum ſacris, quamuis à ſingulis tertiam prouentuum partem haberet.

Hungariæ Regnum per id tempus, *Ioannes* de *Hunyad*, & omnes fere arces Regias atque introitus, in poteſtate habuit, illique ſoli à pedeſtribus, atque equeſtribus Copiis parebatur: Id dum primores Re- D gis *Ladislai* Conſiliarii, ſignanter *Vlricus Ciliæ* Comes, moleſtius ferret, criminari *Ioannem*, & inuiſum Regi facere moliebatur: aſſerens *illum, cupidine Regni incenſum, de Rege vi vel veneno enecando, animum intendiſſe.* Propter quod Comes ipſe ſæpius in Caput *Ioannis*, Rege non abnuente comparabat inſidias. Sed cum arcanum ſileri non poſſet, *Ioannes* de caſſibus, ſibi intenſis, certior factus, omnes conatus Comitis vel declinauit, vel eluſit.

Ioanni Huniado per Vlricum Ciliæ Comitem tenduntur inſidiæ.

Sub

1453. Sub huius anni ſpacio, bellum grauiſſimum, & tanto durius, quanto inſperatius, inter *Ludouicum* Magiſtrum, Commendatores, ordinemque Cruciferum, ab vna & militares, Nobiles, & Ciues *Pruſſiæ*, partibus ex altera, ſubortum eſt, & tanta atrocitate geſtum, vt militaribus, Nobilibus & Ciuibus, quaſi ex compoſito in prædictos Cruciferos conſurgentibus, ex omnibus Caſtris, Ciuitatibus, & fortaliciis, illos per expugnationem eiicerent. Et direptis bonis, longo tempore quæſitis, in ſolo caſtro *Marienborg*, illos includerent.

Belli ciuilis apud Pruthenos orti præſaga prodigia.

Tam ſubitam autem *Pruthenicæ* Oræ mutationem, etiam Cometarum apparitiones, & non nulla prodigia præceſſerant. *Michael* enim de *Perlibog*, *Saxo* genere, arte Baliſtarius, & Ordine Crucifer, retulit ſe præſentem fuiſſe, quod vno anno, ante inchoatum bellum, in die Purificationis ſanctæ *Mariæ* Virginis, in *Marienburgenſe* Caſtro, fratribus ordinis laicis, ex more, pro ſumendo viatico, ad altare accedentibus, omnes hoſtiæ, quæ per celebrantem præparatæ & conſecratæ fuerant pro Communicantibus, ſubito diſparuiſſe. Pro qua re prodigioſa, fratres ordinis laici, non in religionem, ſed in cholcram verſi, ſacerdotes ſui ordinis, qui rem agebant diuinam, deducebant infatuatos. Nec prodigii miraculo deterriti, ad eccleſiam parochialem vrbicam, ex caſtro fremendo progreſſi, illic corpore Dominico ſe procurarunt cibari.

1454. Venationibus multorum dierum, *Caſimirus Poloniæ* Rex exactis, dum magnam multitudinem ferarum cepiſſet, & in *Poloniam*, pro ſolennitate nuptiarum, transmiſiſſet, Vilnam pro diebus Natiuitatis Chriſti venit. Quos cum illic peregiſſet in Regnum *Poloniæ* rediit. Et *Sandomiriam*, conuenientibus ad eum certis Prælatis, & Baronibus, pro capiendis conſiliis ſuper imminentibus periculis, & negociis, ſabbato, ante diem ſanctorum *Fabiani*, & *Sebaſtiani* martyrum aduenit. Tres dies in expediendis rebus publicis abſumpti ſunt, ſub quibus deliberacione habita, Nunciis militarium, & Ciuium Pruſſiæ, videlicet, *Gabrieli* à *Bayſſen* & Magiſtro Ciuium *Pruſſiæ* de *Gedano* deditionem quinquaginta Sex Ciuitatum, quas notabiliores habet *Pruſſia*, ſubiectionem, & obedientiam plenam offerentibus, reſponſum, *vt Cracouiam, poſt Feſtum ſanctæ Mariæ Virginis Purificationis, Nuncios cum plena poteſtate mitterent: efficax ſe illis reſponſum ad petita daturum.*

Quinquaginta ſex primariæ Pruthenæ Ciuitates per taſa belli ciuilis, miſſis Sandomiriam, ad Caſimirum Poloniæ Regem Legatis vltro deditionem offerunt Caſimirus Rex.

Feria quarta, in craſtino ſancti *Vincentii*, *Caſimirus Poloniæ* Rex *Sandomiria* egrediens, per *nouam ciuitatem*, & *Proſchouice*, *Cracouiam*, Sabbato in die Conuerſionis ſancti *Pauli* Apoſtoli ingreditur, & curam omnem adhibet, vt futura nuptiarum, iuxta Regalem magnificentiam, celebretur ſolennitas, *Ioannem* de *Czyzow* Caſtellanum & Capitaneum, *Ioannem* de *Tarzin* Palatinum *Cracouienſem*, cum vxoribus, *Stanislaum* de *Oſtrorog* Palatinum *Caliſienſem*, *Petrum* de *Schamotuli*, Caſtellanum *Poſnanienſem*, & *Ioannem Fælix* de *Tharnow*, cum vxore, ad excipiendum nouam Coniugem Virginem *Eliſabeth*, filiam *Alberti*, *Romanorum*, *Hungariæ* & *Bohemiæ* Regis, verſus *Theſſin*, pro die Purificationis *Mariæ* Virginis, adiunctis aliquibus ingenuis adoleſcentibus, Curiæ ſuæ, ad ſatisfaciendum pactis conditis *Wratislauiæ*, duo millia, ad minus equeſtrium facientia transmittit. Nec ab Auſtriacis pactis minus paritum eſt. Venit namque & ipſa Virgo *Eliſabeth* regina, in decentia & pompa Regali, in *Theſchin*, in die Purificationis ſanctæ *Mariæ* Virginis, vt etiam Barones *Poloniæ*, vna hora præueniret. Comitabantur eam Barones, & Matronæ *Bohemiæ*, *Auſtriæ*, & *Morauiæ*. videlicet *Henricus* de *Rozenberg*, *Ladislaus* de *Huniad*, filius *Ioannis* gubernatoris *Hungariæ*, Comitis *Biſtricenſis*, *Henricus* de *Vulſche*, *Libſterſten*, *Zoleniek*, *Konopnicki*, *Sigismundus Etzingyer* nongentorum equorum Comitiuam habentes. Item vxor Comitis de *Schumberg*, & *Ioannis* de *Thouaczow* & aliæ. Duobus diebus in *Theſſin* pauſatum eſt, & virgo Regia *Eliſabeth*, in poteſtatem Baronum *Poloniæ* tradita. Plures exinde *Auſtriam* remiſſi. Ex *Theſzin* per *Peznam*, *Oſſwiaczim*, & *Skauinam*, itum eſt. Poterat *Cracouiæ* feria quinta, in craſtino feſti Sanctæ *Dorotheæ*, fieri ingreſſus. Sed Regis ordinatione, tribus diebus in *Skauina*, ſubſtitit noua ſponſa, cum Comitiua ſua, non ſine eorum, qui Reginam comitabantur amaritudine, verentibus, ne pœnitentia ſubiret aliqua, animum Regis, matrimonii fœdus reſcindendi. Sed dilationis cauſa, alia extabat: quoniam apparatus pro ſplendore magnificentiæ Regiæ, ad obuiandum, nouæ ſponſæ, nondum erant perfecti.

1454. *certos Barones, cum vxoribus eorum ad excipiendam Eliſabeth ſponſam ſuam Theſchinum vſque transmittit: quam Cracoviam deducunt.*

Frigoris autem & hyemis in ſextam Februarii menſis diem protelata, obuenerat eo anno auſteritas, profondiſſimeque niues, cunctas obſtruxerant ſemitas. Pabulationes etiam, non domeſticis tantum, ſed & feris ſylueſtribus abſtulerant: Multique equorum periere greges, & plerique vici, apud *Podoliæ* oram, pondere niuium abſorpti.

Hyemis & niuium auſteritas nimia.

Sabbatho in die ſanctæ *Appolloniæ*. *Caſimirus* Rex *Poloniæ*, tertiarum hora, cum *Zophia* Regina genitrice ſua, item cum *Ioanne* Archiepiſcopo *Gneſnenſe* & Primate, *Georgio Leopolienſe* Archiepiſcopo, *Ioanne Wladislauienſe*, *Andrea Poſnanienſe*, *Nicolao Przemislienſe* Epiſcopis & multis

Eliſabeth ſponſa Caſimiri Poloniæ Regis, per ipſum Regem ac Senatum,

1454.

multitudine Baronum & Procerum *Polonia*, item cum Ducibus, *Venceslao Rathiborienſe*, *Venceslao* & *Ioanne Oſſwiaezimenſibus*, in obuium egreſſus, nouam ſponſam ſuam virginem Reginam *Eliſabeth* ſuſcipit fronte leta, & hilari. Magnificus fuit, & plurimum ſpectatus, tunc *Caſimirus* Rex, in ſplendore apparatuum ſuorum, quoniam ſella, frenum, ſtrepe, & indumenta, præter equos, ſtaminibus de ſerico villoſo, cum filis auro textis coopertos, quadraginta millibus florenorum æſtimabantur. Æmulati ſunt, & nonnulli Barones *Polonia*, hunc ſplendorem, qui & ſe ipſos & familiares, & equos, ſplendidis ornamentis, auro & purpura ſuperbis veſtierant. Non ſæuit tamen cœleſtis intemperies Regio egreſſui, ſed à mane vſque ad veſperam largos dedit Cœlum imbres. Propter quod ſuppellex veſtimentorum nobilium, aqua pluuiali balneata, pro maiori parte fuit corrupta. Itum eſt cum Proceſsionibus omnium Eccleſiarum, & omnium ſtatuum, & ordinum, Reginæ nouæ in obuium, ſed nemo poterat loca ſua tenere, pluuia inundante, coactique ſunt, omnes celerius, in ſecta redire. Dextris datis, Virgo *Eliſabeth*, à *Zophia* Regina in vehiculum ſuſcepta eſt, & cum clangore tubarum in Caſtrum *Cracouienſe*, circa horam veſperorum (nec enim propter preſſuram celerius rediri potuit) deducta, & a *Sbigneo* Cardinale & Epiſcopo *Cracouienſe*, Prælatiſque & Canonicis Eccleſiæ Cathedralis *Cracouienſis*, in foribus eiuſdem Eccleſiæ ſuſcepta. Adoratione & oblatione in templo facta, in Regiam deducta eſt.

reliquosque omnes ordines,

Cracouiam ſplendide deducitur.

Poſt longas altercationes Cardinalis Sbignei, & Ioannis Archiepiſcopi Gneſnenſis

Sequenti Dominico die ſanctæ *Scholaſticæ*, magna, inter Barones *Cracouienſes*, & maioris *Polonia* altercatio, an *Sbigneus* Cardinalis, & Epiſcopus *Cracouienſis*, an *Ioannes* Archiepiſcopus *Gneſnenſis*, *Caſimirum Polonia* Regem, cum virgine *Eliſabeth*, nona nupta deſponſaret, ſuborta eſt: quæ diem prope ad meridiem perduxit. Cardinalis iure cogebat hoſpicii, neminem fas eſſe in Diœceſi & Eccleſia ſua, ſacramentorum agere adminiſtrationem. Archiepiſcopus verò iure Metropolico refellebat. Maior tamen & ſanior pars Cardinalem, iure ſuperiorem eſſe clamitabat. Et dum differentia ipſa faciliter eo die decidi non poterat, placuit, vt pro dirimenda queſtione, in poſterum, ſummus conſuleretur Pontifex: venerandos interim *Ioannes* de *Capiſtrano*, ordinis minorum frater, ſedis Apoſtolicæ nuncius, opus deſponſationis expediret. Qui accerſitus ad Regium Conſilium, ſicut nullum ius Archiepiſcopo *Gneſnenſi*, ita omne Cardinali, & Epiſcopo *Cracouienſi*, in adminiſtrandis ſacramentis, in Eccleſia *Cracouienſe*, euidentiſſimis rationibus deduxit. Nec aliter Sacramentum copulæ ſe adminiſtraturum ſpoſpondit, niſi, ſi id Cardinalis, & Epiſcopus *Cracouienſis Sbigneus* permittendo ratum habuerit. Cardinalis ſub hac altercatione, ad aram Diuina agebat. Quibus expletis, Pontificibus *Polonia* aſtantibus, Pontificalibus indutis, tam *Caſimirus* Rex, quam *Eliſabeth* virgo Regina, ad contrahendum matrimonium, acceſſit. Frater *Ioannes* de *Capiſtrano*, cum magna humilitate proſtratus, licentiam à Cardinale, deſponſandi Regem, & Reginam obtinuit. Qua obtenta, dum rite deſponſationem ipſam peragere non poſſet, velut *Polonici*, & *Theutonici* idiomatis ignatus, coactus eſt Cardinalis, officium deſponſationis, qui vtramque linguam nouerat conficere. Qua confecta *Ioannes* Archiepiſcopus *Gneſnenſis*, ad Altare accedens, miſſam de Spiritu, cum torrenti feſtinatione, propter tempus adueſperaſcens, in cantu egit, & præfatam virginem *Eliſabeth*, in Reginam *Polonia* vnxit & coronauit. Dies octo ſequentes celebres in choreis & ludis habiti ſunt. & omnes Barones *Hungaria*, *Bohemiæ*, & *Auſtria*, omnibus neceſſariis, per dies illos tractati, feria ſecunda, poſt ſanctæ *Iulianæ*, magnificis, & regalibus donis, vna cum matronis, quæ nouam reginam comitabantur remunerati, gratiarum actionibus mirum in modum Regi *Caſimiro* actis, in propria reuerſi ſunt.

deſponſationis facultatem Caſimiri Regis, & Eliſabeth Reginæ datam ſibi. Capiſtranus,

ignarus linguæ Polonicæ, ac Germanica, in Sbigneum Cardinalem refert. quam cum Cardinalis abſoluiſſet, Archiepiſcopus Elizabeth coronat in Reginam.

Feria quarta, ante feſtum, beati *Petri*, ad Cathedram, Legati Militarium & Ciuitatum *Pruſſia*, in numero frequenti *Cracouiam* aduenıunt. Quibus in Curiam introductis, *Ioannes* de *Bayſſen* miles, coram Regia maieſtate & Conſiliariis legationem exponit. *Superioribus*, inquit, *annis, Sereniſſime Rex, protaui, aui, & patres noſtri, & tandem nos, quanta, & quam indigna, fœda, & execranda, à Magiſtro, & Ordine Cruciferorum Pruſſia, perpeſſi ſumus, nec tuam excellentiam, nec tuos Conſiliarios, ſed nec, vicinas nobis nationes putamus ignorare. Pauca tamen ex multis commemorare cogimur, vt magnitudo iniuria, patientiaque noſtra poſſit dinoſci. Primum quidem Magiſter, & Ordo ipſe, fragili, & fluxa fide vſi, terram Pomeraniæ per ſcelus & iniquitatem à Regno Polonia abſtraxerunt. Deinde rupto fœdere, quod per Caſimirum Regem Polonia ictum erat, ſola libidine occupandi terras Regni tui permoti, arma intulerunt, & terram Dobrzinenſem primum, deinde Cuiauia iuris ſui facere conati ſunt. Sed cum clade magna, per genitorem tuum, victi eſſent, & Caſtra, Ciuitateſque Pruſſia paucis exceptis, in ditionem ſuam conceſſiſſent, fœdus iterum, à genitore tuo, mulctatis tamen perprius Caſtro & Diſtrictu Nieſchouienſi, centum ſexagenarum latorum groſſorum millibus, clementia Regali, illis, cum Caſtris, & ciuitatibus redditum eſt.*

LegatiNobilium, & Ciuium Pruthenorum, ingum Magiſtri, & Ordinis Cruciferorum excutere cupientium facta cum lachrimis iniuriarum à Magiſtro & Ordine acceptarum, enumeratione,

Quo

1454. Quo haud longo poſt tempore, per eos præuaricato, coacti ſunt armis genitoris tui, pacem petere. Quam cum diu pati nequiuiſſent, cum hoſte Regni, & patris tui, Boleslao Switrigal, iungere nouas amicitias, ruptoque fœdere, hoſtilibus armis, patre tuo bello cum Switrigal occupato, terram Dobrzinenſem, & Cuiauiæ, flammis dederunt. Sed cum ſcelus ſuum, clade exercitus ſui, & ex poſt victrici exercitu tuo, terras eorum igne, & gladio vaſtante. Deumque fœderum violatorum, vindicem ſupereſſe recognoſcere, tandem coacti fuiſſent, quartum fœdus (quod niſi nos reſtitiſſemus, celerius quam priora violandum erat) iureiurando ſancitum eſt. In ipſis autem bellis, per annos, cum Regno tuo continuatis, quot orbitates in parentibus, liberis, ſociis, & neceſſariis, quot Ciuitatum notabilium exuſtiones, villarum perpetuas deſolationes, quanta coniugum & familiarium noſtrarum ſtupra, quantas fortunarum noſtrarum amiſſiones, experti ſumus, veſtigia recentia, clamore valido inſinuant. Sed hæc omnia, non tam nobis moleſta ſunt, quod illa pertulimus, ſed quod bella ipſa, quæ, velut iniuſta, execrabamur, ruptis fœderibus, ſuſcipere & gerere, ac noſtris, ac noſtrorum capitibus expiare Magiſtro, & Ordine, qui nunquam nobiſcum rem integram communicati ſunt, in arce fortiori recluſis, & noſtras clades magis ſpectantibus, quam releuantibus cogebamur. In tot autem, & tantis malis, ſi quando foris hoſtis deerat, maior intus imminebat. Commendatoribus & tenutariis Caſtrorum, turpe non erat, bona noſtra, nulla cauſa præcedente, nullo ſeruato iuris ordine, occupare, Coniuges in virorum, & filias in parentum conſpectibus abſtrahere, & ſuas ſatiare libidines. Et tam grauiter querentibus iniurias, non iuſtitia adminiſtratio, ſed ſæua capitum truncatio, & bonorum ablatio parabatur. Tantis malis preſſi, certam vnionem & ligam, qua à tot preſſuris, tuti eſſe poſſemus inimus. Hæc, velut omnem iuſticiam, & æquitatem reddens, a duobus Magiſtris, Paulo & Conrado, non ſolum tolerata, ſed etiam admiſſa eſt. Verum cum illam præſens Magiſter Ludouicus, priuato, prauoque ſeductus conſilio, reſcindere & penitus abrogare conatus eſſet, & queſtio noſtra communiter, ad cognitionem Frederici Romanorum Imperatoris deducta fuiſſet, reiectis noſtris rationibus fortiſſimis, iuſtificationem noſtram, clariſſime deducentibus. Sententia ipſius Imperatoris, liga noſtra iuſta caſſata, pro maiori noſtra calamitate, damnati ſumus in ſexingentis millibus florenorum, vt Magiſtro, & Ordini perpetui ſerui, perinde ac ſi precio empti eſſemus decernerentur. Quo decreto obtento, minabantur in nos ſæuire. Sed nec tunc Procuratores Magiſtri, & Ordinis quieuerunt, ſed inſtabant, vt tricentos ex nobis capite plecterent. Qua quidem tam iniuſta & tam iniqua cæſarea nos impulit ſententia, vt obedientia Magiſtro & Ordini ſubtracta, hoſtilia illis inferemus arma. Exiſtimantes non viris ſolum, ſed & fœminis fœdum & intolerabile, ad tantam obnoxietatem detrudi. Nec defuit Diuina propiciatio, fauens noſtro propoſito, armis noſtris, viginti & amplius caſtra fortia, intra dies viginti, ſubacta ſunt, videlicet Thorun nouum & vetus, Gdansk, Elbing, Grudzancz, Elzburg, Golub, Kovvalye, Gnyevv, Svvyecze, Papovv, Tucholia, Holand, Krolovvgrod, Radzim, Brandeborg, Nidborg, Prusmorg, Morak, Brudnicza, Chelm, Dzialdovv, Ragneth, Olterod, Brathian, & ſub noſtra poteſtate tenentur. Itaque cum ſacra Maieſtas tua Regia, quod publicum, notoriumque eſt, & quod etiam Magiſter & Ordo ſuis profitentur literis, ſit Ordinis ipſius Patronus, fundatorque & dotator, terræque Pomeraniæ, Chelmenſis & Michaloujenſis, ſint impreſſione violenta, à corpore Regnique tui abſtracta, oratum ad tuam Maieſtatem venimus, vt nos in perpetuos tuos Regnique tui ſeruos, ſubditos, ſubiectos, & fideles aſſumas, & ad corpus Regni tui, vnde quondam excidemmus, redeuntes, non ſpernas. In fidem, gubernationem, & regimen tuum, ſponte venimus, tibi nos, coniuges, liberos & neceſſarios noſtros, tibi ciuitates, villas, & oppida, tibi Caſtra, per nos conquiſita, & in poſt conquirenda, dedimus. Supereſt, vt precibus noſtris, & eorum, quorum vice, & nomine huc venimus, motus, in fidem tuam venientes, non abiicias. Aut tui, ſi deditionem accipis, aut hoſtium, ſi deſeris, ſimus oportet: Conquiſitis caſtris reſiduis, hoſtibusque in totum deletis, & ſummotis. Quod propediem ſpondet virtus, fortitudoque tua. Sub cuius auſpiciis, præteritam atque præſentem fœlicitatem adepti ſumus, Continens imperium, à mari Leonino, vſque ad occidentale habebis. Non Te fœdus, non iuriurandum, quod pepigiſti cum illis, in quo & nos, velut pars maior, continemur, moneat. Dum illud Magiſter & Ordo, iam ſecuri Ciues de Thoczno percutiendo, iam cum Lithuanis nouas ligas, & fœdera, contra te, & regnum tuum iungendo præuaricati ſunt. Non turpe illis fuit, terras tuas, & Regni tui, partim fraudibus, & dolis, partim vi & armis conquirere, & conquiſitas, tantopere detinere: licet Summi Pontifices, illas tuas, & Regni tui ſemper fuiſſe pluribus ſententiis declarando, cenſuris Eccleſiaſticis, quarum apud illos rigor ſemper fuit contemptui; reſtituendas cogerent. Tu turpe iudicabis terras ipſas, ad ſuum corpus, &

deditionem Regi offerunt, petentes ſe Regno incorporari.

1454. *naturam reuerſat, accipere, & illas Regno tuo annectere, & vnire. Extat in terris ipſis Eccleſia Romana tributum, à Regibus Polonorum, A Principi Apoſtolorum Petro collatum; quod terras ipſas, ſi euidentiſſima alia ſilerent teſtimonia, tuas eſſe clarificabit. Moueant te preces noſtræ, moueant lachrymæ, & non noſtræ ſolum, ſed & horum, qui reditum noſtrum, inter metum, ſpemque ſuſpenſi, obſeruant, gaudium aut mœrorem, de tua reſponſione habituri.* Atque ſic lachrimis obortis, in conſilii veſtibulo procubuerunt: deditionem verbalem, geſtua etiam officio teſtati. Facile erat, Orationem apud tacentes, æquis auribus excipi: nemo illam, niſi gratus audiuit. Extemplo, per veriſimilem prudentum hominum coniecturam, apparuit, res *Polonicas*, & *Pruthenicas*, bello inuoluendas fore: Peritis aſtro- B rum, id maxime cenſentibus futurum, qui a motu cœleſtium corporum, inter mortales ferebant naſci litigia, & a motu ſuperiorum corporum, plerique in coniectura induſtrii, bellum *Pruthenicum*, tam atrox & ſubitum interpretabantur, exortum.

Licet variantibus ſententiis Conſiliariorum Regni Poloniæ

Legatione huiuſmodi ad conſilium reiecta, cum ſententiæ Conſiliariorum variaſſent. *Sbigneus* enim Cardinalis, & Epiſcopus *Cracouienſis*, in cuius ſententiam pauci ibant, ſummopere diſſuadebat, contra fœdus, & iuramentum, deditionem accipiendam eſſe. Cæteri omnes Eccleſiaſtici, & Seculares conſentiebant, nec occaſionem recuperandi terras Re- C gni *Poloniæ* abſtractas, negligendam decernebant. *Ioannes* de *Czizovv*, Caſtellanus, & Capitaneus *Cracouienſis*, acceptandæ deditionis terrarum *Pruſſiæ*, primarius author fuit, *deditionemque ipſam, non aſpernandam, ſed acceptandam* cenſuit: *multiplici, tam ratione, quam reſpectu, iniquum fore & damnoſum Reipublicæ* dictitans, *id, quod votis omnibus expetendum erat, vltro oblatum, faſtidire, nec ſemper licere, quod nunc licet, nec ſæpe ac diu talem, ac tantam occaſionem manere.* Iuxta cuius perſuaſionem murmur obortum, etiam diſſidentes, ad conſenſum pertraxit. Statutumque eſt id, quod plures cenſuerant. Et quamvia *Sbigneus* Cardinalis & Epiſcopus *Cracouienſis*, *Ioannes Wla-* D *dislauienſis* Epiſcopus, nonnulliq; alii diſſuaderent. *Ioannes* de *Tęczin* Palatinus *Cracouienſis*, & cæteri differri rem expeterent: ſecundum conſultationem, tamen *Ioannis* de *Czizovv*, Caſtellani, & Capitanei *Cracouienſis*, & aliorum decretum fit. Quindecim & amplius dies in conſultando abſumpti, vt etiam iuniores ad conſilium adhiberentur. Placuit nonnullis, rem ad Conuentionem generalem differri, & præcipue *Ioanni* de *Tęczin*, Palatino *Cracouienſi*, & interim *Lithuaniæ* Barones conſuli, *Pruthenorum* Legati, mentione de differendo audita, iterum venerant oratum, *ne qua dilatio fieret. Alioqui, ſi crederent Regem Caſimirum, de ſua ditione, minus ſolicitum eſſe* A *(quod iam omni iure honeſtateque in reſtituendis terris his, quorum erant, ſatis perfuncti eſſent) Principes finitimos quæſituros, qui deditionem eorum gratius celeriusque ſuſciperent.* Apparebat eos in *Bohemiam* extemplo ituros ad *Bohemiæ* Regem *Ladislaum*, per quem, & ſuos de deditione, per eos acceptanda, iam ſpes Legatis *Pruſſiæ* facta erat. Ia reſpectus perpulit *Caſimirum* Regem, & Conſiliarios *Poloniæ*, vt dilatione qualibet circumſcripta, ſine cunctatione deditio acciperetur. Interim & de *Pruſſia*, noua certa nunciabantur, *cum militaribus & populo Prutenico fortunam ſtare, & reſiduas Ciuitates, atque Caſtra, aut conquiſita eſſe, aut ſponte in deditionem veniſſe.* Commendator de B *Brodnicza* obſidionem perferens, dum ſe ad extrema deductum videret, turpe putans a propriis vinci, accerſito *Johanne* de *Koſcieliecz*, Palatino *Junivvladislavienſi*, & Capitaneo *Dobrzinenſi*, caſtrum *Brodnica* eidem tradit. Magiſter & Cruciferi, cum ſuis adhærentibus, ad vnum angulum redacti, non niſi Caſtrum *Marienburg*, & *Schtum* obtinebant: quod etiam faciliter poſſe conquiri, *Prutenorum* Legati, ſi celerius dimitterentur, aſtruebat. Erant & nonnulli ex Polonorum Conſiliariis, qui in tanto rerum *Pruthenarum* proſperitatis fluxu, tam cæcam fortunam habuere, quam maxime ſuſpectam. Mutationemque ipſius, & refluxum, propediem contingere reformi- C dabant: veluti, quam pro ſua conditione nouerant, nullam rem ſine inuidia mortalibus gratificari conſueuiſſe. Miſſus etiam fuit ex parte Magiſtri, & Ordinis Theſaurarius maior, pro ſolennitate nuptiarum. Cui per Magiſtrum & Ordinem ſecrete mandatum erat, *vt quinquaginta millibus florenorum, quæ ſecum ferebat, in Regem & Conſiliarios diſtribuens, & ſi id magnitudinem periculi viderit poſtulare, etiam Magiſtrum, & Ordinem, ad homagium, Regi, & ſuis ſucceſſoribus, præſtandum obliget, deditionemque Nobilium, & Ciuitatum Pruſſiæ, accipere Regem auertat.* His omnibus tam ſalubribus mandatis, neglectis Theſaurarius præfatus, obtenta licentia, & intelligens Regia, & D Conſiliariorum animos, ad acceptandam deditionem militarium, & ciuium *Pruſſiæ*, procliuea eſſe, feſtine *Cracouia* diſcedit, & directiori curſu, in *Sleſiam*, & tandem *Miſſnam*, & *Saxoniam* contendit: quinquaginta millibus florenorum, gentes, ad defenſionem Magiſtri & Ordinis, illic mercaturus. Prius tamen, quam *Cracouia* diſcederet, intelligens *Caſimirum* Regem *Pruthenicam* deditionem acceptaſſe, ſeminarium Zizaniæ inſeruit. Erat ſiquidem ſub hoc tempore *Petrus Szafranyecz*, Succamerarius *Cracouienſis*, ex Baronibus vnus, *Caſimiro* Regi, propter ſuas factiones plurimum inuiſus, do-

deditionem tamen Pruſſiæ Caſimirus Rex acceptat, 1454.

& Petrus Szafranecz

1454.

dolis nulli verſutorum ſecundus,furum, & ſicariorum fotor,& ſocius,falleodi artifex argutus, mendaciis elegantiæ ducens proprios, & ſibi fidentes circumuenire, venumque mercenariis, emptoribus, circumuentos exponere, promptus ad conſpirandum, vehemens ad audendum, cautus, & fallax ad diſſimulandum. Hunc Theſaurarius Crucifer aggreditur, auroque dato,& ampliori promiſſo, ineſcatum,velut efficaciſſimum, ad nocendum Regi & Regno, ad prodeſſendum ſibi, & ordini, inſtrumentum. Ciuile bellum, quo facilius diſtineret extrinſecum, pellicit excitaturum. Et quo ſecretius flagitium meditatum, velaretur, noctu, rem paucis conſciis conficiunt. Quæ fraus,etſi Regem,Conſiliariosque non latuerit,in conſilium tamen delata, ſuppreſſa eſt. Alii enim incredibilem rem, ſcelus ſuum tecturi, rebantur. Pars etſi verum nouerat: in tali tamen tempore, hominis temerariam audaciam, leniri magis,quam exaſperari ſuadebant. Quo pacto inter bonos & malos, non poterat celebrari iuſtum diſcrimen.

per Theſaurarium Magiſtri & Ordinis Pruſſiæ, ad excitandum in Regno ciuile bellum, largitione inducitur

Fatis itaque iam Ordinem Cruciferorum appetentibus, deditio publice & ſolenniter Pruſſiæ accepta eſt. Et Legati fidelitatis,ſubiectionis, & obedientiæ præſtiterunt iuramenta, Ioanne Archiepiſcopo Gneſnenſe,iuramenta huiusmodi in præſentia Caſimiri Regis, & Conſiliariorum Poloniæ exigente. Et vt Nobiles, & Ciuitates Pruſſiæ agnoſcerent, cum Ducibus,& Magiſtratibus ſuis,mutatam etiam eſſe fortunam,tributum vniuerſale, quod plurimum eos premebat, dictum *Funthczol*, item datiam annalem, vocatam *Porcus*, alias *Narzaſch*, quæ vna ex illis vetuſtis Polonicalibus conſuetudinibus remanſerat,in totum relaxat. Teloneis in terra,& mari,quomodolibet imponendis, ſe & ſuos ſucceſſores, Reges Poloniæ, abdicat,mercibus,naufragio demerſis, renunciat; decernens eas Dominis,quorum fuerant ante Naufragium, aut eorum proximioribus reſtitui. Omnium inſuper iurium,libertatum, conſuetudinum & prærogativarum Regni Poloniæ,& ſignanter,ad communem electionem, cuiuslibet Regis Poloniæ, communionem, & participationem eis donat,& attribuit. Quatuor Palatinatus in Thorun,Elbiang,Krolowgrod, & Gdansk,creat: dotando illos, notabilibus prouentibus. Quorum Elbingenſem, confert Stiborio de Bayſſen, Gabrieli de Bayſſen Chelmnenſem, ſiue Thorunienſem, Ioanni de Bayſſen Gdanenſem, & Auguſtino de Schene Kinsbergenſem. Et hos omnes ceterosque Legatos, Regalibus ornat donis, & veſtimentis. In hunc modum Pruſſia, Pomerania,& Chelmenſes terræ.in obedientiam & corpus Regni Poloniæ reuerſæ, in formam Prouinciarum redactæ ſunt. Parum autem duratura,nec in ſua ſerie perſeueratura, à prudentibus credebatur tam non lenta Regis Poloniæ, & ſuorum fœlicitas.

Legati Pruthenorum ſubiectionis, & obedientiæ Regi & Regno Poloniæ præſtant iuramentum.

Quibus Rex certa grauamina relaxat

& participationem omnium libertatum Regni attribuit.

Hiſtor. Polon. Lib. XIII.

Ac ne rerum, tam inſignium,obliterari poſſit memoria,copiam literarum, ſub quibus deditio,& facta,& accepta eſt, inſerui.

Caſimirus Dei gratia Rex Poloniæ, magnus Dux Lithuaniæ, & hæres Ruſſiæ. Ad perpetuam rei memoriam, Benignitas Regalis excellentia noſtra, quæ illi propicia inſpirat Diuinitas,& naturalis,originalis iuſticia, eſſe vnumerſos, iuſtum præſidium noſtrum,& tutelam expetentes, in ſinum ſuæ miſeracionis ſuſcipit, & protectionis: ad illorum tamen profectus, defenſionem, & commoda inclinatur vberius, qui erga nos, & regnum noſtrum, tam feruido cordis feruntur affectu, vt calamitates, oppreſſionesque ſuas, hactenus illis, regentium tyrannide, multifarie illatas, non per alterius, niſi per noſtram dexteram, credant facilius reſcindi, nec cuiuſpiam throno, quam noſtro, a quo priſcis temporibus illicita alienatione exciderant, non tam ſuperbo, & amaro, quam iniuſto, renunciando imperio, iuſtius poſſe, & regi & contineri. Talium ſiquidem firma conſtantia, fidesque ſyncera, non ſolum laudum dignis præconiis attolli, verum etiam Regalibus meretur, & debet beneficiis compenſari. Significamus itaque vniuerſis, tam præſentibus quam futuris, qualiter, etſi Magnificorum, Strenuorum, Nobilium, & prudentium Militarium, videlicet terrigenarum Ciuium, & vniuerſæ Communitatis terrarum Pruſſiæ, Culmenſis, Pomeraniæ & Michalonienſis, crebris precibus, & legationibus, ſuperioribus temporibus fuiſſemus rogati, quatenus ipſos, in eorum iuribus, libertatibus, immunitatibus, & priuilegiis inſiſtentes, & ſignanter in vnione & liga, per ipſos rite & ſincere inita, & condita, per Magiſtrumque, & Ordinem Pruſſiæ admiſſa, ad cuius eneruationem, & violationem Magiſter & Ordo variis viis, coloribus & violentiis, hactenus vſus eſt, in quorum firmitate, vel collapſum, fedus pacis perpetuo, cum Magiſtro & Ordine Cruciferorum ſanctæ Mariæ de Pruſſia, per germanum noſtrum, diuæ memoriæ Sereniſſimum Principem Wladislaum Poloniæ, & Hungariæ Regem firmatum, dependet, vel eximium, & quod præfatus Magiſter, & Ordo, liga & vnione eorum demolita dirumpere fœdera, novaque bella nobis & Regno noſtro inferre deſtinabant, ipſosque Militares & Ciues iniuſta ſecum gerere bella impellebant, manutenere, & defenſare dignaremur, aſſerentes ſe iugum oppreſſionum, calamitatum, & grauaminum, hactenus a Magiſtro, & Ordine, ceruicibus eorum, violenta tyrannide innixum, & præfata liga & vnionis rupturam nullatenus, niſi proviſio noſtra, qui ordinis illius fundator, dotator & patronus ſumus, celeriter interuenerit, toleraturos. Nos tamen nullum eorum calamitati præſtandum, cenſuimus tunc ſuffragium. Sed parti vtrique reconciliationi perſuaſimus eſſe inſiſtendum: ne alere oriens incendium videremur. Verum cum temporis proceſſu differentia partium adeo cre-

Litera Caſimiri Poloniæ Regis, acceptum per Regem, & Regnum Poloniæ Pruthenorum, ſpontaneam deditionem teſtantes.

1454. *creſcens invaleſcere, vt militares, terrigenæ, & Ciues terrarum prædictarum, ſpe extrema deſtituti, & iniuriarum magnitudine preſſi, violentis Dominis, iura, & priuilegia, immunitateſque eorum, pro libito frangentibus, nullatenus ſibi de cetero parendum duxerunt. Sed legibus Diuinis, & humanis innixi, quæ iniuſtis Dominis, ſcelus & nephas agentibus, nullatenus parendum decernunt, obedientia, & obiectione Magiſtro & Ordini ſubtracta, noſque per Magnificos, & ſpectabiles milites, Prudenteſque viros, Ioannem de Bayſſen, Auguſtinum de Scheve, Gabrielem de Bayſſen, Nicolaum de Valkovo, Iudicem Derſchovienſem, Laurentium Zacretas Culmenſem, Rudgerum de Birken Thorunenſem, Laurentium Pilgum Elbingenſem, Proconſules, Ioannem Kaul Brunſbergenſem, Georgium Swach, Krologrodienſem, Nicolaum Rodemau, de Knipaw, Vilhelmum Iordan, Militem, & Ioannem Maydeburg, Gdanenſem, Conſules, Legatos & nuncios ſuos, cum pleno mandato, & legatione ad nos transmiſſos, imo vero legationibus, & precibus ſolicitarent, quatenus, non iam tantum eorum defenſioni, quantum gubernationi, & regimini inſiſtere, deditionemque eorum, ſubiectionem, fidelitatem, & perpetuam obiectionem, quam nobis ſuo & omnium Militarium terrigenarum, Ciuium & incolarum totius vniuerſitatis, terrarum prædictarum, nominibus, obtulerunt, ſuſcipere, velut legitimus, iuſtus & verus Dominus, & hæres terrarum prædictarum, ac terras præfatas, ad naturam & ſortem ſuam redeuntes Regno Poloniæ, a cuius corpore, noua & recenti memoria, contra ius faſque ſequeſtratæ fuerant, incorporare, inuiſcerare, reunire, appropriare, atque conſociare & conſolidare dignaremur, alterius Principatum, & deditionem, ſi regimen, ſi imperium, non tam per eos, nobis delatum, quam redditum, abiici contingeret, quæſituri. Nos ſuperiora cogitantes, & animo reuoluentes, tempora, quibus nonnulla ex terris prædictis, per Reges & Principes Poloniæ, iure legitimo, & hereditario poſſeſſa, tandem prædeceſſori noſtro Wladiſlao Regi Poloniæ, bello cum finitimis, & infidelibus occupato, vi & armis per Magiſtrum, & Ordinem Pruſſiæ abſtracta, nunquam iuris, & proprietatis Regni noſtri Poloniæ, eſſe deſierant: quemadmodum aliquæ ſententiæ diffinitiuæ, Sedis Apoſtolicæ Delegatorum, terras ipſas Regno Poloniæ adiudicantium, infallibili concludunt argumento. Reuoluentes inſuper Magiſtrum & ordinem Pruſſiæ, a Prædeceſſoribus noſtris, quondam Poloniæ Principibus, & Dominis, ad impugnationem infidelium, accerſitis, inſtitutum, & dotatum, magis fidelium, & præſertim horum, quorum beneficio inſtituti, dotatique erant, quam barbarorum, & infidelium, impugnationi, contra quos indefeſſe ſe militaturos patentibus literis aſtrinxerant, vacaniſſe, terraſque eorum vſurpaſſe, nec contra profeſſionem religionis ſuæ,*

contra infideles, aut Thartaros, aut Turcos, 1454. *Catholica Regna, & Dominia infeſtantes,* A *quamuis crebro fuiſſet expetitum eorum auxilium, militaſſe. Sed & inſuper Reges Poloniæ, cum Thartaris, aliiſque infidelibus, bella gerentes, a tergo inuaſos, a gerendo bello in præſens, & in poſterum infidelibus auertiſſet, ſuſpitionem belli, ab illis imminentis, veritus, potentius diſtractis, & contra illorum inſidias relictis, vacare infidelium impugnationi, nullatenus, ſicut expediebat Chriſtianæ fidei potuiſſe. Quam inſuper fragili & fluxa fide, erga chariſſimum noſtrum genitorem, Dominum olim Wladiſlaum Poloniæ Regem fuerunt: quater per illos rupta violataque ſibi fœdera, toties per illos illata arma, quibus Regnum Poloniæ, in ſuam redigere ditionem deſtinauerant: niſi cladibus* B *multiplicibus domiti, obrutique fuiſſent. Nec illis vnquam voluntatem, nos & Regnum Poloniæ laceſſendi, ſed facultatem defuiſſe, petita per illos a Conſilio Baſilienſe, & Sede Apoſtolica, de rumpendo fœdere, vltro cum Regno Poloniæ ſancito, licentia demonſtrat. Silentio tegere non poſſumus, iniuriam Magiſtri, & Ordinis Pruſſiæ, in exigenda a mercatoribus, ſubditiſque noſtris datia, Pfuntbezol: quæ licet ex fœdere exigi, a noſtris transmariniſque mercatoribus, non debebat: ſi Pruſſiæ mercatores ab illa ſolui quoquomodo contigiſſet: continuata tamen fuit pluribus annis, huiuſmodi in noſtris transmariniſque mercatoribus exactio: Pruſſiæ mercatoribus, illius obtinentibus, in notabili* C *parte relaxationem. Portiones inſuper, & ſortes terrarum, regni noſtri Poloniæ, & magni Ducatus Lithuaniæ, priſcis temporibus, per Magiſtrum & Ordinem occupata, non ſolum nobis, & Regno Poloniæ, & Ducatus magno Lithuaniæ, iuxta fœderis ordinationem. Magiſter & Ordo Pruſſiæ, reſtituit, ſed inſuper, plura & ampliora occupauit. Accedit triſtis, horrendaque tyrannidis memoria Ciuium de Thoczno, qui in præterito bello, in fidem patris noſtri conceſſerant, ſæua cædes, & trucidatio: quorum à ſe defectionem, nedum ferro, aut mucrone, ſed nec aliquo leui verbo, aut memoria, nullo vnquam tempore, ſe iuramento corporali, & literis repromiſerunt mulcturos, per fœdus* D *vltimo cum illis ictum: quod huiuſmodi execrando ſcelere, publice violarunt. Quo non contenti, mulctatorem Vitum Morſchyer, ex eo, quod nauigiis, per flumen Viſla, in coronam merces deuexerit, capitali damnauerunt ſententia, ne memorabilis ſui facti, exemplum, cæteros in ſequelam ſimilem traheret, ſed potius ſana mulctatio, quoslibet deterrendo, profectum regni noſtri aboleret. His itaque & pluribus aliis euidentibus legitimiſque reſpectibus, perſuaſi, admoniti, & inducti, communicato, cum Prælatis, Principibus, Baronibus, cæteriſque fidelibus Regni, Ducatuum & Dominiorum noſtrorum conſilio, ac de eorum expreſſa voluntate, approbatione, ratificatione, & conſenſu,*

ne-

1454 ne Diuinæ voluntati, quæ hereditatem noſtram, occupatione illicita ſoluendam, nobiſque reddendam, pia miſeratione cenſuit, videamur reſiſtere, A & calamitoſis, afflictiſque ſubditis noſtris, opem noſtram implorantibus, deeſſe, veritique, ne Dominia, ſortes, terras, & hereditates noſtras, alius illicitus occupator, tyrannuſque, ex quo nobis hoſtilitas maior conſurgeret, inuadat, ad honorem Omnipotentis Dei, eiuſque genitricis ſanctæ Mariæ Virginis, ſancti Adalberti martyris, ſancti Stanislai Prothomartyris Poloniæ, & totius Hierarchiæ cœleſtis, præfatorum militarium, ciuitatum, terrigenarum, & omnium incolarum terrarum Pruſſiæ, Culmenſis, Pomeraniæ & Michalouienſis, in terra, marique ſitarum, beneuolam, & ſpontaneam deditionem, regimen, tutelam, gubernationem, ſubiectionem, obedientiam, accepimus, aſſumpſimuſque, & tenore præſentium, non per errorem, aut improuide, ſed de certa noſtra ſcientia & voluntate, in Dei nomine aſſumimus, & acceptamus, terras prædictas & Dominia prædicta, Regno Poloniæ reintegramus, reunimus, inuiſceramus, & incorporamus, ac vſum participationemque omnium bonorum, iurium, libertatum, & prærogatiuarum, quibus Prælati, Barones, & Nobiles regni Poloniæ, hactenus potiti ſunt, & ſignanter, & futurorum Regum Poloniæ, quotieſcunque, ſuper illorum electione, & coronatione fieri deliberationem contingeret, electionem & coronationem admittimus, annectimus, & includimus. Promittentes pro nobis heredibus, & ſucceſſoribus noſtris, ac vniuerſo Regno Poloniæ, C quod prædictas terras, & Dominia, atque Prælatos, Barones, Militares, Nobiles, Ciues, oppidanos, & cuiuſcunque ſtatus, conditionis, & præminentiæ homines exiſtant, hactenus in illis commorantes, & in poſterum commoraturos, fauore, gratia, beneuolentia, & affectione Regali proſequemur, & contra quaſcunque aduerſitates, & impugnationes quorumcunque hominum, illis præſtabimus, velut fidelibus & ſubditis noſtris Regalem aſſiſtentiam & defenſam. Nec illos aut terras prædictas, à corpore, & integritate, Regni noſtri Poloniæ alienari, ſequeſtrari, ſcindi, aut amoueri, patiemur. Promittentes inſuper pro nobis, & hæredibus, noſtris ſucceſſoribus, quod præfatos Nobiles, D Barones, & Ciues, atque ſingulos incolas terrarum noſtrarum prædictarum Pruſſiæ, in iuribus, libertatibus, literis, & immunitatibus eorum, quæ à Principibus, Regibus, & Dominis, prædictarum terrarum, obtinent, obſeruabimus, fouebimus, & defenderimus, nec vnquam ea violabimus, aut præuaricabimur, aut præuaricari, aut violari quomodolibet permittemus. Si autem alicui ciuitati, vel priuatæ perſonæ Priuilegium amiſſum fuerit, aliud de conſilio Conſiliariorum terrarum illarum gratioſe dabimus, & largiemur, dummodo in hæreditatis, & bonorum illorum, quorum à nobis petetur, literalis innouatio, petens fuerit, in pacifica & continua poſſeſſione, & præſcriptionem habente. Vt autem noſtræ liberalitatis, æquitatis, & iuſtitiæ dexteram, in his ſubiectionis eorum, & noſtræ acceptationis, fœlicibus, dante Domino primitiis ſentiant in vniuerſos; & quemlibet eorum effuſam, & in mutatione Principum, mutatam etiam, & ſublatam deprehendant oppreſſionem, datiam, quæ in vulgari Pfuntczol dicitur, item omnia telonea in aquis & terris, noua aut antiqua obſeruantia, in terris duntaxat Pruſſiæ, quomodolibet conſtituta, item in terra Pomeraniæ exactionem, ſiue Datiam, quæ porcus alias Narzaſch, veteri inſtitutione Ducum Poloniæ vocabatur, Regia munificentia tollimus, abrogamus, & deponimus, ac ſolutionem illarum perpetuis temporibus reſoluimus, dimittimus, & relaxamus, nullo vnquam tempore, per nos, aut Succeſſores noſtros Reges Poloniæ, ex quacunque cauſa, aut occaſione inſtituendam, aut imponendam. Item licet Magiſter, & Ordo, tempore occupationis terrarum prædictarum, omnia bona, & merces, quarumcunque mercierum. Diuina permiſſione, naufragium in mari paſſorum, velut propria ex naufragio, quaſi iure ſui facta occupabant: Nos tamen, qui rex Catholicus ſumus, & ſortem huiuſmodi, naturali & diuino iure, Sedis Apoſtolicæ damnatam decreto, velut crudelem & iniuſtam execramus, pollicemur, quod res & bona, cuiuſcunque ponderis, aut valoris exiſtant, earum perſonarum, quæ maris naufragio periclitabuntur, nunquam per nos, aut officiales noſtros, velut noſtras, aut iuris noſtri factas, petemus aut requiremus. Sed illas, abſque aliqua diminutione, per eos, quorum ante naufragium fuerant, aut per illorum propinquiores demonſtratione euidenti propinquitatem probantibus, colligendas, & in vſus conuertendas, beneplacitos decernimus, contraria conſuetudini, aut iuri, vel potius corruptelæ, pro nobis, & ſucceſſoribus noſtris renunciando, niſi forte nullus bonorum huiuſmodi extaret, iuſtus hæres, & ſucceſſor. Quoniam in caſu tali, bona ex naufragio habita, noſtræ poteſtati volumus ſubiacere. Item omnes militares, Nobiles, Ciues, & incolas terrarum prædictarum, in ius, Conditionem, & proprietatem Regni Poloniæ translatos, & inuiſceratos, hac etiam proſequimur prærogatiua, quod Dignitates, & Officia, hactenus illic conſiſtentia, & in poſterum conſtituenda. Item Caſtra, & tenutas Ciuitatum, & locorum, in terris prædictis, nulli extraneo, aut forenſi, ſed proprio indigenæ, iuxta obſeruantiam, aliarum terrarum Regni noſtri conferemus. Item omnes cauſas notabiles, dictas terras concernentes, cum communi conſilio Conſiliariorũ prædictarũ terrarum tractabimus, & terminabimus, diffiniemus. Item terras prædictas, ſub noſtro regimine, & Regni noſtri Poloniæ corpore conſiſtentes, in ſuis antiquis gadibus, limitibus, & terminis conſeruabimus, tuebimur, & defendemus, nec terminos, & gades terrarum ipſarum, in aliquo dimi- 1454

1451. nui, vel periclitari, vel diuidi, a limitibus regni vel partes indiuiduas, nullatenus patiemur. Item cum terra ipſe, & homines, ipſas incolentes, varijs hactenus legibus, ſiue iuribus, videlicet Magdeburgenſi, & Culmenſi, Polonicali hæreditario, & Pruthenico, in decidendis eorum quibuſuis queſtionibus, & adminiſtratione inſtituta vtebantur, quod etiam illis, ſub noſtro Principatu, & regimine, volumus firmum eſſe, & perenne: ea licentia attributa, vt liceat vnicuique de vno iure, in aliud, ſine tamen præiudicio aliorum, quo voluerit transmigrare. Item, cum moneta, iuſtam & fidelem libram, ponduſque habentis, cuſſio, terram quamlibet vehementer, & nobilitet, & facundet, volumus, vt in quatuor locis terrarum prædictarum, videlicet Thorun, Elbing, Kinsberg, & Gdansk, bello præſente durante, fidelis, & iuſta, imaginem noſtram, & inſcriptionem, tituli noſtri continens, cudatur, moneta, præfatorum militarium, ciuium, terrarum prædictarum, impenſis. Pace autem Domino ſuffragante, habita, tantum in Thorun, & Gdansk, ſine præiudicio Priuilegii Torunenſis Ciuitas, Regalibus noſtris cudatur impenſis: prouiſio tamen, quod moneta ipſa, in pondere & grano, libraque debita, nullatenus minuatur: Item, quia nos pro bene gerendis rebus, noſtrorum Dominiorum, in varia ſæpe loca, & a terris prædictis diſtantia, neceſſe eſt facere deſcenſum. Ne igitur, per noſtram abſentiam terra ipſa aliquod poſſint contrahere periculum, vel periclitationem, Nobilem Ioannem de Bayſſen, pro illarum tuitione, & legalitate eorum, fide & merito confiſi ad noſtra duntaxat beneplaci- C tum voluntatis, ac cum conſilio, Conſiliariorum terræ prædictæ deputamus. Ad quem, ſub noſtri abſentia, ſuper quolibet defectu & euentu, habeatur recurſus, prouidentia, prouiſione, authoritate, & decreto illius, ſupplendus, & emendandus. Item Mercatoribus, terrarum prædictarum Pruſſiæ, in Regnum Ducatus, & Dominia noſtra, venientibus, hanc prærogatiuam & libertatem, de cetero volumus obſeruare, vt quoties illos, in quæcunque loca, Ciuitates, & Oppida Regni, & Dominiorum noſtrorum, venire cum mercibus eorum, cuiuſcunque ſpeciei, & maneriei exiſtant, contigerit, licitum eis erit huiuſmodi merces in loca, teſtudines, cameras, aut tecta, quarum illis libera præſtari debet arendatio, depone- D re, & pro ſuo arbitrio exponere venum, ſtratasq; omnes, verſus Hungariam, Ruſſiam, Morauiam, Sleſiam, Auſtriam, Saxoniam, Valachiam, liberas habeant; depoſitis tamen teloneis, & ſtratis antiquis Ciuitatum, Regni & Dominiorum noſtrorum ſemper ſaluis.

Litera terrigenarum Pruſſiæ renunciationem fidei, ſubiectionis & obedientiæ, Magiſtro & Ordini Cruciferorum ſubtractam in Pruſſia, & Regi Regnoq; Poloniæ addictam teſtantes.

In nomine Domini, amen. Ad perpetuam rei memoriam. Legum diuinarum, humanarumque ſaluberrima ſanctiones, inſtituta, & decreta, quoslibet feudales, & ſubditos, iugum ſubiectionis, & obedientiæ permittunt excutere, & in ſortem, regimenque iuſtorum Dominorum ſe conferre, & Rectorum, & Principantium temeritas, frenis laxatis licentiæ, deuia, & obruta graditur, & manus non ſolum iniquas ad irrogandas iniurias, ſed etiam ad effundendum ſangui- A nem innocentium, cruenta immoderataque audacia porrigens, quaſi apud Dominum vltionum, omnis vindictæ ratio conquieuerit, debacchatur. Sed neque ad culpam contumeliamque, iuſtus rerum æſtimator retorqueat, ſed potius ad prouidentia argumentum, ſi onere oppreſſionum ſubditi impulſi, opportuno iuſtoque mutationis remedio, ſuperbum, iniuſtum, atque auarum abrogent imperium, & in ditionem, poteſtatemque alterius transmigrent, conditione, & varietate actionum & temporum, facultatem illis adminiſtrante. Proinde nos Prælati, Barones, Militares, nobiles, Ciues; Oppidani, & incolæ, videlicet terrarum Pruſſiæ, Culmenſis, Pomeraniæ, & Michalouienſis, Status Eccleſiaſtici, & Sæcularis, B Significamus tenore præſentium, vniuerſis, & ſingulis, tam præſentibus quam futuris. Qualiter etſi temporibus ſuperioribus, proaui, aui, & genitores noſtri, & tandem nos ipſi, graues innumerabileſque a Magiſtro, & Ordine Pruſſiæ, pertuliſſemus, oppreſſiones, dum non ſolum Magiſter, ſed & ſui Commendatores, in nos deſæuiendo, pleroſque ex nobis, nullo iure ſeruato, capitibus plecterent, alios proſcriberent, alios bonis temporalibus mulctarent. Et quod dictu quoque nefas eſt. Coniuges & filias noſtratium, ſtupris, & adulteriis violentis viciarent. In quoſdam ex nobis, vt trucidaremur, & venundaremur, caperemur, & depactaremur, facultatem conferendo. Totque recognoſcere cogere- C mur, & profiteri Dominos, ſuperbe auareque nobis imperitantes, quot terra Pruſſiæ geſſit Commendatores, cum vnuſquiſque illorum, plenam principandi & imperandi, apud ſe conſiſtere arbitrabatur poteſtatem. Qua quidem inflati licentia obliti profeſſionis ſuæ, qua contra infideles militare ſpoponderant, nulla offenſa, aut iniuria prouocati, in Reges, Principeſque Poloniæ, quorum beneficio acceſſiti, ad impugnationem infidelium, dotatique & inſtituti fuerant, arma conuertebant. Fœdere primo, cum Domino Caſimiro, deinde cum Domino Wladislao, Regibus Poloniæ, quater per illos firmato, & toties violato, Regni Poloniæ terras, niſi cladibus domiti fuiſſent, decreuerant occupare, cogentes nos, ad geren- D dum ſecum iniuſta bella, licet nobiſcum nunquam rem ingratam communicati fuiſſent: cum illos ad illa obeunda, alienos fines occupandi, fomes aut liuor, faſtuſque, non iuſta cauſa vrgeret. In quibus, clades, orbitates, fortunarumque & rerum noſtrarum periclitationes illic exceptas, tanto maiori amaritudine proſequimur, quanto conſtat nos, imperio noſtrorum Præſidum, coactos, non ſolum corporum, & rerum, ſed etiam animarum noſtrarum, per iniuſtas acies ſæpius diſtraxiſſe, diſcrimen, & capitibus noſtris omne ſcelus, iniuſtis belli expiaſſe, Magiſtro & Ordine, noſtras clades magis ex arce ſpectantibus, quam releuantibus. Verum cum tot mala, nullo, termino aut ſpacio videremus finiri: atque nobis, poſteriſque noſtris,

1454. *noſtris, maiores calamitates, orbitates, parari, Magiſtro & ordine Pruſſia, ad rumpendum, cum Rege, & Regno Polonia, vltimo corporali inter- A poſito iuramento, a quo ſe abſolui Conſilii Baſilienſis, & ſummi Pontificis authoritate, multiplice inſtantia expetebant, per caſſum, fœdus & bella, de nouo gerenda aſpirante, conanteque ligam noſtram & vnionem diſſoluere, omnem iuſtitiam, æquitatemque redolentem. Non quæ illis poteſtatem iuſtam adimeret, ſed quæ iniuſta illos bella ſuſcipere, & in nos, abſque iure & demerito, vacuo vti mucrone, noſque fortunis & rebus noſtris ſpoliare prohiberet. Hanc, cum annis pluribus per nos, Magiſtri & Ordinis conſenſu, ac Imperialibus Priuilegiis, & Confirmationibus, deſuper dotati, habuiſſemus in vſu, obſeruantia, & praxi, tanto ardore, & cura, & ſolicitudine, pro illius perpetua abolitione, certatim non eru- B buerunt inſiſtere, vt nos, velut Ethnicos, hæreticoſque, coram ſummo Pontifice aſſererent, & deinde ad Imperiale traherent Tribunal. Non quo per abrogationem, violationemque huiuſmodi noſtræ vnionis & ligæ, aliquid Commodi aut profectus capeſſerent. Sed vt eo liberius, obſtante illis nemine, execranda bella Regi & Regno Poloniæ, cæteriſque finitimis, noſtris tandem ceruicibus, vt ſæpe alias accidebat, expianda mouerent. Licet autem coram Tribunali Cæſareo comparendi, nulla nos conditio arctaret, vel poteſtas: cum Imperiali ditioni, nunquam nos, reminur eſſe ſubiectos: vt tamen nihil reſtaret, quo noſtra argui poſſet iuſtitia & pura intentio, quam in his ad pacem reconciliationemque C cum Magiſtro & Ordine gerebamus accuſari. Tribunal huiuſmodi acceſſimus, & anno prope vno exacto, cum perſonarum noſtrarum ampliſſimo diſcrimine, in querelis, propoſitionibusque, & replicationibus, verſati ſumus. Et licet cauſam pluribus iuſtificationibus fundatam haberemus, tantus tamen fauor, Magiſtro & Ordini, in pronuncianda Imperiali ſententia, habitus eſt, vt liga & vnio noſtra huiuſmodi, pro qua omne certamen fuit exortum, inhibitione Cæſaris, per nos tanquam arbitrio, iure facta, reiecta caſſaretur: Magiſtro nihilominus & Ordine poſthac inſtantibus, vt in ſexingentis florenorum millibus, Magiſtro & Ordini ſoluendis, & adeo Magiſtro, & Ordini obnoxii fuiſſe & fore, iuxta ac pretio D empti eſſemus, noua Cæſarea ſententia damnaremur. Vigore cuius, ad tricentorum ex nobis principalium, capitalem trucidationem proceſſuros ſe, & vltionem quamlibet, de nobis, velut ſeruis empticiis & obnoxiis ſumpturos, terrore publico & clamore diſponebant. Quæ quidem Cæſarea ſententia, & eiuſdem Magiſtri, & Ordinis Pruſſia inſtantia, vltioque in nos extendenda, adeo nobis indigna, prout erat viſa eſt, vt non viris modo, ſed etiam fœminis, non Catholicis, ſed Scythis, fœdum, & intolerabile eſſet, ad tantam obnoxietatem, calamitatemque detrudi. Tot igitur & tantis, pluribuſque aliis quas (vt noſtro conſulamus honori) ſilentii tegimus velamine, oppreſſionibus, grauaminibus, atque iniuriis laceſſiti, præſertim, cum illas videremus in infinitum A trahi, & nouo genere creſcere, & augeri, ſuperbo, auaro, & iniuſto præfati Magiſtri & Ordinis Dominio, autoritate & ſuffragio, naturalis & humanæ legis renunciauimus: omnem obedientiam, fidem, ſubiectionem, illis, & cuilibet eorum ſubtrahendo. Verum cum Regem & Coronam Poloniæ, præfati Ordinis patronum, fundatorem, & dotatorem, ac terras prædictas, videlicet Pruſſiæ, Culmenſis, Pomeraniæ & Michalonienſis, a corpore & proprietate Regni Poloniæ, præter iuſtitiam, & æquitatem, per vim & arma alienatas conſtat extitiſſe, priſco noſtro capiti, & primeuo corpori, a quo exciderамus, poſtquam iuris noſtri eſſe cœpimus, illico nos reuniendos, reintegrandoſque cenſuimus, quo B amplius poſſet liquere renunciationem, & ſubtractionem obedientiæ Magiſtro & Ordini, excutiendo tyrannicum iugum, & ſuperbum, auarumque præſidium per nos factam, non ſolum vendicationem libertatis, ſed iuſtum principatum, Imperium, & ſolium quæſiuiſſe: In hunc itaque morem, ad Sereniſſimum Principem Dominum Caſimirum Poloniæ Regem, magnum ducem Lithuaniæ, & hæredem Ruſſiæ, & Coronam Poloniæ, in quos iure diuino & humano, præfatarum terrarum hæreditatem & omnimodam ſucceſſionem comperimus deuolutam, ſolennes noſtros Nuncios videlicet Magnificos, Nobiles, & prudentes Dominos, Ioannem de Bayſſen, Auguſtinum de Sceuve, Gabrielem C de Bayſſen, Nicolaum de Vorkan, Iudicem Derſchouienſem, Laurentium Zakrzuz de Culmenſi, Rudgerum de Birken, Thorunnenſem, Laurentium Pilgrun, Elbingenſem, Proconſules, cum plena facultate tranſmiſimus, ac ſuæ Maieſtati, & in ſuum Regale Thronum, ſolium, ditionem, & poteſtatem, terras prædictas Pruſſiæ, Culmenſem, Pomeraniæ & Michalonienſem, & quaſcunque alias annexas in terra vel mari conſiſtentes, perſonas noſtras, Caſtra, fortalitia, Ciuitates, Oppida, Villas, res, fortunas, quæ hactenus in noſtra poteſtate ſunt, & in futurum erunt, dedimus & ſubiecimus, & præſentibus voluntarie, & ſpontanee, perpetuo damus, & ſubiicimus. Ipſum- D que Caſimirum Regem Poloniæ, pro vnico, iuſto, legitimo Domino & hærede ſuſcipimus, recipimus, & acceptamus, ac nos & terras prædictas in ius, ſortem, proprietatem, & titulum Coronæ Poloniæ, reintegramus, reunimus, incorporamus, & inuiſceramus, omnium Priuilegiorum, libertatum, & prærogatiuarum Regni Poloniæ, vſum & participationem, & ſignanter communem cum aliis Regnicolis, futurorum regum electionem, & Coronationem habituri. Ipſamque deditionem, ſubiectionem, ſuſceptionem, & obedientiam, iterum atque iterum profitemur, atque innouamus, Subiicientes nos, terraſque prædictas, in perpetuam præfati Domini Regis, & ſuorum ſucceſ-* 1454.

ces-

1454.

ceſſorum, & Regni Poloniæ, ditionem, gubernationem, protectionem, fidem, poteſtatem, imperium, & regimen. Promittentes pro nobis, A *hæredibus, & ſucceſſoribus noſtris, ſub fide, & honore, atque onere præſtiti, per nos iuramenti, quod præfato, Illuſtriſſimo Principi, Domino Caſimiro, Poloniæ Regi, eiuſque ſucceſſoribus Poloniæ Regibus, velut fideles & ſubiecti, quemadmodum cæteri incolæ eiuſdem regni, parebimus, auſcultabimus, & obediemus, fideliter & conſtanter, perpetuo in æuum, Iuribus noſtris ſemper ſaluis. In ipſiuſque Domini Regis, & ſuorum ſucceſſorum Poloniæ Regum, ditione, poteſtate, gubernatione, ſubiectione, imperio, & regimine, ab hac hora, & in perpetuum ſemper perdurabimus, & conſiſtemus, nec vllo tempore, nos à Corona Poloniæ, cuius ſumus indiuiduum, ſcindi, ſequeſtrari, aut alienari* B *permittemus, aut conſentiemus. Promittentes, præfato Domino Caſimiro Regi, & ſuis ſucceſſoribus Regibus Poloniæ, in omnibus felicibus, & aduerſis, & quibuſcunque caſibus, ope, præſidio, conſilio, & auxilio, fideliter contra quoſcunque eorum hoſtes, & aduerſarios, & quaſcunque perſonas Eccleſiaſticas, vel Seculares, quacunque præfulgeant dignitate, Communitates, Vniuerſitates, & ſignanter contra Magiſtrum, & Ordinem quondam Pruſſiæ, Almaniæ, Liuoniæ, fideliter animo, & rebus, & cum effectu aſſiſtere, & bonum, vtile, commodum, & honeſtum, eiuſdem Domini Caſimiri Regis Poloniæ, & ſuorum Succeſſorum Regum Poloniæ, iuxta vires & potentias noſtras ex-* C *tremas, efficere, dirigere, & procurare, nec vnquam quibuſcunque colore, arte, neceſſitate, caſu, opportunitate, vel ingenio, præfatum Dominum Caſimirum Regem, & ſuos Succeſſores Reges Poloniæ, & Coronam Poloniæ deſerere, aut in præiudicium, læſuram, vel offenſam, præſentis ſubiectionis, & deditionis noſtræ, cum Magiſtro & Ordine, & Magiſtris Almaniæ, & Liuoniæ, aliquos tractatus, reconciliationes, inſcriptiones, amicitias, fœdera, colloquia vel ſermones, abſque eiuſdem Domini Regis Poloniæ licentia ſpeciali vel conſenſu inire, vel per quaſcunque ſummiſſas perſonas, directe vel indirecte, palam vel clandeſtine, abſque dolo vel fraude ſub fide & honore. Cui quidem Sere-* D *niſſimo Principi, cum primum ingreſſus fuerit terras Pruſſiæ, ad ſuam requiſitionem, plenam præſtabimus, præſtareque adſtringimur, fidelitatis, Subiectionis, & obedientiæ perpetuæ, corporali interpoſito iuramento homagium.*

Legatis Pruthenorum exiſtentibus Craconiæ, & deditionem facientibus, quatuor arces principales a Pruthenis demoliuntur. & Marienburgum obſidetur.

Legatis *Pruſſiæ* in propria reuerſis, cum maxima gratulatione, & gaudio occurſum eſt, & magna lætitia omnium ciuitatum, concluſio, & conſumatio, per *Caſimirum Poloniæ* Regem accepta, celebrata eſt. Illis autem apud Regem *Craconiæ* commorantibus, quatuor Caſtra principalia, videlicet *Thorun nouum, Gdanſk, Elbing, & Kinzberg*, per ciues demolita ſunt. Quorum demolitio, non ſolum *Caſimiro* Regi & ſuis A Conſiliariis, ſed & Nobilibus *Pruſſiæ*, non parum diſplicuit, & exercitus proprius, ſtipendio ex *Bohemis* & *Polonis* conductos, ex templo ad *Marienburg* ducitur, & Caſtrum illud obſidione vallatur. *Choynicza* interim Oppidum, deditionem abnuens, *Plawienski*, cum mille equitibus Magiſtro, & Cruciferis, in auxilium veniente, accepit. Contra quem *Nicolaus Sarlieiski*, Palatinus *Iuniwladislauienſis*, cum mille ducentis equitibus, & ſeptingentis peditibus veniens, in caſtris *Tucholya*, & *Sluchow*, nomine Regio in manus ſuas traditis, conſedit. Et ipſum *Plawienski* particularibus congreſſionibus ſæpe fudit, & populationem agrorum prohibuit, *Andrea* Epiſcopo B *Poſnanienſi*, & *Ioanni* de *Konieczpolie*, Regni *Poloniæ* Cancellario, feria ſecunda Paſchæ, in *Thorun*, per omnes Nobiles, & Ciuitates *Pruſſiæ*, in perſona Regis, homagium factum eſt. Epiſcopi *Pruſſiæ*, in Regis aduentum reſeruati, & poſthæc maior vis bombardarum & hominum ad continuendam obſidionem Caſtri *Marienburg* acceſſit.

Nouam Marchiam Fredericus Brandeburgenſis Marchio per deditionem accipit.

Sub hoc etiam tempore, *Fredericus* Marchio *Brandeburgenſis*, deditam ſibi *nouam Marchiam* accipit; *Caſimiro Poloniæ* Rege magis diſſimulante, quam approbante. Ita non ſolum in *Pruſſia*, ſed & in *Marchia*, & in quibuslibet orbis regionibus, vniuerſæ vrbes, vici, atque Oppida, tectis atque communione ex-C cludebant Cruciferos: violentum eorum atque ſuperbum dominium, peroſi. Cum ſiquidem florere res Cruciferorum viderentur, fœlicesque ſe & beatos exiſtimarent, nec perpenderent, ſuum nefandum facinus, quo ſuorum conditorum, fundatorumque terras *Pomeraniæ*, *Chelmenſem* & *Michalouienſem* detinerent occupatas, conuertit fortuna orbem ſuum, & inſuſpicabili caſu & tempore autoritatem eorum proſtrauit & ſtatum.

Feria ſecunda in vigilia Annunciationis, ſanctæ *Mariæ* virginis, rebus publicis & priuatis in ordinem repoſitis, *Ioanne Luthkone* de *Brzezye* Iuris vtriuſque Doctore inſigni, Canonico *Gneſnenſe*, ad *Nicolaum* Papam D quintum, *Romam*, & ad *Fredericum Romanorum* Imperatorem, Conuentum Electorum, & Principum *Almaniæ*, apud *Ratisbonam*, pro die ſancti *Georgii* agentem, & *Nicolao Gbrzaſtowski* Tribuno *Cracouienſe*, ad Regem *Hungariæ*, & *Bohemiæ*, *Ladislaum Pragam*, ad contradicendum querelis, ſi quæ à Cruciferis proponerentur, transmiſſis. *Craconia Caſimirus* Rex egreditur, matre, & conſorte *Craconiæ* relictis, & per *Vuliciam*, *Sandomiriam*, & *Lublin*, pro die Dominica Iudica, in *Brzeſcie Ruthenicale*, ad agendum Conuentionem, cum *Lithuanis* inſtitutam, comitantibus eum, *Ioanne* de *Czizow*, Caſtellano

Caſimirus Rex in Synodo Brzeſtenſi

&

1454.

& Capitaneo, *Ioanne* de *Thczin* Palatioo *Cracouienſe*, & *Petro* Regni *Poloniæ* Vice-Cancellario, peruenit. Vbi *Lithuaniæ* Baronibus A expoſito, *Pruſſiam* in ſuam & Regoi *Poloniæ* ditionem conceſſiſſe, imperat illis, *vt gentibus Liuoniæ, in ſubſidium Magiſtro, & Cruciferis Pruſſiæ, tranſire volentibus, tranſitum prohibeant, & præcludant, & ſi neceſſarium fuerit, pro æſtate inſtante, exercitualiter venire in ſubſidium ſint parati.* His confectis *Sandomiriam* regreditur, & ibi feſtos dies Paſchæ, matre, & conſorte, ad eum venientibus agit. Quibus tranſactis, *Sandomiria* egreſſus, in Conuentiooem *Lancicienſem*, pro prima die Menſis Maii inſtitutam, comitante eum vtraque Regina, tranſiit.

imperans Lithuanis, vt & Liuones tranſire in Pruſſiam, ad ferendum auxilium Cruciferis, volentes prohiberent, & æſtate proxima ipſi expeditionem pararent, ſi opus fuerit. ad aliam Conuentionem Lanciciam reuertitur. In Conuentione Lancicienſi, de multis quidam aliis,

Adueniente, ſanctorum *Philippi* & *Iacobi* Apoſtolorum, die, conuentio generalis, in B *Lancicia* teneri cæpta eſt, & ad diem octauum continuata. Et cum *Caſimirus* Rex *Poloniæ*, ad eam præſencialiter veniſſet, ſinguli etiam Prælati, præſertim *Poloniæ maioris*, ad illum venerunt. Cardinalis & Epiſcopus *Cracouienſis Sbigneus*, ſtudioſe illi intereſſe, noluit, ne res *Pruſſiæ*, quas a principio non probauerat, temporis proceſſu, promouere cogeretur. De terris *Cracouienſe*, & *Ruſſiæ* præter *Ioannem*, de *Czizow*, Caſtellanum, Capitaneumque, & *Ioannem* de *Taczin* Palatioum, *Cracouienſes*, nullus ibi interfuit. Aucta tamen fuit Conuentio, præſentia *Wladislai* & *Boleslai Maſouiæ* Ducum, qoi magna militum caterua ſtipati, illic ſplendide acceſſerant. Acta eſt in C primis deliberatio, ſuper rebus *Pruſſiæ*, ad quas promouendas, *Gabriel* de *Bayſſen*, Palatinus *Culmenſis*, cum aliquibus ciuibus *Pruſiæ* aduenerat. Et vnanimi voto, decretum eſt, *vt Rex Caſimirus, in Pruſiam iret, & manſione ſua in Thorun firmata, omnes auſicos ſuos, & terras Cracouienſem & Dobrzinenſem ad continuandam obſidionem Caſtrorum Marieuburg, Schtum, & Oppidi Choynieza tranſmitteret, atque die Dominico, in craſtino Vrbani, homagium à nobilitate, & populo Pruthenico acciperet.* Auditi ſunt poſthæc ouncii, *Frederici* Marchionis *Brandeburgenſis*, *Barthoſius Viſſemburg*, & *Clemens* cuſtos *Lubucenſis*, petentes, *vt Caſimirus Rex, illum in poſſeſſione noua Marchia, quam occupauerat: non impediret.* Auditi & Nuncii Ducis *Stolpenſis*, qui petebat, *vt Rex adiuuaret eum, ad repetendam nouam Marchiam, ſibi hæreditario iure debitam, offerens maiorum ſuorum more homagium, & in ſubſidium cuiuslibet belli, duo equitum millia, & pro bello præſenti, etiam præſentiam ſuam.* Vtrique indeterminata reſponſio data eſt: *Non poſſe Regem quicquam decernere, duobus amicis, vnam terram petentibus: quam & Rex Bohemiæ Ladislaus repetit, velut ſuam.* Ad hanc etiam conueotionem, *Nicolaus Chrzaſtowski Praga*, à Rege *Bohemiæ Ladislao*

de rebus autem Pruſſiæ plurima tractantur.

rediit: qui *ſe propriis Nuntiis daturum poſtulationi Regiæ reſponſum* reſpondit: Eo A *Praga* agente. *Albertus* Marchio *Brandeburgenſis*, germanus *Frederici*, eum Cruciferis affuit, & nomine Magiſtri, & Ordinis *Pruſiæ*, terrarum *Pruſiæ*, deditionem Regi *Bohemiæ* exhibuit: quærelas ingeminans, contra Nobiles, & ciues *Pruſiæ* quod contra proprios Dominos, rebellionem temerariam, ſpoliaodo illos terris, & Caſtris, atteotaſſent. Exortum ſubinferens ignem, quo *Polonicum*, & *Almanicum* idiomata, perpetuo inter ſe odiorum ſtridore flagrarent, poſtquam *Poloni Pruſiam* iuris ſui facere conarentur, quæ erat *Theutonici* ſanguinis, perpetuum horreum, quo omnes Principes, Comites, & Nobiles, extrema paſſi, faciliter in priorem, & B aliquando maiorem fortuoam, ingreſſu religionis reſurgebant. Suggeſtum etiam *Chrzaſtowski* per aliquos *Bohemos* principaliores, vt quingentis millibus florenorum, *Poloniæ* Rex acceptis, quorum totidem *Bohemiæ* Regi offerebatur, de iure, & poſſeſſione *Pruſiæ* excederet, & perpetuo *Pruſiam* recipiendo, decem millia florenorum annuatim tributariam haberet. Ducibus *Maſouiæ*, *Wladislao* & *Boleslao*, nullum conueniens reſponſum, terras ſuas per *Lithuanos* occupatas, repetentibus, datum, & non ſine moleſtia, amaritudineque ampliori, ex Conuentione *Lancicienſi* diſceſſum: quamuis ambo, ad res *Pruthenicas* promouendas perſonale C auxilium, cum omnibus ſuis potentiis, ſi *Caſimirus Poloniæ* Rex, ſuper terris per *Lithuanos* occupatis, iuſticiam ſe adminiſtraturum polliceretur, offerrent laturos.

Ex *Lancicia* in *Pruſiam* itum eſt, & multitudo magna militum & adoleſcentum Regem comitabatur. Aderat *Ioannes Wladislauienſis*, & *Andreas Poſnanienſis*, Epiſcopi, *Ioannes* de *Thoczin Cracouienſis*, *Lucas* de *Gorka Poſnanienſis*, *Stanislaus* de *Oſtrorog Caliſſienſis*, *Petrus* de *Oporow Wladislauienſis*, *Nicolaus Scharlieyski Brzeſtenſis*, Palatioi, *Petrus* de *Schamotuli*, *Poſnanienſis*, *Petrus* de *Gay*, *Caliſſienſis*, Caſtellani, *Ioannes* de *Koniećzpolye*, Cancellarius, *Petrus* de *Szczekoczin* Vice-D Cancellarius Regni *Poloniæ*, & multi alii Dignitarii. Tanta autem erat cum *Caſimiro* Rege numeroſitas gentium, vt doodecim turmas inſigoes, quarum ſex præibant Regem, ſex ſubſequebaotur, facerent. Itaque *Caſimirus* Rex cum magna gloria, & admiratione hominum, primum *Thorun*, feria quinta, ante diem ſancti *Vrbani* iogreſſus, ab vniuerſo Clero, Nobilitate, & populo, ac ab vniuerſis Ordinibus, cum magna leticia, & pompa ſuſceptus, & omnibus oeceſſariis procuratus. Feria tertia, ante feſtum Aſcenſionis Domini. *Caſimirus Poloniæ* Rex, thalamum, & ſolium, io Circulo *Thorunenſis* Ciuitatis, ad id conſtructum, & exornatum conſcendens,

1454.

Homagium præſtant publice terræ

1454. *Pruſſia, in foro Thorunenſi.*

dens, indutus cappa, & Diademate Regali veſtitus, vniuerſis inſigniis Regalibus, Pomo, ſceptro, & enſe ornatus, aſſiſtentibus ſibi Prælatis, & Baronibus *Poloniæ*, homag um a terrâ *Culmenſi*, *Gabriele* de *Bayſſen* Palatino, cum nobilibus, & Senioribus, Ciuitatum *Chelm*, & *Thorun*, banderium & ſigna, quibus vti terra *Culmenſis* conſoeuit, ferentibus, & in ſigoum ſubiectionis, & deditionis, illud pedibus Regiis ſubſternentibus, ac corporale iuramentum, de fidelitate, obedientia, & ſubiectione, perpetoo cuſtodienda, præſtantibus, homagio ſuſcepto, in Eccleſiam Patochialem S. *Ioannis*, *Caſimirus* Rex tranſiit. Vbi tanta fuit preſſura, vt vix Rex ipſe Eccleſiam prædictam, attingere potuerit. Oblatione ad altare maius, iuxta decentiam Regalem facta, & *Te Deum laudamus* hymno, à Clero, & popnlo cantato, dies ille in leticia & hilaritate vniuerſæ plebis, abſumptus eſt.

Stante *Caſimiro Poloniæ* Rege in *Thorun*, venerunt ad ſuam Serenitatem nuncii *Ladislai Hungariæ* & *Bohemiæ* Regis, videlicet, *Ioannes Perſtenski*, & *Zdenick Koſtka*, & legationem orſi. *Moleſte ferre Ladislaum Regem* aſſerebant, *quod terram Pruſſiæ Caſimirus Rex, eo inconſulto in deditionem accepiſſet, cum aliud ſe factu-rum per Rozembarski, & Zdenyek, a nuptiis reverſos, intimaſſet.* Petentes *vt Rex Caſimirus Pragam legatos ſuos, cum plena facultate, celerius tranſmitteret, ad tractandum & concludendum, cum Rege Ladislao, ſuper terris Pruſſiæ, noua fœdera, profectum vtrique Regno afferentia: & interim a vexatione Caſtrorum Marienburg, & Schtum, & Oppidi Choynicza, Caſimirus Rex ſe contineret: cum Regi Ladislao diſpliceret Cruciferorum depreſſio, qui ordinis eorum extabat dotator & Patronus.* Mirabatur Rex *Caſimirus*, cum ſuis omnibus, de legatione affinis, & ſanguinei ſui, tam cruda, & indigeſta, nec Regi *Ladislao*, velut puero, qui per ætatem res librare non poſſet, de hac legatione, ſed *Georgio* de *Poſdziebrad*, & qoibusdam *Bohemis*, qui hæreſim *Viclephiſticam* tenebant, per Crociferos donis, & promiſſionibus ineſcatis, ſuccenſebat. Gentisque præfatæ. & temeritatem, & arrogantiam tacitus irridebat, quæ propriis cladibus, & diuiſionibus non attentis, ſibi, & Regno ſuo, belli paciſque iura dare, æquum cenſebat. Itaque eo ſolo, reſponſione purgato, *quod Caſimirus Rex nunquam per Rozembarski & Zdenyek, aliquam intimationem, de non accipienda terræ Pruſſiæ deditione, Rege Ladislao inconſulto fecerit, reſponſurum ſe ad cætera, per proprios Legatos Regi Ladislao* reſpondet, *quo magis liquere poſſit, Regem Bohemiæ Cruciferorum Ordinis, in terris Pruſſiæ, nunquam dotatorem, ſed Reges & Principes Poloniæ fuiſſe.* Conſternati mente *Bohemiæ* Regis nuntii, quod dolos *Girzikonis* detegendos intelligerent, blande, & mite loqui cæperunt, & per ſommiſſas perſonas Regi

1454.

ſuggerere, *vt Res Pruthenicas, quo cæperat ordine, viriliter proſequeretur.* Petebant tamen A *ſibi præſtari licentiam, vt curru aſcenſo poſſent in Marienburg Caſtrum adire Magiſtrum*, pecunias, vt ſuſpicio erat, promiſſas, ibi recepturi. Sed hæc licentia ipſis expreſſe negata eſt. Muneribus itaque ioſignibus, tam a *Caſimiro* Rege, quam ab *Eliſabeth* regina acceptis, dum *Pragam* Nuocii, reſponſo allato rediiſſent. Rex *Ladislaus*, & Conſiliarii *Bohemiæ*, ſed & ipſe *Girzik*, *Pozdziebraczky*, ineptam legationem, affini ſuo Regi *Poloniæ Caſimiro*, ſe miſiſſe dolens, illicò eam, miſſo celerrimo Nuncio, & fideli, *Ioanne Rabſchtin* correxit. Rogans *Caſimirum* Regem, ne *Legatione priore, ſine ſuo ſcitu miſſa, moueretur. Fauere ſibi de terris Pruſſiæ, fauere de ſucceſſibus fœlicibus*, multifarie de- B ducebat. *Nunquam ſe acturum aliquid* repromittens, *quo ex parte ſua, a proſecutione rerum Pruſſiæ debeat auocari.* Hac legatione *Caſimirus* Rex motus, quo maiorem cum *Ladislao* Rege habeat intelligentiam, *Ioannem* de *Thartzin* Palatinum *Cracouienſem*, & *Petrum* de *Schamotuli*, Caſtellanum *Poſnanienſem*, mittendos *Pragam*, ad Regem *Ladislaum* decreuit. Conſpectam in *Thorun*, *Ioannes* de *Rabſchtin*, Regis *Caſimiri* militiam, reuerſus in *Bohemiam* vulgauit: *dementiſſimum hominem* aſtruens, *qui Regi Poloniæ, de propriis familiaribus, & Aulicis electiſſimis, & exercitatiſſimis, tantam militiam habenti, omnibus reliquis hominibus, in terris Regni Poloniæ, & Dominiis Lithuaniæ,* C *Ruſſiæ & Valachiæ, adhuc quieſcentibus, vellet pro recuperatione terrarum Pruſſiæ, quorum omnia Caſtra, & Oppida, præter tria, in Regia conſiſterent poteſtate, vellet aduerſari.* Multosque *Bohemos*, in ſubſidium Cruciferis ituros, huiusmodi relatione, & perterruit, & auertit.

Ladislaus Hungariæ & Bohemiæ Rex Legatos iterum, ad Caſimirum Poloniæ Regem mittit, qui legationem priorem, eiusdem Ladislai nomine, eo inſcio, de non proſequendo negocio rerum Pruſſiæ factam, cuius cum valde puduit. Conſiliariorum ſuorum culpa tribuerent.

Feria quarta, ante feſtum Pentecoſtes. *Caſimirus* Rex *Poloniæ* ex *Thorun* diſcedens, venit pro feſto Pentecoſtes in *Elbing*. Vbi ſua ſerenitas, cum magno honore, pompa, & gloria, ab vniuerſis Ordinibus, ſuſcepta eſt, & feria ſecunda Pentecoſtes, io Solio, ad Prætorium præparato, *Caſimirus* Rex Regalibus omnibus indutus, homagium a tribus Epiſcopis, eo- D rumque Capitulis, *Arnoldo* videlicet *Culmenſe*, *Caſparo Poſnanienſe*, & *Nicolao Sambienſe*. Item a Capitulo Eccleſiæ *Varmienſis* (illius enim Præſul *Franciſcus*, cum Magiſtro Cruciferorum, & cæteris de ordine, conclusos in *Marienborg* obſidione tenebatur) item a *Stiborio* Palatioo, Nobilibusque Diſtrictibus *Elbingenſis*, item a cioibus *Elbingenſibus* præſtito, de cuſtodienda fide, & obedientia, in poſterum, corporali iuramento ſuſcepit. Poſt cuius præſtitionem, præfati Epiſcopi *Culmenſis*, *Pomeſnanienſis* & *Sambienſis*, cum ſuis Capitulis, qui ad illud vsque tempus Ordinis Cruciferorum habitum deferebant, exuto & deiecto habitu, communem induere veſtem. Peteotes

Homagium Elbingi Caſimiro Regi præſtatur a tribus Epiſcopis & Capitulo Varmienſe.

Epiſcopi, reiecto habitu Cruciferico, ad habitum Canonicorum, ſancti

ſe

1454.

Auguſtini redeunt.

ſe per Regem Caſimirum, ad obſeruantiam Ordinis, & habitus ſancti Auguſtini Canonicorum Regularium reſtitui, quam Magiſtro impellente, & cogente, ſumpto Crucifèrico habitu (nec enim aliquis aliter in Epiſcopum, aut Canonicum promotus fuiſſet) reiecerant. Ad Ciuitatem vero *Kinsberg* alias *Krolowgrod*, ſuum aduentum, feruentiſſime deſiderantem, & expetentem, deſcendere non valens. *Ioannem* de *Konieczpolye*, Regni *Poloniæ* Cancellarium, transmittit. Cui in *Kinsberg* venienti, maximus honos, non minus, quam ipſi Regi delatus eſt, & homagium in ſolio, ad id præparato, cum iuramentis corporalibus præſtitum.

Ioanni de Konieczpolie a Rege Caſimiro tranſmiſſo Kinsbergenſes præſtant homagium.

Caſimirus Rex Thorunniam redit, vbi Ciuitatibus Pruſſiæ, plurima donat & remittit,

Rex *Poloniæ Caſimirus*, ex *Elbing* honoratus, & muneratus multifarie, per caſtra, & Ciuitates ſuas, in *Thorun* rediit. Vbi Ciuibus *Gedanenſibus*, *Elbingenſibus*, *Thorunenſibus*, *Kinzbergenſibus*, liberaliſſimas donationes, Villarum, molendinorum, & aliorum introituum fecit: *Gedanenſium* præcipue Ciuitati. Cui & cenſum, ſeptingentarum marcarum, ex Ciuitate prouenientem indulſit, & omnia molendina Ciuitatis, cum inſula, & villis omnibus, in ea conſiſtentibus, tredecim duntaxat villis, & duabus Curiis, pro ſe reſeruatis donauit. Ea tamen conditione appoſita, *vt ſingulis annis Ciuitas ſoluat Regi, duo florenorum millia, & quatuor diebus, ipſum, & curiam ſuam, omnibus neceſſariis procuret: ac in locum caſtri, per eam demoliti, Curiam Regiam, de lateris coctis, ſumptuque notabili, ac magnifico edificet.* Ad faciendam autem, tam liberalem donationem, Ciuitati *Gedanenſi*, *Caſimirum* Regem, non ſolum liberaliſſima impenſa, quam in adminiſtrando bello, & tenendis Stipendiariis, contra Magiſtrum, & Cruciferos faciebat, induxit, ſed & literæ *Meſthvvin*, & *Samborii* Ducum *Poloniæ*, & *Pomeraniæ*, quibus molendina, & inſulam ipſam, Ciuitati *Gedanenſi*, donabant, permouere. Stabat autem *Caſimirus* Rex in *Thorun*, adminiſtrando res ſingulas, præſertim quæ erant, pro continuandis, obſidionibus Caſtrorum, *Marienburg. Schtum*, & Oppidi *Choynicza*, neceſſariæ, & de ſingulis neceſſariis prouidendo. Ambæ vero Reginæ, *Zophia* mater, & *Eliſabeth* coniunx, ſtabant in *Nyeſchova* Caſtro, & crebris vicibus, ad ſolennitates chorearum, in *Thorun* deſcendebant. Sed & *Caſimirum* Regem occupatio, & apparatus ludorum cæperat, & per dies, non feriatos tantum, ſed & feruiles, intra belli locum, & tempora, animum, velut in pace media, remittebat: parum memor, quas res gerendas ſuſcepiſſet.

& quaſi iam debellatum eſſet, operam dat choreis.

In die beatæ *Margarethæ*, *Caſimirus Poloniæ* Rex, in Oppido *Grudzanz* cum omnibus Prælatis, Baronibus, ac Ciuitatibus Pruſſiæ, generalem agit Conuentionem, eo præſertim reſpectu, ut, *Bohemos* Stipendiarios, Caſtrum *Marienburg* obſidentes, qui homines credebantur ambiguæ fidei, expeditos ſolutione licentiaret, quoniam nobiles, & Ciuitates *Pruſſiæ*, ante aduentum Regis in *Pruſſiam*, veriti, ne ad hoſtes Cruciferos deficerent, de altiſſimo, cum eis ſtipendio, pro quolibet videlicet equo, pro Quartuali anni, viginti ſex florenos dando, conuenerant. Quo euenit, ut ſine aliquo profectu, in obſidione *Marienburg* ſtando, maximum auri meruerant, ſine opera aliqua, numerum, & vſura continue aſcendebat. Itaque in conuentione ipſa, de hoc imprimis, proviſum eſt, *vt exactione in quolibet capita impoſita, meritum ſtipendium, Bohemis licentiatis perſolueretur.* Item *vt Caſtra Eccleſiarum & Epiſcoporum, durante bello, nobilibus Pruſſiæ traderentur. Vt ex nobilibus, & Ciuitatibus, ſedecim in Conſilium regis conſignarentur, qui ſuper omnibus occurrentibus, cum Rege prouiderent.* His itaque ordinatis, in *Bohemorum* licentiatorum locum, aulicos ſuos Rex *Caſimirus*, in obſidionem Caſtri *Marienburg*, Præfecto eis *Ioanne*, de *Szezekoczin*, Capitaneo *Lublinenſe*, in Ducem, & Capitaneum tranſmittit. Ipſe vero cum *Ioanne Wladiſlauienſe*, *Andrea Poſnanienſe* Epiſcopis, *Ioanne* de *Konyeczpolie* Cancellario, *Petro* de *Szezekoczin*, Vicecancellario Regni *Poloniæ*, aliiſque Baronibus, *Thorun* regreditur. Nuncios ex *Ratisbonenſe*, quæ per *Fredericum* Imperatorem *Romanorum*, pro feſto ſancti Philippi indicta erat, Diæta, ad eum tranſeuntes, auditurus.

Bohemis ſtipendio perſoluto dimiſſis,

Marienburgum ab Aulicis Regiis obſidetur,

atque Rex Thorunniam redit. Nuncios Romanorum Imperatoris auditurus.

In *Thorun Caſimiro Poloniæ* Rege, reuerſo, Nuntii ex *Ratisbonenſe* Diæta, nomine ſummi Pontificis *Nicolai* quinti Papæ, *Frederici* Imperatoris & Electorum imperii, *Philippi Burgundiæ*, *Ludouici Bauariæ*, Ducum, *Alberti* Marchionis *Brandeburgenſis*, quinque numero aduenerunt, videlicet *Ioannes Volroth*, *Petrus Burgundius*, *Chriſtophorus Bauarus*, *Iacobus* Decretorum Doctor, Prouincialis, Ordinis Canonicorum Regularium *Auguſtini* & Prior Ordinis Prædicatorum de *Ratisbona*. His feria ſecunda, poſt feſtum *Iacobi* Apoſtoli, in prætorio Ciuitatis *Thorunenſi*, vbi *Caſimirus* Rex, manſionem tenebat, data audientia, *Iacobus* Doctor Prouincialis, *breui oratione Caſimirum Regem, de multiplicibus donis Dei, & virtutibus, ſupra omnes Reges, & Principes orbis, efferens, tres virtutes præcipuas, ipſum neceſſario habere* diſſeruit, *Iuſtitiam*, *Clementiam*, *& Strenuitatem.* Petens nomine totius *Ratisbonenſis* Conuentus, *terras Pruſſiæ Magiſtro & Ordini Cruciferorum, veteribus illarum poſſeſſoribus, reſtitui, vigore iuſticiæ: errata eorum ignoſci, ratione clementiæ, pro recuperatione Vrbis Conſtantinopolitanæ, cum aliis Principibus Catholicis conſurgere, ratione ſtrenuitatis*, ſubinferens *Principes Eccleſiaſticos, & ſeculores, ve-*

Legati Papæ, Imperatoris, & Electorum Imperii, à Caſimiro Rege petunt

terras Pruſſiæ, Cruciferis reſtitui, errata eorum ignoſci, & pro recuperatione Conſtantinopolis, vna cum

1454.

alijs Catholicis conſurgi.

Ad quorum legationem,

in futuram Germanorum Diatam, reſponſum Caſimirus reiicit.

hementer turbatos eſſe, de ſubactione Pruſſia & aliam Diatam, pro feſto Michaelis in Noremberga, aut Francofordia, prope Rhenum conſtituiſſe ad prouidendum rebus fidei, & Caſerorum. *Caſimirus* Rex deliberatione ſumpta, etſi efficacem, digeſtamque congeſſiſſet reſponſionem, vt tamen *Almanos*, bellum ſibi inferre molientes, diutius in ſpe deſtineret, leuitate etiam Nuntiorum penſata, *miſſurum ſe in Diatam Norembergenſem, pro feſto S. Michaelis tenendam, ſpeciales Nuntios, coram Imperatore, & Principibus, qui illic aderunt, iuſtitiam, clementiam, & ſtrenuitatem ſuam demonſtraturus*, reſpondit. Quo reſponſo accepto, Nuncii ipſi petebant, *ſe ad Magiſtrum, & Ordinem in Marienburg, & Schtum, Caſtrorum ac Oppidi Choynicza, ſolui*, ſed dum id nullatenus fieri poſſe accepiſſent, remunerati a *Caſimiro* Rege, veſtibus Sabellinis, reuertuntur. Admonebatur tunc *Caſimirus* Rex, a *Sbigneo* Cardinale, & Epiſcopo *Cracovienſe*, per Nuntium, *quatenus captis Pruſſia rebus, ſolicitus incumberet, & ſi in aciem prodeundum foret, ſine veteranis, & Aulicis, non ſe pugna committeret: cladem potius quam victoriam, ſi ſine exercitatis militibus decerneret, procul dubio relaturus.* Cardinalis ſiquidem præfatus, etſi bellorum *Pruſſia* non probabat initia, ſuſcepta tamen non deſerebat.

Caſtro Schtum Polonis dedito

Feria ſexta, in vigilia ſancti *Laurentii*, Commendatores aliquot numero. Cruciferi plures de Ordine, & Nobiles aliqui *Pruſſia*, qui caſtrum *Schtum* Menſibus ſex defendebant, propter panis, & cereuiſiæ defectum, hydropidi & diſſenteria preſſi, peſtibusque, ex quibus quinquaginta eorum, centum & quinquaginta remanentibus, & eandem ſortem expectantibus, morte abſumpti erant, non valentes vltra ægritudines ipſas perferre, obſeſſis opitulante nullo, Caſtrum *Schtum Caſimiro Polonia* Regi tradunt, & omnes incolumes, cum rebus propriis, bombardis, compulueribos, ſagittis, & aliis propugnaculis, in Caſtro remanentibus, abire, quoniam ita pactum erat, permittuntur. Quorum non niſi quinquaginta abierunt in *Marienburgum*. Ex quorum aduentu, magnus gemitus, & luctus, ſubſecutus eſt. Macie enim confecti, imaginem mortis ferentes, exhauſti fame & tabe, luridineque aduenerant. Centum alii, inter quos erant Cruciferi, ad *Caſimirum* Regem ſe contulerunt. Sabbato autem, poſt feſtum Aſſumptionis ſanctæ *Maria* Virginis, inter obſidentes, gentes videlicet Regias, & obſeſſas gentes Magiſtri, circa *Marienburg*, magna dimicatio coorta, maximam fecit in Magiſtri gentibus ſtragem. Editaque fuiſſet & amplior, niſi puluis fugientes texiſſet. Captus tamen per Magiſtri gentes tunc fuit, vir animoſus, *Ioannes Koth*, de *Dabno*, & intra triduum, ex vulneribus mortuus. Qui in *Thorun* relatus, in Eccleſia S. *Ioannis* Baptiſtæ ſepultus eſt. A Strages ipſa *Maſouitas*, & *Bohemos* transfugas, præter quos, nullos alios Magiſter Stipendiarios habuit, vehementer perterruit, & cum hac infœlicitate preſſi, tum quod *Maſouitarum* Principalis Capitaneus *Miczovvski*, pro ſcorto cum *Bohemis* diſceptans, miſerabiliter occiſus erat, mittunt ad *Caſimirum* Regem, petentes ſibi ignoſci, & promittentes, fidem fractam, melioribus actionibus ſe reformaturos. Nauis inſuper a *Gedanenſibus* præparata per *Viſlam*, omni vacua Gubernatore, dimiſſa eſt verſus pontem, flammam ante ignibus adultam, præſeferens, ea cauſa inſtructa, quatenus pontem conſumeret. Nec res caruiſſet effectu. Ignis enim pice, ſulphure, & B cæteris incendii nutrimentis, in vniuerſum diffundebatur pontem: Singulam enim compoſitionem depaſturus, niſi hoſtilis multitudo, ex Caſtro decurrens, & certatim aquas ſuperiacens, impetum graſſantis incendii extinxiſſet.

Marienburgum fortiter oppugnatur.

Inter hæc rumor, a veritate non abhorrens, ad Regem *Polonia Caſimirum* allatus eſt, *exercitum in Almania partibus, diligentia, ſtudio, & impenſis, Magiſtri Almania*, qui pro auro, ad id opus habendo, fere vniuerſos ſui Ordinis redditus, aut vendiderat, aut diſtraxerat, *& Pruſſia Theſaurarii, ex Cruceuiis, cum quinquaginta millibus florenorum digreſſi, comparari.* C Diu tamen rumor ipſe, pro ficto habitus eſt, ſed continua ſuiſamenta exploratorum in *Almaniam* miſſorum, & amicorum ſcripta, relationesque fecerunt de rumore fidem. Propter quod terris duntaxat, *maioris Polonia*, ut verſus *Moymczam* exercitualiter procederent, mandatum eſt. Sed gentes illæ, etſi Regio mandato parendo procederent: in tranſeundo tamen, in bona Eccleſiarum, & Monaſteriorum, villarum, & decimarum, crudelitatem expromebant, vt ne hoſtes quidem, etiam *Scythæ*, aut barbari, ſimili vterentur conditione. Spoliis complebant omnia, & ſingula redigebant, in deſolationem, & vaſtitatem. Rapientes etiam, nec temperantes D ſe a violatione, & ſpoliis fœminarum. Pro qua re, clamor & fletus, ſpolia, & iniuriam paſſorum, & lachrymæ viduarum, & orphanorum, ad Tribunal Dei, vindictam expetendo aſcendebant. Ventum eſt igitur, in locum deſignatum, ad villam *Czerekvviczam*, Archiepiſcopi *Gneſnenſis*, duobos milliaribus a *Choynicza* ſitam, quæ per gentes Regias obſidionem ferebat, licet illic exercitus Regius, vtpote, in rerum magna copia conſtitutus, magis voluptatibus, & petulantiæ, qoam expugnationi vacaſſet. Et hoſtium aduentus, vicinus, & propinquus, denunciatus eſt, quem ex *Almanis*, *Sle-*

ſitis,

1454. *ſitis*, *Bohemis* collectum, in Oppidum *nonæ Marchiæ Schibelken*, quod adhuc partes Cruciferorum ſequebatur, aduenisse, certum erat. Horum duces præcipui erant, *Rudolphus* Dux *Zeganenſis*, & *Bernhardus Schumborski Bohemus*, octo millia armatorum equitum, & peditum vix explebant. *Caſimirus* Rex, de aduentu hoſtium certus (de quibus non ſolum a propriis certificabatur, ſed a *Frederico* etiam *Brandeburgenſi* Marchione, qui eis contra fœdus pactum, & promiſſum, Regi ſactum in *Francofordia*, tranſitum per fluuium *Odram* præſtitit, & quod ſcelus Nontiis ad Regem in *Thorun* miſſis purgabat) cum paucis aulicis ſuis (omnes enim ad obſidionem *Marienborg*, Aulicos ſuos dudum transmiſerat) ex *Thorun* deſcendit: vbi longum tempus, cum *Bohemis*, ſtipendio conductis, qui meruerant, & pecunias meritas expoſcebant, in tractatibus, & ordinationibus faciendis, abſumpſerat. Mooebat & tunc literis, & nuntiis, *Sbigneus* Cardinalis, & Epiſcopus *Craconienſis*, *Caſimirum* Regem, *ne ſine aulicis, & exercitatis militibus, pugnam committeret, Aulicosque ſoluta Marienburgenſe obſidione, deduceret in certamen. Futurum enim eſſe, vt victor, obſidionis internallum, & diſpendium, facile compenſet, victus vero, habita amittat, & ſoluere cogatur obſeſſa.* Verum fortuna, aliqua calamitate ſubactura Regem, Cardinalis aduerſabatur, & *Ioannis* de *Konieczpolye*, Regni *Poloniæ* Cancellarii, qui contrarium fortiſſime ſuadebat, blandiebatur conſiliis. Multa præterea nunciabantur ſigna futuræ in Regem cladis, tam à religioſis viris, & fæminis, quam ab aſtrorum peritis, omnia tamen pro formidinis, leuitatis & ignauiæ, velamentis habita, non ſecus, quam ſalſa oracula, repudiata. Præfatus ſiquidem *Ioannes* Cancellarius, & contra Cardinalis, & multorum aliorum conſultationem, anthor fuiſſe ſcitus eſt, non accerſendi eorum Militum, qui *Marienborg* obſidebant, auxilii, licet ipſi *Ægidio Suchodolski* miſſo, magnopere non ſe deſeri, ſed ad certamen adhiberi flagitaſſent. Tanta fiducia, & ardore capiendi, vel expugnandi Caſtri, captus, vt Regem exercitumque omnem, grandi clade, periculoque inuolueret, ſaluberrimaque Cardinalis conſilia, neque Regem, neque Conſiliarios ſuſcipere, & exequi pateretur. Feria quinta deinde, ante feſtum Exaltationis ſanctæ Crucis, in *Czerecwiczam* venit, exercitusque *maioris Poloniæ*, palantes, & diſtractos reperiens, adunauit. Qui veteris militaris diſciplinæ, obedientiæ, & reuerentiæ, erga Reges, & Rempublicam, quam patres eorum exhibebant, obliti, cum in deliciis, voluptatibus, comeſſationibus, & ociis nutriti, adoleuiſſent, in

Poloni inobedientia militum

contentionem verſi. Confirmationem iurium Regni, & largitionem honorum, nec
A aliter in ordines aut pugnam ituros, expoſcebant. Et dum eorum importunitatem, confirmatis, Rex antiquis iuribus, ſinaſſet: Sabbato in die Exaltationis ſanctæ Crucis, Rex ordinauit exercitum, & eo in ſeptem turmas diuiſo, atque *Luca* de *Gorka*, *Poſnanienſi*, *Stanislao* de *Oſtrorog Caliſſienſi*, *Nicolao Sarlieysky Iunwladulauienſi*, Palatinis, & *Derslao* da *Rubuyani*, Caſtellano *Roſſerienſi*, ducendum, atque regendum, ſibi id munus magnopere, cæteris expertis, & in diſciplina militari bene peritis, omiſſis, depoſcentibus, tradidit: qui non modo cætera, ſed ne locum quidem, quo copias in hoſtem ducerent, aut in quo ſatis tute concurrerent, aptusne vi-
B deretur, an iniquus, licet ſub conſpectu foret, expediebant. Ipſi ſiquidem, pugnæ ordinandæ ſtudio, pro extendenda nominis ſui, & gloriæ ſama illecti, licet ſtruendarom acierum, parum gnari, munus Ducale, quod ſe geſſiſſe, clade ſecuta, inficiati ſunt, aliis peritis neglectis, aſſumpſerant, ad Martialia opera ardentiores, quam naturæ, moribusque eorum, & viribus conueniret. A plerisque autem diſciplinæ militaris peritis, moniti, nihil quod ſalutare foret, in animum admittebant. Sed & priuatis contendebant odiis, ſatisque apparebat, nihil in commune conſulendo, prouidendoque ſingula per diſcordiam, & alterutrius contemptum, ignauiamqoe ne-
C glecturos. Vnde non immerito ipſos, totius illius cladis, ſubſecutæ, pulſabat, tangebatq; inuidia. Feria ſecunda, ante diem S. *Lamperti*, mouit à *Czerekwicza*, & applicuit ad *Choyniczam*, quoniam illic certum erat hoſtes, pro liberanda obſidione, aduenire debere: trepidis & inuictis *Polonorum* cohortibus, illuc tranſeuntibus, quaſi iam imminens exitium præſagirent, pauorque iam & pigricies, in quorundam vultibus, eminere notabatur. Triſtabatur tamen Rex, videns gentes, parum obedire ſcientes, & paucos veteranos, fere omnes tyrones, neque bellis, neque pugnis aſſuetos, & male armis veſtitos. Vnde pro Aulicis ſuis, & exercitu, qui *Marienborg* obſidebat, & pro gen-
D tibus, quæ erant, cum *Ioanne Czarnkowski*, Caſtellano *Gneſnenſe* & *Ioanne Vedelski*, numerum quinque millibus explentem, mittere, nec ſine illis decernere, in animom induxerat. Sed dum à certis exploratoribus, & præcurſoribus, hoſtium paucitas conſpecta, & Regi, atq; Conſiliariis relata fuiſſet, à Rege, qui in propoſito fixus erat, nec ſine Aulicis, ciendam pugnam, per Conſiliarios *maioris Poloniæ*, maximis precibus ægre victus eſt, vt pugnam committere conſentiret, *Bohemis nequaquam prælium committere, ſed hoſtes libere ciuitatem ingredi Choyniczam permittere* cenſentibus. *Futurum enim eſſe, vt noui cum veteribus in-* 1454.

& imperitia Ducum

clu-

1454 *cluſi haſtes, ſine certamine, & ſanguinis effuſione vincerentur, Regique, & exercitui ſuo continua auctio, defectio hoſtibus, & urbes* A *ex fame accederet.* Hocque conſilio, tanquam vafro, & callido repudiato, decernere Rex ſtatuit. Exploratores, vel potius Speculatores, partis vtriusque, dum ſortuito in ſe incidunt, graui pugna, & dira commiſſa inter ſe, *Paloni* cruciferoe propellunt. Quæ primitiæ belli, *Polonis* victoriam, non tamen absque incruento ancipitique certamine portendebant. Feria itaque quarta, in craſtino ſancti *Lamperti*, in campo ante oppidum *Choynicza*, integratis, inſtauratisque aciebus, ſtabat exercitus integra die, præſtolando, cum magno deſiderio, & alacritate, pugnam, à mane vsque ad veſperorum horam. Circa vero veſperorum horam, hoſtium exercitus, in B tres tantummodo cuneos diuiſus, apparere cœpit. Qui viſo exercitu Regio, & eius multitudine, magno pauore correptus eſt, & non de pugna, ſed de fuga, aut honeſta deditione cogitabat. Corripuit, & idem metus, *Caſimiri Poloniæ* Regis, dum hoſtilem aduentare, vidiſſet, exercitum: cum pauci milites exercitati, pene omnes tyrones fuerint, vt eſt fere omnibus hominibus naturaliter inſitum, trepidare, dum ad conflictum ventum eſt, cœperunt. Verum ea formido à peritis ducibus, facile leniri ſummouerique potuiſſet, ſi ante dimicationem, vidiſſe hoſtem, & agnoſcere exercitum ſuum, conſueuiſſent. Sed his omnibus neglectis, in locum iniquum, & limoſum, raris diſtinctum ordini- C bus, deducere exercitum: non inuaſis, nec turbatis, per leuis armaturæ homines, hoſtilibus cuneis, licet ſibi id munus, *Albertus Koſtka Bohemus*, magnopere dari expetiſſet: cum magna pars exiſtat victoriæ diſturbare hoſtem prius, quam dimices. Verum temeritati fuere omnia, ab indoctis & imperitis ducibus permiſſa. Ex nouitate ſiquidem hoſtium, & hoſtilium armorum, quos velut tyrones, nonquam in conſpectu habuerant, *Polonorum* milites territi, non debebant ſubito, & non, niſi poſt aliquot dies, in aciem produci, vt videndi conſuetudine leniti, pauorem dimicandi poſuiſſent. Ducibue tamen vtriusque exercitue, ſuos animantibus, acies congrediuntur. Et for- D tuna exercitui Regio fauere cœperat, multique de hoſtibus cadebant, & omnes acies hoſtiles primæ, ad extremum confractæ, & contritæ, omnesque hoſtium duces, inter quos, & *Baltazar*, Dux *Zeganenſis* cæſi, & principalis Dux *Bernhardus Schumbarski* captue. Hoſtes deinde glomerati, in *Polonos* disiunctos, & diſparſos, acrius inſtare, obterrereque rarefactos, cuneos, aut in fugam vertere cœperunt. Tunc demum Duces Ordinum, qui nec iniquitatem loci, licet propinquam, nec quoduis aliud adminiculum præuiderant, trepidare, & concurſare, cohorteſque in pugnam, timide licet, ſubducere nitebantur. Omnia tamen in irritum recidebant. Quod plerumque in rebue accidit, quæ in ipſo negocio, temerario conſilio expediuntur. Interim vero ſeruente pugna, exercitue Regius, qui partes tenebat vltimas, quodam ſubito terrore perculſus, & haud dubiam victoriam, per ſtoliditatem deſerene, nulla neceſſitate impellente, terga vertit, & a paucis, in omnes terror diffuſus, in ignominioſam fugam, cæteros traxit. Deſertis itaque aciebus, deſertis ſignis, & locis, paſſim fuga cœpta eſt, & hoſtibus conceſſa victoria. *Caſimirus* Rex quantum poterat, cum magna diligentia, & ſolicitudine, reſtituere pugnam, & reuocare fugientes, tentabat. Sed difficile erat, metu perculſis, reddere animum. Parumque abfuit, quod Rex in manibus hoſtium, non venit, obſtinato enim animo, perſeuerabat in pugna, reſtituendo prælium, niſi hi, quibus eius cuſtodia fuerat commiſſa, vi illum reluctantem abſtraxiſſent, & fugere compuliſſent. Sexaginta de Regio exercitu, vix deſiderati ſunt. Inter quos hi ſuere principales. *Petrus* de *Szekoczin*, Regni *Poloniæ* Vicecancellarius, *Nicolaus* de *Mokrska*, Vexilliſer *Sandomirienſis*, *Ioannes Ridzinski*, *Ioannes Zaniza* de *Roznow*, in *Calo* Capitaneus, *Zaniſſi* nigri, militis inſignie, filius vnicus ſuperſtes, Pauci admodum, videlicet tricenti triginta, quibus metu potior fuerat pudor, capti. Sed & nonnulli ex eis, non tam in loco certaminis comprehenſi, ſed ex fuga, quaſi meliori conſilio, à ſe ipſie reuocati, ſua ſponte captiuitati ſe, ne illis deeſſet honoe dedidere. Pernicioſi in vtroque, quod & ſugam ſimulatione velabant, & magno apud proprios, & hoſtes patebant ludibrio. Detrahebatur itaque etiam bonie militibus, quod ſe ſoli ex fuga retrahentes, captiuitati voluntariæ, addixerunt, & tam in ſtrenuos, quam timidos infamia vulgabatur. Inter quos hi fuerunt primi, *Lucas* de *Gorka Poſnanienſis*, *Nicolaus Sarlyeyski*, *Iuniwladulanienſis*, Palatini, *Ioannes Fœlix Tharnowski*, *Ioannes* & *Nicolaus Ritbwiensczi*, *Ægydius Suchodolski*, *Iaannes Melſthinski*, *Sandiuagius Lasſinski*, Succamerariue *Sandomirienſis*, *Petrus Strikowski*, Caſtellanus *Inowlodzenſis*, *Bartoſſius Ogradzienski*. Ibi illa fortuna, quæ tot fauoribus Regem *Caſimirum* & *Polonos* efferrens, ſemper ſuſpectiſſima fuerat, circumacta, & mutata eſt. Nec diutius quam ſui mores ſunt, ſuo progreſſui indulſit, Caſtrie Regiis, & totius exercitus curribus, quorum ad minus erant quatuor millia, in quibus multæ fortunæ erant, hoſtes potiti, & Oppidum *Choynicza*, obſidione ſolutum eſt. Notabiles Barones, & milites inſignes *Po-*

partem ab initio victoriam apud oppidum Choynicza, in hoſtem Cruciferum referunt cum ignominia & clade ſua ingenti.

1454 *Poloniæ*, inter quos erant aliqui, diuiſam Regis *Hiſpaniæ* ferentes, quos honeſtatis cauſa ſileo, vt eorum, & publico pudori, conſulam, A elegerunt tunc potius ſugere turpiter, quam in prælio honeſte mori, vel capi. Et ut ſit, in certamine, parum ſœliciter geſto, etiam ad inſignes milites obtrectationis infamia, quaſi ignauiter pugnaſſent, peruenerat. Alternabat tunc fortuna vices ſuas, & rerum ſtatum, exiguis verſabat momentis. Nam in primitiis pugnæ Rex euaſerat ſuperior, in proceſſu vero prælii, ſorte mutata inferior, vt vinceretur ab his, quos vicerat. Nec mirum, obrepſerat enim apud Regem, & *Polonos*, in proſperis audacia, & inconſulta temeritas, quæ omnia incauta, & neglecta, eo certamine adminiſtranda, ex nimia ſui præſumptione ſecerat. *Ioannes* de *Konieczpolye* Regni *Poloniæ* Cancellarius, plurimum incuſabatur, quod & B author primarius fuerat deditionis *Prutbenicæ*, & dum præliandum ſoret, non accerſendi eorum militum, qui *Marienborg* obſidebant, auxilii. Creditum eſt a pluribus, plagam, & cladem huiuſmodi, Regi *Caſimiro*, *Poloniſque*, propter eorum iniquitatem accidiſſe, quoniam in bellum procedendo, hoſtiles, & plusquam hoſtiles, faciebant in propriis, & domeſticis, & præſertim bonis, & hominibus Eccleſiæ, prædas, & crudelitates. Neque in committenda pugna, auxilium e cœlo poſtulabant: propria virtute credentes vincere. Libertates inſuper in fidei ſanctæ dedecus, per Regem, & Conſiliarios, conceſſæ *Iudæis*, pro qui- C bus a *Sbigneo* Cardinale, & Epiſcopo *Craconienſe*, & fratre *Ioanne* de *Capiſtrano*, diuo homine, *Caſimirus* Rex publice argutus, & correptus, illas reuocare diſtulit, prouocauerunt iram Dei in Regem & populum. Vitia inſuper alia multa, præda, furta, & rapinæ, quæ nulla animaduerſione plectebantur, adeo promeruerunt vitionem diuinam, vt magna multitudo *Polonorum*, ante hoſtium paucitatem corrueret. Et ſuperbia, iniquitas, & auaritia Polonorum, clade tam turpi, & inſigni, a iuſto ſeriretur Deo. Clade huiuſmodi Nunciis & literis delata, vniuerſos *Polonos*, tantus dolor, tantaque amaritudo corripuit, vt non niſi luctibus, & fletibus vacarent: cum ſimilis ruina, a tam tenui, & debili hoſte, nunquam D in annalibus, Regno & populo *Polonico* legitur accidiſſe. Tum primum *Poloni*, licet tarde, intelligere cæperunt, quod benignitas Dei, quæ omnis immunditiæ, atque iniquitatis, execratrix eſt, iuſta clade obrui illos permiſit: cuius inclinationem & iudicium, per impietatis facinora prouocantes, non hoſtium viribus, ſed ſuis ſceleribus corruerunt. Meritoque & Rex & omnis Præſidium cœtus, confuſioni & ruinæ ſubiacuit, partamque victoriæ gloriam amiſit, qui facinora impunita dereliquit. Cladesque illa *Polonorum* imputabatur dementitis, qui in id bellum procedendo, expilationibus Eccleſiarum & agreſtium, ſtuprationi virginum, ceteriſque id genus concuſſionibus intendendo, facinorum ſuorum, clamoribus, indignationem diuinam, prouocare non deſtiterunt, quam tunc maxime propitiare debuerant. Itaque ex inſœlicitate quadam magis, quam *Polonorum* ignauia *Choynicenſem* cladem conſtat proueniſſe, vt pote, qui deletis hoſtium, tam Ducibus quam copiis, tenendo victoriam in manibus, victis illam tradiderunt. Magna iucunditas apud Magiſtrum, & Commendatores in *Marienborg* obſeſſos, poſtquam illis victoriæ, apud *Chyniczam* partæ, Nuncius allatus erat, exorta eſt, quam pulſu aſſiduo campanarum teſtabantur. Non omnium tamen Cruciferorum pectora, victoriæ huiusmodi, & nouitatis, demulcebat dulcedo. Fuere enim, qui ſe poſt illam, non pugnam, ſed ærumnam, maius naufragium, maiusq; periculum, quæſiuiſſe quererentur. Propter quod, & multi ſibi per diſceſſionem, & renunciationem ordinis conſulebant. Neque in ſus ominatione, ſalſi facti ſunt. Adeo enim Diuinitate ſibi propiciante, *Caſimirus Poloniæ* Rex, caſum ſuum vltus eſt poſterioribus præliis, adeo Cruciferos afflixit, vt vnam illam ſuam victoriam, iuxta atque ruinam deplorarent. Victoriamque ſuam de *Polonis* relatam, non finem belli, ſed cauſam maioribus bellis, & occaſionem delendi ordinis ſore exortam, & illo prælio quæſitam fuiſſe. Marſſalcus Inſuper Crucifericus *Ioannes*, Vir inter Cruciferos prudens, & ſagaciſſimus, triſtem vultum, audita ſuorum victoria, & triſtiorem, quam ante geſſit: *Vereri ſe* inquiens, *ne ille triumphus perinde, ac vanus euadat; plus detrimenti victoribus, quam victis allaturus. Pauidum ſe aſtruens, atque tremulum, ignorantem in quem finem relata, per Cruciferos victoria, invidiam fortuna conuertat, & poſt proſperitatis munus, mutationis aduerſa oſtendat refluxum.*

Boleslaus Maſouiæ Dux moritur,

Dux *Maſouiæ Boleslaus*, decima die Menſis Septembris, in curia ſua & villa *Oppinagorn*, religioſe, & deuote mortuus, & in *Varſchouienſe* Collegiata Eccleſia ſepultus. Morte ſua cladem huiuſmodi venturam portendebat. Fleuit illum *Caſimirus Poloniæ* Rex, & Primores luctu magno, quoniam inter Principes orbis, prudens, induſtrius, modeſtus, ac religioſus, & deuotus, cenſebatur. Quatuor filios, videlicet *Conradum*, *Caſimirum*, *Boleslaum*, *Ianusſiumque*, & duas filias, *Annam* & *Zophiam*, reliquit: quatuor filii dudum abſumpti erant, duobus nomina *Boleslaus*, duobus *Ianusſius*.

quatuor filiis & duabus filiabq relictis.

Rex *Poloniæ Caſimirus*, cum paucis venit *Bidgoſtiam*, moerens, & ſortunam ſuam increpans, ſero, ac nequicquam laudans, probansque *Sbignei* Cardinalis, & Epiſcopi *Craconienſis*, ne ſine Aulicis decerneret, conſilia, ibique diebus aliquot conſumptis, tranſiit in *Nyeſchenam*.

Vbi

1454 Vbi ad eum omnes Principales Ciuitates, *Pruſſiæ* venerunt: rogantes ſuppliciter, *ne caſu illo frangeretur, ſed vt celerius inſtauraret exercitum:* offerentes *omnia bona ſua, pro correctione caſus huiuſmodi ſe largituros, & à fidelitate ſua nunquam, vsque ad mortem diſceſſuros.* Rex *Caſimirus* collaudatis ciuibus, aſſerit *ſe, clade illa magis irritatum, quam fractum, & in breui, cum Dei adiutorio, prouiſurum, vt hoſtilis laticia, de victoria ſuſcepta, non poſſet eſſe diuturna.* Et quoniam caſtra *Pruſſiæ*, debili manu tenebantur, per terrigenas *Pruſſiæ*, veritus Rex, ne in Cruciferorum venirent poteſtatem, quoniam iam caſtrum *Schtum*, nouiter magna cura, & labore quæſitum, & caſtrum *Prumorg*, propter paucitatem hominum familiarium, *Ioannes* de *Bayſſen*, qui *Schtum*, & *Gabrielis* de *Bayſſen*, Palatinorum, qui *Prumorg*, tenebant, ad Cruciferos defecerant, mandat Rex aulicis ſuis, vt obſidionem Caſtri *Marienburg* ſoluant, & ad ſe veniant. Quibus venientibus, Caſtra *Pruſſiæ*, ad tenendum committit, & illis præſidia neceſſaria ſuper imponit. Vniuerſis vero terris Regni *Poloniæ*, *Leopolienſe* duntaxat, & *Podoliæ* excepta, celeriter ad arma conſurgere imperat. Cui mandato, illico paritum eſt, & cum omni feſtinatione & celeritate, vniuerſum Regnum conſurrexit, magnoque animo, quilibet illuc properabat, vnus alterum exhortando, ad communem ignominiam detergendam. Quamuis enim, hybernum, & gelidum tempus aduentaret, præſtare tamen viſum eſt, omnes difficultates perpeti, quam contumeliam, & cladem, ad *Choyniczam* acceptam, vtcunque inexpiatam, relinquere, ne hoſtibus foret diuturnior lætitia, & vt *Caſimirus* Rex, maiorem, clarioremque, reparato exercitu, ſe cunctis oſtenderet, de clade recenter accepta, terribiliorem. *Polonorum* tamen animos, grandis afflictio, & triſticia, qualis poterat, pro tam infœlicis pugnæ, ad *Choyniczam* habitæ, ſignificatione prouenire, longo tempore detinuit; metientium, quantam fortunæ varietatem, ſub patre & filio viderant.

Soluta Marienburgi obſidione Caſtra Pruthenorum præſidiis Polonorum firmantur, & bellum contra Cruciferos indicitur.

Hoſtes diebus aliquot, apud *Choyniczam* commorati, verſus *Czczow* proceſſere, cinxeruntque obſidione *Czczow*, quæ deditionem ſponte fecit, & eius exemplum Oppidum *Gnyew* ſecutum eſt. Magiſter Interea opportunitatem temporis nactus, ſolicitat Pontifices, Nobiles, Ciuitates, literis & Nunciis, vt mutato propoſito, redirent ad ſuam obedientiam: *Caſimiro* Rege *Poloniæ* deſerto. Promittens illis, omnium præteritarum culparum perpetuam obliuionem. Sed cum omnes, Pontifices, Nobiles, Ciuitatesque ſolidam fidem, obedientiam, & conſtantiam promiſſam fortiſſime cuſtodirent, ſolus *Nicolaus* Epiſcopus *Zambienſis*, alias de *Quidzin*, repertus eſt, qui iure iurando fracto, cum Caſtris, & Ciuitatibus ſuis *Caſimirum* Regem deſeruit, & ad Magiſtrum in *Marienburg* venit. Quem Magiſter, vt meruerat, omnibus ſuis, & Eccleſiæ quæ ſecum ferebat, fortunis, clenodiis, & rebus ſpoliauit. Exercitus hoſtilis, oppidis *Czczow*, & *Gnyew*, in ſuam poteſtatem redactis, tranſito flumine *Vuſla*, in *Marienburg* deuenit, illicque degendo, oſtenderunt ſe victoria illa, & tempore, neſcire vti hoſtes, & ſecum captiuos, illuc deductos, Magiſtro præſentant, ac a Magiſtro meritum per plures iam menſes ſtipendium petunt. Magiſter vero nullum penitus Ærarium habens, de ſpoliis Epiſcopi *Zambienſis*, & de pecunia hinc inde cum graui difficultate, mutuata, conflatis etiam imaginibus ſanctorum, crucibus, & calicibus, dudum in theſauro conditis, non niſi cuilibet perſonæ ſex groſſos largitur. Fingitque *ſe omnem theſaurum Pruſſiæ, in Rheuum traduxiſſe*, & orat cum magnis precibus, *vt ſolutionem ſuorum Stipendiorum, in aliquod tempus differri patiantur.* Stipendiarii hac reſponſione offenſi, non enim ſolummodo plenas arcas theſauris, ſed etiam plenas turres, rebantur reperire. Diſſimulato tamen dolore, poſt varias altercationes, ad eam concluſionem perueniunt, *vt pro vniuerſo ſtipendio, ſoluant illis, pro tempore Carniſpriuii, quadraginta millia florenorum, aut Caſtrum Marienburg, cum cæteris Caſtris, & Ciuitatibus eorum ditioni, ipſis ad plenum reſignent.*

Thſczew, & Gnyew Cruciferis ſe dedunt.

Epiſcopus vero Zambienſis à Polonis deficiens,

Magiſtro Cruciferorum laborante difficultate rei nummariæ, omnibus bonis exuitur, vt ſtipendium ſoluatur militi.

Captiui interea *Polonorum*, inhumane, & crudeliter apud caſtrum *Marienborg* aſſeruabantur. Et plures numero, aut fame tabefacti, aut carceris ſqualore anxiati, dietim moriebantur, neque aliqua compaſſionis tangebatur cura, quin etiam in abſumptos ſæuiebant, negando illis ſepulturam, & ſingulos qui obierant, equis tractos, in flumen *Viſla* proiiciebant. In quo Cruciferorum apparuit, crudeta ſæuicia, quod in eos, quos cæperant, ſuperbos ſe, & inhumanos gererent. Miſſis autem in omnes *Almanorum* terras, Nunciis, & literis, triumphum ſuum, quantus fuerit, ex frequenti captiuorum nomine, & numero, oſtendunt, multoque pleniorem, & vberiorem Cladem *Caſimiri* Regis, quam, vt erat, latius atque inflatius perſcribunt. Et quo gratior fieret denunciatio, adfingebant Regem *Caſimirum* necatum, ſeque illius amictu potitos eſſe, vt de ſuis Succeſſibus homines inſolentes ſolent prædicare.

Cruciferorum ſæuitia in captiuos

& de relato triumpho faſtus.

Rex *Poloniæ Caſimirus*, *Pruſſiæ* Nobilibus, & Ciuitatibus, in propria, cum bona ſpe, licentiatis, ex *Nyeſchovv* in *Brzeſczye* diuertit. Ibi, ad illum Pontifices, *Gneſnenſis*, *Wladislauienſis*, & *Poſnauienſis*, ac plures Barones adueniunt, & ſuper rebus male geſtis, vt celerius erigi, reformarique poſſint, plures dies in conſulendo abſumunt. *Sbigneus* Cardinalis, & Epiſcopus *Cracouienſis*, quoniam perſonaliter adeſſe nequibat, per literas, & Nuncios hortatur 1454

1454.

Æger Regis Caſimiri animus, à Sanctioni erectus, in bellum Pruthenicum accenditur.

tur *Caſimirum* Regem, *vt ſpem bonam reſumeret, cladiſque Choyniczenſis, tam in memoriam, quam ignominiam oblitteraret. Proprium eſſe ignauorum*, oſtendens, *trepidare offenſionibus: e contra vero, virorum fortium, meliora etiam, poſt res infœliciter geſtas, ſperare, & victorem poſſe effici faciliter, ex victo, ſi ſe geſſerit perſeueranter, cum iterum variauerit fortuna regreſſum.* Nec Cardinalis tantum, ſed & cæteri, omnes Conſiliarii, nihil *Choyniczenſe* clade territi, ſummæ, rerum ſuarum, proſperum, ex multis reſpectibus, & ex eo maxime, quod Ciuitates omnes *Pruſſiæ*, & principales, fidem, clade ſecuta, non mutauerant, ominabantur, portendi euentum. Plus etenim conſtabat ignominiæ, quam cladis ad *Choyniczam*, acceptum: præſentia *Caſimiri* Regis augente ignominiam. Interim ei *Ioannes* de *Thoczin*, Palatinus *Cracouienſis*, & *Petrus* de *Schamotuli*, Caſtellanus *Poſnanienſis*, qui *Pragam*, ad *Ladulaum Hungariæ*, & *Bohemiæ* Regem, miſſi erant, de clade Regia, ſpeciali Nuncio, in *Praga* auiſati, mœſtiſſimos vultus ferentes, aduenerant. Et licet omnia eis commiſſa, iuxta vota ordinaſſent, & tam cum Rege *Ladiſlao* concluſionem captaſſent, vt pro feſto S. *Nicolai*, ambo Reges *Wratislauiæ*, aut præſencialiter, aut per Nuncios conuenirent, & fœdus aliud iungerent, quo caueretur, vt Reges ſibi inuicem, contra quoſcunque hoſtes, Chriſtianos, & barbaros, pro omni tempore præſidium ferrent, omnia tamen hæc, inſipida erant animis ſuperiori clade afflictis. *Caſimirus* tamen Rex, æquanimiter Dei digitum, & toleranti animo ſufferens, nec altitudinem mentis ſuæ, ex caſu ſecuto, in aliquo deflectens, in hoſtium Cruciferorum oppreſſionem, & exterminium, potentiæ ſuæ concitauit, dexteram, & ad eripiendum illis triumphi, quo in omnes gentes gloriabantur, materiam, fortiſſimo militum, & frequenti ſuccinctus robore proceſſit: decernendique copiam fecit, provocans, apparente nullo, ſiquis dimicare auderet.

& Legati interea à Ladiſlao Hungariæ Rege redeunt.

Stante *Caſimiro Poloniæ* Rege in *Brzeſczye*, venit ad ſuam Serenitatem Magiſter Studii *Cracouienſis*, *Sandigonius*, alias *Sandek*, Theologiæ Doctor *Pariſienſis*, Canonicus *Gneſnenſis*, *Polonus* natione, nobilis genere, de familia & Domo *Chorabitarum*, raræ vir religionis, & deuotionis, maximi vero amoris in Deum. Hic cum cognouiſſet, *Caſimirum* Regem, & ſuum exercitum, infœliciter ad *Choyniczam* pugnaſſe, aſſiduis aliquot noctibus, cilicio indutus, & pronus, ante imaginem paſſionis Chriſti, quam ſecum *Pariſiis* detulerat, cadens in terram, ſingultibus, & lachrymis profundis, deprecabatur Deum, *quatenus illi reuelaret, ob quam culpam, Caſimirum Regem Poloniæ, ſuamque gentem, iuſtum bellum agentem, eorum paucis hoſtibus corruere permiſit.* Atque illi per noctem eiulanti, reuelatum eſt, *ob enormia ſcelera Regis magis, quam populi, cladem illam accidiſſe. Conſurgeret itaque, &* A *Poloniæ Regem Caſimirum, perſonaliter adeat, illique facinora ſua grauia, tunc eidem Sandkoni, ad liquidum reuelata, exprobret: reformationem rerum ſuarum habiturus, ſi præuaricationes ſuas, digna pœnitentia correxerit.* Amictus itaque hiſpida ſtola, & pede diſcalceato, in *Brzeſczye* venit, & ſub audientia *Caſimiri* Regis, & multitudine populi, ſermone in vulgari habito, in arcem Regem ſecutus, ſecretam dicendi audientiam, omnibus excluſis, obtinuit: In qua Rege ſurgere, & ſtare, interim dum legationem Diuinam, ediceret, ſic orſus. *Ego, te, inquit Dominus, cum eſſes, natu maior, & in omnium oculis contemptus, ex paruo magnum feci, & primo in Ducem Lithuaniæ, dein*B*de in Regem Poloniæ erexi, de ſeptiformi nece, in caput tuum comparata liberaui, ſplendido coniugio ornaui. Pruſſiæ & Pomeraniæ oram, tuæ ditioni ſubiugaui, glorioſum te Orbi vniuerſo feci, vltra omnes Poloniæ Reges, te extuli, tu tamen ſceleribus grauiſſimis, me ad iracundiam prouocaſti, flagella mea poſuiſti in ludibrium, nec in diem hanc voluiſti conuerti, ad patrem caſtigantem.* Exprobrauitque illi teterrima vicia, in ſpecie ab illo commiſſa. Denuntians, *niſi ceſſaret, caſurum, in grauem Dei vltionem, nec vllum opus ſuum proſperari poſſe, ſtirpemque ſuam, quantumcunque multiplicatam, & multiplicandam, occaſuram.*

Sandiuogius Theologus, Canonicus Gneſnenſis, vir religioſus, cauſas cladis Choyniczenſis, Caſimiro Regi, à Deo iuſſus enarrat.

C Exercitibus terrarum Regni *Poloniæ*, ad villam *Opoki* (ibi enim deſignatus erat illis locus) conuenientibus, à quibus in tranſeundo, non ab omnibus tamen, nullum genus iniuriæ, in rapinis, & ſpoliis, omiſſum eſt. *Caſimirus* Rex, de *Brzeſczye* mouit, & in *Opoki*, quindecim diebus, & amplius abſumptis, ſub quibus gentium, & Regni ſui, & aliquorum Stipendiariorum, ex *Bohemia*, *Morauia*, & Sleſia accerſitorum, præſtolabatur aduentum. Quibus ad plenum confluentibus, motis Caſtris, ad *Nieſchewa* peruenit, & ibi omnem exercitum ſuum (de cuius magnitudine, & numeroſitate, *Pruſſiæ* Nobiles, & Ciuitates, magna admiratione, & leticia perfuſi erant) D per pontes, in nauibus ſituatos, per fluuium *Vula* traducit, iuribus tamen Regni, predeceſſorum ſuorum perprius confirmatis, & aliquibus libertatibus, & prærogatiuis, de nouo adiectis. Venerunt autem illuc *Ladulai*, Regis *Hungariæ*, & *Bohemiæ*, Nuncii, videlicet *Zdeniek Konopnicki*, & *Ioannes Rabſtein*; Petentes *Caſimirum* Regem, *vt pro decidenda controverſia, occaſione terrarum, Ciuitatum, & caſtrorum, inter Regem Bohemiæ ab vna, & Marchiones Miſſnenſes, partibus ab altera, ſuper qua in eum, ab vtraque parte eſt compromiſſum. Wratislauiam pro Feſto S. Nicolai venire, & vtriuſque partis iuribus & allegationibus cognitis, ſententiam pronunciare dignaretur.*

Dux Rex Caſimirus, cum exercitu Iſtulam traiecit. Legati Regis Hungariæ & Bohemiæ Ladiſlai ad ipſum veniunt, petentes, vt Arbiter, pro certis terris, inter ipſum, & Marchiones

1454.

Miſnenſes electus, Wratislauiam veniret. Verum Caſimirus, bello Pruthenico occupatus Nuncios ſuos mittit.

His reſponſum eſt: *Non poſſe Caſimirum Regem, propria cauſa deſerta, aliena intendere. Miſſurum tamen Legatos notabiles, qui ſuam* A *perſonam repræſentent.* Hoc reſponſo ædito, *Ioannem* Archiepiſcopum *Gneſnenſem*, *Creslaum* de *Kurozwąki*, Caſtellanum *Lublinenſem*, & *Ioannem Luthkonis* vtriusque Iuris Doctorem, Palatii Apoſtolici Auditorem, Archidiaconum *Gneſnenſem*, *Wratislauiam* transmittit. Inutilis tamen fuit eorum aduentus, licet & per *Ladislaum* Regem, & per Clerum, ac populum, magnus fuit illis honos exhibitus: quoniam Marchiones *Miſnenſes*, explorato, quod *Caſimirus Poloniæ* Rex, perſonaliter non veniebat: diſtulerunt venire, *non in Legatos Regis Poloniæ, ſed in ipſum Regem*, aſſerentes *ſe compromiſiſſe.* Ne tamen in totum res eſſet infecta, nouum compromiſſum, ab ipſis partibus in B Regem *Poloniæ*, celebratum eſt, & dies S. *Iacobi* Apoſtoli, ad audiendum pronunciationem ſententiæ inſtituta. Petebant inſuper Nuncii Regis *Bohemiæ*, *vt Caſimirus Rex, armis omiſſis, ſuper terris Pruſſiæ, in Regem Bohemiæ, compromitteret: cum & Magiſter Pruſſiæ, plenum ſuper hoc iam mandatum feciſſet.* Super quo illis reſponſum eſt. *Non abnuere Caſimirum Regem, ſui affinis Regis Bohemiæ, arbitramentum, dummodo illum certificet, in tractanda, & decidenda cauſa, Almanicis Conſiliariis excluſis, Bohemorum tantummodo ſe conſiliis vſurum.*

Exercitus Caſimiri Poloniæ Regis tendens in Pruſſiam

Feria quinta, poſt feſtum ſanctæ *Catharinæ*, C mouit *Caſimirus Poloniæ* Rex, a Stationibus, prope *Thorun* diebus aliquot habitis, & venit in *Chelmza*. Abinde continuando tranſitum, per aliquot ſtatiua, peruenit feria ſexta, in die S. *Luciæ*, ad fluuium *Oſſa*, inter *Radzim* Regium, & *Laſin* hoſtium, Oppida, fluentem. Ecſeet hoſtes molendinum ex muro factum, in prædicto fluuio *Oſſa*, gentibus firmauerant, volentes tranſitum exercitui regio prohibere, quam primum tamen velites, & præcurſores Regii venerunt, hoſtes deſerto molendino fugierunt. Rex *Caſimirus* tranſito fluuio *Oſſa*, vnum milliare ab Oppido in ſilua Caſtra poſuit, vt facilius exercitus ſuus, pro ignibus ligna, & pro ſe, & pro equis poſſit habere commeatus. Tanta autem fuit in Caſtris regiis, curruum multitudo, vt vltimum agmen, vix die altera, ad ſtationes poſſit pertingere. Nam & aeris intemperies, & terræ reſolutio & lubricitas, magnum prebebant, tanto exercitui impedimentum, ad celeritas tranſeundum. Eo autem reſpectu, *Caſimirus* Rex cum tam frequenti exercitu, ſub tempore hybernali, profectus eſt, vt aut cum hoſte decerneret, acceptamque, apud *Choynicz.am*, reſcinderet ignominiam, aut, ſi detrectarent pugnam hoſtes, timoris confeſſione, hoſtilis, Militarium, & Ciuium *Pruſſiæ* animos contineret in fide. Quæ quidem expeditio, nutantes, & dubias Ciuitates, in fide continuit, iam in defectionem ſpectantes.

Oſſam flumen tranſit.

Duo Oppida Epiſcopi Zambienſis capta, in prædam militi dantur, & incenduntur. Hoſtis vero nullam pugnandi copiam facit.

A die Sanctæ *Luciæ*, vsque ad octauas feſti A Epiphaniorum, in ſylua, ad *Laſin*, continuata ſtatiua habita ſunt: neque enim vlterius progredi placuit, ne hoſtes in *Laſin* incluſi, commeatus, qui largiſſime ad exercitum ducebantur interciperent. Sub illo tempore, duo Oppida, Epiſcopi *Zambienſis*, *Biſſowwerder* & *Niekisſtalka*, nequicquam hoſtibus, in eo concluſis, reſiſtere valentibus, conquiſita ſunt, & præda omnis militi conceſſa. Ciuitates ambæ combuſtæ, captiui plures, & notabiles, *Caſimiro* Regi dati. Nulla autem res, quantumcunque aduerſa, & indigna, hoſtes, & eorum Stipendiarios, ad pugnam potuit pellicere. Vniuerſali enim, & concordi decreto ſanxerant, *aſtu potius & ingenio, particularibusque congreſſibus, tum tamen vincendi facultas, ex loco & tempore ſuppeteret, vtendum aduerſus Polonos eſſe, quam iuſta acie dimicandum, quod victi, priorem obſcurarent victoriam, & non facile, poſſent ſuum reparare caſum, & excidium, Polonis vero diuerſa ſors ſit. Nam ſi vincant, intolerabiles fore, nec quieturos, ante plene conſecutam victoriam. Si vincantur, facile ſupplementum ex nouis, & recentibus militibus, vtpote qui gente abundent & ſumptu, habituros.*

1455.

Tanto, vt præmiſſum eſt, tempore, in Statiuis, in ſylua, ante Oppidum *Laſin*, abſumpto, quoniam Oppidum ipſum, exercituali impetu expugnare non placuit, ne in vilis Oppidi conquiſitione, aliqui inſignes milites caderent, & pacis tractatus, aliquoties, per Nuncios Magiſtri, & Cruciferorum, ex *Marienborg* miſſos, ad plenam concluſionem, peruenire non poſſent (cauebatur enim, ne ſi treuga, cuiuscunque temporis, Magiſtro & Cruciferis, iuxta eorum peticionem concederetur, animi aliquarum Ciuitatum *Pruſſiæ*, in ſide Regia fluxi, & teneri, in totum auerterentur) hyemsque validiſſima, niuibus, etiam illam augentibus, exercitum *Caſimiri* Regis premeret, & iam in circuitu aliquot ad miliaria commeatus conſumpti, reperiri non poſſent, ſoluitque Rex campum, & exercitum feria tercia, poſt Octauas Epiphaniæ licentiat. D Principes militiæ legit, bello diſtribuit loca, quibus quisque præeſſet, quæ munia ſinguli, quos ordines, quid muneris exequantur. Tribusq; Capitaneis in Terris *Pruſſiæ*, cum notabili, & valido ſtipendiariorum, numero, relictis, *Andream* de *Thacz'n*, terræ *Culmenſi*, *Petrum* de *Schametuly*, Caſtellanum *Poſnanienſem*, terræ *Pomeraniæ*, & *Ioannem Colda Bohemum*, terræ *Pruſſiæ* inferiori præficit. Cæteri milites *Poloni*, & *Bohemi*, quibus caſtra, in gubernationem commiſſa ſunt, his tribus Capitaneis, parere iuſſi. Caſtrum & Oppidum *Dzialdow*, in confiniis *Maſoniæ* ſitum, quoniam non putabatur, ex longitate ſitus debere, in rebel-

Dimiſſo Regis Poloniæ Caſimiri exercitu, propter tempeſtatem hyemis, poſitisque in terris Pruſſiæ præſidiis.

Oppidum Dzialdovv,

1455. *fraude Slawkonis de Wierzbowo,* *vltro Cruciferis deditur.*

bellionem aſpirare, in fide *Slawkonis*, de *Wierzborg*, Vexiliferi *Dzialdouienſis*, cuius Rex integritati plurimum confidebat, dimiſſum. Sed is, Rege diſcedente ex *Pruſſia*, iuramenti & fidei oblitus, nulla cogente neceſſitate, Magiſtro & Cruciferis illa tradit. Ex eo autem tempore, inter *Polonos*, & Cruciſeros, pulcherrima contentioois materia ſuborta eſt. Nam quantum *Poloni*, veniſſe cum maximis, & freqnentibus copiis, & vim hoſtilem, in terra *Pruſſia*, ne diuturna ſoret relati triomphi læticia, ponebant in gloria compreſſiſſe, tanrum Cruciferi, ad pudorem illorum, & ad ſuam leuandam, refellendamque ignominiam, circa vnius oppidi ignobilis muros, longo tempore *Polonos* verſatos, cæpto irrito diſceſſiſſe depromebant.

Licentiato exercitu, qui circa *Thorun Viſlam*, ſpiſſa glacie congelatam, pluribus itineribus tranſiir, & mora velocitate Penates repetiir, vt omnem famam diſſoluti campi præceſſerit, Rex *Caſimirus*, factis pluribus Ordinationibus, in *Thorun*, & *Ny-ſchoua*, rebus etiam *Pruſſiæ*, vtcunque poterat, in bono ordine conſtitutis, per *Brzeſczye* in *Lanciciam*, vbi Prælatorum & Baronum aliquorum tenoit Conuentum, & vbi militibus ſuis *Pruſſiæ* Caſtra retentibus, ſtipendium ſoluebat, feria quinta, ante feſtum Purificationis ſanctæ *Mariæ* Virginis peruenit, & ibi aliquot dies, in expeditione rerum occurentium moratus, ad exigendum, de quolibet laneo, vnum fertonem, in Regno *Poloniæ*, pro ſubſidio belli *Pruthenici*, in Caſtris, ante *Laſſia* habitis, per Exercitum Regni promiſſum, collectores tranſmittit. Sed tardius omnia, pro neceſſitate indigentium fiebant, numiſma nouum, in mediis groſſis, in monetaque communi, in vrbe Regia *Cracouienſe* cudendum decernunt: quo facilius impenſæ ex ærario, pro bello continoando ſufficerent. Rex ipſe, maiori parte conſilii ſui improbante, quo ſe occupationibus, plus ſolito, eum vexantibus, ſubdnceret, cum *Eliſabeth* regina conſorte ſua, quæ ex *Siradienſe* Caſtro, in quo tempore belli *Prutbenici*, manebat, ad eum in *Lanciciam* aduenerat, remiſſis omnibus fere an-

Caſimirus Rex, & fertonem, ex ſingulis laneis promiſſum, a Polonis exigit,

licis ſuis *Polonis*, die Domioico, Purificationis ſanctæ *Mariæ* virginis, ex *Lanticia*, vbi tunc, pro ferendo Regi charitativo ſobſidio prouincialis Sinodus habita eſt, egreſſus, in *Lithuaniam* proceſſit, & plores motus, ſtodio *Gaſthowdi* excitatos, compeſcuit, & animos *Lithuanorum*, nouis rebus ſtudenres, a propoſito auertit. In *Lithuaniaque* tempus omne veris, moratus, multorum Priocipum Nuncios, cum precioſis muneribus, ad eum venienres accipiebat. Sed & Imperator *Tartarorum Ecziger*, miſſis Nunciis, de clade ad *Choynitzam* accepta, compaſſus, omnium potentiarom ſnarum, quaſcunque

& in Lithuaniam profectus, & Lithuanos rebus nouis ſtudentes in officio continet, & Tartarorum Nuncios contra Cruci-

Hiſtor. Polon. Lib. XIII.

1455. *feros auxilia promittentes excipit.*

haberet vires, in euenrum futuri congreſſus cum Cruciferis in *Pruſſia*, ſe proprio ſuo A capite adducturum, aut neceſſitate aliqua ineuitabili interueniente, per filium ſuum miſſurum, & obtulit, & reſpondit. *Lithuani* quoque de ferendo exercituali ſubſidio, contra Magiſtrum & Ordinem, correcta priori voluntate, fidem præſtant.

Quieuiſſe videbantur horribiles motus bellorum, & clade, apud *Choinicam* accepta, per viciſſitudinariam reciprocationem, correcta. Per ſingularia enim certamina, ſæpius inita, in quibus *Poloni*, ſemper extabant victores, animi *Polonorum*, euentum alacrioris fortunæ, in dies præſtolabantur. Sed paulo minor turbatio, quam quæ apud *Choynit-* B *czam* acciderat, in morte *Sbignei* Cardinalis, & Epiſcopi *Cracouienſis*, ſubito coorta eſt. Qui regreſſione fœlici ex campo *Caſimiri* Regis, & ſui exercitus comperta, ex *Cracouienſe* urbe, in qua ad prouidendum ſingulis emergentibus, durante bello *Pruthenico* præſentialiter morabatur, verſus *Sandomiriam*, & illic in arctiori abſtinentia, iuxta conſuetudinem, diutius obſeruatam, dies Quadrageſimæ abſumeret, proceſſit, & fere omnem Quadrageſimam illic, deditus obſecrationibus, & miſſis exegit. Dum vero diem Dominicum Palmarum, & eius officium diurnum, pariter & nocturnum, ſolenniter, & cum voce ſonora expleuiſſet, & ad veſperam, C in chriſmandis hominibus vacaret, in craſtino vero, videlicet feria ſecunda, in funere *Ioannis* de *Koniecpolie* Regni *Poloniæ* Cancellarii, miſſam mortuorum, in Pontificalibus decantaſſet, reuerſus de Eccleſia, in grabatum ſe proiecit, & febribus vexatus, grauiſſimum cæpit habere, & præcluſum anhelitum, & cruorem flegmate mixtum proiicere. Et dum tam ipſe, quam ſui familiares, omnes illum grauedinem fortem, naturam ſuam ſuperaturam exiſtimaſſent. Phyſicusque, *Sbigneo* Cardinale, iam fruſtra conſenciente, incidendam venam ad phlebotomiam perſuaderet, feria tertia poſt Ramis palmarum, quæ erat, prima dies menſis Aprilis, D ſub tempore, quo Domini noſtri paſſio, in Eccleſia *Sandomirienſi* pronunciabatur, generoſum ſuum illum ſpiritum, cuiuslibet potentiæ mundanæ, contra fidem, aut libertatem Eccleſiaſticam, aut iuſtitiam ſe extollentem contemptorem, ad ſydereas manſiones, angelico miniſterio deuehendum, emiſit. Cuius morte, in Regno *Poloniæ* vulgara, vniuerſos Ordines, & homines vtriusque ſtatus, tantus mæror & luctus occupauit, vt illum, non ſolum, taoquam Eccleſiæ Cardinalem, Pontificem, & Columnam, & verum Apoſtolicum ſucceſſorem, ſed veluti parentem & liberatorem patriæ, & defenſorem, atque aduocatum, vberrimis lachrymis certatim lu-

Sbigneus Cardinalis, & Epiſcopus Cracouienſis moritur,

1455.

gerent, & actum de republica, actum de ſe, & ſua libertate, pignoribus, & ſortunis, publicis fletibus, lamentabaotur. Nec mirum, erat enim ille, velut ſydus clariſſimum, quo Sol noſter, nihil vidit fulgentius, neque in poſterum eſt viſurus, illuſtrans, non ſolom Regni *Poloniæ* & Eccleſiæ *Cracouienſis* ſplendorem, ſed etiam Cardinem *Romanæ* Eccleſiæ, inſigniens ſua perſona, & nobilitans. Talisque tunc Pontifex, deſenſor, patronus, & pater patriæ eſt ablatus, Regno *Polonico*, qualem (vt auguror) ſecula nulla reſtituent. Quo in defendenda fide Catholica, & libertate Eccleſiaſtica, nemo animoſior, in pronunciaodo, & decernendo iuſto iudicio, & defendendo paupere, & pupillo, nemo conſtantior, in alendo egeno, peregrioo ſuſcipiendo, ære alieno oppreſſo, relevando, nemo proſuſior, in dilatando honore, & amplitudine patriæ, nemo vigilantior. Corpus ſuum *Sandomiria*, *Cracouiam* adductum, feria quarta poſt feſtum Paſchæ, quæ fuit, nona menſis Aprilis, eccleſiaſticæ ſepulturæ, in vrna ærea, per eum, dum viueret, ordinata, in Chori medio, Cathedralis Eccleſiæ *Cracouienſis*, traditum, & ſibi adeo omnia iuſtiſſima lege, a Clero, & populo perſoluta ſunt, vt Corpus Summi Pontificis, Cæſareum, aut Regium, plus honeſtatis, & celebritatis, non eſſet accepturum. Capelli tres rubei, ad ſepulchrum ſuum ſuſpenſi, deſignant illum, a tribus ſummis Pontificibus, *Eugenio* quarto, *Fœlice* quinto, & *Nicolao* quinto, ſacræ *Romanæ* Eccleſiæ Cardinalem, ter, quod nemini, priſcorum legitur contigiſſe, declaratum. Præceſſerat autem *Sbigneum* Cardinalem, & Epiſcopum *Cracouienſem*, diebus octo, *Nicolaus* Papa quintus, & dimiſſis in manibus Cardioalium, mille millibus, & ducentis millibus florenorum, pro vrbis *Conſtantinopolitanæ*, de manibus *Turcorum* liberatione, deuotiſſime & religioſe, vt Pontifici *Romano*, digoum, & conueniens erat, die vigeſima quinta menſis Martii obiit. In cuius locum *Alphonſus* Cardinalis, tunc quatuor coronatorum. Epiſcopus *Valentinus* vir ſenex, & decrepitus, ſed iuris vtriusque ioterpres copioſiſſimus, miranda coocordia Cardinalium, per electionem Canonicam, octaua die, menſis Aprilis, in Conclaui, in Palatio *S. Petri* habitam ſucceſſit, & *Calixtus* tertius, voluit appellari, vigeſima menſis Aprilis coronatus. Exegit autem *Sbigneus* Cardinalis in vita, annos ſexaginta ſex, in Pontificato *Cracouienſe*, triginta duos, io Cardinalatu vero ſedecim. Pro eligendo autem futuro pontifice *Cracouienſe*, dies vigeſima quinta menſis Maii, in diem Dominicum Pentecoſtes, cadens, deſignata eſt. Teſtamentum ſuum, in quo omnes theſauros ſuos, non neceſſariis, aut propinquis, ſed ſtudentibus, egenis, Monaſteriis, Eccleſiis, & miſerabilibus perſonis, diſtribui ordinauit, executioni debitæ mandatum. Nunquam illum conſtat hæreticis pepercisse, ſed omni ſtudio, aut ad eorum reductionem, aut deiectionem, extirpationemve adeo inſudaſſe, vt non ſecus illum hæretici, quam aliquod fulmen pertimeſcerent, & hoſtili odio, hoſtes Eccleſiæ, ipſum quoque ioſequerentur, velut hoſtem. Ciuilis, & benignus homo, in hoſpites officioſiſſimus, moribus generoſis, rara in ſingulos gratia, ad omnem aduerſitatis impetum, ſcutum rationis, & patientiæ indeſinenter opponebat.

item & Nicolaus Papa quintus.

Cui concordi electione Cardinalium Caliſtus tertius ſuccedit.

1455.

Nondum hybernalia tempora tranſacta erant, cum Magiſter, & Ordo Cruciferorum, gentes ſuas interim contrahit, & ex *Marienborg*, cum tribus duntaxat millibus hominum, verſus *Thorun* procedit, ſpe potiundæ veteris Ciuitatis *Thorunenſis*, illectus. Duo enim Ciues *Thorunenſes* de principalibus, videlicet *Elbingus*, *Geleniovvsky*, vna cum *Andrea Thorunenſe* Plebano, conſpiratione, ad cuius etiam notitiam, duodecim fratres Ordinis Prædicatorum aſciueraot, facta de tradenda Ciuitate *Thorun*, per eosdem fratres Prædicatores & per literas, quas præfatus *Andreas* Plebanus ſcribebat, tradimentum componunt, & certam diem, ad perficiendam rem conſtituunt. Reduodaſſetque huius conſpirationis ſeries, ad vniuerſæ Ciuitatis periculum, ni Ciuitatis *Thorunenſis* apparitor, quadraginta florenis a *Bernhardo Schumborski*, tunc in *Thorun*, velut captiuo, ageote, ſubarratus, de tribus fœminis, ſimilem fraudem molientibus, & ad portas Ciuitatis, adulterinas claues, ſeris cera expreſſis parantibus, ad quas *Bernhardus* apparitorem, ſolicitando eas de re maturanda, mittere ſolitus erat, rem aperuiſſet. Et licet mulieres ad portas, prout index detulerat comprehenſæ, vltimo ſupplicio extinctæ fuerint, appareretque, manifeſtam in Ciuitatem proditionem exiſtere: per quas tamen Perſonas, aut quo tempore, vel ordine, huiusmodi proditio conflari deberet, nullis ſignis, aut ſuſpitionibus poterat deprehendi, donec Magiſtro generali, cum exercitu, ad diem compoſitam in *Thorun* venienti, *Elbingus* vnus ex proditoribus, qui ægritudine pedum, & alia varia valetudine impeditus, nusquam ſolitus erat egredi Ciuitate, extra portas proceſſit. Magiſtro periculum, in quod iam duo aroldi, & plures Equeſtris ordinis viri, à Magiſtro, velut ad quietam Ciuitatem præmiſſi, inciderunt, denunciaturus, ab omnibus conſpectus ſuſpicionem omnium in ſe vertit, & comprehenſus, conſcios proditionis, tormentis vrgentibus expreſſit. Et illico illi proditores duo, literas Magiſtri, illis ſæpius ſcriptas, in teſtimonium ſui ſceleris, in manibus in altum, quo ab omnibus conſpici poſſent, erectis, in forum producti, primum capite truncati ſunt, deinde cadauera exanima, in quatuor

Proditoribus veteris Thorunii

1455.

extremo ſupplicio affectis,

tuor partes diuiſa, portionesque ad portas Ciuitatis ſuſpenſæ. Plurimique alii *Thorunenſes* Oppidani, aut gladio occiſi, aut vndis ſuffocati, & Ciuitas vtraque ſentina proditorum purgata. Gum itaque in nullo proſperatus Magiſter, ſe illuſum animaduertiſſet (*Andreas* enim de *Thaczin* Capitaneus *Culmenſis*, Ciues *noua Thorun*, qui ſibi ambiguæ ſidei videbantur, in *Veterem Thorun* transferrens *nouam Thorun* ſuis gentibus, ne quid fraudis Ciues moliri poſſint, locat, & omne periculum, ſi quod erat conflatum, tali prouiſione, & ſua prudentia auertit) regrediendo à *Thorun*, in *Marienburg*, plures villas igne vaſtauit. Poterant tunc Regiæ gentes, multo eo ſuperiores, ad iuſtum deſcendere, cum Magiſtro certamen, ſed non perſoluta ſtipendia, quemlibet intra parietes continebant.

Magiſter fruſtratus ſpe,

Marienburgum cum exercitu redit, gentibus Regiis, ob non ſoluta ſtipendia, intra parietes ſe continentibus.

Immunes erant partes inferiores *Pruſſia*, à belli ſtridore, ibique belli vicini contagio peruenit. Duo enim Oppida *Kinzberg*, ad rebellionem inclinata, Magiſtro, & ſuis portas aperiunt, & ſe in poteſtatem eius dedunt, tertium, quod appellatur *Knipolth*, in fide Regia permanens, gentibus, ex *Gdansk* miſſis, adiutum eſt. Reliqua doo rebellia, bombardis, & tormentis adeo concuſſit, & terruit, vt plures domus ruinarentur. Hæc auerſio, duorum Oppidorum à fide Regia, Cruciferorum ſtipendiarios, qui fallacibus verbis Magiſtri, in illam diem ſuſpenſi, executionem de occupandis caſtris Magiſtri, differebant, meliori ſpe reffecit: Suggerente Magiſtro, quod omnes Ciuitates, exemplom illorum duorum oppidorum eſſent ſecuturæ. Interim & *Ioannes Colda*, Oppidum *Dzyaldow*, ſimulato nomine Commendatoris *Elbingenſis*, ingreſſus, multos ſtipendiarios Cruciferorum, & populum Oppidi interfecit. Et captis potioribus, numero ſeptuaginta, illud incendit. Intra dies quindecim, quatuor vicibus particulari congreſſu, dimicatum, & toties de Cruciferis, per gentes Regias, triumphatum eſt: & multi ex ordine, & ſtipendiariis interſecti, duceoti capti ſunt, & ſpolia, militibus diſtributa.

Duo Oppida inferioris Pruſſia deduntur Cruciferis, tertium in fide Caſimiri Regis perſiſtit.

Ioannes vero Kolda oppidum Dzyaldow Cruciferorum ſtratagemate captũ incendit.

Solicitatus pluribus euentibus, Nunciis & monitis *Caſimirus Polonia* Rex, pacificata *Lithuania*, ex illa diſceſſit, & ad conſulendum rebus terrarum *Pruſſia*, Conuentionem generalem in *Piotrkow*, pro die Aſceoſionis Domini inſtituit. Ad quam cum *Zophia* genetrice, & *Eliſabeth* Coniorte, Sabbato, poſt feſtum Aſcenſionis Chriſti aduenit. Et conueoientibus Prælatis, & Baronibus Regni *Polonia*, *ſuper bello contra Cruciferos continuando, & ſolutione ſtipendiariis fienda*, primum deliberatio cæpta eſt. Inſtabant enim Capitanei, Nobiles, & Ciuitates *Pruſſia*, qui ad Conuentiooem ipſam perſonaliter aduenerant, vt potentiæ nouarum gentium illis in præſidium, & Ciuitati *Knipholth*, alias *Kralowgrod*, quæ per gentes Magiſtri, quarum Commendator *Elbingenſis Henricus* & *Balthaſar* Dux *Zegauienſis*, erant A Capitanei, obſidebatur, in liberationem mitterentur, quoniam ſtipendiarii Regii, deficiente ſolutione, ſolos muros Ciuitatum, aut Caſtrorum deffendere contenti, nullatenus in campom procedere, aut cum hoſtibus decernere, volebat. Et quoniam Conſiliariis Regni, motio vniuerſarum terrarum Regni, ad bellum *Prutheniciem*, ea æſtate gerendum, ſumptuoſa & onerosa oimis, imo nec neceſſaria videbatur, præſertim hoſtium paucitate penſata: quibus faciliter, per Stipendiarios Regios reſiſtentia oppooi poterat: cum eſſent & numero & robore ſuperiores, dummodo ſolutio illis præſtaretur. Concluſum eſt, *expeditionem terrarum Regni, pro maiori neceſſitate reſeruari*, B *& pro pecuniis habendis, ſoluere de vniuerſis laneis fertones*. Hæc concluſio, cum placida magis, quam vtilis videretur, accepta eſt, & ſub hac ſpe Capitanei, Nobilesque, & Ciuitates *Pruſſia* remiſſæ, & pro ſoluendis fertonibus, particulares Conuentiones, in ſingulis terris decretæ, & altera Conuentio generalis, pro feſto S. *Ioannis* Baptiſtæ, in *Piotrkovv* inſtituta: quo melius omnibus defectibus & nouis emergeotibus prouideri, & expeditio generalis, ſi neceſſitas cogeret, inſtaurari poſſit. In terris *maioris Polonia*, quoniam vicino, & pene domeſtico, malo vrgebantur, fertonum ſolutio, vniuerſali conſenſu, decreta, & tandem exigi cæpta eſt. In terris vero C *Craconienſibus* plures reſiſtentiæ, de ſoluendo oppoſitæ, nec in ſolutionem fertonum Nobiles trahi poterant, niſi ea conditio admitteretur, *vt bona Regalia, quocunque modo tenentes, omnium introituum ſoluerent medietatem*. Per quam quidem conditionem, magis de terris *Cracouienſibus* fertones ſperare, quam habere licebat: cum Tenutarii bonarum Regalium *nullatenus ſe in hanc conditionem, velut ſibi onerosam, & grauem*, aſtruebant *conſenſuros*.

De fertonum ex ſingulis laneis contributione in Conuentione Piotrconienſi diſceptatur, tandem vt ſoluantur concluſum, & expeditio Regni, ad bellum Pruſſia pro maiori neceſſitate reſeruatur.

Vigeſima quinta menſis maii die, quæ in diem Pentecoſtes, & S. *Vrbani* cadebat, pro electione futuri Pootiſicis *Cracouienſis*. Viginti octo in numero pro celebranda hu- D iuſmodi electione congregati, peracta maiori miſſa, in qua vnusquisque eorum ſacramento Diuiniſſimæ Euchariſtiæ fuit procuratus, Conclaue ingreſſi, Venerabilem virum Magiſtrum *Thomam* de *Strzapino* Sacræ Theologiæ, & Juris Doctorem, Canonicum *Cracouienſem*, & Regni *Polonia* Vicecancellarium, per viam ioſpirationis, concorditer elegerunt. Pro quo eligendo, *Caſimirus Polonia* Rex, Prælatique & Barones, ex Conuentione *Piotrcovienſi*, pro feſto Aſcenſionis Domini habita, ſpecialibus Nunciis, videlicet, *Ioanne* de *Bobrek*, Caſtellano *Biecenſe*, & *Alberto Zicblinski* Secretario Regio, intercedebaot, licet ipſa interceſſio, ad eligendam perſonam

Thoma Strzapienski in Epiſcopum Cracouienſem electo,

 ſuam,

1455.

ſuam, apud eligentes, nullum patrocinium afferebat. Hanc electionem duo prodigia, quæ clementis Saluatoris, vertat in melius, A vitiis hominum, diuinam vltionem prouocantibus, *Craconiæ* ſecuta ſunt. Nam & in die electionis hora veſperorum, campana optima *Sbiſtbek* vocata, dulcem ædens ſonum, quam *Sbigneus* Cardinalis, & Epiſcopus *Cracouienſis*, ſuis impenſis effecerat, ſuumque illi nomen, in benedictione indiderat, à loco ſuo mota, cecidit, & caſu ſuo, partes ſuperiores, auriculares confregit. Pro memoria tamen illius, clariſſimi Præſulis, & Cardinalis, renouanda, cum ex confractione eiuſmodi, reddita eſt inutilis, impenſis Eccleſiæ, noua fuſione reintegrata eſt. Aliud die ſequenti, veſperorum hora, ignis ex domo *Thomæ Lorificis*, tunc *Cracouienſis* Conſulis, ædi beati *Petri* B proxima, erupit. Ex dum primordium, leui vel pene nulla interceptione negligeretur reſtingui. (omnes enim fere Mechanici ad auem ſagittandam, cæteri homines ad ſpectaculum, extra vrbem, ad locum ſolitum deſcenderant.) Flamma cæpit augeri in immenſum, quam etiam ventus validiſſimus ab Aquilone, in ipſa incendii hora ſuperueniens, in plures partes detulit, & dilatauit, & aſper ipſe incumbens, ſubito promouebat incendium Septentrio. Sed & in quibusdam domibus, quæ ab igne corrupta erant, bombardici pulueres, adeo ignia ſuxerunt virtutem, vt flamma horrendiſſima vnumquemque a defenſione arceret. Propter quod defenſione omiſſa, ad res & fortunas, C in tutum deportandas, diſcurſum eſt, & centum, & amplius domus in Caſtrenſi, & Canonicali plateis, & quatuor ædes ſacræ, videlicet ſanctorum *Petri*, *Andreæ*, *Martini*, & *Mariæ Magdalenæ*. Collegium inſuper nobile Canoniſtarum a fere. Duæ duntaxat domus Canonicales, vna quæ erat Magiſtri *Nicolai Spicziner* Cantoris, altera *Ioannis Dlugoſch*, Canonici *Cracouienſis* ægre defenſæ. Sed & in caſtrum quoque *Craconienſe*, vento carbones viuos deferente, manauerat incendium, ſed ſolicitudine continua ſuppreſſum eſt. Plures hoc incendio periere mortales ſexus vtriuaque, qui vel fortunas ſuas igni eripiebant, aut ſe cum illis, in celariis ab- D diderant, triſte ſpectaculum etiam hoſtilibus oculis. Creditum eſt a plerisque tam crudele incendium, ob iniuriam nominis Diuini, in libertatibus *Iudæis* conceſſis, irrogatam accidiſſe, cum & *Iudæi Craconienſes*, apud *Thomam*, ſua conſeruabant potiora depoſita, de cuius domo primum ignis erupit. Ambo ipſa prodigia, iudicata ſunt à ſapientibus hominibus, perniciem futuram Eccleſiæ Cathedrali *Craconienſi*, & perſonis eius, portendere, & perſecutionis flammam, quæ obeunte præfato *Thoma Strzapienski* electo, *Cracouienſe*, Prælatis, & Canonicis *Craconienſibus*, illata eſt, ſecuturam.

campana in pulſu — *loco ſuo mota cecidit*

& magna pars Ciuitatis Cracouienſis, & Canoniſtarum Collegium conflagrat.

Sed nec *Gneſnenſis* Ciuitas, pro illa tempeſtate caruit. Duabus ſiquidem vicibus, fulmen A in Eccleſiam maiorem irrupit. Et prima quidem vice, poſt diem S. *Stanislai* in Maio, globus deauratus, in pinnaculo templi conſiſtens, vi fulminia ictus, & in terram deiectus eſt. Altera vero vice, feria ſexta, poſt feſtum Corporis Chriſti, ſuperuenientibus terrificis, tonitru, & corruſcationibus, fulmen in idem pinnaculum templi, ictum ſuum repetens, in Sacriſtiam ſe intulit. Et ibi globo pinnaculi, qui ibidem ſeruabatur, percuſſo, fouea, ad modum mitræ circulariter in terra, quæ cemento per totam ſacriſtiam eſt ſuperpoſita, eruſſa, in turrim eiuſdem Eccleſiæ, vim ſuam dirigens, hominem, quem ibi repperit, veſtibus in eo exuſtis, & pilis in corpore, B crinibusque in capite crematis interfecit. Per totam æſtatem, in variis locis, corruſcationes, fulmina, & tonitrua horrenda, ſine tamen damnorum ſubſecutione habita ſunt, & iumentorum, anno eodem, interitus, & caritas annonæ erat.

Globus deauratus, fulmine de Eccleſia Gneſnenſe deiicitur, & in deiectum, repetens ſuum ictum, — *fulmen hominem interfecit in Eccleſia.*

Feria tertia, in die ſancti *Ioannis* Baptiſtæ, in Oppido *Pyotrkow*, iterum Conuentio generalis habita eſt. In qua de rebus *Pruſſiæ*, multæ habitæ deliberationes, & tractatus, & viæ plures exquiſitæ, quibus pecuniæ Stipendiariis ſoluerentur. Sed dum potior, & celerior inueniri, niſi fertonum ſolutio, non potuiſſet, etiam à terris *Cracouienſibus*, in eorum ſolutionem conſenſum eſt. Nouum in- C terea mendax, plurium Nunciorum, teſtimonio & literis confirmatum erupit. *Gentes Regias hoſtilem exercitum, qui Krolowgrod obſidebat, fudiſſe, & Ciuitatem obſidione liberaſſe, & maximum captiuorum numerum, in ſuam poteſtatem redegiſſe.* Hæc nouitas ab omnibus credita, dum falſe vulgata, veri vicem obtinuiſſet, animos *Caſimiri* Regis, & Conſiliariorum exhilaratos, auertit, ne de ſoluenda obſidione Ciuitatis *Krolowgrod*, & vniuerſi exercitus Regni, in terrarum *Pruſſiæ* defenſam perductione, curam intenderent. Itaque ex Conuentione illa, expeditione generali non indicta, diſceſſum eſt, omnibus exiſtimantibus, victoria illa, in qua ſeptem millia hoſtium cæſa referebantur, in D *Pruſſia*, debellatum. Eaque rerum conditio, quæ vera erat, mouebat Regem, & Conſiliarios, vt ab expeditione indicenda, pro illa æſtate abſtineret: quoniam Magiſter, & ſui Cruciferi, dum in ſolutione, quæ ad milliones iam excreuerat, ſuis ſtipendiariis deficerent, de Caſtro *Marienborg*, & cæteris Caſtris, & Ciuitatibus, in fide eorum conſiſtentibus, eiecti erant, & omnia facultas diſponendarum rerum eis ablata, in ſtipendiarios, & eorum Capitaneos, ſumma rerum, & omnia diſpoſitio traducta, qui & ipſi non ſolum ære, ſed etiam victualibus inopes, ſollicitabant Regem quatenus eorum ſtipendia perſolueret, & tam Caſtrum *Marienborg*, quam alia Caſtra, & munitiones, in ſuam reciperet di-

Dedita Ciuitate Knypolth hoſtibus. Poloni generalem expeditionem in Pruſſiam indicunt, & de dandis fertonibus conueniunt,

Marienborg & cætera Caſtra ob non ſolutionem ſtipendii eiectis Cruciferis, per ſtipendiarios occupata,

1455. ditionem. Ex Conuentione *Pyotrcouienſi*, *Caſimirus* egreſſus, *Ioannem* Epiſcopum *Wladiſlauienſem*, & *Ioannem* de *Richwyani* Capitaneum *Sandomirienſem*, in *Pruſsiam* mittit, cum hoſtilibus ſtipendiariis ſuper caſtrum *Marienburg*, & aliarum munitionum, deditione, pactaturos. Qui etſi in *Grudzancz* conueniſſent, & beneuolos ſe, recepta pecunia, Caſtrorum omnium deditionem facturos obtuliſſent. *Theutonicorum* tamen pars, ne concluſio huiusce rei tunc fieret, obſtitit, & impediuit. Interim vero Ciuitas *Kniphollth* grauius obſideri, & fames vehementius vrgere obſeſſos cœpit. Nam & duæ Ciuitates, ei contiguæ, quæ deditionem, pro Magiſtro, & Cruciferis fecerant, & exercitus hoſtilis, ne aliquid ad obſeſſos importari poſſet, ſolicitudine extrema prohibebant, alueumque fluminis *Pregor*, qui Ciuitatem medius præterfluit, tignis, & roboribus, ne aliquid furtim importari obſeſsis poſſet, obſtruxerant, rati; vt erat, non alio genere pugnationis, obſeſſos ad deditionem, niſi fame cogi poſſe. Intelligens *Caſimirus* Rex, obſeſſos, in arcto eſſe. Nunciis & literis Capitaneos ſolicitat, vt celerius Ciuitati ſuccurrant. Et quo ad id proniores eſſent, aliquot millia florenorum, inter ſtipendiarios, diuidenda transmittit. Paritum eſt illico a Capitaneis iuſsis Regiis, & Copiæ, ex præſidiis contractæ, iuſtum exercitum effecerant; qui ad hoſtes, ab obſidione deterrendos procedebat. Verum antequam Regius exercitus adueniſſet, Ciues extrema deſperatione, ferendi ſibi auxilii adducti, (neque enim Nuncii, denunciaturi illis, ferendum auxilium, ad eos peruenire poterant, quin & vnus, cæteris audacior, fluuio Ciuitatem natando ingreſſuros, ab hoſtili exercitu, certatim in eum ſagittas mittentibus, extinctus eſt) inito pacto cum hoſtibus, Ciuitatem dedunt, & non Magiſtro, aut Ordini, ſed Duci *Zeganenſi*, *Balthaſaro*, fidelitatem repromittunt. Et abinde progreſsi, aliquot oppida inferiorum partium, hoſtes per deditionem accipiunt. Nouitas de deditione Ciuitatis *Kinsberg*, ad Regem *Caſimirum* perlata, magnam illi intulit mentis amaritudinem, veritum, ne cæteræ Ciuitates principaliores, ad ſimilem deditionem animum inclinarent, cum & de Ciuitate *Gdansk*, & *Thorun*, rumor vulgatus erat, eos ad deditionem ſpectare, huncque rumorem Magiſter, per literas ſuas, vicinis Principibus, & terris *Almania*, inflatius, quam verius diffundebat. Propter quod *Fredericus* Marchio *Brandeburgenſis*, in *Polonia* alitus, qui alias literis, & Nunciis Regiis, ſolicitatus, ſecum conuenire differebat, conuerſam ſuo totali fauore fortunam in partes Magiſtri, ex deditione Ciuitatis *Kinsberg* exiſtimans, in *Pruſſiam* ſe contulit, & cum Magiſtro in *Gnyew* conuenit partes ſuas, tractato pacis, & officio Mediatoris, quod ſibi aſſerebat, quo minus *Caſimiro Poloniæ* Regi ſuſpectior eſſet, per *Fredericum Romanorum* Imperatorem demandatum adiuturus. Rex interea *Caſimirus*, maiora pericula horum, quæ euenerant, veritus, æſtate iam licet deficiente, expeditionem bellicam, vniuerſo Regno *Poloniæ*, in *Pruſſiam*, contra Magiſtrum & ordinem indicit. Ciuitates vero *Pruſſiæ* principales, vt fidei promiſſæ ſibi meminerint, Nunciis ſolicitat. Illæ nullatenus hæſitandum, de conſtantia ſua remandant, & plures viros ſuarum Ciuitatum inſignes, ad fauendum partibus Magiſtri, & Ordinis procliuos, ſecuri percutiunt, Regemque *Caſimirum* orant, vt cum exercitu celerius adueniat, nihil ſe de priori fide, in quamcunque partem feriat fortuna, diminuturos. 1454.

quo minus dederentur Regi Alemanni impediunt.

Exercitus interea hoſtilis, nihil ſibi cunctandum ratus, apud oppidum *Fridlanth*, quod & ipſum in partibus inferioribus *Pruſſiæ* ſitum eſt, applicat. Id per vnum, ex ſtipendiariis Regiis, *Bohemum* genere, *Sknbyeła* nomine tenebatur. Is ſtratagemate vſus, ſimulato metu, hoſtes maximo impetu ad muros vsque Ciuitatis penetrare, & animum illis creſcere, ac plures ad muros, priorum viſa incolumitate, venire permiſit. Deinde locis omnibus completis, ipſe cum ſuis exiliens, hoſtes vbique conglobatos, iam bombardis & fiſtulis, iam ſagittis, & ſaxis, ſuperne ferit, vt in breui ſpacio quingenti cæſi, centum captiui, intra muros remanerent. Cæteri magno metu perculſi, fuga ad Caſtra redierunt, quæ & ipſa ægre defenſa ſunt, gentibus Regiis ex Oppido erumpentibus, & cæde, & captiuitione in tergis hoſtium hærentibus. Nec longe abfuit, quin & hoſtiles ſtationes interciperentur. In hac clade plures inſignes hoſtium ſtipendiarii perempti ſunt.

Apud oppidũ Fridland

multi hoſtium ſtratagemate vnius Bohemi caduntur.

Seditio Ciuitatis *Kinsberg*, quam aliqui Ciues eius, non neceſſitate aliqua ſubacti, ſed quod pœnitentia animos ſubeunte, dominationem Regiam excutere quærebant, feciſſe rebantur, impulit *Caſimirum Poloniæ* Regem ad faciendam omnium gentium ſuarum, ſecundam expeditionem in *Pruſſiam*. Deſinente itaque iam æſtate, & autumno, qui in Regione *Poloniæ*, frigidus, humidus, & imbroſus eſſe conſueuit, milites ex vniuerſis Prouinciis Regno *Poloniæ* ſubiectis, procedere in campum iubentur, multis & ferè omnibus de intempeſtiua vocatione gentium *Caſimirum* Regem carpentibus, cum pro illo tempore in campum exire iubebantur, quando ex illo in hyberna merito forent deducendi. Paritum tamen eſt Regiis imperiis: licet in parendo, tanta fuerit varietas, vt cum aliquarum terrarum exercitus, pro indicta die conueniſſet, cogeretur tamen alios exercitus lentiſſimo gradu procedentes, præſtolari ſex hebdomadas

Exercitus Polonici in Pruſſiam tendunt.

1455. *dentis inobedientia, & damna ab eo ſuis illata.*

madis. Neque enim mandata regia pro tunc, ponebant, in aliqua æſtimatione, vel pauore, ſed vnusquiſque id agebat, ad quod vel neceſſitate, vel egeſtate, vel impetu animi ſerebatur: ita vt in progrediendo in *Pruſſiam*, Regalia, & Eccleſiaſtica bona, crudeliſſime vaſtarentur. Decimæ quoque exponerentur in prædam, ſine aliquo diuinæ vltionis reſpectu. Exercitus autem, qui primo conuenerat, paſſim ex agris *Cracouienſis* terræ, frumenta ad ſtatiua, quaſi illic hybernaturus, conuehebat, ſpeciemque magnorum aceruorum confecerat. Quæ omnia ex loco illo digrediens, ne aliis poſſent eſſe in vſum incendit. Vt hoc quoque tali facto, quali & quanta erga patriam charitate, erga Regem reuerentia, & in bello diſciplina militari fungeretur oſtenderet.

Caſimirus Poloniæ Rex interim, dum exercitus conueniebat, morabatur in *Brzeſczye*. Vbi ad illum legationes ſingulæ ex *Pruſſia* facilius perferebantur. Et Ciuitates principales *Pruſſiæ*, miſſis Nunciis, quo ordine bellum gerendum foret, cum Prælatis, & Baronibus *Poloniæ*, quorum frequentia ad Regem conuenerat, conſultabant. Vna tamen res, non ſolutum militibus, mercede conductis, ſtipendium, omnia diſturbabat: quoniam & milites, qui ordines ducebant, ex Caſtris, & præſidiis in *Brzeſczye* veniebant, & Regem maledictis laceſſebant, tranſitionemque ad hoſtem, & deditionem locorum, quæ tenebant, in hoſtilem poteſtatem minabantur. Quibus rebus *Caſimirus* Rex, & Conſiliarii, non ſecus vt par erat, moti, de conquirenda pecunia, in ſtipendiarios, partienda, plures dies nequicquam prolectuoſe deliberabant. Et quoniam via, de ſoluendis fertonibus, ex quolibet laneo parum proſpere anno præterito ſucceſſerat, ad res, & Clenodia Eccleſiarum, ne reſpublica peſſundaretur, intentio omnium directa eſt. Conſentientibus itaque *Ioanne Sprowski* Archiepiſcopo *Gneſnenſe*, *Ioanne Wladislauienſe*, *Andrea Poſnanienſe* Epiſcopis, & de reſtituendis rebus, & Clenodiis Eccleſiæ, cautionem a Rege, & Conſiliariis accipientibus,

Caſimirus Rex theſauris trium Diœceſium videlicet Gneſnenſis, Wladislauienſis, & Poſnanienſis, ex omnibus templis accepit

Eccleſiæ trium Diœceſum *Gneſnenſis*, *Wladislauienſis*, & *Poſnanienſis* ſuis chariſſimis vaſis, & Clenodiis, cultui Diuino ad honorem Omnipotentis Dei & ſanctorum eius, largitione fidelium dicatis, nudatæ ſunt: quamuis extarent adhuc frequentiſſima, & valida remedia, nec eo malignitatis fuerit ventum, vt ſacris debuerit vis inferri, vt templa, & ſuperum oſſa nudari, vt donaria Regum, Pontificum, cæterorumque Chriſti fidelium, in vſum ſtipendii conflari, ſingulis vtriuſque ſexus fidelibus, nudationem huiusmodi, non tam querelis, & vocibus, quam lachrymis proſequentibus, & Pontifices præfatos, de celeri, & leui conſenſu publice incuſantibus. Rebus autem & vaſis ab Eccleſia, per officiales, ad id conſtitutos, detractis, plus pudoris, quam alacritatis exinde, in animis Regis, & Conſiliariorum

1451.

A inſedit: reputantibus ſingulis quantam ignominiam apud Deum & homines, tenui illo ſpolio (quippe argentum Eccleſiarum, non niſi ad ſex millia florenorum æſtimatum eſt) contraxiſſent. Sola Eccleſia *Cracouienſis*, & ſua *Diœceſis*, illud malum audiuit magis, quam ſenſit, vel quia longior diſtantia illam excepit, vel quia, quod magis veriſimile eſt, alieno ſpolio inſpecto, nullatenus ſciebatur, imperata facturа: præſertim cum & Pontifex eius, *Thomas Strzepinski*, cum Capitulo, & Clero ſuo, a deliberatione illa aberat, & Concluſionem tam fœdam, dedecorantem nomen Regis, & Regni, & vtrique notam perpetuæ ignominiæ inurentem abhorrebat. Perfecto autem hu-

contra Pruthenos ducit exercitum, ac Iſtula ſuperato

B iuſmodi ſpolio, *Caſimirus* Rex in bellum, cum exercitibus ſuis in *Pruſſiam* proceſſit, & *Viſlam* circa *Thorun*, facto, vti ſuperiore anno, ex nauibus ponte, tranſiuit: Conſcientia patrati in Eccleſias ſpolii continue vexatus, intelligens ſe irritaſſe Deum, cuius præſidio, cum in ſingulis, tum maxime in belli actionibus, ſperare debuerat, ſe vſorum. *Fredericus* interea *Brandeburgenſis* Marchio, apud Magiſtrum Ordinis in *Marienburg* diebus pluribus commoratus, tandem Regem in *Bidgoſtia* accedens, & *plura de ſua fide, & beneuolentia, in Regnum Poloniæ differens*, ſupplicat Regi, *vt illo ſe dignetur honore, Arbitrum eſſe, ſibi componendæ pacis liceret*. Quo obtento, ad Magiſtrum

promiſſis Marchionis Brandeburgenſis illectus,

C regreſſus, precatur Regem, per literas, & Nuncios, *ſecum conuenire*, aſſerens *ſe afferre, eas conditiones pacis, quæ rebus eius, maximum profectum eſſent allaturaque quaque tanti eſſent, vt Rex ſe nunquam apud Deum rebatur, meruiſſe illas*. Credulus Rex *Caſimirus*, tam craſſis promiſſis, neque enim tantus vir aliud, quam veritas haberet, creditus eſt nonciaſſe, curam gerendi belli, quod mox credebat finiri, intermittit, & circa *Thorun* aliquot dierum ſtatiua facit, nunciosque notabiles, *Ioannem* Epiſcopum *Wladislauienſem*, Cancellarium Regni *Poloniæ*, *Ioannem* de *Thaczin Cracouienſem*, *Petrum* de *Oporow Lanciciienſem*, Palatinos, & *Hincza* de *Rogow* Caſtellanum *Si-*

de pace cum Cruciferis agenda

D *radienſem*, cum *Frederico Brandeburgenſe* Marchione, conuenturos & in pacem, ſub æquis conditionibus conſenſuros, tranſmittit. Qui cum propè *nouam Ciuitatem*, in villa *Koſczielyecz* cum Marchione *Brandeburgenſe*, & Nunciis Magiſtri, & Ordinis, conueniſſent, rati conditiones æquas, & ſibi placidas, ſe audituros. Nuncii Magiſtri, & Ordinis, licentia dicendi facta, petunt, *vt Caſimirus Poloniæ Rex, ex terris Magiſtri & Ordinis, exercitum ſuum, deducat, nec illas vaſtari ſinat. Caſtra quoque, & Ciuitates, ſuam obedientiam profeſſas, Magiſtro, & Ordini reſtituat. Si quid quæſtionis, ſibi cum Magiſtro, & Ordine eſſet, in Summum Pontificem, Imperatorem, aut Ele-*

Ele-

1455.

ctores Imperii, aut aliquos Reges, & Principes Catholicos illum eſſe compromiſſurum. Nuncii Regii, conuenienti ædito reſponſo, & de A iuſtitia cauſæ Regiæ, largo ſermone habito, in *Fredericum* Marchionem *Brandeburgenſem*, grauius quo poſſunt inuehunt, *quod illos ſuis ampliſſimis promiſſis, ad illa ludibria pertraxiſſet, nec ſe ad diſceptandum, ſed ad audiendum, conditiones æquas, ab eo pollicitas, veniſſe* aſtruebant. Qui purgare obiecta aggreſſus, ne nihil prorſus, ex promiſſis attuliſſe videretur, *in præmium pacis componendæ, Magiſtrum, & Ordinem, de terris duabus Chelmenſe videlicet, & Michalouienſe, cum ſolutione impenſa, in bellum illud facta*, offert *ceſſurum.* Aſſerens *illas conditiones, ſibi iuſtas videri.* Priuatimque multiplici ratione, Nunciis Regiis perſuadet, B *ne cunctentur oblata ſuſcipere, nec in vnum tempus, conentur terras ſingulas Pruſſia, ſui iuris facere, ſed morem Sapientum ſecuti, his quæ dantur, in ditionem plenam redactis, Stipendiariis Magiſtri, pace compoſita, diſcedentibus, & Magiſtro ac Ordine egeſtate grauatis, & præſenti bello afflictis, nec reſiſtentiam opponere valentibus, occaſionem, de redigendo reſiduo, in tempus magis aptum & propicium reſeruare.*

Fruſtra agit per Nuncios.

Nuncii Regii conſilia *Frederici* Marchionis, velut ea, quibus manifeſtæ fraudes inerant, aſpernati, à colloquio diſcedunt, nec de cetero promiſſis Marchionis, fides habita eſt, ſed nec quicquam de pace agere, licet pluribus C Nunciis, & literis ſe id ſyncere facturum repromiſiſſet, amplius permiſſus eſt. Videns itaque omnes conatus ſuos, ad irritum recidiſſe, Regique *Caſimiro*, & Conſiliariis ſuis, ſe inuiſum, & ſuſpectum fore, obtentis à Rege *Caſimiro* conductoribus, quingentis, qui ſecum ad militandum venerant, cum Magiſtro, & Ordine remanentibus, ad propria rediit.

Deſtitutus à pacis ſpe *Caſimirus Poloniæ* Rex, motis a *Thorun* exercitibus, verſus *Oſſa* fluuium procedit, Oppida *Gnyew*, & *Tczow*, in poteſtate hoſtili conſiſtentia, pro vno tempore obſeſſurus, & ripa *Vulæ* expugnatis Oppidis, in ſuam poteſtatem redacta, hoſtibus D multas difficultates ingeſturus. Simulque *Gdanenſibus* Ciuibus, multas commoditates præbiturus, qui à gentibus Magiſtri, in illis duobus oppidis conſiſtentibus, terreſtri itinere merces, & commeatus deferre, aut inferre prohibebantur. Offerebaturque non mediocris ſpes Oppida præfata conquirendi, eo quod *Gdanenſes*, tantam ſe bombardarum, & puluerum ſufficientiam largituros profitebantur, vt vtriusque Oppidi muri, ſolo tenus demolirentur. Ac deliberatione confeſtim variata, Rex iiſdem locis, & ſtatiuis, quibus anno ſuperiore iuerat, ad *Laſſin* Oppidum peruenit. Et illud prætergreſſus, quo facilius obſidendi illud hoſtibus ſuſpi-

Relictis oppidis Thſczow & Gnyew ad Laſſin oppidum expu-

Hiſtor. Polon. Lib. XIII.

tionẽ adimeret, altera die retrogradu itinere illud obſedit, & plures hebdomadas in expugnatione vnius vilis oppidi, cæteris oppidis, quæ expugnari, aut deditionem facere ſperabantur, neglectis, hæſit: Cœleſtibus iras in *Polonos*, pro ademptione vaſorum Dei, vertentibus, & illam ipſis dementiam infundentibus. Et licet Oppidum præfatum, nec ſitu nec munitione, ad conquirendum difficile fuerit, & a principio obſidionis, paucas gentes, pro ſui defenſione habuerit: quia tamen in exercitu Regio, omnia neglecta, & ſoluta erant, quadringenti equites, de hoſtilibus præſidiis Oppidum ingreſſi, animus obſeſſorum, ad deditionem ſpectantes erexerunt. Et Oppidum egregie defendentes, cum parua manu, *Polonorum* excubias ſæpius ſubmouebant. Bombarda deuique maior, qua muri quaſſati, notabilem oppidi partem nudauerant confracta eſt. Imberque, niue mixtus deſcendens, quem atrox frigus ſubſequebatur, lubricum gradum diſcurrendi, per aggeres, & foſſata, quantumcunque audaci militi effecerat. Indignumque videbatur, propter conquiſitionem, tam parui oppidi, milites in diſcrimen adduci debere, quamuis illius conquiſitionem, non milites ſolum, ſed etiam aurigæ indecorum, ſi irrito cæpto abſcederetur, rati, recuſante Rege, & Conſiliariis non fauentibus depoſcebant. Interim & plures aliæ difficultates, ſed inter alias, cui difficile reſiſti poteſt, fames in equis alendis, exercitum premere cæpit. Nam in regione, & à proprio, & hoſtili exercitu, diuturno bello afflicta, nuſquam pabula, pro equis, quibus exercitus Regius plurimum tunc valebat, reperiebantur, frumentis, quæ æſtas produxerat, in munitiones deductis. Villarum quoq; habitatores, cubilibus ſuis deſertis, quidam in *Ruſſiam*, & *Poloniam*, cæteri in *Almaniam*, & in cæteras regiones, prout quemque ferebat ſors, dilapſi, vacuas terras *Pruſſiæ*, pro maiori parte effecerant. Cogebaturque exercitus Regius, quod & ipſum quoque difficile inuentu erat, paleis & tuguriis detractis, aut graminibus in campis, aut aruis relictis, equorum famem ſuſtentare. Auenæ venditionem in Caſtris, etſi plures inferebant, aſſequi tamen illam, non niſi pauci, quibus ampliores erant opes, poterant. Cæterorum equi adeo fame tabeſcebant, vt quarta pars de equis illius exercitus perierit. Propter quod *Caſimirus* Rex, ſero ſe conſilia ſibi diſpendioſa elegiſſe, pœnitens, ſoluta obſidione, ex ignobili vico, famoſum, & inſigne effecit, quod bis ſa obſidionem tanti Regis, cum omnibus ſuis copiis, illud obſidentis, toleraſſe, & toties aduerſus illum triumphaſſe, poterit apud poſteros, non ſine ignominia tanti Regis, & exercitus, abunde gloriari. Tanta autem & iuſta ira, & deſperatione, Ciuitates, & incolæ *Pruſſiæ*, ob indebitam, & inhumanam ſuarum villarum, & ædium ſpoliationem, direptionem, & incenſionem, expeditione illa per Regium exercitum, ſine aliqua coertione, &

1455.

quandiu Caſimirus Rex ducit exercitum.

Vnde infecta re poſtea cum ſummo dedecore diſcedit.

1455.

vltione, paſſim factam agebantur, vt iterum Magiſtrum, & Cruciferos, quamuis merito ſibi inuiſos, & infeſtos, rerum *Pruſſia* fieri dominos oprarent.

Caſimiro Rege bello Pruthenico occupato Irzik Stboſz de Olbrachczice Morauus, & Ioannes Swieborowski Polonus

Agente Rege *Pruthenicum* bellum, & obſidione Oppidi *Laſſin* occuparo. *Irzik Stoſch* de *Olbrachczicze*, Morauus, & *Ioannes Swieborowski*, *Polonus*, qui propter priuatas, & prætenſas iniurias, hoſtem ſe Regni *Polonia* agebat, opportunum tempus, ad inuadendum Regnum *Polonia*, miliribus, & gentibus vacuum, factum, rati, cum eqneſtribus, & pedeſtribus Copiis vndecunque poteranr, contractis, ſed & pluribus voluntariis, Ducum *Sleſia* ſubditis, ſpe ſpoliorum ſolicitatis Regnum *Polonia*, circa Oppida *Ilkuſch*, & *Slawkow* innadunt. Et octoginta equis quibus in monribus

Ilkuſſia prædis abactis,

Ilkuſienſibus, plumbum gignentibus, aqua pellebatur, receptis, oppido *Slawkow*, contra quod priuatæ vltionis ardor inſtigabat, eo, quod *Nicolaus Gnuya*, fortalicii *Slawkonienſis*, Tenutarius, & Aduocatus, *Ioannem Swyeborowski*, pridem equis, & armis exuerar, cremato, tumultuario more, veriti inſecutionem, cum præda reuertuntur.

& Slawkow incenſo,

Et quoniam parum proſperè illis ſpes eorum ſucceſſerat, in aliam Regni oram, videlicet terram *Wyelunenſem* conuerſi, in fortalicium *Kapino*, veſte agreſti, quo dolum facilius tegerent, amicti, adeunt, ſeque cenſum ex agris debitum, attuliſſe mentiti, intromittuntur. Et primis portas conſecutis, cæteri ex propinquis latibulis ſuperueniunt, & fortalicium occupant, & militem *Wyerzbyatam*, eius Dominum capriuant.

fortalicium Kapino dolo capiunt,

Qua nouitate cognita *Burgrabius Wyelunenſis*, vniuerſos ex villis homines, feſtine collectos, ad *Kapino* ducit, & illud cæpit obſidere, prohibereque, ne hoſtes fortalicium victualibus munirent. Sed & *Ioannes Gneſnenſis* Archiepiſcopus, & *Ioannes Wladislauienſis* Epiſcopus, tunc in *Vnyeiow* agentes, familiam ad augendum vires obſidenrium, tranſmittunt, ciuitates vicinæ, & plura etiam ignobilia oppida, quaſi ad commune incendium reſtinguendum accurrunt. Rex quoque nouitate ad eum perlata, *Stanislaum* de *Oſtrorog* Palatinum *Caliſienſem*, & *Ioannem Zaraba* Capitaneum *Wyelunenſem*, cum certis genribus laturos obſidentibus, auxilia, tranſmittit. Qui poſtquam illuc veniſſent, licet hoſtes ad extrema deducti, aut fame contabeſcere, aut plenam deditionem facere cogerentur, veriti tamen, ne *Irzik Stoſch* cum gentibus, prout fama vulgauerat, ad ferendum obſeſſis ſubſidium, ſuperueniret, & bellum in longius hyemali præſertim tempore traheretur, fortalicium ab hoſtibus liberare contenti, hoſtes cum rebus omnibus, quibus potiri poterant, emittunt.

vnde per pactionem, cum rebus ſuis à Polonis emittuntur.

Caſimirus Rex

Diſcedens *Caſimirus Polonia* Rex, feria quarta, poſt feſtum Omnium Sanctorum, cum omnibus Copiis, ab obſidione oppidi *Laſſin*, in *Grudzacz* peruenit. Ibique diebus aliquot ſtatiua habens, *qualiter bellum deinceps gerendum, & quibus impenſis, deficiente Regio ærario,* A *ſuſtinendum eſſet* conſultabat. Ex damnatis veterum Baronum, & Dignitariorum conſiliis, quaſi ſucceſſus non lætos habentibus, quidam iuniores, ex communitate, ad formandum reipublicæ ſtatum lecti. Qui conſilium ingreſſi, petente Rege, vt prouiſio ſibi, de tenendo ſtatu & continuando bello, fieret, decernunt, conſtituuntque, *vt ex omnibus terris Regni, Spiritualium, & Regii Cmethones de laneo duos, nobilium vero vnum fertones. Spirituales quoque & ſingulæ Eccleſiaſticæ perſonæ, medietatem omnium prouentuum, de beneficiis ſuis ſoluant. Rex in Thorun, cum omni curia ſua hybernet, & frequenti militum numero: motus omnes, ſi quos hoſtes facere* B *molirentur compreſſurus, & laborantibus auxilia laturus. Ciuitateſque ſi quæ deſciſcere vellent, in fide retenturus.*

1455.

iuuenum conſilio

A *Grudzacz* in *Thorun* itum eſt, & exercitus, qui nec per pontem, ex nauibus factum (quoniam is verſus *Tczow*, conſilio traducendi illic exercitus, poſtea retractato demiſſus fuerat) nec nauigiis, quæ nec tantæ multitudini ſuppetebant, nec congelacione prohibente amnis, paſſum liberum dabat, transfretari poterat, in varia itinera, verſus *Maſouiam*, ad quærendum, quibus in locis aptius ſuperare *Vulam* poſſet, diuiſus. Plures tamen circa *Thorun* nauibus tranſuecti, graui mercede naulum pendere cogebantur. Decreta popularia, magis C quam Regia, ad *Grudzancz* ſcita, voce Præconis in foris, & ciuitatibus *Craconienſibus*, nomine, & edicto Regio denunciabantur. Imperabaturque omnibus Eccleſiaſticis perſonis, & medietatis, de ſingulis prouentibus veri valoris, & duorum fertonum, de quolibet laneo, ſub diſtrictis pœnis ſolutio.

nouis & grauibus tributis Spiritualibus & Secularibus imperatis.

Apparebatque nouorum Conſiliariorum, improba deformitas, & ruſticana temeritas. Regio etiam nomini inurens notam, quæ Miniſtris Dei, non precaria prece, ſed imperioſa authoritate, velut quibusdam empticiis ſeruis, & mancipiis, tributa imponebat, & exigere ſatagebat. Oblitaque propriarum virium, aliis leges, conſtitutiones, & decreta imponendi, & exequendi, æ- D quum cenſebat. Rex pluribus diebus in *Thorun* commoratus, intra quos, *Ioanne* Epiſcopo *Wladislauienſe* & *Ioanne* de *Czizow*, Caſtellano *Cracouienſe*, in *Grudzancz* remiſſis, de concordia noui tractatus, nouæque viæ, ex quibus nulla concluſio elici poterat, terebantur. Poſtulantibus ſtipendiariis partis aduerſæ, pro quolibet ſtipendiario equite, ducentos florenos, & Caſtri *Marienborg*, omniumque aliorum, quæ ſuæ poteſtatis fecerant, offerentibus reſignationem. Ex *Thorun* diſcedens, in *Brzeſczye*, & *Lanciciam* venit.

Thorunia in Brzeſczye, & Lanciciam peruenit.

Alexander, filius *Stephani Valachia* Voieuodatu, brachio & aſſiſtentia *Caſimiri Polonia* Regis, potitus, illico petulantiæ, & nimiæ libidini,

Alexandro Palatino

1455.

Valachiæ à ſuis extincto, Petrus ſufficitur

dini, atque ebrietati deditus, veneno ab his, quorum vxores, filiaſque ſtupraſſe aſſerebatur, extinctus eſt. In cuius locum, *Petrus* quidam A Valachus, qui filius Naturalis *Alexandri*, quondam Voievodæ *Valachiæ* dicebatur, ſurrogatus eſt. Quem etſi *Caſimirus* Rex, à Voieuodatu excludere, & quendam *Lithuanum* inſtituere, nirebatur, bellis tamen *Pruſſiæ* eum diſtinentibus, cogitata non valens perficere, *Petrique* præfati, crebris precibus, & legationibus expugnatus, eum in Voieuodatu *Valachiæ* confirmat.

& confirmatur à Caſimiro.

Sadachmatg Scytha, ab Eczigero Tharttaro victus, cum filiis, & vxoribus Kiiouiam perfugit, vbi cum ſuis iuſſu Regis Caſimiri, per Andream Odrowąſz captus,

Sadachmath inſuper *Thartarorum* Imperator, ab alio Imperatore *Thartarorum* Eczigero campeſtraliter proſtratus, & deuictus, in *Kiiouiam* cum nouem filiis, & pluribus vxoribus, Principibusque & Curienſibus ſuis aufugit. Ad quem *Andreas Odrowąſz* Palatinus, & Capitaneus *Leopolienſis*, iuſſu Regio, *Kiiouiam* vsq; B adueniens, ipſum filioſque, & Principes ſuos, licet renitentes, & reſiſtentes, in Caſtro *Kiiouienſe*, diſſimulante *Simeone* Duce *Kiiouienſe*, captiuat, cæteraque multitudo *Tartarorum*, quæ Imperatorem ſequebatur, & in Ciuitate degendo, multa & horrenda grauamina *Kiiouienſibus* inferebat, comperta captiuitate *Sadachmath*, ab Oppidanis *Kiiouienſibus* trucidata eſt. Rex tamen *Caſimirus*, ne *Lithuanis* diſpliceret, quorum etiam, in aliud tempus, magis profectibus, & commodis, quam *Polonorum* fauebat, captiuum *Sadachmath*, de Caſtro *Kiiow*, *Leopolim*, prout ordinatum erat, deduci prohibens, eum in *Lithuaniam* duci, & in *Vilno*, velut captiuum, cum vxore, & filiis teneri ordinat. Hæc res plurimorum *Polonorum* animos affligebat, aperte omnibus palpantibus, Regem *Caſimirum* amplitudini, & paci *Lituanorum*, plus quam *Polonorum*, propenſiori cura fauere. Tentus autem fuit præfatus *Sadachmath Thartarorum* Cæſar, cum filiis, per *Caſimirum Polonorum* Regem in Caſtris *Lithuaniæ*, ſub diligenti cuſtodia, annis pluribus.

Vilnæ in vincula conicitur.

In Hungaria, Auſtria & Carinthia peſtis, in Polonia annonæ caritas.

Regnum *Hungariæ*, etſi pro anno illo, bellis externis aliquantulum quietatum erat, peſtis tamen grauiſſima, quæ etiam *Auſtriam*, & *Carinthiam* peruaſerat, illud premebat. *Poloniæ* vero Regnum, præter bella in *Pruſſia* geſta, etiam defectus annonæ affligebat. Nam anno eodem frumenta quæque male creuerant, & hæc ipſa per armigeros, in bellum progredientes, conſumpta ſunt.

Wladislao Duce Maſouiæ mortuo, filiisq; duobus impuberibus relictis

Feria quarta, ante diem ſanctæ *Luciæ*, *Wladiſlaus Maſouiæ*, & *Plocenſis* Princeps, de ægritudine Ethica, quæ Principibus *Maſouiæ* eſt hæreditaria, in Curia ſua Oppidoque *Wyedczwyedza*, prope *Sochaczow*, relictis filiis duobus, *Semouito* & *Wladislao*, ex filia *Kanthner* Ducis *Olyeſchnicenſis*, *Anna* ſuſceptos, moritur, & in *Plocenſe* Eccleſia ſepelitur. Princeps fortis viribus, & habens optima naturalia, ſi illa, potatione ſuperflua, interdum non debilitaſſet. Nulla alia virtute, quam iuſticia inſignior. *Maſouiæ* extunc per fœminas Duciſſas regi cæpit, omnibus Senioribus Principibus, in ſexu virili ab- A ſumptis. Conſenſu tamen, & electione omnium *Maſouiæ* Baronum, *Paulus* de *Gizicze* Epiſcopus *Plocenſis*, in patrem & Rectorem *Maſouiæ*, donec Principes debitam ætatem attingerent, ſurrogatus eſt. Qui poteſtate ſibi tradita vſus Seniorum Baronum conſilio, grauiſſimas, & oneroſas conſuetudines, & obſeruantias, quibus in illum diem *Maſouia*, in adminiſtratione iudiciorum, & exactione pœnarum premebatur, vix barbaris tolerandas, non ſine nominis ſui ampliſſima laude, & merito, abrogauit, & extinxit: quaſdam ære proprio redemit.

1455.

ſumma poteſtas penes fœminas conſiſtit, donec Paulus de Gizicze Epiſcopus Plocenſis, Gubernator conſtitutus, Ducatum nimis grauatum releuaret.

Poſnaniæ, in Koſczyan, Kobilino & Wſchowa, Monaſteria Bernardinorum fundantur.

Tertia Octobris Menſis die. Monaſteria fratrum minorum S. *Franciſci* de obſeruantia, in *Poſnania*, *Koſczyan*, *Wſchowa*, & *Kobilino*, per Conſulatus, & Ciues earundem Ciuitatum, B fundata ſunt, & ſub breui tempore muris inſtaurata, atque ædificiis. Apud *Poſnaniam*, extra muros Ciuitatis ſupra fluuium *Varthan*, ſub titulo, & Ordine ſancti *Bernhardini*.

1456.

Natali Chriſti, *Caſimirus* Rex *Poloniæ*, cum conſorte ſua *Eliſabeth Lanciciæ* exacto, venit in *Piotrkow*, ibique generalem Conuentionem feria tertia in die Epiphaniarum Domini tenuit. Vbi conuenientibus, omnibus Prælatis, & Baronibus Regni, antequam ad aliquas publicas res ordinandas procederetur, Concluſiones per quoſdam Nobiles, per Communitatem electos, de ſoluendis duobus fertonibus de laneis Spiritualium, & Regiorum, & C medietate bonorum Eccleſiaſticorum decretæ, querentibus Pontificibus, de ſua iniuria, grauamine, & oppreſſione, & de indignitate huiuſmodi decretorum, omnibus vno voto aſſentientibus, cum magna eorum, qui ea condiderant, ignominia, & vituperio, retractatæ ſunt. Deinde ad Res *Pruſſiæ*, quæ magis vrgebant, expediendas, proceſſum. Poſt multos varioſque tractatus, decretum, vt expeditio generalis, ſtatim poſt feſtum Pentecoſtes mouenda, & tota æſtate, in terris *Pruſſiæ* continuanda, fieret, & pacis nihilominus media, quæ Cruciferorum ſtipendiarii offerebant, tentarentur, præſertim, cum per illa captiuorum partis Regis, quorum tunc principales, ad conuentionem venerant, & non tam preci- D bus, quam lachrymis, ſe ſolui precabantur, liberatio offerebatur. Et quoniam ad Conditiones pacis, ſine ſummis pecuniarum grauibus, quas Stipendiarii Cruciferorum pro damnis, & ſeruitiis, depoſcebant, nullatenus deueniendum, omnes rebantur, concluſum & decretum fuit, vt in euentum futuræ pacis, medietas omnium Cenſuum, tam de bonis Eccleſiarum Cathedralium, conſentientibus Pontificibus, quam de bonis Regiis, & militum ſolueretur, & Conſiliarii, ad tractandam pacem, quam *Ioannes* Epiſcopus *Wladulauienſis*, in *Gdanſk* agens, poſſe ſequi, ſub æquis conditionibus, aſtruebat, mitterentur. Conuentione autem præ-

Dum de bello Pruthenico Piotrcouiæ conſultatur,

& medietas Cenſus annui tam Spiritualium, quam Regis & Secularium militum decernitur, pro ſubſidio belli,

1456.

ſeu firmanda pace, Caſtrum Brathian hoſtibus vltro deditur, accepta pecunia.

præfata durante, Caſtrum fortiſſimum, in terra *Culmenſe Brathiau*, qood Rex *Caſimirus Ioannı Trzeska* dederat in tenutam, per familiares eiusdem *Trzeſcza*, qui tunc abſens, in Conuentionem *Pyotrkouienſem* aduenerat, nulla eogente neceſſitate, hoſtibus deditum, & proditum, & pecunia recepta, venditum eſt. Quæ res animos Regis, & Conſiliariorum ounciata, plurimum turbauit, & aſſlixit.

Ex Conuentione *Pyotrcouienſe*, *Caſimirus Poloniæ* Rex *Cracouiam* proceſſit, & illic cum *Zophia* genitrice, & *Eliſabeth* Conſorte ſua, tempus carnis priuii, & tempus quadrageſimæ exegit. Intra quos dies, & hoſtes, ad *Brodniczam* clandeſtine, irrumpere ſatagentes (præſcitus enim fuerat, eorum clandeſtinus, & nocturnus aduentus) cæſi, & pluribus particularibus prælıis, in variis locis commiſſis, ſuperati, Centum notabiles ex hoſtibus capti ſunt.

Prutheni caduntur,

& Thomas Strzapinski in Epiſcopum Cracouienſem conſecratur.

Vigeſima quinta menſis Ianuarii, tunc in Dominicam Septuageſimæ cadente *Thomas Strzapinski* Electus *Cracouienſis*, conſecrationem in Eccleſia *Bodzaczinenſe*, per *Andream* Epiſcopum *Poſnamenſem*, ſibi impenſam accepit.

Petro Wratislauienſe Epiſcopo mortuo,

Sexta die menſis Febroarii, *Petrus* Epiſcopus *Wratislauienſis*, poſt noctis medium, in Ciuitate *Wratislauienſe* moritur, & nona Februarii in Eccleſia *Wratislauienſi* ſepultus. Cuius morte ſecuta, Prælati, & Canonici *Wratislauienſes*, octaua die menſis Martii, pro electione futuri Epiſcopi, indicta conuenientes *Iodocum* de *Rozemberg*, fratrem ordinis ſancti *Ioannis Hyeroſolımıtani*, cum Cruce Priorem, Præpoſitum *Pragenſem*, ordinis prædicti, ætatis, quam culmen Pontificale requirit, patientem defectum, in Epiſcopum elegerunt. Cuius electio, tandem fuit per *Calixtum* tertium, *Romæ*, nona menſis Iunii confirmata. Ad quem eligendum Capitulum *Wratislauienſe*, ea traxit conſideratio, quod & genitor eiosdem *Iodoci* Electi, *Vlricus* de *Rozemberg*, Regni *Bohemıæ* principalis Baro, fidelis ſemper, cæteris in hæreſim *Viclephiſticam* ſemper prolapſis, & *Romanæ* Eccleſiæ deuotus, cum filiis domoque ſua permanſu, & Rex *Bohemiæ Ladislaus*, per nuncios & literas, vt eligeretur ſtudioſe interceſſit.

Iodocus de Rozemberg, frater ordinis S. Ioannis Hieroſolymitani, in locum illius ſufficitur.

Agente *Caſimiro Poloniæ* Rege *Cracoviæ*, ſubita tempeſtas, in tranquillo coorta eſt, Conſulatus enim *Cracouienſis*, *Nicolaum* de *Thurza*, præsbiterum, gerentem ſe, pro Scholaſtico *Cracouienſe*, & patruelem eius germanum *Nicolaum* de *Gnoynik* Clericum, gerentem ſe pro Canonico *Cracouienſe* (vterque enim illorum ſub viuis, & veteribus poſſeſſoribus, beneficia ipſa impetrauerat) de furto, in florenis & flaminibus axamenticis commiſſo, vehementer ſuſpectos, dum conſcientia vrgente, ex monaſterio S. *Franciſci* diffugerent, feria ſecunda, in craſtino Dominicæ Inuocauit, quæ fuit quindecima dies Februarii, comprehenſos, & in prætorium perductos, eculei pœna examinatos, furtumque quo egerint modo, & quos arbitros, conſorteſque habuerint, locum etiam, in quo res ſublatas abdiderint, confeſſos, ſequenti nocte, nequicquam Capituli *Cracouienſis*, & Vicarii in Spiritualibus, qui eos ſibi tradi, adminiſtraturi cuilibet querenti, de illis iuſtitiam expoſcebant, inſtantia permoti, publico intra muros Ciuitatis, portæ ſcilicet S *Floriani* proximos, percuſſit mucrone, illicque eorum cadauera condidit. Pro quo flagitio vniuerſale, in Ciuitatem *Cracouienſem* & Oppidum *Cazmyerz*, eiusque ſuburbia, latum interdictum, & Conſules ſinguli, excommunicationis ſententia perculſi. Durauitque Interdictum huiusmodi ſacro Quadrageſimali tempore, per dies plures, vſque ad Dominicam Iudica, quouſque Epiſcopus *Cracouienſis Thomas Strzepinski*, Regis precibus, & omnium Baronum, tunc præſentium, interceſſione placatus, & ſatisfactione, trecentorum florenorum, à Conſulibus *Cracouienſibus* accepta, ſuſtulit interdictum, quoniam & qualitas temporis, & præſentia *Caſimiri* Regis, multorumque Principum, & hoſpitum, qui ad baptiſmum noui filii Regis inuitati, conueniebant, non ſinebat Interdictum huiusmodi, ampliori extenſione produci. Truncatio autem præfata, ferebatur, & credebatur, magis ex iuſſione *Caſimiri* Regis, quam ex temeritate Conſulum *Cracouienſium* prouenıſſe.

Duobus Thurzonibus, altero Presbitero, altero clerico,

ob furtum,

capitali ſupplicio affectis Cracouiæ, Cracouienſibus, & Caſimirienſibus ſacris interdicitur.

Feria ſecunda poſt Dominicam Oculi, quæ fuit prima dies menſis Martii poſt tertiam horam noctis, *Eliſabeth* Regina *Poloniæ*, pulcherrimum infantem enixa eſt, corpore & membris optime diſpoſitum, & proportionatum. Cui Aſtronomorum iudicio, figura cœli, & ſituatio Planetarum, in hora natiuitatis ſuæ proueniens, fœliciſſimos ſucceſſus, & multarum gentium & Regnorum Principatum portendebat. Qui tandem in octaua feſtiuitatis Paſchalis, per *Thomam* Epiſcopum *Cracouienſem* ſacro fonte renouatus eſt, & nomen illi auitum aptatum & impoſitum *Wladislaus*.

Wladislaus Caſimiro Regi primogenitus ex Eliſabeth, naſcitur filius.

Sabbato ante feſtum ſancti *Adalberti*, *Caſimirus Poloniæ* Rex, rebus publicis ordinatis, & compoſitis, *Cracouiæ*, cum Conſorte ſua *Eliſabeth* egreditur, & in terras *maioris Poloniæ* profectus, in illis totam commoratus eſt æſtatem: expeditione nihilominus vniuerſo Regno *Poloniæ*, indicta verſus *Pruſſiam*, eo, quod plures Principes *Almaniæ*, & ſignanter *Fredericus* Marchio *Brandeburgenſis*, laturi Cruciferis auxilium, a pluribus, quod tamen poſtea, in figmentum verſum eſt, nunciabantur. Interpoſiti autem

ſuo-

1456.

fuerunt, plures tractatus cum ſtipendiariis partis aduerſæ pro pace, & pluribus diebus, variiſque temporibus, & locis, pet *Ioannem Wiadulauienſem* Epiſcopum, & aliquot Sæculares Barones, Nobileſque & Ciues *Pruſſiæ* conditiones, ſub quibus pax perpetua confici deberet, cum *Vlrico Czirvvonka* aliiſque Præfectis partis adverſæ, ventilabantur: Cogebaturque *Caſimirus* Rex in *Thorun* pro feſto Saoctæ *Magdalenæ*, vbi concluſio tractatuum huiosmodi captari debuerat, adoenire, ſine cuius præſentia, vtraque pars arbitrabatur fiendas concluſiones, nihil roboris habituras. Quindecim itaqoe diebus, in *Thorun Caſimirus* Rex commoratus, intelligenſque animos Nobilium, & Ciuitatum, ſuperiore bello plurimum attritos, ad pacem inſtaurandam accenſos eſſe, in conditiones pacis coofenſit, quibus cauebatur, *quod Rex quadringenta triginta ſeptem millia florenorum Vlrico Czirvvonka, & ſtipendiariis Cruciferorum, pro merito ſtipendio, & damnis perpeſſis, intra ſemeſtre tempus ſolveret*: quamvis eæ Conditiones eſſent ſibi oneroſæ, & iudicio moltorum impoſſibiles: qui huiusmodi tractatus, & Concluſiones damnabant, quod ſine Magiſtro & Ordine, qui præcipui in hac re exiſtimantur, fierent: *Habiturus facta ſolutione Caſtri Marienborg, & omnium Caſtrorum, & Ciuitatum, quæ in poteſtate hoſtili conſiſtebant, plenam reſignationem, & captiuorum ſuorum militum relaxationem.* Et concluſione quidem huiuſmodi peracta, tenebat ſolicitudo *Caſimirum* Regem, vnde tanti auri moles prouenirer. Et licet Nobiles, & Ciuitates *Pruſſiæ*, dimidium ſummæ repromiſſæ ſe ſoluturos obtuliſſent, exactionem quoque, pro colligenda huiosmodi ſumma cuilibet ſexui, & conditioni impoſuiſſent, de ſoluendo tamen reſiduo, ampliſſima cura reſtabat, præſertim, cum & proprii Stipendiarii, quibus non mioorem ſummam Rex debebat, vrgebant. Conuentionem itaque generalem Rex pro feſto Natiuitatis ſanctæ Mariæ Virginis in Pyotrkow indicit: petiturus in ea, & ab Eccleſiaſticis, & Sæcularibus omnium Cenſuum medietatem, quo facilius vtriſque ſtipendiariis ſatisfactio impendi poſſet. Interim vero ex *Thorun* diſcedens, per *Raczia ſch* & *Caliſch*, in *Wyelun* peruenit, conuenturus cum *Boleslao* Duce *Oppolienſe*, & centum millium florenorum mutuum, obligata ſibi terra *Wyelunenſe*, petiturus, quoniam per *Andream* Epiſcopum, & *Petrum* de *Schamotuli* Caſtellanum, *Poſnanienſes* Regios Nuncios ſolicitatus erat. Qui etſi ad *Caſimirum* Regem in *Wyelun* venire repromiſiſſet, poſtea tamen variato propoſito, valetudinarium ſe ſimulans, conuenire cum Rege non poſſe renunciauit. Itaq; illa ſpe Rex deluſus, perſuadebatur ab his, qui cum *Vlrico Czirvvonka* fœdus inibant, Baronibus, & ſanctuariis, & vaſis omnium Eccleſiarum, in Regno conſiſtentium,

Caſtro Marienburg cæteriſque Caſtris hoſtilibus ab hoſtium militibus ex pactis emendo. Prutheni dimidium petitæ ſumma, videlicet 437. florenos, Caſimiro Regi promittunt. De reliqua vero dimidia parte

habenda conſultatur,

Rex manus iniiceret, confecta pace, ea Eccleſiis in eodem pondere reddirurus. Rex tamen ex ſuperiori vaſorum Eccleſiæ receptiooe, pœnitentiam, & afflictionem animi geſtans, ſe continuit, & ex *Wyelun* verſus *Sirradiam* pro feſto Aſſumptionis ſanctæ *Mariæ* Virginis, vbi & illios feſti agebat octauas, procedens, rei huiusmodi integram deliberationem futuræ Conuentioni *Pyotrcouienſi* reſervauit.

Deſignatum tempus & annus æſtaſque advenerant, in quibus vigore receſſuum per Imperatorem *Fredericum*, in crebris locis, conuentionibus celebraris, ad quas & Nuncii, Summi Pontificis, & Regnum accedere non negligebant, expeditio ſeu tranſitus debebat practari contra *Turcum*, & pro recuperatione *Conſtantinopolis*, omnes conatus impendi. Crux enim mandaro & autoritate Apoſtolica, per varios Prædicatores, in vniuerſis Regionibus Catholicis prædicabatur, & apparatus, pro futura expeditione. per Reges & Principes fieri vulgabantur. Vbi tamen tempus aduenit, neminem Regum aut Principum ſcirum eſt proceſſiſſe, ſingulis, Summi Pontificis, & Imperatoris *Frederici* actiones, & diligentiam in rebus fidei inſpectantibus. Er Summus quidem Pontifex, claſſem ſuis ſumptibus, magna cura, maximaq; diligentia præparabat. Legatum autem de latere *Ioannem* tituli ſancti Angeli Diaconum, Cardinalem, ad *Germaniam*, *Hungariam*, & *Poloniam*, locaque *Turco* vicina, prædicaturum, & alios Crocem, & excitaturum Imperatorem *Fredericum*, & Reges *Hungariæ*, & *Poloniæ*, in bellum barbaricum transmittit. Qui etſi diligentiam ſibi poſſibilem, circa prædictos, Imperatorem & Reges impendiſſet. Imperator tamen *Fredericus*, tenuitatem Imperii, & diſſenſiones Principum *Almaniæ*, & quædam alia interponebat. *Caſimirus* vero *Poloniæ* Rex, non ſolum bello *Tartarico*, quod æque periculoſum toti Chriſtianitati, vt *Turcorum* cenſeri debet, ſed & proprio, & domeſtico, cum Cruciferis, ſe occupatum reſpondit. In hunc modom rebus fidei, cum & cæteri Reges, priuatis bellis, & actionibus diſtinerentur, vacillaotibus, omnipotentis clementia, virtutem ſoæ fortitudinis demonſtrauit, quæ oon in paruis, aut ſtudio homano promotis, auxilium ſui fauoris ſolet accommodare. Sed potius, in quibus humanam ſpem ad meliora non videt accedere. *Turcorum* namque Imperator, in Chriſtianitatis regionibus, armari contra ſe militiam, & plurimos ad bellum præparari, & ab exploratoribus, & ex fama cognoſcens, maiori audacia, quam conueniebat, prouocatus, non repellere, ſed inferre bellum conſtituit, & anticipationem in qualibet re, optimam ratus, Regnum *Hungariæ*, quod, cæteris in circuitu ſuo debilitatis, & contritis, poſſe verebatur ſibi bellum inferre, inuaſit,

Chriſtianorum Regibus turpiter ceſſantibus,

1456. *Turcæ apud Thaurinum obſeſſum.*

ac cootractis Dominorum ſuorum poteotiis, *Albam Regalem Raſciæ*, *Thaurinum* vocauere priſci, ad confluentes *Sauum*, *Danubiumque* A ſitum, obſedit: ratus, vt erat, eo conquiſito, liberius ſe in Regnum *Hungariæ* graſſaturum, & potentiam *Hungarorum* debilicaturum. Quo quidem malo, ad ſuperiores clades, quas a *Turco* Chriſtianitas, & Regnum *Hungariæ* pertulit, addito, magnam ſormidinem *Hungariæ* Rex, & omnes ſui induerant, ſi Caſtrum tam fortiſſimum, & inſigne, portus, & iotroitus ad Regnum, caperetur. Et Rex quidem *Hungariæ Ladulaus*, per ætatem huic malo mederi non poterat. Legatus tamen Apoſtolicus *Ioannes* Cardinalis, & Venerandus Pater *Ioannes Capiſtranus*, vir ſingularis Sanctitatis, de quo in ſuperioribus fecimus mentionem, Conſiliarios Regni *Hungariæ*, & ſignanter *Ioannem* de *Huniad*, Gubernatorem Regni eiusdem, ad feren- B dum obſeſſis ſuffragium, omnibus perſuaſionibus, precibus, & lachrymis, impellebant. Et *Ioannes* quidem de *Huniad* in tot & tantis rerum difficultatibus, quæ Regnum *Hungariæ* potentia *Turcorum*, premebant, magis ad meliorem ſpem, quam ad deſperationem conuerſus, expeditionem contra *Turcos* intrepide ſuſcipit, & Patrem *Ioannem* de *Capiſtrano*, cum aliquibus Cruce ſignatis, qui *Budam* laturi auxilium fidelibus, ex *Polonia* & *Bohemia* conuenerant, in nauibus transmiſit: data eis inſtructione, vt quam celerrime poſſeot, *Albæ Regali* applicantes, obſeſſis præſidium ferrent, ſimulq; animos a deſperatione erigerent. Tredecim C enim hebdomadis a *Turco* obſeſſis, & centum bombardis, miræ magnitudinis, vndecim turribus, & omnibus muris, continua interdiu, & nocte conquaſſatione, ſolo proſtratis, omnea difficultates ſuccreuerant, & aut de excidio futuro, aut de deditione cogitabant. Solus vero cum exercitu ex *Hungaris* & Cruce ſignatis, *Polonis*, *Bohemis*, & *Almanis* collecto, terreſtri itinere pergebat, ſperans Claſſem Apoſtolicam, & Regis *Aragonum*, dudum repromiſſam, *Conſtantinopolim* obſeſſuram, & *Turcum Albæ Regalis* obſidionem ſoluturum. Et pater ſiquidem *Capiſtranus Ioannes*, voluntate diuina, cum octingentis duntaxat armigeris, quorum præci- D pua pars fuit de gente *Polonica*, ex mechanicis, & ruralibus, rudi, incompta, & agreſti gente collecta, ad Caſtrum prædictum, per *Turcum* obſeſſum, peruenit, & cum magna difficultate, & aliquot aquaticis certaminibus, cum & in *Danubio*, qui Caſtrum alluit, naues conſiſterent *Turcorum*, Caſtrum ingreditur, & deiectos obſeſſorum animos, quorum maior pars vulneribus, aut continuis vigiliis, confecti erant, ad bene ſperandum erexit, denuncians propediem exercitum Chriſtianorum adueoturum, & obſidionem ſoluturum. *Turcus* vero exercitum Chriſtianorum intelligens, & fratrem *Ioannem Capiſtranum*, ad reprimendum ſuas impugnationes, Caſtrum ſubintraſſe, fertur ad ſuos

1456.

dixiſſe, *niſi intra triduum expugnatio illius ſequeretur, nunquam ſe illo potiturum.* Muris enim & turribus, vna duntaxat excepta, proſtratis, recipere ſe Caſtrum pro libito meditabatur. Per ingreſſum autem nouarum gentium, a ſpe decidens, vniuerſumque exercitum in turmas diuidens, expugnationi illius in aqua & terra fortisſime, ſine vlla pauſa, aut requie, tam die quam nocte inſiſtebat, recentem feſſis & laborantibus ſubmittendo. Nec minore vi, a militibus per patrem *Capiſtranum* introductis, impugnantibus reſiſtebatur *Turcis*, adeo, ut eorum turmas certatim, ad Caſtrum per foramina, arietibus bombardarum patefacta, irruentes, trina vice ſupra vires agentes negotium, & nocte atque interdiu ſumma contentione pugnantes expellerent. Tertia autem impognationis die quæ in feſtum S. *Iacobi* Apoſtoli cadebat, *Turcus* impugnatione Caſtri occupatis, & pugna inter obſidentes, & obſeſſos, feruente duobus diebus, totidemque noctibus, circa impugnationem Caſtri conſtantiſſime, *Turco* feſſis nouos & recentes ſubſtituente, certatum eſt. Vtroque itaque exercitu certamini inſiſtente, diu in die beatæ *Mariæ Magdalenæ*, ancepa prælium fuit. *Turci* ſiquidem multitudine vincebant, Catholicum vero exercitum, neceſſitas, & difficultas extrema, rerum omnium efficaciſſimum duramentum. Sed ante omnia patris *Ioannis* de *Capiſtrano* & ſuorum exhortationes, ad reſiſtendum *Turcis* animabant. Accurrens enim pater *Ioannes Capiſtranus*, ſpe & triumphi, & martyrii potiundi, ad pugnantium cuneos, & Victoriam certisſimam de cœlo repromittens, ſingulos quosque animabat, docens *victoriam, non in multitudine, nec in plurimorum manibus eſſe, ſed ſpem & Confidentiam Chriſti militum, prævalere oportere, contra totius barbarici exercitus quantitatem.* Quoties autem pater *Capiſtranus* Catholicum exercitum à multitudine *Turcorum* premi & vinci videbat, toties altiſſima voce, cum fratrum ſuorum caterua, porrectis in cœlum manibus, vociferando clamabat IESVS. *Capiſtrani precibus* Et quoties nomen Ieſus clamore exercitus repeti contingebat, toties *Turcorum* exercitus cadendo, velut exercitus *Amalech*, & cadebat, & ſuccumbebat. Tantus enim tremor, & formido, exercitum *Turcorum*, audito nomine Ieſus iouadebat, vt velut attoniti, pugne remiſſa, & manibus collapſis, ſe exercitui Catholico libere, & ſine aliquali reſiſtentia cædendos præberent. Interim & minor *Turcorum* Dux, per bombardam cæſus, ſubito exſpirauit: in quo omnis machina belli adminiſtrandi conſiſtebat. Quo effectum eſt, vt *Turci* extrema deſperatione adducti victoria Catholicis tradita, in fugam cum ſuo Imperatore verterentur. Et tumidus ille Imperator *Turcarum*, inſuperabilis antea creditus, & terror gentium appellatus, acie victus, & Caſtris exutus eſt. Quibus fugientibus, & metu, qui fugientibus ineſſe ſolet

per-

1456.

memorabili clade afficiuntur, & vrbs obſidione liberatur.

percullis, exercitus Chriſtianorum illis inſtitit, & viginti quatuor millia, & in prælio, & in fuga de exercitu eorum peremit. *Turcorum* Imperator, dum ſugientes retinere non poſſe videbat, in fugam & ipſe lapſus, cum gemitu & eiulatu grandi, quod tantam cladem, & ignominioſam cædem, in victore multatum gentium exercitu accepiſſet, primum ad oppidum *Zophiam*, vbi inſignes Barones ſui exercitus propterea quod male pugnaſſent, & ſugam capeſſendo, alios in fugam traxiſſent, gladio percuſſit, exinda in *Adrinopolim*, fugiendo peruenit. Catholicus exercitus Caſtris *Turcorum*, & omni præda, quam ſecum *Turci* vehebant, ſed & centum inſignibus bombardis, ſexagintaque quatuor galeis, ac multitudine captiuorum, quibus feſſæ manus pepercerant,glorioſe potitus, actiones in Deum, qui illi de potentiſſimo hoſte, in paucis contulit victoriam, celebrat, gloriante patre *Ioanne Capiſtrano*, cum bubulcis paſtoribus, & ruralibus, non gentibus militaribus, pugnaces diu *Turcos*, virtute altiſſimi contriuiſſe. Hac victoria ſecuta, ruinatas turres & muros, *Ioannes* de *Hunyad* Gubernator, de conſilio patris *Ioannis Capiſtrani*, inſtaurare cæpit, victoremque exercitum *Budam* reduxit, ſupplementum nouorum, & horum militum ordinaturus: ominatus *Turcorum* Imperatorem, pro detergenda clade, & ignominia accepta, celeriter cum nouis copiis aduenturum.

Cometæ apparitio.

Nec ſilentio tranſeundum eſt, quod feria quarta poſt diem ſancti *Viti*, Cometes in Regno *Poloniæ* apparuit, qui Sole occidente, inter occidentem, & ſeptentrionem exortus, tota nocte, vſque ad Solis ortum, videntibus apparebat, dirigens facem, ſed Cometam ſuperiorem, verſus Septentrionem, & in auroræ ſpacio, verſus Orientem. In aurora etenim ad Orientem approximabat. Quantitatis vero non excellentis, ſed mediocris. Et curſum ſuum menſe vno exagit. Ex cuius apparitione, quidam peſtem, aut bellum futurum, quidam Regum, & Principum mortem, & effectus moleſtos in fame, & caritate annonæ, quidam caſum, & cladem *Turcorum*, quam ſecutam præmiſi augurabantur. Maioresque effectus, prædictum Cometem, in *Pruſſia*, & *Lithuania*, & aliquibus partibus *maioris Poloniæ*, eo, quod proximior illis regionibus, quam cæteris, in ſuo curſu videbatur, operaturum, & effectus ſuos circa principium menſis Nouembris, iniciaturum prædicebant. Tanta autem pluuiarum moles, integræ æſtatis ſpacio deſcendebat, vt vniuerſæ fruges, circa maiores fluuios conſiſtentes, inundatione perirent. In aliis locis, pro maiori parte, ad interitum redigerentur. Propter quod, ſalubri conſilio expeditio æſtate illa, in *Pruſſiam* dilata eſt: quæ & difficultates plurimas belligerantibus, & domeſticis, iacturas nimias attuliſſet. Sed nec ſola *Polonia* apparitione Cometis territa eſt, *Roma* etiam, & in *Italia*,

1456.

pro eodem tempore idem, vel alius Cometes apparuit. Quo deſinente, & vrbem, & *Italiam*
A grauiſſima peſtis, qua multi conſumpti ſunt, mortales inuaſit. In terris quoque *Cracouienſibus* circa *Croſſno*, & *Rimanovv*, lenta peſtis in autumno graſſabatur. Pro eodem tempore *Ioannes* de *Hunyad* Regni *Hungariæ* Gubernator morte abſumptus eſt. Vir in armis, & adminiſtratione bellorum, eorum præcipue, quæ contra *Turcos*, pro Catholicis gerebat, celebris, & magni precii. Cuius mors, non ſolum Regnu *Hungariæ*, ſed & vniuerſo Catholico orbi, pro illa tempeſtate damnoſa fuit: cum nemo inter Principes & Barones *Hungariæ* extaret, qui animoſius bellum contra *Turcos* gereret. Duos filios dereliquit. Quorum vnus maior natu, patris opera æmulatus, paterno
B theſauro in milites abunde erogato, non ſpernendumque colligens exercitum, *Ladislao* Regi *Hungariæ*, qui *Vlrici* Comitis *Ciliæ* gubernatione regebatur. Caſtra *Hungariæ*, quæ ex obitu patris, in ſuam ditionem ceciderant, reſignare, aperta rebellione, renuebat, fauentibus eius propoſito, maiore parte *Hungariæ* Baronum, & verentibus, ne *Almanis* gubernanda committantur.

Mors Ioannis de Hunyad

ac eius filii maioris natu Ladislao Regi Hungariæ reſiſtentia in reſignandis Caſtris.

Feria ſecunda, ante feſtum ſancti *Ægidii*, agente *Caſimiro Poloniæ* Rege *Lanciciæ*, venerunt tres *Lithuanorum* Nuncii, *Theophilus*, *Nicolaus Niemirowicz*, & *Oſtaphiey*, & nomine Prælatorum & Baronum, totiusq; Communitatis *Lithuaniæ*, audientia obtenta, etiam, quo-
C rum erant Nuncii, per legationem ſcabroſe expoſitam, declararunt. Petebant enim imprimis, *vt Caſimirus Rex in Lithuaniam rediret*, deinde, *vt terram Podoliæ cum cæteris cohærentiis*, *Ducatui magno Lithuaniæ redderet: quemadmodum corporali pollicitus eſt iuramento, tranſiturus ex Lithuania, in Poloniam, pro ſuſcipiendo Regali diademate. Quod ſi facere detrectaret, non amplius ſe eam iniuriam toleraturos, ſed armis terram Podoliæ*, & *cætera, a Ducatu magno Lithuaniæ diſtracta recuperaturos.* Vltimo, *vt Rex attenderet, conſilio Polonorum, fratrem ſuum Wladislaum, Hungariæ, & Poloniæ Regem, interiiſſe: Seque in periculum capitis, Diuina miſeratione euitatum, perductum*
D *fuiſſe. Rediretque in Lithuaniam, ſecuram & beatam vitam, absque curis habiturus.* Huic legationi, tam temerariæ & ſuperbæ, nihil tunc reſponſum eſt. Conſtabat enim *Lithuanos*, cum Cruciferis de *Pruſſia*, quædam fœdera, recenter, & clandeſtine iunxiſſe, & noua amicitia ineſcatos, animos tam ſuperbos induiſſe. Nuncii tamen per *Caſimirum* Regem remunerati, remiſſi ſunt: denunciante Rege, ſe per proprios Nuncios reſponſurum. Sed & *Lithuaniæ*, inteſtina diuiſio exorta ſciebatur. *Moniuidus* enim Ragiarum partiū homo, cum Cancellario, & aliis de genere ſuo, his omnibus, quæ contra Regem, & *Poloniæ* Regnum, *Lithuaniæ* agitabantur, reſiſtebat, nec conuentionibus,

Lithuani initis fœderibus ſecretis cum Prutbenis, & ſuperbam legationem ad Regem Caſimirum mittunt,

&

1456.

Et nouis rebus ſtudent.

& conſiliis communibus intereſſe volebat, Alterius factionis princeps erat *Gaſthavvdus*, & *Georgius* Dux *Oſtrovvski*: qui nouum Ducem magnum creare adorſi, ſtudebant animos popularium, ad ſe traducere,& *Senkonem Oleſchkovvic*, Ducem *Kuoma*, cui *Gaſtavvdus* filiam deſpoonderat, in Ducem *Lithuaniæ* conſtituere. Quam rem *Olyschno*, inter paucos *Caſimiro* Regi charus, & per eum ex humili ſorte in altam erectus, multipliciter cum *Gaſthavvdo* promouebat. Flagrabant inſuper tunc *Lithuani*, occupatæ *Luceenſis* terræ, & *Podoliæ* occupandæ deſiderio, ſpem & fiduciam illis augebat, *Caſimiri* Regis, quam plus Ducalis affectio, a puero innutrita, & ſi rumori ſtandum eſt, iure iurando firmata. Inuitabat, & occaſio belli *Prutenici*, quo *Poloni* occupari, Regni ſui propinqua,& remota latera, nudauerant, facili negotio inuaſioni obnoxia.

Ex *Lancicia Caſimirus Poloniæ* Rex procedens,venit in *Pyotrconiam* ſabbato in vigilia Natiuitatis Beatæ *Mariæ* Virginis, Conuentionem generalem illic acturus. Quæ ob eam cauſam præcipue fuit inſtituta, vt prouideretur, per quem modum ſolutio fieret ſtipendiariis Cruciferorum,& etiam propriis. Iam enim *Ioannes* Epiſcopus *Wladislauienſis*, *Lucas* de *Gorka Poſnanienſis*, *Stanislaus Oſtrorog Caliſſienſis*,Palatini, *Petrus de Schamotuli*, Caſtellanus *Poſnanienſis*, & *Andreas* de *Tenczin*, Capitaneus *Culmenſis*, pacis tractatores, cum *Vrico Czirvvonka*, & aliis Præfectis copiarum partis aduerſæ, pacem integra æſtate, in variis locis, & diebus practicatam concluſerant. Per quam cauebatur, *pro quolibet equite, duobus pedeſtribus, pro vno equite computatis ſeptuaginta ſeptem florenos, Caſimirum Regem dare debere, & pro feſto Natiuitatis S. Mariæ Virginis, viginti quinq; millia florenorum, reſiduum vero vsq; ad feſtum Epiphaniarum, in hunc modum ſoluturum. Solutioneque facta, & Caſtrum Marienburg, & omnes munitiones occupatas, cum captiuorum relaxatione, Czirvvonkam Regi dimiſſurum.* Conſtabatque quod ſex millibus equorum, duobus peditibus pro vno equite computatis, ad quadringenta ſeptuaginta ſex millia ſummam aſcenſuram. Cuius ſe medietatem, Nobiles,& Ciuitates *Pruſſiæ* ſoluturos obtulerant. Ra igitur in deliberationem poſita,& pluribus diebus ventilata, cum alii pacem, cum ſtipendiariis concluſam, non probarent, eo, quod Magiſtro & ordine, non interueniente, ſtabilis,& diuturna eſſe non poſſet. Aliis, conditiones pacis, graues, & oneroſæ videbantur. Appareretq; pro ſoluenda ſomma repromiſſa, facultates non ſufficere, præſertim in terminis, tam compendioſis, & coarctatis. Iamque feſtum Natiuitatis, Sanctæ *Mariæ* virginis, primus terminus tranſierat, in quo prima ſolutio neglecta fuerat, *Boleslao* Duce *Oppolienſe*, qui ſe de triginta, & amplius millibus florenorum mutuum *Caſimiro* Regi,

facturum repromiſerat: ſponſionem ſuam in fauorem Cruciferorum, precibus & literis
A eorum deuictus, pluribus figmentis variante. Metusque apud plures erat *Czirvvonkam*, ob negligentiam ſolutionis primæ rathæ, fœdus perculſum, non ſeruaturum. Ad quam rem, ex integro renouandam, miſſi fuerunt ad eum, *Ioannes Czarnkovvski*, Caſtellanus *Gneſnenſis*, & *Stiborius Chełmski*, Succamerarius *Poſnanienſis*, Regem *Caſimirum*, de non ſolutione primæ rathæ, iuſtis rationibus excuſaturi,& numerum equorum, qui adhuc incertus erat, reſcituri: eo quod Dux *Zaganenſis Balthaſar*, etiam cum *Almanis*,& *Sleſitis*, a *Czirvvonka*, diſſentiebat, ſed & ab alia parte, ſi pace concluſa damnata, bellum ex integro geri oporteret, magis duræ difficultates oriebantur, cum æſtas ſuperior con-
B tinuis imbribus traducta, ne dum bella geri, ſed nec arua ſeri permittebat. Multique ſtipendiarii Regii,& ſignanter duo Duces *Oſſvvyeczimenſes*, *Ianuſſius* & *Przemislaus*, & *Ioannes Colda* non valentes dilatam ſtipendiorum ſuorum ſolutionem amplius ferre, diſceſſerant. Cæterique Capitanei,& Caſtrorum *Pruſſiæ* Tenutarii, deſerturos ſe Caſtra, & abituros inde, ni prouiſio tempeſtiua illis fieret, denunciabant: omniumque vna erat intentio, factis in Regno *Poloniæ*, nouis præſidiis, Regem *Caſimirum*, vaſtatione, & concrematione Regni, ad ſolutionem impulſurum. Accedebant Ciuitatum *Pruſſiæ* fluxa fragilisque fides, quarum aliquæ euidentibus argumentis, eo, quod per pro-
C prios ſtipendiarios, exquiſitis grauaminibus vexabantur,& in *Gdansk*, ſtipendiarii Regii, ob neglectam ſolutionem, ſuburbia exuſſerant, & ad ſeditionem, ac ad rebellionem ſpectabant, expleturi illam, ſi pax concluſa non procederet. Dum itaque hæ difficultates oculis omnium obſeruarentur,& mæror pectora ſingulorum, quaſi iam de Republica actum eſſet, perfunderet, neque in prouidentia factiuitateque proprii Regis, & Principis, aliquid ſpei relictum viderent, cuius etiam negligentia, & torpore, plurima labefactata, non dubitabant. Pontifices opportunitatem loquendi nacti. *Accidiſſe præſentia, & ſuperiora mala, propter iniquitates, & ſcelera, & ſignanter propter auaritiam & ſu-*
D *perbiam oppreſſionemque pauperum*, efficaciſſime deducebant, *& dum in mandatis legibusque ſuis contemnitur Deus, proſperari hoſtium arma, resque Polonicas ſenſim diffluere*, oſtendebant, ſuadebantque, *abiiciendas præuaricationes ſingulas, & in humilitate placandum Deum, & priores ſalutates, correctis, & contritis indubie reſtituturum.* Et quoniam *Thomas Cracouienſis* Epiſcopus, vt vir magnæ prudentiæ, & literaturæ, ſcrupuloſius, diffuſiusque materiam ipſam pertractans diſſeruit, *acceptationemque primum Bohemiæ, deinde Hungariæ Regnorum, contrarios effectus, cum exhauſtione publici & priuati ærarii, & interitu multarum inſignium perſonarum prouenisse, ſibique acceptationem terrarum Pruſſiæ nun-*

Digitized by Google

1456. *nunquam placuiſſe, veritum ne in irritum, conatus & impenſa recidant*, multorum perculſa erant corda, dolentium, iniuſtum bellum hactenus geſſiſſe. Magiſter vero *Sandinogius* de *Czechel*, Profeſſor Theologiæ Canonicus *Gneſnenſis*, genere nobilis, de ſtirpe & familia *Corab*, vir diuinarum ac humanarum literarum peritus, & modeſtiæ, atque religionis ſingularis, Regem & *Polonicum* populum, iuſtiſſimum bellum Cruciferis intuliſſe, & inferre deducebat: aſſerens *Cruciferos, terrarum Pruſſiæ, nunquam fuiſſe veros Dominos, ſed violentes poſſeſſores, & à Principibus Poloniæ in ſuffragium, contra barbaras nationes, euocatos, proprios fundatores, & Patronos, crebris bellis afflixiſſe, & ex eorum hæreditariis terris, partim dolis, & fraudibus, partim bello eos eieciſſe, Regemque acceptando, deditionem terrarum Pruſſiæ, ſancte & optime egiſſe, & denuo acceptandam deditionem, ſi facta non fuiſſet, conſulere & ſuadere vniuerſos debere, nec clades, ante Choyniczam acceptas, ex iniuſta acceptatione Pruſſiæ terræ prouenisſe credendas eſt, ſed ex ingratitudine beneficiorum Dei multiplicium, & inſolenti ſuperbia euentuum fœlicisſimorum exorta. Qui cum pro vno tempore, & ſplendidum Coniugium, & deditionem plenam, terrarum Pruſſiæ Regi contuliſſet, non eſt in aliquo per Regem, & per populum ſuum honorificatus, cum & filii Iſraël, quamuis mandante Deo, & Iudam Ducem dante, & vindicandum vxorem Leuithæ, per Gabaonitas, in explenda libidine ſuffocatam, contra tribum Beniamin procedendo, geminata ſtrage, & deuictione, propter præcedentes transgresſiones, & ſcelera, vsque ad numerum, quadraginta quatuor millium, fuerunt profligati, & poſt ieiunium, & humiliationem, extiterunt victores, vt & vrbes Beniamitarum diſrumperent, & vniuerſam tribum Beniamin, etiam impuberibus, & mulieribus non parcendo, præter ſexagintos viros, delerent.* His & illos clamores Demoſthenis adiungens, quibus plenum exultabat apud Athenas Theatrum, eos, qui in Marathone, In Artemiſio, in Salamina, pro patria ceciderant, ſingulari extollentis commendatione. *At ego*, inquit Epiſcopus *Cracouienſis, non aſſeuero iniuſtam nos cauſam habere paratus in conſpectu cuiuscunque Catholici Concilii, eam oſtendere iuſtisſimam, ſed induco ſcelera noſtra, & animos, ac euentus fœlices, conſummationemque captarum rerum, nobis ademiſſe, & nos multis grauisſimis incommodis inuoluiſſe.* Quibus argumentationibus finitis, ad prouiſionem, qua moles ſuper impendentium rerum reſolui poſſet, ventum eſt: Et poſt multos variosque tractatus, concluſio capta eſt, *ut de ſingulis bonis, tam Regalibus, quam Nobilium, tamque Eccleſiaſticorum, quam ſæcularium, etiam de Officiis, & Dignitatibus, omnium cenſuum, pro anno tunc currente, daretur vera medietas. Ciuitates & Oppida, à qualibet marca bonorum ſuorum mobilium & immobilium, duos groſſos, Cmethones, & homines iuri dediti, de quolibet capite vtriusque ſexus vnum groſſum contribuant, Nobiles, Cmethones, non habentes, mediam marcam perſoluant.* Hæc concluſio, & a Prælatis, Baronibus, Nobilibus, & vniuerſa communitate terrarum *maioris Poloniæ* accepta eſt. Barones vero terrarum *Cracouienſium*, & *Ruſſiæ*, etſi pro ſe quisque conſentiebat, Communitatem tamen ad id obligare, cum res noua grauisque eſſet, nullo modo audebant: Vnde aliam Conuentionem, in noua Ciuitate *Korczin*, pro die ſanctæ *Heduigis* agi placuit, præſertim propter terras *Ruſſiæ*, ex quibus notabile ſuffragium, ſi in huiusmodi Concluſionem conſentirent, erat prouenturum. Petebatur poſthac magna inſtantia, ab Epiſcopis, & Clero, omnium Decimarum vera medietas, & verus valor. Ad quod nemo erat, qui flecti poſſet. Et non ſolum dura, ſed & impoſſibilis, hæc conditio tam Epiſcopis, quam Capitulis eorum, quæ ad hoc vocatæ conuenerant, videbatur. Quatuor itaque diebus in altercationibus conſumptis, medietas taxæ Papalis, in ſubſidium huiusmodi oblata eſt, ex ſingulis beneficiis. Epiſcopi tamen vltro medietatem Cenſuum, ac etiam medietatem Decimarum pecuniatium ſe daturos obtulerunt, præter Epiſcopum *Cracouienſem*, qui nihilominus, ad medietatem Cenſuum, tertiam partem, quarta ſibi duntaxat remanente, adiecit. Et his taliter compoſitis, vaſa aurea & argentea ab Epiſcopo, & Capitulo, Diœceſique *Cracouienſi* petebantur, non in conflationem, vt ſuperiora, ſed in commodationem, quatenus obligari poſſent, & tandem pecuniis ſuffragiorum redimi. Epiſcopus autem *Cracouienſis*, etſi diu conſtanter ſe id facturum negaſſet: ſatigatus tamen multis inſtantiis, *non poſſe ſe aliquid, in tam grandi materia decernere, ſine plena deliberatione ſui Capituli*, reſpondit, & rem omnem ad Capitulum, quod in feſto S. *Stanislai* agi ſolet, reiicit: hacque occaſione Rex *Caſimirus*, qui ex *Pyotrkow* in *Lithuaniam* ire diſpoſuerat, conſiliis Baronum impulſus, *Cracouiam*, non ſine ſingulari faſtidio, diuertit, commodationem vaſorum Eccleſiæ *Cracouienſis*, & conſenſum ad ſuffragium de terris *Cracouienſibus*, & *Ruſſiæ*, in conuentione nouæ Ciuitatis, pro die ſanctæ *Heduigis*, ſua præſentia, & ſolicitudine, facilius obtenturus. Tunc quoque, Conſiliariis *Maioris Poloniæ* conſulentibus & inſtantibus, *Ioannes* Epiſcopus *Wladislauienſis*, in partibus *maioris Poloniæ*, quo res *Pruſſiæ* fœlicius dirigi poſſent, Gubernator deſignatus eſt, & cura negotiorum *Pruſſiæ*, cæterarumque publicarum rerum partium illarum, ſibi mandata. Quibus peractis, Conuentio

Indicitur ingens & graue tributum in omnes Re-

1456. *gni Poloniæ Ordines, pro Marienburgo, cæterisq; Pruſſiæ Caſtris à Czirwonka emendis ſtipendioque beſtium militi perſoluendo, quod ad quadringenta ſeptuaginta ſex millia excreuerat.*

1456. uentio illa, quæ quindecim durabat diebus, ſoluta eſt.

Feria quarta, in die ſancti *Matthæi* Euangeliſtæ, *Caſimirus* Rex *Poloniæ* ex *Pyotrkow* diſcedens, *Cracouiam* die Dominico, ante feſtum S. *Stanislai* eſt ingreſſus, & feria quarta in die S. *Michaëlis*, locum Capitularem adiens, expoſitis reipublicæ neceſſitatibus & anguſtiis, cœpit non tam precibus, quam lachrymis rogare, vt tam maioris, quam omnium Eccleſiarum, vaſa & Clenodia aurea, & argentea, quatenus ea ſibi impignorare liceret, commodarentur: promittens eorum plenam & ſaluam reſtitutionem. Qua quidem peticione per *Thomam Strzapinski* & ſuum Capitulum digeſta, etſi anguſtiæ in vtralibet parte occurrerent, indignum tamen, & quodammodo impoſſibile, in commodationem vaſorum, ex qua multi fletus & gemitus ſecuturi eſſent, & indignatio Diuina, vnusquisque iudicabat: ne tamen rempublicam periclitari contingeret, tam Epiſcopus, quam cæteri Abbates, & Canonici, *ſummam ſex millium florenorum ſe fideiuſſuros apud eos mercatores, qui Regi facturi erant mutuum*, obtulerunt, *gratiuique mercatores cautionem, quam vaſa Eccleſiæ, pro pignore ſuſcepturos, vt eo modo, & reſpublica fieret prouiſio, & Diuinitas vaſorum alienatione non irritaretur.* De commodatione vero vaſorum Dei, Regi reſponſum eſt, *vt omnem opem, curamq́; Rex omitteret: prius ſe exilium, mortemque, & quæque extrema Epiſcopus, & Capitulares ſubituros, quam vaſa Dei commodaturos*, aperte denunciabat: euidentiſſimis rationibus eos ſtringentibus, *cum in vaſis ſortis Diuinæ nulla eſſet eis relicta poteſtas diſponendi: & præſertim, ne mortuorum, quorum deuotione largita erant, intentionem fraudarent, piisq́; ſcandalo eſſent.* Plus gratitudinis, quam modeſtiæ hæc reſponſio Epiſcopi, & Capitularium, tam apud Regem, quam Conſiliarios habuit, quippe, & ipſi, paucis exceptis, amare ferebant, Eccleſiam *Cracouienſem* ſuis ornamentis nudari. Vnde non ſolum vlterior Regis, & Conſiliariorum, ſuper commodatione quieuit inſtantia, ſed etiam Epiſcopo, & Capitularibus gratiæ pro reſponſo, & defectui Reipublicæ prouidenti, & commodationem ſacrorum vaſorum reſellenti, a Rege *Caſimiro* & vniuerſis actæ ſunt.

Thomas Strzapinski Epiſcopus Cracouienſis cum ſuis Canonicis ſacrorum vaſorum commodationem Caſimiro Regi petenti, conſtanter denegat, ſed cautionem fideiuſſoriam ſe facturum ad mutuum, ſex millium florenorum cum Abbatibus promittit.

Sub idem tempus Ciuitas *Thorun* inteſtinis agitata motibus, & ſtudio aliquorum de communitate, ad rebellionem publice verſa, Conſulibus non ſolum Claues portarum, ſed etiam gubernationem rerum, abſtulerat, facilius in deditionem Magiſtri & Ordinis tranſitura. Sed *Gdanenſes* periculo comperto, accerſitis gentibus ex propinquis, præſidiis Regiis aduenerunt. Et ducentis ex communitate comprehenſis, ſeptuagintaque in die ſancti *Michaëlis*, qui ſeditionis erant authores, publico gladio cæſis, non ſolum *Thorunienſium*, ſed & aliarum quoque Ciuitatum motus compreſſerunt. Caſtigatisque factionum capitibus, cæteris parſum eſt.

Seditio Thorunii plexis defectionis authoribus ſeptuaginta componitur.

1456. Feria ſecunda ante feſtum ſanctæ *Hedwigis*, *Caſimirus* Rex *Poloniæ* *Cracouia* egreſſus, in *Nyepolomicze* deſcendit. Ab inde pro die ſanctæ *Hedwigis* nouam Ciuitatem *Korczin* aduenit, frequentemque Prælatorum, & Baronum *Cracouienſium* & *Ruſſiæ* terrarum, numerum ibidem reperiens, decem diebus Conuentum celebrauit. Plures enim reſiſtentiæ de ferendo ſubſidio in mediis Cenſibus interpoſitæ: Conuentionem illam, ad iam diuturnum tempus extraxerant, capta tandem eſt, finaliter concluſio, qualificatione rerum, pro ea tempeſtate penſata, *vt medietas Cenſuum, de ſingulis bonis Regiis, & terreſtribus, pro rebus Pruſſiæ expediendis, & in poſterum bene gerendis, tam de terris Cracouienſibus, quam Ruſſiæ, vsq́; ad feſtum S. Nicolai conſeratur, poteſtate Regi interdicta, ne aliquid de primis colligendis mandet, aut diſponat.* Ea etiam conditione appoſita, *vt Cmethones ſinguli de laneo vnum fertonem, pro ſorte medietatis, ſuos Dominos reuelare teneantur.* Epiſcopo *Cracouienſi Thoma*, *Gregorio* de *Branicze*, Caſtellano *Radomienſi*, *Ioanne* de *Rytbwiani* Capitaneo *Sandomirienſi*, *Andrea* de *Thaczin*, *Ioanne* de *Melſtin*, & aliis de Communitate lectis, poteſtas eis diſponendarum pecuniarum, commiſſa eſt: non in alios tamen vſus, niſi in publicos, & præſertim *Pruſſiæ*, & terræ *Oſſwyaczimenſis* ſolutionem. In ſolutione vero negligentes, pro conſtituto tempore, pro prima videlicet negligentia pignoratio de quatuor bobus, pro ſecunda intromiſſio totius villæ, non prius, niſi duplum ſolueret, reddenda pœna, quo celerior ſolutio perueniret, adiecta.

Poteſtas diſponendi de tributo quibusdam Senatoribus Regni committitur.

Miſſi ſunt ex Conuentione illa, nouæ Ciuitatis *Korczin*, *Ioannes* de *Taczin* Palatinus *Cracouienſis*, *Ioannes Olyeſki*, de *Syenno*, & *Podoliam* ad *Wnuczek* in *Podoliam*. Quibus fuit iniunctum, vt à Capitaneo *Podoliæ*, ſeu *Camenecenſe*, cæterisq́; Caſtrorum *Podoliæ* Capitaneis, noua exigant iuramenta, de tenendis pro Regno *Poloniæ* fideliter Caſtris, & ad ordinandum, vt Caſtra ipſa, cum in ædificiis, tum in victualibus, aduerſus quoslibet hoſtes & ſignanter *Lithuanos* ſint ſufficienter prouiſa.

Mittuntur Nuncii in Podoliam ad exigendum noua iuramenta à Capitaneis, de tenendis pro Regno Polonia Caſtris,

Petebatur etiam tunc a Rege *Caſimiro*, generalis conuentionis ſuper iuſticia cuilibet querenti adminiſtranda, celebratio, & vt in ea, de quibusdam differentiis, quæ inter Eccleſiam, & laicos interuenire ſolent, poneretur deciſio. Sed celebrationem eius in Regis de *Lithuania* aduentum, placuit differri. Sancitum etiam tunc fuit, ne terram *Oſſwiaczimenſem* Rex quouis quomodo alicui donet, alienet, obliget vel inſcribat: Agebatur ſimilis, apud partes maioris *Poloniæ* in *Colo*, pro die Sanctorum *Simonis* & *Iudæ* Apoſtolorum, Conuentio. Et

& de non alienanda terra Oſſwyaczimenſi conſtitutio.

Pre-

1456.

Prælatis, Baronibuſque partium illarum conuenientibus, concluſio Conuentionis *Pyotrcouienſis*, de ſoluendis mediis cenſibus, pro rebus *Pruſſiæ* innouata, & diſpoſitio rerum prædictarum *Pruſſiæ*, ſolutioq; & expoditio ſtipendiariorū *Pruſſiæ Ioanni* Epiſcopo *Wladislauienſi* Gubernatori, collectis pecuniis mandata.

Rex Caſimirus cum Elizabeth Regina in Lithuaniam proficiſcitur.

Sabbato ante feſtum ſanctorum *Simonis* & *Iudæ* Apoſtolorum. *Caſimirus* Rex *Poloniæ*, ex noua Ciuitate *Korczin*, cum *Eliſabeth* Regina diſcedens, per *Sandomiriam*, *Lublin*, & alia conſueta loca, in *Lithuaniam* proceſſit, & feria ſecunda, ante feſtum ſancti *Martini*, ad fluuium *Narew* perueniens, ob Epiſcopo *Vilnenſe*, & Boioris *Lithuaniæ*, cateruatim illic congregatis, ſuſceptus eſt.

Tranſitus autem Regius in *Lithuaniam*, quem vniuerſi Conſiliarii, nec ſuaſu, nec prece inhibere poterant, attulit rebus publicis, & ſignanter *Pruthenicis*, quarum conſumatio propter abſentiam *Caſimiri* Regis differebatur plurima diſpendia, & impedimenta. In *Gdanenſe* enim Ciuitate, ab illis, qui partes, Magiſtri clandeſtine ſequebantur, vulgatum erat *Caſimirum Regem, de rebus Pruthenicis, non facere æſtimationem, aut curam, & ex Lithuania difficulter, & tarde rediturum.* Conſurgente autem ſeditione, *Martino Coga*, homine parum noto, ſed induſtrio, & partes Magiſtri, & Ordinis, variis negotiis promouente, facile populares Ciuitatis *Gdanenſis*, in ſuam pellicit opinionem. Depoſitisque antiquis Conſulibus, ſe, & eos, qui eadem ſecum ſentiebant, in Conſules procurat creari. Timebaturque grauis ſeditio, cum prudentiores, nihil his territi, ad diſceſſionem trahi non poterant. Neque enim conſilium vnum, nec voluntas vna, inter populares fuerat, ſed diſſenſionis velut quidam morbus, iam horum, iam illorum pectora peruadebat, resq; in ſeditioné ſpectare cœperat, niſi *Vlricus Czirwonka*, audita nouitate, aduenisset, & tam principalibus, quam popularibus aduocatis, longo & prudenti ſermone concionatus, *ne iuramenta Caſimiro Regi facta, noua præuaricatione fœdarent*, monuiſſet: aſtruens *illos, diſceſſione ſua, non rebus Regiis, quibus Caſtro Marienborg in ſuam ditionem redacto, longa periclitatio, non poſſet accedere diſpendium, ſed nihilominus ſuis perpetuam infamiam, & poſteritati ſuæ perpetuum dedecus inuſturos.* Tantumque concionatio *Czirwonczę* apud *Gdanenſes* valuit, vt ex admodum triſti, & deformi die, lætus, reunitis & conciliatis vniuerſorum animis, proueniret.

Czirwonka ſeditione Gedanenſium & Ioannis Czarnkowſki compreſſa.

Miſſique ex templo à *Gdanenſibus*, in *Lithuaniam* Nuncii, ad Regem *Caſimirum*, *vt celerius adueniat, & defenſioni eorum, pacificationiq; terrarum Pruſſiæ, iuxta ea, quæ cum Czirwonka conuenta ſunt, intendat:* offerentes *ſe in pactorum complementum, omnem pecuniæ defectum ſuppleturos.*

Hiſtor. Polon. Lib. XIII.

1456.

Ab eoque tempore *Vlricus Czirwonka*, ſtudioſiſſimus rerum Regiarum factus eſt ſolicitator, aduocatusque & patronus, maiori diligentia illas promouens, quam ante turbauerat. Miſſoque ad Conſiliarios *maioris Poloniæ*, qui tunc apud *Colo* ſecundum Conuentum agebant, ſpeciali Nuncio, carpebat illos vehementer, *quod cum fortuna illis ſerenior proueniret, ſegniter res, celeritatem expetentes, adminiſtrarent, & neſcirent opportunitate temporis vti. Conſurgerent tandem, & ad conſumationem pactorum, ſi vel licet intenderent, præteritarum transgreſſionum memoriam, de facili ſe obliteraturum.* His verbis Conſiliarii *maioris Poloniæ* calefacti, *Ioannem* Epiſcopum *Wladislauienſem*, *Petrum Caliſienſem*, & *Ioannem Gneſnenſem* Caſtellanos, in *Thorun* conuenturos cum *Czirwonka* transmittunt. Qui in die ſanctorum *Fabiani* & *Sebaſtiani* conuenientes, ſingula negocia, quæ pro infectis habebantur, in hunc modum componunt. Tradunt ſiquidem *Czirwonczę* Viginti quinque millia florenorum, ex terris *maioris Poloniæ* illic conducto. Cui iam per *Gdanenſes*, quadraginta aureorum millia tradita erant, eo pacto, vt ad feſtum Paſchæ, reſiduâ proteletur ſolutio. Pro illoque tempore, dimiſſio Caſtri *Marienburg*, & relaxatio captiuorum expleatur, atque cum ſingulis aliis Caſtris & munitionibus, hoſtibus treugas, ad Dominicam Reminiſcere duraturos, indicunt. Ad Regem quoque *Caſimirum*, in *Lithuaniam* plures delegant Nuncios, & inter alios *Nicolaum Sarliczyrki*, Palatinum *Brzeſtenſem*, perſuaſuros, *vt quam celerrime redeat, rebus Pruthenicis, aduentu ſuo, maximum adiumentum, & abſentia maximam infectionem præbiturus.*

ab eiſdem ex pacto Polonorum quadraginta aureorum millia, à maioribus autem Polonis XXV millia florenorum accipis: reliquum poſt aliquod tempus accepturus, vt Marienborg & alia Pruſſiæ Caſtra reſignet Poloniæ Regi.

Non quieuerat autem *Martini Coga* ciuis *Gdanenſis* doloſa machinatio, ſed aſſiduam ſeditionem moliebatur, in tantum audaciæ progreſſus, vt totius Ciuitatis, tam adminiſtratio, quam ſtatus, ex illius penderet arbitrio. Verum, ne latius, inclinatis ſemel ad Cruciferorum partem nonnullis *Gdanenſium* animis, ſerperet defectio, *Ioannes Czarnkowſki*, Caſtellanus *Gneſnenſis*, in *Gdanſk* aduenit, ſub cuius præſentia Conſules antiqui, & ſignanter *Rinoldus Menderoff*, & *Ioannes Lindaw*, audacia reſumpta, *Martinum Coga* capite truncant. Quo necato, omnis, quæ ſenſim gliſcebat, quieuit ſeditio.

Sub idem tempus, circa feſtum ſanctæ *Hedwigis*, in *Hungaria* Regno *Ioanne de Huniad* Gubernatore Regni eiuſdem, peſtilentico morbo, ſeptima die menſis Auguſti abſumpto, pater venerandus *Ioannes* de *Capiſtrano*, qui, vt in ſuperioribus declarauimus, magnum ea æſtate defendendo, cum Cruce ſignatis, Caſtrum *Albam Regalem*, ex *Turcis*, qui cum omnibus Copiis, illud impugnabant, triumphum retulerat, cœpit

Ioanne de Huniad Gubernatore Regni Hungariæ mortuo Ioannes quoque Capiſtranus

1456.

dolens mortem illius

de morte eiuſdem Gubernatoris affligi vehementer, dolens tam prouidum, & facilium Ducem ſubtractum eſſe, cuius operam, ad reliquam contra *Turcos*, quam in æſtate futura paraturum ſeſe per Cruceſignatos, non dubitabat expeditionem, ſibi multum accommodam, & profuturam intelligebat, calculi, ilinmque preſſura, febribus quottidianis, & diſſenteriæ languore, correptus eſt; Tanta autem mentis afflictione, pro rebus fidei anguſtiabatur, quod velut alter beatiſſimus *Auguſtinus*, ad extremam horam perueniens, vigeſima tertia die menſis Octobris, adeo lente & ſuauiter, iuxta ac ſi ſe ſopori daret, in oppido *Hungariæ Vlak*, Chriſto Spiritum reddidit, & in Eccleſia Conuentuali ſanctæ *Mariæ*, Ordinis ſancti *Franciſci*, in præfato oppido *Vlak* accepit ſepulturam, cum iam annum vitæ ſeptuageſimum vnum, in ordine, & continua, diligentiſſimaque verbi Dei diſſeminatione quadrageſimum exegiſſet.

moritur, & Vlaci oppido Hungariæ ſepelitur.

Corpus ſuum poſt mortem adeo iucundum, clarumque apparebat, vt non exanime, ſed viuum putaretur. Multique mortales ſunt teſtati, per merita ipſius, tunc beneficia ſanitatum, à variis languoribus ſe accepiſſe. Prius autem quam Spiritum Domino redderet, die integro viſus eſt, amaras lachrymas vbertim effudiſſe. Rogatus autem inſtantius, à fratrum ſuorum comitatu, quorum aliquos ex nomine mortem ſuam præceſſuros, aliquos vero (quemadmodum impletum eſt) ſubſecuturos, ſignauerat, *quidnam tam profundus fletus ſuus ſibi haberet*, reſpondit, *tam ingentia mala ſe vidiſſe, quæ Catholicis, ob eorum ſcelera, neceſſe eſt contingere: quæ ob ſui magnitudinem, nemo librariorum poſſet in cute bouina exarare.*

Dum autem *Hungariæ* Rex *Ladislaus*, verſus *Albam Regalem* cum inſigni exercitu, de proprio milite, & Cruceſignatis comparato, procederet, quoslibet motus, ſi qui per *Turcos*, ex morte *Ioannis* de *Hunyad Hungariæ* Gubernatoris animatos, fierent, compreſſurus, Interim nunciatum eſt *Turcos quietos conſiſtere, & nihil de inferendo bello, apud illos cogitari.* Rex tamen *Ladislaus* verſus *Albam Regalem*, deſtituto filio Gubernatoris *Ladislao*, vt eius potentia Regi, & Comiti *Ciliæ Vlrico* ſuſcepta, diminueretur, id efficiente *Vlrico* Comite, qui in aliis Caſtrorum *Hungariæ* ceſſionibus, *Hungarorum* corda, committendo illa *Almanis* vel forenſibus, quam maxime vulnerauerat, in Tenutam, *Ladislaus* autem filius Gubernatoris, horum omnium, quæ contra illum gerebantur non ignarus, ſimulque de nece Comitis *Ciliæ*, quæ fere omnium Baronum *Hungariæ*, conſilio & aſſenſu dudum compoſita, ſibique mandata erat, qualiter illam conficere poſſet, plurima ſecum voluens, pellicit Regem *Ladislaum*, & comitem *Vlricum* in dolo, vt exercitu vniuerſo, qui ſub ductu Comitis *Vlrici* militabat, conſiſtere iuſſo, cum paucis, nauali itinere per *Danubium Albam Regalem* deſcenderet, aſtruens tantæ multitudini in terra, à proprio milite, & ab hoſte vexata, victualia nullatenus ſuffectura.

Ladislaus Hunyadi, Ioannis Gubernatoris Hungariæ filius,

Dum autem *Albam Regalem* peruentum eſſet, altero die filius Gubernatoris *Ladislaus*, deſtinata animo exequutus, & Comitem *Ciliæ Vlricum*, ex Capella, poſt Diuinorum audientiam, egreſſum, ad portam, quaſi quædam ſecreta ſecum tractaturus, eductum, cum armatis, quos ſub gradibus occultauerat, inuadens, Rege *Ladislao* ſpectante, & nullum auunculo, quod ſimilem ſortem pertimeſceret, ferente auxilium, obtruncat: ſimile ſcelus in Regem *Ladislaum*, niſi ſaniori conſilio, auerſus & inhibitus fuiſſet, commiſſurus.

Vlricum Ciliæ Comitem ſpectante Ladislao Rege ſuo Hungariæ occidit.

Rex tamen *Ladislaus* prouidentia *Bohemorum*, & *Almanorum*, qui curam illius gerebant, in Camera obſirmatus, quadriduum illic, donec furor filii Gubernatoris quieſceret, exegit. Exinde vero data ſecuritate eductus, ex *Alba Regali Budam* venit: nihil habens liberi iuris, aut arbitrii, ſed ſingula iuxta ordinationem *Ladislai* filii Gubernatoris agens, inſtituens, atque decernens. Cadauer Comitis *Vlrici*, in *Ciliam* relatum, iuſto honore tumulatum eſt, & graue bellum inter *Ciliæ* Comitatum, & *Hungariæ* Regnum, eouſque exortum eſt, vt *Cilienſes* collecto exercitu, inuaderent regnum *Hungariæ*, & Caſtrum *Theben* conquirerent, per continuam expugnationem. Qua quieſcente Comitatus *Ciliæ*, *Friderico* Imperatori, deditus eſt.

Vnde bella inter Hungariam, & Ciliam, quæ poſtea venit in poteſtatem Romanorum Imperatoris Frederici, orta ſunt.

Ad has etiam domeſticas clades, epidimiæ morbus, & *Budam*, & fere omnes *Hungariæ* oras peruaſit. Sed & Regni *Poloniæ* regionem, circa *Kroſnam*, *Zmigrod*, *Strzyſzow*, & *Rimanow*, peſtis ſimilis, ex contagione, aliquanto tempore affligebat.

Peſtis in Hungaria & Polonia.

In *Napulis* tantus terræ tremor, ſabbato ante feſtum ſancti *Andreæ* Apoſtoli accidit, vt *Romæ* audiretur, pluraque Caſtra & Caſtella, & ſignanter Ciuitas *Aſcopolis*, ruinarentur. Subuerſorum autem, ex terræ motu Caſtrorum, & Caſtellorum loca, vndæ ſuperingrediebantur.

Terræ motus ingens in Napulis.

1457.

Die primo menſis Ianuarii, beatus *Oſſman* du Epiſcopus *Elberienſis*, de Regno *Angliæ*, qui a trecentis & quinquaginta annis iacens in puluere miraculis coruſcabat, per *Calixtum* Papam tertium, *Romæ* in Eccleſia

Sanctus Oſmandus Elberienſis Epiſcopus canoniſatur.

ſancti

1457. ſancti *Petri*, canoniſatus eſt, & Cathalogo Sanctorum adſcriptus.

Caſimirus Poloniæ Rex

Caſimirus Poloniæ Rex, dum in *Lithuania* omne tempus hyemis exigeret, plura negocia *Lithuaniæ* componebat. *Lithuanos* quoque rebus nouis ſtudentes, & de ſubſtitutione alterius, magni Ducis *Lithuaniæ*, varios & crebros, agitaotes ſermones, compeſcuit. Conuentione autem generali *Vilnæ*, pro die natiuitatis Chriſti celebrata, & ſingulis Boiaris conuenientibus. Rex dicendi opportunitatem nactus, grauiſſime *Lithuanos*, de cruda legatione, fatuitatem, & ſuperbiam, in ſe redolente, ad ſe *Lanciciam* perlata, corripit & obiurgat.

redarguit Lithuanos

Quam cum omnes vniuerſali acclamatione, inficiarentur ſe intimaſſe, ſed nec de illa quicquam ſciuiſſe, aut conſenſiſſe, depoſcerentque authores tam fædæ, & ſuperbæ legationis, ad pœnam, omnis culpa in *Gaſthawdum* relata, quaſi ille vnicus fuiſſet, eius conflator. Qui cum ſe purgare de legationis temeritate iuſſus fuiſſet, in ſeditionem rem verti, & aliquod grauius periculum exoriri, Rex metuens, Conuentum diſſoluit, ſequentibusque diebus Rex more ſuo, ſciſmata, & nouarum rerum motus, non punitione, aut coertione merita ſedat, ſed tractatibus beneuolis, largitionibus, & benignitate, ex quibus gens illa plus furoris & audaciæ expoſt ructandæ, quam curæ, & ſanæ mentis concepit. Nunciis quoque ex *Polonia*, & *Pruſſia*, ad eum venientibus, remuneratis. *Carnis priuii dies in Radom, & Conuentum Conſiliariorum in Pyotrkow, pro Dominica prima Quadrageſima, celebraturum, & exinde in Pruſſiam ſe diuerſurum* reſpondit.

& ſeditione ac nouarum rerum ſtudio, non pœna ſed largitione compoſito, in Poloniam, deinde in Pruſſiam ſe recurſurum promittit.

In hunc modum iubet literis, & Nunciis Conſiliarios, vt conuenire, pro die inſtituta *Pyotrconiam* non negligant.

Paritum eſt iuſſionibus Regiis, & plerique Conſiliarii, non tamen in frequenti numero, pro Dominica Oculi *Petrconiam* conuenerant. Rex tamen *Caſimirus* tardius aduenit *Petrconiam*, non niſi videlicet feria quarta, poſt Dominicam Oculi, cum vtraque Regina, *Zophia* videlicet matre, & *Eliſabeth* Conſorte, prohibente illum fluuio *Viſla*, tunc vehementius, quam cuiusquam ferebat memoria, inflato aqois.

Caſimirus Rex Poloniæ

Et pluribus rebus concluſis, & decretis, iterum altum Conuentum, in *Colo* pro Dominica Letare tenuit. Vbi ordinabatur, *vt Caſtra Sluchow, Swyecze & Tucholya, non ſtipendiariis, cum ærarium Regis exhauſtum eſſet, ſed propriis gentibus locarentur, vt Oppidum Choynicza, grauiori inedia, & rerum omnium importatione, premeretur.* Ex *Colo Caſimirus* Rex tranſiit in *Brzeſczye*, exinde per *Radziew Wladiſlauiam* iuniorem venit, feria tertia poſt Dominicam Iudica *Bidgoſthiam*.

pluribus rebus in Conuentione Pyotrconienſi compoſitis ad alium Conuentum in Kolo accelerat, de rebus Pruſſiæ conſulturus.

1457. *Ladiſlaus Hungariæ Rex*

Sub eo autem tempore Rex *Hungariæ Ladiſlaus*, aſſiſtentiam primorum Conſiliario- A rum *Hungariæ*, *Ladiſlaum* filium olim *Ioannis* de *Hunyad*, Gubernatoris *Hungariæ*, *Vlrici* Comitis *Ciliæ* interfectorem, & germanum eius *Matthiam*, iteio *Ioannem* Epiſcopum *Varadienſem*, item *Czanczilazlaw*, *Roſgon Sebaſtianum*, & plures commenſales, neceſſarios, & amicos Gubernatoris captiuat. Et *Ladulao* filio Gubernatoris capite *Budæ* obtruncato, germanum ſuum *Matthiam*, cum cæteris in ergaſtulis obſeruabat. *Ioannes Varadienſis* Epiſcopus, *Dionyſio Strigonienſi* Cardioali, & Archiepiſcopo, traditor iudicandus. Qua nouitate, mater filiorum Gubernatoris perculſa, oon ad muliebres recurrit fletus, duobus pene vno die orbata filiis, ſed ad arma. Ærarioque viri, ploribus annis congeſto, incraſſato, aperto, plura millia B ex *Polonis*, *Bohemis*, *Hungaris*, cæterisque natiooibus, conducit.

altero filio Hunyadi occiſo, altero cum multis amicorum in vincula coniecto, matris filiorum cuſum vlciſcentis,

Quarum partem, ad multorum *Caſtrorum*, quæ poſt obitum viri, io ditione ſua conſiſtebant, reliquit cuſtodiam, cum altera vero reſiduitate, iuſtum etiam, & copioſum conficit exercitum, & bellum *Ladiſlao* Regi *Hungariæ* infert, & ſingula, quæ poteſtatis Regiæ nouerat, omni genere hoſtili vaſtat, adeoque vehementer graſſatur, vt niſi Rex celerius ex *Bohemia*, & *Auſtria* gentes quam celerius aduocaſſet, obſeſſura illum *Buda* videbatur.

graue bellum in ſe excitat.

Gentibus autem Regiis venientibus, inſtauratum fuit magis, quam interceptum bellum, & aliquot conflictus vtrinque habiti. In quibus iam hæc altera C pars victoriam occupabat, furorque & animorum, & belli cootinue intumeſcebat, multique mortales, præſertim ex *Polonis*, in graoi multitudine, matris filiorum Gubernatoris augebant. Miſeraque erat Regni *Hungariæ* conditio, quod nunquam ſuperioribus annis, tam crudeli, & tyrannico bello premebatur. Illud enim, quod tunc gerebatur, omnia tranſacta excedebat. Vaſtitatem autem ampliorem, Regni eiusdem Primores pertimeſcentes, ſimulque ampliora mala veriti, quoniam & mater filiorum Gubernatoris, maximum quidem, & peſſimum, ſed ſuæ conditioni, conueniens facinus, introductionem videlicet *Turcorum in Hungariam*, & aliquorum Caſtrorum eisdem traditionem, auſura, à certis ounciaD batur, de pace agendum, omiſſo bello decernunt. Et tractatibus aliquot interpoſitis, pacem ſub certis conditionibus componunt. Quibus cauebatur, *vt Rex Ladiſlaus, filium Gubernatoris Matthiam, cum cæteris omnibus captiuis, ſibi reconciliatos, ſoluat. Mater filiorum Gubernatoris, Regi de certis caſtris cedat.* In hunc modum pace compoſita, & poſita in executiooem, ingens bellum extinctum eſt.

quod tandem pace vtrinque interpoſita ſedatur.

1457. Stante autem *Caſimiro* Rege in *Bidgoſtia*. *Gneſnenſis* Archiepiſcopus, & *Wladiſlauienſis*, ac *Poſnanienſis* Epiſcopi, pluresque Barones, Conſiliarii, militesque & adoleſcentes ingenui, de vniuerſo Regno *Polonia*, in armis, & apparatibus pulcherrimis, ad illum confluxerunt. *Pruſſiam*, cum illo, ad recipiendam Caſtri *Marienburg* poſſeſſionem, quæ pro die Paſchæ, promiſſa erat, proceſſuri. Interim autem in *Thorun* ſolutio Stipeodiariis de *Marienburg*, per *Andream* de *Thaczin*, *Ioannem* de *Rythwiani*, *Ioannem Dlugoſch Cracouienſes*, & Magiſtrum *Iacobum* de *Schadek Sandomirienſem*, Canonicos, nomine Regni *Polonia*, & terrarum *Cracouienſium* præbebatur. Quæ cum illic expleri non poſſet (noo enim ſtipendiarii *Marienburgenſes*, ad tam longum ſpacium, ad recipiendam ſolutionem, præſertim, cum illis in *Gdansk* promiſſa eſſet, poterant induci) coacti ſunt Commiſſaris *Cracouienſes*, ex *Thorun* deſcendere nauibus in *Gdansk* per aqoam. Cum quibus, & *Vlricus Czernonka*, habitis cum Rege *Caſimiro* in *Bidgoſtia*, pluribus, & ſecretis tractatibus, ſacta *Prutbenica* firmantibus, & *Ioannes Sapienski* Iudex *Poſnanienſis*, cui pecuniæ *maioris Polonia* terrarum creditæ foerunt, deſcendebant. Et quoniam finalis terminus ſolutionis perficiendæ, in feſto Paſchæ, in cuiua vigilia vix Commiſſarii Regni cum pecuniis, aduerſantibus vndis, & ventis, adoenire potuerant in *Gdansk*, labebatur, ploraque ſoluenda reſtabaot, quam quæ fuerant ſoluta. Et veriſimile erat, & *Almanos* vniuerſos, & aliquos ex *Bohemis*, lapſo feſto Paſchæ ſolutionem, per lapſum temporis infectam, refutaturos. *Vlricus Czerwonka*, cum *Ioanne Ritbwyenski* in *Marienburg* deſcendens, ioducias, ad quindecim diea protelandas obtinuit. Sed cum hæ quoque faciliter tranſituræ viderentur, vlteriores etiam conceſſæ ſunt. Sub quibus tam ex parte Regis, & Regni, quam ex parte Nobilium, & Ciuitatum *Pruſſia*, centum ſexaginta millia ſtipendiariis *Marienburgenſibus* perſoluta. Verum, cum vltra ſoluta reſtarent, adhoc triginta millia florenorum, ſoluenda, quoniam nec ex *Polonia*, nec ex *Pruſſia* conueota ſumma fuerat allata, quæ etiam vltra iuſtum, in duodecim millibus florenorum excreuerat, ſtipendiariis *Marienburgenſibus* & equorum, & damnorum numerum exceſſiuum ponentibus. Tantam autem ſummam pro complenda ſolutione, iuxta qualificationem negociorum, impoſſibile erat ſub breui tempore conquirere, vehemens dolor & anxietas *Petrum* de *Gay Caliſſienſem*, *Ioannem* de *Czarnkow Gneſnenſem*, Caſtellanos, *Andream* de *Thaczin*, *Ioannem* de *Ritwiani*, *Ioannem Dlugoſch*, & Magiſtrum *Iacobum*, Canonicoa *Cracouienſes*, Commiſſarios Regni, cepit, ne ob defectum triginta millium flotenorum, omnia data in perditum & ruinam reciderent, & iuxta ſpem *Almanorum*, non ſine magno, & perpetuo dedecore, fabula, & infamia Regis, & Regni, ſequeretur infectio negocii, principalis & acceſſorii, nec iam de retinendis terris *Pruſſia*, quam de defendendis aliis *Polonia* terris inſederat animis cura. *Almanis* ad vaſtationem *Polonia* ſuapte ſponte incenſis, etiam hoc caſu Regio magis, quam clade ante *Choyniczam* accepta, inflammandis. Verebatur & diuiſio Regni inteſtina, propter parum prouidam ordinationem, cum *Marienburgenſibus* Stipendiariis factam, & pecuniarum, ad ſolutionem tam arduæ rei collectarum, diſtractionem. Verebatur & *Pruſſia* Ciuitatum defectio, verebantur & plura alia, quæ vt fit in talibus rebus, pauor & ſuſpicio ſuggerit, veriſimili argumento concludebant euentura. In hac igitur difficultate, & pene deſperatione, Commiſſarii Regni, animos non remittunt: Sed à *Gdanenſibus* Ciuibus & Communitate *ſupplementum pecuniarum* petunt; *certificationem de ſoluendo offerentes*, exponuntque, *multiplicia mala, eos pro maiori parte contingentia, in defectu ſolutionis emerſura*. Et qoo magis animos eorum flectere poſſent, *imaginem argenteam Domina noſtra virginis benedicta Maria, & imaginem ſimilem, beata Barbara, oſſa continentem, quam primum Rex poſſeſſionem Marienburg nactus fuerit, ſe apud eos pro vade depoſituros* repromittunt: *non prius repetendam, donec illis plena ſolutio fuerit impenſa*. Tam periculo, quam promiſſo *Gdanenſes* moti, *ſupplementum pecuniarum ſe facturos* repromittunt, ad priores conditiones, de ſoluendo eis datas, ea appoſita, vt *Caſimirus Rex, quam celeriter Gdansk adueniat, pauida, ambigua, claudicantia, & infidelia, aliquorum Gdanenſium corda, ſuo aduentu ſanaturus*: aſtruendo *triginta millium florenorum deficientium mutuationem, nulla alia re quam Regio aduentu, celerius ſecuturam*. Commiſſarii autem depoſita deſperatione & mœrore, plures Nuncios ad Regem fatigant, & quantum periculum ſi celerrime non aduenerit, ſibi & regno immineat, declarant, orantque & obſecrant, vt nocti non parcendo, *Gdansk* adueniat; conſumationem fœlicem & optatam ſuarum rerum habiturus.

Summa pecuniarum mercenario militi Cruciſerorum pro ceſſione Marienburgi promiſſa,

præter triginta millia florenorum ſoluitur.

Quos non prius Gedanenſes mutuo daturos promittunt, quam Rex Caſimirus propter inteſtinos motus componendos Gedanum veniat.

Caſimirus Polonia Rex denunciatione ſibi facta, non ſecus quam par erat motus, cum in *Bidgoſtia* tres hebdomadas exegiſſet. Sub quibus Caſtrum *Sluchow* extrema fame, hoſtibus ex *Choynicka*, quamlibet

impor-

1457.

Caſimirus Rex cum ſuo Comitatu Gedanum veniens, à Carolo Rege Snecia, à ſuis pulſo, qui Gedanum ante peruenerat, & à Gdanenſibus honorifice excipitur.

importationem prohibentibus, feſſum & pene perditum, miſſa victualium copia, refecit, feria tertia, poſt conductum Paſchæ, exercitibus ordinatis, verſus *Gdanſk* proceſſit, & in *Swyecze* perueniens, duobus diebus, illic quieuit. Ex *Swyecze* vero feria quinta in *Nowe*, feria ſexta in *Stargad*, ſabbaro in villa quadam, vno miliari diſtante à *Gdanſk*, nocturnauit. Die autem Dominica Sanctorum *Philippi* & *Iacobi*, Apoſtolorum, tertiarum hora, *Gdanſk* ingreſſuro, primum *Carolus Suecia* Rex, qui recenter, à ſuis expulſus, illuc ſe contulerat, cum omnia familia ſua, pedibus (nauigio enim *Gdanſk* aduenerat) exiuit. Proceſſiones deinde omnium Eccleſiarum, item omnium perſonarum, ordinum, & ſtatuum, conditio atque ſexus, ad vltimum lapidem, viſuri, deſiderarum Regem, in ornamentis præſtantioribus, & fulgentibus egreſſi. Pulcherrimus enim, glorioſus & magnificus, Regius, in tantam, vrbem ingreſſus, tanta militum caterua, tanta præcedentium, & ſubſequentium multitudine ſpectabilis & decorus, prælianti accinctus munimine, vt multarum gentium, & nationum animi, quarum illic, velut in Ciuitate maritima, & mercibus celebri, & opulenta, conſueuit eſſe grandis congeries, & ſignanter *Bohemorum*, & *Almanorum*, qui ad huiusmodi ſpectaculum contemplandum, & ad videndum ſuppellectilem exercitus Regii conuenerant, non in admirationem tantum, quantum in ſtuporem verterentur. Et Rex quidem *Caſimirus*, omnibus ſibi obuiam egreſſis turmis, fauorabilem & benignum ſe præbuit, ſingulosque ſtatus & ordines, hilari tam vultu, quam geſtu exceptioneque tractauit. Ad *Carolum* autem *Suecia* Regem, ab equo exiliens, & deſcendens, ipſum, non vt exulem, ſed ſibi parem excepit, & equo Regio, ad id præparato, locatum aſſociauit. Miroque & mirando omnium fauore, per plateas vrbis, quæ ad cohoneſtandum ingreſſum ſuum, variis ludis, & ſpectaculis, erant refertæ, incedens, ad ſanctæ *Mariæ* Eccleſiam, peruenit. Et illic deſcendens, gratiarum actiones in Deum & ſanctos, pro incolumi ſuo, & ſui exercitus, egit, aduentu. Et obligatione, iuxra munificentiam Regiam facta, licenciato *Suecia* Rege *Carolo*, in Prætorium, locum ſibi pro hoſpitio præparatum, diuertit. Diesque ille in magna leticia & tripudiis, à *Gdanenſibus* abſumptus eſt. Ingenti multitudinis fauore, exceptus Rex erat, & in decus aduentus ſui, plures numero ludi inſtaurati, & ſpectacula, & quibus aliis leticia effuſa ſoleat oſtendi. In ſequentibus vero gladiatoria, & haſtiludiorum opera, quam celerrime, per milites Regios, ſpectante populo vniuerſo, & a laboribus ſuis auerſo, ædebantur. Habuit autem *Caſimirus* Rex ſecum *Ioannem* Epiſcopum *Wladiſlauienſem*, *Ianuſſium* Ducem *Oſſwyaczimenſem*, *Luthconem* de *Brzezye*, Protonotarium Apoſtolicum, & Regni *Poloniæ* Vicecancellarium, *Stanislaum* de *Oſtrorog Caliſſienſem*, *Derslaum* de *Rybwiani Sim dienſem*, *Stiborium Sarlieyski Iuniwladiſlauienſem*, *Ioannem* de *Krethkow Brzeſtenſem*, Palatinos, *Hinezam* de *Rogow Siradienſem*, *Ioannem* de *Labiſchino Wladiſlauienſem*, Caſtellanos, *Andream*, & *Ioannem* de *Thaczin*, filios *Ioannis* Palatini *Cracouienſis*, *Andream* de *Olyeſchnicza* filium *Ioannis* Palatini *Sandomirienſis*, *Ioannem* de *Sczekoczin* Capitaneum *Lublinenſem*, *Petrum* de *Kurozwaki*, filium *Creslai*, Caſtellani *Lublinenſis*, *Creslaum Woyſchik* Succamerarium *Cracouienſem*, *Ioannem* & *Ioannem Swidwas*, de *Schamotuli*, *Iacobum Dabienski* Sobpincernam *Cracouienſem*, *Euſtachium* de *Sprowa*, germanum *Ioannis* Archiepiſcopi *Gneſnenſis*, *Ioannem* de *Brzezye*, *Ioannem Cobilienski* Dapiferum *Cracouienſem*, *Iacobum Slupowski*, *Ioannem Gorski*, *Ioannem Kosczielyecki*, *Nicolaum*, & *Sbigneum Czaykas* de *Ianor*, *Ioannem Lyubieſſowski*, *Caſparum Lyeſzinski*, *Albertum Koſthka* de *Poſtbupicze*, *Ioannem Slawatha*, *Ioannem Colda* Bohemos, pluresque alios Barones, militares, & adoleſcentes ingenuos, quorum alius alium in armorum, & equitum genere excellere contendebat. Habebat & peditum aliquot turmas, qui ſuis ordinibus Regem ſequebantur armati. Æſtimatusque eſt Rex *Caſimirus* ſex millia gentium, tam in pedite, quam in equeſtri milite ſecum habuiſſe.

Aduentus Regius in *Gdanſk*, ſicut res regni *Poloniæ* plurimum auxit, firmauit, & correxit, ita Magiſtri & Cruciferorum partes, plurimum debilitauit, & infecit. Nam ampliori ardore congerebantur pecuniæ per *Gdanenſes*, Rege inſtigante, & Conſiliariis, ad explendam reſiduam ſolutionem. Propter quod *Almani*, & aliqui *Bohemi*, qui partibus Magiſtri fauebant, ad dolos recurrunt. Et *Vlrico Czeruonka*, tunc abſente, & apud Regem in *Gdanſk* agente, facto in *Marienborg* rumore, altius Caſtrum *Marienborg* occupant, & redigunt in ſuam poteſtatem, aſſerentes ſe pactis feciſſe ſatis, & Regem in ſolutione, pro conſtituto tempore, defeciſſe, nec velle amplius concedere aliquas dilationes. Qua quidem nouitate, & ad *Czeruonkam* in *Gdanſk*, & ad *Bohemos* principales, qui tunc in *Tczow* manebant, perlata, omnes continuo aduolant, & *Bohemi* quidem, quia porta non intromittebantur, nauigiis ad Caſtrum intrant, & rumorem ſedant, *Czeruonka* acceptis à Rege decem & octo florenorum millibus, liberius in *Marienborg* ingreditur. Et correptis *Nicolao Volsdorf*, *Frisdman*, *Panczerz*, *Fricz*, & *Viſſek*, quos nouerat illius turbationis fuiſſe authores, eis primum debitum perſoluit, & de Caſtro altiore, ſecedere coegit, aſſerens *eos inique agere*, & *crudeli viciſſitudine, benignitati Regia reſpondere. Qui cum & Caſtrum Marienborg, & captiuos, & multorum millium ſummam, in eorum fidem*

1457.

ſidem & probitatem poſuiſſent, non eſſent veriti tantum facinus, & tradimentum, in optimo, & modeſto Rege admittere, & propter exigui temporis moram, perpetuam ſibi, & cæteris innocentibus infamiam comparare. Rex autem *Caſimirus*, Nuncio *Cziruoncza*, de diſpulſione periculi, quod iam imminebat, certior factus, cum reſiduitate pecuniæ, *Ioannem* de *Czarnkow* Caſtellanum *Gneſnenſem*, *Andream* de *Thaczin*, *Ioannem* de *Rytbwiani*, *Ioannem Dlugoſch*, *Stiborium* de *Bayſſen*, *Vilbelmum* Conſulem *Gdanenſem* iungens illis nonnullos Ciues *Gdanenſes* ex communitate, ad explendum cæptum negotium affectos in *Marienburg* transmittit. Qui illic tribus hebdomadis morati (multi enim interponebantur, noui nodi, & difficultates, ſed & aliqui ex *Bohemis*, & *Almanis*, numerum equorum & damnorum, plus iuſto augebant: cum aliam pecuniam haberent in ſua poteſtate, ex quo, & principali ſummæ duodecim millia addebantur) rem tamen omnem pro voto expediunt. Sed nec tunc *Almanorum* odium quieuit, qui principaliora ſanctuaria ex Eccleſia maiori Caſtri *Marienburgenſis*, videlicet crucem argenteam, notabilem portionem ligni vitæ habentem, imaginem beatæ *Mariæ* Virginis argenteam deauratam, Caput S. *Barbaræ*, & imaginem ac alia, clandeſtino noctis tempore, paucis conſciis depromunt, & currui ad hoc præparato, includunt: In *Almania* oras ſecum illa deportaturi. Qua re *Ioanni* de *Czarnkow*, *Andreæ* de *Thaczin*, *Stiborio* de *Bayſſen*, patefacta, illico *Polonis* omnibus, qui iam tunc ex condicto, Caſtrum *Marienburg* ingreſſi, & *Almanis*, & *Bohemis*, ſuperiores numero & robore, arma induere iuſſis, fauente etiam magis, quam adiuuante *Vlrico Czeruonka*, celerrime accurrunt, & ſanctuaria de poteſtate *Almanorum*, videlicet *Andreæ Gwald*, ex *Auſtria* is erat, eripiunt, & in Eccleſiam deponunt, quæ poſtea *Bohemi*, & *Almani*, pluſibus legationibus, ad Regem factis, repetere conati, minime potuerunt. Magiſter autem *Pruſſiæ Ludouicus*, qui vſque ad diem illam in *Marienborg* habitatione conſueta, morabatur, omni ſua domeſtica ſuppellectili perprius in *Pruſmorg* tranſmiſſa, quo & ipſe, ſi permiſſus fuiſſet deſcendere cogitabat, ex *Marienborg* in *Tczow*, comitantibus eum *Almannis* & *Bohemis* diſceſſit. In ipſo etiam ſuo diſceſſu manu vibrata, *Polonis*, & *Gdanenſibus* minitans, & intra breuiuſculum ſpacium, ſe tantam iniuriam correcturum, & vltutum, amplis & inflatis verbis ſignificans, aſſerens *Regem Poloniæ non habere tot lebetes, & caldaria, qui ſufficerent ad aleudum eum exercitum, quem contra Poloniam ex Almania adducturus eſſet in breui.* Hiſque verbis, paſſione magis animi, quam libra rationis perlatis, è Caſtro *Marienborg*, & eius poſſeſſione, cum omni familia ſua, flens & eiulans diſcedebat, fortunam ſuam increpans, & *Vlricum Czeruonkam* cæteroſque *Bohemos*, & *Almanos*, ſtipendiarios ſuos culpans, quod eorum factione, & proditione eſſet de terra *Pruſſia* & Caſtro *Marienborg* eiectus.

Ex Caſtro Marienborg, Polonis tradito. Ludouicus Magiſter Pruſſiæ minitans,

& eiulans diſcedit.

Pentecoſtes feſto *Caſimirus Poloniæ* Rex, celebrato in *Gdansk*, dum iam ex denunciatione *Vlrici Czeruonka*, & Baronum *Poloniæ* intellexiſſet, de Caſtro *Marienburg* Magiſtrum, & Stipendiarios deſcendiſſe, feria tertia Pentecoſtes cum gentibus ſuis ex *Gdansk* egreſſus. Vbi per Ciues, per quinque hebdomadas fuit ſufficienter neceſſariis procuratus, feria quarta Pentecoſtes, quæ fuit octaua dies menſis Iunii, tertiarum hora in *Marienborg* peruenit, & Caſtrum *Marienborg* fœliciter intrauit. Quod vbi per *Vlricum Czeruonkam*, & cæteros *Bohemos*, & *Almanos* principaliores, fuit reſignatum, vbi etiam captiui, tam Regii quam Cruciferorum, in *Choynicenſi* clade, & poſtea in particularibus congreſſibus capti, fuerunt, dimiſſi, & liberati, & ſigna ſeu banderia, ante *Choyniczam* capta, ſimul, cum Caſtro *Marienborg* reddita, in maxima lætitia, & hilaritate dies ille, & ſequentes abſumpti ſunt. Nec immerito, cum conſtabat die illa, per Caſtri *Marienborg* apprehenſionem fœdam cladem ante *Choyniczam* receptam, correctam eſſe, & captiuos ad libertatem rediiſſe, cauſamque Regis, & Regni *Poloniæ* inſtauratam, Magiſtri vero & Cruciferorum depreſſam, & deiectam fuiſſe, animoſque omnium rebellium, inuidorum, & hoſtilium, & horum præcipue, qui partes Magiſtri, & Cruciferorum ex *Almania* iuuare nitebantur, & omnem ſpem, reſtaurandi Ordinis concidiſſe. In *Cracouiam* autem nouitas ipſa, ad vtramque Reginam, & Conſiliarios illic præſentes, veloci nuncio perlata, ſuſpenſa, & formidoloſa, fraudem per ſtipendiarios committendam, expaueſcentia, corda adeo reficit, vt pulſibus campanarum, & ſocorum per vniuerſam vrbem extructione, magnitudinem lætitiæ teſtarentur. *Bohemi* autem & *Almani* præſati, dum in *Tczow* fuiſſent, aliquot diebus commorati, reſignatis Regi *Caſimiro Gilawa*, & *Tczow* oppidis (non enim plura loca hi, quibus ſolutio facta eſt, habuere in ſua poteſtate, cæteri autem, perſuadentibus *Bernhardo Schumborski*, & Commendatore *Elbingenſe* detrectauere obſeruare conuenta) feria ſecunda, ante feſtum S. *Viti*, ex *Tczow*, vna cum Magiſtro Cruciferorum, conducentibus eos exeuntes, ſine omni læſione & impedimento, in oras ſuas diuertunt. Et quamuis propenſiora, cumulatioraque dona, quam meritus erat, *Vlricus Cziruonka* tribui ſibi æquum cenſeret, Milites vero *Pruſſiæ* immoderata eum cupiſſe refellerent. *Caſimirus* tamen Rex, volens *Vlrici Cziruonka*, fidem, & conſtantiam præmiare ſibi, Caſtra *Swyecze*, *Golub*, *Prusmorque*, *Kowalyow*, & *Gnyew* cum Oppidis & villis, ex

Caſimirus Poloniæ Rex

Marienburgum ingreſſus,

Vlrici Cziruoncza fidem erga ſe præ-

antiquo

1457. *ſitam amplißimis muneribus honeſtat.*

antiquo ad illa pertinentibus, ad ſuum beneplacitum donat, & ſibi in illis quinquaginta ſex milia florenorum largitur, & inſcribit, A Caſtrique *Swyecze*, & *Golub* ſibi realem tunc dat poſſeſſionem. Libet in præſenti facto, occulta Dei iudicia, & illius opera mirari. Qui cum Reges, & Principes *Poloniæ* hæreditate earum terrarum, videlicet *Pomeraniæ*, & *Culmenſis*, promerentibus id eorum viciis, permiſiſſet per hoſtes leues, & per eos, in ſuffragium ſui, contra barbaros accitos, eiici & expelli, & in cæteris terris Regni, & eqoidem multipliciter affligi & vexari. Tandem Regno *Poloniæ*, & populo eius repropiciatus, dudum ablatas terras mirabilius, quam abſtulerat, reddidit: declarans nubilum indignationis ſuæ, contra gentem *Polonicam* quieuiſſe, & hoſtes illius Cruciferos, de terris, per eos occupatis, excluſiſſe: qui eas ad hoc vnum videbantur poſſediſſe, vt eas *Polonis* redderent, poſt locationem multarum Ciuitatum, B Caſtrorum, & villarum, & inſtaurationem, ad repellendam alluuionem aquarum, aggerum meliorum. Quis inſuper non miretur optimum Deum, in contrariis ſucceſſibus, contrarios effectus produxiſſe. Nam cum *Wladislao* Regi, genitori moderni *Caſimiri* Regis, reportare de Magiſtro, & Ordine, in magno prælio, in die Diuiſionis Apoſtolorum, inſignem, & multis memorandam ſeculis victoriam, vniuerſaſque *Pruſſiæ* terras, ſibi ſubiicere conceſſiſſet: Caſtri tamen *Marienborg*, quod pene vnicum Ordini reſtabat, & quod C poſt quindecim dies, ſi cæptam obſidionem continuaſſet, ſibi reſignabatur, non poterat habere poſſeſſionem. De quo poſtea ſingula ad ordinis ditionem ſunt redacta. Filio autem Regis *Wladislai Caſimiro* moderno Regi, per cladem apud *Choyniczam* acceptam, caſtigato, illud eidem Caſtrum, patri negatum, habere, & in plenam ditionem, & poſſeſſionem, redigere conceſſit, vt in ambiguo videatur relictum, pater, ne poſt triumphum, à Caſtro penitus ſecretus, an filius, poſt cladem Caſtro potitus, fœlicior exiſtimandus ſit: cum neutri potuit contingere, vtriuſque boni largitio.

Regnum Poloniæ Præfectorum negligentia

In terris *Cracouienſibus*, ſub eodem tempore, grandis bellorum ſtridor, ex leui, & facile, ſi Primoribus aliquod ſtudium fuiſſet, ſedabili procella, coortus eſt, qui multifarias calamitates, & damna, oris illis ſubminiſtrauit. Quædam enim gentium colluuies, ex

à manu latronum

Bohemis, *Polonis*, & *Sleſitis*, quibus in *Pruſſia* ſtipendium ſolutum non erat, & quarum Ductores, *Kawka*, homo obſcuræ ſortis, & *Swyeborowski*, duo fratres iamdudum Regno *Poloniæ*, occaſione debitorum, quæ ſe illis ſoluturum, *Wladislaus Hungariæ* Rex ſpoponderat, infeſti, monte, qui *Zebracze* vocatur, prope *Oſſwyaczim* ſito, incaſtellato, plurima damna Regno *Poloniæ* præſertim in terra *Oſſ-*

wyaczimenſe, exuſtione, & rapina cœpit irrogare. Cuius inſolentiam, centum equis 1453. A reſcindibilem, dum Præſides ſua diſſimulatione, & incuria, magis nutriuiſſent, quam compreſſiſſent, adeo illorum, ploribus ob non ſolutum in *Pruſſia* ſtipendium, ad eos dietim confluentibus, creuit congeries, vt loco *Zebracze* non contenti, oppidum *Mirlimicze*, & montem Caſtro *Dobczicze* propinquum, vocatum *Vapiennagora*, nullis prohibentibus incaſtellarent. In quorum etiam conſortium *Ianusſius*, quondam Dux *Oſſwyaczimenſis*, conceſſit, non quod aliqua iniuria, aut debito Regnum *Poloniæ*, eſſet ſibi obnoxium, ſed quod ſperabat, talium auxiliatorum contubernio, ad reſtituendam ſibi terram *Oſſwyaczimenſem*, pro qua iuſtum, & plenum pretium acceperat, Regem, & Regnum *Poloniæ*, eon pulſum iri. Crebreſcentibus itaque ſpoliis, & incendiis, præſidium militum in Caſtro B *Oſſwyaczim* poſitum eſt, quod tantiſper arceret hoſtium ingreſſum, ad ſpolia Regni, quouſque ex terris *Cracouienſi*, *Sandomirienſi*, & *Lublinenſi*, quibus expeditio, iam ad id, licet multis contrarium ſuadentibus, indicta erat, gentes conuenirent. Interim caſus, vſque ad amiſſionem Caſtri *Oſſwyaczim* penetrans, quem in cautelam futurorum inſerere huic operi placuit, ex leui (vt fit) accidit momento. Eſt Caſtro *Oſſwyaczimenſi*, ex coctis lateribus turris, ſatis in altum, & ſpiſſum porrecta. Quæ cum Caſtro, ab omni parte immineat, facile C vniuerſum Caſtrum in ſuam ditionem, redacturus eſſet, quiſquis illius ſortiretur poteſtatem. In hanc, cum octo captiui, per milites Regios comprehenſi, depoſiti fuiſſent, per funem, quo illis cibi mittebantur, non retractum, ſed continue dependentem, ſummitatem turris conſcendunt, & aliquot hominibus, negligentius cuſtodias obſeruantibus comprehenſis, omnes ex turri præcipitant, & Regiis militibus, non formidinem ſolum, ſed & deſperationem, cum illos ad turrim accedere feſtinantes, lapidibus, teliſque, dum ipſi ab omni inuaſione, & ictu, tuti exiſterent ſuperne obruebant. Quo nouo hoſtes cognito, maxima ſpe potiundi Caſtri concepta, para- D bant hominum cateruam, quæ illuc accederet, & occupantibus turrim, aucto numero (facile enim quoſque leuare ad ſe funibus poterant) præſidium ferret. Caſtrumque vniuerſum, in ſuam ditionem redigeret, præſertim, cum turris occupata, omnium neceſſariorum, ad futuros caſus, per Regios milites, & *Ioannem Snowiecz*, illius tunc Capitaneum, eſſet fulcimento prouiſa. Nec hoſtes, ſpes illa feſelliſſet, niſi celeriter *Ioannes Snouiecz*, Capitaneus, ſano vſus conſilio, cum his, qui turrim occupabant, quique de auxilio, per ſuos ferendo, incerti erant, pacto inito, eos liberos, cum reſtitutione equorum, & armorum, quæ dum capiebantur, amiſerant, datis etiam ducentis

collecto iuſto exercitu, infeſtatur,

& Caſtrum Oſſzwyaczim

captiuorum opera turri, præcipitatis cuſtodibus, occupata

in magnum periculum adducitur.

1457. florenis, ſe promiſiſſet dimiſſuros. In hunc morem, dum pactorum eis promiſſorum, accepto complemento, ad ſuos redirent. *Catherina Wlodkoua*, *Wlodkonis* de *Skrzin* vxor, quæ pro illa tempeſtate, arma, bellaque tractabat, dum etiam tunc in *Oſſwyaczim*, perſonaliter conſiſteret, miſſis gentibus ſuis, omnes illos octo, poſitis diſſidiis, trucidari diſpoſuit, & quodcunque illis in equis, armis, & auro datum fuit, auferri. Ita caſtrum *Oſſwyaczim*, io diebus paucis, pene perditum & ſeruatum eit. Armigeri autem & Nobiles terrarum *Cracouienſis*, *Sandomirienſis*, & *Lublinenſis*, & ſi illis tempeſtiue, & ante feſtum S. *Ioannis* Baptiſtæ egreſſus in bellum mandatus fuiſſet, pluresque illorum, principales etiam, ſpecialibus literis & Nunciis denunciaotibus, in quanto periculo reſpublica verſaretor, auiſati fuiſſent, oequicquam moti, magis oſtentui & fabulæ, quam compaſſioni ſingula ounciata reputabant, multis tandem comminatiooibus Regiis, & Nunciis pulſati, non niſi circa feſtum Aſſumptionis ſanctæ *Mariæ* Virgiois egreſſi, tardiſſimo greſſu demoliendo quasque Eccleſiarum & Monaſteriorum, villas, poſſeſſiones, & decimas, incedebant. Nec frugibus omnis generis, quæ in horrea iam collectæ erant, aut pecoribus, quæ remittebant in propria, aut venalitati exponebant, coorenti, ſed etiam rapacibus manibus, quæque interiora perſcrutantes, omni genere iniuriæ & rapinæ, in proprios ſunt vſi, vt non ad hoſtile, ſed ciuile, & domeſticum bellum, eos crederes conſurrexiſſe. Non deerat tamen vltio Diuina, quæ pro tam crudeli ſpolio, in eos, qui ſorti ſuæ dicati ſunt, correſpondeotem, retribueret viciſſitudinem: Nam dum exercitus *Polonicus*, tot ſpoliis propriorum inſignitus, ad Oppidum *Mislimicze*, in quo hoſtes ſe concluſerant, obſidendum conueniſſet, & turpe videretur, longo tempore, numeroſo exercitui, qui ad ſexaginta millia poterat æſtimari, vni vico magis, quam oppido, nec arte, nec natura munito, aſſidere, impetum contra oppidum facit, & illud viriliter oppugnare cœpit. Quo iam pene expugnato, dum hoſtes ſe magna voce dedidiſſe ſueclamaſſent, repente adueniunt. Qui iuſſu primorum Baronum, eos ab expugnatione, & oppidi occupatione, dum iam hoſtes, non niſi proiectione panis, & luti, telis, & propugnaculis deficientibus, vterentur, ſegregant, & abducunt, & victoriam de hoſtibus, non ſine interitu notabilium perſonarum multarum (quadraginta enim Nobiles terrigenæ, cum pluribus aliis minus inſignibus deſiderati ſunt, centum vulnerati) iam adeptam, propriis eripiunt, & hoſtibus concedunt. Hoſtes autem tanto metu liberati, nocte ſequenti, & ampliora valla iaciunt, & lapides, diruta Eccleſia, pro defendiculo conquirunt. Quamobrem rumor magnus in exercitu in craſtinum, & deinceps coortus, fecit pauidos & ſuſpectos, dum aliqui ex illis ex nomine, & certis euidentibus coniecturis, de proditione inſimularentur. Itaque dum ſuſpicionem in dies gliſcentem, & plurima damna, quæ hoſtes exercitui, ad pabulandum eunti, inferebant, de quo nulla a Primoribus interponebatur prouiſio, ſuccreſcere viderent, obſidionem, nulla cogente neceſſitate, ſoluunt, & exercitum non ſine grauiſſimis damnis collectum, circa feſtum ſancti *Matthæi* ad propria remittunt, vt pene ridiculum monſtroſumque extiterit, exercitum tam copioſum, & grandem, multo maiorem in rapinarum, & ſpoliorum propriæ terræ moram, quam in oppugnatione vnius vilis vici, & defenſione in hoſtes feciſſe, Deo, vt arbitror, *Polonos*, propter eorum vicioſos exceſſus, rapinas, prædas, & ſpolia, tali dedecore puniente. Exercitu autem *Polonico*, ad propria diſcedente, creuit hoſtibus & animus, & ad ſpoliandum Regnum *Poloniæ*, ardor, libereque quæq; peragrantes, tam ſpoliis, quam incendiis villarum, & oppidorum abutebantur. Sed & Dux olim *Oſſwyaczinenſis Ianuſſius*, collecta hoſtili manu verſus oppidum *Klobuczko*, in feſto ſanctæ *Hedwigis* deſcendens, illud ſpoliatum igne conſumpſit, ſpoliaque illius & villarum vicinarum ſecum trahens, nullam reſiſtentiam paſſus, diſceſſit. Et quamuis durante circa *Mislimicze* exercitu, & obſidione, hoſtes æquas pacis conditiones ſæpius obtuliſſent, & pro ſtipendio in *Pruſſia* emerito, non dimidium ſolum, ſed etiam minorem partem ſe recepturos in placitorum diebus, mediatore *Conrado* Duce *Olyeſchnicenſe*, qui bellum illud, ne contagione ſua ad interiora *Sleſiæ* ſerperet, prouidebat, paciſcerentur: obſidione tamen ſoluta, in ſuperbiam elati, vniuerſum ſibi ſolui ſtipendium depoſcebant. Quapropter Barones *Poloniæ* pacis tractatu infecto, rurſus ad opponendam defenſionem hoſtibus conuerſi, munera belli, taliter inter ſe partiti ſunt, vt *Ioannes* de *Czizow* Caſtellanus *Cracouienſis* in *Skawina*, *Ioannes* de *Tbaczin* de *Ilkuſch*, *Przedborius* de *Konyecpolie* Caſtellanus *Sandomirienſis* in *Lelow* cum gentibus, & terrigenis terrarum, obſeruent, contra hoſtes excubias, & vaſtationem Regni prohiberent. Et quod de ſodinarum ſalis introitibus, quorum omnem diſpoſitionem ditioni ſuæ ſubegerant, cuilibet equeſtri, militare in locis prædictis volenti, ſi tamen haberet arma competentia, duodecim groſſi *Polonicales*, ſingulis ſeptimanis pro donatiuo largirentur, facto Decreto, vt ſodinæ ſalis vtraq; in ſoluendis debitis Cenſibus, & quibuſcunque introitibus, ſolutione duntaxat Pſalteriſtis, & Caſtri *Cracouienſis* Burgrabiis circumſcripta, eſſet ab omnibus feriata: quo facilius eius introitus, & onera præſentis belli, cum cæteri prouentus Regii deeſſent, poſſet ſufficere. 1457.

Die

1457.

Heduigis filia Caſimiro Regi nata.

Die Mercurii, vigeſima prima menſis Septembris, Completorii hora. *Eliſabeth Polonia* iunior Regina, apud *Craconiam* agens, fœmineam prolem parit. Quæ in baptiſmo, in *Craconienſe* Eccleſia ſuſcepto. *Heduigis* nomen accepit.

Bartholomæus Baczaczki, & Ioannes Laſcz

In beati *Ægidii* Confeſſoris Iouis die, noua terris *Raſſia* amaritudo, acceſſit. Nam dum Capitaneus *Podoliæ*, *Bartholomæus Buczacaki*, verſus *Potilicz*, cum *Ioanne Laſcz*, Succamerario *Podoliæ*, viro in armis ſtrenuo, familiaribus tantummodo continuis ſtipatus, pergeret, nec quicquam de hoſtibus penſi haberet, ſubito nunciatur ſibi *Tartarorum* agmen, haud longe conſiſtere, & prædandi gratia illuc adueniſſe. Qui continuo, ruſticanis hominibus, ex villagiis proximis, operam ſuam ad id ſponte & deuote offerentibus accerſitis, nocte ſequenti ſtationem *Tartarorum*, in qua plures, quam in altera viderat focos, quo facilius, cum paucis plures vincat, inuadit: exiſtimans illa, velut principali profligata, reſiduam, in qua non niſi plebem, & impedimenta ſuſpicabatur eſſe, in fugam conuerti. Et illam quidem ſtationem inuadens, cum ibi tantummodo vulgus promiſcuum, præter ſuam opinionem offendiſſet, faciliter dimicans proſternit. Et omnibus fere interfectis (pauci enim beneficio noctis fugierant) ſe iam eredebat plenarium victorem, ſed illuceſcente die, alia ſtatio *Tartarorum*, in qoa primi *Tartarorum* pugnatores, militesque erant, quæ nocte illa fugiſſe ſe ſimulabat, apparuit. Quam ſi ſubito, iuxta conſilium *Lascz* Succamerarii, in bellis *Tartaricis* plurimum exercitati, *Bartholomæus Buczacki*, antequam paucitas *Polonorum* à *Tartaris* conſpecta eſſet, inuaſiſſet, proueniſſet Diuino fauore, ſperata victoria. Cunctante autem *Bartholomæo Buczaczki*, *Tartari* id quod erat, tenuem exercitum *Polonorum* rati, illum inſuper ex agreſtium fuga, plurimum inermen videntes, turmis ſuis, in circuli modum ambiunt, & in omnes partes telis corripiunt. *Bartholomæus Buczaczki*, ſero conſilii à *Laſczone* præſtiti, pœnitens, nihil tamen periculo mortis motus, in hoſtes cum *Laſcz*, & familiaribus ſuis, animoſe irruit, & omnes quosque obuios deuicit & proſternit. *Tartarorum* tamen abundante multitudine, & ab illis ſæptus vndique, vt ſibi generique ſuo dignum erat, cum ſuis omnibus cadit interfectus, hoſtibus non incruentam victoriam relinquens, dum vltima deſperatione confectus, acerrime pugnans, plures proſtrauiſſet. *Tartari* etſi victoriam ſibi ceſſiſſe viderent: multa tamen ſtrage ſuorum perculſi, veriti etiam, ne illos fatigatos, nouus & recens hoſtilis inuaderet exercitus, celeriori quo poſſunt paſſu diffugiunt, ab omni præda & ſpolio abſtinentes, ſatis ſpoliorum ſe habere rati, ſi incolumes in propria reuertiſſent.

in acie cadunt: non incruentam Scytis relinquentes victoriam.

Spectatam vsque ad crudeliſſimam mortem *Bartholomæi Buczaczki*, & *Ioannis Laſcz*, ideo retuli fidem & virtutem, vt conſtantia illorum, in omni futuri temporis perennitate, ſingulari laude, cum aliorum incitamento, non careat.

1457.

Sed neque in *Pruſſia* benigniorem ſe *Caſimiro* Regi, & genti ſuæ præbuit fortuna. Nam licet Rex oppidum *Gnyew*, quod vnicum, inter oppida, quæ *Viſtulæ* imminent, in hoſtium poteſtate remanſerat, circa feſtum Viſitationis ſanctæ *Mariæ* Virginis, per Aulicos ſuos, obſidione terreſtri cinxiſſet, *Gdanenſesque* naualia auxilia præbuiſſent, atque Rex ex *Marienborg* feria tertia, ante feſtum Natiuitatis ſanctæ *Mariæ* virginis diſcedens, & Caſtrum *Marienborg Vlrico Czeruoncza* dans in tenutam, in ſupplementum militum, & Aulicorum *Gnyew* obſidentium, cum quibus in *Poloniam* redibat, ſufficientem gentium, quæ & pecunia conductæ, & ex *maiori Polonia* tranſmiſſæ erant, exercitum pro continuanda obſidione, reliquiſſet, obſeſſique deficientibus victualibus, fame dietim morerentur. Spes etiam haud incerta reſtabat, intra dies ſeptem, Ciuitatem dedi oportere, exercitus tamen Regius propriæ voluntati ſtudens, & neque obedientiam, neque diſciplinam militarem obſeruans, *Prandotha Liubyeſchowski* Capitanei, nequicquam lachrymoſis precibus inhibitus diſceſſit, & obſidionem ſoluit. Pluresque labores & impenſas, propter ſeptem dierum interuallum, quod perferre non poterat, recidere coegit in irritum. Seceſſionem autem ipſam, *Ioannes Cromno* de *Ruszdorff*, terrigena de terra *Wſchoaenſi*, de Domo *Kothwicz*, auro per Capitaneum loci *Gnyew*, *Fricz* vocatum, vt aſſeritur corruptus, cæteris perſuaſis, effecit. Propter quod, decreto Regis & Baronum, capite damnatus, interiit, *Dobrzinenſes* quoque milites, dum cum hoſtibus numero octingentis, exercitatis, & arma portantibus, vaſtationem terræ *Dobrzinenſis* prohibere volentes, pauci cum multis (erant enim tantummodo quadringenti, inter quos maior pars agreſtium) confligunt, vincuntur, & plures aut occiduntur, aut captiuantur, & terra *Dobrzinenſis* ab hoſtibus ex *Dzyaldow* deſcendentibus ſubiicitur, partim incendiis, partim homagiis. Alius quoque exercitus Regius ex *Bohemis* ſtipendiariis congregatus, ſoluere volens Oppidi *Sepelben*, in partibus ſuperioribus ſiti, obſidionem, cum hoſtibus confligens, eandem fortunam expertus, ſuccubuit & aliquot notabiles *Bohemi* capti.

Autor ſoluendæ obſidionis oppidi Gnyew, Ioannes Kromno de Domo Kothwicz, per Capitaneum Gnyeuenſem Fricz auro corruptus, Decreto Regis & Baronum plectitur. Dobrzinenſis terra ſubiicitur, ab hoſtibus, & ſtipendiarii Regis vincuntur.

His ſucceſſibus dum hoſtibus animos, præſertim Regio diſceſſu auctus eſt, depreſſos erigunt animos, & ad occupandum Caſtrum, & oppidum *Marienborg* omnes conatus & ſtudia conuertunt, inuitantibus & animantibus ad hoc illos proditoribus nonnullis terrigenis, qui in Caſtro morabantur, & Ciuibus *Marien-*

1457. *rienburgenſibus*, quibus *Caſimirus* Rex in ingreſſu ſuo in *Marienborg*, licet contrarium *Gdanenſes*, cæteræque Ciuitates ſuaſiſſent, precibus *Vlrici Czeruonka* deuictus, ne interfecti, aut exiliati fuiſſent pepercerat. Itaque feria quinta ſancti *Michaelis* die, *Bernhardus Schumborski*, ad oppidum *Marienborg* nocte veniens, à proditoribus intromiſſus, omnes turres, & munitiones Ciuitatis, in ſuam redigit poteſtatem, præſidiumque militum Regiorum in lectis decumbentium, nihilque minus quam irruptionem illorum verentium, aut captiuat, aut obtruncat. Nonnulli proditione comperta, ad Caſtrum refugientes, *Vlricum Czeruonkam*, & eos qui in Caſtro erant, faciunt de tradimento certiores. Quo effectum eſt, vt & hoſtes, qui iam in foſſata, Caſtrum ab oppido diuidentia, irruperant, lapidibus obruti, depellerentur, & proditoribus terrigenis, qui in Caſtro morabantur, omnis facultas de adimplendo, quod conceperant, adempta. Die illuceſcente, & cæteris ſubſequentibus diebus, ictibus bombardarum Oppidum *Marienborg*, & omnes illius plateæ, adeo concuſſum eſt, vt nemo poſſet innocue in circulo & platea apparere. Vnus quoque ex proditoribus, bombarda, dum in oppido obequitat, ictus, temeritatis ſuæ ſoluit pœnam. Quapropter hoſtes in Oppido incluſi, ne a fulmine bombardarum obterrerentur, de vna in aliam domum, ruptis parietibus, diſponebant introitus. Sed neque illa cautela, illis præſtitit incolumitatem, dum dietim plures promiſcui, à proiectione bombardarum expirarent. Veriti autem hoſtes, ne ex Caſtro contra illos fieret irruptio, foſſam cum vallo, quo poſſunt altiorem, ordinarunt. *Bernhardusque Schumborski* fauentem ſibi fortunam proſequi exæſtuans, octingentos equites per fluuium *Iſtulam*, qui in illo paſſu *Nogath* vocatur, nauibus verſus *Zolawam* traducit, vt ſibi vniuerſam *Zolauam* faciat tributariam, & homagialem. Fuiſſetque id, quod moliebatur, aſſecutus, niſi *Prandotha Lyubyeſchowski*, qui adhuc oppidi *Gnyew*, obſidionem, cum *Gdanenſibus*, & exercitus Regii reliquiis, audita proditoria occupatione, oppidi *Marienborg* ſuccurrendum Caſtro *Marienborg*, optimum ſalubreque ratus, in *Zolauam* & ipſe cum gentibus ſuis, vix ad quadringentos æſtimatis, de aduentu *Bernhardi Sumborski* ignarus, aduenisset. Et licet pauor exercitum *Ioannis Liubyeſchowski* inuaſiſſet, & refugere plures ad naues, quibus ex *Gdansk* fuerunt aduecti, tentauiſſent: *Pranlotha* tamen *Liubyeſchowski* acrius ſe in transfugam, quam in hoſtem, vibrato tunc gladio vſurum minitante, eos à fuga compeſcuit, & vt maximo animo, quem deſperatio afferre ſolet, in extremo, eſſent, induxit. Pauci tamen qui refugierant à *Gdanenſibus* capite cæſi ſunt. Ingenio autem *Prandotha Liubyeszowski*, exercitus ſuus ſe

Marienburgo,

A ad aggerem, qui *Thama* vocatur, collocat, & in caſtelli ſpeciem currus opponit. *Bernhardus* autem *Sumborski*, *Prandotam Liubyeſchowski*, & gentes, quæ cum illo erant, prædam ſuam, propter paucitatem eorum ratus, ipſos incunctanter inuadit. In ipſo autem pugnæ inicio, quadringenti armati ex *Stargard Prandotha Liubyeszowski* venerunt in ſuccurſum. Propter quod acerrime ab vtriſque & concurſum, & pugnatum eſt. Et dum *Bernhardus*, prima & altera vice repulſus, plures ex ſuis amiſiſſet, in vehementem furorem actus, quod eos, quos victos crediderit, videbat victores, omni niſu, potentiaque virium ſuarum glomeratus, tergum exercitus *Prandotha Liubyeſzowski*, quod illic faciliorem irruptionem

B credebat, tam forti impetu inuadit, vt currus obſtantes proſterneret, & viam ſuis aperiret. Sed dum exercitus *Prandotha Liubyeſchowski*, cognito periculo, non minori animo reſiſteret, octoginta haſtatiis de exercitu *Bernhardi* occiſis, ipſo etiam vulnerato *Bernhardo*, fugatur, pelliturque omnis eius exercitus, reſiduitas, & in oppidum *Neytich* refugit, & oppidum illud communire cæpit: incolis & aliis agreſtibus, quæque neceſſaria in lignis, & pabulis, certatim conferentibus. Sed dum animaduerteret locum, nec arte nec natura munitum, ad oppidum

C *Marienborg* refugit, & ripas *Vila*, ponte ligneo, geminata vice, coniungere parabat, vt faciliorem haberet in *Zolauam* deſcenſum, omnes tamen ſui conatus, per *Gdanenſes*, *Viſlam* obſeruantes, eliſi ſunt. Comperto autem Magiſter *Pruſſiæ* oppidi *Marienborg* per ſuos interceptione, illic quaſi triumphans, & gratulabundus aduenit; ſperans etiam *Cziruonkam*, & eos, qui Caſtrum tenebant, ob inopiam victualium, ad deditionem poſſe pelici. *Culmenſis* præterea Ciuitas, sub iiſdem temporibus, dolo vnius *Bohemi*, vocati *Morava*, qui per omne bellum, ſtipendium Regium merebatur, & accepta vxore, domicilium ſibi in *Chelm*, Rege fauente, & fortunas ſuas promouente, *Bernardo* prodita accepta-

Chelmno,

D que eſt. Is enim, cum aliquibus tenuis ſortis Ciuibus conſpirans, hoſtibus nocte intempeſta, portam aperuit, & reliquos Ciues fidos, multitudine hoſtium territos, quamuis illis ſuperiores facile eſſe potuiſſent, fugere, omnibus bonis derelictis, homo proditorius & inſidus coëgit. Oppidum etiam *Gilaua*, dum Regius Capitaneus *Biſtram Sleſita*, ab hoſtibus, in quos inermis ex Ciuitate proſilierat, interfectus eſſet, & gentes ſuæ in hoſtilia loca prædatum iuiſſent, paucis, qui remanſerant, excluſis, portas gentibus Regiis claudunt, & hoſtile præſidium, in pauco tamen numero, quod facile poſtea eiicere poſſent,

& Gilawa oppidis, per proditionem ſuorum, Caſimirus Rex amiſſis,

1457.

poſſent, acipiunt. Nihil tamen Rex de diligentia, quamnis cætera, tam infida ſibi & ſuſpeća exiſtimare poterat, remiſit: ſed exercitu ſex millium hominum tam in equeſtri, quam in pedeſtri milire, optime armis indutum, ex terris maioris Poloniæ lectum, verſus *Marienborg*, præfecto eis pro Ductore *Stiborio* de *Chelm maioris Poloniæ* Capitaneo, transmitit. Tantum autem actalem exercitum *maioris Poloniæ* nobilium & Ciuium, iuxta quantitatem bonorum expediuit ſolicitudo, & conſenſus. Conuentum enim erat inter illos, vt qui centum marcas Annui Cenſus haberet, vnam lanceam, bene fulcitam expediret. Ciuitates vero, pedeſtres mitterent. Qua concordia effectum eſt, vt notabilis exercitus, & ad omnia promptus, facilis & expeditus, ſub breui tempore, ad explendam ingruentem neceſſitatem conſlaretur. Recenſito Rex huiuſmodi exercitu *Bidgoſtiæ*, data inſtructione Capitaneo, & aliis ordinum Ductoribus, animato etiam vniuerſo exercitu, illum licentiat. Qui per terram *Pomeraniæ*, ſuperato flumine *Viſla*, circa oppidum *Tczow*, in Caſtrum *Marienborg*, incolumis peruenit, & omne periculum, quod Caſtro *Marienburgenſi*, & *Vlrico Czeruoncza*, ſuiſque in Caſtro concluſis, imminebat, diſpulit, ac hoſtium ferociam, de ſucceſſuum fœlicitate gloriantem & exultantem, potenter perdomuit, Caſtrumque *Marienburgenſe* ſufficienti victualium prouiſione muniuit.

Sex millia hominum bene armatorum mittit, præficiens illis in Capitaneum, Stiborium de Chelm, & niſi Czirnonka & Lubyeſchowski conatibus Bernhardi Schumborski vi obſtitiſſent, & Caſtrum Marienborg & Zalauam occupaſſet.

Ex *Bidgoſthia Caſimirus Poloniæ* Rex diſcedens, pro feſto ſanctæ *Catherinæ*, *Pyotrcouiam* peruenit, & illic generalem tennit Conuentionem. Vbi ad ſuam Serenitatem, tam mater, quam coniunx peruenerunt. Et quamuis Prælati, & Barones ex terris *maioris Poloniæ* illic conueniſſent; ex terris tamen *Cracouienſibus*, duo ſolum, videlicet *Thomas* Epiſcopus, & *Ioannes* de *Czizow* Caſtellanus, *Cracouienſes*, veniunt: cæteris ad cuſtodiam metarum, ne per hoſtes amplius infeſtarentur, remanentibus. Et in ipſa quidem Conuentione, etſi de his, qui ob non ſolutum eis in *Pruſſia* emeritum ſtipendium, Regnum ex tribus locis, per eos incaſtellatis, videlicet *Mislimicze*, *Zebraeze*, & *Vapienna gora* infeſtabant, multa fuiſſent dicta ventilataque, & cunctis Cmethonibus imponere fertones, ex quibus ſolutio proueniret, placuiſſet, omnis tamen concluſio huiuſce rei, in conuentionem in *Colo* priuatim renendam, dilata eſt. Rege autem *Caſimiro* in prædicta Conuentione *Pyotrcouienſe* ſtante, triſtis illi & ſuæ conſorti Nuncius allatus eſt. *Ladislaum videlicet Hungariæ, & Bohemiæ Regem, ac Ducem Auſtriæ, in Praga tunc agentem*, cui iam filia *Caroli* Regis *Franciæ*, virgo *Magdalena*, in matrimonium fuerat deſponſata, & qui ad ſolennitates nuptiarum futurarum, *Pragæ* celebrandarum, *Caſimirum* Regem *Poloniæ*, per ſolennes Nuncios inuitauerat, *in die beatæ Cæciliæ, ſubito infirmatum eſſe, & in die beati Clementis, ex morbis, etiam tunc latentibus, diem obiiſſe, ac in die beatæ Catherinæ, in Eccleſia Pragenſi, in ſepulchro Protaui ſui Caroli Imperatoris Romanorum ſepultum, & nouam nuptam ex medio itinere reuerſam eſſe.* Quæ nouitas maximo dolore pectus Regium, ſimulque ſuæ conſortis concuſſit, & omnis Regia luctu & fletibus plena, triſte præbebat, etiam his, ad quos non pertinebat, ſpectaculum. Dolebant enim ſe tam optimo conſanguineo & affine orbatos, ſimulque gemebant omnem prolem maſculinam illius optimi Regis *Alberti* extinctam.

Regi Caſimiro de rebus ſui Regni conſulenti, Piotrcouiæ triſto Nuncium de morte Ladislai Hungariæ & Bohemiæ Regis adſertur. Cuius etiam morte audita ſponſa ſua Magdalena, filia Regis Franciæ Caroli, ex itinere ad eum ſuſcepto reuertitur. 1457.

De morte autem *Ladislai Hungariæ* & *Bohemiæ* Regis, ac Ducis *Auſtriæ* varii ferebantur rumores. Et licet illum nonnulli ex peſte, diem obiiſſe aſtruerent; vulgatiori tamen, & craſſiori ſermone, in annos etiam plures perducto, *Georgius* de *Pozdziebrath*, qui ſummam rerum *Bohemicarum*, cui multis annis præerat, amare, & cum ſingultibus, & lachrymis, Rege *Ladislao*, in *Bohemiam* veniente, ſcitus erat dimiſiſſe, de morte ſua, quaſi illam veneno procuraſſet, à notabilibus & grauibus inſimulabatur. Idque quam maxime publica tenebat opinio. Occumbente autem præfato Rege *Ladislao*, *Georgius* ipſe ſummæ rerum *Bohemicarum* præſidere cæpit, & ſe in Regem *Bohemiæ* erigere, in animum induxit. Inſimulabatur, & de morte *Ladislai* Regis *Ioanna*, *Georgii Poſdzyebracki* vxor, quod eam in pomo, Regi dato, veneno interlito effecerit: omniſque culpa in *Ioannam* præfatam retorquebatur, quaſi Sellæ Regiæ, pro ſe & viro auida, veluti altera *Tanaquil*, adoleſcentem optimum ſuſtuliſſet.

Georgius Poszdiebraczki & ſua vxor, Ioanna, inſimulantur de Ladislai Hungariæ & Bohemiæ Regis morte, quaſi eam procuraſſet ſpe regnandi concepta.

Ex *Pyotrkow Caſimirus Poloniæ* Rex diſcedens, per ſolita loca verſus *Sandomiriam* iuit, & conſorte illic cum parte impedimentorum relicta, venit in nouam Ciuitatem *Korczin*. Et die dominico, poſt feſtum ſanctæ *Luciæ*, terrarum *Cracouienſium*, & *Ruſſiæ*, tenuit aliam conuentionem, ad quam etiam *Ioannes* Epiſcopus *Wladislauienſis*, & Cancellarius Regni, *Stanislaus* de *Oſtrorog Caliſſienſis*, & *Petrus* de *Oporow Lancicienſis*, Palatini, ex terris *maioris Poloniæ* miſſi, aduenerant. Ibi, cum diebus aliquot, continua Regni *Poloniæ* perditatio & ruina, ſenſim, dietimque ex malo regimine tam Regis, quam ſuorum officialium, longo latoque ſermone deducta fuiſſet. Rexque ipſe coram de iniuſta Regni adminiſtratione, & de eius continua diſtractione, publico ſermone carpretur: prouiſio tamen ad ſubmouendum tantum malum ſtabilis & efficax reperiri non poterat: cum Rex in adminiſtratorem, & gubernatorem Regni, prout

Caſimirus Rex Poloniæ in Conuentione Korczinenſi mala adminiſtrationis arguitur, Gubernatorque efflagitatur,

 quibus·

1457. quibuſdam complacuerat, aliquem ſurrogari, omni morte amarius ducebat. Itaque illa tempeſtate aliud ſanciri, concludique non potuit, niſi vt fertones per vniuerſum Regnum, ad ſoluenda ſtipendia *Prutbenica* his, qui regnum laceſſebant, imponerentur, & vt *Cracouia* poneretur Capitaneus, introitibus Regalibus prouiſus: qui contra ſubitos inſultus hoſtium, cum ducentis familiaribus ſuis, & aliis auxiliariis occurreret. Quæ concluſio illico effectui mandata eſt, & fertonum exactio collectoribus commiſſa. *Ioanne* autem de *Czizow* Caſtellano *Cracouienſe*, à Capitaneatu *Cracouienſe*, quem decem & ſeptem annis rexerat, qui & ipſe vacationem petebat, deſtituto. *Nicolaus Pyeniazek* de *Vitbouicze* Capitaneus *Cracouienſis*, aucto ſibi ſalario, quo maiorem familiam tenere poſſet, creatus eſt.

fertones indicuntur Capitaneo Cracouienſi Nicolao Pienyazek, qui Ioanni de Czizow in Capitaneatu ſucceſſerat, cenſus augetur.

Veneeslaus Ratbiborienſis Dux, filius *Ianusſii*, vltima die menſis Octobris, apud *Ratbiboriam* vita excedens, in Monaſterio ſanctimonialium in *Ratbibor*, ordinis Prædicatorum, ſepelitur, vnum filium *Ianusſium* & tres filias *Catharinam*, *Helenam* & *Annam* ex *Margaretha* filia *Vincentii*, de *Schamotuli*, Caſtellani *Myedzirzeccenſis*, & relicta *Caſimiri Maſouiæ* Ducis ſuſceptos, relinquens. Proceſſu autem temporis, *Catharina Wladislao* de *Damoborz* Caſtellano *Naklenſi*, *Helena Ioanni* de *Oſtrorog*, Decretorum Doctori, Caſtellano *Myedzirzecenſi* nupſit.

Venzeslaus Ratbiborienſis Dux moritur vnum filium & tres filias relinquens.

Puerorum ingens turba, de diuerſis regionibus coadunata, & ſpiritu ſancto vt præſumebatur, inſtincta, peregrinationem longam, ad S. *Michaëlem* magno zelo, ad mare *Britanicum*, laborioſo conatu, in ſexo vtroque arripuit. Et licet parentes illos in ædibus thalamiſque, ne ad illam proficiſcerentur detinendo, concluderent: omnium tamen obliti, per feneſtras, foramina, & cancellos, deorſum ſe præcipitabant, & inuitis parentibus pergebant. Quod apud pleroſque fuit horridum, & prodigii loco, & qui verebantur illos malo agitari ſpiritu, & ad peregrinationem inſolitam, nunquam alias vulgatam, ſtatum tenerum, & fragilem, per quietem viſionibus quibuſdam, illis apparentibus, impelli, Commotio tamen illa, pauco durauit tempore.

Pueri vtriuſque ſexus, neſcitur quo Spiritu acti inuitis parentibus peregrinationem nouam incœptant.

1458. Solennitatem Natalis Chriſti anni præfati, *Caſimirus Poloniæ* Rex in noua ciuitate cum Matre ſua *Zopbia* Regina ſeniore, Prælatiſque & Baronibus, primoribus, celebrauit. Neque enim expedito, rerum publicarum infra dies, feſtum Chriſti præcedentes, prouenire poterat, ſed cogebantur ad illas, in diebus feſtum Chriſti ſubſequentibus, vacare: Rebus autem publicis, bono ordine compoſitis, *Oſwyazimenſiſque* terræ nobilibus, qui per hoſtes plurimum attriti, depreſſique erant, congrua prouiſione & largitione erectis, *Caſimirus* Rex *Cracouiam*, feria quinta in craſtino Innocentum, aduenit. Sub cuius præſentia, dum hoſtes clandeſtinis itineribus ex locis incaſtellatis *Zebracze* & *Vapnna gora*, Oppidum *Miſlimicze* aggreſſi, incendiſſent, miſſi extemplo Aulici Regii, aliquos ex illis comprehendunt, aliquos occidunt, cæteri in ſyluarum latibula dilabuntur, & præda omnis illis erepta.

1458. *Oppidum Miſlimicze opera latronum incenditur.*

Feria quarta, ante feſtum Epiphaniarum diem. *Caſimirus Poloniæ* Rex *Cracouia* greſſus, *Sandomiriam* contendit. Et illic Epiphaniæ die celebrato, ſolutiſque & actis exequiis, in ſalutem, decus, & memoriam *Ladislai Hungariæ*, & *Bohemiæ* Regis, in *Lithuaniam* cum Conſorte *Eliſabeth* tranſiit, & illic tempus omne hyemis exegit. Et quanquam prope abſciſſa res notabatur, tamen non ab re eſſe & Regi, & Conſiliariis, viſum eſt, vt ad vtrumque Regnum *Hungariæ*, videlicet & *Bohemiæ*, Legati mitterentur. Iuerunt itaque ad *Hungaros*, *Creslaus Voyſſik*, Succamerarius *Cracouienſis*, ad *Bohemos* vero *Nicolaus Chrzaſtowski* Tribunus *Cracouienſis*. Admonituri vtroſque, vt meminerint, nulli alii, quam *Caſimiro* Regi, & filiis ſuis, in Regnis ius competere. Ab vtriſque tamen parum æquis auditi auribus, cum vtrique in alios mentem iniecíſſent.

Caſimirus Poloniæ Rex

Legatos in Hungariam & Bohemiam mittit, qui eos ſui iuris in vtroque Regno admonerent.

Die Dominico S. *Vincentii*, Regni *Hungariæ* Prælati, Barones, & Nobiles, celebrato apud *Budam*, pro eligendo Rege Conuentu, ad quem ex omni ordine frequens numerus *Hungarorum* conuenerat. *Matthiam* filium olim *Ioannis* de *Hunyad* Gubernatoris *Hungariæ*, in tredecimo ætatis conſtitutum nondum ex captiuitate, qua apud *Georgium* de *Poſdzyebrath*, Gubernatorem *Bohemiæ* detinebatur, ſolutum, nullo diſcrepante, in Regem, & *Michaëlem Zuladin*, auunculum ſuum germanum, qui cum quinque millibus gentium, ſtipendio conductarum, quarum maior pars ex *Polonis* erat, aduenerat; motus, ſi qui, pro alterius, quam nepotis ſui *Matthiæ* electione, conſurgerent, armis oppreſſurus, in Gubernatorem Regni *Hungariæ* eligunt. Et quo ſolidius electio huiuſmodi procederet, pro liberatione electi Regis congeruntur quinquaginta aureorum millia, & caſtrum *Budenſe*, per *Ladiſlaum* de *Gara*, Palatinum *Hungariæ*. Caſtrum vero *Viſchegrad* per *Nicolaum Fryſtbaczki*, Palatinum *Tranſyluaniæ*, in poteſtatem *Michaëlis Zuladin*, reſignatur. Ad fluenta quoque *Danubii*, patibuli terror, funem & aſciam continens, erectus, eos qui *Matthiæ* in Regem, & *Michaëlis Zuladin* in Gubernatorem, electioni contrauenirent puniturus. *Fredericus Romanorum* Imperator, & *Auſtriæ* Dux, aut diſcordem, aut ineptam electionem veritus, perſuadere *Hungaris*, & literis, & nunciis, conatus eſt, *quatenus in eligendo futuro Rege, omnem in Caſimirum Poloniæ Regem, cui propter iacturam Regni Hungariæ,*

Matthiam Huniadis filium tredecim annorum in captiuitate apud Georgium Posdzyebraczki, in Bohemia detentum Hungari ſibi in Regem, & auunculum eius Zuladin in Gubernatorem eligunt.

Frederici Imperatoris Romanorum perſuaſione reiecta, quæ illos hortabatur,

dile- vt Caſimi-

1458. *-rum Polonia Regem, cui in Hungariam ratione conſortis ſuæ Elizabeth ſucceſſio debebatur, eligerent.*

debetur ſucceſſi, reſpectum verterent, omnem aliam electionem, etiam ſi illam de ſe, aut fratre Alberto Auſtriæ Duce, & quocunque alio Principe, celebrari contingeret, ad irritum, non ſine profluuio ſanguinis Chriſtiani, & Regni totius Hungariæ, colliſione, reciſuram. Hungari tamen nihil eorum, de quibus ſaluberrime admonebantur, penſi habentes, non ſolum iniuſtam, ſed etiam infamem ſibi electionem, conficere non ſunt veriti, vt ſatis mirandum ſit *Hungaros*, eo dementiæ progreſſos, hominem obſcuræ ſtirpis, nulla adhuc probitatis dantem ſigna, & captiuum, ſeruumque, nondum liberatione eius ordinata, cuius germanum *Ladislaum*, vix vno anno exacto, B parentando *Vlrici, Cilia* Comitis, ſanguini, in cuius necem ſe conſpiraſſe, per huiuſmodi electionem declararunt, occiderant, ſpreta illuſtri propagine, pronis, & concordibus votis, quod raro apud gentem illam contigiſſe, quis meminerit, pro Rege elegiſſe, & gubernacula Regni auunculo ſuo mandaſſe.

Sed nec *Bohemis* ſanior mens, quam *Hungaris* inerat, ſiue fato id accidebat, ſiue cœleſtium diſpoſitio rectum auferebat. Celebrato enim apud *Pragam*, pro quatuor temporibus Cinerum Conuentu, Baronibus & Ciuitatum Nunciis præſentibus. *Georgius Pozdzyebraczki* Gubernator *Bohemiæ*, vir alioqui nobilis, & in adminiſtrandis publicis Regni prouidus, & idoneus, ſed in fide recta, ſequendo errores *Viclephiſticos*, ab Eccleſia damnatos, plurimum deprauatus, & arroneus, factiona conſpirationeque eorum, qui vetuſta hæreſi *Viclephiſtica* infecti erant, cæteris Baronibus fidelibus aut corruptis, aut metu expreſſis, ſequentibus magis quam probantibus, in Regem *Bohemiæ*, feria quinta ante Dominicam Oculi, quæ ſecunda dies fuit menſis Martii, eligitur, contempta Chriſtianiſſimi Regis *Franciæ Caroli* oblatione, qui per ſolennes Oratores ſuos tunc *Pragæ* præſentes, *affinis & filii ſui Ladislai Regis immatura morte ſe vehementer afflictum* declarans, hortabatur *Bohemos, quatenus vnum ex filiis ſuis in Regis mortui, ſurrogarent, locum, offerens eorum beneuolentiam liberaliſſimo pacto repenſurum, quod nunquam illis de cetero eſſet prouenturum:* & quod illis (ſi non fuiſſent ſtolidis mentibus, & deprauatis hæreſi) omni quærendum, & optandum conatu erat & ſtudio, *reſtitutione, videlicet Comitatus Lucemburgenſis, per Ducem Burgundiæ occupati, & omnium bonorum, tam Eccleſiaſticorum, quam Regalium, in quibuſcunque ſummis obligatorum, redemptione, non tam pro ſuis filiis, in craſtinum forſitan, poſt expletas oblationes morituri, Principatu, quam pro bono Chriſtianitatis.* Et ne quid huiuſmodi peticione includeretur, a iuſticia alienum, etiam id adiectum eſt. *Scire*

Georgius Posdzyebraczki

ſciſmaticus

ſe Regem Franciæ, neminem in Regno Bohemiæ, niſi Caſimirum Regem Poloniæ, ratione Con- A *ſortis ſuæ, ius habere, idque ſibi ſaluum fieri, & velle & debere: etiam Regis Franciæ poſtione, per Bohemiæ Barones admiſſa. Regi enim Poloniæ, filio, ſi illum in Regno Bohemiæ regnare decerneret, filiam ſuam, ſi vero Rex Poloniæ, proprio filio neglecto, mallet filiam in Bohemia regnare, ſe filium illi iuncturum, & oblatas conditiones impleturum* ſpondebat. Hac itaque ſaluberrima, & ſibi & toti Chriſtianitati oblatione, pro qua Rex ipſe *Franciæ* Chriſtianiſſimus, maximum meretur laudis præconium, contempta, Marchionis inſuper B *Miſſnenſis*, qui alteram, & ſeniorem Regis *Ladislai* ſororem, habebat conſortem, per notabilem legationem, ne in iure ſuo poſtergaretur, admonentis, precibus repulſis, *Bohemorum* Proceres veriti, ne perfidum, & profanum ritum deſerere, ne Eccleſiaſtica, & Regalia bona, longo tempore, per eos occupata reſignare, ne vicioſis moribus abdicare ſe, ſub Principatu noui Regis, cogerentur, perſonam pro ſubſtituendo Rege, quamuis bonis & immoratis Baronibus, & in recta fide nunquam titubantibus, id quam maxime peroſis, talem quæſiuerunt repereruntque, qui eorum deteſtando ritui, moribus, & vitæ, conueniret. Tuncque manifeſta, in Regis *Ladislai* necem, conſpiratio detecta eſt, & pro comperto habi- C tum, quod Rex ipſe, & adoleſcens ingenuus, veneno, in pomo ſibi, *Gyerzikonis Posdzyebraczki*, vt aſſeritur, callidirate, & dolo propinato, quod & illum infeſtum ſuo ritui plurimum videbat, & ſe ſibi ſucceſſurum in Regno *Bohemiæ* portendebat, fuerit ſublatus.

neglecto Caſimiro Poloniæ Rege & conditionibus honeſtis Regis Franciæ Caroli

in Regem Bohemiæ eligitur.

Inſimulatus eſt *Vlricus Eczinger Auſtralis* Baro, & præcipuus Regis *Ladislai* Conſiliarius, quaſi & ipſe cum *Gyerzikone Posdzyebraczki*, & *Matthia* filio *Ioannis* de *Hunyad*, Electo *Hungariæ*, conſpirationis de venenando *Ladislao* Rege *Hungariæ*, & *Bohemiæ*, conſcius fuerit, & quod practice ipſa, per tres Gubernatores prædictos, notabili tempore fabricata fuerit, & tandem per *Gierzikonem Posdzyebraczki* executioni mandata. Vnde & ipſe *Vlricus Eczinger*, per *Albertum* Ducem D *Auſtriæ*, germanum *Frederici* Imperatoris, & Conſules *Viennenſes* captus, adhibitis tormentis, ſingulas calliditates, tractatus & ingenia, quibus venenatio huiuſmodi per eos practicabatur deteχiſſe aſſertus eſt. Pro magno id certe, apud orbem Catholicum habitum monſtro, vt duo inſignes populi, duoque Regna, *Hungaria* videlicet, & *Bohemia*, quaſi ex compoſito, ad inſaniam verſa, ſpretis heredibus, Catholicisque Principibus, id dementiæ aſſumerent, vt vnum nebulonem, alterum hæreticum, vtrumque obſcuræ ſortis hominem, ſibi pro Rege deuouerent. *Gyerzikonem* enim conſtabat, etſi in gubernando *Bohemico* Regno ſolertem & decorum, peſtiiero

Vlricus Eczinger Auſtralis Baro Regis Ladislai Conſiliarius,

per Albertum Auſtriæ Ducem, & Viennenſes captus, vi tormentorum omnes calliditates venenationis, de qua & ipſe inſimulabatur, Regis Ladislai detegit.

1458. cia ſerentes, etiam reſidua ſuburbana ſunt demolita.

Feria ſecunda, in die Sanctorum, *Philippi* & *Iacobi* Apoſtolorum, *Caſimirus* Rex *Poloniæ* ex *Lithuania*, cum Conſorte ſua *Eliſabeth* Regina adueniens, generalem tenuit in *Pyotrkow* Conuentionem, ad quam, & *Zophia* ſenior Regina, genitrix *Caſimiri* aduenerat. Quo *Virico Czirnonka*, Capitaneo in *Marienborg*, & pluribus aliis Regiis in *Pruſſia* Capitaneis, aduenientibus, & faciem, ordinemque rerum *Pruſſiæ* declarantibus, expeditio generalis, totius Regni *Poloniæ* indicta, decretaque eſt, & dies S. *Viti*, locusque *Gnyewkow*, omnibus copiis ad veniendum conſignata. Hoſtibus autem ex *Mislimieze Vapienna gora* & *Zebracze*, pro emerito ſtipendio in *Pruſſia*, Regnum *Poloniæ* infeſtantibus, ſolutio, ex fertonibus totius Regni, & Ciuitatum exactione, iuxta ordinationem, & modificationem, per *Nicolaum* de *Brzezye*, Regni *Poloniæ* Marſchalcum, *Nicolaum Pyenazek Cracouienſem*, & *Ioannem Sinowyecz*, *Oſſwyaczimenſem*, Capitaneos, concluſam decreta. Ad quam conficiendam, *Ioannes* de *Czizow*, Caſtellanus *Cracouienſis*, Cracouiam miſſus, quatenus expeditio *Pruthenica* cumulatius ageretur. Venerat ad Conuentionem ipſam *Ioannes Giskra* ex *Hungaria*, & obtenta audientia, multo longoque ſermone perſuadere *Caſimiro* Regi, & Conſiliariis *Poloniæ* niſus eſt, *quatenus Regnum Hungariæ, ratione Conſortis ſuæ Eliſabeth Reginæ, ad eum pertinens, occupari, detinerique per Matthiam de Hunyad Electum, non fineret, ſed cum potenti exercitu ſuorum fidelium, illud quoque celerius intraret, plenam poſſeſſionem illius, ſub breui tempore habiturus, operam ſuam, & fidem, quæ partes Ladislai, olim Regis Hungariæ adiuuerat, in Caſimirum Regem, Conſortemq́ ſuam & prolem de cetero translaturos.* Subiungens *plures Barones Hungariæ ſibi adhæſuros. Caſtraque in Hungaria quamplurima, quæ per ipſum, aut ſuos tenerentur, extare, quæ in ditionem Regis Caſimiri, vna cum Ciuitatibus ſingulis Regni Hungariæ, in obedientiam ſuam procliue & deuote, eo in Hungariam adueniente, ſponte acceſſura ſunt.* Super qua re, dum longa fuiſſet habita deliberatio, tandem ei, per organum *Ioannis* de *Thaczin* Palatini *Cracouienſis*, in hanc ſententiam, reſponſum eſt. *Gratum quidem, vir ſpectabilis, habemus tuæ propoſitum diligentiæ, qui ſynceram fidem, nulla vacillatione permixtam, quam præterito tempore, vxoris noſtræ, germano, illuſtriſſimo Ladislao, Hungariæ & Bohemiæ Regi, exhibuiſti, in nos conferendo, ad apprehendendam Regni Hungariæ poſſeſſionem, nos inducis, & animas, pro qua re fideq́ tua, & deuotione, meritus es, vt te ſingulari fauore, & beneficentia proſequamur. Et quamuis pro morte Ladislai Hungariæ & Bohemiæ Regis, affinis noſtri, plures dolores, & anxietates perferrimus, in eo tamen magis affligimur, & cruciamur, quod illum fama communi referente, quæ vniuerſam Chriſtianitatem complet, audimus veneno extinctum: De quo non aliis magis, quam Baronibus Bohemiæ, quibus ipſe ſe in totum, propriis etiam Auſtralibus prætermiſſis, permiſerat, negligentius vitam ſuam prouidentibus ſuccenſemus. Petere autem Regni Hungariæ poſſeſſionem, quamuis multiplici iure nobis debitam, duo nos vetant. Primum noſtra modeſtia, quæ de Regno Poloniæ & aliis Dominiis, in quæ iure paterno ſucceſſimus, contenti, à cæteris vellemus auertere appetitum, præſertim penſata fide Prælatorum, Principum, Baronum, & ſubditorum noſtrorum, quibus coram te agimus gratias, & in poſterum [illegible] ſumus, qui & Parentem meum, germanumque & me, magna integritatis ſuæ coluerunt, coluntque deuotione, & in eum ſtatum, in quo me vides, conduxerunt. Alterum bellum Pruthenicum, quod pro recuperandis naturalibus Regni Poloniæ terris, per Magiſtrum & Ordinem Cruciferorum, per longa ſecula occupatis, gerendum iuſtisſima, ex cauſa ſuſcepi, quodq́ nullatenus poſſum deſerere. Non ob id tamen aliquis autumet, me ius vacantium Regnorum, quod mihi & Conſorti meæ, natisq́ competit, quod & Chriſtianisſimus Rex Franciæ, in legatione ſua, ad Bohemos facta, non tacuit, neglectum velle iri. Quin ſi Prælati, & Barones Regni Hungariæ, ſententiam ſuam, meliori ordinatione, non correxerint, opportunitate temporis nacta; & bello Pruthenico, fæliciter dante Domino, perfecto, ea agam, quæ & Diuinitas, iuſtas cauſas adiuuans, inſpirauerit, & tu cum cæteris fidelibus meis conſulueris.* Ad hæc *Ioannes Giskra*, *ſi*, inquit, *bellum Pruthenicum tuæ Maieſtati obſtaculo eſt, ſi permittis in Prusſiam vado, illud, qua potero arte (omnes enim Bohemi, qui in altera militant parte, familiares mei ſunt) cum tuo tamen, & regni tui profectu, extincturus.* Annuit Rex deſiderio ſuo, & prouiſum viatico, in *Prusſiam* ire iubet; præſertim, cum & per plures alias intermedias perſonas, ſpes haud dubia facta fuerit Regi, Magiſtrum & Ordinem ſummo æſtu concordiam flagitare. Quibus ſic peractis *Caſimirus* Rex, cum Conſorte ſua, verſus *Caliſch* proceſſit, ea, quæ pro futuro bello, in *Pruſſia* gerendo, neceſſaria ſunt expediturus. *Ioannes* autem *Giskra*, ſub conductu & viatico Regio, in *Prusſiam* perueniens, varios de pace tractatus, cum Magiſtro, & Ordine, *Bernhardo Schumborski*, cæteriſque partis aduerſæ ſtipendiariis, nullum profectum afferentibus, agitare cæpit. Magnos enim magis, quam vtiles Magiſter & Ordo, ſuique ſtipendiarii, habebant ſpiritus, ſucceſſuum fælicitate aſſumptos, qui illis rectum & ſanum conſilium auferebant. 1458.

Caſimirum Poloniæ Regem contra Pruſſiam bellum decernentem Pyotrconia

Ioannes Iskra Hungariæ Baro, ad proſequendum in Regno Hungariæ ius ſuum incitat.

Quem Caſimirus Rex in Pruſſiam belli extinguendi gratia ablegat.

1458.

Exercitus Polonorum in Pruſſiam tendens Caſtrum Papow

Succedente tempore, dum tractatus *Ioannis Giskra*, pacem non afferrent, *Caſimirus* Rex, Copiis omnium terrarum, ad illum in *Gnyewkow* congregatis, in terras *Pruſſiæ* procedit. Et circa *Thorun*, ponte ex nauibus conſtructo, *Viſla* amne ſuperato, ad Caſtrum *Papow*, quod hoſtes fraude, depulſo Regio præſidio, interceperant & ex quo *Thorunenſes*, variis afficiebant incommodis, feria ſexta, in vigilia ſanctæ *Mariæ Magdalenæ*, peruenit. Nemo erat qui illius expugnationem tentandam conſuleret. Altis enim muris, & profundis, aquoſisq; foſſatis vndique cinctum, ſpem expugnationis non faciebat. Famuli tamen militum, & agaſones, ac aurigæ nobilium, nullo hortante, ad id, vel commoniti, neque aliquo ſigno aut imperio accepto, ſed ſuapte ſponte glomeratim, & quaſi ex compoſito, ad muros Caſtri accurrunt, & pertinaci diligentia, muros ſuffodere cœperunt. Quorum auſum omnis exercitus comprobans, armis correptis, bombardiſque appoſitis, impugnationem cœptam inſtaurauit. Erant autem omnes, ad illius conquiſitionem, tanto ſtudio incenſi, vt defenſoribus Caſtri, in muris conſiſtendi, & defenſionem opponendi, omnem prohiberent imbre miſſilium, quoſlibet feriendo, poteſtatem. Qui cum ſe extrema paſſuros non dubitarent, vociferatione magna miſerationem precabantur. Ex authoritate itaque *Caſimiri* Regis, & Baronum, *Petrus* de *Schamotuli* Caſtellanus *Poſnanienſis* (is enim creatus erat, per Regem, Princeps militiæ) accurrens, hoſtes ex Caſtro, quod iam *Polonorum* milites, porta effracta, intrauerant, ne ab iratis militibus trucidarentur, per alteram minorem portam, educit. Ex qua re tantam bilem milites *Poloniæ* hauſerant, vt expugnatione Caſtri intermiſſa, *Petrum* de *Schamotuli*, Principem militiæ, & cum captiuis, niſi alteram viam tenens, eorum conatus feſelliſſet, occidendum ſtatuerent. Cecidit tunc inſignis adoleſcens *Sbigneus Czayca* de *Lawor*, de Domo *Dabno*, pixide caput rumpente, & cum illo duo *Dobrzicki Polonus*, & *Dauid Bohemus* Ductor curruum. Sed & vulnerati plures extabant, quibus, quia ſubductis captiois parentari non poterat, omnis exercitus in Regem fremebat, & Barones. Iuſtæ quoque iræ, alia iuſtior acceſſit. Nonnulli ſiquidem Barones, Caſtrum videntes expugnatum, familiam immittunt, promptuariaque & cellaria, omnium victualium, abundantia referta, occupant, & ne cætera multitudo, ex illis participaret, prohibent. Duplici itaque iniuria, permota multitudo, antequam victualium è Caſtro fieret exportatio, faces Caſtro iniicit, igneque graſſante, non victualia tantummodo, quibus notabilis pars exercitus, refici poterat, ſed & hi, qui ea diutius occupare præſumpſerant, conflagrauere. Rex *Caſimirus*, tribus diebus ſtatiua illic tenuit, ſub quibus Caſtrum prædictum, cum muris, & ædificiis ſuis, Rege mandante dirutum, & ſolo æquatum eſt. Adiunctus inſuper in ea expeditione *Petro* de *Schamotuli*, Caſtellano *Poſnanienſi*, ad regendum exercitum Regium, & in Capitaneum exercituum, præfectus fuerat *Petrus Schaffranyecz*, de *Pieskoua Skata*, ſuccamerarius *Cracouienſis*. Idque vtrum, ad auertendum hominem a perfidia, per eum cum Cruciferis inita, factum ſit, an vt inuiſus ſuſpectuſque Magiſtro, & Ordini redderetur. Cur vtrumque affirmem non habeo.

per aurigas

interceptum

incendit.

1458.

Feria ſecunda, in vigilia ſancti *Iacobi* Apoſtoli, *Caſimirus* Rex *Poloniæ*, motis exercitibus, & aciebus ordinatis, à *Papow* diſcedens, verſus *Chelm* Ciuitatem procedebat. Ad cuius defenſionem, & *Bernhardus Schumborski*, & cæteri omnes Cruciferorum Duces, illuc confluxerant, expugnationem illius, omni niſu prohibituri. Nimis enim ſpacioſa eſt, neq; loci ſitu, neque natura munitum, facilem expugnationem ſui, niſi multitudine defenſorum muniretur, præ ſe ferens. Reliquit autem illam Rex inexpugnatam, & iuxta illam agens iter, hoſtibus ſe in illa continentibus, & nullam eruptionem facientibus, verſus *Oſſam* fluuium proceſſit. Quo ſuperato ad *Latſin* oppidum aduenit. Id impetu primo a militibus capi poterat, nullos enim tunc habebat detentores, ſed periculum, caſumq; militum Rex veritus, illius expugnationem vetuit fieri, non ſine militum dolore, & ſtomachatione. Abinde Rex verſus *Marienborg*, Caſtrum, exercitum ducebat, cum ſubito ſibi nunciatur *Bernhardus Schumborski, cum ſuis copiis ex Chelm egreſſum, verſus Scitum tendere*. Id auiſamentum dum tardius Rex vulgaſſet, milites *Polonorum* more impacientes, inſequi illum ſtatuunt. Et *Bernhardus* quidem in tanta mora, facile quo tendebat perueniſſet, ſed vniuerſa fere nocte, tanto viæ detinebatur errore, vt parum abfuerit, ne in exercitum Regium errabundus incideret. Periculum itaque imminens, volens declinare, ordines ſuarum copiarum diſſoluit, & vt quiſque ſibi proſpiceret per ſugam mandauit. Plures itaque ex ſuis per *Polonos* occiſi, plures capti. Ipſe tamen equos mutando, pluribus clenodiis, & pecuniis, quas ſecum deferebat, amiſſis, militibus *Polonorum*, circa ſpolia occupatis, ſe parum diligenter perſequentibus, in *nouam ciuitatem*, quindecim miliarium eo die confecto, itinere, perſequentium manus effugit. Ex eo autem tempore victus, reparare ſe nunquam deinceps poterat. Abiectiſque armis, fuga turpi mortem euadens, ex hoſte ſupplicem ſe præſtitit, ex triumphatore fugitiuum. Et quamuis ſimulaſſet audaciam, apud pleroſque caſus ſui ignaros, ſpeciem magnanimitatis prætexens, vt ſupra erumnam, irrogatam, mentem habere videretur, animum tamen ſolicitudine, & anxietate turpis fugæ, diſtringebat.

Bernhardus Schumborski,

& præſidium Culmæ deductum amittit, & ipſe turpi fuga vix ſaluti ſua conſuluit, à Polonis inſecutus.

Feria

1458. Feria quinta in die S. *Laurentii*, *Caſimirus Poloniæ* Rex, ad *Marienborg* perueniens, Oppidum, quod fraude Oppidanorum A defecerat, obſidione vallauit. Breuis enim & facilis oppidi prædicti exiſtimabatur, ſperabaturque expugnatio. Venerunt illuc & *Gdanenſes*, & *Elbingenſes* ciues, & populo, & bombardis, teliſque & aliis neceſſariis pro expugnando Oppido bene fulciti, Bombardiſque admotis, turres, & muri Ciuitatis, primum ex Caſtro ſuperne, deinde terra, a quacunque percuſſione crebra, feriebantur. Interponebantur autem mediatore *Ioanne Giskra*, plures tractatus pacis. Et licet magna vafricies, dolique, quibus hoſtes Regem & Conſiliarios per huiusmodi tractatus, ne ad vlteriora, exercitum recentem promoueret, diſtinerent, ſuſpenderentque probe noſcitarentur: permiſit ta- B men Rex, ſe tractatibus huiusmodi, ſpe pacis, in hebdomadas plures ludificari: Dum autem conquiſitio oppidi *Marienborg*, ſecus quam ſperatum eſt procederet, optimo, ſanoque conſilio perſuadetur Regi, vt oppidum, ædificatis turribus, & propugnaculis, ſepibusque, quæ intra octo dies, & celerius poterant prouenire, in Coronæ modum cingeret, & relictis illic *Gdanenſibus*, *Elbingenſibusque*, qui ad militiam huiusmodi, & obſidionem continuandam, pronos ſe offerebant, ad terras inferiores, & ad caſtrum *Kinsberg*, alias *Krolowgrod*, cum potentia ſuorum exercituum pergeret: hoſtiles poſſeſſiones igne vaſtando, & præfatæ Ciuitatis *Kinsberg*, cæterarumque Ciuitatum deditionem, accipiendo, quam ſe indubie Regi facturas, C ſi illuc cum exercitu accederet, miſſis crebris Nunciis ſignificabant. Probabatur id conſilium, ab omnibus, ſed ſpes potiundi oppidi *Marienborg*, per conquiſitionem, tractatusque de pace concludenda, ſaluberrimum conceptum damnabat. Interim & Oppidi *Nowe* in terra *Pomeraniæ* defectio, nunciata eſt, quod Regiis Stipendiariis illuc deſcendentibus, certificato Rege, quod propriis viribus ſibi proſpicerent, & Ciuitatem Regi ſeruarent, hoſtile præſidium accepit.

Polonicus exercitus in obſidione Oppidi Marienborg,

Exercitus inſuper Regius, pluribus incommodis, Rege & Conſiliariis, nulla remedia prouidentibus, ex longa & diuturna mora, odore videlicet, & pabuli egeſtate, affligi cæpit. Si D quidem omnibus victualium neceſſariis, in circuitu, a frequenti exercitu conſumptis, fames primum equos, deinde homines macerare cœpit, pluresque mendicantium turbæ in Caſtris conſpectæ, nec Regem nec Conſiliarios, ad prouiſionem flectere potuerunt. Magno itaque equorum interitu ſecuto, languor, peſtis ſpeciem præſeferens hominibus, cum ex fame, tum ex contagione, inuectus eſt. Sed neque hoc incommodo Rex & Conſiliarii moueri poterant. Agmine ergo facto, ſæpe milites, & ad tabernaculum Regium, vbi conſilium agebatur, irrumpebant: petitionibus plurimis obſecrando Regem, Conſiliariosque, *ne tam nobilem, & fortem exercitum, proprio ſumptu militantem, inutili, & ridicula, ſibique infami ſeſſione, ad internitionem vsque conficeret. Paratos ſe eſſe, muris Oppidi Marienborg ruinatis, foſſisque repletis, & impugnare oppidum, & obſidione ſoluta, ſequi, quocunque duceret.* Fatigareque Regem prece multa, *ne tempus æſtiuum, fauoremque aura, eorum propoſito, plurimum fauentem, perditum iri, ſineret.* Rex autem *Caſimirus*, *conſiliis ſe ſuper his prouiſurum*, reſpondebat.

inertia & languore, peſtis ſpeciem præ ſe ferente, turpiter

imprudentia Caſimiri Regis & Senatus conſumitur.

Prouiſio tamen huiusmodi, Conſiliariis diſcordantibus, non proueniebat, aliis quidem impugnationem Oppidi ſemidiruti probantibus, aliis ne ſtrages militum proueniret, diſſuadentibus. Creſcebat ex his, aliiſque multis, obſeſſis audacia, quoniam neque more militari, vigiliæ ducebantur, vti cuique libebat, a cuſtodia bombardarum aberat. Eruptioneque hoſtes facta, quatuor bombardas Regias exterminare auſi ſunt. Propter quod, exercitus in arma conſurgens, iam ad impugnandum Oppidum ſuapte ſponte, & iniuſſu Regis deſcendebat, ſed illico Regis, & Conſiliariorum mandato, receptui ſignum datum eſt. Quod exercitus moleſte ferens, ſæpe clandeſtinis conſpirationibus impugnandum Oppidum concludebat. Sed regio mandato, concluſio huiusmodi diſſoluebatur, militeſque ne vrbem aggrederentur, prohibebantur. *Ioannes* de *Bayſſen*, *Pruſſiæ* Gubernator, vir ſolertis, & perſpicacis ingenii, frequentibus *Caſimirum* Regem, & Conſiliarios pulſabat monitis, *vt robore tam validiſſimi*, quem coram oſtentabat, *exercitus, & blanda facie vteretur temporis. Nec ſineret per deſidiam, res ſuas collapſum, & exercitus vires, & potentiam, elanguidatam iri. Idque animo, & intellectu metiretur, & proſpiceret, nullum diem naturalem labi, in qua exercitus Regius, tam frequens, vt erat, & numeroſus, centum millia florenorum, referendo ſingula, ſine quorum vſu eſſe non poſſit, ad iuſtam ſtateram abſumere, non poſſet conuinci. Prouideret itaque & tot ſumptus, qui ab exercitu ſuo, tot diebus aguntur, euacuatum, & incaſſum iri non ſineret.* Omnia tamen & ſua, & aliorum ſaluberrima conſilia in aſpernationem trahebantur. *Ioannes Luthek* Regni *Poloniæ* Vicecancellarius, quaſi clandeſtinis conſiliis Regem, à profectibus rerum publicarum abſtraheret, inſimulatus, parum abfuit ne violaretur niſi ſibi fuga conſuluiſſet.

In ſuſpitionem tam diuturna obſeſſio, im-

1458. pugnaodique prohibitio, apud militum animos, verti cæpit, pluresque Barones ambitus rei inſimulati ſunt. Aliqui inſuper clandeſtine obſeſſos frequentantes, capti, & quis illuc eos cum mandatis, & inſtructiooibus miſiſſet, profeſſi publice, ſuſpitionem huiusmodi vehementer auxerunt. Audiebatur præterea, hoſtilis ex muris vociferatio, impugnationem auro ſuam redemiſſe. Flagitare itaque, crebrioribus vicibus Regem, milites adeuntes, miſſioocm cæperunt: tabem non equorum ſolum, quæ & ipſa miſeranda, & graois erat, ſed & hominum oſtentantes. Orare inſuper ſupplici & continua prece, adiectis interdum probris, Regem, & Conſiliarios, non deſiſtere, vt ad obſeſſos impugnandum permitterentur accedere. *Satius ſecum agi* demonſtrando, *ſi in expugnando oppido, vi hoſtili quam fame aut morbo occiderent.* Concludebatur ad hos rumores militum, impugnatio, ſed ſubſequenti die retractabatur. Quam ob rem militum animi magis, ob indignam belli adminiſtrationem, quam ob famem tabeſcebant. Extractum eſt, nouem hebdomadarum tempus in huiusmodi obſidione, ſine fructu aliquo, omnis tamen Regio & Diſtrictus *Chelmenſis*, interim incendiis abſumpta eſt, paſſimque & propriis, & hoſtilibus poſſeſſionibus, flammæ à *Polonis*, & *Tartaris*, quorum quadringenti tunc cum Rege militabant, iniiciebantur. Poſt multos deinde tractatus, ſuper conficienda pace tentos, induciæ ad diem beatæ *Margaretha*, mediante *Ioanne Giskra* concluſæ, & firmatæ ſunt. Ea tamen modificatæ concluſione, *vt interim Oppidi Marienborg, apud Ioannem Giskra conſiſtat poſſeſſio, ſedecim in Chelm, pro medio quadrageſima locentur, in pari numero, pro parte vtraque arbitri: bellum deciſione ſua extincturi. Quæ ſi conformis ſequi non poſſet, Albertus Auſtriæ Dux, à parte vtraque, ſuperarbiter electus. Quo renuente, Ioannes Giskra, in vicem eius ſurrogatus eſt, cuius decreto, pars vtraque ſe ſtaturam aſtrinxit.* Morari diutius Rex in obſidionis loco, donec literarum, ſuper concluſis robur perueniret, decreuerat, vniuerſus tamen exercitus, ſiue prædam, multiplici ſuo incommodo Oppidi ſemidiruti *Marienburgenſis*, per inducias eripi dolens, ſiue: quod famem ſuam, & equorum, non poterat diutius tolerare, præſertim cum diſceſſio, ſibi à Rege amplius, quam vicibus viginti fuiſſet promiſſa, nunquam præſtita, feria ſecunda, ante feſtum S. *Franciſci*, iniuſſu Regis & Conſiliariorum, Caſtris motis, & his quæ relicturus erat incenſis, diſcedebat. Iam enim ad famem, imbrium, pluuiarumque algor, acceſſerat. Quem dum Rex reuocare fruſtra tentaſſet, & ipſe exercitum ſequi cogebatur, Caſtro *Marienborg* in manus *Stiborii Chelmski* A commiſſo, & *Vlrico Czirnonka* deſtituto. Conſulebatur inſuper Regi, vt in Caſtro *Marienborg*, reſidentiam faceret perſonalem, mutaque per Ciues *Gdanenſes*, qui ea æſtate proſperrima in pelago fortuna vſi ſunt, de hoſtibus, & piratarum nauibus aliquoties, triumphauerant, in ſubſidium offerebantur, quibus quatuor millia militum conduci poſſent. Rex tamen deſiderio videndi *Poloniam*, & liberos, parentemque & coniugem, ad remanendum non poterat induci. Diſceſſionem autem exercitus, iniuſſu ſuo factam, adeo Rex moleſte tulit, vt vouerat *ſe nunquam, cum tam inobedienti milite bella geſſurum.* Exercitus vero regimine ſuo grauatus, B pari execratione ſe deuoueret, *nunquam ſuo ductu, & auſpicus ſine donatiuo militaturum.* Nuſquam in aliquo ſuperiori bello, plus iacturæ acceptum, ſeptingenti homines fame & peſte extincti, ſeptem equorum millia fame tabefacta, ſed nec minus ignominiæ. Inſultabant enim hoſtibus obſidentibus obſeſſi, non armis modo, vt milites, ſed vel ipſas ſues roſtris, oppidum, quod dimittebatur inexpugnatum, expugnare potuiſſe. Inſultabant, & plures alii vicini *Polonorum* ſegniciei, quod bellum potius ſuſtinerent, quam inferrent. Diſceſſionem autem exercitus, & motum Caſtrorum & omnem culpam in *Ioannem Naſthyan* de *Oſtrowcze*, de Do- C mo *bipennium*, congerebant ſinguli, quod eius currus primi ad iter ſe accinxiſſent, ipſeque diſceſſionis autor fuiſſet primarius.

Factis induciis

exercitus Polonicus

inuito Rege ac Senatu, ab inſidiane Oppidi Marienburgenſis diſcedit,

non ſine ſua ignominia & inſultatione hoſtium.

In primis ſtatiuis, quæ Rex *Poloniæ Caſimirus* poſt diſceſſionem à *Marienborg* habuit, circa *Schtum*, *Bernhardus Schumborski*, & ſa, Commendator maior *Elbingenſis*, ad illum conuenerunt, ſtipulationeque manuum, quæ concluſa fuerunt, ſeruaturos ſe obligarunt. Inde Rex, & exercitus lento paſſu (vix enim animalia attrita fame mouebantur) ad *Thorun* rediit, vbi per pontem, ex nauibus compactū, exercitus transuectus, in propria ferebatur. Rex autem per *Lanciciam*, vbi ad eum Prælati D & Barones *maioris Poloniæ*, in frequenti numero conuenerant, tranſitum faciens, feria ſecunda, ante feſtum omnium Sanctorum *Cracouiam* peruenit. Vbi honore omnium proceſſionum exceptus, die Dominico, poſt feſtum omnium Sanctorum, filium ſecundum, quem *Eliſabeth* Regina, feria quinta in die S. *Franciſci*, alias die Iouis tercia menſis Octobris, in diluculo in aurora progenuerat. *Caſimirus* ei nomen imponens, per *Thomam Cracouienſem* Epiſcopum baptiſari procurauit, ſolennitatem baptiſmalium, eo, & ſubſequentibus diebus celebrantibus. Poſtea vero diſpoſitioni, rerum publi-

Caſimirus Rex concluſa, ſtipulatione manuum, cum Bernhardo Schumborski & Commendatore Elbingenſe, firmans,

Cracouiam redit.

& baptiſmalia filio ſuo Caſimiro celebrat.

1458. publicarum inuacabat, prouidendo: vt ſtipendiariis, qui anno transacto Regnum vexauerant, vndecim millium florenorum, pro feſto S. *Martini* promiſſa obueniret ſolutio, quæ & tuoc iuxta repromiſſum, fuerunt illis perſoluta.

Tentæ inſuper ſunt pro feſto ſancti *Andrea* particulares Conuentiones, Rege *Caſimiro* abſente, & *Cmconia* agente. In quibus id primum in deliberationem ponebatur, *ne milıtares crebris expeditionibus, & ſuffragiis, qua ex ſuis introitibus pro re publıca conferre cogebantur, penitus exhaurirentur.* Adueniunt & tunc *Albertus Koſtka*, & *Boczek Puklicza*, à *Georgio* Rege *Bohemia* miſſi, & *Caſimiro* Regi *Polonia* legationem exponunt, cuius hæc ſumma fuit. *Nouiſſe Georgium & noſſe, ad Caſimirum Polonia Regem, prolemque ſuam, poſt mortem Ladislai, Bohemia regnum recidiſſe, & tandem ex morte Georgii deuoluendum fore, poſuiſſeque Georgium ordinem, vt ex filiis ſuis, iam proptorea emancipatis, nemo ſibi in Regno Bohemia ſuccedat, ſed Caſimiro Polonia Regi, & proli ſua ſeruetur Regnum. Non ignorare inſuper Georgium, ſe ſtirpis Regia non eſſe, neque illam velle vendicare. Quod ſi Diadema, imponi ſibi permiſerit, bono animo & reſpectu, id feciſſe. Baronum Bohemia victus precibus, orareqno, vt ſecum amico more, Caſimirus Polonia Rex viuat, & magis illum adiutorem rerum ſuarum, quam hoſtem ſola beneuolentia efficiat, omnibus enim copiis, viribusque, iturum illum perſonaliter in Pruſſiam, & adniſurum, vt integram pacificamque poſſeſſionem illius, exterminatis inde Crucıferis, Rex Caſimirus habeat. Sed & Sleſia latrocinia caſtigaturum, vt ne minima offenſa Regno Polonia exinde prouenıat.* Cui legationi etiam preces perſuaſionesque priuatæ, pet vtrumque Legatum adiectæ. *Caſimirus Polonia* Rex, generali potius, quam ſingulari ſeommate, in reſponſione danda, vtendum ratus. *Gratam ſibi inprimis* aſſeruit *veritatis & ſui iuris eſſe, recognitionem, praſertim, ſi virtus verbis data fuerit, ſe ſemper eo animo fuiſſe, vt cum Regno Bohemia, amicitiam fouere malluerit, quam bellum. Scire ſe nullum in Bohemos commiſiſſe ſcelus, propter quod, à iure Regni Bohemia, ſibi & proli ſua competenti, excludi debeat, ſed & iniuriam ſuam, aquo animo hactenus toleraſſe: ſi qua fides, aut amicitia, ab eis ſibi praſtita fuerit, eam ſe merito officio repenſurum. Noſſe inſuper probe Diuinam & humanam legem, ingeniis & callidimtibus humanis collidi poſſe, euacuari non poſſe: Georgium Regem bene feciſſe, ſi Regnum Bohemia, bono reſpectu vſurpatum, non filiis, ſed iuſtis heredibus, & ſucceſſoribus tradendum curauerit.*

Legatio Regis Bohemia Georgii ad Caſimirum Regem Polonia, in negocio ſuccedendi deinceps, ad Regem Bohemia, ſtirpis Caſimiri, & non gi Georgii, & obligatio eiusdem Georgii, ad ſerenda auxilia Caſimiro.

Calixto Papa

Sexta menſis Auguſti. *Calixtus* Papa tertius, vir grandæuus, moritur, & in Eccleſia beati *Petri*, tam miſerabiliter, & pannoſe ſepelitur. Vt corpus ſepulturæ mandandum, non niſi quatuor præsbiteri, cum totidem cereis comitarentur, omnibus nepotibus, amicis, & familiaribus, & neceſſariis ſuis, quos extulerat, promouerat, ditauerat, & quod maiorem admirationem parit, ipſis etiam Cardioalibus, quorum aliquos ea dignitate inſigoiuerat, à funeris officio auerſis. Succeſſit autem ſibi *Æneas* de *Senis Picolhomineus*, tituli Sanctæ *Sabina*, Præsbiter Cardinalis, Epiſcopus *Senenſis*, natiooe *Italus*, in arte Poetica, & Oratoria, plurimum eruditus, qui *Pius ſecundus* vocatus eſt. Hic primum *Fælicis* quinti Papæ cum *Eugenio* quarto, de Papatu contendentis, expoſt *Friderici* Imperatoris Secretarius, tandem per *Calixtum* Papam tertium, & ſuum immediatum præceſſorem Cardinalis ereatus, ſummum Pontificatum ſorte (*Ioannes* enim Cardinalis *Rotomagenſis*, paribus votis ſecum concurrerat) eſt adeptus, Vir paruæ ſtaturæ, ſed magni ingenii. In *Almanos* propenſum fauorem gereus, in *Polonos* parum propitius. Qui in Cardinalatus dignitate conſiſtens, ſtilo ſuo, quo plurimum valuit, corpus hiſtoriæ *Bohemica* contexens, ſingulaglorioſa, & heroica de *Polonis*, in *Bohemorum* Chronica notata, ſilentio pretermiſit. Ignomioioſa vero & genus *Polonorum* dedecoraotia, plus iuſto extulit. Vir eloquens, orator, & poeta laureatus. Qui in Coocilio *Baſilienſi*, priuatus, exiſtens, a *Fælice* quinto Papa, in Secretarium aſſumptus, ædidit tractatum de *poteſtate Concilii & Eccleſia*, concludens fortiſſimis rationibus, Concilium eſſe ſupra Papam. Quem poſtea factus Papa retractauit, & alterum de *ſuperioritate Papa* ædidit. Caput beati *Andrea* Apoſtoli, poſtquam *Conſtantinopolis* à *Turcorum* cæſare *Machometo* capta eſt, in vrbem ſua opera intulit. Ad ipſumque *Turcorum* Cæſarem *Machometh*, inuitans illum ad fidei Chriſtianæ ſuſceptionem, multis rationibus, multis perſuaſionibus, ſpecialem & pulchrum tractatum ſcripſit.

Pius ſecundus ſuccedit.

Libellum à ſe priuato ſcriptum, de Concilii authoritate Pontifex factus retractat. Caput diui Andrea Conſtantinopoli Romam defert, ac Turcum, conſcripto libello, ad Chriſtum inuitat.

Premebatur eo anno bellis *Hungaria* inteſtinis, quæ illi à *Polonis*, & *Bohemis*, ſuperioribus annis illic degentibus, inſerebantur. In omnibus tamen conflictibus, *Hungari* ſecundo fortunæ fauore vſi, victoria contra *Nicolaum Comorowski*, & *Thelephum* potiti, *Ioannes Giskra*, & *Petrum Rathkowyecz*, certis caſtris, & munitionibus exuerunt. Dieque Dominico Pentecoſtes, circa *Pothok* oppidum *Hungaria* cum *Thelepho* congreſſi, omnes eius copias profligarunt. Vbi nobiles ex *Polonia* adoleſcentes, prope ſexagenti, aduerſis cecidere vulneribus. Pulcherrima dixiſſem morte, ſi pro patria cecidiſſent. Preſſit etiam *Georgius*

In Hungaria

1458. *orgius Bohemiæ* Rex *Auſtriam* bello. Dum enim gentes ſuæ, duplici bello perpeſſo, turpiter ab *Alberto Auſtriæ* Duce profligatæ reſugiſſent, perſonaliter ipſe cum ſorti exercitu, conducta quædam *Polonorum* habens ſecum auxilia, in *Auſtriam* venit, eamque aliquanto tempora igne, cædibus, & ſpoliis vaſtauit. Nec prius deſtitit, donec certis pactis ſactis, per quæ illi *Vlricus Eczinger* de venenatione regis *Ladislai* inſimulatus, &, vt aliquorum ſerebat relatio, confeſſus, cum certa-peccuniæ quantitata, & *Auſtriæ* Ducatus, ex morte *Ladislai* Regis, vacans, *Frederico* Imperatori, in cuius ſuggaſtionem & ſavorem, bellum gerebatur, redditus aſt. Multa eo bello, Eccleſiis, & miniſtris earum, imaginibusque Sanctorum, per *Bohemos* probra contumelioſa illata ſunt. Circa feſtum autem S. *Martini*, *Henricus* da *Lyppa* Marſchalcus *Bohemiæ*, cum mille ſexingentis hominibus, *Auſtriam* inuadens, ab *Auſtralibus* vsque ad internitionem profligatus eſt. Ab eoque tempore *Auſtrales* audacia ſumpta, adeo igne, ſpoliis, & cædibus, in *Bohemiam* & *Morauiam* graſſati vt *Georgio* Rega nequicquam ferente opem, vicos ſingulos & ſuburbana principalium Ciuitarum in *Morauia* videlicet *Olomuncz*, *Bruna*, & aliarum adurerent. Neque anim tanti fuit *Bohemica* potentia quanti ſerebatur. Compertum ſiquidem fuit, quod & pudet ſcribera. *Georgium* non niſi duobus equitum, & ſedecim peditum millibus, ex proprio, & mercenario milite, bellum contra *Auſtrales* egiſſe, ſæpiusque ſuorum paucitata conſpecta, ne ab Auſtralibus opprimeretur, grandi pauore timuiſſa.

1459. Natali Chriſti *Caſimirus Poloniæ* Rex vna cum Conſorte ſua *Eliſabeth* Regina, *Cracouiæ* feria tercia poſt feſtum ſancti *Thomæ* Apoſtoli egreſſus, *Sandomiriæ* celebrauit. Quo peracto ad tenendam Conuentionem generalem feria ſecunda ante feſtum *S. Marcelli*, *Pyotrconiam* venit, & ſub frequenti Prælatorum, Baronum, & nobilium numero, diebus tredecim Conuentum illic tenuit, exquirendo varias vias, quibus *Prutbenicum* bellum, compoſitione, aut armis promoueri poſſit. Ad difficultatem enim grandam ſingula reciderant: nobilitate vniuerſa, tam pecuniaria, quam perſonalia ſuffragia conferre, propter male adminiſtratum præterita æſtate bellum, abnuente. Aduenerant & illuc militarium, & Ciuium ex *Pruſſia*, quinque Nuncii, & hi ad conſilium introducti, declarant Reg *Caſimiro*, per organum *Ramſch* militis, qui legationis illius erat princeps, *Magiſtrum Cruciferorum per literas, in terras Almaniæ directas, vulgaſſe, quod ſingulas terras, quas ante motum bellum habuerat, deciſione Arbitrorum eſſet certitudinaliter rehabiturus. Alium quoque diſ*-

In Conuentione Piotrcouienſi

ſeminaſſe rumorem, quod non ſolum priores terras Pruſſiæ, ſed omnes regiones, terras & A *regna, vsque ad Syriam, & terram ſanctam eſſet ipſe, & ordo ſuus, iuxta vaticinium, dudum aditum, poſſeſſurus. Quibus rumoribus Almaniæ Principes, & homines, qui rebus ſuis velut perditis, & collapſis auxiliari deſtiterant, in ſpem erigit, & eos, qui in fide Regia continentur, terret, & auertit. Tenuiſſe inſuper Gubernatorem Pruſſiæ, Ioannem de Bayſſen cum militaribus, & Ciuitatibus in Elbing Conuentionem, & nouis iuramentis, pactis, & inſcriptionibus fidem ſemel Regi promiſſam, firmaſſe, & innouaſſe, eamque conſtantiam induiſſe, vt omnia extrema prius ſubire, & experiri mallent, quam ditioni Magiſtri & Ordinis ſubeſſe. Orare Regem prouideret, ne aut arbitrorum, aut ſuperarbitri deciſione eos à ſuo iuſto & legitimo ſcinds permitteret imperio: ſciſſionem huiuſmodi nullatenus tolle-* B *raturos.* His primum gratiæ actæ ſunt, quod tam pura fide & conſtantia pacta & iuramenta cuſtodirent. Certificatique deinde amplis verbis Regem, eos nullo pacto, aut conditione deſerturum, Digeſtum inſuper fuit longo tractatu, *an in futuro arbitramento in Chelm, aut Bidgoſtia tenendo, ſub conditionibus per Magiſtrum, & Ordinem oblatis, pax componi deberet.* Offerebat anim Magiſter & Ordo, *centum millia florenorum pro damnis.* Item *ſingulis annis, perpetuis temporibus, tributum viginti millium florenorum.* Itam *pro quolibet bello duorum banderiorum ſeruitutem.* Item *homagium & fidelitatis iuramentum, per quemlibet Magiſtrum præ-* C *ſtandum.* Ita tamen, *quod omnium terrarum, quas ante bellum habuerat, ſibi plena fieret redditio.* Videbatur hæc oblatio quibusdam Conſiliariis ampla ſatis & bona, maiusque emolumentum, & Regi & Regno, quam ſi rex tarras ipſas proprias haberet allatura. Verum dum pericula, quibus militares, & Ciues *Pruthenici*, fidem Regis ſecuti, & crudelitatis, quam Magiſter & Ordo in Ciuibus de *Thoſczno*, tempore belli *Choynicenſis*, Regi deditis, & pace reformata Magiſtro & Ordini reſtitutis, egerant. Altera quoque, quam in Ciues de *Krolowgrod* alias *Kinsberg*, quibus omnem impunitatem, D dum illis, Rege deſerto, Ciuitatis obſeſſæ deditionem facere conſenſerant, pollicabantur, monſtrauarant, fuiſſet recenſita, Sanguis quoque innocentum amicorum, & ſociorum ſuſus, ſundendusque ante oculos Regis, & Conſiliariorum obuerſaretur, *quamlibet Magiſtri & Ordinis oblationem, ea etiam qua offerebatur, ampliorem, ſociis, & Ciuibus deſertis, pernicioſam & deteſtabilem eſſe* decernebant, *nec in aliquas pacis conditiones condeſcendendum, niſi quas Pruthenici milites, & Ciues probarent.* Minoris partis ſententia erat,

Variatis ſententiis

1459. erat, *perſeuerandum in bello eſſe, & recuperandum ablata, nec deſerendos militares, & Ciues Pruſſia, fidem ſuam ſequentes. Satiuſque fuiſſe multo, non moueri bellum, nec praberi fœdus, quam omitti motum, & in periculum extremum detrudi ſuſceptos, omnemque ſpem ad rehabendum terras occupatas claudi, turpibus conſultationibus, ac ſententiis, Regni Poloniæ, omnem gloriam, & expectationem, de recuperandis occupatis terris ſubuerſum iri. Nunquam fore, vt Pruтheni ſe Polonorum permittant fidei, ſi tam ſacro ſancta ſuſcepti, abiectos ſe viderint. Nunquam Regem & Regnum habiturum recuperandi occupatas à Cruciferis terras occaſionem, ſi eam, qua tum eſſet pratermiſiſſet. Nunquam aliter tutam pacem fore, minuſque ſuccenſendum militibus, qui per fugam ad Choyniczam pugnam omiſerint, quam Regi, & Conſiliariis ſubditos fideles omittentibus, quod illos vis hoſtilis fugere compellebat, Rex & Conſiliarii, nulla vi preſſi, quod ferociter ſpoponderant, leuiter omittunt. Nondum ad extrema, viros, equos, arma, ſumptus, commeatus, habentibus ventum eſſe. Quo ſi veniretur, tum Pruтheni accerſenti, auiſandique, vt ſibi prouideant, & non pecorum more deſerendi. Nimis delicatos Polonos eſſe, & patria charitatis parum memores, ſi ob detrimenta leuiter ferenda, & Pruтhenos prodiderint, & qua iuris Polonici, terra ſunt Regni, illis ſe perpetuo abdicauerint.* Et quamuis Regis animus inclinatior ad pacem fuerit, illumque maior pars Conſiliariorum ſecuta fuerit, eorum præſertim, qui enixius deditionem *Pruthenicam* acceptandam ſuperiori tempore concludebant, ſed ad conſultationem tam fidam partis minoris, quæ maiori, & ratione, & pietate nitebatur, & Rex & cæteri ſuas ſententias retractaodo, dirrigunt: intelligentes non finiri bellum, nec hoſtes amoueri, ſi deſiſterent, ſed maius exoriri, & tam Cruciferos, quam alios ad ſe impugnandum inuitari. Ea ſententia ſtabilita, & ab omnibus laudata Arbitris, qui pro parte Regis in futura Diœta, pro Dominica Lætare, tenenda arbitrio præeſſent, quique cauſam Regis aduocarent, iuſtificarent, proponerent, deſignatis, rebusque aliis Regni ordinatis, diſſoluto Conuentu, die Dominico ante feſtum Purificationis ſanctæ *Maria*, quod in Septuageſimam eo anno cadebat, ex *Pyotrkow* diſcedens, in *Lithuaniam* quo iam *Eliſabeth* Reginam præmiſerat, per *Opoczno, Radom, Linblyn, Parczow*, & *Brzesczye*, ac reſiduum hyemis, veriſque tempus illic exegit. Gerendi belli qualitas, & conditio ad terreſtres, & particulares Conuentiones reiecta eſt, quatenus Communitas nobilium, quæ & in militiam ire & ſubſidia pecuniaria conferre detrectabat, ad ſaniorem mentem reduci poſſit, ne hoſte ingraueſcente, & ſociis periclitatis & amiſſis, ſuo maiori diſpendio cogatur bellum repellere, quam nunc inferre. 1459.

bellum tandem, reiectis conditionibus pacis, per Magiſtrum oblatis decernitur in Pruthenos

Dominica Lætare ſuperueniente. *Thomas Cracouienſis, Ioannes Wladiſlauienſis*, Epiſcopi, *Staniſlaus* de *Oſtrorog Caliſſienſis, Stiborius Elbingenſis, Ioannes Gdanenſes* Palatini, & *Ioannes* de *Syenno* Caſtellanus *Leopolienſis*, Magiſtri quoque Ciuium de *Gdansk, Thorun*, & *Elbing*, tempeſtiue in *Nyeſzhow*, & *Torun* ſuperueniunt, pro parte Regis & Regni *Polonia* arbitrium expedituri. Tardius pars Magiſtri, propter ſubitam diſſolutionem aquarum, & niuium, ac fluuiorum, qui non, niſi nauibus, tranſiri poterant, inflationem, in *Chelm* ſuperuenit. In qua hi fuêre principales, *Nicolaus* Epiſcopus *Culmenſis* de *Liuonia*, duo Commendatores de *Almania*, *Elbingenſis* olim Commendator, vocatus *Henricus Plawienski*, magnus Commendator *Bernhardus Schumborski*, Nuncii *Frederici Bauaria*, *Frederici Saxonia*, & *Frederici Brandeburgenſis*, Electorum Imperii, Ducum. Præmiſerat autem *Caſimirus Polonia* Rex, *Vincentium Kyelbaſſa*, Notarium, ad *Ludouicum* Ordinis Magiſtrum, *vt propter maiorem ſecuritatem, & rerum fertilitatem, ex Chelm in Nyeſchow ſua partis Arbitri conuenirent: faciliorem rebus tractandis concluſionem reperturi.* Verum Magiſter *requiſitioni Regia in nullo ſe delaturum*, reſpondit, *neque locum deſignatum mutaturum.* Ea ſuperba Magiſtri reſponſio, nihil mouit Arbitros Regis, ſed hebdomadis tribus fatigando in *Chelm* Nuncios, inſtabant, vt pars Magiſtri ad illos in *Nyeſchouam*, aut *Bidgoſthiam* deſcendiſſet. Quod cum nullatenus, obtinere poſſent, *Cracouienſi* & *Wladiſlauienſi* Epiſcopis, in *Nieſſowa* relictis, in *Chelm* ire conſenſerunt: dummodo ſaluus conductus illis plenarius concederetur. Is etſi præſtitus fuiſſet, plures tamen viciosos defectus continebat. Quibus nihilipenſis, altero nuncio fatigato, vt plenior ſaluus conductus præſtaretur, omnes Arbitri Regis, Pontificibus exceptis, & *Ioanne Dlugoſch* Canonico *Cracouienſi*; qui cauſam Regis, & Regni aduocandam, defendendamque coram duodecim Arbitris ſuſceperat, nauali itinere feria ſecunda Paſchæ in *Chelm* proceſſerunt, communes ſecuritatis literas in debita forma, partem Magiſtri, eis, nullatenus dubitantibus, negaturam. His in *Solyecz* nocturnantibus, velox, quem in *Chelm* fatigauerant, Nuncius allatus, deferens literas, quibus pars Magiſtri denunciabat *ſeculias alias ſaluiconductus literas, prater eas, quas deſtinauerat, truncas & defectuoſas conceſſurum.* Itaque ex *Solyecz* in *Nyeſchowa*, & *Thorun* reditum eſt: Magnā bilem omnibus de parte Magiſtri cooriente, contra *Henricum Plawyenski* euomentibus, quod is autor fuit, plenam ſecuritatem Arbitris Regiis non concedendi. Feria

Literis ſalui conductus Arbitris Polonorum à Cruciferis denegatis arbitrium pacis, vtrinque tractandæ, reſcinditur.

1459.

Thomas Cracouienſis Epiſcopus iuſtitiam Caſimiri Poloniæ Regis in negotio Pruthenico publice Thorunii declarat, & bellum iuſte eum mouiſſe demonſtrat: allegationibus eorum, quibus nitunteur, iure confutatis.

Feria ſexta Paſchæ in *Thorun*, in prætorii loco, omnibus militaribus, & Ciuitatibus, quorum tunc frequens confluxerat numerus, iuſticia *Caſimiri* Regis & Regni *Poloniæ*, per organum *Thomæ Cracouienſis* Epiſcopi, multitario, & ſentencioſo ſermone declarata eſt. Qui omnibus, quibus Cruciferi ſe tuontur commemoratis, eorum omnes allegationes, ex Canonibus & legibus, iureque naturali, Diuino, & humano confutauit, & Regem atque Regnum *Poloniæ*, iuſtum bellum mouiſſe, & mouere Cruciferis, clariſſime monſtrauit: *Se virum grandæuum, & Pontificem, atque iuris Diuini, & humani Magiſtrum, in ea fide moriturum:* Magnum in ſingulis *Pruthenicalium* terrarum hominibus, ſermo ſuus fructum effecit, pluribusque fletum reſoluit, & omnium, in eam vſque diem, pectora vacillantia ſtabiliuit, & ſanauit. Deciſione itaque arbitraria, ex huiusmodi cauſa abrogata, amplior deciſio ad ſuperarbitrum partium. *Albertum Auſtriæ* Ducem, reiecta eſt: qui & *Caſimiri Poloniæ* Regis, & *Ludouici* Magiſtri Nunciis ſolicitatus, onus Superarbitri *Almanorum* Principum ineſcatus conſiliis, & promiſſis, ſusceperat.

Lucas Slupeczki Ranitha

Præuaricationibus & transgreſſionibus oeſariis, & deteſtabilibus, Armiger, & miles *Cracouienſis* Diœceſis, *Lucas* de *Slupcza*, terrigena *Sandomirienſis*, tempore diuturno in omne ſcelus violentiæ, concuſſionis, & iniuriæ, in Colonos ſuarum villarum, & in vicinos, ſibi & ſuis villis coofines, nobiles, & plebeios, ad reſiſtendum ſibi languidos, graſſabatur. Erat autem ſtirpe nobilis, de Domo, & familia *Rauitharum* genus ducens. Cuius parens *Groth* de *Slupcza*, dum ob ſcelus homicidii (Militam enim inſignem, *Ioannem Oſſolinski* Caſtellanum *Vuliciensem*, de Domo *Bipemnium*, bona & villam Eccleſiæ & Præbendæ *Sandomirienſis* dictam *Dwyekozi*, violenter, & ſtudioſe irruens, cuios agrum ſibi *Groth* vſurpabat, nom… & vice ſilii ſui *Ioannis*, tunc eiusdem Præbendæ Canonici, defendentem, in fundo Villæ *Dwyekozi* necauerat) ob aliaque facinora, in Regnum & patriam commiſſa, bannitus. Caſtrum quoque ſuum *Conari*, à *Wladiſlao Poloniæ* Rege ſecundo expugnatum, & in perpetuam ſuæ iniquitatis vltionem disruptum foret, hunc non ſolum bonorum, ſed & ſcelerum te…querat hæreditarium ſucceſſorem: in quo parentis ſui *Grothonis*, quamuis mortui, viuebat tamen impietas. In conſpectu itaque *Wladislai* tertii, deinde etiam *Caſimiri* tertii, ſibi ſuccedentis, *Poloniæ* Regum, & ſuorum Satrapaum, propter actiones ſuas violentas, habebatur ipſe *Lucas* odioſus ſuis quoque concuſſionbus, in exitium & necem ſe protendentibus, reſiſtere audebat nemo, ab omnipotente Do dilatus longo tempore ad vindictam, vt pro t…ditate durius feriretur. Itaque cum nobile accipiendo *Sbigneam*, filiam *Sbignei*, de *Brzezye*, Regni *Poloniæ* Marſchalci, ſortitus fuiſſet coniugium,

A filiosque procreaſſet & filias, & ſubſtantia ſua ex ſpoliis inopum, in bobus, equis, onibus, cæterisque armentis, creuiſſet in terra, blandiebaturque ſibi, in delictis ſuis, vt pullus onagri laſciuiens, & incraſſatus, impinguatus, dilatatus, indurabatur cor eius, quia non ſtatim percutiebatur, ſed differebatur ad pœnam. Contra cuius impietates, in caput eius relatura ſupplicia Diuinitas conſurrexit, tradens illum in interitum Sathanæ, vt plagis ſuis afflictus, à ſordibus ſuis quandoque reſipiſceret, & propiciationem quereret Diuinæ pietatis. Anno itaque Domini Milleſimo, quadringenteſimo, quinquageſimo, nono, die vigeſima octaua menſis Decembris, inuaſit illum Spiritus nequam, & permittente Deo, graui tortura exagitabat

propter ſcelera & rapinat

1459.

B eum. Nec vxor ſua filiusque ſuus *Ioannes*, cæterique cognati, ſeruitores, & neceſſarii, terrores dæmonum poterant ferre, ſed in alias fugiebant domos, perculſi furore nimio: Ipſum vero dæmonium liberius, illis fugientibus, verberabat. Voces quidem Dæmonum inſultantium, & exprobrantium illi facinora ſua, & ſonitus verberum, a circumſtantibus audiebantur, nemo tamen loquens, ſed nec verberans videbatur. Quo malo, & ipſe *Lucas*, & Coniunx, atque filius, cæterique neceſſarii, attoniti, quippe, qui & ipſi aſſidua formidine, & vigilia adeo torrebantur, vt nec ſomnum capere poſſent, mittunt, & *Ioannem Warſſi Cazymi*-

C *erski* ſacerdotem, præpoſitum *Chelmenſem*, quod & eiusdem generis, & familiæ eſſet, & energuminos exorciſmis curare intrepide ſolitus erat, acceſſunt. Sperabant enim expulſo per eum, iuxta atque à cæteris, dæmone, plenam liberationem illum conſecuturum. Is, cum & proximi, & fratris calamitate permotus, aduenisſet, in dæmonis expulſionem, ieiuniis, & orationibus totus ferebatur, frequenterque omnibus ab ægro diffugientibus, ſolus cum illo remanebat: nihili pendens ſtrepitus, & fragores horribiles dæmonum, quos plus ſolito cadentibus tenebris commouebant, diſpellebatque virtute exorciſmorum ab ægro exagitationes, verbera, & flagella, quibus à

D dæmone cruciabatur, leniusque paſſionem dæmonicam ferebat. Nec dæmon tacitus eripi ſibi ſuum mancipium iu quod ſæuiendi acceperat poteſtatem, querebatur, ſed vociferans, quod minus in *Luca* explebat verberationis, ſe ſignificat expleturum, pœna aliorum. Nec verbis minatoriis defuit effectus. Puerum enim duodecim annorum, qui ægro miniſtrare conſueuerat, cum ſolitarium in ſtuba, cuius furnus iam incenſus fuerat, offendiſſet, arreptum & contortum, caput eius in foramen furni, flammam cientis, valde anguſtum incluſit. Cumque caſus hic omnes lateret, odora ad vniuerſos pertingente, & ſingulorum nares implente, intellectum eſt ocioſum non eſſe,

1459. eſſe, quod tantam oliditatem, ad vniuerſorum
palatum infudiſſet. Dæmoniſque opus aliquod, vt erat, portendi, autumabant. Tan-
A dem diſcurſione per omnes ædes Curiæ facta,
reperiunt puerum furni foramini incluſum,
cuius caput igni torrebatur. Hunc & ex igne
& foramine conati extrahere, diu, nequicquam luctati, tandem ſumma vi adniſi, exanimem, teſta capitis, in dimidia parte diſrupta,
ægre extrahunt. Nimia admiratione capti,
quali arte, exiguo foramini, capite multo anguſtius dæmon puerum incluſiſſet. Qui
atiam nec miniſtria præfati *Ioannis Cazymierski* pepercit, ſed illos luto, pice, & ſtercore ſuffundebat: Omnes tamen has & plurimas moleſtias Dæmonis, *Ioannes Caſimyerski* æquo
animo ſex hebdomadia ferebat, omni ſtudio
intendens, ad præfati ægri curationem. Du-
B cebatque cum eo noctea inſomnes, quoniam
ſub illis æger durius à Dæmone, quam interdiu, torquebatur. Perſuadebat ergo lucida
interualla habenti, *ſi iniuſte & per vim rapta
reſtitueret, ad bonam illum valetudinem facile rediturum.* Longo & aſſiduo ſermone
io auribus ægri diſſerens, *luſtrari illum à peccatorum labe, & vnicuique ablata reddi oportere, & ſic illum conſeqni gratiam liberationis.
Pro re certiſſima habitnrus, quod nequam
Spiritus, vt mundetur à culpis, ſibi in conflatorium datus ſit. A vexatione procul dubio
ceſſaturus, ſi poſt pænitentiæ dignos fructus
conflator, non repererit, qnod abſtergat.* His
perſuaſionibus *Lucas* de *Slupczo*, & vt pœnas
dæmonis euaderet, motus, pollicetur ſe omnia,
C quæ ſuis & alienis ſubditis abſtulerat, ad integrum reſarturum. Ad quam rem exequendam, cum dies dicta fuiſſet, & ſpoliationem
paſſi accerſiti, ad tollendum ſua veniſſent, boum, vaccarum, ouium, equorum, cæterorumque pecorum, & armentorum, iuſſu *Lucæ* grex
appulſus eſt, & Procuratoribus, factoribusque,
& villicis, diſtrictius à *Luca* mandatum, vt
omni metu circumſcripto, recognitione fideli facta, purum ſepararent ab impuro, & hæreditarium a violento. Id cum illi impigre
exequendo, inter pecora & armenta, perperam, & per iniuriam ablata, & quæ iuris *Lucæ*
erant, inſtum feciſſent ſequeſtrum, apparuit
omnem illum boum, equorum, ouium, & ar-
D mentorum gregem alienum, & propriis atque
finitimis Colonis, per vim aut calumnioſe fuiſſe ereptum, & diuturno tempore iam detentum, præter duas macilentas vaccas, vnum
bouem, & quinque oues, quas duntaxat ſequeſtratores ad *Lucam* pertinere affirmabant. Stabant autem ſpoliom, & iniuriam paſſi à longe, ſpe bona pleni, quaſi extemplo ſua animalia recepturi. Id *Lucas Slupeczki* cum vidiſſet, ægre atque grauiter ferens, ſe tanta poſſeſſione fructuque ſpoliari, inhibente dæmone, quo agebatur, ſententiam ſui promiſſi,
paſſione eum tunc deferente, retractat, & hominibus ſingulis, qui ad tollenda ſua venerant, 1459.
graui opprobrio, & improperio minaci inflicto, mandat tolli ſequeſtrum, & omnia pecora, & armenta confundi, & in Curiæ ſuæ caulas reduci. Cuius obſtinata duritia *Ioannes
Caſimyerski* Præpoſitus *Chelmenſis* animaduerſa, & intelligens illum ſorti ſuæ deſtinatum, nec Æthiopem pellem ſuam depoſiturum, eo deſerto, in domum ſuam abiit, nec
appoſuit vltra, quamuis ſolicitatus, ad illum
reuerti. Vixit autem *Lucas Slupeczki* poſt
hanc plagam, & paſſionem prope annis duodecim. Intra qnos, certis temporibus, non *annis vero*
tamen continnis, reſciſiori & leutiori flagel- *quatuordecem exagitatus*
lo, quam ante agebatur. Non tamen per
tam ſpacioſum, & extenſum tempus, ad percutientem ſe curauit reuerti, nec attendebat
ſe, obumbrante dæmone eius ſenſus, ad diſtrictum Dei iudicium peruenturum. Itaque
cum pacientiam & longanimitatem Dei, per
tot annos, duxiſſet in abuſum, anno Domini
Milleſimo, Quadringenteſimo, Septuageſimo
primo, die Mercurii, decima octaua menſis Iunii, facta confeſſione, ſumpto viatico, nulli tamen eorum, quos rapinis concuſſerat, ſubſtantia reformata, filio *Ioanni* & Coniugi *Sbi- tandem moritur.*
gnea illam demandans, expirat. Huius funus
dum apud Monaſterium S. *Iacobi* fratrum
Prædicatorum extra muros *Sandomirienſes*,
ſepultum fuiſſet, horrendis ſtrepitibus, terroribus, & infeſtationibus clamoroſis dæmoniacis, per noctes ſingulas, Eccleſia, & Monaſterinm complebantur, adeo vt Eccleſia, & monaſterium, continenti incendio putarentur
flagrare, & vicini finitimi ad extingnendam
flammam facto concurſu, oſtiis Eccleſiæ clauſis repertis, quid portenti interceſſiſſet, per
rimas exploraturi, viderunt ex ſepulchro *Lucæ Slupeczki* igneam columnam conſurgere,
& in vniuerſam Eccleſiam, flamma ſua, quaſi
illam deuoratura, graſſari: Fratres inſuper
Monaſterii, ad ſoluendum matutinale officium, frequentibus terroribus acti, nunquam
audebant conſurgere, cogebanturque per
plures menſes ab ingreſſu Eccleſiæ, ſub nocturnali tempore abſtinere. Quodam inſuper tempore, prior Monaſterii *Andreas Ribka*,
dum ab officio deſtitutus, nouo Priore *Nicolao* de *Sandomiria*, cum cæteris fratribos in
ſtuba remanente, ad quieſcendum abſque comite, lucernam ardentem præferens, in manibus, in dormitorium tranſiſſet, facies *Lucæ
Slupeczki* tota ardens, & ignea, cum magno
ſonitu & fragore, illum tranſeuntem cæpit
conſectari, vociferans, *Monache, redde equum
meum, quem in funeralibus meis ſuſtuliſti.*
Qua viſione, & voce frater *Ribka* attonitus, cecidit ſemianimis in terram. Vbi
eum, Spiritu coanguſtato, & incluſo, per
horæ ſpacium vnius iacuiſſet, à Priore &
fratribus, omnium, quæ circa *Ribkam* agebantur, ignaris, ſuperuenientibus, reperitur,

1459. & pro mortuo habitus, in ſtubam cum mœrore deportatur. Vbi cum poſt multum tempus, ſpiritum & memoriam reſumpſiſſet, A Priori & fratribus ſuis ex ordine caſum ſuum enarrauit. Alio inſuper tempore *Lucas* ipſe *Slupeczki*, ad ſacrarium, in quo vnus fratrum, clauſus dormiebat, ſub intempeſta nocte accedens, triplicem ædidit ad oſtia pulſum, Sacriſtiano autem quærente, *quisnam eſſet, aut qua de cauſa pulſaret. Ego ſum*, inquit, *Slupeczki Lucas, Vade quæſo, à me monitus, ad Conſortem olim meam Sbigneam, & ad filium Ioannem, requiſiturus vtrumque, vt ſingula quæ pauperibus abſtuli, de ſubſtantia à me illis relicta, quanto celerius reſtituant, ſupplicia horrendiſſima, quæ patior, ſi ſecus egerint, incurſuri.* Sacriſtianus autem plagam, quam ſibi loquens minabatur, niſi ſua mandata ad coniugem & filium deferret, euitaturus trucem, denun- B ciationem, ſibi demandatam, ad vxorem & filium deportauit, reſtitutionemq; ablatorum perſuaſit. Quæ pro deliramento accepta eſt, vt verificarentur patrum ſanctorum monita & ſcripta. Per quos memoriæ proditum eſt, poſt mortem diuitis, litem inter neceſſarios, dæmones, ranas conſurgere, ſuper derelictis, allegantibus neceſſariis, non eſſe aliquem curam habere de anima, aut de corpore, ſed ſolum de terrena ſubſtantia, vt illis integra remaneat. Dæmonibus, vt animam ſolam tollant: ranis, vt cadauere ad veſcendum potiantur. Sub hiſque conditionibus pax componitur, inter diſſidentes, vt filiis & conſanguineis, terrena cedat ſubſtantia, C ranis cadauer, dæmonibus anima. Cuius contentionis euidentem figuram, in teſtamento veteri, conſtat præceſſiſſe, Dicente Rege *Sodomorum* ad *Abraham. Da mihi animas, cætera tibi tolle.* Moroſiorem forſan me geſſi, in referendo caſu tam tetro & terribili, quam ſat fuit: *Polonorum* Proceres ab inſita eis rapina, & concuſſione, auerſurus, dum animaduerterunt ſui generis, atque gentis Satrapam *Lucam Slupeczki*, quamuis pœna gehennali, dum viueret, a dæmonibus tortum, vitam ſuam per annos tredecim, ſalutari pœnitentia non emendaſſe, reformationem vero iniuſte ablatorum, neque filium, neque vxorem, quamuis in vita & poſt mortem demandatam, curæ habuiſſe. D

Venti validiſſimi & inundatio aquarum damna & chariſtiam producunt.

In Dominica Lætare, & tribus diebus ſequentibus, validiſſimus flatus Borealis venti ſuperuenit, vt robuſtiſſimas turres, domos, & arbores, a ſuis fundamentis ruinando deiiceret. Fruges hyemales, præſertim ſiligneæ, à niuium multitudine depaſtæ. Inundatio aquarum duobus menſibus continue durans, annonæ cariſtiam effecit.

In *Hungaria* noui motus. Quidam enim Barones, quorum Princeps *Nicolaus Friſbaczki*, erat, *Matthia* reiecto, *Fredericum* Imperatorem, & *Auſtriæ* Ducem, in Regem aſſumunt. Qui electioni à paucis de ſe factæ conſentiens, totam *Hungariam*, nouo & ciuili bellorum fremitu inuoluit. Omnis tamen motus, exinde coortus. *Frederico* Imperatore impenſam quamlibet, ad proſecutionem negocii facere faſtidiente breui refriguit. Exercitibus tamen vtriuſque Regis inuicem conuenientibus, fit atrox, & crudelis hinc inde pugna. Et quamuis dimicationem ipſam præſentia *Matthiæ Hungariæ* Regis adiuuaret plurimum. Præſens enim, & ſpectator pugnæ atque adhortator militum aderat, & labantem pugnam feſſis nouos ſubſtituendo, in locis aliquot reſtituiſſet. Ad extremum Cæſarianis militibus, bellum, *Frederici* nomine, adminiſtrantibus, victoria ceſſit. *Hungari*, & eorum auxiliares, magna clade obruti, & fere omnibus aut captis, aut interfectis, omnis exercitus *Matthiæ Hungariæ* Regis deletus. Rex ipſe *Matthias*, ornamentis Regiis, ne proderetur abiectis, cum paucis fugiendo, perſequentium manus, & captiuitatem euaſit. Et *Budam* perueniens, meticuloſitate, & puſillanimitate ingenti, renunciare, cedere Regno, in animo ſuo firmauerat, & *Frederico* Cæſari victori, ſupplicem ſe facere deſtinabat, rogaturus illum, vt de iure *Hungariæ* Regni vniuerſo excedens, liceret ſibi circa patrimonium tantummodo, & hæreditates, & Caſtra a patre quæſita, remanere. Ab hoc autem propoſito *Michaëlis Zeladin* auunculi ſui, amicorumque aliorum conſiliis, puſillanimem animum ſuum, meliora ſperare iubentibus, ægre reuocatum, miſſis Nunciis notabilibus, Eccleſiaſticis, & Secularibus, *Viennam* pacem, cum *Frederico* Cæſare, ſub his conditionibus, perpetuam componit, *vt Cæſar Fredericus, titulo Regni Hungariæ, ſibi & ſuis ſucceſſoribus, retento materialem Coronam Hungariæ Regni, ab Eliſabeth Regina Hungariæ, Alberti olim Hungariæ Regis relicta, apud illum in manus fideles depoſita reddat. De adminiſtratione quoque Regni Hungariæ, ad vitam duntaxat Matthiæ cedat: poſt mortem Matthiæ, etiam ſi pignus ſuſceperit Matthias, ſibi ſucceſſurus. Pro reſtitutioneque coronæ Hungariæ, Matthias Rex Frederico Cæſari, octoginta aureorum millia ſoluat, & de ſucceſſione Regni Hungariæ, morte ſua ſecuta, per ſuas literas, & omnium Conſiliariorum, & per corporale ſacramentum, operis effectu per Regem, & Conſiliarios præſtandum, Cæſarem certiorem faciat.* Sub his conditionibus dum pax, earum complemento ſecuto, conueniſſet, *Matthias Hungariæ* Rex, etiam à Cæſare in filium ſuſceptus, tum primum ſe coronari in *Alba Regali*, Corona huiuſmodi obtinuit, & contra omnem ſpem ſuam, Regno *Hungariæ* potitus, hæredibus etiam, filiis *Cazimiri* Regis *Poloniæ* extantibus, 1459.

Matthias à Frederico Romanorum Imperatore victus,

tandem pacis conditionibus ſecutis. Rex Hungariæ creatur.

nſo-

1459. toſolentius ſe erga Cæſarem *Fredericum*, erga *Michaëlem Zeladin* auunculum ſuum, quem proceſſu temporis in miſerabilem captiuitatem coniecerat, gerere cœpit.

Feſto Paſchæ lapſo, *Caſimirus Poloniæ* Rex ex *Lithuania* reuerti cœpit, & feria quarta in vigilia corporis Chriſti, *Radom*, excipiente eum illic *Zophia* genitrice ſna ſuperuenit. Feria ſecundâ ex *Radom* diſcedens, in terras *maioris Poloniæ* diuertit. Agebantur interim particulares Coouentiooes, ſuper expeditione bellica, Cruciſeris in *Pruſſia* inſerenda. Et Baronibus quidem *maioru Poloniæ*, qui in *Colo* coouenerant, viſum eſt expeditionem inſtaurari, aut ſaltem militibus, iuxta ſacultatum poſſeſſiones expediendis, bellum geri. *Cracouienſes* negarunt, aut militiæ aut bellis vacare, donec deformata, & collapſa erigerentur, & res publica, quæ peſſimo ordine, & Regis *Caſimiri* facilitate, pene perierat, reformaretur. Vnde petebant Conuentionem generalem in *Pyotrkow*, pro die ſanctorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum, teneri. Eam rem adeo moleſte *Caſimirus* Rex tulit, vt precibus *Cracouienſium* Baronum repudiatis, & Conuentionem teneri negaret, & Barones pleroſque, quaſi regimen regni erepturi ſibi forent, aſſentatoribus ſuſpitionem augentibus, pro hoſtibus duceret. Habiti proinde ſunt particulares in terris *Cracouienſibus* Connentus. In quibus dum *Cracouienſes* pertinatius perſeueraudum in propoſito cenſuiſſent. Conuentio generalis pro die ſancti *Ægidii* in *Pyotrkow* indicta eſt.

Polonis non ſatis concordibus

Ne tamen *Pruſſia* res pericliuatum iri contingeret, a *maioris Poloniæ* terris, collatione bonorum facta, vt is, qui centum marcas redditus haberet, laneeam vnam mitteret, & ciuitates, Oppidaque Regia, pedites, iuxta facultatem mitterent, exercitus congeſtus eſt, & in *Pruſſiam*, induciis, quæ labente ſanctæ *Margaretha* die, expirabant, miſſus. Nihil tamen memorabile illic egit, neque ad expugnationem hoſtilium munitionum inteodit, ne duntaxat hoſtes in Regios graſſarentur, hinc & inde gyrando, prouidit. Poſtremo in *Thorun* ſe recepit: vexationem quam *Bernhardus Schumborski*, & hoſtes ex *Chelmno Thorunenſibus* inferebant, prohibiturus. Exindeque, cum iam tempus hyemis appeteret, iniuſſu Regis, & Baronum, dum nemo eſſet, qui diſcuſſuros caſtigaret, in domos defluxit. Milites Regii in inferiori terra præſidia Caſtrorum & Ciuitatum obtinentes, etſi particularem, inſignem tamen de *Ludonico* Magiſtro *Pruſſiæ*, retulerunt triumphum. Nec multum abſuit, quin & ipſe Magiſter *Ludouicus* caperetur. Ducenti & amplius equeſtres capti, totidem & plures interfecti, ſpoliorum maior, quam pro numero, copia. In ſingulos Regios milites viginti millium aureorum numerus ſpolium diuiſum.

aliquis tamen exercitus in Pruſſiam mittitnr.

Qui nulla re memorabili edita

domos redeunt.

Præſidia tamen Caſtrorum Regia, inſignem referunt ex Ludouico Pruſſiæ Magiſtro triumphum.

Lubow oppi-

Oppidum *Lubow*, quod partium Regiarum

io eam diem erat, ne in blado ſuo ab hoſtibus pateretur detrimentum, in partes Magiſtri conceſſit, & præſidium ſuſcepit ſuum. 1459. Agitabantur & pro pace, aut pacis induciis, inter *Caſimirum Poloniæ* Regem, & Ordinem plures tractatus. Dumque ſpes de firmanda treuga, per *Henricum Plawyeuski* facta ſuiſſet, miſſique vſque in *Marienborg* duo Barones, *Stanulaus Oſthrorog* Palatinus *Caliſſienſis*, & *Ioannes Czarnkowsky* Caſtellanus *Gneſnenſie*. Ii quamuis cum Magiſtro, & *Henrico Plawicnsky* plures agitaſſent tractatus: non tamen pacis modus, aut oius ioduciæ, *Bernhardo Schumborski*, & ſtipendtariis partis aduerſæ, illam inficientibus, poterat dari. Propter quod Magiſter & *Plawiensky* inuerecunde renunciarunt Regi, *omnem ſibi à ſtipendiariis poteſtatem ereptam, neque in ſuo arbitrio, pacis ant belli ius conſiſtere. Agi proinde dignaretur clementia, & tam ſibi, quam Ordini, ne prorſus interiret proſpicere.* Plures naues onerariæ, frumentum & ligna in *Gdansk* portaotes, induciis temeratis à *Fricz*, qui in *Gnyew* præerat, captæ fuere, dum ad *Gnyew* appuliſſent. Quarum reſtitutionem Rege expetente, à Magiſtro *Pruſſiæ*, reſponſum æditum eſt, *Friczonem, ſua temeritate vſum, prædam illam feciſſe, ſuumque imperium, ſi reſtitutionem mandare vellet, pro nihilo habiturum.* Ita ſub pace, & eius induciis, plus detrimenti ab hoſtibus, quam ſub bello acceptum eſt, hoſtibus ad dolos & fraudes ſe conuertentibus, poſtquam ſe in iuribus vidiſſent aſſidue deficere.

dum ad Cruciferos deficit,

inducias vero toties tentatas

mercenarius miles Cruciferorum disturbat.

Feria ſexta in die ſancti *Bartholomæi* Apoſtoli, *Caſimiro Poloniæ* Rege *Lanciciæ* agente, Conſules & Primores Ciuitatis *Wratulauienſis*, venerunt. Qui tam ſuo, quam totius Ciuitatis ſuæ & *Namislouienſium* nomine, qui ſoli in fide cum *Wratislauienſibus* ſtabant, petebant, *vt quoniam Ladulao Hungariæ & Bohemiæ Rege mortuo, vtriuſque Regni ius ad ipſum recidiſſet. Ipſi quoque ea mente ſtabiliti eſſent, vt Georgium Pozdzyebraczki, vt hominem hæreticum, & iniuſtum, Regnique Bohemiæ occupatorem, nullatenus pro Rege habituri forent, dignaretur perſonaliter venire, aut mittere, & Wratislauienſis, & Namislouienſis Ciuitatis, ſuſcipere plenam poſſeſſionem, & regimen.* Iam enim præſatum *Georgium Pozdzyebraczki, Bohemiæ* aſſertum Regem audierant in armis eſſe, & omnes *Sleſiæ* Principes, eos etiam, qui ſecum alias ſentiebant, imperium ſuum acceptaſſe, & ſecum vna pro ſui aut deſolatione, aut expugnatione aduentaſſe. His à *Caſimiro* Rege commendatis, quod in tempore tam periculoſo & aſpero, ſoli, quod iuſtum & ſanctum eſſet, & facerent, & ſentirent, reſponſum eſt. *Deditionem quidem eorum gratam ſibi fore, ſe tamen & res ſuas ita qualificatum, & Pruthenico bello implicatum eſſe, vt eam nullatenus poſſit ſuſcipere.* Redirent proinde, & Rege Caſimi-

Wratislauienſes & Namislouienſes Georgium Bohemiæ Regem non agnoſcunt:

Quamuis eorum deditio à Polonia Rege Caſimi-

1459.

...ro non ſit accepta.

tam ſibi, quam ſuis Ciuitatibus, vtcunque poſſent, proſpicerent: Id vnum tamen cauerent, ne fidei Catholicæ, deprauarent puritatem. Eo reſponſo, *Wratiſlanienſes*, & *Namsloui-enſes*, quamuis ſibi moleſto, magis ſoliditati, quam perculſi. Sciebant enim, *Caſimirum* Regem *Poloniæ* ſyncerum ſibi reſponſum ædidiſſe, *Georgio*, Ciuitati ſuæ imminenti, reſiſtentiam parabant.

Die ſancti Ægidii, qui in Sabbatum cadebat, adueniente, cum *Caſimirus Poloniæ* Rex, & frequens Prælatorum, & Baronum *Poloniæ* numerus, in *Pyotrkow* aduenisset. *Craconienſium* terrarum Nuncii, quorum *Ioannes Rythwienski* Capitaneus *Sandomirienſis*, *Ioannes Tharnowski*, & *Ioannes Melſtinski*, capita & Principes erant, cum ad propinquum conſtitiſſent, negarunt ſe locum, ſine Regis & Conſiliariorum ſecuritate, intraturos. Aulici enim & familiares Regii, & plerique Barones, de quibus Rex fidebat, Regio iuſſu conſtricti, in armis erant, & in frequentiori, quam vnquam agmine, illuc conuenerant. Iniectus enim erat *Caſimiro* Regi ſcrupulus, deſtitutionem ſuam, velut praue Regnum adminiſtrantis, nonnullus Barones moliri. Ea res, cum & inſoliti, & pernicioſi eſſet exempli, non ſine amaritudine, & irritatione animorum, vt malum, quod ſerpebat, reſcindi poſſet, admiſſa eſt, & Nuncii *Craconienſium* terrarum, armis & ipſi veſtiti, adueniunt, quaſi cerneres, non domeſticos fratres, & amicos, ſed hoſtes & forenſes, conueniſſe, Rege autem *Caſimiro*, Conſiliariisque, & magna multitudine, locum conſilii ingreſſis, *Ioannes Rythuienski*, Capitaneus *Sandomirienſis* in lingua & animo promptus, non pro *Craconienſibus* tantummodo terris, ſed pro vniuerſo regno, in hunc modum diſſeruit.

Ioannis Rithwyenski Nuncii dicendi libertas in Caſimirum Regem coram tota Conuentione Piotrconienſi ex vtraque parte armatis conſiſtentibus.

Indigna, inquit, *ſors, Sereniſſime Rex, & notoria calamitas, in quam te feriente prolapſi ſumus, & niſi propiciatio Diuina, genus noſtrum inſpexerit, vsque ad interitum, & perniciem, prolapſuri ſumus, nos impulit, vt præſentem Conuentum, depoſceremus agi, publicarum rerum à te tuisque Conſiliariis reformationem, & ſtabilimentum petituri. Qui licet ægre conceſſus fuerit, antequam tamen conueniret terræ Chelmenſis nobiles, Sigiſmundus de Lathiczyn, & Wyerzbyatha de Schennicza, qui & ipſi nobiſcum Cauſam agunt, per Præfectum tuum Ioannem Kuropathwa, violati, & captiuitate, atque vulneribus affecti ſunt. Sed & nos cæteros, qui cauſam publicam, Prælatis, & Baronibus diſſimulantibus, agimus: exoſos, & inuiſos habes, tuos ſemper appellas hoſtes. Cuius rei gratia, tantum hominum copiam in armis conuenire iuſſiſti. Nos vero ingenue profitemur, tuos ſubditos, ſubiectos, & amiciſſimos eſſe. Sed ingemiſcimus, miramur, & querimur, te infeſtum nobis, & Regno noſtro hoſtem eſſe, qui terram Regni inſignem Lucenſem, & villas, numero plures, prope Brzeſczye conſiſtentes, à Regno Poloniæ alienaſti, & ditioni Lithuanorum adiecisti, nobisque pulſis & excluſis, terram notabilem, & villagia ipſa, iniuſtis Dominis conceſſiſti. Neque his contentus, conaris & aſtuas, vt & terram Podoliæ, à Regno ſequeſtres, & Lithuanis ſubiicias. Pro gratoque munere accipis, ſi Lithuani Caſtra, poſſeſſiones, munitiones, in terra ipſa Podolia, & alias à Polonis ſurripiant. Qui à Ducibus Maſouiæ, tuis & Regni Poloniæ feudalibus & vaſallis, Ducatibusque eorum, duos Diſtrictus Gouyecz videlicet, & Vagrowyecz per vim & iniuriam ereptos, Lithuaniæ Ducatui applicaſti. Sed & ipſos Lithuanos, Regno Poloniæ feudales, & ſubiectos, in tam ſuperbam mentem erexiſti, vt neque arma contra hoſtes noſtros communes Cruciferos, ferre, neque imperiis tuis obedire vellint. Cuſſione leuiſſima, & iniuſtè moneta, quaſi quodam vulgari incendio, nos conſumis, furum, prædonum, raptorum, cæterorumque maleficorum, & eorum præſertim, qui monetam falſificant, malitiam graſſari ſinis. Neque in hoſtes, Regnum deuorantes, neque in ſceleratos animum aduertis. Bona Regalia, & introitus, inutiliter conſumis. Vectigalibus, & ſtationibus Regnum adeo exhauris, & oneras, vt perpetuam Ciuitatum, & Villarum, videamus deſolationem. Viduarum, pupillorum, & oppreſſorum, querelis, & fletibus non moueris, vt adminiſtratio quoque iuſticiæ, ſub tuo regimine perierit. Armis, equis, auro & argento, & quibusque precioſis Lithuaniam exornas, Poloniam nudas; cum tam genitor tuus, quam frater tuus Wladislaus Hungariæ, & Poloniæ Rex, quam etiam tu ipſe, omnia decora, omnia ornamenta, omnes denique honores, & plurima beneficia, à Polonia accepiſtis. Et cum genitor tuus, vnius Diſtrictus exigui eſſet in Lithuania Dux, poſtea fauore Polonorum & Regni Poloniæ, & totius Ducatus Lithuaniæ Dominus effectus fuerit. Et ignotus, obſcurus, atque gentilis, per Polonos, in noticiam totius Chriſtianitatis, & in fidei lumen, atque claritatem ampliſſimam peruenerit. Lithuaniæ inſuper, & Samogithiæ terras, à Cruciferis occupatas, brachio Polonorum ereptas, Lithuanis reddiderit, & victores ſuos armis Polonicis vicerit. Quo in longæua ætate abſumpto, fratrem tuum Wladislaum, non in Polonia tantum, ſed & in Hungaria Regnum proueximus. Quo fælici, & glorioſa morte obeunte, te, & Corona Regali, & ſplendido matrimonio, inſigniuimus. Bella cum Cruciferis agentem, non armis ſolum, & corporibus, ſed & ære noſtro, & ſingulis ſubſtantiis in eam diem adiuuimus; Propter quod magno dolore affligimur, & conficimur, poſtquam pro tot noſtris, in genitorem, & germanum tuum, & poſtremo in te ornamentis, honoribus, excellentiis,*

1459.

1459. *tus, & decoris præſtitis, Lithuanicam gentem, nihil de te, patreque tuo meritam, & ſi verum oportet fateri, patri & tibi parum ſidam, nobis anteponis, & iniuriis, oppreſſionibus, & grauaminibus, nos vexas, conficis, & vsque ad perniciem conſumis. Oratum igitur venimus, & oramus, vt terram Lucenſem, & villas Parczouienſes, terræ inſuper Podoliæ portionem, per te nobis iniuſte adempta, reſtituas, monetam tenuem, futilem, & Regno damnoſam cudere deſinas, oneroſas ſtationes, & vectigalia ſubducas, Petentibus iuſticiam, & pacem ciuium tuum, te exorabilem, & benignum præſtes, & pro defenſione Regni, depoſita ſegnicie, te animoſum, & Virum oſtentes. Regemque Poloniæ, imo parentem te memineris, non vitricum. Id ſi impetramus, obedienter & iuſſionibus tuis parebimus, & pro tuis Regnique neceſſitatibus liberaliter ſubſtantias noſtras conferemus, & pro vtilitatibus excubabimus. Sin minus, neque de priuatis noſtris poſſeſſionibus quicquam collaturos, neque in militiam, niſi donatiuo accepto, nos, certus ſis ituros.* Magno fauore ſingulorum *Ioannes Rythwienski* auditus eſt, veriſsimaque illum dixiſſe, iuſtiſſima deprecatum fuiſſe, omnis concio, etſi non aſſertione ſermonis (plerique enim iram Regis verebantur) ſilentii tamen aut laudis confeſsione fatebatur.

Purgat ſe Rex Caſimirus de ſuperioribus obiectis. Cui idem Ioannes Rytbwyenski conuenientem facit replicationem.

Huic propoſitioni, & querelæ, *Caſimirus Poloniæ* Rex reſponſurus, primum, *quod terra Lucenſis, Villæ Parczonienſes, & portio Terræ Podoliæ, non à ſe, ſed à Lithuanis occupata, & poſſeſſa ſit*, purgare niſus eſt, ſed conuenienter ſibi a *Ioanne Rythwienski*, audiuit replicatum. *Non alium, quam ipſum Ducem magnum Lithuaniæ eſſe, & ex ſuo arbitrio & iuſſu, & Lucenſem terram & cætera, quæ Lithuani occupaſſent, pendere. Sed nec Lithuanos Lucenſem terram, niſi eo iubente, & permittente, occupaſſe: quam, eo Rege Poloniæ non exiſtente, nunquam occupare auſuros. Monetæ* deinde *cuſſionem, à Conſiliariis ſibi* deduxit *eſſe permiſſam, ab eaque ſe ceſſaturum* affirmauit. *Stationibus vero, & vectigalibus, non aliis ſe vti, quam pater ſuus vtebatur. Et Polonos iuxta ac Lithuanos diligere. Omnibusque petentibus, iuſticiam adminiſtrare. Defenſionem Regni ſibi quidem curæ eſſe. Sed ærario Regni obligato, & deficiente, nulli rei ſatis proſpicere poſſe* reſpondit. *Agerent vt bona Regalia ſibi redderentur: opportune ſe ſingulis Regni neceſſitatibus, prouiſurum.*

De rebus Pruthenicis fit conſultatio

Ad res deinde *Pruthenicas*, quoniam militarium, & Ciuitatum *Pruſſiæ*, Legati illis conſuli vrgebant, omnis cura conuerſa. Et *Stiborio* de *Chelm*, à Caſtri *Marienborg* tenuta deſtituto, gubernatio illius *Ioanni Koſcielyeczki* Palatino *Iuniwladiſlauienſi*, de armis *Powala*, & *Prandotha Lyubieſchowski*, de armis *Wyemawa*, commiſſa. Pleriſque armigeris, qui in *Pruſſia* militabant, pecunia per Regem ſoluta, nonnullis promiſſa. Ad cuius ſolutionem perficiendam, ſex groſſorum ſolutio cuilibet laneo impoſita: quam *Cracouienſes* Barones, & Nobiles non acceptarunt, donec pro feſto ſanctæ *Catherinæ* particularem in *noua Ciuitate* Conuentum agerent. 1459.

& ſtipendium militi ex indictione ſex groſſorum ſoluitur.

Pontifices inſuper cum Clero obtulerunt ſe aliquam modeſtam ſubuentionem facturos, ad præſtandam nouo Papæ *Pio* ſecundo, qui altero anno electus fuerat, obedientiam, & ad intereſſendum congregationi *Mantuanæ*. Præfatus enim Papa *Pius*, recuperationi vrbis *Conſtantinopolis* prouiſurus, *Romæ* die Lunæ vigeſima ſecunda menſis Ianuarii diſcedens, & *Mantuam* ſe conferens, quid facto opus eſſet, vocatis Regibus, & Principibus Catholicis, conſultabat. *Iacobus* de *Syenno* Apoſtolicus protonotarius, & *Gneſnenſis*, *Cracouienſiſque* Eccleſiæ Præpoſitus, in *Mantuam* miſſus. Cui ſpecialiter commiſſum, vt res *Pruthenicas*, contra Cruciferos, & ad cautelam pro Ciuitatibus *Pruſſiæ* excommunicationem generalem, per Calixtum Papam latam, tolli obtineat.

Legatus ad Papam Pium ſecundum Mantuam mittitur in rebus Pruthenicis.

Circa ſancti *Michaëlis* feſtum, Ciues & Oppidani, de Oppido *Paſchenhein*, in inferioribus partibus *Pruſſiæ* ſito, quod partim Regiarum erat, a Magiſtro *Pruſſiæ Ludouico* de *Irlichuſſen*, de deditione Oppidi, ſibi facienda, & expulſione Præſidii Regii, crebris Nunciis, & adhortationibus, promiſſiſque ſollicitati, rem cum *Michaële* de *Sromotuy*, Oppidi, & Præſidii Capitaneo communicant, quo annuente, deditio ab Oppidanis promittitur. Cumque ad diem compoſitam, exercitus Magiſtri, in quo quingenti equites, & omne robur militiæ ſuæ erat, Oppidum poſſeſſuri adueniſſent, *Michaël* Capitaneus, qui & ipſe, ad diem ipſam, frequentem militum Regiorum numerum acciuerat, trecentos, tantummodo præſtantiores, & inſigniores intromittit, ducentos ante portam ſtare iuſſit, ne ſi vniuerſi ingreſſi forent, res ad periculum recidiſſet. Trecentis autem intrantibus, portæ clauduntur, & omnes reſiſtere auſi, occiduntur. Cæteri cum armis, equiſque comprehenſi. Duo germani *Sliwyenſczi*, *Georgius* & *Ioannes*, qui partes Magiſtri, & Ordinis, enixius in eam diem adiuuerant, vulnerati. Item vnus Commendator, & plures alii occiſi. Milites Regii, magna præda potiti.

Cruciferica militia robur in Oppido Paſchenhein, Polonorum ſtratagemate occiditur.

Georgius Podzyebraczki, pro Rege *Bohemiæ* ſe gerens, dum in *Sleſiam* cum exercitu adueniſſet, à Ducibus *Sleſiæ* omnibus, *Zeganenſibus* duntaxat exceptis, cæteri enim fluxam ſe habuiſſe fidem, & fœdera, de non ſuſcipiendo *Georgio*, cum *Wratiſlauienſibus* inita, demonſtrarunt temeraſſe.

1459. Item & à Ciuitatibus ſuſceptus eſt. Sola *Wratulauienſis* Ciuitas, & *Namislouienſis* illi adhærens, hominis, per hæreſim *Viclephiſticam* deprauati, imperium peroſa, illum ſuſcipera contradixit. Cuius expugnationem, dum ſibi impoſſibilem videret, multis Oppidis, vicis, villis, quæ *Wratislauienſium* iuris erant, exuſtis, ſpoliatis, & direptis, in *Pſſyepalye*,& pluribus aliis locis,poſitis præſidiis,in *Bohemiam* redibat. Præſidia autem huiusmodi, & *Bohemorum*, & Ducum *Sleſiæ* gentes obſeruabant, continuoque ſtudio, qualiter *Wratislauienſes* ad deditionem impellere poſſent conſultabant. *Wratislauienſes* è contra eorum molitiones, & præſidia, nihil pendere, & impetus frangere gentium, quas precio conduxerant, robore non ceſſabant. *Georgii* & Ducum *Sleſiæ* milites ex præſidiis glomerati, triumphalem gloriam quæſituri, ad occupandum Monaſterium S. *Vincentii*, extra *Wratislauiam* ſitum, deſcendunt, occupato Monaſterio, ex loci propinquitate amplius *Wratislauienſes* oppreſſuri. *Wratislauienſes*, de eorum aduentu non ignari, poſitis in locis pleriſq; inſidiis, obuiam illis eunt. Et congreſſu inito, dũ hi, qui in inſidiis latebant, proſiliiſſent, & *Georgii* gentes, & a tergo & a fronte vrgerentur, paruo negocio vincuntur. Cæſi plures ſunt; alii viui venere in manus *Wratislauienſium*, nonnulli in flumine *Odra* ſuffocati, pauci fuga elapſi. Hac clade exercitus *Georgii*, qui reſiduus in *Pſſyepolye* fuerat, perculſus, concito gradu in *Bohemiam* diffugit. *Wratislauienſes* nullo illos de cetero laceſſire audente, & præſidium in *Pſſyepolye*, & Villas Ducum, Nobiliumque *Sleſiæ* flammis exurunt. Vicinis quoque *Sleſiæ* Ducibus inducias petentibus, reſpondent, *nullas ſe cum dalaſit, & inſidis vicinis inducias inituros.* Itaque incendiis continuis, *Sleſiæ* Principatus, *Georgia Poſdzyebracki*, ſuis deditis ferre, auxilium negligente, vexabantur. Fracti tandem Ducum precibus, inducias ad feſtum Circumciſionis Domini, conficiunt. Interim duo Summi Pontificis *Pii* Papæ Nuncii, videlicet *Hyeronimus Cretenſis* Archiepiſcopus, & *Franciſcus* Decretorum Doctor, natione *Hiſpanus*, in fauorem *Georgii Bohemiæ* Regis miſſi, *Wratislauiam* adueniunt, perſuadentque *Wratislauienſibus*, *Georgium Regem Bohemiæ Papæ obedientem fore, & pro vnienda Bohemia, eiiciendisque erroribus, intentum eſſe, nec indignum, cui obedientia, velut Regi, communionem Eccleſiæ Catholicæ habenti, ab eis præſtetur*, *Wratislauienſes*, pacis auidi, conditionibus nonnullis *ne eorum rebellio vnquam eis detrimento foret, & ne Capitaneus illis, quem non probarent, conſtitueretur*, appoſitis, *in Georgii obedientiam, obtenta pace in triennium, ſi Georgium interim fidelem, & Catholicum eſſe conſiterni*, obtulerunt *ſe ituros.* Satis induſtrioſa vſi ſolertia, quoniam

Wratislauienſes, Romani Pontificis adhortatione, Georgii Bohemiæ Regis, quem clade ingenti affecerant, imperium ſuſcepturas ſe promittunt: acceptu in triennium induciis, & canditionibus

neq; hæretico Regi obedire tutum rebantur, neque reluctari ſine periculo, poſtquam vniuerſum Regnum *Bohemiæ*, ſingulique *Sleſiæ* Duces, in ſuam obedientiam conceſſiſſent.

1459. *certis adiectis.*

In feſto ſancti *Nicolai* Confeſſoris, generalis Conuentio in *Pyotrkaw* habita eſt. In quam, cum *Caſimirus* Rex *Poloniæ*, cum frequenti Prælatorum & Baronum numero aduenisset, viginti perſonas ex Primoribus eligi, qui cæteris omnibus excluſis, res publicas tractarent, & ſtabilirent, placuit. Ibi primum *Caſimirus Poloniæ* Rex, de duodecim articulis, quibus reipublicæ partes peſſundabat, arguitus eſt. Qui ad ſingulos conuenienti dato reſponſo, ſe de cetero non ab his ſolum, ſed & aliis quibuscunque reipublicæ perniciem afferentibus, temperaturum ſpopondit. Ad prouidendum rebus *Pruthenicis*, quæ eodem anno à militibus Regiis proſpere magis quam vnquam geſtæ ſunt, vectigalia mercatoribus & ciuibus, cæterisque lucra ſectantibus, in annum tantummodo impoſita. Fertones ex ſingulis laneis decreti, & octaua pars cenſuum Regi pro ſoluendis Stipendiariis, per Eccleſiaſticos, & Sæculares promiſſa. Quo quidem decreto, animi omnium in *Pruſſia* militantium, adeo exhilarati ſunt, vt in ſpem futuræ ſolutionis, & prorogaturos ſe terminos emeriti ſtipendii, & viuacius, quo poſſent de cetero militaturos vltro offerrent.

Rex Caſimirus arguitur,

tandem v.. Eigal ſerſoneſque indicuntur, & octaua pars Cenſus annui à Sacerdotibus promittitur in militiam Pruthenicam.

Iacobus de *Syenno* Protonotarius Apoſtolicus, *Gneſnenſis*, & *Cracouienſis* Præpoſitus, à *Caſimiro Poloniæ* Rege, ad *Pium* ſecundum Papam, miſſus, dum illum *Mantua*, Conuentum Regum, & Principum, pro bello *Turco* indicendo, & *Conſtantinopolis* recuperatione agentem, offendiſſet, obedientiam illi nomine Regis, & Regni, vt iuſſus erat præſtitit: eo primum per tractatus intermedios extracto, quod Papa Militares & Ciues *Pruſſiæ*, quos ſub Cenſuris in Magiſtri, & Ordinis obedientiam redire iuſſerat, abſoluit, & in quantum indigerent, pro abſolutis declarauit. Et quamuis ſe verbis Regi & Regno fauere aſtrueret, Cruciferorum tamen partem, quam maxime promouebat. *Almanicæ* nationi, apud quam, in Curia *Frederici* Imperatoris longo tempore conuerſatus fuerat, adeo deditus, vt etiam omnes alios, de quo illi Collegium Cardinalium & Principum, Regumque Oratores, plurimum ſuccenſebant, negligeret: omnem ſuam fiduciam reponens, quod *Almanorum* potentia, & *Turcus Europa* pelli, & *Conſtantinopolis* recuperari deberet. Maximo inſuper ſtudio, & cura prefati *Iacobi* de *Syenno*, Regii Nuncii, laboratum & certatum eſt, vt Ordo Cruciferorum de *Pruſſia*, penitus inde tolleretur, ne Reges Catholicos, quibus confinis eſt, domeſtico bello inuolueret, & transferetur ad Inſulã *Tenedum*, vt illic, iuxta ſuæ profeſſionem regulæ, militiæ in barbaros vacans, *Turcos* bello laceſſeret. Translationem autem huiusmodi, non ſolum

Iniquus animus in Polonas, & æquus in Almanos Pii Papæ ſecundi,

Iaca-

Google

1459. *Iacobus* de *Syenno* Regius Nuncius, ſed etiam omnium Regum, & Principum Oratores, feruidiſſime promouebant, & rogabant Apoſtolicum ſolicitis ſtudiis, vt translatio ipſa, & Eccleſiæ Dei, & Chriſtianorum paci neceſſaria, ſolis *Almanis* in aduerſum nitentibus, vniuerſali conſenſu decerneretur. Papa tamen Cruciſerorum partem, maxime adiuuante, decretum huiusmodi tunc obtineri non potuit. Decretum antem in eo Conuentu fuit, *ne cui à proceſſibus, & mandatis Apoſtolicis, ad futurum Concilium impune appellare liceret*, Reſpondendo Summus Pontifex *Pius* ſecundus, Oratoris Regis *Iacobi* de *Syenno*, Præpoſiti *Gneſnenſis* & *Cracouienſis* venuſtæ orationi, per quam obedientiam, nomine Regis, & Regni *Polonia* publice præſtabat, *Caſimirum Poloniæ* Regem de potentia Ciuitatis *Gdanenſis*, quæ quadraginta millia militum armare poſſet, ſuæ ditioni parentis, præteritis vniuerſis, aliis Regiis virtutibus, potentiisque, commendauit. Innuens illa vafra commendatione, alia illum commendatione, magis propria, magisque antiqua indignum. De annuentiaque, & ſpeciali conſenſu Papæ, vt quibusdam aſſerere placuit, & ſubordinatione in eodem Conſiſtorio, Cruciſerorum, Procurator, & ipſe habitu & religione Cruciſer, aſſurgens, orationem in *Caſimirum Polonia* Regem, & eius Oratorem, *Iacobum* de *Syenno*, parum honeſtam, & vt plerique ſenſere, ab ipſo *Pio* Papa formatam, pronunciauit: Carpens *Caſimirum Polonia* Regem, quod ſibi *Pruſſiam*, & eius titulum, contra ius ſasque in præiudicium, & Summi Pontificis, & *Romanæ* Eccleſiæ, & Imperii, & Ordinis, Oratore Regio *Iacobo* de *Syenno*, nihil opponente, carpebat.

ad quem fruſtra laboratur de Cruciſerorum ex Pruſſia in Inſulam Tenedum translatione.

1460. Integro fere biennio. *Caſimirus Polonia* Rex, per inſignes & graues perſonas, crebro ſolicitatus, quatenus cum *Georgio Poſdzyebraczki*, qui poſt mortem *Ladislai*, *Hungariæ* Regis, & *Auſtriæ* Ducis, in *Bohemiæ* Regem, per factionem Baronum, ſpe, precio, aut precibus corruptorum, vt nonnullorum aſſertio habebat, ſuffectus erat, ligam & amicitiæ vinculum iniret, & *Caſimirus Polonia* Rex, ex bonis reſpectibus, ligam ipſam cunctando differret. *Przemislaus Theſchnenſis* Dux, fœderis prædicti inter Reges cæteris *Bohemiæ*, & *Moraniæ* Baronibus, qui id munus ſummopere depoſcebant, reſilientibus, tractator, pro Circumciſionis Domini die, in *Bythomienſi* Oppido Diætam tenendam, concludit; vt in ea communes Conſiliarii conuenientes, & obſtacula difficultatesque tam ortas, quam orituras diſſoluerent, & de conditionibus quibus fœdus inter Reges ſanciri, componique deberet, primum concordarent. In eam itaque Diætam, dum *Caſimirus Polonia* Rex, *Stanislaum* de *Oſtrorog* Palatinum *Caliſienſem*, *Nicolaum Pyeniazek* de *Vitbouice* Succamerarium, & Capitaneum *Cracouienſem*, & *Ioannem Dlugoſch* Cuſtodem *Viſlicienſem*,

A & Canonicum *Cracouienſem*, cum certis inſtructionibus transmiſiſſet. Affuerunt & ex parte Regis *Bohemiæ Georgii*, *Przemislaus* Dux *Theſchnenſis* prædictus, *Zdenyek Conopniczki*, de *Schtenbarg*, ſupremus *Pragenſis* Burgrabius, & *Ioannes Zaymacz* de *Kunſthat*, Regis *Georgii* Patruelis. Inter quos, dum ad tractatus mutuos ventum eſſet. Nunciique *Caſimiri Polonorum* Regis, quemadmodum par erat ſingulas obſtantias, & eam primum, *vt ius ſucceſſionis, & hereditarium Regina Polonorum Eliſabeth, ad Regnum Bohemiæ, auitum, paternum, & fraternum, non aboleretur*, iuſtum ſolui cenſerent, *Bohemici* Nuncii, etſi id parumper reſellerent, & *nedum fœminam, ſed neque maſculum, poſſe in*

B *Regno Bohemiæ hereditare* aſtruerent: negabant tamen *ſe, ſuper ea, aut quacunque alia obſtantia decidenda. Sed tantummodo ad ineundam amicitiam atque ligam, à Rege ſuo mandata accepiſſe pro eo, quod Dux Theſchnenſis Przemislaus, vtrarumque partium Mediator, nulla obſtantiarum huiusmodi, aut aliarum facta mentione, amicitia tantummodo fœdus commemorans, ſuperficietenus rem abſolutiſſet.* Iuſtabant itaque *Bohemici* Nuncii, *breuem aliam Diætam indici, in qua perſonaliter Reges fœdus ſancituri conuenirent. Quo*

C *habito, maximus profectus vtrique Regno, Pruthenici belli finem poſſe inuenire. Furta quoque & clandeſtinas inuaſiones, ex Sleſia poſſe conquieſcere* amplo ſermone monſtrabant, abnuentibus Nunciis *Polonicis, & nondum maturam perſonalem conuentionem Regum*, euidentibus rationibus, docentibus, *cum & conditiones, quibus fœdus, inter Reges, & Regna feriendum eſſet, limari, ſtabilirique, & ſuper damnis, à Ducibus Sleſiæ, & ſignanter à Duce Bolkone illatis, ius dici primum, etiam ſi alia conſopita eſſent oporteat.* Ea tandem concluſio, ab vtrisque capta eſt, *vt in eodem Bythomienſi Oppido, in feſto ſancti Ioannis Baptiſtæ, Conſiliarii Regni vtriusque, conditiones fœderis moderaturi. Diætam tenerent,*

D *& illic quo Reges perſonaliter conuenturi, fœdusque firmaturi eſſent conſtituant.*

De fœdere inter Caſimirum Poloniæ & Georgium Bohemiæ Reges ineundo tractatur.

Huius anni Natiuitatis Chriſti diem, cum ſubſequentibus, *Caſimirus Polonia* Rex apud *Cracouiam* exegit. Die autem Iouis, vigeſima ſeptima menſis Decembris, in die beati *Ioannis* Euangeliſtæ, filius illi tertius apud *Cracouiam* ex *Eliſabeth* Regina, hora duodecima natus eſt, qui in die Dominico ſubſequenti in *Cracouienſi* Eccleſia, per *Georgium Laodicenſem* Epiſcopum, ſuffraganeum *Cracouienſem* baptizatus, *Ioannes Albertus*, nomen binominum accepit.

Ioannes Albertus Caſimiro Regi filius naſcitur.

Sabbato intra Epiphaniarũ octauã, venerunt *Cracouiam*, ad *Caſimirum Polonia* Regem, *Vilhelmi* Comes in *Tierſthau*, *Georgius* de *Lapide*

Can-

1460. Cancellarius, & *Venceſlaus Cuſſel* Camerarius, per *Albertum* Archiducem *Auſtriæ*, in pulchra Comitiua deſtinati. His, cum die Solis ſubſequenti, audientia data fuiſſet, *commemoratis pluribus officiis, quibus Albertus Archidux præfatus, in Caſimirum Poloniæ Regem vti ſolitus eſt, offerebant illum, ad omnem fatigam, impenſam, & laborem, per quam poſſet inter Caſimirum Poloniæ Regem, & Cruciferos, pax & concordia perpetua firmari.* Quod vt facilius ſequi poſſet, perſuadebant, *vt Rex Caſimirus in Ducem Albertum, de nouo omnino compromitteret, nihilque dubitaret, cauſam ſuam credere, fideli amico, commodũ ſuum, & filiorum ſuorum, potius quam damnũ, ſemper zelanti, per arbitramentum huiuſmodi, dante Domino effecturum.* His reſponſum eſt *compromiſſum ſimile, in Sigiſmundum tunc Romanorum, & Hungariæ Regem, in cauſa eadem Cruciferorum, per Wladiſlaum Regem, patrem regis moderni, factum, horrenda bella & Chriſtiani ſanguinis profluuia, atque inter Reges tam deteſtanda odia exciuiſſe, vt vnus alterius capiti, famæ, & Principatibus, vſque ad mortem inſidiari non deſtiterit: Vereri igitur Poloniæ Regem, ne ex optimo & charo amico, infeſtum ſibi hoſtem conſtituat, ſi per pronunciationem iniuſtam, terras naturales Regi & Regno, quod conſtabat Sigiſmundum Regem feciſſe Romanorum abiudicauerit. Vereri ne in alteram muſcipulam cadat. Proinde, placere quidem Regi Poloniæ, vt Archidux Albertus Arbiter ſit, non omnem, ſed modificatam habens poteſtatem, & vt pro medio quadrageſimæ Wratiſlauiam, aut alio die competenti, deſcendat: Et partibus auditis, in fori modum componere tentet. Et ſi quidem difficiliora, & principaliora, concordata per eum fuerint, non abnuiturum Poloniæ Regem, vt ſuper minus difficilibus & acceſſoriis, in Archiducem compromittat.* Eo accepto Nuncii reſponſo gratulabundi (quilibet enim eorum, quatuor nobiles veſtes de Sabellinis, aut mardurinis pellibus, donatione Regis induerat) in *Auſtriam* reuertuntur. Quibus diſcedentibus, *Ludouici Bauariæ* Ducis, qui Reginam *Poloniæ Eliſabeth* propinqua linea contingebat, Nuncius, miles *Barthfoldus Eympach* aduenit, & interpoſitionem pro pace, inter Regem & Cruciferos offerens, & fœdus ſecum feriri petens. Et fœdus quidem tunc, quoniam iuſtum & honeſtum petere rebatur, cum Duce ictum eſt: de interpoſitione gratiæ habitæ, neque recuſaturum fuiſſe Regem, tam fidum arbitrum, ſi id munus *Alberto* Duci *Auſtriæ* non demandaſſet. Sed & Nuncii Apoſtolici, *Hyeronimus Cretenſis* Archiepiſcopus natione *Venetus*, & *Franciſcus* de *Tholeto* ſacræ Theologiæ Doctor, Archidiaconus de *Aſtigia*, natione *Hiſpanus*, dum per plures fatigas, & tractatus, bellum inter *Georgium*, pro *Bohemiæ* Rege ſe gerentem, & *Wratiſlauienſes* Ciues, hactenus geſtum, A ea conditione extinxiſſent, *vt per triennium Wratiſlauienſes iuris ſui, in ſingulis eſſent. Lapſo vero triennio, Georgio, vt Regi, ſi ſe fidelem, & Romanæ Eccleſiæ obedientem, errore veteri abrogato,* vt in ſuperioribus præmiſimus, *præſtiterit, parerent.* Ad extinguendum quoque bellum *Prutbenicum*, iuxta mandatum, quod à ſummo Pontifice acceperant, ſe in *Poloniæ* Regnum ituros, diſponebant. Regemque *Caſimirum* ſolicitabant, de ſecuritatis conductu. Sed is illos, ad ſe (iam enim quales viri eſſent, didicerat. *Venetus* enim ex mercatura, nouiter in ſacerdotium translatus, etiam apud ſuos, propter quoddam ſcelus, cenſebatur infamis. *Hiſpanus* vero, pluſrimis ante annis *Romæ* cauſas Cruciferorum promouebat ſiue adiuuabat) venire, velut ſuæ B parti ſuſpectos, vetuit. Pro ſummi tamen Pontificis, & eorum honeſtate, *Ducem Auſtriæ Albertum, arbitramentum, futuræ inter ſe, & Cruciferos, concordiæ præoccupaſſe. Se inſuper in remotas Ruſſiæ, & Valachiæ partes, ad prouidendum rebus tam fidei, quam Regni ſui, publicis, diſceſſurum,* reſcripſit. Quo reſponſo habito, præfati Apoſtolici Nuncii, in *Italiam Senas*, vbi ſe Papa, Conuentione *Mantuana* abſoluta, contulerat, ex *Wratiſlauia* remearunt.

Caſimirus Poloniæ Rex Nuncios Romani Pontificis Pii ſecundi, ad ſe non admiſſit.

Ducem Auſtriæ Albertum Arbitrum accipit: gratia pacis inter ſe & Cruciferos in Pruſſia componenda.

Paranti *Caſimiro Poloniæ* Regi ex *Cracouia* in *Ruthenicalem* oram diſcedere, duo triſtes afferuntur Nuncii. Et vnus quidem denunciabat *Caſtrum & oppidum Valcz, negligentius à ſuo Tenutario, Ioanne Vedelſki* (Saxo hic genere erat, in obſequiis tamen *Poloniæ* Re- C gum adoleuerat) *cuſtoditum, per Caſparum Noſthwicz Sleſitam, qui in parte Cruciferorum verſabatur, eſſe interceptum.* Quod *maioris Poloniæ*, militibus Rex obſidere illico mandauit. Sed illi licet iuſſionibus paruiſſent, non conquiſito Caſtro, ſoluunt obſidionem, nulla eos premente neceſſitate. Alter vero *Borziwoy de Skrzyn, Polonus, de Cygnorum Domo, montem Turza, fortem ſitu & natura, prope Dobezieze, in terris Cracouienſibus ſitum incaſtellaſſe, & hoſtilia tam ex illo, quam ex Zywiecz agere.* Et Rex quidem rebus *Pruſſiæ*, quarum etiam prouiſio nullatenus negligenda erat, prouiſurus, *Cracouia*, in qua duos cum dimidio menſes abſumpſerat, D Sabbato ante Dominicam Reminiſcere, quæ fuit octaua dies Menſis Martii, receſſit. *Nicolaum* tamen *Pyeniazek* de *Vithowiecze*, Succamerarium, & Capitaneum *Cracouienſem*, & *Petrum Cemorowſki*, ad obſidendum montem *Turzæ* & *Zywiecz* cum Aulicis ſuis, & *Sciricenſibus* terrigenis, miſit: Et mons quidem *Turza*, feria quinta ante Dominicam Palmarum, conquiſitus, & exuſtus eſt, & præda omnis militi conceſſa. Abinde vero verſus *Ziwy-*

Caſtrum & Oppidum Valcz amittitur:

Terra Oſwiaczim monte Turza

1460. 1460.

& Ziuieć in poteſtatem Regis Caſimiri redactis, à fece & manu latronum purgatur.

Ziwyecz proceſſum eſt, & arctius fortalicium illud obſideri cœptum. Quod poſt vnum menſem, forti militum brachio, quinque tamen deſideratis, & quinquaginta vulneratis, ſabbato io die Inuentionis ſanctæ Crucis obtentum eſt, & regio *Oſſwyaczimenſis* à furibus, & prædonibus erepta & purgata eſt.

Ruſſiæ terris peragratis, pro Dominica Ramis palmarum, *Caſimirus Poloniæ* Rex in *Brzeſczye Ruthenicale* venit, & octo illic diebus, cum *Lithuaniæ* Primoribus, tam Conuentum, quam Conſilium tenuit. Intra quos, infectas, *Lithuanorum* fere omnium mentes, & ad mouendum *Poloniæ* Regno bellum procliues, auertit & ſanauit, quo facilius terram Regni *Podoliam* occupare poſſent aſſerentium: *nullum tempus aptius, ad inferendum Polonis à ſe bellum, affuturum, quam dum bello Pruthenico diſtenti eſſent.* Ex *Brzeſczye*, feria ſecunda, ante feſtum ſanctorum *Philippi* & *Iacobi* Apoſtolorum, *Sandomiriam* venit. Vbi Rege de progreſſu futuri belli *Pruthenici*, cum Prælatis, & Baronibus conſultanti, plures literæ Ducum *Sleſiæ* allatæ ſunt, denunciantes, *Georgium Regem Bohemiæ, contra Poloniæ Regnum, bellum magno fremitu, & apparatu indixiſſe, propter quarundam Bohemiæ Ciuitatum nobilium exuſtionem, quæ incenſoribus captiuis comprehenſis, ordinatione Regis Caſimiri, & Eliſabeth Reginæ Conſortis ſuæ, attentata fuiſſe*, falſo licet, narrabatur. Nihil hac denunciatione *Caſimirus* Rex, & ſui Conſiliarii moti, bellum & inferendum contra *Pruſſiam*, & reſiſtendum contra *Bohemum* parabant. Creſcebatque militibus animus, pro tam notoria iniuria, & calumnia, in Regem & Reginam commentata, quam vix de vno impoſtore, & nebulone credere fas erat, facilem ſe victoriam de *Bohemis*, propiciatione diuina, arbitrantibus obtenturos. Ad *Tartarorum* Imperatorem *Eczigerii*, & ad *Valachiæ* Voieuodam *Stephanum* Nuncii miſſi, *vt cum potentiis ſuis, ſi quod cum Bohemis bellum agendum eſſet, auxilium Regi Caſimiro ferrent.* Coniecturatum autem fuit, à prudentibus, & ſolertibus viris, coniectura efficaci, & probabili, quod *Pruſſiæ* Magiſter *Ludouicus*, & Ordo, & *Bernhardus Schumborski*, cum ſuæ partis *Almanicis*, & *Bohemicis* ſtipendiariis, callidiſſimo & doloſo ingenio, incendia, quæ *Bohemico* inferebantur Regno, fuerant commentati; Videntes enim ſe ad extrema redactos, & propediem ad maiora redigendos, magno incenſoribus, Vice & nomine Regis, & Reginæ *Poloniæ*, dato ſalario, vrbium vicorumque *Bohemiæ* procurauerant incendia, ea ſpe & intentione, vt *Georgio* Rege, & *Bohemis*, ex confeſſione incendiariorum irritatis, & in bellum contra *Poloniæ* Regnum, ob iſtiuſmodi iniuriam conſurgentibus, bellum *Pruthenicum* quie-

Polonis à Bohemis indictum eſſe bellum nunciatur, ob quaſdam Ciuitates, quaſi iuſſu Poloniæ Regis Caſimiri incenſas.

ſceret, aut ſaltem retardationem & interceptionem acciperet.

In *maiorem Poloniam* ex *Sandomiria*, *Caſimirus Poloniæ* Rex iturus, feria quarta in vigilia ſancti *Stanislai* in Maio diſcedens, per *Opatbow*, viſitato monaſterio ſanctæ Crucis, in caluo monte, per *Opoczno* cæteraque loca, *Lanciciam* venit. Vbi Prælatorum, & Baronum *maioris Poloniæ* tribus hebdomadis Conuentum tenuit. Sub quibus plures prouiſiones, & *de traducendo exercitu in Pruſſiam*, & *de obſidendo Caſtro Valcz, in metis Saxoniæ ſito, quod ab hoſtibus interceptum tenebatur*, fecit. Miſit & ex *Lancicia* in *Bohemiam* duos milites, *Iacobum Dąbienski*, & *Albertum Gorski*, ſuam & Conſortis ſuæ Reginæ *Eliſabeth*, famam callide, vafre, & falſe, de procurata exuſtione Ciuitatum *Bohemiæ* inſimulatam, etiam duello & pugna, licet miſſio ipſa, pleriſque diſpliceret Conſiliariis, purgaturos, non tam *Georgii Bohemiæ* Regis gratia, ſed ne incendiorum huiuſmodi commentata calumnia, *Caſimiro* Regi, & *Eliſabeth* Reginæ, apud improbos, & ignaros, ſugillationem adferret. Qui *Pragam* aduenientes, a *Georgio Bohemiæ* Rege benignius tractati, quam ſuſcepti ſunt. Deinde, cum famam *Poloniæ* Regis, & Reginæ, plurimo ſermone, data audientia, purgarent, & duellum aſſertoribus offerrent: aſtruentes *Caſimirum Poloniæ Regem, & ſuam Conſortem Eliſabeth, non extra noxam modo, ſed etiam extra noxæ ſuſpitionem, fore, Habere Regem Poloniæ, & gladios & arma, cæteraque generis bellorum, quibus proſequeretur, non licitamine, neque clanculo, ſed propalam, ſuas hoſtilitates.* Si quis aliud refellere audeat, ſe Regis ſui, & Reginæ innocentiam duello oſtenſuros, Rex ipſe *Bohemiæ Georgius, famam huiuſmodi, velut fictam & mendaci nunquam ſe crediſſe, ſed eam,* vt erat, *ab inuidis conflatam, ſemper pro falſa tenuiſſe:* omnibus Baronibus *Bohemiæ* certatim in eios ſententiam ſermones multifarios fundentibus. Deducens *Iacobum Dąbienski*, & *Albertum Gorski* muneratosque dimitteos, etiam Conuentionem per Barones vtriuſque Regni, communiter, in feſto Sancti *Martini* agendam, condixit, militibus *Poloniæ* ſuſcipientibus: excuſans ſe, quod propter ortam ſimultatem, Barones ad diem tranſactam ſancti *Ioannis* Baptiſtæ non miſerat.

Caſimirus Rex Calumniam apud Georgium Regem Bohemiæ purgat per Legatos.

Si quis duellum offerentes de non incenſis ſuo iuſſu Ciuitatibus Bohemiæ.

Oppidum interea *Marienborg*, quod per gentes Regias obſidione premebatur, dum quatuor prope menſibus obſidionem tolerasset, tandem tredecima menſis Auguſti, veritum irruptionem per ſpecus ſubterraneos, quæ iam matura erat. Famem enim adhuc in ſex menſes poterat tolerare, In manus *Ioannis Koſczyłeczki*, Palatini *Wladislauienſis*, & Capitanei *Marienburgenſis* deditum eſt. In deditos nihil ſæuitum. Sed *Ioanne Bluma*, & duobus aliis Ciuibus, qui tradimenti cauſa,

Oppidum Marienburg capitur à Polonis

1460.

cauſa, capta erant, in quatuor partes diſmembratis. Stipendiariis vero Magiſtri, illic militantibus, in vincula coniectis, ceteræ omni A multitudini parſum eſt. Sub eodem tempore *Bernhardus Schumborski*, ex *Morauia* aduenit: ducens ſecum ex *Bohemis*, & *Almanis*, non contemnendam cohortem, ad tria millia in equitibus & peditibus æſtimatam. Quæ cum vſque *Francfordiam* ſupra *Odram*, vbi hoſtile erat receptaculum, *Frederico Brandeburgenſe* Marchione, fortunæ *Polonorum* inuidente, adueniſſet, deditione *Marienburg* audita, Duce deſerto, retrorſum abiit: præter quingentos, quos *Bernhardus* vanis promiſſionibus, & figmentis ægre retinuit. Obſidebatur & tunc a gentibus regiis Caſtrum & Oppidum *Valcz*. Fama quoque vulgatum erat, illuc primum *Bernhardum*, cum copiis peruenturum, & obſeſſis liberationem daturum. Dux exercitus Regii *Iacobus Dabienski*, Caſtellanus *Malogoſtenſis*, de Domo *Odrowarz* obſidione ſoluta, in locum æquum, cum *Bernhardo* conflicturus, ſeceſſit, magnaque ſpe exercitus tenebatur, certaminis futuri. Sed *Bernhardus*, calliditate vſus, obliquam viam tenens, & nocte vna, atque interdiu, duodecim milliaria ſuperans, exercitum Regium, & Ducem fallens, *Choyniczam*, centum equis amiſſis peruenit. Quo cognito hoſtes, ex *Valcz* magna trepidacione Caſtro deſerto, atque incenſo, *Bernhardum* ſecuti ſunt. Sed neque illos *Iacobus Dabienski*, perſequi valuit: cum nocte diſceſſionem feciſſent. Itaque vterque hoſtis de manibus emiſſus, *Bernhardus* ex *Choynicza*, maioribus copiis auctus, verſus *Gdansk* proceſſit. Et inſidiis collocatis, *Gdanenſium* munitionem, vno miliari C ante *Gdansk* ſitam, & præſidio militum firmam, laceſſere cœpit. *Gdanenſes*, non præuiſis inſidiis, tumultuario more, ſine ordine, ſine lege, dum ex *Gdansk* incompoſiti decurrunt, in inſidias incidunt, ſexaginta cæſi, ducenti capti, inter quos duo viri Conſulares numerabantur: Ea clades hoſtium animos erexit, occaſionemque dedit *Gdanenſibus* carpendi Regem, quod *Bernhardum* profligare tardaſſet. Oppidum inſuper *Golub*, Ciuium tradimento, *Bernhardo* traditum eſt: in quo plures *Dobrzinenſes* terræ nobiles capti, & fortunæ eorum illic conditæ, ab hoſtibus interceptæ. Caſtrum quod, ab *Vlrico Czirnonka*, & ſuo Burgrabio *Puſchkarz*, pro Rege *Caſimiro* tenebatur, oppido ſuperimminens, & gentibus, & fulcimentis neceſſariis, per Regem refectum eſt. Ab eo autem tempore, *Pruthenica* res in euidentem vacillationem, conuerſæ ſunt, & terra *Dobrzinenſis* hoſtibus, pendebat tributa. Dux quoque *Stetinenſis Ericus*, fœderatus, Regi propinquus, & affinis, in quem & eius inſigniores familiares, Rex, dum apud illum in *Caliſch* pridem ageret, Regalia dona effuderat, nullo verbo

Gedanenſes per hoſtem affliguntur.

Oppidum Golub hoſti proditur.

Ericus Stetinenſis Dux cum nonnullis aliis Oppi-

læſus, nulla iniuria offenſus, fide temerata, & fœdere, duas Ciuitates ſuæ fidei, à Rege commendatas, videlicet *Lemberg*, & *Bythow*, hoſtibus ſponte tradidit: Tertia *Puczkow* qua à Rege *Suecia* in pecuniis, *Polonia* Regi mutuatis tenebatur, intercepta. Veniebant ad *Ericum Stetinenſem* Ducem, primum Ciues, deinde coniugatæ, & matronæ, vltimo Virgines, & pueri, de *Lemberg*, & flexis genibus, eo adorato, *ne ſe, & oppidum eorum Lemberg Cruciferis proderet: ne illos à corpore Regni diſtraheret*, plus fletibus, quam vocibus orabant: offerentes *collatione pecuniaria facta, ſe tredecim ſuos captiuos*, gratia quorum illud tradimentum ſe fingebat facturum, *redempturos:* Sed nulla re animus ſuus, ſiue largitione, ſiue ſpe corruptus, poterat peruinci. Oppidum inſuper *Byelani*, quia non ferebatur obſeſſis ſubſidium, item B altera Ciuitas, & vicina *Barthelſteyn*, hoſtibus ſe dedit. Oppidum *Kwidzin*, per gentes regias occupatum, nocte ſpoliatum, & exuſtum eſt. *Varmienſis* Ciuitas, quæ à *Paulo Legendorff Varmienſe* Epiſcopo, Rege de ea cedente, tenebatur, a Regiis, & hoſtilibus Stipendiariis, nocte inuaſa, conquiſita, & direpta. Vbi tantæ opes repertæ, vt cuilibet capiti, ducenti floreni cederent. Duobus maximis prœliis hoſtes per gentes Regias, quæ in Monaſterio *Paradiſienſi* morabantur fuſi. In vtroque certamine, multi de hoſtibus deſiderati, plures capti.

dis ad hoſtem deficit.

In nocte die ſancti *Martini*, quæ in feriam cadebat tertiam, Caſtrum ſuperius *Swyecze*, quod nomine Regio ab *Vlrico Czirnonka*, & eius Burgrabio *Puſchkarz* tenebatur, vnius *Prutheni*, qui in illo tenebatur, fraude ab hoſtibus centum numero, per caſſes, in ſupremum tractos, occupatum. Sed periculo intellecto, milites *Cuiauienſes*, & *Bidgoſtienſes*, item *Gdanenſes* Ciues, qui nauibus in *Thorun* venerant, item *Thorunenſes* Ciues, certatim adueniunt, & tam terra, quam aqua hoſtes in ſuperiori Caſtro circumſidentes, oppugnant, & continua cum illis gerunt certamina. Caſtrumque *Swyecze* de manibus hoſtium potenter eripiunt.

Caſtrum Swiecze proditum hoſti

gentes Regiæ recuperant

Pro die ſanctæ *Catharinæ*, in feriam tertiam cadente, Diæta in Oppido *Bythomienſi*, per *Ioannem* de *Thaczin*, Caſtellanum *Cracouienſem*, *Stanislaum* de *Oſthrorog*, Palatinum *Caliſſienſem*, *Ioannem Luthkonis*, Regni *Poloniæ* Vicecancellarium, *Nicolaum Pyeniazek* de *Vithouicze*, Succamerarium, & Capitaneum *Cracouienſem*, & *Ioannem Dlugoſch*, Canonicum *Cracouienſem*, cum Nunciis *Georgii Bohemiæ* Regis, videlicet *Zdenkone Conopnicky* de *Sternbarg*, ſupremo Burgrabio *Pragenſi*, *Gwilhelmo Rozembarski*, de *Rabye*, & *Ioanne Niczymski* tenta eſt. Vbi poſt plures tractatus, ſex diebus agitatos, fœdus inter Reges, æquis conditionibus ſancitum,

Fœdus ictum inter Caſimirum Poloniæ & Georgium Bohemiæ, Reges, per communes eorum Nuncios.

1460. citum, & concluſum eſt, *vt videlicet Reges, puram & inuiolabilem amicitiam inter ſe obſeruent, nec vnus aduerſetur alteri, per ſe aut gentes ſuas, nec ferat ſubſidium cuicunque perſona Eccleſiaſtica, aut mundana, ſolo Romano Pontifice excepto.* Et *vt Reges perſonaliter, poſt vnum annum, in feſto Circumciſionis Domini, aut ſi impedimentum legitimum interueniret, tum prima die Maii, in maiori Glogouia conueniant: fœdus concluſum perſonaliter icturi.*

Turcis Hungariam igne & ſpoliis vaſtantibus, Matthias Rex Hungariæ in Georgium Bohemiæ Regem compromittit, in cauſa Ioannis Giſkra.

Hungariæ Rex *Matthias*, conquiſitis plurimis Caſtris, & munitionibus, quæ à *Ioanne Gukra*, aut ſub ſuo nomine, tenebantur, à Caſtris *Scharisſch*, & *Richuawa*, quæ obſidebat. Nuociis *Bohemiæ* Regis *Georgii* inſtantibus, diſceſſionem fecit: Caſtris, quæ obſidebantur, primum in *Ladulai* de *Palonez Hungari*, & *Alberti Koſtka Bohemi*, manus reſignatis, compromiſit in *Bohemiæ* Regem, obligantem *ſe, pro die Circumciſionis Domini, venturum in Oppidum Tranczyn; inter eumque & Gukram finalem pronunciaturum deciſionem.* Hoſtilis exercitus *Turcorum* in Regnum *Hungariæ*, pro eodem tempore ingreſſus, vt minus cunctanter in conditiones huiusmodi *Matthias Hungariæ* Rex conſentiret, effecit. Qui auunculo eius *Michaële Zeladin* profligato, vsque ad *Sormienſem* Prouinciam cædibus, & ſpoliis graſſati ſunt.

Thomas Strzapinski Epiſcopus Cracouienſis

Vigeſima ſecunda menſis Septembris, *Thomas Cracouienſis* Epiſcopus, in quo memoriæ naturalis tanta erat tenacitas, vt quæ ſemel in pectus deſcenderant, in promptu haberet. Qua propter Bibliam metricam à fratre *Petro* de *Mellico*, compoſitam, curſu velociſſimo, ita vt nullo vnquam tempore, in ſerie eius falleretur, reddebat, luſtro tantummodo vno, in Pontificatu exacto, in Caſtro ſuo *Ilza*, ter ſacratiſſimo procuratus viatico,

moritur.

moritur: poſtquam ſexta menſis eiusdem, languorem paralyſis, & deinde calculi incurriſſet. Vltima vero Menſis Septembris, in Eccleſia *Cracouienſi*, prope Oſtium Sacriſtiæ ſepelitur, vir magnæ deuotionis, & religionis. Reliquit *Cracouienſi* Eccleſiæ, Calicem aureum, duas pelues argenteas, duos calices deauratos, Caſſulam axamenti rubei cum auro, & humerale margaretis contextum, Infulam paruam, valoris centum florenorum, & quadringentas marcas pro anniuerſario, Eccleſiæ Collegiatæ *Louicienſi*: mille videlicet florenos, pro fundandis manſionariis, Theologicales libros in Eccleſias, *Gneſnenſem*, *Poſnanienſem*, *Vnieiouienſem*, & *Louicenſem*, Canonicales in Vniuerſitatem *Cracouienſem* diſtribuit. Biduo Nuncii Capitulares, *Paulus* de *Glowna* Decanus, & *Ioannes Tarnowski* Canonicus *Cracouienſes*, ad *Caſimirum* Regem, in *Lithuaniam* miſſi, orabant, *ne per gratiam Regiam, cuiquam Pontificatus tribueretur, Cracouienſis, ſed illius functio Spiritus ſancti permitteretur ſubſtitutioni, & conſilio.* Iuſſioni etenim Regis, atque fauori Conſcientiæ, & legum libertas perlata eſt. Præfatus autem *Thomas* Epiſcopus *Cracouienſis*, in omni ſui Pontificatus vita, cum cæteros Pontifices *Polonicæ* Eccleſiæ, & nonnullos Eccleſiaſticos viros, monſtruoſo quodam abuſu, in contumeliam Ieſu Chriſti purpura illuſi, purpureas veſtes, ſaturatas murice, & oſtro ſuperbas, colorum rutilantium, geſtare videret, fuſcam ipſe, & humilem geſſit. 1460.

Cui vt Ioannes Wladislauienſis Epiſcopus ſuccedat Rex Capitulares per Nuncios requirit.

Rogabat autem in electionis die, requirebat, & mandabat *Caſimirus* Rex *Poloniæ*, per nuncios ſuos *Albertum* de *Zyblin*, Præpoſitum *Caliſſienſem*, & *Stanislaum Vulieczki* Gladiferum *Cracouienſem*, vt nemo alius, in *Cracouienſem* Epiſcopum, quam *Ioannes Wladislauienſis* Epiſcopus, poſtularetur: eum forſan indignum viſum eſt, corpus *Cracouienſis* Eccleſiæ, licet in eo fuerint tunc ſpectatæ virtutis viri, vt ex illo ad moderamen *Cracouienſis* Eccleſiæ aliquis aſſumeretur.

Trium ſummæ autoritatis virorum de Cracouienſi Epiſcopatu contentio,

videlicet inter Ioannem Wladislauienſem, nominatum Regium,

& Ioannem de Brzezye Vicecancellarium Regni,

ac Iacobum de Syenno, prouiſum Apoſtolicum.

Feſto Conceptionis ſanctæ *Mariæ* Virginis, ad eligendum futurum Epiſcopum deſignato, adueniente, poſt proceſſiones, obſecrationes, abſtinentias & ieiunia, quæ apud Diœceſim *Cracouienſem* fuere indicta, *Ioannes Luthkonis* de *Brzezye*, vtriusque iuris Doctor, Archidiaconus *Gneſnenſis*, Canonicus *Cracouienſis*, & Regni *Poloniæ* Vicecancellarius, à viginti duobus Prælatis, & Canonicis electus eſt. *Ioannes* Epiſcopus *Wladislauienſis*, tantummodo à tribus præſentibus, à tribus vero abſentibus, quamuis Rex *Caſimirus*, efficaces requiſitiones per *Albertum Zychlinski*, Præpoſitum *Caliſſienſem*, & *Stanislaum Vulieczki*, Gladiferum *Cracouienſem* interpoſuerit poſtulatus. Duobus autem prædictis, videlicet *Ioanne* Epiſcopo *Wladislauienſe*, & *Ioanne* de *Brzezye*, Vicecancellario, in Conuentione generali *Pyotrcouienſi*, pro die ſancti *Nicolai* habita, graui concertatione altercantibus, *Ioannes* de *Brzezye* electus, Vicecancellarius Regni, dum ſibi, & ſuis exiliatio, & bonorum occupatio, cæterique terrores inicerentur, à iure electionis, Regia & Conſiliariorum interpoſitione, vt *Wladislauienſis* Epiſcopus, in *Cracouienſem*, Vicecancellarius vero in *Wladislauienſem*, promoueatur, cedere coactus eſt. Iamque *Ioanne* Epiſcopo *Wladislauienſe*, plenam certitudinem, de acceptione Epiſcopatus *Cracouienſis* tenente, ſummus Pontifex Papa, *Pius* ſecundus, *Iacobo* de *Syenno*, filio *Dobeslai* de *Oleſnica* Palatini *Sandomirienſis* Apoſtolico Protonotario, *Gneſnenſi*, & *Cracouienſi* Præpoſito, *Sbignei* olim Cardinalis, & Epiſcopi *Craco-*

1460. *nienſis*, fratri germano patrueli, de Domo *Dabno*, cui ob ſuorum meritorum præſtantiam, *Thomas* Epiſcopus *Cracouienſis*, de Epiſcopatu duxerat cedendum. Procuratoresque pro ceſſione conſtituerat, Regiis Nunciis, & Aduocatis, nequicquam impedire valentibus, de Epiſcopatu præfato *Cracouienſi*, de poteſtatis plenitudine, in ſancti *Chriſogonis* die, anticipando Capitularium electionem diebus quindecim, vt caſſando illam, & omnia ex eo ſecuta, & ſecutura prouidit: Cui quoque & ipſe *Sbigneus* Cardinalis, de eodem *Cracouienſi* Epiſcopatu, niſi morte ſubtractus fuiſſet, cedere ſtatuerat. Contentio itaque minime apto tempore, cum *Pruthenicum* bellum, feruet, non ſine reipublicæ pernicie,inter tres: Prouiſum videlicet Apoſtolicum, Nominatum Regium, & Capitularem Electum, erupit.

Poſt mortem Boleslai Opolienſis Ducis,

Vigeſima menſis Maii, *Boleslaus Oppolienſis* Dux, filius *Boleslai*, praue ſentiens in fide & religione Chriſtiana, multa in Deum, & Eccleſias Dei, quas de temporalibus bonis ſpoliauerat, impietate multa, inſuper & in homines ſubditosque tyrannide, inſignis,nec confeſſione, ab annis pluribus, per illum intermiſſa, neque ſalutari viatico percepto, nulla prole relicta, vt pote, qui vxore legitima *Eliſabeth* de *Pilcza*, ex qua vnicum filium *Venceslaum*, immature mortuum ſuſceperat, repudiata, filia *Ada Geſſ* de *Cuiania*, *Heduigi* pro concubina vtebatur, apud *minorem Glogouiam* moritur, & in Eccleſia *Glogouienſi* Collegiata, ex qua, occupatis bonis, Canonicos eiecerat, ſepelitur. Cui frater ſuus germanus *Nicolaus*, ſimplicis, & recti vir ingenii, ſucceſſit. Sed illico graui bello à *Ianuſſio* olim *Oſſwyeczimenſi* Duce, laceſſitus, qui *Oppolienſis* Ducatus ſucceſſionem, ſibi aſſerebat, ratione auiæ ſuæ, licet præter veritatem, deberi, ſolutis mille videlicet florenis, quos communes arbitri ſoluendos decreuerant, pacificatus eſt, ampliſſimo vexatus damno: cum ducentarum & amplius villarum hoſtilem conflagrationem pertulerit. Petebat & *Georgius Bohemiæ* Rex, *Oppolienſis* Ducatus, velut ad ſe, ratione feudi, deuoluti poſſeſſionem. Ceſſit tandem peticioni, *Opauienſis* Oppidi medietate, & villarum, ad illam ſpectantium, quam *Boleslaus* Dux *Oppolienſis*, pro quadraginta millibus florenis coemerat, item Caſtri, & Oppidi *Czigenbolcz* reſignatione, à *Nicolao* Duce *Oppolienſe*, item aliquot ſcutellarum, de auro fabricatarum, donatione contentatus.

contentio de Ducatu oritur inter fratrem ſuum Nicolaum & Ianuſſium olim Oſſwiaczimenſem Ducem, nec non Regem Bohemiæ Georgium.

1461. Feſto Natalis Chriſti, *Caſimirus Poloniæ* Rex apud *Lanciciam* exacto, in *Brzeſczye Cuiauienſe*, ſe cum omni transfert Curia, & militia: *Cuiauienſem* terram, & eius confinia, ab inuaſione hoſtium defenſurus, cum militibus *maioris Poloniæ*, qui in Campeſtribus armati morabantur, hyems enim valida erat, & *Viſlam* permeabilem ſuo frigore fecerat, Moleſte autem ferens, contra ſuum Nominatum, *Ioannem Wladislauienſem* Epiſcopum, alterum iure Apoſtolico, *Iacobum Syennenski*, pro Eccleſia *Cracouienſi* prouiſum eſſe. Diætam in Oppido *Pyotrkow*, pro die Dominico Septuageſimæ inſtituit. Quam tandem in *Brzeſczye* transponit: diſceſſionem militum *maioris Poloniæ*, ex terra *Cuiauienſi*, ſi ipſe in Conuentionem *Pyotrcouienſem* procederet, veritus. Vbi *Gneſnenſe* Archiepiſcopo *Ioanne*, ex valetudine aduerſa abſente, paucis autem admodum, ex *maiori Polonia* Conſiliariis, paucioribus, ex terris *Cracouienſibus*, præſentibus, *quid agendum ſit in Cracouienſis Eccleſiæ cauſa*, deliberat. Doctoresque vniuerſitatis *Cracouienſis*, & Capitula Cathedralium Eccleſiarum, ad iuſſum ſuum illic aduenientes, *quid facto opus ſit*, conſultat. Suadentibus autem concordi ſententia omnibus doctis & peritis, *quatenus Caſimirus Rex, ius electi, Ioannis de Brzezye, Regni Poloniæ Vicecancellarii, ſuis Nunciis, ſuaque intercuſſione promoueat, & prouiſionem Iacobi Syennenski reſcindi poſtulet: facilius poſt electo vincente ius patronatus Regium retenturus.* Doctorum & peritorum conſultatione neglecta virorum, ad ſummum quidem Pontificem Nuncios, *Ioannem* de *Rysbwiani Sandomirienſem* Capitaneum, & *Ioannem* de *Raczyaſch*, Canonicum *Cracouienſem*, Decretorum Doctorem, transmittendos decreuit, non ius electionis Vicecancellarii, ſed ius nominationis, *Ioannis* Epiſcopi *Wladislauienſis* proſecuturos. Repudiatis deinde humilibus precibus, *Iacobi Syennenski*, Prouiſi Apoſtolici, quibus ſe ad poſſeſſionem *Cracouienſis* Eccleſiæ admitti, per ſolennes ſuos Nuncios, *Andream* de *Tharzin Ioannem* de *Melſthyn*, *Ioannem Raphaël* de *Tharnow*, Canonicum *Cracouienſem*, *Andream* de *Olueſchnic'a*, *Iacobum Birowo*, & *Iocobum Birowo* altera iam vice admitti, petabat, præfatum *Iacobum Syennenski*, & omnes ſuos fratres, amicos, conſanguineos, fautores, & adhærentes, proſcribit & exiliat: omnibus illum fouentibus, receptantibus, & conſilio, fauore, auxilioque adiuuantibus: Captiuis pœnam, & bonorum confiſcationem, publica Præconis voce interminatus. Circa deinde tempus Carnis priuii, ex *Brzeſczye* diſcedens,& verſus *Lithuaniam* tendens, in *Radom* Oppidum, ad genitricem ſuam *Zophiam* Reginam, venit. Grauiſſime quoque *Iacobo Syennenski* inſenſus, quod illuc, per eum accerſitus non venerat, honeſta excuſatione prætenſa, magis extrema veritus

Caſimirus Rex contra eruditorum ſententias Epiſcopum Wladislauienſem Ioannem ad Epiſcopatum Cracouienſem nititur obtrudere,

Iacobo Sienyenski, prouiſo Apoſtolico, & ſuis proſcripto.

1461. ritus, quam quæ contra illum, & ſuos ædita erant, proſcriptionis decretum contra illum, in vrbibus Regni inſigniuribus, innouat: Sed & duos Canonicos *Cracouienſes*, *Ioannem Dlugoſch* ſeniorem, & *Ioannem Dlugoſch* iuniorem, quod partes *Iacobi Syennenski* Apoſtolici prouiſi, enixius adiuuabant, bannit, & proſcribit. *Paulum* de *Glowno* Decanum *Cracouienſem*, præfati *Iacobi Syennenski*, apud ſedem Apoſtolicam dirigentem negocia, ſui Decanatus *Cracouienſis*, priuat poſſeſſione. Mandat deinde *Cracouienſi* Capitulo. *Vt præfatum Ioannem Epiſcopum Wladislauienſem, in Cracouienſem Epiſcopum acceptent, & ſibi, in omnibus pareant: omnium bonorum Epiſcopalium poſſeſſione aſsignata.* Quo renuente *Ioannes* de *Rytbwyani Sandomirienſis* Capitaneus, Caſtrum *Ilza*, quod tunc *Iacobo Grocholski* deſtituto, Rege mandante, à *Ioanne Woysſik*, *Cracouienſe* Cuſtode tenebatur, occupat, & occupatum Factoribus *Ioannis* Epiſcopi *Wladislauienſis* tradit, Burgrabio eiusdem Caſtri *Raczlawski*, ſibi illius deditionem, ſpontanee faciente. Ad quod *Ioannis* de *Pniow* Archidiaconi, & adminiſtratoris *Cracouienſis*, etiam tunc præſentis interueniſſe conſenſum, & mandatum, grauium virorum relatio vulgauerat. Ab eo itaque tempore, & Caſtrum *Ilzenſe*, & Claues, *Kunouienſis*, & *Zlotenſis*, cum villis, & Decimis, per *Petrum* & *Stanislaum* de *Kurozwaki*, nomine *Ioannis* Epiſcopi *Wladislauienſis* detinebantur occupata, non ſine hominum pauperum oppreſſione & grauium exactione tributorum.

Ex *Radom Caſimirus Poloniæ* Rex in *Lithuaniam* cum *Eliſabeth* Regina, Coniuge ſua diuertit. Vbi Quadrageſimali tempore exacto, pro die feſto Paſchæ *Vilnæ* Conuentum, terrarum *Lithuaniæ* & *Pruſsiæ* tenuit. A quo vniformi ſententia rogatus, *quatenus, vel in Lithuania perſonaliter, & aſsidue reſideret, vel Simonem Olielkowicz, Ducem Kiouienſem, illis pro Duca magno Lithuaniæ conſtitueret.* Petitione ea, in aliud tempus, velut ſibi perniciosa & moleſta, ſuſpenſa, Regnum *Poloniæ* ingrediebatur, & intelligens *Iacobum Syennenski*, Prouiſum Apoſtolicum, omnimoda poteſtate Pontificali, fulcitum eſſe, feria quinta, ante feſtum Pentecoſtes, quæ fuit vigeſima prima menſis Maii, *Sandomiriam* ingreſſus: Conuentum illic ad prouidendum de obſtaculo, agere inſtituit. Conſiliariis vero, qui accerſiti fuerant, varias excuſationes ſuæ abſentiæ allegantibus. *Caſimirus* Rex, feſto Pentecoſtes, apud *Sandomiriam* exacto, feria quarta, vigeſima ſeptima Maii, *Sandomiria* diſcedens, *Cracouiam* ire cœpit, & futuri belli contra *Pruſsiam* agendi, progreſſum & ordinem, & cauſam Eccleſiæ *Cracouienſis* multiplici differentia, & diſſenſione, propter trium contendentium rixas, vexatam, diffiniturus: aliquantis diebus apud *Nyepolomicze*, captioni ferarum dans operam, feria ſecunda, ante feſtum corporis Chriſti, die videlicet prima menſis Iunii, *Cracouienſem* vrbem fœliciter intrauit. Intelligens autem *Iacobum Syennenski* die transacta, feſto S. Trinitatis, in Epiſcopum *Cracouienſem*, apud Caſtrum *Pinczouienſem* conſecratum eſſe, noua anxietate, nouoque dolore exacerbatus, duxit agendum de pacificatione, & quiete *Cracouienſis* Eccleſiæ, & præfati *Iacobi Syennenski*, repulſa: *Ioanne* Epiſcopo *Wladislauienſe*, illum ad pleraque parum Regio officio conuenientia inſtigante. Et primum quidem *Georgium Laodicenſem* Epiſcopum, Sedis *Cracouienſis* Suffraganeum, fratrem ordinis minorum, virum raræ religionis, & ſanctitatis, quod præfato *Iacobo Syennenski*, cum aliis duobus Epiſcopis Eccleſiarum, videlicet *Gneſnenſis* & *Wratislauienſis*, Suffraganeis, conſecrationis munus impendit, *Cracouia* mandauit expelli & banniri. Qui inde, non ſine multorum mortalium, charo affectu illum diligentium, gemitu, diſgreſſus, in *Oppolienſi* Oppido, Monaſterio ſui ordinis receptus, gradum fixit, illicque in magna charitate hominum, ob religionem illum colentium, degens, mortuus, in eccleſia Minorum requieſcit. Prælatos deinde, & Canonicos *Cracouienſes*, *appellationi, quam Ioannes Luthek Vicecancellarius, à Prouiſione Iacobi Syennenski Epiſcopi, interpoſuerat, adhærere, iusque ſuum Regiam defendere, & caſtra Epiſcopatus Cracouienſis, non niſi ei, qui cum ſuo Regio conſenſu Epiſcopus Cracouienſis fieret, reſignare*, polliceri iureiurando aſtrinxit. *Proceſſus inſuper, mandata & literas Iacobi Syennenski Epiſcopi acceptare, aut illis vel quibuscunque promouentibus rem, parere* prohibuit: *confiſcationem bonorum Eccleſiaſticorum, & bannitionem ſingulis minatus.* Executionemque ſui decreti *Nicolao Pyeniazek* de *Vitbouicz* Succamerario, & Capitaneo *Cracouienſi* delegauit: nullo ex Prælatis, & Canonicis *Cracouienſibus*, mutire audente. Ad Summum quoque Pontificem *Pium* ſecundum Nuncios, videlicet *Ioannem Rytbwianski*, Capitaneum *Sandomirienſem*, *Matthiam* de *Raczyaſch* Canonicum *Wladislauienſem*, Decretorum Doctorem, dudum decretos, tum primum mittit: rogaturos, præſentatis Regiis, & magnificis muneribus, *quatenus ſuam*

Multi Iacobo adhærentes proſcribuntur.

& executio contra illos facienda, per Regem Nicolao Pyeniazek Capitaneo Cracouienſi mandatur.

Interim Legati Caſimiri Regis ad

1461. *prouiſionem, de Iacobo Syennenski, & Cracouienſi Eccleſia factam, reſcindat, Ioanni Gruſczynski, Epiſcopo Wladislauienſi, de Craconienſe eccleſia. Iaanui vera Lutbek, Regni Palania Vicecancellario, de Wladislanienſe prouideat. Vbi id minus dignnm cenſeret, ſaltem Iacobum Syennenski in Wladislauienſem transferret. Ioanne Gruſczynski ad Cracouienſem promota.* Nunciis quoque preſatis, mandatum eſt, ad Imperatorem *Romanorum Fredericum*, apud *Viennam* ſe continentem, & *Georgium Bohemiæ* Regem deſcendere, cauſisque itineris expoſitis, precari Reges, quatenus Legationi Regiæ, ſua interceſſione atque ope ſuffragentur.

Pontificem Romanum mittuntur, vt prouiſionem ſuam Iacobo Sienienski factam ad Epiſcopatum Craconienſem reſcindat: eius conſecratione non obſtante.

In Cruciferos eo anno de *Pruſſia* expeditionem acturus, *Caſimirus Poloniæ* Rex, ſabbato poſt feſtum ſancti *Ioannis* Baptiſtæ, quæ fuit vigeſima ſeptima menſis Iunii, *Cracania* egreſſus eſt, & per *Myechow, Przedbon, Pyotrkow, Lanciciam*, primum in *Brzeſczye*, deinde *Iuniwladislauiam* contendit, & illie copias gentium ſoarum, non niſi circa Aſſumptionis ſanctæ *Mariæ* Virginis feſtum, ad eum conuenientes, anxius præſtolabatur, duobus Oppidis, videlicet *Sempepel* & *Roſtkembarg*, & tercio Caſtro *Morag*, à Cruciferis obſeſſis, eius interpellantibus auxilium. Verum etſi *Caſimirus Poloniæ* Rex, obſeſſis bene ſperare iuſſis, auxilium ſe propediem polliceretur laturum: obſeſſis tamen omnes celeritas tardior viſa. Quapropter Regio non præſtolato ſuccurſu, gentes Regiæ, quæ apud *Sempepel* in præſidio erant, facto agmine, animis mori, vel viuere deſtinatis, irruunt in obſidentes. Magnaque cæde ædita, fugere compulſos, Caſtris omnibus eorum potiuntur, ſoluunt obſidiouem; quæ poſt paucos dies maiori vi, maiorique exercitu reintegrata eſt. Alterius oppidi *Roſtembarg*, Ciuium Magiſter, doloſo pacto cum *Pruſſiæ* Magiſtro per internuncios acto, quſi illi traditurus Ciuitatem, diem conſtituerat, & horam tradimenti. Quo adueniente, nihil doli Magiſter ſuſpicatus, deditionem accepturus, aduenerat, & ante portam Oppidi, à Ciuium Magiſtro exceptus, ingredi Ciuitatem diſponebat. Vnus tamen ex ſuis militibus *Sliwienski*, dolum illico coniectans, gladio Magiſtro Ciuium transfoſſo, Magiſtrum ne in paratum ſibi laqueum incideret, auertit: præcipitique fuga, cætera obſidio, & illius Oppidi, & caſtri *Morag* ſoluta eſt. Gentes deinde Regiæ, quæ in præſidiis Caſtrorum, & Ciuitatum inferiorum partium morabantur, aliquali exercitu, cuius *Ioannes Skalski Bohemus* Dux erat, in terram quæ *Zemlantb* appellatur, cum Ciuibus *Elbingenſibus*, nauali itinere deſcendunt, & pluribus locis, atque villagiis depopulatis, & exuſtis, prædas etiam pecorum & ſpoliorum, magnam ſupellectilem inde abducunt. 1461.

Cum in Pruſſiam Caſimirus Rex traduceret exercitum

præſidium Regium in obſidentes erumpens, de Sempepel

& Kaſtenberg,

nec non de Caſtro Morag ſe obſidione liberat.

Caſimira Poloniæ Rege in *Pruthenicam* expeditionem profecto, & iam tunc apud *Iuniwladislauiam* agente, Ciuitatem *Cracouienſem*, caſus nefandiſſimus cepit: longo æuo inter illam & militares: præcipue tamen Domum *Bipennium*, execranda odia, ſimultateſque ingeſturus. Die ſiquidem Iouis, ſedecima Iulii menſis, miles inſignia, *Andreas* de *Thaczin*, quod parum tempeſtiue, parumque legaliter arma illi, io bellum profecturo, *Clemens* armifex parauerat, iratus *Clementem* verberat, leuiter & obiurgat durius reſpondentem. Qui ad Conſules in Prætorium profectus, quod cæſus grauiter fuerit, in *Andream Thaczinski*, querebatur. Reuerteoti autem ex Prætorio, ante ædem *Nicolai Kridlar* Regum ſculptas imagines in ſe habentem. *Andreas Thaczinski*, cum præfato *Nicolao Cridlar*, & *Valthero Kiezlink* Conſulibus *Cracouienſibus*, contubernium agens, occurrebat. In quem *Clemens* armifex grauiter, quod ſe cæcidiſſet inuectus, *melius multa ſe illum breui caſurum* manu protenſa, ſiue id rabies, ex bili concepta, ſiue ſpes de vindicando, per Conſules præſtita ingerebat, minabatur. Eam comminationem *Andreas* de *Thaczin*, parum modeſte ferens, craſſiora in *Clementem*, per ſe & familiares ſuos verbera ingeminat. Quæ res ad Conſulatum, & per *Clementem* Armificem, & eos, qui coram aderant, *Nicolaum Cridlar*, & *Valtherum Kyzlink*, delata, indigniſſime accepta eſt. Omniumque Conſulum animi in bilem, plus quam iuſtam, & neceſſariam, commoti, non tam de ſedanda, ſenſim iam apud Mechanicos, cæteroſque populares gliſcente ſeditione, quam de accendenda, agitabant. Omnium itaque valuarum portis, quam firmiſſime obſeratis, ad *Eliſabeth Poloniæ* iuniorem Reginam, rem deſerunt. Qua vadio octoginta millium marcarum interpoſito, *vtroſque pacificos eſſe iubens, in diem alteram* (iam enim hora diei tarda, vigeſima videlicet ſecunda appetebat) *ſe cauſam ipſam deciſuram* reſpondebat. Eo reſponſo Reginæ, quamuis concinno, & limato, Conſules offenſi magis, quam quietati, in prætorium deſcendentes, quos in arce retineri, donec *Andreas Thaczinski*, in arcem rediret, nonnulli ſauo conſilio, ſed à Regina ſpreto, perſuadebant, armatos ex omnibus vrbis ædibus adeſſe in prætorium iubent. Conuenit itaque illico armatorum numerus: Conſulari ædicto pariturus. Monebatur interim *Andreas Thaczinki*, & à Reginæ *Eliſabeth* nunciis, & ab amicis, certatim illi adhærentibus, illumque comitantibus, *quatenus furia populari cedens, ex Ciuitate*, in qua libere, ciuibus inſpe-

Andreas Thaczinski

1461. inſpectantibus, & id grauiter, & iniquo animo ferentibus, deambulabat, *disgreſſus, in arcem ſe reciperet.* Qui ſalutari conſilio, ne meticuloſus putaretur, obaudito, ad domum *Nicolai Kiezlink*, quæ in media platea quæ fraterna appellatur, ſita eſt, cum fratribus, amicis, & neceſſariis ſe occludens, reſiſtere illic cuilibet impetui ciuili deſtinabat. Signum deinde, ſiue Conſulum ſiue eorum, qui in Prætorium conuenerant, mandato, pulſata apud ſanctam *Mariam* in partem vnam campana, datum, orientem ſeditionem, quam Conſulatus ipſe, ſi quid ſenſus, ſi quid maturitatis, ſi quid prudentiæ, & grauitatis, ſi quid deinde humanitatis, & Ciuitatis, in eo fuerat, merito cenſebatur extincturus, vehementius commouit. Omneſque armati, ſed & vniuerſum vulgus promiſcuum, quod operibus derelictis concurrebat, non furia tantummodo, ſed etiam ebrietate refertum, in necem *Andreæ Thaczinski*, certatim & tumultuarie ſerebantur. Motaque ſemel & in ſeditionem incenſa multitudo, & frequens hominum colluuies, variæ conditionis, variæque artis, dum illam frenaret nemo, modum ternare non potuit. Quo *Andrea Taczinski* viſo, flagitiosam ædem in qua conſtiterat, ad reſiſtendum tantæ multitudini ratus, in monaſterium ſancti *Franciſci*, *Nicolao Seczignicwski*, *Spitbkone Melſotinski*, *Ioanne* filio ſuo, & paucis quibusdam familiaribus, illum comitantibus refugit: in turrimque Monaſterii ſe recipit, incolumitatem habiturus, ſi illic conſtitiſſet, ſed iam forti ſuæ deſtinatus, & turrim quoque ſibi parum munimenti præſtare credens, ex illa ſe, comitibus in ea remanentibus, & nequicquam illum retinere valentibus, euoluit, in Sacriſtia ſe occultauit: filio ſuo *Ioanne*, in gaſam Monaſterio vicinam, & furnum mulieris viduæ diuertente. Sed Monaſterii foribus violenter perfractis, poſt longam diſquiſitionem, dum eum in Sacriſtiam deſcendiſſe, coniectatum eſt, Sacriſtiæ fores diſruptæ, & *Andreas Thaczinski* illic, *Ioanne Doizwon*, qui ducentos florenos, conſeruandæ rei gratia, ab eo acceperat, vt facilius aurum, fidei ſuæ commendatum, apud eum remaneret, illum proditorie, demonſtrante, repertus, ab irruente rabida & furioſa multitudine, ante corporis Chriſti præſentiam, in Monſtrantia locatam nefarie inuaſus. Teſta capitis (diu enim reſtiterat) rupta, & cerebro effuſo, occiſus eſt. In cadauer quoque mortuum ſæuitum: quod de eccleſia vſque ad Prætorium per plateæ canale, luto oblitum, tractum, pluribus pugionibus, in ſingulis pene locis, confoderant, barbamque & capitis crines aduſſerant. Biduo corpus, in prætorio habitum, tertia demum die ad Eccleſiam ſancti *Adalberti* illatum, quarta amicis redditum, & in magna *Xyaſch* ſepulturæ, iuſto quidem honore, ſed lamentis referto, mandatum.

furente populo Cracouiæ

in ecclesia S. Franciſci,

ante diuiniſſimum Eucharistiæ ſacramentum, occiditur, & cadauer per canale, ad prætorium fœde trahitur.

Ioannes Filius vnicus *Andreæ Thaczinski*, cum a A populo, in patris odium ad necem quæreretur, per ædem *Ioannis Dlugoſſi* Canonicalem acialem, & arci viciniorem effugit. Ad quintam, & amplius horam noctis, turris expugnatio, *Nicolao Seczignyewski*, & *Spitbkone Melſtinski*, eorumque familiaribus animoſe reſiſtentibus, tentata, altera demum die, cum vulgus nihilominus eos nocte, & interdiu obſideret, ex turri in Prætorium, pacti, quod incolumes eos eſſe ſinerent, deducti, & tercia die reconciliatione cum Conſulatu, & popularibus habita, dimiſſi ſunt. Infecturus caſus, tam horrendus *Pruthenicam* expeditionem videbatur, militibus *Cracouienſibus*, & *Sandomirienſibus* in vltionem B facinoris ſe vltro deuoueutibus, expeditione omiſſa. Rege tamen per crebros Nuncios, ad *Ioannem* de *Thaczin* Caſtellanum *Cracouienſem* v.tum iri ſcelus pollicente, deſtinatos, infectio conquieuit.

Nicolao Seczignowski & Spitbkone Melſthinski, nequicquam reſiſtentibus.

Die Mercurii, quinta menſis Auguſti, apud *Cracouiam Eliſabeth* Regina iunior, quartum filium enixa eſt. Qui apud *Cracouienſem* Eccleſiam a *Ioanne Pnyowski* Archidiacono, & adminiſtratore *Cracouienſe*, baptiſatus, *Alexander* vocitatus eſt: tenui ſolennitate baptiſteriorum, propter abſentiam Regis *Caſimiri*, & caſum, ſuper nece *Andreæ Thaczinski* interuenientem celebrata. C

Alexander filius Caſimiro Regi naſcitur.

Regiorum exercituum Copiis, in feſto Aſſumptionis ſanctæ *Mariæ* Virginis ad Oppidum *Iuniwladulauienſe*, tarde & ſegniter nimis aduenientibus. Iam enim hoſtium munitiones, Ciuitates & præſidia, herbas, & iumenta validam perniciem, ſi ab exercitu Regio depaſta forent hoſtibus illatura, tuto inuexerant. Sed neque in tanto numero, tantaque multitudine, quanta conſueuerant milites conuenerunt: magna parte militum, aut egeſtate laborante, aut in domibus remanente. *Caſimirus Polonorum* Rex, quanam parte ad hoſtes exercitum duceret, cunctabundus, ſiue ingeniorum tenuitas, ſiue aliquod latens numen, faciebat, deliberabat, quamuis dudum omnium communi ſentencia ſtabilitum erat, Regem in inferiores partes *Pruſſiæ* proceſſurum, D & regione *Zemlanth*, ex qua Cruciferi, eorumque milites reficiebantur, præda & incendiis vexata, depopulataque etiam Caſtrorum & Oppidorum, *Morag*, *Sempepel* & *Roſtemburg*, obſidionem ſoluturum. Ea tamen deliberatione, quamuis ſibi & ſuæ cauſæ plurimum ſalutari neglecta, omiſſo itinere verſus *Thorun*, vbi illi ad transfretandum exercitum, pons ex nauibus cura *Thorunienſium* paratus erat, conſilio nonnullorum Baronum, qui à Cruciferis largitione corrupti ferebantur, id maxime ſuadentium,

Caſimirus Rex contra decretum ſui Senatus in aliam partem Pruſſiæ

1461.

tium, in *Pomerania* terram, verſus *Frydlanth*, & *Choyniczam* Oppida, quod præſidiis nuda, facile in deditionem ventura fingebantur. Abinde verſus *Stetinenſem* oram, infidam *Erici Stetinenſis* Ducis, defectionem vlturus, Omnibus militaribus, & Ciuitatibus *Pruſſiæ*, qui partium Regiarum erant, progreſſum ſuum, velut quandam peſtem, vehementer carpentibus, ire pergit. Caſtra, & oppida, *Morag*, *Sempepel*, & *Roſtemburg*, à gentibus Cruciferorum maiori fiducia obſideri cœpta, ludibriumque ab obſidentibus de obſeſſis habitum, denunciantibus illis, *ſe non ferro, ſed auro effeciſſe, quod ad ſoluendam eorum obſidionem, Poloniæ Regem non eſſent viſuri.*

non ſatis fœliciter exercitum ducit,

Clauſæ erant in Regis exercitu ad iocos, ad riſus, ad ſolatia militarium, & ob indignam *Andreæ Thaczinski* recentem necem, & ob belli, quod tunc gerebatur, parum ſenſatam adminiſtrationem aures & corda totius fere exercitus, nutantia ſingula, ſibique infœliciter prouentura, ſub auſpiciis parum fœlicis Regis ominabantur. Periti quoque rerum militarium, *maxime Regem & eos, quorum conſilio vtebatur, deliquiſſe* aſtruebant, *quod hoſtiles munitiones adire mallet, quorum incerta & periculoſa, futura foret expugnatio, quam ſuis laborantibus certam opem ferre, & obſidionem, diutius ſperatam ſoluere. Minusque fidei apud ſuos, plus dedecoris apud hoſtes, propterea habiturus eſſet.* Quod, quam fideliter, quam probe, & ſyncere aſſererent, etiam rei, vt in ſequentibus narrabimus, probauit effectus. Mandato deinde Regio, in quartis ſtatiuis, poſtquam à *Iuniwladislania* diſceſſum eſt, apud flumen, & vicum *Kamyen*, exercitus *Polonicus* ordinatus, & in ſigna tantummodo Regia ſeu terreſtria, diſtributus eſt. Nemo enim ex omnibus *Poloniæ* Baronibus, ſigna ſeu banderia, propria, in ea expeditione, erexiſſe viſus eſt, præter *Derslaum* de *Rythwiani* Palatinum *Sandomirienſem*, & *Euſtachium* de *Sprona*, Caſtellanum *Radomirienſem*, *Ioannis Gneſnenſis* Archiepiſcopi germanum. *Caſimirus* Rex, dom conſulto ſignum principale, & primarium, aquilam albam extendere, & propter paucitatem exercitus, & vt etiam cætera ſigna militum numero refertiora eſſent diſtuliſſet, moleſte ferens id à Primoribus, & inſignioribus militum, qui ſub illo militare conſueuerant. Erigere quoque ſibi proprium banderium, omni ſigno carens, niſi Rex erigere illis albam aquilam feſtinaſſet, concluſerunt. Biduo deinde barones in Principes militiæ ad regendum vniuerſum exercitum, videlicet *Petrus* de *Schamotuli*, Caſtellanus *Poſnanienſis*, & Capitaneus *maioris Poloniæ*, *Ioannes Zaremba*, Caſtellanus *Siradienſis*, & Capitaneus *Wyelunenſis*, aliis id munus detrectantibus, ſinguli vero Duces, ad ſingula ſigna creati ſunt. Quintis Caſtris, apud tabernaculum Regium per vniuerſum omnium terrarum exercitum, propoſita eſt querela, cum graui indignatione, contra Conſules, & Ciues *Craconienſes*, ſuper crudeli & indigna nece *Andreæ* de *Thaczin*, per organum *Ioannis Maior* de *Tharnow*, Caſtellani *Sandecenſis*, Vltioque fremente, & deplorante vniuerſo exercitu, & ſe in illo violatum eſſe querente, maxima cum vociferatione expedita.

& milites necem Andreæ Thaczinski expetunt vltum iri.

Poſt terſas lachrymas, quas & Regi & Conſiliariis commiſeratio excuſſerat, ſilentio indicto reſpondit *Caſimirus* Rex, *ſe de occiſione Andreæ Thaczinski, non ſecus, quam alicuius ex propinquis ſuis, auxium & afflictum exiſtere, neque vnquam necem ſuam ſecus, quam ſibi & Regno perniciofam, quamuis aliter à nonnullis inſimulatum iri ſe non ignoret, doluiſſe; Et ſi illum Pruthenica non diſtineret expeditio, dudum iam ſcelus nefandum, digna vltione vindicaſſe.* Se deinde *magnopere* aſtruit *diſcruciari, quod omnes peſſimos caſus quosque & euentus, omnia pericula, omnes infœlices ſucceſſus, in ſui regiminis temporibus, transgreſſionibus forte ſuis, id cauſantibus videt incidiſſe. Quam primum tamen Pruthenica expeditione victa, in Regnum redierit, nulli rei primum ſe* pollicetur, *quam ad vlciſcendam eius morte vacaturum.* Satisfactum ſuis ratus, exercitus deſideriis, gratiis actis Regi *Caſimiro*, in papiliones ſe recepit.

Ordinato in hunc modum exercitu *Caſimirus Poloniæ* Rex, cuneum vnum ex *Polonorum*, *Lithuanorum*, & *Tartarorum* militibus ſibi retinens, in *Pomeraniam* procedebat. Et tranſitum per regionem *Nauklenſem* faciens, eam quamuis propriam, quod hoſtibus in *Choyniczam* grauia tributa ad quinquaginta Marcarum extimata, millia, annis ſingulis ponderet, conflagratione ignis deſeuit, acerbiore vaſtationis, & incendiorum genere in propria, quam in hoſtilia tecta vſus.

Nauklenſis regio quamuis propria à Rege Caſimiro vaſtatur,

Tandem feria tercia in craſtino ſancti *Bartholomei* Apoſtoli, vigeſima quinta menſis Auguſti, ad *Fridlandum* perueniens, ipſam obſidione coartat. Octaua demum die, dum ad illius expugnationem, vniuerſus exercitus conſurgeret, iuſſu Regio, exercitus, obſeſſi extrema veriti, ſi conquiſitio fieret, miſſis Caduceatoribus, pacti *ne quid hoſtile paterentur, vtque liceret his, qui in præſidio erant, cum ſingulis rebus egredi*, Oppidum Regi dedunt, quod Rex in tenutam *Wlodkoni Nauklenſi* Capitaneo, præſidio impoſito committit.

& Fridland conquiritur.

Motis ab Oppido *Fridlanth Caſimirus* Rex *Poloniæ* Caſtris, verſus *Choyniczam*, ſtatiua illic ad quartale miliaris ab Oppido, diebus quindecim tenuit, nulla extante neceſſitate, & non ſine grandi totius exercitus incommodo: cum pabulatores frumentum paſſim, & ſine ordine, atque excubiis egreſſi, ab hoſtibus, aut caperentur, aut trucidarentur. Milites nonnulli voluntarii, etiam iniuſſu Regis, ne nihil agere viderentur, *Tartarorum* globo,

Ericus Dux Stetinenſis

1461.

per milites Polonos, iniuſſu Regis, incendiis & ſpoliis affictus,

glubo, qui ſexingentos pugoatores tantummodo habere exiſtimatus eſt, aſſumpto, in terram *Stetinenſem*, Ducis *Erici*, facto deſcenſu, eam ſpoliis, & incendiis vaſtant. Minorique *Stetin* Oppido, cæteriſque oppidis expugnatis, ingenti præda potiuntur. Quam cum in Caſtra Regia referrent, gentes Ducis *Erici* Saxones, in magna multitudine, eos inuadunt. Vbi congreſſu inito, *Saxones* graui cæde confliguntur, pluresque ex illis capti, Regi oblati, & præda omnis in Caſtra adducta, & venundata eſt. Ea clade, eoque damno, *Zophia Erici* Ducis conſors perculſa,

per uxorem

in Caſtra Regia, vigeſima ſecunda menſis Septembris peruenit. Apud Regemque verba faciens, *coniugem ſuum Ericum Stetinenſem Ducem, graui in Regem ſcelere, grauique perfidia* profitetur *deliquiſſe. Se quoque perfidia ipſius expertem, & à thoro ſuo diebus plurimis abſtinuiſſe, & natos communes in conſpectum perductos, patris, vt illos enecaret, ne in ludibrium humanum vita reliqua ſuperessent, obſecraſſe.* Orat deinde *vt Caſimirus Rex magnitudine clementia ſua, non tam Erico Duci, quam ſibi, & natis ſuis, ex cuius ſanguine trahunt originem, propitiatus, perfidiam indulgeat, & ſcelus remittat.* Pollicens *ſe, & virum ſuum, fideliter, & enixe cauſam Regis contra Cruciferos, de cetero adiuturos.* Æquis auribus, tam à Rege, quam a Conſiliariis, quod & facundia, præſtaret, & forma, in petendaque venia, ſubmiſſe ſe gereret, audita eſt, & poſt plures tractatus, in ea re habitos, poſt exprobrata quoque in Ducem *Ericum*, collata beneficia, perfidiæ facinus, ea conditione parſum eſt, *vt Dux Ericus, præterita perfidia culpam, ſynceritate fidei erga Regem, & Regnum, ingeminans, expiet.* Ad quod ſe prætatus *Ericus*, & iureiurando, & noua ſponſione, tam literali, quam verbali aſtrinxit.

pacem & veniam deſectionis ſua ad hoſtes ſceleri imperat.

Ferunt *Caſimirum Poloniæ* Regem, Ducisſæ præfatæ, ſolertiam, & formam, animo & cogitatione voluentem, ſæpius non tacitum pœnituiſſe, qood procatam ſibi ſponſam ſortitus non fuerit: cum raræ venuſtati, qua pollebat, etiam auri granolis, quaotitas, ab *Erico Datiæ* ſeniore Rege ſibi, velut nepti, in morte præſtita, & terrarum *Stetinenſium* deuolutio, dotem haud ſpernendam conficiens, acceſſiſſet. Eam tamen pœnitudinem, quoties animum Regium ſubibat charitas, & modeſtia ſponſæ ſuæ *Eliſabeth*, ex alto ſanguine Cæſarum ſatæ, & prole quinaria iam ſuſcepta, Regnorum quoque & terrarum, iuſta & legitima deuolutio, ad illum, & natos ſuos Diuinitate propicia peruentura diſpellebat.

Contentiones de Epiſcopatu Cracouienſi, tri-

Foris *Caſimiro* Rege *Poloniæ* materiale tractante bellum, ſpirituale intus erupit. *Iacobus* enim *Syennenski Cracouienſis* Epiſcopus, qui à Rege exiliatus & bannitus, in *Pincouienſem* arcem ſe receperat, horrendo pœnali monitorio, à ſummo Pontifice *Pio* ſecundo, ſub plumbo emanato. Adminiſtratorem & capitulares *Cracouienſes* priuum.

bus ad eum habere ſe iuſ præcendentibus,

Deinde *Ioannem Luthkonis* de *Brzezye* Vicecancellarium Regni, pro Electo *Cracouienſi* ſe gerenrem, vt ſibi obediant, poſſeſſionemque bonorum Epiſcopalium conſignent. Item *Ioannem* Epiſcopum *Wladislauienſem*, vt illum in poſſeſſiooem Epiſcopatus *Cracouienſis* admittat, nec eum infeſtet, & occupata reſtituat. Ad extremum, *Ioannem* Archiepiſcopum *Gneſnenſem* Prouinciali honore, quantum ad *Cracouienſem* Eccleſiam, priuat, & *Cracouienſem* Eccleſiam, ab illius ſubiectione, in perpetuum abſoluit. Cæteros omnes grauibus Cenſuris, excommunicationibus, inhabilitationis, priuationis, ioterdicti, & degradationis ſentenciis, irretit. De qua re, cum magnus romor, per omnem Diœceſim *Cracouienſem*, & per Regnum *Poloniæ* manaſſet, & non facile malo imminenti mederi poſſet: cum hinc metus Regius, hinc vrgeret conſcientia, & iurisperiti, parendum Apoſtolicis mandatis, non parentes in ſentencias inciſuros, cenſerent, a Capitularibus *Cracouienſibus*, *Caſimirus* Rex, miſſo *Ioanne Rzeſcbowski*, Canonico *Cracouienſe*, in equis velocibus, qui illum in Statiuis, apud *Choyniczam* habitis, offendit, conſultus eſt. Qua nouitate Rex, ad magnam choleram prouocatus, *Petrum Kurowski Lublinenſem*, & *Dobeslaum Kmitha Woynicenſem*, Caſtellanos, è Caſtris verſus *Cracouiam* transmittens. Adminiſtratorem & Capitulares, à monitorio pœnali prouocare, bona vero omnium, monitorio parentium, occupari, parentes quoque & parituros *Cracouia*, & aliis eorum ſedibus propelli. Caſtrum vero *Pynezonienſe*, vna cum *Iacobo Syennenski* Epiſcopo, obſidione vallari iubet. Capitulares *Cracouienſes*, pro voro Regio, ad Papam appellantes, ea conditione appoſita, *vt ſi oppreſſione Cleri cognita*, quam in appellatione, non ſine ignominia Regiæ dignitatis, deducebant, *parere ſuo monitorio iuberet, parituros ſe* offerebant. *Pauli* Decani, *Ioannis* Senioris *Dlugoſch*, *Derslai Krzizanowski*, *Nicolai Plebani* in *Proſchouicze*, *Demetrii* de *Senno*, Præpoſiti *Schambimirienſis*, bona Dignitatum, & Præbendatum, Canonicorum *Cracouienſium*. Item *Ioannis Rogalya*, Scholaſtici *Scarbimirienſis*, per *Nicolaum Pyeniazek* de *Vitbonicze* Succamerarium, & Capitaneum *Cracouienſem*, quod hi cæteris appellatione ſe tuentibus, à profanatione abſtinebant, occupantur, & diſtrahuntur; Præpoſituræ etiam *Gneſnenſis* poſſeſſio, Regio iuſſu, aufertur, *Iacobo* Epiſcopo *Cracouienſi*, per *Petrum* de *Schamotuli*, Capitaneum *maioris*

& multò unà Sacerdotum publica & amara proſcriptiones: Nicolao Pieniazek Capitaneo Cracouienſi Caſimiri Regis ex parte, faciente executionem.

1461. *Polonia*, quam poſtea *Lucas Poſnanienſis* Palatinus, pro filio occupauit. Præfatus inſuper *Derslaus Krzizanowski* Præpoſitus *Viſlicienſis*, & Canonicus *Cracouienſis*, ex æde ſua Canonicali, in platea Legati ſita, per familiares Capitanei *Cracouienſis*, *Cracouia* egredi compulſus. Superpilitio & dalmutio, vt dinoſceretur, ſe veſtiens, comitante eum lectorum turba, item *Nicolaus Bogdan*, *Ioannis* Senioris *Dlugoſch*, item *Ioannes Bialek*, *Lelouienſis* Plebani, Canonicales Vicarii, item *Martinus Rincza* Manſionarius, in ſuperpiliciis, ex media Eccleſiæ proceſſione, per *Nicolaum Pyeniazek* Capitaneum extracti, & extra portas Ciuitatis educti, regreſſu eis interdicto, vulgo communi ingemiſcente & illachrymante, cum nonnulli Eccleſiaſtici incundarentur, depulſi ſunt. Item *Bartholomeus* in *Modlibozicze*, *Matthias* in *Pthanow*, *Nicolaus* in *Tezow*, *Michaël* in *Wyerzbicza*, Plebani, ſinguli ſingulis rebus exuti, & ſpollati ſunt. *Ioanni* de *Brzeznycza*, nobili Præsbitero, tenutario *Kyelcenſi*, tenuta *Kyelcenſis*, item *Matthia* de *Bug* Præpoſito *Sandecenſi*, Villicatio *Saudecenſis*, per *Nicolaum Pyeniazek*, Capitaneum *Cracouienſem*, ereptæ. *Caſimirus* Rex, dum à timoratis viris, de ea ſæuicia in Miniſtros Dei, neque citatos, neque conuictos, deprompta argueretur, omnis truculentiæ molem, in *Ioannem Wladislauienſem* Epiſcopum, retorquebat: aſſerens eum ad illius nutum, & libitum, ſe ignorante, & parum conſcio, patratam. *Iacobus Syennenski Cracouienſis* Epiſcopus, ne occaſione ſui, patria inteſtino laboraret bello, quod indubie ab vniuerſis rebatur, ſecuturum, ſi Caſtrum *Pynczow* obſideretur, ex Caſtro præfato deſcendens, in *Thaczin*, ad *Ioannem* de *Thaczin*, Caſtellanum *Cracouienſem*, fidelem ſuum, & ſuæ cauſæ ſuffragatorem, ſe conferens. *Romam* abinde diſcedere, rebusque ſuis, in præſentia Oratorum Regis *Caſimiri*, *Ioannis Rythnicnski*, & Magiſtri *Matthia Raczynski*, prouidere deſtinabat. Sed ab adoleſcente ingenuo, parem pro ea tempeſtate ſuæ legalitatis, non habente, *Ioanne Melſthinski* exceptus eſt: licet & publicatio bonorum, exilium, mors, proponeretur receptatori, & vna cum *Ioanne* ſeniore *Dlugoſch* Canonico *Cracouienſi*, cui varias inſidias conſtabat inſtructas, anno plus quam integro, in Caſtro *Melſtin*, omnibus neceſſariis, liberaliter, ſplendide, & iucunde tractatus, fotusque eſt: appellatione Capitulari non obſtante. Nemo virorum timoratorum, & peritorum, Diuinis ſe miſcere audens, profanationis, & irregularitatis labe ſe pollui abhorrebat. Quapropter miſſæ maiores, cæteræque res Diuinæ, Prælatis, & Canonicis *Cracouienſibus*, illaqueatum ſe iri irregularitate verentibus, & a Diuinis abſtibus, per Vicarios, ægre tamen explebantur. Plerique enim ex illis viri timorati, quamuis mors, & exiliatio proponeretur, nullatenus ad rem Diuinam exequendam, induci poterant. Arguebatur & *Ioannes* Epiſcopus *Wladislauienſis*, à plerisque timoratis viris, quod tantam ſæuiciam in viros Eccleſiaſticos, nulli facinori obnoxios, non ſine memorabili ſcandalo, in multa ſcandala traducendi depromeret. At ipſe omnem culpam, in *Ioannem Luthkonis* Vicecancellarium Regni, quod omnium foret artifex, commentator, & ſuggeſtor, quæ agebantur malorum, retorquebat. 1461.

Statiua ad *Choyniczam Caſimiro* Rege, in dies quindecim producente, militum animos grauis, ſed iuſta indignatio, inceſſit: querentium *ſe ad torporem non militiam, ad ludibrium non ad bellum, ductos eſſe, eaque expeditione, longo grauius ſe ipſos grandi impenſa & fatiga, quam hoſtes contudiſſe.* Sed & a pueris grandi vociſeratione, Conſilium Regium carpentibus, plus quam indigna vor, & exprobratio exaudiebatur, nocte interdiu, vulgari lingua *Zła rada.* Rex ipſe *Caſimirus*, quo gradum verteret, ſatis anxiebatur, cum & autumnus appeteret, & cœli intemperies pluuiam, niue mixtam, diebus aliquot producens, exercitum ſuum adeo fatigaret, vt nonnulli vi algoris extinguerentur, & pudor non ſubueniendi obſeſſis, ad quod vnum, indicta erat expeditio, pectus Regium laceſſeret. Sero tandem conſilii recordatus, quod ſibi *Cracouia* agenti, *Ioannes Thaczinski*, Caſtellanus *Cracouienſis* prælliterat, *quatenus ea æſtate, generali expeditione terrarum ſuarum omiſſa, fertonibus ab vniuerſo Regno receptis, bellum per mercenarios milites adminiſtraret*, omnem proceſſum expeditionis præſentis damnabat. Subuentionem tandem pecuniariam, ab vniuerſo exercitu, qua duo millia pugnatorum, ad diſſoluendum Caſtrorum & Oppidorum, in terra inferiori laborantium, obſidionem, conduci poſſent, eo pacto, vt à quolibet milite, centum marcas in annuis redditibus habente, quinque marcæ conferrerentur, expetere cœpit. Quod cum pene omnes milites, maioribus Baronibus magnopere detrectantibus, & onus dandi variis ingeniis excutientibus, impleuiſſent: duo millia pugnatorum, præpoſito eis *Petro Dunin*, de *Prawkoff*, Succamerario *Sandomirienſe*, de *Cyguorum* genere, in Capitaneum, plerisque Baronibus de ſoluendo Stipendio, fidem militibus dantibus, in terras inferiores tranſmittuntur.

Caſimirus Rex militum indignatione

& clamoribus puerorum compulſus,

ſoluit exercitum, indicto delectu mercenario.

Cui Dunin Capitaneum præpoſuit ad ferendum Ciuitatibus obſeſſis auxilium.

Sub eo antem tempore inteſtina ſeditio, in exercitu Regis *Caſimiri*, ſenſim contra *Petrum* de *Schamotuli*, Caſtellanum *Poſnanienſem*, à militibus *maioris Polonia* concitata, quod

Contrà Petrum de Schamotuli ab admini-

1461.

Stanislaum Oſtrorog ob male geſtam adminiſtrationem Capitaneatus cum Caſtellania Poſnanienſi, ingentem ſeditionem in exercitu ortam, Rex licentiato exercitu ſedat.

quod Capitaneatum *maioris Poloniæ*, Magiſtratum Caſtellaniæ *Poſnanienſis* gerens, contra iura communia, & ſeuere, & auare adminiſtraret, pene vniuerſum exercitum, in arma commouerat. *Petro* vero de *Schamotuli*, cum fratribus, & neceſſariis, ad dimicandum ex Caſtris, in magna multitudine contra ſeditionis authores egreſſo. *Caſimirus* Rex graſſantem ſeditionem militum, abſque armis reſtricturus, ſolerti vſus conſilio, in die ſancti *Michaëlis*, a ſtatiuis *Choyniczenſibus*, diſceſſione facta, exercitu illum vſque in *Bidgoſthiam*, comitante peruenit. Vbi exercitu licentiato, & in propria digreſſo, apud *Bidgoſthiam*, diebus aliquot rebus neceſſariis, & præcipue transmiſſioni militum, in terras inferiores, nauando operam, quieuit. Sed & *Tartarorum* cuneo donatiuum largitus, redire eum in *Lithuaniam* iuſſit. Vt vero B in partes inferiores, cum aliis *Polonorum* pugnatoribus mitterentur (quod vnum a Rege per Conſiliarios ingenti ſtudio petebatur, & ipſi *Tartari* pronos ſe exhiberent) nullo pacto poterat obtineri. Sex tantummodo hebdomadis, in ea expeditione, grandi inſtaurato ſumptu, & exiguo geſta fructu, immoratus eſt. Nullumque ea expeditio belli finem afferre, nihilque ad pacem conducere viſa eſt.

Zophia ſenior Poloniæ Regina parens Caſimiri Regis

Zophia Poloniæ Regina ſenior, *Wladislai Lithuani Poloniæ* Regis relicta, ex nimia ſacietate molonum, febri acuta contracta, omnes medicinas peroſa, rata morbum ſuperaturam naturam. Ad extremum ægritudine inualeſcente, tacta paralyſi, in Caſtro *Cracouienſi*, die lunæ vigeſima prima Septembris die, hora veſperorum, omnibus ſacramentis

moritur, &

religioſe perfuncta, moritur, & diebus octo, C apud Eccleſiam ſancti *Michaëlis*, donec Rex *Caſimirus* filius ſuus, conſuleretur, & opportuna in tempus funeris compararentur, aſſeruata, die lunæ vigeſima octaua menſis

in ſacello ſanctæ Trinitatis, quod fundauerat & dotauerat, in Eccleſia Cracouienſi ſepelitur.

Septembris, apud maiorem *Cracouienſem* Eccleſiam, in capella ſanctæ Trinitatis, quam, à fundamentis quadrata petra erexerat, & octenario miniſtrorum numero, Clenudiiſque & indumentis Regiis, ſplendide dotauerat, celebri apparatu, & honore funeris, ſepelitur, vno & quadraginta exactis annis, ex quo *Wladislao* Regi coniugio iuncta, in *Poloniæ* Regnum aduenerat. Fœmina raræ liberalitatis, & in Eccleſias, & in miſerabiles D perſonas benefica: præſertim tamen in *Cracouienſem* Eccleſiam, cui ornatum & capam, margaritis granem, & auro inſignem, cæteraque clenodia contulerat. Cordis alti & magnifici, ſed in bilem proni, atque verſatilis: profuſius, quam ampla dos ſua ferre poterat, expendere, largiri, & veſtiri ſolita. Multorum ære alieno vita excedens, & *Caſimiro* Regi filio, illius ſolutionem demandans, extitit irretita, Benignum fortunæ fa-

uorem, per omnem fere ætatem, præter tempus exiguum, quo criminationem pertulit, A experta. In Catholicum ritum, quamuis à *Ruthenis* & ſchiſmaticis parentibus oriunda extiterit, deuotiſſima. Carmine infra ſcripto nomen eius celebratum extat.

Epitaphium Zophiæ Poloniæ Reginæ.

Sanguine claro Ducum Ruſſiæ, clariſſima quondam
Laudibus ipſa meis gloria ſumma fui,
Iuncta Polonorum Diuino fœdere, Regi
Contraxi populos in mea vota meos.
His nati vixere duo, duo fulmina belli
Iuſtitia clarus, clarus vterque fide.
Alter enim multu inſigni ad aſtra triumphis
Proſiluit, Chriſti fortiter arma tenens.
Quem ſi fata virum ſeruaſſent, robore Martis
Turcorum rabies iam lacerata foret.
Alter vt ingratos expellat finibus hoſtes, B
Horrida pro patria fortis in arma furit.
Aſt ego delicto iuuenis viduata marito
Turturis exemplo, fœdera nulla tuli.
Cunctorum tandem ſenio confecta dolore,
Anno milleno, quadrigeno, ſexies, deno
His vno adiuncto, in ſacro Matthæi feſto
Occubui: locus hic corpora noſtra tegit.
Quem, celebrem petra, dotiſque raro fulgore
Inſtitui, laudes, Trinitati quo canendas
Condidi: vt fieret laus perpeterna mihi
Reddite, qui legitis Chriſto pia vota Zophiæ
Dicere ne tædeat, ſpiritus aſtra petat.

Abſumptis apud *Bidgoſtiam Caſimirus Poloniæ* Rex, diebus luctus ſuper matris obitu, tardius illi patefacto, funera iuſta perſoluens, & generalem Conuentum, apud nouam Ciuitatem *Korczyn*, pro die ſancti *Nicolai* indi- C cens, *Lanciciam* diſcedit, & illic atque in Pyſdri, Conin, cæteriſque oppidis Regiis, tempus autumni abſumit. *Petrus Dunin* de *Prawkow*, Succamerarius *Sandomirienſis*, cum exercitu duorum millium pugnatorum, obſeſſis apud inferiores partes Caſtris, & Oppidis opem laturus, primum in *Swyeczie* peruenit, & obſidentibus Caſtri, ſuperiorem partem, quam dudum hoſtes interceperant, ſe iungens, breui obſeſſos, ad deditionem, miſeranda macie tabefactos, coëgit. Exinde, dum ſuorum paucitate penſata, ad hoſtium multitudinem, quos etiam agreſtium, ex diuturno bello pugnare aſſuetæ cateruæ comi- D tabantur, ducere veritus, cunctatius rem gereret, & fortioris exercitus ſupplementum ſibi mitti poſtularet. Caſtrum inſigne *Morag*, cum Oppido, per *Ioannem* filium *Stiborii*, Palatini *Gdanenſis*, nulla neceſſitate cogente, item oppida *Roſtemburg* & *Sempepel*, *Cruciferis* item Oppidum *Byeliawy*, quod vno anno obſidionem pertulerat, per Præſides Regios tutos & ſalutem pactos, Magiſtro deduntur. Oppidum *Brunsberg*, Epiſcopi *Varmienſis*, quod *Ioannes Skalski Bohemus*, ſingularis pro-

Petrus Dunin de Prawkow

Caſtro Swieczie recuperato, dum deinceps negligentius & timidius rem gerit,

efficit, vt multa Oppida & Caſtra Cruciferis proderentur.

1461. probitatis, & fidelitatis miles tenebat, præſidio Regio, per inlutiam eiecto, in ſuam ſe vendicans poteſtatem, *Paulum* Epiſcopum *Varmienſem*, recepit. Id dum *Ioannes Skalski*, ſub opaca nocte, muros conſcendens recuperare nititur, parum abſuit, quin in Oppidanorum manus, pluribus ſuorum rem ſegniter & timide agentibus, veniret. Nonnulli tamen ex gentibus Regiis, qui illuc aduenerant, & ſignanter *Ioannes Noſal* de *Turza*, adoleſcens probatæ audaciæ, de *Cancrorum* Domo, qui primas capiendi oppidi enixe nauauerat partes, deſerti à ſuis, per Oppidanos obtriti ſunt. His ſucceſſibus Oppidani in *Fridlanth* permoti, cum vicibus aliquot præſidium Regium, eiicere tentauiſſent, ad extremum opportunitatem nacti, hoſtium globo, vna porta in diluculo intromiſſo, milites Regios, aut in muris, aut in ædibus conſiſtentes occupant, & miſerabiliter magna ex parte, paucis vitæ reſeruatis trucidant. Omnis queque expeditionis transactæ fructus, tennis quidem, & exiguus in perniciem conuerſus eſt, Oppidum *Brodnicza* in *Culmenſi* terra, dum negligeretur, a *Nicolao* de *Koſcyeliecz* Palatino *Iunivladislanienſe*, & filio ſuo, *Ioanne* Succamerario, aſſeruaretur, hoſtibus nocte in illud, per ſoſſata aquea, nullo prohibente, ſed nec vigilante quidem, irrumpentibua, interceptum: Vniuerſoque hoſtium robore in *Brodnicza* confluente, arx propugnaculis in circuitu, oe aliquid in illam importari poſſet, conſtructis, obſideri cæpta. Cui taliter anguſtiatæ, & tam defenſoribus, quam victualibus parum ſuleitæ. *Petrus Dunin*, Capitaneus Regius, Succamerarius *Sandomirienſis*, ſuccurrens, per medias hoſtium ſtationes, aliquot de ſnis deſideratis, & victualia, paruo tamen ſuffectura tempore, & milites immiſit, occupationemque arcis ægre prohibuit. Ciues de Oppido *Fridlanth*, apud inferiores partes io *Pruſſia* ſito, dum proditio per eos, contra præſidium Regium, ſæpius tentata, ſecus cederet, militibus inſidias, eorum deprehendentibus, & authores proditionis, capite plectentibus, muro Ciuitatis, qui ab ædibus tegebatur, pro maiori parte effracto, *Henricum Plawienski* Cruciferum, cum gentibus, nocte immittunt, & ducentos quinquaginta, Regii præſidii milites, in lectis trucidant, Oppidum *Stbargard*, à tribus Conſulibus, hoſtibus proditum eſt. Apud *Gdanenſes* quoque & *Thorunenſes* vrbes, tumultus nonnulli, & inclinatio ad Cruciferos fieri cæpta. Per practicam ſiquidem *Friczonis* & *Caſparis Noſthwicz*, quam clandeſtine per *Martinum Suella* Priorem, natione *Gdanenſem*, & *David Ruger*, natione *Thorunenſem*, fratres Ordinis *Carthuſienſis*, de Paradiſo, ſolis tantummodo duobus ciuibus *Gdanenſibus*, *Nicolao Iunther* Sutore, & *Hermanno Zambek* conſciis, Ciuitas *Gdanenſis*, hoſtibus prodi debuerat, quod ſi ad conſtitutum diem, hoſtes aduenifſent, omnis eorum multitudo, inſidiis, per *Gdanenſes* ordinatis, qui iam ſuum periculum agnouerant, fuiſſet intercepta. *Carthuſienſes*, dum negarent, propria manu de tradimento conuicti, & in carcerem officialis *Gdanenſis* truſi, nec prius dimiſſi, niſi per propriæ manus demonſtrationem, ſacious ſuum recognouiſſent. Aduenientibus autem Viſitatoribus, ducebantur perpetuis carceribus tradendi: Sed per *Fricz*, & gentes ſuas, circa *Puczki* ſuerunt de manu inſidiatorum erepti. Abinde vero *Martinus* Prior ad Magiſtrum *Pruſſiæ* in *Kinzberg* ſe conferens. *Dauid* vero verſus *Lubing* diuertens, vterque per apoſtaſiam ſe ſubtraxit. 1461.

Gedanum etiam ac Thorunium proditorum audacia penetraret.

Caſimirus Rex de Caſtro Brodnicza ſolicitus,

Caſtrum *Brodnicza*, cum cura, & vigilia hoſtium immenſa, conſtaret in coronæ modum ſeptum eſſe, & ſedendo, propter paucitatem victualium, expugnari poſſe, nihil tamen ſalutare, pro illius defenſione, quamuis periculum imminens, Regem & Conſiliarios non lateret, prouidebatur. *Petrus* enim *Dunin* cum gentibus ſuis parum validus erat, qui exponeretur hoſti, *Brodniczam* tuto, & in oppido, & in baſtis, obſidentr. Vniuerſalem autem expeditionem Regni, hybernum tempus prohibebat. Rex itaque *Caſimirus*, ſatis triſtis & gemebundus, autumno apud *maiorem Poloniam* exacto, feria tertia ante feſtum ſanctæ *Eliſabeth*, in *Schadek* perueniens, exinde per *Volborz*, *Chaczini*, cæteraque ſolita loca, pro die Dominico ſancti *Nicolai*, ad tenendam conuentionem, nouam Ciuitatem *Korczin* peruenit. Vbi multiſarias legationes nonnullorum Principum, primum autem Legati *Eczigeri* Imperatoris *Thartarorum*, qui dudum aduenerant, & apud *Radom* eontinebantur, anditi ſunt. Qui camelo vno, puniceo panno veſtito, item aliquot inſignibus purpuris, Regi *Caſimiro* præſentatis, offerebant *Cæſarem ad omnes expeditiones & bella, cum quibuscunque hoſtibus gerenda, auxilia Regi laturum. Cum Regeque & omnibus terris, Dominiorum ſuorum, ſyncerum pacem ſeruaturum, & omnia in amici fidelis morem geſturum, nec impetiturum Podoliam, nec expugnaturum Camyeniecz, quod Lithuani crebro ab eo, per multiſarios Nuncios depoſcebant.* Commendata Cæſaris deuotione, erga ſe *Caſimirus* Rex, reſpondit. *Cæſarem ſolerter, in abnuendo precationes temerarias Lithuanorum, egiſſe: cum nihil iuris Lithuanis, in Podolia terras competat, & ſe, velut Dominii vtriuſque Principem, litigium, iure potius quam armis, diremptorum Expetercque, vt*

in audiendis variis legacionibus tempus terit, in Conuentione noua Ciuitatis Korczin.

in ta

1461.

in ea deuotione, & ſynceritate Cæſar conſiſtens ad ferendum Regi, gentium ſubſidia, dum auiſatus fuerit ſe præparet. Remiſſiſque Cæſari A Regiis donis, & muneratis nunciis, atque licentiatis, *Borzutha* Marſchalcus, & *Ienik Bohemorum* regis nuncii andiebantur. Hi rogabant, *vt Rex Caſimirus iuxta conuenta, cum Georgio Rege Bohemiæ, in Glogouia maiori, pro prima die menſis Maii, conueniat. Item ſuper omnibus differentiis, cum Cruciferorum Ordine & Magiſtro, qui ſe in omnibus iudicio, & decreto Regis Bohemiæ Georgii, ſtaturum aſtrinxit, in Regem æquum & gratum iudicium, ſibi quoque, & Regno propicium, compromittat. Vtrique rei Poloniæ* Rex *Caſimirus, ſe per proprios Nuncios reſponſurum*, reſpondit. *Frederici* deinde Marchionis *Brandeburgenſis*, vnicus quidam Nuncius, ſed ſenſatus, auditus eſt. Is rogabat, *ne quid Caſimirus Rex de eo, ſuggeſtione praua narratum, vel narrandum, crederet, neu hoſtem ſe illi monſtraret: Se eo animo ſemper fuiſſe, erga Regem, & Regnum Poloniæ, vt nihil illi, niſi fœlix, & fauſtum optaret. Et ſi quæ hoſtes aut inuidi, contra illum comminiarentur, ſe omnibus iuſta purgatione ſatisfacturum. Sique Regi Caſimiro cum Cruciferis pax placeret, neminem eo, fidelius pacem, æquis conditionibus tractaturum.* In danda reſponſione compluribus iniuriis, quæ Regno à Marchione illata fuere, commemoratis *Caſimirus* Rex, *nihilominus, quamuis multipliciter vexatus à Frederico Marchione irritatusque, nunquam tamen illi hoſtilia*, dixit *ſe retuliſſe. Sed neque cum hoſtibus ſuis Bohemiæ Rege, & Ludouico Bauariæ Duce, quamuis id ab eo crebrius fuiſſet expetitum, ſenſiſſe. Si quoque Bohemiæ Rex Georgius deſinat, qui id præoccupauit munus, licere Marchioni Brandeburgenſi Frederico, compoſitionem pacis, cum Cruciferis intendere.*

Conſules Cracouienſes, ob necem Andreæ Thaczinski, bis Koreczinium citati,

Feria quarta poſt feſtum ſancti *Nicolai*, ſuper indigna *Andreæ Thaczinski* nece, Rege *Caſimiro* in Iudicio præſidente, iudicium ventilabatur. Et Conſulibus *Cracouienſibus*, in eum diem, ad inſtantiam *Ioannis Thaczinſki* Caſtellani *Cracouienſis*, germani, & *Ioannis Rabſchtinski*, filii, occiſi, citatis: quam- D uis plerique eorum in nouam Ciuitatem aduenerant, conſulto parere negligentibus, *Ioannes Orsczewski*, genere hic *Srzenyawa* nobilis erat, Conſulum abſentiam excuſans, & literas ſecundi *Caſimiri Poloniæ* Regis, quibus illos, & quemlibet eorum, non niſi *Cracouia*, coram ſe reſponſuros priuilegiat, producens, dum Procuratorium mandatum non monſtraret, pœnam trium marcarum incurriſſe, decretus eſt. Quam cum e veſtigio non ſolueret, in carcerem duci iuſſus, prope, niſi

dum abſunt, Priuilegia apponentes, eorum Procurator Orzezowski, marcis tribus,

Rex ſubueniſſet, diſcerptus eſſet. Alter deinde terminus peremptorius Conſulibus *Cracouienſibus*, ad octauam, ad reſpondendum aſſignatus. Sed cum neque in illo comparerent, ad punitionem capitis, & ſolutionem vadii, octoginta millium, Actoribus petentibus, condemnantur. Pluribus deinde diebus *Caſimirus* Rex, publicis rebus prouiſurus, conſilium agitans, & ſe atque ærarium ſuum exhauſtum, bello *Pruthenico* monſtrans, obtinuit, vt iterum tributum Ciuitatibus, & Colonis fertones indicerentur.

1461.

& ipſi octoginta millibus multantur. Tributumque, & fertones indicuntur.

Sabbato ante feſtum ſancti *Thomæ*. *Caſimirus Poloniæ* Rex, ex noua ciuitate *Corczin* diſcedens, feria ſecunda *Cracouiam* intrauit. In cuius præſentia & conſpectu, ædes *Ioannis Dlugoſch* Canonicales, per *Stanislaum*, & *Dobeslaum*, de *Iurozwaki* effracta, & omni- B bus rebus nudata eſt. Quærelaque ſuper his, ad *Caſimirum* Regem delata, ſurdis (vt aiunt) auribus excepta, eſt. *Maioribus enim contumeliis, & probris, quam his, quæ perferret, Ioannem Dlugoſch*, quod iuſtitiam *Iacobi Syenuenski* Epiſcopi *Cracouienſis*, enixius promouebat, *dignum* reſpondebat.

Ioannis Longini Canonici Cracouienſis ædes effringunt Kurozwaczki.

Apud *Ruſſiam, Bohemiam, Podoliam*, & *Lithuaniam*, res eo anno quietæ, apud *Hungariam* prædonibus expulſis, aut magna ex parte trucidatis, pax redire, cura *Emerici Dyak* cœpit. Qui induſtria & factiuitate intra *Hungaros* pollens, ex admodum tenui homine, in celebrem euaſerat. C

Pax in Ruſſia, Bohemia, Podolia, Lithuania & Hungaria eo anno viguit.

1462.

Natali Dominico, *Caſimirus* Rex *Polonorum*, apud Eccleſiam *Cracouienſem* celebrato, proceſſum iudiciarium, contra Conſules, & Ciues *Cracouienſes*, *Ioanne* de *Thaczin*, Caſtellano *Cracouienſe*, maximaque militarium turba, inſtante, reſumit. Qui dum tercia Citatione vocati, in Caſtrum *Cracouienſe*, ſub ſaluo Regis conductu, ad terminum feria tertia, in vigilia Epiphaniæ veniſſent. Petebant *ſe in eorum iuribus & Priuilegiis ſeruari, & iudicium de ſe non in arce, ſed in vrbe, non coram Rege, neque iure Polonico, ſed coram Aduocato, & iure Maydeburgenſi fieri.* Sed cum per Regem & Barones, in iudicio præſidentes, interlocutum fuiſſet, *eos hanc conditionem, in primo nouæ Ciuitatis termino, neglexiſſe*, Priuilegiaque eorum tunc lecta, eam illis prærogatiuam non conferebant, condemnantur, ad vadium, & ad capitis pœnam. Illiſque ex Caſtro recedentibus, pignoratio, & executio ſententiæ decreta. Sabbato deinde intra octauas Epiphaniarum, *Nicolaus Skora* de *Gay*, Caſtellanus *Caliſſienſis*, & *Nicolaus Pyeniazek* de *Vithowice*, Succamerarius & Capitaneus *Cracouienſis*, a Rege *Caſimiro* miſſi, in prætorium, ſentenciam executuri, adueniunt: & Conſu-

 les,

1462. les, ac communitatem ſimul congregatos, reperientes, quatuor ex Conſulibus, videlicet *Conradum Lang, Stanislaum Leymither, Iaroslaum Scharlyey*, & *Martinum Belze*. Item ex communitate, *Ioannem Theſchnar, Ioannem Volpbram*, pellificem, *Albertum* Pictorem, *Nicolaum Scharlang* Calcariſicem, & *Nicolaum* Magiſtrum Lictorum, ad pœnam depoſcunt. Qui, vt reliquum corpus Ciuitatis, ſaluum fieret, dediti ſunt; Et ea quidem die in Prætorio aſſeruati, altera vero mane in Caſtrum deducti, & in turris partem demiſſiorem, truſi ſunt. Vbi quinque diebus commorati, ſacra confeſſione, ſacroque perfuncti viatico, die Veneris, quindecima menſis Ianuarii, ad ædem *Andreæ Taczinski*, quæ ſancti *Michaëlis* Baſilicæ proxima eſt, perducti, *Petro de Vaſchumuthow*, Iudice *Sandomirienſe*, decernente, ſex tantummodo ex deditis, videlicet *Conradus Lang* & *Stanislaus Leymither*, *Iaroslaus Scharlyey*, *Albertus* Pictor, *Nicolaus Scharlang*, & *Nicolaus* Lictorum Magiſter, *Ioanne Rabſchtinski*, filio *Andreæ Taczinski*, per iuramentum corporale, & iudicio Ragali delatum, de occiſione genitoris ſui illos conuincente, publico gladio, in Caſtro *Cracouienſi*, ſub turri, quæ *Thincienſis* appellatur, ad euitandam ſeditionem, ſi in Ciuitatis circulo executio iuſtitiæ fieret, damnati ſunt, & in eccleſia S. *Mariæ* ante Sacrarium in vno tumulo, non ſine vniuerſæ Ciuitatis, grandi comploratu, & lamento, ſepulti. Tres raſidui, videlicet *Martinus Belze*, cum pro eo vniuerſitas fratrum minorum de ſancto *Bernhardino*, magis fletibus, quam precibus obſecraret, item *Ioannes Theſchnar*, & *Ioannes Volpbram*, *Ioanni Rabſtinski*, iuxta ac condemnati, in poteſtatem traditi, altera die in *Rabſchtin* deducti, primum quidem in tetro carcere, deinde, vbi ira defluxit, in honeſta cuſtodia, habiti ſunt. Interceſſiones variæ factæ pro *Iaroslao Scharlyey*, à grauibus perſonis, vt in captiuorum potius quam occidendorum transferretur ſortem. Innocentiam eius iudicio veriſimili aſtruentibus. Sed neque *Eliſabeth* Reginæ perſonalis, ad exorandum *Ioannem Rabſchtinski*, vsque in domum ſuam acceſſio, quadrare quicquam valuerunt. Magna ſiquidem ſupplicii ſumendi auiditate, magna hauriendi ſanguinis Conſularis ſiti, & *Ioannis Rabſchtinski*, & amicorum ſuorum animi incenſi, preces *Eliſabet* Reginæ aſpernabantur. Fuiſſet acrius in *Clementem* Armificem, velut principalem necis *Andreæ Taczinski* excitatorem, & *Ioannem Doizwon*, qui in illius necem, quem celare ſpoponderat, à ſe aliis in Sacriſtia proditum, ferocius graſſabatur: Sed vterque poſt patratum facinus, illico effugerat. Conſulatus *Wratislauienſis Clementem*, ad ſe perfugientem, exprobrato illi teterrimo ſeditionis ſcelere, de Ciuitate deiecit. Qui in *Zeganum* ſe conferens, ab immenſa pectoris, & ſpiritus anxie- A tate, vexatus, & attritus, diem obiit. *Nicolaus Cridlyar* vir Conſularis, depoſci ad capitis pœnam veritus, in *Melſthin* ſe contulerat. Pro quo a nonnullis de Conſulatu, quaſi nocens, & timidus, parum iuſte carptus eſt. Suffragiis tamen *Iacobi Syennenski, Cracouienſis* Epiſcopi, & *Ioannis Melſchtinski*, ne culparetur, neue depoſceretur ereptus, haud paucos poſt dies, a Lethargico morbo, ex tranſacto pauore concepto inuaſus, aliquot hebdomadis ab eo vexatus eſt. Sed clementia tandem Diuina ſolutus. 1462.

De occiſoribus Andreæ Thaczinski ſupplicium ſumitur.

Quarta die menſis Ianuarii, Semouitus, maior natu *Wladislai Plocenſis*, & *Maſouiæ* B Ducis, filius, in villa, & Curia ſua Ducali *Sanniks*, immatura morte defunctus, in *Plocenſe* Eccleſia ſepelitur. Senſere nonnulli falſe, an vere neſcitur, illum fuiſſe veneno ſublatum.

Semouitus maior natu filius Wladislai Plocenſis & Maſouiæ Ducis moritur.

Sedecima die menſis Ianuarii, *Ioannes Rytbwienski* Capitaneus *Sandomirienſis*, & Magiſter *Matthias* de *Raczyaſch*, Decretorum Doctor, Canonicus *Wladislauienſis*, à *Caſimiro Poloniæ* Rege, & Conſiliariis, magna ſpe præſtolati (præmiſſo etenim veloci Nuncio, omnia ſe pro nutu Regis, in cauſa Epiſcopatus *Cracouienſis*, ordinaſſe vulgauerant) ex vrbe reuerſi, *Cracouiam* adueniunt, tribus prope Menſibus *Romæ* immorati, quod Papa *Pius* ſecundus, ex vrbe *Tiburtinum* diſcedens, & ſe Nunciis Regiis apud vrbem opperiri C iubens, tardius *Romam* aduenerat. Qui *Caſimiro* Regi in Conſiliariorum, & *Ioannis Wladislauienſis* Epiſcopi, cuius ſumptibus legationem obibant, præſentia, relationem facturi, exhibuerunt duas bullas Apoſtolicas, vnam, qua *Iacobo Cracouienſi* Epiſcopo, adminiſtrandi auferebatur, & *Ioanni Pnyowski* Archidiacono *Cracouienſi* conferebatur facultas, donec Apoſtolicus Legatus in *Poloniam* veniat, alteram, qua Papa Regi *Caſimiro, ſe omnia pro voto ſuo, quantum cum Deo poterit, facturum, & legatum miſ-* D *ſurum* pollicetur, *Hyeronimum videlicet Archiepiſcopum Cretenſem, ad inſpiciendum criminationes, & defectus, Iacobi Epiſcopi Cracouienſis, Promiſi ſui, per nuncios Regios obiectas, & ad demendum litem Cracouienſis Eccleſiæ, multipliciter vexatæ, volens, vt eiusdem Legati pareatur ordinationi.* In aduentuque Legati, conſecuturum Regem ſingula, quæ a Papa per eos expetierat, certo certius repromittunt. Præfati enim Regii Nuncii, variis probris, & criminationibus in *Iacobum Cracouienſem* Epiſcopum vſi, *virum illum ambitionis notoriæ, Regi, Clero & populo ingratum, ſediciones cientem, cum propinquus ſuus Andreas Thaczinski, occupare Epiſcopatum Cracouienſem contendens, populari indigna-*

Legati Caſimiri Regis

Iacobum Syennenski, apud Pontificem Romanum,

1461. *dignatione necatus fuerit, & corpus in plateis dimiſſum. Ob ſeditiones quoque ſuas, multi de Regno proſcripti, Renunciationem inſuper, à Thoma Epiſcopo agoniſante, extorſiſſe* deducebant. Magnificentius his, in auribus Papæ, & Cardinalium iactatis, quam verius, & à factoribus *Iacobi* Epiſcopi *Cracouienſis*, *Demetrio* de *Syenno* Præpoſito *Scarbimirienſe*, germano Epiſcopali, & *Antonio* de *Forliuio* Decretorum Doctore, ad purum dilutis, noua arte Nuncii Regii Prouiſionem *Iacobi* Epiſcopi, inficere conati, literas prædicti *Iacobi* Epiſcopi, *Caſimiro* Regi, ex Conuentu *Mantuano* ſcriptas, originaliter producunt, quibus auiſabat Regem, *Papa Pio, almanica nationi vehementer affecto, & Legatis ſuis, quos mittebat, in Pruthenica cauſa, fidendum non eſſe*, magnoque ſoaſu aſtruunt, *Iacobum Epiſcopum his literis, deuotionem Regis in Papam, alienatum iri contendiſſe, & talem Iacobi Epiſcopi, inſidam mentem non ferendam, à Papa multari oportere.* Maximum has literas Oratores Regii, ſuæ exauditionis neruum rati, infamatum, fuſcatumque cum legationis authoritate, tum accuſationis, forti quidem ſed parum Regi, parum ſibi, iuſto genero, *Iacobum* Epiſcopum, a ſede *Cracouienſi*, deiiciendum iri poſſe crediderant: de quo ſæpius non taciti gloriabantur. Verum Summus Pontifex, etſi, vt Nuncii Regii futurum rebantur, non parum delatione huiuſmodi irritatus fuerit, & *Iacobo* Epiſcopo infenſus: tempus tamen, locum, & cauſam delationis, ſoleiter penſans, facile *Iacobo* Epiſcopo, humano quidem ſed pio in Regem, & Patriam errore prolapſo, ſingula, quæ didicerat, perſcribenti, ignouit: ne *Iacobum* deiiciendo, & *Ioanni* Epiſcopo *Wladiſlauienſi*, de *Cracouienſi* Eccleſia prouidendo, *Romanæ* Eccleſiæ, authoritate peſſundata, non ſuæ poteſtatis diſpenſator, ſed alienæ tantummodo voluntatis, nudus haberetur miniſter. Plurimæ tunc in *Caſimirum Poloniæ* Regem a grauibus, & ſenſatis viris exaudiebantur ſuggillationes, quod Oratorem ſuum, quem paulo ante mirificis laudibus extulerat, ornaueratque, pro fide ſynceriſſima, premianda magis, quam prodenda, in pœnam deferebat: Segniores in poſterum Nuncios, ſeruosque, dum huiuſmodi egregium facinus iratus propalat, habiturus. Rex *Caſimirus* Oratorum ſuorum relatione audita, *alteram ſpem ſuam in irritum recidiſſe, & Oratores ſuos, quamuis operioſius ſe omnia pro libito Regis effeciſſe, affirmantes, nihil ſolidum, nihil efficax, retuliſſe, grauesque ſumptus, & munera perditum eſſe*, querebatur. Nihil tamen de ſuperiori ſeueritate remittens, quam illum *Ioannes* de *Thaczin*, Caſtellanus *Cracouienſis* deponere, neque deinceps blanda & vna repromittentibus fidere, ſagaci ſuggeſtione ſuadebat, etiam *Ioannem Melſchtinski* requirit, per *Petrum Braniczki*, & *Ioannem Gorski*, ne hoſtem ſuum, & Regni, *Iacobum Cracouienſem* Epiſcopum, in arce *Melſchtinenſi* foueat. *Ioanne Melſchtinski* reſpondente. *Hoſtem cenſeri non poſſe, qui quiete viuens ac modeſte, Regis ſe gratiam, nullo ſcelere inquinatus, adepturum non deſperat, nihil indignum, arduum, aut difficile, à Rege hactenus, præter ſolam iuſticiam deprecatus.* 1461.

nituntur in odium adducere, vt Epiſcopatu Cracouienſi ſpolietur,

Periculo, quod Caſtro *Brodnicenſi* renunciatum, crebro Regi eſt imminere, *Caſimirum Poloniæ* Regem impulſum, ex *Cracouia* diſceſſum maturante, caterua vero Stipendiariorum, emeriti ſtipendii, ſolutionem depoſcentium, illum diſtinente, duo Barones, *Gabriel* de *Bayſſen*, Palatinus *Culmenſis*, & *Ottho Machwicz*, item duo *Gdanenſium* conſules, *Philippus Biſchoph*, & *Ioannes Marburg*, nomine militarium, & Ciuitatum *Pruſſiæ*, miſſi, *Cracouiam* adueniunt. Et expoſito Regi in quantis periculis, atque diſcrimine, res *Pruthenicæ* verſentur, rogant illum, *vt conſurgant ad tuitionem, correctionemque illarum, præſertim tamen ad ſoluendam obſidionem Brodnicenſis Caſtri, cuius amiſſio, maximam rebus ſuis iacturam, defenſio vero, decus & ſtabilimentum, allatura foret. Interrisque Pruſſiæ, cum robore militum, & gentium ſuarum obſeruando, apud Caſtrum Marienburg domicilium ponat: ſe pro ſalariandis & manutenendis militibus ſuis, ſi Pruſſiam perſonali præſentia defendere, & in Marienburg reſidentiam figere, voluerit, medietatem tributi, & aliorum ſuorum introituum, theſauros quoque in eam diem congeſtos, & poſtremo, omnes fortunas ſuas effuſuros.* Tam humana, & liberali legatione *Caſimirus* Rex permotus, miſſis ad *Georgium Bohemiæ* Regem, duobus Baronibus, *Stanislao Oſtrorog* Palatino *Caliſſienſe*, & *Ioanne Tharnowski*, Caſtellano *Sandecenſe*, *ſe cum illo, apud Glogouiam, pro quindecima die Menſis Maii, conuenturum arbitrioque ſuo ſuper rebus Prutbenicis, dum tamen ſe terras naturales, Chelmenſem videlicet, Pomeraniæ, & Michaloulenſem, Regi Caſimiro polliceatur adiudicaturum* reſpondit. A Conſilibus deinde, & communitate Ciuitatis *Cracouienſis*, tributi ſolutione crebrius expetita, nec obtenta (recenti enim priuilegio ſe tuebantur, quo Rex *Caſimirus* Ciues *Cracouienſes* anno vno, quo tributi ſolutio exigebatur elapſo, nunquam ſe vexaturum aſtrinxerat) decima die Menſis Februarii ex *Cracouia*, cum *Eliſabeth* Regina, cui tunc omnia Caſtra & Ciuitates, poſſeſſiones, & villas, à *Zophia* Regina in dote habitas, priori dote, quod ære magno tenebantur, circum-

ingensque ipſius Regis odium ineundem.

1452. circumſcripta, in dotem dat & inſcribit. Et cum primogenito *Wladulao*, primum tum equitature applicato, tributi tamen exa- A ctione, *Nicolao Pyeniazek*, Succamerario, & Capitaneo *Cracouienſi*, demandata, diſcedit: multis florenorum millibus, ſalariando milites & ſtipendiarios, erogatis, & per *Myechow*, *Malogoſcz*, *Przedborz* tranſitum faciens in *Lanciciam*, aliqualem illic moram facturus, peruenit. Quamuis autem *Caſimirus* Rex, *Petro Dunin* Succamerario *Sandomirienſi*, exercitui, quem docebat, plures ex Aulicis ſuis, item nonnullos ſtipendiarios, de oouo conductos, item gentes apud *Ioannem Koſczyelieczki* Palatinum *Brzeſtenſem*, militantes, adieciſſet, exercitusque Regius, huiusmodi ſupplemento auctus, verſus *Brodniczam*, laturus illi ſubſidium proceſſiſſet: cum hoſtibus tameo, qui ſe io oppidum, ex omni- B bus præſidiis conglobauerant, propter ſui paucitatem, & hoſtium multitudinem, dimicare veritus, nulla re memorabili tentata, retroceſſit. Ea deſperatione milites, qui in *Brodnicenſi* præſidio erant adducti, nondum ipſi extrema perpeſſi, cum hoſtibus de vita, & rebus pacti, illis Caſtrum *Brodnicza*, decima octaua die menſis Februarii produnt potius quam dedunt. Nemo ex *Polonis* erat, quem Caſtri tam fortis & oobilis, execranda deditio, graui mœrore non torſiſſet, fortunamque ſuam & Regis ſui, ſegniter & cunctantet omoia agentis, quam aduerſa & parum propicia illis eſſe cæpiſſet, metiebantur. Poterat enim *Caſimirus Poloniæ* Rex, ſi oppidum *Brodnicza* torti obſidione tempeſtiue, quod illi crebrius, à diſciplinæ C militaris gnaris ſuggerebatur, cinxiſſet, hoſtiom ſuorum omoe robur, ſedendo confeciſſe, & ſola obſidione vnius oppidi, de quo & apud hoſtes, ingens habebatur pauor, & admiratio, de vniuerſis hoſtibus, abſque dimicatione, & bello, fortuna hanc illi optimam offerente occaſionem, triumphaſſe. Verum dioæ fortunæ munus negligeos, fœlicitatem, quam ſibi obtinere potuit, ad hoſtes transmigrare permiſit. Hoſtes enim *Brodnicenſi* Caſtro & oppido potiti, non ſecus, quam ſi debellatum eſſet, & arcem *Marienborg* lætati cæpiſſeot, ſingula ſibi deinceps proſpere ceſſura ominabantur, omoem etiam pacis mentionem, cuius hactenus aote obtentam *Brodniczam*, auidi fuerant, perosi. In his autem fortunæ varietatibus, *Caſimirus Poloniæ* Rex, firmis viribus mediom occupans, neque à proſpero flatu eius correptus eſt, neque à triſti oppreſſus.

Caſtro Brodnicza per præſidium Caſimiri Regis dedito,

melius ſperant hoſtes

Noodum luctus diebus, ſuper immatura, ſpectabilis adoleſcentis, *Semouiti* Ducis *Maſoniæ* & Plocenſis, morte, expirantibus, reſiduus filius *Wladiſlai Maſoniæ* Ducis *Wladiſlaus*, apud *Rauam*, die Saturni, ſexta die menſis Februarii, immature decedit. 1462. *Gothardus* vero de *Ribna*, Caſtellanus *Sochaczonienſis*, oobilis de Domo *Wyerzboua*, alias *Radwan*, quaſi vtrumque Ducem veoeno ſuſtuliſſet, inſimulatus eſt, quod auferre illi villam *Ribna* diſponebat, & apud maiorem Eccleſiam *Plocenſem* tumulatus, non exiguam ſuper Principatibus auitis, & paternis, à ſe hactenus poſſeſſis, *Plocenſi* videlicet, & *Belzenſi*, diſceptationis materiam competitoribus reliquit. Hinc enim *Caſimirus Poloniæ* Rex, iure illos depoſcebat feudi. Hinc *Conradus*, *Caſimirus*, *Boleslaus*, *Ianuſſius*, filii *Boleslai*, olim *Maſouiæ*, & *Varſchouienſis* Ducis, ex vna ſtirpe cum mortuis procedentes, in quarta tamen linea conſtituti, hinc defunctorum Ducum matertera *Catharina*, Ducis *Michaëlis Lithuaniæ* relicta, hinc *Theſchnenſes* Duces, *Venceslaus*, & *Przemislaus*, ex altera matertera *Offka* geoiti, hinc *Margaretha* Ducis *Conradi Canthner Olyeſchnicenſis* Conſors, & *Semouiti* Ducis *Maſouiæ* vnica filia, defuoctorum Ducum ſoror patruelis germana, iure ſucceſſionis. Et *Belzenſes* quidem milites, *Andrea Odrowaſch*, Palatino & Capitaneo *Leopolienſe*, *Ioanne Kuropatwa*, Succamerario *Lublinenſe*, & Capitaneo *Cholmenſe*, Regiis Nuociis, de præſtanda obedientia, requiſiti, quod terra *Belzenſis*, non ſucceſſione, ſed donatione *Wladiſlai* ſecundi *Polonorum* Regis, *Maſouiæ* Ducibus prouenerat, futura Competitorum litigia, ni- C hil ad ſe pertinere, rati, miſſis ad *Caſimirum* Regem quatuor Baronibus, videlicet *Czambario* de *Likoſſin*, Succamerario *Belzenſe*, *Ioanne Maldrzik* de *Chodziwancze*, *Dobeslao Byſthowski*, nobili de Domo, & familia *Nyeczuia* & *Swantoslao Labunski*, Caſtrum & terram *Belzenſem Caſimiro* dedunt Regi. Quam Rex *Ioanni Lyasnowski*, qui Capitaneus illius fuerat hactenus, tradit in tenutam. *Plocenſibus*, apud quos *Paulus* Epiſcopus *Plocenſis*, & eius ſententia, plurimum valebat, longe alius ſeoſus, alia voluntas erat, qui & *Caſimiro* Regi, propter parum vtilem adminiſtrationem Regoi, oon affe- D cti, & eadem Ducum *Maſouiæ* proſapia, Principatum *Plocenſem*, ſummopere ſatagentes cootinuari, primum *Catharinam*, Ducis *Michaëlis Lithuaniæ* relictam, in Caſtrum *Plocenſe* admittont. Sed cum muliebris conditio ſucceſſorem (ſterilis enim fuerat) non derelictura, maius illis diſſidium, quam profectum allatura, videretur, ea amota & aliquibus hæredi-tatibus prouiſa. Duce *Varſchouienſe Conrado*, qui inter fratres maior natu erat

Regno Poloniæ Ducatus Belzenſis accedit.

1462. erat, acceſſito, Caſtrum illi *Plocenſe*, & terram dedunt, ſubiectionemque faciunt. Seiunxerat ſe ab hac deditione, & ſubiectione, *Rawa*, & *Göſtinin* Caſtra, quæ à *Grothone Czeſnik*, de *nona Ciuitate* ſupra *Pilczam*, poſt Ducum *Plocenſium* obitum poſſeſſa, etſi quadam neutralitate tenerentur, donec Prælatorum, & Baronum, tam Regni *Poloniæ*, quam Ducatus *Maſouiæ*, æqua deciſione, quis iuſtior Principatus *Plocenſis*, ſucceſſor cenſeri deberet, decerneretur. In partem tamen Regiam, conſtabat ea procliuiora eſſe. Quapropter Duciſſa *Catharina*, *Michaëlis* relicta, cum nonnullis *Plocenſibus* Baronibus, gentibusque ex *Ploczko*, *Rawam* adueniens. Caſtra ipſa occupare, vi aut deditione voluntaria moliebatur. Sed dum a *Grothone Czeſnik*, & militibus, cum illo ſentientibus, deditio ſpontanea negaretur, visque repulſa, & aliquot ex familia Duciſſæ occiſi eſſent, vlteriori Caſtrorum prædictorum, expugnatione omiſſa (quoniam & Regii Nuncii, qui aduenientes denunciabant, vt à vi & armis Duciſſa abſtineret, pauorem illi non mediocrem incuſſerant) *Ploczkam* rediit. *Caſimirus* autem *Polonorum* Rex, ad *Plocenſem* Ducatum conſequendum aſpirans, in *Lowicz* cum Prælatis & Baronibns Regni, pro vigeſima prima die Menſis Marcii aduenit. Per nunciosque tam Eccleſiaſticos, quam ſeculares *Ioannem Wladislauienſem*, *Andream Poſnanienſem*, Epiſcopos, *Lucam Poſnanienſem*, *Petrum Lanciciensem.*, Palatinos, *Ioannem Tharnowski*, Caſtellanum *Sandecenſem*, in *Ploczkam* deſtinatos, apud *Plocenſes* egit, *vt ſibi Caſtro Plocenſi, aliisque munitionibus eiusdem ſortis redditis, fides & ſubiectio per Plocenſes præſtaretur, cum nemo illo ſuperior, cenſeri poſſet iure*, hoc ipſum etiam literis & Priuilegiis illuſtrando. *Sed quid in aduerſum nitantur Plocenſes, parum probe ſuo bonori conſulturos.* Purgantibus

De Plocenſi vero controuertitur.

Plocenſibus ſuum facinus, & *nihil ſe aut indignum, aut inofficioſum egiſſe* aſtruentibus. Dieta apud *Lancicienſe* oppidum, ad ſedandum huiusmodi diſſidium, pro ſecunda die menſis Maii, per partem vtramque accapta eſt. In quam, cum *Caſimirus Poloniæ* Rex, & Conſiliarii ſui, præſente *Barbara*, *Boleslai* Ducis *Varſchouienſis* relicta, cum *Vincentio* de *Gizicze*, *Maſouiæ*, Marſalco, & paucis aliis Conſiliariis (Epiſcopo *Plocenſe*, & Primoribus *Maſouiæ*, venire negligentibus) aduenisſet. *Nicolaus* de *Myrzeniecz*, Decretorum Doctor, Canonicus *Plocenſis*, verba pro Ducibus *Maſouiæ* faciens, petiit *per Caſimirum Regem, literas, & munimenta, ſuper ſucceſſionis, in Principatum Plocenſem, iure monſtrari.* *Caſimirus* autem Rex, moleſte ferens *Plocenſes*, natu maiores, in præſentem Conuentnm, eis expetentibus inſtitutum, non veniſſe, & fœminam, eum qua nihil tranſigi, tranſactum vero infirmari poſſe, miſiſſe: ad hæc inſuper, productionem iuſsium, pro exploranda magis cauſæ conditione, quam dirimenda quæſtione flagitatum, *nihil ſe acturum, cum ea pauucitate, qua aduenisſet*, reſpondit. Alium quoque diem, apud *Protreciuiam*, pro feſto ſancti *Martini* conſtituit: in *Plocenſem* Epiſcopum, & Barones grauiter inuectus, quod ſe vero, & naturali Domino deſerto, *Varſchouienſes* Duces, cauſa non deciſa, *Ploczkam* admiſiſſent. Ad illumque principales ex *Plocenſibus* venire iuſſit. Vbi tandem Duciſſa *Barbara*, & Baronibus ſecum præſentibus, ſecum quam ſperauerant, rem incidiſſe doEatibus, non ſine quadam cunctatione accepta, conuentus dimiſſus eſt. 1462.

Vigeſima ſeptima menſis Aprilis die Martis, *Cracouienſis* Ciuitas, alteram calamitatem, altera necdum tranſacta, perferrens, igne immenſo arſit, qui ex interioribus Monaſterii Prædicatorum ſanctæ Trinitatis, Alchimiæ opera certis fratribus laborantibus, ex leuiſſimis iniciis ortus, tectum Eccleſiæ ſubita celeritate corripiens, & abſorbens, in proximas plateas, poteſtate irrevocabili deſeuire cepit. Iamque manante incendio, & nulla humana ope, reſtringi valente, Monaſterium & ædem ſancti *Franciſci*, item Curiam Epiſcopalem, item Caſtrenſem, Argentariorum, lixarum, Legati, Fraternitatis, Columbarum, Piſtorum, & *Iudæorum*, plateas, comburit. Fereque media pars Ciuitatis igne horrendo, abſumpta eſt, & vsque in horam noctis ſecundam, cum hora veſperorum cepiſſet, continuato. Plaga in & vix ducentis florenorum millibus inſtauranda, cum ſuperiora collata, vehementer Deum, præuaricationibus humanis, iratum eſſe monſtrabat. A nonnullis, ob indignam Epiſcopalem, ſacerdotialemque exiliationem, propulſionem, ſpoliationem, & verberationem, à pleriſque ob indignam *Andreæ Tucczenski* necem, Diuiniſſimo ſacramento inhonorato patratam, & ædis beati *Franciſci* violationem, accidiſſe credita. Caſtri deinde & oppidi *Lancicienſis* conflagratio, ex Caſtro habens ortum, vigeſima tertia die menſis Maii ſecuta eſt. *Cracoviæ magna pars,*

mox deinde Lanciciæ cum arce conflagrat,

Duo monſtra anno uondum revoluto, apud *Cracouiam* accidiſſe, michi viſa ſunt, *Andreæ Thuczinski* occiſio voluntaria, & conflagratio vrbis violenta. Illam, cum inhibere ſingulis licuiſſet, ſinguli ad patrandum eam, maluerunt graſſari. Hanc, cum reſtringere cuncti conarentur, omnibus tamen a flammigero vomitu, adimebatur facultas, vt ſatis mirandum ſit, prioris qualitatem ſacinoris, caſum ſubſequentem relatione oppoſita compenſaſſa.

Conuento *Lancicienſi* tranſacto. *Caſimirus Polonorum* Rex, in Oppidum *Glogow* tendens, (iam enim Nuncii ſui, facto in *Georgium. Bohemiæ* Regem, ſuper rebus *Pruthenicis*, explorata primum mente eius, Compromiſſo plenario redierant) quarta die, menſis Maii in *Colo* ex *Lancicia*, abinde vero in *Wlchowa*, quindecima Maii die, frequenti caterua peruenit, comitantibus videlicet illum *Ioanne Gneſnenſe* Archiepiſco-

1461.

piſcopo, *Ioanne Wladislauienſe*, *Andrea Poſnanienſe*, Epiſcopis, *Ioanne* Caſtellano *Cracouienſe*, *Luca Poſnanienſe* Palatino, aliiſ- A que Dignitariis & Militibus ex *Polonia*, *Lithuania*, & *Pruſſia*, accerſitis. Iam enim Rex *Bohemiæ Georgius*, die Veneris, quarta decima menſis Maii, in *Glogoniam*, *Iodoco Wratislauienſe*, *Prothaſio Olomuncenſe* Epiſcopis, *Conrado* nigro, & *Conrado* albo *Olyeſchnicenſibus*, *Henrico Glogonienſe*, & *Ianuſſio Zeganenſe*, Ducibus, cæteraque *Bohemorum* multitudine ſtipatus, peruenerat. Conſtantibus autem *Zdenkone Conopniczki* Burgrabio *Pragenſe*, & *Wilhelmo Zaiacz*, à Rege *Bohemiæ Georgio*, ad conducendum Regem *Caſimirum* miſſis. *Caſimirus Polonorum* Rex deliberatione omiſſa, qua voluebatur, an ſatius foret Conſiliarios vtriusq; Regis, pro dirigendis rebus, perprius conuenire, quam Reges, & quæ illum apud *Wſchowam*, tribus B diebus diſtinebat, die Martis, decima octaua menſis Maii ex *Wſchova* egreſſus, gentibus ſuis in ſex agmina diſpartitis, io pulcherrimo, maximoque tam apparatu, quam ſplendore, quinque agminibus præcedentibus, *Caſimiro* Rege, cum Prælatis, & Baronibus, in ſexto ſubſequente, à *Georgio Bohemiæ* Rege, Epiſcopiſque, Principibus & Baronibus ſuis, ad vnum miliare, dum *Glogoniam* appropinquaſſet, illi occurrentibus, & in equis ſeſe mutuo ſalutantibus, exceptus, atque in arcem *Glogonienſem*, *Bohemiæ* Rege, in Prætorii æde hoſpitato, deductus eſt. Rex *Bohemiæ Georgius* tam apparatu & numero, roboreque gentium, *Caſimirum* Regem ſu- C perare magnopere exæſtuans, quo potentiæ ſuæ fama, apud *Almaniæ* Principes celebrior foret, ad Conuentionem *Glogonienſem* venturus, maiores quam poterat Copias, ſolita vanitate contraxerat: ſpem illius *Alberto Koſtbka* demulcente. Sed *Polonorum* robur, armorumque, gemmarum, equorum, auri, argentique ideam, & tantos apparatus, quantos nunquam fuerat arbitratus, offendens, & aſſeruans, minora ſibi, quam oculis cerneret, *Konopniczki Zdenkonem*, miratus eſt, prædixiſſe: Atque ad *Albertum Koſtbka*, vires & fortunam *Polonici* regis, apud aures eius extenuare ſolitum, conuerſus, & non parum illi pro mendacio iratus, vinci ſe omnifariam, & plus quam D triplicato numeru cernens excedi. *Quantum probe* (inquit) *mentiri tantum, & aſſentari geſtiens mihi, non ſatis ad liquidum Polonorum, licet apud illos diutius moratus es, potentiam æſtimaſti.* Altera die per Conſiliariorum duntaxat, vtriusque Regis, tractatus, abſumpta, tercia in epulis, & hilaritate traducta. *Polonorum* enim Rex *Caſimirus Bohemicum* Regem, & omnes ſuos, prandio ſumptuoſo, magnifico, & ſplendidu tractauerat: *Bohemiæ* Rege, dum etiam in hoc genere, vinci metuit: nullam reddente vicem: Nouem diebus deinceps conſiliis vacatum eſt, & fœdus inter Reges, ad mortem tantummodo vtriusque duraturum, ſub conditionibus, apud *Bythomienſem* Diætam digeſtis, ſancitum eſt, Quibus has adiicere, quo fœdus honeſtius, validiusque eſſet, placuit, *vt Turco terras, & Dominia Regni Poloniæ inuadente, Bohemiæ Rex, auxilium Regno & Regi Poloniæ, omnibus potenciis ferat: par ſuffragium, ſi Bohemia innaſa à Turco fuerit, à Poloniæ Rege habiturus. Vt ſuper Caſtris Oſſwiecim, Volek, Zathor, Zywiecz, Sewior, Berwalth, Poloniæ Regem, Bohemicus non inquietet, & ſuper dote, Regi Poloniæ, à Ladislao Hungariæ, & Bohemiæ olim Rege, inſcripta, Bohemiæ Regem, dum viuit, Polonicus non admoneat. Vt Diæta ſi eam inter Reges teneri contigerit, in ciuitate Regni Poloniæ fiat.* Super rebus *Prusthenicis*, gratia quarum militares, & Ciues *Pruſſiæ*, cum *Caſimiro Poloniæ* Rege, *Glogoniam* acceſſerant, nulla ordinatio habita eſt, quod Magiſter & ordo Cruciferorum, iuxta ſponſionem Regi *Georgio* factam, venire fefellerant: Caſtri & Oppidi *Brodnicenſis* conquiſitione, pacis deſiderium in eis variante. Miſſis tamen literis, petebant rem in ſancti *Iacobi* diem differri, quod apud vtrumque Regem, pro ludibrio acceptum eſt. *Ludouicus Bauariæ* Dux, miſſis in Diætam huiusmodi Nunciis, *Poloniæ* Regem *Caſimirum*, de inferendo *Frederico* Marchioni *Brandeburgenſi*, bello, precabatur: offerens ſe omnibus potentiis ſuis, contra Cruciferos, auxilia Regi *Poloniæ* laturum.

Datis ad inuicem muneribus, *Caſimirus Poloniæ*, & *Georgius Bohemiæ* Reges, *Glogoniæ*, penultima menſis Maii diſcedunt, & *Bohemico* diuertente in *Luſatiam*, tunc enim primum illius conſecutus eſt poſeſſionem *Friderico* Marchione *Brandeburgenſe*, de ea excedente, Polonicus Poſnaniam peruenit. Quo illic tribus diebus immorante, hoſtes ex *Cheynicza*, vſque in regionem, quæ *Paluky* cognominari conſueuit, graſſati, ſex villis exuſtis, *Matthiam Slupski*, cum aliis aliquot militaribus, in Curiis eorum captiuant. De quo malo, *Wladislaus* Caſtellanus, & Capitaneus *Naklenſis*, quaſi eo inſtigante, & ſuffragante patratum fuerit, a pleriſque inſimulatus eſt: cuius pro eodem tempore gentes, numero quadringenti, apud *Saxones* prædas agentes, hoſtibus ex *Cheynicza Saxones* adiuuantibus, profligatæ ſunt, & paucioribus euadentibus, plures deſiderati. *Poſnania Caſimirus* Rex diſcedens, pro feſto Viſitationis ſanctæ *Mariæ* virginis, *Iunivvladislauiam* venit, & Aulicos ſuos, adiuncta illis agreſtium, falces geſtantium, grandi caterua, verſus *Chelmno* deſtinauit, a quib9 omnia in circuitu blada, ne profectui hoſtium accederent, ſucciſa ſunt.

Pro feſto ſancti *Ioannis* Baptiſtæ die, ſecundus Iubilei apud *Wratislauienſes* agebatur annus, *Wratislauienſium* enim Ciuium, fideî zelum & ſynceritatem, quod *Georgium Bohemiæ* Re-

Caſimirus Poloniæ, & Georgius Bohemiæ Reges Glogoniæ congreſſi,

fœdꝰ feriunt,

& Bauariæ Dux contra Marchionem Brandeburgenſem Regem Poloniæ ſolicitat.

Reges Poloniæ, & Bohemiæ Glogoniæ diſcedunt,

& Paluki vaſtatur ab hoſtibus.

1462.

1462.

Summus Pontifex Pius ſecundus Wratislauienſes pro fidelitate in eccleſiam indulgentiis onerat.

Regem, hæreſis labe inquinatum ſuſcipere, extrema etiam perprius toleraturi, detrectauerant: ſummus Pontifex Papa *Pius* ſecundos *Georgio Bohemia* Rege (quod crebra pollicitatione Papæ firmauerat) non abdicante errores, premiaturus, in annos quinque Iobilæi gratiam à primis duntaxat veſperis, pro die ſancti *Ioannis* Baptiſtæ, ad ſecundas duraturam, conceſſit: ordinans, vt pecuniæ pro arbitrio, conſequi indulgentiam volentium, in capſas reponendæ, duabus partibus, in ædificationes Eccleſiarum, hoſpitalium, & pontium, ſuſtentationemque egenorum, reſeruatis, pars tertia Collectori Apoſtolico, in ædificationem Baſilicæ ſancti *Petri* de vrbe, conuertenda, conſignaretur. Propinquitate itaque loci, & facilitate impenſæ Chriſti fideles permoti, in multitudine adeo frequenti *Wratislauiam*, ex regionibus vicinis, præcipue tamen ex *Polonia* regno conuenerant, vt vicis, & plateis repletis, ſine preſſura non pateretur cuiquam inceſſus.

Ioannes Kraska Epiſcopus Chelmenſis

Ioannes, cognominatus *Kraska*, Epiſcopus *Chelmenſis*, de Domo *Bilinarum*, cum in ſabbato Paſchæ ſacris ordinibus, in oppido *Kruſſuiſchaw*, celebratis, in *Rubyeſchow* Paſcha Domini, quod tunc in vndecimam, menſis Aprilis cadebat diem, & duos dies ſequentes incolumis, & alacer exegiſſet, quarto die ægritudine correptus, Sacramentis omnibus procuratus, & vltimæ voluntatis diſpoſitione expleta, in Sabbato ante Conductum Paſchæ, quæ fuit decima ſeptima dies menſis Aprilis, annis decem in Pontificatu *Chelmenſi* exactis, apud *Kumowo*, vicum ſui Epiſcopatus, infirmitate corripitur. Qua tandem inualeſcente, ex Cubili in poſticum Curiæ egreſſus, per ſomnum moritur, & in Eccleſiam ſuam *Chelmenſem* relatus, in ea ſepelitur; Vir manſueti ingenii, pacificus, & modeſtus, obeſſus corpore, & craſſus, capite caluus, priapo magnus.

moritur.

Georgius Bohemia Rex ſimulatione Religionis confirmato prius ſibi Regno.

Vafris ſuis pollicitationibus, quibus & Summum Pontificem, *Pium* ſecundum & Imperatorem *Romanorum Fredericum*, cæterosque Principes, ad fauendum ſibi *Georgius Bohemia* Rex deuinxerat, ſatisfacturus, *Procopium Rabſchten*, Cancellarium *Bohemia*, *Fantinum* de *Raguſio*, Decretorum Doctorem, genere *Dalmatam*, & *Albertum Koſtka*, ad *Pium* Papam transmittit. Qui Papa apud *Romam* offenſo, & in publico Conſiſtorio data audientia, duo exponunt. Præſtant enim Papæ, & Apoſtolicæ Sedi, nomine Regis *Bohemia*, *Georgii* obedientiam, & vſum Communionis Euchariſtiæ, ſub vtraque ſpecie, Regno *Bohemia*, & Marchionatui *Morauia*, petunt concedi, iuxta *Baſilienſis* Concilii compactata, quorum etiam tunc producebant exempla. Summus autem Pontifex *Pius* ſecundus, cum primum doloſis promiſſionibus, *Georgii* Regis circumuentum ſe deprehendens, in altera publica audientia, die Mercorii vltima menſis Martii tenta, irritatum ſe potius, præſtatione huiuſmodi obedientiæ, quam placatum oſtendens, reſpondet, *obedientiam inſufficientem fore, niſi tollantur omnes noui ritus, & reducantur omnia, ad priſtinam formam viuendi, & indignam, quæ à Romano Pontifice debeat acceptari.* Ad ſecundum vero petitionis articulum reſponſurus, *Communionem vtriuſque ſpeciei, ad laicalem populum, & ex ſcripturis ſacris, & Decretis duorum conciliorum generalium, Conſtantienſis videlicet, & Baſilienſis*, deduxit *eſſe erroneam, nec neceſſariam ad ſalutem, compactata vero Baſilienſis Concilii nihil pro eorum deſiderio, conducere* monſtrauit: *cum illa communio Calicis, vſum illius tantummodo habentibus, & vnionem recipientibus Eccleſiaſticam permiſſa ſit: Quam conditionem Bohemiæ ſacerdotes violando pueros, & dementer, ſub vtraque ſpecie communicando, & reſiſtentes variis modis compellendo, non fuerunt eius capaces.* Concludendo autem decreuit *ſacerdotes Bohemorum, abſque vlla pietate, populum laicalem, ad communionem calicis admittendo, plurimum deſipere, plebem decipere, & grauiter peccare, dignosque graui animaduerſione Et niſi reſipuerint, ſe ac populum, eos ſequentem perditum iri. Multas inſuper nationes, & Regna, & præſertim Bohemis vicina, videlicet Polonos, Almanos, Hungaros, & plurimos ex Bohemis & Morauis, qui vſum calicis execrantur, & horrent, ſi à Pontifice concederetur, vehementer ſcandaliſari. & Bohemis perpetuo infeſtos reddi, nec deſiſterent Bohemos, vſum calicis practicantes, quemadmodum, in eam diem faciunt, nominare & tenere hæreticos, etiamſi nulla Apoſtolica extarent mandata.* Repellendo tandem eorum petitionem, dixit *eos fumum quendam & inanis gloriæ ventum quærere, & animarum ſuarum damnationem potius, quam ſalutem optare.* Hortatus poſtremo illos, *vt non pluris eſſe velint, quam illi duo diſcipuli euntes in Emaus, qui Dominum in fractione panis cognouerunt, nec plus ſapere, quam ſapiebant patres eorum, in Chriſto mortui, ſub vna ſpecie communicando, & vt ſe reliqua conforment Chriſtianitati: pro turpi parte habituri, quæ à ſuo diſcrepabit vniuerſo.* Eam reſponſionem cum Oratores *Georgii* Regis retuliſſent. Rex generalem Conuentum, tam *Viclephiſtarum*, quam Eccleſiaſticorum, apud *Pragam* pro die Martis ſancti *Laurentii* indicit. Quo cum *Iodocus Wratislauienſis*, *Prothaſiusque Olomucenſis* Epiſcopi, cum Catholicorum Baronum caterua acceſſiſſent, plures *Iodoco Wratislauienſi* Epiſcopo, à *Viclephiſtis*, quorum maior quam pro numero multitudo conuenerat, contumeliæ illatæ ſunt, & in portis hoſpicii ſui libelli famoſi affixi. Reſponſione autem Apoſtolica audita, *Georgius* Rex, tum primum virus ſuum, quod in eam diem occultauerat, euomens, declarat *ſe, gratificante Viclephiſtarum turba, ritum communio-*

1462.

nis vtriuſque ſpeciei, in quo genitor ſuus obierat, & ipſe nutritus fuerat, cum Conſorte ſua, liberis vniuerſiſque Principatibus, & Dominiis ſuis, A *vſq; ad cerebri effuſionem, tenturum, obſeruaturum, & defenſurum, & nullatenus, quoad hoc Apoſtolicis monitis pariturum.* Eamque declarationem, iubet Præconali voce in *Pragenſi* Ciuitate vulgari. Pontificibus autem & Catholicis, qui aderant, nihil in aduerſum, ne extrema pati cogerentur, mutire audentibus, vnus ex Oratoribus Regiis *Fantinus Dalmata*, qui à primordio promotionis *Georgii* in Regem, Procuratoris vice nomineque Regio in Curia *Romana* fungebatur, zelo fidei incenſus, pluribus ſalibus publice in Regem inuectus, *non conuenire Regiæ excellentiæ*, aſtruit, *vt contra Eccleſiam, à qua ipſam excellentiam accepit, contemptis eius mandatis, & inſtructionibus, calcitret, & nomen* B *Regium labe hæreſis, & mendacii reatu, polluat. Sæpius enim ſuo iuſſu, ad puritatem fidei, ipſum rediturum, & cæteros reducturum, Papæ reſpondiſſe. Sed & grandes hoſtilitates, & odia ſibi, & apud Romanum Pontificem, & apud Reges & Principes, quos multiplici ſpe, & expectatione fefellerit, conflaturum.* Hæc cum *Fantinus* libera fronte & voce *Procopio Rabſchten*, Cancellario illius, aliqua ex parte adiuuante ſermonem, ceciniſſet, Rex in magnam bilem verſus, altera die apud Pontifices, & Barones Catholicos, grauem queſtionem de *Fantino* facit, *quod parum honeſto Regem in publico carpſiſſet ſermone:* petens *in illum eorum decreto, ſi quid penſi, ſacroſancta Regia in pectoribus eorum* C *valeret maieſtas, animaduerti.* Sed cum Pontifices & Barones Catholici, *Fantinum* purgarent, & *nihil illum indigne, nihil inhoneſte, ſed ſingula fideliter, & quemadmodum hominis Catholico, conueniens erat, dixiſſe* aſtruerent. Rex in vehementem iram excandeſcens, tam *Fantinum*, quam *Procopium Rabſten* capit. Et *Procopium* quidem, Regina intercedente, in alteram diem ſoluit. *Fantinum* vero ex Curia ſua, in prætorium *Pragenſe* deductum, die tercia ex *Praga* in *Carſtben* Caſtrum deportatum, captiuitati includit, & anno prope medio tentum relaxat. Lætis auribus id facinus *Wratislauienſis* excepit Ciuitas, plurimum commendationis apud vniuerſam Chriſtiani- D tatem habitura, quod Principibus & Ciuibus *Bohemiæ, Sleſiæ, Morauiæ*, in obedientiam *Georgii Bohemiæ* Regis ruentibus, nonnullis vero Principibus *Almaniæ*, affinitatem cum illis iungentibus, ſola curuare genua detrectans, ſolerter in futurum, non tam ſibi quam fidei, & religioni Orthodoxæ proſpexerit. Perſecutionis quoque tempus, quod cœperat, non cenſebatur nouum, ſed memoriam quodammodo renouabat antiquam, plures animas, ſub peſtifera pace, quam ſub bello iugulaturum. Aſtuta enim verſutia Regis, largitione inſuper, fænore, ſpe, & promiſſis, plures ex *Bohemis* illecti, Catholicæ veritatis, puritate relicta, hæreticæ impietatis ſorbebant fecem. Deprauati vero ſecta hæreſis, in ſuo peruerſo dogmate confir- A mabantur. Accedebat & Conſortis *Georgii* callida vafricies, non tam ſibi, coniugio, quam erroribus, & ritu propriano coniuncta, quæ & ipſa peſtifera dogmata hæreſis radicare, & diffundere non deſiſtebat. *Georgiuſque* ipſe Rex, verum ſe filium, verum hæredem, *Boczkonis* hæretici primarii tunc & vſque in mortem monſtrauit.

Huſſianam hæreſim profitetur & defendit.

Ceptam ſuperiori anno ſeueritatem, *Caſimirus Poloniæ* Rex in *Iacobum Cracouienſem* Epiſcopum, cæteraſque Eccleſiaſticas perſonas, quæ ad profanandum induci, & cum Rege, ſuoque nominato *Ioanne Wladislauienſi* Epiſcopo ſentire turpe putabant, ingeminaturus, magis inſtigatione Conſiliariorum, quam arbi- B trio proprio, videlicet. *Ioannis Wladislauienſis* Epiſcopi, *Ioannis Lutek* Vicecancellarii, *Ioannis* de *Pcza Cracouienſis*, *Lucæ* de *Gorka Poſnanienſis*, Palatinorum, *Stanislai Oſtrorog* Palatini *Caliſſienſis*, & *Ioannis Rytwienski*, Mareſchalci Regni, & Capitanei *Sandomirienſis*, quod ſe anno tranſacto, Diuinam veritus irritare maieſtatem, facturum negauerat, ad occupandas decimas, cenſum ſoli Deo, præſtari debitum, animum intendit, & *Stanislao Vatrobka* de *Strzelcze* de Domo *Okſza*, miniſterium occupationis, quod ſibi à Rege demandabatur, execrante, *Iacobus Obulyecz* de *Gory*, Subpincerna *Cracouienſis*, de Domo *Odrowaſz*, illud acceptans, decimas beneficiorum præſati *Iacobi* E- C piſcopi, in Præpoſitura *Cracouienſi*, item decimas beneficiorum *Pauli* Decani, *Derslai* de *Krzizanowicze*, Præpoſiti *Vuilicienſis*, *Ioannis Dlugoſch* ſenioris, *Nicolai* & *Demetrii* de *Syenno*, *Ioannis Dlugoſch* iunioris Canonicorum *Cracouienſium*, item *Rogalyæ* Scholaſtici *Scarbimirienſis*, occupat, & diſtrahit. Ipſo autem miniſterium huiuſmodi exequente, feria quarta in die ſancti *Bartholomæi*, in *Proſcheuicze*, & pleriſque aliis locis, ſole vrgente ad occiduum, imago Crucifixi rubra primum, deinde pallida, ad extremum nigra, gladium habens exertum, in aere apparuit, & horis plus quam duabus, ab occidente in meridiem tendendo, magnum ſpectantibus miraculum præ- D buit. Teſta inſuper beati *Stanislai* aliquoties ſudaſſe & dum à *Ioanne* Archidiacono & Adminiſtratore in proceſſione portata ſiccaretur, non deſtitiſſe ſudorem emittere viſa eſt. Quibus prodigiis perſecutionis Eccleſiæ *Cracouienſis*, & ſuorum miniſtrorum magnitudo, ſignari æſtimabatur.

Caſimirus Rex decimas quorundam vi occupat, proptereaq; prodigia ſecuta ſunt,

Sub idem quoque tempus, *Borziwoy* de *Skrzin* ex *Bubcza*, & *Wlodek* filius *Wlodkonis*, ex *Lethawa*, Caſtris, cum mille videlicet hominibus, rapto viuere aſſuetis, in Regnum *Poloniæ* aduenientes, in terra *Oſſwiaczimenſi*, *Petram*, ſitu & natura firmiſſimum, quam fluuius *Sola* abluit prope *Wołek* & *Zariſtum*, ſpoliato oppido *Zari* incaſtellant: *Bukowieczque*

Pradones Duce Borziwoy & Wlodkone expugnatis aliquot oppidis in Oſſwiaczimenſi terra. Petram na-

ap-

1461. turri munitum locum, cui Bukowiecz nomen dedere primum occupant & muniunt,

appellant, & fere vniuerſam *Oſſwiaczimenſem* terram, flammis & ſpoliis deuaſtant. *Nicolao Pyeniazek* Succamerario, & Capitaneo *Cracouienſi*, cum gentibus de *Sciricenſi* regione, & aliis precio conductis, etiam reſiſtente, ne in vlteriora graſſentur. Ampliori tandem ſtipendiariorum numero conducto, *Petra* & fortalicium prædictum, á *Nicalao Pyeniazek* Capitaneo *Cracauienſe*, feria quarta poſt feſtum ſancti *Matthæi* Apoſtoli, obſidione coartata eſt. Et *Petra Komorovvski*, cum gentibus propriis, ex *Hungaria*, & *Przeczlao* de *Dmoſchuze* ex *Scepuſio* aduenientibus, hoſtibus prædatio, & pabulatio prohibita eſt. Fame autem grauiſſima premente obſeſſos, dum a *Borzivvoy*, *in Oſtbrovva* conſiſtente, nullus præſtaretur ſuccurſus, munitionis, quam *Bukovvyecz* appellauerant, & omnium armorum, ſuppellectiliumque deditionem feria quarta, in vigilia ſanctorum *Simonis* & *Iudæ* Apoſtolorum, facere compulſi, vitam tantummodo, & veſtimenta paciſcuntur.

mox deinde amittunt.

Aliquot hebdomadis apud *Cracouienſem* regionem, *Caſimirus* Rex *Poloniæ* immoratus, in *Thorun* diuertit. Vbi a Cioibus *Tharunenſibus* expenſis procuratus, & æſtatis, & autumni tempus, vna cum *Eliſabeth* Regina, quæ in Caſtro *Nyeſſiouienſi* immorabatur, exegit: genteſque, quæ ſub *Petro Tunin*, Succamerario *Sandomirienſi* militabant, & nonnullos aulicos ſuos, ad ferendum remediom *Ioanni Skalski*, & ſuis, in Caſtro *Varmienſi* a Magiſtro & ſuis obſeſſis, & ad vaſtandum vicos, & villas in terra *Pamenmiæ*, circa oppida *Pnczki*, *Stbargard*, *Bitbovv*, & *Lemberg*, quæ in ditionem Cruciſerorum conceſſerant transmittit. *Bernbardus* interim *Sumborski*, apud *Cbelm* Oppidum agens. *Caſimirum* Regem, propter propinquitatem laceſſiturus, impoſitis in naues militibus, eos verſus *Nyeſibovam* transmittit. De quorum aduento Rex auiſatus, nihil quod ſalubre foret prouidendum duxit. Itaque hoſtes fluuio *Viſla* vecti, in crepuſculo, quemadmodum deſtinauerant, ad *Nyeſibouam* perueniunt. Iam oppidum *Nyeſcbouа* eo anno, iuſſu *Caſimiri* Regis, vt fides *Tharunenſibus* promiſſa ſeruaretur, diſſolutum, & ex veteri loco motum, in ſuperiorem *Viſlæ* ripam translatum, vnam tantummodo plateam, ad *Viſlam* ſpectantem, habebat relictam. Hanc hoſtes ex nauibus egreſſi, & aliquanto tempore, inter Regis Aulicos conuerſati, dum nonnulli damna, quæ in comprehendendis, hominibus & equis inferre tentauerant, non ſuccederent, iam prope lucanum tempus incendunt, maioremque, quam pro effectu, & Regi in Caſtro *Nyeſchevva* quieſcenti, & ſuis terrorem incutiunt, ſtatimque in naues diffugiunt. Pauore diſcuſſo aulici Regii & *Thartarorum* caterua, equis velociſſime conſcenſis, hoſtes inſectantur.

Nyeſchauam oppidum

incendunt hoſtes,

Qui, etſi vndarum latitudine ſe ſperarent euaſuros: fluuii tamen profunditatem ſectari coacti, & ad alterum littus ſæpius appulſi, a gentibus Regiis ſagittis, ad vnum fere omnes, ſex tantummodo exceptis, confecti ſunt, duabuſque tantummodo nauibus, cum ſauciis, & occiſis euadentibus, cæteræ a gentibus Regiis comprehenſæ ſunt.

1462.

nec impune tamen.

Exercitus Regius ex proprio & mercenario milite conductus, dum in terras *Pruſſiæ* adueniſſet, Duce *Petro Dunin* Succamerario *Sandomirienſe* laturus auxilium his, qui in *Varmienſi* munitione, de Eccleſia Cathedrali incaſtellata hebdomadis aliquot obſidebantur, & cum Magiſtro *Pruſſiæ* eiuſque exercito, *Varmiam* obſidente, fortunam belli experiri decreuiſſet, aciebus ordinatis, quaſi in conſpectu hoſtis foret, procedebat. Iamque haud procul a *Varmienſi* munitione ſtatiua figens, in diem alteram, cum hoſte dimicaturus, arma expediebat. Magiſter autem Cruciferorum *Ludonicus*, ſi decerneret, vinci metuens, cum exercitum ſuum maiori ex parte agreſtium colluuie noſſet refertum, & ſi clades ſibi accideret, ſciret ſe a Ciuitatibus, quæ illi parebant, excludendum, obſidione ſoluta, fugit magis quam diſceſſit. Caſtraque omnibus commeatibus plena, reliquit. In quæ exercitus Regius ingreſſus, ea dirupit, populationemque, & exuſtionem agrorum, & vicorum hoſtilium, latius, quo potuit extendit.

Ludouicus Cruciferorum Magiſter, ne faceret copiam pugnæ. Varmiæ abſidionem ſoluit, fugitque Caſtris apulentis in prædam hoſti relictis.

Sub idem tempus, *Gdanenſium* exercitus, terram *Semlanth*, in eam vſque diem intactam, & multo pecore refertam, Colonis abſentibus, & in exercitu Magiſtri militantibus, freto ingreſſus, omnibus fortunis, & quadrupedibus ſpoliatam incendit, ſpoliaque ſingula in *Gdansk* retulit. Cuius conflagratione ad exercitum Magiſtri perlata; agreſtium copiæ, nulla arte, & ingenio iohiberi poterant: quin e veſtigio de Caſtris, vxoribus & pigooribus ſubuenturi diffugerent.

Terra Semlanth opulenta & dites ferro & igne vaſtatur per Gedanenſes.

Obſidione munitionis *Varmienſis* depulſa, & terra *Pruſſiæ*, pro magna parte, circa *Milimlyn*, & *Syckierka* vaſtata, *Petrus Dunin* Succamerarius *Sandomirienſis*, cum Magiſtrum ad pugnam elicere non poſſet, in terram *Pomeranicam* exercitum ducit, *Gdanenſibus*, qui ab hoſtibus, ex vicinis præſidiis vehementibus afficiebantur incommodis, auxilia prebiturus, hoſteſque qui ad *Gdanenſium* vſque graſſabantur ſuburbia, repreſſurus. *Gdanenſium* autem vrbem prætergreſſus, in agros, & vicos hoſtiles, flammis & ſpoliis ſæuiebat. Iamque adeo proceſſerat, vt ad extrema terræ *Pomeraniæ* perueniens, etiam ea loca, quæ Oceano & ſtagnis, lacubuſque incluſa erant, vreret. Ad fremitum vſque ea populatio hoſtes impulerat, & militibus ex omnibus fere præſidiis deductis, nonnullis vero ex *Sleſia*, in ſupplementum clanculo per literas, & nuncios accerſitis, *Fritzone Rawnekke Auſtrali*, &

 Ca-

1462. *Caſparo Noſtbvvicz Sleſita*, Ducibus, exercitum de pedite, & equite, ad quinque millia pugnatorum habentem, adiunctis etiam noonullis agreſtibus, arma ferre, & dimicare aſſuetis, conficiunt: illumque ad locorum anguſtias, per quas exercitui Regio redeundum erat, deducunt.

Poloni parua manu

Exercitum Regium, qui vix dimidium illius, quot hoſtes habuerat, robore & numero, iniquitateque locorum, facili (vt rebantur) oegocio ſuperaturi. *Petrus Dunin* Dux exercitus Regii, hoſtes aduerſum ſe congregari exploratum habens, variis Nunciis *Caſimirum Poloniæ* Regem, quatenus illi forti, & novo exercitu ſubueniret, denunciato periculo in quo eſſet. Quem ex Aulicis propriis, Duce *Alberto Gorski* comparatum, Rex illico mittendum curauit. De quorum aduentu, hoſtes certiores facti, opprimere illum prius, quam cum altero eaercitu Regio coniungeretur, in paſſibus fluminis *Viſla* ſtatuerant: faciliorem dimicationem cum *Petro Dunin*, & ſuis Copiis, ſi *Albertum Gorski*, & ſuas Copias oppreſſiſſent, habituri, ſed cum *Albertus Gorski* aviſatus de periculo, ab hoſtibus comparato, inſidioſos paſſus declinans, obliquis paſſibus & itineribus traducto exercitu, *Iſtulam* ſuperaſſet, *Fricz Ravvnekke*, & *Caſpar Noſtbvvicz*, hoſtiles Duces, quam celerrime ad Caſtra ſua redeuntes, decernere in diem alterum, cum *Petro Dunin*, coniunctionem exercituum, anticipaturi, conſtituunt: Caſtraque eo die verſus exercitum *Petri Dunin* promouent. Robore exercitus hoſtilis ſibi denunciato, ab exploratoribus, & de craſtina dimicatione *Petrus Dunin* perterritus, periculum ingens, propter exercitus ſui paucitatem, veritus, fallere hoſtes ſeceſſione nucturna, & iungere ſe exercitui *Alberti Gorski* diſponebat.

imparem Prutbenorum exercitum

Quod cum efficere nequiret (hoſtes enim itinera omnia, arborum detruncatione ſepiuerant) colloquium cum hoſtibus nonnulli ex Regiis militibus poſcendum ſuadebant. Sed cum hæc conditio turpis cenſeretur, ferro iter aperiendum, cæteri impellebant. Qua ſentencia ob omnibus comprobata, *Petrus Dunin* exercitum, ad hoſtium Caſtra ducit, & prope Oppidum *Puczki* hoſtes offendens, die Veneris, decima ſeptima menſis Septembris, cum illis confligit.

tum apud Puczki

Equitæ autem peditem |velans, non prius illum quam ad congreſſum veniretur detexit. *Fricz Ravvnekke*, & *Caſper Noſtbrvvica* hoſtium Duces, maxima ſpe ſuos in id prælitũ animauerant, & *Caſparo Noſtbvvicz* autore, eo ſe pacto conſtrinxerat, *vt potius mortem oppeterent, quam fugerent. Et ſi quis profugeret, Poloniæ Regis ex tunc fieret captiuus, nec ſecus quam captus in Regiam captiuitatem ſe ſiſtere teneretur.* Ab vtraque itaque parte, maximo animorum ardore, maximaque vincendi ſpe prælium initum eſt. Vbi in ipſo congreſſionis acierum articulo, *Paulus Iasſienski* (Aulicus his Regius erat, de Domo *Gozdava*) in hoſtium iam protenſas

lanceas per tranſuerſum velociſſime impingens, & lanceas hoſtiles diſpellens, omnes ictus A eorum fruſtrauit. Qua propter milites Regii, in prima locati acie, facile hoſtium primos ordines, deiectis his, qui eos ducebant, & in terram vſque proſtratis, perfringunt. Nihil hoſtes, eo vulnere permoti, in pugnam ruunt. Certamine quoque a parte vtraque inſtaurato, tribus & amplius horis acerrime pluribus hinc inde cadentibus, decertatum eſt, donec vterque eaercitus fatigatus, quaſi ex compoſito pugna omiſſa, in currus, quos vtraque pars pro Caſtris reliquerat ſe recepit. Vbi paululum immoratus, non ad pugnam, ſed ad perſequendum hoſtem (debellatum enim vterque exercitus, pro victo alterum ſeceſſiſſe credebat) regrediebatur. Illic maior quam pro B numero, temerarie magis, quam ſtrenue, alteris in alteros ruentibus, cædes ædita eſt. Et *Friczone Ravvnekke*, Capitaneo Cruciſericæ partis ſauciato, hoſtilis acies introcedere coacta, deterriori loco eſſe cœpit. Multitudine tamen freta, propelli ad plenum non potuit, ſed in pugna, ad horæ vnius ſpacium, fortiſſime dimicans, à *Polonorum* peditatu, in latus ſuum dextrum, per baliſtarum ſagittas, incurrente, pluribus vnlneribus confecta, ſuſtinere impetum *Polonicum*, hinc equitis, à fronte, illinc peditis à latere non valens, in fugam ſe vertit. Collecto deinde equite, & pedite, per fugam peimam hinc & hinc ſparſo, verbiſque ad inſtaurandam pugnam animato, ad tentandum de C integro certamen *Fricz Ravvnekke* rediit. Sed primis, & his, qui in acie conſtiterant, obritis, ipſo quoque *Fricz* occiſo. facile cæteri, pecudum more agebantur. Erant inter hoſtium agmina milites, pluribus bellis exercitati, qui non honoris tantummodo, ſed & pacti, ante pugnam initi, memores, capi maluerunt, quam fugere. *Caſpar Noſtbvvicz*, alter hoſtilis partis Capitaneus, & qui author pacti, de non fugiendo fuerat, primus in fugam ſe recipiens, plures exemplum ſuum ſecutos, in fugam concitauit. Peditum copiæ, quibus etiam hoſtilis refertus erat exercitus, parum remedii ponentes in fuga, quippe, quæ ab equitatu *Polonico*, facile conſequerentur, & nonnulli e- D quites ad currus, pro caſtris relictos diuertunt: quorum vnum latus tegebat ſtagnum, frons vero verubus, præacutis, & partim ferro, partim igne duratis conſepta erat, pugnamque bombardarum fulmine, & proiectione, ac ſagittarum emiſſione, reintegrant. *Poloni* ſi ſpatium hoſtibus, metu perculſis, ad recolligendum ſe, darent, victoriam ſuam, & illius diei ſudores, recidere rati in irritum, audaciſſime equis concitatis in veruum ſpicula inuehuntur. Multiſque equis, vſque ad interemptionem confoſſis, verubuſque confractis, Caſtris, & curribus potiuntur hoſtilibus, & plures ex hoſtibus reſiſtere, tunc etiam auſos, trucidant, aliquos, qui ſe vndis crediderant, præter paucos

1462.

1462. cos nandi peritos, ſuffocant, reliquos comprehendunt, triumphoque ad extremum potiuntur. Sed dum hæc Caſtrorum expugnatio ageretur, fere omnis eques fugiens, amiſſus eſt, præter turmam vnam, quæ in ſyluam, denſis arboribus a ſe ſeptam, inciderat. Illa enim impediente, effugere non valens, venire in captiuitatem *Polonicam* coacta eſt. Ducentis curribus, & quindecim bombardis, ac omni Caſtrorum armatura, *Poloni* potiti ſunt. Cæſa eo prælio, duo hoſtium millia, ſexingenti capti referuntur. Ex *Polonis* nemo, præter *Hectorem Chodorski*, de Domo *acęruorum*, ex ordine militum deſideratus, & Centum alii, ſine nomine tam ex equite, quam pedite. Non tamen cæteris incruenta fuit, victoria, quippe, inter quos rarus poterat, non niſi, ſaucius reperiri. Sed & Ductor exercitus *Petrus Dunin*, in palma, graui non tamen lethali vulnere, & in femore, violatis impetu bombardæ armis, aliquantulum concuſſus tribus diebus, in prælii loco ſtatiua habita ſunt. Intra quos, alter Regius exercitus, Duce *Alberto Gorski*, aduenit, & victorem exercitum, aut curantem viua corpora, aut humantem extincta, offendens ſe illi coniunxit. *Stolpenſis* Dux *Ericus*, qui *Caſimiro* Rege deſerto, cuius neptem prope germanam habebat in Coniugio, in partem Crucifericam, nulla prouocatus iniuria, biennio prope exacto, tranſierat, & qui per eandem Coniugem ſe Regi pridem reconciliauerat, fidem iterum frangens, Cruciferico exercitui, cum ſexingentis equitibus, in auxilium veniebat, ſed a fugientibus de clade ſuorum edoctus, & ipſe ad propria, citato agmine perfugit: pluribus tamen de ſuis per gentes Regias, aut captis, aut occiſis. *Caſpar Noſthvviz* & reliqui fugaces, literis eorum, qui in Regiam venere captiuitatem monentur, vt pacti memores, ſe in captiuitatem *Polonorum* Regi repræſentent. *Caſimirus* Rex, milites, qui enixius in eiuſmodi congreſſu pugnauerant, honoraturus. *Petrum Dunin*, Succamerarium *Sandomirienſem*, Capitaneum exercitus, de Domo *Cygnorum*, *Paulum Iaſſyenski*, quem in ſuperioribus nominaui, *Venceslaum Nyeborski*, *Nicolaum Vilkanovvski*, de Domo *Pravvditarum*, *Tomkonem* de Domo *Odrovvaſch*, *Ioannem Dlugoſch* de Domo *Wyemana*, & alios triginta decoris inſigniis militaribus inſigniuit. Fœlicibus auſpiciis dies hæc decima ſeptima menſis ſeptembris prouenerat: eo ſiquidem die in tribus aliis locis, videlicet, circa villam *Iaſſyeniecz* in *Maſouia* per *Nicolaum* de *Podegaiovv* Capitaneum *Plocenſem*, item circa *Svvyecze*, per gentes *Wlodkonis ex Nakyel*, item circa fluuium *Pyſch* hoſtes, qui ex *Chelmno*, *Golub* & *Brodnicza* egreſſi, ſpolia in *Maſouia* Ducatu, & alibi, agebant, graui cæde conflicti ſunt.

um alibi fundunt fugantque.

Vlricus Czirwonca captiuitate Geor-

Nec multo poſt, videlicet vigeſima octaua menſis Octobris, *Vlricus Czerwonka*, per *Caſimirum Poloniæ* Regem, ab iniuſta captiuitate, quam apud *Georgium Bohemiæ* Regem, plus quam biennio pertulerat, ſolutus ex A Caſtro Regio *Golub*, duodecim ſatellitibus ſuis, quos *Mikoſch* Bohemus, ducebat in oppidum *Golub*, quod hoſtium frequenti tenebatur præſidio, in nocte opaca, ſilenter ex Caſtro intromiſſis, ac vigilibus occiſis, portas illi aperientibus, cum gentibus ingreſſus, oppidum, fraude Ciuium interceptum, recuperat, & hoſtile præſidium partim necat, partim captiuat. Nonnullos, qui in duas turres fugerant, igne adhibito extrahit. Defectionis quoque authoribus, ſecuri percuſſis, oppidum in Regiam vendicat poteſtatem, multis ſpoliis hoſtilibus potitus. Victoria autem apud *Puczki* cum cæteris conſequentibus obtenta, rurſum in *Caſimirum Poloniæ* Regem, B plurimorum intra *Pruſſiam* conuerſa ſunt ſtudia, renouataque belli negocia. Per illam enim & cladem apud *Choyniczam* acceptam, magna ex parte conſtabat deterſam eſſe, & Crucifericam obſcuratam victoriam, & illius gloriam ſequenti clade defloratam. Ab eo ſiquidem tempore Cruciferi, primum terreſtri prælio apud *Puczki*, & mox apud *Elbingam* nauali victi, declinare & ad ruinam tendere cœperunt.

1462.

gii Bohemiæ Regis, opera Caſimiri Poloniæ Regis, ſolutus, Oppidum Golub fraude ciuiũ amiſſum, Caſimiro recuperat.

Quinta die menſis Septembris, *Ioannes Gneſnenſis* Archiepiſcopus, Synodum prouincialem, apud oppidum *Caliſch*, ſuper ſubſidio *Caſimiro Poloniæ* Regi, & militibus terræ *Dobrzinenſis*, per hoſtes expulſis, & grauatis, ferendo, celebrat. C Ad quam, cum non niſi duo Epiſcopi Prouinciales, *Ioannes Wladislauienſis*, *Andreas Poſnanienſis*, & tercius Adminiſtrator Eccleſiæ *Cracouienſis*, *Ioannes Pniewski*, cum ſuis Capitularibus, & pauci quidam Abbates, conueniſſent (alios enim Epiſcopos, ſub ditione exterorum Principum conſiſtentes, vocari non placuit) poſt varios tractatus, ſuper peticione Regia, quam etiam tunc per Nuncios reſumebat, habitos, ſubſidium charitatiuum decretum eſt, & in *Gneſnenſi* Diœceſi viginti groſſi à marca, in *Cracouienſi* vero, ſex groſſi, juxta taxam veterem inſtituti. Rogatus illic Archiepiſcopus *Gneſnenſis* Ioannes, à Prælatis, & Canoni- D cis *Cracouienſibus*, ſpolium Regio mandato paſſis, ut proceſſus contra occupatores decernerentur, abnuendo peticioni, illos ad Adminiſtratorem *Cracouienſem*, qui & ipſe, ob metum Regium allegabatur Cenſuras negauiſſe, remittebat. Ita vtroque non ſuccurrente, ſpolia liberius continuabantur.

Viginti groſſos Gneſnenſis, ſex Cracouienſis Diœceſis, à marca contribuunt Caſimiro Poloniæ Regi, & militibus terræ Dobrzinenſis.

Quinta feria, in die ſancti *Martini*, generalis Conuentio *Piotrcouiæ* tenta eſt. Ad quam *Caſimiro Poloniæ* Rege ex *Thorun*, per *Przedecz*, *Klodauam*, & Lancitiam veniente frequens etiam Prælatorum, & Baronum, *maiorum Poloniæ*, numerus, Baronibus *Cracouienſibus* fere omnibus detrectantibus, eam accedere, illuc confluxit. Venerunt & Dux

Con-

1462. *Maſouiæ & Olyeſchnicenſe Ducibus*

Conradus Maſouiæ, cum genetrice ſua *Barbara*, *Boleslai* relicta, & materterâ ſua *Catherina*, *Michaëlis Lithuaniæ* Ducis, relicta, *Paulo* A *Plocenſe* Epiſcopo, Baronumque & militarium *Maſouiæ*, moltitudine graui, ad octingentos equites æſtimata, comitatus. Item *Conradus* niger *Olyeſchnizenſis* Dux, cum ſuis Conſiliariis, vterque Ducatum *Maſouiæ Plocenſem*, ex morte *Semouiti*, & *Wladulai*, filiorum olim *Maſouiæ* Ducis *Wladulai*, Ducum, petiturus, *Conradus* quidem niger Dux *Olyeſchniczenſis*, ratione Conſortis ſuæ *Margaretha*, filiæ vnicæ *Semouiti*, *Conradus* vero *Maſouiæ* Dux iure ſucceſſioois, eum *Caſimirus Poloniæ* Rex, etiam eum ad ſe, & Regnum ſuum *Poloniæ*, iure feudi devolutom aſtrueret. Omnibus autem de ſuo iore vehementer confidentibus, etiam ſtudia ſua partes ad B vincendum intendetant. *Caſimirus Poloniæ* Rex à Prælatis, & Baronibus ſuis, & a tribus Canonum doctoribus, *Ioanne* de *Dabrowka*, *Nicolao* de *Caliſch*, & *Iocobo* de *Schadck*, quos ad Diætam acciuerat, edoctus, ſe cæteris Competitoribus iure potiorem eſſe, iudicio diſſidium dirimi malebat. Locatisque *Stanislao* de *Oſtrorog*, Palatino *Caliſſienſe*, pro Iudice, *Grothone Cazymirski* pro Subiudice, cæteris vero Palatinis, & Caſtellanis pro Aſſeſſoribus adhibitis, tredecima menſis Nouembris die iudicium inſtaurat. Et tribus Procuratoribus creatis, *Ioanne Rythwienski* Regni *Poloniæ* Mariſchalco, Capitaneo *Sandomirienſi*, *Iacobo* de *Schadck*, & *Ioanne* de *Oſtrorog*, Decretorum Doctoribus querelam apud Iudices, per organum *Ioannis Rythwienski* Mariſchalci, contra Conradum *Maſouiæ* Ducem, tunc cum genitrice ſua, & Conſiliariis *Maſouiæ*, præſentem, deponit, *quod Plocenſem terram & Diſtrictus illi ſubiectos, ad eum & Regnum ſuum, feudi iure deuolutam, occupaſſet*: Petens *eum ad redditionem compelli, & ius feudi, ſi à quoquam inficiaretur*, offerens *ſe probaturum*. Duci *Maſouiæ Conrado* & ſuis, omnis concertatio per viam iuris, præſertim coram Iodicibus, per Regem datis, ſuſpectior duriorque viſa eſt. Propter qood petebat rem, non iudicio, ſed placitatione, pet communes Conſiliarios componi. D Subinſerens *ſe, non ad ſubeundum iudicium, ſed deciſionem communium Baronum, in Diætam acceſſiſſe.* Cum autem hæc conditio, à *Caſimiro* Rege ſibi negaretur, per *Nicolaum*, de *Mirzenicze*, Canonicum *Plocenſem*, *Swantoslaum* de *Woyeziesſchino*, Archidiaconum *Varſchonienſem*, in Eccleſia *Poſnanienſi*, & *Paulum*, Decretorum Doctores, quos cauſæ ſuæ adhibuerat, non quidem reſpondendo Regiæ querelæ, ſed contradicendo, refellebat. Aſtruens *Duces, & Ducatus Maſouiæ, à Caſimiro ſecundo, Polonorum Rege, per literas*, quas oſtentabant originaliter, *ſolutos eſſe, & feudum extinctum, & damnatum.* *Iacobo* autem de *Schadek* Doctore, Procuratore Regio, oppoſitionem allegatam extenuante, & A allegante, *Caſimirum ſecundum Poloniæ Regem, ſolutionem ipſam facere, & tam inſignem Ducatum, à corpore Regni, ſcindere & libertare, cum præiudicio notabili Regni non potuiſſe: cum omnis notabilis & enormis alienatio, ſi cuilibet Regi, ne Regnum, per ademptionem partium diſſluere contingat, iure quolibet interdicta. Caſimiri inſuper ſecundi, Regis, Priuilegium, actu contrario, per Semouitum, Caſimirum, Ianuſſium, & Wladiſlaum, Maſouiæ Duces, præſtito Regi Poloniæ Wladislao homagio, penitus, licet in ſe nullum fuerit, emarcuiſſe*, Ducis *Maſouiæ Conradi* Procurator, Doctor *Nakel*, allegationem Doctoris *Iacobi* confutaturus, *alienationem quidem notabi-* B *lem, facere Regem non poſſe*, aſſenſus eſt, *ſed ſolutionem feudi, à Caſimiro ſecundo Rege de Ducatibus Maſouiæ factam, notabilem non poſſe cenſeri.* Quæ reſponſio parum ſcitata, Contionem totam in murmur commouit, vno quoque perſtrepente. *Procuratorem Ducalem, ſe ſua reſponſione damnaſſe: nemine ignorante Ducatum Maſouiæ, portionem Regni grandem eſſe.* Sedato murmure a *Nicolao Boglowski* Palatino *Varſchonienſe*, nomine *Caſimiri* Regis, contra Iudices, a Rege locatos, exceptum eſt. *Quod parum idonei eſſent, Cauſam, Regem contingentem, cuius ſubditi eſſent, iudicare.* Petebatque propter *Cracouienſium* Baronum abſentiam, in cauſa, C non procedi. Sed cum hæc exceptio repelleretur. *Conradus Maſouiæ* Dux, cum ſuis omnibus, ex æde, in qua iudicium huiusmodi agebatur, ſe feſtinus proripuit, & nocte inſequenti, relictis aliquibus, qui Regem ſecum manſuetius agere inducerent, aut ſi mious, à ſuorum Iudicum Decreto proooocarent, in *Maſouiam* diſceſſit. Iudices autem Cauſæ, cum *Conradum* Ducem *Maſouiæ*, pro non paritione contumacem decreuiſſent, in diem octauam illum, & Procuratores ſuos euocarunt. Quo nec per ſe, nec per Procuratores, parente, petentibus Procuratoribus Regiis, vigeſima menſis Nouembris die, diffioitiuam ſententiam proferunt: per quam Re- D gi, & Regno *Poloniæ*, *Plocenſem* Ducatum adiudicant, & illum in poſſeſſiooem Ducatus præfati, mittendum, decernunt. Cumque ab illa Procuratores *Conradi*, *Maſouiæ* Ducis, ad Summum Pontificem, vel ad eum, qoi ſciret, poſſet, & vellet, *Conrado* Duci *Maſouiæ*, iuſtitiam adminiſtrare, prouocaſſent, & à Iodicibus appellatione inſinuata, apoſtolos petiſſent, reſutatorii tantummodo illis conceſſi ſunt. Competitor alter *Conradus* niger *Olyeſchnicenſis* Dux, pro iure Conſortis ſuæ *Margaretha*, videns principalem competitorem, *Conradum Maſouiæ* Ducem, parum in cauſa ſua, proſperatum fuiſſe, nihil agendum duxit, nullaque via iuris, aut facti tentata, in pro-

1462.

reiectis

Plocenſis Ducatus, Caſimiro Regi & Regno Poloniæ adiudicatur.

1462.

propria, à *Caſimiro* Rege, ducentis florenis, & duplici veſte, de ſabellinis pellibus, remuneratus, omne ius, quod ſibi & ſuæ conſorti A *Margaretha* competebat, in *Caſimirum Poloniæ* Regem, & ſuum regnum transfuſurum ſe pollicens, regreſſus eſt. In Barones *Cracouienſes*, quod venire ad conuentionem neglexerant, aliqui ex Conſiliariis iram exacuendo Regis, inuecti ſunt, quod ſine illis ad cætera reipublicæ prouidenda concludendaque negocia, procedi non liceat.

Maturanti *Caſimiro Poloniæ* Regi, ex Diæta *Pyotrcouienſi*, in *Lithuaniam* diſceſſum (*Lithuanis* enim certo certius ſpoponderat ſe, conuentu *Pyotrcouienſi* concluſo, illuc quam celerius venturum, Reginamque *Eliſabeth* in *Radom* cum impedimentis ſubſecuturus propediem præmiſerat) denunciatum eſt *Hyeronimum Cretenſem* Archiepiſcopum, Apoſtolicum Legatum, integro fere anno præſtolatum aduenire. B Hic etſi à Papa *Pio* ſecundo, ad ſedandam turbationem in *Cracouienſi* Eccleſia exortam, & bellum *Pruthenicum* extinguendum, miſſus: tempeſtiue ex vrbe exiuiſſet: in componenda tamen pace inter *Fredericum Romanorum* Imperatorem, & *Matthiam Hungariæ* Regem, atque *Ioannem Giskmm*, quæ æquis conditionibus ſecuta eſt, item inter eundem Imperatorem *Fredericum*, & germanum ſuum *Albertum Auſtriæ* Ducem, quam conficere non valuit, item in reſcindendis quibusdam motibus per Imperii Electores, & *Almaniæ* Principes, contra *Fredericum* Imperatorem, ſenſim gliſcentibus, anno prope vno, apud *Germanos*, & *Pannonios* verſatus, Regnum *Poloniæ* adire non potuit. Tardius itaque venientem, *Caſimirus* Rex auidius excepit. Cui *Pyotrconiam* feria ſexta in craſtinu ſanctæ *Catharinæ* ingredienti, ab omnibus Prælatis, & Baronibus *Poloniæ* obuiam itum eſt. Qui Sabbato ſubſequenti, audientiam nactus, ſuo more *enarratis obſtantiis, & quali affectione, quanto amore, feratur Papa Pius in Caſimirum Regem, & Regnum ſuum Poloniæ, quod Chriſtianitatis ſcutum ſit, & brachio ſuo illud à Tartaris protegendo, cenſeatur Chriſtianæ fidei, murus & antemurale*, differens, *ad tria ſe principaliter*, commemorauit *miſſum, ad pacificandam, videlicet Cracouienſem Eccleſiam, ad bellum Pruthenicum intercipiendum, & ad animandum Regem in bellum, Turco inferendum.* Et cauſam quidem Eccleſiæ *Cracouienſis*, in tempus aliud differens, *pacem cum Magiſtro, & Ordine Cruciferorum, armis depoſitis, vt ſeruatius, cumulatiusque bellum cum Turco agi poſſet*, multiplici ratione perſuaſit, in eaque re perſuadenda tempus haud breue abſumpſit. Altera die videlicet Dominico, honore menſæ, à *Caſimiro* Rege exceptus, reliquum diei illius, ſed & ſequentem integram diem, in colloquiis ſecretis, cum Rege, *Ioanne* tantummodo *Gneſnenſi* Archiepiſcopo, pro interprete adhibito, abſumpſit: in quibus omni conatu, virtute, & niſu, iuxta quod a Summo Pontifice inſtructus fuerat: *Iacobum Cracouienſem* Epiſcopum, laborauit efficere pacificum, multiſque euidentibus rationibus, ad eius pacificationem, & ad emolliendum animum Regium, vſus, certificat, *prouiſionem Iacobi Cracouienſis Epiſcopi, etiam per Summum Pontificem, eo diſſentiente, reſcindi non poſſe.* Non tenuit *Caſimirus* Rex Choleram, hac denunciatione audita, ſpes enim ſuas impleturum legatum Apoſtolicum adueniſſe crediderat. Sed & dolore altæ ſuæ ſpei, ad irritum cadentis, & ira incenſus *ſatius Regnum Poloniæ perditum iri, quam Iacobum ad poſſeſſionem Epiſcopatus Cracouienſis admittere* deduxit, Legato vero replicante, *minus fore iactura, ſi etiam tria Regna depereant, quam Sedes Apoſtolica iura ſua confundat*, cum magna animorū hinc inde exacerbatione diſceſſum eſt, & ira Regia cum improperiis, in *Ioannem Rythwienski* verſa eſt, qui ſe capitis adiiciebat periculo, ſi ſecus, quam ipſe prædixerat, rem verti contingeret. Feria tercia, modeſtiori ſermone Rex vſus, eam cum Legato concluſionem captat, vt alia in *Pyotrkow*, pro ſedecima die menſis Ianuarii teneatur conuentio, ad quam *Iacobus Cracouienſis* vocetur Epiſcopus, & adminiſtrator cum capitularibus, & illic agatur de pace, Rex interim *Caſimirus*, nouo & veloci Nuncio, ad Diætam C *Pyotrcouienſem* reuerſuro. Papam precibus conueniat, *vt ſi Iacobi Epiſcopi Cracouienſis prouiſionem caſſare non dignetur, ſaltem illum ad Wladulauienſem transferret.* Familiaris Legati *Nicolaus Merboth*, Canonicus *Wratiſlanienſis*, cum Regiis, & Legati literis, tranſlationem huiuſmodi ſuadentibus, extemplo miſſus, & *Iacobus Cracouienſis* Epiſcopus, literis Legati dato ei in equo a triginta ſaluo conductu, accerſitus eſt.

Legatus Papæ miſſus,

ſruſtra nititur Iacobum Syenienski Epiſcopum Cracouienſem, in gratiam Caſimiri Regis reponere.

Ducatus *Plocenſis* & *Cracouienſis* Eccleſiæ, rebus eo ordine, vt præmiſimus ordinatis, *Hyeronimoque Cretenſi* Archiepiſcopo, Legato Apoſtolico in *Brzeſczye*, ad practicandum pacem *Pruthenicam* diuertente, *Caſimirus* D Rex ad *Rawam*, & *Goſtbinin* caſtra, quæ pro eo tenebantur, comitantibus eum *Ioanne Gneſnenſe* Archiepiſcopo, & *Ioanne Wladiſlauienſe* Epiſcopo, pluribuſque militaribus, ſabbato in die ſanctæ *Barbaræ*, ex *Pyotrkow* diſcedens, proceſſit, & in die ſancti *Nicolai*, *Rauam* perueniens, Caſtri *Rauenſis à Grotbone Czeſſznik*, deinde in *Goſtbinin* progrediens, à *Nicolao Kuczienski*, ſibi traditam poſſeſſionem, à militaribus quoque Diſtrictus vtriuſque fidelitatis recipit iuramentum. Fide autem *Grothonis Czeſznik*, & *Nicolai Kuczienski* donatione perpetua, aliquarum villarum munerata, etiam ea Caſtra, quæ Regi tradiderant, dat illis ad vitam, in tenutam. *Io-*

Caſimirus Rex Rawa & Goſtinin Caſtrorum Ploczenſium poſſeſſionem recipiens,

& iuramentum fidelitatis ab vtroque Diſtrictu exigit,

1462.

& marcam auri annuam, ex bonis Lovvicz ſolvi ſolitam Archiepiſcopo Gneſnenſi condonat.

anne quoque Archiepiſcopo *Gneſnenſi* rogante, marcam auri, quam *Gneſnenſes* Archiepiſcopi, Ducibus *Maſouiæ*, ratione *Louuczenſis* Dominii, ſoluere, & apud *Sochaczovv* reponere, obligabantur, perpetuo remittit & indulget.

Fredericus Imperator Romanorum in arce Viennenſi, a Ciuibus Viennenſibus obſeſſus,

Viennenſes, a *Frederico Romanorum* Imperatore requiſiti, de dandis ſibi ſex ſlorenorum millibus, ad conducendum mercenarios milites, quibus & Ciuitas, & patria tueri, & emerita ſtipendia militibus, qui illa infeſtabant, exolui poſſint, dum quatuor, ex Conſulatu, ferentes excuſationis tenorem, ad Imperatorem, in Caſtro *Viennenſi* agentem, transmiſiſſent, & *Fredericus* Imperator, tam illos quatuor, quam alios duos, dum primi non comparerent, deſtinatos, in vincula conieciſſet, in ſeditionem verſa Ciuitas, illum in Caſtro *Viennenſi*, ſabbato in craſtino ſanctæ *Hedwigis*, vsque ad feſtum Conceptionis ſanctæ *Mariæ* Virginis, obſidere cæpit. *Albertum* quoque Ducem, germanum Imperatoris, cum viginti nauibus *Danubio* venientem, excipiens, omnium rerum poteſtatem illi fecit. *Georgius* interim *Bohemiæ* Rex, nomen ſuum, & conditionem amplificaturus, ſuis velociter in arma coactis, primum in *Cornborg*, deinde *Danubio* nauibus illic ſuperato, *Cloſternburg* applicuit, Feria deinde ſexta, in craſtino ſanctæ *Catharinæ Viennam* latenter accedens, Imperatorem *Fredericum*, de obſidione crepturus, gentes in ſuburbia *Viennenſia* miſit, quæ ad inſidias, dudum præparatas (capto enim Regis exploratore, illum ea die præſciuerant) præcipitatæ, mille numero perierant. Filius Regius *Victorinus*, oppidum *Eczinſdorf*, conquirere volens quingentos de ſuis amiſit. Ea clade ſecuta, pax his conditionibus conuenit, *Viennenſes*, filium Imperatoris *Maximilianum* acceperunt in Dominum, cuius Curator Dux *Albertus* conſtitutus, Imperator *Fredericus*, ad ſua abire permiſſus, bellumque atrox æquo & pulchro medio ſublatum extinctumque eſt. Adeo inſtabilis eſt humanæ fœlicitatis conditio, qua hactenus *Fredericus* Imperator ſplendeſcere videbatur. Qui etſi infamia intactus, inuidia tamen, gloriam ſuam moleſte ferentium, vrgebatur, fuſcatus: maximum etenim, & quod in ætate qualibet poteſt æſtimari, fortunæ ludibrium *Frederico* Imperatori conſtat factum fuiſſe. Qui & Imperator, & Auguſtus, primum in obſidionis anguſtias, pericoloſe toleratas, detruſus, deinde clade ſuorum perculſus defenſorum, ad extremum a poſſeſſione *Viennæ* excedere coactus eſt.

tandem ſub certis conditionibus dimittitur.

Litera Ducis Pomeraniæ, quibus thelonei libertatem, in terris ſuis Elbingenſibus concedit.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis amen. Samborius Dei gratia Dux Pomeraniæ, Vniuerſis Chriſti fidelibus, præſentem paginam inſpecturis, Salutem in Domino. Notum eſſe cupimus, tam præſentibus, quam futuris, quod nos Ciuitati Elbingenſi, propter ſeruicia ſpecialia, quibus nobis ſæpius parata fuit, contulimus in perpetuum talem telonei libertatem, quod vnusquisque Ciuium prædictæ Ciuitatis, per totum Dominium noſtrum, tranſeat, tam in terra, quam in aqua, absque omni telonei exactione. Vt autem hoc factum a poſteris ratum maneat, & inconcuſſum, præſens ſcriptum noſtri Sigilli munimine roborauimus, ad Cautelam. Datum in Dirſſoue anno Domini. Milleſimo, Ducenteſimo, quinquageſimo quinto, decimo ſeptimo Calendas Iunii.

Alterius Ducis Pomeraniæ ſimilis libertas, Elbingenſibus, de non ſoluendis teloneis conceſſa.

In nomine Domini amen. Memoriæ oblinio nouercatur, & longinquitate temporis geſtorum ſeries obſcuratur, niſi viuacibus literarum induciis propaletur. Quare præſentium, & futurorum indagine declaramus, quod nos Veſimirus Dei gratia Dux Pomeraniæ, reſpectu fidelibus ſeruitiis Ciuium de Elbingo, quæ patri noſtro ſimul & nobis ſæpisſime impenderunt, contulimus eisdem pro quadam pecuniæ ſumma, omnimodam libertatem, tam in aquis, quam in aliis partibus noſtris, quæ ad noſtrum ſpectant Dominium, videlicet terram noſtram intrandi, transeundi, merces ſuas vendendi, & emendi, quaſcumque voluerint, & nihilominus ad ſuas Prouincias, vnde veniunt redeundi, ſine omni exactione telonei, & ſolutione. Adiicientes autem ipſis Burgenſibus, de noſtra liberalitate, ne aliquis hominum noſtrorum ipſos Burgenſes, ſi aliquis ipſorum, a Litere noſtri Dominii, tempeſtate agitante (quod abſit) naufragium pertulerit, grauare præſumat, in corpore, ſiue in rebus aliis quibuscumque, nec etiam aliquam ſummæ pecuniam extorquere audeat, in tali periculo à Burgenſibus prædictis. Volumus inſuper & inhibemus, vt nullus omnino noſtrorum ſucceſſorum, ſeu officialium noſtrorum, hanc noſtram rationabilem donationem, & factum infringere audeat, vel ei auſum temerario contraire. Teſtes autem donationis ſunt, dominus Henricus Abbas de Polpelin, dominus Vislaus Eccleſiæ Caminenſis Cuſtos, dominus Svvencza, Palatinus Danenſis, Dominus Paulus Palatinus Svvetzenſis, dominus Andreas Caſtellanus Danenſis, dominus Stanislaus Caſtellanus Svvetzenſis, Dominus Meslaus Succamerarius Danenſis, & alii quam plures viri fide digni. Vt autem hæc noſtra donatio, omni æuo inuiolabilis perſeueret, hanc paginam noſtri Sigilli munimine conſulimus roboratam. Actum & datum in Gdansk, per manus domini Theodorici, Capellani Curiæ & Notarii. Anno Domini, Milleſimo Ducenteſimo nonageſimo tertio.

Confirmatio tertii Ducis literarum præſcriptarum

In nomine Domini, amen. Dum viuunt literæ viuit & actio literis commiſſa, cuius aſſertio nutrit memoriam, & roborata ſuſcipit incrementa. Nos igitur ſecundus Przemislaus, Dei gratia Dux maioris Poloniæ,

ne-

1462. *Elbingenſibus, de non ſoluendis in Pomerania theloneis, conceſſarum.*

notum eſſe volumus vniuerſis, tam præſentibus, quam futuris, præſentem pagmam inſpecturis, quod dilectus patruus noſter, magnificus dominus Princeps, Veſimirus Dei gratia Dux Pomeraniæ inſpectis fidelibus ſeruitiis Ciuium de Elbingo, quæ ſibi ſæpiſſime fideliter impenderunt, & adhuc impendere non omittunt, contulit eisdem Ciuibus, omnimodam libertatem, tam in aquis, quam in aliis partibus ſuis, quæ ſpectant ad Dominium ipſius, videlicet terram ſuam intrandi, tranſeundi, merceſque ſuas vendendi, & emendi ibidem, quascunque voluerint, & nihilominus ad Prouincias ſuas, vnde veniunt, redeundi, ſine omni exactione telonei & ſolutione. Adiiciens ipſis Burgenſibus, de ipſius patrui, mera liberalitate, ne aliquis hominum ipſius, ipſos Burgenſes, ſi aliquis ipſorum, à latere ſui Dominii, B *tempeſtate agitante (quod abſit) naufragium pateretur, grauare præſumat, in corpore ſiue in rebus aliis quibuscunque, nec etiam aliquam ſummam pecuniæ, audeat extorquere, in tali periculo a Burgenſibus ſupradictis. Inſuper Voluntatis ipſius eſt, & inhibet, vt nullus omnino ſuorum ſucceſſorum; ſeu Officialium ſuorum, rationabilem donationem, per ipſum factam, infringere audeat, vel ei auſu temerario contraire. Præterea nos, memoratos ſupra ciues Elbingenſes, cupientes omni noſtra proſequi gratia, qua poſſumus, & fauore, iam annotatam, libertatis donationem, quam ipſis inclytus Princeps, dominus Veſimirus, patruus noſter, dux Pomeranorum, vt ſupra habetur, contulit, habito maturo Baronum conſilio præſentibus confirmamus. Volentes inuiolabiliter, tempore procedenti, per nos, & noſtros ſucceſſores, dictam libertatis plenitudinem obſeruari. In cuius rei teſtimonium, præſens ſcriptum noſtri Sigilli munimine, fecimus roborari. Præſentibus his teſtibus, videlicet Domino Ruthigero Abbate de Oliva, Domino Henrico Abbate de Polpelin, fratre Gerhardo de Cholbach, fratre Conrado, Roze dicto fratribus Ordinis, domus Theutonicæ, Domino Paulo Palatino Svveczenſe, domino Svvencza, Palatino Danenſe, domino Andrea Caſtellano Danenſe, domino Stanislao, Caſtellano Svvecʒenſe, domino Alberto, Caſtellano de Buthin, domino Boguslao, Caſtellano de Vſtbe, &* D *Succamerario Poſnanienſe, domino Kelkone, Caſtellano de Santhok, & Domino Svventhemiro Caſtellano de Bechavv, & aliis quamplurimis fide dignis. Actum & datum in Dyrzich, in die beati Calixti Papæ, & Martyris. Anno Domini, Milleſimo, ducenteſimo nonageſimo quarto, per manus Domini Henrici Capellani Curiæ.*

Similis confirmatio quarti Ducis literarum præinſertarum, Elbin-

In nomine Domini amen. Quoniam facta mortalium obliuionem inducunt, vel morte interrepta (ſicut experientia docuit) ſolent annullari, ſi non fuerint legitimo virorum ac proborum teſtimonio roborata. Eapropter nos Wladislaus Dei gratia Dominus Regni Poloniæ, Dux Pomeraniæ,

Lancicia, Cuiauia, & Siradia, notum eſſe volumus vniuerſis, tam præſentibus, quam futuris, A *præſentem paginam inſpecturis, quod Magnifici Principes, ſcilicet Veſimirus Dei gratia, Dux Pomeraniæ, & eadem Dei gratia, Dux maioris Poloniæ Przemislaus, & Dominus eiusdem Pomeraniæ, inſpectis fidelibus ſeruitiis Ciuium de Elbingo, quæ eis ſæpiſſime, fideliter impenderant, contulerunt eisdem Ciuibus de Elbingo omnimodam libertatem tam in aquis, quam in aliis partibus, quæ ſpectant ad eorum Dominium, videlicet terras eorum intrandi, tranſeundi, merces vendendi, & emendi ibidem, quascunque voluerint, & nihilominus partes quas vellint, ſine omni exactione telonei, & ſolutione redeundi. Inſuper adiicientes de ipſorum mera liberalitate, ſi prædicti Ciues ad latus ipſorum dictorum Dominiorum, hoc* B *eſt ad littus Pomeraniæ, tempeſtate agitante (quod abſit) naufragando, peruenire contigerit, nullus omnino ſubditus fidelis, memoratos Ciues grauare præſumat in corpore ſiue in rebus aliis quibuscunq; nec etiam aliquam ſummam pecuniæ, audeat extorquere in tali periculo. Deinde etiam voluntatis ipſorum eſt, vt nullus omnino ſucceſſorum eorum, aut officialium ipſorum, rationabilem donationem, per ipſos factam, infringere audeat, vel auſu temerario contraire. Præterea nos Wladislaus Dei gratia, nunc Dominus Regni Poloniæ &c. memoratos Ciues de Elbingo, cupientes omni noſtra proſequi gratia, qua poſſumus & fauore, iam annotatam libertatis donationem, quam inclyti Principes, felicis memoriæ, anteceſſores noſtri,* C *ſuperius nominatis ciuibus contulerunt, habito Baronum noſtrorum maturo conſilio, præſentibus confirmamus, volentes, vt per nos & noſtros poſteros, inuiolabiliter obſeruetur, eam Sigillorum noſtrorum munimine roborando. Actum & datum in Dantzk, in octaua Epiphaniæ Domini. Præſentibus his teſtibus, fratre Rudigero dicto, Abbate de Olivva, fratre Henrico dicto, Abbate de Polpelin, & Domino Svvencz, Caſtellano de Stholpen, Domino Adamo Caſtellano de Svvatz Comite, Matthia iudice Comite Kelchone Caſtellano Gneſnenſe Comite, Alberto dicto Gaska Denſlbvvalna Domino Rudigero Vicecancellario Guiavienſe, qui tenet Sigillum Dei, Domino Theslao Succamerario Pomeraniæ, ſub anno incarnatio-* D *nis Domini Milleſimo, Ducenteſimo, nonageſimo, octauo.*

1462. *genſibus de non ſolutione in Dominiis Pomeraniæ, telonei conceſſarum.*

Die Solis XVII. die menſis Ianuarii adueniente, Diæta *Pyotrcouienſis* agi cœpta eſt. Ad quam, dum *Caſimirus Poloniæ* Rex, ex Oppido *Radom*, in qua Natalis Chriſti dies, cum Regina *Eliſabeth*, conſorte ſua, exegerat, & Conſiliarii, tractatum de ſtatu vtroque Eccleſiaſtico, videlicet & Sæculari conuenisſent, *Ioanne* duntaxat de *Tęczin*, Caſtellano *Gracovienſe*, venire detrectante, cauſas tamen abſentiæ, per literas declarante: *Hieronymus* quoque *Cretenſis* Archi-Epiſcopus & Apoſtolicus Orator, ex *Cutauienſi* 1463

1463.

Brzeſzye, in quo hebdomadis aliquot, immoratus, & non vltra prugreſſus, Magiſtrum Cruciferorum *Ludouicum*, Ordinemq; ſuum & A Militares *Pruſſiæ*, Ciuesque *Gdanenſes*, *Elbingenſes*, & *Thorunenſes* literis & Nunciis ſolicitauerat de pace, tempeſtiue reuerſus, vt prouiſus Apoſtolicus *Iacobus* de *Syenno*, *Cracouienſis* Epiſcopus, ad poſſeſſionem, rerum Epiſcupalium admitteretur, de poteſtate, & præeminentia Summi Pontificis, & quod Eccleſiarum Cathedralium, apud illum ſolum conſiſtat ordinario, per Scripturas & exempla diſeruit, multa inſuper de fauore, charitate, & beneuolentia Papæ *Pii*, in Regem & Regnum *Poloniæ* commemorauit. Aduenit interim *Iacobus Cracouienſis* Epiſcopus, non niſi triginta equos, in ſua, fratrum & amicorum, comitatiua habere permiſſus. Sub cuius præſentia, Apoſtolicus Legatus *Hieronymus* ferocius corripiendo interdum & Regem, & Conſiliarios, pacem ſuam ſolicitauit. Verum, cum per dies plures omnes ſui conatus, & labores recidiſſent in ſtritum, & ex Conſiliariis inueniretur nemo, qui factum & Iuſticiam *Iacobi Cracouienſis* Epiſcopi releuandam auderet, maior quoque turbatio *Cracouienſis* Eccleſiæ, & perſonarum ſubſequi, Rege a propoſito recedere nulente, timeretur, pacis ſuæ & ſuorum *Iacobus Cracouienſis* Epiſcopus qui in eam diem, affligebantur ſpoliis, conſulturus, & velut legitimus pater & Pontifex, calamitatem filiorum, quorum indies multiplicatur Sectio, & colliſio, per clementiam auerſurus, *Wladislauienſi* eccleſia, quæ ci offerebatur, & pluribus aliis conditionibus repudiatis, de conſilio, & aſſenſu Legati Apoſtolici, cedendum Regiæ maieſtatis voluntati duxit, & audientia, ſub præſentia Legati & Conſiliariorum frequentia, obtenta, primum *de facinoribus, quæ illi ab Oratoribus Regiis, apud Summum Pontificem obiiciebantur multa differens, purum ſe & minime de illis reum eſſe monſtraret, & ſi quis quid ſibi opponere velit, non alium ſe iudicem, quam Caſimirum Regem præſentem, quamuis ſibi infeſtum, & iratum, & Legatum Apoſtolicum, Gneſnenſemque Archiepiſcopum Ioannem, habere velle*, dixit. *Et dum virum innoxium nemo accuſaret, admitti ſe ad poſſeſſionem rerum Epiſcopalium* flexis genibus expetiit. Subinferens *plures ante ſe Epiſcopos in Polonicis Eccleſiis*, quos & per nomen & per genus expreſſit, *abſque iuris Regii offenſa per ſolam Apoſtolicam prouiſionem præfuiſſe*. Sed dum hanc ſibi conditionem negari videret, in hunc modum orſus, ad Regem verba facit. *Quando* inquit, *Rex illuſtriſſime, nec Apoſtolico moueris ſuffragio, nec mea humili ſupplicatione placaris, audes quoque cum conſiliariis tuis, excluſionis meæ, de Sede mea, dedecus, in conſcientiam & animam tuam aſſumere. Ioanni quoque Wladislauienſi Epiſcopo, de ſua ſede parum contento, meam, ad quam diuina & humana vocatione promotus ſum, dulceſcis occupare, non aduerſabor amplius brachio tuo, maloque Pontificatum Cracouienſem, etſi legitime mihi quæſitum, deponere, quam cum viro- A rum Eccleſiaſticorum, qui nihil deliquerunt vexatione gerere: ſciens iuſtum Deum, vnicuique noſtrum, opus ſuum repenſurum*, vborto deinde lachrymarum imbre, quæ plurimos auditores in fletum reſoluerant, *ceſſurum ſe de ſede ſua, & illam in Papæ manibus reſignaturum* promittit. Procuratoresque ad renunciandum conſtituit, duabus tamen conditionibus ſibi ſeruatis & impletis, *vt omnes ſibi ſoluantur expenſa, & ſumptus, vtque pro ſtatu Pontificali, quem linquere, niſi per mortem poterat, ſibi de Cracouienſis Epiſcopatus, menſa fiat prouiſio*. In hunc modum Vir alioquin innocens, qui biennio, cum ſuis adhærentibus, ſpolia grauia & banuitionem pertulerat, ſponſam ſuam legitimam, *Cracou-* B *ienſem* eccleſiam, relinquere coactus eſt, & in reconciliationis gratiam, cum *Ioanne Melſthinski*, *Andrea Olyeſchnuzki*, & *Ioanne Dlugoſch* ſeniore & iuniore, ac *Demetrio* de *Syenno*, Canonicis *Cracouienſibus*, qui illi in omni agone, in finem vsq; aſtiterant admiſſus, & beneficiorum, quæ ex tunc, ſub ea conditione vt non repetantur ablata, reddita poſſeſſio, nouique Nuncii *Romam* tranſmiſſi, ſupplicaturi ſummo Pontifici, vt *Ioanne Wladislauienſe* Epiſcopo, in *Cracouienſem* tranſlato, *Ioanni* de *Brzezye*, Regni *Poloniæ* Vicecancellario de *Wladislauienſe* fieret prouiſio. Sub hoc modo, poſt plures procellas, & turbines, tranquillitas revocata eſt *Cracouienſi* eccleſiæ. Non deerant & tunc in- C ter Barones viri timorati, qui dicebant *Iacobi Cracouienſis* Epiſcopi, grauamen, pudorem & lachrymas, Deum non poſt multum tempus inſpecturum, nec illum certitudo optimi iuris ſui erexit, nec depreſſit violentatio, nobilitate ſua, moribus, Epiſcopatu dignus, hoc tamen vno, quia contempſit, dignior.

Iacobus de Syenno Epiſcopus Cracouienſis

videns in cauſa ſua Legatum Apoſtolicum nihil apud Regem interpoſitione pro ſe facta proficere,

iuri & liti, occaſione Epiſcopatus Cracouienſis ſub certis conditionibus cedit.

Affuerunt & in hac *Pyotrcouienſi* conuentione, *Conradi* & germanorum ſuorum Ducum *Maſouiæ* Nuncii, *Nicolaus Boglyewski*, Palatinus *Varſchouienſis*, *Vincentius*, *de Gzicze* Marſchalcus, *Nicolaus* de *Myrzenietz*, & *Nicolaus Małek* Decretorum Doctores, petentes, ne *Caſimirus Poloniæ Rex, Ducatum Plocenſem, ad Conradum*, & *fratres ſuos deuolutum, appropri-* D *are ſibi contenderet, quemque appropriauerat redderet, & de iure feudi, coram non ſuſpectis iudicibus videlicet aut Frederico Brandeburgenſe Marchione, aut Alberto Auſtriæ, aut Ludouico Bauariæ Ducibus experiretur*. His reſponſum eſt, *nolle Caſimirum Regem ponere cauſam ſuam, in manibus peregrinorum iudicum: cum æque iuſtos, & legum peritos, habeat proprios. Neque cauſam ſemel deciſam renocare in dubium. Duces quoque Maſouiæ, parum ſolerter agere nitentes, Caſimirum Regem prece & inſtantia ſua, a Ducatus Plocenſis ſubmouere poſſeſſione: non ſibi ſed Margarethæ, filiæ Semouitis Maſouiæ Ducis, & conſorti Conradi Canthner Olyeſchnicenſis Ducis, ſi feudi ius quieuerit, quæſiturus*.

Conradus Maſouiæ Dux, cum fratribus, Regem Caſimirum de Plocenſi Ducatu ſolicitat per Nuncios.

1463.

Ve-

1463.

Rurſus Lithuani Podoliam, Belziam, Olyesko & Rathno repetunt.

Venerunt & Lithuanorum Nuncii *Thetbphil* & *Kuczek*, petentes *vt illis terra Podolia, item terra Belzenſis, item Diſtrictus Olyeſchko, & Kathno redderentur, ne profluuia Chriſtiani ſanguinis, bello conſurgente proueniret.* Ad quam legationem diſſidationis ſpeciem redolentem, placuit propriis Nunciis reſponderi, extemploque decreti nuncii, *Stanislaus* de *Oſthrbrog* Palatinus *Caliſſienſis*, & *Ioannes Rtrwyenski*, Regni *Poloniæ* Marſchalcus, in *Lithuaniam* pro die Dominico Ramispalmarum, ad Conuentum generalem illic tenendum ituri, qui petitionem Lithuanicam, nihil æquitatis, aut iuris habentem, refellant, *terrasque & Diſtrictus per Lithuanos petitos, ad ius, proprietatem, & Dominium Regni Poloniæ, dudum & ſemper pertinuiſſe, Lithuanosque nihil iuris in eis habuiſſe* doceant.

His & aliis pluribus rebus publicis eo ordine compoſitis, expeditione quoque generali contra *Pruſſiam*, conſenſu vniuerſali pronunciata, & decreta, Capitaneis quoque & armigeris in *Pruſſia* militantibus, per donatiuum ſalariatis. *Caſimirus* Rex *Poloniæ* in *Radom*, vbi *Eliſabeth* Reginam reliquerat, redit ex *Pyotrkow*, vigeſima nona menſis Ianuarii, egreſſus, & abinde cum eadem *Eliſabeth* Regina in *Lithuaniam* diuertit, diesque quadrageſimæ illic egit.

Legatꝰ ſummi Pontificis pacis componendæ cauſa à Magiſtro Cruciferorum accerſitur.

Apoſtolicus Legatus *Hieronymus Cretenſis* Archiepiſcopus, à *Ludouico* Cruciferorum Magiſtro, & ordine, crebris Nunciis, & literis, vt ad ſe veniret, rogatus, ex *Piotrkow* datis per Regem armigeris, qui illum conducerent, in *Pruſſiam* per *Maſouiæ* oram petiit, & vsque *Kinsberg* vbi *Ludouicus* Magiſter morabatur peruenit: bellum *Prutbenicum*, pace perpetua, aut induciis, compoſiturus, vt vires ſuas *Poloniæ* Rex in *Turcorum Mahumetum*, qui etiam eo anno *Macillena* inſula conquiſita, maximum *Græcorum* gregem captiuum duxerat, cum cæteris Catholicis Regibus conuerteret: præſertim eum & *Pruſſiæ* Magiſter, & ordo Cruciferorum, propter clades recenter à militia Regis, in ſe ſuisque, eo anno tranſacto, ſuſceptas, ad ſuſcipiendam pacem ferebantur, flagrauiſſe.

Hoſtium in Pruſſia occiſa res,

Gentes ſiquidem *Pauli Varmienſis* Epiſcopi, qui iureiurando Regi præſtito, in Magiſtri & Ordinis partes tranſierat, dum oppidum *Varmunth* partium Regiarum, auxilio Aulicorum Magiſtri fretæ, proditorie ſub noctis caligine occupare tentant, eodem proditore, qui ſpem hoſtibus oppidi dedendi fecerat, prodeore à *Ioanne Skalski*, pro maiori parte oppidum, intrare permiſſi, ad voum omnes, qui intrauerant, aut capiuntur, aut trucidantur. Plures qui fraude viſa, diffugierant, in lacubus oppido vicinis, fragiles glacies ingreſſi, ſuffocantur. Trecenti inſuper equites, qui ex *Brodnicza* in terram *Dobrzinenſem* prædatum deſcenderant, ab *Vlrico Czeruonka*, ex *Golub* prius egreſſo, quam gentes Regiæ mouerentur,

& gentes Regia ſub Dunin militantes ductu, caduntur.

quæ in præſidio apud *Brzeſczye*, *Petro Dunin* Succamerario *Sandomirienſi* & capitane, morabantur apud oppidum *Skips*, duodecima die menſis Ianuarii, profligatæ ſunt & paucis euadentibus, octoginta capti, cæteri cæſi.

Iurga de R[illegible] *ſcultetus de Domo Bipennium, Caſtri Slochouienſis Burgrabius exclusis his, qui ſecum diſſentiebant, Caſtrum ipſe cum paucis occupat.*

Verſabatur, & Caſtrum *Slochow*, ſuperioribus annis, in magno periculo, & parum abfuit, quin in hoſtium veniret ditionem. *Iurga* ſiquidem de *Zraczewo*, ſcultetus, nobilis de Domo *Bipennium Polonus*, cum illud, velut Burgrabius, à *Wlodkone* Caſtellano & Capitaneo *Naklenſe* adminiſtrandum accepiſſet, fraudem, & in patriam, & in Dominum ſuum molitus, omnibus his, quos in facinus fraudis pellicere non poterat, ſub ſpecie hoſtes laceſſendi, & ſpolia ex eorum terris agendi, exire iuſſis, Caſtrum occupat, fraudisque ſuæ facinus, fictene an verè parum conſtabat, coloraturus, aſſerit *ſe literas, ſui Domini Wladulai Nakselski intercepiſſe, in quibus Caſtrenſibus ſua mandabatur captiuatio, & in turrim truſio, propterea caſtri occupationem iuſte patrauiſſe.* Tentabat *Caſimirus Poloniæ* Rex, dum in terra *Pomerania* apud *Fridlanth* ageret, præfatum *Iurgam* ſibi reconciliare, qui ab occupationis caſtri tempore, ſcitus fuerat cum hoſtibus ſenſiſſe, & datis notabilibus obſidibus, cum aliter venire detrectaret, omne ſe facinus præſenti indulſurum, ſi caſtrum redderet, promittebat. Verum mens ægra, & ſpectans in auaritiam & turpe lucrum, nulla poterat Regis clementia aut facilitate ſanari. Satellites deinde ſui, qui ex parte maiori terrigenæ *Pomeranici* erant, moleſte ferentes fortunas ſuas augeri, conſpiratione inita, eum capiunt, & in fundum turris detruſum. Caſtrum in ſuam ditionem redactum, nomine *Caſimiri* Regis gubernant. Ex quibus duodecim, ſecuritate data, *Wladulaus Naklenſis* Capitaneus, cepit, & horrendo mortis genere, palis infixos, enecauit.

Poſtea turri à ſuis incluſus, Caſtrum Regi deditur & occupatores illius plectuntur.

Paulus Plocenſis Epiſcopus moritur, & in eccleſia Pultouienſi, quam erexerat, ſepelitur.

Die Iouis, vigeſima ſeptima menſis Ianuarii die, apud oppidum *Pultowsko*, *Paulus Plocenſis* Epiſcopus, dum viginti tres annos in Pontificatu exegiſſet, à ſcabie, quæ diutius illi inhæſerat, vexatus, diuiniſſimo Euchariſtiæ ſumpto viatico, moritur, & in eccleſia ſanctæ *Mariæ* collegiata, in *Pultowsko*, quam fundauerat, murisque erexerat, ſepelitur: inſigne litigium inter *Caſimirum Poloniæ* Regem & *Conradum* fratresque ſuos, *Maſouiæ* Duces, ſuper iure conſentiendi relinquens. Capitulum *Plocenſe*, *Nicolao* de *Myrzeniecz* Decretorum Doctore in Adminiſtraterem aſſumpto, & ſexta die menſis Martii pro eligendo futuro Pontifice indicta, quamuis literas *Caſimiri Poloniæ* Regis accepiſſet, ne ad electionem, niſi per prius voluntate ſua cognita procederet (præficere enim Eccleſiæ illi & ſuaſponte, & plurimorum Conſiliariorum impulſu, *Iacobum* de *Syenno* Epiſcopum *Cracouienſem* æſtuabat.) Nunciſque Regiis *Martino Wroczimowski* milite, & *Iacobo Handa* Notario, ad diem electionis *Plocakam* venientibus, & vt præfatum *Iacobum* de

In cuius locū Rex Iacobum de Syenno nominat.

1463.

Capitulum vero Plocenſe eligit Stiborium ... ziczki.

de *Sycnno Cracouienſem* Epiſcopum elegiſſent, monentibus, *Stiborium* de *Gozazicze* Canonicum *Plocenſem*, de Domo *Pruſſi*, admonitione A Regia ſpreta Capitulares per viam compromiſſi eligunt, facto in tres, compromiſſo, videlicet *Paulum* de *Oſtrałka*, Decretorum Doctorem, *Petrum* de *Radzimino*, & ipſum *Stiborium* de *Gozaziczе*.

Derslao de *Rithwyani*, Palatino *Sandomirienſe*, & *Iacobo* de *Dabno* Regni *Poloniæ* Vicethesaurario, *Cracouiam* in nonam menſis Martii diem, pro componendo grandi litigio, quod inter *Ioannem* de *Toczin* Caſtellanum *Cracouienſem* & Conſules *Cracouienſes*, pro quadraginta millibus florenorum, in quibus illos, vadii occaſione, iudicialiter conſtabat eſſe condemnatos, iuſſu Regio aduenientibus, caſſo labore omnis mediatio pluribus diebus tentata, B *Ioanne* Caſtellano, octo millia florenorum, quoniam de tanto ſibi ſpes fuerat facta, exigente. Conſulibus vero, non niſi ſex millia dare ſe ſubmittentibus. *Iacobi* deinde *Cracouienſis* Epiſcopi interuentu, *Ioannes* Caſtellanus *Cracouienſis* placatus, duobus millibus remiſſis, ſex tantummodo millia florenorum, & ducentos florenos, in certis terminis ſibi ſoluenda, cum nepote ſuo *Ioanne Rabſtinski*, acceptat, & cum Conſulibus, Ciuitateque *Cracouienſi*, reconciliatione inita, fratricidii ſcelus illis remittit, Captiuosque *Martinum Beiſ*, Conſulem, *Ioannem Thyſchnar*, & *Ioannem Volſſam*, Ciues *Cracouienſes*, quos in *Rabſtin* anno vno, & hebdomadis octo tenuerat, C diſſoluens libertate donat.

Thaćinski Ioannes à Conſulibus Cracouienſibus nomine mulctæ, accipit pro nece parentis 6200 florenos, reliquo condonato & captiuis Ciuibus dimiſſis.

Cretbenſis Archiepiſcopus & Apoſtolicus Legatus *Hieronymus* in *Kinsberg* perueniens, & illic *Ludouicum* Magiſtrum, & aliquos de ordine Cruciferos, cum his, qui apud eos militabant, offendens, plura cum illis de pace conficienda, non tam precibus, quam fletibus vniuerſæ ciuitatis *Kinsberg*, & ſignanter matronarum & Virginum, quæ ſe fame & inedia contabuiſſe, & ni pax reddatur, perituras vociferabantur, exoratus diſſeruit: Ordini & cauſæ Cruciferic æ ſe amiciſſimum, prout erat, demonſtrans. Magiſtrum & Ordinem, omnesque militares ſuæ partis, qui illuc in frequenti numero conuenerant, de conſtantia laudans, & ad D perſeuerantiam, multiplici perſuaſione animans. *Caſimirum* tamen Regem, ferocius tamen Conſiliarios ſuos, de iniquitate cauſæ carpens, gentemque *Polonicam* periculoſam, & metus Dei ignaram aſſeuerabat. Quæ iniquitas, & dolus, in Legato Apoſtolico, iam tunc communi rumore vulgata, latius poſtea binis literis ſuis, quas Magiſtro Crucifer ico mittebat, interceptis, illuſtrata eſt. Magiſtro itaque Cruciferico, & ſuis animatis, & in ſpes nouas, & magnas magis, quam vtiles, erectus per viam, qua venerat, in *Poloniam* redit, ducens ſecum Nuncios Crucifericos, *Plebanum* de *Kinsberg*, vnum Doctorem, & vnum Cruciferum, Magiſtro & ordini pollicitus, *aut ſe pacem perpetuam ordinaturum, aut ſi perpetua prouenire* A *non poſſet, inducias in annos duodecim confecturum.*

Legatus Apoſtolicus cum Magiſtro & Ordine Cruciferorum, in Pruſſia, de pace cum Caſimiro Rege firmanda agit.

Obeamque rem Diætam in *Brzeſczye Cuiauienſi*, ad diem primam menſis Maii indicit. Ad quam cum iuſſu Regis, *Ioannes Wladiſlauienſis*, *Andreas* de *Bnin Poſnanienſis*, Epiſcopi, *Stanislaus* de *Oſtrorog Caliſſienſis*, *Petrus* de *Oporow Lancicienſis*, *Nicolaus* de *Koſſcielyecz Brzeſtenſis*, Palatini, item *Sandiuogius* de *Czebel*, Præpoſitus fratrum Regularium, ordinis ſancti *Auguſtini* de *Klodawa*, *Ioannes* de *Dobrowka*, *Iacobus* de *Schadek*, *Mathias* de *Raczyaſcb* Doctores diuini & humani iuris, cauſam Regis & Regni per literas & iura, quas & quæ ſecum detulerant, fulcituri, acceſſiſſent, antequam ad tractandum, de pace ventum eſſet, B acerba inter Legatum Apoſtolicum & Conſiliarios Regios Doctoresque, qui conuenerant, de interdicto, quod in præſentia Ciuium *Gdanenſium*, *Thorunenſium*, & *Elbingenſium*, illuc venturorum, Legatus ſeruandum decernebat, contentio ſuborta, rem omnem & pacis tractatum irritat. Doctoribus Regiis Legati cauſas & rationes confutantibus & refellentibus. Quibus deinde *Gdanenſibus*, *Elbingenſibus* & *Thorunenſibus* in Diætam huiusmodi *Brzeſtenſem*, quamuis illos non admitti Legatus Apoſtolicus expetiiſſet, venientibus, Stipendiarii Regii, item plurimum Legato infenſi, facto in Eccleſias concurſu, campanas ſonare, & *Te Deum laudamus* cantare cœperunt: Clericis ſe C ab hoc munere retrahentibus, ſpecie quidem exultandi, quod ſub iisdem diebus *Ioannes Skalski*, oppidum hoſtile *Swiatha Syckierka* in *Pruſſia* intercipiens, ſpoliatum incenderat, & plures illis captiuos, & ſpolia tulerat, reuera autem mandata Legati contemnendo. Eo opprobrio Legatus irritatus, queritur, non ſe tantummodo ſed etiam Summum Pontificem confuſum, & contumelioſe tractatum. In altiorem quoque bilem accenditur, dum diebus ſequentibus, res Diuinæ in Baſilicis, contra ſuam prohibitionem, in præſentia Ciuium *Gdanenſium*, *Elbingenſium*, & *Thorunenſium*, agerentur. Conſiliarii etiam Regii in Legatum, per organum *Stanislai* de *Oſthrorog*, Pala- D tini *Caliſſienſis*, grauius inuecti, *non pacem illum, pro qua à ſummo Pontifice conficienda miſſus fuerat, ſed ignem & gladium ieciſſe* differebant. In huncque modum rebus turbatis, pacis tractatum, pro quo Diæta indicta erat, omittens, petebat ſe Legatus *Cracouiam* remitti circa *Cracouienſem* Eccleſiam, cuius erat Adminiſtrator, ſub tempore, quo *Caſimirus* Rex ex *Lithuania* in *Poloniam* rediret, manſurus. Sed cum quoque conditio hæc, ſibi, à Conſiliariis Regiis, denegata fuiſſet, non iam iraſci, ſed fremere in conſiliarios, præcipue tamen in *Ioannem Wladislauienſem* Epiſcopum, vehementius cœpit. Et ex *Brzeſtzye* ſe feſtine euoluens, *Wratislauiam* diuertit, & illic

Conuentio neque in Brzeſczye, in abſentia Regis, tunc in Lituania agentis indicta, eo cum Nunciis Cruciferorum venit.

Quorum cauſa fautor cognitus, licet rationes pro parte illorum adducta per Doctores Regios confutata eſſent,

à Conſiliariis Poloniæ contumelioſe tractatus, Wratislauiam diſcedere cogitur.

1463.

Qui de re bac cum Rege expoſtulans, & ſyncerum ſe offerens

illic manſionem menſibus aliquot continuans, ad Regem *Caſimirum* literas dedit, quibus ſe parum honeſte apud *Brzeſczye* tractatum, & pene violatum, omnem culpam in *Ioannem Wladislauienſem* Epiſcopum retorquens, querebatur, offerens *ſe, poſt multiplices contumelioſas iniurias, ſi ingratum Regi non erit, & locus ſecurus dabitur, cum Cruciferi omnem locum ditionis Regia, poſtquam apud Brzeſczye parum fuiſſent tuti, haberent ſuſpectum, pro pace fideliter laboraturum.* Non tamen poſt has literas ſe continuit, ſed homines vtriuſque ſexus ex *Pomerania*, & *Pruſſia Wratislauiam*, pro die ſancti *Ioannis* Baptiſtæ, ad merendum indulgentiam, anni iubilei venientes, in ſuum cubile introductos, vt *Polonia* Rege deſerto, in obedientiam Magiſtri *Pruſſia* & ordinis tam perſuaſione, quam terrore admonuit.

nihilominus perſeuerat in dolo

Mulieribus quoque, quæ viros in obedientiam Magiſtri & Ordinis pellicere non poſſent, connubia eorum deſerere iniunxit. Sed & Summi Pontificis aures querelis, de *Ioanne Wladislauienſe* Epiſcopo, carpens illum, & multipharie accuſans impleuit. Tum quoque primum etiam ab inuidis & obtrectatoribus compertum, & intellectum eſt, & multorum ſermonibus celebratum, quam fidelis, ſyncera, & efficax, *Iacobi* de *Sienno Cracovienſis* Epiſcopi, fuerat perſuaſio, qui illum in cauſa *Pruſſia*, nullatenus in Arbitrum aſſumendum monuit, & quam fidei ſuæ parum probe, dum literæ illius ad irritandum Papæ & Legati animos, fuiſſent originaliter oſtenſæ, fuerit reſponſum.

Polonia Rege *Caſimiro* apud *Lithuaniam*, cum conſorte ſua *Eliſabeth* Regina, tempus veris commorante, multorum vicinorum Principum legationes, ad illum fuere perlatæ. Nec Regni *Polonia* Nuncii, *Stanislaus* de *Oſtrorog* Palatinus *Caliſſienſis*, & *Ioannes* de *Rithwyani* Regni *Polonia* Marſchalcus, negligendum duxerunt. Sed in Regis præſentia iure clariſſimo, quod Regno *Polonia*, in terris *Podolia*, *Belzenſi*, *Olyeſchko*, & *Ruthno* competit, oſtenſo, etiam inſtantiam *Lithuanicam*, ſuper terris prædictis, efficacibus demonſtrationibus confutarunt, Rege deinde mediante, inter vtroſq; placuit placitationis diem, ſuper huiuſmodi differentia aſſumi, & in Oppido *Parczow*, pro die ſancti *Michaëlis*, aut feſto Purificationis ſanctæ *Maria* Virginis, conuentionem mutuam teneri.

Lithuanis & Polonis, communis Conuentus in Parczow indicitur.

Affuerunt & Ciuium de *Caffa* Nuncii, qui expoſito periculo, in quo eorum Ciuitas, ſi à *Turco* inuaſa foret, verſaretur, rogarunt, vt permiſſione Regis, liceret eis, donatiuum in *Polonos* diſtribuere, & pro tuenda ciuitate *Caffenſi*, à *Turco*, gentes *Polonicas* in *Caffam* tranſire. Rege autem *Caſimiro* annuente, quingenti milites ex terris *Ruſſia*, omnes *Polonici* generis, per *Galeaczer*, Ciuem & Nobilem *Caffenſem*, mercede, de qua inter illos, & *Galeaczer* conuenerat, conducti, in *Caffam* leuo ſidere procedebant.

Quingenti Poloni, Caffenſibus auxilio miſſi contra Turcā

In oppidum autem *Bruczlaw*, quod in ditione tunc *Lithuanorum*, per *Michaëlem Czartoryski Ruthenum* tenebatur, peruenientes, contentione cum oppidanis exorta, vnum ex oppidanis interimunt, oppidumque (grauiorem enim oppidanorum in ſe verebantur inuaſionem) incendunt. Quos inde progreſſos, *Michael Czartoryski*, ſuorum Ciuium & Oppidi conflagrationem, vltum iri ſatagens, quater illos inuadens & totiens ab illis victus, & fugatus, cauſas maiores pro ſuis, qui ceciderant, incurrens, dolis & inſidiis rem committit, & ad fluuium *Bug*, pluribus agreſtibus, ſibi parentibus coactis, fluuium, quem *Poloni* declinare non poterant, truncis arboribus complet, & *Polonos*, ſuperare fluuium volentes, quaſi rete comprehenſos, crudeliter, plus quam barbarice, omnes paſſim, quinque tantummodo diffugientibus ciue *Caffenſi Galcaczer*, & ſeptem de ſuis vitæ reſeruatis, occidit, & ſpoliis atque fortunis, ad triginta millia æſtimatis, potitur.

in fluuio Bug à Michaële Czartoryski dolis irretiti conciduntur.

Pruthenicam expeditionem, in eum annum, quamuis nonnullis Conſiliariis improbantibus, *Caſimirus Polonia* Rex acturus, *Lithuanica* ora relicta, in *Poloniam* rediit, & feria quinta; ante feſtum ſanctæ Trinitatis, quæ fuit ſecunda dies Menſis Iunii, in *Radom* venit, ſeptimaque Iunii, abinde diſcedens, in *Lanciciam* diuertit, armarique omnes, & procedere in bellum iuſſit. Sed dum Conſiliariis, tam Eccleſiaſticis quam Sæcularibus, quæ ad Regem *Lanciciam* confluxerant, parum eo anno vtilis expeditio videretur. Frequentia inſuper, murmura militarium, querentium *ſe non ad bella, ſed in depactiones, trahi*, & contra quoſdam Conſiliarios, huiuſmodi depactationes ſuadentes, frementium perſonarent voces, conuentionem generalem, in noua Ciuitate *Korczin*, pro die quinta menſis Iulii indictam, illuc perſonaliter adueniens, diebus octo tenuit.

Expeditione in Pruſſiam indicta,

In qua, expeditione in aliud tempus reiecta, vniuerſale ſubſidium, de ſingulis laneis, molendinis, & tabernis, per ſex groſſos, pro die ſancti *Bartholomai* ſoluendos, & in milites, qui apud *Pruſſiam* merebantur conferre, pacis quoque tractatum cum Magiſtro & ordine reſumere, per medium Legati Apoſtolici placuit.

de pace tamen interim acturi,

Pro quo, ex *Wratislauia* reducendo *Ioannes Rythwienski*, Regni *Polonia* Marſſalcus (ſi tamen illum affectum, quem in Cruciferorum cauſam oſtendebat, depoſuiſſe compertus fuerit) defatigatus eſt. Generalis inſuper Diæta pro die ſanctæ *Heduigis* apud *Pyotrkow*, ad prouidendum rebus Regni inſtituta. Feria tercia, ante feſtum ſanctæ *Margaretha*, Rex *noua Ciuitate* egreſſus, venatoriam apud *Nyepolomicze*, diebus aliquot exercuit, *Cracouiam* vero die Veneris ſedecima menſis Iulii ingreſſus, ſedecim diebus illic ſtetit,

1463.

tit, & poſtea ſecunda die Auguſti *Cracouiæ* egreſſus, per ſolita loca, in oram *maioris Poloniæ* diuertit.

Legati Polonorum.

Ioanne de *Rithwyani*, Regni *Poloniæ* Marſchalco, & *Iacobo* de *Schadek* Canonico *Sandomirienſe*, ad *Hieronymum Creteuſem* Archiepiſcopum, Apoſtolicum Legatum *Wratislauiam* (illic enim tunc agebat) transmiſſis, qui hortarentur illum, & requirerent, *vt ſententias excommunicationis, quas contra Militares & Ciues Pruthenicos innouauerat reuocaret: cum ſummus Pontifex, in Conuentu Mantuano, illas dudum ſuſtuliſſet, & generalicas cenſurarum in Pruthenicos populos non vocatos, nec conuictos, prolatas, neminem in ſpecie, & nomine afficeret: vt quoque neutralem ſe, in tractanda pace Pruthenica præſtaret, cum ex literis ſuis Magiſtro Pruſſiæ ſcriptis, & per Regios homines interceptis, ſibique oſtendendis, virum ſe partialem monſtraſſet, & parum ſyncere, officium legationis exercuiſſet.* Cum itaque

Wratislauiam veniunt, vnde exprobrum Legato Pontificis fraude,

Præfati Nuncii Regii *Wratislauiam* applicuiſſent, à *Wratislauienſibus* magnus illis honos impenſus eſt. Legatus vero Apoſtolicus *Hieronymus*, Legatione Regia audita, intelligens actus ſuos patefactos, rubore perfuſus, ſatis erubuit, pleraſque etiam carptiooes ſuas, & à Nunciis Regiis ingeſtas, vel ſilentio abſoluit, vel inficiatione diluit. Super principali autem negocio, reſponſum ædens, aſtruxit *ſibi & ſuo honori, non conuenire, vt latas ſentescias in Pruthenicos populos reuocaret*, obtulit tamen *ſe omnes cenſuras pacis durante tractatu*, quem ſi ſynceriſſime, & amiciſſime, non vt *Italus*, *Gallus* aut *Almanus*, ſed vt *Polonus* acturum, repromittebat, *ſublaturum.* Nunciis autem Regiis conditionem oblatam improbantibus, & auiſamentum, quod de ſuis moribus, *Iacobus* de *Syenno Mantua* perſcripſerat, impletum eſſe & verificatum deducentibus, in moleſtia, & amaricatione animorum diſceſſum hinc inde ex Wratislauia faciunt.

infecta negocio domum redeunt.

Militarium & Ciuium *Pruſſiæ*, *Gdanenſium* tamen præcipue & *Thorunenſium*, quod eorum ab his, qui *Gnyew* detinebant, claſſica per *Vislam* impediebatur nauigatio, *Caſimirus Poloniæ* Rex, multipliciter ſolicitatus, inſtantia & querela, exercitum de mercenariis militibus collectum, ad obſidendum Caſtrum & oppidum *Gnyew*, quod à quingentorum militum egregia tuebatur manu transmittit.

Caſtrum & oppidum Gnyew per gentes Regias obſidetur.

Et quamuis militibus Regiis, obſidionem exequentibus, *Gdanenſium* Copiæ, tam terreſtres, quam nauales in auxilium perueniſſent: fiebant tamen, ab obſeſſis crebræ in obſidentes particularium certaminum excuſſiones, nec militibus Regiis, obſidentibus ſpes reſtabat, *Gnyew* per vim, propter ſitum loci, ſed per famem, & inopiam rerum, expugnandi. Propter quod ſæpibus & propugnaculis, argilla circumlitis, obſeſſis nequicquam impedientibus, caſtrum & oppidum conſepta ſunt, & omnis importatio rerum, ac irruptio hoſtilis prohibita.

1463.

Gedanum Ciuitas periclitatur,

Sub hoc autem rerum progreſſu, *Gdanenſis* vrbs in arduum, niſi miſeratione diuina ſeruaretur, traiiciebatur periculum. Duodecim ſiquidem ex Communitate, haud contemnendi ciues, per practicam, inductionem atque perſuaſionem *Matthiæ Szimman*, Licentiati in decretis, natione *Gdanenſis* & *Gregorii Goch* Ciuis *Gdanenſis*, conſpiratione facta, Ciuitatem in manus Magiſtri tradere concluſerant. Verum dum prætatus *Mathias Szimman* Licentiatus, de intromittendo Magiſtro, & opprimendis his, qui Regi fauerent, cum pluribus ſibi idoneis collocutus, vires aſſidue propoſito ſuo adhiberet, effecit, vt propalaretur. Nam ad ipſam rem conficiendam, cum dies tredecima menſis Iulii inſtituta foret, & Magiſter Crucifericus, non longa cum mille quingentis equeſtribus abeſſet, coniuratique inſigni militum forenſium, qui ſub ſpecie merces ferentium, nauali itinere per pelagus Ciuitatem, in numero & quantitate notabili, ingreſſi fuerant, qui *Sckewkindrowie* vocantur, præſidio tutarentur, vno ex coniuratis proditionem prodente, Coniuratis in prætorium, ſub ſpecie conſultandi pro republica venire iuſſis, & captis, coniuratio, & ingens totius Ciuitatis periclitatio, facile oppreſſa eſt, & Coniurati facinus ſuum profiteri coacti, gladio cum nonnullis auxiliatoribus, percuſſi, cæteri vndis ſuffocati, aut pœnas diuturnas, carceris coacti perferre.

tandem proditores in partes Magiſtri proclines punit.

Mathias Szimman, captus, circumfuſo vndique pauore, ita obtorpuit, vt nec dicere, quod in rem eſſet, nec audire poſſet, nec inops modo conſilii, ſed nec mentis compos foret. Deinde in vincula carceris, officialis *Gdanenſis* truſus, & illinc ad petitionem *Ioannis* Epiſcopi *Wladislauienſis* exceptus, in Magiſtri ſe obſequia & Contubernium contulit. Difficile ſiquidem dictu eſt, quantum homines *Pruthenicam* oram habitantes, ad nouandum res ſint proclini. Morboque quodam eos peruadente, neque vna voluntas, neque vnum manet popularibus conſilium. Interdum enim *Caſimiro Poloniæ* Regi fauebant, interdum partes Crucifericas, ſibi exiſtimabant potiores. Callidoque & vafro vſi ingenio, in varias ſtrages, pericula & difficultates, ſe ipſos coniiciebant.

Cruciferi Liuones, in auxilium Magiſtro Pruſſiæ venientes, hic certamine nauali per gentes Regias vincuntur,

Clandeſtino tradimento, ſpei Magiſtri Cruciferici, Ciuitatis *Gdanenſis* non reſpondente, in apertam hoſtilitatem conuerſus, viginti naues apud *Kunsberg* armat. Et magis præſtantibus militibus, impoſitis, verſus *Gnyew* ad opprimendum Claſſem Regiam transmittit. Sed *Gdanenſium* claſſe, in quam milites Regii, futurum auerſorum periculum, con-

1463. conſcenderant, decima octaua die menſis
Auguſti, vno milliari ab oppido *Elbing*, in
duodecim nauibus tantummodo occurren-
te certamen nauale durum geritur, inter
vtrosque tandem nauibus aliquot Crociferi-
eis, victis, & confractis, plena de hoſtibus
relata eſt victoria, & mille deſiderati, ſexin-
genti cum nauibus, & vniuerſis armis, &
fortunis comprehenſi, in *Gdansk* deducun-
tur. Obſidio *Gnyeuenſium* durius agi cæ-
pta. Aduenit & poſt hæc *Liuoniarum*
Claſsis, priorem ſuorum caſum correctura.
Sed hæc quoque a Regiis militibus, ex præ-
ſidiis *Nidborg*, *Paſſenhein*, & *Vormuth* coad-
unatis, auxilio inſuper, *Elbingenſium* fre-
ti, ſeptima octobris die, in Pelago, pro-
pe *Elbingum*, deuicta eſt. Et pluribus *Li-
uonibus* occiſis, duæ naues groſſæ, & ducenti
Liuonitha, cum centum equis, & plurimis
fortunis interceptæ. Sub tempore autem,
quo nauale prælium, prope *Elbing* inter gen-
tes Regis & Magiſtri gerebatur, *Henricus*
de *Plavven*, Commeodator *Elbingenſis*, &
Bernhardus de *Schumborg*, cum exercitu in
Zolauam aduenerant: Claſſem ſuam, ſi
vinceret, itinere terreſtri, pro diſſoluenda ob-
ſidione *Gnyevv* conducturi. Cui obſtacu-
lum ingeſturus, *Stiborius* de *Bayſſen*, Gu-
bernator *Pruſſiæ*, cum altero exercitu, de-
cernente parato, obuius ſtabat. Clade tan-
dem ſuorum, à veloci Nuncio audita, vterque
feſtinanti fuga abiit.

ob idque grauius Gnyevv obſidetur.

Vacationi, vexationique diuturnæ *Craco-
uienſis* Eccleſiæ, triennium prope protelatæ,
Summus Pontifex *Pius* ſecundus, finem
impoſiturus, cum conſtaret *Iacobum* de
Syenno Craconienſem Epiſcopum, vexationi
Eccleſiaſticæ, & perſonarum compaſſum,
Pontificiale diadema gerere nolle, ſed po-
tius in humilitate frangere ſuperbiam, &
alteram verberanti ſe offerre maxillam,
Regis inſuper interceſſionibus, morem ge-
ſturus, renunciatione, *Iacobi* de *Syenno*
Cracouienſis Epiſcopi admiſſa, die Lunæ ſex-
ta menſis Iulii, *Ioannem Wladislanienſem* E-
piſcopum in *Craconienſem* transfert Eccle-
ſiam. *Ioanni* vero *Lutbkonis* de *Brzezye* Re-
gni Poloniæ vicecancellario, de Eccleſia
Wladislauienſi prouidet, & tam prouiſio-
nem ſuam Apoſtolicam de *Iacobo Syennen-
ski*, quam electionem Capitularem, & Ca-
nonicam, de *Ioanne Lutbkonis* factam, teme-
rat & confundit, & *Ioannem Wladislanien-
ſem* Epiſcopum, de ſuo prouiſo Apoſtolico,
& Electo Capitulari, triumphare permittit:
ea tamen conditione oppoſita, vt *Iacobus* de
Syenno, olim legitimus *Cracouienſis* Paſtor,
& Epiſcopus, duo millia florenorum, pro
penſione annua ad vitam, in Epiſcopatu *Cra-
couienſi*, & omnium decimarum, & introitu-
um, ex claue *Sandecenſi* retineat. Et quatuor

Ioanne Wladislauienſi Epiſcopo ad Craconienſem eccleſiam tranſlato, Ioanne vero de Brzezie Regni Vicecancellario de Wladislauienſi prouiſo per Pium Papam eccleſiæ Cracouienſi pax redditur, penſio-

millia, pro ſumptibus & impenſis habeat ſo-
lura. De quo factores *Ioannis Wladislauien-*
A ſis Epiſcopi, coacti ſunt in curia *Romana* ad
ſoluendum dare campſores, & de penſione
annua ſoluenda corporale, nomine *Ioannis*
Epiſcopi, præſtare iuramentum. Et quamuis
Iacobo Syennenski Plocenſis Eccleſia, multipli-
citer, per Summum Pontificem, & Cardinales
oblata fuiſſet, detrectauit tamen, multipharie
rogatus, illam ſuſcipere: mallens opprobrium
ſuæ deiectionis in humilitate perferre, quam
Stiborium Electum *Plocenſem* in ſuo iure im-
pedire. Magisque pendens, duorum millium
Clauis *Sandecenſis* penſionem, quam & eum, a
quo deiectus fuerat, *Cracouienſem*, & quemcun-
que alium *Poloniæ* Eccleſiæ Pontificatum. In-
telligens Pontificatum, violentia quæſitum,
B nec ſibi, nec cuiquam alteri, poſſe ſalutarem
fieri, ſed nec diuturnum. Spretus ab eo
Pontificalis honor, & per humiliationem de-
poſitus, glorioſiorem illum, quam ſi vniuerſali
conſenſu ipſum adeptus foret, reddidit. Pro
quo facto, haud immeritam laudem a pluri-
mis tulit. Sedit annis duobus, menſibus
ſex, diebus tredecim, ex patre *Dobeslao* Pala-
tino *Sandomirienſi*, & matre *Dorothea*, fi-
lia *Demetrii* de *Gorai* Regni *Poloniæ* vicethe-
ſaurarii.

1463. *ne annua Iacobo de Syenno ad vitam aſſignata.*
Qua obtenta Epiſcopatus Plocenſi, ad quem a Rege nominatus fuerat, renunciauit.

In primordio æſtatis huius anni, *Mahu-
meth Turcorum* Cæſar, maximo & forti col-
lecto exercitu, ex gentibus, & nationibus,
quas ſibi ſubiecerat, in cuius collectione, pro-
C poſitum ſui animi, tam callide tamque te-
naciter ſeruauit, vt nemo ex amicis, &
conſiliariis ſuis, ad aperiendum, quid
moliretur, illum pellicere potuit, primum
Inſulam *Lesbum* cepit, deinde in Regnum
Boſnæ linguagii *Slauonici*, cuius indigenæ
ſectam *Iacobitarum*, a Catholica eccleſia da-
mnatam, ſeruantes, profitentur ſe Chri-
ſtianos, quod nullius, quantumcunque per-
ſpicaciſſimi poterat coniectaturi ſuſpicio, ad-
venit, & incautos adeo oppreſſit, vt fama
victoriæ eius, famam belli præueniret: O-
mnes autem arces, & Ciuitates Regni e-
iusdem, quantumcunque arte & natura mu-
nitas, facili negotio cepit, & in ſuam re-
D digena celerrime ditionem, ſex tantum-
modo Caſtris, quæ fortiora conſpexerat, ſer-
vatis, & valido præſidio illis impoſito, cætera
omnia tam Caſtra quam Oppida commi-
nuit. Capit & Regem *Boſnæ* in Caſtro
Iaycze fortiſſimo, qui ſalutem pactus ſe ſe
dederat cum patruo ſuo, *Mahumetes*,
ipſe humano ſanguine Inſaciabilis. In quo
tantam auri & argenti, quorum Me-
tallorum *Boſna* ferax eſt, molem reperit,
vt humanis ſenſibus, parum credibile vi-
deretur. Et theſauros quidem ſibi ſer-
uauit, aut in milites diſtribuit. Regem
vero *Boſnæ* (homines vtriusque ſexus,
ad centum millia æſtimatis, generis

Turcus Boſnenſibus per vim captis.

Regem eorum,

X *Boſ-*

1463.

quod theſauris defenſam ſibi non parauit necat.

Boſnenſis, in captiuitatem deducens, triginta millia ex illis, quod iuuenili pollerent robore in *Ianczaros* redegit) nudum, terræ in- A fixum, prius tamen increpatum, quod tam ineſtimabili prædicus auro & theſauro, in ſui auxilium gentes non conduxiſſet, ſagittis militum obrui, & necari iuſſit.

Mathias vero Hungariæ Rex aliquot Caſtris, rurſus in ſuam ditionem redactis, Regem Boſnenſem creat.

Hungariæ Rex *Mathias*, cuius Coniunx filia *Bohemiæ* Regis, ex puerperio, fatis abſumpta eſt, occupationem Regni *Boſnæ* moleſte ferens, quinque arces, & *Turcorum* in illis, præſidium expugnans, *Emericum Diak*, qui expugnationis prædictæ fuerat author, hominem magnæ ſactiuitatis, magnarumque opum Regem *Boſnenſem* conſtituit. Arcem vero *Iaycze*, quam ſeptem millia egregie tuebantur, longa obſidione macerans, tandem per deditionem recepit. B

Turcorum multitudine, Hungariam vaſtantem, & agentem prædas

Sub tempore autem illo, quo hæc *Boſnenſis* Regni fiebat per *Turcum* conquiſitio, miſit præfatus *Mahumeth*, *Turcorum* Cæſar, quatuor gentium millia, ex omni ſuo exercitu de principalioribus electa, ad Regnum *Hungariæ* depopulandum. Qui populatione latius extenſa, decem & ſeptem animarum, vtriusque ſexus, ex *Hungaris* millia, cætera præda neglecta in captiuitatem ducebat. Senſit tam ingentem perniciem ſuorum, & cladem, qui tunc apud *Futak* & *Zaslon* futuram inuaſionem Regni ſui a *Turcis* veritus, cum omni exercitu agebat ſtatiua, *Mathias Hungariæ* Rex, quingentos equeſtres, qui apud illum militabant ex *Polonis*, C quorum *Felix* de *Panyovv*, genere *Godzyemba*, & *Ioannes* albus de *Srzeizkovv*, genere *Dol.vva*, erant Ductores, ſeptingentos equeſtres ex *Hungaris*, quorum *Sokolipether* Ductor erat, ad prohibendum populationem transmittit. Qui etſi excutere prædam, & congredi cum *Turcis* tentauiſſent, facile tamen pauci, ab ingenti *Turcorum* multitudine deterriti, in oppidum munitum, quod ſanctus *Georgius* appellatur, nulla congreſſione facta, ſe ante hoſtes recipiunt.

paucitas Polonorum

Vrgebat *Polonos* ingens dolor, mirumque in modum quatiebantur, pro abductione Catholicorum, illorum præcordia. Quapropter, omnes ad vnum deſtinarunt, aut mori aut vincere. Veſpere itaque facto, & tenebris iam exortis, arma ſumont: faciliorem ſe de *Turcorum* multitudine rati, ſub caligine, quam ſub lumine, victoriam obtenturos. D Quos cum vidiſſent *Hungari*, obſtinata audacia, ad euidens periculum parari, deſertis commilitonibus ſuis, omnes ad Caſtra Regia ſecedunt.

ab Hungaris deſerta,

Solus *Pannonicus* Dux *Sokolipeter*, deſerere ſocios, pro gente, pro Regno, pro focis ſuis pugnaturos, turpiſſimum, vt erat ducens, ipſos cum familiaribus ſuis, ſedecim tantummodo comitabatur. Iam *Turcorum* exercitus, ſimul cum captiuorum præda, ad fluenta *Saua*, nulla pauſa facta, inuaſionem veritus, peruenerat, nauesque quibus ſuperaret *Sauam* frequentibus Nunciis transmiſſis, ſibi in alteram ripam adduci depoſcebat. Interim *Polonus* adueniens, illum animoſe nocte, octaua menſis Iunii die inuadit. Sed cum *Turcus* fretus multitudine, nouos pro deſideratis, & sauciis ſubmitteret. *Polonus* paucitate ſua probe nota, ingeniis magis, quam viribus vtens, quinquies pugnam inſiliendo in hoſtem, confertiſſime conſeruit, & quinquies poſt defatigationem nimiam, vt vegetatior iterum fieret, remiſit. Vniuerſa autem nocte, pugnando abſumpta, dum terris redditus foret dies. *Turcus* tum primum dinoſcens, a quam parua manu, ſtragem ingentem pertuliſſet, rubore inſuper nimio, quod ante tenuem hoſtem, plura ſtadia retrogradando, ſeceſſiſſet: cohortari ſe & appropinquari, atque in duas turmas, quarum una a fronte, altera a tergo *Poloniam* vrgeret, diuidere, ad re integrandam pugnam, cæpit. Stabat inter hæc captiuorum ex *Hungaris*, marium, fœminarum, & paruulorum frequens turba, variis locis aſſignata, & ne illa poſſet excutere, *Polonoque* auxilium ferre, a *Turcis*, ſcrupuloſius id prohibentibus, cuſtodita, magis vincendi ſuos, quam *Panonios* crediderat, quam in ſpe ſoluendi tabefacta. *Polonus* itaque, ne vndique a *Turco* circumueniretur, nihil cunctandum ratus, cantum paterno ritu, & voce ſonora, precando a Chriſto domino victoriam, præſtari, ſuſtulit. Tum quoque primum frequens ille captiuorum numerus, non *Hungarum*, ſed *Polonum* illic adeſſe intelligens, deliberatione ſua melius ſperare cæpit. Sublato & a *Turcorum* exercitu, valido clamore, quo ſe a tam immani barbarorum manu defendi precabatur, vterque congreditur exercitus, & duriſſima cæde feruente, *Polonus*, quoniam haſtas in ſuperioribus dimicationibus contriuerat, gladiis, & miſſilibus ſagittarum vtebatur, ex quibus, multi *Turcorum* facile emortui, cæteri pauore perculſi, omiſſa pugna, ad naues, quas aduenisse, in ſui transnatationem, conſpexerant, diffugiunt.

fundit fugatque,

Et quoniam in *Polonos* non poterant, in captiuos ſæuiendo, rabie barbarica, plures obtruncant. Sequebatur *Polonus* fugientes, & inſtando metu perculſis, cædem maiorem, quam pro numero ædidit. Vbi vero ad naues ventum eſt, equis deſertis, naues glomeratim, *Polono* in tergis hærente inſiliunt. Quæ cum à ripa præproperè ſoluiſſent, ſingulæ ferè, pondere nimio prægrauatæ, ſub conſpectu *Poloni*, in fundum perierunt demerſæ. Solus Baſſa, *Turcorum* exercitus Dux, quoniam prior naues fugiendo intrauerat, euaſit. Spectabat ex loco paludinoſo, ſylueſtri, & iniquo, *Raſcianorum* cohors pugnam, & *Turcos*, quod ſæpe numero alias con-

1463. contingere ſolebat, vincere rata, iungere ſe *Turcis*, prædarum, ſpoliorum, & captiuorom, potiundi gratia, parabat. Verum *Polonis* cesſiſſe victoriam, videns, deſertis *Turcis*, in quorum partem ſeceſſerat. *Polonis*, circa quos ſtetit victoria, ſe iunxit, & fugientes *Turcos* perſequi, ſtragemque ingentem ædere cæpit: quibus tamen non ſecus, quam ab initio, ſi io periculum aduenisſent, *Polonus* de prædis, & ſpoliis, Captiuiſque participare permiſit.

ac prædam eripit. Propter quod Poloni a Rege Hungariæ Matthia,

Hungariæ Rex *Matthias*, dum *Polonorum* exercitum in ſtatiua ſua, & incolumem, & victorem, frequentem multiplicia manubia, & maximam *Turcorum* captiuorum, *Hungarorum* quoque, quos de *Turcorum* captiuitate ſoluerat, multitudinem, contraque omnem ſpem ſuam (periiſſe enim *Polonos*, ſimul & Ducem *Hungarorum Sokolipether*, & a *Turcorum* maximo & forti exercitu contritos fuiſſe, extrema internitione crediderat) reuerſum videret, gaudio exhilaratus eſt immenſo, & in laudem *Polonorum* & *Sokolipether*. *Hungari*, concionatus, ſingulos ſpecialibus præmiis dooauit.

præmio & honore. Hungari vero ignominia, & dedecore afficiuntur.

Hungaros autem, qui ſocios deſeruerant, periculi metu, plurimum obiurgatos, vniuerſo *Hungarico* inſpectante, exercitu, capitibus eorum braccis impoſitis, & vultibus velatis, extra Caſtra, non niſi poſt triduum reuerſuros, cauſa ignominiæ, vt cæteris forent in exemplum, propulit.

de Plocenſi Ducatu inter Competitores ambigitur.

Geoeralis Diæta apud *Pyotrcouiam*, ſabbato in die ſanctæ *Heduigis* agi cæpta eſt. Ad quam *Caſimirus* Rex *Poloniæ*, ex *Brzeſczye*, in qua rebus *Pruthenicis* prouidendo, aliquantisper ſteterat, die Dominico, decima ſeptima Octobris, cum Conſorte ſua *Eliſabeth* Regina aduenit. Cauſa *Maſouiæ*, & *Plocenſis* ducatuum, credebatur oon parum, & temporis, & negotii habitura. Citatus enim ad illam fuit, *Conradus* cum fratribus ſuis, *Varſchouienſi*, & *Maſouiæ* Ducibus, iuſtitiam per iudicium accepturus. Sed is, miſſis ſuo more, *Nicolao Boglevvski* Palatino *Varſchouienſi*, *Vincentio Gicizki* Marſchalko *Maſouiæ*, & *Nicolao* de *Mirzenyecz* Decretorum Doctore, Canonico *Plocenſi*, petebat *cauſam, datis ab vtraque parte Arbitris, Compoſitione potius, quam iuſtitia tranſigi.* Quod aliquoties tentatum, dum ſecus quam ſpes ferebat, ceſſiſſet, petebat *neutrales iudices adhiberi: Aut conditionibus, & meritis cauſæ conſcriptis, ad aliquam Italiæ vniverſitatem rem deferri, & decisionem illius, pro ſententia perpetua haberi.* Sed dum neque pro ea oblatione vniforme decretum, accipi poſſet, Ducalibus Nunciis, vera infirmitate citatos, Duces oppreſſos eſſe allegantibus, in Conuentionem generalem de proximo celebrandam, terminus, dilatus, & contiouatus eſt. Duci altero, *Con-*

A *rado* nigro, *Caslenſi* & *Oſzeſchnicenſi*, qui perſonaliter adueniens, nomine Conſortis ſuæ *Margaretha*, filiæ olim *Semouiti*, Ducis *Maſouiæ*, Ducatus vacationem petebat, adminiſtratio oblata, Iudicii collocandi, ex Baronibus Regni, qui pro veteri conſuetudine, ex iure præſidere in eo ſoliti ſunt. Moleſte id detulit *Conradus* Dux, & *periculoſum ſibi* reſpondit. *Cauſam in Conſiliariorum Regis, cum quo iure decertandum erat, manibus deponere*: Conſiliariis *Poloniæ* refellentibus, *Regi ſuo Poloniæ, qui ſuperiorem non recognoſcit, non conuenire, vt quisquam alius illum, quam ſui Barones, quoties iudicato eſt opus, diiudicent*, ſtomachatus deinde, & grauatum ſe quærens, diſceſſit.

Legatus Apoſtolicus 1463.

B Apoſtolico Legato *Hieronymo*, *Cretbenſi* Archiepiſcopo, per *Balthaſar* Doctorem, & Secretarium ſuum *Ioannem*, ad pacem *Pruthenicam*, pro qua principaliter, a Summo Pontifice ſe miſſum commemorabat, expetenti, per *Iacobum* de *Schadek*, Decretorum Doctorem Canooicum *Sandomirienſem*, & *Ioannem Sapyenski*, ad eum *Wratislaniam* miſſos, reſponſum eſt. *Eauere Regem ſibi de eo honore, & ſorte, dummodo ſingulos militares & Ciues Pruſſiæ, ſuæ ditioni ſubiectos, neque vitet, neque excommunicatos cenſeat, & id nitatur, atque efficere omni conatu ſatagat, vt terra naturales Poloniæ Regni, Pomerania, Chelmenſis & Michalouienſis a Cruciferis quondam per vim, &* C *iniquitatem occupata, in perpetua poſſesſione Regni remaneant. Super terra Pruſſiæ & damnis ſumptibusque hinc inde factis, poteſtas arbitrandi, apud illum conſiſtat. Ad pacem tractandam, Poſnanienſis Ciuitatis locum eligat. Si hæc detrectauerit, intelligat ſe, velut ſuſpectum, repudiatum iri.* Qui cum hæc illi denunciata a Regiis Nunciis fuiſſent, in ſingulas conditiones conſentiens, *Pruſſiæ populos ſentire atque aſſerere excommunicatos non fuiſſe, ſibi illicitum* reſpondit. Atque propterea repudiatus ex *Wratislania* diſcedens, negotiis ſingulis, pro quibus miſſus fuerat, infectis *Romam* rediit.

nulla pace inter Caſimirum Regem, & Cruciferos, confecta, Romam rediit.

Ciuitas vero Lubek per Nuncium ſuum mandatum Magiſtri & Ordinis plenarium oſtendans intercipiendi bellum Prutenicum facultatem a Rege obtinet.

Ciuitati maritimæ *Lubeg*, quæ in *Polonico Bukovvyecz* (ſortis e- D nim aliquando *Polonicalis* erat) appellatur, per *Ioannem* Notarium ſuum, ad intercipiendum bellum *Pruthenicum*, & ad componendam, æquis conditionibus pacem, ſe admitti petenti, & mandatum plenarium, Magiſtri & Ordinis Cruciferorum oſtentanti, poteſtas facta eſt rem aggrediendi conſignatusque *Bidgoſtienſis* oppidi locus pro Rege, *Chelmenſis* pro Magiſtro, tempus feſti Pentecoſtes, licet Ciuitas venire in *Elbingum* Regem ſupplicauerit, oe Magiſter *Kinsberg* egredi cogeretur.

Iacobo Sienenski de Epiſcopatu Cracouienſi penſio denegatur.

Petitio *Iacobi Syennenski*, olim Epiſcopi *Cracouienſis*, qui ad penſionis Clauis *Sandecenſis* poſſesſionem, per ſedem Apoſtolicam ſibi factæ, per *Ioannem* de *Melſchtin* & *Andream* de

1463. *Syenno* germanum ſuum ſe admitti depoſcebat. Conſiliariis nequicquam improbantibus, reiecta eſt: allegante Rege *Poloniæ Caſimiro, ſcindi Epiſcopatum Cracouienſem non conuenire*. Hinc & appellatio a proceſſibus penſionis eiusdem, quibus *Ioannes* Epiſcopus *Cracouienſis* monebatur, per præfatum *Ioannem* Epiſcopum *Cracouienſem* interpoſita: allegante *ſe in huiuſmodi penſionem, ſibi & Eccleſiæ ſuæ grauem, neque per ſe, neque per Procuratores conſenſiſſe*. Appellationi ſuæ per Capitulares *Cracouienſes* adhæſum. *Iacoboque Syenenski* compoſitio, ſecum acta, parum ſyncere ſeruata, neceſſitasque impoſita, vt ſummum Pontificem, adire perſonaliter cogeretur.

Holand oppidum, per proditionem a Cruciferis fere captum,

Sub Conuentionis *Pyotrcouienſis* tempore, gentibus Regiis ex præſidio oppidi *Holanth* prædatum egreſſis, Oppidani portas claudunt, & Magiſtro Crucifericо, per celerem Nuncium aſciſo, gentes ſuas quarum *Henricus Plawyenski* ductor fuerat, in oppidum recipiunt. Arx tamen a reliquo Gentium Regiarum præſidio, & porta, ad Caſtrum ſpectans, & duæ turres, portæ proximiores ſeruatæ. Quod vbi *Petro Dunin*, Succamerario *Sandomirienſi*, & Capitaneo gentium Regiarum, quæ *Gnyevv* obſidebant, nunciatum eſt, ad obſidionem vrgendam in propugnaculis, pedite relicto, eques fere omnis effuſus, *Holanth* oppidum obſidere cæpit. Qui, quoniam nocte illuc (ita enim doctus erat) peruenerat, ſpeciem multo maiorem exercitus, quam pro numero præbuit. Itaque toto oppido trepidatum, ne porta, quæ facultatis ſuæ erat irruens, *Henricum Plawyenski*, & ſuos occupans, fœde proſterneret. Oppido itaque *Henricus Plavvenski*, in aliquot locis incenſo, inde ſe cum omnibus ſuis tumultuarie euoluens, diffugit.

per gentes Regias recuperatur, & proditores illius plectuntur.

Gentes Regiæ, oppidum illico ingreſſæ, & flammam graſſantem reſtingunt, & oppido facile potiti, in eos, qui proditionis fuerunt capita, animaduerſionem exercent.

Pluribus ſalubribus decretis. *Caſimirus* Rex, apud Diætam *Pyotrcouienſem* ſancitis, *Ioanne* de *Thęczin* Caſtellano *Cracouienſe*, *Derslao* de *Rythvviani*, *Sandomirienſe*, & *Andrea Odrovvaſz*, *Leopolienſe*, Palatinis, in *Podoliam* transmiſſis, vt eorum ope & opera, Arx & Ciuitas *Camyeniecz*, ſolueretur de obligatione pecuniali. *Theodorico* olim *Buczaczki* inſcripta, & muris quanto firmioribus poſſet, aduerſus *Turcarum* vires, quæ ſuſpitionem, & metum, non mediocrem iniecerant, reficeretur, tutiorque ad omnem caſum & inuaſionem conſiſteret.

Arx & Ciuitas Camenecenſis & obligatione pecuniali ſoluitur, & muris reficitur.

Et quoniam ex ærario Regio, quod nullum ea tempeſtate fuerat, impenſa ad fabricam & redemptionem huiusmodi dari non poterat, per militares *Podoliæ*, de quolibet laneo, & Cmethone, vnam bouem ſe præſtare obligantes, liberaliter collata eſt, Rex ex *Pyotrcouia*, apud quam diebus decem & octo ſteterat, verſus *Poſnaniam*, & *Caliſch* contendit, & aliquot hebdomadas, illic commoratus, die dominico, ante feſtum ſanctæ *Luciæ Radom* venit, abindeque in *Lithuaniam* proceſſurus, feria tertia, in die ſanctæ *Luciæ* per *Iedlnam*, *Kozyenicze*, cæteraque loca diſceſſit. 1463.

1464. Obſidione Caſtri & oppidi *Gnyevv*, in annum alterum producta, & omni belli mole ad illorum conquiſitionem conuerſa, expectatio ingens tam *Polonos*, quam Cruciferos tenuit, in quem finem longæ obſidionis res foret caſſura. Militibus Regiis obſidentibus illa potius, quam oppugnantibus. Elicere tandem obſeſſi contenderant ſeruitia & plebes, quas præ inopia conflabat famem non toleraturas, obſidentibus illas, retrudentibus ad obſeſſos. Conceſſere interim plurimi in arcem, quaſi locum fortioris præſidii. Sed cum illic commeatus vix ad quindecimum diem notarentur ſuffecturi, obſeſſis inſuper opitularetur nemo, arcis & oppidi deditio per Commendatorem magnum, *Vlricum Eyzenovven* & *Nicolaum Viſſembach Bauarum*, qui obſeſſis præerant, feria ſecunda in die ſancti *Stephani* Prothomartyris, in manus *Petri Dunin Sandomirienſis* Succamerarii, & Capitanei exercitus Regii, ea conditione, *vt obſeſſis ſaluis abire, & quatuordecim quadrigis tantummodo res ſuas educere, liceret*, facta eſt.

Oppidum & Caſtrum Gnyevv

Iniecta enim erat obſeſſis formido, ne vi captis, inferrent victores extrema. Quadringenti quoque milites Crucifericæ partis, cum ſuo Duce magno Commendatore, vsque in *Kinsberg*, ad Magiſtrum incolumes deducti. Ciues omnes clementia *Polonorum* ſeruati. Magiſter tantummodo Ciuium, cum vno conſule, eiecti, quod hi procliuiores in partem Cruciſericam notabantur. Conceſſa tamen licentia, vt intra menſem bona immobilia venundari liceret, Arx *Thomconi*, Ciuitas *Gotbardo* commiſſa. Militibus ſtipendium ſolutum. *Ioannes Skalski Bohemus*, vnus ex Capitaneis, partium Regiarum, oppido magno *Holſchtin*, per ingreſſum clandeſtinum potitus, ſingulis ſpoliatum rebus, incendit.

ac Olſchtin capit Polonus.

Oppidum ſuæ ditionis atque Epiſcopatus, *Caminenſis* Epiſcopus in *Pomerania Heymingus*, vocatum *Kolberg*, recuperaturus (multo enim tempore rebellionem aduerſus eum præſtiterat) quingentos habens in propria gente armatos. Cui *Iurgelibell Sleſita* vnus, ex Capitaneis Cruciſericis, cum gentibus ſuis, de terris inferioribus, item cum gentibus, de *Chojnuza*, quæ numerum Septingentorum equorum explebant, in auxilium aduenerat, ad Oppidum præfatum *Kolberg*, clandeſtinis itineribus, noctu, illud in-

1464.

Oppidani Kolbergenſes hoſtem magna clade afficiunt.

intercepturus, acceſit. Nec ſpes illum feſelliſſet, niſi Ciues de *Kolberg* beneficio Ciuium *Gdanenſium*, de periculo, in illos comparato, A auiſati, introductis gantibus, precio conductis, omnem potantiam Epiſcopalem, quam ante murum & antemurale conſcendere permiſerant, crudeliter obtriuiſſent, & cæteros, qui euaſerant, inſecuti, aut occidiſſent, aut captivaſſent. Accidiſſa ſuis tam triſtem ſortem, Cruciferiei milites, qui obſidionem in *Gnievv* tolerauarant, nec taciti quidem lætabantur, quod nouas Ciuitates conquirere, quam dudum quæſitis, & ſibi, ferre ſuffragia maluiſſent. Milites Cruciferici, in præſidio oppidi *Fridlant* conſtituti, dum ad extremam ſe indignarentur, propter non ſoluta ſtipendia peruenisſa egeſtatem, oppido *Fridlanth* tyrannice ſpoliato, & incenſo, diſcedunt. *Bernhardo Schumborski* obſidionem ſuorum Caſtrorum vehementer pertimeſcenti, & propter hoc fœdus ſibi præſtari a *Caſimiro* Rege expatenti (nouerat anim vires Magiſtri exangues eſſe) fœdus his condirionibus conceſſum eſt, *vt oppidum Chelmenſe, & Caſtrum antiquum, item Caſtrum & oppidum Brodnicza, abſque impeditione Regia partis teneat: Regi omnia, bello finito, & terra Pruthenica conquiſita, recepta competenti mercede, reddituras. Interim ab omni hoſtilitate in Regem, & ſuos, ſe contineat, Regios milites, mercatores & quoſcunque ſubditos, in ſuas tenutas recipiet, & foueat, Cruciferis propulſis.*

Oppidum Fridlanth a milite ſuo ſpoliatum inceditur.

Bernardo Schumborski certis conditionibus pax conceditur.

Iniquam Lithuanorum in Polonos animum Rex Caſimirus auertit.

B C *Caſimirus Polonorum* Rex in *Lithuania* Ducatum, eum Conſorte ſua *Eliſabeth* Regina, aduenians, dies ſeſtos Natalis Chriſti, apud *Grodno* egit, & nonnullos *Lithuaniæ* Barones, nouis rebus ſtudentes, compeſcuit. Diætam inſuper *Parczouienſem* pro die Purificationis (quoniam veriſimile inter *Polonia* & *Lithuanos* ſeminarium alicuius litis aut odii axcitura, pro terris *Podolia* & *Luczko*, quas vtrinque repetebant videbatur) in diem Natiuitatis ſanctæ *Mariæ* virginis transpoſuit. Spectatores ſe quidam *Lithuani* in eam diem *Pruthenici* belli, magis quam adiutores præbuerant, nec conditionibus iuſtis, quibus illis aliqua pars *Pruſſiæ* terræ in *Samogithiam* ſpectans, per Regem & Regnum debebatur, pellici poterant, D ad auxilia, *Polonis* contra Cruciferos ferenda, & quonam belli *Pruthenici*, decennio iam continuato, res euaſuræ forent, quieti vsque in id tempus opperiebantur, rati ex diſcrimine, tam *Polonicarum*, quam Crucifericarum rerum, ſuis accedere profectum. Nec vltra dilationibus vſuri, bellum *Polonis* infarre interim, dum *Pruthenico* diſtinerentur, concludebant, niſi Rex eos ab huiuſmodi propoſito deterruiſſet. Quo facto in *Lithuania* hyemis, & veris tempore perſeuerans, plurium principum legationes audiebat. Sub euius præſentia *Georgius* Epiſcopus *Myednicenſis*, ſiue *Samogithiæ*, genere *Lithuanus*, de *Vilna* Ciuitate ortus, die Saturni, vigeſima quinta menſis Februarii, procedendo *Vilnam*, in itinere, dum vix trium milliarium reſtaret iter, moritur, & relatus, in Eccleſia ſua *Miedniceuſi* ſepelitur. Cui *Matthias* de *Topolya*. *Lancutta*, genere *Polonus*, de Domo *Povvala*, ſuccedit.

Lithuano Polonus in Epiſcopatum Miednicenſem ſuccedit.

Exacto autem *Caſimirus* Rex, apud *Ruthenicale Brzeſczye* feſto Paſchæ in *Poloniam* rediit, & *Cracouiam* vigeſima Aprilis menſis dia, intrauit, duplicem ſortem, parum gratam & blandam, expertus. Vnam, quod Summus tunc *Romanorum* Pontifex, *Pius* ſecundus Papa Chriſtianitatis, quæ a *Turcorum* Cæſare *Machumete*, poſt *Conſtantinopolitam* & *Trapeſuntini* Imperiorum, miſeram interemptionem, & cladem, grauiter opprimebatur, opprobrium, & grauamen auerſurus, generalem expeditionem contra illum, eo anno inſtituit. Et *Philippi Burgandiorum* Duca, quamuis veterano & ſene, & *Venetiarum* Duce *Chriſtophoro Mauro*, Claſſa. *Matthia* vero *Hungariæ* Rege exercitu terreſtri, illum adiuuante, perſonaliter in expeditionem huiuſmodi ire decreuit, omnibus que rem huiuſmodi adiuuantibus, anni Iubilei, donauit gratiam. Quæ, cum atiam Apoſtolico, apud *Cracouiam* fuiſſet vulgata præcepto, & plura ex *Polonis* hominum millia, Crucem, contra *Turcos*, pugnaturi, aſſumpſiſſent: feria tertia Paſchæ, quæ in tertiam menſis Aprilis cadebat diem, conſpiratione facta, in *Iudæos* & eorum domos, ad veſperam irruunt, & tam illis, quam Synagoga Iudaica confractis, ſubſtantias eorum vniuerſas diripiunt. Triginta inſuper *Iudæos* de ſexu vtroque trucidant, cum ſe cætera multitudo *Iudæorum* in ædem *Ioannis* de *Thenczyn* Caſtellani *Cracouienſis*, habitationibus eorum contiguam recepiſſent. Et cum in craſtinum ampliori ſeditione gliſcente, omnis illa *Iudæorum* caterua apud domum *Ioannis* de *Thenczyn*, a Cruciferis, trucidationem eorum vehementer ſitientibus, fuiſſet inuaſa, vix tandem, & ægre per armigeros, *Ioannis Cracouienſis* Epiſcopi, *Iacobi* de *Dabno* Vicetheſaurarii Regni *Poloniæ*, & Capitanei, Conſulumque & Ciuium *Cracouienſium*, dafenſa, & in arcem *Cracouienſem* deducta eſt. Inuaſiſſet eadem ſors, cæteros *Iudæos*, in aliis oppidis, & vrbibus apud *Poloniam* habitantes, niſi in arces, & loca tutiora diffugiſſent. Conſulatus *Cracouienſis*, ob ſtragem *Iudaicam*, quod illam non auertiſſet correptus, pecunia etiam trium millium florenorum, inquiſitus eſt: quem nec inclemente verbo (nihil enim occaſionis ad ſtragem contulerat) carpere oportuiſſet. Alteram quod *Ioannes Gneſnenſis* Archiepiſcopus, vir pro ea tempeſtate reipublicæ & vtilis, & neceſſarius, cum aliquandiu ſcabie, quam ab adoleſcentia pertulit, vexatus languiſſet, die Saturni quarta decima Menſis Aprilis, in Curia ſua apud *Vnyeiow*, diem obiit, in Eccleſia *Gneſnenſi*, in Choro ante maius altare, ſub vrna ærea, eiuſdem menſis, vigeſima dia ſa-

Pius ſecundus, Pontifex Romanus, contra Turcam generalem expeditionem indicit:

adiutoribus gratiam Iubilei concedeas.

Ad quam cum & Polonorum plura millia ſe cruce ſignaſſent, conſpiratione facta, Cracouia Iudæos pene omnes bonis, triginta vero etiam vita, ſpoliant.

Ioannes Archiepiſcopus Gneſnenſis moritur.

1464. ſepultus, annis decem, menſibus quatuor, in Pontificio exactis. Donauit eccleſiæ *Gneſuenſi*, duas pelues argenteas pulcherrimas. Tiaram Pontificialem, margaritis intextam, tres partes *Vincentii* ſpeculi Hiſtorialis, cæteros omoes theſauros *Euſtachio* fratri germano, Caſtellano *Radomienſi* reliquit. Murauit ex cocto latere Capellam in Eccleſia *Gneſnenſi*, in parte ſeptemtrionali, & eandem de bonis menſæ Archiepiſcopalis dotauit.

Ioanni Gruſczynski Epiſcopo Cracouienſi tum primum literæ ſacræ Roma allata.

Ioannes Gruſczynski Cracouienſis Epiſcopus, etſi dudum, videlicet ſexta menſis Iunii die, anni præcedentis, in *Cracouienſem* ſedem, *Iacobo Siennenski* cedente, fuiſſet pronunciatus: propter tardam tamen literarum Sacræ expeditinnem, non niſi vigeſima menſis Martii die *Craconiam* adueniens, honore proceſſionum omnium exceptus, ſe Epiſcopum *Cracouienſem* gerere cæpit.

Cui Ioannes Lutbkouis ſuccedens in Epiſcopum Wladislauienſem conſecratur.

Ioannes Lutbkonu de *Brzezye*, in eadem ſexta Iunii die, in Epiſcopum *Wladislauienſem* promotus, die Dominico Lætare, quæ fuit, quarta menſis Martii, in Epiſcopum apud Eccleſiam ſanctæ *Mariæ Lancicienſem*, per *Andream Bninski* Epiſcopum *Poſnanienſem* conſecratus, ſedem ſuam *Wladislauienſem* ex tunc obtinuit.

In Conuentu Korczinenſi Caſimirus Rex, expeditionem bellicam in Pruſſia anſea decretam, retractat, & pro ſalariandis militibus ſertones imponit.

Moratus aliquot diebus, *Caſimirus Poloniæ* Rex, apud *Cracouiam*, in nouam ciuitatem *Korczyn* tranſiens. Conuentum illic terrarum *Cracouienſis*, *Sandomirienſis* & *Ruſſia*, die Dominico ante feſtum Sanctorum *Philippi* & *Iacobi* Apoſtolorum, diebus aliquot tenuit. Vbi expeditionem generalem, quæ in *Pruſſiam*, fuit dudum, in generali *Pyotrcouienſi* Diæta decreta, retractat: quoniam grauis nimis & oneroſa, pro ea æſtate cenſebatur. Fertonesque per vniuerſum Regnum, laneis, molendinis, ad ſoluendum mercenarios milites, apud *Pruſſiam* militantes, impoſiti. Moleſta plurimum ea retractatio, & conſiliariis, *maioris Poloniæ*, & militibus, ciuibusque *Pruſſiæ* videbatur, quoniam bellum per illam trahi, quod ea finitum iri ſperauerant, querebantur. Ex nouæ Ciuitatis conuentu. *Caſimirus* Rex *Cracouiam* reuertens, metus nonnullos ex *Morauia*, & *Pannonia* gliſcentes, quos nonnulli latrunculi ſuſcitare moliebantur, compeſcuit. Sub cuius præſentia frequens cruceſignatorum numerus, duntaxat ex terris Dominiorum ſuorum congregatus ad duodecim æſtimatus millia, pulcherrimo armorum apparatu in *Turcorum* exterminium *Cracouia* proceſſit.

Caſimiro Regi filia naſcitur.

Regina *Eliſabeth* Conſors *Caſimiri Poloniæ* Regis, ſexta die menſis Maii, hora prima noctis filiam effudit. Quæ die ſolis quarta decima menſis Iunii in *Cracouienſi* Eccleſia, per *Ioannem Cracouienſem* Epiſcopum baptiſata. *Zophia* nomen accepit. Ludi deinde in decus nouæ filiæ habiti, & præmia victoribus propoſita, atque data ſunt.

Caſimirus Rex de rebus Prutbenicis conſilium capit.

Vigeſima menſis Iunii die, *Caſimirus Poloniæ* Rex, *Cracouia* ſollicitantibus illum *maioris Poloniæ* Conſiliariis, egreſſus, celeri curſu per *Miechow*, *Pyotrcouiam* & *Lanciciam* peruenit, in *Colo*, & die Dominico ſancti *Ioannis* Bapiſtæ, Conuentum habuit, expeditionem contra *Pruſſiam*, ſaltem ex militibus terrarum *maioris Poloniæ*, inſtauraturus. Sed cum illi quoque propter *Cracouienſium* militum abſentiam, ſumere arma detrectarent, fertones æque terris eorum impoſiti, ſancitumque, *vt Rex, eo anno, bellum contra Cruciferos, tantummodo per Aulicos, & mercenarios milites agat.* Ea autem belli in eum annum dilatio, militares, & Ciues *Prutbenicos*, grandi moleſtia perculit, ingeminabanturque per nonnullos detrectatores murmura, *quod ignauia, imperitiaque Polonorum, res Prutbenicæ ſegniter, ridiculoſeque gererentur, ſuſtinerentque potius bellum quam inferrent.* Ex *Colo* Rex diſcedens, peruenit in *Brzeſczye*. Vbi vsque ad diem Lunæ, poſt feſtum exaltationis ſanctæ Crucis, quæ fuit decima ſeptima menſis ſeptembris dies, ſub frequentia Conſiliariorum, ſecum illic morantium ſtetit, prouidendo rebus *Prutbenicis*, quæ armis, & arbitrio agebantur. Iam ſiquidem Epiſcopus *Lubucenſis*, *Arnoldus* cum duobus Canonicis ſuæ *Lubucenſis* eccleſiæ, videlicet *Alberto* de *Rechen*, *Coſtocenſe*, *Alberto Gromendnik Ripenſe*, Archidiaconis. Item Ciues de *Lubeg*, *Henricus Kaſtborp*, Proconſul, *Henricus Liperode*, Camerarius, & *Henricus Hachten* Legum Doctor, Conſules *Lubucenſes*, Ciues de *Lubeg*, in quos tam à Rege *Poloniæ Caſimiro*, quam à Cruciferis compromiſſum fuit, pacem tractaturi, licet tardius, quam pro prima die menſis Maii, quemadmodum conſtitutum fuerat, aduenerant in *Thorun* ex *Gdansk*, itinere terreſtri vecti, dum illic claſſe adnauigaſſent. Traxerant inſuper ſecum quinque aliarum ciuitatum de *Anſa*, videlicet de *Coſtok*, de *Viſſnar*, de *Luneburg*, de *Riga*, & de *Darbath*, conſules, videlicet *Stephanum Slorff*, *Coſthocenſem*, *Vlricum Malchin Viſſnarienſem*, *Conradum Schelepepar Lunenburgenſem*, *Ioannem Stolmp*, & *Conradum Barthiman*, *Rigenſes*, *Gothfridum Vanſchede*, & *Henricum Beringhow Darbatenſes*, Conſules, faciliorem conſumationem pacis rati, ſi illorum quoque præſentia adiuuarentur.

tandem aduenientibus Ciuibus Lubucenſibus arbitris vtrinque aſſumptis

Et quamuis præfati *Lubucenſes* Arbitri, ad conſtitutam diem, primam videlicet menſis Maii, venire *Bidgoſthiam* neglexiſſent, Regiis Conſiliariis præſentibus, & tempeſtiue venientibus, delatum tamen fuit eorum conditioni. Crucifera tamen pars, plurimum culpata & carpta, quæ nec miſerat, nec venerat. Oſtenſurus autem *Caſimirus* Rex, clariſſimam ſuam iuſtitiam, coram præfatis *Lubucenſibus* arbitris, duos Doctores, *Ioannem* de *Dobrowka*, Canonicum ſancti *Floriani*, & *Iacobum* de *Schadek*, *Sandomirienſem* Canonicum, item

Ioan

1464. *Ioannem Dlugoſch* ſeniorem, Canonicum *Cracouienſem* tranſmiſit. Miſit & Conſiliarios, *Ioannem Wladislauienſem* Epiſcopum, Regni *Polonia* Vicecancellarium, *Lucam* de *Gorka Poſnauienſem*, *Stanislaum* de *Oſtrorog*, *Caliſienſem*, *Sandiuogium* de *Lanſchenicze*, *Siradienſem*, *Petrum* de *Oporow Lanciciensem*, *Nicolaum* de *Koſczyeliecz*, *Brzeſtenſem*, *Ioannem* de *Koſczyelyecz Iunivladislauienſem*, *Stiborium* de *Bayſſen*, *Elbingenſem*, & *Pruſſia* Gubernatorem, *Gabrielem* de *Bayſſen*, *Chelmenſem*, Palatinos, *Hinczam* de *Rogow Sandomirienſem*, *Nicolaum* de *Czarnkow Gneſnenſem*, Caſtellanos. Item militares *Pruſia Otham Mahuicz*, *Mathiam Tolbk*, *Nicolaum Pilawski*, *Nicolaum Dzyalowski*. Item Magiſtros Ciuium, & Conſules trium Ciuitatum, videlicet *Conradum Thendek*, *Rudigerum* de *Birgen*, *Mathiam Theſchnar*, & *Ioannem Kowſchen*, *Thorunenſes*. Item *Auguſtinum Tirgarth*, Plebanum *Gdanenſem*, Licentiatum in decretis, *Reynoldum Nideroff*, *Ioannem Mandeburg*, *Ioannem Angerinum*, *Ioannem Lindow*, *Gdanenſes*, item, *Ioannem Vedler*, & *Henricum Bilanth*, *Elbingenſes*, pacem ordinaturos, & ſub æquis conditionibus pacem perpetuam concluſuros. *Pruſſiæ* quoque Magiſter, *Ludouicus* de *Herlychhauſſen*, ſuos Conſiliarios mittendum curauit; videlicet *Iodocum* Epiſcopum *Oſilienſem* ex *Liuonia*, ordine Crucifericum, *Henricum Riewſche*, de *Plawen*, olim *Elbingenſem* Commendatorem, *Gothardum Mollingrade*, Marſchalcum *Liuonia*, *Georgium* Comitem *Hennebergenſem*, *Andream Peper*, Decanum *Derbathenſem*, *Ioannem Vmbeler*, *Nicolaum Thechant*, Decanum *Pomeſanienſem*, Decretorum Doctores, *Vilhelmum* de *Eppingyen Oſtherodenſem*, *Vihelmum Schumdil*, *Oſtherodenſem* io *Liuonia* Commendatores, *Henricum* de *Kinsberg Gilauienſem*, *Ludouicum* de *Helbin Lubauienſem* Tenutarios, *Georgium Stemboltli*, *Nicolaum Cromer*, antiquæ Ciuitatis *Kinsberg*, item *Ioannem Veltuſſen*, & *Henricum* de *Richnern*, Ciuitatis *Reualienſis*, de *Liuonia* Conſules. Partibus itaque prædictis, apud *Thorun* conuenientibus, propoſitio primum pro parte *Caſimiri* Regis, & Regni *Polonia* coram Arbitris, per organum vnius ex Doctoribus, *Iacobi* de *Schadek*, ſub præſentia omnium Conſiliariorum Regiorum, die Martis, tertia menſis Iulii, in prætorio *Thorunenſi*, facta eſt: in quindecim articulos diuiſa. Quorum primus continebat, *quod terra Pomerania, Culmenſis, & Michalonienſis locata, & poſſeſſa ſunt, per linguam, & genus Polonicum, quod Ciuitatibus, montibus, fluuiis, & locis nomina impoſuit, priusquam Ordo Crucifericus eſſet in rerum natura.* Secundus *quod terras prædictas, primus parens, & princeps Polonorum Lech, & ſui nepotes, in plurimas ætates populauit, & poſſedit, & terra prædicta fuerunt ſemper ſub Monarchia Polonica.* Tertius *quod terræ prædicta, & terra Pruſſia, ſita & locata ſunt intra limites Monarchia, & Regni Polonia.* Quartus, *quod* A *Reges & Principes Polonia, poſſidebant terras prædictas vsque ad tempus ſpolii, cum omni Dominio, mero & mixto creando, & conferendo officia & Magiſtratus.* Quintus, *quod Reges & Principes Polonia, fundauerunt in terris prædictis, Eccleſias Cathedrales, & Collegiatas, Conuentuales, & Parochiales, videlicet Wladislauienſem, Chelmenſem, Camenenſem, & plum Monaſteria, de quo habentur originalia Priuilegia.* Sextus, *quod omnes terra prædicta, ſoluunt denarium ſancti Petri, quemadmodum catera terra, ſub Monarchia Regni Polonia conſtituta.* Septimus & octauus, *quod de terris prædictis Magiſter, & Ordo Crucifericus per violentiam ſpoliauit Regem & Regnum Polonia.* Nonus, & Decimus, *quod autho-* B *ritate duorum Summorum Pontificum, videlicet Ioannis vigeſimi ſecundi, & Benedicti duodecimi, lata ſunt, dua ſententia diffinitiua, qua in iudicatam rem tranſiuerunt, per iudices Apoſtolicos, quibus terra prædicta, Regi & Regno Polonia adiudicantur.* Vndecimus, *quod Pruſſia terra, & terra maritima, eidem adhærentes, intra fines Regni Polonia conſiſtebant, & eidem Regno pendebant datias, ſeruitia & tributa.* Duodecimus, *quod Magiſter Crucifericus, occupata terra Pruſſia, non ſolum recuſauit ſoluere ſolita tributa, ſed etiam Regnum Polonia, & per ſe & mercenarios milites vaſtabat, eo præſertim tempo-* C *re, dum Rex Polonia, bellis, contra barbaros ſusceptis, occupabatur.* Tredecimus, *quod milites & Ciues, & quique ſubditi terrarum prædictarum, non valentes ferre tyrannicum, ſuperbum & vſurpatum Imperium Magiſtri, & ſui Ordinis, redierunt ad legitimum, & naturale, Diuino & humano iure, authoritatem illis ſubminiſtrante.* Quartus decimus, *quod Magiſter Crucifericus, modernus Ludouicus de Herlichhauſen, ſubditos terrarum prædictarum in ditionem iuſtam, & naturalem reuerſos, multipliciter bellis vexauit, & impugnauit, Regemque Polonia, in poſſeſſione terrarum prædictarum impediuit.* Quintus decimus, *quod ius vetus, & originarium, quod Rex Polonia in terra Pruſſia habuit, auctum, & illu-* D *ſtratum, apud Stipendiarios Magiſtri, & Ordinis Cruciferorum plenam ad vendendum poteſtatem, à Magiſtro & Ordine conceſſam habentes, pro quadringentis ſexagenis latorum groſſorum millibus, auro & argento parato, emit & comparauit ipſaque emptione tam alti precii, ius ſibi legitimum quæſiuit.* Reſponſum fuit poſt triduum articulis Regiis, per Crucifericam partem, ſed debiliter & languide. Nonnulli quoque articuli, pro parte Magiſtri & Ordinis propoſiti. Sed per Doctores & procuratores Regios, intra triduum aliud, ſolennes replicationes, quæ & reſponſa Cruciferorum confutabant, & articulos, reproductæ ſunt. Quo

In Thorun iudicio arbitrario cum Cruciferis de Pruſſia contendit.

1464

Quo facto, rogatu Arbitrorum, omiſſis exceptionibus, & replicationibus partis vtriusque, ad pacis tractatum, deſcenſum eſt. Vno quoque menſe, & dimidio ad conficiendum, ſuper æquis conditionibus, ab Arbitris laboratum, adeo varia ſpe partem vtramque peruadente, vt ſe nonnunquam pacificandas, nonnunquam in arma retrudendas, exiſtimarent.

Cauſa quibꝰ tractatio pacis per Lubucenſes arbitros, vtrinꝗ; aſſumptos inter Regem, & Regnum Poloniæ ac Magiſtrum & Ordinem Crucifericũ conſiſtenda, diſſipata ſit.

Valuiſſent tam longi pro pace tractatus, partis vtriusque pectoribus, quam maxime in illam inclinatis, quoniam & *Caſimirus* Rex *Poloniæ* & ſui omnes, *ſeruandum non delendum Ordinem Crucifericum, & terras Pruſſiæ inferiores, Elbingenſe tamen & Marienburgenſe Caſtro, cum ſuis diſtrictibus, & pertinentiis exceptis, Ordini relinquendas* annuebant, pars quoque Crucifericа, *terris Pomerania, Chelmenſi, Michaloniensi & Elbingenſi, cum ſuis Diſtrictibus, perpetuo cedere & renunciare. Caſtrum vero Marienborg, cum ſuis Diſtrictibus, in Regia tenuta & poteſtate, in annos triginta conſiſtere, vt ſub illis, iure vel concordia, cui cederet perpetuo, ordinaretur*, conſentiebat. Verum Principes *Almaniæ*, & ſignanter *Fridericus* Marchio *Brandeburgenſis*, cum germanis ſuis, *Alberto* & *Ioanne*, item Marchiones *Mißnenſes*, bili & liuore exagitati, quod pax *Prutbenica*, per *Lubucenſes*, eis neglectis, confici deberet, frequentibus Nunciis Cruciferos, qui pacem apud *Thorun* tractabant, monebant, *ne in dedecus & opprobrium omnium Almaniæ Principum conſumari pacem per Arbitros Lubucenſes, conſentirent. Almaniæ potius Principibus hunc honorem reſeruarent. Si ſecus agerent, pro iniuſta ignominia notam, ſcirent ſe per Principes Almaniæ, ex vniuerſis locis, & domibus Almaniæ exterminandos.* Accedebat & Ciuitatis *Thorunenſis* repromiſſa, per nonnullos Ciues, eius proditio, quam *Henricus Plawienski*, clandeſtina pactione, manendo in *Thorun* confecerat. Cuius ſpes adeo illum mulcebat, vt *Thorunenſi* Ciuitate in ſuam ditionem redacta, facile ſe totam *Pruſſiam* recuperaturum exiſtimaret. Iniectæ inſuper fuerunt duæ conditiones, vna per partem Regiam, altera per partem Crucifericam. Nam & Rex *Poloniæ* cum ſuis, non aliter pacem perpetuam, volebat concludi, niſi *vt Magiſter & Ordo Crucifericus, in terris Pruſſiæ, perpetuo fierent, Regi & Regno Poloniæ homagiales & ſubiecti:* aſſerens *non aliter pacem poſſe mutuam conſiſtere futuram.* Et Magiſter & Ordo depoſcebant, *vt Caſimirus Poloniæ Rex, omnibus his, qui apud Ordinem, per annos vndecim militauerant, ſtipendiariis duntaxat eis, qui præſidia munitionum, quæ in partem Regis cederent obſeruabant, ſtipendium, & plures milliones aſcenſurum perſolueret:* aſſerens *ſe ad ſoluendum inopem eſſe.* Vtraque itaque parte alterius poſtulata abhorrente, Principibus inſuper *Almaniæ* impedimentum, quod retuli, inicientibus: re infecta poſt multos ſumptus, fatigas, & labores, non ſine *Lubucenſium* grandi ſtomachatione, & acerbitate, qui ſibi gloriam, & meritum finiendi *Prutbenici* per Arbitrium ſuum, belli, ereptum iri dolebant, ex *Thorun* diſceſſum eſt. In ipſo autem diſceſſionis articulo, produxerunt *Lubucenſes* quatuor, *Wladislai* primi, *Poloniæ* Regis, literas originales, primam *Samborii*, ſecundam *Meſthwini*, Ducum *Pomeraniæ*, tertiam *Przemislai* primi Ducis & poſtea Regis *Poloniæ*, quartam *Wladislai* primi, *Poloniæ* Regis, quibus in Ciuitate *Gdansk* ædam *Lubucenſi* ciuitati, multis nobilitatam libertatibus, habere, & per totam *Pomeraniam*, liberos eos, a teloneis quibuslibet, concedunt, petentes illas confirmari. Quæ exhibitio, iuſtiſſimam habere Regem cauſam, iuſtiſſimumque bellum, monſtrauit. Itaque etſi tunc pax perpetua prouenire occulto Dei iudicio, non potuit: ex deductione tamen iuſtitiæ Regiæ, & ex literis per *Lubucenſes* exhibitis, omnium militarium & Ciuium *Pruſſiæ* animi, in fide confirmati. Clariſſime quoque tunc cognitum, & intellectum eſt, tam à propriis, quam à forenſibus, *Pomeraniæ* terras, veteres Regum & Principum *Poloniæ* terras, & per iniquitatem & iniuſtitiam à Cruciferis occupatas fuiſſe. Id ne cui videatur Incredibile, & memoriæ poſſit ſuccurrere, eas copias veras, ex originalibus ſumptas, huic operi noſtro ſuperius inſeruimus.

Pace infecta Caſimirus Rex ad obſidendum oppidum Nowe peditatum, Duce Thomkone tranſmittit, qui ab hoſtibus ob paucitatem ſuorum confligitur.

Diſſipato pacis tractatu, *Lubucenſes* per vndas, & pelagus in *Lubek*, quam grauiſſima Epidimia conſtrictam, & omnes pene ſuos reperierunt extinctos. *Caſimirus Poloniæ* Rex, apud *Brzeſczye* agens, ſpe pacis omiſſa, omnem curam ad belli apparatum intendit, & virum maioris animi, quam conſilii *Thomkonem*, ad obſidendum oppidum *Nowe*, cum peditatu tranſmiſit. Sed cum is, iniuſſu Regis, equitatu, qui ex *Gnyew*, & ex aliis locis, ſub ductu *Petri Dunin*, Succamerarii *Sandomirienſis*, venturus prope horam erat, non expectato ſabbato, vigeſima octaua Menſis Iulii, circumuallatur, hoſtes, ſua paucitate viſa, ex omnibus præſidiis glomerati, poſt triduum, in illum à tergo, & à fronte irruunt, & multitudine freti, facile illum & ſuos profligunt, & fugere ignominioſe compellunt. Centum & amplius fuere gladio, & vndis deſiderati, quoniam hoſtes, etiam ætatem infimam, pueros videlicet, quibus barbarus parcere conſueuit, trucidabant. Proueniſſet amplior in peditatu Regio clades, ſed naues Regiæ in *Vuiſla* ſtantes, ſeruauerunt reliquias. Fuit *Thomek* ipſe, de hoſtili inuaſione tempeſtiue auiſatus. Sed tamen agens, & hoſtilem manum nihili pendens, Cladem ipſam, quam hoſtes pro ſumma vulgauerant, victoria admiſit.

In eadem vigeſima octaua, menſis Iulii, die

Adam

1464.

Adam Vilkanovvski, Tenutarius Caſtri Sadlovv, ex Maſonia prædam ducentes ſternit. Caſimirus vero Rex

Adam Vilkanovvski, Tenutarius Regius io *Nidborg* cum gentibus Regiis, ex præſidiis *Sarnovv* & *Nidborg* deductis. *Ioannem Skop*, & A *Limbacher*, tenntarios Caſtri *Sadlovv*, magnam prædam ex *Maſonia* ducentes, ante Caſtrum *Sadlovv* profligauit. Et pluribus cæſis, cæteros cæpit, & fugere compulit. Cladem autem ſui peditatus, apud *Novve* acceptam, *Caſimirus* Rex correcturus, (prædictum enim oppidum, quod ſe per fraudem contribuerat hoſtibus, primum placebat, aggredi, vt nauigatio *Vulæ*, qui prope fluit mænia, eſſet libera Regiis, hoſtibus vero inhibita, Faciliusque hoſtes, ad pacem cogi poſſent, dum non ſupereſſet locus, circa quem tuto poſſent *Vulam* traücere, in propinquo extabat copia materiæ, ad extruendos aggeres, & cætera opera) *Petrum Dunin*, Succamerarium *Sandomirienſem*, cum mercenariis, & *Pruthenicis* B militibus. *Ioannem* vero *Synovviecz* de *Koczins*, & *Paulum Iaſyenski*, cum Aulicis, ad obſidendum *Novve* transmittit. Itaqne oppidum *Novve* a *Petro Dunin*, ſexta die menſis Auguſti, ab Aulicis vero Regiis tredecima, obſideri cæptum eſt, & proceſſu temporis, turribus ſeu baſtis ac ſepibus in circuitum coanguſtatum. Et licet hoſtes, plures principes, pro ſerendo gentium ſubſidio ſolicitaſſent, nec impetrare quicquam valuiſſent, licet inſuper ex omnibus præſidiis peditatu, & equiratu deducto, qualiter obſidionem *Novve*, item obſidionem *Puczki*, quæ & ipſa a *Gdanenſibus*, terra, & mari, tota illa æſtate, obſidebatur, item obſidionem Caſtri *Sadlovv*, quod a *Conrado Maſomia* Duce, & C gente ſua, decima octaua die menſis Septembris, obſideri cæptum eſt ſoluerent, varios tractatus detorquerent: viribus tamen ſuæ & Regiæ partis penſatis, non ſe maniſeſto committere periculo, ſed ex inſidiis laceſſere obſidentes, cenſuerunt.

Petrum Dunin cum mercenariis & Pruthenicis militibus, ac aulicis ſuis ad obſidendum denuo Novve transmittit,

Tractatus de pace nequicquam reintegratur.

Inſtabant poſt hæc *Henricus* de *Plavven* & alii Cruciferi ſolicitabantque magna inſtantia militares, & Ciues *Pruſſiæ*, vt pacis tractatus reſumeretur, quoniam & a ſtipendiariis & ſubditis ſuæ partis increpati, quod pacem in *Thorun*, ſub cooditionibus per Regem oblatis, non acceptaſſent, de periculo ſtatus ſui, formidabant. Denunci- D antibus eis & ſubditis, ſe, etiam ipſis renitentibus, & inuitis, pacem confecturos. Miſſus ob id & ob alias res, cum *Gdanenſibus* conficiendas, fuit in *Gdansk Ioannes Dlugoſch*, Canonicus *Craconienſis*, & Conuentum cum Gubernatore *Pruſſiæ*, & *Gdanenſibus*, *Elbingenſibus* ac *Thorunenſibus*, apud *Marienborg* aliquot diebus tenuit. Verum quia loca illa peſtis grauis inuaſerat, diſcedere cæpto irrito, coactus eſt. Habiti poſtea fuerunt, & apud Schtum, & in campo prope *Marienborg*, de pace concludenda tractatus. Cruciferis in conditiones, quæ eis apud *Thorun* offerebantur devouentibus ſe conſenſuros. Propter quod de-

Hiſtor. Polon. Lib. XIII,

poſcebatur Rex, vt in *Marienborg* de latere ſuos Conſiliarios, pacem tractaturos, transmitteret; Peſte tamen dietim apud *Pruſſiam* inualeſcente, & plures abſumente mortales, neque placitare de pace, neque aliquem mitti ad notorium periculum, placuit.

1464.

Capitulum Gneſnenſe Ioannem Gruſzinski Epiſcopum Cracovienſem R. P. Cancellarium Archiepiſcopum eligit.

Gneſnenſes Capitulares, tertia die menſis Iulii, adueniente ad eligendum nouum Antiſtitem, *Ioannem Gruſzynski*, Epiſcopum *Cracouienſem*, & Regni *Poloniæ* Cancellarium, pro quo *Caſimirus Poloniæ* Rex, literis & Nunciis, videlicet *Nicolao Skora* Caſtellano *Caliſſienſe*, & *Emerico* de *Oporovv* Cantore *Wladislauienſi*, & vtriusque iuris Doctore, intercedebat, concorditer poſtularunt. Quam poſtulationem Rex, petentibus illum apud *Brzeſczye* Capitularibus, admiſit, & *Ioannem Luthkonis* Epiſcopum *Wladislauienſem*, & Regni *Poloniæ* Viceecancellarium, ad *Cracouienſem*. *Iacobum* vero de *Syenno*, olim *Cracouienſem* Epiſcopum ad *Wladislauienſem*, Eccleſias nominauit. *Conrado Maſouia* Duce, cum genitrice ſua *Barbara*, pro die ſancti *Bartholomei*, & Conrado nigro *Olyeſchnicenſi* Duce, pro feſto Natiuitatis ſanctæ *Mariæ*, in *Brzeſczye*, ad *Caſimirum* Regem venientibus, & pro ſe *Belzenſem*, *Goſthinenſem*, & *Ravvenſem*, terras expetentibus, dum res amicabili compoſitione tranſigi non poſſet, in Diætam *Pyotrcouienſem* pro die ſanctæ *Hedwigis* eſt dilata.

Rex vero Ioannem Luthkonis Epiſcopum Wladislauienſem Vicecancellarium Regni, Cracouienſem, & Iacobum de Sienno olim Epiſcopum Cracouienſem ad Wladislauienſem eccleſias, nominat epiſcopos.

Paulus Grabovvski in Epiſcopum Chelmenſem conſecratur.

Vigeſima nona Menſis Iulii, die Solis, in *Brzeſczye Cuiauienſi*, *Paulus Grabovvski*, ad eccleſiam *Chelmenſem* confirmatus per *Ioannem Cracouienſem* Epiſcopum conſecratur, in eccleſia parochiali *Brzeſienſi*, Nobilis de domo & ſtirpe *Povvala*. Qui propter tenuitatem Epiſcopatus, eccleſiam Parochialem, in *Cuiauienſi Brzeſczye*, vsque ad mortem, diſpenſante ſecum ſummo Pontifice *Pio* ſecundo, qui illum ad petitionem, & nominationem *Caſimiri Poloniæ* Regis in Pontificatum, promouerat, detinebat.

Pio ſecundo Papa mortuo,

Pius Papa ſecundus, dum in *Ancona* ageret, quam de menſe Iulio proſecuturos expeditionem & paſſagium contra *Turcam*, intrauerat, quarta decima menſis Auguſti, moritur, & relatus *Romam* in eccleſia ſancti *Petri* ſepelitur: dum annos ſex in ſummo Pontificio exegiſſet. In cuius locum, Cardinales conclaue apud ſanctum *Petrum* ingreſſi, *Petrum* tituli ſancti *Marci*, Præsbiterum Cardinalem genere *Venetum*, *Eugenii* olim quarti ex ſorore nepotem, vnanimiter Papam eligunt; qui *Paulus* ſecundus appellatus eſt, in die Exaltationis ſanctæ Crucis, in eccleſia ſancti *Petri* conſecratus.

Paulus ſecundus ſuccedit.

Serpente dietim in Oppidum *Brzeſczye* infectione. *Caſimirus Poloniæ* Rex inde diſcedens, *Clodauam* venit. Vbi cum Regina *Eliſabeth*

ali-

1464. aliquot hebdomadis, immoratus, per *Lanciciam* in *Pyotrkovv*, in die ſanctæ *Hedwigis* aduenit. Vbi & Diætam generalem, diebus quindecim tenuit: ſub quibus negotium, Ducatum *Maſouiæ* contingens, tam cum *Conrado Varſchouienſe*, quam *Conrado Olyeſchnuenſe* Ducibus, qui ambo perſonaliter aduenerant, ventilatum eſt. Poſt plurimos autem tractatus, in ea ipſa re interpoſitos, dum cauſa tranſactione amicabili, quæ frequentius tentata eſt, conſumari nequiret, tranſactio vero iudicialis, pluſimis dura & moleſta videretur, bellum etiam domeſticum, quod proprio Principi, ſi pro Rege & Regno pronunciatum foret, in expugnationem Caſtri & Ciuitatis *Plocenſis*, mouendum foret ſecum trahens. Cum *Conrado* quidem *Varſchouienſe*, in Diætam vsque aliam generalem cum *Conrado* vero *Olyeſtinuenſe*, ad feB ſtum Pentecoſtes, dilatione ſuſpenſa eſt. Ad quam etiam faciendam peſtis impellebat, in pluribus locis, *maioris Poloniæ*, videlicet *Poſnaniæ*, *Varſchouiæ*, & aliis circumiacentibus, ferociter ſæuiens, in *Pyotrcouienſi* vero oppido, iam tunc aliquantulum gliſcens, ex aduentu tam nonnullorum Conſiliariorum, ex locis infectis Conuenientium, quam Curienſium, ex obſidione oppidi *Novve* redeuntium: Vbi peſtis valida, quæ terras, *Pomeraniæ*, *Culmenſem*, & *Pruſſiæ* premebat, illos vexauerat. Sed nec conſultum videbatur, plurima bella aſſumere, *Pruthenico* bello nondum quierato, quod peſte Epidimica, quæ regionem illam eo anno ſatis dire affligebat, non obſtante, aſſidue gerebaC tur, Oppidique *Novve*, Aulicis Regiis diſcedentibus, dum illud baſtis & ſepibus coanguſtiaſſent, per gentes Regis mercenarias, quarum *Tomyecz*, & *Gotbardus* fuerunt capita, continuabatur obſidio. Oppidi vero *Puczki*, quod per *Gdanenſes* viginti ſex hebdomadis, iteni fortalicii *Sadlovv*, quod a duce *Conrado Varſchouienſe*, & nonnullis Regiis gentibus, ſibi adiunctis, obſidebatur, votiua expugnatio prouenerat per deditionem.

Oppidi Novve continuatur per Polonos obſidio. Puczki vero & Sadlovv Caſtra deduntur.

Ex *Pyotrcouienſe* Diæta, in aliam *Parczouienſem* pro die ſancti *Martini* tenendam, cum Baronibus *Lithuaniæ* itum eſt. Ad quam etſi *Caſimirus Poloniæ* Rex, in frequenti Conſiliariorum, tam eccleſiaſticorum quam ſecularium nuD mero aduenisset. *Lithuani* tamen, qui & ipſi in *Brzeſczy Ruteniale* aduenerant, venire in *Parczovv* detrectantibus, apud Villagium *Lomazy*, partialis quidam Conuentus, vtrorumque Conſiliariorum, Rege *Caſimiro* præſente habitus eſt. In quo, cum nihil omnino, de terris *Podoliæ*, & terra *Lucenſi*, quarum alteram *Lithuani*, alteram *Poloni* ſuam iure affirmabant, agi poſſet, cum propter loci ineptiam, tum propter aeris intemperiem, res in annum vnum dilata eſt. Rex quoque *Caſimirus*, cum Conſorte ſua *Eliſabeth* Regina, proceſſit in *Lithuaniam*: liberiorem illic acturus incolatum, cum tamen & *Vilnam*, peſtifer aër, contagione vnius chlamidis, ex *Liuonia*, quæ & ipſa peſte premebatur, delatus, inuaſerat. 1464.

Dum Poloni & Lithuani altercationibus tempus terunt.

Sub eo autem *Parczo*A *vienſis* Diætæ tempore, *Henricus Plavvyenski*, cum nonnullis armigeris partis ſuæ adunatus, clam noctu reuerſus *Thorun*, Ciuitatem intercepturus, aduenerat, & per eam partem, quæ inſuſpicabilis fuerat, a parte videlicet meridionali, verſus *Nyeſchouiam*, vbi Piſcatorum conſiſtunt domicilia, antemuralibus impune & latenter, vt etiam omnes vigiles falleret, tranſcenſis, ſcalas ad principaliores muros ceperat applicare. Deuentura res videbatur, in magnum diſcrimen, niſi interim tempus diluculi, ſuperueniens, inſidias, quæ Ciuitati imminebant, detexiſſet. Quorum magnitudine vigiles commoti, denunciato periculo, Ciuitatem vniuerſam commouerunt in arma. Hoſtes B quoque vigilantium & pulſantium deterriti rumore, diſcedere, cepto irrito, & fugere ſcalis relictis, coacti ſunt. Maior tamen, quam pro numero trepidatio, apud *Thorunenſes* fuit, paucis admodum ad repellendum hoſtes inſiſtentibus, reliquis vero metu compreſſis, iam iamque ſpectantibus in fugam, nonnullis in abſconſionem. Poſt paucos denique dies, dum hoſtibus Oppidi *Thorunenſis* tentata interceptio, parum proſpere ceſſiſſet. Caſtrum *Czarnoſchin* in *Maſouia*, quod per gentes *Conradi Varſchouienſis* Ducis, improuide ſeruabatur, intercipiunt. Quod illico a gentibus eiuſdem Ducis, ne victualibus reſici poſſet, obſidione vallatum eſt. Obſeſſi autem periculum CapiC tis, ſi arx conquireretur veriti, arcem, vitam tantummodo pacti, & fortunas dedunt.

Thorunium pene in manus hoſtium venit,

& Caſtrum Czarnoſchin perditum, rurſus hoſtibus eripitur.

Quarto decimo Calendas Nouembris, alias decima nona menſis Octobris, nouus ſummus Pontifex *Paulus* ſecundus, *Caſimiri Poloniæ* Regis literis & Nunciis pulſatus, *Ioanni Gruſczinski* Epiſcopo *Cracouienſi* de *Gneſnenſe* Eccleſia, ad quam fuit conformiter poſtulatus, prouidet. *Ioannem* vero *Luthkonis Wladislauienſem* Epiſcopum ad *Cracouienſem* eccleſiam transfert. *Iacobum* autem de *Syenno* in vniuerſali eccleſia, Epiſcopum, ad *Wladislauienſem* Eccleſiam promouet, beneficiis, quæ obtinebat, videlicet Præpoſitura *Gneſnenſi* & *Cracouienſi*, in ampliorem prouiſionem, ſibi reſeruatis. SeD dit autem *Ioannes Gruſczinski*, in *Cracouienſi* Eccleſia, anno vno, menſibus quatuor, diebus vndecim. Quem tum primum ingens pœnitudo habuit, quod propter paucorum dierum, quibus in *Cracouienſi* eccleſia præfuit, acceſſionem, longam litem & periculoſam, pluribusque perniciosam, texuiſſet. In cuius locum *Ioannes Luthkonis* ſuccedens, die Veneris, ſeptima menſis Decembris, *Cracouiæ*, omnium Eccleſiarum proceſſionis, honore exceptus eſt. Nobilis de Domo *Doliwa*, & Villa *Brzezye*, prope *Caliſch* ſita, ex patre *Luthkone*, iudice *Caliſſienſi*, & matre *Dorothea*.

Papa Ioanni Gruſczinski Epiſcopo Cracouienſi Archiepiſcopatu Gneſnenſe prouidet, & Ioannem Luthkonis Wladislauienſem, ad Cracouienſem transfert. Iacobum vero de Syenno promouet ad Wladislauienſem.

Quinta menſis Nouembris die *Margaretha*, filia *Vincentii* de *Schamotuli* Caſtellani *Myedzir-*

Schamotulska vxor Ratiboriensis

1464.

Cucis moritur.

zirzenſis, *Caſimiri Maſouia* Ducis primum, deinde *Vincentii*, *Rathiborienſis* Ducis relicta, in *Rathibor* moritur, & in Monaſterio San-A ctimonialium Ordinis Prædicatorum ſepelitur.

Caſimirus Rex iniuriam a Gubernatore Hungariæ illatam contemnit:

Grandem iniuriam, grandiaque ſpolia, *Caſimirus Poloniæ* Rex, ab *Emerico Diak* Gubernatore *Hungariæ*, eo anno paſſus, ad inferendum *Hungaris* bellum, bello grauiori *Turcorum* occupatis, pellici nulla ratione potuit, quamuis exacerbatus eſſet, quod *Scepuſienſis*, & omnis *Polonorum* Regi, ſubditus ager, diripitur, ferroque & igne, in plerisque locis vaſtaretur.

1465.

Saluatoris noſtri diem natalem, *Caſimirus Poloniæ* Rex, cum Conſorte ſua *Eliſabeth* Regina, cum diebus ſubſequentibus, apud *Grodno* tenuit; Neque enim propter peſtem, quæ graſſabatur in *Lithuania*, *Vilnenſem* Ciuita-B tem, aut alia cultiora loca, poterat adire. Ex *Grodno* autem diſcedens, in *Govvno* ſe contulit, vbi non mediocre tempus hyemis exegit. In ſextum menſem Oppidi *Novve* iam tendebatur obſidio, dum *Caſpar Noſtvvicz Sleſita* genere, & qui ſe in Oppido *Choynicza* gerebat pro præſide, ſexingentos equeſtres, & quadringentes pedeſtres, exigua mercede, ſed ampla placitatione, ex *Almania* partibus, in *Choynitzam* conducit: illic ſpondens largius donatiuum ſe præſtiturum, quatenus eorum brachio, *Novve* obſidionem tolleret. Qui ab Hyemis aſperitate, quæ ſolito rigidior prouenerat, itinerando, & arma in corporibus ferendo, vehementer violati, in *Choynitzam* peruenientes, C plures aut oppetebant mortem, aut diuturno conficiebantur languore, cæteri, quibus integrior vigor remanſerat, cognoſcentes ſe a *Caſparo Noſtbvvicz* ludificatos, remearunt ad propria. Ad quorum repreſſionem, ſi accedere obſidentes perrexiſſent, ex omnibus Regiæ partis *Pruthenicis*, partibus, vel præſidiis milites, a Ciuitate quoque *Gdansk* pedeſtrium & equeſtrium agmen, conuenerant: cum hoſtibus manum & prælium conſerturi. Obſeſſi itaque apud *Novve*, intelligentes ſuos rigore brumali confectos eſſe, plerosque diſceſſiſſe, reliquos in ſeditionem contra *Caſparum Noſthvvicz*, quod illos fefellerat, exarſiſſe, cum iam & alimoniæ inopia illos inceſſerat, & frangi D facile murum, ſi paululum aniterentur, obſidentes, arbitrabantur, die Veneris, prima menſis Februarii, Magiſtro Cruciferico *Ludouico*, nequiequam prohibente, & pollicente ſe in tempore obſeſſis laturum ſubſidium, deditionem

Oppidum Novve Polonis deditur.

ſpontaneam pacti vitam & fortunas, Capitaneis obſeſſionis, videlicet *Thomkoni*, & *Iaſſyenski*, faciunt, oppidumque tradunt. Quod extunc *Ioannes Laſſyenski*, in tenutam accepit, ſub annuo ſalario, mille ſexingentorum florenorum per *Caſimirum* Regem, quotannis dando, illud adminiſtraturus. Atque præfata die, iam Sole infuſo iuxta conuentum, cum frequenti Regio præſidio, oppidum intrauit, &

1465.

tam militibus Magiſtri Cruciferici, quorum primarii hi duo, *Ioannes Meyßnar*, & *Albertus* A *Woyth*, fuerant, quique obſidionem tolerauerant, & nonnullis oppidanis, defectionis & proditionis in Regem authoribus, periculo capitis ſe adiiciendos, præfigurantibus, in quinquaginta tribus quadrigis recedendi, verſus *Stargard*, & *Quvidzin*, licentiam permiſit.

Diſponebat poſt hæc Magiſter Crucifericus, cum aliqua ſuorum militum manu, quam ex præſidiis deduxerat, dum fluuius *Viſla*, glaciatus conſiſteret, *Zolavvam* exurere: emolimenta Caſtro *Marienborg*, & commeatus ademptu-rus. Verum intelligens gentes Regias ad *Marienborg* auxiliis etiam *Gdanenſium* auctas, conueniſſe, flagrareque decernendi ſtudio ex *noua Ciuitate* in qua conſiſtebat, remiſſis militibus B ad prædia in *Kinsberg*, retrorſum abiit. Ad deditionem autem extemplo faciendam, tam milites, quam Oppidanos de *Novv Gdanenſium* inclinauit, legatio reddens illos certiores *veniabile fore, quicquid eſſet ab his commiſſum, ſi modo in reliquum, poſitis armis, ſibi confiderent. Sin minus, ſcirent non tam ſibi, quam coniugibus, pignoribus, & quibuscunque charis ſuis, extrema, capta vel expugnata vrbe, imminere.* Ne autem ſtipendiarii Magiſtri hyemis tempus deſinere ſinerent, ſine fructu, altera vice apud *Stargard*, ſecretius quo poſſunt, conueniunt, & exinde, quoniam *Viſla* adhuc glaciatus erat, minorem *Zolauam*, quæ a *Gdanenſibus*, pro Rege tenebatur ingreſſi, illam pro maiori parte exurunt, C frumenta, pecora, victualia & ſingula, quæ raptim congerere poterant, prædam in *Stargard* inferunt: Obſidionis quam ſibi propediem a gentibus Regiis imminere formidabant, difficultates & moleſtias facilius, prouiſi tot commeatibus, toleraturi.

Cruciferici Zolavvam exurunt, & in Sthargard comebunt prædam.

Iacobus de Syenno

Iacobus de *Syenno Wladislauienſis* Epiſcopus, *Roma* reuerſus, *Craconiam* primum adueniens, & exinde in patrimonium ſuum diuertens, non niſi die Veneris, vigeſima prima menſis Martii, *Wladislauiam* aduenit. Vbi a Clero & populo omni honore & gratitudine ſuſceptus, aduentus ſui, & ingreſſionis ſuæ primitias, donando Eccleſiæ ſuæ *Wladislauienſi* Cappam Choralem de adamaſco, auro intex-D to, circumferentiis intextis nobiliter adornatam, item Caſulam adamaſci alterius robei, auro ſimiliter intexti, item duas Dalmaticas eiusdem adamaſci, & alias duas Kythaicæ brunathicæ, ad mille florenos æſtimata honeſtat. Poſt dies vero octo, noua moleſtia illi iniecta eſt. Nam *Mikyeſch*, *Vlrici Czernorka*, qui nuper diem obierat, ex Caſtro *Golub* Capitaneus, deſcenſu facto cum militibus armigeris, & his præſertim, qui ſe querebantur in ſtipendiis, apud *Novve* emeritis, non ſolutos, montem *Dobrzinenſem*, qui *Viſla* ſupereminet, & in quo quondã arx Regia habebatur incaſtellat. In Specie quidem *Plocenſibus*, & *Maſouitis* nociturus, reuera autem & *Maſouia*, & *Cuiauia*,

Epiſcopatum Wladislauienſem ingreſſus,

1465. omnem oram, item omnia nauigia ſurſum & deorſum cum mercibus,per alueum *Viſla* tranſeuntia, in ſuam ditionem & tributum redacturus, Coëgit itaque *Iacobus Wladislauienſis* Epiſcopus, magnitudine periculi penſata, primum in *Brzeſczye*, pro die Dominica Iudica, quæ erat vltima menſis Martii, Conſiliarios. Deinde *Wladislauiam* conuenere, Et *Mikyeſchone* cum Senioribus acceſſito, & *Wladislauiam* veniente, cum *Nicolao* de *Koſczyelecz* Brzeſtenſe, *Ioanne* de *Koſczyelecz Iunivladislauienſi*, Palatinis, & aliis terræ *Cuiauienſis* Baronibus,per tractatus varios, diebus aliquot factos, ſolerti oſtenſione & perſuaſione, illum de loco incaſtellato,datis ſibi centum quinquaginta florenis,cedere induxit, & ingens periculum paruo auro diſpellit. Quod niſi prouidus Pontifex feſtinanter auertiſſet, fuiſſet eccleſia ſua *Wladislauienſis* omnibus Sanctuariis, calicibus, clenodiis, Prælati vero & Eccleſiæ ſtiei *Wladislauienſes* omnibus fortunis, in die Veneris ſancto, qui dies, pro huiuſmodi exequendo facinore conſtitutus fuerat, ſpoliati & captiuitati addicti. Caſtrum præfatum, ne iterum hoſtes eo potirentur, *Nicolao Dzialinſki* militi, datum in tenutam, pecunia quoque & ſumptus adiecta ſunt. Conſtabat enim hoſtes, qui in *noua Ciuitate Pruſſia* prope *Brathian* agebant, præſidium quod montem præfatum incaſtellare neglexiſſent, mutua primum contentione refellendo culpam alter in alterum, deinde ſtrage, vſque quo, quo duodecim ex illis cæde mutua deſiderarentur, graui & vulgata ſeditione litigaſſe.

paruo auro ingens periculum a ſe & ſuis auertit.

Vno periculo ex *Wladislauienſi* Eccleſia depulſo, aliud in *Gneſnenſi* conſurgit. Ductores enim ordinum & capita ſtipendiorum Regiorum *Thomyetz*, *Ioannes Iaſſyeſki*, *Nicolaus Chorcz*, *Nicolaus Bukowski*, & alii plures numero, qui mille numerum, equitum, præter pedites explebant *Lyabiſſin* oppidum ingreſſi, *Gneſnenſem* Eccleſiam & monaſterium *Trzemeſchno* machinabantur, ob non ſolutum eis ſtipendium incaſtellare. Quo rumore latius vulgato,& vaſa, clenodiaque *Gneſnenſis* eccleſiæ, in Caſtrum *Vnieiouienſe*, deducta ſunt, & vniuerſi Prælati & Canonici *Gneſnenſes* ab eccleſia diffugierunt. *Andreas* tandem Epiſcopus *Poſnanienſis* incendium commune extincturus, Conuentum apud *Gneſnam*,cum Conſiliariis habuit,& præfatos ſtipendiarios blandius alloquendo datis illis mille florenis, quorum ducentos, de propriis largitus eſt, machinationes illorum vſque in fœlicem Regis ex *Lithuania* reditum, ſuſpendit.

Eccleſia Gneſnenſi & Trzemeſchnenſi imminens a ſtipendiariis Regiis periculum. Andreas Poſnanienſis Epiſcopus datis mille florenis auertit.

Affligebat *Pannonicum* Regnum,tam ſpoliis quam incendiis, ſocietas quædam, & colluuies gentium armatarum, quæ ſe fratres appellabant, paucos aliarum nationum habentes homines, quam *Polonos*. Cuius *Fœlix* quidam *Polonus*, & nobilis genere, primarius Capitaneus habebatur. Hæc ob non ſoluta per Regem *Hungaricum* ſtipendia, aliquot locis incaſtellatis,*Hungaros* longe lateque tributis & depo- A pulatione premebat, & pro quolibet Quartuali anni,frequens & notabila accipiebat ab *Hungaris* vectigal. *Pannonici* autem Regis Capitaneus *Stephanus* in *Kyeſmark* tenutarius, & *Emericus Diak* Gubernatoris *Hungariæ* germanus, dum aliquot præliis per præfatam ſocietatem fuſus eſſet,magna cholera excandeſcens, dum in præfatam ſocietatem ſæuire non poſſet, tredecim Ciuitates terræ *Scepuſienſis* ad Regnum & Regem *Poloniæ* pertinentes, primum hoſtiliter ſpoliando attriuit, deinde ſeptem millia florenorum illos dare compulit. Vindicandam eam temeritatem plurimi *Polonorum*, & inprimis *Przeclaus* Capitaneus in *Lyubowka*, & *Scepuſienſes*, deinde præfata fratrum ſocie- B tas æſtuabat. *Iacobo* tamen *Dabinski*, Vicetheſaurario Regni *Poloniæ* & Capitaneo *Cracouienſi*, cæteriſque Regni *Poloniæ* Conſiliariis, prohibentibus, ne cum vicino & amico Regno, ob vnius inſenſati hominis temeritatem, bellum gereretur: cum a barbarico & *Turcorum* bello ſufficienter vexaretur, Rege inſuper *Pannonico Matthia*, per literas & nuncios petente conuentum, & ſi per ſuos paci communi derogatum eſſet, ſatiſfactionem offerente, omnis motus & ſtridor bellicus conquieuit,& induciæ interpoſitæ. Diætaque ad reformandum res, per præfatum *Stephanum* deformatas,apud *Bardiouienſe* oppidum condicta eſt.

1465. pendium Hungariam incommodo afficit, & Stephanus Hungarus Kyeſchmarci Tenutarius, Stepuſium ſpoliat: extortis ſeptem millibus florenorum.

C *Moldauiæ* ſuperioris Principe, *Vlado* nomine,per *Matthiam Hungariæ* Regem, quaſi cum *Turco* contra illum ſentiret, & clandeſtinis illum iuuaret contra *Pannonios* ſuffragiis,capto, & in carcere ſuperioribus annis macerato, alter germanus eiuſdem *Vladi*, *Radul* nomine, ad *Turcorum* Cæſarem *Machumethem* ſe conferens,feudalem & tributarium ſe illi præſtitit, & præfatam maiorem *Moldauiam*, ab illo regendam, ſub tributo ſuſcepit. Oppidumque *Kilia* cum arce ſuper *Danubii* littus ſitum, quod, *Græci Lycoſtomos* appellant, natura, ſitu, & arte munitum, quod per deditionem ſpontaneam, *Hungaris* excluſis,ipſe *Radul* occupaverat,pro *Turco* tenebat. Vaſtationem terræ D *Valachia Stephanus*,Palatinus *Valachiæ*, ex tam propinqua vicinitate,per *Turcum* fiendam, veritus,in tributum *Turci* & ipſe quamuis Regis, & Regni *Poloniæ* Vaſallus & feudalis, *Caſimiro* Rege nequicquam per literas & Nuncios prohibente, conceſſerat, & tributum quotannis *Turco* reddebat. Tunc vero ipſe *Stephanus* Palatinus *Valachiæ*,intelligens animos Ciuium de *Kilia*, in *Caſimiri Poloniæ* Regis ditionem & obedientiam proclinos, & plurimum affectos, apud præfatum *Caſimirum Poloniæ* Regem literis neceſſariis ad Ciues, de *Kilia* obtantis, & intelligentia de Ciuitate dedenda cum illis habita, dierum octo, cum forti exercitu *Kiliam* peruenit, & permiſſu Ci-

Vlado Moldauo per Matthiam Hungariæ Regem capto, Radul illius germanus, Moldauiam cum Cilia, Turco ſubiicit. Stephanus vero contra Turcum

Miles Polonus,ob non ſolutum ſti-

1465.

ob interceptam Ciliam

Ciuium, ne proditionis viderentur rei, porta vna ſubſerrata, Ciuitatem præfatam ſub noctis medio comprehendit, duos arcis Capitaneos qui forte ad nuptiarum ſelennitatem inuitati, delicatius epulati ſunt, vnum cepit, alter vero, etſi in arcem effugiſſet: terrore tamen mortis, quæ ſibi dum arx intereipetetur, imminebat, & ſpe vitæ & munerum perculſus, arcem in poteſtatem *Stephani* tradit. Maxima, his auditis *Turcorum* Cæſar, frangebatur moleſtia & ira, animomque Cæſaris, ſuapte ſurore plenum, *Radul* præſentia ſua incendebat, & celeriter *Stephani* perſidiam vlciſcendam admonebat, qui nunquam fidus fuiſſet Cæſari, & ſub prætextu tributi, *Polonorum* ſeruiebat Regi, eius quoqoe conſilio & mandato *Kiliam* interceperat. Itaque *Turcus* armari exercitum, contra *Valachiam* iuſſerat, & *Stephanus* omnibus, tam militaribus, quam agreſtibus, ita vt ſolæ fæminæ & pueri in ædibus remanerent, in arma coactis, obuiam illi procedebat: mori cum ſuis vniuerſis, aut vincere paratus. Imperator itaque *Turcorum*, qui alias Nuncium eiusdem *Stephani*, poſt interceptam *Kiliam*, cum tributo & muneribus ad ſe miſſum, & pro interceptione *Kiliæ*, aliquas ſatisfactiones aſſerentem, captiuaueeat, & potentiam Regis *Polonorum* expaueſcens, & cum homine mori parato, periculoſum decernere reputans, & Nuncium *Stephani*, quem tenebat, honoratum remiſit, & excuſationes de interceptione *Kiliæ* ad Satisfactionem accepit.

ſibi minitantem

militem armat & educit

Stradomia,

Septima menſis Aprilis, Oppidum *Stradomia*, vrbi *Cracouienſi* cootiguum ab igne, quem mulier, coctis panibus parum prouide ſeruauerat, in nocte cum Eccleſia ſanctæ *Hedwigis*, & hoſpitali conflagrauit. Monaſterium ſancti *Bernardini*, cum Eccleſia, propiciatione Diuina, & fratrum deuota inuocatione ſeruatum eſt. Sub eodem tempore *Klodawa*. *Vartha* in *maiori Polonia* arſere.

Klodavva, Vartha quoque ardent.

Hybernum & Quadrageſimale tempus *Caſimirus Poloniæ* Rex apod *Lithuaniæ* oram demoraius, ſeſto Paſchæ apud *Grodno* exacto, venit in *Brzeſczye*. Ex *Eliſabeth* Regina *Poloniæ* in *nouam Ciuitatem Korczin* cum impedimentis remiſſa, ipſe cum paucis *Leopolim* contendit. Vbi in Dominica Conductus Paſchæ perueniens, & frequentem ex terris *Pruſſiæ* & *Podoliæ* Baronum & Militarium conoentum offendens, querelas multiplices & atroces, contra *Andream Odrowaſz*, nuper defunctum, Palatinum & Capitaneum *Leopolienſem* ſub præſentia *Georgii* Archiepiſcopi *Leopolienſis*, *Ioannis Cracouienſis*, *Ioannis Camenecenſis* Epiſcoporum, *Ioannis* de *Ruthwiany*, Regni *Poloniæ* Marſchalci, audiuit, nulli tamen querentium adminiſtrata iuſtitia, contra fratrem ſuum *Ioannem*, qui ſibi in bonis ſucceſſerat, & qui trecentis citationibus impetebatur. Neque enim prolixitas, querelarum, & magnitudo tam facioorum, quam iniuriarum, io longo tempore expeditionem ſuſcepiſſet, cum ad alia Rex feſtinaret, præfatum *Ioannem Odrowaſch* de Caſtris *Leopoli*, *Zidaczow*, *Schambor*, & aliis amouendum, & in locum ſuum, virum aliquem modeſtum, & adminiſtratione iuſticiæ polleotem ſubſtituendum decreuit. Quod vt facilius Rex efficeret, conſenſu vnanimi terrarum *Leopolienſis*, *Podoliæ*, *Halicienſis*, & *Belzenſis*, de voiuerſis laneis, ſertones, de ſingulis vero præfatarum terrarum habiraroribus, proprios focos & familiam, habentibus boues, decreti ſunt, ad ſoluendas pecunias, in dictis Caſtris quomodolibet per Regem inſcriptas. Decretumque in executionem poſitum: vendito boum, ad viginti millia ſe extendentium *Ioanni Rzeſchowski* canonico *Cracouienſi*, & Capitaneo *nouæ Ciuitatis* mandata. Qui in bac re operoſe agens & fideliter, venditis bobus, terras *Leopolienſem*, & *Zidaczowienſem*, & Caſtrum *Gliniani* viginti millibus a præfato *Ioanne Odrowaſch* liberauit.

1465.

Ioannes Odrowaſz propter fratris mortui vim & rapinam Caſtris Leopoli, Zidaczow & Gliniani amouetur.

Rebus *Ruſſiæ* curſim, & perfunctorie expeditis. *Caſimirus Poloniæ* Rex ad Conuentionem generalem, pro die duodecima Menſis Maii apud *nouam Ciuitatem Korczin* inſtitutam, properantet in equis Podwodorum die Lunæ ſexta Maii aduenit: qoam diebus quiodecim tenuit. Non ſolum enim ad illam Conſiliarii partiom *Cracouienſis* & *Ruſſiæ*, & duo Epiſcopi, *Ioannes Cracouienſis*, & *Iacobus Wladislauienſis*, ſed & Conſiliarii quatoor *maioris Poloniæ*, cum plena poteſtate aliorom deſtinati, videlicet *Lucas* de *Gorka Poſnanienſis*, *Stanislaus* de *Oſtrorog Caliſſienſis*, *Petrus* de *Oporow Lancicienſis*, Palatini, & *Sſiborius Chelmski* Succamerarius *Poſnanienſis* conoeoerant: illic poſt plures tractatus ad prouidendum, rebus *Pruſſiæ* digeſtos, decretum eſt, *vt noui ſertones inſtituantur, & vsque ad diem ſanctæ Margarethæ ſoluantur. Ciuitates & oppida, tam Regia, quam eccleſiaſtica, quam militaria, nullo excepto, exactionem quatuor groſſorum ab vna marca perſoluat, atque his pecuniis, & emerita ſoluantur ſtipendiariorum obſequia, & bellum Pruthenicum continuetur.* His adiectum eſt, *vt terræ maioris Poloniæ conſurgerent ad arma, & Choynicam obſidione vallarent, vallatamque ſepirent, & diſcederent. Stipendiariique Regii illam continuarent. In quo caſu, terra maioris Poloniæ, non ſoluerent, niſi ſex groſſos in ſtipendiarios, qui Choynicenſem obſidionem continuarent, conuertendos.*

Comitia habentur,

in quibus de bello Pruthenico,

& de obſidenda Choynicza conſultatur.

Feria ſexta poſt feſtum ſanctæ *Zophiæ*. *Caſimirus Poloniæ* Rex *noua Ciuitate* egreſſus, iuit in *Nyepolomicze*, & aliquot diebus illic exactis. Feria quarta ante Pentecoſtes,

quæ

1465.

quæ erat dies vigeſima nona Maii, intrauit *Cracouiam*. Ante cuius ingreſſum, die Solis, vigeſima ſexta Maii, intra prædicationem ad populum, Clypeus Monaſterii ſancti *Franciſci*, inter chorum & corpus Eccleſiæ conſiſtens decidit. Poſt quem turris altiſſima, eiusdem Monaſterii, à *Boleslao* pudico, Duce *Cracouienſe* Magnifico ſumptu ædificata, quoniam & eidem clypeo, adhærebat, & pro magna parte innitebatur, & per incendium, quod vrbs *Cracouienſis*, vigeſima ſeptima menſis Aprilis die pertulerat, languidata fuerat, ſolotenus decidens corruit: Neminem tamen ex hominibus lædens, & columnas, ac teſtudinem in corpore ac Choro, pro aliqua parte concuſſit.

Clypeus cum turri ſacra adis diui Franciſci decidit.

Venerunt autem ad *Caſimirum Poloniæ* Regem *Cracouiam*, *Gabriel* de *Bayſſen* Palatinus *Chelmenſis*, *Ioannes Kyewſzen*, Magiſter Ciuium *Thorunenſium*, *Georgius Belk*, *Gdanenſis*, & *Ioannes Elbingenſis*, Conſules, exponentes ſuæ Maieſtati, quod prima die menſis Maii tenuiſſent Conuentum in loco, qui dicitur *Neria*, cum militaribus & Ciuibus partem Magiſtri ſecutis. Quorum Magiſter Ciuium de *Kunsberg* erat principalis. In quo Conuentu, poſt multos tractatus, nomine Magiſtri & Ordinis, conſentiebant. & ſummopere deprecabantur, *vt iuxta conditiones, anno transacto in Thorun, Magiſtro & Ordini oblatas, pacis perpetuæ celebraretur conſumatio, & vt Magiſter & Ordo fieret perpetuus Regis, & Regni Poloniæ Princeps, Conſiliarius & Feudalis.* Eam petitionem dum *Stiborius* de *Bayſſen* Gubernator *Pruſſiæ*, qui illuc perſonaliter aduenerat, de conſilio militarium, & Ciuitatum, qui ſecum erant repudiaſſet, aſſerens *ſe pacis conditiones, per Lubucenſes oblatas, penitus ignorare. Sed nec conuenire conditioni temporis, vt pax perpetua, his articulis, quibus anno præterito tractabatur concluderetur: Cum Rex poſtea, renuentibus bonam pacem Magiſtro, & Ordine multos ſumptus, pericula, & impenſas, ſubiiſſet*, inſtare vehementius pars Magiſtri cæpit, *ne ſpe pacis perpetuæ vacuos à ſe remitterent. Ita ſe ſtabilitos eſſe, vt nullam æquam conditionem, pro conſequenda pace faſtidiant. Nihil illis, niſi corpora, belli diuturnitas, reliqua feciſſe.* Petebantque in ſumma, *vt pax æquis conditionibus, ſi minus tolerabilius, concederetur: cum omnium ad pacem habendam, inclinata, & fixa ſint ſententia.* Quærente deinde *Stiborio* Gubernatore, *an ad conficiendam pacem, Magiſtri & Ordinis haberent mandatum*, reſponderunt, *ſe quidem pro vice illa, mandatum non habere, curare tamen velle, vt pleno fultiantur mandato.* Et dum *Stiborius* Gubernator iterum adieciſſet, *nihil ſe in tanta re iniuſſu Regis Poloniæ, facere auſuros*, inſtabant, *vt celerius adirent Regem, & poteſtate, de tractanda pace obtenta, ſecum iterum conuenirent.* Orabant itaque præfati Nuncii, *Caſimirum Poloniæ* Regem, vt placitandi illis de pace poteſtatem permitteret. Super qua re deliberatione habita, data eſt Gubernatori, & cæteris militaribus, & Ciuibus partium Regiarum plena poteſtas, *vt ſpem quidem Magiſtro, & Ordini, & ſuæ parti, de pace habenda perpetua, ſub æquis conditionibus, faciant, diem & locum ad conſiguendam pacem conſignent. Conſumationem tamen pacis, Conſiliariis, à Rege mittendis reſeruent.* Grati ea reſponſione Nuncii *Pruthenici*, honoratique à Rege veſtibus Sabellinis, & mardurinis, in pluribus quoque ſuarum neceſſitatum, auditi petitionibus, rediêre.

Legatis Cruciſerorum obnixe petentibus ſpes pacis ex parte Caſimiri Poloniæ Regis promittitur.

Die Solis, in feſtum ſanctæ Trinitatis cadente, nona die menſis Maii, ſub miſſa maiori. *Eliſabeth Poloniæ* Regina in Caſtro *Cracouienſi*, filiam partu ſeptimo effudit. Quæ in altero die Solis, ſedecima Maii, in Eccleſia *Cracouienſi* per *Ioannem Cracouienſem*, & *Iacobum Wladiſlauienſem*, Epiſcopos in præſentia *Przemislai Theſchneuſis*, *Ianuſſii Rathiborienſis*, *Przemkonis Thoſchecenſis*, *Venceslai Zathorienſis*, *Ianuſſii Glinicenſis*, & *Ioannis Ribnicenſis* Ducum baptizata, *Eliſabeth* vocata eſt. Quæ apud *Sandomiriam*, eadem die, qua orta fuerat, anno ſubſequenti occidens, apud *Cracouienſem* eccleſiam, ſepulturam in tumulo materteræ ſuæ Heduigis accepit.

Filia Eliſabeth Caſimiro Regi nata mox moritur.

Caſimirus Polonorum Rex, multorum Principum, ſed & illorum, quos paulo ante nominaui, legationibus auditis, & benigniter expeditis largitus, inſuper in ſtipendiarios, qui ex omni *Pruſſiæ* conuenerant, donatiuum inſigne, ad plura millia marcarum ſe extendens, die Veneris quinta menſis Iulii, *Cracouia* diſcedens, & per *Myechow*, *Andrzeyow*, *Pyotrkow* tranſitum faciens, *Lanciciam* die vndecima menſis Iulii aduenit. Vbi cum Conſiliariis, qui aduenerant, rebus plurimis publicis compoſitis, & ſtipendiariis, in *Pruſſiam* ituris expeditis, in *Caliſch* diuertit. Vbi & Diætam pro feſto S. *Iacobi* Apoſtoli, in diem Iouis vigeſimam ſextam menſis Iulii cadentem, cum *Conrado Canthner*, nigro Duce *Olyeſchnicenſe* tenuit. In qua pro terris, *Plocenſi*, *Belzenſi*, *Sochaczouienſi*, *Rauenſi*, & *Goſthinenſi*, quas nomine vxoris ſuæ *Margarethæ*, filiæ olim *Semouiti* Ducis *Maſouiæ*, petebat ſibi reddi, licet diebus octo, variis tractatibus, aſſidue fuiſſet placitatum: nulla tamen concluſio finalis, propter varietatem voluntatum ſubſequi potuit. Ad quam reſcindendam aliam Diætam, in eodem loco, pro die S. *Michaëlis*, proxime ſubſecutura agi, parte vtraque conſentiente, placuit. Ea tamen conditione ſeruata, *vt duo Conſiliarii, Bohemiæ Regis Georgii, à parte vtraque mit*

Stipendium dat militanti Caſimirus Rex, & de terris Maſoniæ cum Duce Olieſchnycenſe.

1465.

concordaturum ſe ſpem facit.

ti obtinendi, Diætæ interſint: partes ipſas æquis conditionibus concordaturi. Miſſus ex templo *Sbigneus* de *Gora*, Caſtellanus *Malogoſthenſis* in *Bohemiam* facile a *Bohemiæ* Rege, quod quæſiuit, obtinuit. A

Caſimirus Rex ex *Colſch* tertia menſis Augusti egreſſus per *Sthauiſſiu*, & *Conin*, in *Brzeſczye* octaua Auguſti, rebus *Pruſſiæ* prouiſurus, peruenit. Vbi illam poſt triduum, moleſta excepit denunciatio, à plurimis intimata, quod videlicet *Wladislaus* de *Damoborz*, Caſtellanus & Capitaneus *Naklenſis*, altis quidem, ſed confictis & ſimultaneis promiſſionibus, quinquaginta equites, quorum capita erant, *Nicolaus Pyotbrowski*, *Iacobus Kreſſa*, & *Ioannes Bukowski*, qui apud Regem annis pluribus militauerant, & quorum opera, in variis conflictibus, & conquiſitionibus B ciuitatum hoſtilium Rex fœliciter vſus fuerat, auertiſſet, & ad bellum Regi, & Regno *Poloniæ*, ſecum vna pro emeritis ſtipendiis, inferendum, dato tenui, videlicet medii floreni, donatiuo, licet Rex cuilibet tres florenos, in parato auro offerret, ſtabiliſſet. Diſtinuit hæc res *Caſimirum* Regem magna anxietate, quod & inteſtinum ſubeundum bellum, & ab externo *Prutbenicoque* ceſſandum, hoſtes, quoque ſingulos in *Pruſſia*, de diſſenſione ciuili, conſtabat magno gaudio, exultaſſe, magnoſque animos ſumpſiſſe. Propter quod frequenti Pontificum, & Conſiliariorum in *Brzeſczye*, coacto, numero, omnis cura ad tollendum vel opprimendum bellum, eiuſmodi nauata. Mittebantur autem, ad præfatum *Wlodkonem* & gentes, ab eo auerſas, crebri Nuncii, ipſos à propoſito, blandis & æquis conditionibus auerſuri, C denunciaturi illis *veniabile poſſe fieri, quicquid in Regem & Regnum deliquerunt, ſi modo poſitis armis in militiam, & Ordines redirent.* Sed cum omnes conatus reciderent in irritum, bellum, velut hoſtes, in infeſtos, decretum, & in aliquot locis, & præſertim in *Znena* oppido Archiepiſcopali, forti locato, ad reſiſtendum illis, præſidio, parabat ſe *Caſimirus* Rex propediem ad procedendum in bellum: obſeſſuris illos in vtroque videlicet *Nakyel* & *Damoborz* præſidio, non prius obſidionem, niſi illis expugnatis, aut deditis, ſoluturus. Terruit hæc res D *Wlodkonem*, & omnes ſuos, grauiſſimumque iudicabant & amittere, quæ meruerant, & in hoſtium reputari numero, illicoque de pace duxerunt, miſſis vltro ad Regem Nunciis, agendum. Ad quam componendam *Caſimirus* Rex, cum Conſiliariis omnibus *Iuniwladislauiam* deſcendit. Vbi dum *Wlodek* præfatus, cum principalioribus aduenisſet, de perfidia, & hoſtilitate in Regem proprium & rempublicam, tam diro & crudeli ſermone argutus, & increpatus eſt, vt ante Thronum Regium in terram cum omnibus ſequacibus corruens, *veniam ſibi humiliter præſtari, & facinora ſua obliterari*, flens, & eiulans expeteret: pollicens *ſe auſus tam temerarios, nunquam amplius commiſſurum*, cui deprecanti, facile *Caſimirus Poloniæ* Rex, clementia ignouit Regia, & ipſum fauori ſuo, & participationi conſilii reſtituit.

Wladislaum de Damoborz Caſtellanum & Capitaneũ Naklenſem cum cæteris, qui ob non ſolutum ſtipendium emeritum ſe patriæ hoſtes profeſſi ſunt,

accipit in gratiam Caſimirus Rex, & exercitum mittit in Pruſſiam ad obſidendum Stbargard.

Diſtributis vero in Stipendiarios milites præfatos pecuniis, ipſos in *Pruſſiam* ad obſidendum oppidum *Stbargard* præfecto illis *Paulo Iaſſyenski*, milite de Domo *Goſdouitharum*, in Capitaneum tranſmiſit. Turbatio tamen ipſa, per ipſum *Wlodkonem* cauſata, multis rebus in *Pruſſia*, ex romore diuulgato, infectis, magnam confuſionem attulerat.

Solicitatus *Caſimirus Poloniæ* Rex per *Stiborium* de *Bayſſen*, & militares ac Ciues *Pruſſiæ*, eorumq; Nuncium *Hieronymum* præsbiterum, quatenus ad Diætam in *Nerga*, pro pace perpetua tenendam, pacis tractatores tranſmitteret, omnibus Eccleſiaſticis, & Secularibus Conſiliariis, ire illuc, & ob longitudinem viæ, & peſtis ſæuientis periculum, quæ omnia loca terræ inferioris peruaſerat, ſe ab huiuſmodi munere ſubtrahentibus. *Iacobum* de *Schadek* Decretorum Doctorem, & *Ioannem Dlugoſch* ſeniorem, Canonicos *Cracouienſes*, illuc tranſmittit, quamuis conſtabat *Pruſſiæ* Magiſtrum *Ludouicum*, ea æſtate proſpera fortuna vſum, pacem æquis conditionibus abnuiturum. Nam & quinta decima menſis Iulii die, milites & nobiles *Maſouiæ*, dum de ſua multitudine, & hoſtium paucitate confidentes ante *Cziechanow* incautius, cum *Mazikone* de *Dzialdow* Capitaneo, conſerunt manus, quem aliquando habentes captiuum, inconſulto Rege, amicitiorem illum ſibi effecturi, liberaliter ſoluerunt, in inſidias lapſi, grandem cladem, multis deſideratis, ſed multo pluribus captis, pertulerant. Nauesque *Gdanenſium* & *Thorunenſium* multis fortunis onuſtæ, prope *Quiedzin* in *Vula*, diffugientibus ab eis *Barbarum* conductoribus per inſidias hoſtiles, ſub frondibus arborum, tredecima menſis eiuſdem Iulii captæ, multaque præda Hoſtes potiti ſunt. Vltima inſuper Iulii, milites & nobiles *Pruſſiæ*, in præſidio oppidi *Tſczow* demorati, & fœlici hactenus in congreſſione cum hoſtibus fortuna vſi, dum in equitatum hoſtium, ante valuas *Thſczow* animoſius irruunt, à peditibus, quos equites texerant, inuaſi, ſex deſiderati, octoginta vero capti ſunt. Vigeſima tertia denique die Saturni, menſis Auguſti, dum ex Regio Caſtro *Gnyew* quinquaginta quinque ſatellites, *Thomcone* Capitaneo *Gnyeuenſi* abſente, prædatum egreſſi, villas amicorum diriperent, per hoſtes ex *Stbargard* in excedenti numero deſcendentes, quos de paucitate *Gnyewenſium* & numero, coloni ſpoliati effecerant, ante portas oppidi *Gnyew* illos opperientes, facili negocio fuſi, atque ad vnum omnes capti ſunt. Altera vero die, *Ioannes* de *Szal*, Capitaneus de *Stargard*, interceptis literis oppidanorum de *Gnyew*, petentium ſibi a *Gdanenſibus* mitti auxilia, ac denunciantibus, & accem

Cladibus vltro citroq; in locis diuerſis acceptis

&

1465. & Ciuitatem vacuam defenſoribus eſſe, cum omnibus copiis, ad Caſtrum *Gnyew* accedens, illud comprehendere, pluribus horis impu- A gnans oitebatur. Sed *Martinus Brenzki*, vnus ex militaribus *Pruſſiæ*, cum paucis illud egregie defendit, & plures hoſtium lapidibus obruendo, aut vuloerauit, aut extinxit, adeo vt deſiderati, & vulnerati in aliquot qnadrigis traherentur. Quo periculo comperto, vt ex *Marienburg*, ſexaginta equites, & ex *Gdansk* ſeptuaginta pedites tranſmiſſi, in *Gnyew* adueniunt. Diſparem aliquantum fortunam, *Henricus Stolpenſis* Dux partium Regiarum adiutor habuit: qui hoſtes ex *Choynicza*, *Bithow*, *Lemberg*, *Stargard*, in trecentis equitibus, terram ſoam prædatum iogreſſos, die Saturni decima menſis per Aulicos & B agreſtes paucis notabilioribus captis, deleuit potius quam profligauit, includens captos in carcerem, nec prius ſoluturus, donec illi *Bitow*, & *Lemberg* Caſtra redderentur. Vltima die menſis Auguſti, quemadmodum inter partes conuenerat in *Nerga* villa, inter mare & lacum, quem fluuius *Vula*, ingreſſurus mare conficit, ſita Diæta habita eſt. Ad quam *Stiborius* de *Bayſſen* Gubernator *Pruſſiæ*, *Gabriel* Palatinus *Chelmenſis*, *Iacobus* de *Schadek*, *Ioannes Dlugoſch* Canonici *Cracouienſes*, item Conſules Ciuitatum *Gdanenſis*, *Thorunenſis*, & *Elbingenſis*, pro parte Regia, pro parte vero Cruciferica, *Gerhardus Molingrade*, Marſchalcus *Liuoniæ*, *Lubertus* de *Forſchem*, Commendator de *Goldin*, *Liuoniæ*, cum aliis duobus Cruciferis, flagronibus C *Pruſſiæ* de *Balga*, & *Ragnetha*, cum paucis quibusdam militaribus & Ciuibus de *Kinsberg* aduenerant, *Vilhelmo Schindel* Commendatore *Oſtherodenſi* de *Liuonia*, per peſtem morte intercepto. Cæpit autem pars Cruciferica, euidentibus ambagibus, & venenis, in tractanda pace vti. *Matthia* ſiquidem *Buchſe* milite, & *Georgio Stenepeth*, Magiſtro, Ciuium de *Kinsberg*, qui in ſuperioribus Diætis, æquas conditiones ad pacem afferebant, & Cruciferos, ad illas ſuſcipieodas magnopere, denunciato periculo, ſi abnuerent, coegerant, peſte abſumptis, apparebat Cruciferos, nihil ſalubre ad pacem allaturos. Ita- D que in primordio tractatuum, per organum *Stephani* præsbiteri, olim *Elbingenſis* Plebani, longo ſermone pax Cruciferica vſa, perſuadere parti Regiæ cæpit, ſub præſentia *Pauli Legendorff* Electi & confirmati *Varmienſis*, quem parti vtrique pro mediatore, quo facilius, partes confirmari poſſent, habere placuit, *quatenus ſacietate belli aliquando expleti, pacem cogitarent, ſeceſſionemq; à Rege Poloniæ ad Magiſtrum & Ordinem facerent, nec paterentur terras, genus, & lingnagium Almanicum à Rege, & gente Slauonica ſubpeditatum iri. Si quoque ipſis collibuerit, non abnuere Magiſtrum & Ordinem, vt Poloniæ Regi, de aliqua terrarum fieret ceſſio.* Refellentibus autem Gubernatore & Conſiliariis Regiis conditionem tam callidam, & *prius ſe mortem, & omnia extrema paſſuros, quam Regem & Regnum Poloniæ deſerturos*, vnanimi vociferatione aſtruentibus, pars Cruciferica iterum offerre cæpit, *quatenus militares & Ciues Pruſſiæ gubernationem Ordinis pro medietate, aſſumerent, fratres in Pruſſiam, pro medietate, ex terris Pruſſiæ oriundis aſſumerentur. Moderno quoque Magiſtro Ludouico obeunte, Pruthenicus frater in Magiſtrum, quo abſumpto, Almanicus, per vices alternatas perpetuo ſuccederent.* Qua oblatiooe repudiata, offerre itidem ſuſtinuit, *vt milites & Ciues Pruſſiæ, ſingula Caſtra & Ciuitates in ditionem ſuam perpetuam reciperent, Crucem tantummodo, & habitum aſſumerent, & Magiſtro Ordinis nihilominus obedirent.* Sed cum hæc conditio à parte Regia irrideretur, & intelligerent animos partis Regiæ conſtantes, & infractos eſſe, conditiooes æquiores cæpit proponere, offerrens primum *terras Chelmenſem, & Michalouienſem cum Ciuitatibus Gdanenſi, & Elbingenſi.* Qua conditione non accepta, *medietatem terræ Pomeraniæ*, in ſecunda oblatione, interea vero *totam Pomeraniæ, terram integram, & ſubiectionem Pruſſiæ, & Liuoniæ* offerebat, petens *vt caſtrum Marienborg & tota Pruſſia, ſola Ciuitate Elbingenſi, cum ſuo veteri Diſtrictu excepta circa Magiſtrum & Ordinem remaneret*, exhibens ſe, *nihilominus* pars Cruciferica, *notabilem ſummam, non pro vice una, ſed in annos aliquot diſtribuendam ſoluturam.* Sed dum hæc quoque oblatio, multis ſermonibus, à parte Regia repudiata, improbaretur, allegante parte Regia, *quod Rex ſexcentis millibus ſexagenarum groſſorum latorum, Caſtrum Marienborg, & vniuerſam terram Pruſſiæ à Stipendiariis Crucifericis, mandatum ſufficiens, de vendendo à Magiſtro & Ordine, per patentes literas habentibus, coemiſſet, nec tam immenſam ſummam conueniret ſimpliciter remittere*, re infecta, poſt quinque dies in tractatibus abſumptos, ex *Nerga* diſceſſum eſt. Petente deinde *Gerhardo* Marſchalco *Liuoniæ*, alia diæta in menſem vnum, *Ludouico* vero Magiſtro *Pruſſiæ*, longiore expetente, in alterum menſem in *Nerga*, aut ioter *Marienburg*, & *Schtum* in Campeſtribus tenenda, ea tamen conditione per regios Nuncios, per expreſſum interpoſita, aſſumpta eſt, *vt Magiſter omnem ſpem, de rehabendo Caſtro Marienburg omittat.* Sub quo tempore, dum nuncii regii, *Gabriel* de *Bayſſen*, *Iacobus* de *Schadek* & *Ioannes Dlugoſch* in *Marienburg*, conſtitutam diem, Menſibus duobus præſtolarentur. Magiſter *Ludouicus*, Conuentu ſuorum omnium fratrum, militarium, ſtipendiariorum, & Ciuium, in *Kinsberg* habito, cum requiſitæ fuiſſeot omnium voluntates, & omnes concorditer ſuaderent, *terras* 1465.

Poloni cum Cruciferis ad tractandam pacem Nergam conueniunt,

qui-

1465.

quidem Pomeraniæ, Chelmenſem, Michalouienſem, & Elbingenſem Regi & Regno Poloniæ integraliter reſtituere. Caſtrum vero Marienborg & vniuerſam terræ Pruſſiæ, pro Ordine retinere. Magiſter *Pruſſiæ*, militarium de *Zemlyand*, & Ciuium de *Kinsberg*, habens fidem multipliciter ſuſpectam (infecto enim pacis negocio, quod ſe illis, afflictionem ſuam apud illum deplorantibos, etiamſi de omnibus cedendum foret, confecturum repromittebat, capere illum & omnes ſuos, atque de Caſtris, & Ciuitatibus excludere per initam conſpirationem concluſerant) accerſito in *Kinsberg* ſtipendiariorum partis ſuæ frequenti numero, Militares & Ciues *Kinsbergenſes*, ſubſidium pecuniarium, ſibi facere detrectantes, ad ſe in arcem venire iuſſos, die Veneris, quarta menſis Octobris, ad ſolutionem tributi compellit, & viginti ſex ex eis potiores captiuat, Stipendiariiſque ſuis per præſidia ſeruandos, & depactandos, diſtribuit. Quorum ſex potiores in proceſſu dierum, gladio damnat. *Se quoque Diætam aliquam pro pace tenere non poſſe, poſtquam omnis ſpes de rehabendo Caſtro Marienburg ſibi ſubtracta eſſet*, reſpondit.

& primarii Kinsbergenſium Ciues a Magiſtro ſecuri percutiuntur.

Antequam autem ex Diæta, quæ in *Nerga*, pro prima die Menſis Auguſti tenebatur, diſceſſum eſſet, venit exercitus Regius, ſub ductu *Pauli Iaſſienski*, in *Pomeraniam*, & ſuadentibus Conſiliariis *Pruſſiæ*, Oppidum *Sthargard*, ad comprimendum equitum impetum, & ferocitatem hoſtium, qui in frequentiori numero, ſub ductu *Ioannis* de *Zal* & *Hoyerz*, præſidium obſeruantes, & ſuburbana Oppidi *Gdanenſis*, & arces regias *Gnyevv*, *Tyſzovv*, & *Novve* vigeſima prima menſis ſeptembris die, duabus tantummodo baſtis collocatis obſidere cœpit : Sub qua obſidione, dum obſeſſis, quoniam fere pares numero obſidentibus fuerant, liber ex Oppido pateret nocte & interdiu egreſſus die Martis, decima octaua Octobris ſexaginta aquites ex *Sthargard* clanculo egreſſi, eos, qui intus remanſerant, quaſi hoſtes ſimultanee ſub veſperum laceſſebant. Cuius pugnæ ſpecie (nam ex Ciuitate hoſtes egreſſi, pugnam cum propriis, ex condicto, quaſi cum hoſtibus conferebant) *Paulus Iaſſyenski* in equo obequitans, doli omnis, qui ſtruebatur, ſibi expers, admiratus, mittit vnum de ſuis, interrogaturum qui eſſent. At illi, cum reſpondiſſent *ſe Thſzouienſes eſſe, ex captis aliquot hoſtibus, ex terris hoſtilibus aduenirent. Paulus Iaſſyenski* vafræ eorum reſponſioni credens, congratulabundus, eis ſe miſcuit, & illico ab eis, cum duobus ſatellitibus ſuis, qui illum aſſociabant videlicet *Laurentio Sbrank*, & *Petro Schorez* capitur, & in *Sthargard*, deducitur captiuus. De cuius captiuitate hoſtes magnam exceperant exultationem, vt Campanis & tympanis, longo reſonarent tempore : credentes omnem ad ſe deinceps victoriam Duce exercitus capto

Iaſſyenski Ductor gentium Regiarum

ſtratagemate baſtili,

cum duobus familiaribus, circa Sthargard, capitur.

migraturam. Sed illico in locum eius *Gothardus* de Domo *Tarnavva* ſucceſſit, & hoſtes,
A vano gaudio exultantes compeſcuit.

1465.

Saturni die vigeſimaprima menſis Septembris, ad *Caſimirum Poloniæ* Regem, apud *Iunivvladislauiam* agentem, venerunt Nuncii *Henrici* Ducis *Stolpenſis* & Epiſcopi *Camyenenenſis*, & omnium militarium ac Ciuium terræ *Stolpenſis*, videlicet frater Ordinis ſancti *Ioannis* Commendator de *Slavvno*, *Ioannes Parchen*, Magiſter Ciuium, in *Sthargard*, & *Matthias Hunterzberg* de *Rabſtin*, miles, petentes innouari & ſuppleri fœdera, dudum inter regnum *Poloniæ* & Ducatum *Stolpenſem*, inita, & filios Ducis *Henrici* in contubernium filiorum Regis aſſumi. Hos *Caſimirus* Rex benigne tractatos & remuneratos,
B beneque de omnibus, quæ petierant, ſperare iuſſos, remiſit, habita conſultatione cum frequentiori Conſiliariorum numero, fauorabile reſponſum æditurus.

Stholpenſes fœdera cum Polonis innouare intendunt.

Ex *Iunivvladislauia* autem in *Caliſch*, pro die ſancti *Michaëlis* reuerſurus, Diætam alteram, cum *Conrado* nigro Duce *Olieſchnicenſe* tenuit, Et poſt varias difficultates, vsque ad inſectionem rei procedentes, ad ſupplicationem, & interuentionem *Iodoci* Epiſcopi *Wratislauienſis*, *Vilhelmi* iunioris de *Riſemberg* & *Rabii* milites, qui ex parte *Bohemiæ* Regis, ad mediandum inter partes deſtinati aduenerant, hanc concluſionem finalem captauit, *vt videlicet Marga-*
C *retha, Semouiti, olim Ducis Maſouiæ, filia, & Conſors ſuus præfatus Conradus Dux Olieſchniczenſis, omni iuri in terris Maſouiæ & Belzenſi ſibi competenti, cedat & renunciet, & poſt mortem Annæ, relictæ olim Wladislai Maſouiæ Ducis, Conradus ipſe dotem ad ſe deuoluendam, repetat nunquam. Caſimirus autem Rex, præfata Margaretha Duciſſa, & Conſorti ſuo Conrado Duci Olyeſchnicenſi, viginti aureorum millia, intra annos quatuor danda, primo anno pro feſto S. Iacobi, quinque millia, in aliis reſiduis annis tribus, quindecim, millia ſoluat.* Ex *Caliſch Caſimirus* Rex, *Poſnaniam* veniens, & plures dies illic agens, *Conradum* Ducem *O-*
D *lieſchnicenſem*, cum Conſorte ſua Duciſſa *Margaretha*, ad ſe venientem, & tam per literas patentes, quam voce viua, iuri, proprietati, & titulo terrarum *Maſouiæ*, & *Belzenſis*, renunciantem, plurimis donis honoratos, ad propria remittit : illuc veniunt ad *Caſimirum* Regem Nuncii militarium *Pruſſiæ*, *Gabriel* de *Bayſſen*, Palatinus *Chelmenſis*, *Ioannes* de *Bayſſen*, filius *Stiborii* Gubernatoris *Pruſſiæ*, & *Nicolaus Pilavvski*. Petentes *vt Caſtrum Marienburg poteſtati & regimini, Gubernatoris, & militarium Pruſſiæ committat, pleniorem que confidentiam, quam hactenus de ipſis habeat.* His reſponſum eſt, *non poſſe Regem, niſi in Conuentione generali, tenenda,*

Conradus Olyeſchnicenſis Dux

viginti millium aureorum promiſſione a Caſimiro Rege obtenta.

Ducatibus Plocenſi & Belzenſi renunciat.

Z quam

1465.

quam primum peſtis, in pluribus locis graſſans, quieuerit, reſpondere. Nec conuenire, vt abſque conſilio Ciuitatum Pruſſiæ, de Caſtro Marienburgenſi, debeat quicquam diſponi, quorum opera maiori ex parte, Caſtri præfati prouenit coëmptio. Ex *Poſnania* autem Rex *Poloniæ Caſimirus*, die Veneris, quindecima menſis Nouembris egreſſus, pro die beatæ *Eliſabeth*, in *Colo* aduenit. Vbi conuentu per dies quinque abſoluto, die Solis in nocte, luna luceſcente, *Lanciciam* aduenit, & exinde per *Radom*, & *Kozyenicze* in *Lithuaniam* proceſſit, illicque tempus hyemis exegit.

Poloni obſidentes Sthargard non minus obſidentur ipſi ab hoſtibus,

Die lunæ, ſedecima menſis Decembris, hoſtes apud *Sthargard* obſeſſi, itinera omnia, ne quid ad *Polonos* importari poſſit infeſtabant. Ex hoc obſidentium durior magis, quam obſeſſorum conditio reddebatur, fameſque haud dubia, in Caſtris *Polonorum* imminebat. Quam B auerſurus *Gotardus* Capitaneus, ne res ad magis extremas difficultates & anguſtias perueniret, cum præſtantioribus militibus in *Tſizovv*, ad expediendum commeatus abiit. At cum illis, ſpes & animi, ex captiuitate *Pauli Laſſyenski Laurentii Srank*, & *Petri Schorcz* creuiſſent, intelligentes ſe plures, quam qui obſidebant, eſſe, & viribus adeo ſuperiores, vt repugnare & vincere apti eſſent, etiam in Campeſtri certamine, omnibus auxiliariis ex vniuerſis præſidiis accerſitis, inuadere ipſi obſidentes conſtituunt. Comperto deinde, per transfugam *Gdanenſium*, quod *Gothardus* Capitaneus gentium Regiarum, cum præſtantioribus armigeris verſus *Tsczovv*, ad conducendum commeatus C pro exercitu, diſceſſiſſet, trecentis equeſtribus, campeſtria obſeruantibus, gentes Regias, in duabus baſtis conſiſtentes, eruptione facta, in frequenti peditum multitudine glomerati, inuadunt, pluribusque horis illos impugnant, non leui ſed extrema impugnatione: rati ſua multitudine, paucitatem *Polonorum* facile victuros, cum ex ſeptem præſidiis, videlicet *Choynicza*, *Fridlanth*, *Hamersthen*, *Bithovv*, *Lemberg*, *Oſſyek*, & *Kiſchovv*, ad confudendum gentes regias conueniſſent, donec multis cæſis, & pluribus multo lethaliter vulneratis, refugere in Oppidum ſunt compulſi. Stans enim *Polonus* intra ſtationes, mœnia ſua egregie tuebatur, non equitatu, ſed nec peditatu emiſſo. Mi D rificumque accendebatur, inter vtroſque certamen, adeo, ut hoſtes magna multitudine freſi, tabulata *Polonorum* iam conſcenderent, & *Poloni* ſucciſis ab imo tabulatis, illos deiicerent, & in tantam experientiam venirent, vt hoſtes ter repulſi, ter fortunam experiri, *Polonos* inuaderent, et vix quarto repulſi, reſilirent. Quapropter non parua interfectorum & vulneratorum, in parte hoſtili, congeries ſecuta eſt: aliquot plauſtris in Oppidum *Polonis* non prohibentibus ad funerandum relata. Quamuis autem poſt hoſtilem repulſam, hoſtes ad opprimendum *Polonos* conſtaret omni conatu, ſtudio, cura & ingenio adnixos (Nam *Polonos* longius a Caſtris, lignatum aut pabulatum, egreſſos, illico excipiebat hoſtis & repentino A incurſu, frequentius vexabat illorum Caſtra. Solis quoque mulierculis, nocturna victualium importatione, *Polonos* reficientibus adempto fere omnium rerum vſu libero, iuſtius *Poloni* obſidentes, obſidebantur ab obſeſſis.) Subſtitere tamen, & obſidionem continuare, etiam in tanta rerum penuria, & iniquitate, *Polonis* placuit: inita ratione, vt quod viribus deerat, perſeuerantia, quæreretur. Itaque quoties occaſio ſuberat, prælium æque pari impetu, quam perſeuerantia committebatur ab hoſte. Nec *Polonus* ſegnior fuit: tribuente neceſſitate vires.

in numero ſuperioribus

& ſtrages vtrinque aditur.

1465.

Pontifex Romanus, & Imperator Fredericus, Eczigeri Scytham in arma contra Turcum per Antiocenum ſolicitans.

Antiocenus Patriarcha, *Ludouicus* de *Bononia*, frater Ordinis Minorum, in Comitiua B duodecim equitum, per ſummum Pontificem *Paulum* ſecundum, & *Fredericum* Imperatorem, & *Auſtriæ* Ducem, ad *Tartarorum* Imperatorem Eczigeri, pro obeunda legatione miſſus, ſuperatis *Pannoniorum* terris in *Strigii*, & abinde per *Ruſſiæ* terras, Regno *Poloniæ* ſubiectus ſub conductu *Caſimiri Poloniæ* Regis, tranſitum agens, decima menſis Auguſti die, ad præfatum *Eczigeri* Imperatorem, & ſuum exercitum, ſtatiua (vt moris illi genti eſt) in Campeſtribus, ſupra fluuium *Elze* agentem peruenit, qui paucis ante diebus, alterum Imperatorem *Tartarorum Chlzimachmeth*, vltro *Volham* fluuium, habentem Imperium, maxima ſtrage vtrinque ædita, profligauerat, & omni- C bus terris, Caſtris, Ciuitatibus, gentibus, vxoribus, & omni ditiſſima ſuppellectili, potitus fuerat. Apud quem comiter & benigne, & plusquam conueniret barbaro Regi, ſuſceptus, exhibitis bullis, & oblatis, quæ ſecum detulerat muneribus, in vim legationis exponit. *Quales & quantas ſtrages & clades, Machumetus Turcorum Cæſar, abſque vlla cauſa Chriſtianis intulerit, quam copioſum ſanguinem frequentius Catholicum fuderit, & fundere nusquam ceſſauerit, quanta regna, regiones, & imperia, diſpulſit & exterminatis Catholicis, per vim & tyrannidem occupauerit*: rogans, *vt compaſſus tot malis, quæ generi humano, ab eodem Machumethe inferuntur, ſua perſuaſione, atque denunciatione, ab ef-* D *fuſione ſanguinis, & occupatione terrarum Chriſtianorum, illum coërceat. Quod ſi ſalubres ſuos monitus audire contempſerit, bellum illi inferre, & ad eius exterminium, vires potentiarum ſuarum conferre, non poſtponat: habiturus ab omnipotente ſuffragium, & a ſummo Pontifice Paulo, & Imperatore Romanorum Frederico, ſumptus neceſſarios in id bellum.* *Eczigeri* autem *Tartarorum* Imperator, plurimum ſuper huiuſmodi legatione exhilaratus, rem in deliberationem detulit, & poſt hebdomatas aliquot, ex ſtatiuis campeſtribus, in Caſtrum ſuæ ditionis firmiſſimum *Kerchcr* apellatum, aduenient, præfato Patriarchæ *Ludouico*, reſpondendo, *dolere ſe primum de cladibus, quæ Chriſtianis per Turcum inſe-*

1465. *inferantur*, & *de occupationibus terrarum, fideli compaſſione* deduxit. *Denunciationem autem, ad Turcum mittere, ne de cetero Chriſtianos bello impetat, aut terras eorum occupet, neque ſua ditioni, neque qualitati temporis conuenire. Denunciaturum autem ſe illi ex templo, ad illum Nunciis mittendis, vt a bello, tam Valachia, quam Regno Hungaria inferendo, abſtineat. Bellum autem, an debeat nec ne Turco inferre, non in ſua tantummodo, ſed & in Caſimiri Polonia Regis, quem dudum in fratris, & Domini soleret loco, voluntate conſiſtere: nec licere ſibi, eo inconſulto, & re ſecum ad integrum non communicata, in vtramuis partem, quicquam dare reſponſi, ſed omne arbitrium, a ſe mouendi Turco belli, Caſimiro Regi permittere. Et ne quicquam ſimultatis, huic aſtimaret ineſſe reſponſo, iret ad Caſimirum Polonia Regem, & literas, reſponſionem & voluntatem ſuam, ſed & literas ſuas raſas ſecum ferret, ab eoque mouendi in Turcum belli, decretum peteret, ſe illius permittens ordinationi, ex tunc in ſinguis ſtaturum.* Protiousque, & ſcriptas literas, quibus id de ſe *Caſimiro* Regi promittebat, & alias raſas ſigno ſuo ſignatas, quibus *Turco* diſſidatio, & bellum intimaretur, Patriarchæ tradidit.

Qui ſe omnia acturum ex arbitrio Caſimiri Regis promittit.

Lætus hoc reſponſo Petriarcha, ex *Tartaria* diſcedens, & *Caſimirum Polonia* regem apud *Vilnam* in *Lithuania* offendens, reſponſionem *Eczigeri Tartarorum* Imperatoris, ſibi inſinuat: rogans, *vt Catholicis, Catholicus ipſe princeps, poſtquam in eum omnis Tartarorum, relata eſſet poteſtas, ſuccurreret, & opportunitatem, tam collata poteſtatis, quam temporis non negligeret.* Abunde quoque *ſe intelligeret ſœlicem, poſtquam tam neceſſarii & Chriſtiano populo vtilis belli, in ſe videret recidiſſe arbitria: ingratitudinem in Deum, & homines monſtraturus, ſi ſe huius rei neglectorem geſſerit.* Reſpondit autem *Caſimirus* Rex *ſe quidem dudum ſtragem & exterminium Turci optauiſſe & optaturum ſemper fore, velut communis & priuati hoſtis, qui ſua ditionis terris occupandis inhiat. Velle tamen rem ad Pralatos, & Conſiliarios Regni Polonia, & ad Diatam Pyotrcouienſem, pro ſedecima die menſis Martii tenendam, referre, atque ex eorum ſententia reſpondere.* Tulit in acceptum Patriarcha *Antiocenus*, huiusmodi reſponſionem, atque a *Caſimiro* Rege pulcherrimis ornatus muneribus, *Cracouiam* quindecima Februarii peruenit: abinde ad ſummum Pontificem, & Imperatorem *Romanorum* nunciaturus illi ſingula, quæ apud *Eczigeri Tartarorum* Imperatorem, & *Caſimirum* Regem gaſſerat, rediit.

Caſimirus Rex ſentenciam Eczigeri Imperatoris Thartarorum, per Ludouicum Patriarcham Antiocenum Legatum Apoſtolicum, ab eo venientem, de bello per ipſum Turco inferendo, ſibi expoſitam in deliberacionem & comitia futura reiicit

1466. Manſioois ſuæ tempore. *Caſimirus Polonia* Rex, pro diebus hyemis, apud *Lithuanicam* oram ſtabilito, etiam ſacratos illic natalitii Saluatoris ooſtri dies, vna cum Conſorte ſua Regina *Eliſabeth*, apud *Vilnam* exegit: rebus *Lithuanicis* prouidendo, & nonnunquam pertractando ferarum venationes. Principumque orientalium & aquilonarium audiendo legationes. Contigit interim cauſa & caſus horrendus & immanis, cuius magnitudo & raritas, impulit me ad ſcribendum, cui par, A a tempore ſuſceptæ a *Polonis* ſacræ fidei, per ſimilitudinem, exemplum non reor apud eos contigiſſe. Et quanquam ſpeciem præfati facinoris ſilere magis & ſupprimere quam proloqui delectet: in fauorem tamen iuſtitiæ, & in ſceleris enormiſſimi, execrationem, mandabo illud literis, & aonalibus. Lunæ enim die ſexta menſis Ianuarii in Epiphaniarum feſtum cadente, *Iacobus Boglyewski*, de Domo *Kozlyerogi*, miles inſignis, dum in villa ſua ex ſortalicio *Lanczeſſyce*, apud *Maſouiam* ſito, in lecto quieſceret, procurante vxore ſua *Dorothea*, filia *Ioannis Rogalya*, de *Suchoczin* olim Palatini *Varſchouienſis*, quam tenerrimo, & plus quam maritali diligebat affectu, & cuius B eſſe facta publica & vulgaria, ſolus ipſe, quamuis frequentius ſibi a fidedignis relata, credere: ſed nec inſidias mortis, de quibus auiſabatur, cauere renuebat, manibus quidem *Ioannis Pyeniazek* de *Vithouicze*, præsbiteri Archidiaconi *Gneſnenſis*, & Decani *Lancicienſis*, filii vero *Nicolai* de *Vithouicze* Succamerarii *Cracouienſis* quamuis eiusdem eſſent genealogiæ, & armorum, tres haſtas pro inſigni, & proclama Ielitha deferentium, adiuuantibus illum *Iacobo Ada Iaſczyecbowski*, de domo *Bylina*, Notario & familiari domeſtico præfati *Iacobi Boglyewski*, & duobus familiaribus ſuis, *Plibta*, & *Komaski*, in conſpectu præfatæ *Dorothea*, cum qua idem *Ioannes Pyeniazek*, C ſtupri conſuetudinem ſetabatur habuiſſe, miſerabiliter quieſcens, & in malis ſibi comparatis indormiens, lanceis, gladiis, & ſecuribus, occiſus eſt, & io plurimas partes, ita vt altera die, conditio eius, non poſſet dinoſci, fruſtatim cæſus, atque ſectus eſt. Quamuis autem die altera illuceſcente, germanus *Iacobi* militis occiſi *Nicolaus Boglyewski*, Palatinus *Varſchouienſis*, adueniens, cum magna multitudine vicinorum militum, ſpoote, ad deplangendum huiusmodi ſcelus, confluentium, præfatam inſœlicem ſœminam *Dorotheam*, dicti *Iacobi* occiſi relictam, & pediſequam eius, omnium actionum ſœdarum Dominæ ſuæ conſciam, dictumque *Iacobum* notarium & familiarem, D qui primus ſecuri Domini ſui caput diuiſerat (*Ioanne Pyeniazek* Archidiacono, cum duobus familiaribus ſuis, *Plichta*, & *Komaski* nocte illa, per viginti prope miliaria, verſus *Lanciciam*, vt facilius ſcelus poſſent inficiari, diffugientibus) captiuaſſet, & iudicium contra illos inſtauraſſet, damnationisque ſentencia & ex confeſſione facinoris, & ex literis, manu *Ioannis Pienyaczek* Archidiaconi, præfatæ ſœminæ *Dorothea* ſcriptis, & apud ipſam repertis, quibus omnis ordo interfectionis præfati *Iacobi* militis compoſitus ſignificabatur, debetet profetri: *Nicolaus* tamen *Boglyewski*, Palatinus præfatus, pietatis commiſeratione, & precibus fratrum minorum, de obſeruantia ex Monaſterio ſancti *Bernardini* de *Varſchouia*,

1466.

Iacobus Boglevvski quieſcens in lecto

manu quidem Ioannis Pyniazek Archidiaconi Gneſnenſis, & Lancicienſis Decani, dolis vero vxoris ſua

minutim concidetur.

1466.

ua, incolumitatem fœminis ſaltem dari ſupplicantibus, motus: præfatam *Dorotheam*, & pediſequam eius virginem, a damnatione, quæ A viuæ in terram infodi debuerant, abſoluit. Prædictum vero *Iacobum* notarium, ſententia Iudicum damnatum, extractis viuo viſceribus, in quatuor partes, vociferantem, ne quis ſuo extemplo, amore mulierum ſeducatur improbo, ſcindi mandauit.

Die Lunæ vigeſima menſis Ianuarii. *Ioannes Gruſczinski* Archiepiſcopus *Gneſnenſis*, in oppido *Lanciciensi* Prouinciali, tenuit Synodum. In quam cum tam ipſe, quam *Iacobus Wladislauienſis*, *Andreas Poſnanienſis*, perſonaliter, *Ioannes* vero *Cracouienſis*, Epiſcopi, per Procuratores videlicet *Ioannem Dlugoſch* ſeniorem, *Iacobum* de *Schadek*, & *Stanislaum* de *Kobilino*, Decretorum Doctores, cum Capitulis ſuis conueniſſent, tribus diebus de B ſubueniendo *Caſimiro Poloniæ* Regi, & reipublicæ, petentibus & inſtantibus Nunciis, videlicet *Sandiuogio* de *Lanſſenicze*, Palatino *Siradienſi*, & *Michaële Lyaſſocki*, Capitaneo *Lancicienſi*, tractatus habiti ſunt, & tandem vniformi concluſione conſenſum, vt *Gneſnenſis*, *Wladislauienſis*, & *Poſnanienſis*, Eccleſiæ, & Diœceſes, cum ſuis Pontificibus, & elero, per vnum fertonem a marca, taxæ ſolitæ. *Cracouienſis* vero Pontifex & Clerus, qui taxas habent exceſſiuas, ſex groſſos a marca, pro releuanda republica, contribuendo, ſubuentionem faciant.

Clerici Gneſnenſis, Wladislauienſis, Poſnanienſisque Diœceſis per fertonem ab vna marca. Cracouienſis vero per groſſos ſex, Caſimiro Regi & Reip. contribuunt in Synodo Lancicienſi.

Deprompta eſt quoque in eadem Synodo *Lancicienſi*, organo *Sandiuogii* de *Lanſſenicze*, Palatini *Siradienſis*, nomine *Nicolai Boglyevvski*, Palatini *Varſchouienſis*, & omnium fratrum Domus ſuæ, funeſta querela contra *Ioannem Pyeniazek*, Archidiaconum *Gneſnenſem*, ſuper nece crudeli, *Iacobo Boglyevvski*, in Domo ſua irrogata; quam multi Eccleſiaſtici, publicis deplorabant lachrymis, & literæ originales, manu eiuſdem *Ioannis Pyeniazek*, quibus occiſio præfati *Iacobi* ſignificabatur, oſtenſæ, & per multos recognitæ, totiusque Synodi concordi voto decretum, *vt Ioannes Gneſnenſis Archiepiſcopus, proceſſu iudiciario ſummarie contra Ioannem Pyeniazek inſtaurato, ſi per depoſitiones teſtium, facinus allegatum* D *Ioannem Pyeniazek patraſſe compererit; & beneficiis illum priuet habitis & habendis, & perpetuo carceri, acturum illic pœnitentiam ſui reatus, includat: vt priuatione & damnatione ſua, placaretur Deus, effuſurus iram ſuam in Sacerdotum Principes, ſi non fuerit placatus; & vt tollatur ſcandalum; propterea inter militares, & populares, propter conditiones, facinus adiuuantes, exortum; & Pyeniazek ipſe, in arctam tradendus pœnitentiam, ſaluus fiat.* Huic conſultationi & decreto Synodali, cum & ipſe *Ioannes Gneſnenſis* Archiepiſcopus, aſſenſus fuiſſet, & decretum probaſſet: debitæ tamen illud mandare executioni diſſimulauit, facinusque horrendum Clericale, & ſcandalum in ſua Diœceſi, & Polonica Eccleſia, ſub ſui regiminis tempore, impune graſſari permiſit.

Facinus Ioannis Pyeniazek Archidiaconi Gneſnenſis, & Decani Lancicienſis in occiſione Boglevvski patratum Synodus Lancicienſis puniendum decernit.

Archiepiſcopus tamen nullam facit decreti executionem.

1466.

Februarii menſis prima die, & ſequentibus diebus, *Liuonitharum* gentes, quæ ſeptingentorum equitum, & peditum explebant numerum per Magiſtrum *Liuoniæ*, *Ioannem* de *Menyede*, dictum *Oſthovv*, expeditæ, terreſtri itinere; quoniam nauali mari, ventis & hyeme prohibentibus, non poterant in *Samogithiam*, exinde in *Pruſſiam* tranſituræ, & obſeſſis, apud *Stargard* auxilium laturæ, adueniunt. *Samogitha* autem eorum aduentu comperto, de quo dudum erant Nunciis & literis, *Caſimiri Poloniæ* Regis, & magni Ducis *Lithuaniæ*, auiſati, contra illas egreſſi, ipſas inciſis arboribus circumſepiunt, & pluribus diebus, illas obſeruabant, incluſas, donec *Liuonitha* fame excruciati, verſus mare procederent, vbi in foueas, quas dudum ante *Samogithæ* effoderant, & ſarmentis contexerant, cadendo in manus *Samogitharum*, ſine prælio & Marte, viui venirent. Quos omnes, præter duos tantummodo vitæ reſeruatos, gens *Samogithica* necauit: ſpoliis eorum, equis & pluribus concupiſcibilibus, potita. Cæteri vero qui fouearum laqueos euaſerant: dum auidius, mortem euaſuri, lacum, quem fluuius miſcendo ſe equori, conficit, glacie tunc gelatum, tranſilire properant, glaciebus diſruptis abſcorbentur. Relatione autem duorum præfatorum captiuorum ex *Liuonia*, indicatum C eſt, quod paulo ante, quam hæc clades contingeret: quadraginta naues, quæ militibus ex *Rheno* onuſtæ, ſubſidio Cruciferis in *Pruſſiam* proceſſerant, vi tempeſtatis confractæ, perierunt.

Liuones Cruciferis Pruſſiæ ſubſidio miſſi

inſidiis Samogitarum,

duobus tantummodo exceptis, pereunt

Vndecima die menſis Februarii, *Paulus Legendorff* Electus, & confirmatus *Varmienſis*, qui ſe temporibus, retroactis, neutraliter, quatenus bona Eccleſiæ magis pacifica remanerent, geſſerat, videns Magiſtrum Ordinis *Ludouicum*, & Commendatores ſuos, inaffectos eſſe ad pacem, depoſita neutralitate, præfatum *Ludouicum* Magiſtrum, & Ordinem ſuum, improperata eis eorum ad pacem duritia, per literas diffidat. Gentes quoque Regias ex *Paſſenhen*, *Nidborg* & *Vormith*, & Capitaneos earum, videlicet *Adam Wilkanovvski*, *Georgium Tvvorkovvski*, & *Ioannem Zak* accerſiit: & illos in *Reſſel*, *Brunsberg*, *Elsberg*, *Zeburg*, *Vartemburg*, *Biſovvſthen*, magnum *Holſten*, & *Frewnborg*, arces, & Ciuitates intromiſit. Ipſos quoque ingrediendi illas, hoſtesque ex illis impugnandi, plenam poteſtatem fecit. Qua nouitate *Ludouicus* Magiſter intellecta, quantum res ipſa ſibi nocitura ſit, ſilendo vberrime oſtendit. Et miſſis duplicibus literis, dum adhuc *Caſimirus* Rex *Poloniæ*, ex *Lithuania* ageret, ad *Lithuaniæ* Barones, pacem precari, & de pace, tum primum, quam alias oſtentui habuit, agere cæpit, precationemque ipſam, *Caſimiro* Rege, ex *Lithuania* recedente, miſſis

Paulus Epiſcopus Varmienſis

vltro ſe atque ſua dedens Caſimiro Regi

Magiſtrum compulit, ad petendam pacem.

ad

1466.

ad Barones *Lithuaniæ*, ſpecialibus Nunciis repetiit. Sed & *Paulum Varmienſem* Electum, & confirmatum, quamuis hoſtem, vt A ſe pro pace conficienda interponeret; multipliciter, antequam durioribus inuolueretur, expetiit. Propter quod, ad *Paulum* Electum, *Ioannes Sapyeaski*, reſciturus, ſi Magiſter æquas conditiones, ad pacem afferat, fuit deſtinatus: ne in placitationem pacis ſimultaneæ conſentiendo, ludibrium Rex fieret.

Die Solis quarta decima menſis Martii, in Dominicam Lætare, Quadrageſimæ cadente, generalis Conuentio Regni *Polonici*, dudum inſtituta, teneri cœpta eſt, ad quam *Caſimirus Poloniæ* Rex, intemperie aëris, & aquarum reſolutione, nequicquam obſtante, tempeſtiue & celeri equitatu, eadem quarta B decima Martii die, *Eliſabeth* Regina, apud *Radom* relicta aduenit. In craſtino vero magnus Conſiliariorum Eccleſiaſtici, & Secularis ſtatus, item Militarium Ciuiumque frequens numerus confluxit. Tractata eſt autem inprimis cauſa cum *Conrado Maſoniæ* Duce, & genitrice ſua *Anna*, & matertera ſua *Catharina*, perſonaliter illic præſentibus, ſuper terris *Plocenſi*, *Viſnenſi*, *Sochaczouienſi*, & aliis, quas occupant, & per dies ſeptem, ad liquidum digeſta. Vbi declaratum fuit, *ſiue ius feudi, ſiue ius ſucceſſionis, Duces Maſoniæ, in terris Belzenſi, Plocenſi, Viſnenſi, Rauenſi, Goſtinenſi, Sochaczouienſi allegent, non ipſos, ſed Caſimirum Poloniæ Regem contingere.* Omiſſo autem Duces *Maſoniæ* tunc ſucceſſionis iure, quod in aliis Conuentionibus, pro ſe quam maxime allegabant, cum ſcirent illud plenarie, per ceſſionem, & renunciationem, *Margarethæ* filiæ *Semoviti*, hæredis vnicæ Ducatuum *Maſoniæ*, Conſortis *Conradi* nigri Ducis *Olyeſchnicenſis*, in *Caſimirum* Regem, & Regnum ſuum *Poloniæ* recidiſſe, *iure feudi*, in quo ſe alias negabant extitiſſe, *deuolutionem* petebant *terrarum*. Sed cum id quoque conſtitutum eſſet, ad petitiones verſi, petebant *ſibi ex fauore & gratia, terras omnes Maſoniæ relinqui. Terra vero ſola Belzenſi Regem potiri.* Negauit id *Caſimirus* Rex, aſſerens *id* D *æquum non eſſe, vt terras, quæ ad illum legitimo iure reciderunt, & pro quarum pacificatione, viginti millia aureorum Margarethæ Ducisſæ conſorti Conradi nigri Ducis Olyeſchnicenſis ſoluebat, deberet aliis donare. Offerebat ſe tamen terram Viſnenſem, pro bono pacis Ducibus Maſoniæ, ſi de Plocenſi excederent, donaturum.* Sed cum oblatio ipſa, neque Duci *Maſoniæ*, *Conrado*, neque Conſiliariis ſuis grata eſſet, (ad magnam enim deputabant ignominiam, Cathedram Epiſcopalem & arcem *Plocenſem*, ſibi ademptum iri) cauſæ ipſius proceſſus, in aliam Diætam generalem Regni dilatus, & inſcriptus eſt.

Conradus Maſoniæ Dux, Plocenſem cæterasque terras, à Caſimiro Rege Poloniæ repetit.

Tunc quoque per *Nicolaum Boglyewski*, Palatinum *Varſchouienſem* de occiſione germani A ſui *Iacobi*, contra *Ioannem Pienyązek* Archidiaconum *Gueſnenſem*, audiente, & præſente patre, *Nicolao Pienyązek*, Succamerario *Cracouienſi*, ſed nihil præter lachrymas opponente, ingeminata eſt, & vniuerſorum concordi decreto concluſum eſt, *vt Ioannes Pyeniązek Archidiaconus captiuatus per Regios Capitaneos, repræſentetur Gueſnenſi Archiepiſcopo Ioanni: recludendus carceribus, ad pœnitentiam. Dorothea vero, olim Iacobi Boglyewski conſors, & pediſequa eius, non obſtante libertate eis conceſſa, capiantur, & pro enormitate ſceleris mulctentur.* Minus etenim crimine, licet teterrimo, quam abſolutione deliquiſſe, indicatum eſt. Et ob id adultera corripi, & puniri iuſſa eſt, vna, & eum pediſſequa. B Quarum rerum priusquam fieret executio, *Dorothea* relicta, ad hoſtile in *Pruſſiam* præſidium *Dzialdow*, tutioni ſe *Bohemi Mazik* committens aufugit, & *Ioannes Pienyązek*, apud cognatos latitando, manus comprehenſorum euaſit. Archidiaconatu tamen *Gueſnenſi*, & Decanatu *Lanczicienſi*, per ſedem Apoſtolicam priuatus eſt. Creditum eſt a nonnullis, & illi, & propter ſua propria, & ob paterna ſcelera, quibus Capitaneatui *Cracouienſi* præſidendo, durante ſciſmate Eccleſiæ *Cracouienſis*, Sacerdotio, in perſona & rebus, vim, probra, & ſpolia inferebat, qui & ipſe, quod nunquam venturum ſperauerat, de Capitaneatu *Cracouienſi* fuit deſtitutus, & tam ipſe quam filius, qui Sacerdo- C tium vexauerant, plagis pluribus percuſſi. Lentus quidem, ſed certiſſimus humanarum præuaricationum vindex Deus, magno deterrendi cæteros exemplo, in caput decernentium, & exequentium Dei miniſtrorum exiliationes, expulſionesque immeritas regeſſit, vt iuſtiſſimo expiarent ſupplicio, quod per iniquas adinuentiones aut intulerant, aut inferri mandauerant, Sacerdotio, ab omni labe, vacuo, & alieno.

Nicolaus Boglewski Palatinus Varſchouienſis, fratris ſui Iacobi Boglewski, interfectorem Ioannem Pienyązek Archidiaconum Gueſnenſem præſente patre accuſat.

Ad res deinde *Pruthenicas*, ad quas promouendas, *Gabriel* de *Bayſſen* Palatinus *Culmenſis*, *Nicolaus Pilawski*, *Ioannes* de *Bayſſen*, filius Gubernatoris, & Ciuitatum *Thorun*, *Gdansk* & *Elbing*, nuncii aduenerant omnis cura verſa. Pro quibus bene gerendis ſancitum, D *vt Caſimirus Rex, cum Eccleſiaſticis & Secularibus Conſiliariis, & cum aliquot millibus gentium, equeſtrium & pedeſtrium in Pruſſiam vadat; & in Marienburg habitationem ſuam firmet, hoſtibus impreſſionem & bellum. Subditis vero, & auxiliaribus, animum & velamen præſtiturus.* Quod vt facilius perficere poſſit, *fertones ex agris, & molendinis, & nobilibus, Cmethones non habentibus, exactio vero duorum groſſorum, & Criſſa ad vnum aureum duratura, item ſubſidium contributionis Eccleſiaſticæ*; ſibi decreta ſunt. Qua concluſione ab omnibus approbata & accepta, conuentio *Pyotrcouienſis*, quæ diebus quindecim durauit, ſoluta eſt, & *Caſimirus* Rex, vt facilius & me-

Tributum in bellum Prathenicum decernitur, & vt Rex Caſimirus Marienbargi habitet.

1456. lius rebus *Prutbenicis* prouideret, verſus *Lanciciam* & *Brzeſczye* ex *Piotrkow* proceſſit, & apud *Lanciciam* Paſcha Domini, cum Conthoralí ſua egit. A

Melſchak oppidum, concíſis Cruciferis Ioannes Skalski ex parte Regis Caſimiri intercipit,

Die Veneris, decima menſis Aprilis, *Ioannes Skalski* partium Regiarum apud *Pruſiam* maior Capitaneus, & in *Frumborg* tenutarius, coadunatis ſibi ex aliis præſidiis Regiis, frequenti equite atque pedite, *Melſchak* oppidum partium Cruciferiearum, clam nocte ingreſſus, intercipit, & multis fortunis, quas illuc agreſtes ad tutandum inuexerant, atque oppido potitus, ſexaginta hoſtium armigeros, præſidium illic obſeruantes (nox enim pauidiores hoſtes faciebat) captiuat. Agebant tunc apud *Kinsberg* hoſtium principales Capitanei & Ductores ordinum, moram, quippe vocati, à Cruciferico Magiſtro *Ludouico*, vt terram *Sambienſem*, B quam Claſſis *Gdanenſis*, populatura illam, ingreſſura erat, tutarentur, illuc conuenerant. Quæ nouitas ſuper interceptione *Melſchak* intellecta, non ſecus quam par erat, & Magiſtrum & ſuos turbauit, obſidionis enim inſtar, capta à Regiis gentibus, *Melſchak*, intelligebat ſe apud *Kinsberg* preſſum iri. Et proinde *Henricum* de *Plawen*, quinta die poſt interceptionem (ratus milites regios ex *Melſchak*, in præſidia ſolita deſluxiſſe, & *Melſchak* in languidato numero reliquiſſe) cum tribus millibus equeſtrium, & pedeſtrium in *Melſchag* mittit. Qui in *Melſchak* aduenientes, à media nocte, vsque ad meridiei horam, in quatuor partibus oppidum aggreſſi, illud adeo forti inuaſione impugnabant, vt vna C porta diſrupta, recuperaturos ſe, quod amiſerant exiſtimabant. Sed vtriſque pro victoria adnitentibus, hoſtium duceori, in diſrupta porta, ſupernè cæſi, cæteri vulnerati, & nonnulli capti. *Henricus* de *Plawen*, Commendator olim *Elbingenſis*, magna ira & dolore perculſus, quod & eo prohibente, impugnationem oppidi aggreſſi fuerant, & plures, quam pro numero, Regiis militibus ſaluis, ceciderant, grauiter vulneratos, ad Caſtrum *Holand* ſpe impletos, quod illud facile interciperent, & temerariam cladem apud *Melſchak* acceptam, meliori victoria corrigerent, ducit. Sed fortuna cum loco mutata non eſt, Multo enim plures circa *Holand*, dum temerè ſimulantes ſe pauidos, & quaſi reſiſtere non auſos, milites Regios oppugnant, ceciderant, quam circa *Melſchak*, occiderant. Ita Magiſter *Pruſſiæ Ludouicus*, vnum diſpendium ſatagens, reſcindere, altero, æque magno, obrutus geminum pertulit. D

& caſtrum Holand Regium defenſum.

Ioannes Iaſſienski Caſtrum Oſſzyek pro Caſimiro Rege capit, & hoſtes in ſuccurſum Caſtro venientes profligat.

Ioannes Iaſſyenski, Capitaneus Regii præſidii in *Nowe*, conſtructo in faucibus Caſtelli *Oſſzyek*, quod ab hoſtibus tenebatur, propugnaculo, alias *Baſta*, graui obſidione eos, qui *Oſſyek* tenuerant premebat. Quibus ſuccurſuri ex *Choynicza*, & *Stargard* hoſtes adueniunt. Sed cum *Ioanne Iaſſyenski* congreſſi, profligantur. Ex quibus in certaminis loco plures fuere deſiderati, cæteri apud villam *Czarnilyaſk* extincti & ſepulti, armis, equis, bombardis, hoſtium quæ fugiendo deſeruerant, Regii milites potiti. 1466.
Viſa autem hi, qui caſtellum *Oſſyek* obſeruabant, ſuorum clade, Caſtello *Oſſyek* incenſo, & Capitanei ſui cadauere, qui à gentibus Regiis fuerat per impugnationem interſectus, derelicto, vndis ſe credentes, mortis & captiuitatis euaſere pericula, Regii milites Caſtri *Oſſyek*, incendio facile reſtricto, etiam Caſtello facilius potiti ſunt. Sub idem tempus, gentes Regiæ ex *Reſſel*, cum hoſtili præſidio, ex *Varthemburg* congreſſæ, pluribus necatis, cæteros aut comprehendunt aut in fugam vertunt.

Eliſabeth filia Caſimiri Regis moritur.

Die Veneris in craſtino Aſcenſionis Domini, *Eliſabeth* iunior filia *Caſimiri Poloniæ* Regis, pluribus ægritudinibus debilitata, in arce *nouæ Ciuitatis Korczin* diem obiit. Cuius corpuſculum *Cracouiam* relatum, in ſepulchro *Annæ* Reginæ conditum eſt.

De ſua Marienburgum profectione Caſimirus Rex conſulit,

Decima octaua menſis Maii, *Caſimirus Poloniæ* Rex in *Brzeſczye Cuiauienſe* adueniens, dies Pentecoſtes, & feſtum Corporis Chriſti, illic exegit: aſſidua eum *Ioanne Gneſnenſe* Archiepiſcopo, *Iacobo Wladislauienſe* Epiſcopo, Palatinis quoque & conſiliariis *maioris Poloniæ*, qui cum ſua Maieſtate immorabantur, de ſuo in *Marienburg* & in *Pruſſiam* progreſſu, agens conſilia, legationes nonnullas confecit, & legationibus reſpondit. Et quoniam intelligebat ſe ante diem ſancti *Ioannis* Baptiſtæ in *Marienbarg* venire, iuxta conſtitutum non poſſe, frumentorum in hoſtili agro conculcationem, priusquam in vrbes importari poſſent effecturus, à ſuorum vero conculcatione hoſtes coërcitutus. *Adam Vilkanowski* Capitaneum in *Nidborg* cum quingentis equitibus, mercato conductis, in *Niaborg* præmittit: iubens illum, vt cum *Ioanne Skalski*, in *Frumborg* & *Ioanne Zak* in *Vormith*, Capitaneis, illis quoque Regiis gentibus, quæ in *Paſſenhen* morabantur, & hoſtilia conculcaret, & propria tutaretur. Recenſens inſuper Legato Apoſtolico *Rudolpho* Epiſcopo *Laauantino*, apud *Wratislauiam* reſidenti, qui nomine Sedis Apoſtolicæ, obtulerat ſe, ſpecialiter eo miſſus, & iuſſus, pro pace, inter ſe & Cruciferos, fidelem operam, nauaturum, non ſatis plene reſpondiſſe, *Ioannem Dlugoſch* Seniorem Canonicum *Cracouienſem* ad illum transmittit. Qui *Wratislauiam* adueniens, verba apud Legatum omnibus arbitris excluſis, die Saturni, vigeſima prima menſis Iunii facit. Et *Regem quidem Caſimirum, optime ad acceptandam cum Cruciferis pacem qualificatum* diſſerit: *quamuis & armis & fortuna ſuperiorem. Vereri tamen ſe ne & ipſe Hieronymi Archiepiſcopi Cretenſis, à Papa Pio ſecundo, ad eandem rem conficiendam miſſi, æmuletur naturam, mores, & iter. Qui quamuis non ſe aliter, quam ſi filius Regius foret, pro pace admiſſarum depromeret, ad Magiſtrum tamen Pruſſiæ Ludouicum in Kinsberg, permiſſu & conductu Regio veniens calice aureo ab eo*

& ad Legatum Apoſtolicum Wratislauiam mittit, admonens: ne perfidiam Cretenſis Archiepiſcopi imitetur, Legati Apoſtolici, in conficienda cum Cruciferis pace imitetur.

cor-

1466.

corruptus, diſparem ſe, & verum Cretenſem gerere, atque in Diæta Brzeſtenſi, pro pace inſtituta, quod primum, veluti pacis concluſionem infecturum, vitare debuerat, occupant, Militares & Ciues Pruſſiæ pro excommunicatis & interdictis habere, cauſamque Magiſtri, contra Regem aduocare capit: iubent ſeruari tunc interdictum, in Caſimiri Regis dedecus & ignominiam, vel contumeliam, & ſolus ipſe diſſoluendæ pacis cauſas ſubminiſtrans: cum potius euacuare debuerat materiam, homo callidus, & vafer, verſutuſque, quamuis eius actiones, parum ſanas, nonnulli prudentiam vocitarent, qui bellum, quod extinguere venerat, accendit: quod finire ſe iactabat, in eam diem produxit: quieturum, niſi ipſe præſtitiſſet alimentum. Quicquid enim poſt eius diſceſſum, vltro citroque ſanguinis fuſum, fundendumque eſt, quicquid telorum hinc inde volitat, quicquid irarum ſerpit, id totum ex illo, optimo non pacis, ſed belli ſequeſtro & accenſore, ſcaturiuit in Sedem Apoſtolicam, quæ, ex ſuis operibus plus contumeliæ, quam honoris retulit, & in Cruciferos, quos maiori bello, vt literis eorum deprehenſis, cognitum eſt, inuoluit, magis quam in Regem impius. Non recuſaturum itaque Caſimirum Regem, illum mediatorem, & Legatum Apoſtolicum, pro bello Pruthenico reſcindendo ſuſcipere, gratumque ſibi in oras has aduentum ſuum fore, nec vlli quam ſibi amplius de honore finiendi belli, & pacis conficiendæ fauere. Noſſe tamen ſe & certificatum iri ante omnia velle, ſequi & ipſe vellet nec ne Crethenſis Archiepiſcopi, in eam diem fumantes ineptias. Commendata *Rudolphus* Apoſtolicus Legatus, *Caſimiri* Regis ſolertia reſpondit. *Factiones omnes Hieronymi Crethenſis Archiepiſcopi, quibus in re Pruthenica vſus eſt, & illis maiores, deterioreſque probe ſenſiſſe, precarique mentem à Deo præſtari ſibi, quæ illarum inæmulator exiſteret, confeciſſe ſe parum inter Fredericum Romanorum Imperatorem, & Regem Pannonicum Mathiam* commemorabat, *& ab omni excuſiſſe munere, licet ſibi offerretur munus. Ab Imperatoreque incuſatum, quod Almanus pro Hungaris contra Almanos plus fauerit. Geſſiſſe inſuper adoleſcentiam & virilem ætatem, cum omni integritate & abſque omni corruptela labe, & iam in diebus ſuis profeciſſe. Non tempori & ætati dignitatique ſuæ nunc conuenire, vt quod adoleſcens faſtidiebat amplectetur ſenex. Se præterea à moderno ſummo Pontifice Paulo ſecundo admonitum eſſe, vt pacem Pruthenicam aggreſſurus conficere, oſorem ſe non ſectatorem munerum oſtenderet.* Proinde certum reddebat Regem *Caſimirum* & Nuncium Regium *Ioannem Dlugoſch, nihil ſe minus, quam dona ſectaturum, nihil magis quam offenſionem partium euitaturum. Non habiturum milites & Ciues Pruſſiæ pro excommunicatis, remque Diuinam coram illis ſyncerè acturum. Daturumque breui ſuæ puritatis, ſi res in praxim venerit, experientiam, & non verbis, vt Crethenſis, ſed effectibus ſe vſurum.* Cum hac reſponſione *Ioannes* ex *Wratiſlauia* in *Brzeſczye* reuerſus, & *Caſimirum* Re- A gem & Conſiliarios bona ſpe, de practicanda ſyncere a Legato, *Pruthenica* pace, impleuit, animoſque nonnullorum conſiliariorum, Legati aduentum, iuxta ac peſtem execrantium, mutauit.

Ingenti anxietate & dolore, ſuper oppidi *Melſchak* interceptione, & ſuorum qui ceciderant ad illud interemptione, *Ludouicus* Magiſter *Pruſſiæ* excruciatus, omnem ſui pectoris, & ſuorum bilem & indignationem, in *Paulum Varmienſem* Electum & confirmatum, quaſi ex ſuæ diſceſſionis culpa, hæc omnia illi accidiſſent, vertit: publice quæſtus, *plura ſe ab illo, quã à Caſimiro Poloniæ Rege, cum quo tot annis bellũ geſſerat, diſpendia paſſum eſſe.* Quapropter iras, B in eum conceptas, continere non valens, in principio menſis Iunii, cum ſexingentis equitibus, & totidem peditibus in campum progreſſus, habens in ſuo comitatu *Henricum Plavyenski* Commendatorem olim *Elbingenſem Gerardum Melingrade Liuoniæ* Marſchalcum, *Georgium Sliwienski*, & plures alios ſuarum partium auxiliarios, omnium frumentum ſata, vix dum in culmos pubeſcentia, circumcirca oppida Epiſcopi *Varmienſis*, videlicet *Brunsberg*, *Vormith*, *Elsberg*, *Reſſel*, *Guthſtad*, *Melſzak* aut ſuccidit, aut conculcat, & quod paſſurus ipſe à gentibus Regiis fuerat pati Regias coegit. Ex quo ſecuta eſt a Ciuibus Ciuitatum prædictarum magna in *Paulum* Electum *Varmienſem* irritatio ani- C morum, querentium *ſe ex adhæſione ſua, regi facta, vaſtatum & perditum iri: qui ſub neutralitatis vmbra, niſi præcipitatio Pauli Electi cauſam præſtitiſſet, latere incolumes poterant*, adeoque grauius iuſto, frumentorum præfatorum deſtructionem ferebant, vt pleraſque Ciuitates, niſi gentes Regiæ illas ingredi præoccupaſſent, deditionem Magiſtro facturas conſtaret, cauſa auertendæ ſuarum ſegetum conculcionis, *Paulum* quoque Electum *Varmienſem* ſatis puduit, quod & ſuorum criminationes, & probra pertulerit, & ſui ac ſuorum defenſionem iuxta conſtitutum à Regiis militibus, non accepit. Nutabant enim *Adam Vilkanowski*, *Ioannes Skalski*, *Ioannes Zak*, Capitanei Regiarum copiarum, D nec tute poſſe ſe cum Magiſtro & ſuis decernere calculabant, cum propter Ciuium ambiguam & ſuſpectam fidem plures & præſidium Ciuitatum relinquendo, tam equitatum ſuum, quam peditatum reddunt diminutiorem. Literis tamen & nunciis Regiis, ob huiuſmodi mutationem carpti, tardiuſcule proceſſerunt in campum, cum quanto maioribus poterant Copiis, rem fortunæ, quam primum opportunitas daretur, commiſſuri. Verum *Ludouicus* Magiſter periculum ingens in ſumma rerum ſuarum, ſi congreſſione vinceretur, veritus, in oppidum ditionis ſuæ *Bartenſtein*, cum omnibus ſuis, ſe recepit. Quapropter gentes Regiæ non faciente Magiſtro pugnandi co-

Magiſter Pruſſia

omnia fere frumenta conculcant Diœceſis Varmienſis.

hoſtem Polonum in ſt-

1466.

ac ſua etiam, vertit: Caſimirm Rex acerbiore Prutbenorum ſua partu legatione commotus,

copiam, liberius & ipſæ conculcatione in frumenta, & igne in tecta hoſtilia ſæuiebant.

Duobus prope meoſibus, *Caſimiro Poloniæ* Rege apud *Brzeſczyt* immorante, *Stiborius* de *Bayſſen*, Gubernator *Pruſsiæ*, *Gabriel* de *Bayſſeu* Palatinus *Chelmenſis* com pluribus militaribus, & Ciuitatum *Thorunenſis*, *Elbiugenſis*, & *Gdanenſis* Nunciis adueniunt, & de pluribus ſuis oppreſſiooibus, grauamioibus, & extrema egeſtate queſti, orant *vt Rex celerius, eum fortitudine copiarum ſuarum adueniat, belloque admodum diuturno, quo ſe & omnia ſua, aut deletos, aut exinanitos, & ad exiguum numerum exiguamque ſubſtantiam redactos, aſtruebant, quandoque finem imponat. Futurum enim eſſe, vt ſi iuxta condictum, cum copiis aduenerit, & Magiſtrum eum Kinsbergenſi oppido obſidione vallauerit, & aliquot Ciuitates hoſtiles iuxta pactum, ſecreto cum Gubernatore ictum, in ſuam poteſtatem deditam, & pacem æquis conditionibus conſecutum iri.* Orabant deinde, ingeminando, ſuperiores preces, *vt & Caſtrum Marienburgenſe, & cætera Caſtra atque Ciuitates, ditioni ſuæ in Pomerania, & Pruſſia, eorum poteſtati permittat. Parum enim conuenire ſuæ fidei atque honori, vt ipſis neglectis Præfecti exteri in arcibus Regiis præſideant. Et ſigniter illas adminiſtrando, neque agris ſerendis, neque hoſtibus pellendis, dent operam. Superbeque ſibi & indigne qui intrinſeciores, & magis fidi Regi eſſe debuerant, imperent, aſſidueque fiſcum Regis, paratum at expetendo, nihil ipſi prouidendo, rodant. Mirari ſe habere Regem tam inexhauſtum ærarium, quod tantæ rapacitati ſufficiat. Conuenire vt poſt tam diuturnam moram, & ipſorum miſerabilis ſtatus, & ſui ærarii, nullatenus in tam effuſam largitionem ſuffecturi, Rex rationem habeat, ſe diutim, quod hactenus tollerauerunt, toleraturos non eſſe, ſed ſibi vtrumque, ſi aſpernatum iri preces ſuas viderint, promiſuros.* In haoc autem aſperam legationem, etiam geſtus, & vox aliquanto, quam apud conſpectum Regis conueniebat tetrior, ipſam exaſperans, à *Stiborio* de *Bayſſen* Gubernatore, legationis Principe, & *Gabriele* germano ſuo Palatino *Chelmenſe* ædebatur. *Caſimirus* autem *Poloniæ* Rex, etſi cum omnibus Conſiliariis, indigne ferebat, aſpera ſe legatione altera vice iam peti, ab his, in quorum liberationem, amplificationem, & defenſam, plurimum ſanguinis & ærarii effuderat, ius ſuccenſendi, atque iurgandi, in aliud tempus aptius differens, militaribus & ciuibus *Pruſſiæ*, benigne pro tempore reſpondet. Aliaque animo, alia ore voluens, edicit *ſe in Marienburg, quam primum conuenerint, tempeſtiue aduenturum, & tam de Caſtro Marienburg, quam cæteris, iuxta eorum conſilia opportune promiſſurum. Neglectum tantacta mora, non ſibi aut ſuis, ſed tempori imputari debere:* cuius cariſtia magna ac propemodum ſine exemplo, tam voluntarios, A quam mercenarios milites, ſecum in Marienburg tranſituros (penuria enim panis & pabuli plus ſolito vbique inualuerat) venire prohibebat. Aſſiduus quippe in aoni tranſacti autumno, imbrium deſcenſus inebriatis nimia humiditate terræ viſceribus, frumentorum vniuerſi grani abortiuos proiecit, potius quam ædidit fœtus. Ea ſpe Legatos impletos principalioribus dooatis, remittens, & ipſe noua die menſis Iulii ex *Brzeſczye* egreſſus, *Iuniwladiſlauiam* decima Iulii peruenit: egreſſione ſua milites, ad acceleraodum, poſt ſe tranſitum, tractaturus.

qua Caſtra & Oppida ſua fidei committi poſtulabant,

1466.

Marienburgum proficiſcitur.

Henrici Stbolpenſis Ducis ad Caſimirum Poloniæ Regem vafra legatio: ſubſidiū promittens contra Cruciferos.

DuoNuncii *Henrici Stbolpenſis* Ducis, *Henricus Schonebeken* præsbiter & *Nicolaus Maſſowey* miles, ad *Caſimirum Poloniæ* Regem apud B *Iuniwladiſlauiam* offenſum aduenoiuot. Summa legationis eorom hæc erat. *Ducem Henricum Regio aduentu exhilaratum, cum omnibus potentiis ſuis in armis eſſe: laturum Regi, ſiue in Marienburg, ſiue quocunque alias ierit perſonalia auxilia, ſi & Rex in perſona iuerit, ſin minus. Copias ſuas, Copiis Regiis, in omnem vſum coniuncturus. Orare tamen, vt ſi Choyniczam, aut aliud oppidum hoſtile obſidendum Rex duxerit, donec conquirat, perſeueret: ut conſurgente exercitu Regio, ipſe & ſui apud hoſtes irritatos reddatur odibilior.* Quærebant deinde, *quid beneplaciti Regii foret, & an hoſtibus Choyniczam detinentibus ſoluere Dux Henricus octo millia florenorum, cum capti-* C *uis eorum, & poſſeſſionem ab eis Lemberg & Bitow, iuxta compactata, cum ad id ſuorum ſubiectorum, qui aurum contulerunt, ſtringatur prece, accipere ne an continere ſe debeat, aſtruentes continentiam, ſi per Regem optabitur, non poſſe fieri niſi abſciſſam.* Adiiciebat poſtremo in fine, quaſi ſermone perfunctorio, *vt tribuatur illi poteſtas, per Regem, de oppidis Stargard, Choyuicza, & quibmuis aliis arcibus, vel oppidis, in hoſtium ditione conſiſtentibus pactandi, & in ſuam illas facultatem, datis pecuniis, quod propediem fieri ſperaret, traducendi, & traductas, in ſua proprietate retinendi: Saluo Regis & Regni obſequio & ſeudo.* Tulit & haoc legationem *Caſimirus* Rex, cum ſuis o- D mnibus ſatis iodigne, vafram eam, & callidam, vt erat ratus, *Henricum Stbolpenſem* Ducem, de vniuerſa *Pomerania* occupanda, & in ſuam proprietatem, permittente ſe vendicanda, ſpem & ambitionem complexum, Nunciis nihil certi reſpondendo iniungit, *vt Ducem Henricum ad ſe poſt dies quindecim Bidgoſthiam, perſonaliter venire ordinent: de ſingulis, quæ poſtulauerat, amico more cum Rege tranſacturum. Interim tamen ſummopere caueat, ne hoſtibus pactum, in reddendo captiuos, & aurum, ſeruet: diſpendium potius non reſtituturam, munitionum Lemberg, & Bitow toleret, hoſtilem animum in Regem monſtraturus,*

1466.

ras, ſi ſecus egerit. Verebatur ſiquidem *Caſimirus Poloniæ* Rex, & Conſiliarii ſui, ne auroꝗ a Duce *Stolpenſi* eis reddendo, nouas ex A *Almania* copias, ſolutionem huiuſmodi iam dudum in locis certis opperientes, hoſtes compararent, & in *Pruſſiam* adducerent progreſſum rerum Regiarum, votiue prouenientium aueriuri, & propterea tam ſtricta prohibitione, ne ſoluerentur aurum & captiui, Nuncios Ducis *Stolpenſis* & Ducem *Stolpenſem* onerauit.

Altero poſtea Lunæ die, videlicet vigeſima ſecunda, Menſis Iulii, *Caſimirus Poloniæ* rex *Iunivvladulama*, comitantibus eum Nunciis Ducis *Stolpenſis* egreſſus, *Bidgoſtiam* (iam enim haud contemnendæ copiæ ad illum conuenerant) vigeſima tertia die menſis Iulii peruenit. Vbi illi velox quidem, ſed parum lætus B nuncius allatus eſt, *Caſtrum ſuum inſigne Slochovv, ſub Georgio Dabrovvski eius Capitaneo, per Martinum Sczonicz, & eius germanos, Ioannem & Petrum, de Stolpenſi Ducatu, interceptum eſſe.* Præfatus ſiquidem *Martinus Sczonicz*, in Domo ſua, ab ipſo Georgio *Dabrovvski*, & ſuis de *Slochovv* captus, & in vinculis tentus, cum inter ſuos opibus cenſeretur excellere, ad ſummam notabilem, pro liberatione ſua ſoluendum, artabatur. Cuius ſolutionem eluſurus, multa ſe comitate, & beneuolentia *Georgio Dabrovvski* inſinuauerat. A quo indulgentius, quam ſors captiui ferret, habitus eſt, & frequentius in Domum C repræſentaturus ſe viceuerſa remiſſus: Duce *Stolpenſe Henrico*, vel inſtigante, vel permittente, incertum eſt, occupare Caſtrum *Slochovv*, videns illud parum vigilanter cuſtodiri, in animum inducit. Et quo id facilius perficiat, offert ſe ad repræſentationis diem, quatuor farinæ currus, pro Caſtro *Slochovv*, quod Cariſtia frumenti laborabat. *Georgio Dabrovvski* acceptaote adducturum. Itaque ad conſtitutum diem, farinam in quadrigis adducens, cuilibet quadrigæ quatuor expeditos pedites adiungens, Caſtrum *Slochovv* ingreſſus, & cum Saxonibus, qui in obſequiis *Georgii* in Caſtro morabantur, proditionem pactus, facile occupauit. *Georgium*que *Dabrovvski* Capitaneum, & principaliores raptos, fundo D turris retruſit. Turbatus *Caſimirus Poloniæ* Rex hoc nouo, cum ſuis omnibus, primum vafriciem petitionis *Henrici* Ducis *Stolpenſis*, qua ſe, ad redemptionem oppidorum *Stargard*, & *Choynica*, & aliarum munitionum terræ *Pomeraniæ*, admitti perſeueranter expetebat, intelligere cæpit, & Caſtri *Slochoff* interceptionem, ſub generalitate petitionis latuiſſe. Accerſitisque Ducalibus Nunciis (nondum enim *Bidgoſtiam* receſſerant) *non recte ſecum per Ducem Stolpenſem Henricum agi, neque Henricum Ducem, ſua linquiſſe callide ingenia* deducit: *cum Caſtrum Regium, a ſuis potioribus ſubditis ſit interceptum.* Turbatos ſe Nuncii, & mæſtos oſtendunt, adniſuroſque, vt quam primum reddatur Regi comprominunt, veriti vt reor, ne pro eorum doloſa legatione, aliquid in eos extremius Rex conſuleret. Mittit & ad *Henricum Stolpenſem* Ducem, Rex *Ioannem Marczinkovvski*, Capitaneum in *Drachim*, queſturum hanc iniuriam, reſtitutionemque Caſtri depoſciturum. Mittit & ad *Martinum Sczonicz*, *Iacobum Czeltovicz*, velut fecialem: pluribus verbis, quibus *Martinum Suzonicz* conuenire debeat, inſtructum, vt Caſtrum interceptum reſtituat: Veniunt ad illum *Caſpar Noſthovvicz*, *Ioannes* de *Zel*, Capitanei *Choynicenſes*, Caſtrum *Slochovv* ab eo, certa pecuniæ quantitate, in promptu danda empturi. Venit & *Dietſch Fredericus* Marchionis *Brandeburgenſis* præcipuus Conſiliarius, in quadraginta equorum comitatu, aſtu & ſolertia, quibus pollebat, facile ſe credens in Conſortem B Caſtri aſſumendum, & *Martinum* procedente tempore, ex illius poſſeſſione detruſurum. Sed *Martinus Sczonicz*, Saxonica verſutia & ipſe refertus, & Regio Nuncio blandius reſpondens, offert *ſe, non pro alio, quam pro Poloniæ Regeid nuptitatem, cum ſuo Duce Stolpenſi habente, Caſtrum ſeruaturum Slochouienſe*, cum bonaque ſpe remittens, in aliud tempus venire iuſſit. *Dietſch* vero *nullatenus egere auxilio, ſatisque ſe virium habere, ad Caſtri cuſtodiam & defenſam* reſpondit.

Caſtrum Slochovv

per Martinum Suzovicz ſubditum Henrici Ducis Stolpenſis,

Perpendens *Caſimirus* Rex *Poloniæ* a *Martino Syczonicz*, ambiguis reſponſis, ſe deludi frequenti coacto conſilio, quid in tam periC culoſo caſu agere expediat, conſultat, multumque ſecum, & cum Conſiliariis, ſecretiſſimo conſilio voluit, in *Marienburg* ne, an alibi ire pergeret, tumque primum, quod dudum animo tacitus voluebat, propoſitum ſuum aperit, vt tranſitu in *Marienburg* omiſſo, *Choynizam*, portum & ingreſſum hoſtilem vniuerſæ defectionis, & omnis belli hactenus durantis, & ni conquiratur, duraturi, rapurpetat. Cuius rei ſuperiori bello, vtilis & neceſſaria, tentata potius, quam executa occaſio fuerat, & non ſine publica pernicie intermiſſa, cui tanto tempore ſua temeritas impunita fuit, obſidione forti claudenda, auferendique ea obſidione hoſtibus frequentes, qui ex *Polonia* redduntur annis ſingulis, iam quæD ſtus quam commeatus, conterendo fruges, quarum *Choynicenſes* gloriantur vbertate, hoſtibus venturis omnis opportunitas, & ſpes adimenda. Terrendus & *Martinus Sczonicz*, Caſtri *Slochovv* interceptor, qui & ipſa *Choynitza* obſeſſa, iam ſe obſeſſum iri putabit tandem & in Clade *Choynicenſi* obſeſſis & decus tunc acceptum, ſi aliud non vrgeret, abolendum de frontibus. Probant omnes Conſiliarii, multifariis, ſuffragiis, hanc regia ſententiam. Soli militares & Ciues *Pruſſiæ*, qui illuc ad conſultandum acciti fuerant, auerſionem a *Marienburg* & tranſitum in *Choyniczam*, & decretum Conuentionis *Pyotrkovienſis* & pollicitationem Regis, frequentius factam, temerarie improbant. Verum cum illis maior vtilitas ex obſi-

Omiſſa in Marienburg ex certis rationibus Caſimirus Rex profectione ſua,

dolo intercipitur, & captiuatur Georgius Dabrovvski Capitaneus illius.

1466. dione *Choynicze*, quam tranſitu in *Marienburg* deducta fuiſſet, allegantibus Conſiliariis Regni *Poloniæ, tranſitum Regium in Marienburg parui commodi, maximi vero diſpendii fore, & ob cariſtiam commeatuum tam Regem, quam milites, nullo memorabili opere aduo, ex Pruſſia dilapſuros, & ſi perſeuerare illic velint, non aliam quam Kinsbergenſis Ciuitatis obſidionem acturos, latus quoque terrarum maioris Poloniæ, hoſtibus Choyniczam tenentibus, nudum, vt in illas igne & ſpoliis quantum velint, graſſari poſſint, relicturos. Verum ex Choynicza obſeſſa, plurima commoda Regi, diſpendia & terrorem hoſtibus prouentura, & ſi illam expugnari contigerit, vniuerſam Pruſſiam de cetero clauſam, & obſeſſam teneri, & facilius in pacem, & in Cruciferorum expulſionem, ſi pacem aſpernabuntur, recepta Choynicza, poſſe peruenire, & maxime Caſtri Slochovv reſtitutionem. Ob quod vnum rehabendum, ſi cætera non vrgerent, etiam Marienburgenſis tranſitus negligendus fuerat,* facile etiam ab ipſis tantorum commodorum ratio ſuſcepta eſt. Omni itaque reſpectu, omnique conatu, *Caſimirus* Rex, iuxta id, ſaluberrimum decretum, quod non tam ratione prudentius, quam euentu & fortuna, illud proſperiori comprobante, fuit fœlicius, ad obſidionem *Choynicæ*, animum intendens, primum copias mercenariorum militum, quorum ductor erat *Fœlix* de *Panyovv*, alias *Szczeſzni*, ſexingentorum equitum militum explentium, ad maturandum, & inchoandum obſidionem *Choynicza* præmittit. Qui propter maiorem hoſtilem numerum, in Oppido conſiſtentem, obſidionem principiare non auſi, in *Tucholya* ſe receperunt, donec *Caſimirus* Rex hoſtium multitudine intellecta, copias aulicorum, præficiens eis in Capitaneos *Petrum Dunin* Succamerarium *Sandomirienſem*, & *Ioannem Sinovvyecz* tranſmiſit. Die itaque Veneris vigeſima quinta menſis Iulii, exercitus Regius, ſub ductu præfatorum *Petri Dunin*, & *Ioannis Sinovvyecz*, quem *Ioannis* Archiepiſcopi *Gneſnenſis*, & *Iacobi Wladislauienſis* Epiſcopi, *Lucæ Poſnanienſis, Sandiuogii Siradienſis*, Palatinorum, *Petri* de *Gay Caliſſienſis* Caſtellani, *Ioannis* de *Rythvvyany*, Regni *Poloniæ* Marſſalci, familiares coauxerant *Bidgoſthia* egreſſus, & Copiis *Fœlicis*, mercenariorum Capitanei coniunctus, vigeſima octaua die Iulii *Choyniczam* perueniens, eam obſidione, in vna tantummodo parte *Bidgoſthiam* verſus, ſpectante, obſidere cœpit. Res primum *Choynicenſibus* parum credibilis & ludibrioſa viſa eſt. Dum vero ſepibus, & foſſatis, contra ac ipſi rati, ſe circumduci viderent, vanæ exiſtimationi, vera ſucceſſit, Bombardiſque & operibus machinarum, tam frequenti proiectione, & ad dimicandum prouocatione, vſi ſunt, vt nec nocte, nec interdiu quieſcere obſidentes ſinerent, pluresque in dies de exercitu Regis, aut deſiderabantur, aut vulnerabantur. Ducibus copiarum nulla caſtigatione ſuos, ne ſe pugnæ inſererent, valentibus auertere: pudore quodam concitatis *Polonis*, quod maior ineſſet animus ad certandum obſeſſis, quam obſidentibus: A ſtudio pugnæ incenſi, præcipitanter interdum ferebantur.

exercitum gentium ſuarum ad obſidendam Choyniczam tranſmittit.

Tranſmiſit poſt hæc *Caſimirus* Rex exercitum ex *Lithuanis*, & *Tartaris* comparatum, cuius *Iwaſchko Chodkowicz* erat Ductor, ad augendam *Choynicæ* obſidionem, ad ſubitas obſeſſorum ex oppido eruptiones arcendas, opportunum. In furiam autem quantam & deſperationem hoſtes, qui obſidebantur, verſi, ſagittis veneno interlitis, *Polonos* appetebant, pluresque ex thoxico moriebantur. Non tamen ea clades, quamuis crudelis & barbara conſtantiam *Polonorum* minuit. Sed non ſecus atque amentes & cæci, morte nihili penſa, in periculoſas ſagittas ruebant.

Vigeſima tertia die menſis Julii, hoſtes a-B pud *Sthargard* longo tempore per gentes Regias obſeſſi, quamuis pro minori medietate, oppidum ſepibus negligentius à *Polonis* abſolutum eſſet, deſperatione concepta, fame inſuper excruciante coacti, ne in Polonorum manus viui venirent, haud ignari, quam languidos nacti eſſent in *Choynicza* propediē obſidenda defenſores, ſub mediæ noctis caligine, adeo ſilenti agmine, vt etiam obſidentes fallerent egreſſi, relictis bombardis, & quibuslibet operibus, relictis & captiuis, ſenem, & terciam iam obſidionem ſecum tolerantem, *Vlricum Eyſſenowen*, magnum olim Commendatorem ſecum ducentes ex *Sthargard* diffugiunt. Et equitatus quidem in plures ſe turmas diui-C dens, celeri curſu *Choyniczam* contendit, parumque abſuit, quin in manus *Fœlicis* de *Panyow* obſidionem *Choynicza*, iam tunc tentantis, incideret. Peditatus vero, retrorſum ſe egit, & in Eccleſiam *Santhir*, ſupra *Viſlam* ſitam, ab *Henrico Plawicnski*, ad impediendum nauigationem, & cogendum agreſtes de maiori Inſula, ad tributa, incaſtellatam, diuertit. Poterant vniuerſæ illæ hoſtiles copiæ deleri, ſi *Polonus* fugientes & pauidos inſequi perſeueraſſet. Sed & equi apud *Polonos* ex fame laſſiores, & noctis obſcuritas, perſequendi opportunitatem ademerant. Altero die, vrbs ab oppidanis, defectionis inſontibus (authores enim defectionis remanere non auſi, vna cum D hoſtibus perfugerant) *Gothardo* de *Radlin*, Capitaneo gentium Regiarum dedita eſt. Cuius deditionem, quamuis vltima neceſſitate expreſſam, aſpernari non placuit, quo ad cætera belli munera ea æſtate agenda, vacari poſſet licentius. *Caſimirus Poloniæ* Rex, huius deditionis Nuncio, dum exercitum, *Choyniczam* obſeſſurum, extra portam *Bidgoſthienſem* luſtrando conduceret, accepto, laudes primum Deo in templo exoluit, deinde omnes has copias, quæ euicerant *Sthargard*, paucis pro cuſtodia oppidi, cum *Gothardo* Capitaneo relictis, ad vrgendum *Choynicza* obſidionem miſit. Quibus aduenientibus, à ſex prope millibus gentium Regiarum *Choynicza* obſeſſa, maioribus difficultatibus vrgeri cœpit. 1466.

Sthargard deditur

acrius Choynicza obſidetur a Polonis.

Op-

1466. Caſtrum Slochow paulo ante per Martinum Siczouicz interceptum

Oppidi *Stbargard* deditionem, caſtri etiam *Slochow* recuperatio (cuius interceptio Cruciferorum animos plurimum erexerat, gloriantibus ſe Cruciferis, quaſi *Slochow* in eorum poteſtate conſiſteret, plus ex adeptione *Sluchow* percepturos boni, quam ex amiſſione *Stbargard* paſſuros mali) ſecuta eſt. Die namque Martis, antepenultima menſis Iulii, quadraginta equites, ex Caſtro Regio, per *Ioannem* Palatinum *Wladislauienſem* dicti caſtri Capitaneum tranſmiſſi ad *Slochow*, fortunam recuperandi Caſtri, aut ſi id non procederet, aliquid rapiendi, tentaturi, aduentabant. Quos *Martinus Siczouicz* aduenire, a longe aſpiciens cum ſuis omnibus Saxonibus, nullum veritus Caſtri diſcrimen, ſi illud vacuum relinqueret, contra illos, extra vltimam Caſtri portam proſiliit a propoſito illos deterriturus.

opera Clericorum, in poteſtatem Polonorum rurſus venit,

Erant in caſtro duo Sacerdotes, *Pomerani* genere, & Scholæ Magiſter, cum aliquot Clericis. Qui moleſtius ferentes *Caſimirum Poloniæ* Regem, fraude *Saxonica*, caſtro ſuo naturali *Slochovv* fraudatum eſſe, & animaduertentes *Martinum Siczovvicz* cum *Petro* & *Ioanne* germanis, familiaribusque vniuerſis ad opponendum, reſiſtentiam peditibus egreſſum eſſe, claudunt portam caſtri ſuperioris, & fracto oſtio, turris carceralis, *Georgium Dabrovvski*, cum ſedecim ſuis comitibus ſubmiſſis velociter ferarum caſſibus, vſque in fundum carceris, extrahunt. Caſtroque ſuperiori potiti, in *Saxones* ſaxa ſuperne iaciunt. Qui tam ſubito periculo & caſu conſternati, & quid primum agerent, peditesne propellerent, aut ſuperius caſtrum repetere tentarent, ignari, conſcenſis quoque celerrime *Georgii Dabrovvski* & ſuorum, quos occupauerant, equis, ſeminudi, & diſcalceati, de inferiori Caſtro ſe euoluentes in *Stbolpenſem* regionem, Duci ſuo *Henrico*, qui de Caſtri *Slochovv* interceptione, & adeptione gloriabundus, parum ſane exultauerat, caſum ſuum narrando, diffugiunt *Georgius Dabrovvski*, vtroque caſtro potitus. *Caſimiro* Regi, per vnum ex his, qui ſecum carcerales tolerauerant anguſtias, nouum id ſignificat. Quem *Caſimirus* Rex & Sacerdotes, Clericosque recuperati caſtri *Slochovv* authores, nouis veſtibus honoratos munerat.

& oppida Fridlanth & Emerſthen dedunctur illis.

Oppida illico *Fridlanth* & *Emerſthen*, obedienter ſe Regi dedunt, Capitaneosque & gentes illius, hoſtilibus eiectis, ſuſcipiunt: quæ ob nimiam Seueritatem truculentiamque *Wladislai* Caſtellani *Naklenſis*, credebantur a Rege deſciuiſſe. Hæ res apud Magiſtrum & Cruciferos, hoſtesq; denunciatæ in ſummã rerũ illos deſperationẽ traxere, & diſcrimen, caſtroq; *Slochovv*, quod Marienburgo par deſtinabant, in ditionem *Caſimiri Poloniæ* Regis concedente, nihil ſibi boni poterant amplius ominari.

Cruciferi anguſtiis rebus ſuis, vt ſolent à Caſimiro Rege pacem petunt,

Die Veneris prima menſis Auguſti, venit ad *Caſimirum Poloniæ* Regem *Bidgoſthiam* *Bernardus* de *Schumborg*, Capitaneus in *Chelm*, & *Brodnitza*, obtentaque audientia, nomine *Ludouici* Magiſtri *Pruſſiæ* & Ordinis, pro Ca- A duceatore ad Regem miſſus, ad placitandum de pace petebat colloquium, colloquii quoque diem & locum. Magiſter ſiquidem Crucifericus, obſideri & impugnari *Choyniczam* fortius in dies, & *Slochovv* recuperatum, oppidaque *Emerſthen*, *Fridlanth* & *Stbargard*, Regi dedita intelligens, Commendatoribus, omnibus & partis ſuæ Militibus, etiam mercenariis in *Kinsberg* conuocatis, quid facto opus eſſet, conſuluit, primus ipſe ſententiam ediſſerens, magnopere pacem ſuadebat.

multo prius ea de re conſilio habito.

Noſſe ſe ait probe Polonorum Spiritus, noſſe animos ingentes, iam diu iras pro ademptis ſibi terris Pomerania & Chelmenſi in pectore voluentes, nec quieturos niſi recuperent. Cæterorum omnium eo inclina- B bant ſententiæ & preces, vt pax ſi poſſet, æquis, ſi minus, tolerabilibus conditionibus acciperetur. Angebant enim tam Magiſtrum, quam omnes ſuos, curæ ingentes, in vniuerſum euentum ſummæ belli, diſtentum, hoſtibus terra marique vrgentibus, Ciuitatum ſuarum *Pruſſiæ* ne ad *Polonos* deficerent, magno fluctuabat pauore. Iam enim pleraſque ſenſerat nouandi res habere cupidinem. His etiam & alia anxietas non mediocris acceſſerat; quoniam omnes *Almaniæ* Principes, a ſe & auxilio ſibi ferendo, deſciuiſſe cognouerat, qui & ipſi propriis bellis intenti, ſuffragium ſuum, quamuis frequentibus legationibus fatigati, niſi verbotenus illis præſtabant: fauorem illis C intelligentes fortunæ non adeſſe. Diſtinebat & *Caſimirum Poloniæ* Regem & Conſiliarios, quale *Bernhardo Schumborski* colloquium, ad pacem conficiendam petenti, daret reſponſum. Nam & abnuere tam ſupplicem petitionem pro pace, ad quam ſe Rex & apud Legatum Apoſtolicum *Rudolphum* Epiſcopum *Lauantinum*, literis & Nuncio, & apud alios Reges & Principes Catholicos, beneuolum exhibebat, & decori Regio, & feliciter rebus gerendis, ne irritaretur Diuinitas, videbatur non conducere, neque Militares, & Ciuitates *Pruſſiæ*, diem & locum colloquii, ipſis inconſultis dando, negligere, & ex *Bidgoſthia*, priuſquam *Choyniczam* dedi vel expugnari contin- D geret, ad locum & diem placitandi, diſcedere, & opportunitatem propellendi ſuos ab obſidione *Choynitza Almaniæ* Principibus, de ipſa obſidione frementibus, præbere: cum ſuccurrendi ſuis, ſi qua neceſſitas, ex aduentu hoſtium ingrueret, in *Bidgoſthia*, maxima ratione ſe locarit. Concludit inter hæc abſque militarium & Ciuium *Pruſſiæ* conſilio & aſſenſu, neque colloquium, neque diem & locum colloquii dare, *Bernhardumque Samborski* moleſte id ferentem, cum ambiguo reſponſo, certum poſt quindenam daturus remittit. Verum *Bernhardo* diſcedente, ſcrupulus magnus iniectus eſt, ne ea ſupplex *Bernardi* ſubmiſſio, Militaribus & ciuitatibus *Pruſſiæ*,

1466. *ſiæ*, aduerſum nitentibus, perinde ac vana euaderet, & concluſa exequi pergit, eo reſpectu, vt Militares & Ciues *Pruſſiæ* inficiandi, quod concluſum eſt, licentiam non haberent. Mittuntur itaque & ad *Bernardum Schumborski*, & ad Militares Ciuesque *Pruſſiæ*, *Ioannes Dlugoſch* Senior Canonicus *Cracouienſis*, *Sepinski Ioannes* cum altero, diem & locum colloquii concluſuri, apud alteros, Regem & Conſiliarios, quod tranſitui *Marienburgenſi*, velut parum utili, obſidionem *Choynicza* prætolerint, excuſaturi, & diem atque locum colloquii, quem concluſerint ſignificaturi. Hi dum apud *Swyecze*, quarta die menſis Auguſti, cum *Bernhardo Schumborski* conueniſſent, diem natiuitatis Dominæ noſtræ beatæ *Mariæ* Virginis, & locum Ciuitatis *Thorunenſis*, pro *Caſimiro* Rege *Poloniæ*, *Chelm* pro *Ludouico* Magiſtro *Pruſſiæ*, pro pacis verò vtriusque partis tractatoribus, intercapedinem mediam inter *Thorun* & *Chelm* diſtantem (*Swyecze* enim & *Elbing*, ad quæ *Bernhardus Schumborski* trahebat, videbantur Regi *Caſimiro* parum accommoda) conſtituunt. Et concluſione *Caſimiro* Regi, per literas ſignificata, quatenus celerius, ſpeciali Nuncio *Rudolphum* Apoſtolicum Legatum, ad diem conſtitutum venire hortaretur, ipſi *Marienburgum* contendunt, & Militaribus, Ciuitatibusque *Pruſſiæ* ad eos confluentibus, ſub præſentia *Stiborii* de *Bayſſen* Gubernatoris *Pruſſiæ*, cauſas obſeſſæ *Choynicza*, & neglecti in *Marienburg* tranſitus, concluſionemque diei & loci, pro pace colloquii factam, exponunt: iubendo illos hujusmodi colloquio intereſſe. Commendata eſt ab omnibus *Caſimiri Poloniæ* Regis & Conſiliariorum præſentia, lætabanturque admodum & *Choyniczam* obſeſſam & caſtrum *Slochow* recuperatum eſſe: exhibentes ſe obedientes Diætæ futuræ, pro pace apud *Thorun* tenendæ, intereſſe. Solus *Stiborius* de *Bayſſen Pruſſiæ* Gubernator, rem probare non videbatur dolens, apud pleraſque Ciuitates *Pruſſiæ*, quæ deditionem, *Caſimiro Poloniæ* Rege veniente in *Marienburg*, repromiſerant, fidem ſuam non reſpondiſſe. Sed cum à Nunciis Regiis inſtructus eſſet *Choynicza* obſidionem, & futuram Deo propitio conquiſitionem, omnibus Ciuitatibus *Pruſſiæ* præſtare, & ipſe ſua ſententia retractata, in Regis *Poloniæ* & Conſiliariorum ſententiam tranſiit.

Georgii Bohemiæ Regis Copia ad expugnandum Wratislauiam miſſa

Sub idem tempus, *Georgius Bohemiæ* Rex, collecto ex pedite, & equite exercitu, vix mille numerum explente, præfecto illi *Stiborio* de *TowAczow* in Capitaneum, ad obſidendum *Wratislauiam* illum tranſmittit, dum eos, qui ſe fratres vocant, & qui ex *Auſtria* pulſi fuerant, vt ſecum vna contra *Wratislauienſes* irent, pellicere non potuit. Erat autem omnis ille exercitus pannoſus, & tenuis, & ex colluuie veſpillonum, & præda viuere aſſuetorum collectus. Erat & inter eos *Ioannes Buriian, Puklicza* minor de *Stbenberg*, *Puklicza Vilhelmi* nepos, non nullique alii, qui *Caſimirum Poloniæ* Regem, ſibi falſo debito-
A rem, nunnullarum ſummarum aſtruxerant. His morem geſturus, vel quoniam ita à *Bohemiæ* Rege *Georgio* Iuſſus erat, *Stiborius Thowaczowski*, primum ad *Poloniam* applicat, & nulla diffidatione præmiſſa, oppidum & Monaſterium *Czaſtachoua*, cum aliquot villis ſpoliat. Poterat Capitaneus *Cracouienſis Iacobus Dąbienski* Regni *Poloniæ* Vicetheſaurarius, quem Rex *Caſimirus*, ad Cuſtodiam Regni, & partium *Cracouienſium* reliquerat, facillimè opprimere illum, utpote, qui de illius aduento, non ab exploratoribus modo didicerat, ſed & à nonnullis *Morauis* & *Sleſitis* oppreſſionem ſuam affectantibus, qui copias gentium, pro ſua obtritione ſoffectu-
B ras, ex propriis & mercenariis collegerat. Sed eas *Przeczlao* de *Demoſchice* Capitaneo *Scepuſienſi* committens, vt ſolus ipſe in *Oſſwyeczim* conſiſtens, terrori hoſtibus foret, pulcherrimi triumphi palmam neglexit. *Przeczlaus* autem ſe magis cunctatorem, quam perſecutorem agens, præda *Czaſtochowenſi* lætum *Thowaczowski*, & facile in villa *Dornyowicze*, apud quam, egreſſus de *Czaſtochoua*, nocturnabat, etiam robore centum equitum, oppreſſibilem (ſoporati enim ex itinere fatiga & Baccho omnes ſui, velut ligati occumbebant) ſi quis fuiſſet, qui inuaderet, inuadere diſtulit. Propter quod *Stiborius* ipſe nullam repreſſionem ſentiens, liberius verſus *Namislouiam*, cum
C præda Polonica contendit. Et *Wratislauiam* obſidere peroſus, *Namislouiam*, diebus quindecim obſedit. Verùm cum ſenſiſſet, non *Wratislauienſes* tantummodo, ſed & *Polonorum* copias congregari, (rogatus enim à *Wratislauienſibus* Capitaneus *Cracouienſis*, *Iacobus Dąbienski*, ſuas illis conjungere copias fuerat pollicitus.) *Namislouienſi* Diſtrictu ſpoliato, congreſſum veritus, verſus *Velczin* ſe receperat. Abinde vero cum præda rapta, ſuperato apud oppidum *Chrapkouicze*, fluuio *Odra*, in *Morauiam* rediit. *Wratislauiam* ideo obſidere non auſus, quoniam *Fredericus Brandeburgenſis* Marchio, in auxilium illi, iuxta pollicitationem *Georgio Bohemiæ* Regi factam non venie-
D bat. Miſit illico *Caſimirus* Rex, his cognitis ad *Georgium Bohemiæ* Regem, tunc in *Klotzko*, pro die Sancti *Iacobi* Apoſtoli, conuentum agentem. Fecialem ſuum *Nicolaum Grzimala*, Iudicem Curiæ. Miſit & Capitaneus *Cracouienſis*, *Iacobus Dąbienski*, alium, *Simonem* Notarium, vterque de violentia & rapina, per *Stiborium Thowaczowski*, contra fœdus *Glogouiæ* initum, irrogata queſtus, accepit reſponſum. *Nihil ſuo iuſſu, ſed iure Buriiam Puklicza, actum per Thowaczowski eſſe. Proinde aut Poloniæ Rex refundat, in quibus Buriano Puklicza eſt obnoxius, aut ſi obnoxietatem abnuit, arbitrio ſuo deciſionem quæſtionis, aut ſaltem Baronum communium permittat.* Miſſo deinde *Caſimirus Poloniæ* Rex, *Sbigneo* de *Gora*, Caſtellano *Malo-*

Czaſtochouam & villas circum circa iacentes ſpoliant: Ioanne Burziian Bohemo inſtigatore & authore 1466.

go-

1466. *goſtbenſi*, vsque in *Pragam* non Regis *Bohemiæ*, ſed communium Baronum, acceptat arbitrium. Dieſque ob eam rem, pro feſto Sancti *Andreæ* Apoſtoli venturo, in *Bithow* dicta eſt: ob graſſantem peſtem vsque in diem Sanctæ Trinitatis, anni ſubſequentis poſtea prorogata: Quæ etiam poſt nouos motus, iuſto Dei iudicio, contra *Georgium Bohemiæ* Regem, per bellum ciuile, à Catholicis *Bohemis* exortum, abrupta eſt.

Die Solis decima ſeptima menſis Auguſti, *Henricus* Dux *Stholpenſis* in comitiua, centum equorum *Bidgoſtiam*, ad *Caſimirum Poloniæ* Regem aduenit: Vbi audientia obtenta innouari ſecum vetera fœdera, ſupplici inſtantia expetiit. Quod cum beneuolo animo obtinuiſſet, obtulit *cum ſuis omnibus copiis, ſi Rex aut ſui, Choyniczam obſidentes, à quoquam inuaderentur, ſe Regem adiuturum*, obtulit ſe deinde, *quoad liberet Regi, pecunias, pro Bithow, & Lemberg hoſtibus dandas, retenturum.* Obtulit ſe poſtremo, *Caſparum Noſthwicz, Ioannem de Zal, & Hoyerz, Capitaneos Choynicenſis oppidi, ad deditionē, extemplo Regi faciendam, de Choynicza, facili negotio pelliciturum. Rogans vt filium ſuum natu maiorem, Caſimirus Rex filiis ſuis ſeruiturum coniungeret.* Actæ ſunt, & a Rege, & à Conſiliariis Duci *Stholpenſi* gratiæ, & filius ſuus applicandus Regiorum filiorum, obſequio & contubernio acceptus. Adiectumque in reſponſionis tenore, *oblationem Ducis Stolpenſis, non nouam ſed vſitatam eſſe, mens verò, vt noua cum opere ſit, & oblationi ipſorum conueniat, ad plurimum reſtibit.* Quo nouam etiam mentem repromittente, ſex pulcherrimis veſtibus, pellibus ſubductis, pecuniis & equis in ſe ſuoſque erogatis, donatus, & omnibus procuratus neceſſariis, quarta die, ex quo ad Regem venerat, *Bidgoſthia* recedens, *Choyniczam* peruenit. Vbi non per ſe, ſed per *Dinijch*, & Cancellarium ſuum cum Capitaneis *Choynicenſibus*, colloquium perfunctoriè agens, & deditionem magis inficiens, quam promouens, iniquiori in loco cauſam Regis relinquens, quam ſi illam promouendam non accepiſſet, in ſuum ſe recepit Principatum. Vbi quieſcere non valens, *Henricum Schonebeke* Præsbyterum, *Choyniczam*, breui oblitus promiſſorum, Regi factorum, ad Capitaneos hoſtiles, de dedenda, non Regi, ſed ſibi accepta pecunia à ſe in promptu danda, pacturum tranſmittit. Is tamen à Capitaneis Regiis, *Petro Dunin*, & *Ioanne Sinutwyecz*, obiurgationem & repulſam paſſus, cum dedecore rediit. *Choyniczam* intrare propter ſimultates, & dolos, quibus vti Dux *Stholpenſis* inſueuerat, non permiſſus.

Henrici Ducis Stholpenſis perfidus animus, & ſimulatus in Polonos amicitia, per Capitaneos gentium Regiarum deprehenſa.

Poſtquam itaque ex magna ſpe, *Caſimirus Poloniæ* Rex, de dedenda *Henrici* Ducis *Stolpenſis* opera, *Choynicza*, decidit (non enim Capitanei tantummodo *Choynicenſes Caſpar Noſthwycz, Ioannes* de *Zal* & *Ioannes Hoierz*, ſed & cæteri ferè omnes, præter paucos *Almanos*, in præſidiis *Choynicza, Bithow* & *Lemberg* demorantes, *Sleſita*, omnes deditionem ſpontaneam, Regi *Poloniæ Caſimiro* fiendam, fuerant peroſi, minaciter & ferociter, de deſtituenda, in tempus diuturnum obſidione, loquebantur, magis inimice, quam Cruciferi, & *Almani*, cum quibus bellabatur, *Polonis* infeſti, ne *Poloniæ* Regnum, cuius ſe vtero genitos meminerant ſublimius *Bohemico*, cui ſe perperam addixerant, non ſine ſua contumelia relata, de Cruciferis victoria, emineret. Neque enim alterius gentis, aut regionis, tam prona contra *Polonos*, quam *Sleſitarum*, ad inuidiam ſunt ingenia, quod Regnum *Polonicum*, proſperatum iri dolent, vel quod generis proprii, atque linguæ, apoſtatarum more, magis quam alieni, bonum profectum oderint) maxima *Caſimirū Poloniæ* Regem & Conſiliarios eius, ſecum *Bidgoſthia* demorantes, habebat cura intentos ad hoc vnum, ne *Choynicza* obſidio recideret, ad irritum, expugnationem illius, non tam ignominiam cladis, apud illam acceptæ, obliteraturi quam quod porta, qua Cruciferis aduentare ſolebant, ex *Almania* terris exercitualis auxilia, clauſa & obſerata, egregiorumque militum manu ſubmota, quæ & illam tuebatur, & animos cruciferis, eorumque adhærentibus, faciebat, liberior potiundæ *Pruſſiæ* facultas ſequeretur. Vnde & omnium Ciuitatum, Villarumque & oppidorum *maioris Poloniæ* & *Cuiauiæ* terris, operarios & ruſticos, cum quadrigis & foſſoriis, cæteriſque inſtrumentis, conuenire ad *Choyniczam*, graui edicto iuſſit: ſepibus foſſatis, & vallis oppidum, quanto celerius, obſtricturos. Paritumque eſt illico imperanti, & magna vis, frequenſque numerus quadrigarum, & operariorum conueniens, ſepium in vna parte oppidi, & foſſatarum opus impigre exequebatur, obſeſſis magnum terrorem incutiens, quibus ante ſepium ædificatio, tardius à militibus abſoluta, audaciam præſtabat. Agreſtibus autem laborantibus, nec Milites feriati ſtabant, quippe & ipſi ad opus expediendum, nunquam operam intermittebant. Accedebat & omnium rerum, auenæ præſertim & potus, grandis cariſtia, quæ illos & equos eorum, maxima maceratione vexabat. Tolerabilior quippe fuit oppugnatio apud *Gniew* & *Nowe*, quam *Sthargard* & *Choynicza*. Non quod & apud has excitandas ſepes lignorum in propinquo copia deeſſet, ſed quod apud illos, præterfluebat *Vıſla*, amnis ad omnia victualia, & quæque alia, comparanda, opportunus.

Choyniczam vallo & foſſa cingit Polonus.

Tempore, quo *Thorunienſis* Diæta, pro pace tractanda inſtituta, teneri debebat, appetente, *Caſimirus* Rex, relicta *Bidgoſthia*, menſibus prope duobus, in illa peſte epidimiæ, quæ & *Cracouia*, & in pluribus Regni *Poloniæ* locis inualuerat illam quoque peruadente moratus, die Saturni, ſexta menſis Septembris, comitantibus illum *Ioanne Gneſnenſe* Archiepiſcopo, *Iacobo Wladiſlauienſe* Epiſcopo, *Luca Poſnanienſe*, *Stanislao* de *Oſtrorog*, *Caliſſienſe*, *Sandiuogio* de *Lanzanicze Sirodienſe*, *Petro* de *Oporow Lancicienſe*, *Ioanne* de *Koſczyelicz*, *Iuniwladi*-

Thorunii de pace, eiuſque conditionibus inter Caſimirum Poloniæ Regem & Ludouicum Magiſtrum & ordinem Pruſſiæ, tractatur:

 ſlauienſe

1466. *lauenſe*, Palatinis, pluribusque aliis Eccleſiaſticis, & Secularibus Dignitariis, in *Nieſchouam* peruenit. Et altera die, ſeptima videlicet Septembris, honore magno, & gaudio populari immenſo *Thorun* intrauit. Quo etiam die, ſub veſperam, *Rudolphus* Epiſcopus *Lauentinus*, Legatus Apoſtolicus, *Wratislauia* veniens, *Lucam* Conſularem *Wratislauienſem* ſecum ducens, honore proceſſionum exceptus, ingrediebatur. Is in die Natiuitatis Dominæ noſtræ, ſequenti, in Minorum eccleſia, officium miſſæ ſolenniter, ſub conſpectu *Caſimiri Poloniæ* Regis, Prælatorumque, Baronum, & populi, exegit, & in craſtinum a Rege *Caſimiro*, & conſiliariis, in prætorii loco, auditus, pulchro ſermone, & ſuam per ſummum Pontificem miſſionem, & operam fidam, pro conſumatione pacis *Pruthenicæ* excluſo omni ambitu, odio, & fauore interponendam diſſeruit: Regem *Caſimirum*, ad pacem magnopere cohortans, & pacem longo ſermone ſuadens. Quem Rex, reſpondendo certum reddidit, *vt quamuis victoriam in manibus habeat: pacem ſe tamen non abnuere, daturus vniuerſis documentum euidentiſſimum, bella, quæ gerenda iuſte ſuſceperat, modeſte ſe finiturum, atque æquis vſurum conditionibus, quamuis non parum ſibi abſtuliſſet fortuna, & ſuperiorem ſe, & pene iam victorem norit. Nec aliud, quam naturales terras, per vim & iniuriam ſibi & Regno ereptas, & aliquam Pruſſiæ portionem, in ſignum tituli & dominii (quamuis ſe vniuerſam Pruſſiam propediem habiturum conſideret) petiturum.* Tardius poſthæc *Ludouicus* Magiſter *Pruſſiæ*, cum ſuis in *Chelm* aduenit: ratus *Rudolphum* Legatum Apoſtolicum, iuxta literas primas, ſibi directas, propter obſidionem *Namislouienſis* oppidi, & belli *Wratislauienſis*, a *Gregorio* Rege *Bohemiæ* moti, ad Diætam *Thorunenſem* (quas tandem ſecundis, ſerius Magiſtro redditis correxerat) non venturum, multifarie a ſubditis ſuis, viaticum etiam (tanta pannoſitas habebat Magiſtrum *Pruſſiæ*) conferentibus, quatenus ſine pacis concluſione, non rediret, rogatus. Et quoniam *Chelmza* ad conueniendum vtrique parti, locus electus, parum, propter diuturnam deſolationem ſuam, aptus videbatur, tum apud *Nieſzovvam*, per *Iacobum Wladislauienſem*, & *Paulum Varmienſem*, Epiſcopos, qui conſecrationis munus, die Solis, quarta decima menſis Septembris, a *Iacobo Wladislauienſe* Epiſcopo, in Eccleſia Sancti *Ioannis* Baptiſtæ Parochiali, ſub præſentia *Caſimiri* Regis, ſibi impenſum acceptat. Item *Lucam Poſnanienſem*, *Stanislaum* de *Oſtrorog Caliſſienſem*, *Sandiuogium* de *Lanzenicze Siradienſem*, Palatinos, *Stiborium* de *Bayſſen* Gubernatorem *Pruſſiæ*, *Gabrielem* de *Bayſſen* Palatinum *Chelmenſem*, *Ioannem* de *Ritvvyani* Regni *Poloniæ* Marichalcum, *Iacobum* de *Schadek*, Decretorum Doctorem *Ioannem Dlugoſch* Seniorem Canonicos *Cracouienſes*, *Thorunenſes*, *Elbingenſes*, & *Gdanenſes* conſulares, pro parte Regis *Caſimiri* miſſos, & per *Gerardum Molingrude*, *Liuoniæ* Magiſtrum *Vlricum Kinsberg*, Capitaneum in *Ilavva*, *Ioannem Vincbeklyer*, Decretorum Doctorem, *Georgium Shvvyenski*, *Ioannem Fomlar*, & *Michaelem Cromer*, Conſules de *Kinsberg*, pro parte Magiſtri *Ludouici* directos, pacis tractatus, *Rudolpho* Apoſtolico Legato mediante, ſub tribus papilionibus, in eam rem diſpoſitis, gerebatur. Cauente Rege *Caſimiro*, ne ſi apud *Thorunium* pacis tractatus fieret, ſeminarium fraudis, quod in ſuperioribus Diætis hoſtes iniecerant, etiam in hac miſceretur. Sub hoc quoq; tempore hoſtes in *Santbir* conſiſtentes, per *Petrum Rambiclinski* Burgrabium *Marienburgenſem*, & *Thonczonem* partim cæſi, partim fugati, & Eccleſia concremata eſt. 1466.

Rudolpho Epiſcopo Lauentino, & Sedis Apoſtolicæ Legato mediante.

Singulis fere diebus inter obſidentes & obſeſſos, apud *Choyniczam* certaminibus ferventibus, die Solis quarta decima menſis Septembris hoſtes, quaſi fortunam extremam tentaturi, ſub hora tertiarum in frequenti numero, ex oppido ebulientes, pugnam cœperunt conſerere. Qui a Regiis victi militibus, & in oppidum ſecedere coacti, paulo poſt, *Polonis* prandentibus, maiori conatu, maiorique fremitu, pugnam reſumunt. In qua, dum horis aliquot, neutra parte referente pedem, pluribus tamen hinc inde, aut cadentibus, aut vulneratis, tandem *Choynicenſes*, iterum victi, terga vertunt, & *Polono* fugientibus inſtante, multi trucidati, nonnulli inſuper in oppidum refugientes, portis clauſis, ne & *Poloni* ſimul irrumperent, aut cæſi, aut capti, aut in foſſata, aquis plena, præcipitati ſunt. Tanta tunc clade fuerunt attriti, vt in dies aliquot, obſeratis portis, feriatum ſilentium agerent. *Poloni* interim geminas longe lateque ſepes & foſſas, ſub hoſtium oculis inter infeſta illorum tela, ſub humidiſſimo & pluuiali imbre, omnem ſubſidiorum ſpem, & importunitatem adempturi circumducebant. Quindecima deinde dies menſis Septembris, milites Regii, ſub noctis caligine, frequenti ignitarum ſagittarum proiectione, in oppidum vſi, obſeſſis nequicquam ope magna in extinctionem adnitentibus (*Choynicenſia* enim tecta conſtant ex culmis) oppidum incendunt. Ex quo quarta pars oppidi, cum commeatibus & ſubſtantiis conflagrauit: conflagraturum vniuerſum, ſi modica vis venti illud infeſtare perſeueraſſet. Sub tempore autem huiuſmodi conflagrationis, tantus obſeſſos pauor peruaſerat, & formidinis cura omniũ pectora, ne illa inflammatione abſumerentur, & viui in poteſtatem *Polonorum* venirent, vrgebat, vt flexis genibus, precarentur reſcindi incendium: deuouentes ſe quam primum de deditione oppidi pacturos, quod & in craſtinum diem (victa tum demum ſuæ pertinacitatis, qua vti conſueuerant, ferocia) executi ſunt.

Poloni Choyniczam obſidentes, eruptione in ſe hoſtium, non ſine eorum clade bis reuerti coacta,

tandem oppidum ſuccendunt.

Lenta

1466. Lenta tamen fuit tunc eorum pactatio, vt adumbrarent, non ſe illam vltima neceſſitate impulſos iniiſſe; donec parte media oppidi ſepita, exercitus Regius, in partem ſe alteram ſepienda tranſpoſuit. Ab inflammationis ſiquidem die, maior *Polonis* cœpit eſſe, ad premendam obſidione *Choyniczam*, & ad incendendum iterum eius tecta pertinatia, quam obſeſſis pro illius defenſione. Quæ inflammatio niſi interueniſſet, non prius, quam conſumptis victualibus, ipſa videlicet famis neceſſitate, & non aliter traditum iri *Choyniczam* ſibi deſtinabant. Tunc enim & captiuitatis ludibrium, & fortunarum amiſſionem veriti, dum renunciatum eis eſſet, nullam, inferenda obſeſſis ope, ſpem habendam eſſe, *Vlricum Byſſenowen*, magnum commendatorem, *Ioannem* de *Zal*, & nonnullos alios, de B oppido dedendo, Nuncios, ad Capitaneos Regios mittunt. Quæ deditio, conditionibus deditionis compoſitis, quibus cauebatur, *vt obſeſſis incolumibus, cum fortunis & rebus omnibus propriis, relictis omnibus machinis & operibus abire liceat, in Regem Poloniæ, regnumque ſuum pro Cruciferis nunquam machinari hoſtilia*, ſolutis hinc inde, a parte vtraque captiuis, vbi etiam liberatio *Pauli Laſſyenski*, *Petri Schorcz*, & *Laurentii Schmnk*, quos in dura carceris captiuitate vinculis alligatos, vsque ad obſidionem *Choyniczæ*, detinuerant, ſecuta eſt. Die autem Solis vigeſima octaua menſis Septembris, in manus Capitaneorum Regiorum, oppidum C machinas, bombardas & quælibet opera dedunt. Et in continenti aſcenſis equis, magna multitudine lachrymarum ſuffuſi, in caput *Almaniæ* Principum, qui eis promiſſa non tulerant auxilia, imprecati hoſtilia, offerentes ſe etiam in eorum exterminium, voluntaria ſuffragia, ſi quis illos impetere contendat, laturos, oppido excedunt. Et in verticem propinquiorem pergendo, aliquandiu verſi fronte in oppidum, ſuæ mutabilitatem fortunæ ſpectaculo, vrbem execrati, tandem tuto, conducentibus eos militibus Regiis, in *Lemberg* perueniunt. De qua, & *Bithow*, poſt dies quindecim *Henrico* Duci *Stolpenſi*, receptis ab eo o- D cto millibus florenorum, & relaxatis de pacto captiuis eorum Nobilibus, quos in frequenti numero, dimicando ceperat, excedunt, in propriaque, & in varias oras dilabuntur. *Caſimirus* autem Rex, deditionis *Choynicza*, nouitate accepta, in hymnos & ſupplicationes diuinas prorupit, & oppidanis *Ioannem Puſchkarz* (inſignem enim & pro *Choynicza* & pro *Stbargard* conquiſitione, conſtabat illum nauaſſe operam) pro Capitaneo præfecit. Exercitus omnis tam ex Aulicis, quam ex mercenariis militibus à *Choynicza*, victor ad *Caſimirum* Regem in *Thorun* reuerſus, vsque quo pacis durabant tractatus cum Rege manſit: ad veram meritorum æſtimationem, à *Caſimiro* A Rege præmiatus.

& hoſtibus ex pacto incolumibus cum fortunis dimiſſis, per deditionem capiunt, & Paulum Laſſienski cum ſociis olim captum liberum dimittunt.

Choynicza dedita, Cruciferos apud *Nyeſchowam*, de pace placitantes, magnus mæror affecerat, denunciationemque illius confictam, & ad terrendum ſe ſimulatam, donec Magiſtri literis certiores effecti, tenuerant. Nec dubium, quin recepta *Choynicza*, animos Cruciferorum, ad pacis, æquis conditionibus, ſubeundæ, reſpectum inclinatura videbatur. Stimulabant autem *Caſimirum Poloniæ* Regem, & Conſiliarios viris grauibus, & nonnullis exteris Principibus, id quoque ſuadentibus, iuſta in *Choyniczam*, quatenus deleretur, ira, in nullam vnquam Ciuitatem, pro defectione, hoſtiumque receptione, & belli, prope in annos tredecim productione, iuſtius deponendam. Eius enim abrogatione, notam acceptæ cladis ſublatum iri, & ſuis occiſis, parentare ſuggerebant. Non potuit tamen Rex Clemens induci, vt etiam in maxime noxios, & defectionis authores animaduerteret, aut ruinis incendiiſque, in tecta innocua ſæuiret: indignanter ferentibus pleriſque ei Ciuitati parſum eſſe, quæ ſua defectione amplius deliquerat, quam vt ei debeat elementia Regia ignoſci. Infeſtius enim in Regem, & Regnum *Poloniæ*, quam Cruciferi debacchata eſt.

Caſimirus Rex non ſine multorum indignatione adduci non poteſt, vt dedita Choynicza penitus comburatur.

Liuoniæ Marſzalcus *Molingrade*, & ſui complices, auditis conditionibus, quæ per partem Regiam, pro pacis perpetuæ confectione, petebantur, ad *Ludouicum* Magiſtrum *Pruſſiæ* ſuosque Conſiliarios, in *Chelm* reuerſi, expoſitis ex ordine ſingulis tractatibus, quæ conditiones acceptandæ, quæque refutandæ forent conſulunt, pacemque ſub quibuſcunque *Caſimiro Poloniæ* Regi placent conditionibus accipere concludunt, haud ignari, quantum ſibi virium ad omnia *Choynicza* euicta deceſſiſſet. Veriti inſuper, ne circa ſe quoque in *Pruſſia* omnia ruerent, qui probe noſſent ciuium ſuorum animos, & ſtipendiarios ſuos, ad exiguum numerum redactos, & hos ipſos in ſeditionem, & rebellionem, contra ſe ſpectare, ob non ſolutum illis annis multis ſtipendium, ac in omnem ſeditionem defectionemque, quam primum occaſio ſubeſſet, ſerpturos. Victricia inſuper *Polonorum* arma veriti, cumulatiori ordine in *Pruſſiam* deferri, & ſe ac ſuum ordinem deſciſcentibus Ciuitatibus, quarum ſingulas, conſtabat ad defectionem inclinatas, exterminatum iri, validiorem occupaturi gratiam, ſe Regi & Regno *Poloniæ* vnire & dedere perpetuo, ſero quidem, ſed prudentiſſimo conſilio, conſtituunt: meliorem fortunam, conditionem, & Statum, dediti, quam hoſtes habituri. Rogatus autem *Rudolphus* Apoſtolicus Legatus, eorum ſpeciali Nuncio, & literis ad ipſos in *Chelm* proceſſit.

Cui

1466. Cui *Caſimirus Poloniæ Vincentium Kyelbaſa*, Cancellarium *Poſnanienſem*, Secretarium ſuum, ſufficienter de admittendis, & reiiciendis conditionibus inſtructum, adiunxit: facilius illic in abſciſſiori numero, ſuper omnibus pacis mediis, quam in *Thorun* transacturos. Plusquam gratus fuit, Magiſtro & ſuis, *Rudolphi* Legati, & *Vincentii Kielbaſza* in *Chelm* aduentus, & per dies aliquot de principalioribus pacis capitulis, extitit concordatum. *Rudolphus* enim Apoſtolicus Legatus, ad componendum *Prutbenicum* bellum, totis viribus incubuerat, maximaque illi, dum ſuaderet à Magiſtro & Cruciferis, pro conditione ſua, quod & *Almannus*, & Apoſtolicus Legatus eſſet, habebatur fides, vt *Poloniæ* Regem *Caſimirum*, *Pruthenico* bello extincto, ad ſuſcipiendum *Bohemicum*, quemadmodum in ſequentibus narrabimus, poſſet facilius pollicere. Compendinata deinde apud *Chelm* pacis concluſione, *Rudolpho* Legato Apoſtolico, & ſecum vna *Vincentio Kyelbaſza* in *Thorun* reuertente, poſt factam, per eum concluſionis, de pace habitæ, relationem, nonnullis Conſiliariis concluſio ipſa, parum habere videbatur, Militaribus, & Ciuibus *Pruſſiæ* firmitatis & craſſitudinis, neque illam poſſe fieri diuturnam, *Pruthenici* Milites & Ciues (fere enim omnes, per eius conditiones in ſortem & ditionem Magiſtri & Ordinis redierant) aſtruebant, nouaque grauedo & moleſtia, apud *Rudolphi* Legati, & aliorum, pacem ſummopere optantium pectus inceſſit. Aduenit poſt hæc *Ludouicus Pruſſiæ* Magiſter, *Henricus Plauienski* Hoſpitalarius, *Gerardus* Marſzalcus *Liuoniæ*, *Guilhelmus* de *Epingen*, Commendator de *Oſterode*, *Vlricus Kinsberg* in *Ilawa* Capitaneus, *Georgius Slewuski*, *Bernardus Schumborski*, Milites, & plures alii partium Cruciferorum, de terra *Sambienſi*, & *Pruſſiæ* milites, nobiles, & terrigenæ, & Ciues in *Thorun*. Cum quibus per plures dies, *Rudolpho* Apoſtolico Legato, mediante, plures tractatus, ſub diuerſis, qui exiles putabantur, articulis, ſtudiis partium, in magnam extimationem verſi, habiti ſunt, omnique difficultatum ſucciſſa radice, in ſummam pacis perpetuæ, deuentum eſt. Quam cum nonnulli, pauci tamen admodum *Poloniæ* Conſiliarii, omnes tamen fere Militares *Pruſſiæ*, *Paulus Varmienſis* Epiſcopus, & *Pruſſiæ* Ciues carperent, floccique facerent, moleſtius ferentes, quam ſat erat, *Pruſſiæ* Magiſtrum, & Ordinem, in omnem fere dominatum terræ *Pruſſiæ*, a qua facile, ſi Rex, poſt conquiſitam *Chojnicezam*, enixius bello inſtando, *Kinsberg* obſidione valiaſſet, repellendus fuerat admiſſum. Durius tamen ob id à Pontificibus, cæteriſque conſiliariis *Poloniæ* coarguti ſunt: differentibus, *ne, quod omnibus votis expetendum fuerat, & vltro offertur, faſtidirent, hanc occaſionem, qua ſuberat negligerent: non ſemper licere, quod nunc licet. Acceptandamque non aſpernandam, tam fauorabilis fortunæ oblationem, in ſtultorum computandi ordine, ſi quod ſuperiori tempore, per arma & ſanguinem, grauemque mortem petitum eſt, oblatum impediant ſuſcipere*, tandem & ipſi ſanioris maiorisque partis ſententiam æmulati, in pacis conditiones, ſtudio *Rudolphi* Legati Apoſtolici & limatas & digeſtas conſentiunt. Qui caſte ſincereque in partem vtramque, duobus propè menſibus verſatus, fructum eſt ampliſſimum ſuæ miſſionis conſecutus: ſumma fide, probitate, continentia, puritate, modeſtiſſimiſque moribus, partis vtriusque beneuolentiam & extimationem obtinuit. Talem ſe in pace conficienda, talem in dirimendis difficultatibus, talem in diſſoluendis, nodoſis diſceptationibus, talem inſuper, in admonendo & perſuadendo geſſit, parti vtrique integritate gratiſſima, vt ad rem ipſam optimo fine comparandam, diuinam illi affulſiſſe gratiam, non ſecus, quam pacis angelo mirarentur vniuerſi. Gratias illi reddendo ingentes, quod bellum atrox horrendum, & diuturnum, conſilio ſaluberrimo, integritate admiranda, & virtute eximia, incendia & ſanguinis humani profluuia reſtrinxerit, disiunctiſſimoſque populos, odiis prope maioribus certantes, quam viribus, ad pulcherrimam & conformem idemptitatem reduxerit, & ſolito conſociauerit fœdere atque glutinio. Quem dum gratificationis ſtudium, prorſus abdicaſſe partes viderant, facilius illius perſuaſiones acceptabant. Sed & pax ipſa *Caſimirum* Regem mulcebat, qui etſi ſe arbitraretur & iure & victoriis ſuperiorem, in meliori tamen ſua fortuna videns de pace agi, atque in ſecundis rebus, ſanius quam in aduerſis, ſapere ſolertiſſimum ducens, pacem acceptat. Eo à Rege & Conſiliariis credita ſolidior, quo æquioribus conditionibus, Legato Apoſtolico dictante, compoſita eſt. Eo inſuper, ad componendum notatus feruere ardore, vt quamuis peſtis epidimiæ, etiam in *Thorun* irrepſiſſet, & plures ex militibus ſuis, & inferioribus conſiliariis, cæteriſque mortalibus, ſingulis diebus, caderent. *Sandiuogius* inſuper de *Lanzenicze* Palatinus *Siradienſis*, poſteaquam à peſte inuaſus, tertia die occiderat. *Ioannes Gneſnenſis* Archiepiſcopus periclitatus ægre euaſerat: non ſe tamen terruit, quin quamuis ſuadentibus fugam Conſiliariis, donec pax omnis ad extremum perfecta fuit, ſubſiſtere in *Thorun* perſeuerauit, ſuoque huiuſmodi mirabili durámento, Prælatos & Conſiliarios fugam, pauore mortis aſſidue graſſantis meditantes, ne abirent, circa ſe continuit, virumque ſe heroicum, luem peſtis nihili pendendo, monſtrauit.

De pace perpetua inter Cruciferos & Polonos opera Rudolphi Epiſcopi Lauantini, & Apoſtolici Legati, conuenit.

Vi-

1466.

Hoſtis per milites Maſouiæ profligitur.

Vigeſima quinta menſis Septembris, hoſtes ex monte *Hıcko* quem *Wkra* abluit, prope *Szarnovv* incaſtellato, dum in *Maſouia*, in numero quadraginta equitum ſpolia agerent, a *Dadzıbog* de *Goladkovv*, genere *Inıoſcha*, & Aulicis Ducis *Maſouia Conradi*, profligati ſunt. Mons ipſe, qui a *Miſchka*, & trecentis ſuis complicibus tenebatur, expugnatus, omneſque, qui illum tutabantur, a militibus *Maſouiæ*, aut occiſi, aut capti.

Pax perpetua

Die Solis, decima nona menſis Octobris, pace perpetua in vniuerſis articulis, conditionibus, atque punctis, per dies plures digeſta, limara, concordata, & in Priuilegiom perpetui fœderis, ſub latino idiomate cum ſubſcriptione manus propriæ *Rudolphi* Legati Apoſtolici, & trium Notariorum publicorum Sigillis, inſuper *Caſimiri Polonia* Regis & *Ludouici* B Magiſtri Ordinis *Pruſſiæ*, Prælarorum quoque & Conſiliariorum partia vtriusque, redacta, atque roborata, apud domom *Gyelda*, *Thorunenſis*, vterque cum ſuis, Rex videlicet *Caſimirus*, & Magiſter *Ludouicus*, in magna multitudine perſonalirer conuenit. Et poſt mutuas exceptiones, ſalutationes, & amplexus, tum primum a Rege io Magiſtrum, & viciſſitudinarie factas, ſilentio indicto, *Rudolphus* Epiſcopus *Lauentinus*, Legatus Apoſtolicus, pacem ioter *Caſimirum Pclonia* Regem, ſuosque ex vna, & *Ludouicum Pruſſiæ* Magiſtrum, & Ordinem ſuosque ex altera, partibus, fœliciter initam, conſumatam, & concluſam publicat, & primum idiomate *Almanico*, cum C *Polonicum* ignorauit, deinde per organum *Vincentii Kyelbaſſa*, Secretarii, in *Polonico*, ſingulos eius articulos ex ordine enarrat. Quibus a parte vtraque conſeſſis, & approbatis, primum *Caſimirus Poloniæ* Rex, deinde *Ludouicus* Magiſter *Pruſſiæ*, flexis genibus, in *Rudolphi* Legati Apoſtolici manibus, ſuper lignum Crucis viuificæ, iureiurando ſe aſtrinxit, pacem concluſam in omnibus clauſulis, conditionibus, atque punctis, cuſtoditurum. Idem fecerunt, *Ioannes Gneſnenſis* Archiepiſcopus, *Iacobus Wladislauienſis*, *Paulus Varmienſis* Epiſcopi, omneſque tam Regil, quam Magiſtri Conſiliarii, Palatini, Commendatores, Officiales & Dignitarii, atque Ciues. Itum eſt de- D inde ex *Gyelda*, io ſanctæ *Mariæ*, fratrum minorum Baſilicam, & hymnus. *Te Deum laudamus*, cantatus, Miſſaque in honorem benedictæ Trinitatis, *Rudolpho* Legato rem Dioinam explente, & ſub præſentia *Caſimiri* Regis & *Ludouici* Magiſtri, ſelenniter acta. Magiſter cum omnibus ſuis honore menſæ a Rege exceptus, & ſplendide tractatus, dieſque illa in magno gaudio, iocunditate, & exultatione abſumpta eſt.

vltro citroque iureiurando firmata: inter Polonos atque Cruciferos Thorunii conſumatur.

Illo plane die, quantum omoipotens Deus, cum gente & natione *Polonica*, miſericordiam ſuam mirificauerit, oſtendit, dum & Prouincias inſignes a Regno *Poloniæ*, diuturno tempore ſciſſas, & alienatas reſtituit, & hoſtem infeſtum pacatum & vnitum reddidit. A De iratis beneuolos, de ſuſpectis placatos, de auſteris mites, de hoſtibus amicos, & vnitos, fecit. Bella tumentia ſedauit, pacificauit oram *Pruthenicam*, *Pomeranicam*, & *Dobrzinenſem*, cæde & Ciuili ſanguine madeote. Nulla in parte orbis, tam diu Ciuilis Cruoria rabies debacchata, fioes ſui propagauir imperii, & plurimis illud, apud longe & prope poſitos populos, nobilitauit, & extulit præconiis, adeo, vt plerique *Almaniæ*, & Cometanei Principes & populi ſuper tam magnifica Regni *Polonici* Sublimatione, ſingulari torquerentur inuidia, & pacis calumniarentur conditiones. *Wratislauienſis* tamen populus, & Ciuitas, haud mediocrem fidem, gratitudinem, & deuotionem, io *Caſimirum* Regem, & Regnum *Polonia* tunc monſtrauit. Quæ, pacis concluſæ nouitate, ad ſe literis *Rudolphi* Apoſtolici Legati perlata, laudes Domino, per ſingulas ædes ſacras, alto clamore, cum pulſu campanarum, cecinit, & in noctem ſequentem ignibus extructis frequentius effuſa, læticia gaudioque carmina iubilauit. Maiorem ob id apud *Georgium Bohemiæ* Regem, liuoris & indignationis contractura ſarcinam, quem diuerſum dolor, liuor, ira, mæror, quod ſe repudiato & neglecto, *Polonorum* Regis gratulabatur ſucceſſibus, diſtrahebant, præcipiti, in alieno o cupando Regno, gradiens via, & ſtabilem religionis noſtræ ortodoxæ deſerens ordinem, peregrina & erronea ſectatus dogmata, lætos non habiturus exitus, proſperitatis ſuæ velocem curſum, quamuis, vt plerique rebantur, iniucundum & noxium, & excelſam ſuæ potentiæ machinam, repentino atque inſperato tandem fine, amiſſurus. Illo inſuper die, Diuinitas conſuetudinem ſuam oſtendit, quæ non amouere initio pericula, ſed multiplicare permiſit. At tum demum confractis pene & exterminatis omnibus rebus, opem tulit, ac prærer omnem ſpem, mirabili ſuæ prouidentiæ benignitate, bellum atrox, & in annum prorogatum tredecimum, extinxit: in ipſo neceſſitatis articulo, cum bella plus ſolito intinuiſſent, & bellantinm rabies, crudelia quæque & extrema moliretur, magnitudinem virtutis ſuæ indicans, & mortalium tolerantiam clementer exercens. Vicitque tunc, licet multis ſæculis caligine ſuffuſa veritas, & id, quod Cruciferi multis ingeniis, coloribus, & aſtu, ambiguum fecerant, vtrius populi *Pomerania*, *Chelmenſis* & *Michalouienſis* terræ forent, illuſtratum eſt, terræque ipſæ, pro quibus annis Centum quinquaginta certebatur, iuris Regni *Polonici*, vt erant declaratæ. Quarum recuperatione, *Caſimirus Poloniæ* rex contentus, morigerum ſe Apoſtolico Legato *Rudolpho*, circa pacis confectionem geſſit, ad cætera: oſtendens ſe victoria non inſoleuiſſe, & bello tam diu-

Terra, Pomerania, Chelmenſis, & Michalouienſis, Regno Polonia,

1466.

diuturno, non, niſi quæ ſua erant, quæſiuiſſe. In hac autem re, Diuinum numen mortalibus quibusque, aliena per iniuriam occu- A pantibus, formidandum eſt, quod iniuſtos rerum alienarum inuaſores, dum ſe magis tutos crediderint, ſolet vlciſci ſeuerius. *Marienburgenſe* autem Caſtrum, ideo in ſua ditione *Caſimirus* Rex conſiſtere, & perpetuo Regno *Polonico* applicare voluit: veritus, vna cum Conſiliariis, ne ſitus bonitate, & murorum magnitudine, ac robore, in potentiam formidabilem, ſibique periculoſam euaderet, & ex Caſtri tam celebris ditione, ac nomine, Ordo, quandoque, opportunitate conſpecta, ſuperbiret: Succiſurus eo pacto ab ordine omnem hoſtilitatis atq; rebellionis occaſionem, materiamque, vt fideles illos ſubditos, & adiutores perpetuos haberet: quos annis mul- B tis hoſtes infeſtos pertulerat. *Culmenſis* inſuper Eccleſia, ſuæ matrici, & metropoli *Gneſnenſi* eccleſiæ reunita eſt, quæ a *Leſchkonis* albi, *Cracouienſis*, *Sandomirienſis* & *Pomeraniæ* Ducis, ac *Polonorum* Monarchæ, vsque ad tempora moderni Regis *Caſimiri* tertii, per annos circiter ducentos, ab Eccleſia *Polonica* abſtracta, *Liuonicæ*, *Rigenſi*, in rerum natura, dum *Chelmenſis* fundaretur, nondum extanti, per longa, non terrarum modo, ſed & marium ſpacia adiecta fuerat. Quo quidem callido & vaſro ingenio, *Carolus* quartus *Romanorum* Imperator & Rex *Bohemiæ* in abſtrahenda a *Gneſnenſe* Prouincia, Diœceſi *Wratiſlauienſi*, quaſi quodam nouo præſtigio viſus C eſt vti, vt iuxta ac Dominium abſtraxerat, ita & Diœceſim appropriando nouo Archiepiſcopatui *Pragenſi* abſtraheret, niſi eius molitiones *Caſimiri* ſecundi, *Poloniæ* Regis, ſcrupuloſa cura repreſſiſſet. Conatus eſt inſuper Magiſter *Pruſſiæ*, & Ordo Cruciferorum, denarii ſancti *Petri*, in Diœceſi *Chelmenſi*, vetuſtam redditionem, negata per annos quatuordecim, ſedi Apoſtolicæ debita eius ſolutione, & tolerando totidem annis cenſuras, extinguere ius vetus, & liquidum, quod terras & regiones Regni *Poloniæ* quoties vſurpantur, iniuſte detineri clamitat: exiſtimantibus callidis coniectoribus, quod ius Regno *Polonico* & Prouinciæ *Gneſnenſi* in terra & ec- D cleſia *Chelmenſi* competens, tot tantisque adumbrationibus tollere, & perpetuo obliterare potuiſſent.

& Archiepiſcopatui Gneſnenſi Diœceſis Chelmenſis accedit.

Illo quoque die, beatæ *Brigittæ*, *Scotiæ* Reginæ, in ſecundo reuelationum libro, Capitulo decimo nono, verſus finem, conſtat, verificata eſſe: quorum & exemplar ſubnectimus. *Oſtendi tibi ſupra de apibus, quæ habent triplex bonum, de apiaſtro ſuo, Dico tibi nunc, quod tales apes, deberent eſſe illi Cruciferi, quos in illis finibus Chriſtianorum poſui, ſed iam pugnant contra me, nam de animabus non curant, non patiuntur corporibus conuerſorum ad fidem Catholicam, & ad me de errore. Opprimunt enim eos laboribus, priuant libertatibus, in fide eos non inſtruunt. Sacramentis priuant, & cum maiori dolore mittunt eos ad infernum, quam ſi ſtarent in ſuo conſueto paganiſmo. Etiam non ob aliud pugnant, niſi ut dilatent ſuperbiam, & augeant cupiditatem ſuam. Ideo venit eis tempus, quo confringentur dentes eorum, manus dextra mutilabitur, & ſubneruabitur; dexter pes eorum, vt viuant, & ſe ipſos cognoſcant, amen.* Ad prophetiam autem beatæ *Brigittæ*, etiam cœleſtis numinis accedebat oſtentum. Stella enim, vt in ſuperioribus præmiſimus, crinita per biennium exorta, quæ & bellum atrox diuturnumque, & Cruciferorum ex terris, quas occupaverant, portendebat amotionem.

Vaticinium diuæ Brigittæ, Sueciæ Reginæ, de extermino Cruciferorū.

Conditionum autem perpetuæ pacis *Pruthenicæ* Summa a me abſciſſius, quo poteram compendiata, hæc eſt, *vt ceſſantibus omnibus bellis, rancoribus & infamiis, Rex & Regnum Poloniæ, terras ſuas naturales, Chelmenſem, Michaloucenſem & Pomeraniæ, iuxta veteres limites, cum omni integritate habeat. Magiſter & Ordo de illis, & earum iure, quomodolibet competenti, perpetue & in æuum, tribus villis duntaxat in Nerga exceptis, quas de ſpeciali gratia Caſimirus Rex Magiſtro & Ordini, ex terra Pomeraniæ, propter commodiorem piſcaturam in Hab, venatione ſibi totius Nergiæ reſeruata largitus eſt.* Item *Caſtra & oppida Marienburg, Schtum, & Criſtburg, item Ciuitatem Elbing nouam, & veterem, cum ſuo diſtrictu, & oppido Tolkmith, & ſuo diſtrictu, & officio Valdaphi, & ſex villis Caſtri Holland, & omnibus militibus vaſallis, ad Regem & Regnum Poloniæ, perpetuo pertineant, & Magiſter & Ordo perpetuo illis renuncient,* item *quod tota terra Pruſſiæ cum ſuis Caſtris, Ciuitatibus, oppidis, militibus, & villis, (Marienburgenſi, & Elbingenſi Caſtris, oppidis & diſtrictibus, exceptis) & cum iure patronatus, & ditione Epiſcopatuum Pomeſanienſis, & Zambienſis, Magiſtro & Ordini perpetuo remaneat, in illorumque iure & dominio perpetuo conſiſtat.* Item *quod piſcaturarum Revvtel, medietas cedat, Regi, & Regno, medietas Ordini & Magiſtro.* Item *quod Ludouicus Magiſter & quilibet ſuus ſucceſſor Magiſter Pruſſiæ, ſit Princeps & Conſiliarius perpetuus Regni Poloniæ, & Commendatores principaliores, a Magiſtro pro tempore deputandi, ſint Regni eiuſdem Conſiliarii, in Regis & Regni Poloniæ protectionem, ſubiectionem, & defenſionem, perpetuo duraturam, aſſumpti, & ab eis affectione Regia tractandi, honorandi, & diligendi, & in iuribus eorum conſeruandi. Tenebiturque quilibet Magiſter de nouo in Magiſterium aſſumptus, Regi Poloniæ, cuilibet pro tempore, poſt ſex Menſes, in die aſſumptio-*

Articuli ſeu conditiones initæ pacis perpetuæ inter Caſimirum Regem Poloniæ, & Ludouicum

1466. Magiſtrum Pruſia.

ptionis ſe perſonaliter repræſentare, & tam pro ſe, quam Commendatoribus, & terris Pruſſiæ præſtare Regi & Regno Poloniæ iuramentum, A de obſeruanda præſenti perpetua pace, & nunquam petenda abſolutione, aut relaxatione iuramenti, nec conceſſa, aut concedenda vti: in ſiniſtra Regum Poloniæ habiturus locum primarium & ſeſſionem. Item, quod Magiſter & Ordo, ac terra Pruſſiæ, & quæcunque aliæ per Magiſtrum, & Ordinem, ſub barbaris conquirendæ, ſint perpetuo Regi & Regno Poloniæ connexæ, iunctæ, vnitæ, & inuiſceratæ, ita ut ſint cum Regno Poloniæ vnum & indiuiduum corpus, vna gens, vnus populus in amicitia, fœdere, & vnione: nullum alium, quam Reges Poloniæ, præter ſummum Pontificem, pro Capite, & ſuperiore recognituri. Laturi inſuper illis contra omnes auxilia hoſtes, & nunquam illos in proſperis aut aduerſis deſerturi, nec ſine eorum ſpeciali ſcientia & conſenſu, celebraturi fœdera, aut B bella Catholicis moturi. Item quod Chelmenſis eccleſia ad ſuam matricem & primitialem Eccleſiam Gneſnenſem redeat, & illi reuniatur: ex regulari in ſecularem transferenda, in ditione Regis & Regni Poloniæ perpetuo duratura. Item quod Eccleſia Varmienſis, cum ſuo Capitulo & omnibus Caſtris & Ciuitatibus, ditionem & ius Regis Regnique Poloniæ, perpetuo transeat: renunciantibus illis Magiſtro & Ordine. Item quod ad eccleſiam Chelmenſem præfatam promoueatur Secretarius Regius Vincentius Kielbaſſa: habiturus & Pomeſanienſem in commendam, ad vitam: Eius morte ſecuta, ad re- C gularitatem & ditionem Magiſtri reditura. Item quod Caſtra, Ciuitates, oppida, Villæ, & quælibet loca Eccleſiaſtica reddantur per partem vtramque, eorum eccleſiis. Soluantur hinc inde omnes captiui, Stratæ veterem habeant vſum. Abſtineatur ab omni impoſitione, omnium teloneorum, & depoſitoriorum. Ad Ordinem ſanctæ Mariæ Theutonicorum prædictum, etiam de ſubditis Regni Poloniæ perſonæ aſſumantur, capaces ordinis, ita tamen, quod non excedatur medietas, & in diſtribuendis Commendariis, & officiis, Ordinis habeatur etiam ad illos reſpectus. Magiſter eligatur idoneus, abſque demerito, & ſine ſcientia Regis, & Regni Poloniæ, non amouendus. D Item, quod Rex, Regnum, Magiſter & Ordo, ad nullam Eccleſiaſticam poteſtatem, vel mundanam recurret, & præſentis pacis ſolutionem petet, nec vtetur impetrata, vel motu proprio conceſſa. Item Caſtrum, Ciuitas, oppidum, munitio, in terris Regiis, Pomeraniæ, Chelmenſi, Michalouienſi, quomodolibet intercepta, vel Magiſtro tradita, debet Regi & Regno Poloniæ reſtitui, aut cum aſſiſtentia Magiſtri expugnari, & e conuerſo reddi. Item quod Caſtra, Ciuitates, ad Regem, & Regnum Poloniæ, & vice reciproca, ad Magiſtrum & Ordinem,

1466.

ex fœdere pertinentes, in feſto ſancti Ioannis Baptiſtæ cuilibet partium debent conſignari, & reddi, & Ciuium & ſubditorum, omnis hoſtilitas, & rebellio perpetuo obliterari vitaque eorum, & fortunis ſecuritas, plena haberi. Et quod omnes donationes, venditiones, & alienationes, hinc inde in bonis quibuslibet, in partem alteram cedendis, ſub bello factæ, debeant caſſum & retractatum iri. Omnes profugi & exules, militares duntaxat, & nobiles, ad bona ſua reuerti, de illis pro beneplacito diſpoſituri, & omnis bonorum eorum alienatio irritari. Ciues vero exiliati, & profugi, in omnia aque bona, domos & agros, reſtitui, quæ non eſſent vendita, ante præſentis Diatæ inchoationem. Pro venditis quoque, licebit eis dare precium expoſitum, per emptorem. Item quod pacem ipſam omnes Epiſcopi, Duces, Palatini, Dignitarii, Commendatores, Militares, Ciues Regni Poloniæ, & Pruſſiæ, iurabunt ſeruare: renunciando omnibus exceptionibus iuris & facti. Item, quod Caſimirus Poloniæ Rex, & Ludouicus Pruſſiæ Magiſter, etſi firmam, ratamque pacem præſentem, vel ex eo crediderint, quod a Legato Apoſtolico, Rudolpho Epiſcopo Lauantino, tractata, ordinata, approbata, & confirmata ſit: pro maiori tamen eius ſubſiſtentia, & robore, per ſuos Oratores inſtabunt, vt præſens pax, fœdus & vnio, vltroneè per partem vtramque celebrata, confirmetur, per Summum Pontificem, ſpecialibus bullis, adiecta pœna Cenſurarum in transgreſſorem cum ſuppletione omnium defectuum, quacunque authoritate firmatorum, & ſpecialiter cum caſſatione allegationis, quæ prætendi quomodolibet poſſit: cum & in Diatam vtraque pars ſponte venerit, & concordiam, fœdus, & vnionem inierit vltroneè, & initam, in ſingulis conditionibus & articulis, ſpeciali & expreſſa voluntate emologauerit. Sic bellum in quatuordecim annos protractum, ſpe omnium propter cunctationem ſolam Principis in rebus omnibus, ſerius finitum eſt.

Tali itaque, quem, vt præſcripſimus, modo, ordine, & fœdere, Pruſſia vniuerſa, poſtquam Polonos vario Marte, multoque cruore, & ſudore, annis prope tredecim, exercuiſſet, Polonico Regno vnita atque dedita eſt. Cæpitque ex tunc area Regni Polonici diffuſis oris protendi, & nominis ſui illuſtre præconium dilatari, ſalubri conſilio, ſalubri arte, & magis Diuina quam humana prouidentia, victores victis, & nigræ Crucis oſores, cultoribus illius permixti, ac poſt cruenta & ſanguinaria bella, viribus copiarum, & ingeniis Callidis, terra marique geſta, poſt grauia odia, quæ annis tredecim ſanguis fuſus, vix explere potuerat, pax optima, ſolida, terra marique compoſita eſt. Cuius compoſitionis maximam partem laudis, atque æſtimationis, Rudolphus Epiſcopus Lauantinus,

1466.

Apoſtolicus, Legatus tulit: quoniam illo authore, atque agente, ab infeſtis armis, quæ magnam turbationem Catholicis tantopere attulerant, fuit diſceſſum. Qui priusquam *Wratislania* ad *Thorunenſem* Diætam egrederetur, oraculo deuotæ & religioſæ *Veronicæ* Virginis, de *Cracouia* ortæ, ſed circa *Wratislauienſem*, multis iam annis demorantis, Eccleſiam, & frequentea habentis reuelationes, ad liquidum edoctus, pacem *Pruthenicam* à ſe confectam iri: quemadmodum eidem *Veronicæ* per viſionem, qua in conſpectu altiſſimi Legatus ipſe viſus eſt, ab ea conſiſtere, & acinacem ab vtraque parte acutum confringere, *Pruthenicum* bellum confringendum, ab eo Angelo interpretante monſtratum eſt. Et quamuis pax præſata, & ipſa ſui natura, & optimis æquisque conditionibus, ſuis læta eſſet, deſiderabilis cunctis, & iucunda, vniuerſi quoque viri, pacifici & timorati, *Caſimirum Poloniæ* Regem, & Conſiliarios ſuos, *Rudolphum* Apoſtolicum Legatum, cæterosque authores illius, ſummis laudibus ad cœlum efferrent: *Georgius* tamen *Bohemiæ* Rex dolore ingenti, cadentis ſuæ ad irritum ſpei, angebatur, quippe qui *Polonos Pruthenico* bello, in multo longius tempus diſtineri, atque exhauſtum iri optauerat, & per diſſidentias cum Cruciferis, mutuaque bella, Regnum *Bohemiæ*, ſibi & filiis male quæſitum, & quærendum, diuturnum fore crediderat. Qui, cum illam primum, ex rumore ſonoro & precipiti, confectam audiſſet, diu credere renuit, ne indolendum ſibi vehementius foret, ſi crederet: aſſerens *ingenium ſuum abunde prouidiſſe, ne pacem Pruthenicam confectam iri, & iterum atque bellorum flammas, largo hactenus cruoris mutui imbre productas, lenteſcere contingeret.* Dum vero contra, ac ipſe ratus, pacis *Pruthenicæ*, multorum relationibus, atque literis glorioſius confirmaretur exitus, ſtomachans & indignans, ac liuore ſeſe excrucians, *ſtabilem & diuturnam fieri non poſſe*, apud ſuorum aures deducebat, *& ex impedimento, per Cæſarem, & Electores Imperii, Almaniaque Principes dando, vel ex eo ſolo, quod mercenarii milites, in parte vtraque, in emerito ſtipendio negligendi, illam infecturi forent.* Eoque vno reſpectu ſe & ſecum ſentientes, in communi anxietate & liuore, quam maxime ſolabatur. *Lithuanis* quoque ipſa pax ſciebatur parum grata, moleſtius ferentibus, quod *Polonos* bellis *Pruthenicis* occupatos facultatem nocendi nacti, bello pulſare, pro conferenda eis *Podolia*, & iure ac proprietate terræ *Lucenſis*, quæ *Volhinenſis* antiquitus dicebatur, abdicanda, omiſerint, & quod tempus expectatum amiſerint, quæ *Polonos* & *Pruſſiæ* acceſſione, atque potentia auctos, & cæteris impedimentis vacuos, tam opportune iam aggredi non poſſent. Torſere denique ſe nonnulli Proceres *Poloniæ*, ex pacis præſatæ proſpero atque inopinato euentu, cum, quod illis non adhibitis, fœdus ictum, deputabant ignominiæ, tum, quod republica bello exonerata, & ea, quæ emungere ſolebant, rapturi non eſſent, & quæ detinebant Regalia, Rege pecuniarum abundantiam conſecuto, amiſſuri. Nitebantur etiam per cæcam inuidiam, qui pacem tractauerant, & confecerant, non ſine manifeſto & euidenti, propter peſtem aſſidue graſſantem, periculo, quod ſoli illa non aſſequebantur, honores corrumpere & premia: aſtruendo *potuiſſe confici pacem meliorem, pacisque condiciones feraciores, ſi præcipitatio non interueniſſet, & rem integram, ad Conuentionem generalem in Pyotrkow tenendam, dilatum iri placuiſſet.* Ignari rerum humanarum, quæ fluxæ ac mobiles, in aduerſa ſæpe, quoties moderatio & æquitas illas non rexerit: Diuino nutu vertuntur: cum potius clementiſſimo Deo gratiæ immenſæ ab vniuerſis agendæ forent, quod ad pacem, æquis conditionibus ineundam, parti vtrique, animos mentemque tribuerit. Mercenariis inſuper militibus, pax ipſa cordi non erat, pacisque non probabat capitula: qui veluti belli inſtrumenta, ſub pace, minus ſe penſum iri, & precium ſuæ æſtimationis & militiæ, ea ſecuta, ſciebant caſurum. De hac autem pace & victoria, *Polonis* neque ſuperbiendum, neque gloriandum eſt, vtpote, quæ non eorum viribus, induſtria aut merito, ſed ſola peruenit propiciatione Diuina. Venerandumque ipſis, & aſſidue glorificandum nomen Diuinum, fortunæque expaueſcenda mutabilitas, & id maxime, & ante omnia intelligendum, ſentiendumque *Dominia & regiones facile amitti, quas contigerit, aut occupari per iniuriam, aut iure & iuſtitia non adminiſtrari.*

Veronica virgo vates, Legatum Apoſtolicum Rudolphum pacem inter Polonos, & Cruciferos confecturum, Georgio Bohemiæ Regi prædicit.

Et quibusdam ex Polono Senatu

ac militibus, atque exteris pax ipſa non placet.

Honoraturus *Caſimirus Poloniæ* Rex *Rudolphum* Apoſtolicum Legatum, ſuum iam ex *Thorun* in *Wratislauiam* appropinquantem diſceſſum & labores, quos in conficienda pace menſibus prope duobus pertulerat, præmiaturus, quatuor illi argenteas ſcutellas, & duas pelues, quadringentos florenos in auro, quatuor pocula deaurata, veſtes multiplices Sabellinas, & mardurinas, purpura nobili contextas, equos pulcherrimos, & nonnulla alia magnifica dona iuxta meritum transmittit. Quæ pater ille, ſua illa celebri modeſtia ſuſcipere aſpernatus, ne ſibi probro haberetur, humiliter à *Caſimiro* Rege expetiit, maius ſe donum ex recuſatione, quam & natura ſua, & Sedes prohibet Apoſtolica, quam ſuſceptione ratus, ab ipſa Sede & Regis promotione, ſeruato cultu modeſtiæ, adepturum. Et quamuis ab inſignibus, & grauibus viris, itidem & à *Caſimiro* Rege ad illum deſtinatis, vt ex donis ipſis, ſaltem aliqua grata accipere in animum induceret, iterum atque iterum, cum multipliciter vexaretur, aſpernatus eſt omnia & petitionis frequentem inſtantiam, & petentium

Rudolphus Legatus Apoſtolicus

innata modeſtia, ampliſſima dona Regis Caſimiri renuit.

1466. *Magiſter vero Ludouicus eum ſuis principalioribus honoratur illic.*

tium dignitatem, manus ſuas, ab omni munere inceſtas ſeruauit. Extendit & in Magiſtrum *Pruſſiæ Ludouicum* ſuosque omnes *Caſimirus* A *Poloniæ* Rex ſuæ munificentiæ dextram, & veſtibus triplicibus Sabellinis, valde optimis, Magiſtrum veſtiens, dat inſuper pro viatico, trecentos florenos, duos ſcutellas, & duas pelues argenteas, duos pulcherrimos equos. In *Henricum* vero *Plavienski* Hoſpitalarium, *Gerbardum Molingrode* Marſzalcum *Liuoniæ*, *Vilhelmum* de *Epingen*, Commendatorem de *Oſterode*, *Vlricum* de *Kinsberg* in *Ilawa* tenutarium, duplicia veſtimenta Sabellina, & mardurina, florenos, & equos contulit. In *Bernhardum* denique de *Schumborg*, Capitaneum *Chelmenſem*, *Georgium Sliwienski*, milites, qui cum Magiſtro *Ludouico* aduenerant, ſimplicia Sabellina. In duos vero B fratres Cruciferos Magiſtro & Cubiculo asſiſtentes ſuo, qui appellantur Compani, mardurina diſtribuit: non computatis his, quæ in Magiſtrum & omnes ſuos, dum apud *Thorunenſem* diætam ſtaret, per omne tempus contulerat. Nec his omnibus Rex optimus contentus, nimia egeſtate & pauperie *Ludouici* Magiſtri cognita, quo ſibi & Regno illum & Ordinem ſuum fideliorem efficeret, quindecim millibus florenorum eum donat, quibus ſuis ſtipendiariis facilius ſoluat, & recedentibus mercenariis ex *Pruſſia* militibus, amœnitas pacis robuſtius vbique conſurgat. Qua quidem liberalitate *Ludouicum* Magiſtrum *Pruſſiæ*, C & omnes ſuos adeo Rex deuinxit, vt pro cuſtodiendo pacis fœdere, impenſius etiam quam exigebatur, operam ſuam nauaturos repromitterent: pœnitentia graui afflicti, quod *Frederici* Imperatoris Ducis *Auſtriæ* & Electorum Imperii, vanis promiſſis deluſi, in pacem perpetuam dudum ante, cum Rege & Regno *Poloniæ* venire tardauerint, nec vnquam alias priuatim, & publice ordo Crucifericus, *Polonico* Regno fuit coniunctior.

Legati Romam pro confirmando fœdere inter Polonum & Cruciferum icto, mittuntur.

Delegati poſthæc Nuncii, ad Summum Pontificem, *Paulum* ſecundum in Vrbem à *Caſimiro Poloniæ* Rege, videlicet *Vincentius Kielbaſſa*, ad Eccleſiam *Chelmenſem* D nominatus & *Ioannes Oſtrorog*, Iuris vtriusque Doctor, Caſtellanus *Myedzirzecenſis*, à Magiſtro vero *Pruſſiæ Ludouico*, *Ioannes Vinkeler* Decretorum Doctor, ſub vna comitiua ituri, & poſt præſtitam præſtandamqua obedientiam, actas quoque in Papam gratiarum actiones, pro bello diuturno, opera ſui Legati *Rudolphi* ſummoto, confirmationem fœderis, de certa ſcientia, æquo tenore petituri. Quibus quoque & hoc iniunctum eſt, vt *Rudolphum* Epiſcopum *Lauantinum* in Cardinalem, pro ſuo merito, enarratis ſuis virtutibus, & exactiſſima, quam in procuran-

Petituri etiam vt Rudolphus autor pacis Pruthenicæ

1466. *in Cardinalem creetur. Cui ducentos florenos Caſimirus Rex annui ſalarii in Zuppis aſſignauit.*

dæ pace *Pruthenica* egit, cura, creari ſummo conatu exoptent & procurent. Quem A *Caſimirus Poloniæ* Rex, dona ſua abnuentem, in perpetuum ipſo acceptante, delegit Conſiliarium, & ducentos florenos in Zuppis *Craconienſibus*, pro annuo ſalario illi deputauit.

Caſimirus Rex nomine Summi Pontificis rogatur,

Orditurus autem apud *Caſimirum Poloniæ* Regem rem fidei, & *Bohemicam*, (concretæ enim erant) *Rudolphus* Epiſcopus *Lauantinus*, Apoſtolicus Legatus, gratia quarum principaliter, ad intercipiendum bellum *Pruthenicum*, omni conatu æſtuaueras, petita à *Caſimiro* Rege audientia, in *Ioannis Gneſnenſis* Archiepiſcopi, *Iacobi Wladislauienſis* Epiſcopi, *Lucæ Poſnanienſis*, *Ioannis* de *Rytbwiani*, Regni B *Poloniæ* Marſzalci, præſentia, *Caſimirum* Regem nomine Summi Pontificis, *Pauli* ſecundi, orat, rogat, requirit, & hortatur, *ne ſacra fidei rem in Regno Bohemico ab improbo & callido hæretico Georgio Poſdziebmczki, diutius in opprobrium totius orthodoxæ fidei conculcatum iri, & Regnum illud contra ius faſque detineri, ab eius iniuſto occupatore, qui variis dolis, & vt fertur, etiam per venena, nobiliſſimo inter Principes adoleſcente, Ladislao Hungariæ & Bohemiæ Rege, enecato, quaſiuerit, detineri ſinat: eo maxime attento, quod Regnum illud pene eiusdem linguagii & nationis cum ſuo Polonico ſit, & nulli alteri, quam ſibi,* C *ratione conſortis Reginæ Eliſabeth, Regni illius ex patre, auo & protauo, vnicæ hæredis, & filiis ſuis, quos Dei dono frequentes in ſpem Regni eiusdem progenuit, debeatur.* Addidit præterea *eſſe in Regno illo plures inſignes Barones, fideles, & orthodoxos, eſſe & plures numero Ciuitates, præſertim vero Wratislauienſem, eſſe, & Sleſiæ Principes, dominatum ſuum, & ſuſceptionem Regni Bohemiæ magnopere expetentes, & qui eſſent, non ſecus quam pernicioſam peſtem Georgium deſerturi. Conſurgeret itaque, & Regnum illud primum pro Dei honore, & fidei ſanctæ exaltatione, deinde pro iure, ſibi debito, & gentis, ac linguagii idemptitate, à monſtris* D *hæreſeos, ac detentione iniqua, ſolueret: amplificaturus eo ipſo præmium ſibi apud Deum, & nomen apud poſteros. Quod ſi forte regni Poloniæ, & cæterorum ſuorum principatuum, cura & charitas eum à ſuſcipiendo diſtinerent, aut daret ſaltem pro Rege Bohemiæ filium ſuum Wladislaum natu maiorem, aut, ſi id quoque moleſtum eſſet, ſecundo genitum Caſimirum, aut tertio genitum Albertum, & ad extremum, vltimo tunc genitum Alexandrum, tutiſſimam Regni ſedem, apud Wratislaniam, donec cætera in ditionem accederent, habiturus, ſiue ſolus præſidere vellet, ſiue filium aliquem inſtituere mallet.* Neque

vt Regnum Bohemiæ pro ſe ipſo, vel aliquo filio ſuſcipiat,

enim

1466. *enim ſas ducunt cæteri Principes, ſuſcipiendi Regni Bohemici, & exterminandæ hæreſis, ſub Georgio plurimum virus ſuum diffundentis, Caſimiro Poloniæ Rege, filiiſque ſuis ſuperſtitibus, regimen aſſumere, Caſimirumque Poloniæ Regem, aut aliquem filium ſuum, & non alium, tam ſummus Pontifex, & Collegium Cardinalium, quam omnes Reges, & Principes orbis, iuſtum & legitimum, ad aſſumendum Regni illius Diadema, deſtinant, facile Diuinitate propicia, & peſtiferum ritum, & iniquam Georgii dominationem, obtriturum. Ad quam rem operoſius expediendam, & ſummi Pontificis præſtabuntur fauores ampliſſimi, & pecuniaria auxilia, & totius Sleſiæ, ac Luſatiæ ego ipſe plenam poſſeſſionem polliceor.* Breui *Caſimirus Poloniæ* Rex cum ſuis deliberatione capta, reſpondit Legato Apoſtolico, *Legationis ſuæ ſeriem, continere ardua, nec ſuper illa anguſtia temporis, & ab ipſo, & Conſiliariis ſuis, rerum Prutbenicalium expeditione feſſis, & in receſſum, ob graſſantem in Thorun Peſtem, feſtinantibus, poſſe quicquam bene tranſigi. Proinde ad Diætam Pyotrcouienſem, circa Principium menſis Maii, ab eo & frequentiori Conſiliariorum numero tenendam, perſonaliter, veniret: reſponſionem ſuæ legationis illic, fauente Domino, accepturus.*

Georgium Regem hæreticum, ac vna hæreſim inde extirpaturus.

Omnibus apud *Thorunenſem* Diætam, propicia Diuinitate, rite expeditis, mercenariis etiam militibus, ſui ſtipendii ſolutionem, in diem vſque beati *Ioannis* Baptiſtæ, prolongantibus, *Rudolpho* Apoſtolico Legato *Wratislauiam*, *Ludouico* vero Magiſtro, cum omnibus ſuis in *Pruſſiam* diuertentibus, *Caſimirus Poloniæ* Rex, die Martis vigeſima octaua menſis Octobris, de *Thorun Nyeſchowam* egreſſus, per *Raczyaſcb Vukithi*, & loca villarum abſtracta, vitando auram infectam, die Solis octaua menſis Nouembris, in *Kozyenicze* peruenit. Vbi extunc ordinandis, expediendiſque plurimis rebus, nonnunquam etiam tractandis venationibus, intentus, vſque ad vigeſimam nonam diem menſis Ianuarii, cum Conſorte ſua Regina *Eliſabeth*, manſit. Sub idem autem tempus, mercenarii milites, tam Magiſtri, quam Regii, ne ſui ſtipendii ſolutionem, ſufferendo caſſas ferias, viderentur agere, grege de duobus millibus, in vnum coacto, Duce *Ioanne Snank*, iniuſſu Regis, & Magiſtri, in *Stbolpenſem* terram, quæ ab *Henrico Stbolpenſe* Duce tenebatur, tranſeuntes, oppidum *Pelcznicza* occupant, & omne tempus hiemis illic agunt: Regiis iuſſibus, non attentis, qui illos inde diſcedere, per *Ioannem Riczerz* Cubicularium ſuum, geminata voce, & iuſſionis efficaciam, iteratio teſtaretur. Interceptum & tunc fuit Caſtrum Regium *Drabim*, ſub *Ioanne Marczinkowski Caſſubita*, per

Mercenarius miles otii impatiens

Pelcnicz.um oppidum Stbolpenſis Ducis occupat.

vnum ex *Stbolpenſibus*, cuius erat *Pelcznicza*. Qua propter concordatum fuit, vt *Polonus* A cederet de *Pelcznicza*, *Saxo* de *Drabim*. Et in hunc modum pax reintegrata eſt, inter *Sbrank* & Ducem *Stolpenſem*, qui perſonaliter *Schrankum* & ſuos in *Pelcznicza*, cum quatuor millibus cinxerat.

1466. *Quod Caſtri Drabim Polonis reſtituto, illis reddit*

Vndecima die menſis Nouembris, apud *Norembergam* generalis Diæta à *Frederico Romanorum* Imperatore inſtituta, ad prouidendum rebus fidei, & Catholicorum contra *Turcas*, in Catholicorum exterminium, & terrarum eorundem occupationem, aſſidue graſſantes, habita eſt. Ad quam licet ſummus Pontifex, *Paulus* ſecundus, Legatum ſuum *Fantinum*, Auditorem, & Imperator *Romanorum* Oratorem ſuum, miſiſſent, veniſſet B inſuper frequens numerus Principum *Almaniæ*, & quadraginta quatuor Ciuitatum, & Communitatum Nuncii comparuiſſent, variique tractatus, ingenia, ad reprimendam *Turci* ſæuiciam, ſudaſſent, ſingulis ſuam operam, in opus tam neceſſarium, pollicentibus, Duce tamen idoneo qui onus in ſe ſuſciperet, & ſuſceptum gereret, non extante, omnis illa ſolicitudo, perinde ac radice non ſubnixa, euanuit. Nuncii *Bohemiæ* Regis *Georgii*, *Albertus Koſtka* & *Benedictus Rithimiler*, licet in apparatu ducentorum & ſexaginta equorum numero, in Diætam huiuſmodi, veniſſent: *Fantino* tamen Legato Apoſtolico, *Georgium* præfatum, pro non Rege, ſed hæreti-C co, a Summo Pontifice depoſito, priuato, damnato, cenſurato, & interdicto æſtimante, neque fuerunt auditi, neque in Colloquium, aut in conſeſſum admiſſi ſunt, ſed per omne tempus Diætæ præfatæ conuerſatione orthodoxorum eis negata, magno ludibrio habiti, licet Regem ſuum, cum omnibus *Bohemiæ* potentiis in *Turcorum* belluin, callido ſatis ingenio, non quod præſtare poſſent, ſed vt æſtimationem Regis ſui, apud ignaros efferrent, & facinus ſuæ hæreſis adumbrarent, obtuliſſent. Qui deinde ſubnectendo petebant, *ne Rex eorum Georgius denunciaretur, vt priuatus, damnatus, & hæreticus. Sed Diæta altera inſtituta, in fidei cauſa daretur ſibi audien-*D *tia, & defenſionis facultas.* Ad hanc autem ignominiam *Georgio* præfato, & ſuis alia acceſſit pernicies. *Ioannes Rokiczian*, *Bohemicæ* hæreſis vertex, doloſus auriga, & ſceleſtus artifex, ſubita paralyſi apud *Pragam* percuſſus, loquendi vſum amiſerat. Iuſtiſſimo Dei iudicio id perpeſſus, vt qui peſtifera lingua plurimos in errorem & damnationem, ſcorpionis more liogendo, & virus infundendo, traxerat, in lingua ipſe viuens adhuc mutilationis ſentiret tormentum.

Synodus Noremberga fruſtra fit, pro reprimendis inſultibus Turcarum.

Vnde Legati Georgii Bohemiæ Regis vt hæretici, turpiter excluduntur.

Ioannes Rokiczyana paralyſi percuſſus.

Circa medietatem Menſis Auguſti, *Tartarorum* Imperator *Eczigeri* abſumptus eſt, & vt nonnulli ferunt, à ſuis venenatus. Qui ſub omni tempore ſui Imperii, pacem opti-

Eczigeri Thartarorum Imperator moritur,

1466.

optimam cum Regno *Poloniæ*,& terris *Pruſſiæ*, cuſtodiuit & tenuit : humanus, ciuiliſque, & bene agendi cupidus. Qui & ſuis potentiis Chriſtianos contra *Turcum*, dummodo *Caſimirus Poloniæ* Rex id ſibi imperaſſet,enixius ſe iuuaturum obtulerat,& *Tharxaros* à prædis & rapinis abſtrahens, agros colere, mechanicas artes agere,& elaborato, aut mercato coegerat viuere. In *Polonos*, qui frequenter apud illum agebant militiam, quod enixius in certaminibus, pro eo ſuſceptis,operam ſuam pro victoria nauaſſent, & in omnes Chriſtianos vndecunque ad ſe venientes,& in ſuo commorantes imperio,adeo humanus,ciuilis,& liberalis,vt nequaquam barbaro homini, & in ritibus *Mahumeticis* educato, quamuis nihil attinet mores natione perpendi,conuenire videbatur, maiori Chriſtianorum, quam ſuo damno extinctus eſt.

Polonorum & aliorum Chriſtianorum amicus.

Depravati mores Polonorum recenſentur.

Tempus apud *Polonos*, non in anni tantummodo præſentis,ſed & transactorum,omni genere maliciæ, quodammodo fœcundum erat: ſiue ex diuturnitate vigentium aſſidue bellorum, ſiue ex cœleſtium inclementia proueniens. Capillum enim aduerſantem frangere, & in circinos cogere, ad muliebres blanditias amictum expolire. Cæſariem peplis, foris & domi,nocte & interdiu obuoluere, mollicie corporis cum fœminis certare, capillo ex Cæſarie permiſſo illas vincere, pectoris loca faſciis ſplendoris,quod alias vix fœminis permittebatur,obuoluere, illorum temporum grande extabat ſpecimen,& peruerſorum nequicia,per diſſolutam impunitatis licentiam, ſupra ſolitum excreſcente. Sic in annis illis ſcelerum diluuium inundauit,vt omnes facinorum terminos,& metas tranſcendiſſe videretur. Plerique nullam habendu patrimoniorum æſtimationem,effuſo cenſo, in ſurta dilabebantur & rapinas. In nonnullis enim *Polonis*, notabatur auarus, tener & degener animus,iuſtiſſimis obluctans imperiis, & de ordine religionis Chriſtianæ, & quod omnia ſuperat facinora, de legibus Diuinis, & Eccleſiaſticis male exiſtimans, non ſe malebat, & præuaricationes ſuas emendare, ſed ſuperiores. Ex ſuperiorum ſuorum factis, virtutibus, aut imaginibus ſuperbiens, loquebatur grandia, totus tumebat,quaſi alta & heroica ipſemet feciſſet, & ſine cultu virtuoſæ actionis,ſemper ſe in anteriora, ridiculus *Thraſonis* imitator extendebat. Itaque vt non de ſingularibus perſonis, ſed de vniuerſis iuſtius ſcribam. Leges Diuinas, & ſcita, contemnendo irridemus, & floccifacimus, nec ſatis ſcripturarum comminationibus credimus, nec Diuina imperia aperto pectore haurimus,leuiſſimæque venturæ vitæ,& ſaluationi perpetuæ,iuxta ac ſemper hic victuri, inſiſtimus, neque ad mortem, & rerum omnium conſumationem aſpicimus, portum, vt nunquam recuſandum, ita aliquando ingrediendum optimos inſuper nos, & iuſtos, noſtro, vel aſſentatorum, infatuati iudicib, rati exiſtere, mutari & corrigi, dum
A tempus eſt negligimus. In conferendis Magiſtratibus, & officiis, venalitas & mercatura, mutuas tunc exagitabant vices,nec plus honorato aut ſenſato, ſed plus eroganti,Magiſtratus contingebant. Diuinam euacuare nonnulli, vt ſuum ſtatuerent authoritatem, nitebantur : morituri, ob id ſcelus ſine liberis, aut degeneres,& ignauos illos relicturi, in ſe finaliter aut in ſobole puniendi. Multos denique eum ſtatum, per vim & iniuriam Diuinam & humanam cepiſſe, qui diuturnus eſſe ſine rerum mutatione non poſſet. Nec operiuntur cum tremore diebus ac noctibus, quas in ſolatiis deducunt, quod reddituri ſunt tandem diſtrictam, die nouiſſimo, de
B minimo quadrante rationem. Quod non ex alio reor prouenire, quam quod non ſtatim flagellum Omnipotentis Dei appropinquat eorum tabernaculis,nec cum hominibus verberari merentur aut flagellari,ſed cum dæmonibus ipſis.

1466.

Annus hic apud *Polonos*, plurimum inſignis & memorabilis, in quo, bellum *Pruthenicum*, annis prope tredecim, aſſiduo vigente Marte, extinctum eſt, & æquis conditionibus, firmata pace, terræ naturales, *Michaloujenſis* videlicet *Chelmenſis*,& *Pomeraniæ*, Regno *Poloniæ* reſtitutæ, *Pruſſia* cæpit eſſe ſubiecta & vnita,Epidimiæ peſte,regiones *Poloniæ* fere vniuerſæ, ora tamen *Pruthenica*, *Pomeraniæ*, *Ruſſia* & *Maſo-*
C *uia*,excepta,quam grauiter vexatæ, & fere per vniuerſum *Poloniæ* Regnum, in vicis,vrbibus, atque villis,diſcurſione mirabili; dum nonnullas villas præteriret, cæteras inficeret, per nota & ignota Capita, late vis morbi peruagata eſt. Tractus enim cœli infectior peſtem, longo durantem tempore, non quidem omnia peruadentem loca, ſed hinc & hinc, & primum in vrbes,deinde in vicos, & rura ſe diffundentem, cauſabat humiditate,& inopia frugum. Singulis enim Menſibus, frequentes deſcendebant imbres. Inſuper & hyeme calida,& fere ſine exemplo,cuius caliditas peſtem vehementius promouebat, & vſque in dies Quadrageſimales produxerat, ſub quibus propiciatione Diuina,
D quieuit lues. Opportunus & ipſe annus, ad reſcindendum bellum *Pruthenicum*,nec reconciliationis tempus aptius, eandem referens aſtrorum reuolutionem, ſub quibus bellorum ſtridor cæperat : & Aſtronomorum iudicio,niſi præſens, reſciſſum fuiſſet bellum,in multos futuros producendum. Accedit his, quod ex Dominio ſuo,annis multis,ſuper mortales continuato, Saturnus,diſcordiarum, bellorum,rixarum,& peſtium ſator, exceſſit, & Ioui, benigno Planetæ,Dominium reliquit.

Peſtilens annus cum imbrium frequenti deſcenſione, vehemens in Polonia graſſatur: quam & hyemis nimia caliditas promouet.

Nec apud *Polonos* ſolum, ſed & apud *Bohemos*, is annus Inſignem ſe *Georgii Poſdzyebraczki* Regis *Bohemiæ*; depoſitione, priuatione perpetua,per ſummum Pontificem *Paulum* ſecundum fa-

Georgius Poſdziebraczki hæreticus declaratur.

1466. facta, præſtitit. Vbi enim ad liquidum, quod doloſa ſimulatione eelatum iri ſudauerat, cognitum deprehenſumq; eſt, qualis, & quam vaſra, quamque adulterina, iuramenti ſui, in Coronacione, de tenenda fide ortodoxa, præſtiti, ſeries extiterit, ex qua profeſſionis, & operis effectus, fœdus & ſceleratus erupit, præfatus ſummus Pontiſex, *Paulus* ſecundus, præfatum *Georgium Poſdziebraczki*, omni honore Regio, Ducali, vt & tanquam hæreticum relapſum, vigeſima tertia die menſis Decembris, *Roma* priuauit, & omnes ſubditos Regni *Bohemiæ*, ab eius obedientia, & iuriſdictione abſoluit, ac ipſum, & filios ſuos ac poſteros, ad conſequendas quaslibet dignitates & honores, inhabilitauit.

per ſummum Pontificem Paulum ſecundum, Regno Bohemia abdicatur.

1467. Cepit & me ſcribentem præſentia annalia, non mediocris, ſuper bello *Prutenico* finito, & reſtitutis terris abſtractis, dudum: *Pruſſia* quoque Regno vnita, voluptas, vtpote, qui moleſtius tuleram *Polonicum* Regnum à variis nationibus & populis laceratum in eam diem fuiſſe, fortunatum me, & cæteroa coætaneos meos, ratus, quibus reintegrationem ipſam, poſt tot ſecula videre contigit: crediturus fortunatiorem, ſi *Sleſia*, *Slupſenſem*, & *Stolpenſem* oras, in quibus tres Epiſcopatus, à *Boleslao* magno, *Polonorum* primo Rege, & patre ſuo *Myeczslao* fundati, *Wratislauienſis* videlicet, *Lubucenſis* & *Cameuenſis* conſiſtunt, reddi quoque & reuniri Regno *Polonia* per clementiam diuinam, me inſpectante contingeret. Lætior enim ex hinc diſcederem, & in ſomno meo ſuauius, molliusque quieſcendo accumberem.

Lætatur huius operis author, quod eo viuente, Pruſſia Regno ſit Polonia vnita. Exoptans, vt Sleſia quoq; Slupſenſis & Stholpenſis ora Polonis accedant.

In rure villæ *Kozyenicze*, in *Radomienſi*, ſupra *Vulam* conſiſtente, diſtrictu, *Caſimirus Polonia* Rex, huius anni Saluatoris natalem, cum Regina *Eliſabeth*, egit diem: propter epidimiæ peſtem faciliua deuitandam. Die autem Iouis, prima menſis Ianuarii, ſub noctis medio, in diem ſuccedentem, quintus filius, ſe octaua proles, *Caſimiro* Regi, per *Eliſabeth* Reginam apud *Kozyenicze* productua eſt: fonte baptiſmi, à *Ioanne Cracouienſi* Epiſcopo, ſub præſentia nonnullorum Baronum, in loco eodem regeneratus eſt: geminati aui, *Romanorum* videlicet Imperatoria, & alterius magni Ducis *Lithuania*, *Sigiſmundi* cognominationem ſortitus.

Sigiſmundus filius Caſimiro Regi Polonia in Kozinicze naſcitur.

Caſimiro autem Rege feria quiota ante feſtum Purificationis ſanctæ *Mariæ* virginis, ex *Kozyenicze* in terras *Lithuania* proceſſuro, *Paulus* Præpoſitua Monaſterii *Scheradenſis* in *Praga*, ſacri Ordinis Dominici *Hieroſolymitani*, de rubea Cruce, a Rege *Bohemia Georgio*, miſſus aduenit: Id in ſummam literis & voce à *Caſimiro* petens, *vt Clericos ſua ditionis, rumores diſſeminantes, quibus Caſimirus Polonia Rex Wratislauienſes in ſuam protectionem ſuſcepturus ſignificabatur, cohiberet, certioremque Georgium Bohemia Regem faceret, obſeruare velit ne an non fœdera, ſecum Glogouia inita.* Iam ſiquidem præfatus *Georgius* cognouerat, ſe à Summo Pontifice *Paulo* ſecundo, ſolenni proceſſu inſtaurato, à Regno *Bohemia* depoſitum, & vt hæreticum relapſum, damnatum & omni priuatum honore habito & habendo. Iam ſenſerat Legatum Apoſtolicum *Rudolphum* Epiſcopum *Lauantinum*, de ſuſcipiendo Regno *Bohemico*, *Caſimirum* Regem magna cura & conatu, Summi Pontificis nomine, ſolicitaſſe, & omnium Catholicorum, tam Baronum, quam Ciuium, & agreſtium, in Regno *Bohemia* conſiſtentium, quorum *Zdenyek Conopniczki* de *Sterbarg*, Burgrabiua *Pragenſis* erat Princepa, animos à ſe alienatos eſſe in bellum, illi publice mouendum, ſpectare. Propter quod *Caſimiri* Regis, vaſra ſatis, & callida legatione, palpabat, explorabatque mentem. Literis inſuper ſatis prolixia, & *Caſimiro* Regi, & pluribus aliia Catholicis Regibus deſtinatis, proceſſum depoſitionia, per Papam factum, infectum. Cauſam vero ſuam iuſtificatum iri, contendebat. In quibus degenere & indecora vafricie, dum ſe purgare & nobilitare exæſtuat, maiori fuſcamento denigrat: nonnullorum ſuorum Conſiliariorum, & ſignanter, *Gregorii* de *Hamberg*, temeritatem, & inſaniam ſuam caſſis nutrientium præconiis, ad veſanam mentem pertractus. Depoſitionia autem ſuæ literarum Apoſtolicarum tenor talis extat.

Georgius à Regno Bohemia depoſitg per Legatum ſuum à Rege Caſimiro exquirit, an fœdera ſecum inita ſit reſeruaturg.

1467.

Paulus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetnam rei memoriam Saluator noſter Ieſus Chriſtus, vitis vera, & pater eius agricola, diſcipulos caterosque fideles ſuos, in illis, inſtituens inquit. Si quis in me non manſerit, mittetur foras & areſcet. Cuius ſummi Doctoris & Magiſtri doctrinam imitantes, & eius mandata exequentes, nos, qui, licet immeriti, ipſius vicem gerimus in terris, palmitem, iam diu aridum & ab ipſa vera vite, qua eſt Chriſtus Saluator noſter, à ſe ipſo precisum in vinea Domini Sabaoth, Georgium alias Girzikum de Cunſtath, & Poſzdzyebrat, Regni Bohemia occupatorem, amplius ferre & inſpicere non valentes, fama publica nobis ipſius Georgii hæreſes & blaſphemias, & ſacrilegia referente. Cauſam inquiſitionis, ſuper his denunciatis exceſſibus. Venerabilibus fratribus noſtris Viſarioni Tuſculenſi, Ioanni Portuenſi, & in ipſius Ioannis abſentia, Guilerino, Hoſtienſi, Epiſcopis, ac Bernardo tituli S. Sabina presbitero, ſacro Sancta Romana Eccleſia Cardinalibus, ex certa noſtra ſcientia commiſimus, examinandam & ſucceſsiue coram ipſis, legitime conſtituto proceſſu, citatione etiam perſonali decreta, cum prolixiori quam expediens fuerit, ex benignitate præfixione termini, ad comparendum, & ſe de prædictis criminibus, de quibus infamatus, & denunciatus fuerat, coram præfatis iudicibus excuſandum, & ipſius non comparentis accenſata contumacia, ac ipſo ex noſtra, & Apoſtolica ſedis Clementia & pacientia, ſi forte reſipiſceret, & ad cor rediret, etiam poſt lapſum, dicti prolixioris termini præfixi, de mandato noſtro expectato, ſeruatis terminis & prolixiori cautela iudiciaria,

Depoſitionis à Regno Bohemia Georgii Poſdziebraczki literarum ſummi Pontificis Pauli ſecundi exemplum.

quam

1467.

quam ipſorum criminum euidentia & qualitas exigeret, & in ipſis terminis, ſingulis citationibus emiſſis, examinatis etiam diligenter, per alterum ex dictis delegatis iudicibus, teſtibus fide dignis, & ipſorum teſtimoniis, & atteſtationibus fideliter in ſcriptum redactis, & eorum omnium, quæ deducta, & probata ſunt in proceſſu, ab ipſis à nobis delegatis iudicibus, habita in præſentia, quam plurium doctiſſimorum, Venerabilium fratrum Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & aliorum Diuini & humani iuris doctrina & experientia peritorum, plenaria relatione, & ſuper his matura diſcuſſione, comperimus, præfatum Georgium Irzikum, fuiſſe & eſſe hæreticum pertinacem, euidentem, & in deterius ſemper prolabentem, hæreticorum fautorem, hæreſiumque in generali Concilio Conſtantienſi damnatarum, defenſorem blaſphemum, periurum, Ipſumque in dictis iam diu damnatis hæreſibus natum, nutritum, & educatum, Catholicorum in Regno Bohemiæ perſecutorem, & vt talem, notorie & publice, à Chriſti fidelibus, ibidem & alibi exiſtentibus, habitum, & pro tali ſeipſum publice profitentem. Ideirco nos, quibus ex officio cura Paſtoralis, hoc præcipue onus humeris incumbit, ab his delegatis, & aliis quibuſcunque iudicibus, Cauſam ipſam ad nos harum ſerie aduocantes, de Venerabilium fratrum noſtrorum, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, & Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, aliorumque Diuini & humani iuris Magiſtrorum, nobis in his aſſiſtentium, vnanimi conſilio, & aſſenſu, præfatum Georgium alias Irzikum, hæreticum pertinacem, hæreticorum fautorem, ac hæreſum iam damnatarum defenſorem, periurum, ſacrilegum, fuiſſe & eſſe. Ipſumque dignitate Regia, Marchionali, Ducali, aut quauis alia, ſi qua præfulgeat, bonisque omnibus ac temporalibus, dominiis & iuribus, priuatum, & ab ipſis ammouendum, omnes & ſingulas pœnas & cenſuras, à iure contra relapſos in hæreſim, periurium, ac fautores, & defenſores eorum, incurriſſe, in nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Apoſtolica autoritate, tenore præſentium, decernimus, pronunciamus, & declaramus. Ac ipſum ab huiuſmodi Dignitatibus, Dominiis & bonis, priuamus, & ammouemus, poſterosque ſuos, filios, & liberos, inhabilitamus, & inhabiles fore declaramus, & à dicti Regni, Marchionatus, Ducatus, & cuiuscunque Dignitatis ſuſceptione vel electione. Abſoluentes omnes, & ſingulos Barones Ciues & Subditos dicti Regni, quoscunque, ab omni ſubiectionis, homagii & fidelitatis iuramento, vinculo & obligatione, quacunque. Actum Romæ in publico conſiſtorio, vigeſima tertia die menſis Decembris. Anno Domini Milleſimo Quadringenteſimo Sexageſimo Sexto.

Ludouicus Pruſſiæ Magyſter

Die Saturni quarta menſis Aprilis, alies Sebbato, ante conductum Paſchæ, *Ludouicus* de *Erlichauſſen*, *Pruſſiæ* Magiſter vigeſimus nonus, ſtabilitis & compoſitis pulchro ordine Commenderiis, & officiis ordinis, & in ipſas commendarias, & officia fratribus ex ordine, qui ſedato bello ſuperſtites fuerant, ſuffectis, *Pomeraniæ*, & *Chelmenſi* ac *Michalouienſi* terris, in corpus Regni *Poloniæ* redeuntibus, nouas commendarias, & officia in terra *Pruſſiæ*, nouamque ſedem pro Magiſtro apud *Kinsberg* creari & erigi oportebat, tactus infirmitate, quæ diebus quiodecim illum macerauit, omnibus ſacramentis potitus, Catholice & religioſe apud *Kinsberg* moritur, & in Eccleſia *Sambienſi* ſepelitur, cum annos decem & octo in Magiſtratu exegiſſet. Vir modeſtus, & linguæ latinæ aliquantulum gnerus. In Bachum tamen & Venerem, parum aſſerebatur temperatus. Miro effectionis emore, in *Caſimirum Poloniæ* Regem, propter præſtitam ſibi à Rege in *Thorun* liberalitatem, & beneuolentiam, ardens, adeo, vt frequentius languens ingeminaret, *non ob aliud magis ſe propter imminentem è vita exceſſum, afflictum iri, niſi, quia diu ſtatione tam benignitate Regia, frui non valeret.* Cui etiam grebato decumbenti, *Caſimirus Poloniæ* Rex, pulcherrima & inſignia munera, per *Stanulaum Vulicżki* tranſmiſerat. Quæ, cum meius vitæ deſiderium in eo accendiſſent, ſuprema ad *Caſimirum* Regem mandata dedit. *Et tu*, inquit, *Rex perpetua ſuperum fœlicitate floreas, ego, ex confecto fœdere, pacem ordini meo relicturus, abunde, cæteris latus, hoc vno torqueor, quod præcipiti morte ſubducendus, diutius tua bonitate defungi non poſſum. Moribundus autem Ordinem ſuum, in tuam defenſionem dedo.*

moritur

non ſine teſtatione amoris in Caſimirum Poloniæ Regem ſui.

Die Solis tertia menſis Maii Diæta *Pyotrcouienſis* agi cæpta eſt, ad quam *Caſimirus Poloniæ* Rex ex *Lithuania* (in qua, vt in ſuperioribus oſtendimus, tempus hyemis abſumpſit) per *Drochiczin* & *Radom* (Regina *Eliſabeth* cum pignoribus & impedimentis, in *nouam Ciuitatem Korczin* remiſſe) aduenit. Ex conſiliariis tardius aduenientibus, in Legationibus audiendis, aliquot dies abſumpti. Aduenerant etenim ex parte Cruciferorum, de *Pruſſia* Ordinis, *Henricus* de *Plawen*, Hoſpitalarius ſupremus, & *Conradus* de *Lichtenhaym*, Aduocatus in *Schtum*. Qui literas ſuper pace perpetua in *Thorun* confecta, Sigillis Magiſtri, commendatorum, ordinis Militarium, & Ciuium *Pruſſiæ*, plenas, reuerſales Regis & Regni *Poloniæ*, ſub ſimili plenitudine Sigillorum exacturi, attulerant. Sub quorum præſentia, à Prælatis, Baronibus, & Ciuibus *Polonici* Regni, qui in *Thorun* adeſſe non poterant, iuriſiurandi religio, de pace tenenda, præſtita eſt. Venerant & Militares Ciueſque *Pomeraniæ*, *Chelmenſes*, & *Elbingenſes*, apud quos etiam, *Caſimirus Poloniæ* Rex, Statu rerum permi-

Acceptis & datis literis pacis inter ſe & Cruciferos facta.

Caſimirus

Hiſtor. Polon. Lib. XIII. Cc teto,

1467.

Rex nouos creat in Pruſſia Magiſtratus.

tato, mutare officia, & nouos Dignitarios inſtituere, inductus eſt. Creatoque Palatinatu, & Caſtellanatu apud *Marienburg*, qui alias in *Elbing* ereati fuerant, Palatinatum *Marienburgenſem Stiborio* de *Bayſſen*, qui ſe tunc Gubernatoris officio abdicauit: Caſtellanatum vero *Fabiano* de *Maal*, contulit. In Palatinatum autem *Gdanenſem*, *Ocham Machwicz*, in Caſtellanatum vero *Nicolaum Pilawski* ſuffecit. Contulit & Caſtellanatum *Chelmenſem*, *Ludouico* de *Morthangyen*, in Palatinatu vero *Gabriel* de *Bayſſen* erat adhuc ſuperſtes.

Nurduwlad Thartarorum Imperator, exemplo Patris ſui Eczigeri vita functi, amicum ſe fore Caſimiro Regi & Regno Poloniæ declarat.

Aduenerat & noui Imperatoris *Thartarorum* vocati *Nurduwlad*, qui patri ſuo *Eczigero* in Imperio ſucceſſerat, *Pyotrcouiam* Nuncius. Qui *Eczigeri* morte commemorata, *hunc in Imperium, omnium Principum & Vlanorum vnanimi conſenſu, ſublimatum, cæteriſque fratribus prælatum* deduxit; offerens *illum in pari liga, amicitia & fœdere, iuxta ac pater ſuus Eczigeri manſerat, cum Caſimiro Rege & Regno Poloniæ, & Principatibus ſuis manſurum, & hoſtes & amicos Regios & regni, pro hoſtibus & amicis propriis habiturum, & contra quemlibet hoſtem, fidelia ſeruicia, Regi & Regno laturum.* Huic reſponſum eſt, *Caſimirum Regem & Regnum Poloniæ, de morte Eczigeri ſincere doluiſſe, & dolere. De filii vero ſui, in Solium paternum & Imperium ſubſtitutione lætari conuenire: exiſtimantibus illum, paternos mores, virtutes & veſtigia ſectaturum, & fœdus & amicitiam Regis & Regni Poloniæ, non ſecus, imo & enixius quam genitorem, cuſtoditurum. Regem vero & Regnum Poloniæ, eius auxilio, ſi res vnquam poſtulauerit, vſurum.*

Militibus, qui in Pruſſia militauerant,

Ad res denique publicas expediendas & milites, qui annis tredecim apud *Pruſſiam* meruerunt, ſoluendos, qui in frequenti numero cum coniugibus & pueris, pannoſi *Pyotrcouiam* aduenerant, gratia quorum Diæta ipſa principaliter noſcitabatur inſtituta, omnis conuerſio facta eſt, pluresque dies in inueſtigando modo, per quem ſolui milites, cum ærarium nullum extaret, & priuatorum ſumptus, ſuperioribus annis, exinaniti, & inopes eſſent abſumpti, adeo, vt Diæta ipſa in dies decem & ſeptem protenderetur. Et quoniam in Conuentionibus particularibus, apud *nouam Ciuitatem Korczin* & *Srzoda*, decima octaua die menſis Aprilis tentis, de ferendo ſubſidio, maiori militum parte renitente, ſtatui non poterat quicquam, Conſiliarii quoque maiores, à decernendo ſuffragio crediderant ſatius abſtinendum, ne irritatis militum animis, qui collaturi erant ſuffragium, rem infectam iri contigiſſet. Inſtitutæ itaque ſunt nouæ connentinnes, vna pro militibus *maioris Poloniæ* in *Colo*, pro die ſancti *Iacobi* Apoſtoli, altera pro militibus *Cracouienſibus*, pro feſto ſancti *Laurentii*, in *noua Ciuitate Korczin*, quatenus ex *Colenſi* in *noua Ciuitate*. Cui ſolus *Caſimirus* Rex præeſſe rogatus eſt, veniretur. In ſingulos deinde ſtipendiarios, duo aurei collati ſunt, quatuor intra Menſem polliciti, quo æquius reſidui ſtipendii dilationem tolerarent.

1461.

pars ſtipendii per Caſimirum Regem ſoluitur.

Wladiſlaus de Domaborz Caſtellanus & Capitaneus Naklenſis, de Domo Bipennium,

Wladiſlao de *Domaborz*, Caſtellano & Capitaneo *Naklenſi*, imperatum eſt, quatenus fideiuſſores daret, ne ſeditionibus & bello inteſtino rempublicam turbaret. Solicitauerat enim ſtipendiariorum animos, quod & poſtea libere profeſſus eſt, vt ex *Nakyel* & *Domaborz*, veteribus ſuæ poſſeſſionis Caſtris, ex *Wagrowiecz* quoque & *Pakoſch*, de nouo incaſtellandis, bellum ſecum vna, qui ſibi *Caſimirum Poloniæ* Regem in multis deberi, propter bellum, ſuperioribus annis in Cruciferos geſtum aſtruebat, Regno *Poloniæ* inferrent. Pace denique perpetua, vbique parta, ipſe in armis erat, & *Sluchow* Caſtrum fraude intercipere vel vi expugnare adortus, quoniam ſecus eſſerat, *Sluchouienſem* regionem pecore, *Naklenſem*, tributo impoſito, pecunia, multauit. Is eum, diſſuadentibus ſibi neceſſariis, dare vades negaret, tredecima die menſis Maii captus, & *Petro* de *Schamotuli*, Caſtellano, & Capitaneo *Poſnanienſi* traditus, ac deinde in *Caliſch* ab eo ductus, quatuordecima die menſis Maii, publico gladio, truncatus eſt, & gliſcens ſeditio extincta. Singulorum enim iudicio, ſi ſolutus foret, non dubitabatur ad ſua ingenia reuerſurus. Cæſum illum iuſtiſſimo iure lætabantur fere omnes, quod & ſuperiori tempore *Sluchouienſes* milites, ad eum, data ſecuritate venientes palo infixerat, pleroſque tormento, Caſtro proiecerat. *Gneſnenſes* etiam milites ſpoliis afflixerat, ſed & furtiuam multarum monetarum officinam aſſerebatur fabricaſſe. Non genus illi tunc ſuffragatum eſt, neque maiorum imagines, ex Domo ſiquidem *Bipennium* trahens originem. *Matthiam Iuniwladislauienſem* Palatinum parentem habuerat, ſed nec ſplendidum Coniugium, quod cum filia *Venceslai* Ducis *Rathiborienſis* nactus erat. Quod ſi eadem iuſtitia in cæteros extenderetur malignos, benigniori oculo Deus *Polonicum* Regnum, & eius rempublicam intueretur.

capite plectitur ob ſeditiones & bella inteſtina, quibus Remp. Polonam frequenter exturbabat.

Ioannes Rzeſchowski Canonicus Cracouienſis & Capitaneus nouæ Ciuitatis à prædonibus capitur & ſpoliatur:

Captus eſt ſub eodem die, quo & Caſtellanus *Naklenſis*, *Ioannes Rzeſowski* Canonicus *Craconienſis*, & Capitaneus *nouæ Ciuitatis*, *Cracouienſis* dum ex *Pyotrkow*, à *Caſimiro Poloniæ* Rege, in *nouam Ciuitatem* rediret, à veſpillonibus & furibus ſtratas infeſtantibus, & multis pecuniis, veſtibus & Cleuodiis Regiis & ſuis exutus. *Ioannes Nyemiecz*, propter furta proſcriptus, habens coadiutores, plures, furto & rapi-

1467.

quorum capica erant, Ioannes Niemiec, & Ioannes Wloſczowski, de domo Trzaſki, alias Roch, tandem liberatur.

rapina viuere aſſuetos, ex Regno, inter quos *Ioannes Wloſczowski*, de genere & Domo *Trzaski*, qui *Roch* deferuot, huius ſacinoris, aſſerebatur patrator. Captus tamen, ex manibus ducentium ſe, media die, circa villam *Konopuka*, prope *Czaſtochowam*, ſuffragio Diuino, & ſanctæ *Mariæ* Virginis, ac ſaocti *Staniſlai* patrocinio, quibus ſe frequenti oratione deuouerat, iocolumnis, eodem fere, quo Caſtellanus *Nakleuſis*, truncatus eſt die, euaſit: & qui vno die capti fuerant, vno die etiam pertulerunt deſtinata ſibi à Deo ſtipendia, vnus liberationis, alter truncationis.

Legationes & Georgii Regis, & Senatus Bohemici, partis ſuæ, Caſimirus Poloniæ Rex audit, petentes, vt fœdera, cum Regno Bohemiæ, Glogouiæ icta, ſeruet.

Adoenerat, & in Diætam ipſam *Pyotrcouienſem*, *Georgii* de *Poſzdziebrat*, pro *Bohemiæ* Rege ſe gerentis, Nuncius, *Ioannes Hiczinski* de *Sumberg Morauia* Bato. Qui obtenta audientia, orabat, *vt Caſimirus Poloniæ Rex fœdera, apud Glogouiam inita, Bohemis & Regi eorum ſeruaret, neque fauorem rebellantibus ſibi Baronibus, & Wratiſlauienſibus impenderet, ne ſe bellis eorum, factiſque miſceret. Si quibus iniuriis, damnis, prædiſque Poloniæ Rex ex Dominiis ſuis laceſſitus ſit, curare velle, vt hac ſingula propediem, tam reſtitutionem, quam reformationem accipiant, & omnis tam hoſtilitatis, quam inuaſionis ſuccidatur reſpectus.* Huic reſponſum eſt *Caſimirum Poloniæ Regem fœdera apud Glogouiam icta ſyncere in eam diem ſeruaſſe, à Regno vero Bohemiæ, & ſuis, frequentius violata fore. Non abnuere tamen Caſimirum Poloniæ Regem, ſtare fœderibus, ſi à Bohemis quoque, & eorum Rege, fuerint cuſtodita, & ſpoliatis, atque læſis, debita ſatisfactio impenſa.* Lætus hoc reſponſo *Ioannes Hiczinski* ad Dominum ſuum *Georgium* aſſertom *Bohemiæ* Regem, redit: frequenti pollicitatione affirmans, *ſe ſingula pro voto Regis Poloniæ impleturum, & vniuerſas tranſgreſſiones extemplo correcturum.* Multis ſiquidem & variis circumdatus bellis, & maioribus ſe circumdandum veritus, bellum, ſibi à *Poloniæ* Rege mouendum, non ſecus, quam extremam ſtatus ſui perniciem, exhorrebat, facile oppreſſurus cæteros, ſi duntaxat *Poloniæ* Rex quietus illi foret.

Quod ſe facturum Caſimirus reſpondet, dummodo idem faciat ipſe, & læſis ſatisfactionem impendat.

Conuentione *Pyotrcouienſi* diſſoluta, Conſiliariisque in ædes proprias redeuntibus, dum *Caſimirus Poloniæ* Rex, expeditioni ſtipendiariorum militum intentus, apud *Pyotrcouiam* conſiſteret. Nuncius Baronum *Bohemiæ*, fidem Catholicam tenentium, quorum *Zdenko Conopuczki* de *Stemberg* Princeps erat, cum literis illi allatus eſt. Quibus rogabatur obnixius, *ne Rex ipſe Caſimirus in Regno Chriſtiano Slauonici generis, quod nulli alteri, quam ſibi, & natis ſuis, iure multiplici debetur, Georgium hæreticum hominem principari, & in fideles graſſari, ac opprimere fineret, ferretque ipſis laborantibus auxilium*, quorum ſex Caſtra *Georgius* ipſe *Posdzyebraczki*, obſidione coarctauerat. His reſcriptum eſt, *abſceſſiſſe ſingulos*

Nuncius Bohemorum Catholicorū, quorum Zdenko Konopuczki de Stemborg Princeps erat. Caſimirum rogat Regem, ne in Regno Bohe-

conſiliarios ex Pyotrkow, nec poſſe ſuper re nodoſa, non niſi illis accitis & conſultis, decerni quicquam. Cauebat ſiquidem *Caſimirus* Rex, ne ſe quoquo modo bello *Bohemico*, quod *Pruthenico* ſublato exarſerat, miſceret, quodque magnis vtrinque tam viribus, quam odii gerebatur, & aut dilationibus, aut ambiguis reſponſis, ad partem vſus vtramque, exitum rerum *Bohemicarum*, in quem finem caſuræ forent, tacitus opperiebatur.

miæ, ſibi & natis ſuis iure debito, Georgium hæreticum principari patiatur.

Iam enim *Wratiſlauienſes* in armis erant, collectumque *Rudolpho* Legato Apoſtolico, ex mercenario milite, & vrbano populo, exercitum, in campeſtria deduxerant, atque cum illo loca, in *Sleſia*, *Irzikoni* parentia, quo illum facilius detinerent, & ab obſidione Caſtrorum in *Bohemia* diſtraherent, vaſtabant, expugnabantque munitiones, & præſidia. Flagrabat & *Bohemia* inteſtino bello, cædibusque, igne & ſpoliis ſeſe impetebat *Budzyeiewicze* primum poſt *Pragæ* Oppidum, quinque Conſulibus capite cæſis, in partem Catholicorum acceſſerat.

Contra quem iam Wratiſlauienſes in campum exercitu emiſſo, loca illi parentia vaſtabant.

Singulis, quæ apud *Pyotrcouiam* agenda erant, *Caſimirus Poloniæ* Rex, bono ordine compoſitis, feria ſecunda in craſtino ſanctæ Trinitatis, quæ fuit decima octaua menſis Mai, exiuit de *Pyotrkow*, & per *Przedborz*, & *Chaczini* feria quarta in Vigilia corporis Chriſti peruenit, ac inde in *nouam Ciuitatem Corczin*, vbi diebus quindecim exactis, in *Nyepolomicze* tranſiit, & exinde *Cracouiam* Sabbato ante feſtum Sanctorum, *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum, quæ fuit dies Saturni, vigeſima quarta menſis Iunii, cum Conſorte ſua *Eliſabeth* Regina intrauit. Interim autem dum *Wratiſlauienſes* Oppido & Caſtro *Frankſten*, per expugnationem potiti, in illo ſe incluſiſſent. *Georgii Posdzyebraczki* exercitus aduenit. Quem *Wratiſlauienſes* facile (ſuperiores enim & robore & numero erant) ſi decernere non cunctaſſent, profligaſſent. Verum propter literas indemnitatis, confligere cunctati, creuit hoſtium robur. Nam & *Vilhelmus Miſnenſis*, & *Thuringiæ* Dux mille equites. *Albertus* vero *Brandeburgenſis* Marchio quingentos (vterque enim propter affinitatem contractam, qua ſummo Pontifice per literas & Nuncios prohibente, filias ſuas filiis *Irzikonis* matrimonialiter coniunxerat) pro auxiliis tranſmiſerat. Propter quod *Wratiſlauienſes*, non auſi confligere, prope iuſtam obſidionem apud *Frankſchten* tolerabant. Ad quam ſoluendam *Wratiſlauienſis* Ciuitas, nouum comparabat exercitum. Verum ſub iiſdem temporibus, ſeditio ſub noctis medio, quindecima die menſis Iunii, inter milites *Wratiſlauienſes* apud *Frankſchten*, ferociſſima coorta eſt. Qua hoſtes excitati, Oppidum per ſcalas & muros irrumpentes, in obuios quoſque debacchantur. Et euadente omni fere *Wratiſlauienſi* equitatu, pedites omnes, qui quatuor millia pugnatorum faciebant, per *Bohemos* cæſi, aut capti, &

Milites Wratiſlauienſium oppidum & Caſtrum Frankſchten quod acquiſiuerant, amittunt, & inde ob ſeditionem pergentes Irzikonis, auxiliis exterius auctas, eiiciuntur cum cæde ſuorum.

1467.

tam Ciuitate quam arce, & omnibus ſpoliis, & præſertim ſexingentis machinis & operibus, quarum vna cæteris præſtabat, *Bohemi* potiti ſunt.

Nuncii Caſimiri Regis à ſummo Pontifice, cum ambiguis reſponſis de fœdere cum Cruciferis per Polonos icto, confirmando, domum redeunt.

Stante autem *Caſimiro* Rege *Poloniæ* in *Nyepolomicze*, Regii Nuncii *Vincentius Kyelbaſſa*, & *Ioannes Oſtbrorog*, nulla re, pro qua fatigabantur, votiue diſpoſita, redierunt. Summus enim Pontifex *Paulus* ſecundus, ſuſpenſiua reſponſione vtens, & pacis *Pruthenicæ* confirmationem, pro qua petebatur, & Cenſurarum contra militares & Ciues *Pruſſiæ*, latarum, ſublationem, in quam iam ordo Crucifericus conſenſerat, *Rudolpho* Epiſcopo *Lauantino*, ſe commiſſurum reſpondebat. Promotus tamen fuit præfatus *Vincentius Kyelbaſſa*, dum *Romæ* ageret, die Mercurii, octaua menſis Aprilis in Epiſcopum *Culmenſem*, alias *Thorunenſem*, & Eccleſia *Culmenſis* de regulari in capite & in membris in ſæcularem, iuxta capitula pacis perpetuæ per Papam tranſlata, Eccleſiæque Metropolitanæ *Gneſnenſi* reddita. Ipſe quoque *Vincentius Kyelbaſſa*, in Epiſcopum *Chelmenſem*, *Romæ* in Parochiali Eccleſia ſanctæ *Luciæ*, per *Ioannem* Epiſcopum *Brixienſem*, Vicarium Vrbis, die Solis decima octaua menſis Aprilis conſecratus. Cui & tunc adminiſtratio Eccleſiæ *Pomeſanienſis*, ad vitam fuit commiſſa.

Roma vero agens Vincentius Kielbaſſa, vnus ex Nunciis in Epiſcopum Culmenſem, promotus eſt, & conſecratus. Et translata eccleſia Culmenſis de regulari in ſæcularem Gneſnenſi Metropolitanæ reſtituta.

Sabbato, ante feſtum ſanctorum, *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum, quæ fuit dies Saturni, vigeſima ſeptima menſis Iunii. *Caſimirus Poloniæ* Rex, ex *Niepolomicze*, cum Conſorte ſua *Eliſabeth* Regina, *Cracouiam* intrauit, ad quem ſecunda die menſis Iulii venerunt, *Helias* Plebanus, de *noua Domo*, Eccleſiæ *Luthomislienſis* Adminiſtrator, vice & nomine Baronum *Bohemiæ* Catholicorum, quorum Princeps *Zdenko Konopniczki de Sternbarg* erat, & *Ioannes Offman* Licentiatus in Decretis, nomine *Rudolphi* Epiſcopi *Lauantini*, Legati Apoſtolici, & *Lucas* Conſul *Wratislauienſis*, nomine Ciuitatis *Wratislauienſis* miſſi. Qoi audientiam ſortiti, petebant, *vt Caſimirus Poloniæ Rex Bohemiæ Regnum, ſibi iure iuſto, naturali & legitimo, & proli ſuæ, ratione conſortis Eliſabeth debitum, à quo Georgius de Poſdzyebrat, ſententia ſummi Pontificis Pauli ſecundi, depoſitus erat, vigore electionis de ipſo, aut eo renuente, de filio ſuo, per Barones Catholicos,* cuius originale producebat decretum, *facta, acceptaret*, & plures cauſas, propter quas *Georgius* a Regno *Bohemiæ* depoſitus ſit, ſubnectens, ſed has præcipue, *quod fidei & religioni Chriſtianæ, hoſtis infeſtiſſimus, & hæreticus, relapſus ſit, ac Ladislaum Hungariæ & Bohemiæ Regem, tunc Dominum ſuum veneno ſuſtulerit.* Venit deinde feria tertia poſt feſtum ſancti *Iacobi* Apoſtoli, quæ fuit dies Martis, vigeſima octaua menſis Iulii, *Rudolphus* Epiſcopus *Lauantinus*, Apoſtolicus Legatus honore omnium proceſſionum, & oratione organo *Ioannis Dlugoſch* ſenioris, Canonici *Cracouienſis* pronunciata, dum *Cracouiam* ingrederetur, exceptus. Quem frater *Gabriel* de *Verona*, ordinis minorum hæreticæ prauitatis generalis Inquiſitor & *Petrus Ereleus*, Decanus *Aquenſis*, *Leodicenſis* Diœceſis, Cubicularius Apoſtolicus, ex vrbe miſſi præceſſerant: euitato maximo periculo, quod *Georgius* de *Poſdzyebrath* illis, mandando vnumquemque trucidari, & promittendo, quatuor florenorum millia percuſſoribus, ſtruxerat. Hi omnes, die Sabbati prima menſis Auguſti, data audientia, variis dolis, iniquitatibus, aſtutiis, fraudibus, & mendaciis, quibus Eccleſiam Dei & ſummos Pontifices, *Georgius* de *Poſdzyebrat*, circumvenit, feſellit, & decepit, enarratis, producto electionis decreto, petebant. ſecuodi, Summi Pontificis nomine, *vt Caſimirus Poloniæ Rex, iuxta vnanimem electionem de eo Iglauiæ, per Barones Bohemiæ, de mandato Summi Pontificis celebratam, Regnum Bohemiæ per ſe vel per filium ſuſcipiat: auxilia pro conſequenda victoria, & Papæ, & Imperatoris, & omnium Principum Alemaniæ item principum Sleſiæ, item omnium Catholicorum Baronum Bohemiæ, Moraniæ, & Luſatiæ, qui Georgio Poſdzebrathi, ad imperium Papæ deſerto, Principatum Caſimiri Poloniæ Regis ardentiſſime deſiderant, habiturus.* Rogabant deinde, *vt Caſimirus Poloniæ Rex, Georgium de Poſdzyebrath, neque nominaret Regem, neque teneret. Sed relapſum hæreticum, & Cenſuras, contra eum decretas, exequi. Crucemque & paſſagium prædicari in Regno Poloniæ, & Dominiis ei ſubiectis, permitteret.*

Electio Caſimiri Poloniæ Regis aut eius filii ad Regnum Bohemiæ per Bohemiæ Proceres Caſimiro offertur,

Pauli ac Summi Pontificis Pauli ſecundi, ad hoc ipſum per Rudolphum Legatum admonitio accedit.

Produxit & tunc *Rudolphus* Epiſcopus *Lauantinus*, Legatus Apoſtolicus, duas Apoſtolicas bullas. In quarum vna, ſibi pacis *Pruthenicæ* Confirmatio, in altera Cenſurarum, & interdicti, contra militares, & Ciues *Pruſſiæ*, per *Romanos* Pontifices, quod ab obedientia Magiſtri, & Ordinis deſciuerant, latarum, condicionaliter, ſi videlicet *Caſimirus Poloniæ* Rex, per ſe vel per filium Regnum *Bohemiæ*, ſuſciperet, aut ſuſcipientem, effectualiter adiuuaret, mandabatur ſublatio. Tulit moleſte *Caſimirus Poloniæ* Rex, & Conſiliarii conditionem, in literis Apoſtolicis appoſitam. Intelligens ex illa & pacis *Pruthenicæ* ordinem turbatum iri, & ſe in bellum *Bohemicum*, vixdum *Pruthenico* perſtinctum trahi. Quem tamen conſilio permiſit. De qua vt maturior captari poſſet deliberatio. Conuentionem generalem, pro die ſancti *Laurentii* apud *nouam Ciuitatem Korczin* indictam, attendens loca vicina peſte epidimiæ infecta eſſe, *Cracouiam* tranſtulit. Vbi & Conſiliarios *maioris Poloniæ* ad illam venientes accedere

Confirmationem Pacis Pruthenicæ & abſolutionem à cenſuris contra Pruthenos, qui à Magiſtro deſciuerant, emanatis in ſcriptis producit. Illam, eo quod illa Regnum Bohemiæ acceptare ſtringebatur, ægre fert Caſimirus Rex.

1467. dere iuſſit. Qui, cum diutius præſtolati, tredecima die menſis Auguſti aduenissent, & ſuper acceptando Regno *Bohemiæ* aſſiduum teneretur, prope menſe vno conſilium. Nec ſatis conſtaret, quali reſponſo vtendum eſſet, per quod, nec *Caſimirus* Rex, nec filii ſui, à iure Regni *Bohemiæ*, exciderent, nec in manifeſtum belli, quod in acceptatione ſacienda imminebat, veniretur diſcrimen, tandem die Veneris, vigeſima octaua menſis Auguſti, *Caſimirus* Rex tali reſponſo vſus eſt. *Agere ſe gratias immenſas, Summo Pontifici, agere Baronibus Bohemiæ, de oblatione Regni Bohemici, ſine iure Diuino & humano, debiti*, reſpondit. *Verum non conuenire ſibi, neque rei, tam graui, vt absque Prælatorum, Principum, & Baronum Regni ſui, qui ad proſequendam Regni Bohemici ſuſceptionem, laturi ſunt auxilia, poſſit plenaria reſponſio dari. Sed dietam generalem oportere inſtitui, & deliberatione apud illam ſumpta, quod vniuerſi comprobauerint, reſponderi.*

Et reſponſum de acceptando Regno Bohemico dandum in Conuentionem generalem reiicit.

Mittit Caſimirus Rex Nuncios ad Georgium in Bohemiam ad intercipiendum bellum Bohemicum, & ſuadendum Georgio, vt ad vnitatem fidei reuertatur, & ne cenſuræ contra eum publicentur obtinet.

Obtulit deinde ſe *Caſimirus Poloniæ* Rex Nuncios notabiles extemplo miſſurum, videlicet *Stanislaum Oſthrorog*, Palatinum *Caliſſienſem*, *Iacobum* de *Dabno* Regni *Poloniæ* Vicethesaurarium, Capitaneum *Cracouienſem* & *Ioannem Dlugoſch* ſeniorem Canonicum *Cracouienſem*, ad intercipiendum ſtridores belli *Bohemici*, & ad ſuadendum *Georgio*, vt ad vnitatem fidei reuerſus, ſe Summo Pontifici humiliet: exoptans, vt interim, neque publicatio cenſurarum contra *Georgium* fieret, neque prædicatio Crucis: quo innocentius & liberius Nuncii deſignati, Regia mandata exequi apud *Georgium*, nihil opponere habentem, poſſent. Cum eo reſponſo Legatus Apoſtolicus *Rudolphus Wratislauiam*, *Petrus* vero *Ereleus*, Decanus *Aquenſis*, *Romam*, adiuncto illi *Ioanne Sapienski* milite, qui pacis *Prutbenicæ* Confirmationem, & Cenſurarum ſublationem ſolicitaret, remiſſi, & Nuncii deſignati in *Bohemiam*, ſunt profecti.

In Pruſſiam Caſimirus Rex ire nequiens certos Barones mittit, obtenturus à Ciuibus pecuniarium ſubſidium pro ſtipendiis militibus ſoluendis,

In *Pruſſiam* autem quoniam ire *Caſimirus Poloniæ* Rex, perſonaliter, licet arduitas frequens negociorum, ſuam præſentiam magnopere efflagitaret, non poterat. *Iacobus Wratislauienſis*, *Vincentius Chelmenſis* Epiſcopi, & *Ioannes Koſczyelieczki*, Palatinus *Iuniwladislauienſis* tranſmiſſi, & ſingulas res, quæſtioneſque curaturi, & Ciuitates, ad ferendum ſubſidium pecuniarium, quo debitorum nexus & ſtipendia ſolui poſſent, pertracturi. Iam ſiquidem ſtipendiarii Regii, qui annis tredecim apud *Pruſſiam* militauerant, beneuolentia *Caſimiri* Regis deuincti, eam conditionem acceperant, vt cuilibet equiti, pro merito ſtipendio, & pro ſingulis damnis, octo floreni in annos ſingulos, pediti vero medietas ſolueretur. Et calculo cum illis ex conditione facto, ducenta ſeptuaginta aureorum millia, compertus eſt, *Caſimirus* Rex illis debere. Quorum etiam ſolutio in ſemis & biennium protelata.

1467. *quibus 270000 millia aureorum debebantur.*

Rudolphus Legatus Apoſtolicus ob non acceptionem Regni Bohemici, ad quam Regem Poloniæ Caſimirum inducebat, triſtis Wratislauiam Cracouia redit.

Die Saturni, antepenultima die, menſis Auguſti, *Rudolphus* Epiſcopus *Lauantinus*, Legatus Apoſtolicus, triſtis, & vultu atque habitu, triſtitiam præferens, quoniam acceptatio Regni *Bohemiæ* ſecus, quam ipſe rebatur ceſſerat. Ciuitate *Cracouienſe*, egreſſus, in *Wratislauiam* rediit, filiorum Regiorum ſortem parum proſperam increpans, & tam *Caſimirum Poloniæ* Regem, quam Conſiliarios carpens, quod parum prudenter filiis ipſis, & Regno *Poloniæ* in futurum proſpexiſſent.

Nicolao Polono Epiſcopo Vilnenſi mortuo. Ioannes Iotzowicz Lithuanus Epiſcopus Lucenſis, huic vero ad Lucenſem Martinus Krzeczowicz Lithuanus ſuccedit.

Penultima die menſis Septembris, *Nicolaus* Epiſcopus *Vilnenſis*, paralytico valetudine, aliquando tempore vexatus, Nobilis *Polonus* de Domo *Wyenyawadum* annos prope quatuordecim, ſediſſet, moritur, & in *Vilnenſi* eccleſia ſepelitur. Cui *Ioannes Iatzowicz* Ciuilis *Vilnenſis Lithuanus* Epiſcopus *Lucenſis*, per tranſlationem ſuccedit. In *Luczenſem* vero *Martinus*, dictus *Krzeczewicz*, genere *Lithuanus*, nobilis de Domo *Gryphonum*, prouiſus per Papam *Paulum* ſecundum, ſuccedit.

Paulus Legendorff Epiſcopus Varmienſis perit veneno, & ſepelitur in eccleſia parochiali Brusbergenſi, poſt cuius mortem Capitulum Nicolaũ Thungen eligit.

Die Iouis, vigeſima ſexta, menſis Iulii, *Paulus Legendorff*, Epiſcopus *Varmienſis*, apud *Brunsberg*, vt communis ferebat opinio, de veneno moritur: in *Thorunenſi* Dietа, quæ pro pace anno ſuperiore acta eſt, toxicatus. Ab illo enim tempore languidatus, incolumitatem reſumere non potuit. Sed & morte ſua ſecuta, corpus exanime inflatum, & in latere, & in pede crepuit: in Eccleſia Parochiali in *Brunsberg* ſepultus. Capitulares electione indicta, feria ſecunda, in die ſancti *Laurentii*, *Nicolaum Thungen*, Ciuilis generis, de *Vormith* ortum, Decanum *Varmienſem*, & literarum Apoſtolicarum Scriptorem, *Romæ* pro tunc agentem, eligunt. *Caſimirus* vero *Poloniæ* Rex electionem huiusmodi parum probans. *Vincentium Kyelbaska* Epiſcopum *Chelmenſem*, Conſiliariis Eccleſiaſticis, & Secularibus id probantibus, ſuadentibusque nominauit. *Ioanni* quoque *Sapyenski*, Noncio ſuo, in vrbem ituro, dat in mandatis quatenus illum ad Sedem *Varmienſem* transferri obtineat.

Caſimirus vero Rex Vincentium Kyelbaſſa Epiſcopum Culmenſem nominat.

Iacobus Wladislauienſis, & *Vincentius Chelmenſis*, Epiſcopi, cum *Ioanne* Palatino *Iuniwladislauienſe*, in *Pruſſiam* ad petendum, pro exoluendis ſtipendiariis, pecuniale ſubſidium, & ad decidendum nonnullas quæſtiones miſſi: *Caſimirus* vero *Poloniæ* Rex, tribus menſibus apud *Cracouiam* commoratus, notabiles ſummas auro & mercibus in ſtipendiarios

Partem ſtipendii emeriti militibus Caſimirus Rex ſoluit, & partem ſe ſoluturum, ad cer-

1467.

tum tempus inſcribit.

tios diſtribuit, reſiduas vero in biennium, à feſto Chriſti computandum, anno vno & altero ſoluendas, ad ducenta millia aureorum A florenorum, præter erogata, ſe extendentes inſcripſit.

Ioannes Dlugoſch liberis Caſimiri Regis præceptor deſignatur.

Die Iouis, prima menſis Octobris. *Caſimirus Poloniæ* Rex *Cracouia* egreſſus, *Ioanne Dlugoſch* ſeniore Canonico *Cracouienſi*, filiis ſuis in Directorem, & Magiſtrum præfecto, per loca indirecta, & abſtracta, peſtiferam fugiendo auram, in *Lithuaniam* ſe cum *Eliſabeth* Regina tranſtulit, & illic omne tempus autumni, hyemis & veris, manſit. Filii quoque Regii, ob ſuſpitionem peſtis, *Cracouia* educti, apud *Tiniecienſe* Monaſterium, vſque ad diem ſanctæ *Apoloniæ* virginis, immorabantur. Conſulebatur inſuper *Caſimiro Poloniæ* Regi, a notabilibus Conſiliariis, vt ad *Varmienſem* Eccleſiam *Rudolphum* potius Apoſtolicum Legatum, id poſtulantem, quam *Vincentium Kyelbaſzka* promoueret: plurimis malis, quæ poſt ſecuta ſunt, occaſionem adempturus.

Legatorum Caſimiri Poloniæ Regis authoritate

Regis *Poloniæ Caſimiri* Nuncii, *Stanislaus Oſtrorog* Palatinus *Caliſſienſis*, *Iacobus* de *Dabno* Regni *Poloniæ* Vicetheſaurarius, & Capitaneus *Cracouienſis* & *Ioannes* ſenior *Dlugoſch*, Canonicus *Cracouienſis* *Pragam* vigeſima prima die menſis Octobris ingreſſi, altera die legationem, apud aures *Georgii* & ſuorum, non ſolum ſenatu ſpectante, ſed & plebe, ornate & grauiter exponunt. Cuius hæc ſumma erat, C *vt pareret ipſe, & gens ſua, in ſingulis Romano Pontifici, & ſublato inueterati diſſidii errore, Regibus & Principibus Catholicis ſe in ritu & religione conformaret, nec aliter crederet ſibi, & Bohemiæ Regno tranquillitatem prouenturam. Reſcinderet item bellum, quod cum Principibus, Baronibus, & Ciuitatibus Catholicis gerit, obſidionem quoque arcis Konopiſcze*, quoniam itam altera *Sternberg*, priusquam *Pragam* Nuncii Ragii attigiſſent, fame & neceſſitate preſſa, in ditionem ſuam conceſſerat, *diſſolueret, & in vnionem atque pacem rediret.* Plus *Georgio*, quam ſuis purpuratis, hæc D oratio diſplicebat. Catholica enim illi audire inſueto, ſerotior aliquanto oratio Legatorum Regis *Poloniæ*, viſa eſt, quam quæ deberet, apud ſuas aures exponi. Murmur quoque apud vulgum ſuboriebatur, nonnullis, pro varietate ingeniorum, legationem Regis *Poloniæ* cælotenus efferentibus, nonnullis improbantibus, quod illis denunciatio ipſa, nomine Regis *Poloniæ* propoſita, in rebus, fidem, & ritum tangentibus, ius atque legem præſcriberet. Frequenti deinde Legatorum Regis *Poloniæ* ſermone, pectus *Georgii* durum, callidum, & difficillimum, forti & iuſta perſuaſione emollitum eſt. Ædendo enim reſponſum, totum ſe Regi *Poloniæ*, & eius deciſioni, atque arbitrio in his, quæ ad quietandum Regnum *Bohemiæ* ſpectant, permittebat: aſtruens *priſcos Bohemiæ Reges, honorem tantum nulli vnquam Regi, ſed nec Imperatori dediſſe. In his vero quæ religionem contingunt*, deducebat ſe, licet fallaciter, *compactata obſeruaſſe, nec ex obedientia Papæ vnquam excidiſſe, aut compactatis contraiſſe: correcturum ſe omnia* aſtruens, *quæ in compactata deliquerit.* Verum quoniam reſponſum ſuum conditione de Caſtro *Konopiſcze*, ſibi dedendo, conſtrinxerat, leui voluptate à Nunciis Regiis, ſuſceptum eſt. Qui ne partem alteram neglexiſſe viderentur, in *Itauam*, tribus de viginti miliaribus à *Praga* diſtantem ſe conferunt. Vbi apud B *Zdenkonem Konopiczki*, Burgrabium ſupremum *Pragenſem*, & *Ioannem* de *Haſſemburg*, Iudicem Regni *Bohemiæ*, quos ſolos duos illic tantummodo oſtenderat, mandata Regia exponunt, pacemque multipliciter perſuadent. *Caſimirum Poloniæ Regem* edocent *impeditum, quod ex iuſtis & neceſſariis cauſis non poſſit Regnum Bohemiæ per ſe, nec per filium, hactenus ſuſcipere, nec bellum Bohemicum in ſe, quod nondum reſpirauerat, transferre.* Duo autem Barones prædicti, non abnuebant *ſe, cauſam ſuam, dummodo, & cæteri ſocietatis ſuæ Principes & Barones, conuentum apud Wratiſlauiam, pro die ſanctæ Luciæ habendo, id probarent, in poteſtatem Poloniæ Regis depoſituros*, aſtruentes: *nullum inter Reges orbis extare, cui fidentius, quam Polonorum Regi, Principi Chriſtianiſſimo, illam committerent.* Addebant & ipſi exceptionem, ſingula elidentem, *vt videlicet arx Konopiſcze foret libera, cætera quoque bona eis, & cæteris Catholicis ablata redderentur.* Decem enim & octo arces & Ciuitates ac munitiones ea æſtate *Georgius* ſub Catholicis conquiſiuerat. *Arce autem Konopiſcze, vel non ſoluta, vel expugnata, nullam reſtare de pace ſpem, ſed nec de fœdere locum.* Cum denique Nuncii Regii *Itauia Pragam* reuertiſſent, & operas ſuas, quamuis fideles, à parte vtraque viderent duris conditionibus circumlitas, magnopere contendere cœperunt, vt *Georgium* a propoſito occupandi Caſtri *Konopiſcze* detraherent, vt malum ingens, quod ex deditione ſequi verebantur auerterent. Et quamuis *Georgius* iniquum aſſeueraret, & parum ſibi honeſtum, vt hoſtilis arx, & eius obſidio, propediem in poteſtatem ſuam preuentura, & pro qua conquirenda copioſius ſanguis certatim fuſus eſt, & plurimæ impenſæ emunctæ, ſolo ſermonum vapore & fumo, de manu ſua deberet reſcindi: videns tamen animos Legatorum *Poloniæ* Regis infractos, & Caſtrum *Konopiſcze*

inter Catholicos Bohemiæ Proceres,

atque Regem Georgium,

1467. ſublato bello, fœdus illum eſt certis ſub conditionibus.

piſcze (quod apud pleroſque durum videbatur & impoſſibile) obſidione ſoluit, & fœdus ad diem conuerſionis ſancti *Pauli* duraturum, firmatum Legatorum literis, accepit. Eius hæ erant condiriones, *vt fœdere durante, omnia ceſſent homagia & vituperia, captiui, ad ſponſionem, dimiſſionem habeant. Caſtrum Konopiſcze obſidionem non tolleret, ſed nec propugnacula violet, aut plura victualia, quam quæ pro tempore fœderis ſufficerent, inſerat: ſubiturum, lapſa treuga, cum eiſdem perſonis & rebus, quæ fuerant in illo, obſidionem, ſi in Dieta Wratislauienſi, pro die ſanctæ Luciæ tenenda, induciæ vlteriores ſecutæ, & in Poloniæ Regem, per partem Baronum, iuxta ac per Georgium, compromiſſum non fuerit. Parem quoque conditionem Caſtrum Oſtwald in Luſatia, à parte Catholicorum obſeruabit. Catholicis autem in Polonia Regem compromittentibus, induciæ à die Cinerum, in annum vnum duraturæ, de nouo à Nunciis Regiis inſcribi debeant, & pro die Circumciſionis anni futuri, diffinitiua per Poloniæ Regem, absque renunciatione pronunciari. Nuncii quoque Georgii, ad roborandum prædicta, in Kloczko mitti.* Honorauerat autem *Georgius*, Regis *Poloniæ* Nuncios, donis magnificis in auro & equis, omnia tamen ab illis ſpreta, & *Georgio* remiſſa ſunt: ne puriſſima eorum actio, aliqua ſugillatione incruſtari vel leniter potuiſſet. Pro qua re, & à *Georgio*, & à Catholicis, hæreticisque maxima illis laus, & commendatio tribuebatur, virtusque illorum ex huiusmodi continentia, & apud proprios, & apud exteros plurima fama & gloria præluxit.

Legati Caſimiri Poloniæ Regis Wratislauiam Pragam diuertentes,

Die ſanctæ *Luciæ* adueniente, dum & *Caſimiri Poloniæ* Regis Nuncii, *Stanislaus Oſtrorog* Palatinus *Caliſſienſis*, *Iacobus* de *Debno* Vicethesaurarius Regni *Poloniæ*, & *Ioannes Dlugoſch* ſenior, Canonicus *Cracouienſis*, à *Zdenkone Konopniczki*, cæterisque Baronibus *Bohemiæ*, precibus deuicti, *Wratislauiam* aduenisſent, & apud Pontifices, Principes, Barones, & Ciues Catholicorum videlicet *Rudolphum* Apoſtolicum Legatum, *Prothaſium Olomuncenſem*, Epiſcopum, *Nicolaum Oppolienſem*, *Henricum Glogonienſem*, *Balthaſarum Zeganenſem*, Duces, *Zdenkonem Konopniczki*, *Ioannem* & *Vlricum* de *Haſſenburg*, *Swantoslaum Swanberg*, *Henricum Hradeczki*, cæterosque *Bohemiæ*, *Morauiæ*, *Sleſiæ* & *Luſatiæ*, Barones, legationem Regiam, quam apud *Iflauiam* expoſuerant, repetiſſent, omnium concordi inſtantia, diebus pluribus vrgebantur, *vt Regnum Bohemiæ, nomine Regis ſui Caſimiri, acceptarent, vel de acceptando, certos eos redderent, iuuarentque catholicos, pro conſequendo Regno, qui vice geminata, in*

diuerſis vrgentur perſuaſionibus, vt nomine Caſimiri vel

ſpem dubiam conſequendi Regni, annis ſuperioribus hæreticos adiunerant: conſecuto Regno Bohemiæ, quod propediem ſperandum foret. Auſtriam etiam, Hungariæ & Romanorum Regna, facile in poteſtatem Regis Poloniæ, & filiorum ſuorum acceſſura. Meminerint inſuper, quinque filios Regem Poloniæ, non in vnius Regni ſed in plurimorum Regnorum ſpem, generaſſe. Cauerent, ne intra vnius Regni fines, tot Principes concluderent, & hæreditate iuſta illos per negligentiam priuarent: Bellum Ciuile inter parietes, proprios dum exterum detrectant, accepturi, Regis *Poloniæ Caſimiri* Nunciis ad ſingula modeſte reſpondentibus, & legitima excuſatione Regem ſuum, de non acceptatione Regni *Bohemici*, purgantibus, impetebantur rurſum, *vt ſaltem primogenitus Regis Poloniæ Caſimiri, illis, cum mille tantummodo equitibus traderetur: qui Coronatione apud Wratislauiam de manibus Rudolphi Legati Apoſtolici ſuſcepta, ſumma rerum prouideret.*

1467. filii ſui Regnum Bohemiæ acceptent.

Sed cum Legati Regii, *id quoque non apud ſe, ſed apud Poloniæ Regem quærendum eſſe* oſtenderent. Nuncii, ad *Caſimirum Poloniæ* Regem, id petituri decreti ſunt. Legati vero Regii, ab vniuerſo *Wratislauienſi* conuentu, rogati, *Pragam* iterum reuertuntur: pacis inducias, cum *Georgio*, ad feſtum ſancti *Adalberti* ordinaturi. Quibus etſi, omnis ille *Wratislauienſis* conuentus, elegantia dona in argento & equis miſiſſet: eadem tamen modeſtia apud *Wratislauiam*, qua & in *Praga*, vſi, ad acceptandum illa, nulla ratione poterant induci, maximam & ſingularem laudem, ob id ab vniuerſis conſecuti: ſatis ſe munerum accepiſſe rati, ſi eis authoribus, ab armis tam infeſtis foret diſceſſum.

Quod cum facere venniunt Nuncii proprii id ipſum petituri ad Caſimirum deſignantur.

Nemini autem Catholicorum ſatis placuit, compromiſſo, in *Caſimirum Poloniæ* Regem, facto, exortum diſſidium finiri. Non quod de Rege *Poloniæ* ambiguitas eſſet, ſed quod oporteret, ad id conſenſum ſummi Pontificis, cuius iuſſione bellum cœptum erat, adhiberi. Veniebat, & in conſiderationem, quod *Georgius* rebus ſuis magis mendaciis, & fallacia, quam æquitate, & iuſticia, conſulere conſueuerit, nec vſurum eum decreti conditionibus. *Pragam* autem Nuncii *Caſimiri Poloniæ* Regis reuerſi, licet plures difficultates, pars vtraque interpoſuerit: pacem tamen, ad Diem Aſcenſionis Domini duraturam conficiunt. Qua firmata, *Georgius* miſſo filio ſuo Victorino, cum gentibus, *Fredericum Romanorum* Imperatorem, & *Auſtriam*, graui bello vexare cœpit.

In negocio Bohemico, nulli Catholicorum Bohemorum, placet fieri compromiſſum in Caſimirum Poloniæ Regem.

Pax tamen temporanea, per illius Nuncios, Pragam reuerſos componitur.

Die Martis, vndecima menſis Nouembris, *Henricus* Dux *Glogouienſis*, alias *Kuchowanski*

Henricus Dux Glogo-

Kucho-

1467.

...nienſis moritur & ſepelitur in Kozuchow. Henricum, filium vnum, filias vero duas relinquens.

zuchouienſis apud *Kozuchow* moritur, & in Eccleſia Parochiali, *Kozuchow* ſepelitur, vnicum relinquens filium, *Henricum* ſui nominis, & duas filias *Annam* & *Eliſabeth*, ex *Anna* filia *Conradi*, Ducis *Olieſchnicenſis*, ſuſceptas. Quarum *Anna* nupſit *Ioanni Rozembarski*, Baroni de *Bohemia*, *Eliſabeth* vero virgo extitit.

Iodoco Epiſcopo Wratislauienſi mortuo,

Die Martis, quindecima Menſis Decembris in aurora. *Iodocus*, Epiſcopus *Wratislauienſis*, frater ordinis ſancti *Ioannis* ſepulchri, ſancti *Hieroſolymitani*, vir eloquentiæ & literaturæ, atque prudentiæ, ſingularis, ſtaturæ altæ, grandibus oculis, ac capite, corpore vero craſſus, nobilis de domo *Rozembergenſium* ex *Bohemia*, rubeam roſam, in campo albo deferentium, dum in Pontificatu annos decem, menſes ſex exegiſſet, in oppido ſuo *Niſſa*, & in curia per ipſum ſplendide ædificata, religioſe & deuote, omnibus ſacramentis rite procuratus, ex calculo & crapula moritur. Et dum *Wratislauiam* relatus eſſet, Baronibus *Bohemiæ*, qui ad conuentum *Wratislauienſem* conueniebant, commitantibus illum, commune *Wratislauienſe*, pro eo, quia *Ioannem* Præpoſitum *Wratislauienſem* ceperat, aliquanto, ne intromitteretur, donec Præpoſitus in libertatem euaderet, obſtitit. Inductus vero, in eccleſia maiori in Choro, iuſta funeri, Baronibus *Poloniæ*, & *Bohemiæ*, ac Prælatis, & Canonicis *Wratislauienſibus*, illi perſoluentibus, ſepelitur. Die vero ſanctorum, *Fabiani* & *Sebaſtiani*, pro eligendo futuro Pontifice indicta, *Rudolphus* Epiſcopus *Lauantinus*, Sedis Apoſtolicæ, tunc apud *Wratislauiam* Legatus, per viginti Capitulares in Capitulo electus, concordi voto, via ſcrutinii, poſtulatus eſt: precibus & perſuaſionibus, Nunciorum *Caſimiri* Regis *Poloniæ*, & omnium Baronum *Bohemiæ*, *Wratislauiæ* præſentium, expugnatos. In Pontificem enim futurum, *Przemislaum* Ducem *Opauiæ*, Decanum ſanctæ Crucis, & Canonicum *Wratislauienſem*, eligere animus deſtinauerant. Cuius poſtulationem *Paulus* ſecundus *Romæ*, die Lunæ, vigeſima quinta menſis Aprilis confirmauit, & annatam plenarie indulſit: Grauiſſimum habens, quod Nuncii, ab eo in pacificationem Prouinciarum miſſi, in Pontifices depoſcerentur. Vir manſueti, periti, & religioſi ingenii, Decretorum Doctor, genere nobilis, ex oppido *Rukkerſchayn Moguntinæ* Diœceſis, de Domo & familia, quæ pro ſuperiori parte clypei, medietatem ſtellæ ſepticomutæ, in inferiori vero parte roſam albam in rubeo campo, & in medio planiciem albam teſert. Ex patre *Henrico*, & matre *Catharina* ortus. Cuius genitor clarus inter *Reneſes* habebatur. In anno vigeſimo quarto ætatis, Auditor Rotæ, breui poſt, Auditor Cameræ, factus: duorum ſummorum Pontificum, *Pii* ſecundi, & *Pauli* ſecundi Referendarius, deinde Pontifex *Lauantinus*.

Rudolphus Epiſcopus Lauantinus, & Legatus Apoſtolicus, ad petitionem Legatorum Regis Poloniæ, & Baronum Bohemiæ, per Capitulum Wratislauienſe, concorditer in Epiſcopum eligitur.

Nicolaus Labunski Epiſcopus Camenecenſis moritur.

Nicolaus Labunski, *Camenecenſis* Epiſcopus in *Podolia*, cum Cathedræ Pontificali, annis prope quatuordecim præſediſſet, tredecima die menſis Octobris in Caſtro Eccleſiæ ſuæ *Czarnekozyenicze*, de peſte epidimiæ moritur, & in *Camenecenſi* eccleſia ſepelitur, vir nobilis de Domo *Zagroba*. Cui ſuccedit in Pontificatu *Nicolaus Prochniczki*, Canonicus *Przemislienſis*, genere nobilis de Domo & familia *Ciphorum*, quamuis *Nicolaus Golabek*, nobilis de genere *Gryphonum*, ad illam primum nominatus fuiſſet, ſed à furibus, dum ex *Sarzina* in *Lanzenska* iter faceret, prius quam promoueretur, occiſus erat.

Cui ſuccedit Nicolaus Prochniczki Canonicus Przemislienſis.

Deſtinati ad curandas res *Prutbenicas* Nuncii, *Iacobus Wladislauienſis*, *Vincentius Kyelbaſſa Culmenſis*, Epiſcopi, *Ioannes* de *Koſcz'elyecz* Palatinus *Inniwladislauienſis*, & Capitaneus in *Marienborg*, cum aliquot Conuentus in *Gdansk*, *Elbing*, & *Marienburg*, cum militaribus & Ciuitatibus, quibus & *Henricus* de *Plawen* Hoſpitalarius Ordinis, & locum tenens Magiſtri, cum cæteris commentatoribus, & fratribus, ordinis interfuiſſet. Stipendiarii quoque, qui apud ordinem militabant, emerita ſtipendia, ſibi ſolui, importune exigerent. *Henricus* vero de *Plawen*, & commendatores, reddi ſibi, ad ſoluendum ſtipendiariis quindecim millia, apud *Thorun*, circa pactum perpetuæ pacis, promiſſa requirerent. *Gdanenſes* vero & *Elbingenſes*, a Nunciis Regiis petiti, conferre huiuſmodi, quindecim millia, ære ſe alieno & egeſtate grauatos, allegando, detrectarent. Iamque res iterum, ſtipendiariis Ordinis, ob negatam ſolutionem, furentibus, ad bellum ſpectare videretur, neceſſe quoque haberet Rex, iuxta fœdus, tueri Ordinem, ſi à ſtipendiariis laceſſeretur, magna tandem Nunciorum Regiorum ſolicitudine & induſtria, *Gedanenſes*, *Elbingenſes*, & *Thorunnenſes*, ad dandum duodecim millia florenorum, ſex quidem pro feſto Purificationis, ſanctæ *Mariæ* Virginis, alia vero ſex reſidua, in duabus, poſt feſtum Paſchæ hebdomadis, ſe, licet ægre ſubmittunt, ac ſic & Ordini ſponſio impleta eſt, & Stipendiarii Ordinis ſoluti, & bellum ſerpens extinctum eſt.

Animis militum mercenariorum in ſeditionem ſpectantibus, Gedanenſes, Elbingenſes, & Thorunnenſes, duodecim millia florenorum ægre iam plane exhauſti promittunt.

Tribus de Voieuodatu *Moldauiæ*, videlicet, *Stephano*, *Petro*, & *Berenden*, annis aliquot contendentibus, & ſe de proſapia Principum *Moldauiæ*, & ſignan-

tes

1467. *Stephanus Palatinus Valachiæ*

ter *Alexandri*, deſcendiſſe, differentibus. *Stephanus*, quoniam aſtu, ſactiuitate, ingenio & ſolertia; vigebat, facile, duobus A alijs excluſis, apud *Valachos* obtinuit Principatum. Quos etiam ſua ſeueritate & iuſticia, nullum ſcelus, patiens eſſe inultum, proọos & obedientes, in omne ſuum imperium effecerat. Et non militares modo & nobiles, ſed & agreſtes, in arma cogerat: docens quemlibet patriæ defenſionem tueri. Si quem agreſtem comperiſſet, noo habere ſagittas, arcum, aut glaudium, aut in expeditionem calcariatum non accurriſſe, abſque vlla commiſeratione capite damnabat. Hunc etiam *Caſimirus Poloniæ* Rex, Palidem *Valachis* fecit: neglectis aliis duobus *Petro* & *Berenden*, qui ad illum, vt in ſuperioribus narrauimus, pollicendo plurima, ſi Rex illos, in ſedem *Valachicam* reſtitueret, confugerant. *Matthias* itaque *Hungariæ* Rex, qui *Berenden* ex *Polonia* diſceſſionem facientem ſuſceperat, & reſtituere illum in Principatum *Valachiæ* ſpoponderat, moleſte ferens, à *Stephano* in ditione *Caſimiri* Regis conſiſtente, ſe deſertum & contemptum iri, congregato forti exercitu, *Berenden* habens in comitatu, & reſtiturus illum in ſedem *Valachicam*, *Stephano* propulſato, iusque Principatus *Valachiæ* Regi, & Regno *Poloniæ* erepturus circa medium menſis Octobris, cum proprio & mercenario milite *Pannonias* egreſſus, *Ioanni Gaskra* de *Brandisz Bohemo*, ordinacione exercitus & cura commiſſa, *Valachiam* ingreditur, & alpibus, ſiluisque, quas vulgo *Ploniny* appellant, ſuperatis, aduenit in *Chotrisz*. Quo exuſto, & in prædam dato, ibat de prope alpes vsque in *Bakow*, *Romanowtarg*, & *Nyamiecz*. Quæ omnia, & villas vicinas exurens, omnem terram poſſeſſam, & vilem, cæde, igne; & gladio, nulli parcendo ætati, conditioni vel ſexui, vaſtabat. Et quamuis *Stephanus* Voieuoda *Valachiæ*, cum gentibus & potentiis ſuis circa *Chotracz* illi occurriſſet, potentiam tamen ſuam (habebat enim *Matthias Hungariæ* Rex, io exercitu ſuo circiter quadraginta millia) ſed & ſuorum infida ingenia veritus, ob tyrannidem illi infenſa, quod Primores fere omnes ſuſtulerat, in totius D pugnæ diſcrimen venire non ſuſtinuit, ſed illum ex locis occultis inſidioſis vehementer, per dies quadraginta laceſſiuit, pabulationemque & vaſtationem longiorem compreſſit. Cum autem *Matthias Pannonicus* Rex, in oppidum *Banya* deoeniſſet, & vallis, foſſatis, atque quadrigis; oppidum (irruptionem enim hoſtilem verebatur) communiſſet. *Stephanus* Voieuoda; qui ſe & exercitum ſoom, inter duos fluuios *Moldauam* & *Samuſch*, locauerat, tempus oportunum ratus, quo eum paucis contra multos, congredi poſſet, equis & farcinis, apud ſtatiua relictis, pedeſter & expeditus in *Banya* aduenit. Et præmiſſis, qui oppidum in aliquot locis incenderent, flamma erumpente, in *Pannonios* prima veſpera, quindecima die menſis Decembris irruit, & certamen vario Marte, vsque in diluculum extraxit. Pluribus autem ex *Hungaris* cadentibus pluribus flamma deuoratis, Rex ipſe *Mathias*, ne viuus in poteſtatem *Valachicam* veniret, tribus vulneribus, non tamen lethalibus, ſaucius, in lectica, ex loco certaminis elatus eſt. Pars maior exercitus dum in *Alpes* aduenisſet, & arbotibus præciſis, obſtructum offendiſſet iter, quadrigis & aliis impedimentis crematis, quingentis vero bombardis in ſabulum, ne hoſtes illis potirentur, immerſis, fuga ſe ſaluauit: Beneficio vnius ex *Valachis*, ne *Hungariæ* Rex aut caperetur, aut deſideraretur, effectum: Quem *Stephanus* Voieuoda dolo comperto, capite truncauit. Decem millia eo prælio ex *Hungaris* occiſa referuntur, ſigna militaria aliquot capta, & ad *Caſimirum Poloniæ* Regem, in *Vilna* agentem, in ſignum victoriæ per Nuncios *Stephani* Voieuodæ delata. *Stephanus* ipſe & ſuus exercitus, magnis ſpoliis, tabernaculis, curribus, & bombardis potitus. Effugierunt autem cum Rege vna, fere omnes *Hungariæ* Barones videlicet *Ioannes Lanthsloir*, *Quinque Eccleſienſis* Epiſcopus, *Michael Orſak* de *Gruth* Regni *Hungariæ* Palatinus, *Iob* de *Gara*, *Ladislaus* de *Caniſcha*, *Ludouicus* de *Valkew*, *Andreas Cuper*, *Ioannes Gaskra* de *Branduz*, *Hardulath*, & alii quam pluximi. Solus *Ioannes* de *Daroch* Voieuoda *Tranſylnanus*, ex maioribus, cum ſuo vniuerſo comitatu, qui ad qoatuor millia pugnatorum æſtimabatur haboiſſe, occiſus, & vsqoe ad internitionem deletus eſt. In *Pannonias* autem *Matthias Hungariæ* Rex reuerſus, *Henricum Diak* Gubernatorem ſibi reconciliat. *Tranſylnanenſes* autem militares, & ciues, quod ab eo diſceſſiſſent, & *Ioanni* comiti ſe adiunxiſſent, in quadringentis millibus florenis, quæ in auro parato; dare coacti ſunt, multat. Ex qua pecunia nouum cæpit & grandem, ex forenſibus, magis quam propriis, apparare exercitum: in quo nullatenus *Poloni* ſe militaturos aſtruebant, ſi Regnum *Poloniæ* aut eius feudales, & ſignanter *Valachiæ* oram, vellet inuadere. Illam enim ſuſpicione communi, pro detergenda ignominia, petere credebatur. Quapropter *Stephanus Mol-*

per Caſimirum Regem deſignatus.

Matthiam Hungariæ Regem, Berenden in Palatinum ſubſtituere conantem

1467.

profligat. Regi quidem inflictis tribus vulneribus,

exercitu vero illius occiſo,

1467. *daniæ* Voieuoda, frequentibus Nunciis, & literis, de ferendo ſibi auxilio, *Caſimirum Poloniæ* Regem interpellabat.

Peſtilens aura

Annus hic in omnes ferre regiones, Regno *Poloniæ* ſubiectas, ſed in regionem præcipue *maioris Poloniæ*, *Maſſoniæ*, *Ruſſiæ*, & *Podoliæ*, ſed & in partem *Sleſiæ*, peſtiferum epidimiæ virus, vſque in Ianuarium menſem diffundens, multos mortales extinxit, & plures villas & oppida in ſolitudinem redegit. Annonæ inſuper caritas, regiones *Polonicas* peruaſerat, peruaſura amplius, niſi plures homines, peſtilentia abſumpſiſſet. Eam inſuper multitudo murium adiuuabat, qui ſiue ex hyeme callida & ſicca, nullas niues, & paucos imbres fundente, ſiue ex Conſtellatione cœleſti, adeo ebulliuerant, vt ſtugibus, quæ in horreis condebantur, demolitis, in agros decurrerent, & hyemalia frumenta, in ſuperficie & radice delerent.

atque fames, in plerisque Regni Poloniæ & Sleſiæ partibus, acerbe graſſatur.

Duobus autem malis prædictis, pernicies tertia, æque mala, in *Cracouienſi* duntaxat & *Sandomirienſi* terris, acceſſerat. Nam nonnulli Nobiles adoleſcentes ex inſignibus parentibus orti, quorum *Ioannes Pyeniazek* olim Archidiaconus *Gneſnenſis*, primarius habebatur, abſentia *Iacobi* de *Dabno* Capitanei *Cracouienſis*, eis ſubminiſtrante audaciam, frequentibus furtis, & ſpoliis, regiones ipſas non in mercatoribus ſolum, ſed & in militaribus, affligebant. Patrimoniis enim ſuis, nonnulli corroſis, & effuſis, ſupellectilem tamen fulgidam & raram, in equis & veſtibus ac familiaribus, ne aliis contemptibiliores, & inferiores, cenſeri poſſent, habere conati in varia furtorum facinora dilabebantur. Parens *Ioannis Pyeniazek* Præsbiteri, *Nicolaus Pyeniazek* Succamerarius *Cracouienſis*, filii turpitudinem, ne ad ſe quoque & genus ſuum, & cæteros natos penetraret, reſciſſurus (ſciebat enim illum, in omnia facinora, etiam dictu neſanda, & in blaſphemias in Deum, & in profundum facinorum delapſum eſſe, & amplius delabendum) blanda vocatione ad ſe accerſitum, vincit, & vinctum *Ioanni* Epiſcopo *Cracouienſi* tradidit. Virum ſe bonum & miſericordem agens patrem; filium ſatagens, per arctam licet pœnitentiam, ſaluum non perditum iri, & à generi ſuo notam turpitudinis aboleri. A *Ioanne* autem Epiſcopo *Cracouienſe* in carceres, apud Caſtrum *Ilza* truſus, facinora ſua annis tribus, menſibus ſex in tetro carcere, & fundo obſcuro turris expiabat. Captiuitas autem præfati *Ioannis Pyeniazek*, & Capitanei *Cracouienſis Iacobi* de *Dąbno* ex *Bohemia* reditus, ſingulos fures terruit, & audaciam eorum reſtrinxit. Minabatur enim ſe præfatus *Iacobus* Capitaneus vnumquemque furum, nobilitate eorum non obſtante, in patibulum acturum. 1467.

Ioannes Pienyazek olim Archidiaconus Gneſnenſis,

per patrem ſuum captus, Epiſcopo Craconienſi carceri coniiciendus, ob patratum homicidium traditur.

Natali Domini noſtri die, cum ſequentibus, *Caſimirus Poloniæ* Rex, cum *Eliſabeth* Regina, apud *Vilnam* celebrato, etiam reliquam partem hyemis, & principium veris, in *Lithuanica* ora exegit, aut legationes expediendo Principum, aut interdum tractando venationes. Pro diebus autem carnis priuii, *Henricus* de *Plawen*, Hoſpitalarius Ordinis Cruciferici, vices Magiſtri generalis tenens, cum commendatore de *Ragnetha*, vſque *Vilnam*, perſonaliter Regem *Caſimirum* adiuuerat, & benigne ſuſceptus, benigneque habitus, & tractatus, dies plures *Vilnæ* abſumpſit. Sub quibus liberiorem audientiam nactus, negocia Ordinis, quæ promouenda ſuſceperat, votiue expediuit. Secreta delatione Ciues *Gedanenſes* apud Regem inſimulans, quaſi eius ditione reiecta, in *Ioannis Burgundiæ* Ducis obedientiam, ſuper quo copiæ literarum, per eos Duci *Burgundiæ* ſcriptarum oſtendebantur, forent conceſſuri. Sed eam criminacionem *Gdanenſes* magnum ſui nominis, vt erat, dedecus rati, & extenuare & purgare non negligebant. Pluribus deinde donis, tam ipſe *Henricus Plawienski*, quam Comes ſuus Commendator de *Ragnetha*, a *Caſimiro* Rege honoratus, in *Pruſſiam* rediit, Rumor de *Gdanenſium* defectione, apud plures regiones vulgatus, apud nonnullos principes & Ciuitates, qui *Polonorum* fœlicitati inuidebant, hilaritatem cauſauit: quaſi rebus nouatis, nouum etiam ordiri deberet apud *Pruſſiam* bellum. Sed *Gdanenſes* frequentibus literis & Nunciis, ad *Caſimirum* Regem miſſis, oſtenderunt ſe efficaci teſtimonio & documento, *non ſolum in culpa criminationis non eſſe, ſed & nec notam noxæ vnquam meditatos fuiſſe, & puro atque eodem tenore, in obedientia & fide Caſimiri Regis, & Regni Poloniæ perſeueraſſe, & perſeueraturos eſſe: rogantes fidem ſuam, non ex falſis relationibus, ſed ex fideliſſimis eorum actibus penſatum iri.* 1468.

Gedanenſes defectionis accuſati ad Ioannem Burgundiæ Ducem, per Henricum Plawitnski ſecreto accuſati.

ſe diligenter coram Caſimiro Rege, & ſufficienter purgant.

Linquens *Caſimirus Poloniæ* Rex *Lithuanicam* oram in Regnum ſuum *Poloniæ* regrediebatur, & *Sandomiriam* quidem, pro Dominica Iudica, quæ fuit dies Solis, tertia menſis Aprilis, perueniens, aliquot diebus illic ſubſtitit, & cum Conſiliariis ſuis, qui illic ad ſuam excellentiam confluxerant, pluribus rebus publicis expeditionem dabat.

Caſimirus Rex ex Lithuania

Diuer-

1468.

Diuertens poſt hæc *Sandomiria*, itineribus ſolitis, Dominico Ramiſpalmarum, apud *nouam ciuitatem Korczin*, exacto, A feria quarta ante feſtum Paſchæ, quæ fuit dies Mercurii, tredecima menſis Aprilis, *Cracouiam* cum Conſorte ſua *Eliſabeth* Regina aduenit, & rebus tantummodo ſalutaribus (altera enim die, duodecim pauperum, quos amictu induerat, pedes lauit, altera viaticum ſumpſit) vacare cæpit, & dies Paſchæ in arce *Cracouienſe* ſolenniter egit.

cum conſorte ſua Eliſabeth Regina Cracouiam aduenens, duodecim pauperes, lotis eorum pedibus, nouis veſtis indumentis.

Die Martis octaua menſis Aprilis, *Prothaſius Olomuucenſis* Epiſcopus *Cracouiam* aduenit. Qui die tertia audientia obtenta, *priuato officio, ad Caſimirum Poloniæ Regem ſe veniſſe primum, & à Matthia Hungariæ Rege, Poſonio egreſſum eſſe*, B commemorans *præfatum Matthiam Hungariæ Regem, fidei cauſam pro Catholicis Bohemis, contra Georgium de Poſdzyebrath, & ſibi adhærentes hæreticos, mandato quidem Apoſtolico, ſua vero admonitiono & perſuaſione, inductum, ſuſcepiſſe, & ſpecialibus ſe literis*, quas originaliter producebát, *in bellum huiuſmodi deuouiſſe, & iam cum copiis inſignibus, ex equite & pedite collectis, in armis eſſe. Turcorum cæſarem, Nuncios ad illum cum donis ampliſſimis Agriam vſque miſiſſe, & Nuncios reuerſales, Hungariæ Regem, quorum Ioannes Giskra princeps erat, cum viciſſitudinariis donis, ad* C *conficiendum triennalem treugam, Turco remiſiſſe. Fredericum deinde Romanorum Imperatorem, ſingularem exercitum, contra Irzikonem inſtauraſſe, auxilia Hungariæ Regi præſtiturum. Magnam deinde multitudinem, ex variis regionibus, Crucem, quæ contra Georgium practicabatur, voluntarie aſſumpſiſſe, & propediem in ſubſidium Pannonico Regi Matthiæ venturam fore. Zdenkonem Konopniczki, Catholicorum Bohemorum Capitaneum, cum cæteris Bohemicis Baronibus, & ſuffragiis, iam in exercitu Regis Hungariæ conſiſtere quem multifario, non exercitatis ſolum gentibus, ve-* D *rum & bombardis, tormentis, equis, armis, quadrigis, & peritis Ducibus*, deducebat *fulcitum eſſe: eo maxime flagrante deſiderio, vt ſibi daretur opportunitas cum Georgio decernendi.* Rogans obnixius *Caſimirum* Regem, *vt omni cunctatione omiſſa, cum ſuis potentiis conſurgeret, & Regnum Bohemiæ, ſibi & ſuis filiis, oblatum, ac hæreditario iure ſibi debitum, à tyrannide Irzikonis, ſummi Pontificis, & tot Catholicorum Regum, & Principum, fretus auxiliis, ſolueret, & in Catholicorum ritum vendicaret: certus Mathiam Hungariæ Regem in ſuum, & filiorum ſuorum fauorem, quo celerius Bohemiæ Regnum illis accedat, arma induiſſe, Multiplex diſpendium & dedecus in ſe & filiis incurſurus, ſi per deſidiam Thronum Regni Bohemiæ, alium prehendere permiſerit.* Secretiori deinde audientia, ad quam non niſi quinque Conſiliarii adhibiti fuere petita. *Mathiam Hungariæ* Regem, de pluribus virtutibus, magna laude efferens, ſuadebat perſuaſione multiplici, *vt Caſimirus Poloniæ Rex data ei filia ſeniore Hedwigi, filio vero Frederici, Romanorum Imperatoris Maximiliano, iuniore Zophia, in Conſortes, affinitatem inſignem, & Regnis vtilem, ac neceſſariam cum vtroque, qui ſtrictiſſimo fœdere ſibi inuicem colligati ſunt, iungeret: magno metu vtrumque liberaturus, cum vterque ea diſtineatur ſuſpicione, ne Poloniæ Rex, Bohemiæ Regnum adeptus, vnum ex Pannonia, alterum vero ex Auſtria, iure filiorum naturali deturbet. Aſſumeret proinde Caſimirus Poloniæ Rex ac meliorem duceret, certam per filias, in Hungariæ Regnum & Auſtriam, quam ſperatam per filios ſucceſſionem, nec pluris penderet, hæreditaro filios quam filias: æque ex filiabus ac filiis, nepotes in Dominiis prædictis habiturus, inſignibusque filias locaturus viris, quæ ad alios nihilominus tranſitura ſunt, & incertum, an ad æque inſignes viros. Cogitaret inſuper, non facile ſe Mathiam ex Pannonia, nec Fredericum ex Auſtriæ poſſeſſione, in quibus vterque, magna ſe ſolidauit firmitate, detracturum. Sed ſciret vtrumque aliorum quæſiturum affinitates, & auxilia, quibus ſe tutiores, ſiqua vis ingruerit, efficiant, ſi ſe ſpretum iri aduerterint. Fœdere potius, quam armis, rem gerendam perſuadens: plures fructus omnis hoſtilitatis ſuſpicione excluſa, habiturum: cum vterque Regum, per fœdus cauero contentus ſit, vt prole eorum non extante, filii Caſimiri Regis, in omnia Pannonica Dominia, & Auſtralica, ſuccedant. Nec in eam ſolum conditionem, ſed & in quamcunque aliam poſſibilem, & Caſimiro Regi beneplacitam Fredericum & Matthiam Regis, vltro conſenſuros. Hungaricis poſtremo conſiliariis, id curæ eſſe* monſtrauit, *ne inter Regna Poloniæ & Hungariæ, fœdus amicitiæ ſinant ſeneſcere, ſed nouis illud funiculis ſtudeant roborare: quibus nihil gratius accidere poſſet, quam affinitatem huiuſmodi, etiam ſi Primores, Polo-*nia

Prothaſius Olomuucenſis Epiſcopus Caſimiro Poloniæ Regi, & Mathiam Hungariæ Regem, contra Georgiũ Bohemum delectum habere narrat,

& affinitatem cum Mathia & Frederico Imperatore iungendam ſuadet,

1468.

ac quid ea in re retulerit reſponſi

nia Rex Cracouiam conuenire iubeat, confectum iri. Conſilio frequentiori aduocato, & redigeſta *Olomuncenſi* Epiſcopo reſponſum eſt. *Caſimirum Poloniæ Regem, non abieciſſe Regnum Bohemiæ, ſibi à Papa, & Baronibus oblatum, ſed deliberationem ſuam, ex optimis reſpectibus, in Dietam generalem,* cuius pro die ſancti *Bartholomæi* Apoſtolici appropinquabat celebratio, *ſuſpendiſſe. Ea non habita, & Principum & Conſiliariorum ſuorum voluntate, non requiſita nihil illum poſſe, in re tam grandi, in alteram partem reſponſi edere, nec tempori præfinito, & ſuorum conſilio præiudicare. Si quis interim Regnum Bohemiæ, ad illum & filios eius multiplici iure pertinens, occupare contenderit: iniuriam ſuam in iuſti Dei & fidelium ſuorum defenſam commiſſurum, adniſurumque maxime, ne ei occupatio violenta, poſſit et eſſe diuturna. Mathiam inſuper Regem Hungariæ communi fœdere Regnorum primum neglecto, deinde temerato, pluribus damnis, & hoſtilitate Regnum Poloniæ affeciſſe, vice geminata, terram Scepuſienſem prædaſſe, recenter inſuper feudalem regionem Regni Poloniæ, & eius Principem Stephanum Moldauiæ diffidatione non præmiſſa, bello, & incendiis affeciſſe. Nec Caſimiri Regis Poloniæ conuenire conditioni, vt tam notabilibus iniuriis neglectis, ex hoſte generum legat. Si Pannonico Regi & Conſiliariis ſuis cordi eſt, Caſimiri Regis Poloniæ affineas, intelligat non poſſe ſuper ea quicquam agi, donec communium Regnorum Conſiliariorum iudicio, Conuentu habito, ſingula ablata, reformata extiterint, & animorum irritatio ſucciſſa.* Ea reſponſione *Prothaſius* Epiſcopus *Olomuncenſis* accepta, donis inſignibus à *Caſimiro* Rege honoratus, in *Hungariam* moleſtus (magis enim ſuper affinitate arbitrabatur, ſe votiuum reſponſum accepturum) regreſſus eſt.

Fredericus filius ſextus Caſimiro Regi naſcitur.

Die Iouis, vigeſima ſeptima menſis Aprilis, poſt horam ſedecimam, *Eliſabeth* Regina in Caſtro *Cracouienſi* ſextum filium, nonam vero prolem, parturiit. Qui in Eccleſia *Cracouienſi*, à *Ioanne Cracouienſi* Epiſcopo, ipſo die Solis, octaua menſis Maii baptiſatus, ad multiplices preces *Prothaſii Olomuncenſis* Epiſcopi, illum leuantis de ſacro fonte, *Fredericus* appellatus eſt.

Legati Caſimiri Poloniæ

Altero die, poſtquam *Prothaſius Olomuncenſis* Epiſcopus, ex *Cracouia* diſgrediebatur. *Nuncius Georgii* de *Poſdzyebrath, Bohemiæ* Regis, *Albertus Koſtka* de *Poſtupicze*, aduenit.

Regis ad petitionem Georgii Bohemiæ Regis,

Qui ſedecima menſis Maii die, à *Caſimiro Poloniæ* Rege, ſub frequentia Conſiliariorum auditus, oratione extenſa, *acta Georgii iuſtificans, & depoſitionem illius, à ſede Apoſtolica factam extenuans, magnas in Caſimirum Poloniæ Regem gratias, nomine Georgii, & Regni Bohemiæ cumulabat, quod in opportuno tempore Nuncios miſiſſet inſignes, qui exortum intercepiſſet bellum, & Regnum Bohemiæ grandi damno ſoluiſſent, ſyncere inter vtraſque partes verſatos, commemorans, ſe fiducialiter in Caſimiri Poloniæ Regis poteſtatem, cauſam ſuam depoſuiſſe. Nunc quoque quamuis induciis, à Nunciis Regiis confectis, & ad diem Aſcenſionis Domini duraturis, minus ſyncere a parte aduerſa, ſeruata ſint, intrepide depoſiturum. Orans enixe & ſupplíciter Caſimirum Regem, ne tenorem beneuolentiæ erga Georgium Bohemiæ Regem ceptum, remittat. Sed miſſis nouis Nunciis, bellum atrox, quod à Mathia Rege in Bohemia geritur, intercipiat. Summoque Pontifici Paulo ſecundo, & Eccleſiæ Romanæ, illum reconciliet: cum Georgius data in loco competenti, ad quem ipſe perſonaliter, accedere poſſit, audientia, ſe de ſingulis obiectis, purgaturum, & vniuerſa, in quibus in ſedem Romanam, & contra depactata, deliquiſſet, emendaturum vltro offerat, & beneuolentia magis, quam armis, in his, quæ ad fidem, & religionem, pertinent, ceſſurum. Georgium præterea prædictum, in eam qualificationem omnium Baronum, Ciuium, & Subditorum Bohemiæ, ſibi parentium, prece, conſilio, & perſuaſione, pertractum eſſe* deduxit, *& ita rem conſumaſſe, vt filiis propriis excluſis, non alium, quam filium Caſimiri Poloniæ Regis, in Bohemiæ Regnum ordinauerit, & diſpoſuerit, ſe ceſſurum. Non quidem iure hæreditario, quod in ſucceſſione Regni Bohemiæ propter libertates, eidem Regno datas, locum vendicare non poſſit. Sed ſola Bohemorum in Regem Caſimirum, & filios eius affectione & fauore. Mitteret proinde Caſimirus Poloniæ Rex, Legatos in Dietam Regni Bohemiæ, futuram: ſponſionem Georgii, & ſuorum, de ſuccedendo filio, publiee & ſolenniter accepturos.* Huic tam amicæ in verbis legationi, quam conſtabat magna neceſſitate expreſſam. *Georgium*, vt in ſequentibus narrabimus, inuiaſſe, altera die reſponſum eſt. *Amico animo, Caſimirum Poloniæ Regem, & in Georgium & in Bohemiæ Regnum,*

1468. *Regnum, pro bello Ciuili intercipiendo, & vſum fuiſſe, & pro neceſſitate præſenti, vſurum eſſe, & eosdem vel alios Nuncios,* A *ſi tamen illis præſtabitur ſecuritas, ad extinguendum bellum, miſſurum. Georgium & Bohemos ſolerter agere, & ſuæ reipublicæ optime conſulturos fore, ſi pro Rege Bohemiæ, non alium quam filium Poloniæ Regis aſſumpſerint, in quem iuſta illius cedit ſucceſſio: multas commoditates, ſi perfecta fuerit, multa bella, ſi neglecta, ſecum latura.* Ioterpoſitionem quoque de recoociliando *Georgio,* ſummo Pontifici & Eccleſiæ, *Caſimirum Poloniæ* Regem, ſyncero animo non recuſaturum fore, ſi tamen *Georgius,* certa ſuæ puritatis in ſidem Catholicam, monimenta de ſe dederit, & facta errorum abdicatione, B non (quemadmodum hactenus feciſſe viſus eſt) *Papam, & Principes orthodoxos iactauerit.* Alacer hoc reſponſo *Albertus Koſtka,* in *Bohemiam,* Regiis pulcherrimis donis, ſibi in hoſpitium tranſmiſſis, neglectis, vt virtutem & modeſtiam Nunciorum Regis *Poloniæ Caſimiri, Fraga* & *Wratulauiæ* oſtenſam, & per ora virum celebratam, æmularetur, regreſſus eſt: maximo pauore liberatus. Verebatur enim ne robore fortiſſimo militum ſuorum & gentium, *Caſimirus* Rex *Poloniæ* nudum aliquod latus Regni *Bohemiæ* inuaderet, & graui bello, à Rege *Hungariæ Mathia,* Regno *Bohemiæ,* & ſibi moto, C quod nunc expedire pergam, grauior hoſtis *Polonus* accederet. Nuncii pro intercipiendo bello *Bohemico,* priores, præter *Ioannem Dlugoſz* ſeniorem Canonicum *Cracouienſem,* cui fas non erat, legationem eam perferre, & in cuius locum *Nicolaus Skop,* Caſtellanus *Oſſwyaczimenſis* ſurrogatus eſt, decreti ſunt.

pro intercipiendo bello, ex Hungariæ illi impendente mittendi decernuntur.

Victorinus filius Georgii Posdziebraczki Auſtriam graui bello vexans,

Hebdomadis aliquot, *Victorino,* filio *Georgii Poſdzyebraczki, Auſtriæ* bellum graue, vt in ſuperioribus commemorauimus, licet belli cauſæ non extarent, inferenti, & ex Mooaſterio *Puleyer,* ex quo Sanctimoniales eiecerat, & illud io arcis modum mu- D niuerat, omoem oram *Auſtriæ,* vsque ad *Danubium,* prædis, ſpoliis, & igne, ita vt omois agricultura, & mercatio conquieſceret, vexanti, aliquando tandem *Fredericus Romanorum* Imperator, & *Auſtriæ* Dux, ſuorum clamoribus & querelis expergefactus, collectum ex mercenariis militibus exercitum, pro expugnando & deiiciendo *Victorino,* & eius præſidio mittit. Quod *Victorinus* præſentiens, & tardum auxilium in patris adoentu ponens, vno die, priusquam Cæſareus exercitus ad illum per- A tingeret, locatis in præſidio, qui illud ab *Auſtralibus* tutarentur, quingentis militibus, ſolus ipſe, præſidio relicto, *Henrico* germano, qoi cum aliquantis copiis, ne ab hoſte inſecutus caperetur, ſibi laturus auxilium, ſe cooiongens, in *Morauiam,* ad Caſtrum *Spelberg,* quod *Brunnæ* imminet, fecedens, grandi ſe periculo euoluit. Captiuari tunc *Victorinus* ab exercitu Cæſaris, qui magnam partem Cruciferorum habebat, poterat, ſed ſaluti fuit *Kuercher* miles, qui illius liberationem procurauit. Cæſariani autem milites, quorum *Graffnekkar, Sueuus* genere, Dux erat, Monaſterium præfatum accedentes, quaſſatis per bombardas propugnacu- B lis, & muris, illud animoſe conquirunt. Et paucis *Bohemis,* præſidii defenſoribus, vitæ reſeruatis, cæteros omnes necant. Nec expugnare præſidium contenti, traducto in *Morauiam* exercitu, *Georgio* & ſuis bellum inferunt. Quorum paucitate *Victorinus* perſpecta, gentibus ex *Bohemia* auctus, illos inuaſurus, aduenit. Parumque abfuit quin illos occupaturus videretor, niſi illos *Znoyma* Ciuitas, contra induciarium fœdus, ad ſe intromiſſos, tutaſſet.

inde recedere in Moraniam per Exercitum Frederici Romanorum Imperatoris & Auſtriæ Ducis cogitur.

Matthias Hungariæ,

Matthias interim *Hungariæ* Rex vetus odium, quod in *Georgium,* ob depactationem, qua illi, vindicaturus ſe in libertatem, ſe- C ptuaginta millia florenorum vno die perſoluerat, & quod per affinitatem (filiam enim *Georgii* in vxorem acceperat) credebatur extinctum. *Frederici* quoque *Romanorum* Imperatoris, confœderati ſui, frequentibus Nunciis, ipſum ad id exhortantis, iniuriam ſatagens vltum iri, requiſitiooibus inſuper Apoſtolicis, & precibus *Procbaſii Olomuncenſis* Epiſcopi, ac *Zdenkonis Conpniczki,* cæterorumque *Bohemiæ* Catholicorum Baronum, qui à *Georgio* opprimebantur, perſuaſus, exercitum ex mercenario milite, *Polono, Bohemo,* & *Hungaro,* collectum, curribus, bombardis, cæteriſque bellicis apparatibus, ſufficienter inſtructum, in *Auſtri-* D *am* perſonaliter promoueret. Et circa oppidum *Auſtrta Lawy,* prope flumen *Dia,* in loco paludinoſo, & aquis ſepto, illum locat: *Morauiæ & Bohemiæ* exinde bellum illaturus, *Zdenkonem. Konopniczki,* cum trecentis equitibus, & Cæſarianos milites, pluresque alios *Polonorum & Bohemorum* belli peritos, habens ſecum, ex quorum ſententia, ſingula in bellum huiusmodi ſubminiſtrabantur. *Georgius*

& Georgius

1468.

Bohemia Reges contra ſe cum exercitibus pugnaturi procedunt, & poſitis non longe vtrinque Caſtris

gius Poſdziebracki, nihil *Matthia Hungaria* Regis hoſtilitate, & aduentu deterritus, ſuos & ipſe in arma cogens, exercitu haud mediocri, qui tamen plus pedite ex agreſtibus, quam equite ex milite refertus erat, ſatis celeriter & propere comparato, ſolus illi, quamuis graodi & exceſſiuo preſſus abdomioe, præſtito Ducatu, ad *Lawi* venit, & haud longe à ſtatiuis *Pannonicis*, *Matthiam* Regem *Hungaria*, & ſuum exercitum pabulatiooe prohibiturus, ſua ponens, quadrigis & vallo communiuit. Quapropter quatuor & amplius hebdomadis, in tam proploquis Caſtris, vterque exercitus conſidens, neuter in dimicationem (*Hungaricus* enim peditatum *Bohemicum*, *Bohemicus* equitatum *Hungaricum* verebatur) venit. *Bohemicus* tamen munitionem propinquam *Marthnicz*, in qua præſidium ex frequenti milite *Hungarus* locauerat, *Hungarico* exercitu inſpectaote, & nequicquam ferente opem, per deditionem, violentam conquiſitionem deditione facta, præſidii milites auerſuri, conquirit. Agitabantur poſt hæc per dies multos, de pace tractatus plurimi, & iam pax triennalis ioter vtrumque conueoerat. Quæ mox, *Georgio* Caſtra, ſortalicia, & bona, anno transacto conquiſita, iuſtis dominis, cedere recuſante, parte autem *Bohemia* Baronum, & ſignanter *Zdenkone Konopniczki*, qui plura amiſerat, absque hac conditione, quamlibet pacem detrectante, fuit infecta.

de pace nequicquam tractatus fiunt. Georgio ablata Bohemis Catholicis reſtituere nolente.

Georgius ex ſtatiuis in Poſdzyebrath ſe recipiens, filium Victorinum apud oppidum Morauia Trzebiczow Hungarum laceſſiturus reliquit. Quo Hungarus incenſo, Victorinum inde fugientem in Monaſterio oppido imminente

Fame deiode *Bohemum* premente, & equis plurimis, in ſuo exercitu labeſactatis, aut mortuis (liberam enim pabulationem, exercitus *Hungaricus* magna ex parte illi ademerat) leuat *Bohemus Georgius* campum & nullo laceſſente, nec inuadere audente, in *Bohemiam* rediit, & in Caſtro *Poſdzyebrath* ſe locat, filium tamen *Victorinum*, cum inſigni parte equitatus, apud oppidum *Morauia Trzebiczow*, ſuæ ditionis, ſitu & munitione firmum, *Hungarum* laceſſiturum, reliquit. Mouit & illico *Matthias Hungaria* Rex ſua Caſtra, & oppido *Trzebicof* illa applicat. Pro illius autem conquiſitione, omnem operam nauaturus, ſuburbana inceodit. Ex quo inceodium vento validiſſimo ignem promouente, oppidum corripuit, & latius manare cæpit. Propter quod duplex periculum, incendii, & captiuitatis *Victorinus* euitaturus, cum duobus millibus, & quingentis equitibus, ſe propere euoluit, & in Monaſterium, quod expulſis Monachis, diu ante ab hæreticis, incaſtellatum fuerat, oppido *Trzebiczow* imminens, ſe recepit. Ingens multitudo hominum, equorum, & armorum, A conflagrauit eo incendio, adeo, vt nihil vorax flamma, à cruenda clade diſtaret. *Hungaria* Rex *Matthias*, milla quingentis captiuis, qui ſequi *Victorinum*, igoe & hoſtibus præoccupati, ooo poterant, potitus, *Victorinum* in Monaſterio obſidere, & triplici ſepe, prædam certam illum cum ſuis ratus, cingere cæpit: fame premente, in ſuam ditionem illum cum omnibus, non ambieos, propediem venturum. Sed *Victorinus*, turpe ſe & ſuos, dedere ratus, obſidiooem, quamuis multiplici fame premente, carnes equorum, absque ſalis condimento coctas, manducans, & lympham cum ſuis omnibus bibens, in dies plures traxit. Sub quibus, B per quotidianas dimicatiooes, multi mortalium hinc inde cadebant.

dura obſidione arctat.

Victorino Poſdziebraczki Henricus germanus.

Superuenit interim *Henricus*, alter filiorum *Georgii*, cum nouo *Bohemorum* ſuæ partis exercitu, quadrigis circumdato, & fratrem obſidione ſoluturus, in tam propioquo ſpacio ab exercitu *Hungarico* ſe locat, vt bombardæ, in alterutrum exercitum, facile pertingerent. Ex aduentu autem *Henrici*, plures difficultates, *Matthia Hungaria* Regi, & ſuis illico creuerunt. Nam & frequentiores dietim oriebantur hinc inde particulares dimicationes, & ſepium coofumatio intermiſſa, pabulatio quoque & victualium importatio, magna ex parte impedita. C Iam enim in circuitu cunctis vaſtatis, ab vtroque exercitu, non niſi, in ſex miliaria & amplius, pabulationem, ab *Hungarico* præcipue exercitu, in quo frequentior eques erat, oportebat extendi. Hæc quoque non niſi laborioſe & periculoſe, propter inſidias hinc inde ſtructas, poterat prouenire. Quapropter vterque exercitus, magna iactura, in equis tabefactis ex fame, ſuſcepta, ipſe quoque inedia laborans, carne deficientium, equorum grandem eſuriem ſuſtentabat: floreno enim vno, panes tantummodo quatuor à ditioribus emebantur. Aduenerat & Catholicis in auxilium, *Bauaria* Dux *Otho*, D habens ſecum *Sueuos*, & *Suiteros*, cruce ſignatos, *Dobeslaus Swamberg*, *Henricus Hradeczki*, & *Burzianus*. Sed ii quoque per *Ioannem Rozemberski*, qui Catholicum ſe gerens, partes tamen *Georgii* & hæreticorum, enixius adiuuabat: & per *Michaëlem*, de *Mychalyecz* cæterosque *Bohemia*, partis *Georgii* Barones, & *Pragenſes*, *Thaboritaque* fuere profligati. *Victorinus* interim perpendens, quod nec per

Catholicis vero Dux Bauaria Otho cum aliis in auxilium venit.

Victorinus

1468. *obſidione preſſus,*

per tractatus, quos, perſonaliter petito colloquio, cum Rege *Hungariæ*, interponebat, & in quibus Rex *Hungariæ* conditio- A nem, per *Victorinum*, de tradendo caſtro *Spelberg*, ſi illum cum paucis ſuis abire permitteret, oblatam, reſpuens. *Victorinum* cum ſuis omnibus in deditionem expoſcebat. Sed nec per aduentum fratris ſui *Henrici*, liberatio ſua & ſuorum poterat prouenire, extremis ſa circumdatum videns, in periculoſam deſperationem verſus, extrema inſuper aggredi, cogente necaſſitate auſus eſt. Nocte diem Pentecoſtes aotecedente, quæ fuit quinta menſis Iunii, cum mille trecentis equitibus, qui omnes aoimos, aut ad vincendum, aut ad moriendum deſtinauerant: ex arce (pro præſidio tamen illius, quingentos pedites relinquens) egreſſus, & hoſtilem cuſtodiam, quatuor millia armatorum habentem, diſrumpens, obſidentium manus auadens, B in propria Caſtra *Henrici* confugit, & magna ſui ſpe *Hungariæ* Regem, & ſuos, ineſcatos feſellit. Magnum inſuper auſom ſuis ex fuga huiuſmodi præbens, *Hungaricum* exercitum, in maiores difficultates coniecit. Et poſt paucos dies, *Hungariæ* Rege. non perſequente, ad patris Caſtra, qui in *Polna*, quatuor miliaribus à *Trzebiczow* diſtante, & *Victorinus* & *Henricus* cum exercitu peruenit. Arx *Trzebiczow* illis diſcedentibus, Regi *Hungariæ*, eo pacto dedita, *vt liceret omnibus incolumibus, medietate armorum, & equcrum relicta, diſcedere.* Tam ingentem autem cladem *Irzik*, circa *Trzebiczow*, in viris, armis, & equis pertulerat, vt nunquam ſe potuerit, præmente C illum hominum & ſomptuum penuria reparare. *Ioannes* deinda *Rozemberski*, eo deſerto, Catholicis ſe iunxit, & *Michaële* de *Michalyecz*, *Procopio Rabſchten* Cancellario Regni, & *Ioanne Thirczka*, morte abſumptis, *Zdenkone* vero *Koſthka*, circa oppidum *Mogilnicza*, *Georgii* copias ducente, proſtrato, fugatoque, & ex vulnere mortuo. Tenebant autem vtriqua exercitus, longo tempore, in campeſtribus ſtatiua, explorando congrediendi opportunitatem. Et licet dimicationum particularium, aliquando gerebantur præludia: in D vniuerſæ tamen congreſſionis ſortem, nunquam vtraque pars venit. Clandeſtine deinde *Georgius*, per *Albertum Koſthkam*, cum *Matthia Hungariæ* Rege conuenturum ſe pactauerat, fuiſſet quoque reconciliatio ex huiuſmodi priuato Conuentu ſubſecuta, niſi Conſiliarii *Hungariæ*, periculo intellecto, Regem ſuum in *Olomunc* reuocando, ingens periculum, quod Catholi-

tandem per vim nactus viam,

ad patrem cum germano fugit.

non ſine afflictione & conciſione rerum Georgii ingenti.

cis, ex ca reconciliatione imminebat, auertiſſent.

1468.

Superuenerunt interea *Caſimiri Poloniæ* Regis Nuncii, *Stanislaus Oſthrorog* Palatinus *Caliſſienſis*, *Iacobus* de *Dabno* Regni *Poloniæ* Theſaurarius, & *Nicolaus Skop*, Caſtellanus *Oſſwyaczimenſis*. Et primum *Irzikone*, apud *Pragam* offenſo, (pluribus enim diebus apud *Polna*, deinde apud pontem commoratus, & in pactis clandeſtine cum *Hungariæ* Rege *Matthia* deluſus, diſſoluto, ob famem magnam axercitu, *Pragam* redierat,) multifarie illi, vt ſe Sommo Pontifici reconciliet, errores relinquat, nomina *Poloniæ* Regis ſuadent. Tentant inſuper, vt de Regno *Poloniæ*, alicui ex filiis *Poloniæ* Regis cedat. Ille ceſſionem Regni, interim dum viueret abnuens: à Conſiliariis ſuis parſuaſus, *non filiis ſnis, ſed Poloniæ Regis, Bohemiæ Regnum ſe relicturum* pollicetur, *idque iureiurando & literis firmaturum. Orant, vt Oratores Poloniæ Regis, induciis bellum intercipiant, audientiamque apud Papam ordinent.* Illi *Olomuncz* adeunt, quo & *Hungariæ* Rex *Matthias*, cum omnibus Conſiliariis, copiiſque, & duo Legati Apoſtolici, videlicet *Laurentius Ferarienſis*, & *Rudolphus Wratislauienſis* Epiſcopi, conuenerant. Vbi parum æquis auribus, pacem aut inducias perſuadendo, auditi, re infecta, & animis multorum, & præcipue Legatorum, bellum contra *Irzikonem*, aut geri, aut finiri exoptantium, offenſis, caſſo labore reuartuntur. Caſtra duo *Spilberg* ſupra *Brunnam*, & *Hradziſcze* ſupra *Olomuncz*, diutius obſeſſa, famem non tolerando, Regi *Hungariæ* deduntur. Deditur & caſtrum *Konopiſcze*, *Irzikoni* ſama vrgente, cui victualia *Zdenyek* inferre ſæpius tentando, obſtantibus propugnaculis, non poterat. *Wratislauienſes* quoque *Frankſchten* conquirunt, ruinantque oppidum: *Bohemis* ex *Szambicze* diſſugientibus. Ita omnia circa *Irzikonem* ruebant, fatalemque illum annum habuit.

Legati Caſimiri Poloniæ Regis ſuadent Irzikoni Bohemo,

vt ſe Summo Pontifici humiliet: erroribus relictis.

Is tandem à Rege perſuaſus vno ex filiis Caſimiri, Regnum Bohemiæ ſe relicturum poſt mortem ſuam promittit.

Pacem tamen Legatis Caſimiri, nequicquam eam obtinere nitentibus, ab Hungaro habere nequit, & aliquot caſtra amittit. Konopiſcze vero conquirit.

Hebdomadis decem, *Caſimirus Poloniæ* Rex, apud *Cracouienſem* vrbem exactis, certificatis per *Ioannem Sapyenski* militem, qui nuper *Romæ* nulla re, pro qua fatigabatur, apud *Paulum* ſecondum Summum Pontificem obtenta, redierat. *Pomeranis*, & *Prusbenis*, de ſuo propinquo aduentu, illum anixius depoſcentibus. Miſſis quoqua *Doberlao Biſchowski*, Caſtellano *Belzenſe*, & *Stanislao* de *Thaczin*, *Ioannis* Caſtellani *Cracouienſis* filio, in *Valachiam*, qui animo bono, *Stephanum* Vole-

Caſimirus Poloniæ Rex

Nuncios ad Stephanum

uodam

1468. uodam *Moldauiæ* eſſe iuberent, in omnia neceſſitatis ſuæ articulo, contra *Matthiam Hungariæ* Regem, & quemlibet alium hoſtem, auxilia *Caſimiri* Regis experturum: de præſtando quoque *Caſimiro Poloniæ* Regi, & ſuo Regno, per *Stephanum* Voieuodam, homagio, diem & locum dicerent, Sabbato in craſtino ſancti *Ioannis* Baptiſtæ *Cracouiæ*, cum Conſorte ſua Regina *Eliſabeth* egreditur: Et *Viſliciam* perueniens, Diætam illic tenuit: depoſcens pro ſoluendis ſtipendiariis ſibi ſuffragium decerni. Qua re ad deliberationem reiecta, quamuis ſinguli militares, & nobiles, reipublicæ neceſſitate calculata ſubueniendum decernerent. Concluſionis tamen decretum, in Diætam generalem *Piotrcouienſem*, ne abſque militibus *maioris Poloniæ*, in rem arduam præpropere aſſenſiſſe viderentur, differebant. Ex B omnibus deinde Diſtrictibus, duos legunt Nuncios: poteſtatem ad conſentiendum in modeſtum ſubſidium habituros. Die Veneris, prima menſis Iulii, *Caſimirus* rex *Viſlicia* egreſſus, per *Chęczini* cæteraque loca in *Colo* peruenit. Vbi aliam conuentionem, pro die ſanctæ *Margarethæ*, cum Militaribus terrarum *maioris Poloniæ*, per ab illis depoſcens ſuffragium, tenuit. Ibi quoque res, in alteram diætam, octo diebus, ante ſancti *Michaëlis* feſtum, in eodem loco tenendam, extracta eſt.

Palatinum Valachiæ mittit: diem præſtando homagio dicturos, auxiliaque contra hoſtē quemlibet promiſſuros.

Ipſe vero petit ſubſidium pecuniale, indictis Conuentionibus.

Ad quæ Nuncii diſtrictuum omnium leguntur.

Ex *Colo Caſimirus Poloniæ* Rex, per ſolita loca *Bidgoſthiam* proceſſit, vbi diebus aliquot ex actis, *Ioanne* Archiepiſcopo *Gneſnenſi* (valetudinarius enim erat, & paralytica ægritudine in latere ſiniſtro, dum apud *Bidgoſthiam* foret, percuſſus) in propria remiſſo, ipſe cum cæteris Prælatis, & Baronibus, atque Militibus Regni, in *Pruſſiam* proceſſit. Tertia die menſis Auguſti, *Bidgoſthia* egreſſus, *Eliſabeth* Regina licentiata, & *Nyeſzouiam* remiſſa, per *Nowe*, *Guyew*, *Stargard*, feria quinta in craſtino ſancti *Laurentii*, tertiarum hora, cum magna gloria, & in populi ſui maxima multitudine, Ciuitatem ſuam Regiam *Gdansk* ingreditur: proceſſione duorum Epiſcoporum, *Iacobi Wladislauienſis*, & *Vincentii Culmenſis*, atque omnium Eccleſiarum, plauſuque & iubilo omnium *Gdanenſis* Ciuitatis populorum, obuiam illi ad D vnum miliare euntium, exceptus eſt, omnium victualium prouiſione abunde adminiſtratus. Tenuit autem pro die ſancti *Bartholomæi* Apoſtoli, vnam Diætam in *Gdansk*, alteram pro die Dominico poſt feſtum ſancti *Ægidii* in *Marienborg*. Sub quo tempore, dum tertia menſis Auguſti die, luna in domo Martis fuiſſet eclipſata, vis magna imbrium, nunquam antea viſa, quæ mortales, eorumque ſegetes & pecora, multis affecit incommodis, ſecuta eſt, adeo intenſa, vt oppidum *Stradomia*, cum ſuis eccleſiis, & domibus, alta inundatione compleret, & vſque ad muros prope *Cracouienſes* graſſaretur: aquas inundationes, piſcinarum, adiuuante ruptura. 1468. Interponebantur autem Rege ſtante in *Gdansk*, per dies triginta, per Conſiliarios Regis, varii tractatus, & ſuffragium pecuniale, pro ſoluendis ſtipendiariis, a Ciuitate *Gdanenſi*, in ſumma notabili, petebatur. Quæ cum recuſata fuiſſet, allegantibus *Gdanenſibus*, ſe ære alieno in noningentis millibus teneri. Cziſſa annis octo, per vniuerſas terras, & ditionis Regiæ Ciuitates, ad ſoluendum debita Regis *Caſimiri*, & Ciuitatum conſenſu communi inſtituta eſt: B ea conditione, vt per annos quatuor primos, *Caſimirus* Rex, illius tres partes habeat, quartam Ciuitatibus tribus principalibus, *Gdansk*, *Thorun*, & *Elbing*, relinquat. In reſiduis vero quatuor annis, tres principales Ciuitates prædictæ, omnem pecuniam, in eorum Ciuitatibus ex Cziſſa prouenientem pro ſe tollant: omnium aliarum Ciuitatum & oppidorum Cziſſæ, pecunia in vſum Regium cedente. Reddidit & tunc Ciuitas *Gdanenſis* Regi *Caſimiro* tres Diſtrictus, *Gdansk*, *Puczki*, & *Thſczow*: liberum faciens Regem de ſummis, in quibus illos fecerat *Gdanenſibus* obnoxios, ſe quoque abſolutam iri, impetrans, de triginta florenorum millibus: ad quæ per annos quindecim, bello durante, ſingulis annis, duo retinenda millia, ſoluen- C da obligabatur. Fecit & mutuum *Caſimiro* Regi, de quinque millibus, in ſolutione Cziſſæ illa repetitura: Cuius ſumma pro parte Regia, ad quindecim millia florenorum aſcenſura credebatur.

Imbrium magna vis vbique decidit, adeo vt Stradomia vſque ad muros Ciuitatis Cracouienſis inundata ſit.

Tributum pro ſoluendis ſtipendiis indicitur Ciuitatibus Pruſſiæ,

& tres Diſtrictus obligati Regi reſtituuntur.

Feruebat & tunc inter *Criſtinum Daciæ*, & *Carolum Sueciæ*, Reges graue bellum: contagione ſua etiam *Gdanenſi* Ciuitate Regiæ incommodum afferens. *Criſtinus* enim *Daciæ* Rex, propria ad largiendum militibus non habens, *Anglicorum* nauigia cum mercibus, ad ducenta florenorum millia æſtimatis, in *Gdansk* tendentia, rapuit, illiſque donatiuum militibus perſoluit. *Anglici* D vero, cum in *Dacia* Regem ſæuire non poſſent, in *Gdanenſes* ſæuitiam vertunt, & omnes merces eorum, apud ſe conſiſtentes occupant, & areſtant. Ad quas ſoluendas, *Caſimiri Poloniæ* Regis ſudabat labor & intencio. Agebatur, & inter *Fredericum* Marchionem *Brandeburgenſem*, & *Henricum Stholpenſem* Ducem, rigidum bellorum diſſidium. Supplicabatque *Henricus Stholpenſis* Dux

Caſimiri Regis cum pro ſoluendis mercibus, Gedanenſibus per Anglicos occupatis ob rapta per Criſtinum Daciæ Regem Anglicorum nauigia, Gedanum tendentia.

1468. Dux *Caſimiro Poloniæ* Regi, primum per Nuncios, deinde per Conſortem ſuam *Zophiam*, vſque in *Gdansk*, miſſos, vt ſibi laboranti, memor fœderis, auxilium contra *Fredericum* Marchionem ferret: Potentior enim illo erat, propter auxilia, quæ ſibi Dux *Miſſnenſis*, Duces de *Mikyelburg*, Epiſcopus *Maydburgenſis*, & Dux de *Brunſzwik* tulerant. Sin parum ſœdus duceret, homagium & ſubiectionem ſe ſacturum exhibebat. Diſſoluiſſe autem *Fredericum* Marchionem *Brandeburgenſem* campum, *Caſimirus Poloniæ* Rex intelligens, duos Barones illuc mittit, *Sbigneum Bank* de alto monte, Caſtellanum *Rospergenſem*, & *Stiborium Chelmski*, Iudicem *Poſnanienſem*: bellum æquis conditionibus, ſin minus tollerabilibus, ad extremum induciis, intercepturos.

Et eiuſdem Caſimiri ſtudium, pro intercipiendo bello inter Marchionem Brandeburgenſem & Ducem Stolpenſem exorto.

Pluribus iudiciis factis, & rebus variis compoſitis, ex *Gdansk* feria quinta in die Natiuitatis ſanctæ *Mariæ*, diſcedens, feria ſexta in craſtino *Marienburg* aduenit. Illicque, prope menſem, tenendo alium Conuentum, moratus. *Henricum* de *Plawen* Magiſtri generalis vicem tenentem, cum Marſzaleo & Commendatoribus ad illum venientem, benigno vultu excipiens, auditis, & magna ex parte impletis, eorum petitionibus, & neceſſitatibus illos remuneratos, & optime de ſe contentos, datis illis quinque millibus florenorum, & oppido *Nidborg*, quod in eam diem, à Præfecto Regio tenebatur: reddito remiſit, hortatus illos, vt ſucceſſorem Magiſtro celerius deligerent. Cuius electionem tantopere propter *Almaniæ* & *Liuoniæ* Magiſtrorum, qui de iure habent electioni intereſſe, abſentiam, purgabant ſe diſtuliſſe: Quibus & tunc, ad illorum preces, ſaluus conductus conceſſus eſt, pro acceleranda ipſa electione.

Nidborg oppidum, munenatis etiam Cruciferis, Caſimirus Rex reſtituit. Hortans illos, vt Magiſtrum eligere diutius non differant.

Apparuit & tunc Cometes, circa finem vrſæ, & in temone, inter orientem & ſeptentrionem conſiſtens. Quo poſt dies quindecim, quibus curſum ſuum continuauit, deſinente, alius mox in occidente, priore ſplendidior, & facem largiorem portendens apparere cæpit. Qui etiam curſum ſuum, aliis quindecim diebus explebat. Quorum apparitio, plurimorum hominum mentem perterruit. Iam tunc aliquod malum, peſtis, famis, & regionum mutationis, vel obitus Principum, annunciantium. Non a doctis enim tantummodo viris, ſed & à vulgo ſtellæ crinitæ poteſtatibus ſummis, aut ragionibus exitium putantur portendere. Conſulti Commendatores, & Ordo, per *Caſimirum Poloniæ* Regem, de Regni *Bohemiæ* acceptatione, ſuaſerunt illius acceptationem, ſi abſque bello prouenire poterit, ſin minus abſtinendum: ne illius acceptatio vires & opes *Polonici* Regni extenuet. 1468.

Duo Cometes apparent,

Conſilium Cruciferorum de acceptando Bohemiæ Regno Caſimirus exquirit.

Inſtituta eſt & tunc Diæta in *Elbingo*, pro die Purificationis ſanctæ *Mariæ* virginis, quotannis tenenda, vt duodecim perſonæ, pro parte Regis & Regni *Poloniæ*, & aliæ duodecim pro parte Magiſtri, & Ordinis *Pruſſiæ* locandæ, ſingulas cauſas, querelas, & quæſtiones, vtrinque definiant. Sub eodem tempore *Liuoniæ* Magiſter, & ſui Commendatores, *Gerbardum* de *Melligrade*, Marſchalcum *Liuoniæ* ab officio Marſchalcatus, ablatis omnibus Caſtris deponunt, quod eſſet vir vegetioris ingenii, *Pruthenico*, & *Liuonico*, pro ſua ſactiuitate, dignus Magiſterio, & qui ad pacem *Pruthenicam*, ardentius operam ſuam nauauerat, remque apud *Liuonitas*, vt & ipſi in Regiam ditionem concederent, verſabat. Ob quæ, ſibi illud malum *Liuonita* inſimulabantur parauiſſe.

Sub tempore, quo Diæta Elbingi quotannis obſeruanda inſtituta fuerat, Gerbardus de Melligrade, Marſchalcatu Liuoniæ à ſuis, quod Polonis eſſet affectus, deponitur.

Caſimirus vero Rex nouus Magiſtratibus in Pruſſia creatis,

Creat deinde priori creationi innitendo, *Caſimirus Poloniæ* Rex in *Pomerania*, ac in *Chelmenſi* & *Elbingenſi* terris, nouos Magiſtratus, Dignitates & officia, videlicet Palatinatum *Marienburgenſem*, quem *Stiborio* de *Bayſſen*, Palatinatum *Culmenſem*, & hunc *Gabrieli* de *Bayſſen*, Palatinatum *Pomeraniæ*, alias *Gdanenſem*, quem *Otho Machwitz*, Caſtellanatum *Culmenſem*, quem *Ludouico* de *Mortangen*, Caſtellanatum *Gdanenſem* ſeu *Pomeraniæ*, quem *Nicolao Pilyawski*, caſtellanatum *Elbingenſem*, quem *Fabiano* de *Legendorff* Succamerariatum *Pruſſiæ*, quem *Ioanni* de *Bayſſen*, Succamerariatum *Gdanenſem*, quem *Heykoni* alias *Hugoni* de *Smolang*, Succamerariatum *Schlogouienſem*, quem *Georgio* de *Drabowa*, contulit. Iudicium *Chelmenſe*, cuius Iudicem de *Thargowiſcze*, Iudicium *Marienburgenſe*, cuius Iudicem *Paulum* de *Vuſcheyn*, Iudicium *Thſczouienſe*, cuius Iudicem *Ioannem Reyman*, Iudicium *Swecenſe*, cuius Iudicem *Nicolaum Kawyecczniki*, Iudicium *Stochouienſe*, cuius Iudicem *Martinum Sleſze*, Iudicium *Gdanenſe*, cuius Iudicem *Chriſtophorum* de *Woynari*, conſtituit. Hiſque & aliis pluribus rebus compoſitis, & terrarum *Pomeraniæ*, & *Chelmenſis* ordinato ſtatu, ex *Marienburg*, Feria quarta in die ſancti *Venceslai* diſcedens, & per *Grudzancz* in *Thorun*, terreſtri itinere feria ſexta in die ſancti *Hieronymi* venit. Vbi aliquot diebus pauſatis, per Oram *Cuiauienſem* & *Lancicienſem*, Die Dominico ſancti *Dionyſii* in *Pyotrkow* cum conſorte ſua *Eliſabeth* Regina, aduenit.

Piotrcouiam reuertit.

Conuentione generali *Pyotrcouienſi*, pro die Solis nona menſis Octobris, per aduentum

1468.

Vxor olim Wladulai de Domaborz Caſtellani & Capitanei Naklenſis iniuſtam viri ſui necem queritur.

tum *Caſimiri*, *Polonia* Regis, Prælatorumque & Baronum inſtaurata, dies aliquot in querela, per relictam olim *Wladulai* de *Domaborz* Caſtellani & Capitanei *Naklenſis* propoſita: adiuuantibus illam pluribus Baronibus & Conſiliariis, quibus ſtricta cognatio fuerat, abſumpti ſunt: quaſi iniuſte fuerit occiſus. Et licet ſinguli Conſiliarii, occiſionem ſuam damnarent, verbis, plerisque aliud mente, quam ore gerentibus: nemo tamen, qua vltione facinus ſuæ decapitationis plectendum foret, ſententiam dixit. Caſtellanus autem *Poſnanienſis Petrus* de *Schamotuli*, qui vel publico vel priuato incenſus odio, illum præter ſententiam Regis aſſerebatur damnauiſſe, præſenti ſe Conuentioni ſtudioſe ſubtraxerat, nec quicquam lege communi in abſentem poterat decerni non citatum. Itaque poſt multas fatigas, quibus cognatio ſua ſudare viſa eſt, citationem contra *Petrum Schamotulski*, Caſtellanum *Poſnanienſem*, in qua dies illi, pro futura Diæta generali *Pyotrconienſi* dicebatur, recepit, & omnis interea motus quieuit, & querela.

Rudolphus Epiſcopus Wratiſlauienſis Legatus Apoſtolicus à Caſimiro Rege permitti petit crucem in Regno Polonia contra Georgium Bohemum prædicari.

Auditus eſt poſt hæc *Balthaſar*, Canonicus *Wratiſlanienſis*, qui, à *Rudolpho Wratiſlauienſe* Epiſcopo, & Sedis Apoſtolicæ Legato, miſſus, petebat, *vt Caſimirus Polonia Rex*, *cenſuras & crucem*, *contra Georgium Poſdzyebraczki*, *in Dominiis ſuis prædicari permitteret.* Auditus etiam, & frater *Paulus*, Præpoſitus *Sderadenſis*, in *Praga*, Ordinis ſancti ſepulchri *Hieroſolimitani*, a *Georgio Poſdzyebraczki* miſſus. Qui iuſtitia *Irzikonis*, qua fultus eſt, contra rebelles, & humili ſummiſſione, qua erga Papam vſus eſt, ad extenſum commemorata, ſubintulit.

Georgius vero poſtulat à Polono ſe conciliari Papæ.

Res Irzikonis, *à ſua fœlicitatis curſu*, *retardatas & infectas fuiſſe per inducias*, *quas Irzik*, *motus precibus Poloniæ Regis*, *per Nuncios anno tranſacto factis*, *conceſſerat. Rogans Polonia Regem*, *ne pateretur Regnum amicum*, *& ſui idiomatis Slauonici*, *conculcatum & direptum iri. Sed ferret illi auxilia*, *ac ſummum Pontificem Paulum ſecundum*, *faceret ſibi reconciliatum: redditurum enim ſe omnium*, *quæ egit*, *rationem*, *ſi ſibi concedatur licentia: Et ſingulis*, *quæ Summus Pontifex iuſſerit*, *obedienter pariturum.* Vtrique Nuncio & *Rudolphi* Legati, & *Irzikonis* reſponſum eſt. *Nuncios notabiles ad Summum Pontificem miſſurum*, *Caſimirum Regem Poloniæ. Qui in vrbem eundo*, *deſcendent ad Legatum Rudolphum Wratiſlaniam*, *& ad Irzikonem Poſdzyebraczki in Pragam: intentionem Caſimiri Poloniæ Regis*, *vtrique in oc negocio enodaturi:* Nominati autem ad id fuerant, Nuncii, *Iacobus Dabienski*, Regni *Polonia* Vicetheſaurarius, & *Capitaneus Cracouienſis*, & *Paulus* de *Glowna*, Decanus *Cracouienſis*.

Quo in negocio Nuncii per Caſimirum Romam ituri.

Conuerſi deinde erant, tam *Caſimirus* Rex *Poloniæ*, quam Conſiliarii ad quærendam viam, qua ſtipendia militibus poſſent perſolui: ob quam vnam cauſam Conuentio ipſa fuerat inſtituta. Verum Nunciis ex parte Militarium & Nobilium miſſis, allegantibus, ſe, nullum mandatum, ad conſentiendum in aliquot ſubſidium, accepiſſe. Ea allegatione, ſingulis turbatis, cum nihil præſentes decernere poſſent, duæ Conuentiones, vna in *Colo*, pro terris *maioris Poloniæ*, pro die ſancti *Nicolai*, altera pro die Conceptionis ſanctæ *Mariæ* Virginis, in *noua ciuitate Korczin*: quatenus in illis conſenſus Militarium, de ferendo pecuniario ſubſidio, poſſet obtineri. Duæ & alteræ Conuentiones, in eiſdem locis, pro die ſancti *Viti*, pro decidendis differentiis, inter Spirituales, & Seculares exortis, inſtitutæ.

Nunciis nobiliũ in Conuentione ad id inſtituta, allegantibus, nullum ſe mandatum à ſuis accepiſſe ad conſentiendum in ſuffragium pecuniale pariter pro ſtipendiariis ſalariandis, alii Conuentus ad id ipſum, vt veniant, plenis cum mandatis indicuntur.

Feria ſexta, ante feſtum ſanctorum, *Simonis* & *Iudæ* Apoſtolorum, ex Diæta *Pyotrconienſi*, *Caſimirus Polonia* Rex diſcedens, per *Opoczno* & *Skrzin* venie in *Radom* & deinde in *Iedlnam* ſe conferrens, illic plus, quam vno menſe, venationibus vacabat. Exinde pro die Conceptionis ſanctæ *Mariæ* Virginis, in *noua ciuitatis Korczin* Conuentionem venit: viſitato & adorato ligno viuificæ crucis in Monaſterio *Calui montis*. Vbi conuenientibus *Ioanne Cracouienſe*, *Iacobo Wladiſlauienſe*, Epiſcopis, & Conſiliariis ac Militibus, terrarum *Cracouienſium*, & *Ruſſiæ*, præter *Ioannem* de *Thaczin* Caſtellanum, & *Ioannem* de *Pilcza* Palatinum *Cracouienſes*, quos valetudo retraxerat, poſt multos & varios, deſerendo *Caſimiro* Regi, pro ſoluendis ſtipendiariis ſuffragio, tractatus, dum ſinguli, & Barones, & militares, de proprio cenſu, pro quo a Rege rogabantur, nihil vellent, allegando ſuas egeſtates & defectus conſerre: Vix tandem cum magna difficultate in Cmethonibus fertones, Nunciis etiam *maioris Poloniæ* terrarum conſentientibus, decreti, ea tamen conditione, vt medietatem fertonis, videlicet ſex groſſos, hæres & dominus villæ ſoluat, alios reſiduos ſex groſſos Cmetholaneum retinens, pendat. Rarus tamen ex militaribus eam conditionem ſeruauit. Sed omne onus ſolutionis in Cmethones redactum: qui & ipſi maxima pauperie, propter frumenta, quæ æſtate tranſacta, ob imbres cadentes, ſteriliter prouenerant, & imbres ipſi, fere omnem in autumno impediuerat ſationem preſſi, ægre illam adimplebant. *Caſimirus Polonia* Rex

Caſimiro Rege venationibus intento

rebus

1468. rebus publicis, in præſato Conuentu *nouæ Ciuitatis Korczin* perfunctos, *Craconiam* pro diebus Natiuitatis Chriſti, qui inſtabant, venire diſtulit: vexationes ſtipendiariorum, quibus pro feſtis Chriſti, ſolutio fuerat pollicita, & quorum iam multitudo *Craconiam*, diem conſtitutam anticipando, conuenerat, euaſurus. Sed apud *nouam ciuitatem Corczin*, vna cum conſorte ſua *Eliſabeth* Regina, natalicium Chriſti egit. Annus hic, pluribus caſibus raris, & effuſione ampla ſanguinis Chriſtiani, inſignis. Nam in ſingulis fere Regnis & regionibus, multiplicitate imbrium cauſante, & ea, quæ in frogibus prouenerant fuere corrupta, & omnium frugum ſatio hyemalis impedita: ex qua in plerisque regionibus annonæ caritas ſubſecuta eſt.

miles mercenarius Craconiæ expectat ſtipendiorum emeritorum ſolutionem.

Matthias Hungariæ Rex,

In *Valachia* regionem, dum illam *Matthias Hungariæ* Rex, a proprietate Regni *Poloniæ* abſtracturus, ſuæ ditionis facere conaretur, clade ingenti, a *Stephano* Voieuoda *Valachia*, vt præſcripſimus, obrutus, pluribus de ſuis deſideratis, in Regnum *Hungaria* trepidus refugit. Mox autem *Valachiam* cladem, nouo bello correcturus. *Irzikoni*, damnato, & depoſito a Regno *Bohemia* Regi, bellum inferens, circa oppidum *Trzebiczow*, & alios multos partis *Irzikonis*, igne & gladio extinxit, multos etiam ex ſuis deſiderauit.

Valachicam cladem correcturus, Bohemiam igne & ferro vaſtat.

Leodium deficiens à Duce Burgundiorum

Burgundiorum Dux *Carolus*, defectionem *Laodii*, nobilis vrbis, quæ ſuos Præfectos aut extinxerat, aut expulerat, vlturus, in illius expugnatione, quam per dies tres, noctes duas, quadraginta millibus de ſuis amiſſis, conquirens, omnes puberes & impuberes, mares & fœminas, nulli parcens ſexui vel ætati, occidit, & Ciuitatem, ac omnes munitiones, & domos eius, Solo æquando ruinauit, habitationemque illius mortalibus interdixit.

ſolo æquatur.

1469 Exactis apud *nouam ciuitatem Korezin*, *Caſimirus* Rex *Poloniæ* natalis Domini diebus, in *Nyepolomicze* deſcendit. Et ferarum multitudine capta ac primum in filios, deinde in Epiſcopos, *Cracouienſem* & *Wladislauienſem*, Barones, & Conſiliarios, Capitulum, Vniuerſitatem, ac Conſulatum *Cracouienſem* diſtributa, feria quinta in vigilia Epiphaniarum cum *Eliſabeth* Regina conſorte ſua, fœliciter *Cracouienſem* vrbem intrauit, à filiis ſuis quatuor, *Wladislao*, *Caſimiro*, *Alberto*, & *Alexandro*, oratione pulcherrima, per organum *Wladislai* primogeniti & natu maioris, pronunciata, exceptus. Stetit autem *Cracouiæ*, hebdomadis tribus, ſub quibus à Stipendiariis, qui ad percipiendum promiſſam eis ſolutionem conuenerant, induciis vsque in diem Paſchæ, Aut ſertones decreti, interim colligi poſſent, impetratis, in ſingula eorum capita, ſingulos florenos ad rationem debiti computandos, diſtribuit.

Wladislaus filiorum natu maximus, Regem Poloniæ Caſimirum, Cracouiam venientem, fratrum ſuorum, natu minorum, nomine oratiuncula excipit.

Vbi Rex ipſe, datis ſtipendiariis ſingulis florenis, reliqui ſtipendii militum ſolutio in diem Paſchæ proximum reiicitur.

1469. *Cracouiam* autem die Solis antepenultima menſis Ianuarii, *Caſimirus Poloniæ* Rex linquens, in terras *Ruſſiæ*, cum conſorte ſua *Eliſabeth* Regina, per ſolita loca & ſtationes proceſſit, & apud *Przemuſliam* carnis priuio exacto, *Leopolim* concedens. Quadrageſimæ tempus illic manſit, homagium & fidelitatis corporale iuramentum, *Stephano* Voieuoda *Moldauiæ*, quod ſe per frequentes Nuncios & literas præſtiturum obtulerat, recepturus. At Ille variis cauſis & impedimentis, & ſignanter, ne illo Prouincia egrediente, *Turci* illam, *Hungari*, vel *Beſſarabi* occuparent, allegatis, venire per notabiles Nuncios, videlicet. *Ioannem Muſſilo*, Palatinum *Podoliæ*, & *Spitkonem* de *Iaroslaw* Succamerarium *Przemuslienſem*, ad eum vsque miſſos, accerſitus diſtulit. Et verbo quidem hoſtilem inuaſionem, pro ſui excuſatione opponebat, re vera autem captiuitatem verebatur: quam ſe incurſurum, ex nonnullorum Conſiliariorum Regiorum aſſumento, ſi veniret formidabat. Ne tamen *Caſimirum Poloniæ* Regem in iuſtam indignationem prouocaret, in manibus Nunciorum præfatorum, *Muſſilonis* & *Spitkonis*, homagium ſacramentumque fidelitatis præſtitit: iureiurando ſe conſtringens, ad præſentiam *Caſimiri Poloniæ* Regis in *Kamyeniecz*, *Coloniam* vel *Snyathin*, dummodo duobus menſibus prius ante auiſaretur, & ſolenne ac publicum homagium præſtiturum. Aduenerant illuc etiam Imperatoris noui *Thartarorum Mengligeren* Nuncii: Cæſarem ſuum *Caſimiro* Regi commendantes, & contra quemlibet hoſtem offerentes auxilia. Filium *Eczygeri* natu maiorem *Nardulab* expellunt, & fratrem eius *Mengligeren* ſubſtituunt: quem ægre illis *Caphenſes*, apud quos tunc hoſpitabatur, colliſionem ingentem *Tartarici* Imperii veriti reſtituerant.

Stephanus Valachiæ Voieuoda ſacramento præſtito pollicetur præſentem ſe Caſimiro Regi ſolenne homagium præſtiturum.

Tartarorum vero Imperatoris Mengligeren Nuncii auxilia offerunt.

Romanorum Imperator *Fredericus*, quingentos equos, in Comitatu habens, per *Forum Iulii* & *Venetias*, vbi illi magnus à *Venetis* impenſus eſt honos, *Romam*, in vigilia noctis Natiuitatis Chriſti, quinta hora, *Paulo* ſecundo Papa, iam tunc matutinum in eccleſia ſancti *Petri* agente, ſoluendi voti gratia, quod, dum à germano *Alberto Viennæ* obſideretur, vouerat, aduenit, Expleto matutino, cum *Paulo* Papa

Frederico Romanorum Imperatore, voti reddendi cauſa Romam profecto,

1469. primum ſpranſus in Palati[illegible]pali quieuit. Celebritati miſſæ, quæ in veſperum tendebatur, in Imperialibus, *Paulo* Papæ, rem diuinam exequenti, aſſiſtens, Euangelium, *Exiit edictum*, ex more legit. Quindecim dies, apud vrbem commoratus, ſub quibus cum *Paulo* Papa, & Cardinalibus, Conſiſtoria ſecreta agens, in veſperam extrahebat. In quibus vulgatum eſt illum, duorum Regnorum, *Hungariæ* & *Bohemiæ* ſucceſſionem pro ſe & filio ſuo *Maximiliano* Confirmationem petiſſe, & ne *Pruthenica* pax confirmaretur. Summo Pontifice dilationibus vſo, magnopere deſudante.

atque ſucceſſionem Hungariæ & Bohemiæ Regnorum pro ſe & filio Maximiliano à Papa petente.

Dum autem ex vrbe, quam plurimis donis, per Papam, *Venetos*, Ducem *Mediolani*, cæteraſque *Italiæ* communitates, & Ciuitates, onuſtus, regrederetur familiaris ſuus *Bamkkircher* à *Matthia* Rege *Hungariæ*, cui iturus *Romam* Imperator tutelam commiſerat, *Auſtria*, & quem filiali & honore & nomine compellabat, ſubornatus, aliquot arces & Ciuitates munitas, fraude, neglectum ſe in emerito ſtipendio allegans, intercipit, & in *Iudæos*, quos Imperator ſpeciali dignabatur fauore ſæuiciam exercens, omnes trucidat, fortunaſque eorum, longo tempore, in quiete quæſitas, diripit, hiſque gentes aduerſus Imperatorem conducit. Verum cum Imperator non ſecus, quam par erat, pro tam indigna iniuria motus, in *Bamkkircher*, & alios rebelles, videlicet *Graffinker*, *Sigismundum Groff*, & *Ioannem Vitkowyeckz*, qui ſe illi coniunxerant, pararet exercitum, *Hungariæ* Rex *Matthias*, clandeſtinam hoſtilitatem amplius tegere, non valens, gentes ſuas illi in auxilium transmittit: *Auſtriam* vniuerſam ſuæ ditioni ſubacturus. Ex filio crudelem priuignum, & ex amico hoſtem in ſeſtum ſe conſtituens. Ex quo & *Auſtria*, & *Stiria*, *Carinthiaque* partes, grauibus cladibus, & bellis, fuére involutæ. Rediit tamen poſtea *Hungariæ* Rex cum Imperatore in gratiam, & fidelibus auxiliis illum iuuare cæpit, verum paruo tempore in fide perſeuerauit.

Bamkircher familiaris illius, arcibus aliquot in Auſtria ex ſubornatione Matthia Hungariæ Regis, interceptis, Iudæiſque caſis ac ſpoliatis, bellum Imperatori facit ab Hungaro adiutus.

Cum Matthias Hungariæ Rex Morauiam fere omnem ſibi ſubieciſſet atque Bohemiam crudeliter vaſtaſſet.

Sub primo Veris tempore, *Matthias* *Hungariæ* Rex, exercitum, ex decem millibus equitum, mercede conductum habens, cum iam omnem fere *Morauiam* ſuæ ditionis feciſſet, in *Bohemiam* verſus montes *Kutne* venit, feratioreſque agros & vicos, edacibus incendiis, per ſedecim millia in longum, & in latum, ad quadraginta villas, cum pecoribus, iumentis, & hominibus, in cinerem & fauillam redegit, nonnullaque fortalicia, diruit, & euertit. Quæ res tantum pauorem hæreticis incuſſit, vt ſucclamarent, *ſupremum diem, & malorum imminere: cum nulla hominum memoria in Bohemia tam ſæua calamitas, audita fuerit.* Habebat *Georgius Poſdzyebraczki*, haud longe in pratis Monaſterii *Syedlecz* ſuum exercitum, ad quinque millia equitum, & decem & octo millia peditum, æſtimatum: congredi tamen, ne vna dimicatione conflictus, perpetua cum ſuis omnibus obrueretur clade, non auſus aperto Marte, ſimulque ſuorum dolos & callida ingenia, ne ab illis proderetur, veritus, quos in diuerſas voluntates eſſe dilapſos agnouerat, per *Albertum Koſthkam*, Internunciuum ſuum, *Matthiæ Hungariæ* Regis, colloquium expetiit. Quo impetrato, dum apud villam *Orſchiecza* conueniſſent, omnibus arbitris excluſis. Socer ſic ad generum fertur locutus. *Cur me mi nate tanta atrocitate inſectaris, quid me vita ac Regno priuare contendis, quod tantum meum in te facinus, qui multiſariis beneficiis à me te exornatum inficiari non potes. Ex captiuo te in Regnum ampliſſimum remiſi liberum, filiam meam tuo connubio iunxi, omni te honore & affectione proſecutus. Summi*, inquit Pannonius, *Pontificis, & Cæſaris actus iuſſu, non priuato odio, bellum in te gero. Hæretica enim infectus labe, per ſummum Pontificem, velut putridum membrum in fide, omni honore & dignitate Regia priuatus, in Catholicos amplius debaccharis, adeo, vt neceſſe fuit, Chriſti Vicarium in te Principes concitare, Regium Thronum præter ſpem adeptus, religionem te Chriſtianam, non hæreſes conueniebat promouere. At ego* reſpondit Bohemus, *nunquam ſummo Pontifici obedire tergiuerſatus ſum, neque me hinc, ſine recta fide, migraturum ſpero, Proinde accerſe Legatos, ſpondeo tibi eorum pariturum me iuſſis, & Fidei ſatisfacturum præſcriptis.*

Georgius ad eum colloquium expoſcens admittitur.

In hanc ſponſionem bello inter *Matthiam Hungariæ* Regem, & *Irzikonem* ſuſpenſo, quarta dies Aprilis, ad placitandum de pace conſtituitur. Qua adueniente, cum duo Legati, *Laurentius Ferarienſis*, & *Rudolphus Wratislauienſis*, & fere omnes inſigniores *Hungariæ* Pontifices, Baroneſque in *Olomuncz* accerſiti, ad Regem conueniſſent, cæpit, Socer, qui & ipſe in propinquo apud *Stbenbarg* agebat, cum genero ſuo, apud villam, inter *Olumuncz*, & *Stembarg* mediam, convenire. Et omnibus

Hungariæ & Bohemiæ Reges de pace in Olomuncz agunt tractatus

1469. bus arbitris remotis, frequenti & diuturno tempore agere de pace. Neque enim tutum vterque ducebat, licet vtriusque copiæ haud procul diſtarent, belli experiri fortunem: cum *Pannonius* ſuperaret equite, *Bohemus* in pedite triplo excederet, perpetuam vterque ſui perniciem, & deiectionem ſecuturam retus, quisquis eb altero vinceretur. Snſpecta illico res, tam clandeſtine agitata, *Pannoniis* Conſiliariis eſſe cæpit, Legatis ſuſpectior. Vnde & taciti *ſe, & fidem Orthodoxam, & Sedem Apoſtolicam, à Pannonio proditam*, mœſti & eorde conſternati, *ad ludibrium quoque ſe accitos*, querebantur. Superuenerant & in *Olomuncenſem* Conuentum, Oretores *Caſimiri Poloniæ* Regis in vrbem deſtineti, videlicet *Iacobus Dabyencki*, Regni *Poloniæ* Vicethesaurarius, & *Paulus* de *Glowina*, Decanus *Cracouienſis*, & *Hungariæ* Regem *Matthiam* & *Georgium*, ne quem concluſionem inirent, quam *Poloniæ* Rex pro præiudicato ferret euerſuri. Gratus fuit ſingulis Legatis, præſertim Apoſtolicis, eorum adnentus, opperirique illos exitum rerum hortabantur. Sed dum concluſio pacis, ex doloſa induſtria protraheretur in longum, Oratores *Poloniæ* Regis *Caſimiri*, ab Apoſtolicis Legatis, ne tam pernicioſæ cunctationi intereſſent, admoniti *Romam* petière.

Quos nuncii Poloniæ Regis Romam deſtinati admonent, ne aliquid in præiudicium Regis Poloniæ concludant.

Olomunyecz flagrat incendio.

Ciuitas inter hæc *Olomuncenſis* fortulto, inſolentia ludentium, in alce in præſentia Regis nocte incenſa, in ſui medietate graue incendium, graueque ſpolium pertulit: dum nonſolum incenſæ domus, ſed etiam integre per vim à gentibns Regis depilarentur: infeuſtum fatum ſuo ardore illo portendens & ſpolio.

Hungariæ Rex Matthias

in Regem Bohemiæ electus

homagia à Ciuitatibus

Poſt varios deinde tractatus, non niſi induciæ, ad diem circumciſionis duraturæ, concluſæ ſunt, & literis firmatæ. Tum demum *Matthias* Rex *Hungariæ*, à duobus Epiſcopis, *Rudolpho Wratislauienſe*, & *Prothaſio Olomuncenſe*, & aliquot Baronibus *Bohemiæ*, videlicet, *Ioanne Rozemberski*, *Zdenkone Konopniczki*, *Ioanne* & *Vlrico Zayacz*, de *Koſzthi*, *Swyatoslao Swambergo*, *Henrico* de *Hradecz*, & *Burziano*, in *Bohemiæ* Regem, die Mercurii, tertie menſis Maii electus, electionem de ſe factam, omni deliberatione circumſcripte, acceptans, *Olomuncz* egreſſus, *Wratislauiam* à Ciuibus & Ducibus *Sleſiæ*, ſumpturus homagium, die Veneris vigeſima ſexta menſis Maii, eduenit. Vbi cum magna gratitudine, & pompa, & proceſſionum honore ſuſceptus eſt, ac tertie deinde die, à Ciuibus homagio publico eccepto, etiem fere omnes Duces *Sleſiæ*, iam cenſuris, iam promiſſis, iam terroribus, ad præſtandum ſibi homagium conduxit. Comitabatur enim eum illuc *Laurentius Ferarienſis*, Epiſcopus, Apoſtolicus Legatus. Comitebatur & *Ioannes Lauantinus* Epiſcopus, eb Imperatore *Frederico*, cum vno comite deſtinetus, Archiepiſcopus præterea *Strigonienſis Ioannes*, cum *Agrienſi* Epiſcopo, & nonnullis *Hungariæ* Proceribus aderenr. Quorum præſentia ad homagium, illi à Ducibus *Sleſiæ* præſtandum, conducebat. *Fredericus* deinde Merchio *Brandeburgenſis*, dum inuitatus *Wratislauiam* eduenislet, de duobus à *Matthia Hungariæ* Rege rogetus, *vt videlicet illi vocem pro imperio daret*. Quod ſe facile Marchio, facturum reſpondit, item, *vt ſecum fœdus, contra quemlibet hominem iungeret*. Quod ille plane negauit: aſſerens *non conuenire ſuæ conditioni, in Poloniæ Regem, ob cuius præcipue reſpectum, fœdus illud petebatur, arma ſumi: cum ſui Principatus Regno Poloniæ cohærentes, ſub breui tempore, & prius, quam illi à Rege Hungariæ poſſet ſuccurri, totalem inciderent vaſtationem.* Abiens poſt hæc *Matthias Hungariæ* Rex verſus *Lygniczam*, & *Swidniczam*, homagium ab illis & cæteris *Sleſiæ* & *Luſatiæ* Ciuitatibus accepit, & *Wratislauiam* reuerſus, diebus aliquot illic commoratus, atque haſtiludia, nouis quottidie vacando, vt publice ferebatur, nuptiis, proſpectans: donaque in plures lergiens, quinte die menſis Iulii *Wratislauia* egreſſus, *Brunnam*, Connentum illic acturus, & deinde *Auſtriam* contendit: laturus Cæſari, ab eo inuitatus auxilium: euius pulcherrimæ & validæ gentes, ex *Auſtralibus*, *Miſſuenſibus*, *Bauaris*, *Sueuis*, donatiuo collectæ, a *Bramkircher* & *Groſſonibus*, graui cæde, pridem fuere conflictæ, aut ſeltem bellum illud pacatione aliqua compoſiturus, quatenus ſi bellum cum Rege *Poloniæ* immineat fecilius gentes ex *Almanis*, ceſſante bello poſſet conducere.

& Ducibus Sleſiæ exigit,

& alia in rem ſuam facientia procurat,

1469.

Ex *Leopoli Caſimirus Poloniæ* Rex, poſt feſta Paſchalia, die Martis vndecima menſis Aprilis egreſſus, iisdem itineribus, quibus illuc ierat, vſus, die Iouis vigeſima ſepti-

Caſimirus Rex Leopoli Craconiam veniens,

1469.

à Caſimiro ſecundo genito, vulgari oratione excipitur. Vbi ſtipendiorum partem ſoluit militibus, reſiduum poſtea ſoluturus.

ſeptima Aprilis, *Cracouiam* aduenit: honore proceſſionum, & oratione in vulgari *Polonico*, per organum ſecundo geniti ſui *Caſimiri* diſerte pronunciata, exceptus. Vbi Conſiliariis *Cracouienſium* terrarum, ad illum confluentibus, hebdomadis octo ſtetit. Sub quibus milites, qui apud *Pruſſiam* meruerant, in centum quadraginta millibus florenorum, dato pro medietate auri, panno, de pecunia ſertonum, per Cmethones datorum, & Ciuili exactione, pro rata prima perſoluit, & dilationem longiorem, ad ſoluendam alteram & reſiduam partem, quæ ad annum integrum, à feſto Natiuitatis Chriſti venturo, tenderetur, obtinuit.

Legatis Polonorum apud Caſimirum Poloniæ Regem exponentibus,

quod ob eius cunctationem, Matthiam Hungariæ, in ſuum Regem elegerint, & petentibus, vt cum illo fœdus ineat,

Veniunt ad *Caſimirum Poloniæ* Regem *Cracouiam*, ſedecima die menſis Iunii, B *Prothaſii Olomuncenſis*, *Rudolphi Wratislauienſis*, *Epiſcoporum*, *Zdenkonis Conophniczki*, & *Ioannis Rozembarski*, cæterorumque *Bohemiæ* & *Morauiæ* Baronum Catholicorum, Nuncii, videlicet *Ioannes Zayacz*, de *Koſtbi*, Regni *Bohemiæ* Cancellarius, & *Dobeslaus Czarnoborski*. Qui audientiam nacti, primum ſcinus ſuum, quod *Poloniæ* Rege, & filiis ſuis, quos primum in *Bohemia* Regem elegerant, deſertis, *Matthiam Hungariæ* Regem, pro Rege elegiſſent, pluribus cauſis cunctationem Regi *Caſimiro* obiiciendo, & plures clades, quibus a *Irzikone Poſdziebraczki* premebantur, allegando, diluebant. Rogabant deinde, *vt parti eorum Rex Polonicus fauorem daret, hæreticis ſubtraheret. Fieri enim poſſe, Poloniæ Rege Catholicis ferente auxilium, vt hæreſis Bohemica facile finem accipiat: cum ſit iam pro maiori parte attrita.* Rogabant inſuper, *vt cum Rege eorum Matthia, amice ſe gereret: plura commoda oſtendendo, ex eorum amicitia rebus fidei & Regnorum prouentura, ſeque & cæteros Bohemiæ Proceres omnigene adniſuros, vt inter Reges, ſtabilis amicitia, proueniat.* *Caſimirus Poloniæ* Rex, quamuis variationem electionis de ſe & filiis, ad Regnum *Bohemiæ* factam, & in *Matthiam Hungariæ* Regem translatam, D moleſte ferret, probeque noſſet, vt *Wratislauienſis* & *Luſacenſis* Ciuitatum, ſed & omnium *Sleſiæ* Ducum, qui in *Matthiæ Hungariæ* Regis obedientiam tranſiuerant, pectora terroris ſui metu peruaſiſſe, futurum & graue bellum à *Poloniæ* Rege & filiis ſuis eis inferendum, iam tunc ominantium, id inſuper metientium, quod ſera in *Hungariæ* Rege, *Turcorum* bello & aliis implicato, illis ſpes foret: Nuncios tamen benigne habitos, etiam veſtibus pelliceis donauit. Ne quid tamen rebus ſuis, occaſioni Regni *Bohemiæ* agendis, præſcriberet, & legationem amicam flocci feciſſe videretur. Reſpondit *ſe deliberatione Conſiliariorum, quorum tunc copiam non haberet, ſumpta, legationi eorum tempeſtiue reſponſurum.* Subibat tunc *Bohemorum* animos pœnitudo, ſuper electione, de *Matthia Hungariæ* Rege facta. Nec *Ioannes Zayacz* vnus ex Nunciis, continere ſe poterat, qui filiis Regiis conſpectis, & eorum familiari commercio vſus, *dolere ſe* cum Lachrimis ait, *quod electio à filiis Regiis, veris Regni Bohemiæ hæredibus, in Matthiam Hungariæ Regem translata ſit. Seque in illam, non ex* B *ſuo ingenio, ſed aliorum perſuaſione pertractum magis, quam ſpontaneum conſenſiſſe.* Illis autem nondum *Cracouia* excedentibus, venit rumor à vero non abhorrens, *Georgium Poſdzyebraczki*, pro Rege *Bohemiæ* ſe tunc adhuc gerentem, & omnes partis ſuæ Barones, tam Catholicos, quam peſte hæreſeos infectos, Nunciis *Caſimiri* Regis *Stanislao Marſchalkowicz* de *Brzezye*, & *Georgio Lubranski*, quos ſuſcitatum ad illum, ſub quibus conditionibus, pacem cum Rege *Hungariæ Mathia* conſeciſſet, miſerat, præſentibus, filium *Caſimiri* Regis natu maiorem *Wladislaum* in *Bohemiæ* Regem, maxima gratitudine, conclamaſſe & delegiſſe. Lætior hoc rumore *Ioannes Zayacz*, quam moleſtior, ſuadebat, C *ſi Georgius Poſdzyebraczki, fallere ſolitus, de Praga & Karſten, effectualiter excederet, electionem illam abnuendam non eſſe. Poſſe enim conditionibus, & præcipue connubio filiæ Regiæ, à proſequendo iure Regni Bohemiæ, Matthiam Hungariæ Regem auerti.* Electionem autem illam ſe viuente, ideo *Georgius Poſdzyebraczki*, etiam filiis ſuis, *Victorino*, *Henrico*, & *Hincone*, præſentibus, quibus ſucceſſionem Regni maluiſſet deſtinaſſe, ſcitus eſt feciſſe: quoniam & *Matthias Hungariæ* Rex clandeſtina pacta, quæ ſecum fecerat, & hoc præcipue vnum, gratia cuius in cætera ſe trahi permiſerat. Vt *Georgio* & ſuis omnibus, vſum communionis vtriusque ſpeciei, retinere liceret, confirmarique illum *Mathias Hungariæ* Rex à ſummo Pontifice *Georgio* & *Bohemis* obtineret, improbantibus Legatis Apoſtolicis, & pacta illa execrantibus, denunciauit ſe non poſſe implere, ex quo vno, cætera ruptum iri. Euenitque, vt pace firmata, ad irritum recidente, bellum inter ſocerum & generum grauiore odio, quam

interim Nuncius aduenit, filium Caſimiri Wladislaum Bohemiæ Regem creatum & nominatum eſſe tam voce communi quam etiam ipſius Georgii Poſdziebraczki.

1469. quam ſi nunquam interueniſſet, reintegratum.

Stephanus Voieuoda Moldauia Tranſyluaniam vaſtat,

Stephanus Voieuoda *Moldauia*, iniuriam ſuam vltum iri ſatagens, dum *Mathias Hungaria* Rex, apud *Wratiſlauiam* ageret, terram *Tranſyluanienſem*, cum mille octogentis equitibua tantummodo ingreſſus & rapido curſu, quaſi quædam tempeſtas, ſingula cæde & igne vaſtons, plura crudelio egit, & onuſtua præda rediit. Miſſis quoque tunc ad *Petrum* literia & muneribua, ſub nomine *Valachia* Baronum, vt veniret & Principatum *Valachia* acciperet, præfatum aduerſarium ſuum *Petrum* in Voieuodatu, qui patrem ſuum occiderat, & quem *Hungaria* Rex *Matthias*, contra *Stephanum* fouebat, viuum intercipit, ac ad ſe vsque perductum, capite truncauit.

& Petrum competitorem ſuum dolo interceptum occidit.

Die Lnnæ decimo nona menſis Iunii, *Caſimirus Polonia* Rex *Cracouia* egreſſus, per *nouam ciuitatem Korczin* verſus *Radom* contendit, vbi pro die *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum, priuatum Conuentum Conſiliariorum egit: de defenſione Regni, ſi aliquo ſubita vis, ob *Hungaria* Rege ingrueret, prouiſurua. Illuc ad eum Nuncii *Georgii Poſdzyebradzki*, & *Bohemorum*, diutius expectati, videlicet *Stiborius Thouaczowski*, *Benedictus Vatnuller*, & *Paulus* Præpoſitus *Zderadenſis*, aduenerunt. Hi extenſiori ſermone vſi, per *Benedicti* organum, cuius facundiæ non conditioni à *Stiborio Thowaczowski* delatum eſt, in repetendo legationea & reſponſiones ſingulas inter Reges *Polonia*, *Hungaria* & *Bohemia*, quomodo libet actas. Ad extremum declararunt, *Georgium & ſuos omnes, rerum qualitate, & Georgii imbecillitate, & craſſitudine proueniente, penſata, filium natu maiorem Wladislaum, Caſimiri Polonia Regis, in Bohemia Regem concorditer delegiſſe, ea tam n conditione, vt Georgius ſceptra Bohemica ad mortem teneat. Polonicus Rex illum à qualibet hoſtilitate defendat, audientiam ſibi à Summo Pontifice impetret, & ſi impetrare nequiuerit, illum in nulla neceſſitate deſerat, nec prius niſi morte ſua ſecuta, filius Caſimiri Polonia Regis, ſibi in Regnum ſuccedens, Coniugem ſuam Ioannam in iure dotis, & filios ſuos in iure Principatuum, Barones ſingulos in Magiſtratibus repulſis, & damnatis his, in quos Hungaria Rex Matthias, Magiſtratus Bohemia contulerat, conſernet & diſtracta reſtauret.* Hia ſuapte natura grandibus, vna alia conditio grandior, & quæ ſingulas alias fœdabat, clandeſtina ſubordinationi adiungebatur, *vt videlicet filius Caſimiri Polonia Regis Wladislaus, in Regem Bohemia promouendus & coronandus, filiam Georgii Ludimillam, vndecim annorum ſibi deſponſet, firmaturus huiusmodi connubio Regnum ſuum, electionem vero ſuam & omnia inde ſecuta, rupturus, ſi abnuerit.* Nulli enim ſatis præter paucos, hæc placebat conditio, vt Princeps nobilis, hæreticæ ſe miſceret fœminæ vtriusque parentis abdomen faſtidiendum redoliture: Cum autem Conſiliariorum ſententiæ non congruerent, & ad euidena periculum, tam hæreſis, quam belli filium Regium pars maior mitti non probaret, pauci ſub oblatis conditionibus acceptandum *Bohemicum* Regnum cenſerent, in Pontifices quoque & eccleſiaſticos fremitua a laicis fieret, quod in præſentia præfatorum Nunciorum teneri interdictum decreoiſſent, licet illud poſtea metu periculi, *Ioannes* videlicet *Gneſnenſis* Archiepiſcopus, *Ioannes Cracouienſis*, & *Iacobus Wladislauienſis*, Epiſcopi, temeraſſent, noui Nuncii, videlicet *Ioannes Tharnowski Wojnicenſis*, & *Stanislaus Vatrobka Sandecenſis* Caſtellani in *Bohemiam* ituri, & conditiones graues, & eam præcipue, quæ matrimonium continebat, abrogaturi deſtinantur. Conuentio inſuper generalis, apud *Pyotrcouiam* pro feſto vndecim millium virginum, pro conditione rerum & temporis, his & rebua prouiſura, inſtituta eſt. Legatique Regii ex vrbe, *Bohemia*, & Diæto *Hungaricali*, pro die Natiuitatis ſanctæ *Maria* virginis apud *Podolinum* & *Kyeſchmark* celebrata, reuertuntur.

Legati Georgii Bohemia Regis,

electionem de Wladislao factam, ad Regnum Bohemicum, eiusque conditiones apud Caſimirum Polonia Regem narrant.

A quo noui nuncii conditiones intolerabiles, & præſertim ne filia Georgii Ludmilla hæreſi infecta, Wladislao in matrimonium iungatur abrogaturi.

Duo Epiſcopi, *Iacobus Wladislauienſis*, *Vincentius Chelmenſis*, & *Petrus Dunin* Succamerarius *Sandomirienſis*, in *Pruſſiam* delegantur, iuſtum iudicium exhibituri, querulantibus, & motus ſinguloa qui orituri referebantur, oppreſſuri. Inſimulabatur enim Ordo *Pruthenicus*, *Frederici Romanorum* Imperatoris, & *Matthia Hungaria* Regis ſuggeſtu, rupto fœdere, in bellum ſpectare. *Caſimirus* vero *Polonia* Rex, die Iouis vigeſimo menſis Iulii ex *Radom* egreſſus, per *Lublinenſem* & *Chelmenſem* terras, in *Luczko* prima die menſis Auguſti deſcendit. Et abinde *Lituaniam* petens, conuentionem in *Grodno* pro die Natiuitatia ſanctæ *Maria* Virginis ferio tercia celebrauit. In reuerſione *Bohemorum* ex *Radom*, interdictum Eccleſiaſticum apud *Cracouiam* tentum, *Cracouienſe* Capitulum, errorem, quem Pontifices in *Radom* admiſerant, correxit.

In Pruſſiam, quæ in ſuſpitionem defectionis adducta ferebatur, Caſimirus Polonia Rex Nuncios mittit, nouos motus compoſituros.

Sub *Mathia Hungaria* Regis in *Morauiam*, *Matthia* aduen-

1469. *Hungariæ Rege Wratiſlauia diſcedente, Victorinus Georgii Poſdziebraczki filius, à militibus eius dolo affinis ſui capitur.*

aduentu, bellum quod paululum, ipſo *Wratiſlauiæ* degente, quieuerat, iterum cæptum eſt. Etenim, quædam munitiones ab Rege *Mathiæ* obſeſſæ ſunt. Quas dum expugnare contendit *Victorinus Georgii Poſdziebraczki* filius cum mille equitibus in oppidum *Veſzele* venit (Partium enim ſuarum erat, & ab *Henrico Lipski* Marſzalco *Bohemiæ*, genero *Irzikonis* tenebatur) idque aſſecuratus etiam a præfato *Lipski*, ſororis marito: iam tunc in Partes *Hungariæ* Regis ſpectante. Quem illic conſiſtentem *Hungariæ* Rex exercitu admoto circumuallat. Ac oppido in locis aliquot ex pacto incenſo, dum *Victorinus*, negato ſibi ab affine *Lipski* Caſtri, quod oppido imminet, introitu, anguſtiatum ſe videns, de oppido erumpere nititur, a gentibus *Hungariæ* Regis, in ipſa eroptione, non ſine ſuorum clade, captiuatur, octingenti de ſuis aut occiſi, aut flammis in oppido exuſti, aut aquis ſuffocati. Corpore *Victorini Hungariæ* Rex, quod vnum ſolum longo tempore quærebat, cum vnus ſolus ille patris ſtrenuo gereret bella, potitus, ipſum in *Buda*, male ferentibus *Bohemicis* partis ſuæ Baronibus, quod *Pannonicam* fidem *Bohemicæ* præponeret, quo illic tutior eſſet transduxit. *Irzik* autem captiuitate filii audita non ſecus quam par erat, motus, exercitu non paruo ex militibus, ciuibus, & agreſtibus congregato. Caſtra tria *Ioannis Zayacz* de *Koſſki*, in quorum vno ipſe cum filio admodum paruulo parens erat, dura obſidione conſtringit, & ſingula in expugnationem eorum, ferotius adminiſtrando, *Ioannem Zayacz* capere liberaturus illo filium contendit. Sed *Ioanne Zayacz* euadente, Caſtra eius fortius obſidebantur. Sub iisdem diebus, *Stephanus* Voieuoda *Moldauiæ*, miſſo exercitu, in Regnum *Hungariæ*, cuius *Philippus Pop* ductor erat, terram *Tranſyluanienſem* vaſtando, vsque ad riuulum depopulatur: vbi duobus præliis *Hungaris* illum opprimere ſatagentibus, victor exercitum, onuſtum præda, in *Valachiam* traducit. Exercitus interim ex *Wratiſlauienſibus*, *Luſatienſibus* & ſex ciuitatibus *Sleſiæ*, aſſidua prece *Ioannis Zayacz* pro ſuorum caſtrorum liberanda obſidione, iuſſu etiam *Matthiæ Hungariæ* Regis, collectus, in *Bohemiam* proceſſurus, apud *Zithauiam* conuenit. Sed præſentiens *Bohemos* hæreticos conueniſſe, & pactione cum his, qui obſidebantur inita, de dedendis caſtris, niſi ſub certo tempore, illis feratur defenſio, in multitudine quadrigarum montes, *Sleſiam* à *Bohemia* diſterminantes, ſuperaſſe, pauidus in ſua dilapſus eſt. Quo cognito *Bohemorum* exercitus, ex Ciuibus tantummodo & agreſtibus, in duorum tantummodo millium numero, quorum maior pars peditatus erat, aggregatus, *Zithauiam* oppugnans, poſt trinum inſultum, igne molendinum obtinuit, & centum Ciuibus *Zithauienſibus* molendini defenſoribus, captiuatis, duodecim trucidauit. Deinde circa *Laubin Sleſiam* ingreſſus, duos habens Duces, *Samuelem Pragenſem* & *Ioannem Czyarni Hradecenſem*, Ciues, omnem regionem circa montes impune, nullo ferente auxilium, quamuis *Hungariæ* Rex frequentibus imploraretur Nunciis, igne, cædibus, & ſpoliis populatur: Et quamuis à militaribus *Sleſiæ* rogatus, rura & ædificia ab igne tantummodo, & non à ſpoliis redimenti poteſtatem feceris, & duodecim millia florenorum à redimentibus emunxerit: bona tamen & rura Eccleſiaſtica (vehementius ſpiritualibus, quam ſecularibus, offenſus, & callido ingenio odium inter illos ſerturus, nullo pacto abſolui permittens) igne ſingula delenit. Adeoque metus tam imbecillis manus cunctos peruaſerat, vt *Wratiſlanienſes* obſidionis timore, intra muros trepidarent. Parumque a grandi ſeditione abfuit: vulgo omni, omnem incenſæ & depopulatæ regionis culpam in Epiſcopum *Wratiſlauienſem Rudolphum* & *Ioannem* Præpoſitum & Conſulatum retorquente quod *Mathiæ Hungariæ* Regis, acceptandi, & in ſuam obedientiam tranſeundi, authores fuerunt. Mittit & *Matthias* Rex *Hungariæ* ad *Przemulaum Theſznenſem*, *Vinceslaum Ribnicenſem*, Duces, auri mille florenos, pro conducendo milite: iubens, vt cæteros Duces *Sleſiæ* cogendo in arma, Opauiam, ex qua altera ora *Sleſiæ* vehementius à Præfecto *Irzikonis Ierka*, infeſtabatur, obſidione cingerent. At illi de duobus præfatis Ducibus, quod ipſis quoque aurum non mittebatur, zelo concepto, mandatis Regiis irriſis, contumaces ſe monſtrauerunt. Exercitus interea *Bohemicus*, omni præda, in *Bohemiam* in pecore, cæteraque ſuppellectili relata, maioribus viribus auctus, ſub ductu *Henrici* filii *Georgii Poſdzycbraczki* in *Morauiam* oppidum *Hradiſcze*, quod à gentibus *Hungariæ* Regis, longo tempore obſidebatur, liberaturus aduenit, & in vicina quæque Regni *Hungariæ* circumcirca *Threnczin*, cœpit ſpoliis & incendiis graſſari. Agebat tunc *Matthias Hungariæ* Rex, cum Primoribus *Pannoniæ* apud *Poſonium* Conuentum, expoſtulans ſibi, comulatiori aoro, contra *Bohemos*, ſuccurſum iri. At *Hungari* aſſiduis tributis grauati, tyrannidem quoque eius, quoniam plerisque Caſtra, & ſubſtantias abſtulerat, ſimul quoque & petulantiam peroſi, de expellando eo, variis ſtudiis conſultabant. Igitur dum populatio-

1469.

Sed dum, ut ſuis laborantibus ſuccurreret, ex Hungaria in Bohemiam aduenit, ab Georgio profligatus, cum paucis in Hungariam perfugit:

lationem *Bohemicam Matthias* Rex perſentiens, primum in *Tarnaviam*, deinde in *Hungaricum Brod* accurrit, & exercitu, qui tria millia pugnatorum implebat, contracto, contra *Bohemos* in expugnatione ſuorum, qui *Hradiſcze* per propugnacula obſidebant, occupatos, perſonaliter adueoit, & die Martis vltima menſis Octobris, cum *Henrico Irzikonis* filio, & exercitu ejus coogreſſus, victusque ſuccumbit, ac trepidus, cum tribus tantummodo fugæ comitibus, in *Hungaricum Brod* perfugit, ſed nec illic audens conſiſtere, in *Skaliczam* ſe recepit. *Bohemi* inſignibus tam ſpoliis quam captiuis potiti, inter qoos erant *Johannes* Comes de *Beſnik*, *Georgius* filius *Zdenkonis Conopniczki*, *Dobeslaus Czarnochorski*, oppidum *Hradiſcze* longa obſidione per gentes *Mathiæ Hungariæ* Regis anguſtiatum & fatigatum, aliquibus propognaculis expognatis, ſolvere non poterant, & ab eo tempore animis reſumptis, ſuperiores etiam ſucceſſibus eſſe cæperunt. Deſciuitque magna pars Baronum *Bohemiæ* Catholicorum, à Rege *Hungariæ*, videlicet *Burzyan Swantboſlaus Swamberg*, & ſe *Irzikoni* coniunxit. *Joannes* autem *Rozemberski*, & *Joannes* ac *Vlricus Zayacz*, quooiam publice deſcire fas noo putauerant, induciis vnius anni ſibi duxeruot provideodum.

Voluntates in ſe ſuorum ſimul cum fortuna commutans.

Nuncii Poloniæ Regis fruſtra fatigam & ſumptus bis faciunt, ad communem Conuentum, cum Hungaris conſtitutum proficiſcentes: Hungaris in locum condictum & diem non venientibus,

Nuncii *Caſimiri* Regis & Regni *Poloniæ*, videlicet *Joannes Cracovienſis* Epiſcopus, *Joannes* de *Thaczin* Caſtellanus *Cracovienſis*, *Derslaus* de *Rithwyani Sandomirienſis*, *Stanislaus* de *Oſtrorog Caliſſienſis*, Palatini & *Joannes Dlugoſch* Senior Canonicus *Cracouienſis*, quamuis ad Diætam, inter Regna *Poloniæ* & *Hungariæ*, pro feſto Sanctæ *Mariæ* virginis tenendam, & per Nuncios graves frequenter condictatam, & conuenram, in *Podolyniecz* advenissent, ac ſumptus magnos & fatigas feciſſent: *Hungariæ* tamen Prælatis, & Baronibus ſtodioſe, & ex propoſito venire, moribus & levitatibus Regis ſui offenſis, dedignantibus, *Polonici* Nuncii, bis ſub vnum annum, de agenda Diæta, illuſi, frementes & indignabundi, quod nec illis evacuatio Diætæ intimata fuerit, revertuntur.

Thartari prædam ex Lithuania agunt,

Caſimiro Poloniæ Rege, apud oram *Lithuanicam*, cum *Eliſabeth* Regina conſorte ſua agente, frequens *Tartarorum* exercitus, ex fugitiuis, prædonibus & exulibus, quos ſua lingua *Kozakos* appellant, collectus, ſub ductu *Manyak* Cæſaris, vltra *Volhin*, terras Regni *Poloniæ* trifariam partitus irrupit. Et vna quidem pars, Diſtrictus *Wlodomirienſis*, *Krzemeneczenſis*, *Kuzminenſis*, *Czudnovienſis* & *Zithomirienſis* graui captura hominum, ad decem millia æſtimata, expleta, in propria, nihil læſionis paſſi, cum captiuis divertunt. *Lithuanos*, qui ad congrediendum cum eis expediti fuerant, deſeſſionem non facientibus, ſuæ paucitatis, & illorum multitudinis reſpecto, & agreſtibus, cæteriſque mortalibus, fugam & di-A uerticula non facientibus, in paludinoſa, ſaltuoſa, & abdita loca, ob diuturnam pacem, & frequentem *Tartarorum*, perpetus illis factam denuociationem, ad irritum recidentem. Altera verò pars, cum verſus *Trabowlya* curſum direxiſſet, cognito *Polonorum* exercitu, in propinquo ſtativa agere, raptis tantummodo quadraginta hominibus, feſtinato curſu, ne ſequeretur abiit. *Caſimirus* enim *Poloniæ* Rex de *Tartarorum* prælatorum irruptione, à Cæſare *Tartarico Cziswolhano*, *Megligeren*, filio *Eczigeri*, amico & confœderato ſuo, tempeſtiue veloci Nuncio auiſatus, omnes ſuos, tam de *Poloniæ* Regno, quam de *Lituaniæ* Ducatu, tempeſtiua miſſione in arma B coegerat. Quapropter ſingulæ terræ *Russiæ*, Regni *Poloniæ*, ſub Ductu *Raphaëlis Iaroslawski Leopolienſis*, & *Pauli Iaſzienski*, *Belzenſis*, *Chelmenſiſque* Capitaneorum, exercitu congeſto, ad *Trabowlia* congregatæ, aduentum *Tartarorum*, decernere cum illis paratæ, obſeruabant. Reſidua autem *Tartarorum* pars in *Valachiam* diuertens, bis à *Valachis*, locorum iniquitate adiutis, profligata eſt. Tertia tamen congreſſione victrix mancipia mortalium plura cepit. Filium vero, Cæſaris ſui, *Manyak* viuum à *Valachis* captum, amiſit: quem proceſſu dierum *Manyak*, minis recuperare poſſe ratus. Centum Legatis ad *Stephanum* Vojeuodam *Moldaviæ* miſſis, ſuperbè illi denunciat, ni filium C ſuum libertati reddat, aut quicquam in eum gravius conſulat, graoi vltiooe illum moltaturum. Sed *Stephanus* Vojeuoda, iogentis ſpiritus vir, ea legatione irritatus, quæ forſitan alium terruiſſet, exprobrata fraode *Manyak*, quod indiſſidato bellum ei intuliſſet, filium ſuum, ſub Legatorum conſpectu, in quatuor portiones diſmembravit, omoes verò Legatos vno duntaxat excepto, cui naſo abſciſſo, & ad *Manyak* remiſſo, vt factom illi, nunciaret, in palis ſuffixit, ſuorum ſic vltus eſt manes.

in Poloniam, propter exercitum paratum, deſcendere non auſi.

Valachiam etiam populantur: filio Cæſaris ſui amiſſo.

Quem, à patre minaciter repetitum.

Stephanus Vojeuoda in quatuor partes iubet diuidi: Legatis, vno tantum excepto, qui nuncianda rei ſuperefſet, palo infixis

Legati Regii, *Iacobus Wladislavienſis*, & *Ioannes Kyelbaſzka Culmenſis*, Epiſcopi, ac *Petrus Dunin* Succamerarius *Sandomirienſis*, in *Pomeraniam* primum, deinde in *Pruſſiam* ingreſſi, apud *Gdansk*, & poſtea apud *Elbin*-D *gam*, conventus agunt. *Stiborio* de *Bayſſen* Palatino *Elbingenſi*, ne ſe amplius pro Gubernatore *Pruſſiæ* gerat, interdicunt, villas quas in *Zolava* obtinebat, ſibi adimunt, & caſtro *Marienburg* reuniunt villas. Diſtrictuum, *Gdanenſis*, *Thſczovienſis*, & *Puczkovienſis* eis ſuadentibus per *Gdanenſes*, quibus à Rege *Poloniæ Caſimiro* in certis ſummis obligatæ fuerant ultro redditas, partim in militares *Pomeraniæ* & *Pruſſiæ*, qui fidem non mutauerant

Legati Caſimiri Poloniæ Regis

1469.

LacumDruzno Elbingenſibus auferunt, & tributum indicunt, ac pleraque alia conſiciunt negotia.

diſtribuunt, partim in Regium fiſcum reſervant. *Elbingenſibus* lacum *Druzno* auferunt, multiplicitate piſcium fœcundum, & caſtro *Marienburgenſi* annectont. Eisdemque *Elbingenſibus* tributum, ſingulis annis pro *Polonia* Rege,& Regno pendendum, duo millia Hungaricalium aoreorum,ultro ab eis acceptatum conſtltuunt, jura querentibus redduot, privatos Conventus ſingulis diſtrictibus interdicunt. Rogati claodeſtiois precibus, ab *Henrico Plawyenski*, locum tenente Magiſtri, & a Marſczalco, ut *Caſimirus* Rex ordini de proprietate caſtri *Marienborg*, & terrarum *Pomerania*, *Chelmenſis*, & *Elbingenſis* tributo annuo, per Ordinem dependendo, impoſito, excederet, *Rem tam grandem non conuenire*, reſpondent, *ſuo, ſed ſolius Regis arbitrio.*

Admoniti quoque tunc, ne paterentur diutius vacare Magiſterium, die Veneris vigeſima menſis Octobris, apud *Kinsberg* Capitulo generali celebrato, ſub præſentia Commendatorum a Magiſtro Almaniæ * * * miſſorum, *Henricum* de *Plawen* Magiſtri in *Pruſſia* locum tenentem in Magiſterium, ſemis ſupra biennium vacans, concorditer eligunt.

Henricus de Plaben Magiſter creatur Pruſſia.

Vigeſima prima die menſis Octobris appetente. *Caſimirus* Rex *Polonia* ex *Lithuanica* regione tempeſtive reuertens, Regina *Elſabet* Coonſorte ſua cum impedimeotis apud *Radom* relicta, die Lunæ vigeſima ſecunda Octobris, *Pyotrcouiam* iogreſſus eſt: generalem Diætam Regni acturus. Ad quam cum *Ioannes Gneſnenſis*, *Ioannes Cracouienſis*, *Iacobus Wladislauienſis*, *Andreas Poſnanienſis*, *Vincentius Culmenſis*, *Paulus Chelmenſis*, Pontifices, *Conradus Maſſouia* Dux, cæterique Palatini, & Magiſtratus Regni *Polonia*, in frequenti numero conueniſſent, *Ioannem* tamen de *Thaczin* Caſtellaoum, & *Ioannem* de *Picza* Palatinum *Cracovienſes*, adverſa valetudo diſtiouit, pluribus diebus non niſi in reddenda juſtitia querulantibus, vacatum eſt. Relatio quoque *Iacobi* de *Dabno*, Cancellarii Regni *Polonia* & Capitaoei *Cracouienſis*, & *Pauli* de *Vaſchoſche* Decani Cracouienſis, ab vrbe reuerſorum, de rebus à ſe *Roma* geſtis audiebatur: Qui cum Oratoribus, *Matthia Hungaria* Regis, & *Zdenkone Konopniczki*, cæterorumque *Bobemia* Baronum, qui *Matthia* partes ſequebantur, *Roma* offenſis, ac confirmatiooem Regni *Bohemia*, & miſſionem Coronæ depoſcentibus, frequenti iurgio, in ſummi Pontificis, & Cardioalium audientia, ſuper Regni *Bohemia* iure habito, contendentes, tumidas illorum rationes ſe refellere fratre *Gabriele* de *Verona*, Ordinis Minorum, enixius partes Regis *Hungaria* adiuuante referebant. Petiiſſe inſuper Regis *Polonia* Oratores pacis *Pruthenica* confirmationem, & de eccleſia *Varmienſi*, pro perſona *Vincentii Kielbaſza Culmenſis* Epiſcopi,

Legationis apudSummum Pontificem nomine Regis & Regni Polonia habita in negocio Bohemico & Pruthenico relatio in Conuentione Piotrcouienſi fit, per nuncios Roma reuerſos.

proviſionem, & accuſationem de Rege *Polonia*, qoaſi favendo hæreticis, neque cenſuras contra illos, neque prædicationem Crucis admitteret purgaſſe. Ancipiti vero reſponſo *Paulum* Papam vtrosqua expedientem, reſpondiſſe, *ſe ad inſpiciendum iura & merita vtriusque, Epiſcopum aliquem pro Legato miſſurum. Et Caſimirus Polonia Rex inſtructionibus, & ordinationibus ſuis legitimis auſcultauerit, pollicitum eſſe Papam ſingulis petitionibus Regiis condeſcenſurum.* Sic oratores Regii, qui vulgaverant ſe omnia pro voto expediviſſe,non oiſi ſpem,& eam ipſam ambiguam pro re oſtendebant.

Secuoda poſt hæc menſis Octobris, die Iovis, *Pyotrcouiam*, Regni *Bohemici* Nuncii, ingrediuntur, in Comitiva ducentorum equorum, videlicet *Vilhelmus* de *Riſchemberg*, & de *Rabye*, Camerarius Regni *Bohemia*, *Ioannes* de *Thowaczow*, & de Boleslaw, *Albertus* de *Kotowroth*, & de Berdwſchic, *Stawutha* de *Chelm* & de *Rozemberg*, *Benedictus* de *Vaythmieli*, Burgrabius Caſtri *Kortbin*, frater *Paulus* præpoſitus *Zderadenſis*, & *Henricus* de *Smirczic*, item Nuncii, *veteris* & *noua Praga*, videlicet *Nicolaus* de *Schulycuicz*, & *Vintenberg*, *Martinus* Borzek de *Hradek*, *Czenko* de Barchow, *Boguſzius* de *Drahobudzicz*, item Nuncii *Zatbecz* & *Pontenſis* Civitatum. Hi cum in ſecreto conſilio, die Iouis, quinta menſis Octobris, auditi fuiſſent, prioribus articulis, qnos in *Radom* attulerant, eonnciatis, id etiam ſingularius addiderunt, *vt Georgius Posdzyebraczki, plenum titulum ac Dominium Regni* Bohemia, *vsque in diem obitus obtineat. Filius vero Polonia Regis Wladulaus, non niſi eo mortuo ſuccedat, & pro quolibet ingruenti neceſſitate, ſuis copiis Irzikonem iuuet. In eam ſe fidem dare paratos eſſe & accipere.* Cum autem conditiones per eos propoſitæ, parum æquæ, parumque tolerabiles viderentur, reſpooſum his per *Polonia* Regem eſt, *omnia ſe ex arbitrio Summi Pontificis, & nihil eius iniuſſu, in acceptatione Regni* Bohemia *acturum. Proinde* adiecit *ſe velle opperiri eius Legatum, & poſthac rebus Regni* Bohemia *reſponſurum, & prouiſurum negociis.* Donatos autem ſingulos veſtibus Sabelliois & mardurinis, phialis,& equis,& per omne tempus,quo *Pyotrcouia* ſtabant, omnibus abunde procuratos neceſſariis, licet Eccleſiaſtico, propter eorum præſentiam ſervato interdicto, mœſtos quidem & moleſtos (lætius enim ſe rebantur reſponſum accepturos) remiſit. Qui etſi deſtinaſſent rectiori via in *Bohemiam* reverti, viſuri tamen filios *Caſimiri Polonia* Regis *Cracouiam* diuertunt. Ibi quoque ſub eorum præſentia, tento per dies aliquot interdicto, allocuti filios Regios, & primogeniti *Wladulai* prudenti reſponſione, & animoſa ædificati ſuperatis inſidiis, quas illis *Matthias Hungaria* Rex ioſtruxe-

Legati Bohemorum.

Regnum Bohemia filio Caſimiri Regis Wladulao ita offerunt, vt non prius Irzikoni, niſi eo mortuo ſuccedat. Interim vero Irzikonem ſuis auxiliis in omni neceſſitate iuuet.

1469.

1469.

ſtruxerat, in *Bohemiam* revertuntur. Novi Nuncii in *Bohemiam*, videlicet *Stanislaus Vatrobka Sandecenſis*, *Nicolaus Skop Oſzwyaczimenſis*, Caſtellani, ad Imperatorem *Romanorum Fredericum*, *Stanislaus Viſzezki* ad *Pannoniorum* Proceres, *Ioannes Vatrobka* Canonicus *Cracouienſis* in *Valachiam*, *Ioannes* de *Ritwyani* Regni *Poloniæ* Mariſzalcus ad *Tartarorum* Cæſarem *Zbobrowski* leguntur.

Fridericus Marchio Brandeburgenſis, & Henricus Stolpenſis Dux miſſis Nunciis rem omnem Caſimiro decidendi, occaſione feudi per Marchionem à Duce requiſiti, committunt.

Aduenerant etiam ad præfatam Diætam *Pyotrcouienſem*, *Frederici* Marchionis *Brandeburgenſis* Nuncii, ab vna, videlicet *Fredericus* Epiſcopus *Lubecenſis*, *Nicolaus Pful* miles, *Laurentius* de *Schaumberg*, *Ioannes* Magiſter Curiæ, *Sigiſmundus* de *Rothemburg* Advocatus in *Kotus*, *Albertus Kliczink* Canonicus *Maydeburgenſis*, & *Henrici Stolpenſis* Ducis ab altera, partibus, vnicus Nuncius, ſed callidus & vafer, *Dionyſius* de *Oſthen* miles: Statuti ſuper omnibus differentiis, inter eos per bellum & arma dudum, occaſione feudi, quod *Fredericus* Marchio *Brandeburgenſis* ab *Henrico* Duce *Stolpenſi* requirebat, exortis, *Caſimiri* Regis *Poloniæ* iuridico decreto, aut amicabili arbitrio. CumqueOratores *Friderici* Marchionis, plures ſcripturas & priuilegia *Romanorum* Imperatorum & Regum, quibus feudum huiusmodi ſtabiliebatur produxiſſent, & *Dionyſius* miles conſtanter illa refelleret: aſſerens *feudum terrarum Stolpenſium, nulli Principum, ſed ſoli tantummodo Regi in Regno Poloniæ, à quo terra Stolpenſes primarie manarunt, conuenire*: res, ob illius nodoſitatem, & ancipites probationes, in tempus diuturnius producta eſt: Vt interim *Cracouienſis* Vniuerſitatis Doctores, viſis vtriusque partis iuribus, iuſtum decretum Regem docerent ædere. Procati ſunt & tunc Nuncii *Brandeburgenſes*, filiam minorem, filio *Alberti Brandeburgenſis*, ſecundi matrimonii, decenni & impuberi. Quibus etſi ſpes bona de hac re facta fuerit: concluſio tamen in alium diem dilata. Procurauit & hos omnes Nuncios *Caſimirus Poloniæ* Rex ſingulis victualium copiis, & veſtibus nobilibus donatos remiſit. Iungens illis *Stiborium Chelmski* de *Ponyecz* Iudicem *Poſnanienſem*, qui Principes diſſidentes, aut per viam fori componeret, aut bellum eorum ſufferentia ſuſpenderet.

Fridericus inſuper affinitatem cum Caſimiro nequicquam experit, Rege vtrumque negocium in aliud tempus differente.

Henricus de Plawen Magiſter Pruſſiæ.

In fine autem huiusmodi Diætæ *Pyotrcouienſis*. *Henricus* de *Plawen Pruſſia* Magiſter nouus generalis, cum duobus ſui Ordinis fratribus, videlicet *Gieb* Commendatore de *Brandeburg*, & *Martino Gyebſadel Comno Pyotrcouiam* aduenit, comiter à *Caſimiro* Rege habitus. Et fœderi perpetuæ ſatisfaciens, iusiurandum corporale, de fidelitate & ſubiectione *Poloniæ* Regibus præſtanda, in manibus *Ioannis* Epiſcopi *Cracouienſis*, ſub frequentia Conſiliariorum, prima die menſis Decembris præſtitit: ad locum primum ſiniſtræ manus Regis, ad omnia arcana Regni admiſſus. Prudenti modeſtia & inſtinctu, ſingula Regni negocia, ad conſulrandum propoſita diſſeruit. Et notabilibus muneribus a Caſimiro Rege donatus, in propria rediit. *Caſimirus* autem Rex ſex hebdomatis in Diæta *Pyotrcouienſi* exactis, ſecunda die Decembris inde egreſſus, & in *Radom* perveniens in *Lithuaniam* cum *Eliſabeth* Regina conſorte ſua tranſiit.

Sacramentum fidelitatis Caſimiro Poloniæ Regi preſtat.

1469.

Magiſter Pruſſiæ Henricus Plawenski

Die Solis, vltima menſis Decembris, *Henricus* de *Plawen* Magiſter generalis *Pruſſiæ*, dum ex Diæta *Pyotrcouienſi* reuerſus, apud *Morag* ageret, inter prandendum ſubito apoplexia percuſſus, à tabula in terram prolapſus eſt. Et loquendi organis concluſis, die Martis ſecunda menſis Januarii moritur, & in *Kinsberg* tedoctus, illic die Veneris, quinta Ianuarii ſepelitur. Poſt cuius mortem *Henricus* de *Richtenburg* magnus Commendator, ad tenendum locum Magiſtri, donec iuſtus eligeretur Magiſter, ſuffectus eſt. Mortem autem *Pruſſiæ* Magiſtri *Henrici*, etiam mors *Bernardi* de *Schumborg*, poſt dies quinque ſecuta eſt: veneno muliebri, vt plerique putauerant, procurata. Qui in *Chelm* ſub tam magna obiit egeſtate, vt funeri ſuo nulla iuſta ſoluta ſint, & vt vulgo aiunt, mortuo rogus, & lectus funereus defuit.

& Bernardus Schumberski moriuntur.

Sub anni huius extremum tempus, cum hyems validior nivibus concreta, paludes, ſtagna rigore magno glaciaſſet, *Turcorum* ingens exercitus, terras *Hungarorum*, & *Slauonum* inuadens, vsque ad *Cilia* regionem, *Croatis* tranſitum eorum non impedientibus, nec *Hungariæ* Rege *Mathia*, depopulatus eſt. Sed nec Imperator *Romanorum Fredericus*, cuius regiones magna ex parte vaſtabat, aliquam opponebat reſiſtentiam. Ex quo factum eſt, vt prope viginti millia animarum de Chriſtianis barbaries aut trucidauit, aut in miſerabilem ſeruiturem ſecum traduxit, & incurſiones poſtea aliquot in easdem terras innouauit: nullo mortalium reſiſtentiam opponente.

Hungariam & Auſtriam Turca impunè vaſtant: nemine illis reſiſtente.

1470.

Caſimirus Rex Poloniæ Poloczko, Vitepsko & Smolensko inuiſit,

Natalicii Domini diebus, *Caſimirus Poloniæ* Rex apud *Grodno* exactis, in *Throki* & *Vilnam* tranſiit, vbi parumper moratus, ad viſendum ſuos Principatus *Poloczko*, *Vithebſko*, & *Smolyensko*, quos iam annis prope ſedecim non viderat, vna cum *Eliſabeth* Regina, Conſorte ſua, tranſiit: vniuerſis fere Proceribus & maioribus Lithuaniæ illum comitantibus, in numero frequenti. Quibus peragratis, & *Lithuanicarum* rerum compoſito ſtatu in *Lublin* pro Dominica Iudica, deinde feria ſexta ante Dominicam Palmarum, quæ tunc fuit tredecima menſis Aprilis, *Sandomiriam* aduenit, ibique Paſcha Domini celebrauit. Ex *Sandomiria* in *nouam ciuitatem Korczin* tranſiit, illic ad eum Nuncius & Orator Apoſtolicus *Alexander* Electus & Confirmatus *Forlinienſis*, vir non tam ætate, quam prudentia & modeſtia inſignis, venit. Id inprimis expoſcens, vt *Caſimirus Rex Poloniæ in Georgium Posdziebraczki, hereticum, & eccleſiæ Romanæ rebellem conſurgeret, & tam illum quam Complices ſuos,* dele-

tandem Korczinum tranſit. Vbi contra Georgium Posdzyebraczki hæreticum per Legatum Summi Pon-

1470.

tiſicis inſtigatur, & vt affinitatem cum Matthia Hungariæ Rege contrahat, hortatur.

deleret de terra. Item, *vt cum Matthia Hungariæ Rege fœdus & affinitatem per filiam iungeret.* Nam etſi Pontifex maximus Papa *Paulus* ſecundus, filiis *Poloniæ* Regis, de *Bohemiæ* Regno faueret plus, quam cuiquam alteri: fas tamen ſibi ademptum dixit, vt *Hungariæ* Regem, optime de ſe & Eccleſia *Romana* meritum, qui toties *Bohemiam* cladibus contundiſſet, ſimpliciter à iure Regni *Bohemiæ* reſcinderet. Subintulit & Papam eius fervoris ad *Caſimirum Poloniæ* Regem fore, vt ſi res exigeret, deſcendere ad hæreticum *Irzikonem*, pro bene gerendis rebus *Poloniæ* Regis, in mandatis a Summo Pontifice accepiſſet. Cum omni autem benignitate & gratia Orator ipſe Apoſtolicus *Alexander*, a Rege *Poloniæ Caſimiro*, & filiis ſuis, habitus eſt. Qui illum in primo *Cracoviam* adventu, geminata quilibet exceperunt oratione, ita ornata & diſerta, ut eorum dociie ingenium miratus, fletibus ora rigauerit: conteſtans *ſe* B *nunquam, tam benigne eruditos, & tam ingenuè conſtitutos pueros vidiſſe.*

Venit etiam in *nouam ciuitatem Korczin*, ad *Caſimirum Poloniæ* Regem imperialis Nuncius *Raphaël Lieſczinski*, genere *Polonus* miles, de ſtirpe familiaque *Wyenyawa*, in pulchra Comitiua, annis pluribus in obſequiis Cæſareis, & familiaritate commoratus, & ob fidei atque virtutis ſpecimen Cæſari inter paucos charus, magnis periculis ægrè evitatis, quæ ſibi *Hungariæ* Rex *Matthias*, in omnibus fere paſſibus & locis, tetenderat, & ob quæ nemo ex *Auſtralibus* Baronibus, legationem ipſam aſſumere volebat. Diſſereos in ſumma, quod *Fredericus Romanorum* Imperator, licet ſe amiciſſimum *Matthiæ Hungariæ* Regi annis ſuperioribus C geſſiſſet, & res ſuas pro adipiſcendo *Bohemico* Regno parum ducens, Nunciis & literis apud Sedem Apoſtolicam promouere perſonali etiam tranſitu in urbe, ſubinferendo in *Caſimirum Poloniæ* Regem, & filios eius, quaſdam obtrectationes, & dedecora adiuuiſſet: Conventu tamen perſonali pro die Purificationis Sanctæ *Mariæ* virginis in *Vienna* facto, in quo amicitia ipſa, per filiam Imperatoris *Cunegundim*, in vxorem *Hungariæ* Regi dudum debebat ſtabiliri, & in quo *Hungariæ* Regi ceſſionem iuris Regni *Hungariæ*, & tituli, reſtitutionem octoginta millium florenorum, quibus coronam materialem *Hungariæ* Regni ab eo redimerat, item reſtitutionem nonnullorum Regni *Hungariæ* caſtrorum, in quibus Cæſar Septuaginta millia D florenorum Inſcripta habebat, item reſtitutionem Caſtrorum, quæ Cæſar ab hoſte ſibi infeſto *Bamkircher* oppugnatione abſtulerat, & vt Imperator pro damnis eidem *Bamkircher* quadraginta millia aureorum ſupperadderet, petebat, adeo vtriusque animi irritati & offenſi ſunt, vt *Matthias Hungariæ* Rex, inſalutato Cæſare, ex *Vienna* tumultuariè mane per *Danubium* vectus diſceſſit. dedignatus etiam paululum aduentum opperiri Cæſaris, qui illum eques cum ſuis, humanitatem oſtenſurus, abeuntem fugabat: irritatus etiam priuato dudecore, quod eum in ſingulari haſtiludio A *Raphael Lyeſczinski* miles Cæſareus præfatus, in publico ſpectaculo haſtis ludendo, in fronte vulnerauerat. Is *Raphaël* nomine Cæſareo verba faciens, commemorata legatione *Stanislai Visliczki*, aſtruebat *Cæſarem, quanquam a multis Regibus, & Principibus Catholicis, in fœdus, amicitiam & affinitatem, peteretur, fœdus tamen, affinitatem & amicitiam Caſimiri Poloniæ Regis, omnium Regum & Principum affinitatibus, & fœderibus, ex multis reſpectibus prætuliſſe.* Proinde inſtabat, *vt Poloniæ Rex Caſimirus mitteret Conſiliarios ad Cæſarem, pleno mandato ſuffultos, fœdus & amicitiam noua liga confirmaturos.* Subiecit & idem Orator, *quatenus Rex Poloniæ caueret ſibi a Rege Hungariæ Matthia, & periculo ſuo Cæſareo attento, nunquam* B *in fœdus & fidem ſecum veniret: dolis, aſtutiis, ingeniis, ſi ſecus ageret, illaqueandus.* Auditus eſt Cæſareus is Nuncius benignè, & liberalibus donis onuſtus remiſſus. Remiſſi ſunt & cum eo duo Palatini, *Derslaus* de *Rythwiani Sandomirienſis*, & *Stanislaus* de *Oſtrorog Caliſſienſis*. His mandatum, vt ſub æquis conditionibus, fœdus cum *Frederico* Imperatore *Romanorum*, affinitatemq; activè & paſsivè iungant, dando videlicet filiam *Poloniæ* Regis Imperatori, ſi expetierit, aut *Maximiliano* ſuo vnico filio, & recipiendo filiam ſuam *Cunegundim Wlatislao* filio *Poloniæ* Regis primogenito, vt quoq; Cæſar pro conſequendis Regnis *Hungariæ* & *Bohemiæ* filios *Caſimiri* Regis fideliter adiuuet, & de omni iure dictorum Regnorum excedat.

Raphaelis Lieſczinski Frederici Imperatoris Romanorum Legati

perſuaſione.

Nunciòs cauſa fœderis & affinitatis contrahendæ mittit.

C Ad *Georgium* inſuper *Poſdzyebraczki*, à *Caſimiro* Rege *Poloniæ* duo alii Nuncii, videlicet *Iacobus Dabyeuski*, Regni *Poloniæ* Cancellarius, & *Stanislaus Schidlowieczki*, Caſtellanus *Zarnouienſis*, in *Bohemiam* miſſi, perſuaſuri illi, vt primogenito Regio *Wladislao* de Regno *Bohemiæ* excedat, & eum ſe viuente coronari permittat. His etiam mandatum eſt, vt eos Barones catholicos, qui partes *Matthiæ Hungariæ* Regis ſequuntur, adeant, & perſuadeant reconciliationem, poſtquam res armis, iam longo tempore geſta, parum proſpere ceſſerat. Sed & *Georgius* ea tempeſtate ſuperior armis videbatur. Comparato enim vno exercitu, qui octo millia pedirum habebat, & duo millia equitum, & cuius Ductor erat *Grabanya Bohemus*, curribusq; D incloſo, mittit illum contra *Matthiam Hungariæ* Regem, in *Morauiam*. Sed cum is propter paucitatem ſui exercitus (plures enim mercenarii milites ab eo, ob tyrannidem deſciverant) decernere non auderet, exercitus ipſe ad *Irzikonis* ſtatiua reuerſus, ſoluere longam obſidionem, oppidi *Hradiſcze* aggreſſus, tribus propugnaculis expugnatis, oppidanis fame laborantibus, victualium copiis illata in *Hungariam* verſus *Tarnouiam* procedere diſponebat. Sed Rege *Hungariæ Matthia* cum ſuo exercitu, ex mer-

Legati Caſimiri ad Irzikonem mittuntur, Coronationem, illo viuente, Wladislao Poloniæ Regis filio obtenturi, & reconciliationem Irzikoni cum Matthia Hungariæ Rege, qui armis ſuperior videbatur eſſe, perſuaſuri.

1470.

mercenariis militibus collecto, quem aliquorum Ducum & Ciuitatum *Sleſiæ*, & *Luſatiæ* gentes auxerant ſuperuenientes, vnus alterum clade obruere ex opportunitate occaſionis aut loci iniquitate nitebatur: Vtrumque tamen ab alreto fortuna ſeruauit incolumem, quoniam nec *Hungariæ Rex Mathias* inuadere *Irzikonem*, propter falcatos currus, nec *Irzik* ſequi *Hungariæ* Regem in loca ardua & iniqua poterat.

Georgius Posdziebraczki Matthiam Hungariæ Regem, nec ad Duellum, nec ad vniuerſalem dimicationem elicere poteſt:

Obtulit tandem per Nuncios & literas *Georgius Posdzyebraczki Matthiæ Hungariæ* Regi, conditionem geminatam pugnæ, *quatenus aut ſecum, vtroque exercitu inſpectante, pugna priuata contenderet, aut diem locumque pugnæ, quemcunque vellet, aſſumeret.* Qua vtrumque detrectante, *Georgius* ad vaſtandum *Sleſiam* iturum ſe diſponebat. Quem *Hungariæ* Rex *Matthias* diſtenturus ſolo equitatu contentus, in *Bohemiam* concito gradu procedens, plurimas villas, circa montes *Kuthnos*, & in circuitu flammis deleuit. Sed dum & a fronte nouo exercitu, per *Ioannem Irzikonis* conſortem comparato, & à tergo per *Irzikonem* & eius exercitum, qui illum alias quidem, verum compendioſiori itinere inſequebatur, omnifariam conflicturus, vrgeretur, ſyluæ inſuper ad regrediendum, ſtipitibus ſuccisis, à *Bohemis* magno ſtudio clauderentur. *Matthias Hungariæ* Rex & ſibi & ſuis metuens, tumultuario itinere & concito gradu ex *Bohemia* ſe euoluens, plures de ſuis, qui agmen feſſis equis ſequi non poterant, hoſti trucidandos reliquit, ad ſuoſque reuerſus, exercitum & campum ſoluens, milites in præſidia locorum remiſit, nec eo anno, ærarii obſtante defectu, exercitum comparare potuit.

ſoluere tamen illum exercitum & campum auxilio Ioannæ vxoris ſuæ adiutus compulit.

Wratislauienſis inſuper Ciuitas, cæteræque *Sleſiæ* & *Luſatiæ* Ciuitates, diuturno exhauſtæ bello, nec habentes, vnde deinceps donatiuum militibus ſoluerent, ſtipendiarios à ſe remittunt. Quod *Georgius Posdzyebraczki* perpendens quatuor millia equitum & peditum, quorum erat Ductor *Vibrzek Vanyek*, in *Sleſiam* immiſit. Qui oppida *Lyeſznicza*, in Ducatu *Oppolienſi*, & fortalicio *Liubyeſchowi* incaſtellatis, trans amnem etiam *Odra* alio Caſtello e regione *Liubieſchowi* erecto, ponte amnem iunxerunt, omnem *Sleſiam*, nemine defenſionem opponente, aut grauibus tributis depactabant, aut flammis vrebant. Fumabant villæ, fumabant oppida mœniis non munita. Sed & ſuburbana munitorum igne torrebantur. Dum autem pro repellendo tanto malo, neque conſilium neque ſpes ſubeſſet, miſſi ad *Hungariæ* Regem *Matthiam* Ducum & Ciuitatum *Sleſiæ* Nuncii, quorum *Ioannes Lauthſteer*, Canonicus *Wratislauienſis* erat Princeps. Qui grandi malo, quo *Sleſia* & *Luſatia* à *Irzikone Pozdzyebraczki* attereretur, oſtenſo, defenſionem, aut licentiam pactandi cum *Irzikone Pozdzyebraczki* de pace aut ſufferentia depoſcerent. Et neutro obtento, extremam & imminentem internitionem ſuam, quin ſibi vtcunque prouiderent, laturos non eſſe nunciarent.

Sleſiam ob exhauſtum ærarium ſtipendiariis vacuam, Georgius Posdzyebraczki vaſtat, nemine opponente reſiſtentiam,

ſed nec Hungariæ Rege ferente imploratum auxilium.

1469.

Caſimirus Rex Stephanum Voieuodam Moldaua fidelitatis ſacramentum præſtiturum fruſtra Leopoli expectat.

Undecim hebdomadis *Caſimirus Poloniæ* Rex apud *nouam Ciuitatem* abſumptis, die Veneris tredecima menſis Iulii exinde egreſſus per *Tharnow*, *Pilzno*, *Robczicze*, *Przemisl*, in *Ruſſiam* proceſſit. Et *Leopolim* perueniens, nouem hebdomadis, prope tria millia militum ſecum habens, illic in cariſtia omnium victualium demoratus: *Stephanum* Voieuodam *Valachiæ*, qui ſe illi pro feſto Aſſumptionis ſanctæ *Mariæ* virginis in *Camyenyecz* Ciuitate Regia pactus fuerat præſtare homagium, fruſtra opperiebatur: Bello etiam finitimo cum *Radulone* Voieuoda *Beſſarabiæ* occupatus, licet pluribus Nunciis Regiis, inter quos & *Ioannes* Palatinus *Podoliæ* ad illum fatigabatur, requiſitus, venire diſtulit: aſſerens *periculum ubi & ſuæ terræ notorium, ſi abſcederet, bello atroci per pacem vel inducias non compoſito imminere.* Rex *Caſimirus*, etſi illum veriſimilia loqui videbat, à calliditate tamen ingenii excuſationem prodire, & nulli illum partium, *Hungaro* videlicet, *Turco*, & ſibi fidum ratus, omnifarie homagium ab illo exigere feſtinabat: denuncians *illum ſi aliter ageret, non pro feudali, ſed pro hoſte habiturum.* Ille prioribus Nunciis, *Stanczulone* videlicet & *Iuſzko Puſthelnik*, qui ad *nouam Ciuitatem* venerant, miſſis, ſummiſſa oratione placabat *Poloniæ* Regem & Conſiliarios, ſuæ vafriciei quam maxime infenſos. Mittitque per illos nouam inſcriptionem ſuo & ſuorum Baronum ſigillis munitam. In qua, iureiurando aſtringit ſe, pro prima die menſis Maii, anni ſequentis homagium Regi *Caſimiro*, abſque cuiuslibet difficultatis interpoſitione, præſtiturum: petens vt Rex bellum inter illū, & *Beſſarabum Radul*, pace vel induciis extinguat. Rex autem *Caſimirus* ad cætera publica negocia Regni expedienda feſtinans, ea conditione pollicitationem ſuam noua inſcriptione reformandam ſuſcipit, & pro arbitrio Regio, quandocunque homagium præſtet, ſex menſibus ante auiſandus. Sed & Nuncios, qui pacem inter eum & *Beſſarabum* conficiant, veritus, ne *Beſſarabus Turci* auxilio implorato ſuperior contra illum euaderet, mittit.

Leopoli Caſimirus Rex egreſſus Korczinum deinde Piotrcouiam venit,

Sabbato in die ſancti *Mauritii Caſimirus Poloniæ* Rex *Leopoli* diſcedens, per *Besz*, *Lublin*, & *Sandomiriam*, *Eliſabeth* Regina conſorte ſua ex *Lublin* in *Radom* remiſſa in *nouam ciuitatem Korczin*, die Solis, quarta decima menſis Octobris venit. Ubi cum Baronibus & Militibus terrarum *Cracouienſium* celebrato Conuentu, animos eorum ad ferendum pecuniale ſuffragium, pro exoluendis ſtipendiariis, oratione ſua inclinauit. Exinde in generalem Diætam *Piotrcouienſem* pro feſto ſanctorum *Simonis* & *Iudæ* Apoſtolorum tenendam aduenit. Et primum de inſtituto principali ſubſidio, videlicet pecuniali, pro ſoluendis ſtipendiariis, ferendo, rogationem apud Conſiliarios milites egit. Magnæ in rem hanc continuo ingeſtæ ſunt difficultates, quod & *Caſimirus* Rex,

plusquam

1470. *Diruunt, & multos cædunt ac abducunt captivos.*

Conſtantinopolim duxit: ritui ſuo ſpurciſſimo illos adiuncturus. Ciuitatem vero nobilem *Nigropontum*, & opulentam, ſolo dirutam æquauit. Quæ clades, non ſecus quam *Bizantina*, fatalis Catholicis viſa eſt: nauigationem Catholicorum in periculum vertens, & pluribus Ciuitatibus, atque Regnis, & præſertim *Italico*, diſcrimen portendens. Quod Pontifex maximus *Paulus* ſecundus auerſurus, Catholicos Reges & Principes, ad inferendum *Turco* bellum, Nuneiis & literis incitabat, Auri, & argenti, gemmarum, cæteraromque manerierum quantitas maxima & ſtupenda illic reperta: non repreſſura ſolum *Turcum* ab obſidione *Nigropontis*, ſi in militem fuiſſet erogata, ſed etiam ex *Europa* eiectura.

Tranſylvaniam primum deinde Pannoniam Turcus vaſtat, & multos captivos abducit.

Vndecima die menſis octobris *Turcorum* Exercitus, in ſatis debili & paruo numero congregatus, per Alpes & nemora furtiuis itineribus *Hungaria* Regoum, & partem eam, quæ *Tranſylvanienſis* appellatur, omnibus præ nimio terrore, & ſubito ingreſſu diffugientibus, oec vllam reſiſteotiam opponentibus, ingreſſus, vsque ad *Zagrabiam*, & *Carvatiam* libere graſſatus, patratis multis ſpoliis, & cædibus, decem millia captivorum vtriusque ſexus, in miſerabilem captivitatem deduxit. Quo malo ineſcarus, vice iterum geminata, circa feſtum Nativitatis Chriſti, *Pannonicam* oram, oullo opem miſeris ferente, quamuis *Pannonicus* Rex *Matthias*, ſub diebus ipſis, quibus hæc gerebantur, præſens fuerit, vaſtavit.

nullo opponente reſiſtentiam.

Matthias Hungariæ Rex ad bellum Turcicum per Summum Pontificem & Venetos exhortatus.

Matthia Hungaria Rege, apud *Budam* agente, & Summi Pontificis *Pauli* ſecundi, & Ducis, atque Domioii *Venetorum*, illum adiere Nuocii: Qui clade ad *Nigropontum* à *Turcis* illata, expoſita, rogabant illum monebantque, *ut ſuo milite Marte, atque auſpicio, bellum cum Turco gerendum aſſumeret, gentesque quam frequentiores poſſet, in ſui auxilium donativo acciret: offerentes ſe, pro re bene gerenda, grandi illum pecunia, qua ad rem ſufficeret, iuuaturos: omnes Pannonicorum Reges ante ſe ſupergreſſurus, ſuo quidem periculo, ſed ære alieno, pro conſequenda victoria, cum publica pro vniuerſa chriſtianitate, tum priuata Pannonico Regno, miſerabiliter à Turco oppreſſo pugnaturus.* Re huiuscemodi ad conſilium reiecta, atque digeſta, reſpondet *Matthias Hungaria* Rex, *aſſumpturum ſe Turcorum belli onus, ſi ad conditiones oblatas Veneti quoque ex Dalmatia Regno, excederent, quod armis detinebant. Pannonicoque Regno illius vacuam facerent poſſeſſionem.* Eo reſponſo Legati perculſi, re magis infecta, quam concluſa, *Venetias* parum gratum referentes reſponſum, rediere. Pontifice autem maximo *Paulo* ſecundo inſtaore, vt *Matthia Hungariæ* Regi, id bellum mandaretur, reſiſtebant *Veneti*: ſumma vi adnitendo, vt potius *Caſimiro Poloniæ* Regi, fortibus rationibur, ſenteuciam ſuam adiuuaodo, legaretur. Cauebant enim, velut oculati viri, & futura habentes quaſi præſentia in proſpectu, ne *Hungariæ* Rex *Matthias*, auro eorum, in eam euaderet potentiam, quæ ipſis quoque fieret peſtifera & periculoſa.

Dalmatiam ſibi à Venetis reddi poſcit.

In *Radom* oppido, *Caſimirus Poloniæ* Rex, cum Conſorte ſua *Eliſabeth* Regina, natalicio Domini celebrato, in *Lituuaniam* proceſſit. Ibique venationibus operam dando, rempus reliquum hyemis, & partem veris abſumpſit, & hebdomadis aliquot, apud *Grodno*, deinde apud *Throki* moratus, in Sabbato Palmarum advenit *Vilnam*, ibique Paſcha Domini celebravit. Et eum in *Lithnaniam* procederet, *Simeon Kiiovienſis* Dux, *Olyelkovis* filius, diem obiit. Et motiturum ſe intelligens, Nuncios ad *Caſimirum Poloniæ* Regem miſit: fidei ſuæ, Ducatum, Conſortem, ac duo pignora, maris & fœminæ, ex ea ſuſcepta, committens, ac eqvum & arcum, quibus cum *Tartaris*, præliis ſecundis bellare ſolitus erat, donans. *Lithuani*, ut Ducatus ipſe, juxta ac cæteri *Rutenici*, in formam redigeretur Provinciæ, ſumme ex optantes, pervicerunt *Caſimirum* Regem, ut *Kiiovienſibus*, *Martinum Gaſthawdt* in Capitaneum præficeret. Id adeò anxiè & moleſtè *Kiiovienſes* tulere, quod & alterius ritus, & illis par eſſet, & ſuccedere *Michaëlem Simeonis* germanum, qui tunc apud *Novogrodenſes* Præfectus Regius erat, exoptarent, ut illum vice geminata noo admiſſum, remitterent: aſſerendo *ſe ad vnum morituros, & alium ſibi Principem quæſituros, priusquam* Lithuano *parerent, & capita ſua illi ſubjicerent.* Rogabantque Regem, ut aliquem Principem *Græci* ritus, ſin minus *Latini*, & ſi placeret, aliquem ex filiis illis præficeret. Hæc quoque contentio diutius Regem apud *Lithuaniam* detinuit, verenrem, ne ſi re infecta ex *Lithuania* diſcederet, motibus novis *Lithuanicus* Ducatus, ſe abſente, execrantibus ſe mutuo *Lithuanis* & *Ruthenis*, & ob diſparitatem cultus, & ob indignitatem ſuæ conditionis & habitus, quod *Lithuani*, olim *Kiiovienſibus* pendere tributa ſoliti, ſibi imperarent. Tandem tamen *Kiiovienſes*, arma Regis veriti, *Martinum Gaſtawdi* pro Capitaneo ſuſceperunt. 1470.

1471.

Simeon Kiiovienſis Dux moriens uxoris ac liberorum tutelam Poloniæ Regi relinquit.

Kiiovienſibus Lithuanum per Regem ipſis præfectum aſpernantibus.

Conſurrexerant & quidam contra *Lithuanos* ex *Livonia* motus *Livoniæ* Magiſtro mortuo, & ſedecim villæ *Lithuanicæ* à *Livoni*-

Livonum & Lithuanorum contentiones.

cis

1471.

poſt mortem Magiſtri Liuoniæ ſecuta, comprimuntur opera noui Magiſtri Liuoniæ.

tis vaſtatæ. Sed hi in locum demortui nouo Magiſtro **** ſurrogato, quietati ſunt. Hic enim miſſis, ad *Caſimirum Poloniæ* Regem in *Throki* Nunciis, videlicet *Frederico Valthuſz* de *Herſze Rigenſi Heduardo Lappey* de *Ruer* in *Dimcborgk* Commendatoribus, *Leonardo Rotbaſze* de *Gendzyel* Decretorum Doctore, & *Henrico Vogeller*, laceratam pacem, ſubſtantia eorum, qui violati fuere reformata, integrum reſtituit.

Regis *Poloniæ Caſimiri* Nuncii, *Iacobus Wladislauienſis* Epiſcopus, *Stanislaus* de *Oſtrorog Caliſſienſis*, & *Joannes* de *Koſczyeliecz*, *Juni wladislavienſis*, Palatini, in *Pruſſiam* deſtinati, cum & in *Marienburg*, & in *Gdansk*, & in *Elbing* Conventus tenuiſſent, ius dicendo querentibus, & exortas diſcordias reſcindendo: ut pro ſoluendis ſtipendiariis, pecuniario ſubſidio Rex iuuaretur.

Pruthení negato Caſimiro Regi Stipendio, Czyſſam concedunt.

Id cum omnes, egeſtate allegata, abnuerent, in *Cziſſam* tamen pro Rege, in omnibus Ciuitatibus, vsque ad diem Sancti *Michaëlis* tolerandam conſenſerunt. Fecerunt & in *Kinsberg* ad *Pruſſiæ* Magiſtrum *Henricum* deſcenſum: a Magiſtro præfato, benigne & comiter vbique habiti: exortas inter eum, & ſtipendiarios ſuos, nondum ſolutos, diſcordias ſedauerunt.

Sleſiæ res & priuato, & publico bello,

In *Sleſia*, funeſto Marte res ſingulæ gerebantur. Nam & ex Caſtro *Ploczko* præſidium *Irzikonis*, & cæteris, quæ nominauimus ſupra, locis plurimis, *Wratislavienſes*, & vniuerſam *Sleſiam*, afficiebant ſpoliis, cædibus, & incendiis, & Duces, *Przemislaus Theſchnenſis*, *Venceslaus Ratbiborienſis*, & *Januſſius Gliuicenſis* ab vna, & *Venceslaus Ribnicenſis*, partibus ab altera, priuato & plus quam ciuili bello, ſe mutuo conſumebant.

ac vilis moneta, per Matthiam Hungariæ Regem, cuſſione attrita.

Acceſſit ad hæc, amplior pernicies, mala nouæ monetæ, per *Matthiam Hungariæ* Regem in *Wratislauia*, in latis groſſis deformata cuſſio, quæ vilem ligam modicello argento æri ſuperinducto, retinens, *Miſſnenſem* monetam in latis groſſis, qua tunc *Sleſita* vtebantur, geminato pondere potiorem, eneruabat; cum inopes & agreſtes, duos *Miſſnenſes* graues, pro vno vili *Wratislauienſi* dare cogerentur. Ea res adeo peſtifera viſa eſt, vt frequenter a vulgo ſeditiones in Conſules *Wratislauienſes* orirentur. Caperetque omnes ſera pœnitudo, quod in ditionem *Matthiæ Hungariæ* Regis, conceſſerint: querentes ſe & bello, & moneta peſſundatos.

Matthias Hungariæ Rex rebus ſuis timens,

Matthias Hungariæ Rex, *Bohemicum* bellum, contra ſpem ſuam videns extractum iri, & veritus tam ipſe, quam ſuæ partes *Bohemi*, ne primo genito *Caſimiri Poloniæ* Regis *Wladislao*, in *Bohemiæ* Regem aſſumpto, quod propediem *Georgius Poſzdzyebraczki*, & omnes ſuæ obedientiæ *Bohemi*, effecturos ſe confidebant, non minus inſuper *Hungaros* pertimeſcens, qui ob atrocitates ſuas & ſpolia, ad *Poloniæ* Regem deficere, & vni ex filiis ſuis, quemcunque illis daret, Regnum *Pannoniorum* tradere, non tam clandeſtinis, quam apertis coniurationibus, magnopere ſatagebant. Cuius defectionis, *Joannes Strigonienſis* Archiepiſcopus, & *Joannes Quinque eccleſienſis* Epiſcopus, principes erant, ne validiori bello a fronte & a tergo per *Polonos* & *Bohemos* impeteretur, conciliandos ſibi *Bohemos*, qui partes *Irzikonis* ſequebantur, quocunque pacto.

Georgio ſe reconciliare

Sed & *Irzikonem* ipſum, ſine quo res ipſa confici non poterat, inſtituit: procellam grauem, contra ſe exortam, & exoriendam, ſedaturus. Et plurimos *Bohemorum* auro corruptos, in ſuam partem perlicit.

ſub conditionibus Caſimiro Poloniæ Rege ferentibus discrimen in iure Regni Bohemiæ, inſtituit.

Irzikoni inſuper Regnum *Bohemiæ* ad vitam integrum permittit. Filium ſuum *Victorinum*, quem apud oppidum *Veſzelo* ceperat eo anno, in libertatem emiſſum, totius *Sleſiæ*, aut *Morauiæ*, pollicetur ſe creare Marchionem, ſibi in Regno *Bohemiæ*, & cæteros fratres ſuos, ſi pignus ipſe non reliquerit ſucceſſurum. Tenetur ob id, permittente *Irzikone*, Conventus, ab vtraque parte in *Polna*. Quo cum *Prothaſius* Epiſcopus *Olomuncenſis*, *Zdenko Konopniczki*, *Albertus Koſtka*, & cæteri factionis *Matthiæ* Regis *Hungariæ*, cum *Bohemis*, partem *Irzikonis* ſequentibus, quorum hi erant principes, *Vilhelmus Rabi*, *Petrus Dulinyecz*, & *Byenyaſſius Weytmilner*, conueniſſent, commemoratis cladibus, in Regno *Bohemiæ*, ſtridentibus, orabant, *vt aliquando communi patriæ conſulerent, & ne Caſimiri Poloniæ Regis, primogenito VVladislao aſſumpto, funeſtiori Marte vaſtandum, illam exponerent, ac ſub conditionibus, Poloniæ Regi, & ſuo primogenito oblatis, Matthiam Hungariæ Regem, morte Irzikonis ſecuta, ſibi aſſumerent potentem, prudentem, & diuitem Regem, gratiam Papæ, & permiſſionem compactorum Baſilienſium, facilius illis, quam Poloniæ Regem impetraturum.* Mouit hæc oratio, ad *Pragenſem* Conuentum relata, & *Irzikonem* & ſuos, & propenſius in partem *Hungariæ*, quam *Poloniæ* Regis, tot promiſſionibus, & largitionibus ineſcati, ceperant ſpectare. Eo maxime permoti, quod quieturum Regnum ſuum a bellorum ſtridore, *Hungaro* ſuſcepto, rebantur. Jamque *Irzik* fratrem *Paulum* Præpoſitum *Zderadenſem*, ad *Caſimirum Poloniæ* Regem, in *Lithuaniam* pro diluendo concepto facinore, tranſmiſerat, vt rebus ſuis quam opportune ſcitet prouideret, ſe ſuorum clamore & cladibus conſtrictum, ad ſubueniendum illis languidum eſſe.

Et res fuiſſet concluſa, niſi Nuncii Caſimiri Romam miſſi obſtitiſſent.

Fuiſſetque res in Conuentu *Pragenſi*, in die Sancti *Valentini* tento, pro *Hungaro* concluſa, niſi *Iacobus Dabienski*, Regni *Poloniæ* Cancellarius, *Romam* cum *Michaële*, Abbate Sanctæ crucis de *monte Caluaria*, miſſus, mature *Pragam* ſuperueniſſet: qui illos graui oratione, quod tam faciles ad ſu[...]promiſſa, & pacta reſcindenda eſſent, arg[u]ens,

[...]tem

1471.

rem omnem integram, vsque ad ſuum ex vrbe reditum, extrahi ægre obtinuit: deſiderantibus *Bohemis*, quocunque pacto clades ſuas & bellum ciuile finiri.

Georgius Pozdziebraczki Pragæ moritur, & exenteratus in eccleſia ſancti Venceslai inter ſepulchra Regum Bohemiæ ſepelitur. Cuius mortem paulo ante præceſſerat Præceptor ſuus Ioannes Rokiczana.

Vixdum *Iacobo Dabyenski* Regni *Poloniæ* Cancellario, & Collega ſuo *Michaële*, Abbate ſanctæ crucis de *Caluomonte*, *Bohemiam* egreſſis, *Georgius Poſdzyebraczki*, morbo & inflatura pedum tam enormi, vt etiam ex pedibus in corpus tranſcenderit, grauatus, apud *Pragam* in Curia Regio die Veneris, vigeſima ſecunda menſis Martii, diem obiit. Quem Præceptor & eruditor ſuus ſceleſtus, & *Bohemici* populi erroneus ſeductor, *Ioannes* de *Rokiczyana*, quindecim ante diebus præceſſerat: ſatis coniungendi, quos ſcelus & error coniunxerat. Cadauer *Irzikonis*, ne fœtore horrorem, & peſtem mortalibus inferret, altero die exenteratum, Epar pro dimidietate corruptum, & in felle, lapillum, ouo columbino ſimilem, & abdomen, quantitati palmæ par, habuiſſe compertum eſt: quod in ſubſequentibus diebus, in Eccleſia maiori ſancti *Venceslai*, inter ſepulchra Regum *Bohemiæ*, debili pompa conditum eſt: ex eo maxime a ſuis deſideratus, quod in ſanguine humano fundendo, non agebat ſe præcipitem.

Audita Morte Irzikonis Matthias Hungariæ Rex, celerrime ex Przesburg Bernam cum copiis ſuis venit: ratus ſe facile Bohemiæ Regnum occupaturum. Quo tamen potiri nequiuit: ob ſciſſionem Bohemorum: diuerſos ſibi Principes eligere cupientium.

Irzikonis Poſdzyebraczki morte *Matthias Hungariæ* Rex, veloci Nuncio dum apud *Przesburg* ageret, cognita, ratus ſe extemplo *Bohemiæ* Regnum, pacifice obtenturum, maturius, quam conſtituerat, ex *Przesburg* mouit, & cum Copiis omnibus (nouem millia pugnatorum habere creditus eſt) *Bernam* peruenit: præmiſſo *Zdenkone Conopnitzki*, in oppidum *Bohemiæ Budzieſchowicze*, cum equitatu duorum millium, qui & *Bohemis* ſuaderet, & renitentes, ad recipiendum illum, vi cogeret. *Bohemi* nihil cladibus ſuperioribus moti, in plures factiones ſe ſciderant. Quidam enim in *Caſimirum Poloniæ* Regem ſpectabant, quidam in Cæſarem, quidam in *Hungarum*, quidam in *Henricum*, *Irzikonis* filium, & hi maxime, quibus hæretica labes potior, Catholica puritate videbatur: veriti Chriſtiano Rege imperante, peſtem ſuam hæreſeos, exterminatum iri: quem *Albertus Brandeburgenſis* Marchio, quod filiam ſuam, habebat pro conſorte, enixe adiuuabat, quidam in *Franciæ* Regem *Ludouicum*, qui ſe Eccleſiaſtica & Regalia, ex pignore liberaturum offerebat, quidam in *Albertum* Marchionem *Miſſnenſem*, quod erat vicinus Princeps, & filiam demortui *Irzikonis Poſdzyebraczki*, in matrimonio habebat, quidam in *Ludouicum Bauariæ* Ducem, quod locuples in theſauris ferebatur: Stabat interim *Matthias Hungariæ* Rex apud *Bernam*: quietis conditionibus, non iam armis Regnum *Bohemiæ* obtenturus: plures ex *Bohemiæ* Proceribus, magno precio corrumpens. Qui ſacra fame auri ineſcati, ad partem ſuam accedebant.

1471.

Pro eligendo Rege, Bohemi Pragæ Conuentum agunt, in præſentia Alberti Marchionis Miſnenſis Regnum ambientis.

Tenebantur ad eligendum nouum Regem, plures apud *Pragam* Conuentus. Et *Albertus Miſnenſis* Marchio, quo magis ſuæ prodeſſet parti *Pragam* ſe perſonaliter contulerat: habens in comitatu quinque millia armatorum: Specie quidem iuuandi *Bohemos*, ſi illis ab *Hungaro* impreſſio, in eligendo Rege fieret, re autem vera, quocunque pacto Regnum conſequendi. *Poloniæ* interim Rex *Caſimirus*, *Cracouiam* ex *Lithuania*, die Solis duodecima menſis Maii, aduenien, tribus Nunciis, videlicet *Paulo Balicki*, *Martino Wroczymowsky*, & *Dobeslao Kurozwaczki*, interpellatum, *Pragam* tranſmiſſis, & ſuperiorum temporum qualitatibus commemoratis, monebat illos, vt pollicitationibus ſuis multifariis, darent virtutem, & primogenitum ſuum *Wladislaum*, ſibi pro Rege aſſumerent. Agebatur iam vltimus, per *Bohemos*, ad eligendum nouum Regem, apud montes *Kutnos* Conuentus. Ad quem vtriusque factionis Proceres, quaſi illic faciliorem concordiam habituri, *Alberto* Marchione *Miſnenſe* apud *Pragam* cum ſuis copiis remanente, conueneran. Ad quem, cum & *Hungariæ* Rex *Matthias*, Speciales Nuncios, videlicet *Ioannem Agrienſem* Epiſcopum, & *Czupur* Palatinum Tranſyluanienſem, præteritas ſuas crudelitates, in *Bohemos* actas, diluens, & multa illis beneficia ſe præſtiturum repromittens, tranſmiſiſſet, opportune quoque & *Dobeslaus Kurozwaczki*, *Poloniæ* Regis Nuncius, aduenit. Qui cum multa gratia, quamuis *Zdenkone Conopniczki* multipliciter impediente, auditus, omnium corda, animosque in *Caſimirum Poloniæ* Regem & filios ſuos conuertit, & mutabilis fauor vulgi ſe circumegit.

Quo Praga relicto cum apud montes Kuthnos vltimum agerent Conuentum, illicque Matthiæ Hungariæ Regis adeſſent Nuncii;

Extemplo enim *Matthia Hungariæ* Rege, quem veluti quondam peſtem, & notorium Tyrannum, *Hungaris* grauem, ſibi grauiorem futurum execrabantur, & cæteris Regni competitoribus reiectis, & repudiatis, omnis ille cœtus *Wladislaum Caſimiri* Regis primogenitum, concorditer in *Bohemiæ* Regem, feria ſecunda poſt feſtum ſancti *Vrbani*, hora duodecima, quæ fuit dies Lunæ vigeſima ſeptima menſis Maii, acclamauit, & elegit, præter tres Barones, videlicet *Ioannem Rozemberski*, *Zdenkonem Conopniczki*, & *Henricum Hradeczki*; qui partem *Matthiæ Hungariæ* Regis ſequebantur. Hic dum ex alta ſpe ſe præcipitatum agnouit, in furorem verſus, igne, cæde, cæteraque id genus crudelitate, in *Bohemos* adeo debacchari cœpit, vt etiam ingenuas matronas captas, coram trucidari mandaret. Fortalicia & arces expugnatas dirueret, & in deditos captiuosque aut deuictos ſæuiret.

eo & aliis Competitoribus reiectis, omnes fere præter tres Barones Wladislaum primogenitum Caſimiri Poloniæ Regis, per Nuncios eius admoniti in Regem Bohemiæ vnanimi voto, eligunt.

Proceres Hungariæ Nuncios

Bohemiæ Proceres, nihil huiuſmodi tyrannide *Matthiæ Hungariæ* Regis permoti, factum electionis ſuæ proſecuturi, *Stiborium*

1471.

Cracouiam mittunt: ſignificaturos Regi Caſimiro, primogenitum ſuum Wladiſlaum in Regem Bohemiæ eſſe electum.

Thowaczowski Capitaneum *Morauiæ*, *Ioannem Thowaczowski*, *Henricum Smirziczki*, *Nicolaum* de *Lanthſchen*. Notarium tabularum, fratrem *Paulum* ordinis ſepulchri *Hieroſolymitani*, Præpoſitum *Zderadenſem*, *Bernhardum Byerka*, de *Naſzile*, Capitaneum *Opamenſem*, *Benedictum* de *Oſtromirze*, item vtriuſque Ciuitatis, veteris videlicet & *nouæ Pragenſis* Nuncios *Cracouiam* transmittunt. Qui *Cracouiam* die Solis, nona menſis Iunii ingreſſi, & die Iouis tredecima Iunii auditi, plurimis beneficiis, quæ in illos & Regnum *Bohemiæ*, *Caſimirus Poloniæ* Rex contulerat, diffuſe commemoratis, ſignificant, *ſe filium ſuum primogenitum Wladiſlaum, in Bohemiæ Regem mira & uniformi concordia, præter ſuam, & omnium aliorum ſpem, ſingulis competitoribus abiectis, elegiſſe: rogantes humiliter, vt Regnum Bohemiæ, & electionem de ſe ad illud factam, Wladiſlaus primogenitus ſuus ſuſcipiat, & pro ſuſcipiendo Regio Diademate, defendendoque Regno, quanto celerius Pragam procedat.* Articulis deinde, ſub quibus oblatio huiuſmodi fiebat, debito ordine, altero die limatis, & nonnullis abſciſſis, die ſancti *Viti*, patroni primarii Regni *Bohemiæ*, quæ fuit dies Saturni, quindecima menſis Iunii, primogenitus *Caſimiri* Regis *Wladiſlaus*, electioni ſuæ prætatæ in Cubili Regio picto, ſecretum præbet aſſenſum: quem die Solis, ſubſequenti, ſedecima Iunii, in Conclaui maiori *Cracouienſi*, intra officia Diuina, quæ tunc de Octauis Corporis Chriſti agebantur, Legationem ſuam Oratoribus *Bohemiæ*, repetentibus, *Wladiſlaus* electus voce ſonora, & in oratione pulcherrima, & adeo diſerta, vt etiam plurimis excuteret lachrymas, diffuſius & craſſius *Polonica* lingua, & ſub præſentia Parentis ſui glorioſiſſimi, *Caſimiri* Regis *Poloniæ*, *Ioannis* Archiepiſcopi *Gneſnenſis*, *Iacobi* Epiſcopi *Wladiſlauienſis*, Baronum quoque, & Procerum, militum, & Nobilium, ac plebis multitudine copioſa, innouauit, Regnumque *Bohemiæ* ad honorem Omnipotentis Dei, augmentum fidei chriſtianæ, & decus linguagii *Slauonici*, publico conſenſu acceptat: pollicens incauta ſponſione per literas ſingula debita Regni *Bohemiæ*, quæ tenuis & moderati numeri crediderat, ſingulis ſe reformaturum.

Quam electionem Wladiſlaus ipſe acceptat.

incaute pollicens debita omnia Regni Bohemiæ ſe ſoluturum.

Ea acceptatio, cum apud Regni *Bohemiæ* Proceres percrebuiſſet, *Albertus* Marchio *Miſſuenſis*, qui apud montes *Kuthnos*, cum exercitibus ſuis, omnibus interim, à *Bohemis* ſpe optima ineſcatus, detinebatur, vt *Wladiſlao* filio, *Caſimiri Poloniæ*, Regis electionem de ſe factam, ſuſcipere detrectante, ſuccederet, omni ſpe fruſtratus, triſtis diſcedit. Prius tamen, quam ex montibus *Kuthnis* diſcederet, contentione inter milites ſuos, & montium foſſores, pro leui cauſa exorta, ingens periculum ſibi & ſuis, vulgo communi ad necem ſuam & ſuorum certatim concurrente, A videns imminere, vnam foſſam ex argenti fodinis, incendens, ex grandi ſe periculo, aliquot notabilibus ſuis militibus deſideratis, erupit, in *Miſſuamque* trepidus conceſſit, graues ſumptus ſuos, gemens perditum iri. Quos etſi *Bohemorum* Proceres, aſtruebant futurum *Bohemiæ* Regem *Wladiſlaum* ſibi refuſurum, incendio tamen montium *Kuthnorum* offenſi, etiam ab hac ſpe illum deiiciunt, *plus illum intuliſſe mali* aſtruentes *incendio, quam ſubſidio boni.*

Wladiſlao Regnum Bohemiæ acceptante, Albertus Marchio Miſſuenſis, triſtis ſpe decidit. Ortaque contentione inter ſuos & foſſores Kutnenſes, ſe & ſuos periculo liberans, Bohemos magno damno afficit.

Die Iouis vigeſima quinta menſis Iulii, *Wladiſlaus Bohemiæ* Rex electus, *Cracouia* egrediens, verſus *Bohemiam* ire cæpit. Et facto primo nocturno in *Skauina*, altero die B in *Oſwyeczim* conducenta illum *Caſimiro Poloniæ* Rege, parente ſuo peruenit. Vbi tribus diebus, vt interim ſui congregarentur, commoratus, die Lunæ, vigeſima nona Iulii, *Oſſwyeczim* linquens, genitore ſuo, circa villam *Charmazi* valedicto, aciebus, & curribus ordinatis, procedens, duodecimis caſtris in *Kloczko* peruenit. Erant autem in Comitatu ſuo tres Epiſcopi, *Nicolaus Camenecenſis*, *Vincentius Culmenſis*, & *Paulus Laodicenſis*, item ſex *Sleſiæ* Duces *Przemislaus Thoſchecenſis*, *Venceslaus Ribniſenſis*, *Ioannes Ratiboriensis*, *Caſimirus Theſchnenſis*, *Ioannes Gliuicenſis*, & *Ioannes Zathorienſis*, item Barones Regni *Poloniæ*, *Stanislaus* de *Oſtrorog Caliſſienſis*, *Nicolaus* de *Kuthno Lanciſi*-C *enſis*, Palatini, *Ioannes* ſenior *Dlugoſz*, Canonicus *Cracouienſis*, *Paulus Iaſzienski*, Dapifer *Sandomirienſis*, *Belzenſiſque* & *Chelmenſis* Capitaneus, Ductor exercitus, *Ioannes Sinowyecz* Magiſter Curiæ, item hi milites *Petrus*, & *Dobeslaus* de *Kurozwaki*, *Ioannes Tharnowski*, *Thomas Trambszinski* Vicetheſaurarius, *Ianuſſius Dlugoſch* Magiſter Coquinæ, Magiſter *Paulus Gaskowicz*, Medicinæ Doctor, *Nicolaus Grabski*, *Petrus Kmitha*, & alii quam plures. Continebat autem ipſe exercitus, equitum ſeptem millia & peditum duo millia, hominum exercitatorum, & peritorum ad pugnam. Habente autem D *Wladiſlao* Rege, ſtatina circa oppidum *Kloczko* die Saturni tertia menſis Auguſti, literas diffidationis *Zdenkonis Konopniczki*, *Nicolai Czupur*, Voieuodæ *Tranſyluanienſis*, & *Franſz* de *Hayn*, & plurimorum *Polonorum*, *Bohemorum*, *Hungarorum*, & *Sleſitarum*, qui apud illos in Caſtris, *Matthiæ Hungariæ* Regis, prope oppidum *Morauiæ Lipnik* poſitis, militabant, *Wladiſlaus Bohemiæ* electus Rex, accepit. Quibus nihil deterritus iter ſuum, ſpeculatoribus, vbique præmiſſis continuauit. Hoſtes enim, qui ſuperbe diffidauerant, pauore perculſi, ſibi ipſi diffidentes (magna enim inter illos erat Ciuium, & Mechanicorum colluuies) propriis

Wladiſlaus electus ad Regnum Bohemiæ

cum notabili exercitu Cracouia egreſſus, ſtatina circa Kloczko ponens, literas diffidationum à gentibus Matthiæ Regis Hungariæ accipit.

1471.

priis Caſtris egredi, ne dum pugnam conſerere dubitabant.

Cum autem die Saturni, feſto ſancti *Laurentii, Sleſia* locis, & periculis hoſtilibus ſuperatis, montem, oppido *Kloczko* imminentem, & locum, in quo paſſio Chriſti, ex lapide fabricata eſt, & qui *Sleſiam* ſeu *Poloniam* à *Bohemia*, iuxta aſſertionem *Bohemorum* confictam, diſterminat (verus enim & legitimus limes *Polonos* à *Bohemis*, non mons ipſe, ſed ſylua *Hercynia* poſt *Kločko* ſita, diſterminat) Rex *Wladislaus Bohemia* Electus perueniſſet, ab *Henrico* de *Kunſtbatb Frankſtmenſo* Duce, filio olim *Georgii* Regis, item a Baronibus, item a Militibus, item a Ciuitatibus Regni *Bohemiæ*. deinde à proceſſionibus eccleſiarum, & Clero atque populo oppidi *Kloczko*, ſpecialibus orationibus, quibus modeſte & prudenter reſpondebat, exceptus eſt. Vbi de conſeruandis iuribus, atque priuilegiis Regni *Bohemia* præſtitit: in manibus Baronum, Militum, & Ciuium, corporale iuramentum. Biduo autem in caſtro *Kloczko* commoratus, octauis Caſtris per campeſtria gradiens *Pragã*, die Lunæ, decima nona menſis Auguſti perueniens, honore ſummo omnium proceſſionũ & omnium ordinum, atque ſtatuum, pedibus illi, ad ſeptimum lapidem, obuiam euntium, exceptus eſt, & vsque in Regiam deductus. Die tandem Iouis, vigeſima prima menſis Auguſti, in Eccleſia Metropolitana *Pragenſe*, per *Nicolaum* Epiſcopum *Camyenecenſem*, alias *Podolia*, aſſiſtentibus ſibi *Paulo Laodicenſi*, & *Vincentio Culmenſi*, Epiſcopis, cum ingenti fauore, & lætitia, Ducum, Baronum, Procerum, Militum, Ciuium, & vniuerſæ communitatis Regni *Bohemia*, ſolennibus Nunciis, *Alberti*, & *Arneſti* Marchionum *Miſſnenſium*, & *Alberti* Marchionis *Brandeburgenſis*, præſentibus, in Regem *Bohemia*, fœliciter coronatus, vnctus, & diuiniſſimo Euchariſtiæ ſacramento, ſub vna tantummodo ſpecie, religioſe ac deuotiſſime procuratus eſt, & omnis dies illa, in magna lætitia totius populi expenſa. Sequentes autem dies, vt debita, per *Irzikonem*, tricenta millia florenorum, in bello & pace contracta, ſoluerentur, abſumpti, & omne onus debitorum in *Wladislaum* Regem retortum.

Wladislaus electus Rex à Proceribus Bohemiæ in Kloczko excipitur.

Quibus præſtat de conſeruandi eorum iuribus iuramentum. Indeque Pragam perueniens

In Regem Bohemia coronatur.

Sex hebdomadis, *Wladislaus Bohemia* Rex, apud *Pragam* exacto, numero, iniit in montes *Kuthnos*, & poſſeſſionem illorum, quam hactenus *Henricus* Dux, filius olim *Georgii* in tenutam vſurpabat, potenter apprehendit. *Benedictumque Veythmilner*, Burgrabium Caſtri *Caroliſthen*, Magiſtrum monetæ conſtituit. Egit & pro die ſancti *Galli*, generalem in *Praga* Dietam, in qua Caſtrum *Caroliſthen*, ſuæ Maieſtati reſignatum, *Henrico* Duci *Posdzyebraczki*, & *Benedicto* militi *Veythmilner*, in tenutam committit. *Stanislaum* deinde *Oſtrorog Caliſſienſem*, *Nicolaum* de *Kuthno*,

Wladislaus Bohemia Rex montium Kuthnenſium poſſeſſionem ab Henrico Irzikonis filio accipit: dato illi ga & Benedicto Weythmilner, caſtro Caroliſthen,

Lancitienſem, Palatinos, *Ioannem Dlugoſch* ſeniorem Canonicum *Cracouienſem*, & Aulicos omnes *Caſimiri Polonia* Regis, a ſe in *Poloniam* remiſit: Monitus ab illis frequentiſſime, vt fidei Catholicæ puritatem cuſtodiens, vnionem etiam illius efficeret, Eccleſiaſtica & Regalia bona, nullatenus inſcriberet, à veneno publice & priuatim caueret: quod ſibi a pluribus ferebatur comparatum. In hac autem Regni *Bohemia* adeptione, mirari mihi benignitatem Dei contigit, erga *Polonorum* genus. Ex quibus, & in eundo, & in redeundo, nemo captus eſt, nemo læſus, nemo deſideratus, nemo violatus. Exercitus enim *Wladislai Bohemia* Regis, quem *Gliwicz*, cum nouis gentibus, de exercitu *Hungarico* diſcedentibus, duplicauerat, adeo ordinate, pro omni tempore incidebat, vt omnibus, illius proceſſum explorantibus, cederet in admirationem, hoſtibus vero in magnum terrorem. Reſponſio inſuper, quam *Wladislaus Bohemia* Rex, *Hungaris*, *Polonis*, & *Bohemis*, illum, dum ſtatiua apud *Kloczko* oppidum ageret, diffidantibus, per ſpecialem Nuncium, vſque ad caſtra *Lipnik*, transmiſerat, magnam in ſingulis formauerat varietatem. Rex quoque *Hungaria Matthias* illa viſa, fertur, ad ſuos dixiſſe, *hominem quidem illam ſed ſpiritu cæleſti dictaſſe.*

1471.

ſibi ab ipſo Benedicto reſignato, in tenutam, Polonoſque in Regnum paternum remittit.

Dum ea, quæ præſcripſimus, apud *Bohemiam* gererentur. *Hungari* Regem ſuum *Matthiam*, propter ſpolia, quæ Regno eorum, *Bohemicum* conquirens, intulerat, & exterminium, quod *Turcus* in *Hungariam*, *Matthia* Rege, defenſionem eorum negligente, patrauerat, & propter fœditates plurimas, quas illis irrogauerat, peroſi, frequentibus Nunciis, *Caſimirum Polonia* Regem fatigant, vt illis ſecundo genitum *Caſimirum* pro Rege, cum gentibus armatorum tranſmittat: offerentes *ſe omnes ſumptus, in bellum præbituros. Sin id facere detrectaret*, minabantur, *ſe à Turco quæſituros auxilia, & barbaro potius, quam turpi Regi tyranno & violento, & cui violenter Regnum erat quæſitum, parituros. Caſimirus* autem *Polonia* Rex, etſi ſibi res ardua & multis periculis referta videbatur: *Hungarorum* tamen diuturna prece, & oblatione craſſa, & locupleti, & ſignanter *Ioannis* Archiepiſcopi *Strigonienſis*, *Ioannis* Epiſcopi *Quinque Eccleſienſis*, & *Reynaldi* de *Rozgon*, peruictus, ſecundo genitum ſuum *Caſimirum* adoleſcentem ingenuum, raræ indolis, & memorabilis Mineruæ, pleriſque Conſiliariis *Poloniæ*, Regno potius natiuo illum reſeruari fortiſſime, quam extero largiri ſuadentibus, in *Hungariam*, cum duodecim millibus equitum & peditum, inter quos erant mille *Tartari*, transmittit. Erant autem in exercitu ſuo hi præcipue Barones, *Derslaus* de *Rithwyani*, Palatinus & Capitaneus *Sandomirienſis*, *Io-*

Caſimirus ſecundo genitus, PoloniaRegis Caſimiri filius, ad preces Senatus Hungarici tyrannidem Matthia Regis

1471.

Suis peroſi, ad Regnum Hungariæ occupandum mittitur.

annes de *Tharnow Woynicenſis*, *Stanislaus Vatrobka* de *Strzelcze Sandecenſis*, *Stanislaus* de *Schidlowyecz*, Magiſter Curiæ, & *Zarno-* A *uichſis* Caſtellani, Magiſter *Ioannes* de *Lyaszoszino*, Decretorum Doctor, *Stanislaus* de *Kuroewaki*, Canonicus *Cracouienſis*, *Petrus Dunin* de *Prawkonicze*, Succamerarius *Sandomirienſis*, Dux exercitus, *Spithko* de *Melſhin*, *Andreas* de *Olyeſchnicza*, *Ioannes* de *Czizow*, & alii milites, nobiles & inſignes. Omnis inſuper exercitus, qui *Bohemiæ* Regem *Wladislaum*, in *Pragam* conduxerat, officio ſuo perſunctus, mandato *Poloniæ* Regis *Caſimiri*, ſub ductu *Pauli Iaſſyenski*, Dapiferi *Sandomirienſis*, & *Belzenſis Chelmenſisque* Capitanei, per *Morauiam* reductus, & *Sleſiam*. *Caſimiro* ſecundo genito, *Caſimiri Poloniæ* Regis ſe coniungebat.

Matthias Hungariæ Rex,

Senſit hoc tempeſtiue, *Matthias Hungariæ* Rex, quippe, nonnulli Prælati & Canonici *Strigonienſes* (Archiepiſcopus ſiquidem *Strigonienſis Ioannes*, vitam & mores *Matthiæ* Regis execratus, omnium eorum, quæ in *Matthiam* decoquebantur, cum *Ioanne* Epiſcopo *Quinque ecclesienſe* erat princeps) illum de periculis ſingulis, in eum comparatis, auiſatum fecerant, ex *Bernæ* celeriter mouens, *Budam* venit. Et maiori periculo, quam rebatur, cognito, omnium ſuarum gentium ex *Bohemia* & *Morauia*, copias ad ſe acceſſiit. Conuentus etiam aliquot in *Buda* indicit. In quorum vno per plures corruptelas, & promiſſiones pleroſque de maioribus, ſibi infeſtos, ad ſe pertraxit, & reconciliauit. Ex quo, & cæterorum animum, vt eſt natura gentis illius, ad varietatem procliua. Sed & Archiepiſcopi *Strigonienſis*, & Epiſcopi *Quinque ecclesienſis*, qui erant Duces aliorum, & Capitanei, propter tardum *Caſimiri* Principis, in *Hungariam* aduentum mutare cæpit.

Hungarorum animos à ſe auerſos, ſibi conciliat,

Caſimirus Princeps, ſecundo genitus Regius, die Mercurii, ſecunda menſis Octobris, comitante eum *Caſimiro Poloniæ* Rege *Cracouia* egreſſus, in *Sandecz* peruenit. Vbi à genitore ſuo valedictus, per *Lubowlya*, & *Podolinum* iter faciens, aliquantulum ibi ſubſtitit: Deinde cum *Caſſouiam* non mitteretur (iam enim illam *Nicolaus Czupur*, Voieuoda *Tranſyluanienſis*, & *Emericus Diak*, Comes *Scepuſienſis*, cum gentibus *Matthiæ* Regis, in quibus maior pars erat *Polonorum*, occupauerat) prætergreſſus, per *Agriam* & *Czixow* in *Othwan* oppidum, die Veneris, octaua menſis Nouembris, ſaluus & incolumis peruenit, & Caſtra ſua fælicia (*Peczki* enim oppidum, expulſis & translatis *Budam* oppidanis, *Matthias* Rex, ne eo *Caſimirus* Princeps potiretur, præſidio gentium, omnium mercede conductarum munierat) in *Othwan* poſuit. Ibi aliquanto tempore commoratus lignorum defectu preſſus, ad Monaſterium, & oppidum *Szak*, ſupra fluuium *Rin* caſtra tranſpoſuit, vbi illi materia & victualium & combuſtibilium ſuppetebat. Abinde mouens, in *Nitriam* venit, & tam in arcem, quam in Ciuitatem iuſſu *Ioannis* Archiepiſcopi *Strigonienſis*, qui *Nitrienſem* Epiſcopatum habebat in commenda, ſuſceptus eſt. Vbi primum *Ioannis Quinque ecclesienſis* Epiſcopus ad eum venit, in ducentis equis, & paucis diebus commoratus, *Strigonium*, vnde venerat, rediit.

& Caſimirus vocatus in Regnum Hungariæ, tarde iter ſuum continuans, à nonnullis Ciuitatibus accipitur, à nonnullis etiam non admittitur.

Hungari mutata fide contra Caſimirum Ducem, Matthiæ Hungariæ Regi adhærent.

Sub omni autem tempore belli, quod eo anno apud *Pannonios* per *Caſimirum* Principem geſtum eſt, nemo ex Baronibus *Hungariæ* ad *Caſimirum* Principem venit, nemo ſe ei coniunxit qui alias deprecabantur pro illo mori. Sed omnes fide variata, *Mat-* B *thiæ* Regi ferebant auxilia. Qui ne meticuloſe, apud *Budam*, quæ à veteribus vocatur *Zambria*, à monte *Zambrio*, videretur deliteſcere, exercitum, & ipſe ſuum, de proprio, & mercenario milite comparatum, ad ſedecim millia æſtimatum, in quo magna pars erat agreſtium, in campeſtria, ſpeciem decernendi cum hoſte ſuis oſtendens, eduxit, & Caſtra, ad tria milliaria, ab exercitu *Caſimiri* Principis, poſuit. Villas & poſſeſſiones, *Ioannis Strigonienſis* Archiepiſcopi, & *Ioannis Quinque ecclesienſis* Epiſcopi, iratus eis, quod belli erant authores, vaſtabat. In conflictum tamen, quem omnis *Polonicus* exercitus deſiderabat (fraudem enim ſuo- C rum magis, quam arma hoſtilia verebatur) non veniens, diſſipato & licentiato, in propria *Hungarico* exercitu, cum mercenario tantummodo milite *Budam* rediit.

Confligere tamen cum eo poſtponentes bona authorum defectionis à ſe ipſo vaſtat.

Paulo ſecundo Papa mortuo

Die Saturni, vigeſima menſis Iulii, *Paulus* Papa ſecundus in camera ſua ſecreta, in Palatio ſancti *Petri*, apoplexia ſubito inuaſus, priusquam cæptam confeſſionem finiret, moritur, & in Eccleſia ſancti *Petri* ſepelitur: cum ſediſſet annos ſex, menſes decem, dies decem. Soluentes autem Cardinales iuſta ſuo funeri, Conclaue apud ſanctum *Petrum* in Palatio ingreſſi, quarta die ab ingreſſu, die videlicet Veneris, nona menſis Auguſti, *Franciſcum* de *Szawona*, fratrem & generalem Ordinis minorum Theologiæ Profeſſorem, tituli ſancti *Petri* ad vincula Præsbiterum Car- D dinalem, in Papam concorditer eligunt, *Sixtumque* quartum appellant, natione *Gennenſem*. Qui die Solis, vigeſima quarta menſis eiusdem Auguſti, in Papam apud ſanctum *Petrum* conſecratus eſt, & Coronationem ſuam, atque aſſumptionem in Papatum, *Caſimiro Poloniæ* Regi ſpecialibus inſinuauit literis.

Sixtus quartus ſuccedit.

Nuncium ſuum Tilmanum Slecht

Ad intercipiendum *Pannonicum* bellum, quod parari, & nondum geri, inter Reges, *Caſimirum Poloniæ*, & *Matthiam Hungariæ*, *Sixtus* quartus Papa andiuerat, *Tilmanum Slecht*, Decretorum Docto-

1471.

Decretorum Doctorem, pacem inter Caſimirum Poloniæ & Matthiam Hungariæ Reges compoſiturum Sixtus quartus Papa mittit.

ctorem, Canonicum *Colonienſem*, cubicularium ſuum domeſticum, ad *Caſimirum Poloniæ* Regem transmiſit. Qui octaua Nouembris *Cracouiam* adueniens, & altera die audientiam habens. Perſuadebat *Caſimiro Poloniæ* Regi, vt armis depoſitis pacem complecteretur, per viam æquitatis & concordiæ facilius illam, quam per arma habiturus. Annuit *Caſimirus* Rex, huic perſuaſioni, & prælatum *Tilmanum* Apoſtolicum Nuncium, adiuncto ei ſuo Regio Nuncio, *Ioanne Vetrobka*, Canonico *Cracouienſi*, & Præpoſito ſancti *Michaelis*, ad filium ſuum *Caſimirum*, & ad Barones Regni *Hungariæ*, transmiſit. Significans *ſe pacem per Conſiliarios vtriuſque Regni Poloniæ videlicet & Hungariæ, ſub præſentia etiam Legati Apoſtolici, in loco idoneo, iuxta morem fæderum, tractandam, & æquis conditionibus componendam, nolle abnuere.*

Caſimirus Princeps à ſuo milite inter hoſtes in Hungaria relictus,

Interim *Almanicus* exercitus, qui apud *Caſimirum* Principem merebatur, termino merendi expirante, dum donatiuum deficeret, diſceſſionem fecit. Quem plures numero Aulici, *Caſimiri Poloniæ* Regis, quamuis rerum omnium abundantia ſuppeteret, ſecuti, *Caſimirum* Principem, in medio hoſtium deſerunt, & in domos reuerſi, à Rege & Conſiliariis cognatis male viſi, multiplices pertulerunt correptiones & opprobria. Quæ res negocia *Caſimiri* Principis plurimum indifficultauit & corrupit. *Caſimiro* enim cum reſiduo exercitu, in *Nitriam* caſtrum & oppidum, quod illi per *Ioannem Strigonienſem* Archiepiſcopum apertum fuit, vt præmiſimus, concidente, dum *Mathias Hungariæ* Rex cum nouo exercitu *Nitriæ* appropinquaret: circumuallaturus illum, ne cogeretur obſidionis perferre vituperium, ex *Nitria*, feria quinta, in die ſancti *Stephani* Protomartyris, nocte, cum Aulicis, *Paulo Iaſſyenski*, cum quatuor millibus armatorum, pro defenſione *Nitriæ* relicto, egreſſus, tam præcipiti

retrocedit cum damno rerum ſuarũ, ac ſui ipſius periculo

curſu, nullo perſequente, in *Gilawa* Caſtrum ſuarum partium peruenit, vt ſexaginta quadrigas, illum ſequentes, nulla cuſtodia relicta, ab agreſtibus intercipi permiſerit. Nominabo autem animoſos milites, videlicet *Ioannem Tharnowski Woynicenſem*, *Stanislaum Vatrobkam Sandecenſem*, *Stanislaum Schidlowieczki Zarnouienſem*, Caſtellanos, *Paulum Iaſſyenski*, *Spitkonem* de *Melſtin*, & *Sbigneum* de *Thaczin*, qui perſeuerandum in *Hungaria* ſuadebant. Cæterorum puſillanimum, & priusquam hoſtem viderent, fugam meditantium, nec nomina quidam attingam.

Stiborio Plocenſe Epiſcopo mortuo,

Die Saturni, quarta menſis Maii, *Stiborius* Epiſcopus *Plocenſis*, de Domo & familia, quæ *Pruſſi* appellatur, cum annis ſeptem, menſibus etiam ſeptem, & diem vnum ſediſſet, apud oppidum *Pultowsko* moritur, & in Eccleſia *Plocenſi* tumulatur, vir alioquin bonus, ſed bili plus, quam conueniret Pontifici, indulgens. Capitulum autem *Plocenſe*, die electionis, pro feſto ſanctæ Trinitatis, quod fuit die Solis nona menſis Iunii, inſtituta, per viam ſcrutinii, triformem, & monſtroſam celebrauit electionem.

à Capitulo tres eliguntur,

Maior enim & ſanior pars de duodecim votis *Stiborium* de *Ryelsko* Archidiaconum *Plocenſem*; minor *Caſimirum* principem, filium *Boleslai* Ducis *Maſouiæ*, & *Varſchouiæ*, Canonicum *Plocenſem*, in Diaconatus ordine conſtitutum, de ſex votis, tertia *Emericum*, alias *Andream* de *Oporow*, vtriusque iuris Doctorem, Archidiaconum *Gneſnenſem*, & Canonicum *Plocenſem*, pro quo & *Caſimirus Poloniæ* Rex, velut patronus, miſſo ſpeciali Nuncio *Nicolao Chrzaſtowski* milite, vexillifero *Cracouienſi*, intercedebat, ſex etiam vota ſortitum, elegit.

Stiborio tamen electo, de iure ſuo Caſimiro cedente,

Stiborius autem Archidiaconus *Plocenſis*, & qui potior in iure credebatur, de genere, & nobilitate *Proporzecz* minis perculſus & precibus, de iure ſuo *Caſimiro* Principi ceſſit. Sed vt idem *Andreas Oporowski* faceret, *Caſimirus* Princeps apud *Poloniæ* Regem *Caſimirum* miſſis Nunciis, obtinere non potuit, & controuerſia de iure electionis *Romam* deuoluta.

& per Papam

Et licet tam *Paulus* Papa ſecundus, dum viueret, & ſuccedens ſibi *Sixtus*, quartus Papa, formalem voluntatem habuiſſent *Andream Oporowski*, pro quo *Caſimirus Poloniæ* Rex intercedebat, ad *Plocenſem* eccleſiam promouere, triplicibus tamen literis *Friderici Romanorum* Imperatoris, manu propria ſubſcriptis, pro *Caſimiro* Duce *Maſouiæ* intercedentibus, *Sixtus* Papa permotus, *Caſimiro* Duci *Maſouiæ*, quamuis minorenni, & in anno decimo octauo ætatis conſtituto, de *Plocenſi* Eccleſia, die Lunæ, ſeptima, menſis Nouembris,

Andrea Oporowski ad Varmienſem (translato inde ad Cameniecenſem Nicolao Thungen) promoto,

Andrea vero *Oporowski*, vt *Poloniæ* Regi placuiſſe videretur, de eccleſia *Varmienſi*, *Nicolao Tungen*, dudum ad illam promoto, & conſecrato, ad *Cameniecenſem* translato, eadem die prouidet: qui *Romæ* ſuſcepit conſecrationem,

Boleslaus Epiſcopus Plocenſis minorennis licet, renunciatur reiecta pro Andrea petitione Poloniæ Regis,

Caſimirus verò *Plocenſi* prouiſus, ex patre *Boleslao* Duce *Maſouiæ*, matre vero *Barbara Ruſſia* Duciſſa, literis Apoſtolicis non expeditis, nec annatam à ſuo ſolicitatore *Nicolao Mniſchewski*, Canonico *Cracouienſe* promiſſam, ſoluens, adminiſtrare in ſpiritualibus, & temporalibus cœpit, annisque quatuor, abſque conſecrationis munere, & Pontificali ordine adminiſtrauit: ſufficere ratus bonorum temporalium, ſibi abſque ordine vſum pacificum. Anno tandem, Milleſimo, quadringenteſimo, ſeptuageſimo, quinto, Magiſter,

1471. *Matthias Sluchowyecz*, Decretorum Doctor, Canonicus *Plocenſis*, io vrbem miſſus, ſingolos defectus à *Nicolao Mniſzewski* admiſſos A ſoppleuit, & literis Apoſtolicis expeditis, ab *Andrea Poſnanienſi* Epiſcopo, in Eccleſia *Pultbowsko* ipſs *Caſimirus* dis Solis, decima menſis Septembris, conſscrationem accepIt. Et qui ad regendum alios In Pontificem *Plocenſem* aſſumptus fuerat, ipſs à quodam tenoi, & ignotæ ſortis homine, *Ioanne* alias *Ianyecz* Sculteto laico de *Moſchczina* regebatur, ſingula ad illius arbitrium, qosm cæco amore diligebat, adminiſtrans. Dum aotsm vacatione *Plocenſis* ecclsſiæ, sx morte *Stiborii* præfati Epiſcopi accidente. Capitulum *Plocenſe*, ex more, Magiſtratum *Nicolaum* de *Myrzenyecz*, Decretorum, & Legom Doctorem, B Canonicum *Plocenſem* in Adminiſtratorem, coneordibus vocibus elsgiſſst: ordioante Duce *Caſimiro* slecto præfato, & ſua ſactiooe, de adminiſtratione, quaſi ſuſpsctus, eiectus eſt, & in eios locum Magiſtsr *Matthias* de *Othoczno*, Canonicus *Plocenſis* ſuffectus. Qui cum paucis disbus altsrius occupaſſet ſuggeſtum, morbo epilepſiæ tactus, expirat: documentum non multæ ambitionis futurus, & Doctor *Nicolaus* de *Myrzenyecz* ſuam recuperat adminiſtrationem.

Ioanne Luthkonis

Die Mercurii, vigsſima prima menſis Maii *Ioannes Luthkonis* ds *Brzezye* Epiſcopus *Cracouienſis*, in ſonſilio Rsgno *Cracouia* reſidens, propter nimiam indigoationem, & cholsram, qua tunc agitabatur appIexia psrcuſſus, & aliorum manibus ex Rsgia elatus, vſu loquendi ex tunc amiſſo, ſolo olei ſacramento, cum ad cætera parum sſſst idoosus, accepto, die Veneris vigeſima quarta menſis Maii in Curia Epiſcopali *Cracouia*, diem obiit: sum annos ſsx, menſes ſex, dies vigioti duos, in Sede *Cracouienſi* ſediſſst, & io Eccleſiæ *Cracouienſis* choro tumulatus, Viſioam habens debilem & luſcam. Io ſingulis agendis, cunctator præcipuus, & plurimum ambiens. In eo præſertim, qood perfidiam *Iudaicam Magdalena*, *Georgii Morſchtin* conſortis, nobiliter in ſs & filiis vulgatam, & D plores ſsducentem, & ſcandaliſantem, reſcindere diſſimulauerit, frequentius à viris timoratis, & Zelum Dei habentibus, admonitus, Cautelosus in factia & moribus, ſingula adumbrars geſtisns, laudis humanæ, & vulgaris auræ auidus, ad ſumptus ſaciendos profuſus. Æri alieno adeo obnoxius, vt impeoſa funeri, niſi illam Capitulum *Cracouienſe* liberaliter præſtitiſſet, defuerit. Propter quod, nec aureum Calicem, ex Statuto & iuramento debitum, longam ſibi portendens vitam, Eccleſiæ *Cracouienſi* reliquit, caſtitate & pudicitia inſignis, Manſionarium in eccleſiæ ſanctæ *Maria Sandomirienſi*, *Ioanne* ſsniore *Dlugoſch*, Canonico *Cracouienſi*, inſtante fundator. In pauperes & egeoos

mortuo.

benignus, Medioeris ſtaturæ vir, ſaciem habens oblongam, in mento coartatam. Capitulum *Cracouienſe*, in die Aſſumptionis ſanctæ *Maria* virginis, slections ſururi Pontificis inſtituta, *Ioannem Rzeſchowski*, Regni *Polonia* Vicethsſaurarium, ſsholaſticum *Sandomirienſem*, & Canooicum *Cracouienſem*, per compromiſſum, factum, in *Ioannem Pniowski*, Archidiaconum, *Ioannem* de *Dabrowka*, & *Stanislaum* de *Kobilino*, Decretorum Doctores, *Cracouienſes*, ſciſma abhorrens, elegit. Qui *Romam* miſſis Nunciis, videlicet *Adam* de *Dabrowa*, Decano *Poſnanienſi*, & Canonico *Cracouienſi*, *Arnolpho* de *Mirzeniecz*, Decretorum Doctore, Canonico *Plocenſi* & *Marcziſſio* de *Wroczimouice* milite, confirmationem ſuam die Mercurii, tredecima menſis Nouembris, a ſumnio Pootifice *Sixto* quarto, nullo impedieote obtinuit, & deinde die Solis, vigeſima nona menſis Ianuarii, in anno ſubſequenti, videlicet Milleſimo, quadringsnteſimo, ſsptuageſimo, ſecuodo, ſub præſentia *Caſimiri Polonia* Regis per *Iacobum* de *Syenno Wladislauienſem* Epiſcopum, aſſiſtentibus ſibi *Paulo Chelmenſi*, & *Antonio Naturienſi* Epiſcopis, vir nobilis, ds Domo & familia *Polukoſza*, caput Aſinioum pro inſigoi dsferens, ex patre *Ioanne*, & matre *Anna*, ac ex vico *Przbiſchowka*, *Przemislieuſis* Diœceſis, ortum ducens, citra ſexagsſimum ætatis ſuæ tunc C agens annum, in Eccleſia *Cracouienſi* io Pontificem *Cracouienſem*, cooſecratus sſt. 1471.

Ioannes Rzeſchwowski Regni Polonia Vicecancellarius in Epiſcopum Cracouienſem ſufficitur,

nullo impediente.

Turcorum Cæſaris *Machumeti* Satrapa *Iſabek*, alias *Iſaac Boſzna* Regnum tunc detioens, eum quindecim millibua equitum ex *Boſſna* per *Croatiam*, ſioe *Liburniam*, in *Carniolam* transgreſſua, inopinatam excurſionsm ingerens, & omnia ſerro & igne vaſtans, tribua menſibus illic absque omni rsprehenſione libere immoratus, vigioti millia homioum, pecorom ritu in perpetuam ſeruitutem detrudsnda abegit. *Frederico Romanorum* Imperatore, & *Auſtria* Duce, oullam ſuper his prouiſionem adhibsnte. Nolla deniqus mora facta, captiuis Catholicorum in arces, & Ciuitates ditionis ſuæ conductis, per sandem viam, qua venerat in *Carniolam*, cum dscem millibus *Turcorum* regreſſus, & vsqus in *Laybacum*, caput *Carniola* graſſatus, alia rurſus viginti millia aoimarum catolicarum io ſeruitutē impune abduxit. Cum vero ſenſiſſet *Fredericum Romanorum* Imperatorem, apud *Ratisbonam*, cum electoribus, & Principibua Almaniæ agere Conuentum, prioribus incurſionibus ineſcatus, abſentia etiam *Frederici* Impsratoris, tunc in remotia agentis, ſibi ſubmioiſtrants vires & aoſus, cum quindecim millibus equitum, mirabili celeritats per *Croatiam*, in craſtino Pentecoſtes, circa occaſum Solis, vsque ad portas & mænia *Lyaibaci* venit. Cepiſſstque tunc *Laibacum*, niſi incenſione villarum, quarum fumus

Turca Carniolam, ter ingreſſi, populantur & nemine reſiſtente, multa millia captiuorum in ſeruitutem perpetuam abducunt.

1471. mus ex mutis conſpectus eſt ſe prodidiſſet. Poſtridiè vero copias partitus, partem vnam per Alpes, qui *Carniolam* à *Stiria* diuidunt, in vallem illam præclaram *Sawa*, vſque ad *Ciliam* tranſmiſit, & triginta millia animarum capta abduxit: alteram per *Sauum* in *Illyricum*, tertiam per *Tranſyluaniam*, vltra *Danubium*, eladibus omnia complens, egit. In meuſe autem Auguſto ſequente Marchiam *Slauoniæ*, & in Calendis Nouembris *Iſtriam*, & *Carſos*, vſque ad portas oppidi *Goriciæ*, funeſta ſtrage, omnia fœdando, vaſtauit.

1472. Saluatoris noſtri Ieſo Chriſti, anni præſentis natalem, & dies ſequentes. *Caſimirus Poloniæ* Rex cum Cooſorte ſua Regina *Eliſabeth*, apud *Cracouiam*, turbationibus multitariis, in illum aſſidue graſſantibus, egit. Nam & *Caſimirus* Princeps, ſecundo genitus ſuus, aliquot dies, apud *Gilaniam*, & deinde in *Rozemberg* apud *Petrum Komorowski*, qui de Caſtris ſuis omnibus, quæ obtinebat, in *Hungaria*, videlicet *Rikawa*, *Rozemberg*, *Orawa*, & *Hradek*, ceſſurum ſe uſſerebat, immoratus, in *Poloniæ* Regnum, nulla re memorabili, apud *Hungariam* geſta, de quo in *Derslaum* de *Ritwiani*, Palatinum, & Capitaneum *Sandomirienſem*, omnis referebatur ab vniocrſis culpa, per *Miſlimicze* rediit, & patre ordinante, in caſtro *Dobczicze* conſedit.

Caſimiro Duce, nulla re memorabili acta, ex Hungaria cedente, & in Dobczicze deuertente.

Et *Paulus Iaſyenski*, aliquot particularibus pugnis, cum exercitu *Hungariæ* Regis *Matthiæ*, qui illum apud *Nitriam* obſederat, egregie factis, mediante *Quinque eccleſienſe* Epiſcopo *Ioanne*, per pacta & conditiones, ita vt *Nitra* in poteſtate *Caſimiri* Principis, remaneret, relictis trecentis armatis in illa, pacem in quindecim dies confecta, verſus *Turcz*, quatuor millia armatorum habens in Comitatu, ex *Nitria* diſceſſit: non ſine Baronum *Hungariæ*, etiam eorum, qui cum Rege *Hungariæ Matthia* militabant, & qui clade & morte illum obrui optabant perturbatione. Quem *Matthias Hungariæ* Rex, pacto diſrupto, inſequi pergit: Facile ſperans illum, quod ſuperior eſſet, in gentibus oppreſſurum. Sed comperto *Pauli Iaſyenski*, & ſui exercitus forti propoſito, ad vltimum videlicet caſum, acie ad confligendum inſtructa, aduentum ſuum opperiri, mutato propoſito, retrorſum abiit: pluribus *Polonis*, qui apud illum, parum honoris, ſed potius auri cupidi, militabant, execrantibus eom, quod contra pacta faceret conflictom. Creditur autem exercitum *Polonicum*, parum proſperam fortunam, ideo in *Pannoniis*, tunc aſſecutum fuiſſe, quoniam in eundo oeque ſacris pepercit, neque humaois, ſed Eccleſias Dei, & eorum miniſtros, ſpoliis & verberibus, Matronas vero & Virgines, aepuerperas, ſtupris, & contumeliis, vſqoe ad extinctionem, affecit: Ducibus exercitus, rem tam fœdam, ac tolerantibus, aut non caſtigantibus, nec vllam adhibentibus coërtionem. 1472.

Erat & alia turbationis, *Caſimiri Poloniæ* Regis cauſa, quod pro rebus *Bohemicis* & *Hungaricis* bene gerendis, ærario ſuo omni expilato, & Regiis prouentibus fere ſingulis obligatis, in fundum debitorum, & defectuom multifariorum veniens, rempublicam Regni ſui orbam & exanguem adeo effecerat, vt victus etiam quotidianus ſibi & filiis ſuis deeſſet. Incaſtellaverant autem gentes *Caſimiri* Principis, quorum principalia loca in *Hungaria*, videlicet *Gilaniam*, *Thurcz*, *Michalow*, & *Vbyena*, ſed à geotibus *Matthiæ Hungariæ* Regis, aliquot hebdomatis obſeſſi, dum de ſuffragio illis, per *Caſimirum Poloniæ* Regem ferendo, deſperaſſent, pacti libertatem, res, equos, & arma, præſidia præfata dederaut. Quintum præſidium, oppidum, videlicet *Strophow*, quod *Nicolaus* de *Peren*, in poteſtatem *Poloniæ* Regis tradiderat, & in quo Rex egregios milites, quorum Ductor erat *Ioannes Eyali* locauerat, loca multifarie munito, in periculum obſidionis non venerat: probe exiſtimante *Matthia* Rege *Hungariæ*, ſi obſidere illud pergeret, ſuccurſum ſuis *Poloniæ* Regem *Caſimirum*, propter propinquitatem loci, laturum. Inflatus ea fœlicitate *Matthias Hungariæ* Rex, plura figmenta da ſuis tropheis, quaſi exercitum *Caſimiri* Priocipis, de quindecim millibus, acie profligaſſet, & pluribus clenodiis & vaſis precioſis ſpoliatum, de *Pannonia* turpiter eieciſſet. Summo Pontifiei, & pluribus Regibus, & Principibus Orbis, gloriam de potentia ſuæ virtutis præſcripſit.

Matthias Hungariæ Rex per literas apud exteros Princ. pes, quaſi exercitum Caſimiri de Pannonia eieciſſet, gloriatur & Archiepiſcopum Strigonienſem contra ſacramenti fidem captiuat.

Ioannem quoque *Strigonienſem* Archiepiſcupum, data illi ſecuritate, per ſe & ſuos Conſiliarios, ſacramento firmata, contra iuſiuraodum, dum verſus *Budam* procederet, cepit, & variis turpibusqoe minis & illuſionibus vſus, ligari illum ad mediaſtinum, & ſagittas contra illum a barbaris ſimultanee iaci, niſi caſtra Archiepiſcopalia redderet, ſe inſpectante ordinauit. Sed cum officiales Archiepiſcopales, dicto Archiepiſcopi, Caſtra tradi iubeotis, non parerent. Caſtra, *Strigonium*, *Nitriam*, *Brzezniczam*, *Czyepliczam*, *Sando* & *Trzeviſcze*, obſidione languida, circumuallat. Quorum tandem aliqua ſibi fuerunt dedita, ea conditione, vt à *Ioanne* Agrienſe Epiſcopo, ad fideles manus tenerentur, ne *Polonus* illis potiretur. Morte vero Archiepiſcopi ſecuta, qui paralyticus, ex metu fuerat, vndis enim illum aliquoties mergere parabat rex, diris tormentis afflictum, in ditionem Regis reditura. *Ioannes* etiam interim, *Quinque eccleſienſis* Epiſcopus, dolore tribulationum preſſus, diem obiit, vel vt quibuſdam placuit, veneno intoxicatus.

Miles mercenarius, qui in Hungaria

Armigeri tam equites, quam pedites, qui apud *Pannonias* militauerant, in *Poloniam* reuertentes, dum ſtipendia illis tardius ſoluerentur, ob ærarii defectum, in

bona

1472.

militabat, & publice & priuatim impune graſſatur præſertim in bona ſpiritualium, propter ſtipendium ſibi non ſolutum,

bona Eccleſiaſtica, Diœceſis præſertim *Craconienſis*, ſæue & crudeliter, deinde in quoslibet obuios, graſſari cœperunt libere, & abſque vlla reprehenſione, adeo quoque impunitate eos ineſcante, eorum truculentia aſcenderat, vt quingentas villas Eccleſiaſticorum, per ſuas prædas & ſpolia, graui pernicie damnarent. *Caſimirus Poloniæ* Rex, ad reſcindenda tanta mala, aliquod remedium adhibiturus, Diæta generali apud *Piotrcouiam*, pro die Dominica Iudica, quæ fuit dies Solis, quindecima menſis Martii, indicta, illuc ex *Cracouia* deſcendit. Sub quo tempore *Caſimirus* Princeps, ſecundo genitus Regis ex *Dobczicze*, die Iouis decima nona menſis Martii, *Cracouiam*, non ſine profundo mœrore & pudore, qood res ſuæ *Pannonicæ*, ſecus quam ſperauerat ceſſerant, rediit. Et quamuis io Diæta *Piotrcouienſi* diebns quindecim agitatum ſuit, de ſubſidio, pro ſoluendis ſtipendiariis, faciendo: nulla tameo efficax concluſio, ob diſparitatem votorum, eaptari potuit. Quapropter omnis concluſio ad Diætas partieulares, in *noua ciuitate Korczin*, & *Colo* tenendas, reiecta fuit. Ex *Pyotrkow*, *Caſimirus Poloniæ* Rex die Mercurii, prima menſis Aprilis, poſt feſtum Paſchæ, immediate ſequente, diſcedens, in *nouam Ciuitatem*, die Solis, quinta Menſis Aprilis venit. Baroneſque & milites, qui illne conuenerant, de ferendo ſibi pecuniario ſubſidio, magna prece & inſtantia ſolicitauit. Qui reipublicæ naceſſitate, diebns aliquot, ad dandum, de qnolibet poſſeſſo laneo, vnum fertonem conſenſerunt. Idem feeerunt, & Barones *maioris Poloniæ*, Diæta apud oppidum *Colo* tenta. Clerus quoque omnis, quatuor Diœceſum, *Gneſuenſis* videlicet, *Craconienſis*, & *Wladislauienſis*, *Poſnanienſiſque*, notabile tunc contulit ſubſidium, dando taxæ medietatem, præter Clerum *Craconienſem*. Qui ob taxæ grauitatem, nouem ſcotos à marca ſoluit. Sub omni autem tempore, quo Stipendiariis impendebatur ſolutio, non deerant plures ex eis, qui itinera publica obſidendo, quoslibet expilabaot. Quibus etiam ſe nonnulli terrigenæ iunxerant, & ſub illorum colore prædas agebant. Sed ab hominibus, ſuas iniurias propellentibus, plures fuerunt necati, ſubmerſi, & vario genere mortis, Rege *Caſimiro* vtrumque malum diſſimulante, extincti.

Tandem Tributum ſinguli fere ordines conferunt, Caſimiro Principe interea Cracouiam ex Dobczicze non ſine pudore ingreſſo.

Cometes apparuit.

In principio menſis Iaouarii, anni præſentis, Cometes magnus, & qui appellatur ab Aſtronomis Dominus Aſcoën, de ſublimatione, & complexione Mercurii, partius in ſtella, maximus in cauda, participans in natura & proprietate Saturni, in Regno *Poloniæ*, & aliis Regnis, & in vniuerſo fere orbe apparuit, & duobus continuis menſibus in Cenit *Europa* apparuit, Generatus iuxta opinionem aſtronomorum in Regno *Hungariæ*, & in Ceoit illius Regni inuentus. Qui etiam ſupra Cenit, Regni *Poloniæ* vno die ſtetit: Sub tribus annis immadiate ſe ſequentibus, effectus ſuos producturus. Prodigium malum Regibus, Principibus, & aliis illuſtribus & magnificis perſonis, cæteris vero mortalibus inferioris conditionis, anxietates, metus, commotiones, turbationes, fraudes, deceptiones, combuſtiones, populationes, & deuaſtationes, tempeſtates, grandines, tonitrua, fulgura, & terræ motum, in aliquibus partibus, ægritudines longas, cronicas, ſiccas, & acutas, vomitus fortes, freneſim, epidimiæ peſtem, dolores, & tremores febrium, aborſum mulierum prægnantium ſignificans. Motus eius fuit valde inordinatus & mirabilis, interdum à meridie verſus Septemtrionem, interdum à ſeptemtrione in occidentem & meridiem progrediens. Cauda etiam ſua, diuerſas mundi reſpiciens partes. Quæ effectus ſuos ſenſim producens, & immature, primum in *Morauia* & *Hungaria*, deinde in *Craconienſi* vrbe, & locis atque oppidis, circumvicinis, epidimiæ morbum diffudit. Quo, qui afficiebantur, nullo antidoto medicinali ſuffragante, pauciſſimis exceptis, cadebant. Serpſit & poſtea in *Bohemiam*, *Auſtriam*, *Caranthiam*, *Stiriamque*, & multam *Pragenſibus*, ac *Viennenſibus* Ciuibus, *Bohemiaque* Regou, & Ducatui *Auſtriæ* induxit orbitatem.

Cuius effectus recenſentur.

Die Solis tredecima menſis Maii in meridie, apud *Craconienſem* arcem *Eliſabeth Poloniæ* Regina, quintam filiam, decimam vero prolem effudit. Quæ à *Ioanne Rzeszowski Craconienſe* Epiſcopo baptiſata, *Eliſabeth* nomen accepit.

Filia Eliſabeth Caſimiro Regi Poloniæ naſcitur.

Stanislaus Vatrobka Caſtellanus *Sandecenſis*, nomine Conſiliariorum Regni *Poloniæ*, pro quietatione, ioter Regna *Poloniæ* & *Hungariæ*, belli exorti, ad Conſiliarios Regni *Hungariæ*, deſtinatus, quinque hebdomadis per *Matthiam Hungariæ* Regem apud *Budam*, quamuis reniteretur, fuit retentus. Concluſa autem annali pace, cum vno ex Baronibus *Hungariæ*, *Nimphor* nomine ſciſcitatum miſſo, an *Caſimirus* Rex *Poloniæ*, & Conſiliarii ſui pacem ipſam obſeruare vellent, reuerſus, dum induciarum conditiones, neque à *Polonico*, neque à *Bohemico* Rage, & vtriusque Regni Conſiliariis, ſatis probarentur, pax tantummodo in diem ſancti *Ioannis* Baptiſtæ, ea conditione accapta eſt, vt Conſiliarii trium Regnorum, Poloniæ, videlicet, *Hungariæ*, & *Bohemiæ*, pro eodem die ſancti *Ioannis* baptiſtæ, in *Olomuncz*, conueniant, & perpetuam pacem, ioter Reges & Regna, aut ſaltem temporalem, ſub æquis conditionibus firmeot. Omnibus etenim belligeratio inter Regna ipſa videbatur perieuloſa & moleſta, propter *Turcorum* Cæſaris *Machumeti*, qui magna parte Regni *Hungariæ* occupata, iam non tantummodo *Pannoniis*, quantum

De pace Poloni cum Hungaris vltro citroque agunt.

Machumetus vero Imperator Turcarum

1471.

tum *Auſtriæ*, *Italiæ*, *Stiriæ*, *Carinthiæ*, minabatur atrox bellum. Qui etiam magnum comparabat exercitum: primo æſtatis tempore *Albam Regiam* in *Raſcia*, quam *Taurinum* vocauere priores, per terram, & per vndas obſidendo, expugnaturus. Quam rem ſatis terribilem & periculoſam, ſola miſeratio Diuina, humanum præſidium intelligens defuturum, auertit. Venit enim alter *Turcorum* Cæſar ex *Perſide* & *inferiori Armenia*, vocatus *Huſſenkaſzeu* (qui ex homine obſcuro, & vix per ſe ipſum noto, in virum maximum euadens, frequentibus victoriis, tenui manu obtentis, plures ſibi regiones ſubiecerat) contra eum ac filium ſuum *Mahumeth*, ſolus enim in eaſum vniuerſæ dimicationis venire, ne æſtimatio ſua, in aduerſa fortuna leteſceret, metuebat, graui clade pugnauit. At filius Cæſaris, & ipſe *Turcorum* Cæſar *Mahumeth*, cladis ſuæ ruinam, & ignominiam reparaturus, maiori multitudine collecta, iterum contra *Huſchenkaſſen*, cum quadringentis millibus equitum, & magna multitudine peditum, venit. Qui auxilia *Caramanni*, & *Thartarorum* Cæſaris, conſanguineorum ſuorum, habens, omnem *Turcorum* exercitum, miſerabili ſtrage deleuit, & Ciuitatem in *Aſia Trapeſuntum* inuadens, quam Imperator *Turcorum Mahumeth*, ante annos aliquot occupauerat, Imperatore *Trapeſuntino Græco*, ſocio eiuſdem *Huſchenkaſſen* occiſo, cum toto *Trapeſuntino* Imperio cæpit, & ſocii ſui neci immeritæ parentauit. Exinde mirabili celeritate, Ciuitatem *Sinapolim*, in *Natulia* expugnatam, obtinuit, & verſus *Galliopolim*, obſeſſurus eam, inuocato *Venetorum* auxilio, ire pergit: Nuncios ſolennes, ad *Caſimirum Poloniæ* regem, circa medium menſis Iulii *Cracoviam* ingreſſos fauores ſuos & ſubſidia, contra *Mahumeth*, *Turcorum* Imperatorem expetens, mittit: qui ſibi non fuere denegati. Quæ omnia *Mahumeth* ſentiens, & parari ſibi ruinam videns, Zoldani *Babiloniæ* auxilio, ne quicquam fruſtra petito, omnes Ciuitates ſuas, & præſertim maritimas, munire cepit.

Taurinum obſidere parat,

niſi per Cæſarem Perſidis Huſſenkaſchen,

maxima clade eſſet affectus.

Bellum in Pruſſia indignatione Nicolai Thungen, quod de Varmienſi Pontificatu in Kamienyecenſem tranſlatus, & Stiborii de Bayſen, quod a gubernatione depoſitus ſit, ortum,

Nicolaus Thungen, dolore ingenti perculſus, & in bilem abominandam verſus, quod à *Sixto* Papa, ex *Varmienſe* Eccleſia, in *Camyenyecenſem*, fuerat translatus, pernicioſam ſuam intentionem, quod parum fœlices ſucceſſus, *Caſimirus* Rex *Poloniæ*, ex *Hungaria* retulerat, & *Stiborio* de *Bayſſen*, quod a gubernatione *Pruſſiæ* illum *Caſimirus* Rex *Poloniæ* amouiſſet, & nonnullis aliis Militaribus, ac Ciuibus *Pruſſiæ*, qui moleſte ferebant Pontificatus, & Magiſtratus *Pruſſiæ*, in *Polonos* demandari, ſpe multa mulcentibus, ad arma conductis mercede quingentis armigeris, & pluribus agreſtibus, pollicitatione magna ſolicitatis, conſurgit, & primum oppidum *Bruusberg*, portas oppidi oppidanis ſibi vltro & contra iuſiurandum, *Caſimiro Poloniæ* Regi præſtitum, aperientibus, deinde oppidum *Guthſthath* capit, Eccleſiam deinde *Frumborg* incaſtellatam, & Caſtrum *Reszel*, vi, non ſine occiſione multorum mortalium expugnat, & aliquot milites Regios, videlicet *Albertum Vincentii Kielbaſſa* Epiſcopi *Culmenſis* germanum, *Petrum Schorcz*, *Laurentium Srank*, *Ioannem Slowak*, diris vinculis, & carceri includit. Ciuitate deinde *Elsberg* ſe illi dedente, Caſtrum vallat, vna cum Ciuitate *Szeburg*. Et dum arcem *Elsberg*, & oppidum *Szeburg*, per oppugnationem, aliquoties tentatam, conquirere nititur, plus quam quingentos homines, qui per illum, mero & cereuiſia inebriati, arcis oppugnationem aggrediebantur, temere amittit. Id bellum, ne amplius ſerperet, miſſis in *Pruſſiam Iacobo Wladislauienſe* Epiſcopo, & *Nicolao Lancicienſe* Palatino, conditionibus ſublatum eſt: arce *Elsberg* oppido *Szeburg*, in manus militarium *Caſimiro* Regi ſidelium, traditis, donec Sanctiſſimus Pontifex, vnum ex contendentibus, verum Epiſcopum *Varmienſem* declararet.

1472.

per Nuncios Caſimiri Poloniæ Regis ſupprimitur.

Sub hac tempore *Marcus*, natione *Venetus*, tituli ſancti *Marci* præsbiter Cardinalis, & Patriarcha *Aquilegienſis*, ad *Caſimirum Poloniæ* Regem, à *Sixto* Papa quarto miſſus, *Cracouiam* die Saturni, quarta menſis Iulii, aduenit: à *Caſimiro Poloniæ* Rege, obuiam illi perſonaliter *Wyeliczkam* verſus, cum *Caſimiro* filio, & Comitiua inſigni procedente, & a proceſſionibus omnium Eccleſiarum, magno honore, à tribus filiis Regiis, *Caſimiro*, *Alberto*, *Alexandroque*, tribus pulcherrimis Orationibus, ius ſuum naturale, quantum ad *Bohemiæ*, & *Hungariæ* Regna, deducentibus, altero vero die ſplendido prandio exceptus eſt, & audientia illi die ſequenti conceſſa, commemoratis pernicioſis diſcriminibus, quæ *Turcus* Catholicis Regnis, aſſidue impendens, interre conſueuit, pacem cum *Matthia Hungariæ* Rege, multipliciter perſuaſit, obſecrans Regem *Caſimirum*, vt quæ armis quæſiturus erat, per conditiones ſuſciperet, & cum cæteris Catholicis Regibus, in *Turcum* ad arma prodiret. Ad quam pacem facilius obtinendam, inducias annales, & Conuentum, pro die ſancti *Michaelis* in *Niſſa* Conſiliariorum ex tribus Regnis magnopere ſuadebat. Quæ ſingula, cum *Caſimirus Poloniæ* Rex, Catholicum ſe oſtendens Principem, liberaliter annuiſſet, Cardinalis ipſe, fratrem *Leonardum* de *Peruſio* ordinis Prædicatorum, Magiſtrum Palatii Apoſtolici, *Budam* ad *Matthiam Hungariæ* Regem, deſtinauit: pares induciarum literas, quarum exemplar ferebat, relaturum. At ille putans, *Caſimirum Poloniæ* Regem, & in ærario, & in milite mutilatum eſſe, morte etiam *Ioannis* Archiepiſcopi *Strigonienſis*,

Marcus Cardinalis, Legatus ſummi Pontificis Sixti quarti

inducias & pacem cum Matthia Hungariæ Rege, Caſimiro Regi Poloniæ perſuadet,

1472. *Ioannis Quinque eccleſienſis* Epiſcopi, & *Reynaldi* de *Wronow* militis, qui partes *Caſimiri Poloniæ* Regis enixiſſime proſequeban- A tur, quos ferebatur veneno ſuſtuliſſe, & captiuitatem *Czupur* Palatini *Tranſyluanienſis*, *& Arneſti* Theſaurarii ſui, pecunias ab eis exacturus, inſolentior factus, inducias, quas alias magnopere petiuerat, abnuebat: quam tandem ſumere perſuaſus, ſuperbis & amplis verbis, ſe quidem efferens. *Poloniæ* vero Regem *Caſimirum* carpens, in illius ſcriptura vti non erubuit. Sed nec Duci *Victorino* terminum, ad ſtatuendum ſe in captiuitatem concedere, qui ſe ſibi aut Centum florenorum millia, pro die ſancti *Martini* ſoluturum, aut de arcibus in *Bohemia* habitis, ceſſurum, in dolo ſpoſponderat, credens ſe hac via *Wladislaum*, *Bohemiæ* Regem, a Regno excluſurum, quem etiam nouerat, quam paruæ fs- B ctiuitatis, rarique & hebetis ſermonis Rex eſſet, parum *Bohemis* gratum eſſe: confidens etiam in amplitudine pecuniarum, quas per tyrannidem à ſubditis emungebat, ſuperiorem ſe armis & gentibus futurum, confidens & in gentibus, ex colluuione collectis, qui ſe fratres intitulabant, quas *Frederico* Imperatori nociturus, aliquali ſuffragio obligatos, in *Auſtriam* transmiſerat, & quæ exinde fœde fuerant eiectæ. Verum *Caſimirus Poloniæ* Rex, turpes inducias *Hungariæ* Regis *Matthiæ*, quas *Ioannes Thininenſis* Epiſcopus, cum *Leonardo* de *Perufio*, Magiſtro Palatii Apoſtolici, *Cracouiam*, *Caſimiro Poloniæ* Rege abſente attulerat, peroſus, reieciſſet, tractatibus pacis disruptis, re infecta, *Thininenſis* Epiſcopus rediit. C

quam deinde turpi conditione oblatam, ab Hungaro reiicit Polonus.

Quindecem menſibus, *Caſimirus Poloniæ* Rex *Cracouiæ* aſſidue exactis, tandem ſerpente in *Cracouia* epidimiæ peſte, die Iouis vigeſima menſis Auguſti, *Cracouia* egreditur, Cardinale ſancti *Marci*, *Cracouiæ* relicto, & in *Nyepolomicze*, vna cum conſorte ſua Regina *Eliſabeth*, & omnibus natis transgrediens. Paucis illic abſumptis diebus, die Mercurii, vigeſima ſexta menſis Auguſti, in *nouam Ciuitatem Korczin* intrat. Ibi ad illum *Marcus* Cardinalis, & Apoſtolicus Le- D gatus, die Solis, tredecima menſis Septembris aduenit. Vbi frequentibus tractatibus, de pace aut eius induciis, habitis, *Caſimirum Poloniæ* Regem, ad omnem æquam pacem procliuum offendens, die Iouis, decima ſeptima menſis Septembris, *noua ciuitate Korczin* diſcedens, in *Sądecz* diuertit: nouis ſtudiis & laboribus, æquam pacem inter *Hungariæ* & *Poloniæ* Reges, confecturus.

Marcus Cardinalis Legatus Apoſtolicus Caſimirum Poloniæ Regem adit: pacem inter eum & Matthiam Hungariæ Regem æquis conditionibꝫ compoſiturus.

Caſimirus Poloniæ Rex, octo hebdomadis, apud *nouam ciuitatem Korczin*, exactis, ſub quibus, pro die ſancti *Michaëlis*, habita terrarum *Cracouienſium* Conuentione, pro ſoluendis reſiduis ſtipendiariorum debitis, qui ſpoliis, prædis, furtis, & omniſario maleficiorum genere, & ſignanter bona Eccleſiaſtica, & decimas diripiendo, Regnum premebant, ægre ſubſidio per ſex groſſos, de laneo dandos, obtento, ad agendum Diætam generalem, pro die omnium Sanctorum in *Pyotrkow*, ex *noua Ciuitate Korczin*, feria ſecunda ante feſtum Sanctorum *Simonis* & *Iudæ* Apoſtolorum, proceſſit. 1472.

Tributum à ſuis pro ſoluendis diis, Regno Poloniæ ſtipendiariis varia damna inferentibus ægre impetrat.

In decem millium Militum feſto, quod in diem Lunæ, vigeſimam ſecundam menſis Iunii, cadebat, *Ioannes Dlugoſz* ſenior, Canonicus *Cracouienſis*, ex Eccleſia parochiali ſanctorum *Michaëlis* Archangeli & *Stanislai* martyris in rupella, *Ioanne à Sobyen* eius Plebano, duabus Præbendis, ſatis ventroſis, videlicet *Sandomirienſi*, & *Kielczenſi* contentato, conuentualem, per *Ioannem Rzeſzowski* Epiſcopum *Cracouienſem*, creari, & Monaſterium fratrum hæremitarum beati *Pauli*, primi hæremitæ Regulam ſancti *Auguſtini* profitentium, quod hi vitæ vtriuſque, actiuæ videlicet & contemplatiuæ, vtendo exercitio, maximo forent eccleſiæ Dei profectui, fundari obtinuit: ratus, vt eſt, eratque, locum illum ſacro ſanctum, beatiſſimi *Stanislai*, martyris magnifici, cruore ſacratum, negligentius hactenus habitum, per Diuinæ laudis, in horis diurnis, & nocturnis, concentum, & per virorum religioſorum ſanctimoniam, prouidentiam & induſtriam, in frugem vberiorem, & ſaluberrimam, pro amplitudine laudis Diuinæ, & ſalute populi Chriſtiani, propiciante clementia altiſſimi euaſurum. Prouentibus etiam illius Eccleſiæ, præfatus *Ioannes Dlugoſch*, Altaris ſanctæ crucis, in eadem Eccleſia ſiti, prouentus, *Stanislao Byeczki*, eius Altariſta, per aliud beneficium contentato, adiecit. Cuius primarius fuit, Prior, frater *Iacobus* de *Bogumilow* Prouincialis tunc *Poloniæ*, in ordine præfato, vir relucens ſingulari ſanctimonia & probitate, rariſſimo ſe munere beatum, fœlicitatumque glorians, quod ipſum & ordinem ſuum tam illuſtrem, & celeberrimum locum, quod aliis omnibus ordinibus, tanto tempore, datum non erat, hæreditarie præoccupare contigiſſet. Cui etiam medietatem Cenſus *Barkracht* in Zuppa *Wyelicenſi*, apud *Spithkonem* de *Melſtin* coemens, perpetuo conſenſu Regio accedente, adiecit præfatus *Ioannes Dlugoſch*, Canonicus *Cracouienſis*.

Monaſterium in rupella, Caſimiriæ eade diui Stanislai celebre, Ioannes ſenior Longinus Canonicus Cracouienſis fundat.

Omnium ſanctorum ſolennitate adueniente, cum *Caſimirus* Rex *Poloniæ*, *Eliſabeth* Regina conſorte ſua apud Monaſterium dimiſſa, *Pyotrcouiam* aduenisset, frequens conſiliariorum numerus illic confluens, nihil ſibi antiquius agendum ducens, à Rege, vt Magiſtratus primarii, qui per bien-

Caſimirus Rex generalem Conuentum in Pyotrkow celebrat,

1472. biennium iam vacauerant, diſtribuerentur obtinuit: quorum diſtributio multorum animos, quaſi in parum dignos, eis A neglectis, collati eſſent, à Rege alienauit. *Bohemiæ* Regis nuncii *Wladiſlai*, videlicet *Slawutha*, *Benedictus Weythmilner*, & *Ioannes* dictus *Marſchalcus*, ciuis *Pragenſis*, ſubſidium pecuniale, & in gentibus petentes, auditi, & *Ioannes Zyelienski*, cum quingentis armigeris e veſtigio deſtinatus, apud montes *Kuthnos*, quos *Hungariæ* Rex *Matthias* inuaſurus ferebatur, deſtructionem eorum, & occupationem prohibiturus, conſedit. Decem quoque millia nummorum aureorum, *Wladiſlao Bohemiæ* Regi decreta, ſubſidium ſex groſſorum, de quolibet laneo à militibus, & à Clero *Gneſnenſis*, *Wladiſlauienſis* & *Poſnanienſis* Eccleſiarum per fertonem à marca, à Rege *Caſimiro* petitum eſt. Sed in priuatos Conuentus dilata reſponſio.

& filio ſuo Wladiſlao Regi Bohemiæ auxilia contra Matthiam Regem mittit.

Sub eo tempore *Marcus* Cardinalis, & Legatus Apoſtolicus, *Wratiſlaniam* tranſiit. Vbi degens, Diætam generalem apud *Niſſam*, pro die Purificationis, ſanctæ *Mariæ* Virginis, inter Reges, *Poloniæ*, *Hungariæ*, & *Bohemiæ*, perſonaliter illi interfuturus, & pacem inter tria Regna confecturus inſtituit. Sed dum *Matthias Hungariæ* Rex, arrogantius ſe gerens, ſucceſſibus fœlicibus eleuatus, & ſignanter, quod cum *Frederico* Cæſare, per *Laurentium Ferarienſem* Epiſcopum Apoſtolicum Legatum, reconciliatus, in gratiam redierat, ſuſceptis omnibus pacis conditionibus, quas illi Cæſar pro- C poſuerat, neque Prælatos & Barones *Hungariæ* (ſciens eorum animos à ſe alienos eſſe) Prælatis & Baronibus *Poloniæ*, iam ex nomine deſignatis, numero & conditione pares, ſed quoſdam leues & callidos homines, pacem infecturos magis quam confecturos, & ſignanter *Albertum Koſtlka Bohemum*, labe hæreſeos *Bohemicæ* pollutum, cuius conſiliis in ſingulis agendis vtebatur, mittere diſponeret, appareretque illum, ita mentionem, de pace cum *Caſimiro Poloniæ* Rege, facere, quaſi bellum futurum eſſet, & omnia reſponſa dare adeo ambigue, vt fu- D turo tempori inniterentur, quippe, qui *accepturum ſe* dicebat *inducias*, *miſſurum Oratores*, *neſcio quos*, *ad Diætam*, *demonſtraturum*, *in Conuentu non oportere de Victorino Duce meminiſſe*, cæteraque id genus plurima, ex quibus nulla concluſio liquida poterat elici. Diætam præfatam *Niſznenſem*, *Caſimirus Poloniæ* Rex & ſui detrectabant. In huncque modum Cardinalis & Apoſtolicus Legatus præfatus *Marcus*, qui ſe argutum & religioſum videri ſatagebat,

Diæta Niſſenſis per Marcum Legatum Apoſtolicum, ob pacem inter Caſimirum Poloniæ, & Matthiam Hungariæ Reges componendam, inſtituta dilabitur.

nulla re memorabili in Regno *Poloniæ* geſta, apud *Wratiſlaniam* ſe inutiliter continebat. 1472.
Sed nec in alia Regna Apoſtolici Legati fuère fortunatiores, vi quadam ſyderum impediti, Cardinalis enim Epiſcopus *Hoſtienſis*, *Beſſarion Nicenus*, ad *Gallias* Legatus, à *Francorum* Rege minime ſuſceptus, nec ad interiora Regni admiſſus, ab ipſis finibus in vrbem rediit. Vicecancellarius Cardinalis, in *Cathelonia* Regi ſuo *Ferdinando* rebellanti, nihil compoſuit, fruſtraque laborauit, Cardinalis *Reatinus*, ab omnibus *Italis*, qui compoſiturus eorum ſimultates, & odia aduenerat, ſpretus.

Ex *Pyotrcouienſi* Diæta, *Caſimirus Poloniæ* Rex, vota ſua & deuotionem in Deum expleturus, *Poſnaniam* diuertit. Exinde B adorata *Poſnaniæ* Diuiniſſimo Sacramento, *Thorun*, reliquias belli inteſtini partium illarum, quod *Nicolaus Thungen*, pro Epiſcopatu *Varmienſi*, conſciis, & conſentientibus ſibi Militaribus, & Ciuitatibus *Pomeraniæ*, & *Pruſſiæ*, qui grauiter ſibi *Vincentium Kielbaza*, & quemlibet alium *Polonum*, dari Epiſcopum ferebant *Varmienſem*, ſedaturus, cum Prælatis, & Conſiliariis Regni *Poloniæ*, aduenit. Quo, cum & primores partium illarum confluxiſſent, multis tractatibus, per hebdomadas quatuor interpoſitis, nulla concluſio elici poterat, flagitantibus Militaribus, & Ciuitatibus *Pruſſiæ*, vt omnes arces, non niſi indigenis, *Caſimiro* Regi beneplacitis, & fidem ſibi, atque Regno *Poloniæ* ſeruaturis com- C mitterentur. Id etſi *Caſimirus* Rex, non abnueret ſe facturum: collationem tamen pecuniæ ab eis exigebat, qua poſſet militibus, ea tenentibus, debita perſoluere, & ſtipendia emerita. *Nicolaus* inſuper *Thungen*, ad præſentiam *Caſimiri* Regis venire formidans, Nunciis miſſis, ad iura Epiſcopatus *Varmienſis*, omnem ſubiectionem, deuotionem, & fidelitatem repromittens, admitti ſe obſecrabat. Sed facile ab hac petitione repulſus à Rege *Caſimiro*, propter interpoſitam conditionem, vt Apoſtolicæ declarationi ſtaretur, quieuit. D Nulla igitur captata concluſione, res *Pruthenicæ*, in aliud tempus, feſtum videlicet Pentecoſtes ſunt dilatæ.

Caſimirus Rex Piotrcouia egreſſus Monaſterium corporis Chriſti Poſnaniæ viſitat. Indeque Thoruniam tranſit: bellum ob translationem Nicolai Thungen, de ſede Epiſcopatus Varmienſis ad Campenecenſem exortum ſedaturus.

Caſimiro autem *Poloniæ* Rege in *Thorun* agente, venerunt ad illum duo Nuncii, Doctor videlicet vnus, & alter miles, Regis *Daciæ Chriſtierni*. Qui ſororem *Alberti* Marchionis *Brandeburgenſis*, neptem germanam ex ſorore, efferendo illam vehementer, de virtutum ſplendore, nobilitate ſanguinis, ſumma dotis, Copia affinium acci-

Caſimirus Rex Thorunii, Legatos Regis Daciæ Criſtini audit: Coniugem nobilem filio ſuo Wla-

1472. *dislao Regi Bohemiæ offerentes.*

peret in Conſortem, Ducum *Miſſnenſium*, Marchionum *Brandeburgenſium*, & *Mantuani*, item Cardinalis *Mantuani*, item mul- A torum *Italiæ* Procerum amicitiam habiturus. Hæc perſuaſio oblatioque, etſi grate accepta fuerit: ad Regem tamen *Bohemiæ Wladislaum*, & ſuos ſuſpenſa & dilata eſt, vt eius, cuius principaliter intereſt, exploretur voluntas & intentio.

Syriam & partem Italiæ Turca populatur

Æſtate anni præſentis, *Turcorum* exercitus ex *Boſſina* adunatus & egreſſus, per *Illyricum*, omnia circa *Saum* fluuium, & *Marchiam Slauonicanam*, vaſtauit. In menſe verò Septembre, in terras Patriarchatus *Aquilegienſis* à *Venetis* occupatas, deſcendens, & vsque ad Caſtellum ſancti *Danielis*, excurſiones in *foro Iulii* faciens, citra duode- B cim millia hominum, non ſecus quam pecora, in perpetuam ſeruitutem abegit. In menſe deinde Nouembre, apud *Goriciam*, & per totam *Iſtriam*, mirabili clade, in ſexum vtrumque ſæuiendo, ferro & igne ſingula complebant: nullo Rege, nullo Principe reſiſtentiam pro Catholicis opponente.

nullo reſiſtentiam opponente.

Affligebatur inſuper bello inteſtino, ab exercitu Acephalo ex colluuie variarum nationum qui ſe *fratres* appellabant, collecto, *Auſtriæ* Ducatus, quem *Matthias Hungariæ* Rex, dato illi donatiuo, & opem pollicitus liberationis ſi obſideretur, contra *Fredericum* Imperatorem *Romanorum* ſubornauerat, & qui cum nonnullis *Auſtriæ* Baroni- C bus, dominationem Cæſaris execrantibus, item cum filio *Bankkircher*; cuius patrem Imperator necauerat, qui & ipſe hoſtis infeſtus Cæſari erat, intelligentiam habebat. Quo malo *Fredericus* Imperator anguſtiatus, mediante *Laurentio Ferarienſe* Epiſcopo Apoſtolicæ ſedis Legato, cum *Matthia* Rege *Hungariæ*, ſub his conditionibus, fœdus pepigit. *Vt Imperator illi, pro feſto ſancti Georgii, Bohemici Regni confirmando Regalia, pro Imperii Electore & Pincerna illum teneat.* Item *conditionem, qua ſe illi Hungarus, nunquam vxorem ducturum, quo facilius Regni Hungariæ recideret in Cæſarem* D *ſucceſſio, obligauerat, ſoluat. Hungarus contra Auſtriam tyrannide & hoſtilitate fratrum, eius auſpiciis illam affligentium liberet.* Minus cunctanter ab *Hungaro* quam à Cæſare id fœdus ictum eſt, qui nimio dolore & ſtomachatione, ad bellum contra *Caſimirum Poloniæ* Regem & filium eius *Wladislaum Bohemiæ*, Reges, æſtuans, cæteros omnes ſibi conciliabat hoſtes, fortius contra illos innixurus. Quorum alterum, *Bohemiæ* videlicet Regem ex *Bohemia*, alterum vero, nempe *Poloniæ* Regem, ſuapte caluum, amplius ſe decaluaturum, nec tacitus

Matthias Hungariæ Rex

icto fœdere cum Frederico Imperatore Romanorum, quem ad id bello in Auſtria geſto compulerat,

quidem, ſed iactabundus apud ſuorum aſſentatorum prurientes aures deſtinabat. Liberata A itaque *Auſtria* a tyrannide Acephali exercitus, omnes conatus ſuos, curas & ſtudia, ad id vnum conuerterat, tributaque grauia per vim à *Pannoniis* exigendo, ad nocendum *Poloniæ*, & *Bohemiæ* Regibus, ſe totus cum mercenario milite armabat. *Caſimiro Poloniæ* Rege, per præſidium, apud *Sthropkow* locatum, frequens & numeroſum, cuius *Iannes Bially* Dux erat, illum & *Pannonios* grauiter premente.

1471. *in bellum Polonicum & Bohemicum totus ſpectat: nec Caſimiro Rege cunctante.*

1473. *Caſimirus Rex Poloniæ*

Sacrum Saluatoris, ac Domini noſtri Ieſu Chriſti, anni illius natalicium & dies ſequentes, *Caſimirus Poloniæ* Rex, apud *Thorun* peregit, & exinde, per *Goſtinin*, *Sochaczow*, & *Varſchouiam*, cum Conſorte ſua *Eliſabeth* B Regina, in *Grodno* pro Feſto Purificationis ſanctæ *Mariæ* Virginis perueniens, quindecim dies illic abſumpſit. Ex *Grodno* vero per *Berſchthi*, cæteraſque Ducales curias in *Throki* pro carnispriuio, *Vilnam* vero pro Quadrageſima perueniens, & conuentu frequenti illic pro medio Quadrageſimæ habito, ſubuentionem ſibi generalem de vniuerſis magni Ducatus *Lithuaniæ* terris, a quolibet arato ſex groſſos latos *Pragenſes* dari obtinuit. Frequentibus vero Nunciis, & literis Cardinalis ſancti *Marci* rogatus, Diætam pro pace in *Niſſa*, pro feſto ſancti *Matthiæ* Apoſtoli, agi (licet id nonnullorum Conſiliariorum improbaret diſſuaſio) aſtruente Car- C dinale, non leues ſed graues perſonas, ex parte *Matthiæ Hungariæ* Regis, illuc venturas, conſenſit. Ad quam, licet nouem perſonas ex Conſiliariis ituras, nominaſſet: non niſi tamen ſex, videlicet *Ioannes Gneſnenſis* Archiepiſcopus, *Ioannes Cracouienſis*, *Iacobus Wladislauienſis* Epiſcopi, *Stanislaus* de *Oſtrorog* Palatinus *Caliſſienſis*, *Ioannes Dlugoſch* ſenior, & Magiſter *Iacobus* de *Schadek*, Decretorum Doctor, Canonici *Cracouienſes*, tardiuſcule, ob tardam ſignificationem venère: tres tamen, videlicet *Derslaus* de *Rythwyani Cracouienſis*, *Lucas* de *Gorka Poſnanienſis*, Palatini, & *Ioannes* de *Rithwiany* Regni *Poloniæ* Marſchalcus, ſiue valetudine, ſiue D alia cauſa, venire detrectauerant. De quo, & tardo aliorum aduentu, Cardinalis Legatus, & *Pannonici* Nuncii, videlicet *Gabriel Colocenſis* Archiepiſcopus, *Gabriel Albenſis*, *Albertus Veſpermienſis*, Epiſcopi, *Michaël Orſchak* de *Guth*, Palatinus *Hungariæ*, *Stephanus* de *Bathor*, Iudex Curiæ *Emericus* de *Palocz* Agaſonum Magiſter, *Albertus Koſthka* de *Poſtupicze*, Comes, de *Komarno*, *Wladislaus* de *Gara* Protonotarius Apoſtolicus, Præpoſitus *Budenſis*, & *Volfangus* de *Eremburg*, vtriuſque iuris Doctor, Cantor *Albenſis*, qui hebdomadis tribus aduentum eorum apud *Niſſam* opperiebantur, grauiter ſuccenſebant.

tributum Polonis indicit.

Bohe-

1473.

Bohemiæ Rex *Wladiſlaus*, qui & ipſe nouem Oratores, pro parte ſua mittere debuerat, vnum tantummodo *Byeniſzium Weyſhmilner*, Capitaneum in *Karlichten* (tardiſſime enim ſibi Diætæ ipſius celebratio innotuerat) transmiſit, Cardinalis Legatus, vtrorumque aduectu exhilaratus, magnopere ſatagebat ſperabatque, ſe concordiam inter Reges, aut conditionibus, aut parentela, confecturum. Exigebat enim a *Caſimiri Poloniæ* Regis oratoribus, vt filia Regia *Heduigis Matthiæ Hungariæ* Regi, data pro dote terra *Scepuſienſi*, & *Morauia*, deſponſaretur. Id cum conſtanter à *Polonicis* Oratoribus negaretur, ſuper inſufficientia quoque mandatorum, vtrinque difficultas iniecta eſſet, tractatus rerum principalium, vsque ad conductum Paſchæ, qui in vigeſimam quartam menſis Aprilis ca- B debat, protractus eſt. *Hungariæ* Rex *Matthias*, vt ſuæ parti quam maxime prodeſſet, *Victorinum* Ducem *Monſterbergenſem*, a captiuitate eo pacto ſoluens, vt illum pro *Bohemiæ* Rege recognoſcens, Oppidum etiam *Colin*, in ſuam traderet poteſtatem. In quod *Hungariæ* Rex extemplo mille equites, & octingentos pedites transmiſit, poſſeſſione montium *Cuthnorum*, ex loci propinquitate, *Wladiſlaum* Regem *Bohemiæ*, primum ſpoliaturus, deinde ob egeſtatem Regno pulſurus, quorum Duces erant *Vilhelmus Perſtenſki*, & *Ioannes Catharzinski*, ſe ipſum vero, cum quatuor millibus gentium armatarum, apud *Brunam* depoſuit: exitum *Miſſnenſis* Diætæ opperiturus. Solicitans grandi auro, & grandiori promiſſo, omnes *Bohemos*, *Wladiſlao* Regi fidos, & pleroſque peruincens ad defectionem. Iuſſione inſuper eius, *Victorinus Monſterbergenſis*, *Przemislaus Theſchnenſis*, *Ioannes Rathiborienſis*, perſonaliter, cæterique *Sleſiæ* Duces, videlicet *Nicolaus Oppolienſis*, & alii, item Epiſcopus *Wratiſlauienſis Rudolphus*, item Ciuitates *Wratiſlauienſis*, *Swidnicenſiſque*, & aliæ, exercitu collecto, *Venceslai Ribnicenſis* Ducis, ob eius fera facta & inſolentias, quæ in vicinos ſibi Principes, velut demens & furioſus, diffundebat, circumſideot caſtra; & omni vi illa expugnare, per D tres menſes contendunt. Sed vno tantummodo *Ribniki* expugnato, admoto ad oppidum *Zarki* exercitu, cum illud *Ioannes Creſa Polonus* egregie defenderet, ac magnam ſtragem aſſidue ageret in obſidentes, *Iacobus Dabienski* Regni *Poloniæ* Cancellarius, & Capitaneus *Cracouienſis*, cui per *Caſimirum Poloniæ* Regem, demandata erat obſeſſorum munitionum tam defenſio, quam euictio, in Caſtra Ducum præfatorum obſidentium deſcendens, terrore plurimo in obſidentes iniecto, ea ab obſidione pactis, in

Sub tempore vero Niſſnenſis Conuentus, Matthias Hungariæ Rex Victorinum ex captiuitate ſoluit,

& Wladiſlai Bohemiæ Regis Senatum ad defectionem ſolicitat, ac Duces Ciuitateſque Sleſiæ ad bellum ciet.

libertatem vendicauit, ita, vt oppidum *Zarki* obſeſſum, parte vtraque probante. In A *Iacobi Dobienski*, *Ribniki* autem expugnatum, in iunioris *Kropacz* qui terrigena, & ſubditus Ducis *Ribnicenſis* erat traderetur poteſtatem. Hæc tam fortia, tamque opportuna machinamenta, per vniuerſam hyemem *Matthias Hungariæ* Rex comparata, pro quaſſanda *Polonia* & *Bohemia*, quaſi vtramque extemplo, pro ſuo libito vaſtaturus, diffundebat, omnique ſtudio apparatum agebat ad bellum, preſſurus *Poloniam* à fronte & è tergo. Ex eo maxime *Caſimiro Poloniæ* Regi iratus, quod gentes ſuæ in oppido *Hungarico Seropkow*, in frequenti numero conſiſtentes, omnem oram *Hungaricam*, vsque ad trans *Caſzouiam*, tributis & homagiationibus inuoluerant. Cui cum ſumptus, ad tam ingens bellum non ſuppeditarent, tributa ab *Hungaris*, odio capitali illum, propter tyrannidem execrantibus, aconitumque quod ſecus ceſſerat, ingerentibus, per vim extorquebat.

Exiguus apud partem alteram, *Poloniæ* videlicet Regem *Caſimirum*, habebatur reſpectus, & apparatus ad bellum. Sed iactabatur in ſtipendiarios fiducia, quos, bona eccleſiaſtica, in Diœceſi præſertim *Cracouienſi*, anno cum dimidio deuorantes, ad hoc vnum, cum nonnullis Conſiliariis diſſimulando, non coërcebat Rex, vt eſſent, quos C hoſti ſuo *Matthiæ* Regi *Hungariæ* venienti opponeret. Eadem, & terrior, apud *Wladiſlaum Bohemiæ* Regem, in *Bohemia* rerum publicarum erat imago, quippe cum plures, & primores Barones, Militeſque triginta millia ſe pro Rege ſoluturos, *Victorino*, *Henrico* & *Hinconi*, filiis olim *Irzikonis Poſzdzyebraczki*, & aliis, ſtricta cauiſſent obligatione, & *Fredericus* Imperator *Romanorum*, de triginta duobus millibus, quæ pro dote *Eliſabeth Poloniæ* Reginæ obligabatur, frequenter repromiſiſſet, ad tempus, de quo finaliter Regem *Bohemiæ* certificauerat, non reſpondiſſet, fide iuſſores Regii fortunas ſuas & bona diſtrahere coacti, Re- D gem improperiis inceſſendo, neque ad expeditiones ire, neque Regi parere, curabant, donec ſortem Regiam omnes miſerati, collatione in capita colonorum & ciuium facta, debitum huiusmodi pendiſſent. *Poloniæ* inſuper Rex *Caſimirus*, neceſſitati *Wladiſlai* Regis & Regni *Bohemiæ* ſuccurſurus, decem illi aureorum millis transmiſit. Quibus Caſtrum *Hradek* alias *Krziuoklyethi*, bona habens inſignia, ab *Henrico* Duce filio *Irzikonis*, redemptum eſt, & in ſortem Regiam translatum.

Wladiſlaus Bohemiæ Rex difficultate æris alieni preſſus,

& à ſuis tributum, & à patre Caſimiro Poloniæ Rege decem aureorum millia auxilio fert.

Menſe prope vno cum dimidio, apud *In Pruſſia* Niſ-

1473.
pace ad tempus facta, rurſus pro pace, inter Polonia, Bohemia, & Hungaria, Reges tractanda, agre licet per Legatum Apoſtolicum Diata Opauia indicitur.

Niſſam exacto, dum & tempus in altercationibus & iurgiis fruſtra tereretur, & pars vtraque iuri ſuo innixa, nullatenus ſe de iure Regoi *Bohemia* aſſereret ceſſuram. Apoſtolicus Legatus Cardinalis *Marcus*, nunc obſecrationibus, nuoc precibus, nunc lachrymis, partes omnes, ad pacem inclinare magnopere ſatagebat, ne Regibus bello Ciuili occupatis, nudum *Hungaria*, *Italia*, & *Dalmatia*, latus, *Turcorum* rabies, ampliori feritate laceraret. Eo tandem deprecante, exhortante, & mediante, pax ſub his conuenit conditionibus, *vt altera pro feſto Aſſumptionis ſancta Maria virginis, in oppido Opauienſi, ageretur Diata, cui Legatus & Cardinalis intereſſet, pro pace, per communes Regnorum Conſiliarios, concludenda: venirentque ad illam pro parte Caſimiri Regis Polonia, & totidem pro parte Matthia Hungaria Regis octo, ſex vero pro parte eiuſdem Regis ex Bohemia, & ſex pro parte Bohemia Regis Wladiſlai, Conſiliarii, Reges vero ipſi in propinquo conſiſterent, Polonia videlicet Rex in Oſſwyaczim, Hungaria in Olomuncz, Bohemia in Kloczko.* Quibus diſcordantibus, *Carolus Burgundia* Dux, aſſumebatur in Arbitrum: quo moriente, aut renuente, *Francorum* Rex deligebatur. In cuius firmitatem tam *Wladiſlao Bohemia*, quam *Matthia Hungaria* Regi, imponebatur neceſsitas, *vt quilibet ſua partis Bohemos, à nexu iuramenti, & obedientia, ſolueret: liberius & Principi, cui adiudicaretur Bohemia Regnum, poſt ſententiam parituros.* Addebatur, *vt & ſuper damnis, inter Regna Hungaria & Polonia commiſſis, iidem Arbitri decernerent, & pax perpetua iam inter illa intelligeretur reſtaurata, captiui vtrinque ſoluti. Ex Stropkow, Caſimiri Polonia Regis præſidium deduceretur.* Quibus omnibus à tribus Regibus præfatis, tarde tamen & ægre paritum eſt: arbitramentum enim, contra ſe pronunciandum, ſinguli execrabantur, & miſſis ad *Burgundia* Ducem Nunciis, conciliare illum ſuæ parti quiſque ſtudebat.

Caſimirus Rex conditionibus Conuentus, in Nyſſa habiti, ex vno Legatorum ſuorum intellectis, minus probatis,

Quadrageſimali tempore apud *Lithuaniam*, Paſchali vero celebritate apud *Brzeſczye*, *Caſimirus Polonia* Rex exacto, dum pro Conductu Paſchæ, in *Lublin* aduenisset, *Bartholomaus Kielbaſſa*, Canonicus *Poſnanienſis*, ex *Niſſa* à conſiliariis miſſus, ſingula illi & Baronibus, ſecum præſentibus, illic acta, & concluſa, expoſuit. Quæ, cum omnes vehementer reprehenderent, aſtruentes, deformes, & inhoneſtas conditiones, Oratores Regios, parum prouide acceptaſſe, & multifarie illis propterea ſuccenſerent, minus tamen *Caſimiro* Regi, vires ſuas, facultatem ac potentiam metienti, quam purpuratis ſuis, concluſiones illæ diſplicebant, inſtituto ob id generali, apud *Pyotrcouiam*, pro die ſanctorum A *Philippi* & *Iacobi* Apoſtolorum, Conuentu, cum primores, ex *maioris Polonia* terris, nulli vero ex *Cracouienſi*, & *Ruſſia*, infenſi *Caſimiro* Regi, ob diſtributas, ſe neglectis, Dignitates, aduenissent, pro placandis eorum animis, altera Diæta in Oppido *Radom*, pro feſto Pentecoſtes, indicta eſt. Ad quam, cum vniuerſi conueniſſent, quatuor integris hebdomadis illic *Caſimirus* Rex in aſſiduis tractatibus, & conſiliis commoratus, exulceratione animorum ſanata, bilem etiam trium Procerum, *Doboslai* videlicet *Kmitha Lublinenſis*, *Ioannis Tharnowski Voynicenſis*, & *Stauislai Votrobka Sandecenſis*, Ca- B ſtellanorum, hi enim plus cæteris iratiores erant, compeſcuit.

1473.
Conuentum propterea Piotrcouia inſtituit. Quo cum non omnes Conſiliarii Regi infenſi veniſſent, alius pro placandis illis Radomia indicitur.

Conditionibus Diata Niſſnenſis acceptis per Hungarum & Bohemum, & ipſe Caſimirus Rex ſatisfaciens

Concluſionibus deinde *Niſſnenſibus*, ibidem *Caſimirus Polonia* Rex, cum Conſiliariis ſuis, altius digeſtis, dum ex *Albricio*, *Sokolowski*, *Wladislai Bohemia* Regis Nuncio, agnouiſſet, *Bohemorum* vtramque factionem, habita in oppido *Bieniaſchow*, pro die Aſcenſionis Domini, Diæta, illas laudaſſe, & vtrumque Regem, *Wladiſlaum* videlicet *Bohemia*, & *Matthiam Hungaria* illas acceptaſſe, & ab obedientia, atque iuramentis, ſubditos, & feudales ſoluiſſe (licet ſolutioni ipſi, Ciuitates *Bohemica*, partem *Bohemia* Regis ſequentes, fuiſſent aliquandiu reſta- C gatæ) & ipſe illas acceptauit, munitionemque *Stropkow*, hæredi illius naturali, *Nicolao de Peren*, ſolutis militibus, qui in eius fuerant præſidio, reddidit. Conſiliarios octo, ad Diætam *Opauienſem* ituros, deſignauit. Ad *Pruſsia* Barones, vt æquo animo abſentiam ſuam ferrent, ratione reddita, intimauit. Ad Cæſarem *Fredericum*, qui eum à pacis conditionibus auertendo, in bellum multipliciter, contra *Matthiam Hungaria* Regem, inducebat, *Adam* Decanum *Poſnanienſem* transmiſit, ſignificans *ſe tribus exercitibus, videlicet proprio vno, item altero Stephani Voieuoda Valachia, item ter-* D *tio Regis Bohemia Wladiſlai, Hungarum inuaſurum, ſi & ipſe certificando Regem factis, de aſſiſtentia, non nudis verbis, quibus hactenus vſus eſt, illum lactauiſſe, Wladiſlaum Bohemia Regem, titulo ſuo iuſto, legitimo & naturali, ipſe & ſui Electores, tenebit & nominabit Regem Bohemia, quod hactenus differebat, feudumque ab illo, velut Electore Imperii, traditis ſibi inſignibus, ſuſcipiet, & in propria perſona cum Electoribus & Principibus Almania, contra illum, à quarta parte, conſurget: faciliter ſe de hoſte ſuo infeſtiſſimo & qui illum, & naturali hareditate Auſtria Ducatu, & acquiſito imperio Romanorum, omnibus ingeniis & conatibus, ſpoliare* nite-

præſidium de Stropkow deducit, & ad aliam Diatam, Opauia pro concludenda pace occaſione Regni Bohemici inſtitutam, & ad Fredericum Cæſarem Nuncios mittit: petens vt Wladiſlaum iam tandem pro Rege Bohemia habeat, & vna bellum Matthia Hungaria Regi, tanquam communi hoſti, inferat.

1473. *uſitur, adiutore Poloniæ Rege Caſimiro, vindicaturus, & peſtem, vniuerſis nociuam, aut oppreſſurus, aut ex Hungaria, Hungaris ipſis, illum capitali odio execrantibus, eiecturus. Vt quoque triginta millia & quatuor, ab annis viginti, Caſimiro Poloniæ Regi, pro dote debita, & frequentiſſime per ipſum ſolui promiſſa, occaſione quorum, dum ad præſentem tempus Bohemiæ Regi non ſoluerentur, Rex ipſe Bohemiæ in ſtatu ſuo periclitabatur, ipſi Regi celerius ſoluat: cum etiam de propriis in tanta neceſſitate tam clariſſimo fratri, & conſanguineo ſuo, debeat elargiri.* His & aliis pluribus negotiis confectis, *Caſimirus Poloniæ* Rex apud *Caluum montem*, crucis viuificæ ligno adorato, per *nouam ciuitatem Korczin*, *Cracoviam* tranſiit, Diætæ futuræ *Opauienſi* præparamenta ordinaturus.

Epiſcopo Kiiouienſe Clemente mortuo.

Die Saturni tredecima menſis Iunii *Clemens* Epiſcopus *Kiiouienſis*, omnibus ſacramentis apud *Kiiouiam* religioſe procuratus, annis viginti duobus in Pontificatu exactis, moritur, & in Eccleſia ſua *Kiiouienſi* ſepelitur. Vir quidem obſcuri & plebei honoris, ſed notæ probitatis. Cui ſucceſſit *Albertus Narburthouicz* natione *Lithuanus*, de Domo *bipennium*.

Albertus Narburthouicz ſuccedit.

Iuxta concluſionem Diætæ Niſſnenſis Reges Poloniæ & Bohemiæ, in loca deſignata.

Aſſumptionis ſanctæ *Mariæ* virginis feſto, quod in diem Dominicum cadebat, proximante, frequens Prælatorum, Procerum, Militum, Baronum, Aulicorum numerus, ex *Poloniæ* Regno & magno Ducatu *Lithuaniæ*, ad numerum ſex millium æſtimatus exercitus, inter quos erant milli *Tartari*, ad *Caſimirum Poloniæ* Regem *Cracoviam* conuenit, quibus omnibus donatiuum *Caſimirus* Rex erogauit: Regem in *Oſſwyaczim*, & quo neceſſitas poſceret conducturus, Conſiliarii inſuper Regii octo, videlicet *Ioannes Cracouienſis*, *Iacobus Wladislauienſis*, Epiſcopi, *Lucas* de *Gorka Poſnanienſis*, *Staniſlaus* de *Oſtrorog*, Palatini, *Dobeslaus Kmitha* de *Viſnicze*, Caſtellanus *Lublinenſis*, *Ioannes* de *Rithwiani*, Regni *Poloniæ* Marſchalcus, *Sbigneus* de *Olieſznicza*, Regni *Poloniæ* Vicecancellarius, & *Ioannes Dlugoſch* ſenior Canonicus *Cracouienſis*, *Cracouia*, in apparatu ſplendido egreſſi, tempeſtiue *Opauiam* perueniunt, & *Marcum* Cardinalem ſancti *Marci*, Apoſtolicum Legatum, qui Diæta, apud *Auguſtam* per *Fridericum Romanorum* Imperatorem, pro prima die Septembris indicta, licet illam iuſſione Apoſtolica iubebatur adire, neglecta, item *Albertum Veſpremienſem* Epiſcopum, & *Albertum Koſtkam*, *Matthiæ Hungariæ* Regis, duos tantummodo nuncios, iam *Opauiam* ingreſſos, offendunt. Veniunt & *Wladislai Bohemiæ* Regis Nuncii, videlicet *Henricus* de *Poſdzyebrat*, Dux *Monſterbergenſis*, *Vilhelmus* de *Rizemburg* & de *Rabye*, Camerarius Regni *Bohemiæ*, *Girzmanus* de *Rathaie*, *Nicolaus Swiłaczek* dictus Marſchalcus de *Lauthen*, *Byeniaſſius Veytmilner*, Capitaneus in *Karliſthen*, Magiſter monetæ, & *Samuel*, Succamerarius Regni *Bohemiæ*, in quorum Comitiua, *Stiborius Thowaczowski*, Regni *Bohemiæ* Cancellarius, *Boruta* miles, *Bobota Rababski* iunior, *Bernardus Berka*, *Vilczek Vanyek*, & *Petrus Duliniecz* de *Oſtromicze*: pro conſultatione deſtinati.

Nuncii vero eorum Opauiam, pro pace conſtituenda, intrant,

Rex ipſe *Bohemiæ Wladislaus*, concluſionibus *Niſſnenſibus*, ſatisfacturus, apud *Kloczko*, cum frequentia aliorum ſuorum conſiliariorum degebat: quorum tanta erga illum, ſed & aliorum ſubditorum ſuorum poſt Diætam *Niſſnenſem*, erat deuinctio, & charitas, & præſertim dum illum, viderent probitate immenſa fulgentem, pro pace Regni *Bohemiæ*, & iuris ſui, de Regno *Bohemiæ* renunciationem, de quo omnes tenebat magna admiratio, & quæque alia, etiam difficiliora, facturum, vt prius quæque extrema, ipſam etiam mortem, ſubire, quam illum deſerere, in animum induxiſſent. Hanc autem *Wladislai Bohemiæ* Regis probitatem adiuuabat illuſtrabatque *Pannonici* Regis *Matthiæ*, erga *Bohemos*, ſuæ partis, vehemens ſuſpicio: qui illorum erga ſe fluxam fidem dinoſcens, & præſertim dum illos à fidelitatis & iuriſiurandi ſacramento, in euentum futuræ ſententiæ in *Opauia* per arbitros, aut per *Burgundiæ* Ducem, & *Franciæ* Regem ferendæ abſoluiſſet, nouum iuſiurandum, arctius priore, ab illis exigebat.

Hungariæ vero Rex Senatoribus ſuarum partium parum fidens

Quibus recuſantibus, primores eorum & ſignanter *Zdenkonem Konopniczki*, in capitis pœnam, ſi in manus ſuas deueniret, deſtinabat: non obſcure illos viros perfidos, & fraudulentos compellans, ſæpe numero ab illis deceptum, & niſi aliter proſpiceret, amplius decipiendum ſe querebatur: Denuncians *Caſimiro Poloniæ* Regi, per *Stiborium Thowaczowski*, quem ex infeſto hoſte, datis illi, quatuor millibus florenorum pacificum effecerat, & per *Ioannem Dlugoſch* ſeniorem Canonicum *Cracouienſem*, *nullatenus ſe & cauſam ſuam, in manibus eorum, quorum fraude deceptus ſit, Bohemicos* Barones ſuæ partis notans *depoſiturum*.

arbitrium eorum reiicit.

Qui quidem ſermo, adeo animos *Bohemorum* ſuæ factionis auertit, alienauitque ab eo vt nec dicto ſuo parere, nec in Diætam *Opauienſem* ire, nec illum accedere, etiam literis Cardinalis Legati perſuaſi, nullatenus poterant induci. Iamque tunc in *Wladislai Bohemiæ* Regis ditionem concedere ſecreto conſenſu decernebant. Baronibus itaque, *Bohemiæ*, per *Matthiam Hungariæ* Regem deſignatis, ad Diætam *Opauienſem* accedere detrectantibus, & cauſam abſentiæ, in Regem proprium deiicientibus, *Zdenkonem* etiam *Konopniczki*, per lite-

1473. literas, Cardinali Legato directas, *Albertum Koſtka* de *Poſtupicze* accuſante, quod illum venenare ſtatuiſſet, *Polonici* & *Bohemici* Conſiliarii, apud *Opauiam* conſtituti, lætis animis exultabant, *Matthia* Rege *Hungariæ* concluſiones *Niſſnenſes* non implente, Reges ſuos, videlicet *Caſimirum Poloniæ* & *Wladislaum Bohemiæ*, ad nullum amplius arbitramentum, *Burgundiæ* Ducis, aut *Franciæ* Regis, obligari: Abſentiam etiam Conſiliariorum Regis *Hungariæ*, qui tribus Hebdomadis venire tardauerunt, apud aures Cardinalis Apoſtolici Legati, quottidie accuſabant.

Ad Diætam Opauienſem, Matthia Hungariæ Rege, Nuncios mittere cunctante,

Serum nimis Oratorum, *Matthiæ Hungariæ* Regis, in *Opauiam* aduentum, etſi Cardinalis *Marcus* Legatus Apoſtolicus, varia excuſatione, purgare in animis Oratorum, *Caſimiri Poloniæ* & *Wladislai Bohemiæ*, Regum, moleſtius eum ferentibus, contendiſſet, nouasq; quottidie rationes, ad leniendos animos faſtidioſos, & diſceſſionem parantes, afferret: parum tamen Cardinalis Legati, rationes quadrabant, qui probe noſcebatur, in partem *Matthiæ Hungariæ* Regis, ſtudio propenſiori procliuus, ceperat inſuper Oratores, *Poloniæ* & *Bohemiæ* Regum, veriſimilis ſuſpicionis coniectura, Oratores *Hungariæ* Regis, dum intra dies viginti neque venerant, neque factores ſuos *Opauiam* miſerant, nunquam eſſe venturos. Perſpicax autem erat hæc & non inanis ſuſpicio. Nam *Polonorum* quatuor millia ſtipendiariorum, paululum quam *Opauienſis* Diæta, debebat iniciari, qui ſe *fratres* nominabant, ſiue ſua ſponte, ſiue, quod magis crediderant, per *Caſimirum Poloniæ* Regem & Conſiliarios, perſuaſi, & leui auro ſuggeſti, Sub Ducibus *Ioanne Byali*, *Ioanne Barzi*, *Ioanne Vilk*, *Petro Barczkowski*, & *Ioanne Suchodolski*, ex *Polonia* egreſſi, duos montes in *Hungaria*, vnum videlicet *Modragora*, alterum *Bukowyecz*, non longe a *Caſſonia* incaſtellant. *Stbropkow* vero ſortalicium, *Nicolaus* de *Peren*, *Hungariæ* Baro, tyrannidem *Matthiæ Hungariæ* Regis timens, illis accerſitis, ſponte tradit. Ex quibus illi, ſub breui temporis interuallo, magnam partem Regni *Hungariæ*, ad præſtandum ſibi tributa, igne & gladio cogunt. Eo malo *Matthias Hungariæ* Rex perculſus, ſtatuerat, Diæta *Opauienſi*, penitus omiſſa, incumbere ad eorum internitionem, genteſque & ex propriis, & externis, magno ſtudio conquirebat. Verum eum de forenſibus, paucos conquiſiſſet, de propriis vero parum fideret, bellico apparatu, in *fratres Caſſouienſes*, omiſſo, Legatos ſuos *Opauiam* per conditiones pacis, bellum vel extincturus, vel ſuſpenſurus, transmittit, videlicet *Gabrielem* Archiepiſcopum *Colocenſem*, *Gabrielem* Epiſcopum *Albenſem*, *Michaelem Orſzbak*, Palatinum Regni *Hungariæ*, *Georgium* Comitem de *Peſznik*, *Stephanum* de *Bathor*, Iudicem Curiæ, *Vlricum Groſſinker*, Auſtralem, venerat & *Rudolphus*, Epiſcopus *Wratislanienſis*, cum tribus Conſulibus ex *Wratislauia*, venerant & aliquot nobiles ex *Luſatia*, partes Regis adiuturi. Dies poſthæc plures in ſuccenſendo & iurgando abſumpti: *Polonis* & *Bohemis* culpantibus *Hungaros*, quod tarde veniſſent, nec Barones *Bohemicos* ſuæ partis, poſt tantam tarditatem adduxiſſent. *Hungaris* vero reſpondentibus, quod bello inteſtino, â *Polonis* ſubminiſtrato, occupati. Caſtris & locis ſuis prouidendo, non poterant venire: & *Polonos* requirentibus, vt pacta, percuſſa in *Niſſa*, ſeruando, fratres ex *Hungaria* deducerent, *Polonis* refellentibus fratres, ob priuatam iniuriam, arma in *Hungaros* priuatim ſumpſiſſe. *Poloniæque* Regem *Caſimirum*, extra omnem noxam violati fœderis eſſe.

gentes Polonorum Caſtrum Stropkow deditione acquirũt, & Hungaros in magna parte ad pendendum tributa cogunt. Quo malo Hungarus perculſus, Nuncios tandem pacem confecturos Opauiam mittit.

Poſt varios tractatus,

His tandem Communes Conſiliarii Regum prædictorum omiſſis, placuit deputatos in numero truncato, ex tribus Regnis, in duodenaria videlicet ſorte, Cardinali Legato Apoſtolico excluſo, conuenire: pacem perpetuam tractaturos. Hi, cum apud Minores conclaue ingreſſi, poſt plures tractatus, vsque ad veſperam, ab exordio diei habitos, caſſo labore ſudaſſent, reſtrictiori numero, videlicet octonario, vti placuit. Sed cum is quoque non magis, quam prior, commoditatis attuliſſet, caſtigatior adhibitus eſt, & rei ſumma duobus, videlicet *Gabrieli* Epiſcopo *Albenſi*, & *Henrico* Duci *Monſtberbergenſi* permiſſa. Ab illis quoque nulla re memorabili concluſa, omnes conatus, tot virorum, tantorumque ſumptuum, reciderunt finaliter in irritum. Ineſcatus ſiquidem, vel potius certificatus, *Mathias Hungariæ* Rex, per *Ioannem* Archiepiſcopum *Gneſnenſem*, & *Byeniaſſium Veytbmilner*, quod illi filia, *Caſimiri* Regis *Poloniæ*, *Hedwigis*, natu maior, in Conſortem, cum terris *Morauia*, *Sleſia*, *Luſatia*, *Scepuſienſis*, & *Valachia*, deberet tradi (quamuis ſe vterque hanc oblationem feciſſe graui execratione inficiaretur) graues conditiones ad pacem proponebat. Quarum prima hæc erat, *vt Wladislaus Bohemiæ Rex, Matthiam Hungariæ Regem in patrem, ille ipſum in filium, adoptaret, Regimen Regni Bohemiæ, circa Hungarum conſiſteret præſentem, qui offerebat ſe illud debitis omnibus exoneraturum. Quo ex Bohemia recedente, rigerce Wladislaus, & non niſi morte Matthiæ Regis, ſine liberis ſecuta, Wladislaus plenarie Regno Bohemiæ potiretur.* Secunda, *vt medietas ſumptuum, in bellum Bohemicum per ipſum impenſorum, qui ſe aſſerebat tres milliones in illud effudiſſe, quindecim videlicet centena millium, ſibi per Wladu-*

tandem ex Opauia infecta pace,

quod Matthias Hungariæ Rex duras conditiones proponeret,

1473. *dislaum Bohemiæ Regem ſoluerentur, aut auro non extante, Morauia, Sleſia, & Luſatia partitis in quamlibet Prouinciam ſummis, indictis quindecim centenis millibus inſcriberentur: reſeruata Regi Bohemiæ poteſtate, dictas Prouincias quandocunque liberet, redimendi.* Tertia, *vt Matthiæ Regi Hungariæ filia Caſimiri Regis Poloniæ Heduigis, deſponſaretur, cum inſcriptione debiti, & Prouinciarum præfatarum. Qui ſi ſine prole decederet, medietas debiti intelligeretur extincta, & medietas Regno Hungariæ ſolueretur. Quod ſi Regina, prole non relicta moreretur, quinque centena mortua intelligerentur: ad millionem Rex Wladislaus Bohemiæ teneretur.* *Polonorum & Bohemorum* Legati conditiones oblatas, ex ingeniis callidis, & vafris ac doloſis, prodite intelligentes, re infecta diſcedunt. Eo, vel maxime exhilarati, quod Baronibus *Bohemiæ*, pro parte *Matthiæ* Regis *Hungariæ*, ad Diætam *Opauienſem* venire detrectantibus, deuolutio amplior in Arbitrum, mira Dei prouidentia, erat penitus abolita & ſucciſa. Addebatur & quarta conditio, *vt vterque Rex terras, in quarum poſſeſſione erat, pacifice poſſideret.* *Poloniæ* & *Bohemiæ* Oratores rogati, à Cardinale Apoſtolico Legato & *Hungariæ* Regis Oratoribus, quam viam offerrent, ad concluſionem pacis, propoſuerant viam iuſtiſſimam, & honeſtiſſimam, offerendo ſe *Matthiæ* Regi *Hungariæ*, ſi de *Morauia, Sleſia, Luſatia* excederet, auxilia magnifica contra *Turcum* laturos. Sed dum hæc quoque oblatio ab *Hungaris* ſpreta eſſet, re principali reiecta, ea tantummodo concluſio inter *Polonos* & *Hungaros* tunc accepta, atque ſtipulata eſt, *vt Regna Poloniæ & Hungariæ fœdera ſua vetuſta cuſtodiant, & pacifica inter ſe conſiſtant.* Inſtabant deinde, magno conatu *Hungari*, vt Cardinalis Legatus Apoſtolicus, velut æquus partibus Iudex, declararet cauſam, ſuper Regno *Bohemiæ* & *Burgundiorum* Ducem, deuolutam eſſe. Sed *Polonis* & *Bohemis*, conatus eorum fortibus rationibus elidentibus. Cardinalis quamuis foret in partem *Hungari* propenſior, ſe continuit, & triſtior, quam pro cauſa & tempore, lachrymis etiam interdum indulgens, offerens tamen ſe pro omni loco & tempore, pro pace Regum & Regnorum, fideliter laboraturum, in Comitiua *Hungarorum* verſus *Przesburg* contendit, vrbem exinde remeaturus.

diſceditur.

Stridore bellorum in *Bohemia* per inducias quieſcente, rumor vulgaris, vbique diffuſus, diſſeminabatur, veneni virus *Wladislao Bohemiæ* Regi comparatum eſſe. Hunc etſi ſinguli horrerent, Regiæque timerent vehementer valetudini: non tamen diligenter inueſtigando, deprehendere poterant authorem tanti mali. Erupit tandem, prodente quodam homine, *Rutheno* genere, & *Georgius Luczki Bohemus* lingua, apud montes *Kuthnos*, mandato Regio, captus (illic A enim tenuem & inopem aliena ſtipe ducens vitam, cum Coniuge & liberis degebat) confeſſus eſt, à *Matthia Hungariæ* Rege, viginti millibus florenorum, quorum duo acceperat, ſe per praxim & tractatum *Alberti Koſtka*, ad patrandum tam abominabile ſcelus, ſubornatum eſſe, confirmabat. Id venenum in domo ſua in *Kutnu*, in pixide ſtannea repertum, quod ipſemet *Luczki*, vsque in *Venetias* ſe defatigans, præſente præfato *Rutheno* indice: pro ducentis quinquaginta florenis emerat, tam potenti rabie refertum, & non eſum, non potatum, neque litum, ſed in hominem tantummodo vaporatum aut inſufflatum, quemlibet mortalem facile perimebat: quo ſe & ipſe *Georgius Luczki*, beneficiis *Wladislai Bo-* B *hemiæ* Regis in multis expertus, vt digna morte interiret, petebat extingui. Dabatur & coniectura perſpicax, ex prodigo *Georgii Luczki* ſumptu, qui ex inope factus diues, non ſolum viuebat opipare, ſed & neceſſariis aurum mutuabat. Hic in caſtrum *Karlſten*, vt illic tutius ſeruaretur, deductus, & carceri horrido incluſus, vt ſceleſtos dolos *Matthiæ* Regis *Hungariæ*, coram *Frederico Romanorum* Imperatore, aut ſaltem Nunciis ab eo mittendis, depromeret, ſumpto veneno, ne veritatem teſtari cogeretur, mortem ſibi conſciuit.

Luczki Bohemus, qui Matthiæ Regis Hungariæ auro corruptus Wladislao Bohemiæ Regi venenum parauerat,

carceri incluſus,

ſe ipſum veneno perimit.

Die Iouis decima menſis Auguſti, *Huſſenkaſchen*, Perſidis & inferioris *Armeniæ* Cæſar, pluribus victoriis illuſtris, inſtigante, & ſupplicante vxore ſua *Catharina*, filia Imperato- C tis *Trapeſuntini*, in fauorem & defenſionem Chriſtianorum, cum *Mahumeth Turcorum* Cæſare, in *Natulia*, ſolo *Turcorum* natiuo, prope *Euphratem* fluuium, & circa oppidum *Harſurſan*, hora nonarum confligit. Et quamuis *Turcus* omnium ſuorum Principatuum gentes, in caſum vniuerſæ dimicationis, adeo, vt ſolæ fœminæ, ſenes, & impuberes, in ædibus remanerent, coadunaſſet: prælio tamen conſerto, ceſſit *Haſchenkaſchen* victoria. In qua de *Turcorum* exercitu cæſa ſunt quinquaginta ſex millia bellatorum, & centum quinquaginta *** Habens autem *Huſſenkaſchen* quadraginta quatuor millia exercitatorum, quorum vnum filius eius maior D *Vgurlimben*, alterum minor filius *Dzmal*, tertium *Baiandur*, magnus Satrapa, quartum ipſe, ducebant. *Turcum* cum copiis centum quinquaginta millibus, in curribus & bombardis pugnantem circumdedit, & profligauit, & nox ſuperueniens pugnam diremit, ac *Turco* ſpacium euadendi in *Conſtantinopolim* dedit. In ea pugna filius *Huſzenkaſchen Dzmal*, & decem millia de exercitu ſuo occiſa. Omnes autem ſui Proceres & Optimates, qui capti fuerant, ſeruati ſunt, numero triginta quinque. Inter quos erat *Kaſchmurath* magnus & potens Princeps. Apud

1473.

Turca ab Huſſenkaſchen, Perſidis & inferioris Armeniæ Cæſare, profligantur.

Georgius

1473.

Matthiæ Hungariæ Regis exercitus in Auſtria extinctus. Turcæ Carinthiam, & Stiriam populantur, Tartari apud Kiouiam prædas agunt.

Auſtriam quoque exercitus *Matthiæ Hungariæ* Regis, qui ſe *fratres* appellabat, clade à Barone *Auſtriæ Eczinger* profligatus, partim farina & ſale, quibus calx mixta erat, extinctus, in pane. Reliquiæ autem eorum, deſertis præſidiis in *Pannonias* ad *Hungarum* effugerant. Alius item exercitus *Turcorum*, qui *Boſſnam* occupauerat, *Carinthiam* & *Styriam*, hoſtiliter ingreſſus, fere totam depopulatus eſt: infinitam hominum vtriusque ſexus, & puerorum multitudinem, in captiuitatem, nullo repugnante, abigens. Diſtrictus etiam *Mſczenyecz*, prope *Kiiow*, à *Tartaris* tunc vaſtatus eſt, & ſeptingentæ animæ in captiuitatem abductæ.

Decani *Poſnanienſis Adæ*, *Frederico* Imperatori *Romanorum*, qui illum in *Almania* apud Ciuitatem *Gaden* offendit, plusquam gratus fuit aduentus, & ſuæ legationis ſeries. Metuebat enim, ne concordia inter *Caſimirum Poloniæ*, *Matthiam Hungariæ*, & *Wladulaum Bohemiæ* Reges, iuxta receſſus *Niſſnenſes*, Imperatori optime notos, ſecuta, totis viribus contra eum *Hungariæ* Rex incumberet. Solita tamen vafricie vſus, magna ſpe, *Adam* Decano *Poſnanienſe*, per ſe & ſuos officiales, perque *Albertum* Marchionem *Brandeburgenſem* impleto, nullum, ad legationem *Caſimiri* Regis *Poloniæ*, per præfatum *Adam* Decanum *Poſnanienſem*, reſponſum ædens, vtrique Regi, videlicet *Poloniæ* & *Bohemiæ*, per eundem *Adam* Decanum *Poſnanienſem*, denunciat, *quatenus, pro Dieta generali, per ipſum in ciuitate Auguſtenſi, pro prima die menſis Septembris indicta, ſuos notabiles, cum pleno mandato, ad ſtabiliendum noua fœdera, tranſmittant Legatos*, pollicens *ſe in Dieta illa, finalem declarationem, vna cum Electoribus ſingulis, pro Wladulao Rege Bohemiæ facturũ.* Ineſcatus hac denunciatione vterque Rex, & exiſtimantes ſe in Diæta præfata, cæſareo ſuffragio, de *Hungariæ* Rege, qui & ipſe, illuc ſuos deſtinauerat Oratores, facile triumphaturos notabiles Legatos, in Diætam *Auguſtenſem*, tranſmittunt. Et *Poloniæ* quidem Rex *Caſimirus* mittit *Paulum Iaſſyenski*, Subdapiferum *Sandomirienſem*, Capitaneum *Chelmenſem* & *Belzenſem*, & *Stanislaum* de *Kurozwaki*, Canonicum *Cracouienſem*. *Bohemiæ* vero Rex *Wladislaus*, *Burzianum* ſupremum Cubicularium, *Byeniaszium Kolowroth* de *Lipſchten*, & *Iodocum* Secretarium. Qui cum in locum Diætæ tenderent, intelligentes nec *Fredericum Romanorum* Imperatorem, nec Electores, ad Diætam conſtitutam, in *Auguſtam* venturos, in *Alberti* Marchionis *Brandeburgenſis* regionem, in oppidum *Tuldesberg* declinarunt. Ibique hebdomadis plusquam viginti fuerant immorati. Imperator ſiquidem *Romanorum Fredericus*, priuata malens curare, quam publica, in *Rhenum* diuertit, & cum *Carolo Burgundiæ* Duce *Treueri* conuenit. Vbi, poſt longos & varios tractatus, ſuper deſponſatione filiæ Ducis *Burgundiæ*, pro filio Imperatoris *Maximiliano*, habitos, quarta decima menſis Nouembris, *Fredericus* Imperator *Romanorum*, non ſine præiudicio & iactura Principum *Almaniæ*, & totius nationis *Germanicæ*, *Carolum Burgundiæ* Ducem *Romanorum* Regem creari, eligi, & in *Aquisgrano* coronari permittit: conſignans ſibi pro corpore & fundo *Romanorum*, Regni *Leodium*, & Epiſcopatum de *Vtrich*. In cuius beneficii recompenſam, *Burgundiæ* Dux ſolenne homagium, iuxta ac Rex *Romanorum*, Imperatori *Frederico*, in *Treueri* præſtat, & filium ſuam, quæ *Wladislao Bohemiæ* Regi procabatur, filio Cæſareo *Maximiliano* deſponſat, & iure dotis ſibi centum aureorum millia, & omnia Dominia, quæ in *Sueuorum* gente, & quæ in *Elſaceſi* regione, partim obligata, partim vendita, à Duce *Auſtriæ Sigismundo*, & à Domo *Auſtriæ*, obtinebat, aſſignat, ea conditione interpoſita, *vt omnia illa Dominia, & omne dotale munus, in Auſtriæ domo, perpetuo remaneant, etiamſi filius Cæſareus, ex filia Ducis Burgundiæ, nullum pignus ſuſcipiat.* At mihi conditiones huius connubii reuoluenti, plurimum indecorum videtur, titulum *Romanorum* Regni & authoritatem, ex *Germanis* in *Gallos*, ob priuatum quæſtum translatum eſſe, & Catholici orbis Cæſarem, quaſi nihil melius ſucceſſori ſuo præſtare poſſet, poſſeſſiones Deo dicatas condonaſſe. Ob quas res, vereor, & Regnum & connubium, in multifarios caſus & infortunia, iuſto Dei iudicio, caſurum.

Legati Poloniæ, Bohemiæ & Hungariæ Regum inuitati à Frederico Imperatore, pro pace componenda in negocio Bohemico, fruſtra ad Conuentum Auguſtæ indictum procedunt.

Imperatore ad Carolum Burgundiæ Ducem diuertente.

Quem in Regem Romanorum eligi permittens,

filiam eius procante eam Wladislao Bohemiæ Rege, Maximiliano filio ſuo deſponſat ſub certis conditionibus.

Sub breui deinde interuallo temporis, *Fredericus Romanorum* Imperator cognito, quia *Carolus Burgundiæ* Dux, in conditionibus ſibi ab Imperatore datis, confœderatum ſuum *Matthiam Hungariæ* Regem relinquere nullatenus conſentiebat, omnem contractum reſcindens, ex *Treueri* diſceſſit. Cuius receſſu, *Carolus Burgundiæ* Dux, ſe confuſum plurimum dolens, magnos concepit ignes: aſſidue voluens, vt ſe de Cæſare vindicaret.

Affinitatis ratio inter Fredericum Romanorum Imperatorem, & Carolum Burgundiæ Ducem inita, diſſoluitur.

Cæſar *Fredericus*, perditis multis ſumptibus, & tempore longo inaniter in *Rheno* expenſo, non niſi pro Dominica Septuageſimæ, anni proxime ſequentis, quæ in tredecimam menſis Februarii diem ex anno cadebat, venit in oppidum Imperiale *Rothemberg*. Vbi Oratores *Caſimiri Poloniæ*, & *Wladulai Bohemiæ* Regum, qui tanto tempore, per *Albertum Marchionem Brandeburgenſem*, omnibus neceſſariis abunde & ſplendide tractabantur, in Comitiua Regis *Daciæ*, & præfati *Alberti* Marchionis, venerunt. A quo benigne ſuſcepti, & *Norembergam* deducti, quo & Cardinalis ſancti *Marci*, Patriarcha *Aquilegienſis*, & Legatus Apoſtolicus, Electoresque

1473.

Wladiſlaus per Fredericum Imperatorem Romanorum Bohemiæ legitimus Rex & Elector Imperii renunciatur. Matthia Hungariæ Rege reprobato. Contraquem & fœdus exterminaturi illum ineunt.

que Imperii, & frequentes *Almaniæ* Principes, conuenerant. Ibi Cæſar beneuolum ſe & amiciſſimum *Poloniæ* & *Bohemiæ* Regibus præbens, & promiſſa ſua effectu complens, de conſilio Electorum & Principum ſuorum *Wladiſlaum* primogenitum *Caſimiri Poloniæ* Regis, virum iuſtum, naturalem & legitimum *Bohemiæ* Regem pronunciat, diffinit, & decernit. Illumque ad Electoratus officium, *Matthia Hungariæ* Rege reporbato, admittit. Tempus vero ad præſtandum ſibi feudum, tanquam ab Electore, in ſua poteſtate reliquit. Fœdus deinde nouum ſcribit, & init, vt omnes tres Reges, cum omnibus potentiis, contra *Matthiam Hungariæ* Regem, ſimul conſurgant, & peſtem vniuerſæ chriſtianitati nociuam exterminent, non prius terminis *Hungariæ* exceſſuri, donec deſtinata perfecerint. Oratores Regii, non niſi circa feſtum Paſchæ, ad *Caſimirum Poloniæ* Regem, in *Lanciciam*, reuerſi ſunt: plurimum fœlices & magna laude digni, quibus & res maximas conficere tributum eſt, & ex regionibus peſte epidimiæ infectis, in quibus pericoloſiſſime verſabantur, redire incolumes.

Ioanne Gruſczinski

Die Veneris, octaua menſis Octobris, *Ioannes Gruſczinski* Archiepiſcopus *Gneſnenſis*, vocationi Regis *Poloniæ Caſimiri* parendo, *Cracouiam* dum veniſſet, paucis illic immoratus diebus, quamuis diem præcedentem, & veſperam, vsque in horam ſecundam, cum neceſſariis, lætus & iucundus abſumpſiſſet, poſt horam tertiam noctis, ſubito languore inuaſus, ad extremum vero valido furore correptus, & in amentiam verſus, familiaribus ſalobria monita, & Euangelicas lectiones, cæteraſque exorciſationes, quaſi energuminum curaturi, ne quicquam adhibentibus, adeo per noctem illam agitabatur, quouſque

miſere & turpiter mortuo

ſpiritum in Domo Abbatis *Thinyecenſis*, in qua hoſpitabatur, inconfeſſus & inuiaticatus, & omnis rationis expers, exhalaret: ſcandaloſam & lubricam vitam, in tribus Pontificatibus ducens, inter Clericos & vulgum, & eos præſertim, quorum Antiſtes erat, plurimum infamis, vtpote qui nullius quantumcunque enormis patrati ſceleris, nec remorſu, nec conſcientia, nec admonitione, omnia ſibi ducens pro licito, tangebatur. Talem mortem ſortitus, qualem vitam duxerat. Iuſtiſſima id conſecutus lege, vt qui viuendo obliuiſcebatur Dei, moriendo, iuxta beati *Auguſtini* ſententiam, obliuiſceretur ſui. Creditum inſuper eſt à nonnullis, tam terribili morte illum obiiſſe, quod poſt mortem *Thomæ Strzæpienski*, Epiſcopi *Cracouienſis*, eccleſiam legitimo eius Epiſcopo, *Iacob* de *Syenno*, poteſtate Regia & ſeculari, per vim & iniuriam, exiliato primum, deinde excluſo, adiuuante illum *Ioanne Luthkonis* de *Brzezye*, Regni *Poloniæ* Vicecancellario, qui ſibi in *Wladiſlauienſi*, deinde in *Cracouienſi* eccleſiis, ſucceſſurum (vti contingit) ſe ſperabat, prauo ingreſſu occupauerat. Quapropter non ſine admiratione multorum contigit, vt quorum, ad vexandam *Cracouienſem* eccleſiam, & eius legitimum ſponſum, mens erat vna, par quoque foret obitus. Apud *Cracouienſem* enim vrbem, ambo Sacramentis Eccleſiaſticis non perfuncti, ſubito morbo, & ære alieno obnoxii, obierunt: Documentum maximum mortalibus futuri, ne ſedes Pontificales praua ambitione introeant. Rixa illico, furor, & contentio, inter germanos Archiepiſcopales, *Bartholomæum* Caſtellanum *Caliſſienſem* ex vna, & *Nicolaum Koſzmider*, Pincernam *Siradienſem*, partibus ab altera, pro bonis oppidi *Kozmin*, & villis ad illud pertinentibus, exorta eſt, quæ Archiepiſcopus viuens, grandi pecunia, apud *Hinczam* de *Rogow* Caſtellanum *Sandomirienſem*, pro *Bartholomæo* fratre, ſpreto & neglecto *Nicolao*, coemerat, & *Nicolaus Koſzmider* ea ſurripuerat, æquam ſibi eorum, non ſecus, quam patrimonii, contra iura Regni *Polonici*, venditaturus portionem. Funus Archiepiſcopale, proſequente illud extra vrbem *Caſimiro* Rege, & vniuerſis proceſſionibus vrbis, à nonnullis familiaribus ſuis, paucis tamen admodum, *Gneſnam* delatum eſt. Prælatis, & Canonicis *Gneſnenſibus*, proceſſionis honorem illi impendere dedignantibus, in *Gneſnenſi* eccleſia parum iuſtis funeriis, & ſepultura humatum. Nec immerito, plurimas enim & enormes, viuens Eccleſiæ *Gneſnenſi* intulerat alienationes, tam in decimis, quam in villis. Adminiſtratore ad ſedem vacantem *Vriele* de *Gorka*, Præpoſito *Gneſnenſi*, & Regni *Poloniæ* Cancellario, electo, Comitiorum inſuper die, feſto videlicet ſancti *Ioannis* Euangeliſtæ, ad eligendum nouum Pontificem inſtituto, adueniente, *Iacobus* de

Ioannes de Syenno Epiſcopus Wladiſlauienſis in Archiepiſcopatum Gneſnenſem,

Syenno Epiſcopus *Wladiſlauienſis*, vniformiter à Prælatis, & Canonicis *Gneſnenſibus*, quem Rex *Poloniæ Caſimirus*, dudum deſignauerat, & quem *Lucas* de *Gorka* Palatinus *Poſnanienſis*, *Ioannes* de *Rytbwiani*, Regni *Poloniæ* Marſchalcus, *Sbigneus* de *Olyeſthnicza* Regni *Poloniæ* Vicecancellarius, Scholaſticus *Cracouienſis*, & *Matthias Moſſinski*, Capitaneus *maioris Poloniæ*, nomine Regio *Gneſnam* miſſi, deligi expetebant, poſtulatus eſt. Ea tamen poſtulatio, parum vel nihil ſibi contulit iuris vel momenti. Summus enim Pontifex *Sixtus* Papa quartus, literis Regis rogatus, *Iacobum* de *Syenno*, anticipando Prælatorum & Canonicorum *Gneſnenſium* electionem decem & ſeptem diebus, die Veneris, decima menſis Decembris in *Gneſnenſem* Archiepiſcopum;

1473.

Sbigneus vero de Olieſchnicza in Wladislauienſem ſuccedit.

Sbigneum vero de *Olyeſchnicza*, Regni *Poloniæ* Vicecancellarium, pro quo etiam *Caſimirus* Rex, ſcriptis ſuis intercedebat, die Mercurii, vndecima Decembris, in Epiſcopum *Wladislauienſem*, Capitularem electionem prohibens, atque irritans, pronnunciauit: non ſine Capitularium *Gneſnenſium* graui indignatione. Qui pronunciationem ipſam, a *Iacobo Wladislauienſi* Epiſcopo, & ſuis fautoribus obtentam, priusquam ad poſtulationem eius procederetur, præſenſerant. Sedit autem *Ioannes Gruſczinsky* in ſede Metropolitana, annis nouem, minus decem diebus. In fratres germanos, in *Bartholomæum* tamen, Caſtellanum *Caliſſienſem*, enixius laſciuus, quibus ſtudio ardenti Eccleſiaſtica, & Secularia, Dominia, Magiſtratus, & beneficia procurabat. Hic, in fauorem *Cracouienſis* Eccleſiæ, in villa capitulari *Rzgow* eccleſiam parochialem, ſub titulo *ſancti Stanislai martyris* erexit, eique de menſa Archiepiſcopali, conſenſu Capitularium accedente, decimam manipularem in villa *Rakowska wolya*, in dotem perpetuam donauit. Fratrum minorum de obſeruantia, in oppido *Lowicz*, Monaſterium conſtituit. Decimas noualium, de quadragiota laneis, in bonis *Pabianicenſibus*, Capitulo *Cracouienſi*, item eccleſiæ *Sandomirienſi*, decimas manipulares in villis *Pothworow*, *Pothworowska wolya*, alias *Kozyakali*, *Kaſſow*, *Kaſſowska wolya*, *Dlugi*, *Dluska wolya*, *Guthow Guthowska wolya*, & *Czarnoczin*, in claue *Langonicenſi* conſiſtentes donatione perpetua donauit & inſcripſit.

Matthias Hungariæ Rex, Modragora quam gentes, quæ ſe fratres appellant, ſub auſpicio & ductu Polonorum incaſtellauerant, & prædas multas in Hungaria agebant,

Continuabant gentes *Polonicæ*, quæ ſe *fratres* appellant, in duobus montibus, vt ſupra diximus, *Modra* videlicet *Gora*, & *Bukowyecz*, quos in *Hungaria* incaſtellauerant, ſuum incolatum. Augebanturque indies, & tam incendiis, quam prædis, & homagiationibus, in *Hungaria* Regnicolas graſſabantur. Quam rem deteſtabilem, cum omnes prudentes abominarentur: non deerant tamen hi, qui illam, vt pote ſuo Ingenio, ſuoque ſuggeſtu conſlatam, magnis laudibus gloriabundi efferrent. Verum etſi communes Regnorum Barones, rem huiusmodi, veluti peſtiferam, & bellum atrox inter Regna creaturam, diſſoluere æſtuaſſent, & conuentui apud *Kycsmarg* diem dixiſſent, *Matthias* tamen *Hungariæ* Rex, paruam ſpem in placitationibus reponens, collecto ex mercenariis, & *Hungaris*, *Polonis*, *Bohemis*, *Auſtralibus*, & *Sleſitis*, milite, qui non niſi miſle ducentos armatos explebat, primum ad montem, qui *Modra* appellatur, circa feſtum ſancti *Nicolai*, hibernale tempus nihili pendens, venit, bombardisque raræ magnitudinis admotis, facile illum defenſoribus, qui pauci in eo remanſerant, fatigatis, cum Rex in ſauciatorum locum integros ſubmitteret, & ſolus cohortator adeſſet, expugnat. Et Præfecto eius montis *Ioanne Suchodolski*, de armis *Ianina*, vel euadente, vel ex compoſito dimiſſo, cæteri omnes in captiuitatem venere. In hac oppugnatione *Nicolaus Czupur*, Voieuoda *Tranſyluanienſis*, qui magnum in *Polonos* hoſtilem animum fertur geſſiſſe, ac frequentius ingeminaſſe, *non ſe pœnas inferni, ſi tantummodo cladem Polonorum vidiſſet, recuſaturum*, obiit.

expugnat, & Præfecto elapſo, milites Polonos captiuat.

Bukowiecz montem arte & natura munitum, omnibusque neceſſariis pro toleranda obſidione prouiſum.

Eo mente *Modragora* conquiſito, & præſidio illi impoſito *Matthias* Rex *Hungariæ*, ad alium, qui appellatur *Bukowyecz*, tranſit, & exercitum ducit. Ibi expugnatio. quod in ſaxoſo, arduo, & abſciſſo loco, mons ſitus eſt, & arte multis propugnaculis munitus, ſingulis inſuper victualibus, quæ obſeſſis ad vnius anni ſpacium affatim ſufficerent, optime prouiſus, difficilior videbatur, manus etiam egregia trecentorum militum illum tuebatur. Verum *Henricus Barzi*, cum duobus fatribus germanis, videlicet *Petro* & *Nicolao*, nobilis de armis *Cyborum*, montis præfati præfectus, iam pridem à *Mathia Hungariæ* Rege, duobus florenorum millibus corruptus, & montem & milites prodidiſſe, & *Mathia Hungariæ* Rege, munitionem audaciſſime oppugnante, bombardas, baliſtas, & ſagitras, cæteraque defendicula, aut occuluiſſe, aut obſeruauiſſe, proditionem vero excuſaturus, vt incolumibus militibus, cum ſingulis tantummodo veſtimentis, armis & equis relictis, abire liceret, pepigiſſe, montemque dediſſe, vniuerſaliter inſimulabatur: Cuius deditione, parum contentus Rex *Mathias* in maiorem contumeliam deditorum, & ſuam ampliorem laudem, omnia arma ad ſe in Caſtra ferre, & ſibi præſentare iuſſit, nec, enixius à nonnullis rogatus, vt illis gladios ſaltem relinqueret, deprecari potuit, quin etiam in dedecus amplius eorum, fuſtem in manus tradens, ferre illos, cum hac obiurgatione iuſſit. *Ite*, inquit, *in Poloniam baculati, non milites, ſed Regis veſtri inſignes proditores, indigni, qui ferro ſuccingi debeatis.* Præſtantiores inſuper eorum, ne vnquam contra ſe militarent, iureiurando aſtrinxit. Fraudem hanc *Ioannes Vilk* armiger Regius, natione hic *Pomeranus*, ſed vir egregius bello & audacia erat, non ferens, apud Oppidum *Kroſſno* in *Ioannem Suchodolski* irruens, ipſum in ſuo hoſpicio gladio transfodit. Cuius rei gratia, dum ſententiam damnationis capitis, per *Nicolaum Pyeniazek* Succamerarium *Cracouienſem*, & Tenutarium *Krosznenſem*, quod vi hominem indamnatum occiderat, excepiſſet. Rex *Poloniæ Caſimirus*, miſſo veloci Nuncio, illum

Henricus Barzi, Matthiæ Hungariæ Regi

ex mor-

1473. ex morte eripuit, *Henricum* vero *Barzi*, & fratres eius, cæteroſque authores turpis deditionis captiuauit. Adeo enim turpem deditionem ſcriptura firmatam fecerant, vt ſe neque pro Rege ſuo *Poloniæ*, neque pro patria Regno *Poloniæ*, vnquam contra *Matthiam Hungariæ* Regem militaturos, ſub fide & honore, iureiurando, literis & ſigillis, graui & execranda pollicitatione inſcriberent.

turpiſſimis dedit conditionibus.

Annus hic fuit inſignis, in omni *Europa*, & vniuerſo Regno *Poloniæ*, ſydere ſolari plus ſolito efferueſcente, & nullas dante pluuias, Comete ſtella, quæ præceſſerat, cauſante caumata, & penuriam aquarum, adeo vt perennes aquæ verterentur in aridam, & flumina *Poloniæ* principalia, vbique fuerunt permeabilia. Non ſolum enim circa *Cracouiam*, *Sandomiriam*, *Varſchouiam*, *Ploczkam*, ſed & circa *Thorun*, *Viſla* erat vadabilis. Fumabant in vniuerſis *Poloniæ* Regibus, ſyluæ, borræ, arbuſta, ſaltus, irremediabili igne, nec ante reſcindi flamma poterat, donec ignis etiam radicem arborum voraret. Ex quo vbique fragor ruentium ſaltuum audiebatur. Apum quoque & alueariorum arbores plurimæ deletæ, ſegetes exterminatæ ſiccitate. Et quadrupedum, quæ herbam ſimul cum ſabulo carpebant, ſtomachum limo implente, mortalitas ſecuta. Incendia inſuper crebra, in *Poloniæ* Regno, plus ſolito prouenerant. Nam & *Cracouienſis* ciuitas, dum Martis die vigeſima ſexta menſis Iulii, incendio in Stradomia exorto, cum eccleſiis & Monaſteriis S. *Hedwigis*, ſancti *Bernhardini*, flagraſſet, altera etiam die apud ſanctimoniales, ſancti *Andreæ* igne conſurgente, platea canonicalis, item Caſtrenſis, & Monaſterium ſancti *Andreæ* cum eccleſia flamma conſumpſit. Arx etiam *Cracouienſis* ægre defenſa. Arſerunt & oppida *Wieliczka*, *Couin*, *Belz*, *Chelm*, *Lubomlya*, item eccleſia *Lanciciensis*, cum omnibus curiis Archiepiſcopali & Canonicalibus, item Monaſterium *Claratumba*, alias *Mogila*, cum omnibus officinis, oppidum *Sandomirienſe*, licet frequenter incenderetur, ſtudioſa tamen cura incolarum defenſum eſt. Præſumptum eſt *Hungariæ* Regem *Matthiam*, miſſis incenſoribus *Polonis*, & aliquibus religioſis, auro corruptis, huiuſmodi incendia effeciſe.

Feruore & nimia ſiccitate annus inſignis,

item multorum locorum in Polonia conflagratione.

1474. Natalem & ortum Domini noſtri Ieſu Chriſti, & dies plures antecedentes, & ſubſequentes *Caſimirus Poloniæ* Rex apud *Viſliciam* oppidum, cum conſorte ſua *Eliſabeth* Regina, egit. Illuc namque ex *Cracouia* (quoniam *noua Ciuitas Korczin* peſte epidimiæ infecta extabat) diuertens, aliquos Conuentus in ea, & in *Opatowiecz* tenuit: Subueniri ſibi pecuniario ſubſidio, à militibus, ad manutenendum ſtipendiarios, pro reprimendo bello, quod indubie ab *Hungaro* incumbere annunciabatur, expoſtulans. Verum etſi in huiuſmodi Conuentibus plura vtilia fuiſſent decreta, & ſignanter, vt quilibet miles, militem ſtudioſe, & ex propoſito occidens, pœnam captiuitatis vnius anni, in fundum turris detruſus, perferret, & pro capite caſualis homicidii, centum videlicet & viginti marcas lueret: ad reſcindendum auſus temerarios militum, qui increuerant. Item vt milites, iuxta quantitatem bonorum hæreditariorum, in bello quolibet militarent. Vniuerſi etiam ad perfunctoriam militiam, nullo metu eos coercente, cum Regem leui penderent, ſe reſtrinxerant. item vt ſex groſſi, de laneo quolibet poſſeſſo Regi ſoluerentur pro ſubuentione. Omnia tamen hæc, & plura alia ſana conſilia, atque ſcita, per cunctationem Regiam, militumque inobedientiam non ponebantur in executionem. 1474.

Tributum pro bello, in quod Hungarus ſpectabat, reprimendo. Caſimirus Rex à ſuis expetit. Legemque contra homicidas, & vt pro bonorum hæreditariorum qualitate militetur, conſtituit.

Interim *Matthias Hungariæ* Rex, hoſtis infeſtus *Caſimiro* Regi, & Regno *Poloniæ*, effectus, quoniam frequenter ab eo affinitas, & amicitia poſtulata, & tentata, ſecus ceſſerat, ſex millia armatorum clandeſtine per ſyluas, *Poloniam* ab *Hungaria* diſterminantes, ſub duce *Thoma Tharczi* zi, militibus *Hungaro*, hærede de caſtro *Siedmilipi*, in Regnum *Poloniæ* mittit. Qui, quo amplius *Polonos* falleret (etiam nec tum curam aliquam aut cuſtodiam ſui faciebant: quamuis plurima de aduentu hoſtium ex *Hungaria* accepiſſent auiſamenta) per turmas ingreſſi, & nocte intempeſta oppidum *Zmigrod*, cum ſcalis aggreſſi, nullo negocio, oppidanis ſecure dormientibus, conquirunt. Arcem deinde bombardis quaſſatam, muro ſubruto, per deditionem accipiunt, & in vtraque receptaculum & nidum ſibi conſtituunt; oppido & arce nouis foſſis & aggeribus, cæteriſque propugnaculis, per ſe & agreſtes, quos homagiauerant, communitis, ſiluis quoque præſidio forti pedeſtrium, ne concludi arborum deceptione poſſent, prouiſis, in ſingulas partes in longum & in latum diſcurrendo impune, oppida *Laſzyel*, *Brzoſthek*, *Koluczicze*, *Friſthad*, *Dabowdzyal*, *Duklya*, & villas prope ducentas, incendio conſumunt. Oppidum inſuper *Pilzno*, populoſum ea tempeſtate, & in diuitiis opulentum, prohibente Rege, ne ſe pactione, datis quadringentis florenis, ab hoſte redimeret, incenſum & ſolo æquatum: populus vtriuſque ſexus præfatorum oppidorum, impuberibus & ſenibus interfectis, in *Hungariam* Captiuus ductus, Oppidum *Kroſzno* obſidione vallatum,

Irritatus negata affinitate Hungariæ Rex Matthias, Duce Tharczi, militibus miſſis

nocte Zmigrod oppidum & Caſtrum capit.

Ibique receptaculo ſui inſtituto

exurit & vaſtat Montana: pluribus oppidis & villis prope ducentis incenſis. Interque & Pilznam, tunc oppidum diues & populoſum,

1474. in ſpem proditorum, qui illiua portas iam hoſtibus aperuerant, item & Caſtrum *Golyeſch*, ab hoſtibus nocte integra impugnata, à *Polonorum* militibus egregie defenſa ſunt. *Caſimirus Polonia* Rex tot malis permotus, vniuerſas terras ad arma conſurgere mandat. Verum illæ multorum annorum pace, deliciis, & mollicie languidati, hybernali inſuper tempore eos qualificante, tardiſſime in eam expeditionem conſurgendo, villas Eccleſiaſticas deuorare contenti, excluſis earum colonis, ſub tectis eorum longo tempore deliteſcebant, & interim hoſtes libere, nullo repugnante, ad prædas, cædes & incendia circumquaque graſſabantur. Caſtrum etiam Epiſcopi *Cracouienſis Muſchina*, ab altero exercitu *Matthia* Regis *Hungaria*, ob paucitatem defendentium, pacto deditum eſt.

& Caſtrum Muſchina deditum Polonis reſiſtentiam opponere cunctantibus.

Priusquam autem bellum præfatum ſerpere cœpiſſet, Prælati & Baronea *Hungaria*, gliſcens malum ſedaturi, miſſis ad Prælatos & Barones *Polonia* frequentibus Nunciis, Conuentum deprecabantur. Quo impetrato, deſignati fuerunt ad illum per *Matthiam Hungaria* Regem, qui conſtanter, ſed vafre, negabat ſe agro *Polonica* bellum intuliſſe, *Gabriel Tranſyluanienſis*, *Oſzwaldus Zagabierſis*, Epiſcopi, *Emericus Diak* de *Zapola*, Comes *Scepuſienſis*, *Ioannes Pancratius*, Palatinus *Tranſyluanienſis*, *Georgius Quinque eccleſienſis*, & *Caſpar Scepuſienſis*, Præpoſiti. Deputauit & *Caſimirus Polonia* Rex, ſuos, videlicet *Iacobum* Archiepiſcopum *Gneſnenſem*, *Ioannem* Epiſcopum *Cracouienſem*, *Dobeslaum Knitha* Caſtellanum *Lublinenſem*, & *Ioannem* de *Rithwyani*, Regni *Polonia* Mariſchalcum. Sed dum *Pannonici* Oratorea in *Lubocza*, vbi & *Matthias Hungaria* Rex erat, & *Polonici* in *Sandecz* ſtando, de ſaluis conductibus, & eorum inefficacia, iurgando tempus tererent, multa mala, cædes, & incendia ſecuta ſunt, inſidiæque ſuſpectæ, Conuentum noſtrorum cum *Pannoniis* impediebant, quibus Barones *Polonia* nectendos, vulgus fabulabatur. interdum omnibus pariter, interdum ſoli Marſchalco, hoc malum minabatur. Sub quo tempore *Matthias Hungaria* Rex, vnum ex Legatia ſuis, *Oſzwaldum* Epiſcopum *Zagrabienſem*, & pleroſque de hia, qui in ſuo exercitu ducebant ordines, quaſi cum *Polonis* ſentirent, in *Lubocza* captiuauit. Tandem dum apud antiquam villam *Hungari* apud *Schramouisze Poloni* ex more conueniſſent, pax perpetua inter Regna reformata eſt, die Lunæ vigeſima prima menſis Februarii, captiui redditi, caſtra interrepta, videlicet *Zmigrod* & *Muſchina* reſtituta, damna hinc inde compenſata, cum *Wladislao* Rege *Bohemia*, & Regno, triennalis treuga inſcripta. *Polonicus* exercitus, tyrannide ſæua, in ædes ſacras, & bona Eccleſiaſticorum debacchatus, nulla re memorabili geſta, ad proprios Penates, onuſtas habens ex præda pauperum Quadrigas, rediit.

Poſt varias altercationes

tandem pax perpetua inter Matthiam Hungaria, & Caſimirum Polonia Reges, eorumque Regna firmatur. Cum Wladislao vero Bohemia Rege induciæ triennales concluduntur.

1474.

In *Visliecienſi* oppido, *Caſimiro Polonia* Rege ſtante, venerunt ad illum *Stephani* Voieuodæ *Valachia* Nuncii notabiles, ſabbato poſt Epiphaniæ octauas, *Stephanus Thurkulacz*, & alii, per quos denunciabat, Voieuodam *Beſſarabia Radulonem*, hoſtem ſuum, *Turcorum* etiam ſubſidio auctum, ſe profligaſſe, vxoremque ſuam & duas filias, & omnem Theſaurum in caſtro *Dabrouisza*, in quo *Radul* confugerat, & inde clam effugerat, abſtuliſſe, & maiorem partem ſuorum Dominiorum poſſediſſe. In quorum omnium teſtificationem, viginti octo banderia, hoſti detracta, *Caſimiro* Regi die Solis, ſexta decima menſis Ianuarii præſentauit. Sed denunciationem tantæ denunciationis, & lætitiæ, ſuperueniens poſt tridnum Nuncius alter fœdauit, referens *Caſimiro* Regi, *Radulonem Beſſarabia* Voieuodam, auxiliantibus ſibi *Turcis*, & *Beſſarabiam* recuperaſſe, & Præfectos caſtrorum, quos *Stephanus* inſtituerat, Caſtris conquiſitis trucidaſſe, & agrum *Valachicum* in magna parte igne populaſſe: petens, vt *Stephanum* Voieuodam, rebus ſuis diffidentem, *Polonici* exercitua auxilio reficeret. Miſſus itaque extemplo, ad illius ſuffragium, *Podolienſis* terræ, ſub Duce *Michaële Buczaczki*, Capitaneo *Snyathinenſi*, exercitus, miſſi & alii duo Oratores, *Dobeslaus Biſzowski* Caſtellanus *Belzenſis*, & *Ægidius Suchodolski*, qui vtrumque Voieuodam, æquis conditionibus pacem accipere inducerent. Sin minus, induciis bellum ſuſpenderent; quo facilius Voieuoda *Moldauia Stephanus*, *Caſimiro* Regi *Polonia*, contra *Hungarum* auxiliaretur. Sed hi, *Stephana* Voieuoda *Moldauia*, apud Curiam *Waſzwli* offenſo, mandatis Regiis expoſitia, quæ illi fuerunt gratiſſima, intelligunt illius mentem ad pacem cum *Radulone* ineundam qualificatam non eſſe, non quod æquas conditiones acceptare nollet; ſed quoniam *Radul Turcorum* manibus, omnibus Caſtris ſuis conſignatis ex eorum arbitrio & nutu dependens, nihil ex ſuo agere poterat, aut audebat, in alieno iure conſiſtens, *Stephanus* Voieuoda, cum omnium gentium ſuarum copiis, apud præfatam curiam *Waſzwli*, nulla arte, ut naturali ſitu, munitam, cum vxoro & filio filiaque conſiſtens, ne *Turci* cui *Radulone* terras ſuas irrumperent, forti reſiſtentia prouidebat: vxorem & filiam *Radu-*

Stephano Vaieuoda Moldauia, per Nuncios Caſimiro Polonia Regi denunciante, quod Radulonem Palatinum Beſſarabia, auxilio Turcorũ auctum, profligaſſet, & duas filias cum vxore illius captiuaſſet, ſuperuenit alter Nuncius, Beſſarabum ſua recuperaſſe, & Valachiam vaſtaſſe nuncians. Mittitur itaque à Rege Caſimira Valacho ſubſidium, vna cum Oratoribus pacem inter ipſos Palatinos compoſituris.

1474. *Radulonis* detinens, apud *Sorbaczoniam*, in captiuitate.

Recedens ex *Viſlicza Caſimirus Poloniæ* Rex, primum in *nouam Ciuitatem Korczin*, deinde in *Opathowyecz*, confluentiam exercituũm ſuorum illie opperiturus, conceſſit. Vbi die Solis, ſexta Menſia Februarii, venerunt ad ſuam Serenitatem, duo *Venetorum* Oratores, videlicet *Paulus* dictus *Omnibene*, & *Antonius*, qui dooo non eootemnendo, Stamine Adamaſcino, aureis filis per totum intexto, Regi *Caſimiro* oblato, petita amicitia, & beneuolentia Regis, alter petebat ſe *Capham*, vt exiode *Huſzenkaſchen* adiret, res Catholicorum apud illum promoturus, alter *Moskwam*, quædam negocia ſummi Pootificis, illic apud Principem *Moſchouia* acturus. Vtrique mos geſtus, & eomites ſecuritatis, conceſſi. Venit & ſub eo teiopore *Catherinus Zeno Venetus*, vir iuduſtrius & nobilis, ad *Caſimirum Poloniæ* Regem, ab *Huſſenkaſchen Perſarum* Rege, cum legatione & literis, in *Chaldaico* ſcriptis, miſſus. Summa legationis & literarum hæc erat. *Vt Caſimirus Poloniæ Rex, contra Mackumeth Turcarum Cæſarem, hoſtem fidei Chriſtianæ, à ſe aliquoties victum, cum cæteris Catholicis Regibus & Principibus, primo vere conſurgat: certus exiſtens ipſum Huſzenkaſchen, cum decem centenis millibus armatorum, pro Turci exterminio venturum.* Similem quoque legationem idem *Catherinus Zeno*, qui apud *ipſum Huſzenkaſchen* triennio Legatus *Venetorum* morabatur, & præſens erat, quaodo *Huſſenkaſchen Turcorum* Cæſarem, apud oppidum *Herſurſan*, in die ſancti *Laurentii* profligauit, ad ſummum Puntificem, item ad Reges *Franciæ*, *Napuliæ*, & *Hungariæ*, item ad Dominium *Venetorum* habuit. Quem *Caſimirus Poloniæ* Rex, honoratum & donatum, in *Hungariam* deduci procurauit. Habuit etiam idem ſecretiſſimam ad *Caſimirum Poloniæ* Regem legationem. *Habet*, inquit, *Cæſar Huſſenkaſchen, pulcherrimas duas filias, ex Catharina Trapezuntium Imperatoris filia ſuſceptas, harum tibi maiorum natu offert vnam deſponſare filio, baptiſmo Chriſti per prius abluendam. Dotem vero cum ea offert omne Græcorum Imperium, non prius per te ſuſcipiendum, donec & Conſtantinopolim, & omnem Græciam tibi pacificam, & à Turco liberatam, effeceris. Offert inſuper contra Hungariæ Regem Matthiam, omnes ſuos ſumptus & potentiam, pacificum te & filios tuos, in Pannonico, & Bohemico, Regnis, quæ Matthias occupare iniuſte nititur, effecturus.* Hæc tam amiciſſima oblatio, nihil penſi habere, apud *Caſimirum Poloniæ* Regem, viſa eſt, nec aliud ad illam reſpondit, niſi *per proprios Nuncios ſe Huſſenkaſchen reſponſurum.*

Venetorum duo Nuncii alter ad Huſenkaſchen Perſarum Regem, alter ad Ducem Moſchouiæ, eunt.

Huſenkaſchen vero per ſuum Nuncium Caſimirum, & alios Catholicos Principes, contra Turcam ad bellum ſolicitat: offerens ſe & ipſe cum potentia ſua venturum.

1474.

A Hebdomadis aliquot *Caſimirus* Rex *Poloniæ*, ſtatiua apud *Opathouiecz* agens aduentum exercitus ſui, qui pigre ægreque, torporem & ſegniciem in vultu & factis præferens, procedebat, item aduentum *Tartarorum* ex *Lithuania* opperiebatur: At exercitus *Polonicus*, in villis & bonis Eccleſiaſticis ſe includens, adire Regem *Caſimirum*, licet freqnentibus Nuneiis requiſitua Regiis, cunctabatur, grandi & hoſtili tyrannide bona Eccleſiaſtica vaſtare, diripere, & funditus delere, contentus, nullam repreſſiooem hoſtibus, aſſidua io ſpolia graſſantibus, adhibebat. Nonnulli etiam in domibus ſedendo, vicina bona eccleſiaſtica, & Cmethonum eorum, in ædes & Curias inferebant. B Ad ſanctimoniales quoque in *Buſko* plerique, & ſignanter *Iacobus Snopkowski*, de Dooio *Rawa*, *Nicolaus Suchodolski* de Domo *Ianina*, & *Albertus Mantowski*, de Domo *Sulima* de terra *Lublinenſi*, irruperant, & ipſas multis ſpoliis & iniuriis affecerant, adeo, vt addubitabatur, plurane mala hoſtes an proprii Regno *Poloniæ* ioſerrent. *Caſimirus* inſuper Rex, quooiam mala huiusmodi nulla animaduerſione caſtigabat, pluraque millia ſtipendiriorom habens, ocioſus apud *Opathowyecz* ſedebat, & ſuggillabatur à propriis, & ab hoſtibus ludibrio habebatur. In *maiori* inſuper *Polonia*, omnia bona Eccleſiaſtica, milites, quamuis oec dum domo egreſſi, vaſtabaot, ſpoliabant, & diripiebant.

Milites Poloni bona eccleſiarum ſpoliant ac vaſtant

gratius quam hoſtes Caſimiro Rege nullam animaduerſionem faciente.

Pace perpetua, apud *antiquam villam*, & C *Schramouicze*, ſiue reformata ſiue confecta, *Caſimirus Poloniæ* Rex exercitu licenciato, & ſtipendiariis ſolutis, in quos magna vis, nequicquam expenſa eſt, quoniam & ſtipendiariorum oumerum non contemneudum *Stiborius Thowaczowski*, Regoi *Bohemiæ* Cancellarius adduxerat, & ipſe perſooaliter cum ſuis in auxilium Regi *Caſimiro* venerat, in *nouam ciuitatem Korczin* venit, & caſtra *Zmigrod* & oppidum ac *Muſzſchina* ab *Hungaris*, Domiois eorum, iuxa fœdus ictum reſignata. Multi tamen ex *Raſcianis* & *Hungaris*, dum reſignato præſidio *Zmigrod*, in D *Hungariam* reuerterentur, ab agreſtibus in ſyluis violati, & obtruneati ſunt: inſimulati, quod pace confecta, noois ſpoliis in *Polonos* fuiſſent graſſati. Hæc autem paeia inter Regea confectio, Primoribus terræ *Tranſyluanienſis*, qui vsqoe ad *Caſimirum Poloniæ* Regem in *Opathowyecz* venerant, ſe & terram *Tranſyluanienſem*, & omoia ſua *Caſimiro* Regi dedentes, amaras excuſſit lachrymas, & anxietates immeoſas. Spe enim pleni aduenerant, auxilia gentibus & pecuniis laturi *Caſimiro* Regi, ſi io bello contra *Hungarum*, infeſtum illis tyrannum, perſeueraodum duxiſſet.

Paco inter Polonum & Hungarum confecta exercitus dimittuntur

cum dolore Tranſyluanienſium: qui ad Caſimirum Poloniæ Regem ſe & ſua illi dedentes, fruſtra venerant.

Bello

1474.

Petrus Komorowski, ſeptem arcibus, quas in Hungaria acquiſiuerat, amiſſis acceptisque octo millibus florenorum, à Matthia Hungariæ Rege, in Polonia redit.

Bello *Polonico Matthias Hungariæ* Rex exoneratus, in *Petrum Komorowski*, genere *Polonum*, de nobilitate *Ciphorum*, quod ſibi A ſemper videbatur, inviſus & ſuſpectus, & ad nouandum res, ad bella quoque inteſtina, in *Hungaria* excitanda (multos enim habebat in *Hungaria*, qui ſecum ſentiebant) proclivus, & quod ſecundo genitum *Caſimirum* Principem, Regis *Poloniæ Caſimiri* enixe, dum *Pannoniis* relictis, in *Poloniam* reuertebatur, omnifariam adiuuaret, Caſtrisque & Commeatibus exciperet, omnesque arces ſuæ poteſtatis quas in *Hungaria* obtinebat, traditurum ſe vltro, *Caſimiro* ſecundo genito offerret, arma mouit. Et fortaliciis *Rozemberg, Hradek, Sobinyecz, veteri caſtro*, & *ſancti Mikluſch*, acceptis, quæ ſibi iuſſione *Petri Komorowski* aperiebantur, quaſi amico & Regi, caſtra *Likaua*, & *Oraua* vallauit: B expugnaturus ea, quacunque arte, dolo, & ingenio. Quæ tandem *Matthiæ* Regi fuere (nullos enim, quamuis in arduis & excelſis montibus ſita, defenſores habebant) pacto dedita, *Petrus* enim *Komorowski*, qui ſe cum vxore & paucis in *Oraua* concluſerat, veritus, ne viuus in *Matthiæ* Regis poteſtatem veniret, receptis, a *Matthia* Rege, octo tantum millibus florenorum, caſtrum *Oraua* dedidit, & cum omni ſuppellectili in *Poloniam* ſe reduxit: eadem facilitate, ſeptem Caſtris inſignibus, apud *Hungariam* amiſſis, qua illa quæſierat.

Inter Henricum Poſdziebraczki Koſlenſem & Monſterbergenſem, ac Venceslaum Ribnicenſem, ardet bellum, & oppidum Plezina Ducis Ribnicenſis, à Bielikone, per Matthiam Regem Hungariæ, Ribnicenſi Duci in auxilium, vt petebat, quem poſtea repudiauit, miſſo, obſeſſum capitur.

Exarſit interim ſubito aliud bellum in vi- C cinia. *Henricus* enim *Poſdzyebraczki* Dux *Koslenſis*, & *Monſterbergenſis*, pluribus ſpoliis, & iniuriis, a *Venceslao* Duce *Ribnicenſe*, præter demeritum læſus, non valens ſua, & ſuorum ferre damna, oppidum *Plezina* obſidione vallat, propugnaculis coarctat. At *Matthias Hungariæ* Rex bellum contra *Caſimirum Poloniæ* & *Wladislaum Bohemiæ*, Reges, arte & ingenio conciraturus, à *Venceslao Ribnicenſi* Duce, ad defendendum ſe, tanquam Ducem partis ſuæ, imploratus, *Ioannem Byelik Sleſitam*, cum duobus millibus gentium, ſibi in ſubſidium transmittit. Sed interim *Venceslaus Ribnicenſis* Dux, pœnitentia acta, quod ſe infido Regi in tutelam tradidiſſet, *Bielikonem* in *Plezina* ve- D nientem, iuxta promiſſa non ſuſcipit. Sed *Plezina* locata & prouiſa, in *Oſſwyaczim* ad *Iacobum Dabienski*, Palatinum *Sandomirienſem*, & Capitaneum *Cracouienſem*, iuxta atque fidele diuerticulum, ſe contulit: *Byelik* autem ſe deluſum videns, propugnacula tamen à gentibus Ducis *Henrici*, ob metum ſui aduentus deſerta, intrat, *Plezinamque* obſidere non ſecus, quam hoſtis, cæpit. Cui cum auxiliaretur nemo, & defenſores carerent propugnaculis, quibus hoſtes arcere & propellere poſſent, *Plezina Byelikoni* eo pacto, *vt liceret Venceslao Duci Ribnicenſi adire Matthiam Hungariæ Regem, & obtinere veniam, reconciliationem & Plezinæ reſtitutionem*, dedita. Ex qua, cum gentes *Byelikonis*, in numero trecentarum perſonarum, in *Oſzwyaczimenſi* terra agerent prædas, a gentibus Regiis profligatæ ſunt, & omnis præda erepta, centum capti, reliqui aut deſiderati, aut fugati.

1474.

capitur.

Cæſæ gentes prædas in Oſſwyaczimenſi terra agentes, per milites Caſimiri profligantur.

Ioannes Zeganenſis Dux magna clade ſpoliisque & incendiis, non ſine tamen ſuo malo, maiorem Poloniam afficit: authore & inſtigatore Matthia Hungariæ Rege.

Exarſit & aliud in *Poloniam maiorem* bellum. *Matthias* enim *Hungariæ* Rex, omnifariam *Caſimirum* Regem, & Regnum *Poloniæ* laceſſiturus, *Ioannem Zeganenſem* Ducem, data pecunia, quantumcunque is petebar, in id bellum ſubornat: quem ſuapte ſponte, & furiæ fratricidales, germanum enim proprium *Henricum*, conquiſito ſub eo *Zegano*, impius occiderat, & dementia naturalis, qua agitabatur, qui omnem patrimonii ſui ſortem, Ducatum *Zeganenſem*, Marchionibus *Miſſnenſibus* nuper vendiderat, impellebat. Is, collecta quatuor milium mann ex militaribus *Sleſiæ*, inter quos erant cerdones, ſutores, ſarctores, cæterique mechanici, ex *Wratislauia* illum ſecuti, & *Wratislauienſium* bombardis, iuſſu *Matthiæ* Regis *Hungariæ*, ſibi traditis, adiutus, *Odra*, apud *Stinauiaz*, vado quodam, & per pontem ſuperato, *Caſimiro* Rege *Poloniæ* cunctante, & rem, vt vanam, licet ſibi per ſuos amicos denunciabatur, vt ſui moris eſt, contemnente, in oram *Wſchouenſem*, quaſi propriam, contra *Poloniæ* Regem proſecuturus iniuriam, irrupit, & oppidum *Wſchoua*, certus de proditione, vehementer ab omnibus partibus impugnare cœpit. Sub quo tempore, licet proditores ab eo ſubornati, oppidum *Wſchoua*, in locis duodecim incendiſſent: prouidentia tamen Ciuium, incendium extinctum eſt, & hoſtes à muris ſtrenue, cum magna ſua clade, & ignominia repulſi. Quo dolore permoti, nec audentes vlterius progredi, conſumptis igne Territorii *Wſchouenſis*, optimis & pulchre ædificatis villis, ad tabernam, quæ *Czartoua* dicitur, ſe reduxerunt, medio milliari a *Glogouia*. In qua caſtris poſitis, excurſiones in *Poloniam* faciebant, & prædas in caſtra referebant, omnibus militaribus *maioris Poloniæ*, in metum & cunctationem verſis, præter ſolum *Petrum Gunieczki* genere nobilem de Familia *Pruſſi*, qui ſolus & vnicus, cum triginta familiaribus, in trecentos hoſtes, ſpolia agentes, irruens, & omnem illam multitudinem, cum ſua paucitate proſternens, in reliquum exercitum hoſtilem, qui in curribus ſe continebat, parum prouide irruens, concluſus quadrigis, & ab hoſtibus vndique circumuentus, glorioſam & notabilem mortem, paucis de ſuis euadentibus, oppetiit. Proceſſu deinde dierum, dum *Ioannes* Dux *Zeganenſis*, munitionem, vocatum *Kopanicza*

1474. *micza* oppugnaret, temere flammis, quæ fortalicium vorabant, ſe ingerens, adeo vſtus, vt vix per ſuos ereptus, & in caſtra ſit ſemianimis reportatus, nunquam deinceps priorem valetudinem, recuperare potuit. Sed & omnis exercitus ſuus, Ducis ſui caſu, adeo perterritos eſt, vt repentino metu actus, non ſecus, quam lethargicus, ageretur. Et io fugam ſe proripiens, ſubitoque in loca varia diffugiens, diſſolutus eſt. *Maioris Poloniæ* Barones, & milites, qoorum *Lucas* de *Gorka Poſnanienſis*, *Stanislaus* de *Oſtrorog Caliſſienſis*, Palatini, & *Matthias* de *Moſzyn*, Capitaneus *maioris Poloniæ*, erant principales dnctores, cum exercitum de duodecim millibus adunaſſent, & plures hebdomadas circa oppidum *Caſthen* & *Wſchowa* caſtra tenuiſſent, non tamen hoſtibus, ſub eorum præſentia, villas Regni *Poloniæ* adeo, vt fauillæ in eorum vultus reciderent, longe lateque cremantibus, fecerunt aliquam reſiſtentiam, vel oppoſitiooem. Tanta eorum erat puſillanimitas, vt ſexingentæ conſumptæ ſunt, & prædæ ingentes abactæ. Inſimulabanturque Primores exercitus, clandeſtina cum hoſte habere commercia: poſtquam vbique eorum villis ab hoſte parcebatur. Sed & in exercitu *Polonico* ſtuprationes virgioum & matronarum, quas propriis eripiebant Colonis, deſolationes & ſpoliationes Eccleſiaſticorum bonorum, cæteraque enormia ſcelera, nemine prohibente, committebantur. Ex quo nimirum factum eſt, vt exercitus ille, pluribus ſceleribus fœdatus, nulla re memorabili geſta, propriis non alienis, aut hoſtilibus, vaſtatis, in pœnates proprios, ridendus à ſingulis, non hoſtilia, ſed propria ſpolia referens, reuerteretur. Culpa omnis in *Lucam* de *Gorka Poſnanienſem*, *Stanislaum* de *Oſtrorog Caliſſienſem*, Palatinos, cæteroſque primores Barones referebatur.

Nicolaus Thungen

Sub eodem tempore *Nicolaus Thungen*, fauentibus ſibi Militaribus & Ciuitatibus *Pruſſiæ*, & ſignanter nonnullis ex oppido *Gdanſk* Conſulibus, Tenutariiſque Caſtrorum, *Elsberg* & *Scheburg*, corruptis, præfata duo caſtra reſidua *Elsberg* & *Scheburg*, fraude & dolo, quamuis ea Ciues ad fideles manus vſque ad deciſionem Papæ ſeruanda & cuſtodienda ſuſceperant; in ſuam redegit ditionem, totumque Epiſcopatum *Varmienſem*, & eius Caſtra & ciuitates ex tunc occupauit, tueodo ſe à cenſuris, per *Andream Oporowski*, verum & vnicum *Varmienſem* Epiſcopum, & Prouiſum Apoſtolicum, per ſubterfugia appellationum, vt eius temeritas, & audacia, ac contumacia, priorem Regni *Poloniæ* nitorem, de *Pruſſia* habitum, interpellando fuſcaret, *Caſimirus Poloniæ* Rex, etiam hoc vulnus curaturus, ex *maiori Polonia* in *Pruſſiæ* oram deſcendens, apud *Thorun* egit coonentum. Cuius præſentiam *Nicolaus Thungen* pertimeſcens, ex Caſtris nuſquam diſcedere, nec ad Conuentum *Thorunenſem*, etiam ſub ſaluo conductu Regio, venire auſus.

Caſtra Elsburg, & Scheburg, totumque Epiſcopatum Varmienſem ſibi ademptũ occupat.

Caſimirus vero Rex epidimiæ morbum, qui iam ſerpere notabiliter apud *Thorun* & in vicinis cœperat, quique poſtea vehementius ſe & illic, & in *Maſouia* oppidis, & vicis pleriſque diffuderat, vt dignum erat, perhorreſcens, paucis illic compoſitis diſceſſit, & pro die ſancti *Viti* apud *Piotrcouiam* Conuentionem Regni generalem tenuit. In qua auditis Nunciis filii ſui *Wladislai Bohemiæ* Regis, videlicet *Stiborio Towaczowski*, *Bernardo Byerka*, & *Alberico Sokolowski*, qui & neceſſitates, defectuſque quamplurimos Regis & Regni *Bohemiæ* exponebant, & aſſiduo grauique bello ſe à *Matthia Hungariæ* Rege, per oppugoationem caſtrorum & ciuitatum in *Morauia* premi aſtruebant: petentes ſibi auro & gentibus, ſubuentum iri. Audita itaque earundem neceſſitatum ingeminatione, per *Ioannem Rupowski* Magiſtrum curiæ facta, vigioti quatuor millia aureorum, ad ſolueodum debita, filio ſuo miſit. Vniuerſo vero Regno *Poloniæ* generalem expeditionem, non filio taotum Regi *Bohemiæ*, & Regno, ſed & *Frederico Romanorum* Imperatori, contra *Matthiam Hungariæ* Regem, qui vniuerſam *Auſtriam* cædibus, flammis, & ſpoliis compleuerat, ſed & Imperatore Conuentum, apud *Auguſtam* ageote, ſuburbia *Auguſtæ* iocenderat, nemine eum proſequente aot repellente, auxilia armorum laturus.

Caſimirus Rex Poloniæ Wladislao filio Regi Bohemiæ, & viginti quatuor aureorum millia, & gentium auxilia contra Matthiam Hungariæ Regem mittit.

Conſummatis rebus publicis, apud *Pyotrcouienſem* Diætam, eum magis libuiſſet, variatis ſententiis, arma per ipſos tractare, vniuerſis, quam collatione pecuniali facta, belli negocia in ſtipendiarios transfundere, ne ocio deliteſcentia corpora, io molliciem & ignauiam ſoluerentur. *Caſimirus Poloniæ* Rex, creato io *Lublinenſi* terra nouo Palatinatu, creſcente illa Prouincia & latius ſe diffundente, *Pyotrcouia* egreſſus, Imperata vniuerſis terris Regni ſui expeditione, & vt ſinguli pro feſto aſſumptionis glorioſiſſimæ virginis *Mariæ*, apud oppidum *Mſlow* exercitualiter conuenirent, euocatis etiam io hanc expeditionem *Lithuaniæ* Boiaris, Aulicis & *Thartaris*, ſolus ipſe ad oppidum *noua Ciuitatis* diuertit: de neceſſitatibus futurì belli prouiſurus. Interim illi triſtis Nuncius, quinque vioibus *Martini Gaſtoltbowicz*, Capitanei *Kiiouienſis*, allatus eſt, ſignificans *Tartarorum exercitus, iniuſſu ſui Cæſaris, ſub Duce Aydor, filio Eczigeri, congregatos aduenisse: terras Regni, & Ducatus magni Lithuaniæ, hoſtili animo irrupturos: petens ſibi ad eorum repreſſionem, quam ſe vltronee exhibebat effecturum, gentibus & pecuniis ſubueniri.* At *Caſimirus* Rex *Poloniæ*, vt ſemper erat animi ad diſſimulandum & negligendum proni, denunciationi tam peri-

Caſimiro Poloniæ Rege, delectum contra Regem Hungariæ Mathiam habente.

1474.

culoſæ fidem non adhibens, illam pro ocioſa duxit, vt non ſolum *Martino Gaſtoltbouicz* auxilia poſtulata non mitteret, ſed nec *Podolia* & *Ruſſia* terris, vt ſibi à *Tartarorum* inuaſione, fuga & latitatu conſulerent, præmuniret. Itaque & militibus & agreſtibus, in terris ſecure quieſcentibus, & domeſtico labore meſſura videlicet frugum, occupatis, ſub præfati *Aydor* filii *Eczigeri* ductu, *Tartarorum* vilis & contemnendus exercitus, vix ſeptem millia gentium male armatarum habere exiſtimatus, repente in terras *Podolia* & *Ruſſia*, circa feſtum ſancti *Ioannis* Baptiſtæ irruit, & cladem ingentem circa *Camienyecz*, *Halicz*, *Glinyani*, *Dunaiow*, *Golegori*, *Zberaſzicze*, igne, cæde, & omni vaſtationis genere egit. Cuius tanta, ſceleribus Deum prouocantibus, ferebatur magnitudo fuiſſe, vt per centum milliaria in longum, per triginta vero in latum fuerit, nemine defenſionem opponente, protenſa. Multa millia vtriusque ſexus hominum, non ſolum de agreſtibus, ſed & de nobilibus, propter inſperatum eorum aduentum, quem nec *Caſimirus Polonia* Rex, licet tempeſtiue, vt præmiſimus, quinque denunciationibus ſuiſatus, nec Capitaneus *Kiouienſis Martinus Gaſtoltbouicz*, curauit notificare, in perpetuam ſeruiturem ſunt deducta, & vaſtata. *Podolia* regio in ſingulis fere ſuis locis, ab homine vsque ad pecus, deſolata, gemitus & ploratus in ea, & aliis *Ruſſia* locis, ſuorum charorum mortes & abductiones, ab his, qui reſidui erant, deplangentium, & ſuos Principes atque rectores execrantium, vsque ad altiſſimi pertingens thronum, audiebatur. Interim iuſta forſitan efferuens rabie, vt niterentur ſibi de alio Principe prouidere, videntes, ſe non ſolum ab ope, ſed etiam omni ſpe deſtitutos. *Gregorius Leopolienſis* Eccleſiæ Antiſtes, ſeipſum & ſuos nonnullos mercatores, qui à facie *Tartarorum* diffugierant, in oppido ſuo & arce Archiepiſcopali *Dunaiow* ægre tutatus eſt. *Swinka* miles fortalicium ſuum *Pomorzani*, egregie, non niſi cum ſex perſonis, defendit. Alia munitio *Lithwinow*, *Michaële Buczacki* conſiſtere in ea non auſo, à *Thartaris* incenſa, caſtrum *Zberaſz*, ab illis expugnatum, Duciſſa capta, Dux ipſe, *Iwan* nomine, videns arcis expugnationem, & coniugis ſuæ captiuitatem, *Samſonis* animo induto, in quo ipſe cum ſuis omnibus, & plurimis *Thartarorum*, iam arcem & turres eius poſſidentibus, duobus tamen filiis, & duabus filiabus euadentibus, incendio conflagrauit. Captus fuit filius ſuus natu minor, ſed vnus ex *Ruthenis* agreſtibus, dum iam ad *Thartarorum* duceretur exercitum captiuus, captiuatore virili animo occiſo, captiuum eripuit. De cuius occiſione maximus luctus fuit in caſtris *Thartarorum* (erat enim vnus ex Primoribus) gemitus & vlulatus. Inſequebantur illos gentes terrarum, *Podolia*, *Leopolienſis*, & *Belzenſis*, cum ſuis Capitaneis, *Paulo* videlicet *Laſzienski* Regni *Polonia* Vicetheſaurario, *Belzenſi*, *Raphaële*, *Laroslawski*, Capitaneis, in non contemnendum exercitum coactæ, vltra *Camyeniecz*. Sed *Thartaris* id ſuſpicantibus, de ſuis quoque viribus diffidentibus, & ob id peruicaci tranſitu diffugientibus, occidendo ſenes & imbecilles, adeo, vt cadaueribus iter conſtratum eſſet, & fœtor atque horror perſequentes inuaderet. Caſſus fuit omnis inueſtigantium labor, præſertim poſtquam *Lithuanicum* exercitum, cuius Dux *Czartboriyski*, & *Martinus Gaſtoltbouicz*, Capitaneus *Kiouienſis*, fuerunt Ductores, in propriis *Polonis* non expectatis, dilapſum eſſe, & pleroſque *Polonia* milites formidine perculſos conſtabat. Iaſimulabantur inſuper *Lithuania* Barones, eam cladem, miſſo *Glinski Rutheno* Duce, cum muneribus ad *Thartaros*, terris *Ruſſia* & *Podolia* procuraſſe, & *Tartaris* dum reuerterentur, omnem beneuolentiam præſtitiſſe. De quo etiam illos *Tartarorum* Imperator publice & notorie inſimulabat.

Thartari ex Regno ingentes prædas agunt,

idque vt fertur authoribus Lithuanis.

Emerſit illico & aliud æque grande malum, par quoque calamitas. *Turcorum* enim Cæſar *Mahumeth* omnes arces & munitiones in *Beſſarabia*, & *Montania*, tradente ſibi vltronee *Beſſarabia* Voieuoda *Radulone*, occupans, & in ſuam poteſtatem redigens, in tantam ſubito arrogantiam ſe extulit, vt Nunciis ad *Stephanum* Voieuodam *Valachia* miſſis, imperioſe illum requireret, *quatenus illi Byalogrodum & Kiliam reſignaret, tributum quoque neglectum, in præſens, & in futurum exolueret, pro hoſte illum, ſi ſecus ageret, habiturus. Scituris quoque illum propediem venturum, & loca ipſa potenter, eo inuito, conquiſiturum.*

Turca arcibus Beſſarabia acceptis,

ad Stephanum Palatinum Valachia ſuperbum mittit Nuncium.

Rex *Polonia Caſimirus*, ad bellum contra *Hungaria* Regem *Matthiam* gerendum in *Sleſia*, ſingulis conatibus incumbens, die Veneris, duodecima menſis Auguſti, ex *noua ciuitate* egreſſus, ad oppidum *Mſtbow*, Campum congregaturus, aduenit. Vbi primum, deinde ad *Czaſtochowa*, & *Klobuczko*, ad extremum circa vicum *Denkow*, ad fluuium *Iſthwarta*, ſtatiua habuit, per ſex hebdomadas, opperiendo aduentum gentium ſuarum, quæ ægre, & pro ſuo quisque arbitrio, tarde procedebant, & frugibus illic, & in circuitu vbique deuoratis, villiſque propriis per focos exterminatis, tempus omne optimum autumni inaniter abſumpſit. Acceſſerat & altera retardationis cauſa, quod plerique milites de exercitu terrarum *Cracouienſium*, quorum *Stanislaus*, *Nicolaus*, & *Ioannes* de *Thaczin*, germani, item *Spithek* de *Melſthin*, item *Ioannes Rabſthinski* de *Kratz-*

Caſimirus Polonia Rex cum ſuo exercitu contra Matthiam Hungaria Regem procedit.

1474. *Kraſznik*, erant capita, in militiam externam abſque donatiuo ire recuſabant. Quorum pertinacia à *Caſimiro* Rege, non niſi poſt multos dies, partim obiurgationibus, partim lenimentis & perſuaſionibus, (commota enim multitudo non obſeruabat modum) tandem ægre ſanata, vigeſima ſexta menſis Septembris exercitum ſuum, *Lithuanis* & *Thartaris* illum augantibus, ad ſexaginta millia pugnatorum æſtimatum, in terras hoſtiles perioouit. Et peimum terram *Opolienſem* diffidationum literia præmiſſis, doobus oppidis *Kruczborg*, & *Biczina* conquiſitis, & præſidio militum illic relicto, Ducem *Opolienſem Nicolaum*, & reſiduum eius Priocipatum, vaſtatione igne & gladio, ac omni hoſtili genere obterere cœpit: quod & is recenter boues quam plurimos mercatoribus *Poloniæ* abſtulerat, & fecialibus ad ſe miſſis, illos reſtituera detrectabat. Froter inſuper ſuus germanus, in cuius Principatus *Nicolaus*, eo abeunte, ſucceſſerat, in oppido *Kruczborg* mercatores conelüſoa, ad millia marcarum æſtimatos, exuerat. Ibat itaque *Caſimirus Poloniæ* Rex, ſingula per circuitum igne & gladio conſumens. Et *Odra* apud *Coraplowicze* vado ſuperaro, (tenoes enim tunc habebat vndas) com hoſte *Matthia Hungariæ* Rege, qui cum ſex millibus armatorum *Wratulauiam* ingreſſus, *Poloniæ* Regia *Caſimiri* illic opperiebatur aduentum, decernere æſtuabat. Sed magis id fieri placebat, quam expediebat, quomodo fieret: hoſte oon faciente copiam pugnæ, & cum ſuis ſe intra muros continente.

& Sleſiam igne & gladio vaſtans, aliquot oppida conquirit.

Venerunt interim ad *Caſimirum Poloniæ* Regem Nuncii *Matthiæ Hungariæ*, & *Wladislai Bohemiæ* Regum, videlicet *Zdenyek Konopni:zki*, *Vilhelmus Rabi*, *Venceslaus Czarnohorski*, petentes, vt bellum cœptum triennalibus induciis ſuſpenderet. Hia reſponſum eſt, Rege *Bohemiæ Wladislao* aduenientc, & non aliter de pace, & de induciis agi poſſa. Spiritua deinde diſcordiæ intrauit Caſtra *Poloniæ* Regis, & Conſiliariorum eius. Procetes enim terrarum maiorum *Poloniæ* ſatius exiſtimabant, *Wratislauienſi* ciuitati non apptopinquare, ne hoſti ad inuadendum terras Regni, *Sleſiæ* vicinas, nudando illas, præberetur occaſio: id aliis terrarum *Cracouienſium* improbantibus. In qua iurgatione aliquod diebus nequicquam abſumptis, ad oppidum *Oppolye* peruentum eſt. Quod etſi facile expugnari potuit: *Caſimirus* tamen Rex ſuorum militum veritus diſcrimen, in euentum vniuerſalia dimicationis integros illos ſeruaturus, inſultum contra *Oppolye* fieri prohibuit. Abinde vero motis Statiuis, ad oppida *Bregam* & *Olauiam*, inexpugnata ea relinquens, venit. Vbi ad ſuam ſerenitatem Marchionis *Miſſnenſis Arneſti*, bellum intercepturi, Oratores, videlicet *Vilhelmus*, Comes & Dominus in *Herumberg*, *Hudoldus* de *Glwicz*, ſuperior Marſchalcua *Miſſnenſis*, *Theodoricus* de *Storunberg*, Magiſter Curiæ, & *Ioannes Szwek* Cancellarius *Miſſnenſis*, explorato perprius apud *Wratulauiam Matthiæ Hungariæ* Regis animo, accedunt, paciſque tractatum ſub induciarum typo & vmbra ordiuntur. *Caſimiro Poloniæ* Rege a pacis Conſiliis non abhorrente.

Matthias Hungariæ Rex triennales inducias fruſtra petit.

Caſimiroque in vlteriora Sleſiæ progrediente, Arneſti Marchionis Miſſnenſis veniunt ad eum Nuncii, bellum intercepturi æquis conditionibus.

1474. Interim *Matthias Hungariæ* Rex, poſtquam aperto Marte ob paucitatem ſuorum nequibat, dolis vſurus, omnem equitatum, & peditatũ, de octo millibus, clam nocte in crepuſculo *Wratulauia* emittit: *Caſimiri* Regis *Polonici* exercitum, ſub ſecuritate induciarum conſiſtentem, à latere, vt ſi poſſent in tranſitu fluminis *Niſſa*, aut ſi id minus procedetet, pabulatores eius inuaſurum. Is tota nocte illo procedens, in Solis ortu, dia Mercurii, duodecima Octobris, pabulatores exarcitus *Polonici*, qui tunc adhuc prope *Olauiam* habebat ſtatiuo, iuxta villam *Sramouiczε*, inuadunt, facileque illos ſundunt. Quibus, cum tumultuarii milites, & *Thartarorum* catervæ, ſubito tuliſſent opem, grandis inſtauratur pugno *Polonorum* pabulatoribus ex ſuga in prælium reuerſis. Quare apud *Poloniæ* Regem nunciata, banderium maius, quod Aulici, & *Lithuanorum* exercitùs, ſub ductu *Pauli Iaſſyenski*, Regni *Poloniæ* Vicetheſaurarii, latutum auxilium, præmittit: extemplo & ipſe cum omni reliquo exercitu ſubſecututus. Quod cum hoſtilis vidiſſet exercitus, terrore nimio exagitatus, terga vertens, in fugam ſe dedit: præſidio aliarum cohortium in inſidiia locatarum audaciam & pugnam reſumpturus. Verum cum hi, qui in inſidiis erant, ſuos fugere vidiſſent, incredibili terrore correpti, turpiter, hoſte non viſo, fugere cœpetant, neque ſuga ſemel cœpta, niſi *Wratulauiam* ingreſſi, ſiſti poterat. Cædebanturque paſſim, & fugientes, & reſiſtere auſi hoſtes, atque capiebantur. Eratque deſideratorum mille, captorum inſignium ſexaginta, numerua. Poteratque tunc omnia exercitus hoſtilis, & omnis potentia *Matthiæ Hungariæ* Regis deleri, ſi *Polonorum* milites hoſtea, ſuapte ſponte, & languide, abſque ordine fugiantes, inſequi perſeueraſſent. Incredibileque dictu eſt, quam fœlix, faoſta, & glorioſa dies illa *Caſimiro* Regi, & militibus *Polonorum* fuiſſet, ſi collata à Deo proſperitata vti ſciuiſſent. Verum *Ioannes* de *Rithwyani*, Ragni *Poloniæ Marſzalcus*, Caſtellanus *Sandomirienſis*, vniuerſi exercitus *Polonici* Dux, veritus, ne *Poloni* præcipitarentur in inſidias, ardentes *Polonorum* animos, & a perſeqnendo, & à pugna reuocauit. De quo poſtea à pleriſque, quaſi id egiſſet auro *Hungarico* corruptus, grauiter & vulgare fictene an vere, in partem vtramque dicere non auſim, inſimulabatur. Erat ſiquidem Marſchalcus ipſe ad pacis ne-

Caſimirus Rex Poloniæ haud exiguam manum Exercitus Matthiæ Hungariæ Regis, ad dolos ſe vertentis, apud Olauiam contidit, fugatque & captiuat plurimos.

Et niſi Ioannes de Rithwiani vniuerſi exercitus Polonici Dux obſtitiſſet, omnis potentia Hungari tum temporis deleretur.

1474.

gocia non inutilis, belli vero parum peritus, & ob id cunctator in ſingulis. Res vero tunc non tam conſultandi, quam agendi celeritatem flagitabant. Nec ſub eius ductu & auſpiciis res belli *Polonici* proſperabantur.

Oratores Arneſti Marchionis Miſſnenſis à Rege Caſimiro honeſte habiti, pace inter Reges non confecta diſcedunt: victoriam Caſimiri admirantes.

Oratores *Arneſti* Marchionis *Miſſnenſis* ſatis diu, an *Caſimiro Polonia* Regi ceſſiſſet tam ſubita victoria, de tam potenti Rege *Hungaria Matthia*, ambigebant. Cum vero captiuos notabiles, inter quos erat *Vilhelmus Perſthenski*, *Petrus Hugwiez*, *Paulus Carwath*, & alios ſexaginta, in Caſtra *Polonia* Regis duci vidiſſent, nec mora, in ſtuporem verſi. *Nunc*, inquiunt, *coram videmus, alius nunciantibus, niſi viſus fidem faceret, diſcreituri, quanto fauore Polonia Regem & populum eius proſequatur Diuinitas.* Paucis poſthæc diebus in *Polonico* exercitu commorati, dum attenderent intempeſtiuum tempus ad pacem componendam eſſe, benigne à *Caſimiro Polonia* Rege habiti, inſuper & munerati, re infecta *Miſſnam* reuertuntor. Id etiam gratiæ & muneris à *Caſimiro Polonia* Rege obſecrando conſecuti, quod Ducatum *Zeganenſem*, quem Marchio ipſe a Duce *Ioanne* coemerat, vrere & vaſtare ſuperſedit.

Wladiſlai Bohemia Regis exercitus cum Caſimiri Polonia Regis coniunctus,

Die Lunæ vigeſima quarta Menſis Octobris, *Caſimiro Polonia* Rege adhuc ſtatiua circa *Olauiam* habente, *Wladiſlaus Bohemia* Rex cum inſigni ſuo exercitu, in quo maior pars erat peditum, tantopere expectatus, & io cuius auxilium omne illud bellom agebatur, aduenit: eum magna gratulatione parentis, & *Polonici* exercitus, exceptus, ad viginti millia armatorum habere æſtimatus. Exinde paucis diebus in conſultando abſumptis, & *Wratiſlauiam* coniunctis exercitibus itum eſt, & *Wratiſlauia* ab vna parte obſideri cœpta. Egreſſus *Wratiſlauia* cum ſuis omnibus *Matthias Hungaria* Rex, dum exercitus *Polonicus* & *Bohemicus* iuxta *Wratiſlauiam* incedebat, ſub ſilentio ocioſus ſpeculabatur.

Wratiſlauiam obſidens,

magnum terrorem Matthia Hungaria Regi & Wratiſlauienſibus incuſſit.

Quem cum vidiſſet viris, armis, & equis, ac quantitate conſpicuum, capillos è capite decerpebat, clamans ſe & vociferans *infælicem & miſerum, ad quem exterminandum tot gentes, & tam exercitata conueniſſent: quarum brachio, ſi illas ſibi habere contigiſſet, facile ſe* aiebat *totum orbem, ſub ſuum iugum miſſurum.* Locatis itaque caſtris particularia fiebant inter obſidentes & obſeſſos certamina, quæ harcze vocamus.

Parum ſecurum ratus Matthias Hungaria Rex Wratiſlauia obſidionem Polonia ac Bohemia Regum tolerare, ſe extra eam circa Monaſterium S. Vincentii locat, & locum fortiter munit.

Hungaria Rex *Matthias* in *Wratiſlauienſi* Ciuitate conſiſtere parum tutum ſibi, ne quandoque interciperetur ab obſidentibus, ratus, circa monaſterium ſancti *Vincentii* ſe locauit, omnemque iuxta locum, in caſtelli modum, vallis, foſſatis, paliſque communiuit: & pabulationem & excurſionem in *Polonia* Regnum, ad vaſtandum illud, tutiorem habiturus. Suadebatur autem vtrique *Caſimiro Polonia*, & *Wladiſlao Bohemia* Regi, a belli peritis, vt in oppido *Olyeſchnicza*, quibus ea poteſtas à *Margareta*, relicta *Conradi* nigri permittebatur, aliquot millia militum pro præſidio locarent, pabulationem hoſtilem prohibituri, vt aggerem, quo ex alueo ſuo veteri traductus eſt, & impulſus ad *Wratiſlauiam Odra*, rumperent, & veteri alueo redderent: *Wratiſlauienſes* magno præſidio vndarum, & molendinis, nudaturi, famamque ſuæ potentiæ bellicæ, in ſingulas gentes per circuitum, & in multas ætates, non ſine ampliſſima laude diffuſuri, cum rupturam ipſam facile non per milites, ſed per aurigas, biduo aut triduo efficerent, vt in partem alteram *Wratiſlauia* exercitus Regis *Polonia*, relicto præſidio exercitui *Bohemico*, ſe translocaret, amboque nocte & interdiu, ad ſepiendum *Wratiſlauiam*, operas intenderent, aut vrbis conquiſitionem, aut pacem, æquis conditionibus effecturi.

Caſimirus vero & Wladiſlaus conſilium de Wratiſlauia conquirenda inquirit.

Neque ſinerent tam fortem & validum exercitum ocio marceſcere & diffluere. Id conſilium omni ex parte & genere ſolers & ſaluberrimum, & quo ſalus & conſummatio totius illius belli includeretur, Regibus nequicquam meliora & vtiliora eligere dinoſcentibus, Conſiliarii vnius improbatione exſufflatum eſt, Conſiliariusque, quoniam in eo cardo ſingularum agendarum rerum verſabatur, notorie inſimulabatur, quaſi auro à *Matthia Hungaria* Rege & *Wratiſlauienſibus* corruptus, ſalubria & vtilia conſilia eneruare ſtuduerit.

pabulatores plurimi Polonorum à Polonis nonnullis in exercitu Matthia Hungaria Regis contra Caſimirum Regem ſuum militantibus dolo intercipiuntur.

Exercitus poſt hæc *Polonicus* & *Bohemicus*, longe lateque regionem *Sleſia* igne, præda, & gladio populabatur, ſed & populationem ipſam, & pabulationem agebat, abſque ordine & abſque Duce. Quapropter per omne obſidionis tempus multi *Polonorum*, dum pabulatum aut populatum irent, à *Polonis*, qui apud *Hungariæ* Regem *Matthiam* contra naturalem Regem & patriam militabant, quorum hi fuerunt primores, *Iacobus Pyeniazek*, *Kruzlowski* de *Odrowaſz*, *Nicolaus Pyeniazek Vtibowski*, & *Petrus Pyeniazek*, *Marczynowski* de *Ielitha*, *Ioannes Lyaſocki* de *Dologa*, *Stanislaus Zborzenski* de *Cygnis*, *Ioannes Ganrath* de *Sulima*, *Petrus Groth* de *Raba*, *Petrus Ludonski* de *Lodzya*, *Martinus Lopaczki*, *Ioannes Ternka* de *Syarza*, domibus, familiis & Clenodiis, tantam multitudinem pabulatorũ, propter noticiã *Polonici* idiomatis, doloſe intercipiebãt, vt omnes turres, & omnia ergaſtula *Wratiſlauienſia*, captiuis *Polonorũ* impleta fuerint.

Exercitus Polonicus ſine vlla diſciplina viuens, fame, peſte,

Emerſerunt & alia duo in exercitu *Polonorum* & *Bohemia* Regum mala, Epidimiæ videlicet peſtis, quæ in omni *Sleſia* exorta, in exercitum Regum penetrauerat, ex contagione, & fames ac cereuiſiæ, quam, incendendo molendina, ſoli ſibi *Poloni*, cum ſingulis vsque ad nauſeam abundare potuiſſent, ſua improuidentia effecerant. Iacebant præterea aliquot curruum apud *Wyelun* onerata victualibus millia, quæ ſola diſſimulatione Rex, & diſcordia Ducum, non curauit miſſo equitatu & peditatu conducere: omnium ſufficientiam habiturus. Malebatque vt ſui fame tabeſcetent,

1474.

rent, aut ære grandi eare emendo cereuiſiam & panem, quæ ex *Bohemia* importabantur, ſe euiſcerarent. Hinc effectum eſt, quod lue & ioedia multi aſſidue in caſtris Regum abſumebantur mortales, nemine ferente opem, nemine prouidente, nihilque conſulebatur in medium: conſiliariis pro ſuo arbitrio omnia agentibus, quorum plerique neque ad conſilium poterant cogi. Et ſi quid ſtatuebatur, nemo inueniebatur, qui vellet exequi obedienter mandata. Inſoleuerat admodum *Polonicus* exercitus ab eo tempore, quo ſe *Bohemico* coniunxit, cum ante id fuerit caſtigatior, dum iuſſu Regis & Ducum tres notabiles *Poloni*, qui Eccleſias deſpoliauerant, Diuiniſſimumque ſacramentum ex eccleſiis abſtulerant, vniuerſo ſpectante exercitu, fuerunt publico igne cremati. Tunc vero execrandas in Deum & eccleſias patrantes prædas, & in omne nefas reſolnti, cum abominationes eorum puniret nemo, ſubito vindex gladius Diuinæ vltionis aduenit, & in caſtris Regum, caſuali exorto igne, vorax flamma, quam ſubito exortus augebat turbo & ventus vehemens, multos mortales, plurimos equos, quingentos currus, cum omnibus facultatibus & victualibus, tanto exercitu nequicquam ferente opem, abſumſit. Repertæque ſuot in quadrigis ſemiuſtis pixides, diuiniſſimum Euchariſtiæ ſacramentum continentes. Et intellectum eſt ignem Dei fuiſſe, ignemque tabernacula eorum, qui ſcelere abominando tenebantur, deuoraſſe.

& igne diuinitus immiſſo,

quod in eccleſias & diuiniſſimum ſacramentũ ſaniret, grauiter premitur.

Videns autem *Matthias Hungariæ* Rex, vtrunque Regem, *Caſimirum Poloniæ* & *Wladislaum Bohemiæ*, cum tot gentibus ocioſum eſſe, timiditate, quæ eum inuaſerat, depoſita, gentes ſuas in terminos terræ *Wyelunenſis* & *maioris Poloniæ*, intelligens latera illa nuda eſſe, transmittit: Quæ oras illas frequentibus incendiis, Rege *Poloniæ Caſimiro* prope adſtante, & nullam ferente opem ſuis, vaſtabant. Agreſtes quoque, qui prope *Boleslawyecz* congredi cum eis auſi fuerant, *Ioanne Vacik* Notario territorii *Siradienſis* Duce eorum tunc abſente, facile ab illis obtriti. Irruerant & gentes *Nicolai* Ducis *Oppolienſis* in oppidum *Klobuczko*, ſed ab Oppidanis & agreſtibus oræ illius magna clade deuicti. *Caſpar* inſuper *Zak* de nobilitate, quæ aquilam albam in campo rubeo, cum capite gallinæ, & quæ ſe *Trach* nominat, pro inſigni portat, & *Melchior Leber*, cæterique homines *Henrici* Ducis *Kozuchouienſis*, & terrigenæ *Glogouienſes* ſcientes caſtrum *Poloniæ Myedzirzecz* (annis enim aliquot is *Caſper* in *Petri* de *Schamotuli* Caſtellani *Poſnanienſis*, qui illud tenebat, morabatur obſequiis) negligenter aſſeruari, gentibus a *Matthia Hungariæ* Rege impetratis, *Sandiuogio* inſuper *Zdowski* Burgrabio de *Myedzirzecz* (*Nalaczitha* hic genere erat) oppidum primum *Myedzirzecz* nocte intempeſta conſcenſo, & incenſo, arcem etiam nulla neceſſitate impellente, a
A *Sandiuogio* deditam, auro, vt aſſerebatur corrupto, intercipit, & omnem illam oram, vsque ad *Poſnanienſem* ciuitatem, incendiis, ſpoliis & prædis affligit. Et quamuis proceſſu dierum, bello per inducias intercepto, bona hæreditaria *Sandiuogii Zdowski*, traditoris patriæ, ad duo milia æſtimata, *Caſimirus* Rex *Poloniæ Fœlici* de *Panyow*, ſtipendiario ſuo, perpetuo contuliſſet. Caſtrum tamen *Myedzirzecz Andreæ Schamotulski*, quod iuſtiſſime ad ſe deuolutum retinere debuerat, inſtigantibus eum duobus, quibus Rex fidebat, Conſiliariis, auro ab *Andrea* corruptis, eidem *Andreæ Schamotulski* reſtituit.

Terra maioris Poloniæ ab Hungaro & Sleſiæ Ducibus vaſtantur, Caſimiro Rege nullam reſiſtentiam faciente.

Caſtrum etiam Miedzirzecz

per Sbigneum Zdowski Burgrabium proditur.

Cuius bona Caſimirus Rex Fœlici de Panyow ſtipendiario ſuo perpetuo concedit, & Andreæ Schamotuiski Caſtrum Myedzirzecz recuperatum reſtituit.

Graſſantibus duabus peſtibus, fame videli-
B cet & epidimia, in exercitus Regios, quibus tertia diſſenteria aceſſerat, coacti ſunt ambo Reges, quamuis auram habebant ſuauem, & dulcem, ſiccitate & calore temperatam, ad fœdera, quæ ab illis à *Matthia Hungariæ* Rege expetebantur, gentibus eorum vociferantibus, reſpicere. De quibus vt facilius conueniretur, placuit communibus Conſiliariis, & Baronibus, Reges perſonalem facere in campeſtribus conuentum. Id etſi pauci probarent mortales, hoſtes infeſtos, non ſedatis differentiis, Conneotus agere: feria tamen tertia ante feſtum ſancti *Clementis*, quæ fuit vigeſima prima menſis Nouembris, duo tantum
C Reges, *Caſimirus Poloniæ*, & *Mathias Hungariæ*, duos Conſiliarios quilibet habens, Rex *Poloniæ Sbigneum* Epiſcopum *Wladislauienſem*, Regni *Poloniæ* Vicecancellarium, & *Ioannem Rzeszowyensky* Regni *Poloniæ* Marſchalcum, *Hungariæ* Rex, *Gabrielem* Epiſcopum *Albanenſem*, & *Zdenkonem Conopnicki*, in vultuum hilaritate; altera vero die, omnes tres Reges, conuenerunt. In ſecunda autem Conuentione offenſio animorum, inter *Wladislaum Bohemicum*, & *Mathiam Hungaricum*, Reges, ſecuta eſt: dum alter alteri vultum hoſtilem & infeſtum, dextris etiam, auerſis oculis, iunctis, oſtendebat. Poſitis autem taber-
D naculis, quilibet Regum cum ſuis ſeorſum conſultabat. Verum cum eo die, propter breuitatem temporis, nedum calculari negocia grandia, & debite digeri, ſed vix perfunctorie commemorari poſſent, placuit Conſiliarios *Wratislauiam*, ad tractandum de conditionibus fœderum, transmitti. Miſſique ſunt itaque, aliis recuſantibus, *Iacobus Dabyenski Sandomirienſis*, *Stanislaus Oſtrorog Caliſſienſis*, *Nicolaus* de *Kutno Lancicienſis*, Palatini, *Andreas Roza*, præpoſitus *Lancicienſis*, & Collector Apoſtolicus, cum Nunciis *Wladislai Bohemiæ* Regis, videlicet *Vilhelmo Rabi*, *Byeniaſzio Lubſchtenski*, *Petro Dulinyecz* & *Samuele*, Succamerario *Bohemiæ*, qui aliquot diebus, cum *Rudolpho Wratislauienſi*, *Gabriele Albenſo*, Epiſcopis, *Zdenkone Konopniczki*, *Vilhelmo Czarnoborski*

Caſimirus Poloniæ, Matthias Hungariæ, & Wladislaus Bohemiæ, Reges, neceſſitate famis, epidimiæ & Dyſenteriæ, exercitus impotente, coacti,

primum perſonaliter conueniunt,

tandem per Conſiliarios ſuos ad ſeſqui alterum annum fœdus

1474.

ſub certis conditionibus ineunt,

borehi, habitis tractatibus, fœdus in annum, cum dimidio duraturum, concluſerunt ſub his conditionibus, *vt caſtra & oppida, hinc inde, ſiue in Polonia, ſiue in Sleſia occupata, dimittantur ſuis antiquis poſſeſſoribus, vt captiui omnes hinc inde ſoluantur.* *Nioclaus* inſuper *Thungen*, in parte Regis *Hungariæ*, ad fœdera huiuſmodi incluſus eſt, quo tradimentum ſuum & perfidia, in proprium Regem & naturalem, latius, quod hactenus latuit, emicuit: Monebatur *Mathias Hungariæ* Rex, ex induciis concluſis, à Baronibus *Poloniæ*, vt fœdera ipſe cuſtodiret ſcrupuloſius. Non Regi & gentibus *Poloniæ* imponeret neceſſitatem iuſta arma induendi, ad vlciſcendum violatorum pactorum iniuriam. Hoc autem fœdus minus cunctanter à *Caſimiro Poloniæ*, & *Wladiſlao Bohemiæ* Regibus acceptum eſt, verentibus Regibus, ne niuibus & frigoribus ſuperuenientibus, bello non ſuſpenſo, recedere ex hoſtili terra premente neceſſitate cogerentur. Fœdere itaque concluſo, & *Sleſia* ferme vniuerſa exuſta & depopulata. *Poloniæ* & *Bohemiæ* Reges, datis inter ſe dextris, & muneribus, ad propria, nulla re memorabili geſta, diſcedunt. Nec mirum, dum enim ſinguli imperare, vt eorum ſtaretur conſiliis, geſtiunt, documento fuere inutile eſſe bello. Tendendo enim quiſque ad ſua conſilia, cum *Cracouienſibus* Baronibus aliud, aliud vero *maioris Poloniæ* videretur, aperuerunt occaſionem hoſti regnum *Poloniæ* inuadendi, & ludibria, de tam numeroſo & forti exercitu, ferendi, in quo maxima iactura in hominibus, in armis & equis, cæteraque ſuppellectili, non virtute hoſtium, quæ tenuis & languida erat, nec ignauis exercitus, qui ad omnis periculoſa aggredienda ſe exhibebat vltroneum. ſed diſcordia Ducum, vtinam non auaritia etiam Conſiliariorum accepta eſt. Sed & principalium Ductorum, ne tantus & talis exercitus, aut aggerem rumperet fluminis, guttulumque in veteres alueum detruderet, *Wratiſlauiam*, cæteraſque *Sleſiæ* Ciuitates expugnaret, & aliquid egregium efficeret. Qui ſacra auri ſame a *Mathia* Rege *Pannonico*, & *Wratiſlauienſibus*, inſimulabantur notoriis indiciis ineſcati. Ineſcationis quoque eiuſmodi, vel potius corruptionis olida fama, longo tempore, in animis *Polonorum* eo ipſo ſcelere exulceratis, durauit.

poſtremo nulla re memorabili geſta, ad propria veniunt.

Bohemico Bello Caſimirus Rex functus,

Bello *Sleſitico*, in quo illud ludibrium, caſus dederat an fortuna, magis numeroſiores viros Eccleſiaſticos vidimus præſentes affuiſſe, parum fœlicibus auſpiciis terminato (aderant enim illic *Sbigneus Wladiſlauienſis* Epiſcopus, & Regni *Poloniæ* Vicecancellarius, *Vriel* de *Gorka Gneſnenſis* & *Poſnanienſis* Præpoſitus, Regni *Poloniæ* Cancellarius, *Andreas Roza Lancicienſis* Præpoſitus, & Canonicus *Cracouienſis*, ſediſque Apoſtolicæ collector, *Iacobus* de *Konyeczpolie*, Præpoſitus ſancti *Floriani*, *Stanislaus* de *Kurozwaki* Canonicus *Cracouienſis*, *Creslaus* de *Kurozwaki*, Plebanus in *Bochnia*, & alii plures Eccleſiaſtici, & Seculares, Religioſique) *Caſimirus* Rex *Poloniæ* ex ſtatiuis ante *Wratiſlauiam* inutiliter habitis cum ſuo exercitu diſcedens, apud *Goram*, *Odram*, iam tunc aquis per imbres inflatum, non ſine periclitatione debilium quadrigarum, de quibus nulla fiebat prouiſio, ſuperat. Atque exinde licenciatis exercitibus, per *Poſnaniam* tranſitum faciens, in *Lanciciam* deuenit. Vbi ad illum *Ludouici* ſenioris, & *Georgii* iunioris, Ducum *Bauariæ*, qui omni tempore belli apud *Wyelun*, licet peſte Epidimiæ infectum, ſumptibus Regiis procurati, illius opperiebantur aduentum, venerunt Oratores, filiam Regiam *Heduigim*, natu inter alias filias maiorem, filio præfati Ducis *Ludouici Georgio* procaturi, videlicet, *Henricus* Epiſcopus *Ratiſponenſis*, *Fredericus* de *Holſenſten* Comes, *Fredericus Mawerkgercher*, iuris vtriuſque Doctor, Præpoſitus *Eebingenſis*, *Theſerus* de *Frawuhon* Miles, miles Curiæ Regalis. Quorum ſupplicationem *Caſimirus Poloniæ* Rex cum audiſſet, & de nonnullis conditionibus, qualificantibus & formantibus matrimonium, cum illis concordaſſet. Natalis Chriſti feſto appetente, traxit eos ſecum in *Radom*. Vbi reſiduis articulis concordatis, die Iouis penultima menſis Decembris, præfatam filiam ſuam *Heduigim*, triginta duo millia aureorum intra annos quinque ſoluendorum pro dote ſecum laturam, iuniori Duci *Bauariæ Georgio*, vnico patris ſui filio, annos tres & viginti habenti, pro feſto ſancti *Michaëlis* tradendam ſibi, deſponſat. Quam rem, cum *Matthias Hungariæ* Rex intellexiſſet, in mœrorē & lachrymas verſus, apud *Polonos*, ſecum militantes, pluribus verbis, ſe à Rege *Poloniæ Caſimiro* ſpretum querebatur, minitans ſe omni hoſtilitate, quam hactenus perfunctorie exercebat, contemptum ſui expiaturum. Vnde & confeſtim omni cunctatione reſciſſa matrimonium cum filia *Ferdinandi Napuliæ* Regis, miſſis Oratoribus, conſummauit.

filiam ſuam Heduigim Georgio Bauariæ Duci deſponſat.

Matthias vero Hungariæ Rex eo nomine contemptum ſe à Caſimiro Rege arbitratus, minitatur hanc iniuriam à ſe vltum iri, filiamque Napuliæ Regis ducit in vxorem.

Venceslaus Theſchnenſis Dux, homo deuotus & religioſus, nulla prole relicta (*Ludouici* enim Ducis *Lyegnicenſis* relictam, & filiam *Frederici* Marchionis *Brandeburgenſis*, annoſam matronam, duxerat in vxorem) in *Byelsko* moritur & in *Theſzim* apud Prædicatores ſepelitur, anxietate nimia afflictus, quod germanum ſuum *Przemislaum Theſchnenſem* Ducem, ne cum *Matthia Hungariæ* Rege contra *Caſimirum Poloniæ* & *Wladiſlaum Bohemiæ*, Reges, Conſanguineos ſuos propinquos, ſentiret, ne quoque donatiuū, tris videlicet millia & quingentos florenos, ab ipſo *Matthia Hungariæ* Rege acciperet, genus ſuum fœdaturus, magnis ſtudiis laborans, reuocare non poterat.

Venceslaus Theſchnenſis Dux, nulla prole relicta moritur ex anxietate, quod germanum ſuum Przemislaum cum Matthia Hungariæ Rege ſentientem contra Poloniæ & Bohemiæ Reges non potuit à bello reuocare.

Die

1474.

Nicolaus de Blazeżowicze Epiſcopus, erector Chori Przemuslienſis Eccleſiæ, moritur,

Die Mercurii, vigeſima prima menſis Decembris, *Nicolaus* Epiſcopus *Przemislienſis*, ea familia *Odrowaſz*, & ex villa *Blazetowicze*, in Ducatu *Rathiborienſi* conſiſtente, ortum ducens, apud oppidum ſui Epiſcopatus *Brzozow*, dum eo die rem Diuinam, intelligens ſa languidum, per ſa expleſſet, lectum ingreſſus, per ſoporem moritur, & *Przemislium* reductus, in eccleſia cathedrali, cuius ipſa ſuis ſumptibus chorum ex materia quadratorum lapidum, Eccleſia *Ruthenica* in arce *Przemislienſi* diſſoluta, pulchra fabrica erexerat, ſepelitur. Sedit annis viginti tribus, vir modeſtus, & in re diuina explenda aſſiduus. In regimine Pontificali peruigil excubitor. In aduerſitatibus patiens, quæ illi à militibus bona Epiſcopatus iniuſtis limitibus occupare nitentibus inferebantur.

& Capitularibus electio futuri Pontificis inhibetur per Caſimirum Regem.

Capitulares *Przemislienſes*, etſi pro electione futuri Pontificis diem vigeſimam octauam menſis Martii dixiſſent; per *Caſimirum* tamen *Poloniæ* Regem & Nuncium eius *Spithkonem* de *Iaroslaw*, Palatinum *Leopolienſem*, prohibiti, continuerunt ſe ab omni electione. Itaque ſedes *Przemislienſis* aliquanto tempore, & vsque ad annum Domini Milleſimum, Quadringenteſimum, Septuageſimum ſeptimum, vacauit.

Tandem ſucceſſu temporis, Andreæ de Oporow Varmienſi Epiſcopo in Commendã Eccleſia Przemislienſis conceditur.

Sub omni illo tempore ab Adminiſtratoribus ordinata, & gubernata, donec *Andreæ* de *Oporow* Epiſcopo *Varmienſi*, ad interceſſionem *Caſimiri Poloniæ* Regis per *Sixtum* Papam quartum, quo fortius *Nicolao Thungen* intruſo *Varmienſi* poſſet reſiſtere, commendata eſt.

1475.

Contractu matrimonii cum Oratoribus Bauariæ Ducum inſcripto, ipſisque remiſſis, Caſimirus Rex pergit in Lithuaniam.

Natalis Chriſti dies cum *Caſimirus Poloniæ* Rex cum Regina *Eliſabeth* conſorte ſua exegiſſet, cum Oratoribus & Procis *Ludouici* & *Georgii* Ducum *Bauariæ*, ſub præſentia *Iacobi Gneſnenſis* Archiepiſcopi, *Sbignei Wladislauienſis* Epiſcopi, *Dobeslai Kmitha* Palatini *Lublinenſis*, *Ioannis* de *Rithwyani*, caſtellani *Sandomirienſis*, & Regni *Poloniæ* Marſzalci, *Vrielis* de *Gorka* Regni *Poloniæ* Cancellarii, fœdera matrimonii icto, & inſcripto, ipſis Oratoribus munifice muneratis, & in propria remiſſis, die Saturni, vltima menſis Decembris, ex *Radom* diſcedens, & primum nocturnum apud *Kozynicze* faciens, in *Lithuaniam*, cum paucis *Polonis* Aulicis, duobus tamen filiis *Caſimiro* & *Alberto*, quos ex ſchola *Ioannis Dlugoſch*, Canonici *Cracouienſis*, tum primum emancipauerat, pergit. Et primum apud *Grodno*, deinde apud *Berſti*, ſubſiſtens, illicque venationibus vacans, pro Dominica Iudica, quæ fuit duodecima menſis Martii, *Vilnam* peruenit, illicque Paſcha, & dies ſubſequentes, publica negocia *Lithuaniæ* Ducatus curando, & Legationibus Principum reſpondendo, celebrauit.

Turcas, Valachiam in

Die Martis, decima ſeptima menſis Ianuarii, *Stephanus* Voieuoda *Moldauiæ*, exercitum *Mahumeti Turcorum* Cæſaris, centum & viginti millia pugnatorum habentem. Cui & *Beſſarabi*, quorum regionem primum ingreſſus illam ſibi ſubiecerat, ferebant auxilia, *Valachiam* populantem, circa palum *Rakowyecz* & fluuium *Berlad*, proprio Marte, quinqua tantum millibus *Siculorum*, quorum terram ab *Hungariæ* Regno abſtractam in ſuam ditionem redegerat, magna clade, ſed non incruenta ſuorum victoria, fudit.

1475.

magna multitudine populantes, Stephanus Voieuoda Moldauiæ, congreſſu pugna inito, fortiter vicit.

Acies enim omnes ſuæ primæ, in quibus & *Siculi* in fronte erant, à *Turcis* obtritæ, periculum ingens fecerant, donec ipſi corpore proprio, in *Turcorum* acies, de victoria exultantes, medius ſe iniecit, & omnes cateruas *Turcorum*, mirabili Dei potentia, vix quadraginta habens millia pugnatorum, in quibus maior pars erat agreſtium, proſtrauit. Nec in ſuperbiam aliquam ex hac victoria elatus, diebus quatuor continuis ieiunium in pane & aqua agit.

Preclaramque victoriam ex hoſte relatam ſoli Deo publico edicto adſcribit.

Per vniuerſam quoque terram ſuam bannum edixit, ne quis auderet ſibi, ſed ſoli Deo, illam victoriam appropriare: cum iudicio omnium die illius victoria ea vno eo ſtetit, ipſeque triumphi eius laudem fere ſolus & vnus tulit. Omnis exercitus ſuus ex præda *Turcorum*, auro, & argento, purpuris & equis, cæteraque nobili ſuppellectili, ditatus eſt vehementer, & arcis *Beſſarabiæ*, quæ ab eo ad *Turcum* defecerant, omnes illi redditæ. Plurimi agreſtes ea peditum numero in equitum & peditum numerum militum translati. Pauciſſimis ex *Turcis* ſalus per fugam poterat quæri. Nam etſi qui fugiendo ad *Danubium* vsque perueniſſent, illic à *Valachis*, recentiores equos habentibus, ſere omnes aut trucidati, aut vndis fuere ſuffocati. *Turcorum* equos, ſed & ipſos *Turcos*, macies torſerat, omnem enim regionem *Valachiæ*, per quam *Turci* ituri erant, longe ante *Stephanus* Voieuoda dederat in flammam: quæ res maximi ſibi fuit ad victoriam momenti. Omnes fere *Turcorum* captiuos, præter principaliores, quos reſeruauit, palis ſuffixit. Occiſorum cadauera cremauit, oſſium tamen illorum extant aliquot acerui, tam inſignem victoriam in ætatem diuturnam teſtaturi.

Manubias ex Turcis relatas Stephanus Poloniæ Regi, & ſummo Pontifici mittit: petens auxilia contra Turcam, cladem ſuorum vlciſci

Quatuor *Turcorum* Duces principaliores, & triginta ſex ſigna militaria manubiaſque nobiles, *Stephanus Moldauiæ* Voieuoda, *Caſimiro* Regi *Poloniæ* in *Lithuaniam*, per notabiles & primores ſuæ regionis Barones transmittit: conteſtans eum ne ſe deſereret, neu tam fidelem ſeruum, tamque fortem athletam, periclitatum iri ſineret, ſed gentibus ſuis armis & pecuniis, cæteraque ſuppellectili bellica, contra *Turcorum* Cæſarem, cladem ſuorum vlciſci, omni conatu frementem adiuuaret:

1475.

rum corrigere parantem, & Caſimiro homagium ſe præſtiturum obtulit.

varet: Dignareturque appropinquare, in terras *Ruſſiæ*, homagium, quod hactenus præſtare diſtulerat, ab eo receptuтus. *Caſimirus* autem Rex *Poloniæ* ex hac fœliciſſima nouitate, ſibi & Regno, vniuerſæque Chriſtianitati plurimom proficua, vti dignum erat, exhilaratus, gratiarum actiones, maximis hoſtiis & ſacrificiis, in clementiſſimum Deum celebrauit: offerens ſe *Stephano* Voieuodæ in ſuis per eum deſideratis liberaliter & proprie ſubuenturum. Nec iniuria, videbat enim fortem hoſtem, & nouum aduerſarium, cuius potentiam tunc vniuerſus formidabat orbis, robore exiguo, & ipſius Voieuodæ *Stephani* auſpiciis, notabiliter contritum eſſe: qui in profundaoi pompam elatus, omnium vicinorum Regnorum ditionem facile ſibi deſtinabat, qui Ducibus exercitus, taliter conflicti, eã mandata dederat, vt *Valachiæ* terra ſubacta, & *Stephano* Voieuoda per barbariam ad ſe pertracto, apud *Camycuiecz* hybernaret in *Podolia*: primo vere iuxta *Leopolim* tranſituri in *Pannonias*, & ſe alteri ſuo exercitui, in quo & ipſe affuturus erat, coniuncturi. Miſit etiam ipſe *Stephanus* Voieuoda, ſũmo Pontifici *Romano Sixto* quarto, aliquos captiuos, & ſigno hoſti erepta, ſuæ ſanctitatis depoſcens auxilia, ad reliquam rabiem *Turci* contundendam.

Manubiis à Valacho Matthias Rex Hungariæ acceptis, vendicans ſibi victoriam de Turcis, per Valachũ obtentam, falſo ſcribit Papæ, Cæſari & aliis Principibus, ſe per gentes ſuas, Ductore Stephano Valacho, exercitum Turcicũ profligaſſe.

Miſit etiam ipſe *Stephanus* Voieuoda, *Matthiæ Hungariæ* Regi pares manubias, ipſum quoque trahens in ſuum auxilium. At ille omnem huiusmodi triumphi pompam, ſibi vſurpans, ſuamque propriam ducens, ſcripſit Papæ & Cæſari, ſcripſit & aliis Regibus & Principibus orbis, ſublimi iactantia, inſignem ſe *Turcorum* exercitum, per gentes ſuas, quarum *Stephanus* Voieuoda *Moldauiæ* Ductor erat, deleuiſſe: vanitate ſolita & impunita alienos ſibi titulos vendicaturus, cum perſpicuum & in vtroqoe Regno *Poloniæ* & *Hungariæ* vulgatum fuerit, eum ipſum *Stephanum Valachiæ* Voieuodam, quem *Matthias Hungariæ* Rex ſuom & ſuarum gentium Ducem nominat, paulo ante, ſex milia *Hungarorum*, terram *Valachiæ*, ex præcepto Regis *Matthiæ* vaſtantium, *Magerbalaſ.h* Duce eorum ægre ſibi per fugam conſulente, vsque ad internitionem proſtrauiſſe.

Miſſis donis Turco Stephanus queritur, ſe à quibusdam Turcorum latrunculis inuaſum fuiſſe: nunciãs ſe de eis obtinuiſſe victoriam, & petens, vt qui

Nec his legotionibus *Stephanus* Voieuoda *Moldauiæ* ad amicos contentus, ad ipſum quoque infeſtiſſimum hoſtem ſuum *Mahumeth Turcorum* Cæſarem, inſignem legationem, dona non mediocria ferentem, mittit. Queritur *ſe à quibusdam Turcorum latrunculis & exulibus, temerarie, & præter ſcientiam Cæſaris, cum ſuperbiam, fraudem, & hoſtilitatem tam inhumanam, in ſuo pectori ſuſpicari fas non ſit, laceſſitum eſſe, illamque omnem furum & exitiatorum manum, in manu Dei potenti, qui cauſæ iuſtiori ſemper adſtat, confeciſſe. Petebat, vt reliquiæ huiusmodi latrunculorum, ſi qua in Dominia ſua refugiſſent, ſibi traderentur, pari ſupplicio cum cæteris pœnas meritas ſoluturi.* Aſt Cæſar legatione huiusmodi exaſperatus magis, quam lenitus, legatos, iure gentium violato, corripiens, aliquandiu in ergaſtulo habuit, poſtmodum vero omni ſubſtantia ſpoliatos, pedites & pene nudos in *Valachiam* remiſit.

auſugerunt, At ſibi reſtituantur puniendi. Cuius Nuncios Turcus ipſo captiuat. Tandemque ſpoliatos remittit.

Per quos *Stephanus* præfatus Voieuoda certior effectus, furoris contra eum concepti, & quod Cæſar *Turcorum* grandes contra illum copias, vnda & terris tranſituras, in quibus & illum proprio capite prædicant affuturum, comparat, intrepidus illum, confiſus in diuino auxilio opperiebatur: O virum admirabilem, heroicis Ducibus, quos tantopere admiramur, nihilo inferiorem: qui ſub noſtra ætate tam magnificam victoriam, inter Principes mundi primus, ex *Turco* retulit. Meo iudicio digniſſimus, cui totius mundi Principatus & imperium, & præcipue munus Imperatoris & Ducis contra *Turcum*, communi Chriſtianorum conſilio, conſenſu & decreto, aliis Regibus & Principibus Catholicis in deſidiam & voluptates, aut in bella ciuilia reſolutis, committeretur.

Caſimiro Rege in Poloniam cum exercitu digreſſo,

Hungariæ Rex *Matthias* quam primum *Caſimirum Poloniæ* Regem, cum ſuis exercitibus, de finibus *Sleſiæ* accepit egreſſum, in ſuos, & præſertim in *Wratulauienſes*, apud quos aliquanto tempore immoratus eſt, debacchari, ſæuire, ſubſtantiasque ditiorum expilare cœpit. Captiuauit & *Nicolaum Merbothi*, Decretorum Doctorem, Canonicum *Wratislauienſem*, virum egregium, eloquentiæ ſtudio clarum, & quaſi cum *Caſimiro Poloniæ* Rege ſenſiſſet, diebus tribus & viginti, in obſoletis ergaſtulis damnatorum torſit hominem innocentem, & qui eius primarium in *Wratulauiam* ingreſſum luculenta oratione exceperat. Permiſit & omnes ſtipendiarios ſuos in bona agreſtium, quæ *Polonorum* manus non abſumſerant, per plores hebdomadas graſſari, & reliquias miſerabiles *Sleſiæ* conſumi, *Wratulauia* egreſſus, induciarum fœdere contra ius gentium violato, tres munitiones in *Morauia*, videlicet *Odri*, *Straſchicze*, & *Hradek*, fraude, & auro licitatis defenſoribus, conquirit. Quartam *Forteſten* in *Sleſia*, obſidere cum cœpiſſet, à Curienſibus *Bohemiæ* Regis *Wladislai* fere repulſus eſt. Circa egreſſum autem eius ex *Wratislauia*, non ſolum puellæ ſed & maritatæ, relictis liberis & parentibus, in eorum dedecus, totiusque ciuitatis *Wratislauienſis* vituperium, per Regem & nonnullis ex Primoribus abductæ ſunt: Parentum ſubſtantia direpta. Scripſit & ex *Wratulauia* Rex ipſe, ad ſummum Pontificem, Cæſarem, Regesque & Principes diuerſos, extenſas literas: potentiam exercituum

quem & filium ſuum Wladulaum Bohemiæ

Caſi-

1475.

Regem Matthias Hungariæ Rex delere ſe potuiſſe, niſi illis vt Catholicis Catholicus & ipſe pepercisſet, ſcriptis literis denunciat, plurimaque facinora in Duces Sleſiæ, licet ſibi quaſi victori aſſumentes,

Caſimiri Poloniæ & *VVladislai Bohemiæ*, Regum, multipliciter extenuans, ſuam vero altiſſime efferens, aſtruens *exercitum hoſtilem, fame, peſte, dyſſenteria & igne vexatum eſſe, & montes grauidos murem peperiſſe: facile a ſe delendum, niſi illi miſeratione catholica pepercisſet.* Chartis triumphans: cum omnes ſcirent, armis *Polonicis* de ipſo fuiſſe triumphatum. Egit & pro die penultima menſis Februarii apud *Rathiboriam* Ducum *Sleſiæ*, cui & *Rudolphus* Epiſcopus *VVratislauienſis* adeſſe coactus eſt, Conuentum, nouaque ab illis iuriſiurandi ſacramenta & inſcriptiones, de fide ſibi ſeruanda, exegit. Ipſiſque Ducibus *Sleſiæ*, & cæteris purpuratis, ſolita vanitate actus ſuos inflantibus, & quod eos, a duobus potentibus Regibus, *Caſimiro Poloniæ* & *Wladislao Bohemiæ* inuaſione defendiſſet, per organum *Przemislai* Ducis *Theſznenſis*, ſibi gratias, aſſentando magis, quam ex animo agentibus, ſuperba arrogantia reſpondit. *Potentiam Regum illorum parui ſemper æſtimauiſſe, & ad vincendum illos, ſatis ſemper animi & virium ſibi fuiſſe.* Non intelligens Rex vanitati deditus, clade apud villagium *Swanowicze* accepta, & obſidione bimeſtri, quam in *VVratislauia* pertulit, & vniuerſæ *Sleſiæ* dira, per ignem & gladium, cæteraque id genus vaſtatione, hanc ſuam arrogantiam fuiſſe damnatam. Ex *Rathibor*

& alios etiam exercens,

in *Morauiam*, *Olomuncz* videlicet & *Brunnam* diuertit: trahens ſecum *Ianuſſium Gliuicenſem* Ducem, quem ad conuentum illum venientem, oppoſito ſibi furticinii, & prædocinii titulo, ceperat, in vinculaque coniecerat: libertatem illi pollicendo, ſi de *Gliuicze* exceſſiſſet. Quam, cum Regi dedere illuc vinctus adductus, iuſſiſſet, reſponſum ex muro a ſuis eſt. *Non ſe Duci ſuo, niſi in libertatem vendicato, parituros.* Itaque cum Rex ex hac ſpe decidiſſet, in arctiores illum catenas coniecit. Diſponebat & *Przemislaum Theſznenſem* Ducem vallare. Sed intelligens præſidium gentium non paucarum ex *Craconia* ſibi miſſum eſſe, mutauit propoſitum. Non prius tamen *Ianuſſium* Ducem. *Gliuicenſem* a catenis abſoluit, donec illi mediam partem *Gliuicza*, ad ſe pertinentẽ dedit. Deditio tamen nihil illi ſuffragata, captum enim vice altera, annis aliquot in ergaſtulis habuit. Cum inſuper idem *Matthias Hungariæ* Rex accepiſſet filiolum Ducis *Henrici Mouſtberbergenſis*, filii olim *Georgii* Regis *Bohemiæ*, diem ſuum obiiſſe. Cui virgo *Barbara*, filia *Conradi* nigri, a *Conrado* patruo ſuo, Duce albo, deſponſata fuerat, ipſum de omnibus caſtris, fortaliciis, quæ ratione dotis poſſidebat, videlicet *Bithom*, *Swyrklienyecz*, *Kozlye*, *Olyeſchnicza*, *VVolow*, & aliis exuit, & virginem *Barbaram*, filiam *Conradi*, in ſuam poteſtatem traducere nitebatur: *Venceslaum* etiam Ducem *Kibnicenſem*, qui & fatuus appellatus eſt, capiens, fortalicio & oppido *Plczina* & tandem captiuitate diuturna, multauit.

aliquot caſtra contra fœdus ictum conquirit.

Hiſtor. Polon. Lib. XIII.

1475.

Conſentiente vtroque Rege, *VVladislao* videlicet *Bohemiæ*, & *Matthia Hungariæ*, Barones omnium terrarum Regi *Bohemiæ*, de vtraque factione, apud *Pragam*, duodecima die menſis Februarii agunt conuentum. In quo odiorum liuore depoſito, cum de Republica Regni ſui ad conformitatem traducenda, multiplices egiſſent tractatus, tandem has ædiderunt concluſiones, *vt videlicet VVladislaus Bohemiæ Rex, vniuerſam Bohemiam, cum vtroque Luſacia, & duobus Ducatibus Sleſiæ Swidnicenſi, & Iaurienſi, Matthias Hungariæ Rex, omnem Morauiam, cum reſidua Sleſia, habeant. Si Hungarus non ſuſcepto pignore, prior obierit, vniuerſa ad Regem verum VVladislaum ſimpliciter reuoluerentur. Si vero ſuſcepto pignore obierit, ducenta millia florenorum dabuntur filiis ſuis, & de omnibus tenebuntur excedere. Et eadem viciſſitudo in Rege Bohemiæ VVladislao obſeruabitur. Eo tamen excepto, vt Epiſcopus Olomuncenſis, & Marſchalcatus Bohemiæ, ad ſolum Bohemiæ Regem reſpiciant.* Acta eſt & poſtea apud *Brunnam*, *Matthia Hungariæ* Rege præſente ſimul, in qua vniuerſalis pax Regni *Bohemiæ*, differentia Regum, de Regno contendentium, ſancita & ſtabilita, & *Stiborio Thobaczowski*, Regni *Bohemiæ* Cancellario, ab vtroque Rege onus Capitaneatus *Morauiæ* datum: vt prouideret, ne quid detrimenti reſpublica, quantum ad pacem ſpectat, pateretur. Laudabanturque concluſiones *Pragenſes*, & Barones factionis vtriusque probabant: vt iuxta illas de pace inter Reges conueniret. Verum *Matthias* Rex *Hungariæ*, in ipſa *Brunenſi* Diæta, notabiliter nutare cœpit. Et Baronibus *Bohemiæ*, illum de obſeruantia concluſionum requirentibus reſpondit, abſque conſenſu ſummi Pontificis, & conſilio nonnullorum Principum, qui partes ſuas adiuuabant, non ſibi licere illas acceptare. Itaque re in ambiguitate reiecta, Diæta alia pro feſto ſancti *Iacobi* Apoſtoli, apud *Prisburg* indicta eſt: quæ nullum habuit, *Matthiæ* Regis *Hungariæ* vafriciem ſingulis ſcientibus, effectum.

Conditiones de Regno Bohemiæ per Matthiam & VVladislaũ Reges poſſidendo, Pragæ captas

& Brunnæ perfectas, per Regni vtriusque ſenatum, Matthias ipſe inficit.

Caſimiro Poloniæ Rege in *Lithuania* ſtante, Nuncius ſatis inſignis *Iſaac*, genere *Græcus*, de *Trapeſunda*, ſed ſecta *Mahumetus*, ab *Huſſenkaszen*, in duodecim equis, ad eum venit: rogans, *vt primo vere dignaretur cum cæteris Regibus Catholicis, contra Turcorum Cæſarem conſurgere, & ſibi cum trecentis millibus, contra Turcum conſurrecturo, auxilio eſſe, beſtiamque illam exterminio dare: cum iam vis eius in magna parte elanguerit, omnibus ſuis melioribꝰ pugnatoribus, in clade Valachica, deletis.* Hunc, cum *Caſimirus* Rex benigne tractaſſet, & magnificis donis, illum honoraſſet, ſpe optima impletum, *Craconiam*, quam videre cupide deſiderabat, remittit. In qua cum menſe vno immoratus fuiſſet, ad *Matthiam Hungariæ* Regem in *Brunnam*, deinde ad ſummum Pontificem,

Legatus Huſſenkaſchen Imperatoris Perſidis auxilium contra Turcam implorat a Caſimiro Poloniæ Rege.

Tandem ad Matthiam Hungariæ Regem, & ſummum Pontificem id ipſum petens,

1475. *titurus proceſsit.*

cem, *Venetos*, cæteroſque Chriſtianitatis Reges & Principes tranſiit: ſimilem legationem apud illos obiturus.

Cracouia ardet igne.

Die Veneris vltima menſis Martii, hora octaua noctis, in *Cracouienſi* vrbe ignis de braſcatorio *Ioannis Gehan* erumpens, omnes domos, a porta noua, vſque ad portam ſancti *Nicolai*, centum numero, inter quas & caſtellum *Tarnouienſium*, item duas turres ciuitatis optimas, & cum bombardis, item dumos Altariſtarum beatæ virginis, & Manſionariorum ſanctæ *Barbaræ*, ſua potenti flamma, quam magna multitudo frequenter tentando nequicquam reſtringere poterat, vorauit.

Caſimirus Rex pro auxilio contra Turcam a Stephano Voieuoda Moldauiæ petitus,

Stephanus Voieuoda *Moldauiæ*, vigilantiſſimo ſtudio explorans aſſidue, & omnium actionum, quas *Mahumeth Turcarum* Cæſar, contra illum comparabat, & moliebatur, progreſſum, & pro comperto ab exploratoribus habens, *Turcum* apud *Adrianopolim* agere, & omnium ſuarum cogere illic exercitum potentiarum, multiplicibus & variis nunciis, vnos alteros præuenientibus, *Caſimirum Poloniæ* Regem, apud *Lithuaniam* agentem, ſolicitat, & magnitudine periculi, quod capiti ſuo & ſuis impendebat, demonſtrata, petebat ſibi quam celerrime ſuccorſum a Rege & militibus ſuis iri. Eaſdemque petitiones, ad Barones *Ruſſiæ*, frequentibus Nunciis & literis reſonabat. Summa hæc petitioins erat, *vt Rex duo millia peditum, ad tuendum Byalogrodum & Kiliam, mitteret, Ruſſia terras in armis eſſe, & circa Camyeniecz ſtatiua agere iuberet. Solus ipſe Rex ad ſuccurrendum ſibi, cum reliquo Regni Poloniæ exercitu aptatus ſubſequeretur. Ipſum illud aſſumſiſſe propoſitum, vt nullatenus vniuerſali dimicationi, contra tam fortem, & numeroſum hoſtem, ſe committat: ſed cedendo cum ſuis vsque ad Camyeniecz, hoſtem vallat, & diſtineat.* Petebat poſtremu Regem, *vt ſibi & ſuis, in neceſſitatis articulo, ad Camyeniecz, liber ingreſſus pateret.* Quamuis autem *Lithuaniæ* Barones ſuaderent maxime, vt Rex quam celerrime, *Poloniæ & Lithuaniæ*, ac omnes terras moueret, *Turco* occurſurus. Se ea mente præditos eſſe, vt malint contra *Turcum* pro focis *Valachicis*, quam *Lithuanicis* duellare, omnemque ſuam operam vltro pollicerentur. In id bellum fictum magis quam verum, per *Stephanum* Voieuudam, ſe *Caſimirus* Rex trahi credens, optimum, & ſufficiens tempos, cunctationi deditus & otio, inaniter apud *Lithuaniam* abſumens, & nonniſi circa feſta Pentecoſtes, ex *Lithuania* mouens, feſto corporis Chriſti apud *Grodno* exacto, per *Brzeſczye*, die Lunæ, quinta menſis Iunii, in *Lublin* aduenit. Vbi etſi per dies quindecim, per omnes *Poloniæ* Conſiliarios ſuiſſet ſupplicatus & ſuaſus, *ne tam inſignem & illuſtrem ſui Regni Principem & athletam, Stephanum Voieuodam deſereret, ſed cum omnibus potentiis conſurgens, non tam ſibi, quam vniuerſæ Chriſtianitati opem ferret: vno bello, & Turcorum, & Thartarorum bellum, non ſine ſui nominis celebritate perpetua, confecturus.* Rex tamen *Caſimirus*, defectuoſum ſe, & in ærario, & in gentibus allegando, ſperans illud bellum ſimultaneum, & ad irritum recideudum, rem adeo extrahebat, vt Primores Conſiliarii, & ſignanter *Dersłaus* de *Rythwiani* Palatinus *Cracouienſis*, & *Ioannes* de *Rythwiani* Caſtellanus *Sandomirienſis*, & Regni *Poloniæ* Marſzalcus (vtrumque enim Magiſtratum, contra ſcita & laudabiles conſuetudines Regni, tunc aliis eſurientibus obtinebat) & plures alii in Regem mordacius inuehendo, exprobrarent *primum genitoris, deinde Germani ſui, poſtremo ſuo inordinato, & negligentiſſimo regimine, nobile Poloniæ Regnum, nobiliter a Caſimiro ſecundo inſtitutum, ad extremum interitum & ruinam tractum eſſe: Ampliori interitui, niſi ſe de torpore excuſſerit, moreſque ſui regiminis correxerit, propediem traducendum. Qui etiam inter Regnum Poloniæ, & Principatum Lithuaniæ, quæ vnire debuerat, ablata Lucenſi tota, & Podoliæ parte terrarum, a Regno Poloniæ, & in poteſtatem Lithuanicam tranſlata, mucronem horrendum inter vnitos populos, cognatas acies, morte ſua ſecuta, collidendos, ſciens volenſque ſeruerit. Qui videns ſibi & Regno ſuo ab oriente & occidente, auſtro & aquilone, impendere bella, puſillanimem ſe & ocioſum monſtrat. Ni ſibi aliter conſulat, aut in locum ſuum alium ſurroget, quam celerrime per ſuam deſidiam, & turpe regimen, etiam hoſte externo non accedente, periturus.* Hæ inuectiuæ, etſi a ſingulis Conſiliariis certatim prolarentur, Regem tamen *Caſimirum*, moribus ſuis deditum, non mouebant, neque ad meliora inclinabant. Capta eſt itaque in tam periculoſo malo tenuis & languida deliberatio, & *Marczifzius* Vexillifer de *Wroczimowicze* Subdapifer *Cracouienſis* linguæ *Turcarum* peritus, quam Ephebus, exiſtens in captiuitate didicerat, captus in prælio, infeliciter per *Wladislaum Hungariæ* & *Poloniæ* Regem commiſſo, ad *Turcum* a *Caſimiro* Rege mittitur, rogaturus & moniturus illom, *ne terram Valachiæ, quæ inſignis portio Regni Poloniæ eſt, bello infeſtet, neue Caſimiro Regi neceſſitatem imponat, arma contra illum induendi: quæ hactenus, quamuis a multis Principibus Catholicis rogatus, ſolicitatuſque, induere diſtulerat, Stephanum Voieuodam Valachiæ ſui iuris & poteſtatis eſſe. Et ſi in aliquo deliquit contra Turcorum Cæſarem, offerre illum ad debitam iuſtitiæ ſatisfactionem. Deponeret tantummodo arma & de iuſtitia oblatione conten-*

& a proprio Senatu inertia grauiter accuſatus,

mittit ad Turcam Legatum, vt potius tranſactione, quã bello, cum Stephano decernat.

1475.

tentus, amicum non laceſſeret, diemque & tempus diceret, ad quem communes Conſiliarii conuenirent, differentiam diſcordiamque A *amica tranſactione potius, quam cruento, iniquo & incerto bello finirent.*

Die Martis vigeſima menſis Iunii, *Caſimirus Poloniæ* Rex ex *Lublin* egreſſus, cum in *Zauichoſt* vigeſima Iunii perueniſſet, certus illi Nuncius cum literis, a *Matthia* de *Lomza* Notario ſuo Regio, ex *Byalograd*, quem Rex *Caſimirus* ad *Thartarorum* Cæſarem *Menglingeren* cum certis mandatis deſtinauerat, allatus eſt, ſignificans, quod *Turcorum* Cæſar *Mahumeth*, ab *Adrianopoli* ſoluens exercitus, ad *Capham*, inſignem & famoſam *Genuenſium* ciuitatem, quæ ſe ab eius exitio per annos tres viginti, ex quo *Conſtantinopolis* capta e- B rat, muris & fortiſſimis & altiſſimis munire non ceſſauerat, cum forti & numeroſa manu, nauali & terreſtri itinere peruenit, ipſamque ſexta die menſis Iunii cum *Tartarici* exercitus auxilio, qui vnam partem obſidendo & impugnando mœnibus repulſus fuerat, ſexta die per fraudem primorum ciuium, genere *Italicorum*, quam annis quinque, aliis ignorantibus, a *Turco* maximo auro corrupti, practicauerant, dedentibus ſe Primoribus, cepit. Et ciuitate potitus, continuo traditores, cum vxoribus, pignoribus, & omni familia coniectis, ad claſſem ſuam deportauit. Vulgo communi pepercit, & in ciuitate illum degere permiſit, medietate omnium ſubſtantia- C rum ablata. Quem tamen proceſſu temporis inde remouens, in perpetuam captiuitatem ſuſtulit, & non niſi *Turcos* illic locauit. *Tartarorum* etiam Imperatorem *Mengligeren*, qui tunc caſualiter apud *Capham* agebat, cum duobus germanis cepit, & tam illos quam inſigniores *Caphenſium Conſtantinopolin* captiuos deduxit. Omnes inſuper arces, quamuis altiſſimæ & munitiſſimæ, quæ in circuitu *Capha* fuerant, & ad *Capham* pertinebant, capta *Capha* in deditionem *Turci* venere. Singuli Nuncii & exploratores *Stephani* Voieuodæ, & vniuerſi mercatores *Valachia*, numero centum ſexaginta, apud *Capham* reperti, iuſſu *Turci*, gladio percuſſi ſunt. Cla- D des maxima, & cruentus gladius, in vniuerſos ordines & ætates deſæuiebat. Nec ſatis virium in me eſt, vt crudelitates innumeras quas vltionis diuinæ vindex gladius, ob immaniſſima *Caphenſium* ſcelera, a barbaris illa die fieri permiſit, poſſem ad plenum deſcribere.

Theodoſia alias Capha, tribus & viginti annis ſe defendens, proditione ſuorum, auro corruptorum, Turcis traditur, & proditores cum pignoribus atque aliis,

nec non Menglingeren Imperator Tartarorum & duo illius germani captiuantur,

& exploratores Stephani Voieuoda Moldania gladio pereuntur.

Turcorum Cæſar tam inſigni victoria elatus, & *Capha* quam plurimum iratus, quod in ea a Catholicorum Regum & Principum Nunciis, ad parandum & inferendum ſibi bellum, liberi fiebant conuentus, ipſam & mœnia eius longo tempore muniuit. Poſtea vero *Byalogrodo Valachia*, terris & vndis, acceſſione *Tharταricarum* virium auctus, imminere cœpit. Tum primum *Caſimirus Polonia* Rex denunciationi fideli *Stephani* Voieuodæ *Valachia* creditum dedit, & quatuor diebus apud *Sandomiriam* immoratus, in *nouam ciuitatem Korczin* venit, illicque pro die ſecunda menſis Iulii, cum primoribus Conſiliariis, tam Eccleſiaſticis, quam Secularibus, conuentum, tardiſſime licet, tenuit: non tam iam *Stephano* Voieuodæ *Valachia*, terræque illius, quam terrarum *Podolia* & *Ruſſia* ſuccurſurus. *Stephanus* enim Voieuoda *Valachia*, dum neque a *Caſimiro Polonia* Rege, frequentibus Nunciis ſolicitato, neque a *Matthia* Rege *Hungaria*, quem ad ferendum ſibi præſidium per *Stanczulonem* ſolicitauerat, ſperata auxilia accepiſſet, & imparem ſe cum *Turco* ad dimicandum noſſet, prudenti conſilio vſus, Caſtris ſuis vtcunque prouiſis & locatis, in montes, ſyluas, & cauernas, & ſe & populum ſuum condidit: tempori commodiori, in quo, *Turco* diſcedente, propriam recuperare poſſet, ſe & gentem ſuam ſeruaturus. Septuaginta magnarum nauium claſſe maximarum opum moles, captiuorum quoque & præſertim traditorum frequens numerus, in *Conſtantinopolim Turco* traducebatur. Erat inter illas nauis vna, centum quinquaginta epheborum adoleſcentum cohortem, ex omni genere ciuium *Capha*, venuſtate præſtantium, pro gratiſſimo munere, ad caſtrandum, vel abutendum, vehens. In qua cum ad regendum *Græcus* quidam ſubſtitutus eſſet, *Turcis* id non ſentientibus, a reliqua claſſe ſe abſtrahens, duodecim *Turcis*, qui erant in naui, ſub dolo, pro aqua dulci emiſſis, reſiduis duodecim occiſis, ad portum *Kiliæ* nauem appulit, & tam centum quinquaginta iuuenes, aut caſtrationi aut lupanari deſtinatos, quam ditiſſimam ſupellectilem *Stephano* Voieuodæ *Valachia* tradidit. Qua re *Stephanus* ſupra modum exhilaratus, ſpem recuperandæ *Capha*, ſuapte ſponte magnam, in animum induxit.

Capham captam Turcus munit,

& contra Byalogrodũ Valachia procedens

nauim centũ quinquaginta epheborũ,

a claſſe Turcorum ſeductam, Græcus quidam

Stephano Voieuoda Valachia tradit.

Die Lunæ, vigeſima quarta menſis Iulii, & per tres ſequentes continuos dies, apud *Cracouiam* & in circuitu eius, imbribus nocte & interdiu magna mole deſcendentibus, horrenda & nunquam viſa inundatio, in flumine *Iſtula Cracouia* ſecuta eſt. Operuerant enim vndæ *Caſimiriam*, *Stradomiam*, & omnia ſuburbia eorum. In eccleſiis ſancti *Bernardini* & ſanctæ *Agnetis*, vſque ad altaria aqua exundabat. Pontem maiorem, quo *Caſimiria Cracouia* iungitur, & cæteros omnes pontes, circa *Caſimiriam*, ſed & pleraſque domos in *Caſimiria* fregit & euertit, hortorumque fructus,

Incredibilem Viſtula exſiccationem miris inundatio ſecuta eſt.

1475. ctus circumquaque *Cracouiam* infecit: fœtotem poſt ſe pernicioſum relinquens, quo plerique mortales abſumti, aut morbis languidati, nonnulli turgentia guttura ex aquæ potatione nacti. Et quamuis aqua ipſa plurima intuliſſet in frugibus damna; maxima tamen fuit in Regno *Poloniæ* vilitas anno illo annonæ. Et cum alias in ſingulis pene fluminibus deſiderarentur aquæ, tunc primum vſque ad faſtigium atque perniciem creuerant. Triennio enim prope integro, apparitionem Cometarum ſecuto, non ſolum cœleſtes defuere aquæ, ſed terra quoque *Polonica* ingenito humore egens, vix ad perennes ſuffecit amnes, adeo vt *Iſtula* fluuius (quod reor poſteros falſum me ſcripſiſſe credituros) fuerit apud *Thorun* tam pediti, quam equiti permeabilis, & apud *Plocenſem* ciuitatem *Iſtula* ipſe exigua deſtituebat nauigia.

Matthias Hungariæ Rex per Nuncium Apoſtolicum ad Fredericum Romanorum Imperatorem pro intercipiendo bello, quod cum Carolo Burgundiæ Duce gerebat, miſſum, fruſtro ſolicitat pro inſignis Bohemici Regnis offerens illi auxilia contra prædictum Carolum, licet ſuum confederatum. Quæ ſe daturum Wladiſlao promittit.

Non refrigucrat, ſed inflammabatur aſſidue *Matthiæ Hungariæ* Regis hoſtilis & vafricioſa cura. Qui arma intelligens ſibi tenuem attuliſſe profectum, ad ingenia & dolos ſe conuertens, per *Alexandrum* Epiſcopum *Forlinienſem*, Apoſtolicum Nuncium, ad *Fredericum* Cæſarem, ad intercipiendum bellum funeſtum, quod inter Cæſarem & *Carolum Burgundiæ* Ducem agebatur, a *Sixto* Papa miſſum, ſolicitat Cæſarem, vt ſibi Regni *Bohemiæ* conſentiat tradere Regalia inſignia, offerens ſe eum omnibus potentiis ſibi contra *Burgundiæ* Ducem, quamuis ſecum confœderatum, auxilia laturum, & aliquot decem millia aureorum dono a ſummo Pontifice impetraturum. Verum Cæſar *Fredericus*, verſutiam *Hungari* dudum comptam habens, tantam oblationem repudians, & intelligens *Hungari* amplitudinem, ſi procederet, in ſuum periculum redundaturam, Nunciis *Bohemiæ* Regis *Wladiſlai*, Regalia dudum promiſſa flagitantibus, reſpondet, aut in *Lipſk*, aut in *Berlyn*, ſi illic duo Reges, *Poloniæ* videlicet *Caſimirus*, & *Bohemiæ Wladiſlaus*, conuenire ſecum velint, ſi minus in *Freyſchtath* ciuitate, decem octo miliaribus a *Praga* diſtante, in ſuo ex *Rheno* in *Auſtriam* deſcenſu, ſe inſignia daturum. Peſtiferum ſibi & imperio ratus, quicquid bonitatis *Hungaro* impenderet.

Mittit cum muneribus Matthias Hungariæ Rex Legatos ad Stephanum Voieuodam Moldauiæ, vt eum ſibi reconciliet, & a Rege Regnoque Poloniæ auertat. Cuius fluxā fidem Caſimirus Rex cernens, per Legatos ſuos nouum ſacramentū fidei, & obedientiæ ab eo exigit.

Mittit & præfatus *Matthias Hungariæ* Rex ad *Stephanum* Voieuodam *Moldauiæ* tres notabiles Nuncios cum muneribus; conciliaturus eum ſibi, & a Regno Regeque *Poloniæ* auerſurus, videlicet *Dominicum* Præpoſitum *Albenſem*, *Caſparum* de *Othwan* & *Michaëlem* de *Peſth*: pollicens ſibi contra *Turcum* defenſionem. Id etſi *Stephanus* Voieuoda *Valachiæ*, potentiam *Turci* perhorreſcens, pro magno ſuſcepiſſet: percuſſis tamen cum *Matthia Hungariæ* Rege certis fœderibus, nullatenus induci, vel frangi potuit, vt ſe a Regno *Poloniæ* ſcinderet, aut ſe illi hoſtem (quod maxime *Hungarus* moliebatur) declararet. *Poloniæ* tamen Rex *Caſimirus*, cauens ſibi & Regno ſuo in poſterum, *Stephani* fluxam fidem timens, ſtrictius illum ſibi obligaturus, *Stanislaum Vatrobka* de *Strzelce* Palatinum *Belzenſem* & *Andream* de *Borziſchowicze* Præpoſitum *Lancicienſem*, Canonicumque *Cracouienſem*, in *Valachiam* pro feſto Natiuitatis ſanctæ *Mariæ* Virginis tranſmittit, qui noua a *Stephano* feudi & obedientiæ exegerunt ſacramenta. 1475.

Caſimirus Rex ad Diætam Hungaricam, ſuper differentia terrarum Ruſſiæ & Valachiæ per communes Regnorum conſiliarios decidenda, fruſtra miſit:

Caſimirus Poloniæ Rex ſex hebdomadis apud *nouam ciuitatem Korezin* exactis, *Cracouiam* die octaua menſis Auguſti venit, & Conſiliarios ſuos in Diætam *Hungaricalem*, pro feſto Natiuitatis Sanctæ *Mariæ*, in locis conſuetis tenendam, videlicet *Szumonicae* & *noua villa*, ſuper differentia terrarum *Ruſſiæ* & *Valachiæ*, per communes Regnorum Barones, decidenda, videlicet *Ioannem Cracouienſem*, *Sbigneum Wladiſlauienſem*, Epiſcopos, & Regni *Poloniæ* Vicecancellarium *Dobeslaum Knitha* de *Vieznicze Lublinenſem*, *Spitkonem* de *Iaroslaw*, *Leopolienſem*, Palatinos, *Ioannem* de *Rithwyani*, Caſtellanum *Sandomirienſem*, & Regni *Poloniæ* Marſzalcum, *Ioannem Dlugoſch* Seniorem, Magiſtrum *Iacobum* de *Schadek*, *Ioannem Liathoſchinski*, & *Arnolphum* de *Mirzenyecz*, Decretorum Doctores, Canonicos *Cracouienſes* tranſmiſit. Qui cum tempeſtiue in *nouam Sandecz* aduenissent, & *Hungarorum* illic opperirentur aduentum, *Matthias Hungariæ* Rex literas *Caſimiro* Regi *Poloniæ*, & illis miſit: ſignificans ſe *Turcorum* bello impeditum, Diætam aliam pro feſto S. *Martini* conſtituiſſe, quam *Caſimirus Poloniæ* Rex faſtidiuit ſuſcipere.

Matthia ſe bello Turcorum impeditum eſſe allegante.

Locuſta in magna multitudine ad inſtar exercitus tendentes Regnum Poloniæ depopulantur.

Sub huius temporis tempeſtate inauditum nouum in *Siradienſi*, *Lancicienſi* & *Maſouiæ* Regionibus emerſit. Locuſtæ enim ad longitudinem vnius digiti humani, capita ad inſtar veſpertilionum habentes apparuerunt: quæ ex *Pannoniis* ferebantur per *Morauiam* & *Sleſiam* prodiiſſe, circa *Siradiam* primum viſæ, & abinde per *Lyuthomirsko*, inter *Lanciciam* & *Pyatek* progreſſæ, in *Maſouia* itinere aſſiduo graſſabantur. Longitudo congregationis earum, trium miliarium, & latitudo vnius cum medio miliariom erat. Volabant ordinatis aciebus ad inſtar bellantium, & interdum prælantium more cognatæ illæ acies mutuo congrediebantur. Et vna quaſi Duce ſurgente, ceteræ ordinibus ſubſequebantur. Loca frugum & arborum, in quæ cadebant, deuorabant, nihil præter terram & fimum ſordidum relinquentes. Denſitatem earum vix Sol penetrare potuit. Si in ſyluas declinabant, arbores ſatis robuſtæ, mole earum preſſæ, in terram retorquebantur. Interdum pellebantur a locorum incolis,

&

1475. & vi repulſæ, in alia ſecedebant loca: volatu ſuo frigidam ingerendo vmbram. Omen a-liquod pernicioſum terris, per quas faciebant A tranſitum, præſagiendo.

Virgo Hedwigis, filia Caſimiri Regis Poloniæ Georgio Bauariæ duci deſponſatur,

Caſimirus Poloniæ Rex, ordinatis ſingulis, quæ ad pompam dotis & nuptiarum pro filia *Hedwigi, Georgio* Doci *Bauariæ* deſponſata, in maximo ſplendore & abondantia eſſe credidit, & quæ centum millium florenorum ſummam excedere videbantur, ſabbato in die Exaltationis ſanctæ crucis, *Craconia* cum Regina *Eliſabeth* conſorte ſua egreſſus, per *Myechow, Andrzeiow, Piotrkow, Pabiianicze*, cæteraque loca, *Poſnaniam* aduenit. Qoo illic ſtante noui Nuncii Ducum *Bauariæ*, patris *Ludouici* videlicet, & *Georgii* Ducum *Bauariæ* aduenere: petentes, vt ſponſa promiſſa cele-B rius duceretur. Itaque die Lunæ decima menſis Octobris illuſtrisſima virgo *Hedwigis* Regia filia, conducentibus illam parentibus, germanis & multitudine copioſa, ex *Poſnania* ſalva & incolumis cum omni comitina, videlicet *Stanislao* de *Oſtrorog Caliſienſe, Nicolao* de *Kuthno, Lanicienſe*, Palatinis, *Dobeslao* de *Kurozwaki*, Caſtellano *Roſpergenſe, Ioanne* de *Koczina* Succametario, *Sbigneo* de *Thoczin* Gladifero, *Cracouienſibus, Ioanne* de *Czizow, Stanislao* de *Brzezye* Magiſtro coqoinæ, *Alberto Moniwid, Ioanne Tarnowski, Ianuſio Dlugoſch* de *Nyeſchkow* Subpincerna, & pluribus aliis Aulicis, item *Anna* relicta *Boleslai* Du-G cis *Theſchnenſis, Dorothea* de *Syenno*, relicta *Ioannis* de *Koniecpolye*, Regni *Poloniæ* olim Cancellarii, cæteriſque matronis nobilibus, ſplendide comitata, primum in *Vitemberg*, vbi a Baronibus & gentibus *Bauariæ* Ducis ſuſcepta eſt. Dein in

ducitur in Lanczuth, & nuptiæ cum ſummo gaudio præſente Frederico Romanorum Imperatore, celebrantur.

Lanczuth, per vnum & amplius milliare, pannis conſtrata via, ab armatis hominibus, in parte vtraque iter ambientibus, ſponſo ſuo *Georgio* Duce *Bauariæ* in ſingulari ſplendore illi occurrente, & poſthac a *Frederico Romanorum* Imperatore, qui cum mille equitum turma, ad ſeptimum vt aiunt lapidem, cum *Colonienſi* Archiepiſcopo, *Alberto* Marchione *Brandeburgenſi, Ioanne* Duce D de *Monch*, & aliis *Almaniæ* Principibos, occurrit, & in *Lanczuth* deduxit. Vbi eadem die

Quibus Wladislaus Bohemiæ Rex germanus virginis ſæpius inuitatus, non ſine dedecore, & rerum ſuarum iactura deeſt.

fœdus matrimonii ſuit impletum, & per plures dies ludi varii agebantur. Derogauit huic tam celebri ſolennitati ſolua *Wladislaus Bohemiæ* Rex, qui & a Cæſare certificatus & inoitatus, qui ſe illic ſibi Regalia daturum promiſerat, & a Ducibus *Bauariæ* enixius rogatua, venire leuo ſydere, quamuis genitor ſuus *Caſimirus Poloniæ* Rex ſumtus neceſſarios ſibi miſiſſet, diſtulit: omnibus amicis, & præſertim Cæſari illum vocanti, grauem inferens anxietatem & dolorem, hoſtibus vero fabulam & riſum, Quapropter Cæſar fertur ad Principes dixiſſe, *Bohemiæ Regem ſedendo ad epulas refectionem neglexiſſe: qui & rebus ſuis, alieno ære & ſumtu uſus, poterat optime prouidiſſe, & ſororis nuptiis maximum decus adieciſſe.*

Expeditionem filiæ *Hedwigis Caſimirus Poloniæ* Rex perfunctus, ære tamen alieno multipliciter grauatus, ex *Poſnania* in *Pisdri* & *Konyn* egreſſus, *Siradiam* pro feſto ſancti *Martini* aduenit, & Conuentum illic Conſiliariorum tenuit: ſperans vniuerſale ſobſidium, pro ſoluendo ære contracto, ab vniuerſo Regno ſe obtenturum: Cuius in eroganda ampla pro filia dote fuerat effuſio. Ibi cum pauci & infrequentes Conſiliarii *maioris* duntaxat *Poloniæ* conueniſſent, & in ſubſidium pecuniale de quolibet laneo per duudecim groſſos dando, conditionaliter. Si & in quantum Conſiliarii terrarum *Cracouienſis* & *Ruſſiæ* ſuis id probarent annuerentque, conſenſum rogati dediſſent. Conſiliarii *Cracouienſes* & *Ruſſiæ* nullatenus ad conuentum illum, ſed neque ad alterum, pro die ſancti *Nicolai* inſtitutum, non ignari ad quam exoſum & faſtidioſom ſingulis onus trahebantur, venire ſulicitati, voluerunt. Itaque ſpe Regia recidente ad irritum *Caſimirus* Rex *Poloniæ* ex *Siradia* in *Pisdri* reuerſus, aliquot hebdomadarum illic exegit moram. Deinde ex *Pisdri* diſcedens in *Colo* venit, ibique natalis Chriſti diem cum coniuuge ſua *Eliſabeth* Regina egit. Vbi ad illum Barones & milites, matrones & virgines, qui & quæ filiam ſuam in *Lanczuth* comitabantur, hunestis muneribus a Ducibus *Bauariæ* honorati, reuerſi ſunt, & peſte epidimiæ, quæ tunc & *Bauariam* & *Almaniam* vaſtabat, infecti, plerique ex eis, & ſignanter *Ioannes Czizowski* & *Albertus Moniwidt*, nullo relicto ſucceſſore, in *Colo* mortui, magnum *Caſimiro* Regi, ne infectio in cæteros & in ſe ſorperet, iniecerunt metum.

Non poteſt Caſimirus Rex tributũ petitum a ſuis obtinere: Conſiliariis minoris Poloniæ a maioris ea in re diſſentientibus.

Deductores Hedwigis Bauariæ Duciſſæ reuertuntur ad Regẽ Caſimirum, nonnullis peſte abſumptis.

1475.

In ciuitate *Tridentina*, quæ verſus Aquilonem ſita, *Italiam* a *Germania*, fluuio *Laniſo* interlabente, diſterminat, ad proprietatem pertinens Epiſcopi *Tridentini, Iudæi* in ciuitate ipſa habitantes, quorum Duces erant *Angelus, Thobias* & *Samuel*, puerum inſignem, *Simonem* nomine, ex pauperrimis parentibus, *Andrea* & *Maria*, die Veneris ſexto Calendas Decembris, anno ab ortu Saluatoris noſtri Milleſimo, quadringenteſimo, ſeptuageſimo ſecundo, in eadem ciuitate *Tridentina*, pontificante *Ioanne Hinderbach*, genitum, & nondum viginti octo menſes natum, adeo formoſum, vt portio in eo a decore vacaret nulla, die Iouis vndecimo calendas Aprilis, ante fores ædis paternæ ludentem, clandeſtine per *Thobiam Iudæum*, precio & promiſſis uneratum, corripiunt, & in atrio Syna-

Puer Chriſtianus a Iudæis necatur.

1476.

ad eos deuolutas, ſibi appropriare Rex nitetetur. Quibus Rex ipſe, proprio organo reſpondens, deduxit terras *Maſouiæ* ſingulas, A & terram *Sochaczonienſem*, ex morte Ducis *Wladislai*, ad eum iuſtiſsime, & ratione feudi, & ratione emtionis, a vera hærede *Margaretha*, filia *Semouiti*, & conſorte *Conradi* Nigri Ducis *Olyeſcbniczenſis*, facta, fuiſſe deuolutas, & Duces *Varſchouienſes*, nihil in eis habere iuris, tituli aut proprietatis. Quo reſponſo audito Duces præfati, *Ianuſius* & *Boleslaus* ad propria remearunt. Ex eoque tempore cœpit illam Rex *Poloniæ Caſimirus* & Regnum pacifice in Prouinciæ modum, poſſidere.

legitimam poſſeſſionem accipit.

Ex *Sochaczow Caſimirus Poloniæ* Rex, cum *Eliſabeth* Regina conſorte ſua, & Curia, per *Goſtbinin* in *Brzeſczye Cuiauienſe* peruenit: B habens ſtipendiariorum, mercede conductorum, duo millia, ſatagens mature, cum robore Aulicorum & ſtipendiariorum in *Pruſſiam* ingredi, & res *Pruſſiæ* per abſentiam ſuam indifficultatas, & inuolutas, componere, *Nicolaum* quoque *Thungen*, arroganter ſe in ſpem auxilii, per *Matthiam Hungariæ* Regem ſibi ferendi, gerentem, cuius ſe ſubiectum, & adhærentem, per publicas literas declaranerat, de ſede *Varmienſe*, & caſtris eius, deiiceret. Sed cum conſiliarii ex terris *Cracouienſibus*, quos Rex aſciuerat, tardinſcule venirent, coactus eſt Rex eum conſiliariis *maioris Poloniæ*, tempeſtiue ad illum venientibus, in *Przeſczye* ſubſiſtere diutius, C adeo, vt argentum omne datum ſtipendiariis, & tempus, ad quod mercati erant, efflueret.

Caſimiro Regi in Pruſſiã eunti, vt Nicolaum Thungen de ſede Epiſcopatus Varmienſis deiiceret.

Matthias interim *Hungariæ* Rex ſcribebat *Caſimiro Poloniæ* Regi, monens, vt fœderum & ſufferentiarum memor, ſubiectum ſuum, & commendatum, *Nicolaum Thungen*, quietum eſſe ſineret. Nam eum potentia & armis nequiret, conabitur ſe chattis illi ſubuenturum.

Matthias Hungariæ Rex ſcribit, ne ſibi Thungen ſubiectũ contra iſta fœdera vexet.

Eliſabeth ſub idem tempus, *Poloniæ* Regina, cum eſſet ex *Caſimiro Poloniæ* Rege fœcundata, & tempus pariendi proximum ſentiret, ex *Brzeſtzye, Caſimiro* Rege illic remanente, in caſtrum *Nyeſchowa* deſcendit. Et die duodecima menſis Martii, hora veſperorum, D filiam quintam, prolem vero vndecimam parturiuit. Cui fonte baptiſmatis renaſcenti, *Anna* nomen datum eſt, per *Vincentium Kielbaſſa* Epiſcopum *Culmenſem*, in eccleſia parochiali in *Nyeſchowa* baptiſmum eius exequente.

Anna filia quinta Caſimiro Regi naſcitur.

Hebdomadis aliquot in oppido *Brzeſczye*, *Nyeſchowo* & *Thorun*, *Caſimirus Poloniæ* Rex, inaniter conſumptis, defluxo tempore, ad quod aliqua millia ſtipendiariorum, nulli negocio operam dantium, ſed ocio & voluptate torpentium, mercede conduxerat, iterum illos in tempus longius conduxit, & ocioſe apud præfata oppida tempus triuit. Conſiliarios *Cracouienſes* opperiendo, qui tarde & pigre, & in pauco numero, ad eum conuenerant: A conſiliariis *maioris Poloniæ* tempeſtiue aduenientibus. Sub quo tempore, venit ad illum, Magiſtri *Pruſſiæ* Mariſchalcus *Vlricus*, apud *Thorunium* agentem, atque ad perſuadendum compoſito ſermone, rumorem de perfidia Magiſtri, & Ordinis ſui, erga Regem & Regnum *Poloniæ* patranda, vulgarum, purgare niſus, etiam ad ſubeundum duellum, cum quolibet inſimulationis huiuſmodi authore, ſe obtulit: Subiiciens Magiſtrum velut Conſiliarium & Principem Regis obedienter ſingula facturum, & in poteſtate Regis futurum.

Caſimirus Rex cum mercenariis militibus operiendo Cracouienſes, inaniter tempus in Brzeſczye terit, & illos in tempus aliud conducit, illicque audit Magiſtri Pruſſiæ Nuncium.

Tardius quam res exigebat Conſiliariis Regiis, Eccleſiaſticis & Secularibus conuenientibus, B *Caſimirus Poloniæ* Rex ex *Thorun* mouens, duos filios, natu maiores, videlicet *Caſimirum* & *Albertum*, item quatuor Pontifices, videlicet *Iacobum Gneſnenſem* Archiepiſcopum, *Sbigneum Wladislauienſem* & Regni *Poloniæ* Vicecancellarium, *Andream Varmienſem* & *Vincentium Culmenſem*, Epiſcopos, item *Staniſlaum* de *Oſtrorog Poſnanienſem*, *Nicolaum* de *Kuthno Lancicienſem*, *Nicolaum* de *Roſczycliecz Iuniwladislauienſem*, Palatinos, *Ioannem* de *Rithwiani*, Regni *Poloniæ* Marszalcum, & *Sandomirienſem*, *Ioannem Amor* de *Tharnow*, *Woynicenſem*, Caſtellanos, & alios Conſiliarios, multitudinemque Aulicorum, & mercede conductorum militum, habens in ſuo C comitatu, in oppidum & caſtrum ſuum Regium *Marienborg*, magno cum ſplendore, Die Iouis vigeſima quinta menſis Aprilis intrauit. Vbi ad illum ſinguli Palatini, caſtellani, officiales, & militares, ſingulæ quoque ciuitates *Pruſſiæ* conuenerunt. Venit & poſt dies octo, *Henricus* de *Richtemburg*, Magiſter *Pruſſiæ*, cum aliquot Commendatoribus, feria videlicet ſecunda, poſt feſtum ſanctæ *Zophiæ*, & per duos Pontifices, *Sbigneum Wladislauienſem*, *Andream Varmienſem*, item aliquot Palatinos, item omnes Aulicos Regios, ante ingreſſum, dimidio miliario, celebriter exceptus, & vsque ad locum hoſpitii conductus. Altera inſuper die, honore menſæ ſplendide & donis D magnifice & ipſe & ſui commendatores honoratus eſt. Poſtea dicendi licentia in tertium diem obtenta, reſumtis ſingulis, quæ per *Vlricum* Marſzalcum, Nuncium ſuum, *Caſimiro* Regi perorauerat. *Verum & fidelem ſe Regiæ & Regni Principem, Conſiliarium, & ſubiectum, multis rationibus profitebatur. Nec unquam ſe verbo, facto, conſilio aut conſenſu, pacis inſcriptioni, & ſacramenti iuramento, contrauenisse, aut quomodolibet contrauenturum eſſe. Spondens ſe etiam, cum noui iuriiurandi interpoſitione, in vniuerſis conditionibus, & articulis, pacem cum ſuo ordine cuſtoditurum. In deiectionem quoque Nicolai Thungen, auxilia & conſilia*

Marienburgum tandem Caſimirus Rex ingreditur. Apud quem Henricus de Richtemburg, Magiſter Pruſſiæ

1476.

filia opportuna, quæ ab eo per *Caſimirum* Regem expetebantur, *communicato cum ſuis conſilio, daturum.* Culpatus vero a *Caſimiro* Rege, quod Nuncios *Matthia Hungaria* Regis ad ſe admiſiſſet, & cum illis clandeſtinos tractatus, in damnum Regis, & Regni Poloniæ habuiſſet, non eſt probe inficiatus, *Matthia Hungaria Regis, apud ſe fuiſſe Nuncios, ſed eorum improba legationi, rupturam fœderis ſtudioſe requirenti, expreſſum repudium dediſſe.* A Rege tandem *Caſimiro* ex *Marienburg* ad ſua, in *Krolowgrod*, quaſi promiſſa Regi impleturus, diſcedens, per *Othonem Machwicz* Palatinum *Gdanenſem*, & *Stanislaum* de *Kurozwaki*, Canonicum *Cracouienſem* & *VVladislauienſem*, ad eum miſſos, de ferendo contra *Nicolaum Thungen* auxilio, & conſilio, dilationibus variis interpoſitis, per omne tempus, quo *Caſimirus* Rex in *Pruſſia* ſtetit, rem omnem extraxit, nec vllam efficaciam aut virtutem verbis & promiſſis ſuis dedit.

præſens ſuſpicionem defectionis purgans,

auxilium contra Nicolaum Thungen promiſſum negat.

Ortam Gedani ſeditionem

Gliſcebat ſub hoc tempore, inter Conſiliarios, & commune *Gdanenſe* ſeditio, Clericis quibuſdam eiuſdem oppidi grauatis, iure *Theutonico* in eorum patrimoniis iniqua ſentencia, ad ſedem Apoſtolicam, de conſenſu Regio, recurrentibus, & iniuriatores ſuos, qui Conſulares erant, ſententia interdicti, quam Ordinarius *VVladislauienſis* admiſerat, quibus commune fauebat, percellentibus. Sed illam quoque *Caſimirus Polonia* Rex, miſſis illuc *Iacobo Gneſnenſi* Archiepiſcopo, & *Ioanne* de *Rythwiani*, Regni *Polonia* Marszalco, honeſtu moderamine extinxit.

Caſimirus Rex miſſis duobus Conſiliariis extinxit.

Habita eſt tandem, poſt multas dilationes, & circuitus, Diæta generalis in oppido *Belbing*, in deiectionem *Nicolai Thungen* inſtituta, ad quam licet multi Conſiliarii Regii, Eccleſiaſtici & Seculares, præter *Iacobum Gneſnenſem* Archiepiſcopum, ſinguli quoque militares, & Ciues *Pruſſia* conueniſſent, & Magiſter *Pruſſia*, promiſſione temerata, ad illam venire detrectaſſet: per plures tamen dies, & frequentes tractatus, in Diæta illa, & nonnullis aliis, ad id inſtitutis, Conſularibus *Gdanenſibus*, formaliter & aperte deſtitutionem, & deiectionem *Nicolai Thungen*, impedientibus, nulla concluſio efficax ſequi potuit. Tunc quoque notatum eſt *Gdanenſes* Conſules, fluxam & parum ſynceram erga *Caſimirum* Regem oſtendiſſe fidem, qui & hoſtem infeſtum Regis *Nicolaum Thungen* tutabantur, & pecuniale ſubſidium, a *Caſimiro* Rege expetitum, aliis omnibus militaribus, & ciuitatibus *Pruſſia*, vltro conſentientibus, ſoli denegarunt.

In deiectionem Nicolai Thungen, de Epiſcopatu Varmienſi, & in ſubſidium pecuniale, a Caſimiro Polonia Rege expetitum, ſoli Gedanenſes nullo modo conſentire volunt.

Matthias Hungaria Rex,

Pannoniorum Rex *Matthias*, cum *Caſimiro Polonia* & *VVladislao Bohemia*, Regibus, ac *Turcorum* Cæſare, bello per ſufferentias ſuſpenſo, ad res familiares, animum conuertens. *Rudolphum VVratislauienſem, Ioannem Varadinenſem* Epiſcopos, item *Ioannem Oppolienſem*, *Ianuſſium Ratiborienſem*, *Hinconem Monſterbergenſem*, Duces, in comitiua ſexingentorum equitum, in *Napuliam* mittit: qui *Ferdinandi Napulia* Regis filiam naturalem, ſtudiis tamen & literis eruditam, nomine *Beatricem*, fœdere matrimoniali, a ſummo Pontifice *Sixto* ſibi deſponſatam, & centum millia aureorum pro dote ſecum laturam, addocerent: pro die Sancti *Galli* apud *Budam* diem conſtituens noptiarum. Ad *Polonia* quoque Regem *Caſimirum*, in *Pruſſia* adhuc agentem, Nuncium *Caſparum* Præpoſitum *Scepuſienſem* mittit: ad ſolennitatem nuptiarum, pro die conſtituto, inuitans. Siue ſtudio Regem *Polonia* ſibi conciliandi, ſiue (quod magis creditum eſt) contemtum ſui expiandi: quaſi nobilius & ſplendidius matrimonium, quam filiæ *Polonia* Regis connubium, pro qua annis pluribus ſuperuacue inſtabat, ſortitus ſit. Cui reſponſum eſt, *de amica inuitatione Regem Regi gratias agere, Barbaricorum tamen bellorum expectatione, quæ illi, & regno ſuo Polonia, & a Tartarorum, & a Turcorum Cæſare, explorato ſciebat imminere. Nec vno quidem diei articulo, regiones ſuas & Principatus, deſerere poſſe.*

ducens ſibi filiam naturalem Beatricem Ferdinandi Regis Napulia in uxorem, Caſimirum Polonia Regem

fruſtra inuitat ad Nuptias.

Dum hæc in *Pruſſia* aguntur, *Mahumeth Turcorum* Cæſar, odio implacabili contra *Stephanum* Voieuodam *Moldauia* fremens, quod & illi tributum denegaſſet, *Kiliam* quoque, quam veteres *Clitomaſtum* vocauere, ſuis præſidiis deiectis, ſibi vſurpaſſet, & exercitum ſuum anno tranſacto, centum viginti millia continentem, clade ingenti, circa palum *Rakowyecz*, & flouium *Berlad*, deleuiſſet, omnibus ſuis potentiis, apud oppidum *Zophia* coactis, contra illum hoſtiliter ire cœpit. *Alexandro*, cuidam *Valacho*, qui ſe germanum aſſerebat *Stephani*, expugnatam *Valachiam*, & arces eius, ſub triboto commiſſurus. Procedenti autem *Turcorum* Cæſari, in maximo & graui apparatu tam hominum, quam Camelorum, & bombardarum in id bellum, *Martinus Chorazicz* de *VVroczimouice* miles, & Nuncius *Caſimiri Polonia* Regis dudum ad *Turcum* legationem obire iuſſus, ſed variis obſtaculis impeditus, & præſertim, quod *Stephano* Voieuodæ *Valachia*, parum honeſta, parumque (vt erat) vtilis videbatur legatio, apud *Varnam* oppidum *Bulgaria*, fortuito obuians, facta poteſtate dicendi, vigeſima ſecunda menſis Maii, amicitiis veteribus, quas inter ſe Reges *Polonia*, & *Turcorum* Cæſares habuerant, commemoratis, rogabat & requirebat, *ne Stephanum Voieuodam Valachia, tanquam feudalem Regis & Regni Polonia, bello inuadere contenderet, neu quoque Caſimiro Polonia Regi neceſſitatem imponeret, iuſta arma contra ſe induendi.* At *Turcorum* Cæſar *Mahumeth*, cum duobus

Turco apud Varnam reperto, & ſummis viribus in Valachiam tendente, Martinus Choraczicz de Wroczimowicze, nomine Caſimiri Regis, ab eo nequicquam petit, ne Stephano Voieuodæ Valachia, feudali Polonia Regis & Regni, bellum inferat.

un-

1476.

tantummodo Conſiliariis, qui Baſchæ in vulgari eorum appellantur, legatione audita, & veſte ex nobiliſſimis pellibus Sabellinis, in circumferentiis ſingulis & fimbriis, margaritis & lapidibus precioſis, intexta, pro munere ſibi miſſa, gratanter accepta, breuiter ſe abſoluens, reſpondit. *Non abnuiturum ſe requiſitioni, Regis Poloniæ Caſimiri, pro veteri neceſſitate, morem geſturum, ſi Nuncius ipſe Regius, apud Adrianopolim illum offendiſſet, & quamuis poſt ſumtus ingentes, a bello contra Valachiam, quieturum fuiſſe: Non licere autem iam ſibi, in hoſtili pene limine conſtituto: Sponſionem ſuam Beſſarabiæ Voieuodæ & Tartarorum Cæſari, qui illum in id bellum ſuis legationibus & precibus pertraxerant, & accenderant, factam temerare. Non recuſaturum tamen, temperaturumque ſe a bello, ſi Stephanus Voieuoda, tributum retentum & futurum, ſibi pendere, Kiliam quoque ad Beſſarabiæ Principatum pertinentem & captiuos ſingulos reſtituere, conſentiret.* Hæc cum Nuncio Regio, *Martino Chorazicz*, conditiones pacis, parum æquæ, parumque honeſtæ, ut erant, viderentur, nullo pacto, per *Stephanum* Voieuodam *Valachiæ* acceptandæ, negotio infecto, & Cæſare *Turcorum* iam apud *Danubium* cum omni exercitu conſtituto, & *Danubium* nauibus ſuperante, quinque quoque pontes, ad quamlibet neceſſitatem ingruentem neceſſarios, in *Danubio* extruente, *Stephano*que Voieuoda de omnibus, quæ viderat, & audierat, certificato, ad *Caſimirum Poloniæ* Regem, adhuc in *Marienburg* ſe continentem, peruenit, & bellum ingens, a *Turcorum* Cæſare, non tam *Stephano* Voieuodæ & terris ſuis, quam Regi & Regno *Poloniæ* motum, non ex auditu, ſed ex certa ſcientia & viſu, & ſuis Conſiliariis, ſingula quoq; apud *Turcorum* Cæſarem geſta, & reſponſum, figmento magis, quam veritate refertum, denunciat: Sub idem quoque tempus *Thartarorum* numeroſus exercitus, *Turco* laturus auxilia, in *Valachiam* intrauit, & eam prius, quam *Turcus*, cladibus & vaſtationibus affligere cœpit.

Turco reſpondente, iam id ſibi facere non licere, in limine hoſtili conſtituto.

Nihil prorſus *Stephanus* Voieuoda *Valachiæ*, duorum fortiſſimorum hoſtium. *Tartarorum* videlicet & *Turcorum*, qui pene ſub vno tempore (quoniam pro diuerſo periculum veriti, non audebant) dispartitis tamen exercitibus, *Valachiam* intrauerant, deterritus, ſed mira & incredibili animoſitate cor gerens, iucundum & indefeſſum, omnibus frumentis & victualibus, ne hoſti cederent in pabulum, igne conſumtis, in *Thartarorum* exercitum, quorum vires multo magis, quam *Turcorum*, verebatur, intrepidus irruit. Et ſuffragio diuino fretus, magna clade illum contriuit atq; deleuit. Tantoque ardore fugientes, perſecutus eſt, vt plures occiderit in fuga, quam in pugna. Quo terrore fugientes perculſi, non arma tantummodo, quo ad fugiendum promtiores forent, ſed & arcus & pharetras, ſellas & amictus, vt ſaltem inermes & nudi effugerent, proiiciebant, & in fluuium *Dnyper*, non ſecus, quam furioſi inſiliebant.

Thartarorum exercitum, Valachiam vaſtantem, & Turco auxilia ferentem, Stephanus Voieuoda profligat fugatque, & fugientes perſequitur intrepidus.

Ferocius deinde *Stephanus* Voieuoda *Valachiæ*, *Tartarica* victoria ineſcatus contra *Turcum* irrumpebat, & plures ex *Turcis*, qui primo *Danubium* nauibus ſuperabant, confecit. In particularibus quoque congreſſibus, per ſe & ſuos *Turcos* inuadens ex ſyluis, in quas ſe & ſuos profunde condiderant, præſertim cum frumendatum irent, victor & ſuperior euadebat. Singulosque captiuos *Turcorum*, nullo reſpectu conditionis, aut ætatis habito, aut viuos excoriabat, aut in palos figebat, donec *Turcus*, multitudine abundans, exercitu diſpartito, illum & a fronte & a tergo circumdedit. Et nec ſic quidem tunc aliquo pauore circumdatum, ſed pugnam vltro appetentem, ſtrenuiſſimeque cum ſuis pugnantem *Turcus* vicit, & non amplius, quam ducentos de ſuis proſtrauit. Cæteri fere omnes ſui aduerſis vulneribus conſternati. Sed & ipſe *Stephanus* Voieuoda, ad futura ſe reſeruans, & meliora, quo quemque ſors ferebat, ſugierunt. Non tamen *Turco* incruenta fuit victoria. Tanta enim animoſitate, a *Stephano* Voieuoda, & ſuis pugnatum eſt, vt de *Turcis* triginta prope millia occidiſſe referantur. Claudicare cœperat erga *Stephanum* Voieuodam *Valachiæ* ſuorum fides, fereque illum omnes *Valachi* deſeruiſſe videbantur. At ille nihil hac clade, aut vulnere motus, iterum ſe ad nouas pugnas, & prælia, quibus poterat modis, reparabat. *Caſimiro* quoque Regi *Poloniæ* per frequentes & aſſiduos Nuncios ſupplicabat, vt duodecim gentium millia ſibi in auxilium mittere non retardaret, certificans Regem, adiutorio gentium habito, ſe de *Valachia Turcum* turpiter fugaturum.

Turcus non incruenta de Valachis ſtrenue pugnantibus potitus victoria, Valachiam igne & cæde vaſtat.

Peſtis interim & fames, duo intolerabilia mala, in exercitum *Turci* irrepſerant, multique quottidie geminata lue de *Turcis* abſumebantur. Vnum erat *Turco* & ſuis leuamen, quod *Beſſarabus* Voieuods *Moldauiæ*, cuius occaſione & gratia *Turcus* in id deſcenderat bellum, omnibus gentibus ſuis, victualibus quoque, & cætera quaquere, *Turcum* in qualibet neceſſitate adiuuabat. Vehementerque *Beſſaraborum* exercitus, linguam & mores eoſdem cum *Valachis* habens, & terræ eorum ſecreta & interiora dinoſcens, *Valachos* magis quam *Turcos* affligebat. Cæſar *Turcorum* incertus & fluctuans, quid amplius ageret, flammis, incendiis & depopulationibus *Valachiam* conterebat: ex quibus illi, & ſuo exercitui maior creſcebat fames. Totaque fere *Valachia* depopulata, & in flammam data, etiam in *Podoliam* vertit manus, & aliqua illius ignobilia oppida & vicos igne abſumpſit.

In Turcico exercitu peſtis, & ex incendiis fames, quam tamen Beſſarabus Moldauiæ Voieuoda, in cuius fauorem bellum gerebatur, victualibus leuat, & Podolia vaſtatur.

Soczawam deinde & *Choczim* arces expugnare aliquanto tempore *Turcus* aggreſſus, clade ingenti, circa vtramque arcem ſuſcepta, turpiter reſilire & alia moliri coactus eſt. Pote-

A Caſtris Soczaua & Choczin Turcus repulſus,

1476.

turpiter ſecedit, qui facile potuit vinci, ſi Rex Caſimirus Stephano Voieuoda Valachia auxilium peditum tuliſſet.

terat tunc quidem *Turcus*, cum omni potentia ſua, quaſi fera in caſſibus deprehenſa, clade magna, & per potentiam *Caſimiri Polonia* Regis, & ſuarum gentium, obrui & funeſta *Valachia* vaſtatio, in illum retorqueri. Sed dum nemo eſſet, qui vincere hoſtem & iniquitate locorum, & fame peſteque fractum, veliet (ſiue occupatio illa fuerit, ſiue cunctatio Regis, & ſuorum, nam puſillanimitatem ſuſpicari turpe iudico) bellua illa e manibus elapſa eſt, & perpetua gloria Regis & *Polonorum* neglecta. Ad quem vincendum, ſola potentia Regis *Caſimiri*, quam ſecum ex Aulicis, & mercede conductis militibus, habebat in *Pruſſia*, ſufficiebat. Vbi nihil aliud tam memorabile geſtum, & inſtitutum eſt in fauorem militarium, quam quod veteri lege iuris *Sredenſis* abolita, ſexus fœmineus, virili deficiente, in parentum hæreditates, in morem iuris terreſtris *Polonici* ſuccederet.

Conſternatione plurima de *Turcorum* in *Valachiam* hoſtili ingreſſu, & de cladibus incendiiſque, per eos commiſſis, peiora ominans, committi *Caſimirus Polonia* Rex, non ſecus, quam par erat, cum Conſiliariis, ſecumque præſentibus, ſingulis fere diebus, nouis & recentibus Nunciis alia ſuper alia mala, quæ diætim accidebant, nunciantibus, commotus, rebus *Pruſſia* infectis magis, quam reformatis (nec enim illas reformare pertinacia *Gdanenſium*, qui *Nicolao Tungen* fauebant, ſinebat) ex *Marienburg* ſorore ſua *Eliſabeth*, Ducis *Stolpenſis Henrici* relicta, honorata eximiis inſignibus, & filio ſuo *Boguſlao* balteo militari, ſuis quoque Proceribus initiatis, per quam plurima fraudum & doloſitatum commenta, quæ per *Matthiam Hungaria* Regem contra ſe & ſtatum ſuum, atque Regnum *Polonia*, cum Magiſtro & Ordine Cruciferorum ac plerisque mortalibus agitabantur, elucidata, ad liquidum agnoſcens, ad *Nieſzbouiam* aduenit. Vbi illum *Eliſabeth* Regina, per totum tempus moræ ſuæ in *Marienburg* opperiebatur. Et exinde feria quarta poſt feſtum ſancti *Laurentii*, quæ fuit quarta decima dies menſis Auguſti, *Piotrconiam* aduenit & conuentum illic generalem, rebus *Valachicis* prouiſorus, tenuit.

Et Polonorum in auxilium Stephano a Caſimiro Polonia Rege, contra Turcam miſſorum, aduentu,

Conſurgunt itaque omnes terræ *Ruſſia*, videlicet *Przemislenſis, Leopolienſis, Podolia, Belzenſis, Chelmenſis*, iuſſu ſuo regio ad arma, & circa oppidum *Camyenec*, ſub ductu *Pauli Iaſſyenski* Regni *Polonia* Vicetheſaurarii, ac Capitanei *Belzenſis*, & *Chelmenſis*, campeſtria tenent, in omni neceſſitate, *Stephano* Voieuodæ *Valachia*, cui etiam & *Valachi*, a fide ſua alienati & aduerſi, conſtantia ſua & animoſitate perſpecta, operas ſuas enixius, quam vnquam, intenderant, auxilia contra *Turcum* laturæ. Sed caſſus fuit & ridiculoſus, oneroſusque terrarum *Ruſſia*, ad meditullia *Podolia*, ingreſſus. Pluribus enim hebdomadis, in locis variis *Podolia* ſtatiua habentes, proprios turbabant & deuorabant, non *Turcum*, maiores hoſtilitates, maioresque prædas, diebus ſingulis agendo in Ciues, quam in hoſtes. Et licet *Stephanus* Voieuoda *Valachia* illos, variis literis & Nunciis, ad ſuccurrendum ſibi ſolicitaſſet: clades ſuas, & oppreſſiones ſuæ gentis declarans, & torporem illis contumelioſis verbis exprobrans: non tamen illos trahere potuit ad aliquam ſubuentionem, qui aduentum *Caſimiri Polonia* Regis, cum maximis copiis, quem illis frequentibus denunciabat literis & Nunciis, opperiebantur, neque progredi contra hoſtem, Rege inexpectato, neque redire iniuſſu Regis, honeſtum rati, in vnis ſtatiuis conſiſtebant.

& claſſe cum bellicis tormentis amiſſa tempeſtate maris, Turca exterritus, tandem Valachiam deſeruit.

Interim claſſis *Turci*, quæ & ſupplementum militum, & machinamenta varia, ad conquirendas arces & vrbes, vehebat, B Diuina prodente clementia, fluctibus pelagi, & tempeſtate delata eſt. Quo Nuncio *Turcus* conterritus, cum & *Polonia* Regem ſibi ſentiret in dies imminere, *Valachia* relicta *Conſtantinopolim* rediit.

Diſceſſionem Turcorum ex Valachia, Mathias Hungaria Rex, dimiſſis circum circa literis, ſibi adſcribens ducenta millia aureorum a Pontifice Romano, ac quibusdam Ciuitatibus Italia emungit. Turca interim affecta cladibus Carniola, Carinthia, & parte Stiria, quinque etiam propugnacula expugnat ad Iſtri ripas, iuxta Smiderouicam ſita, Matthia Hungaria Regis.

Reuerſionem autem *Turca*, *Matthias Hungaria* Rex, in ſuam laudem traducens, metu receſſus ſui illum, ſcriptis ſuis, vulgauit non reuertiſſe, ſed fugiſſe. Quapropter & Papa quartus *Sixtus*, & *Ferdinandus Napulia* Rex, & omnes Principes, & Communitates *Italia*, præter ſolum *Mediolani* Ducem, qui ſe ludificari non permiſit, collatione facta, ducenta millia aureorum ad conterendum *Turcum*, ſibi tranſmittunt: qui illis & victoriam de *Turco*, & illi- C us perpetuum repromittebat exterminium. Sed interim copioſus *Turci* exercitus, ex *Boſſina* Regno, inſperate & ſubito, ſexta decima menſis Octobris adueniens, omnem *Carneolam*, *Carinthiam*, & partem *Stiria*, graui clade (præſidiis in propriis, quoniam illis conuenta merces non ſoluebatur, dilapſis) populatus eſt, *Salczburgenſem*que, & *Bambergenſem* Epiſcopatus, graui afflictione vexauit, & vsque ad montes *Italia* graſſatus eſt. Multasque animarum Catholicarum cateruas in perpetuam ſeruitutem tunc abduxit, nemine reſiſtente. Eo autem facinore non contentus, ad expugnandum quinque propugnacula fortiſſima, in littore *Iſtri*, in parte inferioris Caſtri *Smiderow*, a *Matthia* D *Hungaria* Rege ex lignis ſabricata, & præſidio quinque millium militum munita, ne obſidio caſtri *Smiderovv*, quam primo veris tempore facere intendebat, impediretur, gentes ſuas tranſmittit. Quæ nihil vel parum moratæ, propugnacula quatuor per vim, quintum per deditionem, conquirunt. *Turcus* ipſe ſolus, cum potentiori exercitu conſiſtebat in propinquo. Vbi gens ſua, propter aſperitatem hyemis, habebat focos, ſuis, ſi *Matthias* Rex *Hungaria* illos inuadere perſeuerasſet, celerrimum auxilium laturus. Quibus magis Papa *Sixtus*, Principesque & Communitates *Italia* cognitis, tum ſe primum a *Matthia*, *Hungaria* Rege, & a ſocero eius, *Ferdinando Napulia* Rege, magis intellexe-

1476.

1476. Is vero Beatricem filiam Ferdinandi Napulia Regis, vxorem ſibi adductam, in Reginam Hungariæ coronari procurat. Peractis Comitiis, ad exquirenda conſilia Turco reſiſtendi inſtitutis,

lexerunt circumueotos, qoi iam filiam ſuam *Beatricem*, *Frederici* Imperatoris *Romanorum* denunciatione non obſtaote, *Matthia Hungaria* Regi locauerat, & in fauorem Generi collectam huiosmodi cogebat, oon tam *Italia*, quam *Hungariæ* Regi profuturam. Quæ in *Hungariam* adducta, & feria quinta in die S. *Luca* Apoſtoli *Albam Regalem* deducta, coronata die Dominico ſequenti, thoro Regio iuncta eſt.

Dum apud *Pyotrcouienſem* Diætam, tribus hebdomadis, nequicquam fuiſſet immoratum (oam exquiſitis ſententiis, licet fuiſſet per plures dies certatim diſputatum: non tamen comprehendi poterat aliqua via, per quam potuiſſet hoſti tam infeſto & potenti, porentior reſiſtentia, æſtate iam ad hyberna declinante, & regionibus *Podolia* & *Valachia* & a proprio milite & hoſtili quaſſatis, fructuoſe opponi) diſcedens tameo *Caſimirus* Rex *Poloniæ*, ex Diæta *Piotrcouienſe*, per ſolitas ſtationes, in *Radom* ſe contulit. Et exinde viſitato Monaſterio *calui montis*, & ligno viuificæ crucis ſuppliciter adorato, in Diætam particularem *noua ciuitatis Korczin*, a Proceribus *Cracouienſium* orarum, pro die ſancti *Matthai* Euangeliſtæ tentam, veoit. In qua, per quindecim dies, cum Conſiliariis, & militibus, ſubſidium pecuniale per quatuor groſſos de quolibet laoeo, in defenſiouem terrarum *Ruſſia*, quod & oræ *maioris Polonia*, ſe indilare collaturas, ſi in illud oræ *Cracouienſes* conſentirent, obtinuit. Quod quidem ſubſidium, a *Cracouienſibus* uris illico ſolutum, oris *maioris Polonia*, propter differentiam militum, non implentibus ſponſionem, quod ægre ferrent. Capitaneatus *maioris Poloniæ* a *Matthia* de *Dmoſchin*, Palatino *Caliſienſe*, contra leges teoeri. Ex Diæta autem *noua ciuitatis Korczin*, *Caſimirus* Rex per *Sandomiriam*, & loca ſolita gradiens, peruenit in *Lublin*, vbi illius ex *Radom* aduenicns *Eliſabeth* Regios opperiebatur aduentum.

tandem Caſimirus Rex Belziam venit, cum Turco congreſſurus, ſi in vlteriora Regni graſſaretur.

Itaque diebus quinque immoratus, in terram *Chelmenſem*, & io loca *Kraſniſthavv*, *Hrubyeſchovv*, deinde io *Belz* proceſſit. Vbi quindecim diebus immoratus, ſpeciem reſiſtendi hoſti *Turco*, ſi in vlteriora Regni, ex *Valachia* graſſaretur, oſtendit. Sed ex cauſis, quas perſcripſimus, *Turco* in propria diuertente. *Caſimirus* & ipſe *Poloniæ* Rex, voti ſui compos effectus, in *Lithnaniam* conceſſit, & magnam partem autumni & veris, totamque hyemem illic agens, venationes aſſidue tractabat, captata temporis opportunitate, qooniam copioſæ niues terram operuerant: aſſidua etiam & intenſa gelua terram premebant. Et propter tam ſæuam hyemis intemperiem, multi mortales venationibus intendendo, aut extincti cadebant, aut in naſis & naribus truncabantur.

Quo ex Valachia diſcedente, & Caſimirus Rex redit in Lithnaniam, & venationibus licet horrida hyeme exiſtente dat operam.

Fredericus Romanorum Imperator, ſuis Auſtralibus rebellibus domitis, cum Matthia Hungariæ Rege ſententibus, ruptis induciis in triennium ictis, eidem Matthia cum auxilio Wladislai Regis Bohemia parat bellum:

Fredericus ſub idem tempus, *Romanorum* Imperator & Dux *Auſtria* ſuſpicatus vaſtationem *Turcorum*, per ſubordinatiooem *Matthia Hungariæ* Regis, erupiſſe, dolore nimio permotus ſuffereotiis pacis, quarum fœdus apud *Wratislauiam* in triennium ictum erat, reiectis, propriorum, & mercenariorum militum facto delectu, rebelles ſuos *Auſtrales*, & eorum arces, qui cum *Matthia Hungaria* Rege habebant confœderationem & ligam, & aliquot caſtra fortia, & præſertim *Groſnkier*, qui aliorum rebellium erat Princeps, aut per oppugnatiooem, aut per deditiooem conquiſiuit. Cui etiam huiusmodi bellum ageoti *Wladislaus Bohemia* Rex, diſrupta & ipſe pace, ad beneplacitum *Frederici* Cæſaris, quatuor millia ſuorum *Bohemorum*, equitum & peditum, quorum *Burzian* Capitaneus erat, transmiſit, & quorum auxilio *Fredericus* Imperator & plures victorias de hoſtibus, & de eorum arcibus conquiſitiones referebat. Summa autem intenſioris cootra *Matthiam Hungaria* Regem, gerendi ab Imperatore belli, in proximam æſtatem differebatur. Sub quo quidem tempore *Fredericus* imperator, *Caſimiri Polonia* Regis, miſſu ad illum, vsque in *Lithuaniam*, *Raphaële Lyrſczinski*, milite *Polono* aulico ſuo, item *Wladislai Bohemia* Regis, item Electorum Imperii, item Principum *Almania*, perſonale auxilium inuocabat.

Caſimirum Poloniæ Regem ad ipſum exhortans

Et ne vetera *Polonia* & *Hungaria* fœdera eſſeot obſtaculo, *Ioannes Bakſisloër*, natione *Wratislauienſis*, Archiepiſcopus *Strigonienſis*, qui tyrannidem *Matthia Hungaria* Regis fugiens, in *Auſtria* apud Imperatorem *Fredericum* exulabat, *Polonia* Regi *Caſimiro*, per *Andream Oporovvski* Epiſcopum *Varmienſem* intimauit (quem *Polonia* Rex ex Diæta *Pyotrcouienſi* ad Cæſarem *Fredericum* transmiſerat, rogando illum, ne ſe, bella *Tartarica* & *Turcorum* agentem, in bella ſua traheret) æquiſſimo animo, ſi *Hungariam Polonia* Rex a tergo inuaderet, Proceres *Hungariæ* laturos.

non inuito Hungarico Senatu,

Detexit etiam idem *Strigonienſis* Archiepiſcopus *Ioannes*, per eundem *Andream* Epiſcopum *Varmienſem*, *Caſimiro Polonia* Regi, perſonam & nomen vnius Baronis *Polonia*, ex Conſiliariis Regis principalioribus, qui eum ioſimulare nonnullarum innocentium perſonarum (quoniam in illum nulla ſuſpicio cadebat, & cadere poterat) *Hungaria* Regi *Matthia*, ſingula conſilia & decreta Regis *Polonia*, & ſingulas ſentencias ſuorum Conſiliariorum, perſcribebat.

vnus Senator Polonicus conſilia ſuorum Regi Hungaria prodit.

Videns autem *Matthias Hungaria* Rex, & ab Imperatore *Romanorum Frederico*, & Coadiutoribus ſuis *Caſimiro Polonia*, & *Wladislao Bohemia* Regibus, item a *Turcorum* Cæſare, anguſtiatum ſe eſſe, veritus quoque amplius, ſe anguſtiandum iri, præſertim cum de propriis gentibus *Hungaris*, oppido illi infeſtis, magna illum & aſſidua cura & ſuſpicio diſtineret, vtcunque ſibi & ſuo ſtatui conſulturus, ad verſuta & callida ſe vertit conſilia, & cum Magiſtro *Pruſſia Henrico* de *Richtenburg*, ſuoque ordine, & per Nuncius a Magiſtro & Ordine, ad ſolennitatem ſuarum nuptiarum, *Buda*, cum ne-

Matthias Hungaria Rex rebus ſuis conſulturus,

cum Henrico de Richtenburg Magi-

1476.

ſtro Pruſſiæ, inſcio Caſimiro Rege Poloniæ fert clandeſtinum fœdus.

noua ſponſa *Beatrice*, *Ferdinandi Neapolis* Regis filia, clandeſtinum fœdus, dudum quidem per Internuncios decoctum, de violanda perpetua pace, & bello Regi, & Regno *Poloniæ* mouendo, concluſione finali conſumat, & pro conducendis mercenariis militibus, in ſubſidium Ordinis & Magiſtri, quatuordecim millia florenorum, in manibus Conſulum, in prætorio *Wratiſlauienſi* reponit.

A Duce vero Theſchnenſi Przemiſlao,

Przemiſlaum Teſchinenſem Ducem requirit, (qui licet ſtricta conſanguinitate *Caſimiro Poloniæ* Regi, ex ſorore enim amitali germana genitus, coniunctus erat, parte tamen *Matthiæ Hungariæ* Regis, fratre propinquo *Wladiſlao Bohemiæ* Rege deſerto, enixius quam conueniebat ſequebatur) vt pro damnis & ſumptibus in *Sileſia* apud *Wratiſlauiam*, & poſtea in fauorem, & ordinationem rerum ſuarum factis, auro numerato ſibi ſatisfaceret, aut perpetuo excederet de terra & arce *Teſzinenſi*.

aut ſumptus propter ſe factos repetit, aut ex Ducatu eum diſcedere iubet.

Quo ille nuncio deterritus, inopsque conſilii quid ageret, & ſerius dolos *Matthiæ Pannonici* Regis perpendens, ad *Wladiſlaum Bohemiæ* Regem ſe contulit: eius ſe ſubiicens, quam ille tunc quoque aſpernatus eſt, ditioni, & defenſioni. Tribus quoque Nunciis, *Petrum Komorovvski* cum filio *Alexandro*, ad ſe accerſitum, induxit, vt caſtris, *Oravva*, *Likavva*, *Sdanina*, ſancto *Nicolao Rozemberg* & aliis dolo interceptis, ſibi reſtitutis, in *Berwald*, *Zievvyecz*, & *Sechſtari*, caſtrorum, illum mitteret poſſeſſionem.

Draculam Beſſarabiæ Palatinum, ex vinculis dimiſſum, Matthias Rex Hungariæ cum Stephano Voieuoda Valachiæ, contra Beſſarabos communiter gerere iubet bellum.

Reſtituit idem ipſe *Matthias, Hungariæ* Rex, C & *Wladiſlaum Draculam*, Voieuodam *Beſſarabiæ*, annis prope duodecim in captiuitate tentum, & eum cum *Stephano* Voieuoda *Moldaniæ*, gentibus communibus, contra *Beſſarabiam*, & Præfectum eius *Thotruſch*, à Cæſare *Turcorum* relictum, gerere bellum iuſſit: quo illum ſibi contra *Poloniæ* Regem *Caſimirum* ſtrictius conciliaret. Qui etſi primo prælio *Beſſarabos* fudiſſent, & caſtra omnia *Beſſarabiæ* in ſuam redegiſſent poteſtatem: in altero tamen prælio, *Beſſarabi*, *Turcorum* auxiliis adiuti, vtrunque fuſum, de *Beſſarabia* expulerunt. Quam tandem poſtea *Thotruſch Turcorum* Cæſaris Præfectus, repetiit, & in ſuam redegit poteſtatem.

In quo Draculum fraude ſerui occidi tur ſui.

In ea tamen expeditione *Dracula* D fraude ſerui ſui occubuit.

Carolus Burgundiorum Dux

Carolus Burgundiorum Dux, & *Matthiæ Hungariæ* Regis (pares enim animos & mores a natura ſortiti erant) confœderatus, & ob id *Polonis* infeſtus, cladium ſuarum ignominiam, quæ illi nondum biennio elapſo, a *Svvitenſibus*, tenui robore ſecum certantibus, acciderant, vlturus. Duci quoque *Lothoringiæ Ludouico* quam maxime iratus, quod illum oppidum *Nuſch* obſidentem, contra *Fredericum Romanorum* Imperatorem non iuuerat, frequenti ſuorum & mercenariorum militum delectu habito, habens pugnatorum quadraginta millia, & credens ſe Ducem *Lothoringiæ*, & omnem *Svvithenſium* manum, non ſolum profligatum, ſed inſuper omne eorum genus & A nomen exterminatum iri, in arma conſurgit, & omnem *Lotoringiæ* facile occupat Principatum. Reſiduam quoque Ducis *Lotoringiæ* Ciuitatem dictam *Nanſenia*, dum graui premeret obſidione, venit Dux *Lotoringiæ Ludouicus*, cum gentibus Ducis *Auſtriæ Sigiſmundi* & *Svvithenſium* & aliis confœderatis, contra eum, nonniſi decem millia ſuarum gentium habeos ipſum profligauit.

Fuſo ſuo exercitu a Ludouico Lotharingiæ, alias Brunſvvicenſe Duce & Svvithnenſibus, ingentibus multo ſuperior, & ipſe in fuga a quodam ſuo milite occiditur.

Vbi ſuperatus, & graui cæde cum ſuis obrutus, ad extremum, ne tam forti & numeroſo ſuorum exercitui ſuperesſet, occiſus in fuga a quodam ex ſuis *Burgundionibus*, qui tyrannidem ſuam, & iniuſtorum bellorum multiplicationem execrabantur, & apud cænoſam paludem, non niſi die B tertia repertus. Manibus *Leodienſium* Ciuium interfectorum pœnas dedit: quorum excidium effecerat, pro eo, quod germanus ſuus, non legitimus, ad eccleſiam *Leodienſem* per Papam *Pium*, contra verum Electum, prouiſus non admittebatur. In oppido *Nanſe*, ante quod pugnatum eſt, ſepultus. Victoriæ illius diei & pugnæ omnis gloria apud *Ludouicum* Ducem *Lothoringiæ*, quem alii titulabant *Brunſzvvicenſem*, & apud *Svvithenſes* permanſit.

Adultera mulier,

Cladi tam memorabili aliud atrox & horrendum facinus ſubnectam. *Mediolanenſium* Dux *Galeatius*, quandam ex ciuibus ſuis, nobili & magna domo ortam, non inuitus, C pulchritudine formæ captus, adamauit. Cui maritus, ex ſpectabili quoque genere & domo antiqua, vel facilitate, vel Principis metu, vxoris amorem inconceſſum tolerauit. Eius germanus generoſioris animi, id moleſte ferens, fratrem crebrius, vt vxoris famæ, & domui ipſorum boneſtati, conſuleret, admonebat. Sed cum is mortis metum, ſibi a Principe irrogandæ, opponeret, ille, gradatim Euangelicam doctrinam impleturus, glorem adiit, illamque ob generis ſui nobilitatem, honeſtatemque, in familiam ſuam, genus & domum, adſcitam eſſe, ſperans illud domui eorum decori fore, commemorauit. Verum iam vulgatiſſimum eſſe, atque per ora D plebis volitare, eam inſano Principis amore deditam atque captam eſſe. Monebat deinde eam, vt conſuleret ſuæ, atque vtrinsque Parentelæ honeſtati. Mulier, vt fit, capta a crimine, correptionem leuiri indigne ferens, rem Principi detexit.

virum ſuum inprimis a Duce Mediolani Geleatio, mœcho ſuo, falſo calumniatum & damnatum,

Qui indignatione percitus, & ira, non audens ciuem nobili genere ortum aperte perdere, calumniatores ei ſubordinauit. A quibus in iudicium vocatus, & de calumnioſis viciis conuictus, per Principem morti addictus eſt. Frater id amarius, quam vxoris facinus ferens, ſtatim fratricidii ſcelus in Principe vlciſci deſtinauit. Sed cum non facile ſibi ad Principem aditus præſtaretur, locum & tempus

ob-

1476.

deinde Ducem ipſum adulterum in eccleſia Mediolanenſi, ſub ſpecie legationis à leuiro aditum

obſeruauit. Et eum in die ſancti *Stephani* Prothomartyris, in celeberrimo, ampliſſimo & ornatiſſimo, diuo *Ambroſio* dicato, *Mediolanenſi* templo, quod ad inſtar ſanctæ *Zophiæ Conſtantinopolitanæ*, ingenti ſtructura fabricatum eſt, diuinis intereſſet, ciuis ille ſpeciem legationis, & Nuncii præ ſe ferens, & manu literas tenens, Principem adiit: ſtipatoribus Ducalibus longius ſtantibus, & non ſuſpicantibus aliquod malum. Cui facinora ſua exprobrans, atque inter loquendum ſicam, quam veſte occuluerat, eximens, Principem pluribus vulneribus circa præcordia confodit.

& confoſſum, poſtremo etiam leuirum à ſtipatoribus Ducis occiſi, minutim concisum, vno fere tempore perdidit.

Eiulante deinde Duce, ſui proſilierunt, atque ciuem membratim fruſtratimque concidunt. Dux in diem tertium viuens, facto teſtamento, quo ſuos hæredes Senatui *Venetorum* commendauit, mortem fœdam obiit. Mulier, lubricitati ſuæ indulgens, tres ſimul B viros inſignes, virum, leuirum, & adulterum contradidit. Sub eodem quoque tempore, Marchio *Ferrarienſis Hercules*, naturalis & illegitimus à fratre legitimo *Nicolao*, cum fauore & auxilio aliquorum Ciuium *Ferrarienſium* & Ducis *Mediolani* inuaſus, fratrem iuuadentem vincens, captiuat, & capite obtruncat: Annus hic inſignis, ſed maxime fatalis Ducibus.

1477.

Caſimirus Rex Poloniæ Frederici Rom. Imperatoris & Wladislai Bohemiæ Regis, atq; rumoribus certis permotus, ad Conuentionem Piotrcouienſem procedit: de bello Matthiæ Regi Hungariæ inferendo conſulturus

Huius anni natalem Domini diem, qui in diem Mercurii cadebat, & ſequentes, *Caſimirus Poloniæ* Rex, apud *Vilnam*, cum *Eliſabeth* Regina, & cum duobus filiis, *Caſimiro* & *Alberto*, tempus quoque Carnispriuii, & dies Quadrageſimales, in *Throki* exegit. Lega- C tione autem *Frederici* Cæſaris *Romanorum*, per *Raphaëlem Lieſczinski* militem, & *Wladislai Bohemiæ* Regis filii ſui, vt contra *Matthiam Hungariæ* Regem tempeſtiuius conſurgeret, & communibus viribus aduerſus illum gereret bellum, rumoribus etiam, quibus *Matthias Hungariæ* Rex, *Poloniæ* Regnum inuaſurus, non vulgarem ſtipendiariorum aggregauerat in *Sleſia* manum, percitus, ex *Lithuania*, rebus illic vteunque compoſitis, prius quam animo deſtinauerat, mouens, in *Lublin*, feria quarta, ante feſtum Paſchæ, quæ fuit ſecunda dies Menſis Aprilis, venit, & Paſcha Domini illic celebrauit. Tandem poſt dies octo exinde recedens, *Pyotrconiam* poſt conductum Paſchæ, tredecima Aprilis aduenit: generalem Diætam diu indictam celebraturus, & rebus publicis prouiſurus.

Georgius Archiepiſcopus Leopolienſis

Vigeſima nona die menſis Ianuarii. *Georgius Leopolienſis* Archiepiſcopus, vir doctrinæ ſingularis, & in ſtudiis humanitatis apprime eruditus, cum annos prope triginta in Pontificatu exegiſſet, & notabiliter, coëmtis aliquot villis, conſenſu Regio obtento, Archiepiſcopatum *Leopolienſem* auxiſſet, apud oppidum *Robatin*, ſuæ ditionis, agens, nullomque dolorem ſentiens, in crucis modum,

in cubiculo ſuo pronus, in crucis modum terra proſtratus exanimis reperitur.

in cubiculo ſuo, in terram facietenus proſtratus, inconfeſſus & inuiaticatus, exanimis repertus eſt, & *Leopolim* exinde reductus, in ſua A *Leopolienſi* Eccleſia ſepultus. Vir Muſis amiciſſimus, & tam in proſa *Pierica*, quam carmine, cæteriſque humanitatis ſtudiis, in declamationibus quoque ad populum, memorabilis. Cuius vita à *Philippo Calimacho, Italo Florentino*, egregie deſcripta eſt. Vacuitque ſedes *Leopolienſis* eccleſiæ annis plus quam duobus. Morbone, incertum eſt, extinctus, an veneno à fœminis propinato, in quas intemperate ſe agebat.

Przemislaus Theſchinenſis Dux mœrore, quod illum Matthias Hungariæ Rex affligebat, moritur.

Vndecima menſis Martii, *Przemislaus Theſchinenſis* Dux, triſtitia & mœrore, vt aiunt, confectus magis quam morbo, in arce *Theſznenſi* diem obiit, quod *Matthias Hungariæ* Rex, cum quo ſentiebat, & contra *Caſimirum Poloniæ*, & contra *Wladislaum Bohemiæ* Reges (quamuis B illis ſtricta conſanguinitate, vtpote ex ſorore amitali germana *Offka Caſimiri* Regis *Poloniæ* genitus, coniunctus) illum de dimittenda arce & ciuitate *Theſznenſe*, aut de ſoluendis ſumptibus in bellum *Sleſiticum*, & eius liberationem expenſis, & tribus millibus florenorum, quingentisq; florenis, eidem Duci gratuito donatis, graui moleſtatione requirebat. In monaſterio autem fratrum Prædicatorum in *Theſzin* ſepultus eſt: vnam tantummodo filiam *Hedwigim*, ex *Anna Boleslai* Ducis *Varſchouienſis* filia, ſuſceptam, relinquens ſuperſtitem.

relicto hærede Caſimiro Nepote ſuo ex fratre Boleslao, qui Ducatum Theſchenſem eſt aſſecutus: nequicquam iure feudi ſibi vendicante Matthia Rege Hungariæ,

Qui moriens nepotem ſuum germanum *Caſimirum*, filium *Boleslai* germani, teſtamento reliquit omnium Principatuum ſuorum hæredem, quos Princi- C patus, *Pragæ* adueniens (in obſequiis enim *Wladislai Bohemiæ* Regis agebat) *Mathia Hungariæ* Rege nequicquam obſtante, & ad ſuam trahente, iure feudali, ditionem, eſt conſecutus. Præfatus ſiquidem *Mathias Hungariæ* Rex, tranſmiſſis primo Vere in *Sleſiam* quinque ſtipendiariorum millib9 *Glogouiam maiorem*, [illegible]orum, *Swidniczam* & *Iawor*, cæteraſque *Sleſiæ* ciuitates intercipere, & occupare nitebatur. Verum, cum tantum exercitum & nulla ciuitas *Sleſiæ* ſuſciperet. Sed nec *Wratislania* portis clauſis, perniciem ſuam, ſi ingrederetur, verita, magnusque omnium victualium & pabulorum illum defectus affligeret, in bilem quandam & furorem conuerſus, plus, quam hoſtiliter, ſæuire in eos, D quibus laturus erat auxilium, cœpit: depopulando agros, & villas, ſacraſq; ædes & templa incendendo, imbellem ſexum trucidando, virgines, mulieres, puerperaſq; ſpoliando atq; deflorando.

cuius exercitus, timore militum Wladislai Bohemiæ Regis, ex Sleſia diſcedit.

Superuenit & ex *Bohemia*, ſub ductu *Ioannis Thouacowski*, quatuor millia gentium expeditarum habens, à *Wladislao Bohemiæ* Rege deſtinatus exercitus, quem *Hungaricus* veritus (decernere enim cum illo quam primum æſtuabat) ex *Sleſia* tumultuarie in *Hungariam* ſpoliis onuſtus ſuorũ rediit.

Swidnicenſes vero, & Taurienſes deduntur Ioanne Wladislao.

Swidnicenſes & *Iarienſes*, ne alteram ſuper alteram à *Bohemis* cogerentur, ſub idem tempus, experiri vaſtationem, & cladem, paci ſuæ quam optime, cum *Ioan-*

1477.

ne Thowaczowski, inito fœdere, conſuluerunt, feſto ſancti *Bartholomæi* Apoſtoli elapſo, *Wladislao Bohemiæ* Regi, deditione repromiſſa. Factitaſſet hoc ipſum & omnis *Sleſia*, ob clementes & ingenuos mores *Bohemo* affecta, ob truculentos vero *Hungaros* peroſa, ſi diutius *Bohemiæ* Regis *Wladislai* apud eos immoratus fuiſſet exercitus: quem *Bohemiæ* Rex ad ſe reuocare coactus eſt. *Fredericum* Cæſarem contra ſuos, in *Auſtria* rebelles, à *Matthia Hungariæ* Rege ſubornatos, cui iampridem quatuor millia equitum & peditum ſub ductu *Ioannis Burzyan* transmiſerat, perſonali auxilio, & frequentiori, nouoque exercitu adiuturus. Electoratusque Imperii inſignia, ſiue Regalia, à Cæſare ſuſcepturus, pro quibus & *Hungariæ* Rex *Matthias* multipliciter, vindicando ſibi *Bohemiæ* Regnum, non tam per ſe, quam per ſum̃i Pontificis & Cardinalium ſuffragia, inſtabat.

Id ipſumque reliqua factura fuiſſet Sleſia, niſi Wladislaus ipſe exercitum ſuum ex Sleſia deduxiſſet Imperatori Romanorum opem laturus.

Generali Diæta apud *Pyotrconiam*, pro tredecima die menſis Aprilis inſtituta, adueniente, id primum agere placuit, vt *Romanorum* Imperatori *Frederico*, & pro fœdere ſecum inito, & in fauorem *Wladislai Bohemiæ* Regis, quo celerius conſequeretur Regalia, ſubſidium de quatuor millibus mitteretur exercituale. Et quamuis id factu optimum, omnium Conſiliariorum probarent ſententiæ, magis tamen, vt id fieret, quam quomodo impleretur, reperiebatur: propriis militibus tam remotam expeditionem recuſantibus, collationem vero æris, qua mercenarii milites ſtipendiarii, ærario Regio nullo extante, puſſint magnopere execrantibus. Itaq; & Nuncio *Bohemiæ* Regis *Wladislai*, *Ioanni Rupowski*, Magiſtro Curiæ Regiæ, in huiusmodi *Pyotrconienſi* Diæta & poſtea *Raphaëli Lieſcinski*, militi & Nuncio Cæſareo, ſubſidium huiusmodi efflagitantibus, nullum efficax reſponſum dari potuit: oppoſita excuſatione, quod *Caſimirus Poloniæ* Rex, propriis, & maxime barbaricis bellis, contra *Tartaros* & *Turcos*, ac Cruciferos, item *Petrum Komorowski*, quæ nunciabantur imminere, intentus, exteris vacare non poſſet. Ad leniendum quoque animos, depoſcentium, *Andreas Oporowski* Epiſcopus *Varmienſis*, ad Cæſarem, *Ioannes* vero *Drzewiczki* Notarius Regius, ad *Wladislaum Bohemiæ* Regem, ſpem pro re vtrique oſtenſuri, deſtinati. Æquiori animo *Bohemiæ* Rex, eam excuſationem, quam Cæſar ſuſcepit: quod & morigerari illum parenti oportuit, & tria millia florenorum à patre ſibi deſtinata, excepit.

Auxilium Frederico Romanorum Imperatori per Raphaëlem Lieſcinski petitum, & Wladislao Bohemiæ Regi à Rege Poloniæ Caſimiro domeſticis bellis implicato denegatur.

Non remiſerant inter hæc Cruciferi de *Pruſſia*, pro renouando, contra Regnum & Regem *Poloniæ Caſimirum*, bello, animos, ſed clandeſtinis tractatibus illud ſummopere gerere operis effectu exæſtuant. Faciebat eis ſpes & animos, *Matthias Hungariæ* Rex: qui ad id bellum gerendum, omnem impenſam ſuam pollicitus, & operam, eos animabat & inſtigabat. Diſcurrebantq; frequentius Commendatores ex *Pruſſia* in *Hungariam*, ad *Hungariæ* Regem *Matthiam*, conficiendo hinc inde pacta cum Rege, modosque & fœdera, per quæ ille ipſos in ſuam aſſume- A bat protectionem & defenſam. Faciebant autem tranſitum ex *Pruſſia* in *Hungariam*, per Regnum *Poloniæ*, in habitu diſſimulato, quos *Nicolaus Komorowski*, de domo *Ciphorum*, *Polonus*, Regi *Hungariæ*, poſt ſpolium caſtrorum in eum patratum, reconciliatus, in perfidiam, & rebellionem, & ipſe contra Regem *Caſimirum* & Regnum *Poloniæ* ſpectans, a *Matthia Hungariæ* Rege, cui ſe iam totus addixerat, per ſe & per ſuos conducebat. Faciebant etiam eis animos aliqui ex militaribus & ciuibus *Pruſſiæ*, & ſignanter *Stiborius Marienburgenſis*, *Ludouicus Chelmenſis*, Palatini, *Philippus Biſchow* Conſul *Gdanenſis*, qui ampliores largitiones & libertates, quam quæ erant illis ſatis amplæ à *Caſimiro* Re- B ge *Poloniæ* conceſſæ, ambientes, ſimulabant ſe, idque Cruciferis ſignificabant, in eorum ditionem, iurisiurandi funiculo temerato, tranſituros.

Cruciferi de Pruſſia, contra Caſimirum & Regnum Poloniæ arma reſumere intendunt, cum Matthia Rege Hungariæ, variis promiſſis ab eo illecti, fœdus clam feriunt.

Id cum primum rumore vulgatum, dein certis indiciis patefactum fuiſſet, literæ quoque Cruciferorum, quibus pernicioſa eorum voluntas detegebatur, interceptæ, Rex *Caſimirus*, magnitudine periculi motus, vt ſinguli tam fideles, quam perfidi, contineerentur in fide, *Petrum Dunin*, Caſtellanum *Siradienſem* & Capitaneum *Lancicienſem*, cum ſexingentis equitibus, & peditibus quadringentis, adiungens ei *Ioannem Byali* in ſubſidium in *Marienburg* tranſmittit: primiciis bellorum, quas propediem Cruciferi aſſerebantur excituri, occurſurum, C donec Rex *Caſimirus* cum ampliori, ſi id neceſſitas exigeret, ſubſequeretur exercitu. Solicitati inſuper fuerunt *Maſouiæ* Duces, *Caſimirus*, *Boleslaus* & *Ianuſſius*, tam à *Matthia Hungariæ* Rege, quam à Cruciferis, vt cum eis ſentire, & contra *Caſimirum* Regem & Regnum *Poloniæ* fœdus cum illis iungere vellent. Conuentusque aliquot Ducum *Maſouiæ*, cum Cruciferis ob eam rem habiti. Procliuique erant Ducum *Maſouiæ*, cum ſuis Conſiliariis, ad tam pernicioſum fœdus conſentiendum animi, niſi illos metus Regis & Regni *Poloniæ*, paucorumq; Conſiliariorum *Maſouiæ* ſpectata virtus, à nefario opere reuocaſſet.

& ad illud aſſumendum Duces Maſouiæ nequicquam ſolicitant.

Militares inſuper & ciues *Pruſſiæ*, ſcelesto propoſito Cruciferorum ad liquidum D cognito, Diæta apud *Marienburg*, vltima die menſis Iunii celebrata, firmiſſime coniurant, a ditione & obedientia Regis & Regni *Poloniæ*, nunquam ſe deſcituros: memores grauiſſimarũ iniuriarum, quæ ſub Magiſtro & ordine pertulerant, & reſpiciendo ad beatitudinem, felicitatemque, qua ſub Rege & Regno *Poloniæ* pollebant. Vnde & in Diæta huiusmodi, quam primum bellum ingrueret, ſinguli milites ſe arma ſumpturos, ſingulæ vero ciuitates, ſe armatorum certum numerum datores. ſinguli quoq; agreſtes quatuor, quintum expediturum decernunt, deuouentque. Militares etiã & ciuitates ſub ordine conſiſtentes, ſpeciali conuentu habito, decernunt, temeritatem Cruciferorum, ſi bellum

con-

1477.

contra Regem & Regnum *Polonia* graſſati ſuerint,nullateous ſecuturos.

Martinus Trukſes, Commendator Oſterodenſis,in Magiſtrum Pruſſia generalem ab ardine electus,ad bellũ Caſimiro Regi & Regno Polonia inferendum ſpectat.

Celebrauit & Ordo Crucifericus, in *Kinsberg*, quarta die menſis Auguſti, geoerale Capitulum, & ſub præſentia Commendarorum, qui de *Rheno* ad electionem conuenerant, fratrem *Martinum Trukſes*, Commendatorem *Oſterodenſem*,nouiter *Roma* reuerſum, to Magiſtrum generalem eligunt. Qui & ipſe,quamuis credebatur vir prudens,& modeſtus, furere cœpit, reſcribens conſulibus *Gdanenſibus*,ligam & fœdus cum *Matthia Hungaria* Rege ictum,reſcindere magoopere ſuadentibus,fœdus illud neceſſitate preſſum,violante Rege *Polonia* ſuas inſcriptiones, & nihil de his, quæ Ordini præmiſerat, obſeruante, pro Dei honore & Ordinis terrarumque ſuarum vaſtatione,confeciſſe. Abſtiouit tamen ab omoi hoſtilitate illa æſtate,& bello,intelligens ſe vanis promiſſis à *Matthia Hungaria* Rege deluſum eſſe,qui tune bello contra *Fredericum* Cæſarem *Romanorum* in *Auſtria* geſto occupatus erar, intelligens etiam *Caſimirum Palonia* Regem,cum omnibus ſuarum terrarum ſubditis, ſi quid mooere vellet, io arma paratum eſſe,iotelligens & proprios ſubditos à ſe ad *Polonia* Regem defecturos. Concuſſus etiam cæſareis literis, quibu, illi contra Regem & Regnum *Palonia* belligerare ſub pœnis grauibus interdieebat.

Caſimirus Rex Polania, omnibus indignantibus confert Magiſtratus,contra leges Regni, cum fremitu omnium.

Negociis poblicis apud Diætam generalem *Pyotrcouienſem* ordioatis, & Caſtellaoia *Cracouienſis*,quæ ſummus Magiſtratus apud *Polonos* eſt,ex morte *Iaannis* de *Pilcza* vacans, in *Derslaum* de *Rithwyani*, *Cracanienſem* Palatinum, collata eſt. Ipſe item Palatinatus *Cracanienſis*, in *Ioannem* de *Rithwyani* Caſtellanum *Sandomirienſem*,& Regni *Polania* Marſzalcum à *Caſimiro* Rege,poſtquam ex *Pyotrcouia* in *nouam ciuitatem Korcim* aduenit, & alterum conuentum illic, menſe voo tenuit, collatus eſt. Pro quo fremitus ingens io Regem *Caſimirum*, & in *Ioannem* de *Rithwyani*,à ſiogulis ſtatibus coortus, maximis ſugillationibus vtrumque carpebat, rem pernicioſam, contra ius faſque geri, facto, & ſequela plurimum nocituram. Tres quoque Magiſtratus ab vno occupari indignabantur,inſtabaotque id ſcelus nunquam alias in republica *Palonorum* practicatum, reſciodi. Qoo non impetrato,in Conueotus & Senatum ad conſulendum nullo pacto accedere placuit.

Nicalaus Komorowski à Matthia Hungaria Rege per proditionem corruptus

Nicolaus interim *Komorowski*, à *Matthia Hungaria* Rege, & ipſe, iuxta ac Cruciferi,pluribus largitionibus, maioribus promiſſis ſubornatus erat in rebellionem, aſſidueque de eius rebellione & hoſtilitate,non vulgares, ſed veri afferebantur rumores, qui pectora ſingolorum conquaſſabant, quod ex tribus caſtris,quæ collata ſibi a Rege *Palonia Caſimiro* tenebat,videlicet *Berwald*,*Sephliars*, & *Zwyecz*, *Hungaria* Regno cometaneis, facile in offenſam Regni *Polonia* graſſari, facileque fodinarum ſalis introitus deſtruere potuiſſet. Miſſi ad illum plerique Nuncii,ægrum animum, & io proditionem rebellioοemque ſpectaotem, ſanare non poterant. Miſſi poſtremo duo Palatioi,*Spitko* de *Iaraslaw Leopolienſis*,& *Iaannes Vatrobka* de *Strzelcze Belzienſis*,qui ſolotionem pecuniariam, quas in caſtris præfatis habebat inſcriptas, & omnium damnorum, ſi quæ propter Regem & Regoum *Polonia* pertulerat, & arbitrium iuſtorum iudicum, communiter à *Caſimiro* Rege, & ab ipſo eligendorum offerrent. Sed nec tam æquiſſimæ oblationi acquieuit. Iniecerat hæeres,& *Caſimiro* Regi & Conſiliariis *Palonia* maximam curam,ne per callidi hoſtis, *Matthia* videlicet *Hungaria* Regis,commenta, Regoom *Palonicum* duobus bellis, hinc à Cruciferis, hioc à præfato *Nicolaa Komarawski*,premeretur. Itaque quam celerrime *Iacabus Dabienski*, Palatinus *Sandomirienſis*,& Capitaneus *Cracouienſis* à *Caſimiro* Rege miſſus,exercitu de propriis & mercenariis gentibus comparato, conſurgir, & caſtra præfata obſidione cingit,illaque ſob ſeptem hebdomadarum ſpacio, bombardis maximis quatiens, conquirit. Sub quo quidem tempore, *Caſimirus Palonia* Rex,ex *noua ciuitate Korczin* egreſſus, *Cracouiam* aduenit, & illic quatuor menſibus manſit; defenſionem *Iacobo Dabienski* Palatino *Sandomirienſi*,& Capitaneo *Cracanienſi*, contra impreſſiooem quamlibet,quæ ferebatur ex *Hungaria* ſuperueotura, celerrime oppoſiturus, *Berwald* caſtrum,deditiooe ſecuta,quamuis ſpiſſum, & optimum murum, ſitum inſuper munirum habuiſſet,iuſſu Regis *Caſimiri*, vſque ad ſolum ruinatum eſt. *Ziwyecz* incendio deletum,*Sephlari Marca Ratholdi*,quod pecunias à Rege habebat in eo inſcriptas, reſtitutum.

Caſtris, qua tenebat, per Iacobum Dabienski deiicitur

Nicalaus ipſe *Kamorowski*, pleriſque Conſiliariis pro eo intercedentibus,ad præſentiam Regis *Caſimiri* admiſſus,prodicionem ſuam extenuare nitebatur. Sed cum Rea ſingula refelleret, & ad miſerationem nihilominus propter priora ſua fidelia obſequia, io oeceſſitatis articulo, Regi & Rsgoo *Polonia* præſtita, flexus eſſet,poſſeſſionesque aliqoas, io terra *Chelmenſi*, conſignare illi conſenſiſſet, ille arrogaotius, quam proditori & victo conueoiebat,viſus, miſericordiam Regis contempſit,& furore concepto,ex *Cracauia* ſe euoluens, atque to *Hungariam*, *Budamque* ambiens, vindicare ſuam deiectiooem,apud aures *Matthia Hungaria* Regis, illo ipſum ſimulatis promiſſionibus ludificante frequentius expetebat. Quo viſo in *Poloniam* reuerſus,per fortiſſimas interceſſiones delicto ſuo expiato Regi *Caſimiro* reconciliatus, oppidum *Kraſniſthaw*,in *Chelmenſi* terra,donari ſibi à Rege in eorum, quæ amiſerat,viciſſitudinem, ægre obtinuit.

& in Hungariam fugatur ſpreta ſatiſfactione à Caſimira Rege Polonia oblata. Tandem ipſe reuerſus, appida Kraſniſthaw accepta in recompenſam amiſſorum, in gratiam apud Caſimirum reponitur.

Bohemia Rex *Wladislaus*, fortius auxilium *Frederico* Cæſari, vltra id, quod Duce *Burzian* ante feſta Paſchæ tranſmiſerat, contra *Mathiam Hungaria* Regem laturus, qui arma

Wladislaus Bohemia Rex, gentibus Matthia

1477.

Hungariæ Regis apud montes Kuthnos profligatis, laturus Frederico Romanorum Imperatori contra Hungarum auxilium, perſonaliter cum maiori exercitu, quam antea per Burzitan eramſmiſerat, Viennam venit; à Caſare & Vniuerſitate honorifice excipitur.

arma aſſidue conquirebat, accumulabatque, contra Cæſarem *Fredericum*, circa conductum Paſchæ, cum notabili exercitu, ex pedite & e- A quite collecto, ex *Bohemia* egreſſus, profligatis per prius gentibus, circa montes *Kuthnos*, quas in *Bohemiam Matthias Hungariæ* Rex immiſerat, ad diſtinendum eum, vaſtata etiam per *Ioannem Thowaczowski* ora *Swidnicenſi*, in *Auſtriam* venit, certificatus per Cæſarem, de Regalibus quam primum venerit, illi conſignandis. Gratiſſimus ſuit *Frederico* Cæſari eius, velut parum ſperatus, & valde neceſſarius aduentus. Vnde, adhuc longe poſitum, perſonali obuiatione excepit, & cum gratulatione nimia, & ſolenniiate, vniuerſis ſtatibus, & vniuerſa ciuitate *Viennenſi*, ad excipiendum illum effuſis, *Viennam* introduxit. Veniebat & Vniuerſitas *Viennenſis*, cum Doctoribus, Magiſtris & B Scholaribus, in obuium *Wladislao* Regi *Bohemia* Rectorque Regem latina & diſerta oratione excepit. Cui viciſſitudinarium Rex ædendo reſponſum, ad ſingulos illuſtriores orationis locos, limate & tam ornate, reſpondit, vt ſingulos, in ſui admirationem converteret, & pleroſque ad fletum certatim celebrantes eius indolem, ingenium, & doctrinam.

Fredericus Imperator Romanorum inſignia Regni Bohemiæ Wladislao conſert, Summo Pontifice Sixto quarto repugnante, & pro Matthia Hungaria Rege agente.

Quamuis autem *Sixtus* Papa quartus, *Fredericum* Cæſarem, crebris literis & Nunciis obſecrando ſolicitaſſet, vt potius in *Matthiam Hungaria* Regem conferret Regalia *Bohemia* Regni, quam in *Wladislaum*, aut ſaltem à conferendis in vtrumque abſtineret. Cæſar tamen, in ſententia ſui animi iuxta quam reſpon- C derat, perſeuerans, altera die aduentus *Wladislai* Regis in *Viennam*, feria videlicet tertia, poſt feſtum ſancti *Viti*, ſub magna præſentia populi, in eccleſia ſancti *Stephani*, Imperialibus indutus, Regalia *Wladislao* Regi contulit *Bohemia*, & tradendo vexilla *Bohemica*, ipſum de Pincernatu Imperiali inueſtiuit, pluribusque diebus menſæ honore, & omnium victualium & neceſſariorum procuratione illum tractauit, inſignibusque extulit muneribus; non minoribus officiis, à *Bohemia* Rege *Wladislao*, & ipſe cultus. Hæc autem Regalium, per Cæſarem *Fredericum*, in *Wladislaum Bohemia* Regem collatio, omnes rebelles & imperium ſuum detrectantes, in D *Morauia, Sleſia* & *Luſatia*, deterruit, vt ſinguli, non de reſiſtentia, ſed de deditione cogitarent. Cruciferos etiam, & Ordinem de *Pruſſia* adeo concuſſit, vt iam actum de ſe & ſuo Ordine exiſtimarent. *Matthias* vero *Hungaria* Rex, in eam bilem excanduit, vt ſingula quæque extrema, ipſam quoque mortem, ſe perpeſſurum, aut ignominiam ipſam ſe vlturum, *Polonia* Regi *Caſimiro*, aliiſque Regibus & Principibus, per literas inſinuaret. Sed & apud *Romam*, moleſtia ſingularis, metu ſubſecuto, pectora plurimorum Cardinalium, *Matthia Hungaria* Regi fauentium, peruaſerat. Miſſisque *Sixtus* Papa, ad Cæſarem *Fredericum* literis, illum de actu illo corripiebat.

1477.

Matthias Hungaria Rex

Facibus vltionis, *Matthias Hungaria* Rex, in *Fredericum Romanorum* Imperatorem exæſtuans, quod & anni vnius inducias, quas *Sixtus* Papa quartus, inter ipſum ab vna, & *Fredericum* Cæſarem, duoſque Reges, *Caſimirum Polonia*, & *Wladislaum Bohemia*, ex altera partibus, per literas conſtituebat, abnuerat, & quod in *Wladislaum Bohemia* Regem potius, quam in ſe Regalia Regni *Bohemia* contulerat, & quod peticionem ſuam repudiatam doleret, qua per *Neapolitanum* Archiepiſcopum inſtabat, vt de titulo & iure regni *Hungaria* literis reſtitutis cederet, & ſibi Regalia de nouo conferret. Itaque tempore opportuno ſeruato, quo videlicet & *Wladislaus Bohemia* Rex, ſuſceptis in *Vienna* Regalibus, cum vtroque ſuo exercitu, longa iam militia feſſo, & egeſtate grauato, in *Bohemiam* remeabat, & imperator *Fredericus* (ſiue nullitas ærarii, ſiue vana ſpes, non inteodandi ſibi ab *Hungaro* belli, in cauſa fuit: tenacitatem enim & triſtitiam, quam plerique in eo accuſabant, in pectore ſuo ego ſuſpicari non poteram) ſtipendiarios milites, ab *Hungaro* illico aſſumtos, remiſerat, congeſto *Matthias* Rex *Hungaria* ex mercenariis militibus grandi exercitu, & maximas bombardas ſecum vehens, ſuperato deinde apud *Pruburg Danubio*, vniuerſis quidem Conſiliariis *Hungariæ*, à tam impio bello, nequicquam illum auertere ſtudentibus, nihil neque *Turcorum* inuaſione, quorum ſub Duce *B ſ..a* quinque tantummodo millia, haud longe a ſtatiuis ſuis in *Hungariam* ingreſſi, in conſpectu fere ſuo populabantur, neque Procerum & Baronum *Hungaria*, eorum præſertim, qui à *Turcis* miſerabiliter vaſtabantur, opem ſuam implorantium, vociferatione & clamoribus motus. Sed nouam inſuper nuptam in ſuæ crudelitatis, & fortitudinis, ampliorem iactantiam, ſecum ducens, patriæ precibus & conſiliis contemtis, & Catholicorum defenſione neglecta, in *Auſtriam*, defenſoribus vacuam, irruit, & rebellium *Auſtralium*, quorum principalis *Lichterſternayr* erat, ad ſuum aduentum vires & animum reſumentium, exercitu, magis ex agreſte, quam legitimo milite, collecto, ſe coniungit. Interpellatus autem *Matthias* Rex, à Regina *Hungaria Beatrice* conſorte ſua, vt expugnationem arcis alicuius vel oppidi, nunquam ab ea viſam, ſibi ſpectare liceret, ad oppidum *Hamburg*, nec natura nec arte munitum, expugnandum exercitum admouit. Ibi triplici impetu, ab impugnatoribus, magno ſtudio circumquaque oppidum facto, totieſque ſuperne ab obſeſſis, ſtrenue oppidum defendentibus, repulſo, & magna impugnantium clades, *Matthia* Rege milites ad nauandum operam adhortante, & Regina ſpectante, & ſalus oppido, & fœminæ leuitati ſacietas ſanguinariæ cædis, ſucceſſit. Graſſari ax-

tempore opportuno [illegible]

totam Auſtriam vaſtat,

& Hamburg fruſtra obſidens, petente Regina Conſorte ſua ſpectaculum expugnationis,

multos amittit.

1477. exhine repulſus cœpit in cætera loca, vrendo illa & ſpoliando, ignobilioraque expugnando oppida. Quapropter plurimum *Auſtrales*, ne bonorum ſuorum, nullo opem ferente, incenſione ſecuta, ſuapta ſponte & ipſi in Cæſarem irati, & offenſi, ne in egeſtate corruerent, arces ſuas & oppida *Matthiæ Hungariæ* Regi dedebant. Omnem tandem *Auſtriam*, a montibus *Pannonicis*, vſque ad montes *Bauariæ*, peruagatus, omnia fere caſtra, oppidula & pagos, præter pauca, dedentibus ſe vltro illarum poſſeſſionibus, ne incendia ſuarum villarum ferre cogerentur, ſuæ ditionis fecit. Ad *Viennam* tandem exercitu admoto, terra & vndis illam obſidere & premere cœpit: habens non exiguam ſpem de eius deditione, propter nonnullorum Ciuium *Viennenſium*, ſpem ſuam clandeſtine mulcentium, pollicitationes. Id periculum Imperator *Fredericus* auerſurus, & *Viennenſes* ſingulos, eos præſertim, quos fluxæ nouerat intentionis, in fide retenturus. Comitem *Haug*, virum induſtrioſum, ſibi fidiſſimum, cum quinque millibus pugnatorum pro defenſione *Viennæ* præpoſuit. Qui plures eruptiones ex ciuitate in obſidentes faciens, multifariis cladibus illos affligebat: tantum habens captiuorum numerum, vt maximo numero eorum vndis ſuffocato, aut fame extincto, ergaſtulorum illos latitudo non caperet. Ad *Kremzam* autem accedens, dum illam audacius impugnat, pluribus notabilibus corruentibus, fœde ab illa repulſus eſt. *Groſinkier* apud *Brug* præſidium Cæſareum agens, frequentibus periculis & damnis, nocte & interdiu affligebat. Imperator interim *Fredericus* amicorum ſingulorum, & præſertim *Caſimiri Poloniæ*, & *Wladislai Bohemiæ* Regum, per frequentes literas & Nuncios expetebat opem. Et *Poloniæ* quidem Rex *Caſimirus*, cum iam & hyemis ſuperueniſſet Intemperies, & *Poloni* in tam longam militiam detrectarent procedere, conſanguineo ſuo & confœderato tum anxiato & afflicto ſubuenturus, per *Andream Roſam* de *Dvvorziſchonicze*, Præpoſitum *Lanciciensem*, & Canonicum *Cracouienſem*, decem aureorum millia tranſmiſit, quæ ab illo acceptata non ſunt, veluti ab eo, qui iam totus in pacem & compoſitionem, cum *Matthia* Rege *Hungariæ* ineundam, ſpectabat.

Tandem Viennam obſidet,

vnde repulſus Kremzam cingit.

Tentata eſt via pacis & per Apoſtolicos, & per *Venetorum* Nuncios, & plures alios viros graues, per Pontifices etiam & Conſiliarios *Hungariæ*, inter Cæſarem *Fredericum*, qui tunc in oppido ſuo *Slegii* degebat, & inter *Hungarorum* Regem *Matthiam*, qui apud *Cornberg* cum matre & vxore manebat & incendium illic caſuale, ſed periculoſum, conflagratis multis ſumptuoſis clenodiis pertulerat. Quam pacem Cæſar aſtu pertrahebat, quo *Hungarum* maioribus damnis diſtineret, aliquas pacis conditiones, ab eo petitas, annuens, aliquas detrectans.

Fredericus Imperator Romanorum fœdus cum Rege Hungariæ Matthia primum nequicquam tractat.

Petebat autem *Matthias Hungariæ* Rex, a *Frederico* Cæſare, Regni *Bohemiæ* Regalia, quaſi data ſemel *Wladislao* Regi poſſent, ab illo ablata, ſibi conferri. Petebat & ceſſionem iuris *Hungarici* & tam literarum, quam octoginta millia florenorum, reſtitutionem: offerens ſe omnia caſtra & oppida in *Auſtria* conquiſita (onetoſa enim plurimum ſibi erant ad tenendum) dimiſſurum. Maior deinde horum omnium nexus inter illos interuenit. Nam neque Cæſar induci potuit, vt *Ioannem Lichterſterner*, & aliquos *Auſtrales*, qui in ſuam obedientiam redire recuſabant, ditionis propriæ aut *Hungariæ* eſſe fineret, vel aurum, vel Regalia, vel Regni *Hungariæ* ius cũ ſua perpetua ignominia, ſibi conſignaret. At *Matthias Hungariæ* Rex admitebatur, vt *Ioannes Basloer*, *Strigonienſis* Archiepiſcopus, & *Groſinker*, ſub tutela Cæſaris remanerent, qui *Hungari* dominatum execrabantur. Propter quod labor diebus triginta continuatus, magnis ſumptibus, recidit in irritum. Et gelubus atque niuibus cadentibus coactus eſt in *Budam* remeare. Reſumptis poſtea pacis tractatibus, pax ſub turpibus conditionibus concluſa eſt, videlicet, *vt Fredericus Cæſar, a iure & titulo Regni Hungariæ perpetuo cedat, & ſe abdicet.* Altera *Regalia ſuper regno Bohemiæ Matthiæ Regi det, & centum octoginta florenorum millia eidem ſoluat, & Hungariæ Rex Matthias interim caſtra & ciuitates in Auſtria conquiſitas teneat. Ambo vicisſitudinario auxilio ſe contra omnem hominem iuuent: ſolo Papa, & Rege Siciliæ exceptis.* Et licet *Fredericus* Cæſar duas conditiones impleuiſſet, a iure & titulo Regni *Hungariæ* recedendo, & dando altera Regni *Bohemiæ* Regalia: Centum tamen octoginta millium ſolutionem, quam in *Auſtrales* reiiciebat, *Auſtralibus* id onus horrentibus, & dominatum *Hungari* æquo animo ferentibus, implere non potuit.

tandem illud turpibus conditionibus hic deſcriptis ferit,

conceſſis etiam eidem Regalibus Regni Bohemiæ, quæ iam Wladislao conceſſerat.

Magni vir animi *Stephanus* Voieuoda *Valachiæ*, inſtaurata ex agreſtibus in ſupplementum eorum, qui in clade *Turcorum* ceciderant, militia, ne ocioſe ſedens ſegniter elangueſceret, circa ſancti *Martini* diem *Beſſarabiam* cum exercitu ingreſſus. Præſidem eius *Radulonem* filium *Vlad Draculæ*, a *Turco* conſtitutum, tradentibus ſibi vltro illum ciuibus de *Braszow*, captiuat. Ex omni *Beſſarabia* in ſuam poteſtatem redacta, eiectis de illa *Turcis*, pleriſque trucidatis, & conſtituto in illa vice ſua Præfecto, *Czipulyſza* nomine, ipſam ſui iuris facit. Hoſtilem quoque *Turcorum* regionem *Thotruſz* ingreſſus, illam incendit, & magna emolumenta, quæ ex ſale, cuius illic ferax eſt prouentus, *Turco* cedere ſolebant, eneruauit. *Caſimiri* quoque Regis ſuffragia inuocat, non dubitans his, quæ præmiſi, irritatum *Turcum*, in magnam choleram contra illum exarſurum.

Stephanus Voieuoda Valachiæ Radulonem filium Vlad Draculæ a Turco in Beſſarabia conſtitutum captiuat, & Beſſarabia potitus, Turcorum regionem vicinam depopulatur. Caſimirique Regis Poloniæ contra Turcum implorat auxilium

1477.

Turca exploratoribus Iudæis ſignificantibus cognito bello, quod inter Cæſarem & Hungarum agebatur, Forum Iulii irrumpens deuaſtat,

Inteſtino bello, quod inter *Fredericum* Cæſarem, & *Hungariæ* Regem *Matthiam* funeſto Marte agebatur, *Turca* cognito (nihil enim illos, quicquid vbique terrarum agebatur, *Iudæis* explorantibus, & *Turcorum* Cæſari menſibus ſingulis, per literas ſignificantibus, latere poterat) eum triginta millibus armatorum, *Forum Iulii* hoſtiliter, circa feſtum ſancti *Michaëlis* ingreſſi, omnem illius regionem, vsque ad *Cumanum* alias *Kingilianum*, ad nouem milliaria, a *Terniſio*, depopulati ſunt. Triaqua millia ſtipendiariorum, quos *Veneti* circa anguſta, & clauſuras *Alpium*, tranſitum *Turcorum* prohibituri, locauerant, facta impugnationa, & conquiſitione loci, trucidarunt, omnemque ſexum, iuxta ac pecora, captiuantes, impuberibus & ſenibus occiſis, puberes, nullo ferente auxilium, in perpetuam captiuitatem abegerunt.

& multos captiuos inde impune abducit.

Parturientibus proh dolor! tam horrendas calamitates, Catholicorum Regum & Principum diſcordiis, quæ *Turcis* animos & proſperitatem ſubminiſtrabant. Non pepercerunt etiam tunc noſtris Baſilicis, ſed illas ignibus, incendiiſque, & ruinis tradebant, ſingulaque dabant diuina & humana exterminio.

Caſimirus Rex nec quicquam ſubſidium pecuniale a ſuis petit.

Tempore longo, a quarta die videlicet menſis Iulii, vsque ad vigeſimam ſeptimam Nouembris, *Caſimirus Poloniæ* Rex, apud *Cracouiam* immoratus diſceſſit. Et particulari, in *noua ciuitate Korczin* acta, cum terris *Cracouienſibus* & *Ruſſiæ*, Diæta, cum nullum ſubſidium, a ſe petitum impetraſſet, alia Diæta in eodem loco, pro Dominica Lætare, quæ in diem primam menſis Martii cadebat, inſtituta.

Tandem alia Diæta ob eam rem Korczini inſtituta, ægre illud obtinet.

In qua ægra ſibi decreti fuere fertones. Ex *Korczino* verſus *Radom*, viſitato Monaſterio *ſanctæ crucis*, *Calumontis* aduenit, illicque manſionem ſuam, vsque ad feſta Chriſti, continuauit.

Boleſlai & Conradi Ducum Maſouiæ vanitas in vxoribus ducendis & repudiandis cum dedecore eorum.

Boleſlaus Maſouiæ Dux, cœco amore *Annæ* virginis *Hunqvvska*, filiæ olim *Pauli* de *Hinovv*, Palatini *Belzenſis*, de domo *Pravvdzitarum*, correptus, ipſam accepit vigeſima menſis Iulii die in vxorem. Celebratiſque nuptiis, cum a fratribus & Baronibus propriis, pluribus improperiis laceſſeretur, eadem facilitate, qua duxerat, repudiata, fratrem germanum *Conradum* in eligenda vxore ſecutus, qui obſcænæ ſurtis ex *Cracouia*, matronem *Magdalenam*, vxorem *Simonis*, filiam *Staniſlai Stavvroth*, amore eius infaſcinatus, a viro abſtractam, legitimo ſibi copulauerat, & aliquot eius annis infami vtebatur contubernio. Qua obeunte, funeriis illi Ducalibus celebratis, aliam æque ſortis fœminam, filiam *Alexii*, thoro ſuo copulauit & facinoris prioris fœditatem, qua ſe euacuare poterat, ingeminauit.

1478.

Feſto Natiuitatis Chriſti, & diebus ſequentibus, *Caſimirus Poloniæ* Rex, apud oppidum Regium *Radom*, cum *Eliſabeth* Regina conſorte, & duobus filiis, *Caſimiro* & *Alberto*, duabusque filiabus, *Zophia* & *Eliſabeth* exactis, ad conuentionem generalem *Pyotrcouienſem*, quæ pro duodecima die menſis Ianuarii inſtituta erat, *Eliſabeth* Regina, & cæteris impedimentis, apud *Radom* relictis, ſolo, tantummodo *Caſimiro* ſecundo genito aſſumpto, tranſit, & in die conſtituta illuc venit. Pluribusque diebus, Conſiliariis pigre venientibus, vacuus & anxius rebus publicis conſulere neſcius, ſletit. Quibus in aliquali numero, non in pleno tamen (plerique enim valetudinarii aberant) conuenientibus, varii interponebantur, ad promouendum res Reipublicæ, tractatus, Conſiliariis vero ſatis exquiſitis, defectus æris, & ſumtuum obſtabat. Placebat ſingulis, vt in tam exangui reipublicæ egeſtate, inſtituerentur dandi per Cmethones fertones.

Nulla re certa in Conuentione Piotrcouienſi de ſolutione fertonum, obſtantibus nonnullis de maiori Polonia, concluſa, in Conuentus particulares reiicitur.

Quorum cum inſtitutionem, plerique militares recuſarent, nulla certa concluſio captari potuit, & res ipſa in conuentus particulares dilata. In quibus, etſi vniuerſæ terræ Regni *Poloniæ*, fertonum inſtitutionem laudaſſent. Soli *Poſnanienſes* milites, quorum Dux & auriga, *Albertus Gorski*, Caſtellanus *Landenſis*, & Capitaneus in *Wſchovva* cum filiis *Luca* de *Gorka*, Palatini olim *Poſnanienſis*, de domo *Lodzya*, *Ioannes*, alias *Ivvan* de *Ozbubovv*, Iudex *Caliſſienſis*, de domo *Wyenavva*, & *Ioannes Czarnkovvski* de domo *Nałacz*, eum aliquot aliis iuuenibus, erat, in Conuentu illos dare detrectarunt: & in Rempublicam patriæ, & in Regem ſuum, a quo exaltari fuerunt, & ditari, crudeles.

Nouiter electus Magiſter Pruſſiæ, Martinus Threſſer vocatus, præſtare homagium Caſimiro Poloniæ Regi totus ſpectans in bellum detrectat.

Non paruit etiam in Diæta illa *Pyotrconienſi*, Magiſter *Pruſſiæ*, *Martinus Toreſſer*, recenter in Magiſtrum *Pruſſiæ* electus: licet fuerit ſpeciali Nuncio Regio, *Stanislao Vuluzki*, Canonico *Vladiſlauienſi* vt veniret, & debitum fidelitatis iuramentum præſtaret, requiſitus. Sed nec per literas & Nuncios, iuxta ac ſpoponderat, Regiæ requiſitioni reſpondit: iam tunc totus, in bellum, Regno *Poloniæ* mouendum, intentus. Ita re nulla memorabili geſta, ex Diæta *Piotrcouienſi*, *Caſimirus Poloniæ* Rex, in *Lanciciam* venit.

Et Hungari fruſtra petunt a Caſimiro Regni Hungarici inuaſionem, deficere a Matthia Rege volentes.

Vbi *Hungariæ* Baronum, ſecretus Nuncius, allatus eſt. Qui ſola Regina *Eliſabeth* conſcia, & interpretante, rogabat aſſiduus. Vt *Caſimirus Poloniæ* Rex iterum conſurgeret, & Regnum *Hungariæ* inuaderet: ſingulos *Hungaros* extemplo a *Matthia* Rege, ad illum defecturos. Huic legationi, nihil certi reſponſum eſt, ne in nouum bellum veniretur, præſertim cum *Hungari*, priores pollicitationes irritas feciſſent, nec ſeruaſſent fidem.

Rege Caſimiro tenente a in Brzeſczye Conuentum,

Ex *Lancicia* in *Brzeſczye Cuiauienſe*, *Eliſabeth*, Regina, conſorte ſua, in *Radom* remiſſa, *Caſimirus Poloniæ* Rex, diuertit, tenuitque illic, præſentibus *Iacobo Gneſnenſe* Archiepi-

1478.

ſcopo, *Sbigneo Wladiſlauienſi* Epiſcopo, & aliquot Palatinis, cum Baronibos, militaribus & ciuibus *Pruſſiæ*, pro feſto Purificationis ſanctæ *Mariæ* Virginis conuentum. Ad quem Magiſter *Pruſſiæ Martinus*, dum per Nuncium, & per Notarium Regis *Ioannem Choienski*, intelligeret, ſe etiam vocandum, ex *Kinsberg* propere verſus *Ragnetham* abiit, ibique ſe occultauit.

Magiſter Pruſſiæ ad illum ſe vocandum intelligens ſe occultat.

Rex *Caſimirus* rebus *Pruſſiæ* ſtabilitis, etſi bellum à Magiſtro *Pruſſiæ* immineret, compoſitis & prouiſis, animiſque omnium confirmatis, deſtituto *Ioanne Koſczyelieczki* à *Marienburgenſis* caſtri tenuta, & caſtro ipſo in gubernatione *Petri Dunin* de *Prewkowicze*, Caſtellani *Siradienſis*, commiſſo, *Sbigneum* etiam *Wladiſlauienſem* Epiſcopum terris *Pruſſiæ* in Gubernatorem præficit: ad quem in ſubitis neceſſitatibus haberetur recurſus. Qui officium ſuum conuerſurus in profectum, Diætam generalem in *Grudzancz*, feria tertia poſt Conductum Paſchæ, quæ fuit vltima dies menſis Martii, inſtituit. Ad quam, cum vniuerſi, dicto Gubernatoris ſui parendo, ex terris *Pomeraniæ*, *Chelmenſe* & *Michalouienſe*, ac Diſtrictibus *Marienborg*, *Schtum* & *Kyerzberg*, in frequenti numero, tam Barones & militares, quàm ciues conueniſſent, vltroneè ſe nouo ſacramento, *Caſimiro* Regi & Regno *Poloniæ* ſynceriter parituros, nec vnquam fidem ſuam variaturos, obligarunt.

Rex deſtituto Ioanne Koſczielyeczki, de Caſtro Marienburg, illud Petro Dunin committit. Gubernator Pruſſiæ, à Rege conſtitutus, Epiſcopus Wladiſlauienſis Sbigneus, nouum fidelitatis Sacramentum à militibus, & Ciuibus Pruſſiæ, nomine Poloniæ Regis exigit.

Ioannes Sapienski Poloniæ miles, & *Boiarski Pomeraniæ* miles, ex *Torun* vero, *Elbing* & *Gdansk*, tres ex Conſulatu, ad *Martinum* Magiſtrum *Pruſſiæ* & Ordinem miſſi ſunt; requiſituri, vt iuxta fœdus, ſacramento firmatum, fœdera in ſingulis ſuis conditionibus obſeruent: commemoraturique, quod Magiſter primæ legationi Regiæ, licet promiſerit, tanto tempore non reſponderit, & quod ſecundos Nuncios Regios ad ſe non admiſit, & vt deputet locum ipſemet in Regno *Poloniæ* & tempus, ad quem irrecuſabiliter veniat: fidelitatis iuramentum prædeceſſorum ſuorum more Maieſtati Regiæ præſtiturus.

Nuncii mittuntur ad Magiſtrum Pruſſiæ, vt ipſemet locum & tempus ad præſtandum fidelitatis Regi Poloniæ ſacramentū conſtituat.

Brzeſczye Cuiauienſi relicta, ad aliam rurſus *Brzeſczye Ruthenicalem Caſimirus Poloniæ* Rex ocyus ſe contulit, & cum *Lithuaniæ* Conſiliariis aliam illic Diætam, pro die Ramiſpalmarum, quæ fuit quindecima menſis Martii, (neque enim prægnantes neceſſitates, à dorſo relictæ, deſcendere illum *Vilnaz*, & ad interiora *Lithuaniæ* patiebantur) celebrauit, rebuſque plurimis *Lithuanicis* illic ſtando prouidit. Et licet tunc *Lithuaniæ* Barones inſtarent magno ſtudio & conatu, quatenus illis alterum ex filiis, tunc ſecum præſentibus, *Caſimirum* videlicet vel *Albertum*, in ſuum Vicarium ſubſtitueret: precationes tamen eorum, licet alter ex filiis, *Albertus*, lachrymando tacitus illas adiuuaret, & patrios ante diem ſuſpiraret in annos, multipliciter exeratus, reſpondit, *ſe viuente, gubernacula Ducatus Lithuaniæ nullo pacto ſe alteri commiſſurum.*

Lithuanis magno ſtudio inſtantibus, vt illis pro Duce aliquis filiorū Poloniæ Regis Caſimiri daretur, & Alberto vno ex filiis id ipſum tacite lachrymis adiuuante, Caſimirus abnuit.

Caſimiro Poloniæ Rege in *Brzeſczye Ruthenicali* agente, venit ad illum Cæſaris *Turcorum Mahumeti* Nuncius, *Turciſanus* nomine, *Tartarorum* etiam Nuncio comitatus. Qui magnæ importantiæ muneribus, videlicet ſcutellis, & vaſis argenteis, ſtaminibuſque axamenticis, adamaſcenis, & purpureis, auro & murice intextis, præſentatis, propria etiam non vulgaria munera adiiciens, data licentia dicendi, retulit. *Cæſarem Turcorum, ad omnem amicitiam & pacem, cum Caſimiro Poloniæ Rege, Regnoque ſuo & Principatibus, ſeruandam, firmandam & inſcribendam, optime diſpoſitum & qualificatum eſſe, orareque Caſimirum Regem, vt Nunciis viciſſitudinarie miſſis pax & amicitia firmetur & inſcribatur inter eos, & habeatur pro graui communi hoſte, quicunque alterum ex eis inuaſerit.* Adiuuabat hanc *Turci* legationem, etiam per ſpeciales literas ingeminatam, *Thartarorum* Cæſaris *Nardulab*, vt cum Rege *Poloniæ Caſimiro* fœdus & amicitiam iungeret, Nuncius: aſſerens *Tartarorum* Cæſarem induxiſſe ad eam *Turcum*. Ambobus Nunciis *Caſimirus* Rex *Poloniæ* magnifice remuneratis, reſponſum illis eſt. *Gratum eſſe Caſimirum Regem, ſuſcepturumque ſingula, quæ voce & ſermone offerebat, de beneuolentia, amicitia & fœdere Turcorum Cæſaris, eamque non abuſiturum. Et miſſis Nunciis latius ſe ſuper his reſponſurum.* Quibus ſic expeditis, & rebus *Lithuaniæ* ordinatis, diſceſſit *Caſimirus Poloniæ* Rex ex *Brzeſczye Ruthenicali*, & venit in *Lublin*. Vbi aliquot diebus conſumtis, per *Radom*, *Opoczno*, cæteraque loca venit in *Pyotrkow*, conuentionemque generalem dudum indictam, illic pro feſto Pentecoſtes, quod in decimam diem Maii cadebat, cum omnibus terris tenuit.

Turcorum Cæſar Mahumeth, per Imperatorem Thartarorum Nardulab inductus, amicitiam & fœdus Caſimiri Poloniæ Regis, ab eo non abhorrentis, per Nuncium ſuum petit.

Interim dum hæc tranſigerentur, pro Dominica Ramiſpalmarum, quæ eo anno in quindecimam menſis Martii diem cadebat, conuentio ſpecialis pro pace inter *Matthiam Hungariæ*, & *Wladiſlaum Bohemiæ*, Reges, ad pacificandum *Bohemiæ* Regnum, agi in *Brunna* cœpta eſt. Ad quam, cum ex parte *Matthiæ Hungariæ* Regis, *Ioannes Varadienſis*, *Prothaſius Olomuncenſis*, *Rudolphus Wratiſlauienſis*, *Hinko* de *Poſzdzyebrath*, Dux *Monſterbergenſis*, *Stephanus Tranſyluanienſis* Voieuoda, cum aliis *Hungaris*. Ex parte vero *Wladiſlai Bohemiæ* Regis, *Henricus* de *Poſdzyebrat*, Dux *Monſterbergenſis*, *Ioannes Rupowski* Magiſter Curiæ, *Byeniaſzius Weytmilner*, Capitaneus in *Karlſten*, *Petrus Dulnyecz*, cum aliis, tanquam arbitri, & *Stiborius*

Pax inter Matthiam Hungariæ, & Wladiſlaum Bohemiæ Reges, Regnaq; eorum per arbitros communes

1478.

firmata conditionibus hic inſertis,

Regoi *Bohemia* Cancellarius, & Capitaneus *Momuia*, tanquam ſuperarbiter ab vtraque parte electi, conueniſſent & longo tempore litis materiam digeſſiſſent, pax tandem inter Reges & Regna ſub his conditionibus concluſa eſt, *vt Wladislaus primogenitus Caſimiri Poloniæ Regis, tanquam hæres naturalis Regnum Bohemia poſſideat, & omnes Barones, & militares, caſtra & ciuitates, qua in Bohemia conſiſtunt, illi de cætero pareant. Matthias vero Hungaria Rex illum de cætero Bohemia Regem titulet & ſcribat, & pro filio illum, & ipſe eum pro patre teneat. Et ipſe Matthias Hungaria Rex Morauiam, Sleſiam, & vtramque Luſatiam, in ſua ditione habeat, donec ſibi quadringenta millia florenorum, pro vna die, per Wladulaum Regem & Regnum Bohemia, perſoluta fuerint: abſoluendi Bohemi à ſolutione huiusmodi ſumma, ſi Wladulao Bohemia Rege mortuo, Matthiam Hungaria ſibi in Regem aſſumpſerint, Olomucenſis Epiſcopus, & Dubski Marſzalcus Regni Bohemiæ, vt cum officiis ſuis, quamuis in Morauia conſiſtentes, ad ſolum Bohemia Regem Wladulaum haberent reſpectum, per conditiones pacis.* Arbitrantur hanc pacem, ſub aliis & his conditionibus concluſam, vt & per vtrunque Regem cuſtodiri, promiſſam. Quam, ſi quis cum ea, quæ in Campo, ante *Wratislauiam*, ſub æquiſſimis conditionibus offerebatur, quibus *Matthias Hungaria* Rex *ſe omnem Morauiam, Sleſiam, Luſaciam & omne ius & titulum Regni Bohemia, ſponte dimiſſurum, & Caſimirum Polonia Regem ampliſſimis donis honoraturum, eique, ſi eum data filia Heduigi in Conſortem, in generum adoptaret, perpetuo ſeruiturum*, comparare iuſte velit, reperiret profecto, pro honeſtiſſima pace, quam *Caſimirus Poloniæ* Rex tunc, cum beneplacitis ſibi conditionibus, & omnium ſuorum hoſtium deiectione & confuſione, Regnique ſui *Polonia* excellenti gloria & amplitudine dare

cum dedecore Regum, & Regnorum Polonia ac Bohemia,

poterat, turpem nunc & fœdam (quod *Eliſabetha* Reginæ, Conſortis ſuæ, voluntati auſcultaret, filiam ſuam originario homini tradi moleſte ferenti, nec aduertenti, omnes eedum homines, ſed & Reges ex ſtercore erectos eſſe) pacem accepiſſe: dedecorantem & ſuam, filiique ſui, & vtriusque Regni *Polonici* & *Bohemici*, &

ac gaudio Bohemorum

honeſtatem & authoritatem. Gaudebat vniuerſa *Bohemia*, *Sleſia*, *Morauia* & *Luſatia*, de huiusmodi pace, quamuis oneroſas conditiones ſecum traheret, ex eoque maxime exhilareſcebant, quod videbant ſibi virum, & naturalem

Matthia Imperium execrantium, & Wladulai expoſcentium.

& manſuetum Regem redditum eſſe, & illegitimo, violento, atque tyranno, cuius propter ſpolia & truculentiam execrabantur Principatum, ſe liberatos eſſe. Vnde collationem ſe argenti vltro facturos diſponebant: quadringentos aureos *Matthia Hungaria* Regi, quo citius ex ſua ditione deciderent, ſoluturi.

1478.

Pace firmata exercitus Wladulai Bohemia Regis pabulationem & vaſtationẽ prohibere ſatagens, à gentibus Matthia Regis Hungaria in Pilzno præſidium tenentibus profligatur.

Sub hoc tempore, *Wladulai Bohemia* Regis exercitus cuius *Burzian* Baro Capitaneus erat, apud monaſterium *Thoczischow* agens, a gentibus *Matthia Hungaria* Regis, in *Pilſzno* præſidium tenentibus, cuius *Plankyberk Auſtmlu* erat Capitaneus, dum pabulationes conaretur & incendia ac populationes prohibere, contritus eſt, & magna clade obrutus. Et quadringentis occiſis, octingenti in manus hoſtiles cum equis & ſpoliis viui venere. Aliud quoque accidens, æque malum ſuperuenit. *Varadienſis* enim Epiſcopus *Ioannes*, & *Stephanus Tranſyluanienſis* Voieuoda, habendo in ſuo comitatu *Hinconem* Ducem *Monſterbergenſem*, confecta pace, in *Kadan* oppidum *Bohemia*, ex *Olomuncz* ad limina quatuordecim Adiutorum, qui ibidem feruntur clareſcere miraculis, deſcenderant, abinde

Et Hungarici Nuncii, dum ſacramentũ ab hæreticis Praga confectum honorare detrectant, à vulgo inſtigatione ſacerdotum animato violantur. Ob id itaque pace reiecta, in bellum Rex Hungaria ſpectare cœpit.

Pragam reuerſi, dum familiares eorum ſacramentum, ab hæreticis confectum, tunc proceſſionaliter conductum, honorare detrectant, animantibus ſacerdotibus populum commonem, plerique ex *Hungaris* violati ſunt. Et *Varadienſis* Epiſcopus *Ioannes*, & *Tranſyluanienſis* Voieuoda *Stephanus*, niſi celeriter Dux *Hinco* accurriſſet cum ciuibus de *noua Praga*, omnes ad vnum fuiſſent turpiter occiſi. Hanc nouitatem Rex *Bohemia Wladulaus* moleſte ferens, Nuncios *Matthia Hungaria* Regis, ad ſe in *Kutnos* montes venientes, plurimum honoratos & muneratos, de iniuriis eis illatis placauit. Mouerunt hi duo caſus *Matthiam Hungaria* Regem ſecereque elatum. *Henricus* quoque *Monſterbergenſis* Dux, cum Conciliator pacis eſſet, illum aſſiduis inſuſurrationibus ad bellum incendebat: timens in pace ſuam æſtimationem diminutum iri: non fauente fortuna *Bohemis* de pace, & iuſtiſſimo Deo oſtendente, quod nondum fuerant facinora *Bohemorum*, plures errores practicantium, abſterſa. Itaque pace reiecta, pro qua reintegranda *Rudolphus* Epiſcopus *Wratislauienſis*, quamuis homo ſenex & decrepitus, ab vniuerſis Ciuibus *Wratislauienſibus* rogatus & inſtigatus, iterum ſe *Budam* ad *Matthiam Hungaria* Regem inexorabilem fatigauerat, bellum ex integro reſumi cœptum eſt, & ipſe *Matthias Hungaria* Rex, per publicas ſuas literas, *Wratislauienſi* Epiſcopo, & Capitaneo, ac Ciuibus, cæterisque ſuis officialibus ſcriptas, inſtigante ad id illum fratre *Gabriele* de *Verona*, Epiſcopo *Agrienſe*, nuper in Cardinalem promoto, omnem concluſionem pacis reuocauit: aſſerens tractatores illius, vel potius fingens, nullum à ſe mandatum, ad concludendam illam, habuiſſe. Sed neque abſque ſcientia Papæ, & ſui Legati, fratris *Gabrielis* Cardinalis, & Epiſcopi *Agrienſis*, deducebat ſe in pacem quamlibet poſſe conſentire: indignatione magna ardens, quod per conditiones illius pacis *Wladulaus Bohemia* Rex verus & legitimus declarabatur.

In-

1478.

Venenatores in Caſimirum Regem Poloniæ Matthias Rex Hungariæ ſubornat.

Inſimulabat inſuper ipſe *Matthias Hungariæ* Rex, virum innocentem & ſimplicem, *Poloniæ* Regem *Caſimirum*, quaſi illum veneno extinguere conatus fuiſſet. Quapropter ipſe *Caſimirus Poloniæ* Rex per vnum ex Conſularibus viris de *Wratislauia* fuit ſecrete auiſatus, vt ſibi a duobus venenatoribus, per *Matthiam Hungariæ* Regem clandeſtine in Curiam ſuam, videlicet a *Byemaskone Auſtrali*, & *Nerbergo*, natione *Nurembergenſi*, ſubmiſſis, pro omni loco, die & tempore ac momento caueat.

Iterum de pace intermiſſa, aliis conditionibus inter Matthiam Hungariæ Regem Bohemiam per præſidium ſuum in Pilzno locatum vaſtantem, & inter Wladislaum Regem Bohemiæ conuenit.

In *Bohemia* autem per præſidium apud *Pilzno* locatum extendebantur populationes, flammæ, & incendia, late & paſſim, nemine reſiſtentiam opponente, donec a *Wladislao Bohemiæ* Rege tractatores pacis, & pro parte *Matthiæ Hungariæ* Regis, datos, *Matthiam Hungariæ* Regem frequentibus probris & conuiciis de violatione fœderum carpentibus, pax inter Reges, & Regna, primum ad feſtum ſancti *Iacobi* Apoſtoli, & exinde ad feſtum S. *Michaëlis* Archangeli, ſtabilita eſt, & varii tractatus ad formandam pacem interpoſiti. Quæ tandem enncluſa, & literis vtriusque Regis firmata eſt, ſub his enndirionibus. *Vt vterque ſe Bohemiæ Regem ſcribat. Apud Wladislaum vniuerſa Bohemia integre, & Electoriatus, & Epiſcopatus Olomuncenſis, & Marſzalcatus, apud Matthiam vero, Morauia, Sleſia & Luſatia & ſex ciuitates remaneant. Si prius Matthias diem obierit, Wladislaus teneatur Regno Hungariæ quadringenta millia florenorum ſoluere, & Morauiam, Sleſiam, Luſatiam rehabere, & hæres perpetuus Regni Bohemiæ exiſtere. Si vero pignore non ſuſcepto exceſſerit, Matthias in Regnum Bohemiæ ſuccedet & Regnum Bohemiæ erit liberum a quadringentorum millium florenorum ſolutione.*

Tributum a ſuis Caſimirus Rex Poloniæ ægre exigit,

In feſto Pentecoſtes, quod celebrabatur decima die menſis Maii, acta eſt conuentio generalis apud *Piotrcouiam*. Ad quam cum Conſiliarii aduenissent, poſt multos & varios tractatus, *Caſimirus Poloniæ* Rex, fertones ſibi ab vniuerſo Regno, ad neceſſitates impendentes, expediendas, ſolui ægre in eum annum obtinuit, in quo adhuc annonæ vilitas continue aſcendebat. Item ad multiplicem inſtantiam Barnnum *maioris Poloniæ* decretum eſt, vt fodina ſalis, ad cohibendum importationem Salis *Miſnenſis*, ſiue *Saxonici*, in *maiori Polonia*, apud villam ſiue locum, qui *Pinka* dicitur, aperiretur, & regimen illius ſub vno perpetuis temporibus Zuppario *Cracouienſi* conſiſteret, ne vna alteram abſorberet. *Wladislao Bohemiæ* Regi, Nunciis ſuis flagitantibus, decem millia florenorum, in ſuffragium contra hoſtes miſſa ſunt.

& decem millia florenorum Wladislao Regi Bohemiæ in auxilium contra hoſtes mittit.

Ad Pontificem Romanum Caſimirus Rex Nuncium mittit: accuſatnrum Apoſtolicum Legatum, quod ſe vt hæreſis fautorem, Wladislaum vero Bohemiæ Regem vt hæreticum excommunicatum declarauit.

Ad ſummum Pontificem *Sixtum* qoartum, *Ioannes Golubski* Decretorum Doctor, Canonicus *Poſnanienſis*, de inſania & inſolentia *Balthaſaris* de *Piſcia*, Nuncii ſui, apud *Wratislauiam* reſidentis, quod *Wladislaum Bohemiæ* Regem, vt hæreticum, *Caſimirum* vero *Poloniæ* Regem, vt ſautorem hæreſis, & omnes ſautores eorum, excommunicatos & interdictos, publicis, & ſtultis ſuis denunciaret proceſſibus, queſturus, & ultionem expoſtulaturus. Rogaturus quoque *Sixtum* Papam, quatenus prouiſiones, & collatinnes beneficiorum, & cathedralium Eccleſiarum, ad inſtar & formam decretorum Concilii *Baſilienſis*, reſtringeret. Iuſta quidem petitio, ſed intempeſtiua: tenues habitura profectus.

Eliſabeth Regina Poloniæ duodecimam prolem, filiam vero ſextam Barbaram Caſimiro Regi parit.

Ex *Pyotrcouia Caſimirus Poloniæ* Rex diſcedens, in *Radom*, vbi illum *Eliſabeth* Regina opperiebatur, proceſſit. Et aliquot hebdomadis illic commoratus, *Sandomiriam* venit. Vbi illo immorante, *Eliſabeth* Regina, quindecima die menſis Iulii, vterum grauidatum ſoluens, filiam ſextam, ptolem vero duodecimam, æquatura filias maribus, enixa eſt. Quæ a *Ioanne Rzeſchowski* Epiſcopo *Wratislauienſe*, in eccleſia ſanctæ *Mariæ Sandomirienſi* baptiſata, *Barbara* nomen accepit. Diebus autem purgationis exactis, *Caſimirus Poloniæ* Rex ex *Sandomiria*, Sabbato aote feſtum Natiuitatis ſanctæ *Mariæ* Virginis, egreſſus, *nouam ciuitatem Korczin* tranſiit. Vbi publicarum rerum expeditioni vacans, vsque ad duos menſes manſit.

Magiſter Pruſſiæ, hoſtis Caſimiro Poloniæ Regi ex profeſſo

Pruſſiæ recens Magiſter *Martinus Trukſes*, totus iam cum ordine ſun in rebellionem & bellum, contra *Caſimirum* Regem, & Regnum *Poloniæ*, *Hungariæ* Rege *Matthia* nnuos & magnns ſpiritus, ſictos tamen & ſimulatos magis, quam fideles ſibi ſuggerente, proſpectans, dum ad certa loca, ſibi per *Caſimirum* Regem deſignata, ad præſtandum, tanquam nouus Magiſter, fidelitatis & homagii iuramentum, venire contempſiſſet, rebellinnisque monſtraſſet vultum, bellum quoque Regi & Regno *Poloniæ* mnueodum clandeſtioe cum fratribus Ordinis (cum omnes ſubditi ſui, tam militares, quam ciues, magnopere illud execrabantur) decoquebatur. Vnde & duas Ciuitates in terra *Chelmenſi*, videlicet *Brodniczam*, & *Chelm*, & arcem veterem, quæ regiæ ditionis erant, datis pecuniis *Ioanni Schumborski*, fratri *Bernardi*, & eius ſatellitibus, quas ſe aſſerebant ſub tempore belli meruiſſe, quas ſe *Caſimirus Poloniæ* Rex offerebat daturum, & quarum nobilem portionem præſatus *Ioannes Schumborski*, ſexingentos videlicet florenos, a *Caſimiro* Rege mendax & ganeo acceperat, inique occupauit: opportuna iam loca, pro inferendo *Caſimiro* Regi & ſuis bello, habiturus. In campumque cum iuſto exercitu, in quo tamen maior pars agreſtium erat, ſub tempore, de qun inter ipſum & *Matthiam Hungariæ* Regem conuenerat, proceſſit, & pluribus diebus circa *Oſtherod* ſtatiua tenuit: Sed cum a *Matthia Hungariæ* Rege ſe vidiſſet deluſum, qui nec vnum pedeſtrem in eius auxilium miſit, ſed intra *Budam*,

Brodniczam & Chelm datis Ioanni Schumborski pecuniis, olim belli tempore meritis, quarum partem non contemnendam a Caſimiro Rege acceperat, & aciem in campum fruſtra educit: dum promiſſum a Matthia Rege

1478.

Hungariæ auxilium nullum adeſſet.

dam, ſolatiis & choreis vacans, ac crapulis ſe cootinuit, cum magno rubore, & ignominia, campum ſoluere, & in tecta redire, cum ſuis A omnibus, compulſus eſt. Omoeſque ſuæ gentes, quas io præfatis locis poſuerat, dilapſæ ſuga, eo tamen propoſito, vt auxilio *Hungariæ* Regis *Matthiæ* adneniente campum reſumeret. Tanta fiducia, ſiue verius pompa, fretus, vt gloriaretur ſe, ſacili impendio, abſque gladio & armis, omnes terras ſibi abſtractas reſumpturum. Ponebatque maximam ſpem, non ſolum in *Matthiæ Hungariæ* Regis præſidio, ſed etiam in aliquarum ciuitatum fictili pollicitatione, quas ad ſe ſperabat moto bello extemplo deſecturas, & in Principibus, Proceribusque *Almaniæ*, qui ſe in eius auxilium, moto quam primum bello, pollicebantur venturos.

Familia de Pacis, ægre ferens domum de Medicis longo tempore Florentiæ gubernaculis præſidere, conſpiratione facta, in eam in eccleſia Diuinis intentam, irruit.

Die Solis vigeſima ſexta Menſis Aprilis, apud *Florentinam* Ciuitatem, domus & factio de *Pacis*, cuius Principes & capita eraot *Franciſcus* & *Iacobus* de *Pacis*, grauiter & iniquo ſerentes animo, alteram factionem de *Medicis*, cuius *Laurentius* & *Iulianus*, fratres germani, erant Duces, longo tempore in *Florentia* habere dominatum, contra illam conſpirant, & fulti auxilio *Hieronymi* Comitis, *Sixti* quarti tunc Papæ nepotis, & Cardinalis *Gabrielis* ſancti *Georgii*, ad velum aureum, filii eiusdem Comitis, & *Franciſci* Archiepiſcopi *Piſani*, in eccleſia ſub diuinis, in eos irruentes, *Iulianum* de *Medicis*, vno ictu interimunt, *Laurentius* al- C ter de *Medicis*, ſamiliari eius ipſum brachio proregente, graui vulnere accepto, ægre ſaluatus eſt.

Ob idque in ſeditione Archiepiſcopus Piſanus ſuſpenditur, & præcipitatus ex Prætorio fruſtatim conciditur, factioque de Pacis, ac multi alii inſignes, aut occiduntur, aut captiuantur.

Archiepiſcopus *Piſanus Franciſcus* parti ſuæ ſubuenturus, ad Prætorium accurrens, octo ciuitatis Præſides, illie conſiſtentes, aut capere aut occidere nitebatur. Sed communitate tumultuante, & in factione domus de *Pacis*, & auxiliariorum eius, inter quos & *Iacobus Poggii*, Oratoris ſamoſi filius, Orator & ipſe non vulgaris computabatur, magna ira excandeſcente, capitur Archiepiſcopus *Piſanus*, & facinos ſnum ore & propria apodixa confeſſus, ſuſpenditur, & ex prætorio præcipitatur, in parteſque conciditur minutas. Ambo fratres *Franciſcus* & *Iacobus* de *Pacis*, & alii prope trecenti, qui cum illis con- D ſpirauerant, occiduntur. Cardinalis *Gabriel* capriuatur, & in carcerem truditur, ſeditio maxima paſſim in ſingulos, qui erant de ſactione *Pacis*, exercetur. Poſt plurimos conatus, Cardinalis *Gabriel* cum magna difficultate dimiſſus, *Romam* rediit. *Sixtus* Papa, in quem huius cladis omois congerebatur culpa, terribiliſſimas contra *Florentiam* fulminat cenſuras, & pœnas, ob necem *Franciſci* Archiepiſcopi *Piſani*, & ſupponit illam interdicto, & *Laurentium* de *Medicis* inhabilitat & priuat omni honore, vſque in quartam generationem.

Vnde ciuile bellum in vniuerſa Italia ortum.

Oritur ab hoc ingens bellum, & vniuerſa *Italia* io propria viſcera arma conuertit, ciuileſque, ſtridente ſuneſto Marte, aguntur clades. Summus enim Pontifex *Sixtus* Reges, *Napuliæ Ferdinandum*, *Hungariæ Matthiam*, & *Senenſium* commune, *Florentini*, *Franciæ* Regem, *Venetos*, Ducem *Mediolanenſem*, *Bononienſem* in ſuam ſocietatem aſciſcunt. Frequentes inter partes interponuntur particulares conflictus, & vilipenſis cenſuris, maximæ in Papam correptiones congerebantur. 1478.

Turcorum Cæſar Mahumeth opportunitatem temporis ex bello Italico nactus, ingenti exercitu in Carinthiam miſſo, eam miſera clade & captiuorum abductione affligit: nemine opitulante.

Cladibus & bellis ciuilibus, quæ in *Italia* gerebantur, Cæſar *Turcorum Mahumeth* exhilaratus, tempus opportunum ſibi præbitum oon negligendum ratus, ingentem exercitum, circa feſtum ſancti *Laurentii*, ex *Boſſna* in *Carinthiam* transmittit. Qui, oullo obſtaculo offenſus, omnem *Carinthiam* ab oppido *Malburgetha*, vſque ad ſVillacum, & prope *Hracz*, B celeriter transcurrens, cædibus, incendiis, rapinis & captiuitate barbarica, cuncta fœdauit, Et prope *Salczburgam* graſſatus, cum ad fluuium *Drauua* perueniſſet, mille trecentos homines, reſiſtentiam illi pro ponte ſacientes, occidit. Et niſi pons diſruptus, & *Drauua* vndis inflatus impediuiſſet, in vlteriora multo proceſſiſſet. Neque enim clauſuræ Alpium, neque concaua Piciarum, illis obſtabant. Quo factum eſt, vt magna multitudo captiuorum a *Turcis*, in perpetuam ſeruitutem tunc fuit nemine ferente opem, & terrore maximo animos ſingulorum occupante, depulſa.

Thartari oppidum Braczlau ſpoliatum incendunt, Podoliam inuaſuri niſi Spitko de Iaroslau Leopolienſis, & Ioannes Odrowaſz Podoliæ, Palatini, exercitu collecto obſtitiſſent.

Thartarorum ſub idem tempus exercitus, C famem ſuam & inediam, quæ in eorum regione plurimum inualuerat, ſedaturus, ad fines *Podoliæ* perueniens, terras *Podoliæ* inuadere moliebatur. Sed comperto, quod *Polonorum* exercitus, ex omnibus *Ruſſiæ* terris collectus, ſub ductu *Spithkonis* de *Iaroslavv Leopolienſis*, & *Ioannis Odravvaſz Podoliæ*, Palatinorum, conſiſtens, eorum opperiebatur aduentum, dimicare cum illis paratus, retroceſſit, & reditum ſimulans, in atra ſylua recondidit. Poſtquam vero ſenſit *Polonicum* ad propria dilapſum eſſe, ex ſaltu, in quo per dies plures delituerat, clandeſtine egreſſus, ad oppidum *Braczlavv*, quod tunc a Duce *Czartoriyski* tenebatur, nocte peruenit, & illud, in arcem diffugienribus oppidanis, ſpoliauit & incendit, regionemque il- D lam circumquaque ſpoliis, & incendiis, & captiuitate mortalium affecit, parumque abſuit, quin & arcem in *Braczlavv* caperent.

Caſimirus Poloniæ Rex, exercitu in Pruſſiam miſſo, contra Nicolaum Thungen, occupare Epiſcopatum Varmienſem nitentem

Euidentibus ſignis, rebellionem contra iusiurandum & fœdus ſancitum *Martino Threslav*, *Pruſſiæ* Magiſtro, cum ordine ſuo maturaore, & *Matthiam Hungariæ* Regem io ſuam protectionem pelliceote, *Caſimirus Poloniæ* Rex id iotelligens, exercitu de mercenariis militibus comparato, in *Pruſſiam* ſub ductu *Ioannis Byali*, & *Ioannis Zieliezinski*, ad conterendum contumaciam *Nicolai Thungen*, qui *Varmienſem* occupabat Epiſcopatum, mandaos, ne Magiſtro *Pruſſiæ*, & eius terris, aliquam vim inferreot, transmittit. At Magiſter *Pruſſiæ* ſuccurren-

Google

1478. rendum *Nicolao Thungen* ratus, in campum cum ſuis, & *Nicolao Thungen* egreditur pugnaturus. Sed cum *Ioannes Byali* celeriter procedens, vellet cum eo manum conſerere, ipſe diſſoluto exercitu, cuius maior pars ex agreſtibus erat, & veritus ſuam & ſuorum cladem, nec videns, auxilia ſibi per *Matthiam Hungariæ* Regem pollicita, procedere, in arces refugit, Epiſcopatusque *Varmienſis* igne & gladio vaſtabatur. Mittit & *Caſimirus Poloniæ* Rex, *Stanislaum Vatrobka* de *Strzelcze*, Palatinum *Belzenſem*, ad *Matthiam Hungariæ* Regem, hortans, *ne contra fœdus Poloniæ & Hungariæ Regnorum, dudum ictum, & recenter innouatum, de Principe & Conſiliario Regni Poloniæ & terris Pruſſiæ, ſe intromittat. Non minus enim Caſimiro Poloniæ Regi Pruſſiam, quam Cracouiam, curæ eſſe.* At Rex *Hungariæ Matthias*, ſpiritu elato reſpondit, *Non eſſe honeſtum ſibi confœderatos ſuos* (Magiſtrum *Pruſſiæ* notans & *Nicolaum Thungen*) *relinquere.* Rogareque *Poloniæ* Regem *Caſimirum*, per *Wladislaum, antiquæ Budæ* Præpoſitum, cœpit, *vt ſi pacis auidus ſit, bellum Prutbenicum interrumpat. Daturum ſe congruos modos, quibus nullatenus ſe teneri fœdere, Magiſtro Pruſſiæ in ſcripto doceat, & Magiſtrum & ordinem, ad obedientiam Poloniæ Regis reuerti, cogat.* Hanc quoque viam *Poloniæ* Rex *Caſimirus* experturus, alios Nuncios, *Ioannem* videlicet *Dlugoſch*, Canonicum *Cracouienſem* & *Stanislaum Marſzalkowicz*, ad illum deſtinat, non abnuens *ſe à Pruſſia amoturum bellum, ſi modos illos ſynceros cognouerit: cum gentes Hungariæ Regis, pro comperto habeat, Sleſiam, ſub ductu Zielyoni ingreſſos eſſe, ſub ſpecie ferendi auxilii Ioanni Duci Zeganenſi, contra Albertum Marchionem Brandeburgenſem, facilius exinde, & cumulatiori Marte, in Pruſſiam traiecturas. Reſponſionemque ſuam Palatino Vatrobcze datam, contrario facto variaſſe.* Qui cum *Matthiam Hungariæ* Regem apud *Budam* non offendiſſent, in *Viſchegrado* illum conueniunt. Quorum legatione audita, negat *ſe Hungariæ Rex modos ſcire, aut id Poloniæ Regi intimaſſe, quibus Magiſtrum Pruſſiæ, ordinemque, & Nicolaum Thungen, Regi Caſimiro conciliaret, nec licere ſibi Magiſtrum Pruſſiæ, & Ordinem, & Thungen relinquere: etiamſi ſibi de Pannonico Regno excedendum foret: quorum, mandante ſede Apoſtolica,* aſſerebat *ſe ſuſcepiſſe curam.* Deluſos ſe & Regem *Poloniæ Caſimirum*, Nuncii *Polonici*, per Oratorem *Matthiæ* Regis *Hungariæ*, *Wladislaum* Præpoſitum *antiquæ Budæ*, intelligentes, quid vltra agerent, quo gradum verterent, non habebant. Compertum habebant, præfatum *Matthiam Hungariæ* Regem, quatuor exercitus, inuaſuros *Poloniæ*

Matthiæ Hungariæ Regi per Nuncios denunciat, nequid admittat contrarium ictis fœderibus.

Cuius hoſtilem animum erga Regem

Regnum ferro & igne, in quatuor partibus ordinaſſe, & quatuor illis Duces, videlicet A *Victorinum* Ducem *Monſterbergenſem*, filium *Georgii Foſdzyebraczki*, *Ioannem Byelik*, *Ioannem Sroczinski* & *Tvarczi Thomam Hungarum* præfeciſſe, ſtareque in armis paratos, ad Regnum *Poloniæ* irrumpendum. Quintum, de ſeptem millibus armatorum, cuius *Zielyoni Bohemus* erat Ductor, vt *Pomeraniam* & *Pruſſiam*, quacunque via & arte poſſet, irrumpat, & Magiſtrum *Pruſſiæ*, & Ordinem, atque *Thungen* tueatur, & vt terras *Pomeraniæ*, reſtituat, mandaſſe. Qualificatione itaque rerum & ſtatu, & ſui Regis conditione, & temporis ratione penſata, impendens periculum à patria auerſuri, cum *Matthia Pannonico* Rege, pactum conficiB unt, non tam pulchrum, quam neceſſarium, *vt videlicet recedatur vtrobique, vsque ad feſtum Purificationis ſanctæ Mariæ, ab armis, & pro die illa agatur in Olomuncz Diata, in qua per Reges Hungariæ & Bohemiæ & eorum Conſiliarios Poloniæque Regis, illuc mittendos, tractetur benigna vtrorumque reconciliatio, & iuſtus, vel ſaltem æquus finis, differentiæ rerum imponatur. Arces & loca in Epiſcopatu Varmienſi, armis quæſita, Poloniæ Rex, intra inducias, cum ſuis pertinentiis, teneat. Coacta ad homagium in libertatem ſoluat. Gentibus ſuis Epiſcopatum Varmienſem, relictis tamen quæ pro tuitione caſtrorum, ab eo quæſitorum, ſufficiant, exar*C*met.* Moleſtæ erant hæ induciarum conditiones, & *Caſimiro Poloniæ* Regi, & ſuis: minus tamen Regi, quam Conſiliariis. Carpebantque ſermonibus Nuncios, quod in illas conſenſerant conditiones, parum attendentes, quod bellum in *Pruſſia*, ob ærarii Regii defectum, amplius trahi, militibus diſceſſum facientibus, non poterat, nec facile arces, & ciuitates Epiſcopatus *Varmienſis*, arte & natura munitæ, conquiri. Paritum eſt in omnibus fere concluſionibus, per Nuncios *Poloniæ* Regis *Caſimiri*, cum *Matthia Hungariæ* Rege ictis, & Magiſter *Pruſſiæ* & Ordo, non impetebatur bello, *Varmienſis* tamen Epiſcopatus, & bello quatie D batur & armis, & aliquot arces & loca ſub *Thungen* conquiſita, Magiſter *Pruſſiæ Martinus*, & *Nicolaus Thungen*, bellum formidabilius veriti (iam enim copias *Matthiæ* Regis *Hungariæ*, quas *Zielioni* ducebat, ipſis auxilia laturas, à *Ioanne* Marchione *Brandeburgenſe* vsque ad internitionem bis contritas ſenſerant) tractare de pacis conditionibus, aut æquis aut tolerabilibus, cum *Sbigneo* Epiſcopo *Wladislauienſe*, *Paulo Iaſzyenski*, Regni *Poloniæ* Vicetheſaurario, & *Petro Dunin*, Caſtellano *Siradienſi*, & Capitaneo *Marienburgenſe*, Præfectis Regis, cœperant. A quo officio illos fœdus, cum *Matthia Hungariæ* Re-

1478.

& Regnum Poloniæ cum agnouiſſent,

iniuſſu Caſimiri Regis, cum illo fœdus neceſſarium, licet minus honeſtum ad diem certum feriunt.

1478.

Rege per Nuncios *Caſimiri Poloniæ* Regis ictum auertit: veritos, ne *Hungariæ* Regis contra ſe accederent indignationem.

Vincentius Kielbaſka Epiſcopus Culmenſis, & Eccleſiæ Pomeſanienſis ſeu Quidzinenſis perpetuus Adminiſtrator, moritur, & in eccleſia Culmenſi ſepelitur.

Die Iouis duodecima menſis Nouembris, *Vincentius Kielbaſſa*, Epiſcopus *Culmenſis* & Eccleſiæ *Pomeſanienſis*, alias *Quidzinenſis*, perpetuus Adminiſtrator, cum annis decem, menſibus ſeptem, diebus quatuor, in ſede Pontificali *Culmenſi* ſediſſet, & plurima illius & *Varmienſis* Eccleſiæ nobilia clenodia, viuendo liberali & magnifico ſumptu, diſtraxiſſet, apud *Lubawa*, Caſtrum Eccleſiæ, morbo paralytico abſumptus, moritur & in Eccleſia *Culmenſe*, quindecima die menſis eiuſdem ſepelitur. Vir nobilis, de Domo & familia *Nałecz*, ſtaturæ iuſtæ, pilo glauco, parum ſubrufus, ex patre *Petka*, alias *Fulcone*, & Matre *Margaretha*, ortus.

1479.

Caſimirus Rex

Solennitatum natalicii Chriſti dies, cum *Caſimirus Poloniæ* Rex apud Eccleſiam *Cracouienſem*, cum conſorte ſua *Eliſabeth* Regina, exegiſſet, feria tertia inter octauas Epiphaniarum, quæ fuit duodecima dies menſis Ianuarii, *Cracoviæ* egreſſus, ad tenendam conuentionem generalem *Piotrconienſem*, pro octaua Epiphaniarum, quæ fuit tredecima Ianuarii, tardiuſcule per *Miechow*, *Andrzeiow* & *Przedborz* iuit. Vbi illi Regis *Hungariæ Matthiæ* Nuncius *Iaroslaus Czarnoborski* allatus eſt. Petens, *vt Diatam pro feſto Purificationis ſanctæ Mariæ virginis, apud Olomuncz indictam, in diem ſecundam menſis Maii diſferret*, obſecrans inſuper, *vt illi perſonaliter dignetur intereſſe: multas commoditates & profectus, ex ſua perſonali præſentia, & ſibi Regnoque ſuo Poloniæ, filioque ſuo Wladislao Bohemiæ Regi, ſed & facilem pacis Pruthenicam reformationem, effecturus. Dando etiam illi facultatem, vt ſi locus & dies parum grata Regi Poloniæ forent, pro ſuo libito, quæ conducerent, eligeret. Interim quoque bellum Pruſſiæ cum Thungen actum ſuſpenderet.* Et quamuis ſuſpenſio grauis & diſpendioſa nonnullis Conſiliariis videretur, habendo tamen reſpectum ad munificas conditiones, ad quas ſe *Pannonicus* Rex *Matthias*, & per *Ioannem Dlugoſch*, Canonicum *Cracouienſem*, & *Stanislaum Marſzalcovicz*, priores Nuncios Regios, & per *Stanislaum Czarnoborski*, exhibebat, miſſis ad *Matthiam Hungariæ* Regem Nunciis, videlicet *Raphaële Iaroslawski*, Regni *Poloniæ* Marſchalco, *Paulo Iaſſyenski*, Regni *Poloniæ* Vicetheſaurario, & *Andrea Roſa*, Præpoſito *Lancicienſi*, denunciat *gratum ſibi eſſe ſuam amiciſſimam oblationem, nec recuſare conuentum, ſi foret neceſſarius. Magiſtro vero Pruſſiæ omnem culpam ſuam, quamuis grandem, ignoſciturum, & Nicolao Thungen alium Epiſcopatum daturum, Regis Hungariæ contemplatione.* Et filia *Zophia* virgine, quæ ſecum ſexingentorum equorum A comitiuam de Baronibus & militibus habebat, quorum *Andreas Oporowski Varmienſis* Epiſcopus, *Matthias* de *Dmoszin*, Palatinus *Lancicienſis*, & Capitaneus *maioris Poloniæ*, *Nicolaus* de *Kutbno*, Palatinus *Poſnanienſis*, *Petrus Kurozwaczki*, Marſchalcus Curiæ, *Ioannes Sapienski*, Magiſter Curiæ, *Ioannes Laka* Vicetheſaurarius, *Ianuſſius Dlugoſch*, Magiſter coquinæ, *Ioannes Wronowski* ſobpincerna, erant principales, in *Francfordia*, cum ſplendido apparatu (dudum enim illam *Frederico*, filio iuniori *Ioannis* Marchionis *Brandeburgenſis* deſponſauerat) transmiſſa, ipſe de *Piotreonia*, omnibus negociis publicis expeditis, egreſſus *Lanciciam*, cum *Eliſabeth* Regi- B na conſorte ſua diuertit. Poſtea vero Diætæ, apud *Colo* habitæ, interfuit. Vbi iuxta, ac in cæteris Diætis, particulariter habitis, Ciſſa illi ab omnibus ciuitatibus Regiis, Eccleſiaſticis & Militarium decreta eſt. Ex *Colo* in *Radom*, abinde vero in *Lublin*, *Brzeſczye*, & poſtea in *Lithuaniam* proceſſit. Apud *Francfordiam* virginis *Zophia* Regiæ filiæ, nuptiæ in magna egeſtate, die Solis, quarta decima menſis Februarii, actæ, adeo, vt Aulicis Regiis nulla darentur victualia, & Regii Conſiliarii, atque milites, cæterique officiales Regii, qui cum nona ſponſa aduenerant, tenuibus, & pene nullis honorati donis.

Diata, per Nuncium Matthiæ Hungariæ Regis nomine petita, in Olomuncz tenenda

aſſentit.

Czyſſaque in Regno ſuo Poloniæ indicta, filiam Zophiam Frederico Marchioni Brandeburgenſi deſponſatam Francfordiam mittit. Vbi in egeſtate nimia, & inopia rerum Fredericus nuptias celebrat.

C Die Martis, quarta menſis Ianuarii, *Andreas Bninski*, cum annis duobus & quadraginta, menſibus ſex, in Sede *Poſnanienſi* vixiſſet, plenus operibus bonis, & eleemoſynis, cum magno Cleri & populi *Poſnanienſis* deſiderio moritur, apud *Poſnaniam*, non aliqua quaſſatus ægritudine, ſed naturali quiete & ſomno abſumptus, & in Eccleſia *Poſnanienſi*, in capella S. *Andreæ*, quam ipſe, ab aliis fabricatam, inſigni ſuppellectili & dote ornauerat, ſub vrna ærea ſepelitur.

Andreas Bninski Poſnanienſis Epiſcopus vir pius, magno omnium deſiderio Poſnaniæ moritur & ſepelitur.

Secutus eſt *Andream Bninski*, Epiſcopum *Poſnanienſem*, *Paulus Grabowski Chelmenſis* Epiſcopus, decima octaua die menſis Februa- D rii, apud *Skyerbieſchow* oppidum Epiſcopale, dolore calculi, cuius frequenti vexatione torquebatur, mortuus, & in Eccleſia ſua *Chelmenſi* ſepultus, cum annis quatuordecim, menſibus ſeptem, in ea ſediſſet. Vir humanus & frugi, ſtaturæ mediocris, caluiciatum habens caput, expendere plura, quam potis erat, ſolitus. Singulos fere mortales *Polonoa* ſtirpe ſibi & cognatione coniunctos aſtruebat. In ſumptus profuſus plus, quam ſorti ſuæ & conduceret, & conueniret.

Paulus Grabowski Epiſcopus Chelmenſis Poloniæ amiciſſimus calculo moritur & in eccleſia Chelmenſi ſepelitur.

Non ſecuta conuentione *Olomuncenſi*, pro feſto Purificationis ſanctæ *Mariæ* Virginis, in-

Dum tempore elapſo,

1479.

Diata Olomuncenſi conſtituto, gentes Caſimiri Regis omnes arces & Ciuitates Epiſcopatus Varmienſis, præter Elsberg, conquiſiſſent, & Elsberg, in quo Thuugen Nicolaus fuerat, obſediſſent. Matthias Rex, quo minus ferret Thungen auxiliũ a Turco Hungariam vaſtante impeditur.

inter *Caſimirum Poloniæ*, *Matthiam Hungariæ*, & *Wladislaum Bohemiæ*, Reges, ad concordandum conſtituta, bellum nihilominus a gentibus *Caſimiri Poloniæ* Regis, contra *Nicolaum Thungen*, in Epiſcopatu *Varmienſi* continuabatur. Feſto Purificationis elapſo, vt fœderi, cum *Matthia Hungariæ* Rege concluſo, ſatisfieret. Interim vero totus ille Epiſcopatus per ignem, & prædas, deſolatus eſt, & omnes ciuitates eius & arces, per gentes Regias, conquiſitæ, & in poteſtatem Regiam redactæ, præter caſtrum & ciuitatem *Elsberg*, quæ & ipſa a Regio exercitu, ab vtraque parte Ciuitatis, obſidebatur. Moleſta erat *Matthiæ* Regi *Hungariæ* hæc obſeſſio, iam enim res pene ad euerſionem, & conquiſitionem, Caſtri & ciuitatis peruenerat. Rex quoque *Hungariæ Matthias*, cum omni conatu, & ſtudio, conabatur *Pruſſiæ* Magiſtro & ordiui, & *Nicolao Thungen*, tanquam iuſſus a ſummo Pontifice ſubuenire, & gentes Regias ex campo depellere. *Turcus* tamen illi obſtabat, qui Regnum *Hungariæ* vexabat frequenti vaſtatione.

Italia, Papa authore, & interno & externo ferue bello, adeo vt Veneti cogantur, Turco Scutaliam Ciuitatem inſignem, cũ aliis finitimis Ciuitatibus, pacto dare.

Italiæ quoque Principes mutuo gladio ſe collidebant: huius colliſionis *Sixtus* Papa erat vertex & princeps, quem adiuuabant *Ferdinandus Napuliæ*, & *Matthias Hungariæ*, Reges, & *Senenſium* communitas. Pars autem altera erat *Florentinorum* & *Venetorum*, contra quos Papa *Sixtus* inutile agebat bellum, hos adiuuabat Rex *Franciæ* & Dux *Mediolani*, & multa mala regio *Italiæ* tunc tolerabat, adeo, vt *Veneti* cogerentur cum *Turcis* ſub iniquis conditionibus pacem inire, & ciuitatem *Scutaliam* inſignem, quam tanto tempore, non ſine clade maxima *Turcorum*, defenderant, cum aliis aliquot ciuitatibus cometaneis, pacto & fœdere *Turcis* dare.

Magiſtro & Ordini ac Nicolao Thungen Matthias Hungariæ Rex a Caſimiro Rege inducias obtinet,

Miſſis aliquot Nunciis ſpecialibus, *Matthias Hungariæ* Rex, ad *Caſimirum Poloniæ* Regem, obtinuit inducias dari *Nicolao Thungen*, & Magiſtrum & Ordinem non impugnari. Quæ vt firmiora forent, miſit *Poloniæ* Rex *Caſimirus* tres Nuncios ad *Matthiam Hungariæ* Regem *Budam* vſque, videlicet *Raphaëlem* de *Iaroslaw*, Regni *Poloniæ* Marſzalcum, *Paulum Iaſſienski*, Regni *Poloniæ* Vicetheſaurarium, & *Andream Roſa*, de *Borzislauiczki*, Præpoſitum *Lancicienſem* & Canonicum *Cracouienſem*. Gratus fuit *Matthiæ* Regi *Hungariæ* eorum aduentus, grateque & fauoroſe a Rege *Hungariæ* excepti ſunt, & tractati, & Regia munificentia donati. Et poſt plures tractatus inter eos habitos, ſuffragio Prælatorum, & Baronum *Hungariæ* accedente, qui bellum illud inter Reges agi, moleſte ferebant, tanquam vicinos, & ſeipſos contra quoslibet hoſtes adiuuantes, ad has conditiones pacis deuenerunt, vt videlicet agatur conuentio generalis in *Siradia*, pro feſto Pen-

& conuentio ad pacem tractandam, inter Regem Caſimirum & Cruciferos Siradiæ pro Pentecoſtes feſto indictur.

tecoſtes, quod tunc cadebat in vigeſimam nonam diem menſis Maii. Ad quam *Matthias* Rex *Hungariæ* teneretur mittere duos Pontifices & ſi poſſet commode, *Gabrielem* Cardinalem Epiſcopum *Agrienſem*. Ille enim feruentior erat ad pacem componendam, propter *Italiæ* pacificationem, & duos Barones de corpore Regni. Tenebatur & Magiſter *Pruſſiæ* cum Ordine, & plena poteſtate, & *Nicolaus Thungen*, per Regnum *Hungariæ* accerſendi, venire perſonaliter, & vtriuſque Regni Prælatorum & Baronum tenerentur ambo ſtare reconciliationi, & præſertim *Nicolaus Thungen*, de quo talis facta erat concluſio, vt, vel duos Epiſcopatus, videlicet *Colmenſem* & *Pomeſanienſem*, morte domini *Vincentii Kyelbaſſæ* tunc vacantes, pro ſua contentatione ſuſciperet, & de *Varmienſi Andreæ Oporowski*, ſuo vero Pontifici, cederet: attenta totius Epiſcopatus deſolatione, vel *Caſimiro Poloniæ* Regi, omnem impenſam, ad bellum contra illum factam, ſolueret. Sub his conditionibus induciæ cum *Nicolao Thungen* initæ ſunt, & a bello ceſſatum. De obſidione quoque arcis & ciuitatis *Elsberg*, ex quibus *Nicolaus Thungen*, metu captiuitatis & proditione ductus, ad Magiſtrum *Pruſſiæ Martinum*, non habens vbi requieſceret pes eius, diffugerat.

Proceres maioris Poloniæ in Cziſſam Caſimiro Regi dandam conſentiunt.

A conuentione autem *Piotrcouienſi*, in qua conſenſus omnium Prælatorum, & Baronum *Poloniæ*, *Caſimiro* Rege petente, ad recipiendum Czyſſam in omnibus Ciuitatibus, Eccleſiaſticis, & Militaribus, ſibi fuit per Proceres *Cracouienſes* & *Ruſſiæ* præſtitus, tenuit *Caſimirus*, Rex in *Lancicia* Conuentum. Vbi etiam a Proceribus *maioris Poloniæ*, de danda Cziſſa, conſenſum obtinuit. Relicta autem *Lancicia*, iuit *Caſimirus* Rex in *Radom*, & ibi cum *Eliſabeth* Regina conſorte ſua, manſionem ſatis longam, vſque ad tempora Pentecoſtes, expediendo cauſas Regni publicas, continuabat.

Ad Diætam Siradienſem pro tractanda pace conſtitutam, Proceres conueniunt.

Feſto Pentecoſtes adueniente, Prælati & Barones *Poloniæ*, videlicet *Iacobus Gneſnenſis*, Archiepiſcopus, *Ioannes Cracouienſis*, *Sbigneus Wladislanienſis* & *Andreas Varmienſis*, Epiſcopi, *Vriel Poſnanienſis* Electus, *Iacobus* Caſtellanus & Capitaneus *Cracouienſis*, frequenſque Prælatorum & Baronum numerus, ad Diætam *Siradienſem* conuenerunt.

Vriel de Gorka Regni Poloniæ Cancellarius,

Capitulares *Poſnanienſes*, Pontifice ſuo, *Andrea* de *Buin*, orbati, *Vriele* de *Gorka*, Præpoſito *Gneſnenſe*, & *Poſnanienſe*, & Canonico *Cracouienſe*, in Adminiſtratorem aſſumpto, in Dominica Lætare, quæ fuit dies ſancti *Benedicti*, & vigeſima prima menſis Martii, ad Comitia futuri Epiſcopi *Poſnanienſis* peragenda conſtituta, in frequenti numero conſtituti, præſente *Iacobo* de *Sienno*, *Gneſnenſe* Archiepiſcopo, qui diſcordes eligentium animos, & vacillantes (plerique enim eorum, ad poſtulandum *Stanislaum* de *Kurozweki*, Regni *Poloniæ* Vi-

Iacobo de Syenno Archiepiſcopo Gneſnenſe præſente, &

1479. *voto Capitularium concordante in Epiſcopũ Poſnanienſem eligitur.*

cecancellarium animos inclinauerant) & animauit & concordauit, præfatum *Vrielem* Adminiſtratorem, & ſedis Apoſtolicæ collectorem, ac Regni *Poloniæ* Cancellarium, concorditer in Epiſcopum eligunt: nobilem de Domo *Lodzya* ex patre *Luca* de *Gorca*, Palatino *Poſnanienſe*, & Matre *Catharina*, filia *Dobrogoſtii* de *Schamotuli*, Caſtellani *Poſnanienſis*: quamuis iam fuerit dudum ante, in conuentione generali *Piotrcouienſi*, pro octaua Epiphaniarum, quæ fuit tredecima menſis Ianuarii, tenta, per *Caſimirum Poloniæ* Regem, iure ſuo Regio, in *Poſnanienſem* Epiſcopum publice deſignatus. Cui etiam Rex ipſe, ad petitionem *Lucæ* de *Gorka*, Palatini *Poſnanienſis*, parentis ſui, literas expectatiuas patentes, pro conſequendo huiuſmodi *Poſnanienſi* Epiſcopatu, ante annos aliquot, aſſerebatur conceſſiſſe. Vir gracilis, nigris oculis, ſtatura mediocri, criſpatam habens cæſariem. In conſanguineorũ promotionem procliuus, epilepſiæ, & aliis ægritudinib9 ſubiectus. Qui miſſo ad *Sixtum* Papã quartum, *Nicolao Sebaſtiani* Canonico *Poſnanienſe*, & aliis, electionẽ ſuam, die vigeſima ſexta menſes Maii, confirmari obtinuit, annoq; eodẽ per *Iacobũ* Archiepiſcopũ *Gneſnenſem* conſecratur.

Nuncios Regis Poloniæ apud Matthiam Hungariæ Regem exponunt legationem in Cruciferorũ negotio.

Oratores Regis *Poloniæ Caſimiri*, *Raphaël Iaroslawski*, Marſchalcus, *Paulus Iaſſyenski* Vicethesaurarius, & *Andreas Roſa*, *Lancicienſis* Præpoſitus, dum *Matthiam Hungariæ* Regem, apud *Budam* offendiſſent, verba legationis apud illum faciunt. Aſſerunt *non conuenire ſuo ſtatui, & conditioni, vt bellum contra amicum, & vicinum Regem, pro Cruciferorum Magiſtro, & ſubdito, & homagiali Regis, & pro Nicolao Thungen rebelli, aſſumat. Expetuntque, vt vtroque deſerto, vetuſta iura & fœdera, inter Regna facta, cuſtodiat. Hungariæ* vero Rex *Matthias*, reſpondendo legationi. Multa de non obſeruatione induciarum, & violatione *Thungen Nicolai*, & eius Epiſcopatus *Varmienſis*, queſtus eſt. Poſt multos tandem tractatus, in re ipſa habitos, concluſum eſt, *vt pro die Pentecoſtes, apud Siradiam teneatur generalis Diæta: ad quam Conſiliarii vtriuſque Regni conueniant, iniurias & Magiſtri Pruſſiæ, & Nicolai Thungen*, quas ſupra verum, ſupraque iuſtum extollebat, *aut diſcuſſuri, aut æquis conditionibus extincturi. Ad quam & Pruſſiæ Magiſter, & Nicolaus Thungen, teneantur perſonaliter aduenire: iudicium Baronum communiũ Regnorum ſubituri, & vt interim recederetur vtrobiq; ab armis.* Terruit hæc conditio *Pruſſiæ* Magiſtrum, & *Nicolaum Thungen*, & niſi militares *Pruſſiæ*, vtrumque impuliſſent, Diætæ *Matthiæ Hungariæ* Regis, nullatenus paruiſſent. Venerunt tandem ambo *Siradiam*, ſub ſaluo tamen Regio conductu, pro feſto Pentecoſtes. Vbi etiam Conſiliarii Regni *Poloniæ* plerique, Rege *Poloniæ Caſimiro* cum aliis apud *Piotrcouiam* conſiſtente, conuenerant. Rex vero *Hungariæ*

& Siradiæ conuentionẽ communium Baronum cũ eo conſtituunt ad pacẽ cum Cruciferis tractandam.

Ad quam

1479. *cum nec ipſe Hungarus veniret, nec Conſiliarios ſuos mitteret, Magiſter Pruſſiæ ab eo deluſus, ad Caſimirum Regem Poloniæ ſtudio & amore pacis peruenit;*

Matthias, dum nec ipſe veniret, valetudine ſe excuſans, nec conſiliarios mitteret, ſero facti ſui & ſtultitiæ Magiſter *Pruſſiæ* & *Nicolaus Thungen* pœnitens, ſeroque ſe a *Matthia Hungariæ* Rege ludificatum perpendens, Sabbato poſt octauas corporis Chriſti, poſt longam moram, in *Siradia* fruſtra habitam, vterque ad *Caſimirum Poloniæ* Regem *Pyotrcouiam*, aduenit: Regem *Poloniæ Caſimirum*, ſua grandi iniquitate & culpa iratum, conciliaturi. Frequens tunc numerus, circa *Poloniæ* Regem *Caſimirum*, Conſiliariorum Regni *Poloniæ* erat, videlicet *Iacobus Gneſnenſis* Archiepiſcopus, *Ioannes Rzeſchowski Cracouienſis*, *Sbigneus Wladislauienſis*, *Vriel* electus & confirmatus, *Poſnanienſis*, *Nicolaus Camenecenſis* Epiſcopi, *Iacobus* de *Dabno*, Caſtellanus & Capitaneus *Cracouienſis*, *Matthias* de *Dmoſſin*, Palatinus, & Capitaneus *Poſnanienſis*, *Ioannes* de *Tharnow Sandomirienſis*, *Spitko* de *Iaroslaw*, *Leopolienſis*, *Ioannes Zaremba*, *Caliſſienſis*, *Nicolaus* de *Kutno Lancicienſis*, *Ioannes Odrowaz Podoliæ*, Palatini, *Ioannes* de *Tharnow Woynicenſis*, *Ioannes* de *Oſtroroe Poſnanienſis*, *Dobeslaus* de *Kurozwaki Roſpergenſis*, *Andreas* de *Thaczin Sandecenſis*, *Ioannes* de *Pycza Byecenſis*, *Stanislaus* de *Schidlowietz Radomienſis*, Caſtellani, *Raphaël Iaroslawski* Marſchalcus, *Paulus* Vicetheſaurarius, *Stanislaus* de *Kurozwaki*, Vicecancellarius Regni *Poloniæ*, & plures alii. Vacabant enim tunc plures Dignitates, & ſperabant multi altiores Magiſtratus ſe tunc conſecuturos. Venerant etiam Militares, Palatini, Barones, & Ciues *Pruſſiæ*: quorum principalis erat *Nicolaus*, filius *Stiborii* de *Bayſſen*, Palatini *Marienburgenſis*, & Magiſtri ciuitatum, *Thorun*, *Elbing* & *Gdansk*. Et quamuis ſex hebdomadis varii tractatus pro reconciliatione *Pruſſiæ*, Magiſtri & Ordinis, fuiſſent interpoſiti, nulla tamen concluſio efficax & finalis ſequi poterat: temeraria & vana ſpe Magiſtrum & Ordinem mulcente, quam illi literæ, & Nuncii Regis *Hungariæ Matthiæ* offerebant, quaſi extemplo Legati, & Conſiliarii Regis *Hungariæ* aduenturi: diſſidium debuerant tollere, & ea conditione interpoſita, vt *Matthias Hungariæ* Rex, *Morauia*, *Sleſia* & *Luſatia*, *Wladislao* Regi *Bohemiæ* reſignata, libere *Caſimirum Poloniæ* Regem, ad cedendum de omnibus terris *Pruſſiæ*, & de omni ſubiectione Magiſtri & ordinis, poſſet & deberet coarctare. Magiſtrum quoq; & Ordinem Cruciferorum, & in priſcam libertatem, & ſtatum, & in pacificam poſſeſſionem omnium terrarum Regno *Poloniæ* vnitarum, reducere. Tam vanam autem, & deliram ſpem Magiſtri & Ordinis, licet ſinguli irriderent, & flocci facerent: Magiſter tamen *Pruſſiæ*, pro ſuo inſano cerebro, in ea perdurabat, non attendens *Hungariæ* Regem *Matthiam*, vafro conſilio, tempus ea ſpe extrahere, vt interim rebus ſuis, cum Rege concluſis Bo-

quam mox Matthiæ Regis Hungariæ literis illectus reſpuit.

Bo-

1479.

bemiæ, in Diæta *Olomuncenſi*, quam tunc perſonaliter Reges ambo pro feſto Viſitationis ſanctæ *Mariæ* virginis agebant, prouidiſſet. Itaque *Caſimirus Poloniæ* Rex ſano vſus conſilio, petentibus duobus Nunciis *Matthiæ Hungariæ* Regis, videlicet *Ioanne Byelik*, & *Zwolski*, in ſuſpenſionem belli, & dilationem ampliorem, cum *Pruſſiæ* Magiſtro & Ordine conſenſit. *Nicolaum* vero *Thungen* proſtratum & humiliatum, facinus quoque ſuum multiplici lachrymarum effuſione recognoſcentem, ad gratiam, iuramento fidelitatis ab illo, & Prælatis, & Canonicis *Varmienſibus*, ſecum præſentibus, ſuſcepto, & præſtito tunc, & in caſtro *Marienburgenſi*, in præſentia Palatinorum, Militarium & Ciuium, vice altera ſolenniter præſtando, & cum Vaſallis ſuæ Eccleſiæ & omnibus Capitularibus admiſit, & ad *Varmienſis* Eccleſiæ poſſeſſionem illum reſtituit: eo reformato, & ſaluo, quod Prælati, & Canonici *Varmienſes*, in qualibet dictæ Eccleſiæ vacatione, non debebunt eligere, niſi perſonam, Regi *Poloniæ* gratam, in Epiſcopum. Grauiter & animo iniquo *Matthias Hungariæ* Rex, reconciliationem huiusmodi ferens. *Nicolaum Thungen* per literas obiurgat: minitans illi depoſitionem, quod eo, vt tenebatur, deſerto, in *Caſimiri Regis Poloniæ* ditionem conceſſarat.

Nicolaus vero Thungen, pacem ſupplex a Caſimiro impetrat, & Epiſcopatus Varmienſis reſtitutionem & nouum fidelitatis Sacramentum præſtat.

Aduenerat etiam in præfatam Diætam *Pyotrcouienſem* ſiue Conuentum, *Nicolaus Prochnicki*, Epiſcopus *Camenecenſis*, ex *Podoliæ*: Archiepiſcopatum *Leopolienſem*, ex morte *Georgii*, ſui vltimi Pontificis, anno vno ſupra ſemis iam tunc vacantem, ad quem obtinendum aliquorum Eccleſiaſticorum, Aulicorum, aſpirabat ambitio, a *Caſimiro Poloniæ* Rege precario & ipſe obtenturus. Eſu autem anguillæ parum bene elixæ in itinere læſo, & vitiato ſtomacho *Pyotrcouiam* adueniens, diſtributis in ſuffragatores ſui propoſiti muneribus, in febrim incidit. Qua ſenſim ingraueſcente, die Lunæ, vigeſima prima menſis Iunii, in diuerſorio ſuo, extra muros *Piotrcouienſes*, præter ſuam & familiorum ſuorum ſpem, non prouiſa domo ſua nec diſpoſita, exactis in Pontificatu *Camenecenſi* vndecim annis, moritur, & in monaſterio *Vithouienſi*, Ordinis Præmonſtratenſis, *Pyotrcouienſi* oppido vicino, altero die, videlicet Martis, vigeſima ſecunda Iunii ſepelitur. Poſt cuius mortem *Caſimirus Poloniæ* Rex *Camenecenſem* Epiſcopatum more & iure ſuo Regio, in Notarium ſuum Regium, *Matthiam* de *Lomza*, Plebanum in *Busko*, Canonicum *Leopolienſem*, genere nobilem de armis & cognatione *Rauitharum*, virum ſenſatum, factiuum, & eloquentem, mediæ ſtaturæ, capillo nigro ex patra † † † & *Anna* matre genitum, quo facilius arcis & oppidi *Camenecenſis* poſſit prouenita muralis fabrica, & fortificatio, contulit.

Nicolao Prochnic zki Camenecenſi Epiſcopo

Pyotrcouiæ

mortuo, & in monaſterio Vithouienſi ſepulto,

Matthias de Lomza Notarius Regius in Epiſcopatu illi ſuccedit.

Hiſtor. Polon. Lib. XIII.

Florentini, quorum Princeps *Laurentius* da *Medicis*, & auro multo, ab eis affluente, &
A aſſiſtentia *Franciæ* Regis, *Venetorum*, & Ducis *Mediolani*, animoſiores contumacioresque effecti, contra ſummum Pontificem *Sixtum* quartum, indignatione dura concepta, bellum ex integro contra illum inſtaurant, & de caſtellis quinquaginta notabilibus, ad ius *Romanæ* Eccleſiæ pertinentibus, illum, intra paucos dies deiiciunt, ſuæque ſubiiciunt ditioni. Acceſſit ad hæc vulnus crudelius. *Veneti* enim inito perpetuo fœdere, cum *Turcorum* Cæſare, ciuitatem illi *Scutaram* in *Albania*, quam multo & ſuorum Ciuium armigerorum ſanguine, multoq; auro, longo tempore defenderant, cum ſuo & totius Chriſtianitatis dedecore, & malo totius *Italiæ* tradunt. Legatus
B *Turci*, ad continuam reſidentiam, in *Venetias* ſuſceptus eſt, incredibilis honor & dignitas ſibi exhibebatur: iam portus ad *Italiam* patentiſſimus eſt. In Conſiſtorio publico, dum *Genuenſium* communitas *Romano* Pontifici obedientiam feciſſet. Oratores Regis *Franciæ*, multa maximaque contra *Sixtum Romanum* Pontificem proferebant, publice dicentes, *quod vbi pacis autor eſſe deberet, illic eſſet belli totiusque mali fomes, & incentiuum, quodque concilium generale quam maxime fugeret*, & alia multa, quæ vehementer pungebant. Verum *Romanus* Pontifex ſatis argute illis reſpondit dicens. *Quod dicitis me diſſenſionis eſſe autorem, a veritate eſt alienum. Scitis, quod dum inducias petiſtis, con-*
C *ſenſimus vobis. Optaſtis cenſuras omnes ſuſpendi, ſuſpendimus & relaxauimus. Arma, vt poſuiſſemus, & milites reuocaremus, petiſtis, obtemperando votis veſtris, poſuimus, & reuocauimus. Quotidie mercatores Florentinos, in vrbe noſtra conſouemus, ſuas mercantias exerceri patimur. Vltra hæc omnia, ſemper paratiſſimi fuimus & ſumus, vos in gratiam & gremium paternum ſuſcipere, cum honeſtate ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, Concilium generale etiam non fugimus, quin imo vehementer deſideramus. Hinc eſt, quod diuerſos Legatos, etiam fratres noſtros, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ad omnes Principes maiores mittimus, vt ſedatis bellis inteſtinis, & eis inter ſe ad fraternam vnitatem*
D *reductis, vnanimiter, fortiſſimo, & ſæuiſſimo Turco, validiſſime reſiſtere poſſimus. Mittitur Legatus de latere, ad Matthiam Hungariæ, Wladislaum Bohemiæ, Caſimirum Poloniæ, Reges, eorumque Regna, Ioannes de Aragonia, filius Regis Siciliæ, Hungariæ Regis germanus, qui inauditas, Legatis concedi ſolitas, habet facultates. Tantas enim habet, vt non de latere, verum cum vtroque latere Romani Pontificis proficiſci dicatur.*

Hebdomadis pluribus in *Pyotrcouienſi* Diæta *Caſimirus*, *Poloniæ* Rex, commmoratus, miſſis ad *Matthiam Hungariæ* Regem, *Pauli Laſſienski*, Caſtellano Sandomirienſi, & *Ioannem* de

Florentini quinquaginta Caſtella, Summo Pontifici vi adimunt. Veneti autem cum Turco Scutara Ciuitate Albaniæ ei data perpetuum feriunt fœdus,

& Genuenſes præſtant obedientiam Romano Pontifici, quem vt belli domeſtici autorem Rex Franciæ per Legatum arguit.

1479.

Bayſſen, Caſtellano *Marienburgenſi*, Diætam *Siradienſem*, pro die ſancti *Bartholomæi* Apoſtoli, agi, iuxta petitiones *Matthiæ Hungariæ* Regis per *Byelik*, & *Zvvolski*, factas, & bellum interim, cum Magiſtro *Pruſſiæ*, & Ordine ſuſpendi, conſentiens. Ex *Piotrcouia*, die Mercurii vigeſima octaua menſis Iulii recedit. *Martino Treslar*, *Pruſſiæ* Magiſtro, in *Pyotrcouia* remanente, & Diætam *Siradienſem* illic præſtolante. Et in *Radom* ipſe Rex, vbi illum *Eliſabeth Poloniæ* Regina, per omne tempus moræ ſuæ in *Pyotrcouia*, opperiebatur, diuertit. Neque enim metu ſuorum *Pruſſiæ* Magiſter concuſſus, ſine pace, ad propria audebat recedere.

Magiſter Pruſſiæ Martinus Treslar, ſine pace ad ſuos redire non audens, Diætam Siradienſem Pyotrcouiæ opperitur.

Agebatur ſub iiſdem temporibus *Olomuncenſis* Diæta. Ad quam primum *Matthias Hungariæ* Rex, longo tempore expectatus, habens ſecum in Comitiua *Simeonem*, *Napulæ* Regis *Ferdinandi* filium, & conſortem ſuam *Beatricem*, eiuſdem *Ferdinandi* Regis filiam, die Veneris ſecunda menſis Iulii, *Wladiſlaus* vero *Bohemiæ* Rex, die Martis, tredecima eiuſdem menſis Iulii, habens ſecum mille quingentos equos, aduenerunt. Vbi habitis per aliquot dies amicabilibus tractatibus, die Solis, in feſto ſancti *Iacobi* Apoſtoli, hora noctis prima, pax perpetua, inter Reges concluſa, & firmata eſt; ſub conditionibus priorum fœderum, *vt videlicet Wladiſlaus Rex Bohemiam habeat vniuerſam. Matthias Hungariæ Rex, vniuerſam Moraniam, Sleſiam, Luſatiam vſque ad exolutionem quadringentorum millium florenorum, poſt mortem Matthiæ Hungariæ Regis Regno Hungariæ ſiendam.* Magno de hac pace erant exhilarati gaudio, & præſertim *Prothaſius*, *Olomuncenſis* Epiſcopus, item Barones de *Rózemberg* & *Stemberg*, & alii ſinguli *Bohemi*, qui a ſubiectione *Matthiæ* Regis *Hungariæ* abſoluti, in ditionem *Wladiſlai Bohemiæ* Regis conceſſerunt, omnibus fere maioribus, & primoribus *Morauiæ*, *Sleſiæ* & *Luſatiæ*, imo & inferioribus, ſingulari moleſtia, quod nacti forent auarum & ſuperbum Dominum, conturbatis. Diſceſſit autem vterque Rex, die Veneris, penultima menſis Iulii ex *Olomuncz* ad propria, datis inter ſe muneribus magnificis. Sub quo quidem vniuerſo tempore *Wladiſlaus Bohemiæ* Rex & ſui omnes, ſplendide, opipare, & abundanter in ſingulis fuerunt prouiſi & tractati, *Hungariæ* Regis *Matthiæ* munificentia & liberalitate.

Pax perpetua inter Matthiam Hungariæ & Wladiſlaum Bohemiæ Reges, præſentes Olomunciæ firmatur ſub conditionibus hic inſertis.

Proceſſit tandem *Caſimirus Poloniæ* Rex, & venit in *nouamciuitatem Korczin*, vbi illum, & *Martinus Truxes*, Magiſter *Pruſſiæ*, cum ſuis ſecutus eſt. Ibique aduentum Oratorum, *Matthiæ Hungariæ* Regis, pluribus hebdomadibus opperiebantur: qui tardiuſcule, nam nonniſi ſecunda die menſis Octobris aduenerunt in *nouam ciuitatem Korczin*, *Stephanus* videlicet, Comes *Scepuſienſis Hungarus*, & *Venceslaus Biezkovvski* de *Czarnigrod*, *Bohemus*. Et negligentia ſui Regis *Matthiæ* excuſata, quod bello barbarico cum *Turcis* occupatus eſſet, celerius miſſi non erant, diebus decem, pro reconciliatione Magiſtri *Pruſſiæ*, & ſui Ordinis, apud *Caſimirum Poloniæ* Regem & Conſiliarios ſuos, in frequenti tunc numero congregatos, fideles ſuas operas nauabant. Exhibebat enim ſe magiſter *Pruſſiæ*, cum ſuis, grauem & difficilem, ad præſtandum *Caſimiro* Regi, & Regno ſuo *Poloniæ*, debitæ fidelitatis & ſubiectionis iuramentum: aſtruens, *quod Deo & homini* (notans per hominem *Hungariæ* Regem *Matthiam*) *contrariam feciſſet pollicitationem*, nec ſe ad iuſiurandum per illos decem dies induci patiebatur. Reconciliationis quoque ſpes, non ſine amaritudine & dolore, & quadam deſperatione, recidebat ad irritum. De quo ſui omnes, & fratres de Ordine, & militares & ciues, qui ſecum aduenerant, multipliciter excruciabantur: deſtructionem ſuam videntes imminere, ad reconciliationem efficiendam, operas etiam ſuas intenderant. Erant autem hi, *Ioannes* de *Tieffen*, magnus Commendator, *Stephanus Stezberg*, *Oſterodenſis* Commendator, frater *Ioannes* de *Leſſen*, Cancellarius Magiſtri, Canonicus, & Electus *Pomeſanienſis*, *Fabianus* Decretorum Doctor; Canonicus *Wratiſlauienſis* (quem *Matthias Hungariæ* Rex, vt Magiſtri & Ordinis parti conſultando prodeſſet, peritus enim iuris, & practicus antiquus habebatur, ſuis ſumptibus tranſmiſerat) frater *Matthias Zebeburger*, frater *Kilianus Guttenberger*, frater *Fredericus Gebeſchatel*, *Idurman*, alias *Adrianus*, Notarius Magiſtri, idem *Conradus* de *Egyelſztin*, *Daniel* de *Kunhein*, Iudex *Brandeburgenſis*, *Ambroſius Pervvanth*, *Nicolaus Kavvther*, *Ioannes Prayke*, *Donatus Weythner*, militares, *Georgius Malſchak*, *Paulus Hor*, *Nicolaus Kieyſchebu*, Conſules & Ciues de *Kinsberg*. Et quamuis Magiſter *Pruſſiæ Martinus* cum ſuis, iniurias graues & enormes, a *Caſimiro Poloniæ* Rege, ſe accepiſſe allegaſſent: Propter quas, licitum ſibi putabant, fœdus pacis perpetuæ temerare: articuli tamen grauaminis per eos in ſcriptis dati, poſt reſponſionem Regiam, ad illos factam, in grauem illos confuſionem, & ludibrium adduxerant, palpantibus Oratoribus Regis *Hungariæ*, illos tenues, & paleas eſſe, denunciauerunt. Itaque Nuncii Regis *Hungariæ* denunciant, & *Fabianus* Doctor, & Conſiliarius Magiſtro, Ordini, & ſuis, *ne de cetero aliquam ſpem, in ſubſidio & defenſione Matthiæ Regis Hungariæ, bello barbarico, ceteriſque bellis, occupati, reponerent certi quoque eſſent, ipſum Regem Hungariæ, propter patentem iniuſtitiam, & iniquitatem, ipſos & cauſam eorum deſerturum.* Hac itaque denunciatione Magiſter *Pruſſiæ Martinus* & ſuorum partim precibus, partim terroribus, victus, implere iuſiurandum, Regi *Poloniæ Caſimiro* reconciliari, & fœdus pacis perpetuæ, quod violauerat reformare conſenſit. Itaque die Saturni, nona menſis Octobris, in feſto videlicet ſancti *Dionyſii* & ſociorum eius;

Magiſter Pruſſiæ Martinus Truxes partim ſuorum precibus victus, partim denunciationibus Matthiæ Hungariæ Regis deterritus,

in

1479.

Ægrè licet, ſe cum ſuis omnibus, Caſimiro Regi & Regno Poloniæ ſubiicit, & nouum fidelitatis iuramentum præſtat.

in arce *nouæ ciuitatis*, & in ſtuba maiori, præfatus *Martinus Truxes*, Magiſter *Prnſſiæ*, Commendatores, Milites, & Ciues, poſt multos tractatus, & difficultates, quas, iurabat, dicens Magiſter, ſe pellem ex corpore prius exuturum, & in portiones minutas diſmembrari illud paſſurum, quam id, quod iubebatur, facturum, omni pertinacia depoſita, fecit & præſtitit *Caſimiro* Regi, & Regno *Poloniæ*, debitæ fidelitatis & ſubiectionis ſacramentum corporale, cum ſnis omnibus, quos ſuperius deſcripſimus, in manibus *Ioannis* Epiſcopi *Cracouienſis*, ſub præſentia Conſiliariorum Regni *Poloniæ*, tam Eccleſiaſticorum, quam Secularium, & etiam Oratorum *Matthiæ* Regis *Hungariæ*, aſtante magna præſentia, & multitudine militum, & Procerum Regni *Poloniæ*. Præſtiterunt & tunc Barones Regni *Poloniæ*, ad vacantes Magiſtratus recenter aſſumpti, iuramentum, de ſeruando fœdere pacis perpetuæ: quod etiam omnes ſuos fratres, milites, Ciues, & ſubditos, qui nondum iurauerant, in *Pruſſia* terra Conuentu indicto, ſub præſentia Oratorum Regiorum, præſtituros Magiſter *Pruſſiæ*, & Caſtra, & Ciuitates, *Chelm* & *Brodnicam*, & *vetus Caſtrum*, pro quibus redimendis *Caſimirus Poloniæ* Rex, octo millia florenorum, dono illi dedit, ſe à feſto ſancti *Martini* proxime venturo reſignaturum aſtrinxit. Damna autem ſub tempore belli, cum *Nicolao Thungen* Epiſcopo *Varmienſe*, geſti, vtrinque facta, per quatuor Regios, & quatuor Magiſtri & Ordinis Arbitros, & nonum Superarbitrum, ab vtraque parte electum, quibus data eſt pro vtraque parte plena poteſtas, ſub tempore competenti, decident. Quibus omnibus peractis, *Caſimirus Poloniæ* Rex, ab Oratoribus *Matthiæ* Regis *Hungariæ* exoratus, Magiſtro *Pruſſiæ* & Ordini ac ſubditis eius, omnem culpam rebellionis, & pertinaciæ, quomodolibet contractam, liberaliter & gratioſe indulſit, ipſumque dextra data, in amplexum ſuſcepit. Datiſque tam Magiſtro, & omnibus ſuis, quam etiam Oratoribus *Matthiæ Hungariæ* Regis, quos ſupra nominauimus, optimis, & inſignibus ſabellinis, & mardurinia, ex purpura & oſtro contextis, ſtolis, equis, cæteriſque muneribus, cum lætitia immenſa virorumque, duodecima die menſis Octobris, receſſus ex *noua ciuitate* factus eſt tam Magiſtri & ſuorum, quam Oratorum, *Matthiæ* Regis *Hungariæ*: qui omnibus neceſſariis, per *Caſimirum* Regem, ſplendide & opipare fuere procurati. Affuerunt etiam huic actioni *Pomerania*, & *Chelmenſes*, *Pruſſiaque* Barones, ſub obedientia Regia conſtituti, videlicet *Ludouicus* de *Mortbung Chelmenſis*, *Fabianus* de *Mgow Gdanenſis*, Palatini, *Nicolaus Bayſſen*, Caſtellanus *Gdanenſis*, *Fabianus* de *Merken*, *Henricus* alias *Iendriſchek*, milites, *Hannus Vinkiendorff*, *Hannus Schewle Gdanenſes*, *Ioannes Scharor*, *Hermannus Helwad Thornnenſes*, *Balczemſiborm*,

Cui Caſimirus omnem culpam indignationemq; ad petitionẽ Oratorum Hungariæ Regis condonat.

& *Matthias Bretelnik*, *Elbingenſes* Conſules, vniuerſiſque dies illa pulcherrimum ſpectaculum præbuit. Vultus etiam *Pruſſiæ* Magiſtri & fratrum de ordine, ac ſubditorum ſuorum exhilarauit: amplius etiam eorum, qui in ædibus, vel laribus propriis, remanſerant, exhilaratura. Me quoque iuuabat actui iuriſiurandi duplici, Magiſtri videlicet *Ludouici* de *Herlichchaſſen*, qui primus fœdus pacis perpetuæ, cum *Caſimiro* Rege, & Regno *Poloniæ*, conſecerat, & huic, qui quartus poſt illum, fœdus violauerat, interfuiſſe. Coactuſque eſt reſtituere, literas fœderis, Regi *Hungariæ Matthiæ*, quod cum eo pepigerat, & ſuas ab illo repetere, quæ in manus *Rudolphi Wratiſlauienſis* Epiſcopi, per *Ioannem Varadienſem* Epiſcopum, nomine *Hungariæ* Regis, ex parte vero *Martini Pruſſiæ* Magiſtri, per duos fratres Ordinis, apud *Wratiſlauiam*, ſub præſentia *Ioannis Ly·ſoczki* Scholaſtici *Gneſnenſis*, Notarii & Nuncii Regii pro feſto Purificationis ſanctæ *Mariæ*, repoſitæ, & prius, quam ab aliquo alio viderentur, inciſæ: prouidente *Rudolpho Wratiſlauienſi* Epiſcopo, ne nouus bellorum inter partes illaberetur ſtridor. Parum enim lotæ erant, in circumciſis, & indignis verbis depromtæ. Ex quibus omnibus facile intelligis, vilem & damnatam conditionem mortalium, qui non aliter ad debitam trahi poſſunt obedientiam, niſi dum intelligunt, amplius iam ſe non poſſe aduerſus ſuperioris calcaneum calcitrare.

Literæque iſti cum Hungaro fœderis vltro citroque reſtituuntur.

Exortum eſt illico, bello *Pruthenico* extincto, ciuile bellum ex gentibus Regiis, quorum colluuies erat, ex *Bohemis*, *Morauis* & *Sleſitis*, mercenario ære in *Pruſſia* militantibus, *Pruſſiam*, adhuc feruentem bello deſerentibus, dum in ſtipendio emerito, pro quo ſoluendo, conſentiente vniuerſo Regno, ſertones Cmethonibus, exactiones vero ciuitatibus & oppidis, & ſuffragia Eccleſiaſticis, impoſita erant, ad tempora arcta, ſolui non poſſent, ſpoliis, prædis, violationibus & ſtuprationibus, ac quibuslibet calamitatibus, plures villas, oppidaque & ſignanter ad ditionem Spiritualium & Monaſteriorum pertinentia, obruebant. Quapropter gemitus, & vociferatio pauperum hominum, a ſtipendiariis oppreſſorum, vbique audiebatur, quæ vſque ad Thronum altiſſimi Dei aſcendebat, tam contra Eccleſiaſticos, quam Sæculares, durum iudicium diuinum ſubituros, qui abrogato vetuſto more patriæ, quo iuſta bella, proprio milite agebantur, peregrinos milites, deſtitutis Aulicis & propriis militibus, illud gerere, & vniuerſum Regnum inteſtino bello inuoluere, ſatius ducebant.

Miles ob non ſolutum emeritum in Pruſſia ſtipendium,

bona, præſertim vero ſpiritualium ſpoliat.

Feria quarta ante feſtum ſancti *Galli*, alias die Mercurii, quarta decima menſis Octobris, *Turcorum* exercitus maximus, ad centum millia æſtimatus, quos etiam *Beſſarabi* adiuuabant, in terram *ſeptem Caſtrenſem*, circa oppidum

Iackſchicz, Paulus Xiacz & Batheyſtwan ductores exercitus Hungarici

1479.

audaciſſimi dum cum Turcis in ſeptem caſtra irrumpentibus

dum *Sobinow*, quod *Teuthonici* vocant *Korn*, ingreſſus, quinque Capitaneos, quos ipſi vocant *Baſchas* (ex quo etiam poteſt æſtimari A *Turcorum* multitudo) *Hungari* vero tres tantummodo Capitaneos, habebant, videlicet *Batheyſtwan* vnum, ſecundum *Paulum Xyacz* Hungarum, nobilem quidem genere, ſed diuitiis tenuem, & tertium *Iaxicz*, genere *Raſcianum*, virum audaciſſimum, & in armis magni pretii: qui diuiſos habebant exercitus, & longe tunc à ſe erant, quando ex neceſſitate (*Turcis* irrumpentibus) *Batheyſtwan* coactus eſt, cum ſuo exercitu inire pugnam. Is videns imparem ſe hoſtibus eſſe, iurauerat, flexis genibus, mori potius, quam fugere.

fortiſſime manus conſerunt,

Feruebat pugna horis fere tribus, & abundante multitudine *Turcorum*, *Hungarus* cœpit referre pedem, fugaque à ciuibus *ſeptem Caſtrenſibus*, quorum B quatuor millia numerabantur, cœpta eſt: quos vix *Batheyſtwan* increpatos potuit ſiſtere. Interim vero dum *Hungari* reintegrata pugna ad prælium reuerterentur, ſubuenerunt duo Capitanei, partis *Hungarorum* præfati, *Xyacz Pawel*, & *Iaxicz* ſub quorum ductu omnes Aulici Regii, & noningenti *Raſciani* erant: ſolicitati frequentibus Nunciis *Batheyſtwan*, et dimiſſa fronte hoſtili, in latus ſtudioſe irruerunt, magnamque ſtragem fecerunt in *Turcis*, & in fugam eos verterunt. Nec amplius fuit pugna, ſed clades & barbarorum fuga. Multique *Turci* deleti ſunt, & extincti, notabiles autem quinquaginta capti: malebat enim *Hungarus* occidere, quam captiuare. Maxi- C ma de hac victoria, in Regno *Hungariæ* habebatur exultatio, & iucunditas; quamuis *Hungaris* ceſſerit victoria non incruenta.

excepto Batheyſtwan, licet in acie aduerſo pectore ceciderint: præclaram tamen victoriam de Turcis referunt.

Beryſtwan enim vnus ex Capitaneis, grauiter vulneratus eſt, licet non lethaliter. Duo alii Capitanei exercitus, *Xyacz Pawel*, & *Iaxicz*, multi quoque de *Hungaris* militibus & aulicis, pectore aduerſo cecidere. Fuiſſentque *Turci* ſuperiores, niſi præfati duo Capitanei, *Xyacz Pawel*, & *Iaxicz*, tempeſtiue aduenientes, & latus hoſtile inuadentes, illud acerrime contriuiſſent.

Caſimirus Rex Poloniæ

Caſimirus Poloniæ Rex, rebus *Polonici* Regni compoſitis, & expeditione ſtipendiariorum, *Ioanni* Epiſcopo *Cracouienſi*, *Iacobo* de *Dabno*, Caſtellano & Capitaneo *Cracouienſi*, & *Paulo* D *Iaſyenski*, Caſtellano *Siradienſi*, commiſſa, die Mercurii, ſedecima menſis Nouembris, alias feria quarta, ante feſtum S. *Eliſabeth*, ex *noua ciuitate Korczin*, viſitato etiam Monaſterio *ſanctæ crucis*, in *Lithuaniam*, cum omni curia ſua, ſe contulit. In qua tempus hyemis, veris, & æſtatis, venationibus vacando, conſumpſit:

cum Moſchis tractat de pace,

placitando cum *Moſchouitarum* Ducibus, videlicet natu maiori *Iwano* & *Borziwogio*, *Andrea*, & pro regionibus, quas Ducatui *Lithuaniæ*, Duces præfati *Moſchouienſes*, Rege *Caſimiro* abſente, per iniuriam, vt aſſerebatur, abſtulerant. Senior enim natu Dux *Iwan*, magni animi, & factiuitatis erat vir.

qui iugo duro Tartarorum excuſſo,

Qui etiam excuſſo iugo *Thartarico*, vendicauerat ſe in libertatem, cum omnibus ſuis Principatibus, & terris, & iugum ſeruitutis, quo vniuerſa *Moskwa*, à temporibus diuturnis, etiam à tempore *Alexandri Vithawdi*, magni Ducis *Lithuaniæ* premebatur, reiecit: quod adeo perniciosum fuit, durum & deteſtabile, vt Nunciis Cæſaris *Tartarorum*, nec Nunciis modo, ſed etiam Nunciis, quantumcunque ſordidis, & vilibus, in Curiam Principis, maioris natu, pro exigendo tributo, aut alia neceſſitate ordinanda, *Moskwam* accedentibus, Dux ipſe *Moskwenſis*, in equis ſedentibus, pedes occurreret: poculum lactis equini ſupplex porrigeret, & cadentis lactis, per iubam equi, guttas, ore lamberet, lectorique *Thartaro*, legenti *Tartarorum* imperatoris literas, in *Ruthenicum* verſas, veſtem, pellibus Sabellinis ſubductam, quæ putaretur optima, pedibus ſupponeret, & tam ipſe Dux *Moskwenſis*, quam omnes alii inferiores Duces, & Boiari, Proceresque ſui, genibus flexis, literas Cæſaris *Thartarorum* audire, abominabili deuotione, & in omne auxilium *Thartaro*, contra quoslibet Catholicos ire, cogerentur.

Nouogrodenſes potentes diuitiis,

Affligebat ingentis ſpiritus virum *Nowogrod*, terrarum *Ruſſia*, & latiſſima & ditiſſima, quam ſui iuris ſuæque ditionis, aſtruebat ademptam. Fremebatque animo, quod alioquin gens muliebris & effœminata, infinitis diuitiis, magis aliquando, quam *Venetorum* Imperium onuſta, ſuum imperium faſtidiret, & ſibi pro libito, quos vellet, Duces & Chiliarchas, ad arbitrium Epiſcopi ſenioris & populi, conſtitueret, & deſtitueret.

imperio etiam ſuo ſubiiciunt,

Quam cum à *Caſimiro Poloniæ* Rege, & magno Duce *Lithuaniæ*, deſertam neglectamque, quamuis ſibi annis ſingulis centum millia Ciclorum penderet, offendiſſet, protinus illam in ditionem ſuam redegit. Veritus deinde, ne terra marique, inæſtimabilibus etiam diuitiis per multas ætates aucta, aliquando in rebellionem verteretur, illuc multo milite proprio & mercenario ſtipatus, celato animi ſui propoſito acceſſit.

& opibus maioris æſtimationis quam credibile eſt

Pontificeque inæſtimabili theſauro auri & argenti, multaque nobiliſſima ſuppellectili, qui a pluribus centenis annorum, per vnumquemque Epiſcopum, alteri ſuccedentem, & relinquebatur, & condebatur, ſpoliato, & trecentis Ciuibus, natu maioribus, ditioribusque capite damnatis, ac bonis eorum & theſauris Ducali poteſtati inſiſcatis, omnem Ciuitatem, & Ciues reliquos, duabus partibus auri, argenti, & lapidum precioſorum, cæteraque ſuppellectili tertia parte cuilibet relicta, quam conſtabat plus, quam decem *Venetias*, in theſauris poſſidere, depilauit, & quod dictum quoque apud poſteros parum erit credibile, trecentos currus auro tantummodo & argento, margaritis, lapidibus pretioſis, & raris, cæteriſque id genus vnionibus, vſque ad os refertos, ante ſe, de ſpoliis *Nouogrodenſium*, egit.

De

1479. De ſuppellectili vero nobiliſſima pellium, purpurarum, pannorum, variarum manerierum, poſt ſe innumeros currus egit. Hac igitur A diuitiarum mole auctus, ſingulis gentibus per circuitum erat terribilis. Nonnulliſque regionibus, Ducatum magnum *Lithuania* exuens, cæteris imminebat. Contra quem dum *Lithuani* conarentur inſurgere, auertebat illos *Caſimirus* Rex *Polonia:* diſſuadens prudenter & modeſtè, *ne tyrones ipſi non procurato ſibi perprius exercitatorum militum ex Polonia auxilio, tentarent confligere cum Duce, pluribus victoriis & opibus aucto. Paruamque in Ruthenis ſua ditionis, ſuique Ducatus, ſpem ponerent, quos ſibi propter diſparitatem ritus, ſuapte ſponte infeſtos, noſſent, nec tam pro victoria Lithuanorum, quam pro ruina, ſi dimicatio cum Moskwenſibus fieret, adniſuros.* Vera prædicere viſus, & annunciare, æquis auribus à ſenſatis, & prudentibus audiebatur.

exuunt, Lithuaniaq; magnam partem adimunt.

1480. Celebritatem ſanctam natiuitatis redamptoris noſtri Domini IESV CHRISTI, ex venationum locis, Sereniſſimus Dominus, *Caſimirus Polonia* Rex & Dux magnus *Lithuania* reuerſus, in quibus longo tempore immoratus fuerat, apud *Grodno* cum diebus ſequentibus, cum Coniuge ſua *Eliſabeth* Regina & tribus filiis, *Caſimiro, Alberto & Alexandro*, totaque Curia exegit. Poſt hæc, pro tempore Quadrageſimæ, in *Lithuaniam* diuertens apud *Throki* aliquanto tempore manſit. Et inde egreſſus, Paſcha Domini, cum hebdomadis ſequentibus, in Cathedrali *Vilnenſi* Eccleſia celebrauit. Ibique manſionem ſuam, longo ſatis tempore, licet à Conſiliariis *Polonia* frequentibus literis & Nunciis, quatenus ad Regnum rediret, accerſeretur, continuauit: diſtinentibus eum *Lithuanis* & importune depoſcentibus, ne illos deſereret, aut ex filiis vnum, quod illi durum & moleſtum erat, ſurrogaret.

Caſimirus Rex diutius quam Senatus Polonus vellet in Lithuania moratur.

1480.

Multas interim *Germanicas* regiones, propinquas quoque & remotas, fama, non temere exorta, peruaſerat, *Hungaria* Regem *Matthiam* in oleo oliuæ, ex *Venetiis* ad vendendum illato *Budam*, aconitatum eſſe. Quæ tanto facilius apud vicinas nationes credita eſt, quanto ardentius interitus illius, à ſingulis, ſed & à propriis *Hungaris* poſcebatur: quos anno quolibet tributo quadruplici, ſub colore, vt robuſtius *Turco* reſiſteret, reuera autem, Catholicorum, & præſertim *Romanorum* Imperatoris *Friderici*, quem ad iniuriam irrogandam opportuniorem videbat, & cuius Imperialem ſedem ſibi vſurpare nitebatur, derogabat. Premabatur ſiquidem podagrica ſæua, & atroci infirmitate, à qua B contra ſpem & votum mortalium, peritia Æſculapiorum, facile fuit liberatus. Nec dum curatio ad integrum prouenerat, auro in mercenarios, equeſtres & pedites, quod *Pannonius* in ſuam defenſionem contulerat, erogato, mittit exercitum, ex variis gentibus permixtum, ſub ductu *Tarczi Thoma Hungari*, *Auſtriamque* inuadit, & oppidum *Rakemburg* ſitu & arte forte, ſtratis per tormenta muris, expugnat. Admouet deinde ad arcem & oppidum *Gracz*, in æditiore loco ſitum, exercitum, & illud tormentis quatire cœpit. Sub id deinde tempus *Sixtus* Papa quartus, *Florentinis* petentibus pacem dedit: multatis perprius aliquot inſignibus Caſtris, & Ciuitatibus & *Romana* Eccleſiæ ſorti & proprietati perpetuo inſertis.

contra ſpem omnium ex morbo conualeſcens Matthia Hungaria Rex Auſtriam inuadit.

Pontifex interim Romanus Florentinis petentibus pacem concedit.

Finis Annalium IOANNIS DLVGOSCH Senioris Canonici Cracouienſis.

Laus ſit DEO!

Poſt diuturnos & longos labores, poſt varia C ingenia & meditationes, poſt tranſitus & itinera, quos & quæ faciebam, quærendo Annalia, & propria & aliena, poſt contumelias, & oblocutiones, poſt varias detractiones, & carptiones, cœpit me non mediocris voluptas, quamuis inter graues ægritudines, in grabato decumbentem, quoad ad finem præſentis operis peruenerim. In quo, etſi magis pro honore Dei & vtilitate patriæ, quam fretus ingenio, progredi vlterius voluerim, intelligens, quemadmodum in principio libri præ- D fatus ſum, rem omiſſam ab omnibus eſſe, fatis tamen prohibeor, ſuſpicorque coniectura vehementi, ſua tela diſſoluturas *Parcas*. Iam enim per clementiam diuinam, ad communem omnium hominum ætatis noſtræ periodum perueni: ſexaginta enim quinque annos curſu meo transcurri, & meridianis horis tranſitis, ad ipſam veſperam humanæ mortalitatis, ad ipſumque æui cubile perueni: Regiam Solis ingreſſurus, & per gratiam æterni Imperatoris, ſpeculum illud ſolare ſplendidisſimum, quod illuminat omnem hominem, venientem in hunc mundum, viſurus, æuoque ſempiterno, cum ſanctis omnibus fruiturus. Profiteor autem in hoc opere, vt dudum profeſſus ſum; non omnia me ſolida ſcripſiſſe, ſed caduca, ſed fragilia, ſed tenera: aliorum relatione, aut mea aut aliorum ſuggeſtione daprompta, & per aſpera dumeta, ſubſtrata, aut in aliorum codicellis & chartis reperta, aut ab aliis audita: credibile ducens, quod pro vero aſſerebatur: Orans ſingulos, vt per alios pinguiorem Mineruam & dicendi peritiam ſortitos, errorum noſtrorum, & deformitatum reſcindantur næui. Siquid autem incondite & inculte dictum legerint, vel ſi totum ita ſcriptum fore perſpexerint, doctrinæ dent operam, linguæ meæ, & imperitiæ veniam. In tanta enim rerum copioſitate, & varietate, Angelicum eſſet, ſingula ad liquidum, & ad rei veritatem perducere. Neque nos Euangelia, neque Epiſtolas Canonicas ſcri-

Quantum laboris author huius operis in colligendis & ſcribendis Annalibus adhibuerit, declarat.

1480. ſcripſimus,vt ſanctiſſimi Apoſtoli,ſed pro exercitatione noſtri ingenii,ſcripſimus res humanas variabiles,& fluxas,quarum rerum veritatis A periculum,ne noſtræ conſcienriæ puritatem in aliquo exulceremus,in nos aſſumimus. Et licet infirmitatum noſtrarum cruciatus, plus, quam per annum integrum tenderetur : ſub omni tamen debilitatum & dolorum curſu, ſignare tempora,& deſcribere ſingula geſta fœlicia & aduerſa,vtcunque per dolores & anguſtias licuit,curauimus. Hoc autem conſecutum mihi in concluſiooe & fine operis mei,præfari finaliter liceat,quod pleroſque Catholicos viros videmus conſecutos. Nam cum per omne tempus vitæ meæ ſupplici, & aſſidua oratione mea, clementiſſimum obſecrarem Dominum, vt me per ſuam gratiam non prius hinc tolleret, donec ab omnibus facinoribus, propiriatiooe ſua,& ab omnibus reatibus euacuaret,& omnes ſordes meas,per tolerabiles ægritudines extergeret,aduenisse tempus reor, in quo, non meo merito,ſed fauore ſuo & propiciatione, ſuæ viſitationis ventilabro,ſpero me defecatum. Adiicere & hoc liceat, quod in hoc opere conti- B nuus & aſſiduus ſcripturæ operam dedi,non ſolum articulis meis, ſed & meorum librariorum, & per annos prope viginti quinque, vt pernox & perdius, ad hoc opus ſumma cura, ſummoque ſtudio,& diligentia incumberem, & cæteris neglectis, ad hoc voum promouendum, aſſidue lucubrarem. Comperta autem alia & alia,& tertia,& quarta, & quinta & ſexta veritate,rarus ſexternus poteſt in hoc Codice, comperto errore meo,deprehendi,quem de cæteris non ſuſtulerim,vsque ad ſextam, & ſeptimam vicem, in aliamqua formam non verterim: ne cuiquam in ſcandalum vel errorem forem,in vita,vel poſt mortem. Immenſas antem gratias ago,infinitasque & immortales,ſanctæ & immortali Trinitati,Patri & Filio,&Spiritui Sancto, & Dei genitrici, excellentiſſimæ Virgini *Mariæ*,ſanctæ Theotocos,& omnibus Angelis,Patriarchis,Prophetis,Apoſtolis, Martyribus,Confeſſoribus,Virginibus,omnibusq; cœleſtium virtutum ordinibus, præſertim tam beato *Michaëli* Archangelo,vtrique *Ioanni* Patriarchæ & Apoſtolo,beato *Stanislao*, *Venceslao*,*Adalberto*,*Floriano*,*Heduigi*, Patronis Regni *Poloniæ* gloriosis & beato *Vincentio* Martyri famoſo, & beatis Virginibus & Electis, *Anna*,*Maria Magdalena*, *Dorothea*, *Margaretha*,*Barbara*,& beatis Confeſſoribus, *Hieronymo*,*Auguſtino*, *Ambroſio*, *Gregorio*, *Baſilio*, *Benedicto*,& omnis ſanctis, quorum ſuffragiis & auxiliis,& interceſſione,credo me librum præſentem ſcripſiſſe & dictaſſe. Rogans & obſecrans deniqua omnes Eccleſiaſticos viros, Regulares & Seculares, Venerandos & Egregios viros, Doctores, Profeſſores, Magiſtros, Studentes, Scribas, in qualibet facultate alumnæ noſtræ, Vniuerſitatis ſtudii *Cracouienſis* generalis, vt & ipſi & quilibet eorum pro ſua virili ætate, morte mea ſecuta, Anoalia præſentia, continoent,& illa defluere deficereque non permittant. Quin imo Doctores,Magiſtros,Profeſſores,Collegiatos,deprecor,obteſtor,& adiuro, vt vna collegiatura, de melioribus ſegregata, etiam Magiſtrum præcipuum, & ſtudiorum & literarum humanitatis peritum, illi iungant: qui ab omnibus operibus laboribusque & occupationibus vacans, Annalibus tantummodo ſe occupet,illa cogitet,illa amet, illis ſe oblectet,de illis tractet, de illis nocte dieque ſecum,& cum aliis loquatur. Commoditati quoque,vtilitati & decori patriæ,plus tamen honori Dei,& veritati prouideat. Supplicans cuilibet haoc Chronicam legenti vel lecturo,vt pro me,omnium peccatorum primo & vltimo,vnum *pater noſter*,& vnum *Aue Maria* flexis genibus,cum deuotione dignetur exorare: vt Dominus noſter IESVS CHRISTVS, intactæ virginis infans,per omnes ſuos cruciatus, pro me & illo, & quolibet mortali,mira charitate toleratos,dignetur me à tormentis liberare perpetuis,& temporalibus, & ad viſionem me perducere Trinitatis ſuæ benedictæ. Cui eſt honor & gloria,nunc & ſemper, per infinita Secula Seculorum,Amen. 1480

Deinde Deo optimo maximas gratias de hoc absoluto opere agit.

& ne hoc ſuum opus intereat, imo,vt reuideatur, & continuetur, omnes, præſertim vero Vniuerſitatis Cracouienſis ſtudioſos orat & obteſtatur.

VINCEN-

VINCENTII
KADŁVBKONIS
EPISCOPI CRACOVIENSIS
HISTORIA
POLONICA,

IVXTA EDITIONEM EXCVSAM

DOBROMILI,

IN

OFFICINA IOANNIS SZELIGAE,

ANNO DOMINI M DC XII.

DEDICATIO PRIORIS EDITORIS.

SVPERILLVSTRI, VENERANDO,

Summe Nobili & præſtabilis ſapientiæ Domino

HIERONYMO OSOLINSKI,

SODALIVM SACRORVM KOPRZYWNICENSIVM PRÆSIDI.

RATIONEM non exiſtimo reddendam eſſe nobis, cur lucem *Kadlubkoni* & luci *Kadlubkonem* demus. Quis enim eſt Patriæ, quæ omnes charitates complectitur, ita non amans, vt non libenter & ſciat maiores noſtros multis ante ſeculis res præclaras geſſiſſe, & legat ante quadringentos amplius annos fuiſſe viros ſumma virtute & dignitate præditos, qui eas literis mandarint. Habent hoc ſingulare omnes liberi homines, vt optimi quique & facere & dicere velint, nec minus ſua ab aliis bene facta laudari, quam ipſi aliorum prædicare ſtudeant. Nec ſatis ſcio, annon eadem fata ſint libertatis & literarum. Video Aſſyrios, Medos & Perſas nec libertatem nec literas guſtaſſe, ideoque torrentis inſtar magni, ſed turbidi. Hellada admiror, ſummum in vtroque ſtudium, ſummum in vtroque ſplendorem, ſimul vtriusque caſum & occaſum. Romam, cuius nomen terris fatale regendis credebant, qui id capiebant, ante oculos habeo: quid doctius? quid liberius? at cum eripuit vitam *Pompeio Iulius*, illi *Brutus* abſtulit, hunc *Octauianus*, ſimulque illorum Martem & Palladem terra obruit: Illico res Curiæ rudiores, deteriores imperii: imbellia & impolitia vrbem, & ab illa orbem occuparunt. Francia, quo aliis Europæ oris francior, eo literarum cupidior. Superba Celtiberia mirum, vt ad omnem ſeruitutem comparata, ita politas has & politicas Deas ad ſe non aduocat; & illas amplectitur, quas magis glorioſum eſt non noſſe. Veneta Reſpublica perfecti regiminis idea, diuinarum humanarumque ſcientiarum officina, Sol in ſolo, ſolum in cœlo, ſplendet in vtroque; ſummos magiſtratus non niſi ſummi in literis viri poſſident: ideoque illorum imperii eos, quos mundi, terminos putamus & optamus. In Germania non minus hoc apparet, quæ diſcerpta in partes non germanas, vbi libere viuit, præclara ingenia alit; vbi ſeruit, humi ſerpit. Muſulmanni ſummo ſtudio ſtudia amplectuntur; ſed illarum ſcientiarum, quas Ægyptus genuit, Aſtrorum & quæ ab aſtris: morum & honeſtatis ratio incognita illis plane: hinc fit, vt omnia metu, cæde, perfidia, plena ſint apud illos. LECHIA noſtra inclyta, Diuûm domus, DIAE LIBERTATIS templum altiſono cardine ſeptum, non diuerſa à ſibi ſimilibus, ſemper libertatem & literas ſecuta, non ſemper aſſecuta. Exempla in numerato. Quo æuo vel docti, vel doctorum amantes (quamuis hoc ſeiungi nequit, quæ enim ignoti cupido eſſe poteſt?) publicæ rei præerant, res Patriæ meliores, nec minima mutatio ſine publico damno fuit. Hæc quia videri poterunt in *Kadlubkone*, quidni gratum eum fore exiſtimem? & virum magnum nunquam antea viſum palam nunc cernere & cognoſcere, quidni iucundum ſiet? Senatorem ampliſſimum optime conſtituta Repub. ſe magiſtratu abdicaſſe & otio non otioſo deditum res patrias æternitati conſecraſſe, quidni admiratione dignum ſiet? Alios duos præterea ſummos viros cum optimo poſt homines natos CAZIMIRO principe ſuauiſſime viuentes, iisdem ſtudiis occupatos fuiſſe, quidni vniuerſo orbi exemplum eſſe poſſit?

Eum tuo Nomini Superilluſtri plane deberi exiſtimo. Nam cui iuſtius aut potius? Antiquiſſimæ Starzarum familiæ Viro, perantiquum ex Roſarum familia Scriptorem: virum Eccleſiaſticum in ſummo honore conſtitutum, tibi Eccleſiaſtico in Patria digno ſummis honoribus: amantiſſimum Patriæ virum, qui vt ſcribere quietius poſſet, Epiſcopam Cracouienſ. reliquit, (O aureum ſeculum!) & ſe clauſtro mancipauit, tibi, cui nihil eſſe Patria charius vniuerſa Respub. eſt perſuaſa: denique hominem optimum, tibi, quo nihil maius meliusue terris, fata donauere, boni-

ni-

nique Dii. Quid? quod is ipſe CAZIMIRVS autor *Kadłubkoni* ſcriptionis fuit, qui hoc tuum clauſtrum & inſtituit, & clauſit? Sed ſatin'? Minime. Patere, obſecro, te hic veris depingi coloribus, vt ſciat omnis poſteritas, quare tu à nobis lectus & electus es, cui grauiſſimum & vetuſtiſſimũ autorem dono demus. Quos tu non amicorum modo cauſa, ſed quorumuis opem implorantium labores fers? quos tu ſumtus generis humani plane cauſa facis? quid præſtantius tuo diuino iudicio orbis iudicare poteſt, qui maximas totius regni lites domi tuæ diſcernis, qui finium regundorum difficultates ſummas breuiſſimo tempore determinas? Summus honor erat Romæ, imo honorum omnium cumulus, in ætate ſenili de iure, quod vocabant, reſpondere & in arbitrum frequenter eligi. Quid tibi bonorum deeſſe poteſt, qui virili hac ætate ampliſſimæ huic Reip. fere vtrumque præſtas? Tanquam ſacram anchoram rebus dubiis te miſer deſiderat; certiorem tripode dubius te exoptat: iucundiorem ipſa iucunditate quisque amplectitur. Quid? omnibus officiis, qua grauibus, qua amœnis perfunctus, quid agis, cum te larem ad tuum confers, cum in te deſcendis, cum tecum habitas, cum, inquam, arcanam illam *Periandri* Corinthiorum ſapientis principis meditationem, in qua ille totum eſſe poſitum veriſſime dixit, ſuſcipis? Eam meditationem, de qua Africanus dixit, nunquam ſe minus ſolum, quam cum ſolus. Hoc idem diuinus *Plato* reſpexit: Si tyrannorum, inquit, mentes recludantur, facile videre eſt ianuas tyrannorum, ſplendent marmore: nec difficile eſt agnoſcere illos, nitent auro: iucundum eſt aſpicere, in fronte gemmæ, in vultu hilaritas: ſed hæc omnia nihili ſunt, ſi monſtra illa cernere daretur, quæ in pectoribus alunt: Externa itaque tua ſatis omnibus placent; nam vbique Prudentia, grauitas, lepos, rariſſimi comites. Sed multa homines ſimulare, multa diſſimulare poſſunt, ſciunt. Sed hoc quærimus, quid agis, cum nihil agis, aut verius, cum nihil agere videris; cum ſemotis arbitris, parietibus tuis te includis? Ludicra fortaſſe aliqua aut inania, vel, quæ nunc tempora ſunt, inhoneſta, mentem tuam occupant? tum demum Pæana gentis noſtræ BOGAROTZICA tibi concinitur, tum demum te quieti tradis. Heus tu, cum ego te ſatis bene noram antea, tamen tum primum te noſſe cœpi, tunc ego cor meum tibi mancipio obſtrinxi, tunc mihi venit in mentem, o ſi benignum Numen ope eiusdem ſacroſanctæ BOGAROTZICE te Reipublicæ admouere vellet; qualem & quantum, DEVS bone, nobis Senatorem dares! At quo tempore? Si fines Reip. aſpicis, vbique aut bellum, aut præparatio belli, aut infida Pax; ſi ipſam, graues Principum amicitiæ & arma & ignes ſuppoſiti cineri doloſo. Hæc tuo ſaluberrimo conſilio iuuares, autoritate fulcires, opinione virtutis tuæ conſeruares. Vale.

Tuus.

D. D.

PRÆFATIO PRIORIS EDITORIS.

LECTOR. Iam *Kadłubkonem* puto ſatis noſti; nunc vt ipſius mores noueris, non oderis, adloquendus mihi es. Latinitas non probatur, inquis? Sane & mihi. Cui cum eruendus eſſet ex antiquiſſimis iisque vitioſiſſimis exemplaribus, vix credas quantum moleſtiæ ſuſceperimus. Sed quid vis? Vitium *Kadłubkonis* non eſt, ætatis eſt. Pone tibi præ oculis omnes omnium gentium circa annum Chriſti milleſimum ſcriptores; ſtatues noſtrum inter illos Tullium eſſe. Vide etiam quanti apud *Długoſſum* ſit ipſius eloquentia. Reuera illi ingenium non defuit & arguta verborum ac ſententiarum compoſitio; loquebatur illa lingua, qua tunc omnes, elegantiſſime. Sed quid prohibet, vt te meam artem doceam? Nunquam ego ad illum legendum accedebam ſine amuleto, nec recedebam ſine antidoto. At quo? *Cicerone*. Idem tibi liberum eſt. Certe niſi *Leonem* Decimum Pontificem Maximum, & *Franciſcum* Primum Galliæ Regem benignum literis numen dediſſet, (o principes dignos meliore fortuna!) & nunc in iisdem tenebris vixiſſemus. Quid præterea? Adfert hiſtorias quasdam incertas, confuſas, perplexas, quas nos, vt bona fide purum putum, quod aiunt, tibi daremus, nec attingere voluimus; quamuis aliter ſe rem habere ſciremus. Forte aut lapſos memoria, aut librariorum, quod facilius credo, ignorantia. Sed cum certo ſciam omnia noſtra nobis, natura duce, placere, etiamſi incultiora ſint, aliorum cultiſſimis; nec puto eſſe hominem tam inſanum, qui ne poma Polonica edat, velit, deſerta libertate patria in Hiſpania ſeruire, vt ibi pomo granatis veſcatur. Longus hac in re non ero; hoc te ſolum moneo: mirari me, quod *Cromerus* ſummus reuera Patriæ noſtræ myſtes illum primum hiſtoriam ſcripſiſſe dicat, cum nos duos priores Gallum Anonymum, & *Baskonem* cuſtodem Poznanienſem habeamus, tibique daturi, Deo duce, ſimus. Non ægre ego fero ſtylum; errores alios, amore patriæ ardens, condono: ſed hoc mihi dolet, quod meminit aliorum ante ſe ſcriptorum, & eos non nominat; viros præterea maximos de libertate præclare diſſerentes introducit, nominibus illorum ſuppreſſis. Commentator iſte quis fuerit, ſcire non poſſumus, poſteriorem tamen fuiſſe facile intelligimus, cum *Iagelloniorum* meminerit. Non ouum ouo ſimilius, quod aiunt, eadem ratio & rerum & verborum. Tamen nec hoc terruit me, vt labore non paruo, ſumtu non vulgari eos tibi darem, quod & te à legendis & ediſcendis illis, ſi ſapis, non terrebit. Vale.

VINCENTII KADŁVBEK,
EPISCOPI CRACOVIENSIS,
HISTORIA POLONICA,
IN EAMQVE
COMMENTARIVS.

LEgenti mihi illas Illuſtris Epiſtolas A *Caſſiodori*, non parum diſertas, *Theodorici* Regia, Reip. zelatoris, occurrit eloquium ſeu Eulogium, quod vigoro.e perſtrepit, fauſto ſuo propoſito, per ſuum Oratorem *Caſſiodorum*, lib. Variarum ſecundo Epiſtola 35. ſub his verbis redactum: *Acerbum eſt, nimis noſtris temporibus antiquorum facta decreſcere, qui ornatum Vrbium quotidie deſideramus augere.* Quod cum memori mente digeſſiſſem, dignum fore reputaui, amore patriæ exemplo veterum, qui, ſecundum B *Valerium Maximum* lib. 2. cap. 10 de inſtitutis antiquis, magna charitate Patriæ tenebantur, pro noſtri Regni Poloniæ inuictiſſimi incremento non modico, geſta vetuſtiſſima memoratu digna ab ipſo exordio, in chronica *Vincentiana* veriſſime contenta, pro poſſe repetere, virtutesque ac vitia, verum etiam victorias cælitus Poloniæ conceſſas, ad modernorum notitias reducere: vt ad ſtudia bonorum actuum prouocarentur vota ipſorum, & Polonorum inuitarentur corda ſequentium. Succedaneorum enim omnimodæ ſtrenuitatis experimenta, omnimoda honeſtatis inſignia, ex Maiorum factis exemplaribus, veluti ex quibusdam ſpeculis dignoſcuntur reſultare, teſte *Ioanne Polycrato* in Prologo libri primi ſic inquiente: *Exempla maiorum, quæ ſunt incitamenta & fomenta virtutis, nullum omnimode exigerent aut ſeruarent, niſi pia ſollicitudo ſcriptorum & ſingularis diligentia eadem ad poſteros transmiſiſſet. Quis enim Alexandros ſciret, aut Cæſares? Quis Stoicos aut Peripateticos miraretur? niſi eos inſignirent monimenta Scriptorum. Quis Apoſtolorum & Prophetarum amplexanda imitaretur veſtigia? niſi ea poſteritati diuinæ litera conſecraſſent. Arcus triumphales tunc proſuerunt illuſtribus viris ad gloriam, cum ex quibus cauſis & quorum ſint, impreſſa docet inſcriptio. Nullus enim vnquam conſtanti gloria claruit, niſi ex ſuo, vel ſcripto alieno.* Cui alludit *Petrus de Vineis* Epiſtola prima, ſic inquiens: *Illos felices deſcribit antiquitas, quibus ex alieno præſtatur cautela periculo. Status namque ſequentis paratur ex principio præcedentis. Vt impreſſionem cera recipit ex ſigillo, ſic humana vita formatur moralitas exemplo.* Sane animaduertens, quod deceat omnes gratanter impendere laborem Reipub. & vtilitates eius reſpicere, ipſosque ſuos decet incolas de augmento ſuæ patriæ cogitare, quoniam teſte *Caſſiodoro* libro primo, epiſtola vigeſima prima: *Vnicuique patria ſua charior eſt, quam ſupra omnia ſaluam fore quærimus, vbi ab ipſis incunabulis commoramur.* Et merito: quoniam ſecundum *Tullium* libro de officiis I. *cum omnia ratione luſtraueris, omnium ſocietatum nulla eſt gratior, nulla charior, quam ea quæ cum Republ. vnicui-*

cuique noſtrum eſt. Chari ſunt parentes, chari liberi, familiares & propinqui; ſed omnes omnium charitates patria complexa eſt, pro qua quis bonus non dubitet mortem oppetere, ſi ei ſit profutura. Ab ipſa enim patria, iuxta Venerabilem *Philippum de Pargamo*, in regiminis ſpeculo parte V. præcepto XVIII. *multiplex nobis præparatur vtilitas. Patria enim nobis neceſſaria ad vitæ corporalis ſuſtentationem alimenta; videlicet, quibus paſcimur, indumenta quibus tegimur, habitacula, quibus ab imbribus, ventis, æſtu & frigore tutelamur. Tribuit inſuper nobis Patria vita neceſſaria, ad humani generis conſeruationem; in Patria enim creſcimus & multiplicamur, & genus humanum conſeruamus. Largitur etiam nobis Patria vita neceſſaria ad vitæ moralis eruditionem; vt puta doctores, Rectores, iudices, per quos in bonis moribus informamur, in ſcientiis erudimur, & vitiis naturæ humanæ infeſtis refrenamur.* Ideo *Cato* adſcribit, dicens: *Pugna pro Patria non ſolum armis bellicis, verum etiam geſtorum ipſius Patriæ commendationibus veridicis.* Quod quidem indubitanter poteſt quis ad effectum producere, dum Chronicarum ſeriem ad notitiam ſingulorum geſtiat promulgare. De numero quarum aſpectibus noſtris offert ſe Chronica *Vincentiana* inter cæteras præcipua, in hiſtoriis veriſſima, in ſerie verborum prædiſerta, aureas patriæ noſtræ Poloniæ columnas, veras Patrum noſtrorum effigies originaliter ediſſerens, ac tumultus belli diuina luce ordinatos ſcalatim enucleans. Circa cuius initium quædam generalia pro ſpecialium notitia declarabo contenta. Si bene vis ſcire librum, prius iſta require. Vtilitas, titulus, intentio, pars Sophiæ, quatuor cauſas rem totam perficientes.

Vtilitas coincidit cum cauſa finali ſcientiæ huius libri. Titulus autem ſicuti aliquotiens in principio iſtius Chronicæ reperi, ponitur iſte: *CHRONICA de geſtis Principum Poloniæ; quam Lector ſcias eſſe editam a* Matthæo *quondam Cracouienſi Epiſcopo, in qua per modum Dialogi in colloquendo cum* Ioanne *Archiepiſcopo Gneznenſi tres libros ediderunt, quartum autem addidit* Vincentius *Cracouienſis Epiſcopus.*

Dicitur primo in titulo: CHRONICA, quo nomine vtuntur multi a *Chronos* græce, quod eſt *Tempus* latine, inde *Chronicus, chronica, chronicum*, & temporalis vel terrenus vel antiquus, & hæc *Chronica, arum*, ſcilicet tempora, vel temporum ſeries, vel ordo, vel ſcripta, vbi tempora continentur, vel facta diuerſorum temporum. Et corripitur.

Dicitur: *De geſtis Poloniæ.* Vnde Polonia regnum ſpecioſiſſimum a polo Arctico nominatur, quod in ſequentia de S. Stanislao canitur: *Vt res geſta proteſtatur, verax nomine eloquatur. A polo Polonia.* Dicitur etiam Polonia a Caſtro *Pole*, quod in finibus Pomeraniæ ſitum fuerat antiquitus. Dicitur etiam Polonia alio nomine VANDALIA, a Vandalo primogenito *Negnonis*, qui ex nomine ſuo fluuium, qui nunc *Wisla* vulgariter nuncupatur *Van-*
A *dalum* cenſint appellari; nam & mons, de quo fluuius prædictus oritur, ab eiusdem nomine vocatur. Hic *Negno* de ſtirpe *IAPHET* proceſſerat. Eatenus Poloni ſunt de ſtirpe *IAPHET*, qui fuit filius *Noe*. Cui cum Pater benediceret, hoc ſpiritu Dei inſtigante innouit: *Dilatet Dominus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem, ſitque Canaan ſeruus eius*, Geneſ. 9 Hic *Iaphet* inter filios quos genuit, vnum habuit, cui nomen erat *IAWIN* quem Poloni vocant *IAN*, Rutheni vero *IWAN*. *Iawin* genuit *Alamphilarem*, *Alamphilares* genuit *Alay*, *Alay* autem genuit *Anchiſen*, *Anchiſes* autem genuit *Æneam*, *Æneas* autem genuit *Aſcanium*, *Aſcanius* autem genuit *Albinum*,
B *Albinus*, qui primus Europam intrauit, genuit *Negnonem*, *Negno* autem quatuor filios genuit, cuius primogenitus fuit *Vandalus*, a quo Vandalitæ ſunt nuncupati. Secundum computationem veriſimilem fuit circa tempora ſancti *Ioſeph*, filii *Iacob* Patriarchæ. Sic enim *Ioſeph* a computatione *Noe* fuit in tredecima generatione; ſic & *Vandalus* per aliam lineam deſcendendo. Hic *Vandalus* multos habuit filios, qui generationibus ſuis vltra quartam partem Europæ per regiones & regna ſemen ſuum multiplicando, poſſederunt. videlicet Ruſſiam vsque ad Orientem, Pomeraniam, Sueciam, Caſſubiam, Sarbiam, quæ nunc Saxonia dicitur, Bohemiam Morauiam, Stiriam, Ca-
C rinthiam, Carneolam, Sclauoniam quæ nunc Dalmatica dicitur, Croatiam, Pannoniam, quæ nunc Vngaria nuncupatur, Bulgariam, & alias quamplures terras, quarum multitudo propter prolixitatem in quadam alia Chronica Poloniæ ſubdetur. Quæ gentes in regna multa & fortia poſt modum excreuerunt, & multas tandem nationes exterminantes, earum regiones ſibimet vendicarunt. Sic etiam reperitur in Chronicis Romanorum, quorum regnorum omnium *POLONIA* terrarum maxima mater extitit & Domina; de cuius dicetur poſtea ampliori claritudine. Dicitur etiam Polonia Vandalia a *Vanda* filia *Graci*, a qua ſucceſſu temporis Vandalitæ ſunt nuncu-
D pati; & de hoc manifeſte habetur in Chronica præſenti. Polonia etiam *Lechia* nuncupatur, a qua Lechitæ ſuam ſumpſerunt originem, quæ a *Lech* ſeniore filio *Annonis* nomen accepit. *ANNON* enim legitur tres filios habuiſſe, *Lech*, *Ruſz*, & *Czech*, de quo ſatis clare ponitur in Chronica Polonorum; veriſimile tamen eſt, quod iſti ſibi inuicem ſuccedentes, famamque poſt mortem ſuam habere geſtientes, prouinciam ſuam ſuo intitulabant vocabulo. Sic etiam patet in titulatione Ieruſalem, quod olim vocabatur Salem, deinde Iebus & tandem Ieruſalem.

Dicitur in titulo: *PER MODUM DIALOGI*, vnde dialogus penultima correpta idem

eſt

eſt quod ſermo dualis, videlicet qui verſatur inter duos & dicitur a *dia* quod eſt duo, & *logos*, ſermo, i. e. duorum ſermo.

Dicitur in titulo: A MATTHÆO & ibi tangitur Auctor huius libri & operis. Secundum autem alios (& videtur verius) ponitur iſte titulus: CHRONICA VINCENTIANA, de geſtis illuſtr. Principum ac Regum Poloniæ.

Dicitur in titulo: VINCENTIANA; aiunt enim quidam *Vincentium* qoondam Epiſcopum Crakouienſem huius operis eſſe autorem. Qui cum fuiſſet verus cultor humilitatis, nomen ſuum ſubticuit. Secundum vero alios iſte ponitur titulus: *CHRONICA de geſtis illuſtrium Principum & Regum Poloniæ, per* Ioannem *Gneznenſem Archiepiſcopum &* Matthæum *Cracou. Epiſcopum per modum dialogi edita.* Et hoc eſt verum luculenter quoad primos tres libros, quos ipſi loquentes inter ſe per modum dialogi ſcripto teous edideront. Reputo ego inter cætera verius, vt poteſt colligi proceſſu iſtius totalis libri & ſucceſſu temporum, quod Autores præſentis totalis operis fuerunt tres inſignes viri: *Ioannes* Archiepiſcopus, *Matthæus* & *Vincentius* Cracouienſes Epiſcopi. Primi duo quoad primos libros tres in edendo: *Vincentius* vero, quoad formam in redigendo: ipſe vero ſolus *Vincentius*, quoad quartum librum in componendo. Ea enim geſta, quæ ipſi retroactis in ſuis ſcripſerunt temporibus, *Vincentius* in hanc formam poſuit, & proœmium præmiſit, motus inſtantia ac votis Ducis *Cazimiri*. De geſtis vero ſuis temporibus occurrentibus quartum librum compleuit, & illis tribus primis libris adiecit. De Autore autem huius Operis non eſt pertinaciter diſputandum, cum ſecundum iotentionem Venerabilis *Seneca* libeo quarto de virtutibus Cardinalibus: *Non audientem debet mouere dicentis autoritas, cum non quis, ſed quid & quomodo dicatur, eſt propenſius attendendum. Veritas* ſecundum *Damaſcenum, à quocunque proferatur, a Spiritu S. originaliter deriuatur.* Et in illis præmiſſis titulis non debet poni hoc verbum: INCIPIT ſecundum *Remigium*, ideo, quia titulus non eſt aliud quam nomen libri; hoc autem, verbum *incipit*, non eſt de eſſentia alicuius nominis. Cum enim quæritur: Quomodo iſta Chronica intitulatur? male redditur: *Incipit Chronica*, ſed debet reſponderi ſimpliciter: *Chronica de geſtis* &c.

INTENTIO eſt, dicta & facta memoratu digna priſcorum Polonorom in ſcriptis ſeriatim redigere, & Polonos ſuccedsntes ſeu ſuccedaneos ad res militares, ſtrenuos, virtuoſos & honeſtos prouocare. Subordinatur autem notitia præſentis Operis parti Philoſophiæ Ethicæ ſeu morali; propter hoc enim veterum exempla ſtrenua & honeſta referuntor, vt poſtea ipſi ſuorum veſtigia ſequantur, ioxta illud *Catonis*:

Multorum cum facta ſenex & dicta recenſes,
Fac tibi ſuccurrant iuuenis quæ feceris ipſe.

Teſte enim *Ioanne Polycrato* in Prologo libri ſecundi *omnia cedunt in vſum ſapienti, habentA que materiam virtutis exercendæ, quæcunque dicuntur aut fiunt; euentus laudabiles & ad virtutem animum addunt. Quicunque ad beatitudinem proficit, manu virtutem apprehendit; plenam enim nobis dant fiduciam præterita de futuris*, teſte eorum *Petro de Vineis* parte quarta, Epiſtola LXXV.

CAVSAM autem materialem proprie dictam notitia præſentis operis non habet, cum ſit ſimplex qualitas in anima: habet tamen cauſam materialem improprie dictam, quæ dicitur materia circa quam, & eſt: Geſta memoratu digoa illuſtrium Principum & Regum Poloniæ.

CAVSA vero finalis tractatus eſt Diuiſio B totalis libri in quatuor libros partiales. Cauſa vero formalis tractandi eſt modus agendi proſaicus. Scripſit autem Autor opus præſens proſaice potius quam metrice ideo, quia, quamuis metrum delectat, tamen quia breuiter & imperfecte hiſtoriam explanat, igitur potius hiſtorias proſaico ſermone Autor voluit perfecte deſcribere, quam eas metrico ſtylo ſtudiiſque imperfectis dictare. Vnde *Policratus* in Prologo libri quarti: *Non ſolent*, inquit, *ad vnguem grandia ſine mora luſtrari. Nec facile eſt, Prouinciarum longitudinem & latitudinem in momento transcurrere. Sic res magna ſuccincte quidem a ſapiente proponitur, ſed nunquam perfecte ſub anguſtia ſermonis nimia explanatur.* De cauC ſa efficiente ſeu Hiſtoriographo vel Chronographo dictum eſt in primo titulo. Cauſa autem efficiens mouens fuit illuſtriſſimus Princeps *Cazimirus*, Zelator Reipublicæ Regni Poloniæ peroptimus, qui pro ſuo tempore bonum Regni Poloniæ per veterum geſtorum relationem ſtuduit permouere, & in futurum id ipſum pro poſſe ſuo adaugere.

Cauſa autem finalis intenſiua eſt cognitio geſtorum illuſtrium Principum & Regum Poloniæ; extrinſeca vero eſt finis propter quem quis lludet iſti Chronicæ, vt propter vrbanitatem & eloquentiam, vel propter ſcientiam, per quam poſſit vitia repudiare & amplecti virtutes, per quas valeat deuenire in beatitudiD nem, iuxta illud Pſalmo 118. *Omnis conſummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis.* Et iſte eſt finis optimus, teſte *Gregorio Nazianzeno* in priocipio ſui Apologi, ſic inquiente: *Optimus ordo eſt, vt totius verbi vel operis a Deo nobis origo & in Deum conſummatio referatur.* Non diutius hunc protraham Prologum, quoniam ſcribitur 2. Mach. a. *Stultum eſt ante materiam effluì, in ipſa autem materia ſuccingi.* Et merito; quoniam teſte *Franciſco Florentino* Poëta laureato, in proœmio primi libri, de remediis vtriusque fortunæ: *Longior Præfatio libellum præueniens non aliud quam prægrande caput premit corpus exiguum. Nihil eſt enim ſine menſura ac partium proportione formoſum.* Ideo ad textum iam eſt accedendum.

VIN-

VINCENTII KADŁVBEK DE GESTIS POLONORVM

LIBER I.

PRÆFATIO.

TRes tribus ex cauſis theatrales oderunt Solennitates. Primi nomen *Codrus*, ſecundi *Alcibiades*, tertii *Diogenes*. *Codrus* quia pauper & pannoſus habitu: ſecundus quia ſpecie præinſignis: Tertius quia & morum venuſtate conſpicuus, & animi erat grauitate fœcundus. Primus, ne ridiculam per ſe pauperiem omnium exponeret riſui. Secundus, ne formæ exciperet in ſe periculum. Tertius, ne caſtiſſimam prudentiæ Maieſtatem ſcurrili proſtitueret inceſtui: maluit enim *Codrus* aliorum ſibi ſubtrahere ſpectacula, quam de ſe aliis præbere ſpectaculum. Quia nullum eſt inter purpuras & pannoſitates ſodalitii fœdus. Elegit & *Alcibiades* potius domi deliteſcere inglorius, quam formæ diſpendio de forma gloriari; quia nihil tam naturaliter eſt conſpicuum, quod lippientes oculos non faſcinaret inuidiæ. Rurſus cenſuit *Diogenes* vulgi conſortia dedignari propter prudentiam: quia ſatius eſt in ſolitudine venerari, quam familiaritate contemni. Et huius quidem pagellæ rudis macies, ieiuna ruditas, ab *Alcibiadis* eſt curioſitate ſecura. Superſtitioſus eſt enim faſcium timor, nec habet deſpectus quod de formæ exiſtimatione perdat. Sed nec *Diogenis* nos licet diuina vrget ſententia, quibus nec ſtillantis guttulam gratioſæ prudentia indulſit. *Codri* duntaxat territamur imagine, cum publicis aſſidentium expoſita inſidiis noſtra ſit tenuitas, nec etiam pannoſum, quo pudori conſuleret, habeat amiculum. Non enim adoleſcentularum inter Muſas collaſciuire choria, ſed ſacri Senatus tenemur ſuggeſtui aſſiſtere; non vmbratiles paluſtrium cannarum arundines, ſed aureas patriæ columnas; non puppas fictiles, ſed veras patrum effigies, de ſinu obliuionis, de ebure antiquiſſimo iubemur excidere; imo diuæ lampades lucis in arce regia arcemur appendere, & bellicia inter hæc tumultibus inſudare. Sed aliud eſt, quod in circumſpectione, præcipiti quadam oſtentationis libidine, quod quæſtus eſurie præſumitur, & aliud quod imperatrix obſequelæ neceſſitas infligit. Non enim ea me ſcribendi præſumtio exagitat, non ea gloriolæ inſtimulat ambitio, non lucelli rabies inflammat, vt poſt totiens expertas pelagi delicias, poſt totiens enatata laborum naufragia, rurſus in eiſdem delectet ſyrtibus naufragari. Non niſi namque aſini palato pro lactucis ſapit carduus; nec niſi prorſus inſipiens ſuauitate capitur inſipida: ſed iniuſta eſt iuſtæ præceptionis declinatio. Intellexit nimirum ſtrenuiſſimus omnimodæ ſtrenuitatis experimenta, omnimoda honeſtatis inſignia, ex maiorum exemplaribus velut ex quibuſdam ſpeculis reſultare. Certius ſiquidem iter capitur, duce præuio, luce præambula, ac venuſtior eſt effigies morum, quam venuſtas præfigurat exemplaris. Auitarum itaque virtutum poſteris dilargiens participium, mihi ſcriptori, calamo fragili, ac ſi arundineo, humeris pigmæi onus impoſuit Atlantis. Non alia forte perſuaſus ratione, niſi quod auri rutilantia, gemmarum nitor, artificis ruditate non vileſcit: ſicut & ſidera teterrimis Æthiopum demonſtrata digitis non nigreſcunt: nec ſubtilis eſſe artificis, ſi ferrum purgatur à rubigine, ſi aurum eliquatur à ſcoria. Quia igitur ſtultum eſt luctari cum onere, quod declinari non poteſt, enitar pro viribus; dummodo me talium conſectetur comitiua, qui huius auſpicium itineris dulci coreulo confoueant, qui & caſum in præcipiti & lapſum non mirentur in lubrico; quorum aggratulatione ſocia, nec onus ſit oneri, nec diſpendium videatur diſpendio. In via enim iucunda ſocietas eſt viæ vehiculum. Illud denique apud omnes precor eſſe impetratum, ne omnibus paſſim de nobis detur iudicium, ſed eis duntaxat, quos ingenii elegantia vel vrbanitatis commendat claritudo; ne cui nos prius liceat deſpicere, quam perdiligentiſſime perſpexiſſe. Non enim ſapit Zinziber niſi maſticatum: nec eſt aliquid, quod in tranſitu delectet; ſed eſt inciuile re imperfecta de re iudicare. Qui ergo parce laudat, parcius vituperet.

COMMENTARIVS.

ISTE liber, cuius Subiectum eſt, geſta illuſtrium Principum & Regum Poloniæ, principali ſua diuiſione, diuiditur in duas partes, ſcilicet, in Prologum ſeu Proœmium, & partem executiuam, quæ incipit ibi. *Fuit quondam in hac Repub.* Prologus ſeu Proœmium in tres partes principales diuiditur. Secundum quidem Proœmium iuxta Philoſophum in ſua Poëticatria debet facere: Debet enim Auditores reddere dociles per materiæ facilitatem, beneuolos, & attentos. Primo igitur autor in iſto Prologo reddit Auditores dociles per materiæ facilitatem. Secundo beneuolos per materiæ dignitatem, ibi: *Non enim adoleſcentularum.* Tertio, Attentos per materiæ arduitatem ſeu neceſſitatem, ibi: *Sed aliud quidem in circumſpectione præcipiti.*

Circa literam notandum eſt: *Tres tribus ex cauſis*, &c. Senſus eſt: Tres Philoſophi oderunt theatrales ludos ſeu ſpectacula & ſolennitates ex tribus cauſis. Quorum primus fuit *Codrus*, qui odio habuit ſpectaculorum ludos, propter tres cauſas. Prima eſt, quia fuit pannoſus, lacer ha-

habitu,de quo meminit pauper *Henricus* lib. I. Secuoda cauſa; ne ſic paupertatem ſuam omnium hominum exponeret ridiculo. Tertio *Codrus* elegit ſibi ſubtrahere ſpectacula,ne aliis de ſe ſic præbuiſſet deſpicabile ſpectaculum. Vnde ſi expers veſtis noptialis, de quo Matthæi 22. fuiſſet *Codrum* imitatus,non ſuiſſet in tenebras exteriores miſſus: ſed quia lacer venit ad conuiuiorum delectationes, ideo tanquam deſpectus & differens ab aliis,miſſus eſt in tenebras exteriores. Secundus *Alcibiades* dedignabatur ludos theatrales propter tres cauſas. Prima cauſa, quia ſpecioſus & pulcher valde extitit,ſic quod quaſi omnes fœminæ rapiebantur eius pulchritudine,de quo refert *Valer. Max.* lib. I. *de Prodigiis* capite penultimo, *quod miſerabilē exitum ſuum,haud fallaci nocturna imagine ſpeculatus eſt: quo enim pallio amica ſua dormiens opertum ſe videret,eodem interfectus, inſepultus iacens,conſpectus eſt.* Secunda fuit cauſa,ne ſua ſpecioſitate quempiam ſcandalizaret. Tertio *Alcibiades* elegit domi manere inglorie,quam formæ diſpendio, id eſt, cum damno formæ gloriari. Tertios vero *Diogenes* refutauit theatrales ſolennitates etiam propter tres rationes. Primo,quia moribus & virtutibus extitit plenus,& grauitate animi copioſus: leuium enim eſt ſpectacula intueri. Secunda ratio: ne prudentiam per ſpectacula aliquatenus proſtitueret ſcurrili inceſtui, hoc eſt, confuſioni. Tertia ratio:quia homioes in theatro exiſtentes non ſunt digni,vt ipſis tales, qualis fuit *Diogenes*,conuerſentur. In theatris enim viri prudentes contemnuntur,& veſani honorantur.

NON ENIM ADOLESCENTVLARVM &c. Hæc eſt ſecunda Pars Prologi; io qua autor reddit auditores beneuolos per materiæ dignitatem. Si illuſtris Princeps CAZIMIRVS *Vincentium* quoudam Epiſcopum Cracouienſ. induxiſſet, vt præſens opus compilaſſet, & in compilando ſolas Poëtarum voluptates ad laſciuiam prouocantes recitaſſet, *Vincentius* in hoc ipſum exaudire oon debuiſſet, quod ſua petitio non fuiſſet licita: Non enim Viris Catholicis licet in voluptatibus Poëticis ad laſciuiam prouocantibus ſe exercere, & tempus vitæ conceſſum Pœnitentiæ in negotiis vilibus & vanis conſumere. Sic etiam,ſi princeps CAZIMIRVS *Vincentio* permiſiſſet,vt præſens opus compilaſſet,negotiaq; ignobilia,obſcura & plebeia in eo dictaſſet, *Vincentius* ipſum & in hoc noo debuiſſet exaudire; quia ſua petitio ſiue intentio porrecta de vanitate ac ſuperſtitiooe fuiſſet ſuſpecta. Cæterum,ſi ſupplicatio Principis CAZIMIRI prætendiſſet, vt *Vincentius* aliqua figmenta dictaſſet,in his etiam *Vincentius* ad exaudiendom Principem CAZIMIRVM non fuiſſet obligatus,quia ſatis hoc adhuc ſapit curioſitatem. Quia vero illuſtris Princeps CAZIMIRVS ſuggeſſit *Vincentio*,vt imagines Patrum,tanquam Patriæ aureas columnas à radice obliuionis & ignorantiæ de ebore & oſſe Elephaotico antiquiſſimo excidiſſet, ac perenni munitione poſteris ſcripturæ teſtimonio reliAquiſſet,ipſaſque veluti luceroas diuinæ gratiæ inclyto regno Poloniæ appendiſſet, per tumultuum bellicorum relationem ad poſterorumq; animationem, idcirco *Vincentius* ipſius petitioni,tanquam dignæ ac iuſtæ,acquieuit,huncque librum,in quo geſta memoratu digna referuntur, ſic compilauit. Et hoc claret,quod Aotor per literam præſentem reddit auditores beneuolos per materiæ dignitatem.

SED ALIVD EST &c. Tertia pars Prologi, in qua Autor reddit auditores attentos per materiæ arduitatem ſeo neceſſitatem. Primo ponit quadruplicem modum ſcribendi. Secundo,cauſam ineuitabilem ad ſcribeodum ipſum impellentem,cum hoc labori ſe huic ſubiiciens, B cum cautela, ibi: *SED INIVSTA EST* &c. Tertio captat beneuolentiam ſingulorum, precando de ſe cautum iudicium,ibi: *ILLVD DENIQVE APVD OMNES PRECOR* &c. vt videlicet,oon omnes late & indifferenter de iſto opere habeant iudicare,ſed ſolum illi, qui iogenii ſubtilitate ac excellentia ſunt decorati,facieique elegantią exiſtant illuſtrati; nec mox, viſo tenore literæ, habeat quis ſtatim præſens opus contemnere, ſed prius ſtylum exacte perpendere. Cum enim exacte ſic ſtylum perpenderit, vrbanitatem in hoc opere inuenire poterit; ſicut patet per ſimile in Zinzibere,quod cum maſticatur,ſapor in eo inuenitur, ſi vero maſticatum non fuerit, ſaporem nullum diffundit. C Secundum ſimile; in motu enim delectatio non habetur,niſi ad quietem,quæ eſt terminus motus,perueniatur. Qui ergo in præſenti opere de ipſo aliquod iodicium præferat,iohumanus & iniuſtꝰ fieret,quia nihil baptizatur, niſi prius fuerit genitom. Præſens ergo opus, qui non vult laudare, oon debet vituperare; quia reprehenſibilis eſt nimia laudatio ac etiam immoderata vituperatio; illa quidem adulatione,hæc autem malignitate ſuſpecta eſt.

EPISTOLA I.

IOANNIS Archiepiſcopi Gneſnenſis.

De Immenſitate Regni Poloniæ, & de Victoria ex finitimis eius marinis & transmarinis nationibus obtenta.

D Fuit quondam in hac Repub. virtus,quam velut quædam cœli luminaria noo ſcripturæ quidem membranalis,ſed clariſſimis geſtorũ radiis,Patres conſcripti illuſtrauere. Non enim plebei Aborigines,non vendicariæ illis priocipatæ ſunt poteſtates; ſed principes ſuccedanei, quorũ ſtrenuitas licet nube ignorantiæ obducta videatur, mira tamen rutilantia tot ſeculorum tempeſtatibus extingui non potuit. Memini qoidem collocutionis mutuæ virorum illuſtrium, quorum tanto fidelior eſt recordatio, quanto celebrior viget autoritas. Diſputabant *Ioannes* & *Matthæus* ambo grandæui, ambo ſententiis graues,de huius Reip. origine,progreſſu & conſumatione. Cum *Ioannes*,quæſo,inquit,

mē

mi *Matthae*, ſub quonam conceptam exiſtimabimus noſtrarum conſtitutionum ioſantiam? Nos enim hodierni ſumus, nec vlla heſternitatis eſt in nobis cana ſcientia. *Matthaeus*: Scis, quia in antiquis eſt ſapientia & in multo tempore prudentia, me vero in hac parte infantulum fateot, vt etiam vtrum huius inſtantis ſimplex aliqua præceſſerit portiuncula, prorſus non nouerim; quod tamen per veridicam maiorum narrationem condidici, oon ſilebo. Narrabat itaqua grandis natu quidam inſanditiſſimæ numeroſitatis manum quondam hic vigniſſe, vt tanti Regni immenſitas vix vnius ab eis iugeris æſtimatione cenſeretur. Ideo illos non dominandi ambitus, non habendi vrgebat libido, ſed adultæ robur animoſitatis exercebat, vt prætet magnanimitatem nihil magnum æſtimarent, vt ſuorum acceſſiones virtutum nullis vsque in terminis limitarent: nec enim virtures dignarentur limitum ergaſtulis includi. Hi etiam trans finitimorum fines ſuæ titulis victoriæ aſculpſerunt. Non ſolum enim ciſmarinas vndiqne nationes, ſed etiam *Danomalchieas* inſulas coniecerant ditioni, quarum non inualidas legiones prius naualibus fudere præliis, deinde intimis inſularum præcordiis ioſuſi, omnem clientulam ſubiiciunt nationem, Rege quoque ipſorum *Camito* in vincula coniecto. Qnibus duorum data eſt optio, vel vectigales perpetuo recognoſcant penſiones, vel cum mulieribus indifferentes habitu comas muliebriter promittant; argumentum ſcilicet imbecillitatis fœmineæ. Illi dum altercantur de altero, vtrumque ſuſcipere coguntnr: minor tamen erat obſequelæ recognitio, quam ignominiæ cauterium. Prudeotius enim famæ conſulitur quam parantur diuitiæ: dinitiæ ſiquidem in infamia poſſeſſæ nomen diuitiarum demerentur. Huius vero *Camiti* nepos auitam vlciſci volens iniuriam in ipſos tranſtulit vltionem. Extorqnere non poterat: quia enim *Daci* prius cum *Polonis*, deinde cum Baſtarnis mala pugnauerant, ad vltionem ſegnitiei capenri ſomnum capita loco pedum ponere iuſſu Regis coacti ſunt, & miniſteria vxoribus, quæ viris antea fieri ſolebant, facere: donec ignominiam bello conceptam delerent.

COMMENTARIVS.

Iſta eſt pars executiua huius operis, in qua iam autor in prologo, ſua intentione præmiſſa, eandem proſequitur intentionem geſta inclyta Regni Poloniæ deſcribendo; & diuiditur hoc opus in quatuor libros partiales. Primus libar in tot partes diuiditur, quot in eo epiſtolæ continentur. Circa literam eſt notandum, ſecundum *Iſidorum* decimo nono libro *Etymologiarum*: quod Reſpublica eſt ſicut quoddam corpus, quod diuino munere animatur & regitur. Et hoc eſt quod tangit *Alimandus* in *Chronicis* lib. XI. quibus aſſentit *Polycratus* Lib. I. c. 2. ſic inquiens: *Reſpublica eſt corpus quoddam, quod diuini muneris beneficio animatur, & ſummæ æquitatis agitur nutu, & regitur quodam moderamine rationis. Princeps capitis in Republ. obtinet locum, verum ſubiectus DEO, & his qui vicem illius agunt in terris, quemadmodum & in humano corpore ab anima vegetatur caput & regitur. Cordis locum Senatus obtinet, à quo bonorum ac malorum operum procedunt initia. Oculorum, aurium & linguæ officia ſibi vendicant iudices & Præſides Prouinciarum ac oratores, officiales & milites manibus cooperantur. Qui ſemper aſſiſtunt principi, lateribus aſſimilantur. Quæſtores & Comites rerum priuatarum ad ventris & inteſtinorum referuntur imaginem. Pedibus vero ſolum iugiter inhærentibus Agricolæ cooptantur.*

EPISTOLA II. MATTHAEI

Epiſcopi Cracouienſis.

De multis conflictibus Polonorum & triumphis ex Gallis & Romanis.

FAma eſt, *Gallos* pene totius orbis tunc regna occupaſſe, quorum multa millia multis hæ manus ſtrauere conflictibus: reliquos diu afflictos, ad ſodalitii fœdus compulere; vt ſi quid eis aut ſorte aut virtute apud exteros acceſſiſſet, æqua vtriſque obtingeret portio. *Gallis* itaque vniuerſa ceſſit Græcia; iſtorum vero hinc vsque Parthiam, iſthinc vsque Vngariam, illinc vsque Carinthiam creuit acceſſio. Vbi poſt multos cum Romanis conflictus, poſt multorum multa bellorum diſcrimina vrbes occupant, præfectos conſtituunt, quendam nomine *Gracum* principem creant. Sed tandem illius gentis luxu ſegniter diſſoluti, mulierum paulatim emolliti laſciuia, priores quidem veneno extinguuntur, cæteri iugo indigenarum ſubſternuntur, ſicqne omnium armis iouicti paucorum ſegnitie vincuntur.

COMMENTARIVS.

Notandum eſt: *Gallus* eſt quidam flunius Phrygiæ, de qno homines potantes ebrii & veſani efficiuntur. Inde Gallica eſt regio. Et ſunt tres Galliæ: Comata, Togata & Braccata. Gallia comata eſt Lombardia: Gallia togata eſt Burgundia: Gallia vero braccata eſt Teutonia, a longis braccis. Et ideo per Gallos hic intelliguntur Germani ſeu Theutones.

Item notandum, qnod fœdus, id eſt, pactum vel pax, quæ fit inter dimicantes, fuit ex quadam conſuetudine pacem facientium, quod tenebaot porcam inter ſe, & ipſam porcam percutiebant & turpiter interficiebant; quaſi ſic occidatur ille, qui à pace reſiliret. Et ideo dictum eſt fœdus a porca fœda, id eſt, turpiter occiſa.

EPISTOLA III. IOANNIS

Archiepiſcopi Gneſnenſis.

In qua confirmantur geſta in prædicta Epiſtola contenta.

NIhil hic fictum, nihil ſimulatum, ſed quicquid aſſeris verum ac ſerium ex antiqua

præſumitur hiſtoria. *Galli* enim, vt ait *Trogus*, cum eos patria ooo caperet, trecenta millia ad ſedes nouas quærendas miſerunt, ac ex A eis portio in Italia conſedit, & Romam captam incendit. Alia per ſtrages barbarorum penetrans in Pannonia conſedit, vbi victis Pannonis cum finitimis multa bella geſſerunt. Veriſimile igitur ac certo certius eſt, eum hac gente eos concertaſſe. Non enim ſine colliſione conquieſcunt continuo fluctus oppoſiti, nec diu vicinari ſuſtinet Leo cum Tigride. Quippe

Non bene torrentes ripa voluuntur eadem,
Quos rapit oppoſito turbine vis eadem.

COMMENTARIVS.

Notandum eſt, quod hiſtoria dicitur viſio vel cognitio. Antiquitus enim nullus ſcribebat Hiſtoriam, niſi qui interfuiſſet, & ea quæ ſcribenda eſſent, vidiſſet. Et dicitur ab B *Hiſteron*, quod eſt videre vel cognoſcere: quia diu præterita ad noſtram notitiam & memoriam reducit. Eſt enim hiſtoria res geſta, à memoria hominum propter vetuſtatem remota. Et inde hiſtoriographus & hiſtoriographia, id eſt, Deſcriptio hiſtoriæ.

Item notandum, quod a barba dicitur barbarus, & eſt crudelis, incultus, auſterus, ſtolidus; id eſt nomen crudelitatis. Vnde olim omnes gentes dictæ ſunt barbaræ præter Græcos & Latinos.

Item. Pannonia ſecundum quoſdam eſt mater & origo omnium Slauorum & earum nationum. *Pan* enim, ſecundum Slauorum ex Græco interpretationem, totum habens dicitur, vnde in Slauonico *Pan* dicitur Domi- C nus, ſeu totum habens.

Item circa iſtas duas epiſtolas notandum eſt: quod alias Principem Polonia Regem habere non curauit vſque ad tempora Regis Aſſueri Heſter mariti, qui regnauit ab India vſque Æthiopiam ſuper centum & viginti ſeptem prouincias; cuius tempore trecenta millia Gallorum ad quærendum nouas habitationes exiuerunt, Romamque captam incenderunt, & cætera pene totius orbis regna occuparunt. Quod Poloni audientes copioſum contra Gallos exercitum & Capitaneum ſeu Principem conſtituerunt, & ſic prædictos Gallos deuicerunt.

EPISTOLA IV. MATHAEI
Epiſcopi Cracouienſ.

De primi Regis videlicet Græci principis Regni Poloniæ Legislatoris felici promotione, ac Græci filii iunioris nefaria ſucceſſione.

EX tunc nonnulli dominatiuam ligurire cœperunt portiunculam, vnde à Carinthia rediens *Gracus*, vt erat ſententioſo beatus ſermonum agmine, omnes in concionem vocat, omnium ora in ſe conuertit, omnium venatur fauorem, omnium ſibi conciliat obſequia. Ait, ridiculum eſſe pecus mutilum, hominem ſine capite, acephalum. Idem eſſe corpus exanime, idem ſine luce lampadem, idem mundum ſine Sole, quod ſine Rege imperium. Aliam ſiquidem animoſitatis ſuggerit induſtriam; lux rerum illuſtrat circumſpectionem, Sol denique radios munificentiarum, beneficos & omnes docet expandi, quibus velut quibusdam gemmis Regii diadema capiti quam decentiſſime condecorat, vt in fronte magnanimitas, in occipite circumſpectio, in lateribus altrinſecus largæ ſtrenuitatis Carbunculus præſulgeat. Se non Regem, ſed Regni ſocium pollicetur; ſi ſe diligant. Non ſibi, ſed toti natum ſe credere mundo. Proinde Rex ab omnibus conſalutatur, iura conſtituit, leges promulgat. Sic ergo noſtri ciuilis iuris nata eſt conceptio ſeu concepta natiuitas. Nam ante hunc ſeruituti ancillari libertas & æquitas pediſſequari iuſſa eſt iniuriæ, eratque iuſtitia, quæ plurimum prodeſſet ei, qui plurimum poſſet. Licet autem iuſtitiæ rigor non ſtatim cœperit imperare, ex tunc tamen violentæ deſuit ſubeſſe poteſtati; & dicta eſt iuſtitia, quæ plurimum prodeſt ei, qui minimum poteſt. Igitur Polonia florentiſſimis aucta per *Gracum* ſucceſſibus, ſtatuit proiem eius Regni ſucceſſione digniſſimam, niſi alterum filiorum eius fratricidii fœdaſſet piaculum. Erat enim in cuiuſdam ſcopuli anfractibus monſtrum atrocitatis immaniſſimæ, quod quidam *Olophagum* dici putant. Huius voracitati ſingulis hebdomadis ſecundum ſupputationem certus numerus armentorum debebatur; quæ niſi agricolæ quaſi quaſdam victimas obtuliſſent, humanis totidem capitibus à monſtro plecterentur. Quam *Gracus* non ferens perniciem, vt erat clementior filius erga patriam, quam pater erga filios, clam filiis accitis dirigit propoſitum, pandit conſilium. *Inimica*, inquit, *ſunt ignauia virtuti, canitiei deliramentum, iuuentuti ſegnities: Non enim eſt virtus, quæ ignauia eſt; non canities quæ delira; non iuuentus quæ ſegnis; imo fugienda eſt, etiam vbi nulla eſt exercendæ animoſitatis occaſio. Porro ſponte ſe ingerentem gloriam quis vnquam declinauerit, niſi prorſus inglorius? At vero defenſa ciuium ſalus æternales tranſcendit triumphos: nec enim propriæ indulgendum eſt ſaluti, quoties de communi agitur diſcrimine. Vos itaque, vos,* D *noſtra præcordia, quorum vtrumque noſtris educauimus virtutibus, vos in monſtri necem armari conuenit: vos in eius congreſſum præponi addecet, non exponi; vtpote noſtræ vitæ dimidium, quibus huius regni debetur ſucceſſio.* Ad hæc illi: *Imo priuignali, Pater, odio videremur intoxicati, ſi tantæ munus gloriæ inuidiſſes; penes te ſit iubendi autoritas, in nobis ſubſequendi neceſſitas.* Sæpe igitur apertam virorum audaciam, ſæpius nudos nequicquam experti virium conatus, induſtriæ tandem niti coguntur ſuffragio. Corrigia enim armentorum accenſa, plena ſulfure, loco ſolito

pro

pro armentis collocantur. Quæ dum auidiſſime glutit Olophagus, exhalantibus flammis intro ſuffocatur. Moxque iunior, tam A victoriæ quam regni non quaſi conſortem, ſed æmulum fratrem occupat ac trucidat. Cuius funus crocodiliois proſequitur lacrymis; a monſtro mentitur occiſum; à patre tam gratulanter quaſi victor accipitur. Sæpe namque mœror funeris gaudio vincitur victoriæ. Sic iunior *Gracus* paterno ſuccedit imperio, hæres oeſarius. Sed diutius fratricidio fuit ſordidus, quam imperio inſignis. Nam poſt, dolo deprehenſo, piaculi deputatur ſupplicio, exilii perpetuitate damoatur.

COMMENTARIVS.

Crocodilus animal quadrupes, dicitur à *Crocus*, quia croceom habet colorem, & eſt in B longitudine viginti cubitorum. Et dum ad tergum lapidibus percutitur non ſentit propter ſui nimiam duritiem, & in aquis nocte, & in die humi requieſcit. Vel crocodilus, quia *Crocos* & *dilus*, id eſt victus; vnde verſus:

Herba Crocus, dilus, metq, venit hinc Crocodilus:
Nam croceis maculis variatur, & eſt metuendq.

EPISTOLA V. IOANNIS

Archiepiſcopi Gneſnenſis.

Confirmans geſta in præcedenti epiſtola contenta.

Nec enim lex iuſtior vlla eſt, quam necis artifices arte perire ſua. Sed tam degenerem non ſperabam ſurculum, de tam generoſa C vitis propagine: Sæpe tamen vua derumeſcit in acinum, ſæpe oleum vertitur in amurcam, ſæpe aurum degenerat in ſcoriam. Quid igitur miri, ſi triſtes habet triſtis ambitio fines? quæ quanto eſt felicior, tanto miſerior; quanto florentiſſimis vberior ſucceſſibus, tanto atrocioribus proximior inſidiis; quanto imperioſius aliis imperare ſtudet, tanto ſubiectius aliorum ſeruituti adiicitur. Ambitionis enim eſt, omnes omnium ambire anguios, omnium auriculas lambere, ad omnium ſcabellum proſterni, donec, quod appetit, vtrinque aſſequatur. Sunt quatuor cupiditatis filiæ: Opum ingluuies, honorum ambitio, inanis gloriæ captatio, libidinis prurigo. Inter has natione D cœleſti ſuperbit ambitio: ideo humilium dedignata tuguria, ſuperborum ac ſublimium colla propria virtute calcauit. Quæ quantas in ſe habet delicias, prunis carbonibus ſubaccenſis, mucrone ſubappenſo, *Dionyſius* familiari ſuo qoam familiariſſime demonſtrauit. Sed numquid immortalia *Graci* beneficia ſic emori debuerunt, vt nullum tanti patris ſuperſit inſigne?

COMMENTARIVS.

Cauſam reddit, quod iunior *Gracus* fratricida a dominio Regni Poloniæ iuſte eſt alienatus. Et primo ponuntur prouerbia: ſecundo admirationes motuum: tertio eorundem remediom. Videlicet *Gracus* iunior iuſte perpetuitate exilii damnatus, ſupplicioque deputatus à dominioque regni Polooiæ alienatus, ideo, quod ex ambitione fratrem occidit & iugulauit; ergo merito à regno, a quo per mortem fratrem deiecit, ipſemet cum turpitudine corruit. Quem enim fratri parauit laqueum, ipſemet in eum incidit, ſecundum *Guidonium* parte ſecnoda, Prouerbiorum 10. *Si iniuſte leuaberis, mox iuſte cades & his ſeruies, qui tibi ſeruierunt.*

NOTANDVM. Iſte *Gracus* primus Rex Poloniæ ante Chriſti incarnationem annis plus quam quadringentis floruit, & ante *Alexandrum* Macedonem annis pene centum.

EPISTOLA VI. MATHAEI

Epiſcopi Cracouienſis.

De ſucceſſu ac dominio Vandæ Reginæ, filiæ ſenioris Graci, & ſororis germanæ Graci iunioris.

Imo in ſcopulo Olophagi mox fundata eſt vrbs inſignis *Graconia*, vt æterna *Gracus* viueret memoria. Nec prius ab exequialibus ceſſatum eſt obſequiis, quam muri vrbis conſummatione clauderentur; quam quidam à crocitatione cornorum, qui eo tempore ad cadauer monſtri aduolarant, *Cracouiam* dixeruot. Tantus autem amor demortui Principis Senatum, Proceres, vulgus omne deuinxerat, vt vnicam eius virgunculam, cuius nomen *Vanda*, Patris imperio ſurrogarent. Quæ tam elegantia formæ, quam omnimoda gratiarum venuſtate omnibus adeo præſtabat, vt non largam ſed prodigam in eius dotibus naturam exiſtimares. Nam & prudentum conſultiſſimi eius ſtupebant conſiliis, & hoſtium atrociſſimi eius manſueſcebant aſpectu. Vnde quidam Alemannorum tyrannus, dum propoſito huius gentis populandæ graſſaretur, dum quaſi vacans rapere molitur imperium; inaudita quadam virtute prius vincitur, quam armis. Omnis enim exercitus eius, mox vt Reginam ex aduerſo vidit, velut quodam Solis radio repente percellitur, omnes velut quodam iuſſu numinis animos hoſtiles exuti a prælio diuertunt. Afferunt Sacrilegium a ſe declinari non prælium; non hominem ſe veteri, transhumanam in homine reuereri Maieſtatem. Quorum Rex, incertum eſt, amoris an indignationis, an vtriusque ſauciatus languore, ait: Vanda *mari*, Vanda *terra*, *aëri* Vanda *imperat*, *diis immortalibus* Vanda *pro ſuis victimet*, *& ego pro vobis, o mei Proceres, ſolennem inferis hoſtiam deuoueo, vt tam veſtra, quam veſtrorum ſucceſſionum perpetuitas ſub fœmineo conſeneſcat imperio.* Dixit, & exerto incumbens mucroni exſpirauit,

Vitaq, cum gemitu fugit indignata ſub auras.

Ab hac *Vandalum* flumen dicitur nomen ſortitum, quod eius Regni centrum extiterit. Hinc homines ſunt *Vandali* dicti, qui eius ſubfuere imperiis. Quæ, quia omnium ſpre-

uerat connubia, imo quia prætulit connubio cœlibatum, ſine ſucceſſore deceſſit, diuque poſt ipſam ſine Rege claudicsuit imperium.

COMMENTARIVS.

VANDA in Dominum & Reginam Regni Poloniæ & Polonos eſt aſſumta, propter patris ſui *Graci* glorioſa & inclyta merita. De eius ineff·bili pulchritudine, cum quidam Rex imo Tyrannus Alemannorum audiuiſſet, in matrimonii legalitatem ipſam habere poſtulauit; qusm cum nec precibus, nec muneribus ad ſuum connubium acclinate potuiſſet, minis hoſtilibus, & exercituom ſuorum ioſultibus ipſam ad ſua vota flecti cupiens, stqoe ſperans, congregatisnouis exercitibus, terræ Lechitarum appropinquans, eosdem hoſtiliter inuadere conabatur. Cuius potentiæ *Vanda* cum ſuis occurrit exercitibus. Quam Rex B præſatus cum ſuis turmis ferociſſimis cernens aduenisse, conſternatus fugam dedit, fugiendoque, Diis ſuis immolando, gladio vibrato inſiliit. *Vanda* vero dextris Alemannorum fidelitatis & omagii receptis ad propria gloria cum ingenti rediens, ſeipſam pro tam magnifica gloria & proſperis ſucceſſibus Diis victimans, in Wislam ſponte ſiliens, humanæ naturæ debitum ſoluit, & ad interorum limina deſcendit: vnde idem fluuius a *Vanda* ſic in eo victimata, nomen *Vandalus* accepit, a quo etiam omnes Poloni *Vandalitæ* ſunt nominati ſeu appellati.

Circa literam notandum: Poloni memoriam ſempiternam *Graci* habere geſtientes, Ciuitatem nobilem & famoſam circa inferiorem C rupem fundauerunt, quam a nomine ipſius *Graci Gracouiam* intitularunt, nec prins obſequialibus ceſſauerunt, niſi ipſam muris clauſerunt. Quam tamen alii *Cracouiam* vocauerunt, propter coruorum multitudinem, qui tunc sd Cadauer Draconis occiſi aduolauerunt. Quam cioitatem *Alexander* Magnus fertur deſtruxiſſe, & ſale conſperſiſſe. Quæ quidem Ciuitas ſub mooticulo *Wauielnica* dicto, nunc autem *Skalka* vulgariter, fuit fundata. Vnde *Gracus* in monte maiori & ſuperiori, tunc *Wawel* appellato, Caſtrum ædificauit, quod ſuo nomine *Grac* intitulauit. Poloni vero in ipſius memoriam, retro montem minorem Wauielnica dictum Ciuitatem D magnam & famoſam erexerunt, quam ſuo nomine *Gracouiam* nuncuparunt. Cuius *Graci* corpus in loco eminenti, in monte, quem hodie tenet Eccleſia ſancti Benedicti, ſepelierunt. *Vandam* vero ſic Diis immolatam, & ex aquis a Diis emerſam, verſus *Mogilam* in alio monte tumulauerunt.

EPISTOLA VII. IOANNIS

Archiepiſcopi Gneſnenſis.

Approbans prædicta per ſimile & per rationem.

Aſſyriorum Regina *Semiramis*, immaturo filio Regnum credere non audens, ſe filium ſimulat, ſexumque mentita, Regoo viri Æthiopiam adiicit, Indis bellum infert; quo præter illam & *Alexandrum* Magnum nemo vn- A quam intrauit. Multæ quoque aliæ non modo fœminas, ſed etiam viros, virtutibus anteceſſere. Ideoque non tam in fœmina virilem admiror induſtriam, quam in viris fidei ſpectatæ conſtantiam. Licet namque bonis videatur moribus diſſonum, fœminam Principibus imperare; pietati tamen viſum eſt, & paternis prolem iuuari meritis, & mortuorum apud poſteros non mori beneficia. Cuius virtutis ſpecies etiam Siculis exhibita eſt tyrannis. *Anaxillaus* enim Rex Siciliæ decedens, paruulorum tutelam probatiſſimæ fidei ſeruo *Micalo* committit. Tantusque Regis amor apud omnes fuit, vt parere ſeruo, quam deſerere filios Regis mallent, ſuæque B obliti dignitatis, Reginæ per ſeruum miniſtrari dignitatem, Principes paterentur. Quid autem in huiusce noſtri tempuſculi tempeſtate? Fides non parit fidem; ſed ſi concipit, prius abortit quam pariat; prius exſpirat partus, quam ſpirare incipiat. Si ad fidei pia vbera gemina pendent, viperam catuli ſugunt perfidi, a quibus non modo amici, ſed & Domini plus dolo coluntur, quam fide. Negotiatio enim eſt, non amicitia, quæ ad commoditates accedit.

COMMENTARIVS.

Regina Aſſyriorum *Semiramis* propter filii ſui immaturitatem & iuuentutem, fingens ſe ſore maſculum, Æthiopiam Regno ac dominio viri ſui adiunxit, bellumque contra In- C dos faciens, Indiam potenter intrauit: vbi tamen præter *Alexandrum* M. Macedonem & præter eandem Reginam nemo intrare voluit. Et hoc eſt argumentum a ſimili. Quoad rationem sutem ſic arguit: Illæ mulieres, quæ viros in virtute ac induſtria præcedunt, merito debent regnare. Sed multæ mulieres ſunt huiusmodi, Ergo &c. Nota: quia homines intellectu & ratione vigentes natura ſunt rectores & domini aliorum I. Politic. Multæ etiam mulieres viros in virtute præceſſerunt. *Iſis* enim Regina Ægyptiorum Ægyptiacas inuenit literas, vt ponit *Iſidorus* lib. I. Ethicorum. Carmentorum Nympha, alio nomine *Lycoſtrates*, literas Italicas tradidit ſeu latinas: & *Regina*, ſoror *Tubal*, artes Mechanicas adinuenit: *Clitre* D qooque atq; Tiburtina aliæque Sibyllæ futura multiplici tatione deſcripſerunt: prout narrat *Lactant.* 10. libro Sybillarum. Rurſus, *Lybia* ſua virtute & ſapientia glorioſiſſime regnauit; ita, quod meruit, vt ſuo nomine regnum nuncuparetur. *Almathæa*, quæ alio nomine dicta *Derphebes*, virgo fuit inclyta, & annis longæua, referentibus Poëtis, ſua virginitate dignitatem & diuinitatem obtinuit; Vaticinia quoque plurima ſcripſit in Babylone, iuxta locum vbi dicunt ſuum feciſſe oraculum. Quod quidem oraculum vsque in hodiernum diem intuentibus inducit admirationem. De hac refertur,

fertur, qood per plurima ſecula vixit, & *Tarquinio Priſco* nouem libros, quos ediderat, attulit, de quibus tres ipſa combuſſit, & reliquos Romæ cum magna diligentia ſeruare fecit. *Merepeſta* etiam ſua ſapientia & fortitudine Regna obtinuit, mammillamque dextram abſtulit, ne in ſagittationum exercitio impediretur. Inſuper *Iacob* per conſilium ſuæ matris *Rebecca* Patris benedictionem adeptus eſt, & ſuper fratres eius dominatum. Cæterum *Indutha* ciuitatem de manibus *Holofernis* liberauit: & *Abigail Nabel* ab ira *David* liberauit, quem ipſe *David* occidere volebat. Amplius *Heſter* Iudæos cum *Mardocheo* in Regno *Aſſueri* Regis ſublimauit. Demum *Iabel Zezaram* occidit, *Canaan* humiliauit, & *Iſraël* plurimum exaltauit. Ergo.

Circa literam eſt notandum: Secundum *Tullium* in Rhetorica &c. *Prima pietas eſt virtus, per quam ſanguine iunctis & patriæ beneuolis officium & diligens cultus tribuitur.* Veteres ergo Poloni magna pietate extitiſſe approbantur; quia his qui patriæ beneficia exhibuerunt honorem & venerationem, nedum in perſonis eorum, verum etiam in ipſorum poſteris, vt puta, in filiis & filiabus tribuerunt. Mortuo autem *Graco* in memoriam ſempiternam Ciuitatem ab ipſius nomine nuncupatam vulgariter *Craconiam* appellatam erexerunt, filiumque in Regem præfecerunt: quo parricida comperto, filiam dicti *Graci Vandam* nomine, in Reginam adoptarunt, cui ex pietate non modica obſequia ſua, quanquam fœminæ, præſtiterunt. Quod pietatis opus & Siculi in paruulis *Anaxillai* exhibuerunt. Nam dicto Rege Siciliæ *Anaxillao* decedente paruulos ſuos militi ſuo cuidam fideliſſimo nomine *Micalo* in tutelam regnique adminiſtrationem eidem committente; Princeps vero ac totus Senatus Regni prædicti ſuæ immemores dignitatis, ex pietate, quam erga Dominum Regem *Anaxillaum* geſſerunt, per ſeruum *Micalum* ſic per Regem deputatum Regni adminiſtrationem ac gubernationem fieri admiſerunt, ipſumque ſibi paſſi ſunt principari. Sed proh dolor! moderni Poloni vix inueniuntur tantæ pietatis & probatæ fidei: plus enim attendunt vtilitatem, quam pietatem, tam diuque in ipſis amicitia & fides durat, quamdiu vtilitas & emolumentum perſeuerat. Talis enim amicitia, qua quis quem diligit, propter ſuum vtile & profectum, non amicitia, ſed mercatura dici quædam meretur.

EPISTOLA VIII. MATHAEI

Epiſcopi Cracouienſis,

De Polonorum triumpho ex Magno Alexandro.

Huius quoque Reipublicæ adminiſtratio humilibus nonnunquam & incertis ceſſit perſonis, nulla prorſus vel vulgi vel procerum ſugillante inuidia, vtpote quorum glorioſis etiam hodie gloriari delectat inſignibus. Nam cum famoſus ille *Alexander*, cuius nuper miniſti, vectigales ab eis exigere penſiones tentaret, aiunt legatis: *Legati eſtis tantum, an* A *alias regii cenſus quæſtores?* Qui reſpondent: *Et legati ſumus, & quæſtores.* Ad hæc illi: *Prius ergo*, inquiunt, *intemerata Legatis exhibenda eſt religio, vt magnifice ſuſceptos magnificis veneremur donariis; quæſtoribus deinde quæſtus exſoluatur cenſualis: debetur enim Cæſari, quod Cæſaris eſt, debetur, ne læſæ criminemur Maieſtatis.* Legatorum itaque præcipui prius viui exoſſantur, deinde cutes eorum corporibus exutæ partim auro, partim alga ſarcinantur viliſſima, humanaque pelle ſed inhumane veſtitum metallum cum hac remittitur epiſtola: *Regi Regum Alexandro rerum imperatrix Polonia: Male alius imperat, qui ſibimet imperare non didicit. Neque* B *enim gloria dignus eſt triumphali, de quo pompa cupiditatum triumphat. Tuæ ſiquidem ſitis nullum eſt refrigerium, nullum temperamentum: imo quia nuſquam eſt tuæ cupiditatis modus, vbique tua mendicat paupertatis tenuitas. Licet tamen inſatiabilem tuæ voracitatis abyſſum mundus ſatiare non poſſit, tuorum ſaltem vtcunque refocillabimus eſuriem. Nec te lateat, locum apud nos non eſſe loculis: ideo præſentia Xeniola fideliſſimis tuorum capſidilibus commiſſa. Polonos autem animi virtute, corporis duritie, non opibus ſcito cenſeri. Non eſſe igitur ipſis vnde tanti Regis vel tanta belluæ rapidiſſima poſſit expleri ingluuies. Abundare tamen eos vere theſauris* C *inuentutis non dubites, quibus anima non ſopiri, ſed tecum prorſus poſſit extingui auiditas.* *Ocius*, inquit Alexander, *ocius ad nos vſque protrahantur tanti commentores flagitii: exquiſitiſſimis ocius plectantur ſuppliciis imo ſtirpitus eos eradicari conuenit, ne aliis, auſum pariat temeritatis impunitas.* Quotquot igitur ad propulſandas proficiſcuntur iniurias, prælio commiſſo aut cadunt, aut occidunt; inter quos Regis quidam vinculis mancipantur. His auditis *Alexander. Multum*, inquit, *ſibi adiicit virtus laceſſita: hinc tandem dignum eſt, vt mea indignationis virga viſitentur.* Perinfinitis itaque hoſtium copiis vndique verſum Poloniam irre- D pentibus ipſe, præambula Pannoniorum obſequela, per poſticum ingreditur Morauiæ; alas exercituum expandit, victoriaque Cracouiæ ac Sileſiæ ſubactis prouinciis, perpetu operis mœnia ſolo proſternit, redigit in fauillas, ſulco diſciſſas vrbes iubet ſale conſpargi. Hinc dum vlteriores aggreditur prouincias, omnium armis inuictus ſimplicis aſtu homuncioli conficitur. Omnibus enim de ſalute deſperantibus quidam aurificii arte præditus galearum & clypeorum formas ex quouis ligno ſeu ſubere præcipit effingi, quarum quaſdam lithargyrio, alias felle ſuperliniuit, eaſq; ex oppoſito Solis, quo magis reſplendeant, in celſo montis erigit cacumine. Quibus

Argyraſpida, inuictus *Alexandri* exercitus, viſis, acies ordinatiſſimas eminere ſuſpicantur. Itaque præcipites è caſtris euolant, paſſim diſcurrunt, hoſtes hinc inde quæritant, quos putant diffugio dilapſos. Illas namque armorum vmbras, ille ingenii artifex dudum flammis iniecerat, ne vllum doli deprehendi poſſit veſtigium. Iuſſerat non paruam robuſtorum manum in inſidiis deliteſcere. Proinde prima diſcurrentium portio incaute in inſidias incidit, occupatur, proſternitur, occiſorumque armis victores induſiantur, ſe *Argyraſpidarum* ſocios ſimulant, & quotquot ex *Argyraſpidis* eis iunguntur, in ore gladii abſorbentur, ne vnus quidem ex eis remanſit. Cuius fiducia ſucceſſus, ſub eadem *Argyraſpidarum* ſimulatione *Alexandri* caſtra ingrediuntur, inſignia præferentes victoriæ. Credunt Alexandritæ ſuos de hoſtibus triumphaſſe: eminus præſalutant, venientes gratulantur, aſſauent quaſi ſociorum triumpho. Sed inermes à Polonis obruuntur, & improuiſi inter prælia Argyraſpidata Lechitæ ſigna proclamant. Nunciatur Regi non hoſtium impetum, ſed inter ſuos ſeditionis eſſe tumultum. Quem cum increbreſcere videret, non ſedari, hoſtiles turmas coadunat ſuis, ſe credens *Argyraſpidis* ferre ſubſidium. Sic in ſeditionem verſi plures mutuis quam hoſtilibus concidere vulneribus. Vix tandem dolo deprehenſo cum perpaucis *Alexander* euaſit inglorius. Sic ceſſauit exactor, quieuitque tributum.

COMMENTARIVS.

Poſt deceſſum *Vande* multis annis, fere centum, Poloni Rege caruerunt, ſed tantum Woieuodam & duodecim gubernatores eligebant, vſque ad tempora Regis *Alexandri*. Qui cum fere vniuerſum mundum ſibi ſubiugaſſet, Poloniam ſibi ſubiicere attentauit & ipſam tributariam facere. Eius Poloni nuncios occiderunt, & ipſummet *Alexandrum* plus per induſtriam, quam per fortitudinem à finibus ſuis ignominioſe eiecerunt: ſic quod ipſe vix cum paucis turpiter euaſit.

Circa literam notandum, quod Poloni perpenſa cupiditate Magni *Alexandri* dominari ipſum ſibi non admiſerunt, quoniam ipſum vitioſum cognouerunt. Vitioſus enim non eſt dignus vt imperaret & aliis dominaretur, niſi primum vitia a ſe remoueat, & virtutibus inſiſtat. Vnde *Tullius* in Paradoxis, paradoxo quinto: *Laudetur*, inquit, *imperator, aut etiam appelletur, aut hoc nomine dignus putetur. Quomodo aut cui tandem imperabit, qui non poteſt cupiditatibus ſuis imperare? Refrenet primum libidines, ſpernat voluptates, iracundiam caueat, auaritiam coërceat, cæteras autem labes repellat, tunc incipiat aliis imperare.* Bene ergo Poloni *Alexandro* ſcripſerunt: *Male aliis imperat, qui ſibimet imperare non didicit; neque gloria dignus eſt triumphali, de quo pompa cupiditatum triumphat.* Sicut enim liberalitate in principibus nihil eſt glorioſius, ſic auaritia ſeu

A cupiditate nihil eſt deterius, vt inquit *Tullius* lib. I. de officiis.

EPISTOLA IX. IOANNIS

Archiepiſcopi Gneſnenſis.

Confirmans præmiſſa in præcedenti Epiſtola.

Rem miram, ſed fidei plenam. Eſt enim liber epiſtolarum *Alexandri* ducentas pene continens epiſtolas, in quarum una ſcribit *Ariſtoteli* in hunc modum: *Ne de noſtro ſtatu ſemper ſollicitum dubia diſtineat haſitatio, noueris, nos apud Lechitas peramplißime proſperari. Eſt autem vrbs famoſa Lechitarum, ſeptentrionali Pannoniæ lateri coniunctißima, quam Caranthas dicunt, plus viris quam opibus, plus arte quam ſitu munitißima: de hac*

B *& contiguis pro voto triumphauimus.* In ea vero, quam reſcribit *Ariſtoteles*, ſic habetur: *Fama eſt de* Caranthis *Lechitarum te cum tuis triumphaſſe; ſed hac gloria triumphi tuis vtinam titulis nunquam acceſſerit. Ex quo enim tributum ignominiæ tuorum infuſum eſt inteſtinis, ex quo Lechiticos expertus es Argyraſpidas, tui rutilantia ſolis apud multos deferbuit, imo tuis viſum eſt imperii mutaſſe diadema, quod vere verum fatear, de quibusnam hoc dicatur, niſi tuæ narrationis beneficio vſque hodie non intellexeram?* Sed ſtupenda prorſus virorum audacia non laceſſita, non adeo vlla re læſa, ab *Alexandro Caranthbarum* ciuitas, cui dum alia ciuitates aperirent aditum, prima

C *Caranthas* clauſit ab eo portas. Cui ſcripſit *Alexander: Si ſapitis, valebitis; ſin autem, non.* Illi autem ſanguinei non inſpecta reuerentia nuncios eius cruci affixerunt. Nec vero minus tam ſubtile viri mirandum artificium, quo tam aduertens ingeniorum artifex potuit circumſcribi. Non minus etiam diſſimiliter *Darii* copias idem *Alexander* eluſit; quas dum ſuas longè videret diſpares, iuſſit alligari ramos caudis & cornibus boum, vt etiam ſyluæ ipſum comitari viderentur.

COMMENTARIVS.

Refert duas epiſtolas, quarum prima eſt *Alexandri* ad *Ariſtotelem* de ſuo felici ſucceſſu. Secunda eſt *Ariſtotelis* viceuerſa ad *Alexan-*

D *drum* reſponſiua, de ſuæ poteſtatis diminutione ac ſui imperii & dominii ceſſione. Poſtquam enim *Alexander* per Pulonos ſic pudoroſe fuit deuictus, amplius à vaſtatione dominiorum ceſſauit, & vſque ad mortem in pace quieuit; quia ipſum nulla gens propter deiectionem ſui, ſicut prius formidauit, imo contemtui habuit; miraturque *Ioannes* de tam ingenti Polonorum fortitudine & audacia, per quam plus, quam per *Caranthbarum* confuſa eſt, ſic *Alexandri* claritudo. Miratur inſuper de hoc, quod *Alexander* ſic propulſus eſt per Polonorum induſtriam, cum non modica confuſione extra Poloniæ confinia.

Sic enim ipſum *Leszko* ingenioſe ſuperauit, quem-

A quemadmodum ipſe *Darium* Imperatorem per aſtum ſimilem eluſit, dum etiam cornibus & caudis ramos fecit alligari, vt ipſum ſylvæ cernerentur conceomitari. Quod *Darius* videns *Alexandro* ſe ſubiecit & tributarium fecit.

Notandum. *Sanguinus, ni*, eſt quædam parua arbor cuius fructus & cortex eſt ſanguinei coloris; vnde *Sanguinetum, ti*, locus vbi abundant Sanguini; vnde etiam *ſanguinium, nii*, id eſt, ſignum Pacis. De Sanguine enim ſcriptum: Factum in ſignum pacis mittebatur.

EPISTOLA X. MATHÆI
Epiſcopi Cracouienſis.

De Leſzkonis in Principem Sublimatione.

DEo ille tam ſaluberrimæ artis Magiſter Patriæ, quam ſaluauerat, Princeps conſtituitur, nec multarum poſt virtutum coadiutus B meritis, Regiæ dignitatis celſitudine inſignitur, eſtque dictus *Leſzko*, id eſt, aſtutus; eo quod aſtu plures hoſtium confecerit, quam viribus.

COMMENTARIVS.

Leſzko in Principem creatus & in Regem ſublimatus propter ſua merita, quibus Patriam induſtrie ſaluauit, & ab hoſte protexit per ſuam artem ſaluberrimam.

Notandum, quod quemadmodum Regnum Romanorum & aliarum gentium regna non ſemper principes genere aut nobiles ſeu inſignes rexerunt, vt *Veſpaſianus*, *Adrianus*, & plures alii, de quibus refert *Franciſcus* Poeta lib. 2. cap. vlt. qui non clari ſtirpe extiterunt, & tamen eximie Rempub. rexerunt: ſic etiam & Regno Poloniæ non ſemper Principes, vel de clara ſtirpe exiſtentes, ſed aliquando de ſtirpe humili, virtute tamen inſigniti, præfuerunt. De numero quorum fuit *Leſzko* primus, qui pro eo, quod ſolerter ſaluat Poloniam de manu forti, imo inuicta *Alexandri* Magni, in Principem fuit electus; & demum meritis ſibi amplioribus cooperantibus in Regem fuit coronatus. Et merito: Nihil enim ſic ad dignitates promouet, & attollit, ſicut virtus. *Per illam enim*, ſecundum *Franciſcum* lib. 2. cap. vlt. *tute ad ſupremos gradus aſcenditur, cuius colle deſerto, ſciunt ſe Reges in tumulo ſtare.* Vnde & *Alexander* D Macedo hortulanum virtute inſignitum in Aſia Regem fecit, & fuit ex ſuis actibus laudatus.

EPISTOLA XI. IOANNIS
Archiepiſcopi Gneſnenſis.

De Recommendatione Polonorum.

NEmo fontium ſcaturigines in imo Rupet; nemo cedros in conuallibus admiratur: ſed nec ego admiratione dignam duco in humili virtutem. Omnium enim eſt nutrix virtutum humilitas. Sed eas in humilibus ſæpius reprimi ſolere, quam repræmiari. Quippe quod virtus humilis Sol apud Antipodes, rutilare tamen non deſinit apud eos, quos animi generoſitas non relinquit. Vnde enim Zoſtenes, licet ignobilis, Dux factus eſt Macedonum? Hic enim Gallos exultante victoria compeſcuit, hic Macedoniam ab eorum populatione defendit; ob quæ beneficia multis nobilibus Regnum Macedoniæ affectantibus, ignobilis ipſe præponitur. Qui cum Rex ab exercitu appellatur, ipſe milites non in nomine Regis, ſed in nomine Ducis iurare compellit. Quo in facto inuidiam potentiæ declinauit, non apicem dignitatis depreſſit.

COMMENTARIVS.

Poloni recommendati fiunt pro eo, quod exigentibus *Leſzkonis*, licet plebeii, quia aurifabri, beneficiis & virtutum laudabilium meritis, primo in principem, deinde in Re- B gem ipſum præfecerunt. Quanquam etiam apud nonnullos virtutes in plebeiis non præmiantur, ſed ſupprimuntur; apud enim probos & virtuoſos ſemper præmio virtutis dignificantur & præmiantur. Quales eo facto procul dubio fuerunt veteres Poloni, qui virtutes *Leſzkonis* aurifabri induſtrii, benefici & virtuoſi, dignis præmiis dotauerunt, eum ipſum in Regem præfecerunt. Sic etiam Macedones *Zoſtenem* plebeium propter ſua beneficia, quibus Gallos vincens compeſcuit, & Macedoniam à depopulatione defendit, in principem elegerunt, & multis aliis nobilibus non ita meritis præoptauerunt. Qui ſic dignitate inſignitus regia, humilis extitit; non enim ſe Re- C gem, ſed principem appellari fecit: & propter hoc multorum inuidiam euaſit, & gloriam ſuam plurimum adauxit. Quod autem plebeii virtuoſi perhibentur, multis exemplis hac in litera deducitur. Quoniam ſcaturigines fontium in locis decliuibus oriuntur, & cedri in vallibus generantur: ſic & virtutes in plebeiis & humilibus fomentantur, quia humilitas eſt ſeminarium omnium virtutum.

Notandum. Cedrus eſt arbor, quam Græci *Cedron* vocant, eo, quod eſt ardentis humoris, & eſt imputribilis. Et ſecundum *Iſidorum*, eſt iucundi odoris & diu durans, nunquam à tinea vel teredine, id eſt, lignorum verme extenuatur. Et naſcitur in Creta, Africa, & Syria, & retinet virorem ſuum ſemper, & odor ſuus fugat ſerpentes & omnia venenata.

Item. *Antipes, dis*, eſt populus ſubterraneus, contra nos habens pedes, vt quidam putant. *Antipedes* etiam eſt genus monſtri in Lybia, plantas habens verſus crura, & octenus digitos in plantis.

EPISTOLA XII.
MATHAEI Epiſcopi Cracouienſis.

De Leſzkonis ſecundi in Regem Poloniæ mirabili ſublimatione.

FUit & alius poſt hunc eiuſdem nominis princeps, ſed alio pacto *Leſzko* nuncupatus.

A.C. 804. tus. Orbata namque Rege Polonia, dum de Regis ſucceſſione contenderet, ſeditionis pene obruitur tempeſtate, ſingulis primorum tyrannidem occupare ambientibus; diuque non ſine prælio & periculo ea conflictione agitati, eligendi tamen cenſuram Principis, priuatorum deferunt arbitrio; vtpote, quorum inſuſpecta videtur ſimplicitas, & à quibus relegata eſt omnis ambitio; ſeque iureiurando vtrique obſtringunt: Eligentes quidem, ne fauore perſonali declinent; ne de via emolumenti exorbitent; ne atrocioris metu potentiæ diſtorqueantur, ab eo, quod publicis perſpexerint commodis expedire; reliqui vero, ne cui ab eligentium liceat arbitrio diſcedere. Et quoniam non facile ſe offert diſcordantium votorum concordia, multis quidem deliberatum, ſed perpauculis reſponſum. Vitis, inquiunt, propagatiſſima petulantibus & maculoſis equorum coriis exteratur. Vitis hoc regnum eſt: equi effrænes veſtra elatio; in qua quot affectionum ſunt contrarietates, tot maculæ. Eligatur ergo ſtadium, figatur meta, & cuius equus maculis diſtinctior primus omnium metam contigerit, eum Regem debere cenſeri. Conniuent ſinguli, aſſauent vniuerſi, ſtat fixa omnium ſententia; ſed executio procraſtinatur ſententiæ. Videre horum ſtudia, illorum ſolertiam per exercitamina currentium, vota diuerſorum. Porro expertiſſimæ agilitatis plerisque ſudantibus, quidam occulta ingenii nititur verſutia, artis ope fretus Vulcaniæ. Omnem namque ſtadii planiciem ferreis conſerit exigonis, modica intercapedinis ſemita, cautis annotationibus diſtincta; vt dum alios clam exigonorum concurſu præpediret, ipſe per ſemitam expeditior curſus brauio potiretur. Sed dolus, arsque doli, vincitur arte, dolo. Duo enim fortuna tenues, conditione humillimi iuuenes, de peditum celeritate altercantur; tanta pignoris quantitate ſe obligant, vt victus celeriorem nunquam niſi Regis nomine audeat ſalutare. Cumque inuicem colludio vacarent, Decet, inquiunt, vt pro noſtræ coronæ victoria in campo Regii certaminis decertemus. Hic in primo conſiſtunt ac ſubſidunt impetu, aculeis oſſe tenus plantas confixi. Qui poſt longam exigonorum admirationem aſtum coniciunt, dolum ſemitæ deprehendunt, & diligenter quærunt inſidias, omni prorſus diſſimulata notitia. Et quia, vt aſſolet, inſperatæ appetitum rei ſæpe ſuggerit occaſio, vterque ambitum concipit, vterque ſuam ſecum verſat induſtriam. Adeſt dies edicti, conſedit ſacri Senatus reuerentia, aſtat ſpectata procerum vetuſtas, iuuenum arridet vernantia, inter cæteros imo præ cæteris ille doli magiſter, ſemitæ fidit ſubſidio, ſed & curſorum alter ſpe non citerior, qui omnem equi calcem ferreo munjuerat ſubtegmine. Nam reliquus longe à turba non ſolum exceptus, ſed etiam auerſus tacita meditatur ſuſpiria. Primo itaque & iterato ac tertio dato ſigno, omnes ex directo proſiliunt, ille tranſuerſo rapitur curſu, non ſine quodam vulgi ridiculo. Cumque omnes exigonorum inuoluuntur periculis, ille longi anfractus emerſo intuitu, metæ tandem accelerat, quam ſocius eius ante ipſum occupat, & Rex omine infauſtiſſimo ſalutatur. Læſa enim vniuerſitas, vt equi vidit ferramina, eum dixit doli eſſe autorem. Et quia dolus nulli patrocinatur, vltimis affectus ſuppliciis membratim diſcerpitur. Ille vero vulgo ridiculus, iudicio Magiſtratus regnum adipiſcitur.

COMMENTARIVS.

Poſtquam primus *Leſzko* ſine prole deceſſit, inter Regnicolas Lechitarum multa diſturbia fuerunt ſuſcitata, pro eo, quod multi nobilium Dominium Regni Poloniæ volebant occupare. Nobilibus tandem & communitate conuenientibus extitit diffinitum arbitrio eligentium, vt quicunque in equo prior ad ſtatuam accurreret, ſiue ad metam, hic Rex ab omnibus haberetur. Vnus autem gubernacula ambiens regni, arte fabrili, campi latitudinem per quem curſus ſubiri debuit, ferreis exigonis caute ſuppleuit: vna tamen ſemita, per quam ſolus incederet, vacua dimiſſa. Duo tandem iuuenes agiles, ad ſtatuam ſe currere obligant, vt victus præcurſorem ſemper Regem nominaret. Cumque ad metam per campum curſui deputatum currerent, ſtatim exigonis eum occulte conſpargunt. Adueniente itaque die deputato, quo equeſtres deberent currere, ille doloſus ſemitam, quam non ſparſerat, attentat. Vnus vero iuuenum curſorum prius aculeis offenſorum calces equi ſui adeo ſic muniuerat, quod aculeis ferreis lædi minime potuiſſet. Alius vero non valens currere cum equeſtribus in plano, non ſine populi vehementi ridiculo, curſu rapitur per anfractus campi tranſuerſos; qui tandem metæ appropinquat, quem ſocius ſuus curſor prius pedeſter, iam vero equeſter præambulat; vnde & Rex ab omnibus nominatur. Hi autem quorum equi ab exigonis fuerant læſi, conſiderantes equum præcurrentis babata integra in calcibus habere, dolum eius cognouerunt, quem *Leſzkonem*, id eſt, doloſum appellauerunt, & tandem ſententia per ipſum data membratim diſcerpitur: & ille pedeſter deriſus per vulgum, currens per anfractus, loco ſui per Proceres Regni & vniuerſitatem populi in Regem aſſumitur, & Rex ab omnibus ſalutatur, *Leſzkoque* ſecundus, nomine *Leſzkonis* ſupplicio traditi ab omnibus nuncupatur.

Nota circa literam. *Stadium*, *dii*, eſt octaua pars milliaris, qua vtuntur Græci in metiendis viarum ſpatiis auctore *Hercule*.

Qui

804. Qui dum eſſet fortiſſimus & nimii caloris, fertur vno anhelitu centum viginti quinque paſſus potuiſſe currere; & quia ibi finem currendi fecit, ſtadium a ſtando ideo nuncupatum eſt.

EPISTOLA XIII.

IOANNIS Archiepiſcopi Gneſnenſis.

Qua approbatur Epiſtola antecedens, de mirabili Leſzkonis in Regem electione.

SI latet, ars prodeſt; confert deprehenſa pudorem.

Alter honoris onus fert ſæpius, alter honorem.

Sed ô Regem transfelicem! qui dum creatur, momento fit perpetuus, perpetuo momentaneus. O magnæ Vigilantiæ principem, cuius oculus ſomnium in principatu non vidit. Sed malim certe, vt ridiculo ſim ſerius, quam ſerio ridiculus. Non fine cachinno quidem, hinnitu tamen equi *Darius* Regnum adquirit. *Stratonis* quoque, licet à multis deriſa, profuit ſubtilitas. Serui namque Tyrorum factioſe conſpirant, dominos cum liberis omnes occidunt, lares dominorum occupant, Regem inter ſe creare intendunt, eum ſcilicet, qui Solem orientem primus vidiſſet. Vnus ex ſeruis domino ſuo iam ſeni & filio ſuo paruulo pepercerat. A quo ſeruus informatus, cum omnes in vnum campum proceſſiſſent, cæteris orientem ſpectantibus, plus occidentem intuetur. Aliis ridiculum, nonnullis videri furor, Solis ortum in occidenti quærere. Vt autem primo dieſcere cœpit, hic primus fulgorem Solis in ſummo faſtigio ciuitatis oſtendit. Tunc intellectum eſt, quantum ſeruilibus dominorum ingenia præſtarent. Itaque dominum eius *Stratonem* Regem creant, poſt quem & filium, deinde ad nepotes eius regnum deuoluitur. Adeo ſub quodam ſimplicitatis palliolo elegit deliteſcere prudentia, cum ſemper ſit inimica virtuti oſtentatio.

COMMENTARIVS.

Leſzkonis electio, quod fuit mirabilis, confirmatur per duo ſimilia. Primum, Quia *Darius* fuit ridiculoſe ſcil. per equi hinnitum in Regem electus. Secundum, Quia *Strato* fuit in Regem fortunate electus: Seruum enim ſuum, qui ſibi & filio ſuo è morte pepercerat, qualiter Solem orientem prius omnium videret, edocuit. Sic etiam non eſt mirum, quod *Leſzko* ſecundus per curſum pedeſtrem in Regem eſt ſublimatus. Sapienter enim egit, quia artem ſuam & aſtutiam occultauit. Cuius ſocius in babatis equi integris aſtum ſuum publicauit. Quare *Leſzko* eius dignitate regia inſignitur, qua temporibus vitæ ſuæ & in filiis ſuis & nepotibus potitur: Socius vero eius eadem die, qua creatur in Regem, ignominioſe deiicitur, ac membratim diſcerpitur. Vbi tantæ felicitatis extitit, quod, dum creatus eſt in Regem, momento fit perpetuus, & perpetuo momentaneus. Ironice 804. ergo magnæ vigilantiæ fuit, quia oculus ſuus ipſo regnante ſomnum non cognouit. Melius ergo *Leſzkoni* euenit ex ridiculo, quam illi ex ſerio. *Leſzko* enim deridetur, ſed tandem in Regem electus perpetuatur; hic vero in Regem eligitur, ſed cito turpiter deiicitur. Honorem *Leſzko* ſuſcipit, pro quo iſte aſtute laborauit: & merito; quia iſte aſtum ſuum prodidit, propter quod ei nocuit: *Leſzko* vero abdidit, id eſt, occultauit, ideo ſibi profuit. Aſtutia enim occulta prodeſt, cognita nocet, nec vnquam mala fides & fraus vtilis fuit.

Circa literam notandum. *Trogus Pompeius* ſcribit Lib. XVIII. hoc modo. *Cum ſerui Tyrorum dominos occiderent, domos & vxores eorum inuaſerunt, vnus ex ſeruis miſertus eſt domini ſui. Et cum illi ſerui vellent ex ſe illum Regem eſſe, qui primus Solem orientem vidiſſet, ille ſeruus ad dominum ſuum* Stratonem *detulit, qui eum informat, vt cum in campum proceſſiſſent, cæteris orientem ſpectantibus, ſolus occidentem intueretur. Et cum dies aduentare cœpit, fulgorem Solis in ſummo faſtigio ciuitatis oſtendit. Et quia non ſeruilis ingenii ratio viſa eſt, requirentibus autorem, de domino confitetur: & tunc intellectum eſt, quantum dominorum ingenia ſeruilibus præſtarent. Illi ergo ſerui,* Stratoni *ac filio ſuo conceſſa venia,* Stratonem *in Regem creauerunt; poſt quem ad filium eius, deinde ad nepotes regnum eſt translatum. Et quia celebre fuit facinus ſeruorum toti orbi; ideo* Alexander *magnus, vltor publicæ ſecuritatis, omnes qui prælio ſuperfuerunt, ſcilicet, quando eos expugnauit, ob memoriam veteris cædis crucibus affixit, eorum vrbe expugnata, genus tantum* Stratonis *inuiolatum ſeruauit, regnumque ſtirpi eius reſtituit.*

EPISTOLA XIV.

MATHAEI Epiſcopi Cracouienſis.

De Leſzkonis ſecundi dominio ac regimine, eiusque moribus in eodem dominio obſeruatis.

HVic vero tantum animoſitatis exercendæ fuit ſtadium, vt plerisque hoſtium robuſtiſſimis ſingulares indixerit conflictus; à quibus non ſolum vitam, ſed & regna & fortunas extorſit. Cui dum hoſtis deerat exiſtens, ſuos aut contra ſe, aut inuicem dimicaturos primus inuitabat. Tantaque illi fuit prodigalitas in omnes, vt ſibi mallet ex virtute naſci egeſtatem, quam ex tenacitate abundantiam; vt ſe prius egere pateretur, quam egenis denegare ſubſidia, vel bene merentibus non dependere ſtipendia. Nec defuit illi ſoror honeſtatis, amica prudentiæ, Sobrietas. Huius enim menſæ huiusconuiuii hæc habita eſt circumſpectio, vt nec vltra, quàm natura iuſſit, nec citra, quam honeſtas imperauit, aut exigi li-

804. ceret, aut impendi. Solertior illi cura, plus animi placere dotibus, quam corporis. In quo illud inter cætera emienit humilitatis inſigne: quotieſcunque namque regalibus cum inſigniri, regia, vt aſſolet, popoſciſſet dignitas, originariæ non immemor conditionis, in habitu ſordido prius oneſtram conſcendit, regalem ornatum ſcabello pedum ſuperponens. Subinde regiis decuſatus inſignibus, ſcabello inſedit, illis extremæ paupertatis panniculis in ſupremo oneſtræ ſuggeſtu reueremiſſime collocatis.

COMMENTARIVS.

Leſzko iſte ſecundus, quanquam ex ſtirpe humili proceſſiſſet, magis tamen virtutum titulo clareſcebat. Quadruplici autem virtute præcipua in litera recommendatur. Primo in fortitudine. Fortis enim adeo extitit, quod multos hoſtes ſuos licet fortiſſimos ſuperauit, à quibus regna & bona temporalia recepit; & dum hoſtibus caruit, cum ſuis regnicolis actus militares exercuit. Secundo commendatur de liberalitate. Maluit enim deficere ex liberalitate, imo verius prodigalitate, quam abundare ex auaritia ſeu cupiditate. Prælegit enim per ſe pati defectum, quam mendicantibus non exhibere profectus, & ſeruis non perſoluere ſalaria & ipſorum quæſitus. Tertio recommendatur de ſobrietate. Sobrius enim fuit, quoniam in ſua menſa vel conuiuiis nec plus nec minus patuit, quam honeſtas exigit; ſic quod ſemper ſibi cura & ſollicitudo fuit, vt plus virtutibus animi claruiſſet, quam virtus corporis ſplenduiſſet. Quarto recommendatur de humilitate, præ cæteris enim virtutibus humilitatis virtute erat inſignitus: Nam quando in Regia Maieſtate debuit reſidere, prius indutus veſtibus vilibus oneſtram conſcendit. Deinde induebatur veſtimentis regalibus, iuxta ſe tantum veſtibus vilibus ſuſpenſis & collocatis in memoriam ſtatus prioris, in ſignum vero humilitatis.

EPISTOLA XV.

IOANNIS Archiepiſcopi Gneſnenſis.

In qua referuntur plura laudabilia de Leſzkone ſecundo.

ET hoc ſane perdocuit Regem plus humilitate decorum, quam purpura conſpicuum, imo nec hominem cenſeri, nedum principem, quem ab aliis non ſecernit humilitas. Vnde Græcis diu fuit ſolenne, vt qua hora ſuſficiebatur imperator, in exciſo locaretur mauſoleo, priusquam in imperiali throno aſſediſſet. Cuidam etiam Regum inter Epulas aſtans, crebro ſuggerebat paronlus dicens: *ſcire tu morat*, quod interpretaretur: *Domine tu morieris*, quaſi vtrique diceretur: Principem te elegerunt, noli extolli, ſed eſto quaſi vnus ex ipſis. Memento, quia cinis es, & in cinerem reuerteris. Sic te ſtare putes, ſi ſtans cecidiſſe vereris. Sic re virtutes, ſi res virtute mereris. 804.

COMMENTARIVS.

Humilitas Regi permaxime eſt neceſſaria. Plus enim humilitas Regem decorat, quam purpura clarificat. Imo nedum princeps, ſed nec homo iuſte appellatur, qui non humilitate decoratur. Ideo Græci, quando Regem creabant, ipſum ad humilitatem inducendo primum in ſepulchro collocabant. Apud eoſdem Græcos conſuetudo erat, quod Rege in conuiuio reſidente, puer clamabat: *Rex tu morieris*, per quæ verba ipſum ad memoriam mortis inducebat, & ad humilitatem habendam excitabat. Mortis enim memoria facit hominem ſe contemnere & humilem ſemper eſſe.

circa literam notandum. Princeps ſuperbus nomine Principis cenſeri non meretur. Etenim patet de *Nebuchodonoſor*, qui dum eleuatus in ſuperbiam fuit, corruit, ſenſum perdidit, & tanquam brutum cum feris vixit: humiliatus tamen poſtmodum in Regnum reſtitutus fuit. Eatenus Reges & Principes, qui debent eſſe præ cæteris clari, debent ſuperbiam maxime deuitare, quæ eſt mater omnis obſcuritatis & humilitatem proſequi, quæ eſt origo omnium virtutum. Vnde *Franciſcus* lib. I. cap. 4. *Fundamentum vere*, inquit, *virtutis eſt humilitas, nec tanta claritas vlla eſt, quam elatio non obſcureſcat: Ille qui clariſſimus creatus eſt, ſeque ipſum efferens, non obſcurus tantum, ſed princeps fieri meruit tenebrarum. Mutatus eſt enim ex angelo in diabolum; quod ſi illi accidit, quid alii de ſe ſperent?*

Item notandum iuxta *Tullium* lib. I. de officiis & *Boëtium* de Conſol. Largitas facit Reges famoſos & claros, ideo refert *Polycratus* lib. 4 cap. 14. quod *Titus Veſpaſiani* filius, ratione liberalitatis factus fuit amabilis atque ſui Patris auaritiam tanta liberalitate curauit, vt tota eius complacentia in largiendo foret, quod vltra poſſe dona committebat. Qui dum redargueretur, dicebat: *Nemo a facie Principis debet recedere triſtis.* Vnde cum quodam die nihil contuliſſet, ait: *O amici mei, totam hanc diem perdidi.*

EPISTOLA XVI.

MATHAEI, Epiſcopi Cracouienſis.

De tertii Leſzkonis Regimine.

HVius item filius non tam patris imperio, quam paternis multa adiecit virtutibus. A. C. 810. Qui *Iulium Cæſarem tribus* fudit præliis, qui *Craſſum* apud Parthos cum omnibus copiis deleuit: cuius ori aurum infundens, *Aurum*, inquit, *ſitiſti, Aurum bibe.* Nam & Getis & Parthis ac Transparthanis regionibus imperauit. Huic tandem *Iulius* iure affinitatis gaudet fœderari; ſororem nomine *Iuliam* eius matrimonio ſociat, eique iure dotis a fratre

BAVA-

810. BAVARIA, donationis vero propter nuptias a viro Sambienſis condonata eſt Prouincia. Hæc geminas fundauit vrbes, quarum vnam a nomine fratris *Iulius*, quæ nunc *Labuſz*, aliam A a proprio vocabulo *Iulin* iuſſit appellari, quæ nunc *Lublin* nuncupatur. Quoniam etiam *Iulius* hoc ex pacto Romanorum Senatus in ſe conflauerat inuidiam, qui quaſi hoſtis, non quaſi ciuis, Romani propagationem artauit imperii, hoſtium illectus amplexibus; & quos magis decuiſſet ſeruire, docuiſſet imperare: ea quæ nomine dotis dederat, a ſorore nititur extorquere. Qua ex cauſa ſoror eius paſſa eſt repudium, paruulo filio, cui nomen *Pompilius* apud virum relicto. Pellex autem eius, quæ præſentem etiam æmulata fuit Reginam, loco Reginæ ſuccedit. Hæc odio æmulæ ab amoris auſpicio, quo Regem deuinxerat, prædictarum Vrbium nomina B transmutauit. Ex hac & aliis thoris minus legitimis, viginti filios perhibetur *Leſzko* ſuſcepiſſe, quibus totidem principatus aſſignauit, quibusdam ducatus, aliis Comitias ſeu Marchias, nonnullis regna diſtribuens *Pompilium* vero iure primogenituræ Regem omnium ſtatuit: cuius nutu, non Slauiæ duntaxat monarchia, ſed etiam finitimorum gubernata ſunt imperia. In cuius deuotiſſimis obſequiis fratrum turba pio viſa eſt contendiſſe certamine, quem tanta reuerentia, tanta coluere dulcedine, vt etiam paruolum eius filium paterni nominis *Pompilium* ſuffecerunt: nulla prorſus detractione, nullo liuoris zelo diſtorti.

COMMENTARIVS.

Leſzko ſecundus eſt mortuus clarens inſignibus virtutibus, vnico filio *Leſzkone* nuncupato, derelicto. Cuius ſiquidem *Leſzkonis Iulius Cæſar* Romanorum, Regna Slauorum ſuo ſubiicere contendens imperio, etiam fines Lechitarum inuaſit. Cui præfatus *Leſzko* cum ſuis Lechitis reſiſtens pro viribus fortiſſimis ter cum ipſo conflictum habuit, quibus ipſum ſuperauit & maximam gentem ipſius proſtrauit. Et de isto refert *Valerius* libro de vita Cæſaris. Hic etiam *Leſzko* quendam Tyrannum *Craſſum* Regem Pruthorum in Pruſſia prælio commiſſo deuicit, omnibus ipſum bonis expilauit, aurumque liquatum in os eius D infundi fecit, dicens: *Aurum ſitiſti, aurum bibe.* Hic inſuper *Leſzko*, GETIS, id eſt, PRVTHENIS & PARTHIS, id eſt, RVTHENIS & aliis Regionibus, vsque ad orientem poſt Ruthenos imperauit. Videns igitur Cæſar *Iulius Leſzkonis* potentiam, fœderauit ſecum amicitiam, ſororem enim ſuam *Iuliam* in Slauiæ partibus exiſtens, tradidit ſibi in vxorem, terramque Bauariæ loco dotis ſibi aſſignauit. *Leſzko* vero *Iuliæ* pro donatione, loco deuirginationis terram Sambienſem ſibi tradidit. Hæc *Iulia* duas ciuitates fortiſſimas de voluntate ſui mariti conſtruxerat, quarum nomen vni fratris *Iulius*, quæ nunc *Lubuſz* in Saxonia, alii vero A *Iulin*, quod nunc *Lublin* dicitur, impoſuit. 810.

Hæc *Iulia* quando filium cum viro ſuo *Leſzkone* genuiſſet, & fratri ſuo *Cæſari* nunciaſſet, *Iulius Cæſar* cum adhuc in Slauiæ partibus moram faceret, de ortu nepotis lætus effectus, *Pompilius* nomen ſibi impoſuit. Cum autem *Iulius* de Slauia cum Lechitarum gente ipſum concomitante Romam rediiſſet, & Lechitæ ipſo ſic conducto, ad propria reueniſſent, Romani *Iulio* multum moleſti extiterunt, pro eo, quod Bauariam imperio ſubiectam Romano, ditioni Lechitarum ſubdidiſſet. Ipſe timore ductus donationem de Bauaria per ipſum factam reuocat, propter quod *Iulia* ſoror ſua à *Leſzkone* Rege B Lechitarum repudium fuit paſſa, *Pompilio* filio paruulo apud *Leſzkonem* derelicto. *Leſzko* igitur vxore ſua legitima repudiata, de aliis vxoribus ſeu concubinis viginti filios genuit, quibus Terras maritimas, Ducatus & Prouincias aſſignauit; quorum nomina ſunt iſta. *Boleslaus, Cazimirus, Wladislaus, Wratislaus, Oddo, Barnimus, Przybyslaus, Przemislaus, Iaxa, Siemanus, Semouitus, Semomislaus, Bogdalus, Spiczigniewus, Spiczimirus, Zbigneus, Sobeslaus, Wiſſimirus, Czeſemirus & Vislaus.* Ex his aliqui caſtra & ciuitates, quas fundauerunt, ſuis nominibus intitulauerunt. Quibus pater iuxta mare ſeptentrionale, vsque ad Veſtphaliam, Saxoniam, Bauariam, Duringiam, C ſingulis ſingulos principatus aſſignauit. *Pompilium* vero primogenitum in Regem omnium conſtituit, atque coronari iuſſit. Terræ autem prædictorum principum fuerunt iſtæ. *Boleslai* Pomeraniæ inferior, *Cazimiri* Caſſubia, *Wladislai* pars Vngariæ, quæ inter fluuios Ciſſam, Dacubium & Macianam conſiſtit. *Iaxæ* Serbia, *Wratislai* Rama, *Przybyslai*, *Oddonis* Ditvvonia, *Przemislai* Zgorzelicia, quæ nunc Teutonice Brandenburg appellatur, & cæteri cæteras terras & diſtrictus in Slauia & Carinthia, quæ circa fluuios Orbeam, Odram, Bilauam doloſam, Vtram, Brzecznicam, Varnam, Haluiam, D Sprovvnam, Hylam, Drzevvnam & circa alios dominio perpetuo poſſederunt; quorum duo *Vislaus* caſtrum dictum *Miedzyboze*, & *Sobeslaus* aliud Caſtrum, *Dalen* dictum, quod *Dalemburg* Teutonice appellatur, *Czeſemirus* autem partem *Ditwonia*, quæ nunc *Olſacia* dicitur, & *Viſimirus* Caſtrum *Valen* dictum in ripa maris ſeptentrionalis, vbi nunc ciuitas nomine ſuo *Wiſſimiria* ſita eſt, fundauit. Fuerunt etiam Caſtra principaliora principum prædictorum verſus occidentem & mare ſeptentrionale vt *Brzemia* dictum, inde, quia pondus inimicorum, vt puta Veſtphalorum,

810. lorum & Frizonum & aliarum nationum ſufferebat, ſæpius ipſos inuadendo, eisque reſiſtendo. Item Caſtrum *Lyma*, quod nunc A *Limburg* appellatur: dicitur namque *Lyma*, quia petra latiſſima in medio camporum erupit. Vnde ſicut Slaui ſplendorem Lunæ in nocte lucentis Lunam appellant; ſic Caſtrum prædictum in camporum planicie ſplendens, *Lunam* appellant. Fuit etiam ibi ciuitas maxima, quæ *Baruik* vocatur; conſuetudinis enim Slauorum, ciuitates vicos appellare. Vicus enim in Slauonico proprie dicitur ciuitas in qua forum exercetur. Nunc aliquando dicunt, tranſeamus ad ciuitatem, ſed Vandalus ad *Wick*: & ſic *Bawik* a fluuio, qui ibi fluit à vico, ſic & *Szlegnik* a *Sledz*, qui in Slauonico halec dicitur. Item caſtrum B *Pierszyn*, quod Caſtrum quidem Imperator ſub rege Slauorum per fraudem accepit, & cuidam nobili *Micloni* nuncupato de *Dolewo*, aliis de *Dalemburg*, fertur donaſſe, & ipſum in comitem Seruienſinenſem ereaſſe. Quod caſtrum poſtea idem Imperator fraudulenter à filiis *Miclonis* accepit. Iſte enim *Miclo* caſtrum quoddam in palude circa villam *Lubow* prope *Wiſmariam* ædificauit. Quod caſtrum Slaui olim *Lubeck* nomine villæ, theutonice vero ab ipſo *Miclone Mickelburg* nominabant. Vnde ad præſens Princeps illius loci Miclonenſis appellatur; Latine vero a camporum magnitudine Magnum Pole nuncupatur. Item caſtrum *Gilow*, item *Roſtock* C à deſolatione aquarum, item caſtrum *Verla*, item *Szwanow*, item *Oſtrow*, item *Trzebieſzow*, *Wologoſt*, *Czaſni*, *Wolynecz* & caſtra circa mare ſeptentrionale ſita fuiſſe ſcribuntur, quæ Poloni poſſederunt. Alia vero Caſtra Duces Saxoniæ, Marchiones Brandeburgenſes, Duces Stetinenſes poſſident; quibusdam tamen ex ipſis nouis nominibus, antiquis mutatis, quædam vero iuxta priorem impoſitionem nominantur.

Item notandum. Ex chronicis Romanorum elicitur, quod tempore huius *Leſzkonis* CHRISTVS de virgine Maria in Bethleem eſt natus. *Iulio* enim mortuo, *Octauianus* D nepos ſuus ſibi ſucceſſit, ſub quo Chriſtus natus eſt. Imperante autem *Nerone* Romanorum principe, qui ſanctum Petrum & Paulum Apoſtolos occidit, *Leſzko* feliciſſimus Regum Lechitarum in ſenectute carnis exſoluit debitum.

EPISTOLA XVII.

IOANNIS Archiepiſcopi Gneſnenſis.

In qua Prouerbium commune ad concordiam viginti fratrum. Poſt obitum Leſzkonis, Pompilium, nemine contradicente, in Regem præfecerunt.

A.C. 815. R*Ara auis in terris fratrum concordia Phœnix.*

Rarior, vt ſocia nauiget aula rate. 815.

Ex lacu enim vaporaos inuidiæ horrendum A tempeſtatis naufragium, Regni ſocios inuoluit. Sed beata plusquam fraterna ſocietas, apud quam plus pietatis valet religio, quam ambitus principandi perſuadent. Cuius felicitatis gloria ſuper omnes emicuit proles *Crocini*. Hic ſiquidem *Crocinius*, cum Rex eſſet Arabum, ſeptingentos filios, dictu pene incredibile, ex pellicibus ſuſceperat. Quorum fiducia ex ſanguinibus finitimorum magnum nomen comparauit, imo inuictiſſimos Regum inſigni felicitate perdomuit. Quorum vtinam ſucceſſibus noſtri conſenſiſſent Pompiliadæ.

COMMENTARIVS.

B Peractis deuoti *Leſzkonis* Tertii funeralibus, inter viginti ipſius filios tanta fuit concordia, vt filium eius *Pompilium* fratrem ſuum ſine contradictione, ac quauis inuidia in Regem præfecerunt. Cum tamen concordia fratrum eſt auis rara in terris, Phœnice rarior, domus vero Regia concors & amica, nauigans in rate eſt rariſſima, ideo quia propter inuidiam mutuam ſocii Regni non poſſunt eſſe amici: quilibet enim vult principari & nollet ſubſterni: vbi igitur ſocietas fraterna beata, imo plus quam beata cenſeri videtur & meretur. Hoc autem inter fratres habetur, cum plus reuerenC tia pietatis, quam deſiderium dominandi intenditur, quod fuit in fratribus, filiis *Leſzkonis* viginti quatuor.

Notandum. Phœnix eſt auis Arabiæ, de qua dicit *Amb.* in Examerion: Phœnix quoque auis in locis Arabiæ perhibetur degere, atque ea vsque ad annos quingentos longæve procedit, quæ cum ſibi finem vitæ adeſſe aduertit, facit ſibi thecam de thure & myrrha atque ex humore carnis vermis exurgit paulatim atque adoleſcit, ac proceſſu ſtatuti temporis induit alarum remigia, atque in prioris auis ſpeciem formamque reparatur.

D

EPISTOLA XVIII.

MATHAEI Epiſcopi Cracouienſis.

De Principatu nepotis Leſzkonis.

E*Loquar an ſileam? pudor eſt aperire pudorem;*

Poſtulat in facie menda colore tegi.

Nam quali dignum putas memoria ignobile generis dehoneſtamentum, enorme pudoris prodigium? Ille ſiquidem meritorum regratiator beneficus, ille, inquam, Regum minor *Pompilius*, eximius cuiusdam Veneficæ debriatus illecebris, odiis gratiam, amicitias inſidiis, cruore pietatem, fidem perfidia, tyrannide obſequia recompen-

pen-

Google

815. penſans. Gui mulierum procaciſſima hos-
ce ſæpe ſupplantabat verborum floſculns:
“Non eſt tranquillitati plurimum confiden-
“dum, quia intenſior Solis ſerenitas in nim-
“bns ſæpius deferueſcit repentinos, nec mi-
“nus te tibi aggratulari connenit, quaſi iam
“portum ſecuritatis teneas, qui nec dum flu-
“ctuum acceſſiones attigeris. Nnn vides
“prominentes vndique ſcopulos tuis com-
“minari periculis? Beatum quidem te Re-
“gni facit ſublimitas, ſecurum pollicetur tui
“ſanguinis murus inexpugnabilis. Dura
“loquor, ſed vera tamen. Nec beatum di-
“co, nec ſecurum. Nulla eſt beatitudo,
“quæ ſuis languet viribns: nulla ſecuritas,
“quæ ſuarum partium laborat fractione.
“Porro quot patruos habes, tot huius Re-
“gni minuta, tot quietis inſidias. Di-
“cunt enim decoratiſſimas orationes, vo-
“lunt autem gloriam: nam ſub roſa ſpinæ
“pungitiuum, ſub graminis vernantia cu-
“luber delitelcit. Patronos ſe aſſerunt non
“Patruos, non Patronos tantum, ſed & Patres.
“Santisne hæc, atque animo illabuntur tuo?
“Putas illos nuda nuncupatione delectari.
“Patruelitas certa nepotibus, Pupillis Pa-
“tronatus, Filiationi paternitas poſcit im-
“perare: Hoc illorum imperium. Non vo-
“cali ſuperficie ſignant, ſed rerum priuile-
“giis oſtendunt, nec vt illis imperares, ta
“Regem creauerunt, ſed vt interim quaſi
“pendente imperio, quiuis illorum oppor-
“tunitatem imperandi nanciſcatur. Sæpe
“namque pro tempore qualescunque inſerunt
“ſtipites, vt ſurculus inſeratur vtilior. Nec
“vero Regis te dignantur nomine, ſed aut
“ludum te dicunt fortunæ, aut ſui cuiusdam
“figmenti creaturam. Adde, quam cre-
“bro auitas tibi axprobrant virtutes, vt ho-
“ſtibus expoſitum certius axtinguant, non
“vt virtutibus exerceant; poſtremo te pue-
“rum eſſe nec quicquam niſi ludere opor-
“tere. Illi quidem quibusdam nugis ve-
“lut ſeniorum te occupant conſiliis; non
“vt prudentiorem reddant conſulendo, ſed
“vt occaſiones contra te aucupentur cauil-
“lando, ant vt ſaltem tuæ vota iuuentutis re-
“tardent.. Senes prorſus ridiculi, qui cum
“ipſi iuuenaſcant, adoleſcentes tamen quæ-
“runt decrepitos. Elige igitur ſeruus ma-
“lis eſſe, an liber? tuus velis eſſe an alianus?
“ſemel beatus an ſemper miſer? Scindi cer-
“te conuenit vanam ſanguinis prouiden-
“tiore ſanitatis conſilio. Non enim libe-
“ra eſt vitis propagatio, niſi etiam reſcin-
“dantur vari palmites, niſi falca omnino pro-
“pagines amputentur.“ His & ſimilibus
ille perſuaſus, eadem iubente magiſtra ſe in
lectum languoris ficte coniicit, amicos quaſi
conſolandi gratia, ſeu conſulendi neceſſitata
iubet acciri; quibus & cauſam & diem ſui

obitus, quaſi diuinitus relatum ſecretius in-
ſinuat, ſingulis quaſi ſingulare ſecretum in-
A ſtillans: “Da regni ſucceſſore conſtitue-
“re vos conuenit, me mea fata vocant, cui
“ſatis fuerit remedii, vt ſicut veſtro regna-
“uit munere, ſic veſtro videar immortalis
“beneficio. Mori namque omnino mihi
“non videar, ſi veſtra erga me videtini ſtu-
“dia, ſi meas vobiſcum concelebraueritis exe-
“quias. Nam quid ab eo ſperauerim, qui,
“quod mortuo debet, viuenti negauerit?“
Audires hinc veras, hinc fictas lamentatio-
num voces, hinc ſuſpiria, inde ſingultus,
hinc planctus lugubres, inde horribiles vlu-
latus; hinc tunſio pectorum, inde palma-
rum ſonat comploſio, hinc torrentes manant
riui lachrymarum, inde vix ſemitinctæ ma-
dent palpebræ; lacerant crinem virgines,
B matronæ vultum, habitum annoſæ; auget
omnium lamenta reginæ ſimulatricis eiula-
tus, quæ nunc virum, nunc ſingulos proce-
rum luctuoſe amplexa, neſcio qua dulci ama-
ritudine, an amara dixerim dulcedine de-
mulcet, vt iam non ſimulatis, ſed lachry-
moſiſſimis omnes concutiantur ſingultibus;
adeo vt ad lamentabiles illius modulatio-
nes fama ſit imagines æreas fuiſſe lamenta-
tas, & ad lacrymas eius ſtatuas lacrymis ma-
naſſe. Poſt funebres itaque ſuperſtitio-
nes, quas etiam hodie in funeribus exercet
gentilitas, lautiſſimis epularum excipiun-
tur delitiis, quos mero aliquantiſper a mœ-
rore ſolutos, Res vt ſeſe viſerent poſtulat,
& vicaria populorum adhortatione coram
ipſo blande conſolentur; ex iucunda ipſo-
C rum confeſſione ſui languoris naſci reme-
dium, ſuæque vitæ extrema gaudio potius
finiri, quam luctu occupari. “Quid, ait, ô
“Regina, quid mœſtis mades fletibus?
“quid mœrore conſumeris? viduitatem
“times? His certe viis ianuam viduitatis non
“es ingreſſura, imo in tot mei ſanguinis ſu-
“perſtitibus me ſemper puta ſuperſtitem;
“nunc patruorum præcipuos, amiciſſimo-
“rum intimos exhortatos eſſe velim, quorum
“velut ſiderum radiis recreor obtutibus, vt
“apud ipſos in te noſtri viuat recordatio; vt-
“pote, quoniam noſtræ ſalutis reliquum, no-
D “ſtræ animæ nouerint eſſe dimidium.“ Iu-
“rant illi, ſe viuos prius velle ſepeliri, quam
“eius inficiari beneficia. “Surrigatur, inquit
“Rex, poculum, ſurrigar & ego, vt omnes
“conſalueri iubeam, vt valedictiuo inuicem
“fœderemur oſculo, vt ex hoc diuo nectare
“me præſorbitante ſinguli delibent.“ Erat
autem aureum poculum Reginæ ingenio ar-
tificioſiſſime elaboratum, in quo quantum-
libet exiguus liquor ad ſummum inundabat,
& cum vix eſſet crater ſemidimidius, liquore
ſurſum velut vaporaliter ſuſpenſo plenus vi-
debatur. Idem oris ſeu narium ſpiritu af-

815. flatus leniore deſcendebat, ſicut iu bullientibua ollia ignea virtute contingit, donec certo fundo, certa quantitate conſediſſet. Eadem virtus Calciapario dicitur ineſſe. Huic tam inſigni potus lethiferi eiuſdem arte Pincernæ conditus infunditur, quem qui poſt Regem bibiturua erat, ori eius Regi applicari iubetur, ne quid ſiniſtre poſſit, quaſi Regem prægustante epotari. Credebatur namque non ſolnm anhelitu decreſcere, quicquid arte exundauerat. Quicquld vero potionia veræ ac peſtiferæ fuit infuſum, Rege exoſculato, epotare iuſſus eſt, qui Regi poculum applicuerat. Sic eluſos, ſic intoxicatos ſecedere rogat, ex amica eorum collocutione inſperatam aſſerena ſibi quietem ſomni ſurrepere. Ebrii crednntur viri, quos veneni virua aut titnbare cogit, aut humi proſternit; quorum vitam eitra eiusdem noctis canticinium dolore extorſit. Quorum funeribus etiam ſepulturam ille Tyrannorum atrociſſimus denegat; probans cœleſti extinctos vltione, qui nepotem, qui Regem ex heſternis exequiis ſepelire intenderint, eamque ſub prætextu religionis impieratem ſtatuerint, planctu ſeu fletu repentino, maleficorum interitu, deſperata ſalntis gratia, multisque aliis argumentis detectam. At vero hia occidentibus Patriæ ſideribus omne decus occidit, & omnis Polonorum gloria in favillam collapſa extabuit. Illud namque illud mundi opprobrium, illa virtutum peſtis, ille omnium ſpurciſſimus illi ſcorti impudentiſſime gremio infuſua luxu & ignania totus diſſoluirur. Nihil omnino beatius æſtimat, quam voluptatibus effluere. Eratque illi hæc ſeutentia celeberrima: Vngamur vnguentis optimis, repleamnr vino, carpamus florem ne marceſcat. Hic primus in fuga, poſtremus in prælio ſemper fuit, in periculis timidiſſimus ſicubi metua fuiſſet afflatus: iu virtutum vero acies hoſtis audaciſſimus, quas nunquam oppugnare deſtitit. In omnibus flagitiorum armia exercitatiſſimus, nulloa prorſus haud expertus conatus, quos virtuti noſſet contrarios, choros eelebriua ſcemineos, quam cætua coluit viriles. Igitur ob huiusce meritorum inſignia, peſte inaudita elanguit. Ex cadauerum namque corruptela, quæ inhumata iuſſerat abiici, mures inſolitæ quantitatis nati ſuut, qui eum trans ſtagna, trans paludes, trans flumina, trans etiam igneos rogos tam diu inſectarunt, donec cum vxore ac duobus filiis turri eminentiſſime incluſos morſibus abſumſere.

COMMENTARIVS.

Leſzkone Tertio mortuo, filius eius primogenitus ſenior *Pompilius* ſucceſſit. Quem *Pompilium* fratres ſui viginti ſuperius nominati promtiſſimia fuerunt proſecnti obſequiis, quod amore ſno fraterno ſauciati, cognoſcentes ipſum languescere, feſtino curſu ad eundem viſitandum *Kruſzwiciam* concurrerunt, vbi ipſum mortuum inuenientes, filium eius *Pompilium*, nepotem antem ipſorum in Regem extulerunt. Quo in Regem coronato aliquandiu eum eo commorautes, omagia ſibi præſtiterunt, ac ad propria deinceps redierunt. Qui *Pompilius* iunior flagitioſiſſimus fuit. Plus enim choreas virginum, quam bella attentauit, & impudentiſſimo luxuriæ fluxu & ignauia diſſolutus, primus in fuga, poſtremus in bello extitit. In omnibus flagitioſis conatibus exercitatiſſimus, tyrannide ſuorum fideliſſima patruorum obſequia recenſat. Ad ſuggeſtionem enim ſuæ vxoris impudicæ patruis ſuis, odio gratiam, inſidiis amicitiam, crudelitate pietatem immaniter demonſtrauit, qui ſe languidum & morti appropinquantem ſimulans, patruos conuocat, quos affatibus mellifluis ſimulatæ ægritudinia quieſcendo demulcens, ſeque viuere non poſſe pronuncians, vt de Rege, qui ſibi ſuccederet, pertractarent, hortatur atque depoſcit; quos poſtremo in potu valedictionis eis per ſuam vxorem propinato crudeliſſime mortificat. Quorum corpora Tyrannus potius quam Rex inhumata veluti diuinitus percuſſa iuſſit permanere, inquiens: quod hi hetum, hi nepotem, hi regem heſternis exeqniis ſepelire viuum intenderunt. Iſte *Pompilius* peſſimus cognominabatur *Koſzyiko*, ex eo, quia paucos pilos & longos in capite habebat. *Koſzysko* enim ſcopa dicitur. Vnde nec ſcelus ita nefandum in patruos commiſſum permanſit inultum. Putredine enim cadauerum ſuorum patruorum per ipſum intoxicatorum, quoa inhumatos permanere iuſſerat, mures inconſuetæ magnitudinia procreati, præfatum *Pompilium* inuaſerunt, ita quod nec ferro nec fuſtibus, nec aqua, uec igne, nec aliqua celſitudiue ant clauſura poterant prohiberi, quando ipſum inuadebant, mordebant inſequentes. Qui tandem ad quandam turrim altiſſimam in Caſtro *Kruſzwicenſi* ſitam fugiens, cum vxore ſua ac duobus filiis per dictos mures comeſtus & diem vitæ viliter clauſit extremum. 815.

Circa literam notandum. Principes debent ſibi cauere à ſœtore libidinis & luxuriæ, & onere gulæ & intemperantiæ. Dicit enim Scriptura; *Rex non habeat plures vxores, quæ alliciant animum eius.* In quo prohibetur libido luxuriæ & gulæ, quæ ei eſt annexa. Princepa enim debet eſſe Deo acceptus & gratus, in ſe honeſtus & ordinatus, ſuis amabilis & venerandus, hoſtibus terri-

ficus

815. ficus & horrendus, quæ omnia libido auſert. Amor enim mulierum eneruauit potentiam *Samſonis*, infatuauit ſapientiam *Salomonis*, ſœdauit ſanctimoniam *Dauid* Regis. Nullum enim imperium durabile, nullua Principatus ſlabilis, quando regnat in Principe libido luxuriæ. Vnde imperium Romanum exhauſtum ac diuiſum eſt *Nerone* imperante, cuius gula omnia deuorauit, maculauit libido, exhauſit auaritia, fœdauit ignauia, luxuria cum ſuperbia exinaniuit, vt refert *Polycratus*, libro quinto, capite 11. Nec mirum. Quando enim Princeps in libidinibus relaxatur, ſubditi licentius præcipitantur. Vnda *Gregorius* S. Moralium ſuper 10. Vol. Iob, primo bibentibus vinum in domo fratris primogeniti &c. *Cum*, inquit, *amores* B *voluptati deſeruiunt, moribus laſciuiæ fræna laxantur.* Vnde *Herodianus* concionans coram Auguſto & loquens de Antonio, ſic narrat *Egeſippus* lib. I. *Ille non victus eſt viribus tuu, ſed magis victus eſt moribus ſuis. Vicit eum Cleopatra vxor, vicit eum Ægyptius amor, luxuria victus eſt; quia maluit vinci cum* Cleopatra, *quam ſiae ea vincere; vicit eum mulier infeſtior ſuis aduerſariis.* Et de iſta luxuria ac de nocumentis ſuls loquitur *Valerius* dicens: *Vollnſienſium erat vrbs opulenta, moribus & legibus ordinata: poſtquam vero in luxuriam prolapſa eſt, in profundum turpitudinum* C *decidit, vt ſeruorum inſolentiſſima dominationi ſubiaceret.*

EPISTOLA XIX.

IOANNIS Archiepiſcopi Gneſnenſis.

Per quam confirmat in ſimili, & merito, quod mors inandita accidit Pompilio, ex ſuo ſcelere nefario.

SIc Abdelitæ propter ranarum multitudinem patriam liquere: ſic Philiſtini propter extalium corroſionem cum hamis & muneribus aureia arcam filiis Iſrael remiſerunt. Huic ergo pro ſingulari flagitio ſingulare inflictum eſt flagitium. Vnde beatua ſemper eſſe voluit, ſemel ſactum eſt, vt ſemper eſſet miſer. Hoc enim fœminea peractum eſt prudentia; hic fructus viros ſequitur vxorios; hæc maſſia creberrime innaſcitur crebris mulierum contubernis, quod in libro legit experientiæ, vir muliere corruptior *Sardanapalus*. Hunc namque *Arbactus* præfectus eius, cum inter ſcortorum greges muliebri habitu & laſciuo, aut penſa virginibua vidiſſet diſpenſantem; *Indignum* eſt, inquir, *viros ei parere, qui ſe fœminam eſſe malit, quam virum.* Ergo a ſuis ei bellum inſertur, qui victus extructa pira, & ſe & diuitias ſuas in incendium mittit, hoc ſolum imitatus virum. *Arbactus* vero imperio potitur laude potius quam vituperio dignior, qui non principandi appetiir poteſtatem, ſed miſerabilem patriæ ruinam miſerantibus humeris potius ſuffulſit.

COMMENTARIVS.

Abdelitæ propter multitudinem ranarum patriam dimiſerunt, & Philiſtini propter corroſionem extalium arcam filiis Iſrael receptam cum hamia & muneribus aureis remiſerunt. Sic merito *Pompilius*, quia Patruoa ſuos toxico morti tradidit, & eos inſepultos turpiter proiici ſecit, vili morte & inaudita a muribus de patruorum corporibus generatia interiit. Et quemadmodum *Sardanapalus* mulierum contuberniis ac illecebria deditus, per incendium ſuum obiit, vt refert Venerabilis *Ægidius* lib. I. parte 2. cap. 16. ſic & *Pompilius*, qui erat multis ſuæ veneficæ concupiſcentiis illectus, merito turpiter occubuit, quoniam iuxta demeritum pro ſingulari peccato ſingulare Deus inſligit ſupplicium; iuxta illud Deut. 25. Pro menſura peccati erit plagarum modus. Et Apocalypſ. 18. Quantum abundauit in deliciis, tantum data ei tormentum & luctum.

VINCENTII KADŁVBEK DE GESTIS POLONORVM

LIBER II.

QVI quidem liber, in quo ſcilicet nouorum Regum ac Principum Regni Poloniæ noua nunciatur ſucceſſio, diuiditur in duas partes: ſcilicet in Prologum, & Executionem. Executio incipit ibi: RADICE ITAQVE POMPILII: Prologus diuiditur in duos epiſtolas Procemiales.

EPISTOLA I. PROOEMIALIS

MATHÆI Epiſcopi Cracouienſis.

In qua modum procedendi, & cur ſimiles hiſtorias interſerat, proponit.

D SEd ſinuoſis longius euagari non conuenit anfractibus, vt propoſiti & ſuſcepti curſus itineris debito carpantur compendio. Nemo tamen id noſtræ imputauerit tentationi, quod quædam ex aliorum hiſtoriis principali inſeruntur ſeriei, quæ ex induſtria iubentur non præteriri: tum quiâ ſimilia gaudent ſimilibus, tum quia identitas mater eſt ſocietatis; vt etiam non omnino deſit, in quo ſeſe Lector exerceat. Nam quis vuas? quis ficus

815. ficus ſemitæ altrinſecus appenſas, imo in ſua ſponte palato ſe ingerentes protſus intactas prætereat? Addecet ergo talium hilareſcere guſtu, non opere ſarcinati. Libet autem, vt ex integro tui vaſculo promtuarii animæ ſitienti aliud iucundius proponatur.

COMMENTARIVS.

Se & *Ioannem* Archiepiſcopum excuſat, de inſertione ſimilium hiſtoriarum principalibus accommodatarum; imo aſſerit, quod propter ipſorum abundantiam eas hic compelluntur neceſſario ponere, vt lector in hoc opere habeat ſe in aliquo exercitare, & per ſimilia geſta ſimilia cognoſcere, ac in ipſis plus delectari quam grauari.

EPISTOLA II. PROOEMIALIS

IOANNIS Archiepiſcopi Gneſnenſis.

In qua Mathæum, quod ipſum in hiſtoriarum poſitione non ſpreuit, gratiarum actionibus proſequitur.

IMo pronus regratiandi proſternor obſequio, quod meæ tenuitatis aceſam non faſtidis acredinem. Et mihi quidem non eſſet pigrum, quod poſteris foret neceſſarium, niſi detractans æmulato meo quoddam oti obiiceret ſilentii repagulum. Dicunt enim, haud facile depreheuditur mentiens in his, quæ nemo nouit; nec facile falſitatem vitare poteſt, qui de ignotis multa præſumit. Procul vero procul abſiſtat a viro ſallaci aſſertio, ne modicum fermenti totam maſſam corrumpat. Quippe verus homo falſus fieri per falſa meretur. Sic homo fit pictus, non homo, ſic fit homo.

COMMENTARIVS.

Mathæo & *Ioanni* geſta regni Poloniæ conſcribentibus nonnulli detrahebant æmuli dicentes: Nun facile inuenitur mentiens, quæ quis non nouit, nec facile falſitatem vitat, qui de ignotis metam præſumit. Iſti tamen viri excellentiſſimi, quia hæc, quæ ſcripſerunt in veris ſcriptis, licet forte non ita promte ordinate & diſerte redactis inueniunt: ideo ipſi nullam falſitatem veritati miſcuerunt. Quare ipſis iniurioſe inferebantur inuidiæ, detractiones, ac caninæ mordicationes. Hæc autem talia, vt præſumitur, faciebant, qui honorem Regni & incrementum non diligebant.

EPISTOLA III.

MATHAEI Epiſcopi Cracouienſis.

In qua noua ſucceſſio Regum ac Principum Regni Poloniæ deſcribitur.

A. C. 842. RAdice itaque *Pompilii* ſtirpitus exciſa, noua Principum initiatur ſucceſſio. Quorum celſitudo tanto porrectior, tanto creuit ſublimior quanto ſtipes dignoſcitur fuiſſe depreſſior. Humillimi namque agricolæ filius *Semouit* nomine ſtrenuitatem induit, adoleſcit induſtria, virtutibus parentatur. Qui ſuis, non ſuorum ſuffultus meritis, primus magiſter creatur militiæ, tandem Regia fungitur Maieſtate, quod de ipſo pene ab ipſius infantiæ crepundiis aſſerunt præſagium. 842.
A Fuit enim quidam paupereulus incola Kruſzvvicienſis, cui nomen *Piaſt*, & coniugi nomen *Rzepica*, ambo natura infimi, rebus exigui, exiſtimatione nulli, ſed purioris vitæ ſtudio ſublimes, æſtuque miſericordiæ adeo feruentiſſimi, vt eorum ſubſtantiola in ſe plerumque hoſpitalitatis nonnunquam augeretur impendio. Quis non miretur? quis non ſtupeat? vel augmento quid minui, vel diminutione augeri? Idem enim eſt, vel candore nigreſcere, vel nigredine candidari. Rem tam exilem, rem pene nullam larga creſcere fecit dapſilitas. A ianua namque *Pompilii* pulſi duo puſilli hoſpites, horum ſubingredi non
B dedignantur tuguria, quos domeſtici affectuoſe amplexos diſcumbere iubent, a quibus extremæ venia paupertatis poſtulata, obſoniolum braxati modicillum liquoris apponunt: orant, ne quid, ne quantum, ne a quibus, ſed qualiter & quo exhibeatur affectu, conſiderent. Velle, inquiunt, nobis adiacet, poſſe non ſuppetit. Hæc pro initiando paruuli Cæſarie & pro delibandis tonſuræ primitiis, de ſpicis cadentibus compilata veſtris vtinam deſideriis acceſſerint. Quibus etſi dulcis deſit ſapor, ſaporoſa tamen affectionis non deſit dulcedo. Ad hæc illi: Affectus veſter operi veſtro nomen imponit: Nam quantum quis intendit, tantum facit, nec
C poteſt eſſe inſipidum, quod ſale charitatis conditur, quod fauo cordis inſtillatur.

Quid gratum? quid dulce? pium? quid grata Voluntas?

Nam paleas operis aurea mens operit.

Quibus conſidentibus augeri liquor videbatur, epulæ excreſcere, adeò vt vndique mutuata vaſorum capacitas non ſufficeret receptui, quæ ne imminui quidem potuere longiſſimis quam plurimorum conuiuarum hauſtibus, quos eo cum Proceribus, cum Rege *Pompilio* iuſſerat hoſpites corrogari. Sub tanta igitur tantorum frequentia, *Semouit* ab hoſpitibus tonſuratur, & futuri Regis feſtiuitas miraculi conſecratur præſagio; qui
D velut inter mortuos cineres gloriæ ſcintillam, non ſolum ſuſcitauit, ſed immortales Poloniæ titulos Zodiacæis pene ſignis inſeruit. Hic enim non modo eas, quæ Pompiliana deferuerat ignauia, nationes reuocauit, ſed & alias aliis intactas regiones ſuo coniecit imperio. Quibus Decanos, Quinquagenarios, Centuriones, Collegiatos, Tribunos, Chiliarchas, Magiſtros militum, Vrbium præfectos, primipilarios præſides, omneſque omnino poteſtates inſtituit.

COMMENTARIVS.

Stirpe *Pompilii* dicto *Koſzysko* radicitus euulſa, Proceres Regni Poloniæ ad vrbem Kruſzvvicienſem, quæ pro tunc inter vrbes maior & famoſior, ac capitularis appellabatur,

842 tur, conuenientes, cœperunt de futuri Regis electione tractatum facere. Et quamuis aliquem de filiis intoxicatorum Principum eligere diſpoſuiſſent, tamen diuerſis in diuerſos ſua vota dirigentibus, in vnum ex ipſis non poterant concordare, proprium plus, quam bonum commune prætendentes. Decreuerunt itaque, aliquem infimæ & modicæ cogitationis eligere, ſtrenuum tamen & ex Lechitarum propagatum propagine. Fuit itaque quidam pauper agricola nomine *Piaſt*, & nomen vxoris eius *Rzepica* in vrbe Kruſzwicienſi morantes, qui alias tempore *Pompilii* Regis *Koſzyskonis* duos ſuſceperunt hoſpites, qui creduntur fuiſſe angeli, ſecundum autem quosdam Ioannes & Paulus Martyres putabantur eſſe, quos ianitores præfati *Pompilii* Regis, a ianua eiusdem ipſis ingreſſum prohibentes, repulerunt. Qui eum apud ipſum hoſpitem conſediſſent, paratur illis refectio in cibo & potu, ex magno cordis affectu. Qui viſo ipſorum cordis magno deſiderio, & affectuoſa intentione, impetrauerunt à Domino, vt tam epulæ, quam pocula adaucta & multiplicata ſint in tanta copia, quod ea multiplicitas vaſorum apud vicinos corrogatorum non poterat ſuſcipere. Qui hoſpites iuſſerant & Regem *Pompilium*, vna cum ſuis proceribus ad conuiuium corrogare: in quo quidem conuiuio filium ſuum *Semouitum* in crinibus totonderunt, & in Magiſtrum militiæ creauerunt. Mortuo autem *Pompilio*, Proceribus in Cruſzvviciam conuenientibus, ac de electione Regis tractantibus, duo hoſpites præfati ad dictum *Piaſt* redierunt, quem & miraculoſe in Regem eligi fecerunt. Nam cum tantæ multitudini inopinate ad electionem Regis collectæ potagia defeciſſent, at *Piaſt* in domo ſua modicum cereuiſiæ pro ſe ac ſua familia braxauerat; in tantum liquor cereuiſiæ abundabat, quod omnibus proceribus ac toti populo ſufficientiam dedit. Quo viſo proceres miraculo memoratum *Piaſt* in ſuum Regem vnanimiter elegerunt. Qui ob hoc *Piaſt* eſt nuncupatus, quia fuit ſtatura breuis, ſed robuſtus corpore ac decorus aſpectu. *Piaſt* igitur regalibus decorandus inſigniis, ex *Rzepica* coniuge ſua filium vnicum ſuſcepit, quem poſt annos primitiæ *Semouit* appellauit, qui quatuordecimo ſuæ ætatis anno patri ſucceſſit in Regno.

EPISTOLA IV.

IOANNIS Archiepiſcopi Gneſnenſis.

In qua dicta de electione plebeiorum videlicet Piaſt & filii ſui Semouit confirmantur.

NOn eſt minimum in humanis rebus minima negligere. Sæpe namque de agreſtium fruteculis cedrina ſurgit Proceritas; ſæpius Margaretæ inter arenarum delitescunt minutias, ſub cinere maximo viget virtus ſcintillarum, generoſa quoque magnanimitas; nec turritas ſemper vrbes inhabitat, nec pauperum prorſus aſpernatur tuguria. 842

Nobilitatur enim ſæpe palmes, palmite vitis,
Nobilitat fontem fonte redemta ſitis.

Nam vt nota de *Dauid*, de *Saule* & *Iorobo*ã ſeruo *Salomonis*, aliisque quam plurimis, exempla prætercam; *Gordius* conductis arans bobus, omnium genere auium circumuolitatur. Quærit augurium. Cui virgo eximiæ pulchritudinis, quæ illi caſu occurrit, Regnum portendi reſpondit, polliceturque ſe tam matrimonii quam ſpei ſociam. Inter Phryges oritur ſeditio: docent oracula Rege diſcordantibus opus eſſe. Rurſus de perſona Regis quærentibus, Regem iubentur obſeruare, quem primum in templum Iouis cum plauſtro euntem reperiſſent. Obuiat illis *Gordius*, ſtatim eum Regem conſalutant. Ille plauſtrum quo aduectus erat, templo conſecrauit.

COMMENTARIVS.

Non eſt mirum, quod *Piaſt* & filius ſuus *Semouit*, quamuis plebeii & pauperes in Reges Poloniæ fuerunt electi, quoniam & *Saul*, de quo habetur 1 Regum 16. ac *Gordius* arator, pauperes & humiles exſtiterunt, & tamen olim eximii Reges fuerunt. Et ratio eſt: Melius enim de agreſtium fruteculis cedri magnæ oriuntur, inter arenas margaretæ occultantur, ac in cineribus ignes confouentur, nobilesque non ſemper habitant in ciuitatibus, ſed ſæpe in tuguriis agreſtium. Poſſibile eſt ergo ignobilitatem generis, nobilitari opere virtutis, ſicut palmes ex vite procedens nobilitat arborem, ſic & aqua fontis ſitim extinguens, nobilitat ipſum fontem. Non eſt ergo æquum, in rebus humanis rem minimam & exilem omnino deſpicere.

EPISTOLA V.

MATHAEI Epiſcopi Cracouienſis.

In qua quatuor perſonas nominatim enumerat de humili genere, qua in Reges fuerant ſublimata.

DE hoc antiqua cecinere oracula: Si quis Gordii iugera ſoluiſſet, eum tota Aſia regnaturum vtique. Capta enim vrbe Magnus *Alexander*, iugum plauſtri requiſiuit, & capita coriamentorum, ſciſſis nodis inuenit. *Agathocles* quoque patre ſigulo natus, forma tamen & pulchritudine corporis egregius, Regi Siculorum *Dionyſio* ſuccedit. Rex item Aſiæ *Ariſtonicus* de Cythariſtæ filia ſuſceptus etiam Romanos prælio fudit. At quid vero intereſt, vt quis *Datomio* exprobrauerit, quod operam locare ad puteos exhauriendos, hortosque irrigandos conſueuit? Hic tamen inſignis fuit præ cæteris Rex Sidoniæ ab *Alexandro* conſtitu-

842. tus multis ſpretis nobilibus, ne generis id dantis beneficium putaretur. Idem *Alexander* ex gregario milite virtutis cauſâ *Ptolomæum* prouexerat, qui poſt eum Ægyptum, Africam, Aſiam, Lybiæque partem obtinuit. Romani denique tales Rege a habuerunt, quorum nominibus erubeſcant, aut paſtores Aboriginum, aut auſpices Sabinorum, aut exules Corinthiorum, aut ſeruos vernasque Tuſcorum, aut lupæ nutricios. Fruſtra igitur mihi deganeres de alti generis vmbra glorientur, fruſtra de gigante natus puſillus de gigantæa ſuperbit quantitate. De roſeto ſiquidem & roſa naſcitur & ſpinæ pungitiuum. Ignoras eiusdam eſſe vitis, vinum & acinum; neſcis eiusdem venæ aurum & ſcoriam. Galeam conſtat in grano concipi, & granum in palea, imo tales aſſe debere Principes, qui B cum paupertate nolunt habere commercium; quia diffic ile eſt ei reuereri virtutes, qui ſemper proſpera vſus eſt fortuna. Vnde cuidam a ſapiente dictum eſt: Semper te puta miſerum, quia nunquam fuiſti miſer.

COMMENTARIVS.

Illi principes ſunt Reipubl. accommodi, qui paupertates & miſerias vitæ ſunt experti. De quorum commoditate & ſublimitate refert late *Franciſcus* lib. 2. cap. vltimo.

EPISTOLA VI.

IOANNIS Archiepiſcopi Gneſnenſis.

In qua dicta præcedentis Epiſtolæ confirmantur & quæſtio ex præcedentibus monetur.

ERrare eos penitus fateor, qui auraum nobilitatis thronum in lumbis fingunt non in pectore. Cur non nobilis, virtus quem ſua nobilitat? ſic curſu nuperrimo quendam offendi ſcrupulum, quem tuo munera rogo eximi. Nam vt ex ipſo gentilitatis ritu præſumitur: ſi ſuperſtitioſa ſunt tonſuræ libamina, cur ſuperiore miraculo videntur conſecrata. Cur fidelibus non ſolum non ſunt inhibita, ſed celeberrima hodie deuotione ſolennia? Quodſi ſeria, ſi vllius eſt myſterii talium inſtitutio, cur ab eis, qui ſe incunabulis prudentiæ natos aſſerunt, cachinno ridiculo excipiuntur?

COMMENTARIVS.

Conſuetudo tonſuræ proceſſit ex ſuperſtitioſo gentilium more. Quare Chriſti fideles in hoc Gentiles nedum ſaquuntur, ſad tonſuram pro magna reuerentia venerantur: & ſic, vt præſumitur, tonſura eſt aliculus vtilitatis & Sacrameoti. Quare illi, vt puta Græci, qui dicunt, ſe ſapientes tonſuram ridiculia ſuis dataſtando aſpernantur, prolixoque crine ornantur.

Circa literam notandum. Ex Fpiſtola præſenti ac præcedenti duplex nobilitas poteſt elici. Quædam naturalis, quæ ex Genealogia patrum, auorum & antiquarum diuitiarum conſurgit, & ſic filii dominorum in A bona paterna ſuccedentes nobilitate naturali dicuntur nobiles. De qua nobilitate Philoſophus lib. 5. Politicorum dicit: *Ingenuitas eſt naturalis nobilitas. Diuitiæ antiquatæ & nobiles videntur, quibus exiſtunt progenitorum virtus & diuitiæ.* Et idem ſecundo Rheticorum. *Nobilitas*, inquit, *eſt honorabilis progenitorum.* Et iſta nobilitas eſt ſecundum quid & non vera. Vnde *Alanus* in planctu: 842.

Quid tibi nobilitas, quid clarum nomen auorum,
Si ſeruus vitiis factus es ipſe tuis?

Et pauper *Henricus*:

Non præſigne genus, nec clarum nomen auorum,
Sed probitas vera Nobilitate viget.

Et ratio, quia Nobilitas non naſcendo quæritur, ſed viuendo. Parentes enim niſi aliquid laude dignum egiſſent, nunquam nobiles fuiſſent. Origo enim omnium vna, eſt vnus parens humani generis, vnus fons, qui viciſſim modo turbidus, modo nitidus ad vnumquemque peruenit. Talis igitur Nobilitas quodam modo eſt aliena, alieno autem gloriari ridiculoſa eſt iactantia. Ille vero gloriatur de alieno, qui nobilitatem auorum reputat in ſemetipſo. Auorum enim merita nepotum degenarantium ſunt notæ. Alia eſt nobilitas formalis quæ, ſecundum *Senecam*, libro de moribus, eſt generoſitas animi ex operatione virtutum reſultans. Et hæc eſt vera nobilitas. Vnde *Caſſiodorus* lib. 10. Epiſtola 12. *Vere*, inquit, *dicitur nobilis, à quo probitas actionum non recedit.*

(C: *cam*)

EPISTOLA VII.

MATHAEI Epiſcopi Cracouienſis.

In qua reſpondet ad quæſtionem ſibi propoſitam.

TEmerarium eſt, de incertis temerariam præcipitare ſantantiam. Vnde cui, ſi prudentes eſſent, diſcere potius didiciſſent incognita, quam deridere ignorata. Nec enim de ea D loquor, cuius initium à Nazaræis imitatur Eccleſia, quoniam tondalæ rationem paucos ignorare puto. Sed ſi cauſam inſtitutionis noueris, nec ſuperſtitioſam, nec ridiculam noſtri tondelam ritus agnoſces. Inſtituta ergo eſt huiusce forma, & formæ ſolennitas, vt per eam adoptio haberet robur, ex qua propagatur quædam legalis cognatio, ſicut ex Baptiſmo ſau confirmationa ſpirituali. Sunt autem adoptionis duæ ſpecies. Arrogatio & ſimplex adoptio. Arrogantur, qui ſui iuris ſunt. Simpliciter adoptati dicuntur filii familias, qui in ſacris parentum ſunt. Et prius quidem adoptandi modus prior fiebat

842. bat principali reſcripto, ſecundus vero imperio Magiſtratus. Nunc etiam non expetito principali oraculo celebratur apud noſtros adoptio, dummodo legitima non defuerint teſtium inſtrumenta. Huius autem adoptionis cognationum, quæ per artifieium iuris ciuilis eſt iotroducta, tanta teligio, vt nec matrimonii prætextu poſſit violari. Sieut namque Spirituales filii, ſic adoptiui non poſſunt iungi naturalibus, nec altero eorum emanripato. Vnde *Nicolaus: Inter fratres ob filios Spirituales, non poteſt eſſe legale coniungium. Vnde quidem nec inter eos, quos adoptio iungit, matrimonia contrahi leges permittunt.* Hinc in Digeſtis, titulo de Ritu Nuptiarum: *Per adoptionem quæſita fraternitas, quousque impedit nuptias, donec maneat adoptio. Ideoque quam pater meus adoptauit & emancipauit, potero ducere vxorem.* Similiter in Inſtitution. titulo de nuptiis. *Si qua per adoptionem ſoror tibi eſſe cœpit; quamdiu quidem conſtat adoptio, ſane inter te & eam, nuptiæ conſiſtere non poſſunt. Cum vero per emancipationem diſſoluta ſit adoptio, poteris eam in vxorem ducere.* Quodſi in filiam vel neptem aliquam adoptauero, potero emancipatam ducere? minime; vt habetur eodem titulo. Itaque eam, quæ tibi per adoptionem filia eſſe cœperit, vel neptis, non poteris vxorem ducere, quamuis eam emancipaueris. In hac vero tonſione ſolenni, ambæ plerumque ſpecies adoptionis concurrunt. Nam qui tondetur incipit eſſe tondentis nepos per ſimplicem adoptionem, mater vero eius fit ſoror adoptiua per atrogationem. Non erit ergo celebre hoc adoptionis genus, quod tam legitima & cauſa procedit & ratione. Ideone dignum deteſtatione putabimus, quod hunc ritum & concepit & pepetit gentilitas? Talium vero ſunt emtio, locatio, mancipiorum obligatio & alii bonæ fidei contractus. Nam quod in quarto Codiris latam de adoptione & artogatione ſanctionem reſeruari iubet Imperator, nec vlterius eſſe deferendas, pro illis dictum eſt, qui ſuos manſeres adoptant, & libidinem illicitam quodam legis palliant colore, quod intelliges, ſi illum locum diligentius diſcuſſeris. Caueamus autem mouere talia, quibus ipſi vtuntur; irreligioſum enim eſt, ea non venerari, quæ non inſtituit, quæ deuota maiorum veneratur religio.

COMMENTARIVS.

Tonſura apud Chriſti fideles eſt inſtituta in ſignum & robur adoptionis legalis. Sicut enim ex baptiſmo & confirmatione fit cognatio ſpiritualis, ſic ex tonſura ſoleoni fit cognatio legalis. Adoptionis duæ ſunt ſpecies. Arrogatio & ſimplex adoptio. Arrogatio eſt, quando ille, qui non habet parentem, ſeu etiam qui emancipatus eſt, tranſit cum rebus ſuis in poteſtatem arrogantis; & debet fieri autoritate Prinripis: Adoptio vero eſt, qnando adoptatus eſt in poteſtate Patris, nec tranſit cum rebus ſuis in poteſtatem adoptantis; & debet fieri imperio Magiſtratus. Et ſic adoptio eſt perſonæ extraneæ in filium vel nepotem. 842.

Circa literam notandum. Cognatio eſt triplex: carnalis, quæ dicitur Conſanguineitas; ſic Maria virgo fuit cognata Helizabet. Spiritualis, quæ dicitur Compaternitas. Legalis quæ dicitur Adoptio. Et iſta habent tres ſpecies. Prima eſt Aſcendentium & Deſcendentium, quæ attenditur inter Patrem adoptantem & filium vel filiam, & iſte indiſtincte impedit matrimonium; quoniam Pater non poteſt contrahere cum filia: vel nepte adoptiua, ipſa etiam emancipata. Secunda eſt collateralium, ſcilicet inter filium naturalem & adoptiuum. Tertia eſt quaſi legalis Adfinitas, ſcilicet, inter Patrem adoptantem & vxorem filii adoptiui, & e contra.

EPISTOLA VIII.

IOANNIS Archiepiſcopi Gneſnenſis.

In qua monet Mathaum Epiſcopum Craconienſem, vt citius deſcribat aliorum Regum & Principum geſta, ſucceſſus & tempora.

IAm velut quadam hæſitationis ſoluta rompede, celeriuſcule ſolito curſitare libet, quo & greſſus rapit liberior & via delectat expeditior.

EPISTOLA X.

MATHAEI Epiſcopi Cracouienſis.

In qua declarat praclarum ſucceſſum & merita Leſzkonis, quarti filii Semouit & Zemomyſt Leſzkonis filii.

SEmoulto itaque filius eius *Leſzko*, *Leſzkoni* vero filius eius *Zemomyſt* ſucce- A.C. 897.
dit, quorum vtrumque animi generoſitas, robur corporis, felices ad omnia ſucceſſus adeo redegere inſignes, vt omnium peoe Regum virtutes ſuis anteceſſerunt virtutibus. De *Zemomyſt* autem ille ſamoſus *Mieſzko* A. C. 931.
cæcus gignitur, cæcus ſeptennio educatur; qui anni exitu ſeptimi diuinitus illuſtratur, viſuque recepto, ætatem vicit induſtria. Sed tantiſper lumine caſſus ratione cæcutire viſus eſt, quod ſeptem ſcortis pellicum, quas coniuges nuncupabat, nocturnales variare vices conſueuerat. His tandem repudiatis de Bohemia quandam *Dambrowkam* nomine matrimonio copulat, cuius felici conſortio, glacies inſidelitatis diſſoluitur & noſtro- A. C. 966.
rum labruſca gentilium in veræ vitis palmites transmigrat. Huic enim Catholicæ fidei amantiſſimæ non prius nubere collibuit,

966. quam vniuerſum Regnum Poloniæ cum ipſo Rege Chriſtianæ Profeſſionis ſuſcepiſſet characterem. Didicerat namque, quod diſpar A cultus vnum erat impedimentum matrimonii. Primus itaque Polonorum Rex *Miesko* gratiam baptiſmi ſuſcepit.

COMMENTARIVS.

Semouito regnante, natus fuit ei filius cui nomen *Leſzko*, qui Patris veſtigia ſequens in omnibus virtutibus exiſtens præinſignis in ſtatu adoleſcentiæ filium procreauit, cui nomen *Zemomysl* impoſuit, quud interpretatur, terras præcogitans. Nam com eodem filio terras dominio ſuo ſubiectas in pace gubernauit; ſic, quod a nullo regnorum vicinorum moleſtias aliquas pertulit, ſed pace tranquilla omnes nationes ditioni ſuæ ſubditæ, felicibus gaudebant ſucceſſionibus. B *Zemomysl* autem de vxore ſua genuit filium, qui cæcus natus per ſeptem annos cæcus educatur. Quod Poloni cernentes, & quod alium filium intra ſeptem annos Rex *Zemomysl* non procreaſſet, turbati ſunt, & dicebant: Ecce iam in regno *Mieſzko* id eſt confuſio ſeu turbatio. Sciebant enim quod puſt deceſſum *Koſzyskonis*, quem mures deuorauerunt, multæ commotiones in Regno Poloniæ fuerunt exortæ; quas iterum valde formidabant, & ob hoc filium Regis cæcum *Mieſzkonem* nominauerunt. *Zemomysl* autem Anno Domini 915. prout Annales Poloniæ narrant, Patri ſuo *Leſzkoni* quarto in Regno ſocceſſit Poloniæ. Anno vero Domini 931. Mieszkonem filiuum ſoum prædictum progenuit. Qui C *Mieſzko* ſeptimo ætatis ſuæ anno diuinitus lumine oculorum accepto, tandem Anno Domini 966. cum ſua tota gente Lechitica diuina gratia diſponente ac *Dambrowka* ſorore S. *Venceslai* & filia Ducis *Wratislauienſis*, vt creditor, quam *Mieſzko* cupiebat ducere in vxorem ſibi, ſacrum baptiſma ſuſcepit. De qua Anno 967. filium genuit, cui nomen Boleslaus in ſacro baptiſmate imponi fecit. Anno vero 958. *Iordanum* in Epiſcopum Poloniæ & Præpoſitum Cracouienſem ordinare procurauit. Tunc Eccleſiæ & Epiſcopatus cæteri in Polonia per *Dombrowkam* D diſpoſiti, ex quibus diſcitur, quod hæc Regina maxime Catholica fuit & magni meriti apud Deum. Fidem enim in Poloniam apportauit, nec zelo DEI connubia ſua *Mieſzko* non baptizaro habere voluit, niſi prius ipſe cum ſua gente fidem ſuſcepit. Sciuit enim tanquam vera Catholica, quod diſpar cultus vnum eſt impedimentum, quod impedit matrimonium contrahendum & dirimit contractum.

EPISTOLA X. 966.

IOANNIS Archiepiſcopi Gneſnenſis.

A *Approbans dicta Epiſtolæ præcedentis.*

OMnium omnino hic primus Regum fuit, ac Sereniſſimus, per quem hoic patriæ noui iubar ſideris eſt infuſum, per quem fons gratiæ Baptiſmi ad noſtri vsque ſeculi tempus manauit; cuius geſta non tam in cortice ſunt dulcia, quam ſacro interius veneranda myſterio. Illius enim cæcitas noſtra fuit priuatio, quos veri luminis orbauerat carentia. Nam quid illius pueritiæ ſeptenuium, quoniam noſtræ inſipientiæ, noſtri erroris vniuerſitatem æſtimabis. Septenarius enim ob multas cauſas vniuerſitati deſeruit. Vnde non dico tibi dimittendi ſepties, ſed ſeptuageſies ſepties; id eſt, vniuerſam transgreſſionem. Similiter lauare B ſepties, id eſt vniuerſaliter de vniuerſis, & mundaberis. Et in Tobia. Ego ſum Raphael de ſeptem Spiritibus vnus, id eſt de vniuerſitate Angelorum. Ille igitur ſeptem annis infantiæ, nos vniuerſo noſtræ obſtinationis tempore caligauimus. Illi anni fine ſeptimi viſus reſtituitur; nos in quos fines ſeculorum deuenerunt, ſeptiformis lux gratiæ oritur. Vxor tandem illi copulatur; & nos vniter vnius, id eſt Eccleſiæ amplexibus fœderamur. Dictus vero eſt *Mieſzko*, id eſt turbatio, quia cæco naſcente, parentes turbati ſunt, vel myſtice: quia ab ipſo initiata videntur belli ſpiritualis apud nos ſeminaria. Per illum enim inſeminatum eſt bellum bonum, vt rumperetur pax mala, aut ſorte, vt ait Evangelium: Non omnes chordæ in cithaC ra reſonant, nec quotquot in Myſticis ponuntur, Myſticum habeot intellectum.

COMMENTARIVS.

Circa literam notandum. Duplex eſt Pax, ſcilicet, bona & mala. Mala eſt duplex: Periculoſæ malitiæ, hanc habet homo cum Diabolo eius ſuggeſtionibus conſentiendo. De qua Sapientiæ 14. Et non ſuffecerat curaſſe eos contra DEI ſcientiam, ſed in magno viuentes & neſcientes bello, tot & tum me pacem appellant. Secunda pax maD la eſt, doloſæ amicitiæ. Hanc habet impius cum proximo, Hieremiæ exemplo, capite 9. Vnusquisque ſe a proximo coſtodiat. Sic etiam Pax bona eſt triplex. Prima eſt affectuoſæ concordiæ, hanc habet iuſtus cum iuſto. Ad Epheſ. 3. Solliciti ſeruare vnitatem Spiritus in vinculo Pacis. Secunda eſt virtuoſæ iuſtitiæ, hanc habet homo cum DEO, ſuis mandatis obediendo, Iſaiæ 48. vtinam attendiſſet mandata mea, facta fuiſſet ſicut fluuius pax tua. Tertia eſt delitioſæ gloriæ. Hanc

habeni

966. habent ſancti æterna in gloria conniuendo. Iſa. 3. Sedebit Populus meus in pulchritudine pacis, & Sap. 3. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, illi autem ſunt in pace &c. Notandum. Lechitæ olim ob zelum in Deum & verbum Chriſti extrahebant gladios dum Euangelium legebatur.

EPISTOLA XI.

MATHAEI Epiſcopi Cracouienſis.

De ſucceſſu pii Boleslai, filii Mieſzkonis cæci.

A.C. 1000. PORro de tam generoſo ſtipite ſurculus vegetatior, palma erupit fœcundior *Mieſzkonides Boleslaus.* Qui adhuc tenellas fidei primitias, adhuc in cunis vagientem Eccleſiam tam tenero amplexu, tam adulta fouit teneritate, vt geminam metropolim inſtitueret, & debitas ſuffraganeorum Diœceſes vtrique deputauit, ipſarumque Diœceſium diſtinctiones certis limitibus inſculpſit. Nihil enim eſt quod lumine clariore præfulgeat, quam recta fides in principe. Nihil eſt quod tam nequeat occaſui ſubiacere, quam vera religio. Vnde ad cumulum religionis Patrem Sanctitatis ac Patronum Sanctum *Adalbertum* infinitis Bohemorum iniuriis actum, deuotiſſime ſuſcipit, reuerentiam exhibet, omni ſtudio veneratur. Quem Sanctus ad plurima paucis informat: Digna, inquit, vox eſt, Maieſtate regnantis legibus alligatum principem ſe profiteri, adeo de autoritate iuris principum pendet autoritas. Ius vero diuinum humano præiudicat. Lex namque Domini irreprehenſibilis, lex immaculata conuertens animas. Omnium igitur, fili, quæ agis, à diuinæ ſpeculo iuſtitiæ formam mutuare; nam reuera omni maius eſt imperio, legibus Eccleſiæ omnem ſubmittere Principatum. Tam fidelem Eruditionis formam non infidelis ille auditor cordis ſacrario impingit, tam ſe quam ſuos religionis ſcabello ſubſternens, omnium de ſe a iuris non aſſentatoribus erigens cenſuram. Et ne vllius poſſit circumſpectionis argui, ne vllum in eo locum vlla inueniret leuitas, altis prudentum gaudebat occupari conſiliis. Duodecim namque elegerat ſummi conſilii viros, quorum ſacra iugiter ſugebat vbera: de quorum pectoribus velut quibusdam diuis fontibus omnimoda virtutum eliciebat rudimenta. Hinc delinquentium culpas & diſtricte nouerat parcere & pie reſerare. Nam nec ſine vltione fuit pius, nec ſine pietate diſtrictus. Adde ex iuſtitia & manſuetudine, quaſi electri purioris cuiusdam temperati rutilabat in illo Serenitas, vt nec rigor eſſet rigidus, nec manſuetudo deſolata. 1000. Tanta illi alienæ calamitatis fuit compaſſio, vt prius alienis quam propriis occurreret incommodis, & in cauſis oppreſſorum non iudicem ſe geſſit, ſed Patronum. Si quid tamen ſeuerius iuſta in aliquem exegiſſet ſententia, modicellæ precis interuentu expiabat, nonnunquam etiam à ſæuiendo delinitus quietis amplexibus quietus manſueſcebat. Quid plura? illi nihil defuit, quod naturæ amicum, quod virtuti aſſonum, quod honeſtati ſuiſſet conſentaneum. Ideo Imperator *Otto* ruffus, deſiderio experiendi ea, quæ fama de *Boleslao* diffuderat, Poloniam ingreditur, quaſi Beato Martyri *Adalberto* votiuam exhibiturus reuerentiam. Qui omnibus diligenter circumſpectis: *Fruſtra*, inquit, *fruſtratorios de hoc viro ſuſpicabar diuulgari rumuſculos; fruſtra famam loquacitatis criminabar, quam nunc potius mutam dixerim & elinguem, inuidam ac tenacem, qua plura, quæ maiora ſepelit ſilentio, quam tuba veritatis præconetur. Vnde hunc noſtri amiciſſimum imperii non in partem vocari ſollicitudinis, ſed plenitudine addecet poteſtatis gloriari; vtpote in quo ipſo poteſtatum plenitudo gloriatur; non tam excelſis honoris gradibus, quam illius excellentia ſublimis.* Imperiale itaque diadema detrahens, capiti *Boleslai* non ſine reuerentia imponit. Suo ergo diademate caput illius conuenuſtat. Et licet argenteas officinas, aur[illegible] ſupellectilem, officioſiſſimos etiam officialium ornatus, licet omnia duceret admiranda; ipſius tamen virtutes non ſatis potuit admirari; quasdam velut in quendam ſphæræ glomicellum in hunc ſolum & vidit & inuidit congeſtas.

COMMENTARIVS.

Boleslaus prius dictus magnus & animoſus, qui Polonice *Chobri* nuncupatur, terminos Lechitarum ab aliis deperditos ſtrenue recuperauerat, & ſex Cathedrales Eccleſias: Poſnanienſem quam primo fundauerat, in cuius medio Eccleſiæ tumulatus quieſcit; Gneſnenſem, poſt Maſouienſem, quæ nunc Plocenſis dicitur, Cracouienſem, Wratislauienſem & Lubiecienſem, Kuiauienſem, quæ nunc Wladislauienſis nuncupatur, fundat, & multa monaſteria conſtruxit & dotauit. Ipſe quoddam tributum in Polonia, quod *Straza* dicitur, ſtatuiſſe fertur ita; quod quilibet de aratro vnam menſuram ſiliginis & aliam auenæ ad Regis granarium ſingulis annis penſitabat, militibus pro Republica certantibus duntaxat exceptis;. & hoc poſtea tributum curreote tempore in Sala-

1000. Salarium duorum groſſorum eſt conuerſum. Ideo illud tributum *Stroza* dicebatur, quia hominibus in Caſtrorum cuſtodia degentibus, & præcipue in extremitate regni exiſtentibus ad vſum ducebatur. Nam Rex præfatus *Boleslaus* cum metas Poloniæ in *Kyow*, quod eſt Metropolis Ruſſiæ, in Ciſſam & Danubium, fluuios Vngarorum ac Carinthiæ, & Zulavvam fluuium verſus partes Thuringiæ ad mare Septentrionale ſtatuiſſet, vtiliter recuperando per ſuos progenitores deperdita, ædificauit caſtra plurima in extremitate Regni Poloniæ, pro conſeruatione Regnicolarum & reſiſtentia inimicorum; & præcipue in ripis fluuiorum *Zulawa*, in quibus ſtatuas ferreas pro metis poſuit, & *Albea*, vltra quam Albeam verſus Veſtualiam quoddam Caſtrum dictum *Brzemia* ædificauit, cui de hoc nomen impoſuit, quia omne terrarum onus ſiue pondus dicitur in vulgari. Hinc *Boleslao* gladius dicitur fuiſſe datus per Angelum, in quo omnes ſuos aduerſarios cum DEI adiutorio vincebat, qui gladius vsque ad præſens in armario Theſauri Cracouienſis conſeruatur, quem Reges Poloniæ ad bella euntes deferre, & ſemper triumphare de ſuis hoſtibus conſueuerunt. Obiit autem dictus *Boleslaus* Anno Domini 1026. in Caſtro Poſnanienſi, ibique in medio Eccleſiæ maioris tumulatus feliciter requieſcit. Gladius autem præfatus per Angelum de cœlo *Boleslao* datus *Sczyrbic* appellatur, pro eo, quia admonitione Angeli Ruſſiam veniens portam auream, quâ Caſtrum *Kyow* claudebatur, cum eodem percuſſit; ex qua percuſſione gladius modicam læſionem ſuſcepit, quæ læſura in Polonico *Sczyrbic* vocatur, & ideo gladius ille *Sczyrbic* nuncupatur. Huius tempore *Otto* Imperator Tertius dictus *Ruffus* gratia viſitandi limina S. *Adalberti*, quem in vita valde dilexerat, Poloniam intrauit, quem *Boleslaus* honorifice ſuſcepit & magnifice tractauit. Ipſe vicem in bono rependens, *Boleslaum* conſortem imperii ordinauit, ſibique cum magna reuerentia diadema impoſuit, & *Mieſzkoni* filio ſuo ſororem ſuam conſobrinam in vxorem deſponſauit, & pro munere Beati Mauritii lanceam & clauum Domini *Boleslao* donauit. *Boleslaus* autem *Ottoni* brachium S. *Adalberti* Martyris in ſignum mutuæ dilectionis & ob reuerentiam dignitatis Imperialis inter cætera donauit & condonauit, & hoc anno Domini 1001. Licet hoc etiam habetur in CHRONICA Romanorum, vbi dicitur, quod tempore ſecundi Imperatoris *Ottonis* S. *Adalbertus* natione Bohemus floruit. Hic primum Epiſcopus Pragenſis, poſt reuelante Deo Pannoniam veniens primum A Regem Vngarorum ſcilicet S. *Stephanum* cum multis aliis baptizauit. Deinde Poloniam veniens & eoſdem in fide confirmans in Pruſſiam venit, & ibidem prædicando Martyrio coronatur. Et in ſequenti CHRONICA Romanorum ponitur, *Otto* tertius viſitans locum *in Polonia, vbi ſanctus martyr ADALBERTVS* in Gneſna quieſcebat, accepto brachio ipſius Romam eſt reuerſus, locans illud in inſula in Eccleſia, in qua modo dicitur quieſcere S. *Bartholomeus* Apoſtolus. Exinde elicitur, quod Sanctus *Adalbertus* Polonos ad fidem Catholicam non conuertit, ſed eos fideles in- B ueniens, notitiamque ſingularem cum *Boleslao* habens, in Regno Poloniæ Archiepiſcopus fuit, tanquam nouellos in fide roborauit & ipſis ſic verbo & exemplo roboratis, verſus Pruſſiam augendo fidem Catholicam proceſſit, & ibidem Martyrium ſuſcepit; & vt habetur in CHRONICIS Annalibus Poloniæ S. *Adalbertus*, poſtquam fides Catholica in Poloniam per *Dambrowkam* allata quaſi 30. annis viguit, in Poloniam venit; imo prius fides Catholica in Polonia claruit, quam ipſe in Epiſcopum Pragenſem conſecratus fuit. Fides enim Catholica anno Domini 966. Poloniam introiuit, ipſe vero S. Adalbertus Anno Do- C mini 987. in Epiſcopum ordinatus extitit, Anno vero Domini 997. Martyrium ſuſcepit. 1000.

EPISTOLA XII.

IOANNIS Archiepiſcopi Gneſnenſis.

In qua roborat dicta de laudibus Boleslai.

NVnc tandem viri bona laudaſti: omnia enim, quæ precio nitent, aliena ſunt, omnia fortunæ bona ſunt, non noſtra, meas tamen putauerim gemmas, quæ in pectoris naſcuntur armario. Vnde quidam ad Philoſophum ingreſſus fuliginoſe ſitum manſiunculæ, ſupellectilis ariditatem, ipſum vero habitu pannoſum, vultu ſquallidum, D macie videt horribilem; naſum in rugas contrahit, omnia illi imperat, de omnibus illum obiurgat. Cui ſapiens: *In alieno*, inquit, *manſione me hodie occupatum inueniſti; meam craſtino ſi libet contemplare lautiſſimo excipiendus apparatu.* At ille: *Actum puta.* Die vero condicto inducit illum Philoſophus in ædem quandam, in qua forte tunc quorundam prædiuitum ſodalitium erat futurum. *Hic*, inquit, *habito; hic noſtra ſplendor ſupellectilis, non ille ſqualor heſternus.* Locat illum ſella eminentiore, amictu exornans purpureo: vernulas enim, vaſa, veſti-

1000. veſtimenta, a domino domus corrogauerat; apponit diſcum argenteum vacuum, & alterum cicutis partim integris, partim conciſis refertum, dicens: *Veſcere ſodes.* Reſpondit ille: *Quodnam veſcar? hoc inane, id horribile.* Cui Philoſophus: *Tam plenum, tam ſapida ſunt prudentibus diuitum deliciæ.* Offert illi duo pocula, vnum aureum, alterum fictile, ſel in aureo, nectar in fictili. *Hoc*, inquit, *eſt, quod in diuitis fulgore admiraris, id in pauperis ſqualore faſtidit. Æſtima quid eligendum putes, in auri ſuperbia fellis acrimoniam, an ſauum in fictili nectareum.* Deinde iubet ex induſtria ſellam, cui ille inſidebat, clam ſuccidi, à qua lapſus, de laterum queritur læſione. Tum nonnullis cachinno diffluentibus, ait prædictus: *Nihil hoc noui; talis enim eſt natura ſublimium, vt quo fuerint excelſiora, eo magis ad ruinam prona. Familiare autem eſt ſublimibus familiares habere caſus. Et ideo collaterales illis eſſe debere laterum moleſtias, omnibus quod detractis induuiis ab aula eiicitur, afficitur contumeliis, flagris conciditur.* Aperit illi omnia aliena, docet alienis vti poſſe, abuti non debere, iucundioresque in paupertatis diuerſorio, quam in domibus Regum eſſe delicias. Iucunda enim res eſt, læta paupertas: Sed Paupertas non eſt, ſi læta eſt. *Qui ergo*, Inquit, *noſtram domum intrauerit, nos potius miretur, quam noſtram ſuppellectilem.*

COMMENTARIVS.

Omnia bona fortunæ ſunt aliena. Bona autem mea ſunt virtutes animum decorantes, de quibus homo merito debet laudari: quia ſecundum *Tullium* in Paradoxis, parad. vltimo. *Quantum vnusquisque particeps eſt boni, tantum & laudabilis: de bonis autem alienis nullus debet laudari.* Et hoc Dominus *Ioannes* declarat per exemplum in litera. In quo exemplo habetur quomodo quidam quendam iuuenem corripuit, qui bona exteriora laude digna ſolum reputauit, & Dominum ex domo laudare voluit.

Circa literam notandum: Cicuta eſt herba nociua, à recus dicta, quaſi recuta, quia ſuccus eius nocet oculis, vel quia in toxico nocendi modos habet occultos.

EPISTOLA XIII.

MATHÆI Epiſcopi Cracouienſis.

De amplioribus laudibus magni Boleslai.

VEreor autem, ne *Boleslai* facta aſſequi non poſſim, quibus & elinguis fit diſertiſſimorum & laudatiſſimorum eloquentia obmuteſcit. Huius namque vniuerſa ſupellex aut animi dotibus viguit, aut in armorum ſtrenuitate reſplenduit. Quibus Seleuciam, Pomeraniam, Pruſſiam, Ruſſiam, Morauiam, Bohemiam ſuæ ſubiiciens ditioni, ſuis poſteris reliquit vectigalea; in vrbe Pragenſi ſecundariam ſibi ſedem regni A conſtituens. Hunnos ſeu Vngaros, Croacios & Mardos gentem validam ſuo mancipauit imperio; imo & Saxones indomitos adeo domuit, vt in Sala flumine columnam fixerit ferream, quaſi quibusdam gradibus ſui fines imperii ab oriente occidenteque diſterminans. Nam ab oriente in aureis Kyovviæ valuis alteram metarum impegit, vbi mucronis ictu creberrimo vrbe capta velut quodam bolice ſignum in aurea Ciuitatis porta excidit; vbi quendam ſui ſanguinis Regem creat; ipſo Ruthenorum Rege non prælii quidem ſed ſolo ignauiæ metu profligato. Nam cum illi *Boleslaus* venire B nunciatur, vt erat magis piſcationum intentiſſimus, hamum cum regno abiicit, dicens: Eius hamo ſumus intercepti, qui Silueos pendere non didicit. Quo vix dicto in fugam tremebundus conuertitur, fuga tutior, quam prælii congreſſu felicior. *Boleslao* ſiquidem triumphum de hoſtibus poſt felicem reportante, ac toto pene illius exercitu defluxo, iſte fugiens tam viris quam viribus collectis à tergo ſurrexit, ratus aut incautum inſidiis inuoluere, aut prouidum obruere multitudine. Quibus eminus ille viſis ait: *O ſocii puluis pecorum calcibus excuſſus, exiuit à caſtris, illi temulentiſſimi & deſides ante occaſum occidunt, ante impetum ſuccumbunt.* C *Arcendi tamen ſunt volatiles muſcarum aculei, quia etiam contra ignauos moleſta eſt torpedo, turpis eſt ignauia. Nec nos moueant inexercitata plebis centuplati exercitus, quia in paucioribus via liberior & circumſpectior ſtrenuitas, nec multo eſt glorioſior vincens multitudo, quam victa paucitas. Igitur quia cum ſarcinis faciliter nemo enatat, abiici conuenit prædæ occupamina. Iucundius enim eſt victoria iucundari titulis, quam prædocinlis imprægnari.* Adhæc illi animo iniquiunt deſideranti: *Mora eſt ipſa celeritas; cui ergo vacat, hoſtium capita computet legionum, noſtri enſes interim capitum ſupputent minutias.* D Conſertiſſimas itaque penetrant acies, ferrea ferro demetunt papauera, nec ſanata eſt inſatiabilis Leonum rabies, donec extrema rotata ſunt cadauera, donec Buk flumen cruoris concretum eſt coagulo non anguſto. Rurſus decurſo tempore *Boleslaus* Ruſſiam, Rutheni Poloniam hoſtiliter ingredi geſtiunt, & interiectu quodam fluminis, quod regna limitabat, caſtra ex oppoſito metantur. Cum barbarus ille non diſiecta, quam deſpecta Polonorum paucitate, ſuorumque numeroſitate recenſita, quodam excellentiæ faſtu ſupra ſe capitur, neminem præ ſe hominem ducit, & inanis captioſus gloriæ, 1000.

glorio-

1000. gloriofo mandat *Boleslao: Aper ſeclufus eſt ab indagine, ſus in volutabro deprehenſa, noſtrorum caſſibus inuoluitur, quam neceſſe* A *eſt noſtrorum exercitamina catulorum experiri & luctuoſum de ſe præbere ſpectaculum.* Cui ille: *Vir vanus in ſuperbia erigitur & quaſi pullus onagri ſe liberum natum putat; me aprum, me ſuem vocat: nec fallitur. Hic namque ſingularis Aper illum forſitan depoſcet. Sus itaque obuſtorum fœcundiſſima, diuino vtinam vtique opitulamine ſic illos canes exerceat, vt illorum ſanguine debrietur. Sed armis dimicandum puto, non verbis.* Interea vtriusque partis clientuli ſe mutuis prouocant contumeliis, vicariis laceſſunt iniuriis. Tum caſtrorum latrunculi caſtra hoſtium irrepunt, quorum quosdam obruunt quosdam diffugio impellunt. Qua re cognita *Boleslaus* sciss ordinat, Caſtra mouet, claſſicum iubet inſtrepi clamorem, hoſtes inſectatur, de omnibus triumphat. Nam & Rex eum primis procerum capti, canum inſtar copulæ inuexi pertrahuntur; non iniuria, vtpote quos ſuos princeps catulos nuncupauerat. Quod tamen egregius victor ægre tulit: *Miſerum*, inquit, *eſt, miſeris inſultare, quia nihil tibi de aliquo fortuna promittit, quod alii de te promittere non poſſit.*

COMMENTARIVS.

Virtutes animi & ſortitudo Magni *Boleslai* ſic claruere, quod eloquentia diſertiſſimorum & commendabilium oratorum merita ſua & virtutes enarrare non poſſunt. Sic C enim ſtrenuiſſimus extitit, quoniam Sileſiam, Pomeraniam, Ruſſiam, Morauiam, Bohemiam ſuæ ditioni ſubiiciens ſuis ſuccedaneis reliquit tributarios, ac ſubiugales. Hungaros etiam & Croatios pariterque Mardos, nec non Saxones ſuo dominio ſubegit. Vnde ita late regnauit, quod vnam ferream metam in Zulawa fluuio Saxoniæ poſuit; aliam vero in aureis oſtiis Kyowiæ gladio Szczerbis inflixit, vbi ſuum conſanguineum in Regem creauit; Rege ipſorum Ruthenorum de terra propulſato. Circa quod notandum, duos triumphos ipſum *Boleslaum* contra Regem Ruthenorum obtinuiſſe. Primus fuit dum Ruthenis profligatis & Rege D Ruſſiæ creato ad propria cum præda magna remeat. Secundus, dum Ruthenus in Polonia vindicare intendens, circa fluuium regna limitantem penitus profligatur, & ipſe captus more canum cum aliis copulatus fuiſſet.

Circa literam notandum. Claſſicum eſt cornu vel tuba vel aliud inſtrumentum cauſa conuocandi factum. Claſſicum etiam dicitur ſignum bellicum, vel ſonus tubæ. Inde *Romulus* cum Remp. inſtituiſſet, Romanos in duas partes diuiſit, ſcilicet in nobiles & ignobiles, & vtramque partem claſſem appellauit, à quibusdam claſſicis, quia tam iſti, quam illi ſuum ſignum habebant.

EPISTOLA XIV. 1000.

IOANNIS Archiepiſcopi Gneſnenſis.

A *In qua quod merito magnus Boleslaus ex Regno Ruthenorum triumphabat, per ſimile probat.*

EXitus iactantiæ, caſus eſt; finis humilitatis in gloria. Nihil enim diſplicentius, nihil DEO ingratius, quam ceruicoſus arrogantiæ tumor, qui multos ſubuertit, qui nonnullos vertit in belluas. Idem faſtus *Darii* copias nimbis obruit & grandine. Nam *Alexandro* bellum contra *Darium* geſtiente, mittit ei *Darius* tria munuſcula; pilam, qua ludunt pueri; ſcuticam, qua corripiuntur; & aureos, cum hac epiſtola. *DARIVS Rex Regum & conſanguineus Deorum, ALEXANDRO Famulo ſuo ſalutem. Puer es adhuc,* B *reuertere ad Parentes, qui famuli mei ſunt. Pilam miſi tibi vt ludas, cum adhuc puer es; ſenticam, quia adhuc correctione eges; aureos, quia ſcio te indigere. Et ego ſi vellem, totam terram, quæ vsque ad tuos pedes eſt, poſſem talibus conſternere: & cum puer ſis, non eſt tecum confligendum armis.* Ad hæc *ALEXANDER Regi Regum & conſanguineo Deorum DARIO. Munera quæ miſiſti, longe aliter interpretor. Pilæ rotunditas ſpondet: mihi imperium orbis. In ſcutica tentula, quibus te cum tuis vincam. Intelligo in aureis, quod omnis tuorum prodetur mihi eruium poſſeſſio: & oportet armis pugnare, non verbis.* Cumque congregaſſet *Darius* in- C finitos exercitus, facta eſt tanta grando cum niuibus in exercitu *Darii*, quod putares Deum contra quem confligeret. Qui curru deſiliens, cui cum vxore ac liberis inſidebat, vix beneficio noctis euaſit. Vxorem vero & liberos eius cum pluribus cepit *Alexander*, quos in regali habuit reuerentia, mortuos autem, qui audacter pugnauerant, magnifice ſepeliuit. Sic namque ſapiens vicit, vt victorem nemo ſentiat. Sic *Philippus* Rex tacita hac lætitia dolorem hoſtium temperauit, vt neque apud ſuos victor exultaſſe, neque apud victos inſultaſſe videretur.

COMMENTARIVS.

D Simile ad *Boleslai* triumphos applicatum. *Alexandro* enim contra *Darium* bellante, quia *Darius* ſuperbiam induerat, ideo per *Alexandrum* deuictus erat merito, quemadmodum clare patet in litera. Et etiam in Chronica *Alexandri*. Similiter accidit inter Regem Poloniæ *Wladislaum* & Cruciſeros de Pruſſia Anno Domini 1410. Cruciferi enim ſuperbia afflati, *Wladislao* Regi Poloniæ cum *Alexandro*, alias *Vithoudo*, magno duce Lithuaniæ fratre ſuo duos gladios cruentos ante congreſſum miſerunt, quibus ipſos necare intenderunt. Ipſi vero gladiis humiliter acceptis in auxilium

1003. lium Deo aſſumto, Magiſtrum generalem
cum Marſchalcone ac Commendatoribus ac
aliis ipſorum complicibus centum millia, tri- A
ginta millia & quadringentos occiderunt;
quorum reſidui capti Cracouiam vincti & ca-
tenis ligati non pauci ſunt appulſi, vincula-
que grandia ipſimet ſuſtulerunt, quibus Po-
lonos cruciare voluerunt. Hoc inflixit eis
ſuperbia, quæ meretur caſum & non ſublimis.

EPISTOLA XV.

MATHAEI Epiſcopi Cracouienſis.

In qua deſcribit dominia duorum Regum, ſcilicet Mieſzkonis filii Boleslai Magni, & Caſimiri filii Mieſzkonis.

A.C. 1027. IAm ſecundis vero *Boleslai* ſucceſſibus
filius eius *Mieſzko* ſecundus non tam B
ſecundo ſucceſſit auſpicio. Quia enim volu-
it eſſe contentus gloria, quam ne attingere
quidem, nedum tranſcendere quis poterat;
nec ciuibus tam glorioſus, nec hoſtibus adeo
viſus eſt terribilis. Nam ſiqua cum quibus-
dam geſſit prælia, neceſſitatis ea fuiſſe con-
ſtæ, non virtutis: coacta, non voluntaria.
Non quod nulla illi ſtrenuitas, ſed quia dili-
gentior conſeruandi ratio, quam acquirendi
inerat libido. Satis enim abſurdum puta-
bat, cum in habendo certus haberi modus de-
beat, acquiſitioni tamen modum non po-
nere. Tamen etſi quæ vllius in bonis occupa-
ti concedatur auctoritas, ab omni tamen iure
aliena eſt iuris alieni occupatio. Hic igi- C
tur ex imperiali *Ottonis* Tertii ſorore, inſi-
gnem genuit *Caſimirum*, de quo diuerſimo-
dæ ſeries texitur hiſtoriæ. Dicunt enim qui-
dam, quod poſt *Mieſzkonis* deceſſum, vxor
eius filio adhuc immaturo regnum tradere
non auſa, Regni ſuſcepit gubernacula. Quæ
quia æquo violentior viſa eſt, imo quia Pa-
triæ indigetibus, quantumlibet primis, quos-
libet inquilinos & ſuorum lixas Theutonorum
præponere cœpit, a ciuibus profligata in
exilio conſenuit, paruulo *Caſimiro* ſub fide-
li procerum tutela reſeruato. Qui dum in
virile pene robur euaſerat, immerita exhære-
dationis pœna mulctatur. Timentes enim
Proceres, ne maternas in ipſis proſequatur in- D
iurias, ipſum quoque non diſpari exilio pro-
pulſant. Aliis aliter viſum. Aiunt enim
huius matrem paruuli in partu exſpiraſſe,
ipſum vero inter ipſa crepundia alterum Her-
culem nouercales expertum delitias. Pater
enim, vt aſſolet, nunc pueri exoſculans oſcil-
lum, nunc tenerum demulcens pectuſculum,
crebris anhelat flammis, tacitis ſcinditur ſo-
ſpiriis, lacrymoſis effluit imbribus, mortuæ
licet vxoris cineres viuos geſtat in pectore.
Vultus enim filii ſpeculum eſt matris eius:
quod nouercæ aduertens verſutia, dolos ver-
ſat, inſtruit inſidias, puero necem intentat,
ne pellex in ſe mortua in prole videatur ſu-
perſtes, ne non ſua ſoboles Regni tandem ſuc-

ceſſione potiatur. Secreto igitur quendam 1027.
Secretarium lenocinatiuis conſcribit ſermun-
A culis, ſponſionum circumuenit blanditiis
aureis, perſuadet donatiuis, vt puerum ex-
ponat. Efficaciſſima enim eſt beneuolen-
tiarum conciliatrix pecunia; nec eſt, quod
non peroret, qui auro allegatiuas & ponde-
rat & inaurat ſententias. Vir tamen tam
Deo, quam prudentia plenus, vt illum a
morte redimat, in eius mortem verbotenus
conſenſit: quem ſub occiſionis ſimulatione
tollens, cuidam cœnobio committit alen-
dum. Poſt modicillum vero tempuſculi
decedit pater, proſcribitur nouerca, Regnum
deſtituitur, patria deſolatur, ſeditionantur
ciues, graſſantur hoſtes, vrbes, municipia,
B domeſticis exuta præſidiis ab extraneis occu-
pantur, diſſipatione diſſipatur terra, direptio-
ne prædatur. Cæterum ille fidelis non im-
memor depoſiti, quibusdam huius Reipu-
blicæ amiciſſimis de puero ſuggerit, in quo
vnicum tantæ deſolationis ſolatium, ſingu-
lare tantæ cladis remedium diuino ait pro-
uiſum munere, non ſua ſeruatum induſtria.
Erat autem robuſtorum collecta manus, quæ
vnius tantum oppidi tuta præſidio contra
omnium aſſultus hoſtium, iam non regnum,
ſed exiles regni reliquias defenſabat. Horum
igitur ſtudio patriæ reſtitutus *Caſimirus*, pa- A.C. 1041.
triam ab hoſtibus eripit, vendicarias ab vn-
dique poteſtates eradicat, a ſingulis circum-
C quaque Prouinciis principes abigit abortiuos,
& debitas reuocat obſequelas. Cumque
omnes gratulatiſſimi ad illius nomen con-
currerent, cum omnes eius adorarent maieſta-
tem, ſola Mazouiorum Prouincia non ſolum
illi non affauet, ſed atrociſſime bellum infli-
git, quam quidam de ſordido famulitii genere
auo originario, ſed vir & facundus & ſtrenuus,
homine *Moslaus*, principandi ambitione occu-
pauerat, decem exercitatiſſimorum cuſpida-
riorum contra *Caſimirum* armat exercitus,
exceptis ſagittariis, baliſtis, bipennalibus, ſpa-
tariis, imo infinitiſſimis tam equitum copiis,
quam peditum, qui eo ſpe queſtus illecti
confluxerant, fortunam ſecuti non hominem.
D Quibus omnibus confectis a *Caſimiro* non
minores virorum rurſus vires inſtaurat, qua-
tuor maritimorum acies, totidem Geticas,
nec non Dacorum ac Rutheorum larga ad-
ſciſcens ſuffragia; quos nulla occiſio, nulla
remoratur difficultas, non vt amico morem
gerant, ſed vt hoſticam odii rabiem, vt an-
tiquam inuidiæ ſitim cruore Polonorum ex-
pleant. Sed quoniam à voto procul ſæpe
hominum vota recedunt, nec ſemper feriat,
quocunque minabitur arcus, res illorum in
contrarium, atque ſperauerant, relabitur. O-
mnes enim velut leuem ſtupæ fauillam no-
ſter ventilat vnicornis, omnes *Caſimirus* tur-
bine occiſionis quaſi procella fulguris inuol-
uit. Ambitionis autem ille Princeps ad Ge-

1041. tas transfugit vbi celſiore dignitatis gradu ſublimatur. Getæ namque non parua ſuorum cæde ſaucii, omnes in illum cauſam conferunt, omnium in eo necem vlciſcuntur, quem poſt multa demum ſupplicia eminentiſſimo affigunt patibulo, dicentes: *Alta petiſti, alta tene*; ne ſcilicet affectatæ faſtigium celſitudinis vel morienti deforet.

COMMENTARIVS.

Mortuo magno *Bolesłao* Anno Domini 1027. filius eius *Mieſzko* ſecundus eidem in Regno ſuccedit, qui ſolum ſibi & non Reipublicæ vacat. Tempore enim ſuo nationes externæ ab obedientia ſua receſſerunt, & deſidiam ſuam conſiderantes tributa Patri ſuo conſueta dari, ſolnere denegarunt, imo caſtra fortiſſima per *Bolesłaum* parem ſuum in ciuitatibus regni & præcipue in Albea conſtructa, Præfecti eorundem ſibi vendicarunt, & ſuis poſteris ipſa poſſidenda reliquerunt. Ille *Mieſzko* de ſorore germana Imperatoris *Ottonis* Tertii genuit filios, videlicet *Bolesłaum* & *Caſimirum*. Quo, ſcilicet *Mieſzkone*, Anno Domini 1033. mortuo, *Bolesłaus* filius eius primogenitus eidem ſucceſſit, qui matri ſuæ multa opprobria intulit. Cuius opprobria mater ſua ferre non valens, recepto filio ſuo *Caſimiro* paruulo Saxoniam verſus Brunſvvik ad ſuum patrimonium remeat, ibique puerum *Caſimirum* literis imbuendum diſponens, Monaſterium Sanctimonialium intrauit. *Bolesłaus* autem propter ſæuitiam & immanitatem ſcelerum, quam exercuit diademate regio inſignitus, vitam male terminauit, propter quod nec in numero Poloniæ Regum numeratur. Poſt cuius obitum multæ commotiones & bella, tam intranea quam extranea in Poloniæ Regno ſunt exorta. Cum autem Regnum Poloniæ fere annihilatum fuiſſet per bella redactum, verſus Saxoniam ad Reginam pro ſuo *Caſimiro* Poloni iter arripiunt. A qua cum didiciſſent, qualiter ipſum *Caſimirum* verſus Pariſios ſtudio artium liberalium deſtinaſſet, in quo ſtudio ſtans & conſiderans ordinem Sancti Benedicti in Monaſterium Cluniacenſe ingreſſus fuit & ordinem ſuſcepit. Ipſi feſtine properantes ipſum inuenerunt iam Diaconum ordinatum. Conſilio autem Abbatis habito, Romam venerunt, & Domino Papæ *Benedicto IX.* obnixe ſupplicauerunt, quatenus ipſis eorum principem reſtitui mandaret, & diſpenſaret, vt vxorem ducere poſſit, ne Regnum Poloniæ careret hærede. Quorum dicta Apoſtolicus vir compatiens exaudiuit affectu & genti Polonicæ carenti Principe, Ducem *Caſimirum*, qui in Saxonia *Carolus* & in monaſterio *Lampertus* fuerat nominatus, ad tenendum regni gubernacula exire de monaſterio conceſſit, ſed & vxorem ducere vt poſſit, miſericorditer diſpenſauit. Ratione cuius diſpenſationis Dux *Caſimirus* cum gente ſua Polonica pro luminaribus S. Petri & fabrica Eccleſiæ eiuſdem denarium de quo- 1041.
A libet capite ſe ſoluturos perpetuo ſe obligauerunt. Hic *Caſimirus* de monaſterio Saxoniam ad ſuam genitricem & ad Duces Saxoniæ auunculos ſuos veniens, cum ingenti gaudio eſt receptus, qui ſibi non modicam armatam militiam aſſociantes, ipſum in Regnum Poloniæ deduxerunt. Qui multæ probitatis audacia viriliter aſſumta, hoſtibus hinc inde fugatis, Regnum Poloniæ poſſedit in pace, duxitque vxorem filiam Romani Principis Ruſſiæ, nomine *Dobroleyca*, alias *Mariam* dictam, ex qua genuit quatuor filios, *Bolesłaum* largum & bellicoſum, interfectorem S. *Stanislai*, *Władislaum* primum, *Mieſzkonem* tertium, & *Odonem* primum.
B Ille Odo & *Mieſzko* ſine prole deceſſerunt. Huic *Caſimiro* eodem tempore licet tota gens Polonica ac Slauonica grato aſſurgens animo ipſum in ſuum Regem accepiſſent, ſola ſibi Maſouia reſiſtere non expauit, prout latius patet ex litera.

EPISTOLA XVI.

IOANNIS Archiepiſcopi Gneſnenſis.

De miris Caſimiri virtutibus.

HIc Hercle verus Hercules Alcidæ virtutibus nullo fuit inferior. Nam de illo etſi multa vera, plura tamen fabuloſa docentur narratione: huic vero viuaces meritorum ſuffragantur tituli. In quem Nouercæ ac Medeæ truculentia colubrum iniecit inuidiæ,
C anguem ambitionis concitauit, tel draconum exſpuit, virus euomuit vipereum, quem tot monſtrorum generibus proſtituit, quot in eius regno ſcandala peperit, quot hoſtium expoſuit periculis? Nam quid eo monſtro putes monſtroſius, quod cum natura ſit mutilum, fit capite amputato non ſolum corniger ſed petulans cornupeta? Quid ea tetrius bellua, quæ cum non poſſit alienum, propria cauda proprium caput excerebrat?

Aſperius nihil eſt humili, cum ſurgit in altum,
Cum premit indigno libera colla pede.

Vnde Scythis pecuniarum interuentu Regem
D ex ſeruo creaturis Regina ipſorum *Tomyris* matronarum primas ad ſe corrogat; cum quibus ſuæ viduitatis queruloſæ defleta anguſtiis, non tam ſuam, quam illarum ſibi moleſtam ait depreſſionem: non tam ſuæ deiectionis lædi periculo, quam ſeruili elatione perurgeri petit: non vt ſuarum adeo miſeriarum, quam ſui, quam liberorum, quam ſuæ illas libertatis miſereantur. Inter quos ætatis quædam grandæua: *In re*, inquit, *per ſe lacrymoſa conſilio opus eſt non lacrymis, quia nec flammis flamma extinguitur, nec mærore mæror exuitur.* Iubet ergo abiectos ancillarum filios purpureis adornari paludamentis

1041. mentis, & currum quo Reges vectari con-
ſueuerunt, conſcendere, faleratiſſimis alios
alturconibus aſſidere, adoleſcentes vero in- A
genuos, ac diuæ formæ virgines ſordidis lo-
ramentis, inſtar boum, currui conoecti. Re-
ginam quoque cum paruulo filio, & ſe ipſas
funereis deformatas induuiis ad eundem
currum eodem pacto applicari, ſicque ver-
beriunculis ad trahendum eas pellentibus in
concionem procedunt. Vbi coram magi-
ſtratu prouolutæ, eos qui ad hoc enormitaris
eas impulerant, non inſimulat iniuriarum,
ſed læſæ Maieſtatis iudicium petiuit. Nec
vero ſuam, nec ſacri Senatus, ſed totius Rei-
publ. hanc eſſe querelam, non ſiogularem
vnius læſionem, ſed commune vniuerſitatis
incommodum, non leuem ſane, non bre-
uem, ſed mortalem huius vulneris languo-
rem; cuius autores non ſeruos, ſed ipſos B
ſeruorum dominos arguunt & conuincunt,
qui ſuam & ſuorum generoſitatem, non mo-
do venalem ſeruis exponant, ſed ipſo vena-
litatis veneno ipſam libertatem extinguunt.

Turpe viris, non eſſe viros, ſeruos trabeari,
Turpe teri ludeo candida colla iugo.

Tota igitur mouetur & conſtrepit concio,
vt ſeruus ille iam non regno, ſed vltimo ex-
petatur ſupplicio; Reginæ autem filius, li-
cet pene infantulus, Rex conſtituitur. Ex
tunc ſolenne fuit apud Scythas fœminas con-
cionibus acciri, Rege quoque Macedonum
procul agente, inquilinus eius *Ipander* ſor-
didiſſimi cerdonis filius arcem occupat, Re- C
gia ſeſe iubet nuncupatione venerari. Cu-
ius in fauorem vt populus eſſet propen-
ſior, cenſuales relaxat penſiones, amputat
tributa, omne exactionis onus ait ſe Rege
ſopitum: nec defuit illi credulæ multitudi-
nis ſimplicitas. Ad eius itaque coofauora-
neos Rex primo cum hac mittit ſententia:
Ficus radice euulſæ, aureis licet funiculis ſi
carientiſſimo appendantur ſtipiti, florere poſ-
ſunt, aunon? Secundo cum hac: *Sicci à*
fonte riuuli, bibulo licet pleni ſabulo, inun-
dabunt alueus, aut non? Tertio cum hâc:
Ad ſingulos oſcinum hiatus pullus hians hi- D
rundinis a murilego educabitur, an non?
Nouiſſime, humanam ſine capite mittit effi-
giem & ex auro & gemmis artificioſiſſime
expolitam, & aſini caput coronatum cum
hoc ſcripto: *Hac imago veſtra generoſitas*
gemmis virtutum diſtincta. Caput hoc Rex
noſter eſt. Aſinus enim inſeſſor, ſeruus co-
ronatus. Si ergo hæc membra huic bene
cooueniunt, bene vobis cum Rege veſtro
conueniat; ſin aliter ſit, aliter. His ita-
que perſuaſi Regem regno conciliant, qui
Ipandrum in eadem arce catenis vinctum
fame extinguit, naturæ arguens deſertorem

Vinc. Kadłubkonis Hiſt. Pol. Lib. II.

naturalibus non indigere adminiculis. Cui 1041.
lapidem pro cibo iniiciens miniſter aiebat:

Ne pete, quos natura vetat transſcendere,
fines.

Item cinerem pro potu ſpargens:

Ne pete quod iſto pondere non trutines.
Naturam transſcendiſti, nullum tibi cum
natura commercium.

COMMENTARIVS.

Caſimirus Herculi Alcidæ dicto comparā-
tur. Qui *Hercules*, quamuis virtutibus
miris claruit, *Caſimirus* tamen in eo dictis
virtutibus inferior non extitit. Ideo, quia
Herculis virtutes fabuloſe prædicantur; *Ca-*
ſimirus vero recentibus hiſtoriis in rei veri-
tate virtutibus inſignitus, clarus declaratur.

Maslaus item reprehenditur. Qui mo-
tus inuidia, inflatus ſuperbia, iracundia
concitatus, rabie repletus *Caſimiro* Regi ac
domino proprio ſe oppoſuit, ac ſecum bella
gerere præſumſit. Vnde ipſe tanquam be-
ſtia peſſima, non potens amputare caput alie-
num, geſtiebat amputare caput proprium,
abigendo a Regno *Caſimirum.*

Reprehenduntur quoque Mazouitani ex-
emplo Scytharum ac Macedonum, qui ſpre-
to Rege proprio, nobili & illuſtri, ſibi *Maſ-*
laum ignobilem & plebeium in Regem aſ-
ſumſerunt, quibus quid accidit, & *Maslao*
& Scythis & Macedonibus ab ipſorum regi-
bus vindicatis latius ponunr in lirera.

EPISTOLA XVII.

MATHAEI Epiſcopi Cracouienſis.

De Succeſſibus & dominiis Boleslai primoge-
niti Caſimiri.

NEc vero minus inaudita poſt obitnm A. C. 1068.
Caſimiri ſeruorum peſtis ebulliit, quam,
ne narrationis ordo à vero diſcrepet ordine,
non indebito loco attingemus. Igitur *Ca-*
ſimiro filius eius *Boleslaus* ſuccedit: cui lar-
gitatis cognomen antonomaſica priuilegia-
tum eſt excellentia. Qui ſine largitate nul-
lam æſtimabat hominis liberalitatem, aut
egere non poſſe, niſi cum dandi non ſup-
petit occaſio. Sic inquiebat largitas peti-
tionibus & velocior & tardior: velocior, ne
ſit petitionum tarda præſtolatrix, prius
enim dari conuenit, quam peti, ne cuius-
cunque petitione noſtra nobis exprobretur
tenacitas, ne gratiæ beneficium ſine gratia
impendatur: nec enim gratis obtinuit, quod
quis precario impetrauit: tardior eſſe debet,
ne celerius euolet, ſerius euaneſcat largitio.
Quia ideo celeritas illi non congruit, vt len-

1068. tiſſimas etiam petitiones effugiat, nunc illas occupat, nunc ab illis gaudet occupari. Hic dum die quadam vectigales iubet dispenſare theſauros, præſtantiſſima quæque, munificentiſſimè diſpargit. Quidam nunc exilem ſuæ tenuitatem fortunæ, nunc Regiæ Splendorem opulentiæ commentiens gemebundus infremit ſuſpiriis tacitis, murmurat labellulis:

Sola beans alios, ſoli mihi gratia Solis
Alget lucente Sole, ſolus tenebras patior,
Solus ego ſub Sole tuo ſolatia vera
Demerui ſolum demeruiſſe pudet.

Rex proinde cauſa ſuſpiriorum intellecta ſinuoſiſſime amictum chlamydis ſuæ detrahit, quam illius humeris deferens. *Tolle*, inquit, *auri quantum libet, tuisque viribus metalli quantitatem compenſa. Malumus enim te tuam inualetudinem cauſari, quam noſtra liberalitatis videri anguſtias.* Tunc ille ſinum veſtis tergentiſſimæ infarcinans pſallebat:

Nemo ſtupet, ſi ſtipa perit, leuitate fauillæ;
Semina non pereunt tua; quæ metit iſte, vel ille.
Semine Dapſilitas largo pluit aurea fama,
Falx in meſſe ſonat, plus das mihi, plus metis a me.
Non locus hic loculis, non venter hydropicus arca,
Te premit imo nitet tua copia cordis in arce.
Omnia large tuo fauus imbuit ora ſapore,
Nec ſine me laus tanta meo morietur in ore.

Hæc dum ſui oblitus canit. Dum autem pondus attollere conatur, pondere oppreſſus expirat.

COMMENTARIVS.

Hic *Boleslaus* largus in dando beneficia modum tenuit, nec non ſeſtinus, nec tardus in dando fuit. Non tardus, quia prius, inquit, conuenit dari, quam peti; ideo ne præuentio petitionis fiat in dante ſignum tenacitatis ſeu parcitatis. Hic idem *Boleslaus* largus citus fuit in dando munere, ne munus ingrate a recuperante retineatur; cuius liberalitatis habes exemplum in litera de quodam paupere.

Circa literam notandum. Tria ſunt, in quibus Rex debet alios excedere: Scilicet potentia, virtute & beneuolentia. Debet enim Rex eſſe potens, virtuoſus, & beneficus. Si enim Rex cupit vt ametur a populo, debet eſſe beneficus. Populus enim non percipit niſi bona ſenſibilia. Videns ergo Regem beneficum & liberalem, nimis mouetur in ipſius amorem. Reges enim liberales maxime ſunt amabiles. *Boleslaus* igitur volens ſe amabilem reddere his, qui in regno ſuo fuere, liberalitati inſiſtebat & ſuis A ſubditis maxima dona condonabat. 1068.

EPISTOLA XVIII.

IOANNIS Archiepiſcopi Gneſnenſis.

In qua invehit contra vitium auaritiæ.

NEſcio quem blandus flos rerum ſpirat odorem;
Si poſſis recte ſi non quocunque modo rem.

Ab inſano autem non diſtat, qui pecuniam vitæ præfert, non vitam pecuniæ. Quod vecordiæ genus quendam adeo deuinxerat, vt dum ambiguis in mari iactatur fluctibus, dum alii metu naufragii pretioſiſſima etiam ſupellectile nauem exonerant, ſe ſuis alligatum ſarcinis in præceps mitti iubet,
B potiorem aſtruens in morte opulentiam, quam in vita egeſtatem. Nec vero abſimilis opum incubus habendi auidiſſimus apud Regem Arabum erat, in quem innumeras opum facultates Regis munificentia congesſit; Ætnam tamen cupiditatis non extinxit. Nam hic theſaurariam productus in penum, dum inæſtimabiles ſibi gemmas conſpiceret, velut improuiſo traiectus fulmine totus diriguit, morboque creditus languere repentino efferri iubetur. Cuius in gemmis omnis erat gemitus habendi gemmas. Cauſa denique doloris comperta gemmarum exquiſitiſſimas Rex illi offert, quas ne cui præter ipſum aſſidere liceat, glutire nititur & meatu ſpiritus præcluſo ſuffocatur. Non ſic ille, non ſic, qui, vt curarum nutrices ſemel am-
C putaret, ſuas opes in vnam maſſam conflat, in profluentem præcipitat: *peſſima*, inquiens, *ite peſſima diuitiæ, perdam vos, ne perdar a vobis.* Minor enim eſt rerum quam corporis iactura:

Damna mouent rerum plus lædunt damna dierum.
Quisque poteſt rebus ſuccurrere nemo diebus.

COMMENTARIVS.

Vitium auaritia eſt præcipue in illis, qui pecuniam plus quam vitam propriam dili-
D gunt. Qui certe à fatuis non differunt, eô quod minus magis bono anteponunt. Ideo quia ſecundum Philoſophum in Regiminis ſpeculo parte 9. præcepto 18. dicitur: *Auaritia eſt bonæ famæ denigratiua, proprii ſubiecti deſtructiua, & multi timoris cauſatiua.*

EPISTOLA XIX.

MATHÆI Epiſcopi Cracouienſis.

De glorioſis laudibus largi Boleslai.

ADeo perfunctoria *Boleslao* viſa eſt opum gloria, vt nihil in eis iucundum puta-

1068. putaret, præter daodi facultatem. Quarum potiſſimam ait cuſtodiam, ſaccum pertuſum, omnique omnino indignum principatu, qui ſe rerum ſacciparium eſſe malit, quam Principem. Vnde Ruſſiæ partibua, imperioſe peragratis opibua illarum capi dedignatur, ſolo victoriæ triumpho contentus, donec auitorum limites ſignorum in valuta Kyowienſibus reſormaret, ab omnium ſopita rebellione, quendam ſui ſuffraganeum Imperii Regem conſtituit. Qui vt coram ſuis appareret glorioſior, Regi ſupplicat *Boleslao*, vt cum ſui dignatione occurſua amplectatur, auri talenta ſecundum numerum paſſuum accepturus. Indignatur à ſe peti *Boleslaus*, quod Regiæ celſitudini non competat abſurdumque videri Maieſtatem ad quæſtus inclinari, abſurdius eſſe gratiam venalitate cenſeri; precibua tamen victus nec pretio, factum ita ſpondet, gratiæ argumentum venienti exhibet. Quare Regia barbam venientis apprehendit, quam diuellicana creberrime concutit. *Hoc*, inquit, *eſt tremendum caput, quod vos contremiſcere conuenit.* Item itemque vehementius concutiena ait:

Hic vir, hic eſt, noſtro, quem nos dignamur honore.

Aſpicis quantum gratiæ in *Boleslai* conſpectu auri gratia meruit. Vngariam hinc adire parat, qui primos illi aditus armia obſtruere contendunt, ſed corpora illoram plus impedimento ſuere ingreſſuris, quam arma. Nam cruentus ianitor enſis ianuas introitus & aperiendo clauſit, & claudendo aperuit. Trunci nobiles cadauerum gladio proſtrati etiam vias fecere inuiaa, vt non ſine difficultate transmeandi pateret facultas. Videna autem Rex Vngariæ *Salomon*, tam ſibi, quam ſuis prælii imminere diſcrimen, prælium deprecatur, pacis offert conciliamina, centum millia talentorum. Cui *Boleslaus*, *Polonos* inquit, *aurum habere non delectat, ſed habentibus aurum imperare; turpiusque eſſe pretio vinci quam prælio ſuccumbere: nec regibus conuenire inſtitoria taxare commercia, quibus armis opus eſt, non opibus.* Victua itaque *Salomon*, tam bello, quam regno exceſſit; cuius in locum alumnus Poloniæ *Wladislaus* nomine *Boleslai* ſufficitur. Accidit interea inſtructiſſimas Auſtrenſium & Bohemorum acies in campeſtribus Poloniæ caſtra metari. Quos Rex impiger à tergo præcipitans, omnem redeundi adimit facultatem. Cumque incautoa occupare potuiſſet: *Abſit*, ait, *ne noſtra titulus victoria quodam inſidiarum latrocinio fumeſcat.* Seſe præſtó nunciat, non improuidos eſſe iubet; craſtino ſecum cominua conflicturus. At vero ille Bohemi- A cus *Leo* mox à leonia ſeritate deſiſtens, vulpina induitur aſtutia: *Indignum eſt*, inquis, *vt tanti Regis ad tam exiguos inclinetur indignatio, quin potius in ſuorum tranquillitate caſtrorum, craſtinum à Bohemicis præſtolari non dedignetur obſequium.* Noctis ergo Clypeo protecti fugam ineunt pro prælio. Quos trans Morauiæ finea inſectatus, aper dente conſequitur fulmineo, non ætati parcens, non generi, non conditioni, omnes aut morti mancipat, aut vinculis. Rurſua Pomeranis e confinio Poloniæ prædam ac manubias agentibus, præceps aduolat *Boleslaus*, prædones ſpatioſi fluminis interiectu B iam ſecuros conſpicatur, & rapidiſſimo inhæſitanter inſiliena torrenti, *Amor*, inquit, *catulorum feras venabulis impingit*, Exclamant ſinguli:

Occupet extremum ſcabies, mihi turpe relinqui.

Multi ergo armorum preſſi mole fluctibus inuoluuntur, perpauci vix enatant, & licet inermes de armata hoſtium multitudine triumphant. Fuit autem hic belligerandi tam ſtudioſua, vt rarus in aula, continuus in caſtris, rarus in patria, ſemper apud hoſtea degeret. Quæ rea Reipub. quantum commodi attulit, tantum ingeſſit diſ- C crimina; quantum in ſe honeſti habuit exercitaminis, taotum in fide peperit inſolentiæ. Rege ſiquidem perdiutiſſime nuoc Ruthenicis, nunc vero pene Trans-Parthanis immorante regionibus, vxores ac filias dominorum ſerui ad ſua vora inflectuns, quasdam expectatione maritorum feſſua, alteras deſperatione deceptas, vi nonnullas ad ſeruiles amplexua protractas, dominicos occupant lares, firmant municipia; Dominoa non ſolum arcent reuerſuros, ſed & reuerſia bellum infligunt, quos pro ſingulari temeritate ſingularibus Domini perdidere ſuppliciis vix expugnatos. Sed & fœminæ, quæ vltro ſer- D uis conſenſerant pœnas iuſſæ ſuns pendere non immeritas, atrociſſimum & vnicum auſæ facinus, nulli prorſus flagitio conferendum.

COMMENTARIVS.

Antecedens epiſtola in quinque diuiditur partes. In primis quatuor partibus deſcribit triumphos ex Ruthenis, Vngaris, Bohemia, Morauis, Auſtralibus, Theutonicis obtentoa. In quinta parte narrat actus bellicoſos *Boleslai*, qui quantum Reipub. Regni Poloniæ fuerunt profuturi ex parte vna, tantum attulerunt incommodi & damni parte ex altera. Vaores enim Dominorum in expedi-

1068. tionibus cum Rege exiſtentium viros ſibi alios duxerunt, cum quibus & dominica poſſederunt, quos poſtmodum hæredes cum magnis periculis à bonis hæreditariis ac ſuis vxoribus repulerunt. Pro quo eſt notandum. Poſt deceſſum *Caſimiri* Monachi, *Boleslaus* largus ſeu bellicoſus vel efferus filius eius ſenior & primogenitus Anno Domini 1038. eidem in regno ſucceſſit. Hic fuit liberaliſſimus, nullam hominis reputans maiorem virtutem, quam liberalitatis excellentiam. Diademate vero reglo inſignitus, cœpit cogitare, qualiter Magni *Boleslai* ſui proaui ſtrenuitatem poſſet induere, & terminos Poloniæ, quos præfatus Magnus *Boleslaus* ſtatuerat, recuperare, quæ ſucceſſores Reges Poloniæ vsque ad ſua tempora amiſerant: ſic, quod terras Ruſſiæ potenter ingreſſus, ad Caſtrum Kyow multis præliis cum Principibus Ruſſiæ commiſſis, omnibusque ex ipſis proſtratis vsque peruenit. Quibus Principibus ſic ſuperatis ad alios fines Ruſſiæ ſe tranſtulit, ibique plures annos vixit, Caſtra & municipia Ruthenorum fortiter expugnando, totiusque Ruſſiæ partibus peragratis, ac omnibus rebellionibus ſopitis, & Rege prælio occiſo, quendam ex nobilibus ſuis, qui Ruſſiæ præeſſet Principibus, nomine ſuo conſtituit. Poſt hoc Vngariam adiit, volens metas Regni Poloniæ in Danubio ac Ciſſaua nec non Moraua fluuiis rehabere. Cui Rex *Salomon* Vngariæ cum ſuo exercitu in montanis Ruſſiæ ac Vngariæ occurrit, ad ſuum regnum volens prohibere ingreſſum: ſed plurimis de ſuo exercitu primo progreſſu proſtratis, ad caſtra profugit, ſe in ipſis concludendo, pacem precatur, centum millia talentorum auri offerens *Boleslao*, vt ab impugnatione ſui deſiſteret. Cui Rex *Boleslaus* reſpondit, *Polonos aurum habere non delectat, ſed habentibus aurum imperare. Turpius enim* ait *vinci pretio, quam prælio.* Victum itaque ſe Rex *Salomon* cognoſcens, tam bello, quam parte ſui regni inter fluuios prædictos conſiſtente ceſſit, ſelicem ſe reputans in alia parte Regni vltra Danubium poſſe manere. Interea vero *Leo* Res Bohemorum cum Morauis & Auſtralibus fines Poloniæ inuadens, ipſos crudeliter deuaſtabat. Quod Rex *Boleslaus* intelligens, ad ipſum feſtino curſu properat, quem licet inopinate à tergo potuiſſet inuadere, noluit tamen, dicens: *Abſit, ne titulus noſtræ victoriæ quodam latrocinio inſidiarum infametur.* Indicauit igitur *Leoni* vt ſe promtificaret, & bellum cum *Boleslaô* campeſtre committeret. *Leo* vero tanquam vulpes doloſa, *Boleslao* Regi intimat, indignum ſe aſſerens cum tam paucis tam magnifico Regi velle reſiſtere, ſed obnixe petit, vt ſua obſequia eum tributis accipere dignaretur. 1068. Sed hæc intimans fugam nocte iniuit, nusquam in loco Regem *Boleslaum* præſtolari præſumſit. Quem Rex *Boleslaus* ſtudioſe per fines Morauiæ inſequitur, & inſecutum nulli parcens, omnes aut morte trucidat, aut vinculis conſtrinxit. Tempore autem, quo in terris Bohemorum, Morauorum & Auſtralium Rex *Boleslaus* deuaſtando moraretur, Prutheni & aliæ gentes Paganicæ de reditu *Boleslai* dubitantes, Pomeraniam hoſtiliter inuadunt. Quod cum ad noticiam *Boleslao* perueniſſet, Bohemorum ac præmiſſarum terrarum impugnatione dimiſſa, ad propria conuolat, & hoſtes in Pomerania reperiens inuaſit; quos fugientes per quendam fluuium grandem inſequitur, ibique non pauci de ſuis non ab hoſtibus, ſed armorum pondere preſſi in profundum demerguntur. Et ſic tunc fugati ſunt hoſtes. Sed quia ſeptimus annus ab exitu illorum ad prælia, iam finem dabat, in quibus ſeptem annis tam *Boleslaus* quam Proceres ſui vxores & pueros non viderant, interea vxores & filias ipſorum ſerui ad ſua vota flectunt, municipia muniunt, & domos occupant dominorum. Comperta igitur fama tantæ perditionis & neſarii ſceleris nobiles, qui cum Rege in expeditionibus fuerant, zelo nimio excitati, etiam Rege prohibente, ad propria ſunt reuerſi, ſeruosque de ſuis domiciliis tandem eum magno labore repulerunt; quibus expugnatis pro demeritis ſupplicia addiderunt. Vxores autem ſuas velut præuaricantes & adulteras pœnis diuerſis crudeliter extinxerunt.

EPISTOLA XX.

IOANNIS Archiepiſcopi Gneſnenſis.

In qua inuehit contra incontinentiam Dominorum Regni Poloniæ.

SCythæ quindecim annis in Aſia morati vix vxorum flagitatione reuocantur, nunciantibus, ni redeant ſobolem à finitimis quæſituras, ſicut quondam ſecerunt Amazones; item trina expeditione in Aſiam, cum annis octo à coniugibus abſuiſſent, ſeruili bello domini propulſantur. Nam coniuges eorum longa ex præſtolatione ſeſſæ ſeruis pecorariis nubunt, qui reuerſos poſt victoriam dominos, quaſi alienos prohibent; ſed ſupplicia crucibus luunt. Mulieres quoque male ſibi conſciæ, quædam ferro, quædam ſuſpendio vitam finiunt, vt has vel illos nec pœna diſſimiles nec diſpares fecerit ſceleris immanitas, quos Mœchia necat, facinus quos inquinat, æquat: quosdam vero tantæ ani-

1068. animoſitatis intueor, vt non minus turpe putauerint viros conſtantia deſtitui, quam fœminas pudicitiæ pati diſpendia. Vnde Spartani cum in obſidione hoſtium annis decem damna paterentur & fœcunditatem vxorum viris abſentibus nullam eſſe, iuuenes remittunt, eisque omnium fœminarum permittunt promiſcuos concubitus, ne Reſpublica præſidii ſucceſſione orbaretur. Ex his nati Parthani vocantur. Tanti apud iſtos odium hoſtium, tanti amor patriæ, tanti fuit iuris iurandi religio. Execratione namqoe ſeſe obſtrinxerant, nolle reuerti, donec vrbem hoſtium expugnaſſent. Sic pietas iſtorum & turpis & irreligioſa fuit religio, quia nihil temerius, nihil ſordidius, quam iura matrimonii non modo non coli, ſed confundi.

Hac ſpeciem pietas impietatis habet.

Igitur & virtus hic quædam fuit & macula non defuit virtutis.

COMMENTARIVS.

Circa literam notandum. Bonum eſt conſuetudines Patriæ reſeruare, quia per hoc multa mala poſſunt euitari. Si enim Amazones opera virorum exercere non dimiſiſſent ex conſuetudine, nunquam domi manentes vitia adulterii incurriſſent, quæ tamen meruerunt, quia pecoraneos in viros adoptauerunt. Vnde ſecundum *Iſidorum* 8. Ethic. *Tria ſunt genera conſuetudinum belli gerendi, ſcilicet Scytharum, vbi fœmina & viri in pugnam ſimul tranſeunt; Amazonum, vbi ſolæ fœminæ pugnant.* Vnde ſic refert *Guido* in hiſtoria Troiana: *Mozonia eſt regio orientalis in qua ſolæ fœminæ degunt. In capite autem huius regionis eſt inſula, in qua viri morantur, & ſingulis annis fœminæ in Martio ad viros deſcendunt; cum quibus tribus menſibus commorantur, ſic quod plures ex eis impragnentur, & domum ad tecta ſua reuertuntur. Et dum naſcitur maſculus inter eos per triennium educatur, & poſtea ad viros transmittitur: fœmella autem inter eos conſeruatur. Hæ autem fœminæ non niſi bellicis artibus inſudando ſe exercent. Quarum Regina* Penteſilea *cum decem millibus virginum in ſubſidium Regi* Priamo *dicitur adueniſſe.* Tertius modus bellandi eſt Romanorum, aliarumque gentium, vtpote Polonorum conſuetudo eſt, quod ibi ſoli mares pugnant eorumque vxores bonæ & honeſtæ ipſos, cum magnis lamentis in domibus degentes expectant. Aliæ in lectis non iacent, aliæ carnes non manducant], varie ſecundum varios modos fidelitatem obſeruantes ſe caſtigant.

EPISTOLA XXI.

MATHAEI Epiſcopi Cracouienſis.

In qua deſcribit multiplicem Boleslai truculentiam.

EX tunc in oleaſtrum olea & fauus verſus eſt in abſinthium. Intermiſſo namque ſtudio virtutum *Boleslaus*, in ſuos bellum ab hoſtibus tranſtulit. Fingit enim ſe non iniurias in plebe vlciſci, ſed regiam in rege proſequi maieſtatem. Nam plebe remota Rex quid erit? Ait, non placere ſibi viros vxorios, quibus plus cauſa placeat fœminea, quam Principis obſequela. Queritur non ſe tam apud hoſtes deſertum, quam vltro hoſtibus expoſitum. Proinde præcipuos capitis accerſit, & quos aperte non poteſt, inſidiis aggreditur. Mulieres quoque quibus mariti pepercerant tanta ſectatus eſt immanitate, vt ad earum vbera catulos applicare non horruit, infantulis abiectis, quibus etiam hoſtis pepercisſet. Aſtruebat enim extirpari oportere ſcortorum ſcandala, non foueri. Quem ſacerrimus Cracouienſium Pontifex *Stanislaus* ab hac truculentia cum reuocare non poſſet, prius illi regni comminatur excidium, tandem anathematis gladium intentat. At ille, vt erat in arcum verſus prauum, immaniore induitur veſania; quia lignorum tortuoſa facilius frangi poſſunt quam dirigi. Itaque prope aram, inter infulas, non ordinis, non loci, non temporis inſpecta reuerentia, corripi iubet Antiſtitem. Ad quem ſatellites atrociſſimi quotiens irruere intentant, totiens proſtrati manſueſcunt; quos Tyrannus indignatiſſime obiurgans, ipſe manus iniicit ſacrilegas. Ipſe ſponſum è gremio ſponſæ, paſtorem ab ouili abſtrahit. Ipſe patrem inter filiæ amplexus & filium in maternis pene viſceribus obtruncat. O luctuoſum, ó transfunebre funeris ſpectaculum! Sanctum profanus, pium ſceleratus, Præſulem ſacrilegus, cruentiſſimus innoxium membratim diſcerpit, ſingulos artus perminutiſſime diſſecans, quaſi à ſingulis membrorum partibus pœna exigi debuiſſet. Totus autem ſtupore, totus quadam horripilatione dirigui, vt vix mente concipere, nedum lingua, nedum calamo poſſim exprimere hoc in Sancto Saluatoris magnalia. Succumbit enim dicentis intellectus, intellectui ſermo, & rem vt eſt, verba non explicant. E quatuor namque mundi partibus quatuor aduolare viſæ ſunt aquilæ, quæ ſublimius locum paſſionis circinando, vultures, aliasque ſanguipetas alites à contactu martyris abegerunt. Cuius in cuſtodelæ reuerentia peruigiles diem nocti & noctem diei continuant. Noctem appellem an diem? Diem potius dixerim, quam noctem? Hæc enim altera nox eſt, de qua ſcriptum eſt: *Et nox vt dies illuminabitur.* Miræ ſiquidem rutilantiæ tot in ſingulis locis diuæ ſulſere lampa-

1068. lampades, quot ſacri corporis diſperſa ſunt minuta. Vt ipſum cœlum ornatum ſuam terræ gloriam videatur inuidiſſe, quoniam quorundam decore ſiderum; & quibusdam putares Solis radiis diſtinctam. Hac vero miraculi alacritate animati, ac zelo deuotionis quidam Patrum accenſi; ſparſas membrorum minutias colligere geſtiunt; pedetentim accedunt, corpus integerrimum etiam ſine cicatricum notamine reperiunt, tollunt, aſportant, apud minorem S. Michaëlis baſilicam diuia conditum aromatibus recondunt. Vnde vsque ad translationis diem, cuius cauſam ipſe non ignoras, iugis dictarum ſplendor lampadum non deſiit. Quo facto, truculentiſſimus ille exterritus, non minus Patriæ, quam Patribus inviſus in Vngariam ſecedit. Quem non malitiæ conſcientia facit humilem, ſed ſceleris audacia reddit contumacem. Rege namque Vngariæ *Wladislao*, cuius nuperrime præmemineram, deuotam illi exhibente reuerentiam, imo pedeſtri veneratione occurrente, *Boleslaus* tanto ſuper ſe faſtu rapitur, vt digno illum oſculo dignari contemſerit. *Iſte*, inquit, *noſtrarum opus eſt manuum: non autem competit opifici, vt ſuam colat aut veneretur creaturam, nec decet, vt vir fortis vel exulatu miſerior vel caſu videatur deiectior.* Qui licet ægre diſſimulat, tamen *Wladislaus* ne fortunæ dicatur fuiſſe ſocius, non amicus, vereri ſe ait, ne ſibi quis minus vere improperet, quod quidam verba tractant amicitiæ, non opera; quod occaſiones quærit, qui vult diſcedere ab amico. Perimpium enim eſt, eum in aduerſis obiurgari, quem in proſperitate colueris, quia proſperitas amicos comparat; neceſſitas examinat. Itaque arrogantiæ ſupercilium non ſolum patienter tolerat, ſed perbenigne amplectitur, officioſiſſime excipit, omni ſtudet illi placere obſequela: omnem ſiquidem ſacri legis ſuſpicionem ille aſtutiſſimus à ſe adeo remouerat, vt non modo non ſacrilegus, ſed ſacerrimus ſacrilegorum vltor apud nonnullos cenſeretur. Nam quod mulieres ingenuæ ſeruili proſtitutæ ſunt inceſtui, D quod coniugalis tam ſpurca inquinata eſt religio, quod factio ſeruorum in dominos conſpirata, quod tot capita ſuppliciis expoſita, quod Regis denique coniuratum eſt excidium, in ſanctum refudit Antiſtitem. Aſſeruit illum proditionis originem, totius mali radicem. Hæc, ait, omnia ex illa exitiali vena manaſſe. Et flagitioſiſſimus in vtroque, qui cuius vitam ſuſtulit, cum auferre non poſſit famam, contendit incruſtare, & quem rebus non poteſt, verbis proſequitur: Pontificem illum non Pontificem, paſtorem vocat non paſtorem: Præſulem a preſſura, non præſulem: Epiſcopum ab opibus, non Epiſcopum: ex ſpeculatore non ſpeculatorem A fuiſſe: & quod pudor dici erubeſcit, ex rerum ſcrutatore rerum ſcortatorem. Ideoque illum aliorum libidini fræna laxaſſe, quia ſociis eiusdem criminis deeſt accuſator. Quid plura? omnem eius diſciplinam, omnium fuiſſe diſciplinam. *Quid ergo*, inquit, *admiſſum, ſi regni dedecus, ſi patriæ prodigium, ſi religionis ſubmotum eſt ſcandalum, ſi publicum Reipub. extinctum eſt incendium?* His licet figmentis apud ignaros aliquantisper derogatum ſit martyri, non tamen Sanctitatis abrogari potuit auctoritar. Sub nube namque Sol plerumque deliteſcit, nube nunquam extinguitur. Non multo poſt vero inaudito correptus languore *Boleslaus*, mortem ſibi conB ſciuit. Sed & vnicus filius aius *Meſzko* in primo pubertatis flore veneno emarcuit. Sic tota *Boleslai* domus Sancto pœnas *Stanislao* exoluit. Quia ſicut nullum bonum irremuneratum, ſic nullum malum impunitum.

COMMENTARIVS.

Notandæ ſex partes epiſtolæ deſcribentis multiplicem truculentiam *Boleslai*, quam primo exercuit in Nobiles Regni Poloniæ, qui eo derelicto in expeditione propter ſcandala vxorum ad propria redierunt. Secundo deſcribit truculentiam, quam exercuit in fœminas, quæ ſuperuixerant per ſuo- C rum indulgentiam maritorum. Tertio deſcribit truculentiam ipſius quam fecit in S. *Stanislaum* Epiſcopum Cracouienſem. Quarto deſcribit ineffabilia DEI mirabilia, quæ circa corpus S. *Stanislai* occiſi acciderant. Quinto deſcribit exulatum & fugam *Boleslai*, ſuperbiamque ipſius, quam *Wladislao* Regi Vngariæ oſtendit in eo, quod reuerenter ipſum excipare renuit. Sexto Excuſationes *Boleslai* deſcribit. Vltimo oſtendit, quomodo *Boleslaus* propter tam nefandum ſcelus excuſabilis eſſe diu non potuit.

EPISTOLA XXII.

IOANNIS Archiepiſcopi Gneſnenſis.

De Boleslai virtutum exordio, intermiſſione & Extinctione.

PRudentis eſt rerum exitus metiri, quia cuius finis bonus eſt, ipſum quoque bonum. Nihil enim prodeſt in Pampinos germinare ſurculum, niſi proſit botros palmitis maturitate decerpi. Hic ſiquidem homo ab initio pretioſum ieciſſe viſus eſt virtutis fundamentum: Sed terra fabuloſa dehiſcente, opus omne, quod in abyſſum corruit, illud in auras euanuit. Nam quod ſtrenuitatis in illo fuit, profundo flagitiorum inuoluitur; quod liberalitatis erat, vento ambitionis exflatur.

Ambl.

1081. Ambitioſos enim liberales eſſe oportet. Cumque ſapiens in principio ſermonis accuſator ſit ſui ipſius, cum bonarũ ſit mentium, ibi culpam A agnoſcere, vbi culpa non aſt:in iſto abyſſus abyſſum inuocat in voca cataractarum ſuarum, qui cor ſuum declinauit in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis. Iuſtum enim eſt, vt qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. Sed vtinam a *Saule* ſaltem didiciſſet ad citharæ ſonum curare vulnera cordis ſui. Vtinam corde dulcedinem cordis, quam auriculis attentius attigiſſet. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates. Et iterum dixi: Confitebor,& tu remiſiſti. Dic enim homo iniquitates, vt iuſtificeris.

Vis abolere nefas, aperi ſcelus, indica culpam.
Exuit & culpam lachrymoſa profeſſio culpa.
Culpa ſepulta reum prodit, rea prodita ſoluit. B
Clauſa cutis virus nutrit, aperta fugas.

COMMENTARIVS.

Notandum. Deus, qui non vult mortem peccatoris, eſt peccatori miſericors in eo, quia non ſtatim vt peccat, peccatorem interimit, ſed ipſum expedit, vt ſe cognoſcat, & pœnitentiam agat. Sic *Boleslao* Deus fecit. Non enim ipſum ſtatim puniuit, vt S. *Stanislaum* interemit, ſed ſibi vitam procraſtinauit, ipſoque Vngariam veniente beneficia ſibi exhibuit quia *Wladislaus* Rex ipſum benignisſime excepit. Ipſe ſe tamen cognoſcere noluit, pœnitentiamque agere minime curauit: & ideo in malitia C manens, factus amens, ſeipſum interemit. Quanquam etiam nonnulli adſtruant, quod *Boleslaus* pœnitentiam fertur egiſſe. De conſilio enim *Wladislai* Regis Vngariæ Papam adiit, cui nefas ſuum expoſuit A quo ſuſcepta pœnitentia, monaſterium quoddam in finibus Vngariæ verſus Auſtriam & Carinthiam ſubiit: & completa pœnitentia in domino obdormiuit. In cuius ſepulcro eſt Epitaphium hoc modo: HIC IACET BOLESLAVS REX POLONIÆ OCCISOR S. STANISLAI EPISCOPI CRACOVIENSIS. Apud nos tamen talia non ſamantur, nec diuulgantur populo, ne facilitas veniæ faceret incentiuum delinquenti.

EPISTOLA XXIII.

MATHÆI Epiſcopi Cracouienſis.

De pii & primi Wladislai ſucceſſibus, ac ipſius illuſtribus & virtuoſis actibus.

A. C. 1082. PRoxime autem regnauit frater *Boleslai* minor Caſimirides *Wladislaus*, non minus ſtrenuitate militiæ illuſtris, quam religionis deuotione inſignis. Cui de humana nihil æſtimatum eſt felicitate defuiſſe, hoc excepto, quod vxore ſterili diu ſollicitum prolis legitimæ anxiabat carentia. Qua ex re mœſtiſſimus cum ab homine conſolari non poſſet, diuino tandem releuatur ſolatio; quaſi enim cœleſti eruditus oraculo, *Francone* Antiſtite A ſuggerente, auream inſtituit effigiem, quam cum Regiæ celſitudinis donatiuo beato Ægidio in Prouinciam delegauit, propoſitum delegantis hac exponente epiſtola. 1082.

Patrum Reuerendiſſimis cœnobii Wladislaus.

Dei gratia Rex Poloniæ, & coniunx regina Iuditha *filialis reuerentia deuotionem. Etſi vlla poſſit eſſe, perfecta eſſe nō potuit humana felicitas. Nemo enim tam felix eſt, qui non cum aliqua ſua felicitatis parte rixetur. Et nos quidem de noſtri generoſitate ſanguinis, de corporis aut animi elegantia, de dignitatis ſollicitudine, de fama gloria, & de omnimoda copia omnium gloriari non oportet. Non expedit enim. Sed illud nos humile* B *lacrymari conuenit, quod inter florentiſſimos rerum ſucceſſus, quidam notabilis mœroris ſtimulus datus eſt nobis, qui nos colaphizat, ſobolis infœcunda ſterilitas, quæ non ſolum paternum tollit ſolatium, ſed & graue quoddam ingerit orbitatis opprobrium. Proinde coram vobis, Patres ſanctiſſimi, noſtra proſternitur deuotio, vt hoc ſterilitatis infortunium veſtrorum meritorum ſolatur interuentus. Non enim eſt impoſſibile apud Deum vllum verbum.*

Tanta vtriuſque Regum coniugum deuotione intellecta, ſacer ille conuentus triduanum orationibus continuauit ieiunium, cum hac Pſalmodia, ac primum conſtantiore vigilantia,

C *Spes vtriuſque ſpei & fauus & ſapor eſuriet,*
Creſcit ſæpe tuo nectare noſtra ſitis.
Nux nuce noſtra caret, Cedrus virentior aret,
Flos alis examen, flos ſine flore tamen.
Anime cur hæres, tribulis datus eſt rubus hæres,
Corna parit Cornus cur ſine ſtipite ſummus?
Anime ne ſoboles, ne deſit maſcula proles,
Vota preceſque notes anime, namque potes.

Nec dum vero Cœnobitarum expleta fuit D oratio, cum Regina de conceptu iocundatur, nondum legati redeunt & Reginæ fœcunditas prædicatur. Oritur namque ſidus rutilantiſſimum, aurea exſculpitur columna, tertius naſcitur *Boleslaus*, cuius ex partu languore ſuſcepto mater fatis eſt intercepta, fuitque gaudium mœrore temperatum & mœror gaudio dulcoratus. In quo pater didiciſſe potuit, coniunx eſſe maluerit, an pater. Sed ne diu moleſta illi eſſet iugalis viduitas, Regis Vngariæ *Salomonis* relictæ Tertii *Henrici* Imperatoris ſorori coniugatur, de qua tres tantum ſuſcepit filios. Et licet iam grandæui corpore, noluit tamen ignauia torpere. Sed tamen hoſtium vndique rebellionibus militaram crebrius

1082. brius exercitabat induſtriam. Et cum plerique conſulerent, parcendum eſſe ætati, reſpondebat: *Animus mihi de ſenectute controuerſiam facit, hunc ait florem eſſe ſuum. Nam cum decrementa ſentiam in corpore, in animo non ſentio. Aurum antiquitate probari, virtutes ſenio augeri non minui; omniumque rerum exercitamina virtutis eſſe non ætatis.* Robuſta igitur manu maritimas occupat Prouincias, quibus vt rebellandi amputaret facultatem tutiſſima illorum municipia concremari iubet; præfectis ibi propriis conſtitutis. Sed quia ceruix indomita, dorſum petulans, iugum detrectat, onus non ſuſtinet; omnes Polonorum præfectos Pomerani hos excutiunt, illos interimunt. Qua ex re animoſior *Wladislaus* ſeueriore dignos animaduerſione reuiſit. Quorum populoſiores ſinus depopulatus, cum præſtantiſſima eorum ſupellectile reuertitur. Cumque iam pene in portu ſecuritatis victores ſibi blandiuntur, improuiſæ Pomeranorum proſiliunt inſidiæ, initur prælium luctuoſo vtrinque diſpendio, cædes hora diei tertia initiatur, vix noctis dirimitur caligine. Poloni tamen hoſtium dilapſis reliquiis campum victoriæ obtinuerunt; quos illic diutius immorari vetuit Dominicæ reſurrectionis religio, licet quadrageſimalium tempus feriarum minus religioſe coluerunt. Vnde aliquantisper Poloni felicibus caruere ſucceſſibus, vt etiam minima contra ipſos viſa ſunt dimicare. Cum enim vrbem *Nakel* obſidione cinxiſſent, quædam deluſiones phantaſticæ nocturnæ, quædam vmbræ vniuerſos adeo territabant exercitus, vt hoſtium agitari crederentur aſſultibus. Ideo a caſtris armati eminus excubantes vmbras hoſtium inſectantur, ſæpe non hoſtes ictus inanes ventis incutiunt irridentibus. Sic in caſſum labor impenſus eſt & impenſa. Quod factum non hebetes tantum animos hoſtium exacuit, ſed domeſticos in *Wladislaum* erexit carduos, & femoris eius enſem in ipſum exercuit. Erat enim illi naturalis quidam, ſed illegitimus filius: n. m ex ſcorto ſuſceptus; qui ob materni notam pudoris, vel ut nouercales declinaret, inſidias in latebris exilii perdiutiſſime delituit. Qua ex cauſa *Zbigneus* eſt nuncupatus. Hic Achitophel conſilio ducis, videlicet Bohemiæ *Venceslai* in paternum ſubornatur excidium, vltro licet ſe ipſam omnibus inſuadeat ambitio. Auget illi fiduciam pater decrepitus, frater immaturus; affluunt flagitii comites, ſceleris incentiua, transfugæ atrociſſimi: quorum quoſdam inuidia *Setegii* alios truculentia faceret extorres. Iſte ſiquidem *Setegius* cum Poloniæ Princeps eſſet, militiæ non ſatis æquabiliter penſa Reipublicæ diſpenſabat, qui non quid rectum, non quid virtus poſtulauerit, ſed quid iuſſerit pecunia; non quantum quis meruerit, ſed quantum dare potuiſſet, inſpexit. Plures ergo huiuſmodi, quam ſuis amore vltroneum elegerunt exilium.

Et primus Sileucianæ Præſes Prouinciæ, cui nomen *Magnus*, huinsce conuenitur pactione. 1087.
A Nimis crudelis, nimis miſer eſt, quem non ſolum depreſſæ ſed amiſſæ libertatis non miſeret, nec filius eſt, qui materni calamitates doloris ſine dolore diſſimulat. Neminem ſiquidem latet, quod monſtrum, quæ bellua omnem patriæ ſinum occupauerat, quoniam laceros vngues intimis omnium impegerat præcordiis vultur edaciſſimus, ſolus matris non vt materna ſugens vbera. E quibus cum lac emulgere non poteſt, elicit ſanguinem; qui cæteros velut abortiuos, aut procul omnino abigit, aut faſtuoſo ſupprimit potentatu. Quid? quod apex omnis, quid? quod decus omne ſub illo proſtat, & in quæſtu pro meretrice ſedet? Quis enim expediuit Pſittaco ſuum Aue? Quis omnes docuit Maieſtatis archimetricas conari
B rationes? Magiſter artis, ingenii largitor *Setegius*; qui taces, qui dignitatum gradus, qui graduum omnes minutias in artem redegit calculandi; qui tanti molem imperii in trutina venalitatis appendit. Proinde maturius tantæ peſti, tantæ cladi occurrendum. Cui enim ferendum eſt publica pernicies, publicæ honeſtatis opprobrium? At vero nutrix delirамenti ætas eſt decrepita, & ad omnia imbecillis infantiæ teneritudo. Ideoque nec Regi nec Reginæ infantulo id oneris competere, cum neuter conſilio, neuter viribus vel ſit vel videatur idoneus. Nec enim annoſa quercus affluens carie in fabricæ columnam erigitur; nec lentiſci virgulto, ruina macerie
C ſuffulcitur. Talem igitur & explorari & implorari conuenit, talem votis omnium expetendum; in quo & rebus afflictis extet ſolatium & nutantis firmamentum gloriæ ſolidetur. Cuius tam pereximiæ felicitatis ſuperexcellentem te *Magne* autorem exiſtima, ſi conſaoraneum ad nos animum inclinaueris; ſi Regis primogenitum *Zbigneum* in id propoſiti contineris; quem ſi perfecte noſſe velis fideliſſimum naturæ ac virtutis conſule teſtimonium, quæ in illo dulci altercatione contendunt, vt incertum ſit, natura virtutem, an virtus naturam antecellat. Itaque diu *Magnus* ſecum deliberat, deinde conſanguineis deliberatum immurmurat & inſuadet conſilium, quod
D cuncti incunctanter amplectuntur, & Wratislauiæ principem *Zbigneum* conſtituunt. Quia vero id ſine Patris conniuentia perfectum eſt, moneri pater non potuit, Regina & *Setegio* flammas indignationis aggerentibus. Ideo ſe coæquiuocum nominis Regem, Vngariæ, Morauiæ, ac Bohemorum Principes, nec non alias Thibianeorum copias in Sileucios contrahunt, quibus vnde imminebat excidium, inde accumulatior creuit gloria. Conſtantiſſime namque illorum reſiſtente conſtantia, ſeu vrgente potius inſtantia, fœdus coactus eſt paciſci cum filio atque in ipſo concordiæ veſtibulo, in ipſo pene pacis primordio expirauit.

1082. uit. Nam vt filialem erga ſe pater experiretur animum, extremæ valetudinis languorem ſimulat, filium quaſi quoddam fati ſolatium acciri iubet. Verum ille vera cordis, non diſſimulata lætitia, morbum inceſſu vultuque fatetur. Quippe qualis vultus erit, talia corda gerit. Cum enim humanum ſit etiam alienæ calamitati compati, nullum in iſto intellectum eſt vel fictum compasſionis iudicium; imo in tympanis, tibiis, ſymphoniſtarum choris & diuerſis hiſtrionum præſtigiis mœrentem aulam ingreditur pompatice, vt ipſe arrogantiæ faſtus de ipſo præconari videatur:

Filius enim ante diem paternos ſuſpirat in annos.

Cognoſcit quidem Pater egregii affectum filii, ſed paterne ignoſcit, & omnes imprudentiæ arguit, qui ſcilicet de tam prudenti facto durius opinati ſunt; ait illum ex induſtria in rebus iucundisſimis non iniucundum patri attuliſſe ſolatium. Nec enim flamma flammis extinguitur, nec mœrore mœror exuitur, præſertim cum hilaritate medentis æger nonnunquam hilareſcat. Vt autem illius tumorem ſuperbiæ, ſi omnino explodere non poſſet, aliquatenus ſubuerteret, fiduciales illi alas amputat, robuſtisſima illius caute ſoluit præſidia. Nam primos Sileuciorum, qoos viribus ab illo ſequeſtrare non potuit, arte ſubducit. Vnde graſſantius in Patris iniuriam conſurgit: Wratislauia enim transfugit, excedens Kruſzwiciam ſe recipit, ſex Kruſzvvicienſium acies inſtroit, Pomeranorum non parua venatur & impetrat ſubſidia, cum ſuo patre congreditur, dimicat, ſuccumbit, & carceris ergaſtulo mancipatur. Hic tanta hoſtium proſternitur infinitas, vt non ſolum vrbis ſed campeſtrium amplitudo lacuum impleta ſit profunditas; adeo vt omnem inibi natatilis eſum longa ſucceſsione temporis nonoulli horruerunt.

COMMENTARIVS.

Diuiditur Epiſtola iſta, in duas partes principales. In prima deſcribitur ſuæ ſterilitatis opprobrium, & eiuſdem opprobrii remedium. In ſecundo deſcribuntur actus ipſius Wladislai illuſtres. Circa primam partem notandum. Fortuna humana nulli poteſt ad plenum prouenire. Aliquis enim eſt, qui abundat ſufficientia pecuniarum, tamen ſibi deficit generis nobilitas. Alter autem eſt oobilis, ſibi deficit pecuniarum facultas, In tantum, quod mallet eſſe ignobilis, quam nobilis. Alter vero eſt, qui habet vtrumque, ſed deflet vitam cælibem, quia viuit ſine vxore & liberis, habens bona pro vxore & oon poteſt: Alius autem habet vxorem & omnia bona prædicta: caret tamen hærede, & prole. Alius vero habet omnia prædicta, deplorat tamen delicta filiorum & filiarum. Ideo nullus poteſt cum ſua fortuna concordare, quando A in aliquo ab ipſa diſcordet & opprobria patiatur. Inter quæ opprobria prolis carentia Wladislaum Regem anxiabat. 1082.

Secundo notandum, orationis puræ magnam eſſe virtutem, velut enim fidelis nuncius mandatum peragit & penetrat, quo caro noo pertingit, & maxime ſi humilis caſta & perſeuerans fuerit. Vacua enim tunc oon redibit. Hoc animaduertens *Franco* Epiſcopus Cracou. *Wladislao* Regi conſuluit, vt ad Abbatem vna cum ſuis fratribus Monaſterii S. Ægidii pro obtinenda prole Maſculina humiliter ac deuote veniens; & B. *Ægidio* dona offerens, concurreret. Vnde vero huius ſanctæ Vni-B uerſitatis, Monachorum prolem maſculinam *Wladislao* Regi Polonorum expopoſcit. Et ideo *Wladislaus* piisſimus pro tam munere inſigni ad honorem S. *Ægidii*, Eccleſiam eiuſdem in Cracouia fundauit, & eam præbendis ac bonis temporalibus dotauit. Hinc etiam ad honorem S. *Wenceslai* Martyris glorioſi olim Principis Bohemiæ Eccleſiam Cathedralem in Caſtro Cracou. primus fundauit, in qua viginti quatuor Canonicos inſtituit, & præbendis magnificentia regali condonat. Qui Anno Domioi 1102. de hac luce migrauit: cui *Boleslaus* Krzyvvoutlus filius ſuus legitimus per preces monachorum obtentus ſucceſſit. Circa ſecundam partem eſt notan-C dum, ſecundum *Senecam* ad Lucullum Epiſt. 17. *Quemadmodum vitia non ſunt in rebus ſed in animo; ſic virtutes non ſunt in rebus, ſed in animo.* Actus ergo fortitudinis non dependent ex parte corporis, ſed ex parte animi. *Wladislaus* ergo, quanquam grandæuus fuit corpore, tamen vigoroſus fuit mente: quo vigore & militares actus exercuit, & rebelliones hoſtium compeſcuit, & præcipue partium maritimarum & Pomeranorum. Et merito: Teſte enim *Tullio* de Senect. c. 4. *Arma ſenectutis ſunt, artes, exercitationesque virtutum. Nihil enim eſt iucundius ſenectute ſtipata ſtudiis virtutum.*

Item ootandum: Bonum eſt, vt Rex & Prin-D ceps habeat officiales Regni & ſui Dominii iuſtos, vnicuique quod ſuum eſt pro ſuis meritis reddentes. Sic enim & Rex à ſuis ſubditis diligitur, & regnum in facultatibus & regnicolis adaugetur. Secus ſi contingat, regnum in magna pericula perueniet; ſicut tempore pii *Wladislai* hoc accidit. Propter enim *Setegii* Principis oillitiæ mores, imbecillitatem & ioiuſtitiam plures de Regno exulauerunt, & deinde adhærentes *Sbigneo* Regi in contrarium extiterunt; quod nunquam feciſſent, ſi *Setegius* æqualitatem & ioſtitiam in diſtribueodis penſis Reipub. in omnes habuiſſet, & non ſoos quæſtus ac pecuniam inſpexiſſet.

1082.

EPISTOLA XXIV.

IOANNIS Archiepiſcopi Gneſnenſis.

In qua præcedentem epiſtolam ſimilibus comprobat.

Difficile eſt vt bono peragantur exitu, quæ malo inchoara ſunt principio. Vix enim quod ab initio remporis non valet, tractu temporis conualeſcit: etſi nonnunquam in bonos vſus verſum deſinat eſſe vitioſum. Nam quæ ſalicto plantæ inſeritur, ſalicti ſapit radicem; vnde ille neſcio quid inolitæ in ſe circumferens originis, non modo diſciplina proternior, ſed paterna fit correptione arrogantior. Eſt autem arrogantia quædam ſuperbiæ ſpecies, qua quis præ ſe neminem ducit hominem. Hinc omnis arrogans odioſus quæ peſtis ſacrilega nonnullos peperit parricidas; qui quibus hoſtes pepercerant, patribus non pepercere. Nonne enim Bactrianorum regem *Eutrandem* filius iam Regni ſocius non ſolum occidit; ſed & non diſſimulato parricidio velut hoſtem non patrem occidiſſet, per ſanguinem eius currum egit, & corpus abiici inſepultum iuſſit. Nonne Rex Solgobriorum *Namdes* patrem in aula obtruncat? cuius etiam ſanguinem lingere non horruit, quaſi nouo lethi experimento probans, non minus eſſe dulcem guſtu paternum cruorem, quam aſpectu. Iſte ne ſolus videretur flagitio ſuſpectus, adoleſcentes ingenuos muneribus inuitat, & in patris occiſionem informat: non impune tamen. Nam cum huius parricidæ adhuc patre incolumi ad regnum ſuſpenſum, & procerum præcipuos ſtudioſius inclinaret, reſpondent: factuоs, dum paternam non deſerat prudentiam. Quibus ille: Quænam eſt illa? modicis per inquam præſtolare. Appelli iubeas duos greges, balantum vnum, alterum caprarum, & ſeorſim arietem & hircum; vtrius, inquiunt, gregum ducem eligas? At ille: Balantum. vter grex potior? reſpondet Balantum. Et illi: inſcrutabilis eſt tui patris Induſtria, & non poteris ad eam. Ille namque cum ſciret ſimilitudinem amiciſſimam eſſe naturæ, non prius nos dilexit, quam illi eſſemus etiam parricidio conſormes. Et ſic nos capris conformat parricidii olocitas. Quibus ergo placere velis, ſimilem fieri te oportet. Proinde curſu citatiſſimo patrem adiit, pugione confodit, Regnum perit, ſed proprio iudicio a regno arcetur. Aiunt enim: quia ducem balantum elegiſti & potiorem iudicaſti hirco arietem. Recte quidem: ſed cur tam repente ex ariete factus es hircus? hæc igitur feras, quæ hircina olacitate capiuntur. Nos deinceps nec eſſe capros petulantes, nec hirco ſubeſſe delectat. Is eorum exitus, qui ſanctiſſima patrum munia ea colunt reuerentia. Taceo de illo, qui etſi non occiderat, quia tamen per eum non ſtetit, quo minus occideret crinibus æmulo fugiente. *Abſtractus* miſerabiles in ilice pendens pœnas parricidii excepit. *Malei* quoq; Carthaginenſium principis filium prætereo, *Cortolonem*, qui A ad patrem exulantem ornatus purpura & infulis faſtuoſe venit; quem pater quia coram exulibus ſe habitu felicitatis iactauerat, cum ornatu ſuo in altiſſimam crucem Ciuitatis conſpectu configi iuſſit; ſtatuens exemplum, ne quis paternis miſeriis poſt hoc illudat. Qua ex re liquide proſpicis, cuius gratiæ ſit apud alios arrogantiæ faſtus, quem tanto pater dignum cenſuit piaculo. Attamen huius exceſſit medicina modum: nec enim debuit ipſo grauior fuiſſe vulnere vulneris curatio. 1082.

COMMENTARIVS.

Notandum ſecundum *Philippam de Pergamo*, parte vlt. præcepto 45. Hominem anguB ſtiarum & infelicem, nullos debet ſubſannare & irridere. Eccl. 4. Non verearis proximum tuum in caſu ſuo: quoniam cum ſcientia vel dignitate, vel poteſtate temporalis felicitatis proximum tuum excedas, non tamen ipſum irrideas. Ideo, quia quamuis ipſum per felicitatem ventuoſam excedas, re forte ipſe per felicitatis interioris beatitudinem excedit. Qui autem peccat tali ſubſannatione, dignus eſt correctione & diſciplina; correctio autem eſt ſpecies iuſtitiæ. Ideo non debet eſſe maior pœna, quam culpa: alias enim non eſſet correctio, ſed crudelitas; quæ ſecundum *Senecam* Lib. 2. de Clementia, eſt atrocitas animi in pœnis exigendis. Subſannatio enim vel deriſio C patris vel matris, morte puniebatur in veteri lege. Prouerb. 10. Populi qui ſubſannar Patrem, & qui deſpicit partum matris ſuæ, contodiant eum corui de torrentibus & comedent eum filii aquilæ.

EPISTOLA XXV.

MATHÆI Epiſcopi Craceuienſ.

De amplioribus laudibus Regis Wladislai & ſucceſſoris ſui Boleslai.

Quanto autem ille in patrem atrocior, tanto in illum pater fuit pietate propenſior, A. C. 1103. quem non ſolum carcere, ſed & paterna poteſtate emancipat, cohæredem inſtituit, certam illi ab hærede legitimo regni portionem disD ſerminat. Igitur *Boleslaus* licet adoleſcentulus, maturis illum virtutibus anticipat, grauiſſima morum venuſtate antecellit, vt ætas vlterior in mente adoleſcentis non immerito ſuam admiraretur canitiem, vt viros conſulares canis albicantibus reſparſos verticem ad eius conſilia putares infantiſſimos. Quod quantum apud prudentes gloriæ, tantum illi apud mores improbos peperit inuidiæ, quia virtus ſeſe diligit, aſpernatur contraria. *Seeegius* namque certis inſtructus prognoſticis ſuæ in illo declinationem verſutiæ luxiſſe fertur. Ecce hic poſitus eſt in ruinam multorum & tuam ipſius *Setegi* animam pertranſibit gloria gladii. Itaque factionem contrahit ſeditionis, ele-

1102. elicit ſcintillem odii, flammas conflat inter Patrem & filios, diſcordiæ fonet incentiua; quæ *Boleslaus* non tantum ſedat, ſed & ſementiuam A malorum eradicat originem. *Setegio* enim proſcriptioni expoſito, partes regni diſſidentes conciliat, & quas ſeditionis occaſione occupauerat Prouincias patri reſtituit. Non minus in peternam pius religionem, in patriæ quoque commode propenſus; tantum enim virtuti, tantum paternæ deuotioni dependit, vt in euree lamina nomen Patris inſculpſerit, quam aurea catena in pectus dependere iuſſit; vt quaſi patre ſemper præſente filielis iugum diſciplinæ, paternæ memoriam reuerentiæ, fugam vitiorum, virtutum cuſtodelam vbique ſecum circumferret, lamina crebro ſuggerente. Sic loquere tanquam Pater audiat, ſic age tanquam pater videet. Turpe ſiquidem eſt ſub Patris B aſpectu aut agi turpia aut dici ſcurrilia. Tanta itaque ſe illi reuerentie eſtrinxit, vt non patrem coli, ſed numen crederes adorati. Quod pietatis illi non deſuit etiam petre ſatis intercepto, quem, vt aiunt, in veſte etre integro luxit quinquennio. Et quoniam Virtus eſt hebitus mentis bene conſtitutæ, habitus vero eſt qualitas difficile mobilis. Quod quid filietionis patri debuerat in fratrem tranſtulit, vt non minus ſinceritate deuota cuſtodiret iteternæ intemeritatis arcanum, licet illũ ſuo noſſet inſidieri calcaneo. Nam vt e multis pauca perſtringam, imo vt ex paucis multa coniectes; robuſtum Pomereni iuxta *Zantok* ex- C ſtruxerant municipium, quod Zanthocenſium imminebat excidio. Quod cum expugnare contendit *Sbigneus* ignominioſe ebigitur. *Boleslaus* vero non ſolum illud ſolo adæquat, ſed Miedzyrzecz & alias illorum vrbes euincit, Rurſus *Sbigneo* muliebriter illacrymante, Perthi Poloniæ ſines populantur, quos trans flumina tandem conſequitur *Boleslaus*, & hoſtes paſſim fundens, captiuos ſuos enſe redimunt & prædones in prædæ prædam conuertit. Quæ adoleſcentis tyrocinia cis annos aucta pubertatis, animo *Sbignei* ſomitem iniecere inuidiæ. Vnde fraternis arrogetus intereſſe & præeſſe nuptiis, quæ putas ſponſalia, quæ ſoletie, quæ ſodalitia, quos denique paranymphos architriclinari ſtuduit? Bohemiam ſuſcitet, inſtruit D rebiem, vt *Boleslao* connubialibus feriante ceremoniis regnum eius graſſantius deprædentur. Sed nonus illos ſponſus vino eruoris inebriat; qui vt ecrius hoſtilem compeſcat eudaciam, tres delectorum turmas in Morauiam deſtinat. Hi dum infinitas prædiciniorum agunt manubias, ducem Morauiæ *Swatopelk* à tergo conſpicantur. Nec liquido elaret: vtrumne tigridem orbatio catulorum vrgeet ſtimulantius, an Leones prædæ euidites vrgentius inſtimulat. Lugendus tamen vtrinque conflictus, vix multo vtrorumque ſcinditur diſcrimine. Hic militiæ princeps *Wislaus* manu mutilatur. Pro qua ob virtutis inſigne, euream illi *Boleslaus* reſtituit. Quod 1102. A æmulorum linor & maxime non freterna fretris mordacitas in ridiculi parabolam conuertit.

COMMENTARIVS.

Epiſtole præcedens in tres diuiditur pertes. In prima deſcribit pietatem Regis *Wladislai*, qua motus non ſolum *Sbigneum* de careeris ergaſtulo ſoluit, ſed etiam bona largiens ipſum emancipauit, hæredem fecit, certamque illi pertem regni eb hærede legitimo videlicet ipſo *Boleslao* aſſignauit, licet *Sbigneus* epud Patrem ſuum hæc nunquam meruerat.

In ſecunda parte proſequitur de laudibus virtuoſis regis *Boleslai*, quibus licet adole- B ſcentulus ipſum *Sbigneum* ætete maiorem excellebat, & in edmirationem multos viros deducebat. In qua quidem morum grauitate ſicut apud prudentes & bonos magnæ titulus gloriæ ſibi creuit, ſic epud inſipientes & pranos magnus ſibi cumulus inuidiæ redundeuit. Ideo quia virtus diligit ſibi ſimilia, aſpernatur eutem contraria.

In tertia parte deſcribit ectus ſtrenuos *Boleslai*. Primo per ſe aduerſus Pomeranos, ſecundo aduerſus Ruthenos, tertio Bohemos, & quarto per Proceres ſuos eduerſus Morauos; inter quos *Wislaus* alias *Zeleslaus* princeps militiæ manu mutilatur, pro qua ſibi manus surea C per *Boleslaum* datur.

Circa primum eſt notandum. Nemo adeo ferus eſt, qui non manſueſcere poſſit, ſecundum *Horatium* in Epiſt. *Si modo culturæ patientem commodet aurem.* Hic tamen ſecundum *Iacobum* in Zophilogio parte 8. cap. 7. *Quanto quis in gradu eſt ſublimior, tanto ad miſericordiam & ad clemensiam exiſtere debet promtior*, iuxta illud *Ouidii* 4. Triſt.

Quanto quis maior tanto placidior ira;
Et faciles motus mens generoſa capit.

Rex igitur *Wladislaus* & conditione ſua regali erga *Sbigneum* filium ſuum naturalem, pium ſe exiſtimans, nedum pro ſuis demeritis ergaſtulo carceris liberatum emancipauit, ſed & partem Regni Ducatum videlicet Siradienſem, D ſecundum quendem Chronicam & terrem Glogouiæ aſſignauit, in hoc ſequens veterum exempla Regum, qui clementes & pii extiterunt.

Circe ſecundam partem notandum, ſecundum *Franciſcum* in Procemio I. libro. Habet hoc proprium virtus, vt in amorem ſui bonos eliget, in ſtuporem males. Cui conſonat *Tullius* libro de amicitie, dicens: *Nihil virtute amabilius, nihil magis allicit ad diligendum, quam virtus. Nam propter virtutem & probitatem etiam eos, quos nunquam vidimus, quodammodo diligimus.* Et merito, quia omnia bonum appetunt. 1. Ethic.

1102. Circa tertiam partem notandum. *Boleſlaus Krzywouſty*, de cuius nuptiarum ſolennitate hic tangitur, duxerat in vxorem filiam A Ducis Haliciēſ. de qua genuit *Wladulaum* ſecundum & vnam filiam, vt habetur in alia Chronica Polonorum.

EPISTOLA XXVI.

IOANNIS Archiepiſc Gneſnenſis.

In qua precedentis epiſtola materiam continuat.

NIhil adeo bene ſit vel dicitur, quod non poſſit deprauari. Nam quid in lingua luſciniæ? Amœnitas. Quid in lingua ſerpentum? Sibilus. Quid in lingua canum? Latratus. Vnde cum dictum eſt ſapienti: Male de te loquuntur homines. Et ille: Non B quod debent faciunt, ſed quod ſolent. Glorioſum vero viro eſt forti, corpore mancum, virtute videri ambimanum, quod illum virum non latuit, qui multis in prælio fuſis ab hoſte tandem greſſu ſubuernatùr, à conſociis deplangitur; quorum ille planctum ridiculo excipit, iucundum ſibi gratulans acceſſiſſe hac in re commercium, vt ſinguli paſſus virtutum ſint monimenta, non claudicandi opprobrium. Suam alii vnde libet mendicent gloriam, ego meam corporis cicatricibus inſculpſi. Quidam enim, inquit, etſi claudicare videantur, non claudicant, ſed vel virtutes computant, vel earum incrementa meditantur.

COMMENTARIVS.

Epiſtola hæc continet partes duas. In prima *Sbigneum* reprehendit virtualiter, qui *Wulaum* de opere virtuoſo per vitium deriſionis ſubſannauit, & opus eius bonum & virtuoſum, quia forte per ſuam deriſionem & detractionem deprauare voluit.

In ſecunda *Wulai* fortitudinem ſubiungit, qui manu priuatus in bello, propter bonum Reipub. *Sbignei* detractionem patienter tulit, & maluit eſſe ambimanus in virtute & mancus in corpore, quam ambimanus in corpore & mancus in virtute, quod probat cuiusdam fortis familiaris exemplo in litera poſito.

Circa primam partem aduertendum eſt: Tripliciter bona quæ fiunt vel dicuntur per aduerſarios deprauantur. Primo adulatione, quæ blanditur cum pernicie, iuxta illud Iſaiæ c. 3. (Popule meus, qui te beatum dicunt, ipſi te deceperunt.) Et hoc ſignificatur, per amœnitatem luſciniæ, id eſt, Philomelæ: & hoc ſignificatur per ſerpentum ſibilum. Serpens enim eſt animal proditioſum, in ſilentio mordet, tortuoſe incedit, & terram comedit. Sic detractor & proditor: illos enim mordet retro, qui dum ſunt præſentes, adiuuare alias & venerari ſe ſimulat, nec detrahit, niſi vbi detractor timet, dum videt eum, cui detrahit. Tortuoſe etiam incedit, dum incipit a laude eius, cui vult detrahere. Rectitudinem etiam ſimulat intentionis, dicens: Se hoc non A dicere animo detrahendi. Vt ei fides adhibeatur, dicit ſe eum diligere cui detrahit. Terram etiam comedit, quia quod infimum eſt in homine verſat in ore. Tertio diſſenſionem & calumniam Eccl. I. calumnia turbat hominem ſapientem & ſignificatur per canis latratum. Hæc omnia fiunt per linguam, quæ ſecundum Iacobum In Canonica cap. 3. eſt inquietum malum, plena veneno mortifero: ideo quia peccata linguæ ſunt 24. vt patet in ſumma de vitiis. 1102.

Circa ſecundam partem aduertendum eſt, ſecundum *Macrobium* lib. I. Fortis animi eſt, ſupra periculi metum agere, nihilq; niſi turpia timere, fortiter aduerſa tolerare velut B proſpera. Eſt enim fortitudo rerum magnarum appetitio, rerum humilium contemtio & laborum cum vtilitate perpenſio, quæ inquam perpenſio eſt ſtabilis, quod hominem inſuperabilem facit. Inde Seneca: *Facilius eſt gentem, quam virum fortem debellare.* Hæc autem fortitudo viguit in *Wulao* & in aliis fortibus viris multis, de quibus narrat in litera.

EPISTOLA XXVII.

MATTHÆI Epiſcopi Cracouienſis.

De amplioribus Regis Boleſlai tertii dicti Krzywouſty, ſucceſſibus & glorioſis actibus.

C TAnta vero Boleſlai vndique fama percrebuit, vt omnes illius animoſitatem hoſtes obſtupeſcerint, vt Martis alumnus, Tygtidis filius, Leonis rabies, Draco flammiuomus, ignis, ictus fulminis ſeu quouis alio feritatis vocabulo à diuerſis nuncuparetur. Tantus illi animus, tantus belligerandi amor inerat, vt grauiorem putauerit otii torpedinem, quam morbi languorem. Nec minus illum domeſticæ fratris exercuere inſidiæ, quam hoſtis extraneus. Qui cum fraternæ virtutis odio, cum inſpecto nocendi deſiderio amorem ſimulat, fidei conſtantiam pariſcitur, iuriſiurandi execratione ſe inuicem obſtrin- D gunt, neutrum ſine altero de pace vel hoſtilitate cum quibuſpiam decernere, vtrumque alteri ſalubritate ronſilii, auxiliorum promtitudine, quam fideliſſime ſuppetere. Quorum animo illud imprimis vnanimiter inſedit, vt maritimas occuparent prouincias, vt Pomeranorum retundatur improbitas. Itaque locum, tempus, modumque contrahendi, ordinandi & educendi cohortes eligunt. Quod in ipſo pene deliberandi auſpicio proditionis ille princeps Pomeranis fertur prodidiſſe. Nam nec ſponſioni condictæ præſtitit nec ſuam aut ſuorum copiam collibito exhibuit. Imo fratris paratiſſimos tam amicos quam obſequiales, occulta perſuaſione a propoſito diſtorſit. Inter-

ter-

1102. terea Pomeranorum latrunculi Poloniæ conterminia manu valida inſiliunt, flammas iniiciunt, prædas abigunt. Igitur *Boleslaus* nihil A tale ſuſpicatus, intrepidus tamen cum paucis aduolat, hoſtes aggreditur: quantus furor! quanta temeritas! octuaginta duntaxat viri cum tribus millibus committuntur. Sed quid hi ſunt inter tantos? non fruſtratur tamen ſpicarum manipulis, exiguus licet igniculus inuoluitur; cæduntur quidem & cædi malunt, quam cedere Boleslaidæ; ſed hoſtium ſtrages decuplatur, nec ceſſat Leo rabidus turmas transgyrare, cuneos perſcindere, donec genitalibus ſuſis, eius aſturco procubuit. Tandem demum plures pedeſtri proſternens conflictu e campo certaminis non declinauit, ſed virtute indefeſſa ſuit hoſtibus hoſtis infeſtior. Nec vero ſacri comes Palatii *Scarbimirus* inſtat B ſegnius, tanto acrior, quanto cruentior. Erat enim dextro lumine tenebratus. Sui quoque victores per omnia hoſtes cædunt & ſternunt, quorum quidam non victi, ſed vincendo fatigati inter ſtratorum cateruas hoſtium obdormiſcunt.

COMMENTARIVS.

In hac Epiſtola facit tria. Primo deſcribit fortitudinem *Boleslai*, ex quo inerat illi amor belligerandi, propter quod & hoſtes ſui coram eo obſtupebant. Vnde & filium Martis, qui eſt Deus belli, filium Tygridis, qui eſt ferox & velox. Leonem, qui audacium Princeps, C ſeu fulmen ipſum vocabant. Secundo deſcribit inſidias, traditiones ac fraudes per *Sbigneum* confratrem ſuum *Boleslao* factas; quibus fraudibus ſponſiones fœderatas rupit & iusiurandum inter ipſos factum minime tenere curauit. Imo fœderibus non obſtantibus amicitiæ, in malum fratris ſui inſidioſe ac prodicinſe laborauit: nec aliquod ſecum dictamen factum ad effectum deduxit, amicosque vbilibet ac defenſores promtos in ſuum periculum non modicum ſibi deſtruxit. Tertio ſubiungit triumphum, quem cum ſuis octoginta contra Pomeranorum tria millia obtinuit: in quo aſturco ſeu dextrarius ſibi interiit, & *Scarbimirus* comes oculum dextrum D amiſit.

Circa primum eſt aduertendum. *Boleslaus* ita fortis extitit, quod animus belligerandi totus ſibi affuit, vt grauiorem putaret otii torpedinem, quam morbi dolorem. Et ratio eſt, quia ſecundum *Senecam* ad Lucillum in vna epiſtola, *in omni morbo ſunt grauia tria: metus mortis, dolor corporis & intermiſſio voluptatum.* Otium vero ſecundum *Senecam* ad Lucil. Epiſt. 68 *eſt viui hominis ſepultura*, quæ eſt peior quam illa tria. Circa ſecundum notandum. Domeſticæ inimicitiæ peiores ſunt quam extraneæ inſidiæ. Vnde *Boetius: Nulla Peſtis efficacior ad nocendum, quam familiaris inimicus.* Quia inimicus extraneus habet ſe ſicut inimicus loquax, domeſticus autem ſicut tacens.

EPISTOLA XXVIII.

IOANNIS Archiepiſc. Gneſnenſ.

In qua virtualiter commendat Regem Boleslaum de amore Patriæ.

QVod amore patriæ ſuſcipitur, amor eſt non furor, virtus non temeritas. Fortis enim eſt vt mors dilectio; quæ quanto eſt meticuloſior, tanto audacior. Nihil namque audacius in arma ciues prouocat, quam ciuilis timor diſcriminis: hoc eſt, quod *Solon* Athenienſes exhortatus ait: *Non minus timidos vos eſſe velim quam audaces, quia timor circumſpectionem ſuggerit, & circumſpectio parit confidentiam, & confidentia gignit audaciam, qua homo ſæpe fit ſeipſo animoſior.* Quid igitur *Machabæum* cum octingentis viris contra viginti duo millia Bacchidis illius viri impulit, vt ſui oblitus, ſuorum potius meminerit quam vitæ? Amor patriæ. Quid quod *Saulides* in iugeris dimidii perexiguo ſpatiolo viginti viris cæſis tot Philiſtinorum legiones, ſolo comite armigero, & impegit & confudit? Aut vnde tantum animi *Eleazaro*, vt ſalubrius cedentibus aliis ſuffoſſi ruina Elephantis obteri elegerit? Quid trecentos Spartanorum contra Perſas animauerat, vt quingenta hoſtium millia non horruerint? Vnde compluribus tanta moriendi voluntas? Amor patriæ. Nam vt alios ſine inuidia prætercam, ſuperexcellentem audi *Codri* virtutem. Dorenſes enim contra Athenienſes præliaturi oraculum conſulunt. Quibus reſpondetur: Si hoſtium occiderint regem ipſi vincerentur. Quo cognito Rex Athenienſis *Codrus*, permutat habitum, pannoſus caſtra hoſtium ingreditur, militem ex induſtria falce vulnerat & à vulnerato occiditur. Hoſtes corpore cognito ſine prælio diſcedunt. Sic virtus Regis propriæ diſcrimine mortis patriæ ſalutem mercatur. Non eſt ergo alienum à virtute, priuato incommodo Rempub. ſaluare.

COMMENTARIVS.

Boleslaus tertius ſic patriam dilexit, quod cum octoginta viris tria millia hoſtium inuadens proſtrauit. Exemplo primo *Iudæ Machabæi*, de quo habetur 1. Machab. 9. qui amore legis diuinæ & patriæ cum octingentis viris, Bachidem cum viginti duobus millibus inuaſit & vicit. Secundo exemplo Spartanorum. Nam, vt refert *Valerius* libro vltimo. *Leonides* nobilis Spartanus cum trecentis ciuibus pugnat contra regem Perſarum pro libertate Patriæ. Quos alacri animo eſt allocutus dicens: *Sic prandete commilitones mei, tanquam*

1102. *quam apud inferos cœnaturi.* Cui omnes paruerunt intrepidi; denunciauit enim eis, nihil reſtare niſi mortem, & animat eos ad omnia A patienter pro patria ſuſtinenda. Tertio exemplo *Ionathæ* filii *Saulis*, de quo habetur 1. Reg. 14. qui cum adoleſcente armigero ſuo viginti viros in media parte iugeris proſtrauit & reliquam multitudinem hinc inde diſparſit. Quarto exemplo *Eleazari*, de quo habetur 1. Machab. vlt. Hic enim vt liberaret populum ſuum, & acquireret ſibi nomen æternum, viſa vna beſtia vltra alias eminente, in qua eſſet rex; cucurrit ad eam audacter in medio legionum interficiens à dextris & à ſiniſtris. Et cadebant ab eo huc & illuc, & ſubiit pedes elephantis ſupponensque ſe eidem, & occidit eum; qui cadens ſuper *Eleazarum* ipſum oppreſſit, & mortuus eſt illic. Qui viden- B tes virtutem Regis & impetum exercitus eius, diuerterunt a prælio. Quinto exemplo *Cadri* Regis Atherienſium, de quo refert *Valerius* lib. 5. Cum enim Dorenſes cum Athenienſibus fuiſſent bella commiſſuri, acceperant reſponſum a Diis, quod illi eſſent victores futuri, quorum Rex occideretur. *Codrus* hoc audiens, ſalutemque Reipub. & patriæ præ ſe ferens. In habitu pauperis ad hoſtes tranſiit, & ipſos iurgiis prouocando, militem ſtudioſe falce vulnerauit, & a vulnerato eſt occiſus.

Circa literam eſt notandum ſecundum *Tullium* lib. 1. de offic. *Omnium Societatum nulla eſt charior, nulla gratior, quam ea quæ eſt cum Repub. Vnicuique noſtrum chari parentes,* C *chari liberi, chari familiares & propinqui: Sed omnium charitates patria vna complexa eſt, pro qua quis bonus non dubitet mortem appetere, ſi ſit ei profuturus.* Imo & pro ea dulciter moritur. Plurimi ergo ſunt inuenti, qui vitam pro patria dulciter fuderunt. Et ratio eſt; quia bonum patriæ excedit omnia bona ſingularia. *Parit enim nobis neceſſaria ad vitæ corporalis ſuſtentationem, ad humani generis conſeruationem, ad vitæ moralis eruditionem,* ſecundum *Philippum de Pergamo.*

EPISTOLA XXIX.

MATHÆI Epiſcopi Cracouienſis.

De vlterioribus laudibus & actibus bellicis Baleslai Regis.

RVmore tandem prælii diffuſius perſtrepente, fit ad principem ſuorum vndique concurſus: nec deſunt qui proteruum, qui incircumſpectum ac præcipitem dicant; quod inconſulto animi calore tanto ſeſe periculo ingeſſerit, nec decere ducem examinis vſpiam euolare ſine examine. Aliis egregie, animoſe actum videri cœlo tenus efferendum, aiunt, cotem eſſe debere Principem, qui ſuos exacuat, non obtundat, & inter hoſtium cadauera equi cadauer inſpectantes: *ecce, inquiunt, ecce ille* 1102. Alexandri *Bucephalus, quem Rex Indorum* Porus *accidit, quemque inter hoſtes per caudam* A *ad ſuas* Alexander *pertraxit.* Sed & comiti *Scarbimiro* effoſſi luminis à patre *Alexandri* mutuantor ſolatium, qualiter *Philippo* Montanam vrbem oppugnante ſagittâ de muris iacta regis dextrum oculum effoderit; quo vulnere nec ſegnior in bellum, nec iracundior in hoſtes, nec moderatus tantum ſed etiam mitis aduerſus victos fuit. *Boleslaus* vero torrentis inſtar ſpumantiore impetu rapitur, fit obice torrentior, fit correptione animoſior; aumque vltum ire auidus parat, *Sbignei* iuſſus dolo acciti Bohemi præ foribus nunciantur. Vtrum ergo eligendum? Vetus inſectandus hoſtis, an nouo occurrendum? At hoc tutius, illud honeſtius; neutrum tamen negligit fi- B delis Machabæorum imitator. Nam & quos Pomeraniam deſtinat, de Pomeranis victoriam referunt, & ipſe de Bohemicorum millibus triumphat. Sic & iniuriam propulſat, & patriam conſeruat. Eſt autem oppidum *Kozle* finibus conterminum Bohemiæ, quod non ab hoſte, ſed præſidum incuria igne neglecto concrematur. Veretur *Boleslaus*, ne ab hoſtibus muniendum occupetur: illo itaque ocius accelerat, fratris ope ſubſidiari poſtulat, cunctanti ſcribit: *Nimis delicatus eſt, qui honorem appetit ſine onere. Nam etſi honeſta ſit, certe onuſta eſt principandi ſolertia; & nos quidem eiusdem horti pariter capimus delitias, ſed modo diſpari hortum excolimus; cum ra-* C *tio exigat, vt quem vtilitas delectat, difficultas non terreat. Decebat enim in publicis adminiſtrationibus, in Reipub. patrociniis eum principari præcipue, qui primogenituræ præeminet principatu. Quodſi laboris ſarcinam declinare potius eligis, mearum ſaltem ac meis conſaue laboribus quos omnium commodis intellexeris accommodatas. Penes itaque te iubendi autoritas, penes me ſit obſequendi promtitudo. Turpe enim eſt luctari cum onere quod ſemel ſuſceperis.* Adhæc ille ſiniſtimus interpres ſtomachatur, conſternatur, legatos vinculis conuincit, occaſiones contra ſe quæri queritur! Pomeranos, Bohemos, Morauos & Lemmanorum Duces in fratrem ſuſcitat, vt illum à regno D exterminent. Horret his auditis *Boleslaus*, & hæſitat, quos prius expectet, aut quos prius impetat hoſtes. Non imprudenter tamen prudentum ſecutus conſilia Bohemicos ſibi conciliat, fœdus ferit, fratri ſimul & dolos & vires amputat. Verum ille Parthico plusquam Parthus fugam eligit potius, & *Marii* exemplo in Mazouiæ carectis deliteſcit; quem *Boleslaus* omnibus eius municipiis interceptis vrgentiſſime inſectatur, donec humillime prouolutus, vix optimatum tandem impetrat interuentu, vt miles ſaltem fratris non Regni cohæres æſtimetur. Illud quoque ſatisdatione pollicetur, ne quas *Baleslao* ſuſpectas munitiones ac nouas erigat, aut dirutas reſarciat. Sed nec

1102. nec tunc inolitæ fomes perfidiæ in illo ſopiri potuit, nedum extingui. Non enim eſt facile a conſuetudine reuocari, cum ſit conſue- A tudo altera natura. Itaque ſub amoris prætextu tendit laqueos, fodit pedicas, torquet pendilia, caſſes iacit, hamos ineſcat, armenta toxicat & omne doloſitatis artificium experitur. Nouiſſime fellis acerbitatem, virus euomit peſtiferum. Nam *Bolesl͡ao* in maritimam profecturo, cooperator ille diligens qua conſueuit opera fratrem coadiuuat. Impietas enim ſacrilega ſacramento fidem, naturam priuat pietate, fratri ſuorum ſubtrahit adminiculum, hoſtium ſubſidio ſe ipſum impendit. Qui vti dolum tegeret, mutat arma, gregarium militem ſe ſimulat, fratris caſtra ingreditur, quibus noctu exploratis cum hoſtibue impetum facit. Erat interea *Boleslaus* extra B caſtra ſuorum, diligenter explorans excubias. A tergo igitur hoſtes occupat, quibus ſuſis magiſter doli caſu deiecta caſſide deprehenditur, capitur, coram magiſtratu Maieſtatis inſimulatur: *Ciuium caſtra cum hoſte impegiſti.* At ille: *Non inficior me cum hoſtibus vno ante hoſtes ingreſſum, quia impetum facturos præcurrere contendi.* Cumque rei & facti atrocitatem tota ſtupet concio, quidam Principi dignitati ſatrapa proximus exorditur.

,, *Eloquar, an ſileam? dolor ſiluiſſe dolorem:*
,, *Vulnus enim geminat vulnere ſpina latens.*

,,Sed etſi omnis lingua ſileat, ſua tamen ho-
,,minis de homine non ſilent ſtudia. Hic ſi-
,,quidem non incallidus homo, quo dolum te-
,,gat, habitum diſſimulat, Regni ambitione
,,ſe raptim ad hoſtes recipit, hoſtibus in exci-
,,dium Patriæ ſubordinatis caſtra Ciuium
,,noctu irrumpit, vt regni extincto lumine &
,,tyrannidem occupet, & tyrannidem exerceat.
,,Porro ſub habitu ficto cum hoſtibus *Sbigneus*
,,caſtra ciuilia conuenit. Mihi vt cum aduer-
,,ſario, quo animo id fecerit, induxerit ne illos,
,,feceritne cum illis impetum, id in controuer-
,,ſia verti videtur. Et primo huius naturam
,,hominis ante oculos ponendam; ſecundo,
,,quæ illi diſciplinæ fuerint ſtudia, contem-
,,plari libet; tertii, quæ in ciues vel erga ho-
,,ſtes affectio demonſtrandum. His enim di-
,,geſtis, nec parua quidem dubitatio remorari
,,poteſt condonationem. Huius itaque na-
,,turam nullum habere cum virtute conſorti-
,,um liquide conſtabit, ſi origo examinantius
,,attenditur. Non enim facile planta con-
,,ualeſcit, cuius radicem vermis in ipſo plan-
,,tationis exordio cauteriat: Imo qui ſalici ſur-
,,culus inſeritur, ſalicti inſequetur ſaporem;
,,& ex Pegaſo conceptus Burdunculus ma-
,,tris aſinariam exprimit ruditatem, non Pe-
,,gaſi proſapiam. Nam quid adulterinæ
,,palmes propaginis propinare poteſt, niſi

acerbiſſimum labruſcæ propaginis ſtupo-“ 1102.
rem? Peſtilens enim eſt ſucca radicis peſti-“
A feræ. Fama eſt leænam quandoque commi-“
ſceri cum pardo, vnde Vnciam naſci dicunt;“
qua deprehenſa Leo inuidia motus, cum Lu-“
pa commiſcetur, hinc naſcitur Leoxipus, qui“
vulgo lupus rabidus dicitur. Quam ergo“
aut facere aut concipere ſementem virtutis“
poteſt ſcorti ſeminarium, ſed garrula ocello-“
rum laſciuia, nonnihil ſuſpicionis affert, &“
ipſa Slaſantis linguæ teneritudo, neſcio quæ“
tenero ſupplantat verba palato; ſic melliſi-“
cant fel dulce, Sirenes pyxide vipereum virus,“
in ore fauum. Eſt enim eadem iſtius natu-“
ra, quæ baſiliſci, quæ cicutæ, quæ olophagi,“
quæ ceraſtia: nam & Baſiliſcus ſerenitate vi-“
ſus enecat & extinguit; Cicuta quo dulcior,“
B eo nocendi efficacior; olophagus nunquam“
crudelior, quam cum ſimplicitate blanditur“
columbina. Ceraſtes vero quadam in cor-“
nibus maieſtate Regem ſeſe gerit reptilium.“
Horum non natura, ſed deliramenta naturæ,“
ſed virus atrociſſimum huic perditiſſimo tam“
pertinaciter inhæſere, vt ea nec relinquere“
velit, nec poſſit. Quarum teſtimonia rerum“
ex ante actis hac luce clarius eniteſcunt, quæ“
quaſi vobis non incognita prætereo; quia in“
re per ſe perſpicua tempus terere nihil agen-“
tis eſt. Accedit adhæc egregiorum mo-“
rum educatrix diſciplina, ad cuius perfectio-“
nem nunc Theutones, nunc Praganorum“
C perfectiſſimos continuis ſudoribus vix tan-“
dem hic eſt aſſecutus. Quem latet Ambi-“
tio, faſtus, curſusque furoris Theutonici?“
gerit hunc talis intus hic atque foris. Aut“
quis ignorat, quæ Praganæ ſit Ethicæ præ-“
ceptio? ſis blandus, fili, pariter & inſidioſus,“
quia nihil facilius, quam ſub medici ſpecie“
animam ægrotantis excludere. Gratiam“
finge in odio, non odium in gratia; quia “

,, *tuta frequensque via eſt per amici fallere“ nomen,*

Vtilitate cole amicitiam, non fide; quia quod“
eſt ſine ſucco radix, quod ſine fructu fo-“
lium, hoc ſine vtilitate amicitia. Plu-“
ra ſemper promittere promittas, quam“
præſtare velis, quia multa promiſſio pau-“
D cos obligat, multos exhilarat. Hinc eſt,“
quod in iſto “

Non fructus florem ſequitur, non germen“ ariſtam.

Ponderis in trutina pondere cuncta carent.“
Si ergo vicinus diues cupiditates irritat, ſi“
delicatus ſocius paulatim eneruat & emol-“
lit: ſi a conuictu mores formantur, cui mi-“
rum videatur, hunc talem talia preſumſiſ-“
ſe? At vero acrius illum ergo exer-“
cita in Patriam atrocitas, cui tamen etſi“
aut occaſio aut facultas quandoque de-“
fuerit, nocendi certe animus nunquam“
defuit. Cuius rei argumenta ſunt non“

1102. „tam vincula, quam carceris ergaſtulum, cruentiſſima temeritas, factio ſacrilega in paternam toties reuerentiam conſpirata. Nec enim ipſi neſcitis, quoniam non modo ciuilis, ſed & fraterni ſitentiſſimus ſanguinis ſemper extiterit. Nam quid totiens etiam hoſtium in nos exceptæ vires, quid affinitates, quid ſodalitia, quid tam verſuta totiens verſata cum hoſtibus loquuntur ingenia, ne ſingulare cuiuſquam, ſed publicum Reip. diſcrimen. Cui cum imperare ingenioſus non poſſit, perdere contendit. Quid denique huius facti, de quo nunc agitur, circumſtantiis expreſſius?"

Scis, quem pileolo pileat iſte dolum.

„Hoſtes antecedit, arma ingerit, ſed inuitata. Scis, cur antecedit; vt ſi vincat, animaſſe ſe hoſtes, glorietur, ſi vincatur, nuncii iactitet cautelam. Rurſus cur arma ingerit? vt vincat. cur mutata? vt ſi vincatur delitescat; vt quorumlibet fati vergat alea, vtrolibet cadente non deſit alterum aut vincendi fiducia, aut mentiendi induſtria. Eſt ne ergo, quo ille vel tenui tam nudum facinus operiet vllius ratiunculæ panniculus? Virtutem allegabis? at in iſto nec ſimia fingi poteſt Virtutis. Dotes naturæ? at illa huic non modo non amica, ſed infeſta. Quid ergo? Fraterna, inquis, religio, Ciuium amplexus, patriæ ſalus, publicæ denique honeſtatis iuſtitia, quem adeo deſperatum modicum labi, ne dum in tam horrendum flagitii piaculum incurrere patiantur? At hominum hic omnium ſemper fuit hoſtis atrociſſimus. Ad naturalem itaque perniciem ſi oculus rationis flectitur, ſi olaciſſimam huius morum corruptelam, cuius foetore omnis aër inficitur, veſtræ diſcretionis nares non poſtponant cognoſcere, ſi atrocior malignandi pertinacia, quæ iſti nunquam defuit, in lance appendatur examinis, ſi omne circumſtantiarum pondus illum obruit, nec omnino excogitari pro illo poſſit vel emendicatum patrocinii ſuffragium, non eſt qui neget locum maleficii fuiſſe, imo quia multiplex funiculus difficile rumpitur, quia multiplici monſtrum hoc & vincitur catena, & vincitur, non video quod ingenium, quis Protheus vel calculum damnationis transfiguret, vel nodum ſupplicii diſſoluat. Nam ſi ab humanitate derelictus homo lætam, quod abſit, referat ſententiam, nulla res nuſquam aut huic mederi poterit incommodo, aut erratum corrigere: nec enim poſt incendii fauillam ſuccurritur incendio, nec poſt naufragium naufragio conſulitur, præſertim cum voluntario ac deliberato facinori nulla ſit vſpiam expectatio veniæ. Imprudentiæ vero ſeu neceſſitudini etiam iuſtam deprecationem eſſe paratam. Lex enim iubet, remiſſionem veniæ crimina niſi ſemel commiſſa non habere." Vix hic verba finierat, cum omnis pene Concio cuſpides in *Sbigneum* attollit, exclamant: Non modo illum configi, ſed morſibus debere amariſſimis diſcerpi. Quorum vix tandem ſedato tumultu, iuris non imperitus quidam inquit *eſt, vt mulcta ſententiam anticipet. Nos vero in quenquam ſententiam ferre non poſſumus, niſi aut conuictum aut ſponte confeſſum. Vnde Imperator* Conſtantius, Iudex, *ait*, criminoſum iudicans, non ante ſententiam proferat, quam aut res ipſe confiteatur, aut per innocentes teſtes conuincatur. *Audiſtis in ipſa litis conteſtatione reum excepiſſe.* Fateor, *inquit*, me cum hoſtibus, imo ante hoſtes caſtra ingreſſum, nec impetum feci, ſed impetum facturos prænunciare contendi. *Exceptionis autem, ſi rationis robore nitatur, audientiæ copiam negari iure non oportet. Ratio ergo exigit, vt qui excipit conſtructiuas exceptionis rationes non fileat.* Sbigneus: „Rem, Patres conſcripti, ſpectandam eſſe non hominem; quia facti cauſas ponderare conuenit, non hominis ventilari naturam. Principali etenim edicto in concionem profectus hoſtes caſu illabor, potentiſſimis hoſtium inſidiis conſiſto, declinandi facultas veſtigii nulla, retrorſum vires experiri vetat virium diſparitas. Nam quod poſſe putas acinum torcularis prælo ſubimpreſſum? Quid ergo? Noctis & induſtriæ mox inſtructus oraculo arma mitto, collegam illorum ſimulo, in vos impetum facturos præſentio, & ſenſim erepens ab hoſtibus, vt rem ciuibus detegam, hoſtes e veſtigio ſubſequentes antevolo, arma imminere clamito. Sed in ipſis caſtrorum initiis, hinc ab hoſtibus, illinc a ciuibus quaſi hoſtis occupor? Ciuem autem ad ciues licet confugere; ciuile oportere non celare diſcrimen, quis inficiari audeat? Sed malignandi non interceſſiſſe animum primo demonſtrari conuenit: deinde non aliud quam facinus iure fieri debuiſſe. Supremo; in quibus pars aduerſa ſuæ robur allegationis ædificat & extruit, nihil ſubeſſe roboris euidentiſſime declarabo. Non eſt ratio, quæ nos in vos, nos & in noſtræ Reipub. perniciem inducere potuerit. Vipereum non humanum eſt, maternum aluum concutere. Nam nec ea, de qua magis videtur, quam aduerſarius allegat ambitus cauſa, ſtare poteſt. Nam ſi eſt, imo quia eſt ambitio vehemens honorum appetitus, quod quis ambit, neceſſario appetit: Si appetit, deſiderio amplectitur. Quo ergo pacto quis prudens eius rei ſuſpiret interitum, quam ſummi voto deſiderii fore mallet perpetuam? Cuncta etenim quæ vel modica fauoris hominem ſuauitate alliciunt, pertenieri ſoventur amplexu. Eum vero ea permaxime delectant, quorum dulcedine natura nos concepit, peperit, aluit, fouit, edu-

ce-

1102. „cauit. Si enim anido hirundo murilegum,
„ſi ſucum ab alueo fauigera vermiculus, ſi a
„formicinio deniqoe arcet ſormica, incen- A
„dium; quo animo filius aut materno gre-
„mio flammas iniiciet, aut in ſacerrima
„patrum præcordia cruentos hoſtium gladios
„exacuet? Non eſt certe humanum, id ferita-
„tis hominum cuilibet atrociſsimo imputare.
„Eſt enim homo animal manſuetum natura.
„Si ergo pollicitus ſum me oſtenſurum, non
„interueniſſe rationem, qua inducti Reipub.
„machinaremur exitium, & ſi ambitionem
„quam præcipuam in nos cauſam conferunt,
„ſed & ipſam rerum & humanitatis naturam,
„animum malignandi pati non potuiſſe docui,
„non eſt dubium, quando confiteantur male-
„ficio locum non fuiſſe. Nec vero aliud quam
„geſsimus aut fieri decuit, aut eligi nportuit. B
„Item quid decentius, quam quod pietate ac-
„cedentius, quam quod omnium neceſſario
„ſalus poſtulabat? Aut certe diſsimulari de-
„buit præſcitus hoſtium incurſus, aut detegi.
„Si diſsimulari, habitum non iniuria transfi-
„gurandum duxi, ne ab hoſtibus index depre-
„henderet: ſi detegi; quam officioſiſsi-
„me hoſtes antecurri, ne inſuſpicatus ho-
„ſtis irremediabilem vulneris iacturam infli-
„geret: præuiſa enim iacula minus feriunt.
„Neque enim negligenter ferre potui, non
„tam vicini, quam domeſtici parietis incen-
„dium negligere. Namqoe cum poſsis per-
„turbare aduerſarios, non aliud eſt quam fa-
„uere; cum quibus quia viribus nequeo, ar- C
„te confligo. Quippe dolus an virtus, quis in
„hoſtes requiret? Nihil enim rationi familia-
„rius, nihil iuri magis conſentaneum, quam
„vim vi repellere, ac inſidias inſidiis eludere;
„quia tam leges diuinæ, quam humanæ bonum
„dolum admittunt. Sed illud nos in ſuſpe-
„ctionem trahere videtur, quod pene vna cum
„hoſte caſtra ingredimur; ſed neminem iudi-
„cari conuenit ſuſpicionis arbitrio. Nam
„hoc partim imprudentiæ conuenit imputari.
„Imprudentes enim ab hoſtibus intercepti cur-
„ſu citatiore peruertere nequimus. Lege ve-
„ro cautum eſt: Negotium gerentes alienum,
„non interueniente ſpeciali pacto, caſum for-
„tuitum præſtare non compelluntur. Nam D
„quod adſtruere conantur noſtram naturam
„non habere cum virtute conſortium, propoſi-
„to non attinet: nec enim de natura nobis con-
„trouerſia fuit, ſed de facti qualitate. Socii
„enim *Licofrontis* modo Sophiſtico ad ea non
„incallide illabuntur, circa quæ idonei vide-
„antur argumentorum. Sed aſpicis ipſos ip-
„ſorum gladiis incumbere. Nam ſi ad inſer-
„tionem inſpicitur, natura cuncta generoſita-
„tem ſurculi ſequuntur, non ſilueſtrem trunci
„aut radicis propaginem. Cumque non ha-
„beant, quid in medium proferant, conſpicuas
„naturæ dotes has cauſantur: illas brutorum
„bruteſcere iubent, & quorum in ſe forſitan

virus gerunt, in alios transfundunt. Arri-“ 1102.
det proh dolor! effrons imprudentia,“
A impudentis linguæ procacitas, limpidiſsi-“
mam honeſtatis fontem illambere, quem laret“
imperio, fama, virtutis odore, flore, Lem-“
maniades moribus anteferre?“

Quos animi probitas probat, auget, nonne Pragitas?
Cui primus meritis par gloria, nonne Pragitis?
Virtutumque ſitis cui ſoli? ſola Pragitis.

Elicingo magiſtra diſciplina,

Tam fructus florem ſequitur, tam germen ariſtam:
Ponderis in trutina ſingula pondus habent.

Cæterum quid paternæ nobis ſeueritatis vin-“
cula obiectant, & carceres? Candeuris flos“
opinionis nec læditur, nec marceſcit. Nam“
B ſi iudex ſeuerior circa ſententiam infamiam“
ex his non irrogat, paterna quomodo corre-“
ptio infamem conſtituet; Audi legem: Infa-“
mia detrimentum minime tibi affertur, ob“
id ſolum, quod in carcerem coniectus es, vel“
vincula tibi iuſſu legitimi iudicis iniecta ſunt.“
Rurſus cum non cauſa cognita dictum eſt“
Sycophantis, ſed ad poſtulatum Patroni in-“
terlocutione iudicis rurſum ſit, nequaquam“
hoc infamiam irrogat. Amplius nullam exi“
ſtimationis infamiam auunculus tuus perti“
meſcat, ictibus fuſtium ſubiectus ob crimen“
habita quæſtione, ſi ſententia non præceſſit“
ignominiæ maculam irrogans. Iam vero cæ“
tera ſilentio dignius quam reſponſione confu-“
C tantur. Miramur tamen tantum aduerſariis“
indulgeri, vt non vindicatricæ ſtatim ſeueritati“
ſubiaceant, qui plus iurgiis deberi putant,“
quam iuri; plus ſeris conuitiorum argutiis,“
quam vere arguere contendunt. Nam ſi“
quis, inquit lex, adeo procax fuit, vt non ra-“
tione, ſed probris putet eſſe certandum, opi-“
nionis ſuæ imminutionem patietur. Nec“
enim, ait, conniuentia commodanda ſunt, vt“
quiſquam negotio derelicto in aduerſarii ſui“
contumeliam aut palam pergat, aut ſubdole.“
Quod ſi fecerit, duas auri libras publicis ra-“
tionibus præſtabit. Luce ergo clarius per“
locum a maiori liquet, & cauſam & maleficii“
locum defuiſſe, nec ipſam rerum aut homi-“
D num naturam conſentire maleficio potuiſſe.“
Illud ergo demonſtrandum eſt, quod non“
aliud aut pietas poſtulare, aut ratio potuit“
exigere; quod factum diſſimulatum officio-“
ſe detectum, non negligenter accuratum.“
Sed imprudentiæ caſum non obeſſe debere“
allegatum eſt; imo ſuo aduerſarius enſe con-“
foſſus expirauit. Nec paterna nos infa-“
mat correptio, vt omnes omnino partis ad-“
uerſæ paleæ in auras exſufflatæ ac triplex“
ille funiculus non hebete rationum con-“
ciſus nouacula. Sit ergo pro nobis Pie-“
tas, ratio & iura confligunt, ſi aduerſa-“
rios ob contumeliæ probra & infamiæ lex“
arguit & ad mulcta pœnam exigit. Non“

1102. „Non video quoque ingenium, quis Pro„reus vel noſtræ calculum abſolutionis transfi„guret, vel nodum ſupplicii amputet illis aut A „diſſoluat. Commiſereri tamen conuenit, „quia nihil aliud tam peculiare eſt imperiali „maieſtari, quam humanitas, per quam ſola „Dei ſeruatur imitatio. Igitur

Sit piger ad pœnam princeps, ad præmia velox,
Quo plus iuſtitia, plus pietatis habet.

„Quid ergo, mi *Ioannes*, abſoloendum cenſe„am, an non? Nam vt ego coniicio:

Quidlibet incerti certum ſit in ore diſerti.

COMMENTARIVS.

Epiſtolæ huius partes ſunt ſeptem. In prima parte deſcribir, quomodo Rex *Boleslaus*, B poſt triumphum cum octuaginta ſuis Polonis contra millia Pomeranorum obrentum a quibusdam Polonis ad ipſum concurrentibus corripitur, pro eo, quod inconſulte feciſſet, quia de tanta multitudine inimicorum cum ita paucis ſuis ſe iniecisſet; a quibusdam vero a ſigno naturali commendatur. *Scarbimirus* etiam comes, qui dexrum oculum in eodem prælio amiſerat, exemplo *Philippi* Patris *Alexandri* conſolatur. Ex qua quidem primorum procerum correptione aliorum etiam, ut puto, commendatione *Boleslaus* ad inſequendum Pomeranos iam proſtratos ſortior efficitur; & cum ad vleiſcendum de his apparatur, Bohemi fraude *Sbignei* vocati præ foribus nun- C ciantur. Propter quod ipſe *Boleslaus* quaſi perplectitur, an videlicet Pomerani eſſent inſequendi, vel Bohemi a finibus regni propellendi. Inſequi enim Pomeranos eſſet tutius, propellere vero Bohemos hoaeſtius. *Boleslaus* neutrum negligens *Scarbimirum* comitem inſequi Pomeranos deſtinat, & ſolus de Bohemorum multis millibus triumphat: & ſic iniuriantes Patriæ propulſar, & ipſam Patriam in pace ſaluat.

In ſecunda parte petitionem Regis *Boleslai Sbigneo* pro ſubſidio ſibi ferendo, merito recitat. Qua *Sbigneus* audita & ſiniſtre interpretata nuncios *Boleslai* vinculat, & in excidium ipſius Pomeranos, Bohemos, Morauos D & Lemmianos Teutonicos ſuſcitat. *Boleslaus* ſane fretus conſilio, Bohemis ac aliis gentibus contra ſe ſuſcitatis pacificatis & ad pacem redactis contra *Sbigneum* invehitur: qui fugam pro conflictu more Ruthenico elegit, & exemplo *Marii* conſulis Romani in carectis Mazouiæ ſe abſcondit. Quem Boleslaus captis eius municipiis, ciuitatibus & caſtris inſequitur & comprehendit: qui comprehenſus ad pedes *Boleslai* prouolutus vix per preces oprimatum promouetur, quod miles de cætero *Boleslai*, & non cohæres efficitur, cum caotione fide iuſſoria pollicetur, quod inimicorum ciuitates, vel caſtra non debent noua erigere, aut confracta reædificare, ſine conſenſu ſpeciali Regis *Boleslai*. 1102.

In tertia parte relapſum *Sbignei* deſcribit, qui ex conſueta ſua perfidia, *Boleslao* aduerſus partes maritimas præliante, amicos ſibi deuinxit, hoſtibus ſe iunxit, & aduerſus fratrem ſuum *Boleslaum* prius explorationes nocturnales, deinde impetum cum inimicis fecit. Quem *Boleslaus* captiuauit, & magiſtratui accuſauit.

In quarta parte deſcribitur cuiusdam ſatrapæ contra *Sbigneum* captum & ſe excuſantem inuectiua.

In quinta parte ponitur cuiusdam iuriſperiti interlocutio ac ipſius *Sbignei* a morte ſubita defenſio. Niſi enim hic Iuriſperitus fuiſſet interlocutus, mox *Sbigneus* fuiſſet nedum interemtus, ſed etiam diris morſibus fruſtatim diſcerptus.

In ſexta parte ponitur *Sbignei* defenſiua Reſponſio, ac contra replicationes Satrapæ ſigillata duplicatio.

In ſeptima parte quærit, an *Sbigneus* iſta ſua poſita reſponſione diſerta ſatis excuſatiua debent mitti & abſolui, vel non: dicit tamen, quod ſibi videtur, ex iſta reſponſione *Sbignei* factum licer in ſe ſir incertum, quia tamen diſcrete deducitur, certum videri.

EPISTOLA XXX.

IOANNIS Archiepiſc. Gneſnenſ.

In qua reſpondet ad dubium quæſtionis mota in fine præcedentis Epiſtola.

NEſcis qood mors & vita eſt in manibus linguæ. Nec enim ignoras aut geminum *Hermetis* colubrum aut ſomniferum *Mercurii* caduceum. Nam qui ambigua cauſarum facta dirimunt, lapſa erigunt, fatigata reparant: non minus prouident humano generi, quam ſi præliis ac vulneribus patriam parentesque ſaluarent. Vnde Imperator: *reſtituenda*, inquir, *ſunt clariſſimis eloquentia luminibus ſexaginta auri libræ. Nam omnibus reddetur, quod pro voto omnium priuatis indulgetur.* Quis autem ego, aut quando in bicipiti ſaltem ſomniaui Parnaſſo vllam iuris ſcintillam, vt iudicialem a me calculum exigere debeas, cum ipſis iudicibus magis, quam partibus terribile ſit iudicium. Si litigatores quidem ſub hominibus, ipſi autem Deo inſpectore adhibito cauſas proferunt trutinandas, ſcituri, quod non magis alios iudicant, quam ipſi iudicantur: facile tamen ex vtrinque allegatis definitiua eligitur ſententia; ſi ex vtroque latere nihil ex contingentibus fuerit omiſſum. Conſtat quidem, neminem condemnari poſſe, ſuſpicionis arbitrio, niſi valida ſit, nec elidi poſſit. Conſtat caſum improuiſum præſtari non debere. Nam tutoribus ſiue

ſiue curatoribus caſus ſortuitos, aduerſus qnos caueri non potuit, imputari non oportet; nec eſſe infamem ob carcerem & vincula, ſeu ob patris moleſtiam. Ea vero quæ pater teſtamento filios increpans ſcripſit, infames quidem filios iure non faciunt, ſed apud bonos & graues opinionem eius, qui patri diſplicuit, onerant. Lex tamen de re militari hanc litem decidit: *Miles*, inquit, *ſine licentia Magiſtratus, etiam ſi ſe bene geſſerit, puniendus eſt, præſertim cum iſte dolum & culpam præſtare non poſſit, quia à procuratore dolum & omnem culpam præſtari debere iuris declarat autoritas.* Minime ergo quis miretur, ſi torrens *Sbignei* ſuccumbit facundia, cui iudicii triſtitia cum pœnæ intimatione occurrit; quia medicus non ſemper ſanabit, nec orator ſemper perſuadebit; ſed ſi nihil ex contingentibus omiſit, ſufficiens dicetur habere propoſitum. Hæc autem dixerim ſine melioris præiudicio ſententiæ.

COMMENTARIVS.

Circa literam notandum. *Iupiter* plures habuit filios, priuignos *Iunonis*; *Iuno* autem nullum dilexit, niſi *Mercurium*, quem & propriis vberibus lactauit. Hic *Mercurius* fuit filius *Maiæ* concubinæ *Iouis*, tandem medicinæ expertiſſimus. Hic habuit virgam nomine caduceum, cum qua animas ab inferis educebat, & contra reducebat; & cum eadem ſomnum fugabat, & iterum dabat; cum eadem virga diſcordiam, eadem faciebat etiam pacem & ſomnum; inde Caduceator Legatus pacis inter aliquos.

Secundo notandum ſecundum *Perſium*, Parnaſſus eſt mons, in quo fons Caballinus. qui mons etiam dicitur Helicon, habens duo capita ſeu Promontoria, in quibus habitabant duo Dii, ſcilicet, *Apollo* & *Bacchus*, qui Poëtis præſidebant. Iuxta ergo illum ſontem Caballinum in monte Parnaſſo ſeu Heliconis Muſæ habitabant, quæ ſcientias Poëtis miniſtrabant, ſi de illo ſonte biberint.

EPISTOLA XXXI.

MATHÆI Epiſcopi Craconienſis.

De Sententia Procerum promulgata aduerſus Sbigneum.

SAne hoc ipſum cenſuræ Magiſtratui placuiſſe ipſa rei euidentia, & iudicati executio demonſtrat. Nam ciuium ille hoſtis atrociſſimus, ciuis Reipub. inutilis, Cræſana plectitur ſententia, perpetuo proſcribitur exilio. Non enim hæres eſſe debuit filius Ancillæ cum filio liberæ, quia ſic filii quoque Galaad, quos ex legitima ſuſceperat, dixerunt ad Iephte: Hæres in domo patris noſtri non eris, quia ex adultera natus es, & eiecerant eum licet meritorum excellentia polleret.

COMMENTARIVS.

A Circa literam notandum, de hoc, quod dicit textus Cræſana plectitur ſententia. Venerabilis Boëtius 2. de conſol. par. 2. meminit dicens: Neſciebas *Cræſum* Regem Lydorum, *Cyro* Regi paulo ante formidabilem mox deinde miſerandi rogi flammis traditum miſſo cœlitus imbre defenſum, vbi talis tangitur hiſtoria. Cum *Cræſus* Rex Lydorum eſſet pugnaturus contra regem Perſarum *Cyrum*, ipſe conſulit Apollinem, de ſucceſſu pugnæ, qui reſpondit, cum hoc verſiculo Regi *Cræſo*:

Cræſus perdet Alim, tranſgreſſus plurima regna.

Alim autem eſt quidam fluuius. Quem verſiculum *Cræſus* ſic intellexit, quod *Cræſus* B tranſgreſſus Alim fluuium perdet, deſtruet plurima regna ipſius *Cyri*. Apollo ſic intellexit: *Cræſus* tranſgreſſus Alim amittet plurima regna ſua: & hoc contigit. Nam ipſe tranſgreſſus Alim, victus eſt à *Cyro* & in ignem poſitus; ſed tanta inundatio pluuiæ facta fuit, quod ignis fuit extinctus, & euaſit. De quo dum multum gloriabatur dixit filia ſua nomine *Iana*: ô pater expecta vltimum diem, ante quam non eſt gaudendum. Quâdam autem vice vidit *Cræſus* in ſomnio, quod eſſet ſuper altam arborem Iupiter cum rigabat & Phœbus ſiccabat; quod ſomnium dum retuliſſet filiæ ſuæ, illa reſpondit: Capieris à *Cyro* re- C ge & ſuſpenſum ibi Iupiter id eſt pluuia te rigabit, & Phœbus, id eſt, Sol te ſiccabit; vt & contigit.

EPISTOLA XXXII.

IOANNIS Archiepiſc. Gneſnenſis.

Super materia præcedentis Epiſtolæ.

CVius illegitima Propagatio huic minime obeſſe potuit, ſi alias ad melioris vitæ frugem accommodatiore opera ſtuduiſſet, vt idem *Iephta* ob inſigniorum gratiæ ſtudia iudex eſſe meruit in Iſraël. *Iero* quoque ex ancilla natus quaſi dehoneſtamen- D tum generis à patre exponitur, ſed humanæ opis egentem apes congeſto circa iacentem melle multis diebus aluerunt. Huic aruſpices regnum portendi canebant, ideoque Pater paruulum cum ſpe regni inſtituit: Huic adoleſcenti primo tyrocinio aquila in clypeo noctua in haſtam conſedit; quorum altero regia celſitudo, reliquo generis humilitas figurata eſt. *Sbigneo* ergo, non tam Natalium ſuſpicio, quam flagitiorum obfuere piacula. Nec enim foueri debet in plantario carduus, nedum aſpis in gremio.

1102. *COMMENTARIVS.* 1102.

In ea Epiſtola duo facit. Primo deſtruit rationem Domini *Matthæi*, quem aſſignat, & exemplo probat ſuper hæreditatione, videlicet quod *Sbigneus* merito fuit exhæreditatus, quia fuit ſpurius, vt quod illa cauſa non eſt ſufficiens. Secundo idem confirmando adducit exemplum de *Ierone*, de quo etiam ſcribit *Polycratus* Lib. I. c. 13. *Iero ſummus poſtea Siciliæ fuit Magiſtratus, quod virtute promeruerit à patre nobiliſſimo viro expoſitus, eo quod de ancilla ſuſceptus, dehoneſtamentum generis videbatur, & quaſi probroſa clari ſanguinis macula. Sed paruulum & indigentem opis humanæ, apes circacum melle congeſto plurimis aluere diebus, & ſic conſilio aruſpicum ei regnum portendi canentium, à patre agnitus, recollectus, & diligenter inſtitutus eſt.*

Cum igitur quis vixerit virtuoſe quanquam genitus fuerit ſpurioſe, non contrahit infamiam. Verbi gratia, & *Alexander* Macedo ſpurius fuit, & tamen Rex eximius extitit. *Conſtantinus* ex concubina genitus fuit, & tamen prælectus fratribus ad imperium venit. Similiter *Perſes* Macedo, *Iugurtha*, magni Reges extiterunt, quanquam ſpecioſe nati non fuerunt.

VINCENTII KADŁVBEK DE GESTIS POLONORVM

LIBER III.

PROOEMIALIS EPISTOLA I.

MATHÆI Epiſcopi Cracouienſis.

De imperfectione naturæ humanæ.

QVia igitur nemo niſi ſapiens ſibi diſplicere poteſt, cum & ſimiæ ſua non informis videatur deformitas, vereor ne pius iſto nobiſmet placere ſtudeamus, timeo ne nimis ad inuicem aſſentemur, ne dum inepte nobis arrideremus, ineptior in nos diſplicendi ſubſannet occaſio: etenim adulatione fatuitas, condictione ſancitur prudentia. Amica tamen & diſcreta ſit increpatio, quæ nunc errata pie corrigat, nunc increpando ignoſcat, non præceps oblatret & impudica mordacitas, quæ nodum quærat in ſcirpo, & fiſſuram in integro. Quanto potius tam ſuæ, quam noſtræ humanitatis meminerim, nihilque in humana eſſe circumſpectione perfectum. Vnde quotiens *Zeuxis* præſtantiſſimam voluit hominis exprimere naturam, tot ſemicirculis incluſit, quot laborare defectibus intellexit. Qui ſemicirculorum cauſam interrogatus, reſpondit: Quia in homine ipſa imperfectione nihil eſt perfectius. *Calliſthenes* quoque quærente diſcipulo, quanto tempore perfectionem diſciplinæ aſſequi poſſit, dat illi in dextram myrteum virgultum & ſiniſtram laminam vitream, quæ ſemper ipſe in quendam typum geſtare conſueuerat, & ait: *Cum hæc lamina ſcopulis alliſa concrepitari non poterit, cum hoc myrteum ſua proceritate aplauſtum attigerit, tunc demum perfectionem ſpera. Interim perfectus eris, ſi te hic perfectum eſſe non poſſe cognoueris.*

COMMENTARIVS.

In hoc tertio libro deſcribuntur laudes *Boleslai* regis & ſuorum filiorum, videlicet *Wiadulai* & *Boleslai* ſucceſſorum, & diuiditur in tot partes, quot in eo ponuntur epiſtolæ. Quarum primæ duæ ſunt Prooemiales. Prima *Matthæi* Epiſcopi Cracouienſis, ſecunda vero *Ioannis* Archiepiſcopi Gneſnenſis.

Circa literam primæ Epiſtolæ aduertendum ſecundum *Tullium*, de fine Bonorum & malorum lib. 5. *omne animal diligit ſe ipſum.* Vnde dicit *Seneca* de beneficiis lib. 2. *Dabo egenti, non vt ipſe egeam. Succurram perituro, non vt ipſe peream.* Vnde & homines magis diligunt opera propria, quam aliena, ſecundum Philoſophum 4. Ethic. Et exinde venit, quod homo opera propria magis bona extollit, ſuper opera aliena; multo magis bona propria, propter quod homo ſui ipſius malus eſt iudex, quia oculus non videt ſeipſum. Ideo & ſimia videtur ſibi pulchra, & quilibet homo ſibi ipſi non diſplicet, niſi homo ſapiens defectus ſuos perpendens ſibi diſplicet & Deo placet.

Secundo notandum. Correctio fraterna debet eſſe diſcreta, affabilis & pia. Inde *Seneca* in libro de Irâ. *Corrigendus eſt*, inquit, *qui peccat, & admonitione & vi, & molliter & aſpere, melioremque tam ſibi, quam aliis faciendus, non ſine caſtigatione, ſed ſine ira.*

Tertio aduertendum eſt. Quamuis omnia animalia certos habeant defectus, homo autem non certos, ſed infinitos defectus patitur, quod Deus ſibi conſtituit, vt ſe humiliet, ad quam humilitatem peruenit, cum ſe imperfectum & defectibus plenum cognouerit, vt dicit *Anshelmus* in libro de ſimilitudinibus; Et tunc perfectus erit.

PRO-

PROOEMIALIS
EPISTOLA II.
IOANNIS Archiepiſcopi Gneſnenſis.

Præcedentis Epiſtolæ expreſſa corroborans.

ASſentior; nam in meis exiguis licet viribus aliorum vires experior, qui ſub his, quos proferre cogor, clientelis & ſudore totus effluo, & anhelus totus ſuccumbo; noſtri tamen dimidiatrix oneris tua ſocietas ſudorem ſiccat, robur ſuggerit, ac transmeandi auget fiduciam.

COMMENTARIVS.

In hac Epiſtola mutuam & beneuolam, ſeu placentem ipſis dictationem præbent de ſe, aliis derogando occaſionem. Ex eo, quia pro ſuis ſcriptis licet exiguis & ab aliis receptis geſtis Domino *Matthæo* accommodis Dominus *Matthæus* adſcribit Domino *Ioanni* laboris dimidium, animando ipſum ad continuandum & amplius proſequendum.

EPISTOLA III.
MATHÆI Epiſcopi Cracouienſis.

In qua deſcribit virtutes & geſta Regis Boleslai, poſt exulationem fratris ſui Sbignei.

IGitur peſte ſeditionis excuſſa, hoſte patriæ profligato, ſereniſſimum *Boleslai* ſidus rutilantiores virtutum radios expandit. Peramplissimis enim Pomeranorum municipiis his adactis, illis vltro ſeſe dedentibus Albentes reſiſtere contendunt; quos vrbi famoſiſſimæ, quæ eſt Pomeraniæ centrum, incluſos obſidione cingit, & obſeſſis duo ſcuta oſtentans, vnum album, rubrum alterum: *Vtrumlibet*, inquit, *eligitis?* At illi: *Album, quia hoc in ſe pacis blanditur candorem, illud terribilem cruoris minatur aſperginem.* Ciuibus ille: *Sane, ſi ergo Albam vultis eſſe albam, deditione candidetur. Sin autem nouum illi nomen inſcribet cruor, non alba ſed cruenta nuncupabitur.* Pertinaciore illi respondent contumacia: *Imo & alba & cruenta vocetur; vt albam prædicet noſtræ ſucceſſus victoriæ, cruentam vero tuorum præconetur occidio.* Adhæc *Boleslaus*: *Papæ! Proceres audent iſti Plagioxipi etiam probris contendere: rideo, quod talpa lyncem, quod limax tygridem, quod aquilam in conflictum prouocet Scarabeus. Sed armis viri, non verbis, opere opus eſt, non querela.* Proinde ante omnes euolat vallum aggeris, impetu tranſilit præcipiti. Inauditam audi viri audaciam. Non hoſtium multitudo, non tantus armorum fragor, non vis telorum terret illum, non ſaxorum moles obterit. Primus valuarum poſticum perfringit, primus vrbem ingreditur, tot millium cohortes has cædit, illas ceſſim diffugere cogit; omnes denique velut quodam terrore maieſtatis perculſi, armis abiectis proni procidunt, non ſibi ſed paruulis

A ignoſci poſtulant, illorum non ſuam necem deprecantur. Aiunt ſeſe crucibus magis quam venia digniſſimos. Cumque nec ætati eſſe indulgendum, nec ſexui præcipuorum iuberet, ſententia indulgentiſſima; tamen principis clementiſſima omnibus parcit, omnibus ignoſcit. Iuſtiorem enim eſſe cenſuit piam humanitatis indulgentiam, quam diſtrictam iuſtitiæ vitionem. Quæ res non modicum illi etiam apud hoſtes fauorem peperit. Sua etenim ſponte tam Cholbregenſium quam aliæ maritimorum prouinciæ, & cuncti prouinciarum præſides, non ceruicoſi vt quondam, ſed obnixis occurrunt ceruicibus & illius ſeſe obſequelæ humillime proſternunt.

B

COMMENTARIVS.

Primo deſcribit triumphos aduerſus Pomeranos obtentos; Secundo ſubiungit *Boleslai* clementiam, poſt victoriam Pomeranis exhibitam, qua viſa ſinguli humiliter ſe ſubdiderunt ſuæ ditioni.

Circa ſecundum eſt aduertendum, nullam rem magis Regi aut principi quam clementiam eſſe neceſſariam. Et de hoc exemplum ponit *Seneca* lib. I. de clementia: *Rex apum ſine aculeo eſt. Voluit enim eum natura nec ſæuum eſſe, nec vltionem petere, telumque detraxit, & iram eius inermem reliquit.* Et merito. Thronus

C enim regis roboratur clementia, Prov. 2. Miſericordia & veritas cuſtodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius. Vnde & *ex Regis clementia plura bona poſſunt prodire quam ex eius iuſtitia*, vt inquit *Philippus de Pergamo* Parte 2. cap. 8. Quod aduertens Rex *Boleslaus* ſuperatis maluit eis clementer parcere, quam in eos rigorem iuſtitiæ exercere. Quam clementiam alii maritimi dum cognouerunt, ſe ipſos *Boleslao* humillime ſubdiderunt. Similiter refert *Philippus de Pergamo* Part. 7. præc. 5. quomodo quidam Rex cum quandam ciuitatem obſederat & eam expugnare non poſſet, cogitauit, ſe ſaltem ipſam poſſe habere clementia & pietate. Fecit ergo machinas eleuari & intus

D pomum aureum ſatis ponderoſum poni & in ciuitatem proiici. In cuius ſuprema ſuperficie erat ſcriptum: *Detur amico Regis.* Sed nemo id auſus fuit eleuare timens, ne haberetur ſuſpectus de traditione. Fecit igitur Rex proiici & ſecundum pomum & tertium & quartum, quouſque ciues clementiam & beneficentiam agnoſcunt, ianuas ciuitatis aperiunt, & ipſum in Regem ſuum ſuſceperunt.

Secundo notandum ſecundum *Ægidium* libro de regimine Principum parte 3. cap. 13. dupliciter pugna in bello committitur, ſcilicet cæſim & punctim. Cæſim fit cum brachiorum extenſione, vt percutiendo cum gla-

1102 gladio. Pnnctim autem fit cum brachiorum extruſione, vt cum haſta vel telo. Modus autem pugnandi punctim melior eſt, quam modus pugnandi cæſim propter quinque rationes. Scilicet exhibitione armorum, ex reſiſtentia oſſium, ex prouidentia vulnerum, ex ſatigatione membrorum, & ex rerractione percutientium.

Tertio notandum. Melior eſt pietas & clementia, quam vltio iuſtitiæ. Vnde *Franciſcus* Lib. 1. cap. 39. *Multos*, inquit, *clementia honeſtauit, vltio nullum. Et nihil tam neceſſarium inter mortales, nihil tam gratum, quam venia. Nemo eſt enim qui non peccat, nemo cui non miſericordia opus ſit: qua negata quis tam multos criminum & culparum exterminabit modos?*

EPISTOLA IV.

IOANNIS Archiepiſcopi Gneſnenſis.

In qua Regis Boleslai veram iuſtitiam virtualiter commendat.

NEmo tamen miſericors, niſi iuſtus: nemo iuſtus niſi miſericors. Nam iuſtitia ſine miſericordia crudelitas; & miſericordia ſine iuſtitia fatuitas eſt.

Mitibus eſt mitis capris leo, tygribus aſper.

Sed permira huius Leonis animoſitas, qui Leones ipſos non modo in Capras, ſed in meticuloſos vertit lepuſculos, non ſecus ac *Alexander*, qui Ambrorum & Sicambrorum octuaginta millia peditum, & ſexaginta millia equitum confecit, qui vrbis murum primus conſcendit, & vacuam æſtimans, ſolus inſilit, hoſtibus ambitur, ſolus contra tot millia præliatur, dictu incredibile, vt ſolus tot legionum cuneos occiderit & fugauerit. Hic vbi ſe obrui multitudine videt, trunco prope murum ſtatim ſe applicat: cuius præſidio tectus, tam diu turmas irruentes ſuſtinuit, donec periculo cognito amici ad eum deſiliunt. Tandem muris deiectis omnis exercitus ſubuenit; tunc ſagitta ſub mamma traiectus, cum ſanguinis fluxu deficeret, genu flexo, tam diu præliatus eſt, donec vulneris autorem occidit: & quanto vincendis aſperior, tanto victis fuit clementior.

COMMENTARIVS.

Circa literam eſt aduertendum ſecundum *Senecam*, lib. 2. de clementia. Miſericordia eſt ægritudo animi, ob alienarum miſeriarum ſpeciem, ſeu triſtitia de alienis malis. Veritas enim ſecundum rigorem procedit, ſed miſericordia hunc rigorem ſeorſim mittit, remunerans ſupra meritum, vel puniens contra condignum. Hæc Regibus & principibus maxime eſt neceſſaria, iuxta illud *Caſſiodori* lib. 2. Epiſt. 9. Benigni quippe principis eſt, ad clementiæ commodum tranſilire terminos æquitatum; quoniam ſola eſt miſericordia, cui omnes virtutes honorabiliter cedere non recuſant. Vnde ipſa tempe- 1102
A rat iuſtitiam, quoniam, ſecundum *Senecam*, inde formula vitæ. Cum inimicum tuum habueris in tua poteſtate, vindictam puta vindicare poſſe. Scito enim magnum genus eſſe vindictæ, ignoſcere: per hoc enim amicos multos ſibi conciliant Reges & Principes, & inimicos ad conciliationem aduocant. Vnde refert *Seneca* lib. 1. de clementia, de quodam, qui ſingulis diebus laborauit, qualiter vindictam de ſuo hoſte habere poſſit, cum ipſum vincere non valuit, à ſua vxore conſilium petiit. Quæ reſpondit: *Fac more medicorum, qui dum vident, quod vna medela non proficit, contrarium tribuunt: ſic tu cum potentia tentaſti & hucuſque nihil perfeciſti, tenta ergo cum*
B *clementia, forte perficies:* quod & fecit, & amicum ſibi fideliſſimum obtinuit. Si vero de reconciliatione ſpes non habetur, tunc malitia hominum per miſericordiam non releuetur, ne ex prætextu clementiæ delictorum impuritas augeatur. Quia ſecundum *Ambroſium* facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi.

EPISTOLA V.

MATHÆI Epiſcopi Cracouienſis.

De amplioribus Boleslai victoriis & triumphis, nec non actibus bellicis, quos occaſione amicitiæ Regis Vngariæ Colomanni vulgariter nuncupati exercuit.

C IMperator interea quintus *Henricus* Vngariam ingreditur, cuius copiis Rex Vngariæ *Colomannus* ſe longe videns diſparem, *Boleslai* poſcit fulciri ſubſidio, hacce delegata epiſtola:

Inuictiſſimo Polonorum ac Maritimorum Monarchæ Boleslao, Colomannus *Vngarorum Rex.*

Quicquid amiciſſimorum intimo ratio ſuadet, honeſtas poſtulat, vt communi conuenienter ſuccurratur incendio.

Nam tua res agitur, paries dum proximus ardet.

Nec ob aliud Lemmanorum locuſta vſque ad nos irrepſere, quoniam vt noſtris, quod abſit,
D *depaſtis vineis, veſtris facilius inſiliant oliuetis. Quia ergo res experta experimentis non indiget, non in nobis amicitiam, ſed amicitiæ vires in hoſtibus nos conuenit experiri. Etenim nocte ſcintillat, nocte radiat, vero amicitia carbunculus.* Tum *Boleslaus: In mentem*, inquit, *veniunt illi familiares Pythagoræ, qui moriendi pro inuicem pio contendere certamine. Quorum dum neuter ſibi parcit pro altero, parcitur vtriſque.* Pragitarum ergo vrbes aggreditur, proſternit, populatur, a quorum & adminiculis & ſtudio prælia intellexit in Vngaros conflata. Sic ab amico in ſe hoſtem diſtorquet, vias occupat, redeuntes præſtolatur intrepide, confligit, victorioſe triumphat. Porro liuor inuidiæ, tantum

Bo-

1102. *Boleslai* gloriam, tanti ſplendorem triumphi, non ferens, diſcoloribus famam decolorat plumis, falſis inebriat rumorculis; quæ per maritimam diſſulcans, Polonos mentitur cecidiſſe & hoſtium vinculis *Boleslaum* coniectum. A Huius figmenti & autor & Magiſter fuit *Gnieuomir*, cui plurimum facundiæ, nihil inerat fidei. Cuius vitæ *Boleslaus* in Albenſium obſidione pepercit, quem de ſacro fonte ſuſcepit, honoribus extulit, ſuffulſit opibus, Maritimæ præſidem conſtituit. Iſte inquam, huius commenti dolo, Pomeranis defectionem perſuaſit, & Præſules *Boleslai* ab omnibus præſidiis & municipiis excuſſit.

COMMENTARIVS.

Huius Epiſtolæ tres partes. In prima refert ſupplicationem *Colomanni* regis Vngariæ B porrectam *Boleslao* Regi Poloniæ pro ſubſidio ſibi debendo, in qua petit, ſe a potentia imperatoris *Henrici* Quarti protegi ac defenſari; cui ipſe ſolus propter inæqualitatem reſiſtere non valuit.

In ſecunda, *Boleslai* certamina ac victorias ſubiungit, quas *Boleslaus* primo aduerſus Bohemos, qui cauſa ſeditionis inter Vngaros & imperatorem fuerunt, deinde contra Lemmanos vna cum Imperatore *Henrico* Quarto obtinuit.

Tertio deſcribit *Gnieuomiri* præſidis Pomeraniæ perfidiam ac ipſius maximam magnitudinem; qui ductus liuore inuidiæ *Boleslaum* vna cum ſuis Polonis diffamauit. Polonos enim cecidiſſe & *Boleslaum* vinculis coniectum C ab hoſtibus per totam Pomeraniam paſſim promulgauit, ac Capitaneos *Boleslai* maritimos a caſtris & ciuitatibus deſtituit & expulit, omnibus ab obedientia *Boleslai* reuocatis & hoc pro beneficiis *Boleslao* retribuit; qui ſibi in occidione Albenſium indulſit, de ſacro fonte baptiſmatis illum leuauit, & maritimæ Prouinciæ Capitaneum generalem conſtituit.

Circa primam notandum ſecundum Philoſophum: Amicitia eſt mutua beneuolentia. Et habet tres affectus ſeu operationes, ſcilicet Concordiam, beneuolentiam & beneficentiam. Amici enim inter ſe ſunt concordes, beneuoli & benefici. Concordia conſiſtit in D morum aſſimilatione, Beneuolentia in voluntatũ vnione, Beneficentia in bonorum condonatione. Vnde ſecundum *Philippi de Pergamo* in ſpeculo regiminis part. IV. cap 17. *Amicitia eſt morum aſſimilatiua; voluntatum vnitiua, & bonorum communicatiua.* Primo inquam, amicitia eſt morum aſſimilatiua, iuxta illud *Seneca* ad Lucilium, Epiſtola 9. *Quomodo*, inquit; *amicus cito fit ſecurus; Paria*, inquit, *faciamus*. Et ſubdit: *Ego tibi monſtrabo amatorium hoc medicamentum ſine herba. Si vis amari, ama.* Verus enim amor aſſimilat amantem amato. Vnde *Hugo de S. Victore*: *Scito*, inquit, *anima mea, quod quicquid*

Vinc. Kadlubkonis Hiſt. Pol. Lib. III.

diligis, in eius ſimilitudinem transformaris. Ideo quidam interrogatus: quid eſſet verus 1102 amicus; reſpondit: *Alter ego.* Et idem dicit *Seneca* in libro de moribus. Vnde *Tullius* in Rhetoricis *Amicitia*, inquit, *eſt Voluntas paritatem ſemper prætendens.* Secundo amicitia eſt voluntatum vnitiua. Amicorum enim eſt idem velle, idem nolle. Vnde *Tullius* libro de Amicitia: *Cum*, inquit, *amicus amico cor ſuum præbet, ea vis eſt amicitiæ, vt vnus quaſi fiat animus ex pluribus.* In amicitia igitur debet eſſe communicatio cordium. Tertio eſt amicitia bonorum communicatiua: Veri enim amici cuncta ad inuicem communicant. Ideo cum *Socrati* diceretur de quodam paupere, qui cuidam diuiti amicus erat: *Cur ille diues, iſte pauper?* Reſpondit: *Amicus non eſt, quia fortunæ particeps non eſt.* Vnde *Valer. Max.* lib. 4. cap. 7. *Sinceræ*, inquit, *fidei amici præcipue in aduerſis rebus cognoſcuntur; in quibus quicquid præſtatur totum, a conſtanti beneuolentia proficiſcitur.*

Circa ſecundum eſt aduertendum: *Fulgentius* oſtendens verum amicum, deſcribit ipſum admodum iuuenis, nudatum caput habentis; in fronte ſcriptum: *Hyems & æſtas* circa cor: *Longe & prope*; in veſtimentorum fimbris: *Mors & vita & fortuna.* Iuuenis denotat, quod verus amicus nunquam mutatur, ſed ſemper permanet; caput diſcoopertum, quod verus amicus palliare nequit; hyems & æſtas circa cor deſignat, quod verus amor in aduerſitate & proſperitate perſeuerat, & diuelli non poteſt.

EPISTOLA VI.

IOANNIS Archiepiſcopi Gneſnenſis.

In qua inuehit contra perfidiam & ingratitudinem Gnieuomiri, pro beneficiis, a Boleslao ſibi exhibitis.

VEre ſapientis verbum, poſitis iuxta ſe contrariis, & maiora & minora eſſe perſpicua. Quantum enim diſtat ortus ab occidente, quantum lux a tenebris, tantum iſte a familiaribus *Pythagoræ*. Nam vt infidelitatis notam in huiusmodi homine nemo notauerit, cum talium fides ſit ipſa perfidia; ſaltem ingratitudinis debuit periculum horruiſſe, quia ingratitudine nihil ingratius, quæ etiam emancipatos remancipat; potuit paternæ traditionis meminiſſe, accepti beneficii non eſſe immemor.

COMMENTARIVS.

Perfidia ipſius *Gnieuomir* in eo claret, quia terram Pomeraniæ, quam ſibi fidenter ad regendum commendat *Boleslaus*, ab obedientia ſua per ſua mendacia conficta reuocauit.

1104 Ingratitudo vero eius in eo oſtenditur, quia beneficia a *Boleslao* recepta nedum negauit vel diſſimulauit, ſed non reddidit, imo ſibi multa mala intulit, quia ipſum diffamauit, & gentem maritimam a ſua obedientia reuocauit. Pro quo eſt aduertendum ſecundum *Philippum de Pergamo*, part. V. præc. V. Inter cætera quæ ſunt Deo & hominibus gratioſa, ſeu quæ hominem reddunt Deo & hominibus gratioſum & acceptum, eſt Gratitudo; ad quam Gratitudinem inducit hominem quæuis creatura. Nam conſtat, quod mundus propter hominem eſt factus, & ſibi ſeruit in omnibus ſuis partibus. Homini enim ſeruiunt omnia quatuor elementa, miniſtrantia ſibi abunde vitæ neceſſaria. Seruiunt ſibi omnes motus cœli, motus Solis, ortus & occaſus. Sed proh dolor! homo de his beneficiis eſt ingratus, imo cæteris animalibus eſt ingratior, & Deo & hominibus merito inde odioſior. Animalia enim bruta recognoſcunt beneficia, vt refert *Philippus de Pergamo*, parte V. præc. 5. Quondam beſtia crudeliſſima, ut quædam narrat hiſtoria, olim in quadam ſpelunca iuxta S. *Macharium* habitat, quæ dum cæcos filios peperiſſet, eos ad S. Virum adducens, rogabat ſigno quo poterat, vt lumen filiis daret. Quod ſanctus vir aduertens filios cruce ſignauit & eos ad lumen adduxit. At illa cum filiis ad ſpeluncam rediit, beneficiorum ingrata non fuit, ſed ad memoriam ea reuocans, omnes pelles ouium, quas ei dudum adſportauerat, ad ſanctum virum attulit, & eas omnes ad pedes dimiſit, damna amplius non fecit. De ſecundo legitur in hiſtoria de ſeptem philoſophis, quomodo quidam miles habebat quendam leporarium. Eo tempore fiebat quidam ludus Romani, ad quem omnes Romani currebant. Fuit autem ad eundem miles prædictus & vxor ſua aſcendit ſuper tectum, videre talem ludum, dimiſſo leporario in domo & puero. Exiuit autem de crepatura muri, vbi puer erat, ſerpens terribilis cupiens deuorare puerum. Canis hoc videns, ſerpenti ſe oppoſuit, & prælium cum eo, & volutationes multas in camera fecit; ita quod cuna ſe euertit, & cadens puer ſub ea coopertus, illæſus permanſit. Poſt multa vero certamina, canis ſerpentem occidit, quamuis vereficatus ac ſatis vulneratus. Rediens Dominus, & videns canem ſanguinolentum, credidit, quod ipſe puerum ſuum comediſſet, & ſic eum occidit, poſt modum ad cunam iuit, & ipſa eleuata, filium ſuum ſanum inuenit, reſpiciensque in camera, vidit ſerpentem mortuum & cogitauit, quod canis interfecerat ſerpentem, qui volebat deuorare puerum. Dominus item de interfectione canis multum doluit, quia amicum magnum perdidit. Ex his patet, quod iſte *Gnienomir* ingratior ac deterior canibus ac beſtiis fuit. 1102

EPISTOLA VII.

MATHÆI Epiſcopi Cracouienſis.

In qua oſtendit, quid Gnienomirus pro ſua ingratitudine ac perfidia a Boleslao reportauit.

MEminit quidem ſed ſero; ſed coactus. Peramplisſimis enim rurſus inſtauratis copiis *Boleslaus* non circa inutiles prædociniorum occupatus ſarcinulas ſed in acceſſibiles maritimorum vrbes, has occupat, illas euertit; plurimum tamen diſpendii circa *Wielun* oppidum impendit, in quo ille *Gnienomir*, quia de venia deſperauerat, plus cæteris reſiſtit. Cumque illi ſpes indulgentiæ, ſi dedere ſe velit, promittitur: *Maior eſt*, inquit, *iniquitas mea, quam vt veniam mereri poſſim; & ſatius eſt mortis iugum, quam ſeruitutis; glorioſiusque vitam exponi vulneribus, quam dedi ſuppliciis.* Quanto ergo pertinacius obſiſtit, tanto crudeliores in ſe animos ac vires prouocat, tanto crebrioribus illiditur aſſultibus. Qui tandem improbe deditioni ſubactus fuſte capitalem excipit ſententiam. Alii omnes in ore gladii abſorbentur.

COMMENTARIVS.

Gnienomirus in oppido Wielon maritimæ Prouinciæ obſeſſus, expugnatus, & tandem captus viliter baculo, pro ſuis demeritis perfidiæ, detractionis & ingratitudinis eſt decollatus, omnesque complices ſui perierunt in ore gladii.

Pro quo eſt notandum: *Gnienomiri* ſuperbia, per quam lapſus fuit in ingratitudinem, facile colligitur ex litera hiſtoriæ. Dabatur enim ſibi gratia & venia, ſi ſe humiliare ac ſubiicere voluiſſet; ipſe vero gratiam renuens in deſperationem recidit. Maluit mori quam viuere, ideo ſuperbuit: Dicit enim *Gregorius* 23. Moralium: Cæteris deſpectis ſingularem apparere & ſuperbire. Merito ergo vili morte interiit.

EPISTOLA IIX.

IOANNIS Archiepiſcopi Gneſnenſis.

In qua commendat fortitudinem & Animoſitatem regis Boleslai, & ad fidem Catholicam Pomeranos reducit.

LAudo Animoſitatem, truculentiam non laudo, niſi forte zelo iuſtitiæ factum ſit, non odii animo, vel typo ſuperbiæ. Non eſt ex officio hominem interficere, nec eſt reus homicidii miles, qui poteſtati obediens hominem occidit. Laudatur *Phinees*, qui cum Madianita confodit Hebræum, & *Matathias* idololatram & *Moyſes* cum Leuitis per medium caſtrorum tranſiens manum conſecrabat in ſanguine propinquiorum. Imo quan-

1102. quandoque peccatum videtur, non occidere, vt quia *Saul* victis Philiſtæis, *Agag* regi pepercerat, ait Dominus ad *Samuelem*: pœnitet me feciſſe *Saul* regem; Sed ſortè in *Saule* non tam indulgentia Domino diſplicuit, quam præceptionis diuinæ transgreſſio. Vnde a *Samuele* illi dictum eſt: Peccaſti; neſcis quia genus ariolandi eſt, nolle obedire. Verum non hoc nobis ad conſequentiam trabendum, quia priuilegia paucorum generalem legem non faciunt.

COMMENTARIVS.

Circa literam eſt aduertendum: Primo, quod fortitudo eſt virtus laudabilis. Vnde *Iacobus* in Zophilario lib. 1. parte 3. cap. 14. *Fortitudo* inquit, *eſt virtus, qua cætera virtutes ſolidantur, roborantur & moderantur, ſine qua virtutes cætera nulla ſunt.* Vnde dicit ibidem; *Omnes virtutes ſine virtute ſunt, ſi fortitudo comes non fuerit.* Secundo habetur ex litera, quod crudelitas eſt vituperabilis, niſi fuerit amore iuſtitiæ. Tertio aduertendum ſecundum *Polycratum* lib. 1. cap. 12. Arioli ſunt, qui circa aras nefarias preces, aut execrata ſacrificia faciunt. In quorum ceruicibus eſt manus Domini, dicente Propheta. Ariolos & vagos non patiamini viuere.

EPISTOLA IX.

MATHÆI Epiſcopi Cracouienſis.

De virtutibus & laudibus Venerabilium Pontificum, Alexandri & Simonis, totius Mazouienſis Prouinciæ.

Hi enimirum domus Domini zelus aureo inſcribendus calamo, *Simeonem* & *Alexandrum* Plocenſium Antiſtites armauerat, qui vtroſque hoſtes peruigili ſolertia ſtudioſiſſime ab aree Dominica, arcere ſatagebant. Sicut enim nec minimum loci vel temporis punctum ab inuiſibilium tutum eſt inſidiis; ſic Mazouienſibus viſibilium nunquam defuit hoſtium incurſus. Nunc Pruſſis, nunc Pomeranis, nunc vtriſque hinc aperte, illinc ſubdole irrepentibus, quod non modicum illis, non modo animoſitatis, ſed & induſtriæ ſuggerit promtitudinem; vſus enim reddit magiſtratum, & ferrum non tam hebes, quam etiam ſcabroſum ſine aſſiduitate exercendi efficitur. Ideoque Mazouiam & conſiliis eſſe ſtrenuiſſimam, & vernantiſſima militiæ florere Maieſtate. Inter quos *Alexandrum*, ſumma dignum admiratione duco, qui tam diuerſis ac ſummis rebus ſufficere potuerit. Nam noſtri ecce gigantes geniti ſub aquis, & qui habitant eum eis. Res mira, idem agnus & Leo, idem Lupus & dux gregis, idem præſul & miles, ſimul armatus & deuotus, vt inter iuges armorum excubias, nihil quod ſuum eſt deuotionis neglexerit, Ambroſianæ non immemor ſententiæ; *Arma Epiſcopi lacrymæ ſunt & orationes.* Magnus in præliis *Alexander*, in diuinis maior obſequiis. Nam vt extructas ob eo Baſilicas cuiuslibet inuidia ſilentio ſepeliat, ſub modio tamen lucerna abſcondi non poteſt, nedum ciuitas ſuper montem ſita. Indeuotus enim quo pacto æſtimabitur, qui tam conſpicuum Beatæ Mariæ Virginis templum a primis initiat fundamentis & conſummat, cum pater Salomonis ne templum ædificet, a Domino prohibetur? Res ergo ipſa declarat, quam dilecta illi fuerunt tabernacula Domini virtutum: ipſa operis elegantia, formæ feſtiuitas, dulciſſimo illum cordis palato indeſinenter oſtendit maſticaſſe: Domine, dilexi decorem domus tuæ. Quam non tantum intrinſecis ac ſpiritualibus locupletauit ſtudiis; ſed etiam armis communiuit materialibus, neceſſariis vndique ſeptam præſidiis, vt lectulum Salomonis & ſexaginta ex fortiſſimis filiorum Iſraël intrinſecus, & trecenti ex electiſſimis loricatorum, extrinſecus cuſtodirent, vt vere dici poſſit: Pulchra es & decora filia Hieruſalem, terribilis, vt caſtrorum acies ordinata. Contigit autem *Boleslao*, & vniuerſæ pene militiæ procul agentibus cruentiſſimæ prædationis impetu Mazouiam Pomeranos irrumpere, qui tota pene populata Prouincia, luctuoſas ſurripiunt ſarcinas, lamentabiles abigunt manubias. Concurrunt Mazouienſium perpauculi, conſequuntur, ſtat hoſtis arena maris numeroſior. Nam congreſſum paucitas non præſumit, multitudo contemnit. Iſtis videtur temerarium, illis inglorium; cumque iſti fugam, receſſum illi meditantur. Adeſt Antiſtes *Simon* inſcitis & infulis Pontificalium inſignis, non tam luctu, quam precum & ſuffragiorum deuotione, miſerabile ſpectaculum conſequutus. Qui eminus exclamat: *Imo in vno tantum, filioli, ſpes eſt vincendi, non in multis eſt victoria, nec mortis metuendum eſt diſcrimen, maxime cum pro ſalute agitur proximorum: quia mors corporis hominem non extinguit, ſed ad præmium virtutis admittit.* Quo dicto ſuos pugnæ, ſeſe orationi committit, nec ceſſat donec omnes illa prædonum numeroſitas ſuccubuit, paucis admodum fuga elapſis. Sic omni ſuorum excuſſa præda, ſic hoſtibus proſtratis, lætum cum ſuis reuehit tropæum. Imo poſtridie, vel amplius infelicis, imo felicis belli reliquiæ cæcorum inſtar palpitant, quos a fœminis aſſerunt & comprehenſos & in vincula coniectos. 1102.

COMMENTARIVS.

Hæc Epiſtola diuiditur in tres partes. In prima *Alexandrum* & *Simonem* Epiſcopos

1101. poſ Plocenſes ex amore memoratu digno Eccleſiæ commendat, qui Eccleſiam Dei tam ab hoſtibus viſibilibus, quam inuiſibilibus protegere velut veri paſtores ſatagebant.

In ſecunda parte deſcendit ad Dominum *Alexandrum* Plocenſem Epiſcopum ſpecialiter recommendandum, de ſuo erga Eccleſiam Dei amore, quam protegebat manuali fortitudine, ac ſua deuota oratione. Qui dum fortitudinem corporalem exercebat, orationes ſuas nihilominus non negligebat, ſed deuotiſſime complebat, cum quibus pro omnibus ſuis apud omnipotentem intercedebat: Quam quidem deuotionem in effectum deduxit, dum Eccleſiam ſolennem S. Mariæ Annunciationis, in Caſtro Plocenſi extruxit & cuſtodibus tutelauit, pluresque alias Eccleſias in honorem omnipotentis Dei erexit & dotauit.

In tertia parte deſcendit iterum ad Dominum *Simonem* alterum Epiſcopum Plocenſem commendando de ſua fiduciali deuotione, ac erga eandem Eccleſiam Dei ſincero amore.

Circa primum eſt aduertendum ſecundum venerabilem *Ægidium* de regimine Principum lib. 3. part. 3. cap. 2. *Ad opus bellandi duo ſunt neceſſaria, ſtrenuitas & prudentia: quæ conſiſtunt in hoc, quod homines bellantes debent eſſe ex regione media, nec nimis Soli propinqua, nec nimis a Sole remota; tales enim homines, tam prudentia, quam animoſitate participant.*

Circa ſecundum notandum: Dominus *Alexander* Eccleſiæ S. Mariæ in Caſtro Plocenſ. fundator, aliarumque plurium Eccleſiarum erector & ditator, *Dauid* Regem in hoc exceſſit, quia Regi *Dauid* denegata eſt a Domino ædificatio templi, 2. Paral. 28. *Alexandro* autem Plocenſ Epiſcopo, nedum vnius templi ædificatio, ſed etiam aliorum plurium templorum, extructio eſt conceſſa, vt dicit litera.

EPISTOLA X.

IOANNIS Archiepiſcopi Gneſnenſis.

In qua Alexandrum & Simonem Epiſcopos Plocenſes in virtutibus comparat.

MAgnus quidem *Alexander*, ſed maior vt video *Simon Alexandro*, qui Patriarchæ & legiſlatoris in ſe virtutem expreſſit. Nec enim neſcis *Moyſe* orante cantamus Amalechitas confectos. Qui cum laſſas manus dimitteret, conualeſcebat Amalech, & cum erectas manus ſuſtineret, vincebat Iſraël. Nec ignoras, quod *Abraham Loth* cum animalibus & omnium poſſeſſione hoſtibus interemtis eripuit. Quibus ex factis intelligis non minimum prodeſſe, aut merita prælatorum aut proximorum ſuffragia, quorum exemplationibus inſtruimur quid Deo quis noſtrum debeat, quid ſibi, quid proximo.

COMMENTARIVS.

1102. Circa literam notandum: Quod merita Prælatorum ſunt valde proficua ſubditis ipſorum. Ratio: quia talia merita Prælatorum tuentur ſubditos à nociuis, vt puta ſuggeſtionibus Dæmonum, vel verſutiis hæreticorum, ac oppreſſionibus inimicorum.

Secundo notandum: Quod proximorum ſuffragia, proximis ſunt valde vtilia. Ratio eſt, quia ſæpe ſuffragiis proximorum impetratur venia peccatorum, & deletio pœnarum.

EPISTOLA XI.

MATHÆI Epiſcopi Cracouienſis.

De Virtutibus & meritis memoratu dignis, Venerabilis Patris Martini Archiepiſcopi Gneſnenſis.

VAlde peccamus, ſi aliorum bene geſta non laudamus. Sed nihil mercedis agimus, ſi ea in quantum poſſumus non imitamur. Nam cui non inuidus videar, ſi auream huius hominis regiæ columnam, ſi Patrem Reuerendiſſimũ ex tuis anteceſſoribus quendam mutis labiis ſuppreſſero. Erat enim eiuſdem Sanctæ Gneſnenſis Eccleſiæ, cui tu præſides, Archipontifex *Martinus*, cuius nutu, cuius arbitrio, totus huius Reipubl. cardo vertebatur. Huic per crebro Pomerani iuges tendere inſidias, nunc toxicatis poculis, nunc iugulo, ſeu quauis nece clandeſtinata: quia illis ritum inhibet idololatriæ, tum quia decimas & primitias ab eis exigit, tum vt eo ſublato Regni ſimul & conſilii caput amputent. Cumque diu doloſam nequitiam effudiſſent, machinamina euentuum cuncta vir prudens induſtria declinabat. Diuinis tandem intentum obſequiis in Spicimirenſi oraculo comprehendere geſtiunt. Clamor attollitur, hoſtium impetus nunciatur in ipſis proaſciis. Quid ergo? Fugiendum? At ſtridens mucro coruſcat in ianuis. Bellandum? At nulla facultas, nullum adminiculum viribus tremulis, viris imbecillibus. Supplicandum? Sed quando cruentos luporum ictus agni balatus placauit? Verum vt erat ſurſum contemplatione porrectus, ſic & corpore in altum attollitur. Cuiuſdam enim ſcalæ beneficio conſcendens inter laquearia deliteſcit.

Sic ſeni vires, pedibus timor addidit alas.

Illi cateruati irrumpunt, ſacris non parcunt, ſancta diripiunt, quendam *Diocetem*, qui ſtupore totus diriguerat, proſtratum ſecus aram conſpicantur, Archipræſulem rati comprehendunt: non ſine tripudio aſportant, nec modo illum decimis ac primitiis abrenunciare iubent, ſed omnibus catholicæ fidei deierare muneribus. Immenſitatem inſuper metalli appendere ac pacis perpetuitatem arctatur polliceri. Cuius dum vita huiuſmodi laxatur commercio, nihil horum annuit. Erat enim vir Deo plenus, fidu-

1102. duciam habens in Domino, non tam propriis præſumens meritis, quam de Antiſtidis ſuffragiis, cuius virtntes diligentem diſciplinam latere non poterant. Præſul autem lacrymarum torrentem pronus immergitur, & ſanctuarium profanatum, & ſancta manu contrectari ſacrilega luctuoſe deplangit. Qui etiam deuotiſſimam complexus precum deuotionem, triduanam continuat inediam, necdum e ſanctuario Pater venerabilis greſſum dimouerat, cum*, qui ſoluit compeditos Dominus vltionem libere egit. Quadam enim repentina tam ipſi, quam coniuges & paruuli eorum correpti ſunt veſania; vt ſeſe inuicem nunc ferro, nunc ſaxis, aut ſtipite expeterent & ſuorum chariſſimos non modo vt incognitos, ſed vt hoſtes à ſuis domiciliis perſequialiter expulſarent. Qui dum alios contingere nequeunt, proprios artus aut vngulis diſſecant, aut dentibus demordicant. Qua peſte non ſine prodigioſo rugitu, non ſine horrenda iactatione plerique illotum expirant, tamque diu vexati ſunt, donec ſupplicii cauſa intellecta & Sancta Sanctorum cum omni ſuppellectili Pontifici remittuntur. Et quanquam à *Diœceſe* popoſcerant pecuniæ quantitatem, violatæ multam immunitatis pollicentur. Sed & Catholicæ characterem fidei reuerentius profitentur, & Eccleſiaſticis ſeſe muneribus obſtringunt.

COMMENTARIVS.

Circa literam primo eſt aduertendum; Quanquam viri boni & virtuoſi laudibus priuatis non egeant ſecundum *Valer.* lib. 4. Virtuoſos tamen parce & diſcrete congruit laudare, iuxta illud *Caſſiodori* lib. II. epiſt. 25. Conuenienter namque honorum præſtat augmentum, probitas accommodationem, nec decet differri, quæ frequenter efficacem contingunt approbari. Cui conſonat *Tullius* in Paradoxis Parad. 2. *Vt quisquis*, inquit, *boni particeps eſt, ita & laudabilis, neque enim vllum bonum eſt, de quo is, qui habet, honeſte non poſſit laudari*; & merito. Teſte enim *Ouidio* lib. de Ponto.

Excitat auditor ſtudium, laudataque virtus
Creſcit, & immenſum gloria calcar habet.

Secundo aduertendum eſt: Pomerani Domino *Martino* Archiepiſcopo Gneſnenſi propterea inſidiabantur, & in mortem ſuam machinabantur; Primo, quia ipſos à traditionibus gentilitiis, vt puta idololatria, abducebat, & ad colendum Deum ritu chriſtianico erudiebat, & hoc ex officio boni Paſtoris faciebat. Secundo quia ab eis decimas exegit, quas ſibi Dominus in ſignum venerabilis Dominii reſeruauit, & ſuis Seruitoribus deputauit. Vnde ex hoc elicitur, quod decimæ ſunt dandæ fideliter atque grate. Et hoc autoritate veteris & noui teſtamenti approbatur. Dandæ ergo ſunt decimæ, primo ex eo, quia per fidelem dationem earum, datur abundantia fructuum, Malach. 3. 1102.
Secundo, quia per dationem Decimarum conſequemur redemtionem peccatorum. Tertio retributionem æternorum præmiorum. Quarto dando quis decimas conſequitur abundantiam fructuum.

EPISTOLA XII.

IOANNIS Archiepiſcopi Gneſnenſis.

In qua Dominum Martinum ſuum Prædeceſſorem de Prudentia in periculis vitæ habita commendat.

ARcam pene fœderis & raptam ab Allophalis & ſuperna quoque reſtitutam vltione retuliſti; longe tamen hic alius Ponrifex ab illo *Heli*, qui cadens e ſella fractis cruribus extinctus eſt. Nec vituperandum puto, quod quaſi meticuloſus, quaſi mercenarius, non quaſi paſtor videns lupos ſeſe ſubtraxerit. Immundum enim eſt animal, quod tametſi ruminat, ſciſſam tamen vngulam non habet, quæ eſt diſcretio ſanctorum animalium. Nam pedes eorum, pedes recti, planta pedis, planta vituli; pugillatoriæ ſiquidem peritis non magis impetendi, quam cedendi vtilis eſt induſtria. Quod in ſe Dominus prædocuit; in quem dum Iudæi tollerent lapides, ipſe tranſiens per medium illorum ibat. Aut quis certe mortis metu non trepidet, cum ipſa vita vsque ad mortem paueat & tædeat; eo quod cautius vitæ prouidendum, quo vberior ex aliquo fructus decerpitur: ad quid ſterilis enim ficulnea terram occupat? Hoc eſt, quod Apoſtolus optat, Anathema fieri pro fratribus à Chriſto; omiſit enim melius, vt fratribus expedientius prouideret. Et licet platanis miricam videar inſerere; dicam tamen; nec enim floſculus varia inſculptus nigredine auri rutilantiæ diſconuenit. Erant enim in eādē naui Philoſophus & ſcurra. Oboritur tempeſtas, omnes cæca inuoluuntur caligine, ſtrident fluctus, rugiunt procellæ, nauis nunc abyſſo fit proaima in præceps dehiſcentibus vndis, nunc celſis vicinior nubibus, ſæuo raptante turbine. Quid hic putas cuilibet animi fuiſſe, ipſo etiam nauclero de ſalute deſperante? Ducit alta Philoſophus in altum ſuſpiria mortis, vt crebro conſueuerat, crebrius meditatur anguſtias, trepidat, ne poſt exitum vitam degat confragoſam: nec enim corporis mortem veritus eſt, quam eſſe vitæ ianuam cenſebat. Scurra inter hæc metum non modo diſſimulat, ſed quodam lætitiæ vel vecordiæ dicam & hiſtrionico membrorum geſtu & fractæ modulamine vocis depromit & cachinno concutitur, oloris exemplo miſera inuitans miſerioris vitæ ſolatia. Quid plura? omnis tandem ceſſat quaſſatio, redit aura clementior. Aggratulantibus aliis inuicem ſcurra virum contumeliis afficit laceſſitque: *O tu*, inquit, *larua Philoſophe, qui habitum*

an-

1102. *audes praſumere ſapientum; qui nec vmbram geris prudentia. Sapiens enim eſt, vt ſapientibus placeat; in quem nullus cadit affectus. Ego nec triſtor; nec metuo, ac in te cor exangue; fugit mæror; pauor occupat. A me ergo, a me; a prudente diſce prudentiam, in quem, vt vidiſti, mediis in periculis nulla cecidit mentis trepidatio.* Cui Philoſophus: *Dudum*, inquit, *tua tecum ſcurrilitas inuoluit naufragium, dudum immaniſſima ſtoliditatis catus te cum tuis abſorbuit. Nihil ergo perditus timere potuit pro perditis, nihil ſcurra vereri debuit pro vita ſcurræ. Pauendum fuit Philoſopho pro vita Philoſophi.* Fortius ergo Pontifici pro vita Pontificis.

COMMENTARIVS.

Circa primam partem Epiſtolæ aduertendum eſt, ſicut habetur 1. Reg. 4. Certantibus Iſraël cum Philiſtæis abſque arca, cæſa ſunt quaſi quatuor millia virorum ex Iſraël, & reliquus populus eſt reuerſus ad caſtra. Iterum accipiente Iſraël ſecum arcam, iniit cum Philiſtæis prælium, pugnauitque & cæſus eſt iterum Iſraël, itaque ceciderunt tria millia peditum, & Arca Domini capta eſt, duoque filii *Heli*, *Ophni* & *Pinehas*, ſunt mortui. Cumque vir ex *Beniamin* ibi veniſſet & *Heli* ſedenti ſuper ſellam nunciaſſet & inter cætera Arcam, quod eſſet capta, nunciaſſet, *Heli* cecidit e ſella retrorſum, & fractis cruribus mortuus eſt. Prudentius vero Dominus *Martinus* Archiepiſcopus Gneſnenſis egit, qui cum per mortem ſuam prodeſſe omnibus ſe non ſenſit, non ex mollitia, ſed ex diſcretione abſtraxit & in poſterum communi bono conſeruauit.

Circa ſecundum notandum: Paſtor non ſemper tenetur animam ſuam ponere perſecutione ſe offerente. Circa quod aduertendum eſt: Dupliciter ſe offert perſecutio; vno modo in populo, & ſic paſtor debet animam ſuam ponere pro eo, Ioann. 10. Alio modo perſecutio offert ſe in ſua perſona, ſic quod perſecutio populo non indicitur; ſed ipſe Paſtor ſolus quæritur, & ſic non debet vitam ſuam ponere, ſed aliquando cedere, vt Chriſtus fecit, Ioan 8. aliquando fugere, ſicut fugit Paulus, 2. Cor. 11.

EPISTOLA XIII.

MATHÆI Epiſcopi Cracouienſis.

Beneuolentiam mutuam Ioannis & Mathæi, & quæſtiones duas propoſitas in ſe continens.

GRatulor impendio, quia non eſt penes te muni redibitio minor, aut tardior commodato; ſed puſillum quæſo ſuperroga, & runcemen quidem meum retrogreſſum compedit, & impedit progreſſum, vel diſſolue, vel rumpe. Ecce enim a *Diocete* quæſtionibus exigebatur metallum, & alia cum iuriſiurandi religione. Id ſi coactus perſtitiſſet, tene- 1101.
A retur an non? Et hæc ſponſio ſupplicijs extorta, obligat, an non?

COMMENTARIVS.

Quæſtiones duas mouet. Prima eſt iſta: An Archidiaconus quæſtionibus tortus ſic promiſiſſet cum iuramento pecuniam tenere ad ipſius ſolutionem. Secunda quæſtio: Vtrum aliquis tormentis tortus promittens pecuniam teneatur ad ipſius ſolutionem.

Circa literam notandum: Eſt quoddam artificium ſeu inſtrumentum lignarii recitruum, qua cauantur tabulæ domus, vt vna alteri connectatur. Iſa. 43. Artifex lignarius
B extendit, non iam format id in permica, & deriuatur a runcare, quod ſignificat herbas euellere.

EPISTOLA XIV.

IOANNIS Archiepiſcopi Gneſnenſis.

In qua dupliciter ſoluit quæſtiones in præcedenti Epiſtola motas.

HO, ho, non ridere poſſum. Sub ſarcina gemis & vepres vltro ingrederis. Veruntamen in malis promiſſis reſcinde fidem, in turpi voto muta decretum. Iniqua eſt promiſſio, quæ ſcelere adimpletur: ad omnem ergo ſponſionem, quam vel ſcelus vel etiam ſcandalum concomitatur, omnino non teneor. Spon-
C ſio vero pecuniaria obligat, niſi iuſtus metus interceſſerit. Iuſtus autem metus non eſt, vbi mortis metus non eſt, vel cruciatus corporis, vel id quod pro bis . habetur, de quo habetur. Quod metus cauſa fit, ratum non habetur. Vnde Treuerenſis & eius Præpoſitus a prædonibus capti dare coguntur & iurare ne repetant. Cumque repetere trepidant, metu periurii abſoluit eos Apoſtolicus & mandat, vt prædones perſequantur, & Eccleſiæ bona repetant. Eſt autem vbi nec iulli metus prætextu reſcindi poteſt obligatio, puta Chriſtianæ fidem religionis, cum quiſpiam etiam coactus ſuſceperit, tenere tenetur. Quamuis nemo ſit cogendus ad id, quod inutiliter cogitur, quamuis coacta
D ſeruitia Deus aſpernetur, quamuis non ſit beneficium, quod ingeritur recuſanti, nec ſacrificium, quod exprimitur inuito, ſæpe tamen inuitis beneficia præſtantur.

COMMENTARIVS.

Notandum eſt ſecundum Beatum *Thomam* 2. ſecundæ qu. 89. iuramenti, quod quis coacte facit, duplex eſt obligatio; vna, qua obligatur homini, cui aliquid promittit, & talis obligatio tollitur per coactionem: quia ille qui vim intulit, hoc meretur, vt ei promiſſum non ſoluatur, vel non ſeruetur. Alia autem eſt obligatio, qua quis Deo obligatur, vt im-

1102. impleat, quod per nomen eius promiſit. Et talis obligatio in foro conſcientiæ non tollitur: quia magis debet quis damnum temporale A ſoſtinere, quam iuramentum violare; ſaltem ſi eſt de re licita. Tamen ſecundum *Raymundum* quis ſic iurauit, poteſt ab epiſcopo petere, vt cogat iſtum à iuramento abſoluere. Si vero hoc impetrare non poteſt, ſoluat & poſtea repetat, quia licet iurauerit ſoluere, non iurauit non repetere. Quodſi etiam iurauit non repetere, denunciet Eccleſiæ ſecundum formam Eccleſiaſticam, vt eum compellat ad reſtitutionem: Si videlicet iurauit, quod non denonciaret, tale iuramentum eſt illicitum, ideo non eſt obſeruandum.

EPISTOLA XV.

MATHÆI Epiſcopi Cracouienſis.

De Boleslai miraculoſo triumpho, ex Pomeranis penes Ciuitatem Nakiel obtento; & de conductu Angelico nutu Dei ordinato.

A.C. 1113. NOn iniuſte ergo *Boleslai* ſeueritas in ſacrilegos idololatras incanduit, non iniuſte vltionem adiecit vltioni. Vix enim illa Sacrilegii vltrix peſtis quieuerat, cum nec ſacræ fidei reuerentiam, nec pollicitis vllam tenuere fidem. Non timent impudici Apoſtatæ ſalutem fugere, nec abhorrent canes perſordidi ad vomitum reuerti. Omne itaque ſuorum robur vndique contrahit, omnes omnium & acuit vires & ponderat. Surgunt caſtra contra Maritimam, & diuinam agi C cauſam non humanam primipilarius antecurrens prædocuit. Eſt enim beati viri Kruſzwiciæ Baſilica, in cuius pinnaculo quidam inæſtimabilis habitu formæ viſus eſt adoleſcens, cuius inedicibilis, vt aiunt, ſplendor non modo vrbem, ſed vrbis quæque præaſcia illuſtrabant. Hic eo deſiliens, cum aureo pilo turmas eminus antecedit, ne paucis claram nominis virtutem cernentibus & rei tantæ myſterium tanta veneratione ſtupentibus, donec ad vrbem Nakiel pilum quod geſtabat, quaſi vibrans diſparuit. Hac ergo animatus fiducia *Boleslaus* obſidionibus vrbem includit, fundibulis circumuolat, tormentis concutit, arietibus pulſat, aſſultibus impedit, D nihil roboris non attentat, nihil ingenii non expertum relinquit. Vident ſuos vrbani, imo rareſcere ſentiunt ſeſe, virturibus deſtitui; qui dum virtute nequeunt, dolo tuti contendunt, treugas deliberandi orant & impetrant, ſuis interea intimant, & inſidias parant, incautos occupent, vincula præſto habeant, quibus quos velint vinciant. Cumque ſit poſt laborem quies gratiſſima, omnes pene quieti Boleslaidæ indulgent, quam & laborum ſuadent diſpendia & præſens Beati Laorentii iubet Veneratio. Improuiſa ergo de veprium denſetis proſiliunt agmina; cauerant enim ne ſtrepitu calcis aut hinnitu caballorum proderentur inſidiæ & omni ſpe 1113. fugæ amputata, non minus pro ſalute quam A pro victoria pugnarent. Quorum numeroſitas trans numerum locuſtarum omne planum operit; impetere tamen trepidant, præcautas enim intelligunt excubiis inſidias. Proinde conſertim præporrectis vndique cuſpidibus velut in quodam circulo prælium præſtolantes conſiſtunt. Tunc *Boleslaus* vultu ſereniſſimo, mente tranquilla: *Capreas*, Inquit, *Proteres video noſtris non inuiſas leunculis. Nam quis moleſtos æſtimet aquilis murilegos, tygribus cornipetos. Si quid tamen virium habent, nota vobis illorum ignauia, noſtri virtute primipilarii, & hodierni gloria martyris omne illud colliqueſcet, cum cauſa iuſtior & animet exanimes, & meticu-* B *loſiſſimis pariat audaciam.* Quo dicto hinc ipſe aſſilit, inde militiæ princeps irruit *Scarbimirus*; aut leonibus famem animoſitas, fames animoſitatem irritat. Damis vero terror metum incutit, metus terrorem centuplat, & vtrumque plus altero, plus & exanimat, plus & eneruat. Dedignatur Leonum generoſitas gregis imbecillis ſanguinem lingere, ſola cadauerum ſtrage delectantur. Turpe putant Lechitæ hoſtium occidione intermiſſa ſpoliis occupari ſacrilegis. Quid ergo linguis omnium loquar? Nec tantæ cædis modum verbis aſſequar? quia numerum occiſorum non aliter ſcire potes, quam ſi arenas maris aut cœ- C li ſtellas miſeris in calculum. Super quo ſi vacat allegoriſtas conſule ſiue Abaciſtas, quos calculandi agitat ſolertia. Huius rei fidem etiam hodie adſtruunt aggeres inſtar montium ex inhumatis oſſibus aceruati. Multa inſuper millia ſuis vincta loramentis in Poloniæ colonias tranſuecta. Ex tunc ergo & *Nakiel* & aliæ quam plures illorum vrbes huic regno acceſſere.

COMMENTARIVS.

Anno Domini 1113. *Boleslaus* Nakiel & alia caſtra, nec non ciuitates Pomeranorum obtinuit. Et ſic accidit: Rege *Boleslao* extra confinia regni demorante ac pro tuitione regni laborante, tandem ad propria redeunte, regnicolæ ſibi occurrentes nuntiant qualiter Pomerani rem nefariam aduerſus venerabilem *Martinum* attentaſſent. Quod Rex præclariſſimus intelligens, licet grauiter ſuſcepiſſet, tamen motu animi ſui prudenter temperans vltionem ad tempus ſuſpendit; ſed modico temporis interuallo, modeſte progrediens ad ciuitatem Kruſzwicienſem cum ſuis agminibus fortiſſimis vlterius verſus Pomeraniam procedere cupiens peruenit, prout latius in litera patet.

EPI-

1113. *EPISTOLA XVI.*

IOANNIS Archiepiſcopi Gneſnenſis.

In qua oſtendit quod miniſterio Angelico Boleſlaus Nakiel obſedit & de ipſius tutoribus triumpho.

REx Ammonitarum *Timotheus* contra Machabæos conflicturus acies ordinat. Tum iuuenes permiri & vultus & ſplendoris, vnus à dextris, inde alter apparet à ſiniſtris, & tres iſtis non diſſimiles flammas iaciunt in caſtra *Timothei*. Quibus viſis exercitus terga vertit, non ſine ſuorum periculo; quorum viginti duo millia dum fugere geſtiunt, ſuccumbunt. Quem ergo aut illum *Boleslai* præcurſorem, aut hos Machabæi iuuenes æſtimare potes niſi ſummæ, niſi ſuperexcellentis omnipotentis miniſtros? B Adeo illi ſuorum cura eſt, vt pro illis viſibiliter nonnunquam cœleſtibus pugnet virtutibus; à Domino fit hoc, & eſt mirabile in oculis noſtris.

COMMENTARIVS.

Circa literam notandum: Domino ſemper eſt cura de ſuis. Vnde nec eo volente poteſt cadere capillus ipſis de capite, veritate atteſtante: ſæpiusque oculo intuente corporali pugnat Deus pro ſuis virtute cœleſti. Vnde volente Rege *Sennacherib*, Rege Aſſyriorum, opprimere Regem Iſraël *Ezechiam* & Ieruſalem Ciuitatem ſanctam, egreſſus Angelus Domini per- C cuſſit in caſtris Aſſyriorum centum octuaginta quinq; millia vt habetur 4. Reg. 19. Similiter *Ioſue* pugnante cum Gabaonitis, miſit Dominus ſuper Gabaonitas lapides magnos de cœlo, & mortui ſunt multo plures lapidibus, quam quos percuſſerunt gladiis filii Iſraël; vt habetur Ioſue 10. Et de his, quomodo Dominus pugnat pro ſuis, innumerabilis eſt exemplorum copia, de quibus plura ponuntur in libris Regum Paralipomenon & Machabæorum.

EPISTOLA XVII.

MATHÆI Epiſcopi Cracouienſis.

In qua per modum quæſtionis miratur de eo, quod dæmones, dum ſuas idololatras à ſuis inimicis eripuerunt, miracula ſimilia fecerunt.

EGo vero non tam hæc miror, quia non aliena ſunt iuſtis iuſtorum conſortia & Angelicæ vitæ hominibus etiam viſibilia non deſunt Angelorum adminicula. Sed pervehementiſſime ſtupeo, infamis etiam idololatris huiuſce prodigia obtingere. *Brennus* enim Dux Gallorum victa Macedonia, templa ſpolians Apollinis: *Locupletes*, inquit, *Deos largiri hominibus oportere; eos nullis opibus egere, qui eas omnibus largiri ſolent.* Templum itaque Delphis quod erat in Parnaſſo aſſilit, & habebat electa peditum ſeptuaginta millia, Delphi non niſi quatuor millia: repente omnes templorum Antiſtites, & ipſe vates cum inſignibus & infu- 1113.
A lis in primam pugnantium aciem concurrunt, aduenisse Deum clamant, eumque ſe vidiſſe, cuius dum opem implorant, iuuenem inſignis pulchritudinis & duas virgines comites armatas e propinquis Dianæ & Mineruæ ædibus occurrere conſpicantur. Mox terræ motu portio montis abrupta Gallorum ſtrauit exercitum, conſertiſſimi cunei vulneribus diſſipantur; inſequitur tempeſtas, quæ grandine & frigore ſaucios abſumit. Dux ipſe *Brennus* dolorem vulnerum non ferens pugione vitam finiuit. Quis ergo talia nec miretur, in talibus nec ſtupeat?

COMMENTARIVS.

Circa literam eſt aduertendum: Primo qui exercitum Romanorum apud fluuium Albam confecit, ipſamque Romam irrupit, cepit, & cæſis patribus & ſubacta Italia inuaſit Græciam, vaſtans omnia vniuerſiſque terribilis vsque ad Delphum Apollinis templum, quod ſitum eſt in monte Parnaſſo, proceſſit atque manſit triumphator ſemper inuictus, donec inſurgere auſus eſt in Deos, ipſum Apollinis Delphicum inuadens templum, ipſiusque Apollinis appetens ſpolia, ſcurriliter iocans ait: Locupletes Deos largiri hominibus vt latius patet in literis.

Secundo eſt notandum: Quod boni bonis aſſociantur & conuerſantur, ſecundum illud Ecc- C cleſiaſtis 4. Cum ſancto ſanctus eris. Vnde Deus omnium conditor omnes ſenſus, vt puta aures, oculos, omnia quaſi membra, venas & neruos & oſſa pluriſicauit, vt quod vnum non poſſet, aliud ſuppleret, & virtus ſingulorum fortior redderetur, dum altero vniretur. Nullum enim in humano corpore membrum, quod altero non egeat: vt cor membrum nobiliſſimum, niſi ei de aëre pulmo ſubueniret, viuere non poſſet, nec etiam pulmo aërem reſpiraret, niſi ei viceuerſa cor vitam & motum influeret. Et ſimiliter de aliis.

Tertio notandum: Quod Angeli hominibus viſibiliter ſuffragantur & adminiculantur. Dan. 10. Alius angelus cuſtodit He- D bræos, alius cuſtodit Perſas, alii cuſtodiunt Reges & Principes & Principatus, alii ſimplices homines, vt Angeli. Cuilibet enim homini vnus angelus ad cuſtodiam & miniſterium eſt deputatus. Et quamuis Angeli ſint incorporei, non habentes corpora ſibi vnita, tamen aliquando aſſumunt corpora ad implendum miniſterium ſibi commiſſum. In quibus corporibus apparent hominibus & obſequuntur, ſicut patet in prædictis exemplis, & completo miniſterio euaneſcunt, videlicet *Tobiæ* exemplo.

EPISTOLA XVIII.

IOANNIS Archiepiſcopi Gneſnenſis.

In qua ad quæſtionem admiratiue in præcedenti Epiſtola propoſitam reſpondet.

Stu-

1113. STupere te non ſtupeo, quia Dæmonum aſtutia nedum cogitari quidem, nedum eloqui, ſine quadam ſtuporis horripilatione non poteſt. Sed mirari te miror, cum noueris principes tenebrarum & in Angelos lucis transfiguratos & lucis opera perſæpe mentitos, vt in aureis poculis inſuſpectius miſceant aconita. Num Magi *Pharaonis*, num *Simon Magus* a mente excidit? Quid illi qui dixerunt: *Venimus tibi noſtrum autoris præbere fulgorem*? Quid ille, qui Diuinam mentitus Maieſtatem, *quid vis*, inquit, *a me tibi dari Autori*? Innumerabilis eſt exemplorum copia, ſed ſummopere nobis prouidendum eſt, neue Labyrinthum Dædali texere, vel turrim arguamur Gigantæam; quinimo diligentius carpe inſtitutum.

COMMENTARIVS.

Notandum, Dæmones ſuos idololatras ab inimicis ſuis protegunt & circa hæc miracula faciunt; quod prouenit ex Dæmonum aſtutia, ex inexplicabili, quam erga homines habet inimicitia. Talis enim dæmonum eſt fraus & doloſitas, quod nedum eloqui, ſed nec mente poteſt excogitari, qui quos poſſident, adiuuant, vt eos in poſterum perfidia ac malitia fortificent. Vnde & ipſi in Angelos lucis transfigurantur, & lucis opera mentiuntur. Et patet in illuſionibus, quas fecerunt *Antonio*, de quibus late in vita ſua. Et homines quos occupant faciunt exanimes, videlicet de *Simone Mago*, qui ſe Deum faciebat, de quo habetur in vita Sanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum. Similiter *Ioannes* & *Mamres* Magi Pharaonis amentes fecerunt, de quibus habetur Gen. 7.

Circa primum eſt notandum ſecundum *Ioannem Policratum* lib. 6. cap. 17. Non moueat quenquam in templo viſum eſſe Apollinem adductum, inuicti audaciam coërcendi, delendique exercitum, qui, permittente Deo, exigentibus culpis, multas deleuerat nationes, cum etiam certum ſit aëreas poteſtates plurimum nequitiæ ſuæ exercere in illis, qui ſanæ fidei experti ſunt, & religionis ignari, eis namque gratia ſubtrahitur, daturque malignis ſpiritibus licentia nocendi, cum niſi Domino permittente omnino nocere non poſſunt.

Secundo notandum, quod aſtutia dæmonum ad homines decipiendos nedum eloqui: ſed nec poteſt excogitari. Vnde habetur in tractatu de fide, quod diabolus ſic malum iugiter machinatur, argute loquitur, artificioſe ſuggerit, callide decipit, inſidioſe inflat, venenatas cogitationes inflammat, mouet, bellat, nutrit odia, deſideria carnis inſtigat, peccandi occaſionem parit, & mille nocendi artibus corda hominum pulſat. Vnde *S. Antonius* cum quadam vice in ſpiritu raptus eſſet, totum mundum laqueis ſeſe connectentibus plenum vidit, & ait: *O quis iſtos euadet?* & audiuit: *Humilitas*. Ideo diabolus ſerpens dicitur propter eius callidam decipiendi aſtutiam. 1113.

EPISTOLA XIX.

MATHÆI Epiſcopi Gracouienſis.

De Boleslai triumpho ex Imperatore Henrico Quarto obtento.

VTlibet, adhuc ergo vulnerum non detumuerat liuor, nondum ſiccatæ corporis erant aſpergines; cum furoris impetus Lemmanici Poloniæ limitibus irrepſiſſe nunciantur. Tunc *Boleslaus: Hoc*, inquit, *viri plus virium, plus animi adiicit, quam incutiat terroris. Nam ſi meticuloſi ſunt, meticuloſum quis timeat? ſi animoſi, exanimis eſt, quem animoſus non animat? Quippe virtus virtutem ſuſcitat, & animoſitas animoſitatem exercet. Statua ſcilicet Gigantæa. Quid enim ſtat carethum humile? Cacuminatas vero pinus ſua ipſa deiecit proceritas; plus enim habent ponderis ad ruinam, quo cæteris ſunt altiora. Multitudinis ſunt infinita. Certe non indebiles ſunt, qui multitudine armantur, de ſe namque parum confidit, qui multorum eget conſortio. Eſto tamen, ferrei ſint roboris. Gratulor: aſperam enim non leuem eſſe conuenit cotem virtutis. Nonne in vobis noui? Noui vtique in vobis robuſti ſilicem pectoris, qui quanto crebrius ferro incutitur, tot præliorum retro tranſacta inſignia, tot veſtra inſculpti manu victoriarum tituli, quot huius tam recentis gloria triumphi. Quid denique tam glorioſa veſtrorum cruditas vulnerum? Aureis vos in hoſtes non tam vrgent ſtimulis, quam Griphonteis ad volandum alis attollunt. Cruentis enim leonum rictibus minus audacter occurrunt perexigua reptilium. Nam & læſione ferior & vulnere ſæpe fit atrocior. Sed modeſtius viri; frenis, vt video, magis opus eſt quam calcaribus. Militaris enim ante omnia vos in omnibus non tam ſtrenuitatis meminiſſe conuenit, quam diſciplinæ.* Omnes etenim adeo belli furore anhelabant, vt nec vulnuſculum ex conflictu, nec anguſtiolam ex vulneribus paſſi viderentur. Iam vero Imperator *Henricus* ſuſceptæ non immemor iniuriæ, Bythomienſe municipium multis conatibus attentauerat; quod quoniam & viris tutum, & ſitu vidit pene inacceſſibile, circa vrbem *Glogow* copias explicat, ciues improuiſos obſidionibus cingit, & quaſi quibusdam torcularibus includit, obſides extorquet, deditionis diem conſtituit. Suas interim *Boleslao* & exponunt, & deplangunt anguſtias; obſides præſtitos, non tam dedendi animo quam differendi remedio. Quibus reſcribit *Boleslaus: Imo nihil ignarius, nihil mitius vermiculoſo fauigena, vterque tamen iſte ab alueo, ille a fucnio artet veſpadios.*

1113. *Potius itaque obſidibus quam libertate carendum. Tutius enim eſt paucorum ſaluti non parcere, quam puſillanimitatis ignauia plurimos in diſcrimen adducere.* A Huius mandati Glogonienſes informantur fiducia, vires colligunt, vrbem hi muniunt, ruinas illi reſarciunt.

Sed Cæſaris caſtra inde ciues, illinc *Boleſlaus* continuis ſollicitant incurſibus. Nam qui caſtrorum inuigilant excubiis, qui Poloniæ ſinus explorant, qui Boleſlaidis vndelibet tendunt inſidias, qui prædocinis gaudent aucupari, ſeu qui vitæ vſpiam venantur ſtipendia, omnes vel vinculis coniecti *Boleſlao* exhibentur, vel mortis mulctantur diſpendio. At Cæſar fragoſo vrbem turbine inuoluit, molibus tormentorum circumtonat, nimbis telorum obruere contendit, ſaxea tempeſtate grandinat, fulminibus ignium coruſcat, quæ B illi aut induſtriæ ſtudio declinant, aut in Cæſaria damna retorquent. O vere viriles! ô ferreos animos! ô transmiræ viros conſtantiæ! quos nec auri ſplendor demulcet, nec Imperatoriæ numen inclinat Maieſtatis. Non hoſtium terret illos impetus, non laborum frangit aſperitas, non ipſa paruulorum pietas emollit. Quia enim patres obliti filiorum acerrime rebellant, nunc machinis, eorum paruuli alligantur, & ſaxis ac ſpiculis parentum exponuntur, nunc omni tormentorum genere paterno ſub aſpectu territantur, ſed in caſſum. Stat enim inconcuſſo fixa robore patrum ſententia: tutius eſſe patres prole defungi, quam patria ciues exui; & honeſtius libertati quam liberis conſulitur. Fruſtratis C igitur viribus, arte nimis indigna in Sileucii Prouinciam ſigna ſurgunt bellica, ſed omine infauſtiſſimo & alter fauſto. Illa enim, illa Sileuciana ſtrenuitas, quæ clariſſimis vbique triumphis enituit, quod magno, quondam *Alexandro* tributum non ſoluit, eadem & Lemmano. Qui ægre ferentes tantum hoſtem ſuæ incumbere Prouinciæ, orant *Boleſlaum* ne prælium differat, quia mora trahit in ſe periculum; & ſatius eſſet ſemel cadere, quam ſemper pendere: Agat intrepide; modum aiunt indubitatæ reperiſſe victoriæ. Mandat igitur Imperatori Boleſlaus Rex, paratus ſit ad prælium & diffe- D rens ſuæ teſtis eſt ignauiæ; Tributum exigis, (exigebat enim cruentum in craſtino tributum) præſtolare. Nam quid a quo exigere debeas, meo cras munere condiſces. Vt ergo primum dies illuxit, præcurrunt hinc inde velites, vt numero, ſic animoſitate diſpares. Ex aduerſo acies conſiſtit; & quantum Lemmanos auget numeroſitas, tanto Polonos animoſior acuit audacia. Interea Sileuciorum non pauca manus a tergo profilit, non paucos ex hoſtibus in ſe conuertunt, fugam ex induſtria ſimulant, a terminis illos eliciunt, longius prouocant, in prouocatos reflectuntur & obliquato cuſpidum vibramine, præporrectas illorum lanceas ſimul repellunt & feriunt. Quibus proſtratis 1113. aduolant alii ſubſidio & occiduntur: rurſus alii item itemque alii, donec omnes pene extremorum exercitus conuertuntur. Vnde non tam mediæ, quam primæ turbantur acies, quæ cum tumultus cauſam ignorant, ſuos fugere non perſequi autumant & fere diffugio dilabuntur; quos hinc pudor inde *Boleſlaus* conſiſtere impellit. Vt ergo erant, primæ Pragitarum phalanges, primo congreſſu ſuccumbunt, deinde illæ Gigantææ Lemmanorum legiones, hæc a *Boleſlao*, illæ a Sileuciis proſternuntur; alii curſu dubio inter pugnantium acies incerti quid agant, quibus ferant auxilium, caterua tim hac illac reptant; nonnulli toxicatis Plancorum ſagittis depereunt. Quibus primipilariæ Imperatoris cohortes in pedeſtre coguntur deſcendere certamen, caballis in ipſo ictu virtute toxici cadentibus. Sic glorioſus Dominus glorioſe magnificatus eſt; Equum enim & aſcenſorem proiecit in mare. Exiles tamen & confractas eorum reliquias, mœſta recollegit Lemmanis: qui vitam Cæſaris pro munere & ſugam coluere pro triumpho. Supereſt argumento loci appellatio, ad quem tanta canum confluxerat numeroſitas, qui tanto cadauerum eſu in quandam feritatem prorupere lymphaticam, vt nullis illo pateret commeatus. Ideoque caninum Campeſtre locus ille nuncupatur.

COMMENTARIVS.

Hæc Epiſtola in tres diuiditur partes. Primo, ſuos Polonos adhuc aliquos vulneribus ſauciatos in prælio Naklenſi multifarie animat ad prælium. Secundo, ſuos ciues Glogouienſes per imperatorem obſeſſos, admonet ad reſiſtendum, quod vtique Glogouienſes fecerunt, uno reſiſtendo nec liberis ſuis pepercerunt. Tertio refert prælii commiſſi modum, & glorioſum triumphum. Quod quidem prælium commiſſum eſt prope Wratislauiam in campo, qui modo Campus caninus appellatur, Anno Domini 1110. Quæ omnia latius patent ex ipſius hiſtoriæ litera.

EPISTOLA XX.

IOANNIS Archiepiſcopi Gneſnenſis.

In qua probat per ſimile mirabile in præcedenti epiſtola relatum.

Si lex Ambrorum & Sicambrorum illa cæde, quam non longe ante memini, omnes etiam permanſuetæ beſtiæ humanum ſanguinem ſitire didicerant, vt non modo latratiles, quorum natura ſua ſponte fera eſt, ſed & cati ſoricibus omiſſis in homines vltro procurrerent. Ex eorum quoque cruore fama eſt ad talparum quantitatem formicas ebulliſſe,

quæ

1113. quæ domiciliorum penetralibus infuſæ, non minorem illis cladem inflixere, quam *Alexander*. Quorum vix tandem pauci herbæ cuiusdam beneficio ſeruantur, quæ *Alexandro* per ſomnium contra toxicatos Abigei ſagittas monſtrata. Hanc iſtis *Alexander* contra formicas oſtendit.

COMMENTARIVS.

De occiſione Ambrórum & Sicambrorum nedum canes, ſed etiam mures & formicæ humanum ſanguinem bibebant; & poſt modum homines inuadebant, ac ipſis mortem inferebant. Sic etiam illi canes ſanguinem humanum dolcem conſueſcentes bibere, & carnes dulces vorare, mordebant homines; ſic, quod dudum illuc nemo auſus erat iter arripere, niſi par *Boleslaum* regem ſuper morte illorum canum prouiſione facta. Sicut & *Alexander* ſuis Ambris & Sicambris remedium cuiusdam herbæ præbuit, cuius beneficio a clade formicarum inſtar talparum ex corporibus generatarum, vnusquisque reſiduorum licet paucorum ſe conſeruaret.

EPISTOLA XXI.

MATHÆI Epiſcopi Cracouienſis.

De diſpoſitione ac crebra ordinatione Ducatus Bohemiæ per Boleslaum Regem Poloniæ, ac dedicatione Terræ Ruſſiæ, per Petrum Comitem de Lauſz ſtrenuiſſimum.

PORro Ducam Bohemiæ *Zeth* indilato impetu a Regno exterminat, quem quondam a ſuis propulſatum, humaniſſimo *Boleslaus* excepit amplexu, piis ablactauit vberibus, quem prius Olomucenſium Principem, demum Pragitis ducem conſtituit: Tantas autem vices, tanti beneficii retribuit, vt cum in ſe maleficio diſſideret, Imperatoriam in *Boleslaum* hoſtilitatem exaſperat, ſed ſuæ fructum perfidiæ non infideliter demeſſuit. Quidam enim ex ſuis de conſueta illum obiurgans perfidia, pugione transfigit. Cuius in locum Dux *Borzywoy* munere *Boleslai* ſufficitur, quem ſuorum quoque prodidit inuidia, imo fraterna perdidit ambitio. Ideoque rurſus in Bohemiam regreditur *Boleslaus*, cruentum fratricidam expulit, & minorem eius fratrem Principatu inſigniuit. Quod illi apud Lemmanos plurimum conflauit inuidiæ, quod imperatoriam ſibi vindicaret quaſi maieſtatem, cum in regnis contiguis arbitratu proprio, quos mallet potenter deiiceret, quos mallet excellenter ſublimaret. Et iam pene cuncta finitimorum regna ſuo ſubiecerat imperio, iam etiam transfinitimos, vel gratiæ ſerenitate, vel quadam ſtuporis reuerentia deuinxerat, vt qua vix *Boleslai* nomen attigiſſet, numen eius coleretur. Non deerant tamen garrula quorundam ſuſpiria, tacitæ loquacitatis ſingultus, plerique magiſtri ſubiectionem detrectantes, quorum præcipuus, vt erat fortunæ impatien- 1113.
A tiſſimus, alienæ Ruſſiæ Princeps *Wladarides*, conuenit ſingulos, ſollicitat vniuerſos, omnes iubet ſuæ ingenuitatis meminiſſe; docet, quam ſit infame tituli genus ſeruitutis cauterium: adiicit, minus miſerum eſſe naſci ſeruum, quam fieri, cum ſit illud inclementia naturæ, iſtud naufragium ignauiæ, cui perfacile quis innatat, ſed non ſine difficultate emergit, multoque honeſtius eſſe mortis compendium, quam confragoſæ vitæ diſpendia. Eligant ergo, veſtem debere rumpi, an iugulum. Ex occupationibus itaque *Boleslai* tempus defectionis paulatim aucupantur. Omes vnanimiter ab illo deſciſcunt, omnes in illum conſpirant, omnes quaſi commune in-
B cendium *Boleslai* gloriam extinctum ire ſacramento aſtringunt. Sed flabris concitari flamma immenſior poteſt, non ſopiri. Tam inuicti ſiquidem columna roboris, tantis licet impacta vndique fragoribus, ne concuti quidem potuit, nedum conuelli. Senatum tamen conſulit, viribusne huic malo potius occurrendum, an alios ingenii quadam induſtria, & a quo prius ordiendum? Cunctisq; quod opus facto videatur, tacite percontantibus, quidam alti ſanguinis Princeps & Principis dignitati proximus vir magnanimitatis generoſæ, tam ſtrenuiſſimus manu, quam pectore induſtrius, ille famæ celeberrimæ *Petrus Wloſtides* hæſitationis nodum non rumpit, non ſcindit, ſed
C ſalubriter diſſoluit. *Non inſipienter*, inquit, *a ſapiente dictum eſt: Sapientiam clamitare in plateis. Facillimum enim eſt homini viam noſſe prudentiæ, ſi ſe ipſum homo ante cognouerit. En ſiquidem in homine duo ſunt; ſcilicet, anima & corpus. Ad quid Anima? induſtria ſanioris: ad quid Corpus? Virtutum vehiculo. Tolle alterutrum, hominem interimit. Quemlibet ergo vel ſolo virium tonatu, vel ingenioſa duntaxat ſine viribus nitentem verſutia non modo mancum, ſed omnino nullum exiſtimo. Non enim ala ſine altera ſufficit in volatu; non rota ſine reliquis vtilis eſt in biga; nec vero ſtante ſtipite in ramuſculis decet occupari. Quod quanto facile tanto minus conducibile, imo ad radicem ponen-*
D *da eſt ſecuris, ab ipſo ſeditionis capite initiandum: ſiccato enim fonte riuuli facilius euaneſcunt. Ipſum ergo* Wladiridam *ante omnes appetendum; & licet inacceſſibilis noſtri videatur conſilii difficultas, leonum rugitu conſtrepente in ianuis Boleslai*, (multi enim noſtrorum erant iam illius corrupti donariis) *ſperandus tamen eſt ſalutaris exitus etiam in difficillimis. Non ſolum enim ſemitam, non ſolum viam virtus inuenit in inuio, ſed & regia ſtrata vbique animoſitati ſubſternuntur. Malo ergo ſucceſſum vobis deeſſe, quam experimenta virtutis. Etenim virtute, vel etiam vltimo in mortem proficiſci præclarum.* Proinde ſuorum dilectorum cum aſſueta manu

1113. Ruſſiam ingreditur, titulum transfugæ ſimulat, principis truculenciam ſe ferre non poſſe ait, iniuriis actum queritur, dulciores aſſerit viro forti exilii anguſtias, quam domeſticas delitias. Aggratulatur *Wladarides* tanti ſibi viri acceſſiſſe vires, gratulatur & ſuis quaſi diuinitus miſſo tanti commilitonis ſodalitio. Actum dicunt de *Boleslao*, actum de Lechitis. Et quoniam gloria principum eſt, celare verbum; nulli *Petrus* verbum detegit ſuorum ante rem. Quibus exilii cauſas percrebro quærentibus: *Non eſt*, inquit, *partus vitalis, nec vtile conſilium, ſi ante diem prodeat in lucem.*

Non bene, non tute teneris auis euolat alis:
Icareum per me, cur teratur iter?

Simul itaque & propoſuum aperit & ingreditur inſtitutum; extemplo inter conuiuas, inter epulas occupat *Wladaridem*, crinibus abſtrahit a menſa, humi proſternit, proſtratum vincit, vinctam aquila gallinam aſportat, non ſine multa pullorum cæde. Vmbras vrget, pro maternis alis pluribus amplexis; principali tamen deeuſatum ornatu præinſigne præſtimonii munus *Boleslao* præſentat. Sic ſeditionis caput amputat, ſic ſuæ ſalutis diſpendio patriæ ſalutem mercatur, ſic omne *Boleslai* Regnum tranquillitati conciliat. Cui *Boleslaus* in Senatus facie feſtino regratiandi aſſurgit amplexu, offert, ingerit omnia, omnino recuſanti etiam præſtantiorum potiſſima; tum quia magnanimitas quantumlibet magnis capi dedignatur, tum ne commercium quæſiſſe videretur non virtutem.

COMMENTARIVS.

Epiſtolæ huius duæ partes. In prima crebram Ducatus Bohemiæ per *Boleslaum* Regem Poloniæ diſpoſitionem & ordinationem deſcripſit. In ſecunda Terræ Ruſſiæ reductionem, ipſiusque ad regimen Poloniæ vnionem, per *Petrum* ſuum comitem de *Xiaſz* deducit, prout omnia latius in litera ponuntur.

Notandum ſecundum Philoſophum 4. Ethicorum, & venerabilem *Ægidium* de Regimine Principum lib. 2. part. 1. cap. 3. ſpectat ad magna, nimium eſſe plangitum, nec bonorum exteriorum deprecatiuum. Magnanimus enim parum aſpicit exteriora bona, & multum appreciatur virtutum opera. *Petrus* igitur tanquam verus magnanimus, dedignabatur a Rege *Boleslao* munera & bona exteriora, tanquam bona minima, & voluit eſſe contentus in magnanimitate, tanquam in bono excellenti & precio incomparabili. Magnanimus enim eſt ſicut bonus Tetragonus, qui nunquam deiicitur. Similiter ſi honoratur, etſi magna infortunia ſibi occurrunt, non deiicitur. Similiter ſi honoratur, & magna ſibi fortuna eueniat, non extollitur, nec pecuniis, nec aliis muneribus vincitur; quia maxime in actibus virtutis, propter quam ſingula facit, delectatur; quia ſecundum *Senecam* lib. de A Clementia, *Recte factorum*, id eſt, virtuoſorum, *verus fructus in ipſis eſt, nec vllum pretium illi condignum extra ipſos inuenitur.*

Circa vocabula notandum. Icaria, riæ, Inſula. Item ſecundum *Iſidorum* 15. Etymologiarum. Templum eſt generale; pro locis enim quibuscunque magnis, antiqui templa dicebant, & dicta ſunt templa, quaſi tecta ampla; ſed & locus deſignatus ad orientem ad contemplationem templum dicebatur; cuius erant quatuor partes, ſcilicet antica ad orientem, poſtica ad occaſum, ſiniſtra ad ſeptemtrionem, dextra ad meridiem. Quod autem dicitur templum, quaſi Dei platea. Hic autem in præſenti litera *ex templo* dicendum B eſt, & non *ex timplo*; tractum eſt enim ex conſuetudine antiquorum, quibus reſponſa dabantur in templis. Quo officio peracto Sacerdos clamabat ad populum clara voce: *Ex templo*, id eſt, ite de templo. Et quia voce audita ſtatim exibant: inde vſus inoleuit, quod extemplo valet tantum, ſicut ſtatim vel confeſtim.

EPISTOLA XXII.

IOANNIS Archiepiſcopi Gneſnenſis.

Super materia præcedentis epiſtolæ.

NOuerat vt video vir prudens in dandis accipiendisque muneribus, etſi deſit C commercium, vmbram commercii non deeſſe. Virtus autem venalitate cenſeri non poteſt: quod ſi poſſet, non haberet emtorem. Quia vt ſcientiæ ſic virtutis nulla eſt æſtimatio; ideo promtum non eſt huius virtuti ſimile aſſignari. Legiſſe me tamen memini, cum Babylonii a *Dario* deceſſiſſent, nec eſſet ſpes recuperandi, *Zopyrus* ſe verberibus afficit, naſum, aures, labia ſibi præcidit. *Dario* ſoli conſilium pandit, transfugæ titulo Babyloniam adit, de *Darii* crudelitate fingit querelas, iubet illos ex domeſticis exemplum capere, quid ſit hoſtibus cauendum. Nota eius nobilitas & virtus; Dux conſtituitur, multa in paucis prælia ſecunda facit, Perſis vltro ceD dentibus: tandem & vniuerſum ſibi creditum exercitum & vrbem *Dario* tradit. Sed hoc eſt ſimile, per multum difficile. Nam in *Zopyro* ſimulatio fallaciæ, in *Petro* ſimulatio cautelæ. At illa prohibetur, iſta permittitur. Illa enim de dolo malo nata, iſta de dolo bono profecta, quam crebro audis admitti. Cum enim iuſtus bellum ſuſcepit, vtrum aperte pugnet, an ex inſidiis, nihil ad iuſtitiam intereſt. In *Petro* ergo adeps & nucleus, in *Zopyro* cortex fuit & palea Virtutis.

COMMENTARIVS.

In hac Epiſtola facit tria. Primo induſtrium

1135. ſtrium *Boleslaum* Regem Poloniæ de liberalitate commendat. Secundo induſtriam ſtrenui *Petri* Comitis *Boleslai* per ſimile declarat. A *Zopyrus* enim miles ſtrenuus, *Darii* Babylonis ſimile fecit, & ipſos cum ipſorum ciuitate *Dario* tradidit. Tertio dolum ſimilium oſtendit. Quanqoam enim vterque ſimulationem finxit, tamen *Petri* ſimulatio eſt cauteloſa, & proceſſit ex dolo bono, quem admittunt tam ſacra Scriptura quam noſtra Canonica. Cum enim princeps bellum ſuſcepit, licet ſibi vti inſidiis & dolis bonis; *Zopyri* vero ſimulatio fuit fallax & fraudulenta, proceſſitque ex dolo malo, quæ prohibetur & nullatenus permittitur.

Circa primum aduertendum ſecundum venerabilem *Ægidium* lib. de regimine Principum 2. part. 2. cap. 18. *Decet Reges & Principes plurimum eſſe retributiuos; quia quanto ſunt in altiori gradu quam filii, tanto in operibus virtutum & in retributionibus debent ſuperare alios.* B Et ſecundum eondem cap. 18. *In retributionibus Reges & Principes debent tria attendere: ſcilicet, quomodo dent gratiam, cui dent, & quantum dent.* Attendens igitur Rex *Boleslaus*, tanquam vir ſciens & prudens, quod in *Petro* Comite ſuo, pro ſua magnanimitate, quæ ſecundum *Senecam* cum ſit virtus, caret pretio.

Circa ſecundum, Hiſtoriale patet in textu. Circa autem tertium notandum, mota ira quæſtione, vtrum in bello iuſto licitum ſit vti inſidioſis ſimulationibus, vt puta: ſimulare C fugam, timorem, audaciam, vel aliquid ſimile. Huic quæſito breuiſſime reſpondet S. *Thomas* 2. ſecundæ Quæſt. 40. dicens: Quod inſidioſæ ſimulationes ordinantur ad fallendum. Poteſt autem aliquis ex dicto vel facto alterius falli dupliciter. Primo ex eo, quod dicitur ei amicus; vel non ſeruatur promiſſum, & iſtud ſemper eſt illicitum & nullus debet fallere hoſtes: ſunt enim hæc iura bellorum & fœdera, & etiam inter ipſos obſeruanda, vt dicit *Ambroſius* in lib. de officiis. Secundo, poteſt aliquis falli ex dicto & facto noſtro, quia ei propoſitum vel intentum noſtrum non aperuimus. Hoc autem facere ſemper non tenemur, quia in doctrina ſacra D multa occultantur, maxime infidelibus, ne ea irrideant, iuxta illud Matthæi 10. Nolite ſanctum dare canibus. Vnde multo magis ſunt occultanda ea, quæ portamus ad impugnandum inimicos.

EPISTOLA XXIII.

MATHÆI Epiſcopi Cracouienſis.

De Proditione vrbis Wislicenſis.

A. C. 1136. VTinam *Boleslao Zopyri* nota fuiſſet notitia! Et nota quidem fuit, ſed ſero; ſatius tamen ſero diſcitur prudentia, quam nunquam. Nam huius *Wladarii* filius in ſe parcus, in Patrum prodigus, omnes priuatæ ſupellectilis ac fiſci theſauros in eius redemtionem appendit, 1136. præponderare docens religionem pietati, pietatem diuitiis; ſed paterno peramplissime ſaucius vulnere, cum aperta non poſſet remediari vitione, in hoſtem dolore, in medio dolum comminiſcitur. Quendam ſiquidem Pannoniorum tam ſanguine, quam dignitate inſignem promiſſis attentat muneribus, allicit, auro perſuadet, non abſimilis fugæ ſeu transfugii fictionem ſubornat. Hic non tam veras quam veriſimiles ſui cauſas exulatus non incallide componit. Hanc dat inter præcipuas: quod ſemper huius Reipoblicæ amantiſſimus coadiutor extiterit: quia ſuæ machinamenta gentis vel extenuare ſtuduerit vel declinare docuerit. Adiicit æmulos calumniandi ſtudio contra ſe incendiſſe, & fictis ac hoſtilibus inſtrumentis ob ſacræ crimen Maieſtatis in ſe latam capitis ſententiam. Malle ſe malum declinare immeritum, quam innoxium caput indebitæ noxæ ſubmittere. Aſtruit Pannoniam ſeſe Polonorum ditioni ſubacturum. Igitur non vt transfugam, ſed quaſi ſuæ patriæ geminum excipit *Boleslaus* glorioſa Wislicenſium vrbe, vrbis præfectum conſtituit. Non ſiccis oculis, corde amariſſimo, vix paucula nedum ſingula, vix eſingultire queo. Miſerum pecuaie tygridi cruentiſſimæ, lupo cauiarum præſidium committitur. Principis enim nactus abſentiam *Leodaridem* clam accit, accelerare iubet, ne mora trahat in ſe periculum. Hoſtes itaque præ foribus imminere præconantur; C principali edicto imperat, qui extra vrbem delituerit reum eſſe Maieſtatis, omni ſupellectili fiſco acceſſura, tuendam eſſe omnibus & vrbis & populi ſalutem. Proinde incluſas muris legiones, cruentis leonum rictibus infundit, teterrimis prædonum votis deuouet, in quorum cruore, quam inhumane debachata ſit impia barbaries, piget meminiſſe. Ex templo *Leodarides* tot animarum, tanto ſanguine plus irritata, quam ſatiata rabie, reuertitur. Illum autem, proditionis patrem, perditionis filium, alumnum perfidiæ primo quidem excellentiſſimis munerum veneratur primitiis, quadam gratiarum actionis pompa inebriat, vernantiſſimis collaſciuit amplexibus, ac præ- D celſæ dignitatis apice ſublimat. Cæterum proditore nihil in ſiniſtrum ſuſpicante, vt improuiſum iaculum grauius feriat, vt celſior gradus celſius præcipitet, eodem pene momenti puncto & extollit & deiicit & deiectum orbat lumine, lingua priuat, genitalibusque eneruat. Abſit, inquiens, ne de radice colubri, ne de prodigio perfidiæ, prodigium propagetur.

COMMENTARIVS.

Epiſtolæ huius ſunt tres partes. In prima deſcribit, quomodo *Leodarides*, vt vindictam in *Boleslao* rege Poloniæ acciperet, ſub dolo, in quo vindicare ſe non potuit fortitudine, quendam Vngarum conuenit, qui fraude *Bo-*

1136. *leſlaum* circumuenit, vt & vrbis famoſiſſimæ Wislicienſis præfectus eſſe meruit. Secundo Proditionem eiuſdem ciuitatis deſcribit ac lugubrem vltionem a Barbaris ſeu à Paganis illatam fidelibus condolet, tangit. Tertio repræmiationem illius Vngari proditoris ſubiungit, ac eiuſdem repræmiationis cauſam annectit.

Pro quorum confirmatione notandum: In regno Lechitarum a vetuſtiſſimis temporibus erat vrbs famoſiſſima, murorum altitudine circumſepta, nomine *Wislicia*, cuius princeps adhuc tempore Paganiſmi fuit *Vislaus* decorus, qui ex hac ſtirpe exierat oriundus. Huic vrbi munitiſſimæ Rex *Boleslaus* illum Pannonium exulem putatiuum, quem non vt profugum, ſed vt pure alumnum benigne ſuſceperat, & charitatiuo modo pertractans, Præfecturæ officio inſtituerat. Principis ergo *Boleslai* Pannonius ille nacta abſentia, qui ad interiora regni deſcendens, regalia negotia diſpoſiturus moram faciebat. *Leodaridem* Principem Ruſſiæ feſtine accelerare iubet, abſentiam diutinam nuncians *Boleslai*. Hoſtes itaque Wisliciæ appropinquant, & appropinquaſſe nuntiantur. Imperat denique proditor ille, vt omnes belligeri & cuiuſuis ſtatus homines, vtriuſque ſexus, ad vrbem tuendam confluant, ac ſe & ſua conſeruent, ne vt rei crimine læſæ Maieſtatis puniantur, & bona immobilia & mobilia Regio fiſco aſcribantur. Omnibus vero populis tam ſalutis conſeruandæ, quam vrbis tuendæ gratia in vrbe concluſis proditor perditus valuas aperit, populumque Chriſtianum paganicæ nationi ferendum expoſuit. Sicque Anno Domini 1136. Idus Februarii, Wislicia deſtructa & Chriſtianus ſanguis multum profunditur. In cuius quidem populi occiſione & ſanguinis effuſione, *Leodarides* non humaniter debriatus, ſic impie ſæuit, quod eius crudelis ſæuitia, plus humano cruore irritata, quam rabie ſacrata exiliens, ad propria reuertitur ſine omni læſione. Illum autem Pannonium perfidi proditoris filium vtroque lumine priuat, linguam præciſam eneruat, genitaliaque reſecat, ne de radice colubri & de perfido perfidum quid peſtilens naſcatur. Naturale enim eſt ſimile ex ſimili generari, ſecundum Philoſophum 2. de Anima.

Secundo eſt aduertendum. Quod bonum eſt prudentiam diſcere & in prudentia erudiri, & præcipue Regi & Principi & cuiuis præſidere geſtienti; & merito. Teſte enim *Polycrato* lib. 6. cap. 22. ſine prudentia non modo Reſpub. non procedit, ſed nec minima domus conſiſtit. Vnde in commendatione *Vlyſſis Homerus* in omnibus illi docet prudentiam affuiſſe, quam more Poëtico Mineruam nuncupauit, qua adiutrice demeauit ad inferos; Scyllam nauigauit, intrepidus Charybdin tranſiuit, non detentus eſt; ad Lemethones acceſſit, nec remanſit; Syrenes audiuit, nec acceſſit.

Ioſeph etiam non diuitiarum multitudine ſed per prudentiam obtinuit, vt dominaretur in
A omni terra Ægyptiis. Gen. 42. Iden iuuenes non debent eſſe duces, quia non conſtat eos eſſe prudentes, vt dicitur 3. Ethicorum. Nam prudentia fecit rationes dominari, vt inquit *Polycratus* lib. 7. *Ratione*, inquit, *viguerunt, quam diu literati fuerunt, ſed ex quo virtus literarum in eis languet, ex tunc manus areſacta infirmata eſt & cecidit Principatus.* Quoniam Sapientia ait: Per me Reges regnant. Prouerb. 8. Et hinc eſt quod *Ariſtoteles* in ſecretis ſecretorum præcepit *Alexandro*, vt ſtudia in ſuis ciuitatibus haberet, vt ſui homines haberent prudentiam & literatum ſcientiam. Subiungens: *In hoc tuum honorabitur imperium, decorabitur totum Regnum & illuminabitur curia, Annales & ge-*
B *ſta regalia melius commendabuntur memoriæ. Quis enim Regnum decorum ſublimabit? Quis eorum geſta per totum orbem vtiliter affirmabit, niſi proles Sapientum, qui præter modum dilexerunt ſcientias, & propter illas ad ſummum faſtigii gradum conſcendere meruerunt.*

EPISTOLA XXIV.

IOANNIS Archiepiſcopi Gneſnenſis.

Super præcedentis Epiſtolæ materia.

SPonſor fidelis repræmiatur, circumſpectus, qui & amico morem geſſit, & fidem pollici-
C ris, nec proditoriæ meſſis frugem neglexit. Nec enim decet proditores titulo proditionali eſſe conſpicuos, quos triſtiſſimum eſt, ac periniquum præmio perfidiæ proſperari. Vnde *Alexander* eos, qui *Darium* in eius operam vel gratiam occiderunt, extremis iuſſit interire ſuppliciis. A cognatis enim ſuis prius aureis vincitur compedibus; qui vt *Alexandro* placeant, *Darium* vita priuant; quibus *Darius* & regna dederat & vitam. Sed *Antigonus* eiuſdem *Alexandri* Argyraſpides perfidiæ munus e veſtigio rependit, qui cum ſui ducis *Hermini* contemnunt imperia, ab *Antigono* ſuperantur, nec ſolum gloriam tot bellorum cum coniugibus & liberis, ſed & præmia longe partæ militiæ perdiderunt;
D quæ vt ſaltem perfidia repararent, Ducem vinctum *Antigono* exponunt pacta omnium ſuorum reſtitutione. Hic protenſa cum catena manu: *Cernitis*, inquit, *milites ornamenta ducis veſtri, quæ mihi non hoſtium quiſquam impoſuit; quod vos me ex victore victo victum, ex imperatore feciſtis captiuum. Dii periuriorum vindices dent vobis tales duces, quales vos veſtris ducibus dediſtis: Deuorent vos arma veſtra, quibus plures veſtros, quam hoſtium duces abſumpſiſtis.* Sed miſeros non decent conuitia; vinctusque cepit ad *Antigoni* caſtra procedere, quem *A*[illegible] cuſtodibus aſſignauit tranſactioni, fidem ſuam non amputat, omnibus quidem omnia reſtituit, ſed ta-

1136. tamen reſtitutis illos orbis domitores ſuis ſub haſta diſtribuit, perfidiæ cauterio frontibus impreſſo. Cuius quis apud prudenres fuerir exitus, ex his vides; quamuis lucifuga hæc inter volucrum reges ſub luce volitar, plauſu diſcolore, quam nonnulli hodie oon modo non reprimunt, ſed virtute profligata præmiis inuitant. Quia vero manibus occiſorum viſus eſt parentaſſe, quia de atrociſsimo Polonorum proditore ſuſcepit ſupplicium, potuit *Leodarides* iram *Boleslai* aliquatenus demulſiſſe. Omnis enim animoſitas, licet ioexorabilis, ad multam tamen vindictam manſueſcit.

COMMENTARIVS.

In hac epiſtola facit tria. Primo *Leodaridem* commendat ex merito, quia illi proditori Vngaro condignum præmium exſoluit; pro admirabili enim ſeruitio, iuxta promiſſa, beneficia honorum & munerum impendit, & pro proditione, iuxta ſua demerita, oculis excœcauit, lingua priuauit, & genitalia reſecauit. Secundo rationem præmii ſubiungit, quia noo decet proditores titulo proditionis eſſe conſpicuos, imo triſtisſimum eſt ac periniquum, proditores ac inimicos præmio perfidiæ proſperari. Er hoc probat exemplo duplici. Primum exemplum ponitur in hiſtoria *Alexandri*. In vltimo enim bello quod *Alexander* geſſit cum *Dario* Rege Perſarum, *Darius* ſe in fugam conuertit, & in ciuitatem Perſepolim fugere voluit; quem duo conſanguinei ſcilicet *Biſſo* & *Criſolanes* conſilium inrer ſe facientes comprehenderunt, & ipſum catenis ligauerunt, vulnerauerunt & ſemiuiuum io campo reliqueruot. Qui, licet ipſis ſupplicauerat, ipſi tamen minime pietate moti ſibi parcere voluerunt, imo eo relicto receſſeruot, *Alexandroque* ſupplicauerunt. Quod audiens *Alexander*, quia *Darius* à ſuis propinquis compedibus eſt cooſtrictus, perſequi eos ſtatuit, & ipſemet cum ſex millibus equitum proſequens eos, inuenit *Darium* in itinere ſolum derelictum, & magnis vuloeribus afflictum: quem cum vidiſſet, miſericordia motus de equo deſcendit, & exuens ſe chlamyde ipſum cooperuit & amplexatus eſt vulnera eius, cœpitque amare flere & dicere: *Surge, Domine Dari, ſurge, & ſicut aliquando fuiſti Dominus totius imperii tui, ſic eſto & nunc & recipe Diadema Perſarum, eſtoque glorioſus ſicut aliquando fuiſti. Iuro enim tibi per potentiſſimos Deos, quod veraciter abrenuntio Imperio tuo, & opto frui tecum cibariis tuis, ſicut filius cum patre ſuo, quia nullus imperator debet gaudere de triſtitia alterius, cum ab eo fortuna receſſerit. Dic mihi, Domine* Dari, *qui fuerunt interfectores tui, vt vindictam in eis de te exerceam.* Hæc cum plorando dixit, *Darius* extendens manus ſuas, amplexatus eſt eum & oſculans illius manos & pectus dixit ei: *Fili* Alexander, *non eleuetur obſecro mens tua in ſuperbiam, propter victoriam quam habes, & ſi operatus fueris tot mira, quod Dii operati*
A *ſunt, & manus tuas vſque ad cœlum extenderis, ſemper recordare nouiſſima tua, quia fatalis gloria non eſt data ſoli Imperatori, ſed cui eam prouidentia fati conceſſerit. Intuere me qualis heſterna die fui & qualis ſum modo, quia miſerrime humiliatus ſum vſque ad pulueres, qui fui fere Dominus totius mundi, & nunc memetipſum in poteſtate non habeo; ſepeliantque me benigniſſime manus tua, veniant ad exſequias meas Perſæ & Macedones & à modo regnum Perſarum atque Macedonum efficiatur regnum vnum. Sit tibi commendata* Ptiagooe *mater mea, vt tibi ſit in memoriam matris tuæ, & in ea ſit pietas vxoris tuæ:* Inxonem *filiam meam tibi accipias in vxorem, quia ex bonis parentibus nati filii decet vt in vnum iungantur.*
B Cum ergo hoc vidiſſent interſectores *Darii*, turbati ſunt, nihilque dixerunt ad *Alexandrum*, volentes cognoſcere voluntatem eius. *Alexander* itaque reuerſus Perſepolim mirabatur de ipſius miris ſtructuris, & ibi ſedens pro tribunali miſit literas ſub Maieſtatis ſuæ ſigillo, vt quælibet terra ſuis vteretur iuribus. Demum præcepit omnibus dicens: *Viri Perſæ, audite, qui ex vobis fuerunt interfectores* Darii *hoſtis noſtri, ad nos veniant, vt videam illos, & eis honorem condignum rependam. Nihil dubitent, ad me veniant, quia ſeruitium nobis fecerunt occidendo inimicum meum. Per Deos potentiſſimos iuro & per dilectiſſimam matrem meam* Olympiadem, *& per ſalutem*
C *eius, quia præclariſſimos eos faciam atque potentiſſimos.* Tunc omnis Perſarum populus ſiluit, ioiquiſſimique homicidæ *Darii* aſtiterunt, & voluntarie coram eo dixerunt; *Maxime Imperator, nos ſumus.* Tuoe præcepit eos ligatos apprehendi & duci ſuper ſepulchrum *Darii*, & decollari. Illi autem cœperunt clamare & dicere. *Maxime Imperator, tu iuraſti iureiurando nobis per potentiſſimos tuos & matrem tuam* Olympiadem, *quod velis nos facere præclariſſimos atque omnipotentisſimos pro nece hoſtis tui.* Quibus *Alexander: Non me decuerat vobis loqui propter populum qui circumſtabat aliter quam dixi. Nam manifeſtatio veſtra nullatenus fieri potuiſſet,*
D *niſi tale iuramentum feciſſem: Cogitatio enim animi mei talis fuit ab initio, vt quicunque homicida illius inueniretur ſtatim decollaretur. Nam qui proprium Dominum, imo & & ſuum proximum occidunt, alieno quid facerent?* Hæc dicente *Alexandro* Perſæ cœperunt vociferare, benedicentes *Alexandrum*. 1136.

Secundum exemplum eſt de *Antigono* & *Herminio* Principibus & *Alexandri* Argyraſpidis; quomodo Argyraſpidæ pro ſua perfidia cauterio frontibus impreſſo ſunt puniri, vt hoc exemplum pater late in lirera.

In tertia huius Epiſtolæ parte duas cauſas ponit. Primam, quia manibus occiſorum

1136. rum poſt multam ſtragem per *Boleſlaum* in Ruthenis commiſſam *Leodarides* parentauit, hoc eſt,ſacrificauit. Id eſt,quia *Boleſlaus* ſe A extemplo in Ruthenis viodicauit. Secundam cauſam: quia ipſemet *Leodarides* illum Vngarum proditorem Polonorum crudeliter puniuit. Iſtæ cauſæ poterant mouiſſe *Boleſlai* animum ſuper *Leodaride* ad miſerandum, quia omnis animoſitas cum viderit vindictam,mouetur ad miſeritordiam.

EPISTOLA XXV.

MATHÆI Epiſcopi Cracouienſis.

De vltione ac vindicta Ruthenis per Regem Boleslaum illata.

IMo,vti erat iniuriarum indignantiſſimus in B dilatas *Leodaridæ* pœnas intorſit; qui non arte, non dolo, ſed iuſto ſulminis impetu apro ſrendentius ad ipſum vsque hoſtem Ruſſiam penetrat. Vnde ille male ſibi conſcius quadam repente ſibi metamorphoſi in capream ſeſe transfigurat, luſtra nemorum inſilit, inter ſaltus & lucos ferarum deliteſcit. Quo non reperto Boleslaidæ truculentius cruentantur,amarius inter deſertos greges deſæuiunt, quam leones, quam tygrides partu orbatæ: Non enim ipſis gregum ducibus,non feris indulgent nec fœtui,adeo totius gregis, non tam cruore,quam in ſtrage gloriantur; non vrbibus,oon burgis,non municipiis,non pagis parcitur; nec ætas vlli patrocinatur aut ſexus in- C firmior; nullum dignitatum ſublimitas, nullum ſanguis generoſior à calice ſanguinis redemit. Obnixe ſupplicat ſuperba auri rutilantia,fruſtra preces accumulat toga prætexta; cyclus purpuram,ſeu ſtragulam antecellit: Calcepaſius Carbunculum, Carbunculus Topaſium. Topaſius lacrymis inundans; *quid tu,* inquit,*miſer ò vicine? quid tu miſer Amathyſte gemis inter gemmas? vides quibus,quantu non parcunt. Qui mihi non parcet, tibi quomodo parcet?* Adeo vindex gladius, hæc ore patulo abſorbet, illa voragine flammarum infavillat. Nam torrenti, dum in curſu eſt, fruſtra plumas obiicis & furenti gladio fruſtra ſupplicatur. Sic vltione centuplata *Leodari-* D *des* & fidelis ille Pannonius doli ac perfidiæ non immeritas *Boleslao* pœnas pendere.

COMMENTARIVS.

Pro iſtorum, quæ in epiſtola contioentur fortiori confirmatione iuxta intentionem alterius Polonorum Chronicæ eſt aduertendum. *Boleslaus* prout erat iniuriarum vltor atrociſſimus,audita tali proditione, ac gentis ſuæ non modica læſione,mox Roſſiam ingreditur, *Leodaridem* iubet perquirere. Sed *Leodarides* male ſibi conſcius repente vt capra ſylueſtris luſtra nemorum penetrat, inter ſaltus & lucos ferarum ſe occultat. Quo non inuento Boleslaidæ leonibus truculentiores in populum Ruthenicum grauiter deſæuiunt,non Caſtris non ciuitatibus etiam parcunt, nec vlli ætati aut ſexui aut generoſitati aut nobilitati ſuffragia conſerre geſtiunt,quoniam omnem qui reperitur viuere non permittunt. Sic *Boleslaus* in *Leodaride* facta centuplata vltione, ad propria reuertitur cum honore. 1136.

EPISTOLA XXVI.

IOANNIS Archiepiſcopi Gneſnenſis.

In qua reprobat Regem Boleslaum de facili credulitate.

CAueat ergo prudens vir,omni credere ſpiritui. Nam vtrumque vitium & omni credere & nulli: ſed alterum tutius,reliquum honeſtius. Etenim credulitas incircumſpectionem,incircumſpectio negligentiam, negligentia parit ignauiam,ignauia proximo gradu conſanguinea fatuitatis eſt,quæ ſoror eſt fœditatum, mater diſcriminum. Vnde quibusdam prudentum docentibus,nihil ſciri præter hoc ipſum,*nihil debere credi*; quod circumſpectius corrigens *Eudemius*: *Non nihil*, inquit, *ſed pene nulli debere credi; præter, ſi quis hoc ipſum dicat, pene nulli debere credi; eſſe tamen vbi nec ſemper nihil,nec ſemper nulli.*

COMMENTARIVS.

Circa literam notandum: Ad Prudentiæ virtutem ſpectat, non facile credere, ex eo, quia prudentia animum omni credulitati retrahendum inducit. *Viri enim prudentis eſt* (vt ait *Seneca* de 4. Virtutibus) *prius examinare conſilia, & non cito facili credulitate ad falſa prolabi: quia qui cito credit, leuis eſt corde.* Vnde ſecundum eundem *Senecam* ad Lucil. epiſt. 3. *Quædam enim amicis committenda ſunt, quædam etiam legitimorum conſcientiam reformidant, neutrum ergo faciendum eſt, vtrumque enim vitium eſt, & omnibus credere, & nullis. Tutius tamen eſt nulli credere, plurimum enim credulitas fallit:* idem ait Seneca. Inde legitur de *Ottone* Imperatore, qui (vt refert *Philippus de Fergamo* part. 5. præc. 35.) credens accuſationibus vxoris quendam militem iniuſte occidit. Comperto autem proceſſo, quod fuiſſet iniuſte accuſatus,multum de eius offenſa & morte doluit,ita quod vxorem ſuam, quæ minus iuſte militem accuſauerat,comburi fecit, & ſeipſum vxori militis interfecti in manus totaliter dedit. Non ergo immerito dicit *Cato*: *Nil temere credas.*

EPISTOLA XXVII.

MATHÆI Epiſcopi Cracouienſis.

De Vngarorum perfidia, teſtamento Boleslai ac ſucceſſione ſui primogeniti Wladislai.

Omnium

1136. Omnium inuictiſſimus fuit *Boleſlaus*; quem tamen arma vincere non potuerunt, ſola ſemel vicit credulitas. Quendam e-nim ſtirpis regiæ a Rege Pannoniorum adictum exilio, ſolito *Boleſlaus* excipit & exhibet affectum, ac non modo patrio, ſed & regno reſtituere parat. Quo intellecto Pannonii, dolo credulum circumſcribunt. Rege ſiquidem dolum ſubornante, Primatum primi ex parte Senatus ac vniuerſi Magiſtratus legatorum vices gerunt. Primo aſſerunt, omne regnum deuotis gratiarum obſequiis ad ſcabellum *Boleſlai* prouolui; qui ſereniſſimum ipſorum lumen, quod vnicum Pannoniæ remedium, tam ſereno amplexu collegarit. Secundo vultu deiecto pronis ceruicibus querelas, callidiſſima commenta aſtutia, deplangunt, & inexorabiles odii cauſas in Regem conferunt. Tertio ſubſidiari orant, vt regem propulſent, exulem reſtituant, nec multo laborandum ſubſidio, ſuas illi copias inſtituto pene ſuppetere. Vtramque tamen Maieſtatem & *Boleſlai* & exulis flagrantiſſime ſuſpirant, vt hæc examen colligat, abarceat illa veſpadium. His ergo Princeps perſuaſus cum paucioribus propoſito Pannoniam ingreditur; occurrunt illis Pannoniorum cateruæ, multa ſucceſſiue accreſcunt millia. Omnes exulem Regia nomine conſalutant, omnes paulatim trans poſtremas acies relabuntur. Rem tacito *Boleſlaus* conjectat, *Wſzeborium* accerſit, qui princeps erat militiæ. *Suſpicaris*, inquit, *Wſzebori quod ſuſpicor?* Qui reſpondit. *Quidnam ſuſpicor? Cernis*, ait, *omnes pene in caudam relabi, quorum cauſa hic agitur.* At ille: *Cur metum aut inſidias illorum, aut vtrumque diſſimulem?* Cui *Boleſlaus*: *Quid ergo? Non eſt mora libera, nobis turpe viris non eſſe viros: Qui præuenit in tempore, præualet in cauſa. Ictu qui præuenit ictum, victoriam anticipat.* *At ille: Pernota nobis huius aleæ conditio, damno negligitur iactus anterior.* Tum vero quidam alti vir conſilii:

Tam ſubito ſubitos non competit eſſe pedites;

Difficiles aditus quiſque ſubit ſubitus.

Furentis enim ſuum in ſe telum conuertere. Sed cum opera pretium, nec vnde leo ſperamus tuis vnguibus ſanguinem vitro emulgeas, ne dubium adhuc amicum hoſtem indubitatum reddideris. Dum hæc inuicem altercantur, immenſas eminus cum Rege turmas conſpicantur. Aiunt Pannonii Regi nouo adminicula ſuorum accedere, multorumque multa veneratione Regiam debere coli Maieſtatem. Quid plura? Concurrunt acies, & pila minantur pilis. Geminus Boleſlaidas hoſtis vrget; hic a tergo, ille a ſyncipite. *Eia viri*, clamat *Boleſlaus*, *vt bene pugnetur, bene pugnant effetis hoſtis, vnus quinque fugauit, mille duodecim millia;* & exerto mucrone, quem gruem vocant; *Didicit*, inquit, *grus noſter, ampliora cruoris flumina e ferreis elicere ſcapulis & ſiccare.* Igitur non ægidos militia; non callum thoracas, non loricas trilix, non chalybs defendit galeas; non ingenii robur, nullum roboria ingenium, inſtar fauillæ cuncta ventilat. Quorumlibet quantumlibet corpora, dictu incredibile, quotquot vno pertingit vibramine, non ſcindit, ſed tranſuolat, adeo vt quoſdam illæſos putares, donec aut ſuo pondere, aut aliorum impulſu, in diuerſa ſciſſim dilabuntur. Audies cæſorum capita, neſcio quid horrendum rotatim circuiendo balbutire horrens; capitibus multorum truncata cadauera præ concepto impetu concurrere videres; non paucos loripedes, mancos, ſemiuiuos, plus vulnerum intendere anguſtiæ, quam prælio. Nec vero minus acriter inſtat animoſus *Wſzeborius*, qui ſuos non minus viribus; non minus manu animat, quam verbis. *Viriliùs*, inquit, *commilitones, viriliùs dies in ſplendoribus exorta gloria, in gloria fulget ſemper educata virtutis; ſerenior eſt meridie, nec ſcit occaſum. Arctamur? Virtus vtique in arcto vires colligit, in arcto explicat, in arcto experitur. Premimur? Palma ſtipes eo ſurgit procerior, quo ſub grauiori mole radix gemit depreſſior. Concutimur? ſic augetur conſtantia. Exploratum enim eſt columnas concuſſione ſtabiliri & paleas a grano ſecerni. Atterimur; attrimentum enim eſt hac natura, vt integra minus excednis habeant; crebrius attrita ſentiri acriora. Sed cur nam fuga? Fallor viri, non fugitur, ſed hoſtis inſectatur. Orſum omnes orſum; vincimus collega, non vincimur:* Fugiebat enim quidam non parnus aut honoribus aut genere, ſed animo degener, eius nomen verbo *Demoſthenes*, opere *Therſites*. Per hunc, proh dolor! filii effreni intendentes arcum, mittentes ſagittas, conuerſi ſunt in die belli; cuius ignauia, cuius fuga, non tam victoriam victorioſe ademit *Boleſlao*, quam titulum victoriæ nube quadam obduxit, aut vt verius dicam, Sole Solem illuſtrauit. Nam ad hunc vſque diem inæſtimabilis *Boleſlai* virtus tametſi crebro audita fuit, non adeo tamen credita Pannoniis. Cuius dum aſturco, labore ignoro an vulnere, ſuccumbit, pedeſter non ſegnior conflictu dimicat & proſternit: quem nonnulli hoſtium quaſi fulminis impetum ſtudio declinant. Tandem non victus ſed vincendo fatigatus tot millibus cæſis a prælio diuertit; quem originarius quidam ſuo equiſero ſuppeditans: *Memento*, inquit, *mei Domine, cum veneris in Regnum tuum*, ſileat ergo Pannonia, ſuæ fraudis illam pudeat meminiſſe, nec victi nomen iactitet, ne ignominioſo fruſtra glorietur triumpho, quem tot ſuorum cruore militum cernit purpurari, quem tot capitum diſpendio mercamur. Miſerum enim eſt circumſcriptionis ſolatium, quod pluris emeris & minoris emiſſe mentitis, aut quod prælio plus confinxeris; 1138.

1136. inutile fuiſſe æſtimare ſatius æſtimo, ſæpius circumſcribi, quam ſemel mentiri. At vero non indignis illum fugæ principem donariis donat *Boleslaus*. Nec enim irrepræmiatam diſſimulare virtutem, aut impuniram voluit negligere ignauiam. Tribus illum donat muneribus, colo, penſo & leporum pellicea. Colus fœminam, penſum verſutum, lepus meticuloſum ſignat. Quibus ille intellectis in oratorio proprio campanæ loramento ſuſpenſus, miſerum permiſere ſpiritum exhalat, & ſic in colo patibulum, in penſo laqueum, in lepore fugam ſpiritus intelligo. Illum autem illum originarium ob libertatis inſigne ſeruitute emancipat, emancipatum locupletat, locupletem equeſtrium prætexta nobilitat. Nihil itaque *Boleslao* vel induſtriæ defuit aut virtutis, ſi credulitati parcius laxaſſet habenas. Cuicunque prudentiam duæ reſerant oſtiariæ innocentia & confidentia, quia etiam purior conſcientiæ radius nihil intro de ſe ſuſpicit, nihil extra ſuſpicatur, & animus generoſior res etiam impoſſibiles ad poſſibilem redigit facultatem. Vnde nihil timens, omnia præſumens ſurrepit credulitas, quia innocens omni credit verbo, ſed honeſto. Nec enim de ea loquor credulitatis ſpecie, quam delatio parturit, lactat aſſentatio; hæc ſiquidem humano capiti ceruicem pingit equinam & aſininas excreſcere iubet auriculas. Quæ peſtis licet regia, licet omni compta venuſtare, ſiquando ad huius fores principis tranſitauit, mox procul abſiſtere iuſſa eſt perturpi confuſa repudio. Ad ſummum itaque de ſummo *Boleslao* id accipe: Alter *Alexander*, alter *Cato*, *Tullius* alter, non minor *Alcida*, ſed agilior hic vir *Achille*. Qui dum fatale munus iam a ſe exigi ſentiret, teſtamentales mandat conſcribi codicillos, in quibus & auitarum vices virtutum, & regni ſucceſſionem quatuor filiis legat, certos tetrarchiarum limites diſterminans, catenus, vt penes maiorem natu & Cracouienſia prouinciæ Principatus & autoritas reſideret principandi; de quo ſiquid humanitus obtigiſſet ſemper ætatis maioritas, & primogenituræ ratio litem ſucceſſionis decideret. Suggeritur ei de quinto filio adhuc infantulo, cur illius non meminerit; cur nulla illum legatorum portione ſubſcripſerit? Quibus ille: *Imo*, inquit, *longius præmemini & legam*. Stupentibus illis quænam, quanta poſſit eſſe portio inter quartas, quidam neſcio iocula- riter an ſerio, ſubintulit: *Non cernitis quatuor tetrarchis, quadrigam tetrarchia fabricatam; ſic iſti paruulo quinta in quadriga rota legatur ſucceſſio*. Cum de inofficioſo teſtamento pater arguitur, ait: *In pupilla oculi video quatuor ex hac lacryma manare flumina, & fluctibus collidi oppoſitis; quorum quædam in ipſa ſui vehementiſſima inundatione repente ſiccantur. Continuo ex aurea fiſtula fons aromatum erumpens eorundem alueos fluminum gemmis præſtantibus ad ſummum inundat. Ceſ-* 1136.
A *ſat ergo inofficioſi querela; æquum enim eſt, partes pupillares tutoribus debere mandari, non pupillis. Iam vero iam ingredi iubeor, quo nemo ſine ſaluberrimo accingitur viatico*. Salutari ergo ſumto antidoto, felicem functus eſt diem princeps feliciſſimus, pater felicior: de quo incertum eſt pacis ſerenitate proſperior, an belli fuerit glorioſior triumphis. Succedit ergo patri *Wladislaus*, tam A. C. 1140.
primogenituræ priuilegio inſignis, quam regni ſucceſſione ſublimis, ſed ambitioſus altero, reliquo faſtuoſus. Qui eo triſtius imperauit, quo iucundius vxoriis indulſit amplexibus. Non enim facile de vxore triumphatur, quæ ſemel triumphaſſe permittitur. Nec
B enim viciſſe contenta eſt victricis animoſitas, niſi quæque inuictiſſimorum colla ſuis ſuppeditet imperiis. Vocat ergo virum ſemiprincipem, imo ſemiuirum, qui quarta vnius iugeris contentus portiuncula, tot plusquam principes muliebriter ſuſtineat. Quia vero ſine difficultate perorat, qui imperat promtiſſime, viri animum inclinat. Itaque princeps in ſe humaniſſimus vxoris atrocitate ab humanitate deſciſcit. Nam fraterna exuta pietate hoſtibus animos induit, & fraterculos adhuc impuberes cruentiſſima rabie inſectatur, eorumque vrbibus occupatis, ipſos exhæreditare inſtituit; qui prona ſupplicatio-
C ne proſtrati, numen muliebre inexorabile placare ſtudent & plus lacrymis, quam linguæ beneficio perorare contendunt. Sed Erebi millies manſueſceris inferias, quam fœmineam ſemel exoraueris truculentiam.

COMMENTARIVS.

Epiſtola in tres diuiditur partes. In prima Vngarorum perfidia deſcribitur; in ſecunda mors & teſtamentum Boleslai; in tertia ſucceſſus ſui primogeniti *Wladislai*. Et pro iſtorum omnium fortiori confiliatione, iuxta intentionem alterius Polonorum Chronicæ eſt aduertendum: Poſt huiuſmodi ſæuam *Boleslai* vltionem, Ruthenis, vt præmiſſum eſt,
D aſperrime inflictam, Ruthenorum princeps aliarum circumiacentium Prouinciarum Principum communicato conſilio, cum aliter ipſis populoſitas adeſſe minime videretur, quæ potentiæ *Boleslai* reſiſtere poſſet; Halicienſem Regem, Regis *Boleslai* generum de Regno eiiciunt. Qui ad regnum ſoceri ſui *Boleslai* confugiens apud ipſum cum vxore aliquamdiu fuerat commoratus. Ruthenorum ergo Princeps inuaſionem *Boleslai*, quem ut fulguris impetum abhorrebant, transferunt aliter, dolum credulo intermiſcene, vt quem armis vincere non poſſunt, ſaltem credulitate vincant. Poſt omnium ergo Principū ſibi adhærentium ac barbaricæ gentis multitudinem armatorum

ſtu-

1140. ſtudioſe primitus recollectam, Primatum primos ex parte totius Regni Halicienſis Procerum ac vniuerſitatis ad *Boleslai* præſentiam in legatione dirigunt, offerentes ſe ipſos cum natis ipſorum & omne regnum deuotis obſequiis, ad *Boleslai* ſcabellum prouolui, ſi Regem ipſorum fraterno collegerit amplexu. Pannonii quoque Halicienſi regno contigui, & de Ruthenorum aſtutia non ignari, querelas callidisſima aſtutia commendatas deplangunt, ſubſidiari deprecantes vt Regem propulſatum regno reſtituat, ſuasque illi copias armatorum ſubſidio promittunt; vtramque tamen Maieſtatem & *Boleslai* & exulis flagrantisſimis precibus exoptant. Talibus igitur perſuaſionibus deceptus Princeps *Boleslaus*, Halicienſem Prouinciam paruo exercitu ingreditur. Cui quædam Pannoniorum cateruæ & demum Ruthenorum amici in mira numeroſitate confecti alternatim ſuccreſcunt, Regem exulem honorabili voce ſuſcipiunt, & *Boleslaum* conſalutant; omnes tamen ſucceſſiue in poſtremas acies relabuntur. *Boleslaus* itaque rem tacite conſiderat, quam Principi militiæ *Wſzeborio* apponere feſtinat. *Suſpicaris*, inquit, *Wſzebori*, *quod ſuſpicor?* Qui reſpondit: *Quid ſuſpicaris?* Qui ait: *Cernisne omnes hos pene in caudam relabi, quorum cauſa huc itur. Quid ergo? Non eſt mora libera: Nobis turpe viris non eſſe viros.* At ille:

Tam ſubito ſubitos non competit eſſe peritos,
Difficiles aditus quoque ſubit ſubitus.

Dum hoc illi inuicem altercarentur, ecce innumeras Ruthenorum & Barbaricas turmas eminus venire proſpicantur. Sic itaque concurrunt acies & pila minantur pilis. Geminus *Boleslai* exercitum vrget hoſtis, vnus a tergo, alter a ſyncipite fortiter impugnans. Clamat igitur *Boleslaus*: *Eia Viri eia, pugnare nam conuenit, non ſegniter a prælio diuerti.* Quidam autem vir Boleslaides magnus genere, ſed degener animo & paruus, fugam de prælio init; cuius ignominioſa fuga non tam victoriam victorioſo *Boleslao* ademit, quam titulum victoriæ, quaſi quadam nube obduxit: aut vt verius dicam, Sole Solem illuſtrauit. Nam huc vsque ad hunc diem etſi crebro *Boleslai* virtus tam inæſtimabilis audita fuit, non tamen Pannonils audita, & Ruthenorum gentibus notabiliter extitit inaudite manifeſta. Cuius equus tam labore quam vulnere, dum fatigatus ſuccumbit, *Boleslaus* pedeſter cum hoſtibus confligit, dimicat & proſternit, quem quidam originarius de proprio equo prolapſus illũ conſcendere facit. Et tandem *Boleslaida* non victi ſed vincendo fatigati, funeſto a prælio diuertunt, prout latius in textu patet.

Circa primam partem huius epiſtolæ eſt aduertendum: Quanquam *Boleslaus* de pluribus poſſet commendari, vt de incredibili fortitudine corporali, præcipue tamen de duobus commendatur, videlicet de prudentia ingeniali, & de virtute morali. 1140. Vnde dicit textus, quod nihil *Boleslao* induſtriæ defuit, aut virtutis. Vnde ipſe vnicuique retribuebat iuxta merita & demerita; merita virtutum non dimiſit irrepræmiata. Vnde illum, qui ipſum ſuo equiſero ſuppeditauit ſeu promouit, ſeruituti emancipauit, emancipatum locupletauit, locupletem militem cinxit. Demerita etiam non dimiſit impunita, ideo illum profugum tribus, colo videlicet, penſo & pellicea leporis, in ſignum ipſius ignauiæ condonauit. Vnum tamen ſibi defuit, quia nimis creditiuus fuit, quæ nimia credulitas ipſum decepit. Hanc autem credulitatem in ipſo cauſauit primo ipſius innocentia, quia ſicut in ſe innocens & fidelis fuit, ſic eandem innocentiam & fidelitatem fieri in omnibus exiſtimauit: ſecundo confidentia, quia generoſus animus etiam res impoſſibiles redigit ad poſſibilitatem & facilitatem. Credulitati tamen delatoriæ vel adulatoriæ ipſe *Boleslaus* autem non appoſuit, ſed eam penitus a ſe cum ad eum veniebat repudiabat. Et merito. Non enim omni ſpiritui credendum, 1. Ioan. 4.

Circa quod eſt aduertendum ſecundum *Philipp. de Pergamo* part. 7 documento 24. Quanquam perſonis grauibus dicta vel facta referentibus, minime eſt credendum. Primo laudatoribus ſeu adulatoribus. Vnde *Cato*: *Cum te aliquis laudat, iudex tuus eſſe memento.* Secundo non eſt credendum ſimulatoribus & callidis. Vnde *Cato*: *qui ſimulat verbis, nec corde eſt fidus amicus.* Tertio non eſt credendum blanditoribus. Vnde *Cato*:

Noli homines nimium blando ſermone probare,
Fiſtula dulce canit, volucrem dum decipit auceps.

Quarto non eſt credendum detractoribus & bilinguibus, Vnde 1. Ioan. 3 omnis qui detrahit fratri ſuo homicida eſt, Quinto minime eſt credendum inimicis. Eccl. 12. Non credas inimico tuo in æternum.

EPISTOLA XXVIII.

IOANNIS Archiepiſcopi Gneſnenſis.

In qua confirmat mulieris truculentiam ſæuiorem eſſe omni ſeueritate.

CVidam ſapienti natus filius: *gratum*, inquit, *munus ac beneficium naturæ; ſed caueri iubeo, ne vnquam lac ſugat, niſi ab vberibus atrocisſima belluarum.* Dicit ei: *Quarenda ne eſt lupa? Ait: Minime. Nunquid Leæna? Non. Tygris? Abſit. Olophagus? Nequaquam. Quod ergo animantium eſt omnium atrocisſimum?* Reſpondit: *Quod omnium manſuetisſimum eſt*, fœminam ſignans. Eſt enim omnis manſuetudo fœminea omnium ſeueritate truculentior, omnium truculentia ſæuior.

1140.

COMMENTARIVS.

Circa literam eſt aduertendum. In libro de animalibus dicitur: In omni genere Animalium ſœminæ ſunt molliores, quam maſculi, præter vrſam & Leopardam. Mulieris tamen ira eſt maxima & periculoſiſſima. Eccleſiaſt. 15. Non eſt caput ſuper caput colubri, & non eſt ira ſuper iram mulieris. Audax enim eſt ad omnia quæcunque amat vel odit ſœmina, & artificioſa cum nocere intendit. Quod tali probatur exemplo: *Philip. de Pergamo* parte 8. documento 22. Quædam mulier cum eſſet in magna tribulatione & turbatione cum marito, & ipſum valde odio haberet, quandam contra eum cogitauit malitiam, vt ab eo ſeparari poſſet. Tandem quadam vice dedit ei potationem ex quibusdam herbis venenoſis confectam; qua aſſumta non tamen ebrius videbatur, ſed velut inſanus iacebat in lecto, huc atque illuc volutabatur ſpumans, nec ſolum rationem amiſerat, ſed etiam loquelam. Vxor concurrit ad monachos, clamans & eiulans: *Domini*, inquit illa, *per Deum veritatis, maritus meus moritur, iam amiſit loquelam, nihil petebat niſi fieri monachus, dum adhuc loqueretur. Nolo quod propter me ſalus animæ impediatur. Vnde promittere volo caſtitatem quamdiu ipſe viuet, etiamſi Deus ipſum vellet reſtituere ſanitati. Sed pro Deo cito veniatis & cucullo induatis eundem, quia proximus eſt morti.* Tantum penes eos inſtitit, quod dicti monachi aduenerunt & eum totonderunt & magnam coronam ei fecerunt. Mane autem facto cum euigilaſſet & ebrietas tranſiſſet, & ſuum caput tetigiſſet, & ſe decapillatum taliter inueniſſet, & monachalem habitum ſe indutum reperiſſet, de his non modicum mirabatur. Et cum ab vxore quæſiuiſſet, quid hoc eſt, quis eum ſic præparaſſet, illa quaſi flendo clamabat: *Marite chariſſime, non recordaris tui, qualiter in iſta infirmitate factus es monachus? Nihil aliud petebas, quando dolorem vehementiſſimum ſuſtinebas. Chariſſime ergo pro ſalute animæ tuæ promiſi caſtitatem, videlicet me ſolam manere & quaſi viduam deſolatam.* Cumque ille vellet ſe monachum denegare, & velle ſe manere cum ea, ſicut prius de iure debebat, illa: *Nullo modo volo. Ego votum meum iurepeto, tu es monachus. Nolit D.ns quod monachus iuxta latus meum iaceat. Miſer nonne erubeſceres, ſi tuum votum non compleres. Si ad ſeculum rediret, totus mundus te vocaret apoſtatam.* Et ille miſer tum propter pudorem, cum propter mulctam Monaſterium eſt ingreſſus, eique domum cum ſupellectilibus dimiſit. Sed ne longo diſpendio te ſuſpendam, lege aureolum *Theophraſti* & Medeam *Iaſonis*, & vix modica inuenies mulieri impoſſibilia.

EPISTOLA XXIX. 1140.

A MATHÆI Epiſcopi Cracouienſis.

De Diſcordiis & conflictibus crebris inter Wladislaum Boleslai primogenitum, & fratres ſuos pupillos, Boleslaum & Mieſzkonem.

O infauſta belli conditio! quem paterna colunt reuerentia, hoſtem ſuſtinent, à quo patrocinium ſe parari debuit, prælium infligitur. Veruntamen ex ipſo vulnere nata eſt vulneris curatio. Ob importabile namque vulneris eiusdem iugum, ob inexorabiles odii cauſas Archipontifex *Iacobus* cum Procerum præcipuis ad pupillos defecerunt: qui ſub principe militiæ cuius non longe prememini, *Wſzebòrio* ſæpius
B non improſperè contra *Wladiſlaum* conflixerunt. Horum freti conſilio, non iam lacrymis indulgent pupilli, ſed armorum ſtudiis animoſius inſiſtunt. Eſt enim omnium artium vbique Magiſtra, eſt rudium ſemper eruditiua neceſſitas. Proinde ſuorum aliquantiſper minus fidens *Wladiſlaus*, exterorum turmas contrahit, quos illi manu perpaucula fudere, vt fama ſit eorum cruore flumen Pilciæ, iuxta quod conflictum eſt, ripas altius inundaſſe. Rurſus ergo numeroſiores imo innumeras barbarorum legiones quaſdam prece allicit, quaſdam pretio conciliat, nonnullas poteſtatis cogit imperatu, omnes in fraternum graſſari iubet ex-
C cidium. Quid faciat agniculus rabidis vndique luporum circumſeptus excubiis? Nam quod fugæ conſilium, quod conſilii beneficium, quod beneficii tandem remedium, vbi tanti vndiq; ſtuporis atrocitas, & iam omnibus pene dirutis aut præſidiatis illorum municipiis? Iam quaſi voti compos circa Poſnanienſi urbem, quæ ſola reſtabat ſub eorum præſidio, in quam ſuas, in quam Libianeorum congeſſerat copias, iam obſidionum omne ingenium, omne robur explicuerat per gyrum, tanto ſecurior, quanto milite copioſior. Delituerant interea pupilli ex induſtria, cum paucis quidem, ſed armorum exercitatiſſimis, vrbi ſecretius deliberantes ſubſidium. Inter quos *Mieſzko*,
D vt erat & animo promtior & ſermone torrentior: *Satius*, inquit, *viri rebus quam verbis rerum conſulitur anguſtia. Nam & ſecuri via ſecura eſt in inuio, & ſtrata publica in dumetis. Nonne planum eſt ſalci iter in carecto? Nec ſtrictus erit enſi curſus in deſtricto? Quis imbelle ſcabrorum vulgus, quis ſalices locuſtas horruerit? Libeat quæſo tam fortunæ munus, quam virtutis robur experiri.* His dictis paulatim in hoſtem procedunt, ſenſim ſurrepunt, excubias hoſtium procul a caſtris occupant, in vincula coniiciunt, ſecreta caſtrorum fateri iubent; agnoſcunt, nil ſuſpicari & inter epulas laſciua ſecuritate torpere. Sed ciues eminentiſſime ſcuto e muris exerto, euidens opportu-

ni-

1140. nitatis argumentum ſuggerebant. Adhuc ergo erant eſcæ in ore ipſorum, & ira Dei aſcendit ſuper eos. Epulantibus inſiliunt, incautos A obruunt, ſtupidos obtruncant, erumpunt valuis patulis vrbani, euolant ex vrbe præſidiarii, caterua hoſtium hinc inde ventilant, tardiuſculos premunt, ſpiculantur fugientes & quaſi leones inter caprarum greges paſſim debriantur. Cæterum eis, qui fuga niſi ſunt proſperari, longe miſerior occurrit calamitas. Nam cui forſitan gladii ſeueritas pepercisſet, inundans vndarum impetus non pepercit. Nec enim pauciores torrens profluentis fluctibus inuoluit, quam fulmen enſis abſorbuit; adeo vt pleraque illius reptilia fluminis cruore cadauerum aſſerantur ſuffocata. Nec abſimiliter in hoc prælio *Wladislao* ſucceſſit, quam naufrago inſtitori, qui vix nudus emerſit naufragio. B Munitiſſime tamen præſidiatis vrbibus, imperatoriam adit ſerenitatem, cuius erat ſorore vxorius, à quo ſubſidiari ſupplicat, & quæ emendare nequit, emendicare ſtudet ſuffragia. Cracouiam interim vaſtis obſidiouibus vallant, non iam pupilli, ſed principum ſtrenuiſſimi, *Boleslaus* & *Mieſzko*, illamque tygridem, quæ vrbis defenſabat præſidia, deditioni accedere iubent; quæ vix vrbe tandem excuſſa & opibus virum ſequi compellitur, quo cum in exilii calamitatibus contabuit.

COMMENTARIVS.

Hæc Epiſtola diuiditur in duas partes principales, ſecundum duo bella præcipua inter C ipſos commiſſa, in quorum vtroque pupilli triumphales exutere. Pro quorum fortiori confirmatione iuxta intentionem alterius Chronicæ Polonorum eſt aduertendum. *Wladislaus Boleslai* primogenitus non motus fratrum lacrymis nec Poloniæ procerum precibus inſtantiſſimis, exercitum fortem tam de Ruſſia, quam de aliis circumuicinis partibus congregat. Et primo *Henricum* de Sendomirienſi deinde *Boleslaum* de Mazouienſi ac de aliis terris fugam inire compellit, & eorum dominiis pene omnibus improbe occupatis, ipſos omnimode exhæreditare proponit, cum quo *Wſzeborius* Princeps militiæ vice pupillorum ſæpius non improſpere conflixit. Cuius facti confidentia D Princeps, paruuli lacrymas omittunt, & armorum ſtudiis animoſius inſiſtunt. Proinde *Wladislaus* de ſuis minime confidens, extraneorum turmas attrahit nationum, quas in fraternum iubet graſſari excidium; qui tandem de nulla virtutis potentia amplius præſumentes ad Posnanienſem vrbem, quæ ſola iam reſtabat præſidio, cum fratre *Mieſzkone* conflixerunt, circa quam *Wladislaus* omne robur ſui exercitus explicuit & obſidionis ingenium animoſe geſſit, tanto ſecurior, quanto militiæ, ſeu militie copioſior exiſtens. Et dum a quanto tempore *Wladislaus* in obſidione Ciuitatis Posnanienſis moram facit in terris Poloniæ per barbaricam gentem ſui exercitus necem crudeliſſime inferendo, *Iacobus* Archiepiſcopus Gneſnenſis ad ſtationes exercituum accedens, papilionem ſeu tentorium *Wladislai* in ſuo curru paruulo intrauit, ipſumque ſub obteſtatione diuinæ vindictæ obiurgando monuit, vt à fratrum perſecutione ceſſaret, & ſuper effuſione chriſtiani ſanguinis, ſtupratione virginum ac violatione matronarum, quæ inceſſanter barbarica gens ſui exercitus nefarie exercebat, clementer compatiens, ad propria placatis fratribus ſtudeat declinare. Qui dum more Pharaonis corde indurato ſacri Præſulis monitionibus parere contempſit, ipſum Archipræſulem veluti contemtorem, & Chriſtianæ fidei inimicum, ibidem mox anathematis vinculo innodauit. Quo facto currum de papilione exire faciens, ſtaturam papilionis ſeu tentorii caſu inopinato vector currus cum curru confregit, quæ cadens cum parte tentorii *Wladislaum* fere oppreſſit, præſagium futuri mali *Wladislao* demonſtrans. Nec ob hoc Archiepiſcopo fuerat indignatus: ſed caſum huiuſmodi fortuitum ſuſtinuit patienter, propter quod dubium non eſt, prolem ſuam partem Regni Poloniæ poſt ipſius deceſſum poſſediſſe. Denique Sandomiritæ, Mazouitæ & Kuiauitæ & Poloni Dominos ſuos pupillos feruentiſſimo affectu inſecuti, frequenter *Wladislai* exercitui parant inſidias, incautos trucidant, capiunt & in vincula coniiciunt, & tandem cum pupillis induſtrioſe deliberantes ſtationes *Wladislai* caute inuadere deliberant. Ita ſigno de tunc caſtri extrinſecus dato latentibus, in ſtationes *Wladislai* vno momento, & hi de caſtro, & hi de latibulis irruere non paueſcunt. Interea quidam pabulans miles ſtrenuus quoſdam de caſtris *Wladislai* occupat, atque capit pabulantes, vt patet latius in textu. 1140.

EPISTOLA XXX.

IOANNIS Archiepiſcopi Gneſnenſis.

In qua per naturale exemplum declarat Wladislai interitum condignum.

EST quoddam volucrum genus, quos nonnulli *Vrtnices*, alii vero *Seponas* vocant. Earum eſt natura, vt omnium oſcinum, etiam ſuæ naturæ, niſi tempore conceptus, dedignentur conſortia, & quot pullos quælibet educatura eſt, tot nidos in diuerſarum cedrorum cacuminibus ædificat, & in ſingulis ſingula oua ponit. Vnde *Sepona*, quaſi ſeorſim ponens dicitur. Alias volucrum ad conandum cogit, ſicut cuculus carucam. Porro pulli ſimul naſcuntur & euolant, imo ſtupendæ pernicitatis volatu montium & arborum ſuperant ſuprema, & celſis emenſis nubibus, quia in humili aſpernantur quieſcere, ſub ipſius ætheris puritate, alto in

 con-

1140. confinio ſoporantur. Vnde *vranices*, id eſt cœleſtes dicuntur. *Vranos* enim græce, *cælum* latine. Sæpe vento prohibente, ad ima A non poſſunt deſcendere: & ſic inſtar fulicarum in aëre fame diſpereunt. Sic ſua iſtum Sepona, hoc eſt, vxor transfigurauit in Seponam, qui dum cedros occupare ſtuduit, alienas in auras vranices euanuit. Qui turbine ambitionis obſtante, ad ſe redire non potuit, & fame id eſt concupiſcentia alienorum interiit. Sæpe ſiquidem carentia proprii appetitum gignit alieni. Vnde lucra ſectantes acceſſoria non modo ſua, ſed & ſeipſos nonnulli perdidere. Illius transmarini vulturis exemplo, qui dum vmbram pede captat, in gurgite, aſpergine gurgitis madefactus ſimul præda excutitur, & vita. Hoc eſt quod filiis Iſraël præcipitur, quod ſi quenquam B ſibi regem crearent, non alienigenam ſed contribulem, qui opum pondera non multiplicaret, qui terminos terræ propriæ vel alienæ non mutaret. Non enim procul eſt vt leges transſcendat, qui metas terrarum transmutat. Longe itaque ſatius eſt malle defungi proprio, quam inſidiari alieno.

COMMENTARIVS.

In hac Epiſtola ſunt tres partes. Circa primam notandum eſt, ſecundum *Philippum de Pergamo* in ſpeculo regiminis parte 5. præcepto 54. Duplex concupiſcentia in ſcripturis reperitur: Prima eſt virtuoſa, quæ C dicitur actus voluntatis, de qua Sap. 6. Concupiſcentia ad regnum perducit æternum & perpetuum. Alia eſt concupiſcentia vitioſa, quæ eſt actus ſenſualitatis. Et illa triplex reperitur. Prima eſt honorum & hæc prohibetur. Secunda poteſtatis quæ abhorretur. Tertia diuitiarum; & illa eſt duplex. Prima conſiſtit in acquirendo, & hæc proprie dicitur cupiditas, & prohibetur: Secunda conſiſtit in retinendo, & iſta dicitur auaritia, quæ etiam prohibetur, & Deus offenditur, & proximo iniuria infertur, & omni malo ſeminarium præſtatur 1. ad Tim 6. Radix omnium malorum eſt cupiditas, quam quidem appetentes à fide errauerunt, & inſeruerunt ſe doloribus multis.

Circa ſecundam aduertendum. Dicit textus: *Appetitus alieni facit carentiam proprii. Ideo quia lucra ſectantes acceſſoria non modo ſua ſed & ſeipſos nonnulli perdidere.* Dicitur enim 1. Ethic. Quod propter diuitias multi pereunt, & hoc maxime contingit ambitioſis, qui ambientes principatum alienum, & ipſis principari inuidentes, principatum proprium amittunt & mortem meruerunt. Exemplo Saulis, de quo habetur 1. Regum vltimo.

Circa tertiam notandum. Habetur Deuter. vltimo. Dixit Moyſes Iſraëli; Cum ingreſſus fueris terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, & poſſederis eam, habitaueriſque in illa, & A dixeris: Conſtituam ſuper me Regem, ſicut habent omnes per circuitum nationes, eum conſtitues, quem Dominus Deus tuus elegerit de medio tuorum, non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non ſit frater tuus. Cumque fuerit conſtitutus, non multiplicabit ſibi equos, vt habetur in textu. Ex quo tres conditiones inſinuantur. Prima, quod homines non aſſumant ſibi regem alienigenum ſeu extraneum, ſed hæredem & ſuccedentem per hæreditariam innationem. Et hoc etiam venerabilis *Ægidius* de regimine Principum 3. part. 2. cap. vlt. intendit & triplici via oſtendit. Prima ſumitur ex parte Regis, ſecunda filii, tertia Populi. Primum ſic patet: quia Rex conſiderat, B quod filius ſuus in regimen Regni ſuccedat. Secundum patet ſic: Filii in vices Patrum ſuccedentes non inflantur neque elati efficiuntur vt in tyrannidem conuertantur. Tertium patet ſic: quia populi facilius filio Regis, quam vni extraneo obediunt ex conſuetudine, quæ eſt altera natura. Secunda conditio. Quod Rex opum pondera non multiplicet, ſecundum *Polycrat.* lib 4. cap. 5. *Et aurum ſibi Reges theſauriſant, cum ex calumnia quæſtum, de paupertatibus aliorum abundantiam, de rapinis diuitias quærunt, & ſingularem ſibi beatitudinem in calamitatem multorum ſtatuunt.* Tertia conditio: Quod Reges terminos terræ propriæ vel alienæ non mutent. Non enim decet, ſecundum *Ægi-* C *dium* lib. 3. part. 2. cap. 9. Regem per vſurpationem & iniuſtitiam dilatare ſuum dominium. Nam vt dicitur in Polit. *Durabilius eſt regnare ſuper paucos, quam ſuper multos, quod maxime verum eſt, ſi huiuſmodi multitudo ciuilis potentia acquiſita ſit per vſurpationem & iniuſtitiam.*

EPISTOLA XXXI.

MATHÆI Epiſcopi Cracouienſis.

De Succeſſibus Boleslai Criſpi Fratris Wladislai.

HVius religionem ſententiæ pene ſuperſtitioſe coluit frater & ſucceſſor *Wladislai Boleslaus*. Nam etſi familiare ſit Adæ filiis lucra ſectari, conſultius tamen iſte ſibi conſuluit D cupiditatum cauſas amputare, quam occaſiones ambitus aucupari. Igitur ſuæ Dignitatis primitias erga fratres plus quam fraterno conſecrat affectu. Non ea tantum deferens, quæ ratio ſucceſſionis poſtulaſſet, ſed impertinentes quoque Prouincias, ſacra indultione collargiens *Mieſzko* videlicet & *Henrico*. Nam *Caſimirum*, vtpote adoleſcentulum, quaſi filium familias in domo ſua aliquantiſper habuit, non vt vlli gratiam participii prorſus inuideret; ſed ne tenellum vitis palmitem ſine paxilli adminiculo vento leuitatis exponeret. Nemo enim ex inſipientibus ſibi eſt relinquendus, quia quod eſt flammæ oleum, hoc adoleſcenti libertas. Vnde A. C. 1146.

qui-

1146 quidam: Byſſinas, inquit, infantiæ faſcias natura texuit, aureas adoleſcentiæ catenas prudentia fabricauit. At vero *Wladislaus* ſui A non immemor, cum ſufficientem ſeſe vlciſcendi non haberet facultatem Regem Pragitarum vtcunque ſibi conciliat, cuius ope ruſſi flammas Draconis contra *Boleslaum* ſollicitat, cauſam affinitatis pro ſe cogentiſſimam ſanguinis rationem pro vxore & liberis apud Imperatoriæ culmen Maieſtatis allegat; præſertim cum in ipſo ſit aſylum refugii, portus naufragantium, deſolationis ſolatium, vnicum deſperationis remedium, totius denique calamitatis ſubſidium. Proinde non tam allegationibus perſuaſiuis, quam importunis illius ineptiis proceſſus Imperator *Boleslaum* crebris legatorum interpellationibus fatigat, vt fratrem non regno, ſed patrimonii conſortio reſtituat. B Qui quanto pertinacius monitis parere detractat, tanto acrius animoſitatem in ſe Imperatoris exaſperat: quia nec impune contra ſtimulum calcitratur, nec ſecure contra torrentis impetum nauigatur. Igitur omne imperii robur in vnum virum coniurat; manus omnium contra *Boleslaum*, manus *Boleslai* contra omnes. Bicorne illi Diadema proponitur, aut regno cedat, aut campeſtrem belli conflictum non declinet. Sed vtrumqua vir induſtrius de die in diem procraſtinans, ſine bello confligit, ſine prælio triumphat. Amputat enim ac intercluditomnia vndique verſum pabulorum ſubſidia. Vnde in caſtris hoſtium paulatim increbeſcente rerum inedia, C illud inuictiſſimatum robur legionum, illæ famoſiſſimorum phalanges virorum famis peſte contabuerunt. Non parui denique temporis interiectu, exule vltimum functo diem, non minus inſiſtit Imperator; ſed precibus non armis inſtat, ſed gratia, vt ſicut in fratre delinquente diſtrictus exſtitit, ſic in reliquiis eius non impius appareat, vt ſaltem ipſius orphanorum ipſum miſereat. Nec enim æquum eſt paternæ acerbitatem vuæ gingiuas filiorum obſtupeſcere. Quia vero natura pietatis eſt imperatrix & pietas gratiæ collactea, *Boleslaus*, qui ab Imperatore vinci non potuit, naturæ non dedignatur obedire imperio & gratuito amplexu fraternos ab exilio excipit (quorum D nomina adultioris *Boleslaus*, minoris *Leſzko* ſiue *Mieſzko Loripes*, minimi *Conradus*) eosque ſacra Sileucii donat Prouincia, tam ob gratiæ inſigne, quam ob orbitatis ſolatium. Nam tertium nomine *Conradum* cuidam cœnobio coniecerat neſcio propria profeſſio an paterna deuotio. Quia vero quaſdam illius Prouinciæ vrbes, ad abundantiorem cautelam donationem exceperat; multorum ea res malorum peperit occaſionem, & fouit incentiuum pœnæ. Siquidem in ipſo ingreſſus veſtibulo non donationis, non beneficii titulo, ſed hæredibus vtpote legitimis ſucceſſione legitima dictam ſibi acceſſiſſe Prouinciam aſſerunt Wladislaidæ; imo ad ſimilitudinem poſtliminio reuerſorum iure poſtliminii reſtitutionem A petunt. Submouetur illorum intentio tranſactionis exceptione. *Renunciaſtis*, inquit Princeps, *hac in parte iuri veſtro, cum ſit iuris exploratiſſimi, omnibus licere, quæ pro ſe indulta ſunt, renunciare.* Probationem illi exceptionis non exigunt, ſed replicant: *Renunciaſſe nos fatemur, ſed exſpoliatos, ſed coactos, ideoque ius reſtitutionis nobis competere; qua pendente nolunt pendere, ſed expoliatorum iure poſcunt reſtitui, ne quod ius non patitur, inuiti agere cogantur.* Vrgentioribus interea occupato Principe, occupant illi municipia, arte muniunt, roborant præſidiis; quod pius princeps æquanimiter tulit, aſſerens nihil honoribus, nihil vtilitati Reipubl. hac in re detractum, ſi B quæ ſunt aliena reddantur. Nam frondium, inquit, robur eſt gloria ſtipitis, & robur ſtipitis gloria frondium. Sed non deſunt artifices, quorum ingenio quorum arte lux in fumum degenerat, Sol fuſneſcit in tenebras. Hi per crebro candentes admonent ſuggeſtionum prunas. *Non vides*, inquit, *prima Nepotum auſpicia, iam nunc iure patriſſare geſtiunt. Nam quid de radice paliuri, niſi ſpinacius? Quando ſine aculeis naſcitur ericius? Cognati ſaporis eſſe conſtat lupinum cor, & lupini cordis brodium.* Quibus ille non mouetur quidem; nec enim ſuæ plantationis ſurculos eradicare ſtuduiſſet; ſed vt conſulentibus morem gerere videretur, motum C animi ſimulat, nec qualia poteſt, ſed qualia cogitur illis prælia infligit. Quouis autem animo geſta fuerint, non vulgaria credas Wladislaidas taxaſſe commercia, qui toties tot principum conatus non ſolum exſufflauere, ſed in paruo probatæ militiæ glomicello, de tot exercitatiſſimorum millibus perſæpe numero triumphauerunt. Sic leonis catuli tygridum atrocitatem nonnunquam examinant. Præcipuum vero induſtriæ ſtudium in populandis Getarum prouinciis *Boleslaus* impendit, quos non tam perſonis, quam animabus conſtat eſſe infeſtos. Quorum quibusdam vix tandem poſt multa bellorum diſcrimina ſubactis, hoc edicto iuſſit D promulgari, vt qui Chriſtianæ characterem religionis elegiſſet, abſolutiſſima donatus libertate, nullum in perſonis, nullum in fortunis pateretur diſpendium: qui autem ſacrilegum gentilitatis ritum deſerera neglexiſſet, vltimo capitis infortunio indilate plecteretur. Sed ad modicum parens vapor illorum religio fuit; tanto videlicet breuior, quanto coactior. Mox etenim fallax illa ranunculorum lubricitas in apoſtaſiæ reſilit gurgitem, inclytis idololatriæ ſordibus obſcurius immergitur. Quod ſcelus quanto ſegnius, quanto interpellantius propulſatum eſt, tanto grauiori Poloniam adegit diſcrimine. Sufficera ſiquidem ſibi arbitratus eſt *Boleslaus*, ſi quod 1146

Prin-

1146. Principis eſt, dependetur Principi, liget quod Dei eſt, denegetur Deo. Non enim vlla exigitur apoſtatici vltio piaculi, dummodo ſalua ſit tributalium reuerentia penſionum. Sed qui ſalutis fidem, qui ſalutare fidei reſcindere fœdus animo horruit, coactæ ſeruitutis pactum qua obſecro deuotione cuſtodiuit? Omnis namque ſeruitus in ſacro miſerabilis eſt, in purpura miſerabilior; nec ſolum tributa non dependunt, ſed contingentia quæque occupant, occupata dirumpunt, dirupta luporum inſtar aſportant. Vnde factum eſt, vt quem zelus Dei molliter torpentem non mouit, durior ſaltem tribulationis ictus ſtertentem excitaret. Itaque in globum coacta exercitatiſſimorum numeroſitate Geticas parat irrumpere Prouincias, nulla prorſus arte munitas, ſed ſitu inacceſſibiles. Eſt autem lucus in ipſo tranſmeatus veſtibulo, deſertis vndique conſertus rapſalibus; in quo limoſi abyſſus bituminis ſub quadam graminis vernantia delitеſcit. Aſſerunt exploratores ac Duces exercituum, tranſeundum lucum exploratiſſimum reperiſſe compendium: erant ſiquidem & hoſtium corrupti donatiuis & amicorum inſidiis ſubinſtructi: ac omnium electiſſimorum primæ certatim ruunt acies per anguſtum ſemitæ limitem, cum ex inſidiis altrinſecus hoſtes ebulliunt, nec venenatis, vt alias aſſolent, iaculantur ſpiculis, ſed quaſi cuiuſdam torcularis impreſſos prælio, cominus confodiunt, ipſis vltro in cuſpides more aprorum; his vlciſcendi animo, illis ſuccurrendi ſtudio ruentibus. Maiorque numeroſitas proprii mole impetus occidit, quam occidione corruit; nonnullos armorum preſſos pondere dehiſcentis abyſſi profundum abſorbuit; quidam ramalium nexibus ac veprium intercepti obtruncantur, omnes repentinæ caligo mortis inuoluit. Sic arte proditoria ceciderunt arma bellica, ſic bello imbecilli virtus inclytorum emarcuit; quorum nomina, perſonas, generoſitatem, proſapiam, dignitates, ſtrenuitatem, induſtriam, fortunas, vt ſuperficietenus quidem curſim attingere, nec dum differendo exequi omnis diſertiſſimorum ſufficeret facundia; quos lamentationum varietates a diuerſis diuerſimode deploratæ, vſque hodie lugubriter deplangunt. Ex tunc tam in ſemet, quam in filiis bellici *Boleſlaui* defecere ſucceſſus; quorum natu maior paterni duntaxat hæres nominis, obitum patris obitu ſuo anteceſſit. Minor vero, cuius nomen *Leſzko* Mazouienſem, & Cuiauienſem Prouincias huius legati teſtamento hæreditat. Leſzko *filius meus Mazouiæ, ſimul & Cuiauiæ vnicus in ſolidum hæres eſto. Frater meus* Caſimirus *pupillares gerent interea vires, non tutorio procuret officio, ſed paterno foueat amplexu. De Leſzkone ſi quid humanitus obtigerit, idem frater meus* Cazimirus *earundem Prouinciarum vnicus in ſolidum hæres eſto.* Iam ſiquidem emancipatus *Cazimirus* fratris demortui *Henrici*, non abſimili teſtamento Principatui ſucceſſerat. Deceſſit autem *Boleſlaus* ætate matura, non deuexa, & appoſitus ad numerum Patrum ſuorum.

COMMENTARIVS.

Hæc Epiſtola diuiditur in ſex principales partes. In prima deſcribit *Boleſlai* pietatem erga fratres ſuos, *Mieſzkonem* videlicet & *Henricum* & *Cazimirum* exhibitam; quibus non ſolum partes hæreditarios teſtamentaliter per patrem ipſis aſſignatas tribuit, ſed terras alias ad eos non ſpectantes hæreditarie condonauit. *Cazimirum* vero, qui infantulus fuit, quaſi filium nutriuit, & nutrici commiſit, & partem hæreditatis ſuæ & dominii vſque ad ætatem maturam conſeruauit.

In ſecunda parte induſtrium triumphum *Boleſlai* aduerſus fratrem ſuum *Wladeslaum*, & omnem fortitudinem Imperatoriam contra *Boleſlaum* in vnum collectam oſtendit; in quo dictus *Boleſlaus* ſine prælio mirabili modo conflixit & abſque bello triumphat.

In tertia parte euſdem *Boleſlai* naturalem pietatem explicat, qua pietate naturali, mortuo fratre ſuo *Wladislao* exule, motus *Boleſlaus*, filios dicti fratris ſui mortui *Boleſlaum* videlicet, *Mieſzkonem* loripedem, *Conradumque* ad ſe aduocat & grate excipit; quibus prouinciam Sileuciam gratioſe ad conſolationem orbitatis certis cum ciuitatibus ſibi exceptis condonauit. Minimus vero ipſorum, videlicet *Conradus*, forte paterna ductus deuotione, Monaſterium ſubintrat.

In quarta parte diſcordias & bella inter præfatos filios *Wladislai* exulis, videlicet *Boleſlaum* & *Mieſzkonem* loripedem parte ex vna, & *Boleſlaum* Regem Poloniæ parte ex altera proſequitur. Quapropter dictarum ciuitatum in Sileucia, ad abundantiorem cautelam per *Boleſlaum* exceptarum, à poſſeſſione nepotum ortum habuerunt. Quas ipſi habere geſtientes, prædictas diſcordias & bella *Boleſlao* crebrius inflixerunt, & tandem ipſas ciuitates exceptas, *Boleſlao* circa magis ardua occupato, obtinuerunt.

In quinta parte *Boleſlai* diligentiam præcipuam circa Getarum ſeu Pruthenorum ſubiugationem determinat; quos *Boleſlaus* poſt multa bella cum eis commiſſa ſubiugauit, & ad fidem catholicam conuertit. Qui in ritum paganicum cito poſt hoc recidiuantes, *Boleſlao* in ſuo regno multa mala infidelium oppreſſione ac rapinarum more luporum direptione & aſportatione fecerunt. Contra quos iterum dum *Boleſlaus* bella mouit, per fraudes & dolos ipſorum miſerabiliter ſuccubuit, & ideo ab illo tempore *Boleſlaus* bellare ceſſauit. Et merito, *Boleſlaus* enim gentibus recidiuis in ſua perfidia dimiſſis, voluit duntaxat tributo gaudere, & non fidem Catholicam pro diuino honore dilatare.

In

1146. In ſexta parte deſcribit *Boleslai* obitum, & ſuo filio *Leſzkoui*, ac fratri proprio minimo, videlicet *Cazimiro*, cuius ipſe *Boleslaus* tutor fuit, teſtamentum factum.

Circa quod aduertendum eſt, ſecundum intentionem Philoſophi 2. Rhetoricorum, & venerabilem *Ægidium* lib. de Regimine Principum, 1. part. 4. cap. 2. *Sex ſunt mores Iuuenum vituperabiles. Sunt enim iuuenes ventibiles, in agendis modum non habentes, paſsionum ſecutores, creditiui, contumelioſi, & mendaces.* Primo, inquam, ſunt ventibiles, & merito. Anima enim ſequitur complexiones corporum. Sicut igitur in corporibus iuuenum humores ſunt in magno motu, ſic ipſi habent voluntates, & concupiſcentias valde ventibiles. Secundo iuuenes ſunt modum non habentes; omnia enim faciunt valde. Vnde dicitur Rhetoricorum 2. quod iuuenes amant valde, oderunt valde. Hoc autem ideo eſt, quia ſunt acutæ iræ & habent vehementes concupiſcentias iræ. Iuuenes igitur, quia magis viuunt paſſione, quam ratione, ideo bonum eſt, ne libertati propriæ committantur, ſed potius frenis & catenis habenarum ſeu obedientiæ compeſcantur. Ideo *Boleslaus Cazimiro* iuueni tanquam inſipienti & paſſionum inſecutori, ventibili & modum in ſuis actionibus non habenti Regni partem non tribuit, nec ipſum libertati propriæ commiſit, ſed ipſum ſub obedientiæ ſuæ manibus fouit & educauit. Iuueni enim libertas eſt nociua & obedientia proficua.

EPISTOLA XXXII. 1146.

IOANNIS Archiepiſcopi Gneſnenſis.

In qua ſuper materia totius operis nonnulla refert.

PAr erat non abſimile nos tibi debere conuiuii apparatum & aliquo appetitus fomentario hoc etiam inconditi ſaporem obſoniti palato perſuadere. Sed & te ſomnus vrget & nos naturæ dormitionis hora premit; imo tantus in me ſopor ſomni irruit, vt citra gratiarum actionem linguæ officium amputetur. Ideoque, quod ſupereſt, erratorum venia, ineptiarum indulſione à conuiuis expetita obdormiſcamus in Domino.

COMMENTARIVS.

In hac epiſtola facit tria. Primo ſuum morem ſolitum à principio huius operis hucvſque obſeruatum exponit. Hunc enim modum hi Patres venerabiles ſeruauerunt, quod ambo ſuper eadem materia dictauerant. *Mathæus* materiam principalem diſſeruit, & *Ioannes* geſta ſimilia adduxit, vt magis lucide explanaſſent rem geſtam per ſimilem materiam ad propoſitum adductam. Secundo cauſam adiicit ſe retrahentem, ſcilicet fatigationem nimiam virium, quæ & officium linguæ ſibi impediuit, & gratiarum actiones referre ipſum non ſiuit. Tertio de erratis veniam ac indulgentiam à legentibus hoc opus petit, & demum huic operi finem imponit, dicens: obdormiſcamus in Domino, per ſecula ſeculorum, Amen.

VINCENTII KADŁVBEK
DE GESTIS POLONORVM
LIBER IV.

CAPVT I.
PROOEMIALE.

De Munere periculoſo & difficili in conſcribendis Regum & Republica geſtis.

ADerat autem quidam vernaculus atramentarium geſtans cum calamo, ac fumantem demum gerens faculam. Hic vniuerſas conuiuii penſiones fideliſsime compendio cautionis annotauit. Cuius ſupputatione ſolertius diſpecta præſes epulantium, ait: *Euge frugi, euge vernacule, qui tam cautionandi cales induſtria, vt nihil de commiſſo tua diſpenſationi ſtipendio aut deperire ſinas, aut in ſinu obliuionis relabi permittas; res ad præſens poſtulat & ratio exigit, rationalitatis officio te debere inſigniri. Eſto deinceps vnicus ac ſingularis huius Reipubl. rationalis. Quicquid igitur inſtantis propoſiti perſonis, dignitatibus, officiis, negotiis, æſtimaueris concedere, tuo munere diſpenſetur, tuis cautionibus annotetur.* Totus diriguit ille clientulus tanta rerum pondus maieſtate, imparemque ſeſe obteſtans cauſas vndique ſubterfugii aucupatur. Qui vix tandem imperio magiſtratus effractus: *Arctor,* inquit, *nimis, nec vlla eſt mihi hac in re deſperatio diſplicendi. Nam hinc veritas odium parit, indignatio minatur ſupplicium. Nam quis horrentes quaſo tubulos nudo pede impingere non horruit?* Quodſi aliquid aut fauore, aut metu ex cognitionibus furtim ſuppreſſero, fraudati cenſus non effugio cauterium. Sed longe aliud meſſoris eſt munus, alind officium agricolæ: ſpinetis occupetur agricola; noſtri ſudoris eſt ſpicas, licet ſparſas, vnam in meſſem colligere.

COMMENTARIVS.

Iſtius quarti libri de reliquis geſtis illuſtrium Principum ac Regum inclytiſsimi Regni Poloniæ proprie Autor fuit *Vincentius Kadłubek* Epiſcopus Cracouienſis. In quo libro non per modum dialogi vt in libris tribus præcedentibus progreditur, ſed modo ſimplo ma-

1146. materias geſtorum diſſerendo exequitur. Non ergo per Epiſtolas in hoc libro per Dominum *Vincentium* geſta Regni Poloniæ diſſeruntur, ſed per capitula explanantur. Ideo Princeps *Cazimirus* committendo Domino *Vincentio* Rationalitatis officium appellat ipſum Rationalem huius Regni Poloniæ ſingularem ac vnicum; videlicet in præſenti prooemio. Et diuiditur iſte liber in tot partes, quot in eo geſta Regni Poloniæ perſonalia & memoratu digna Dominus *Vincentius* deſcribit: quorum omnium ordo & numerus in proceſſu patebit. Præcipue autem iſte liber diuiditur in duas partes, ſcil. in partem prooemialem & executiuam. Executiua incipit ibi: *Defuncto itaque Boleslao &c.* Prooemium autem diuiditur in quatuor partes perſonales.

In prima parte Dominus *Vincentius* autor huius operis, cauſa humilitatis nomen ſuum ſubticendo, refert ſe fuiſſe fideliſſimum ac ſtudioſiſſimum conſcriptorem ac notarium geſtorum Regni Poloniæ.

In ſecunda parte refert Item Dominus *Vincentius*, Rationalitatis officium ſibi per Principem *Cazimirum* commiſſum propter ſuæ fidelitatis & induſtriæ chirographum. Deinceps enim *Cazimirus* viſa Domini *Vincentii* Epiſcopi Cracouienſis diligenti ac ſtudioſa breuique ac vtili Negotiorum Regni Poloniæ conſcriptione, qua nihil deperire ſinebat, aut obliuioni tradi permittebat, ſed ſingula geſta Dignitatum, officiorum, negotiorumque conſerebat, prece multa dicto Domino *Vincentio* ſupplicauit, quatenus illa geſta ſic ſcriptis redacta ordine collegiſſet & geſtis in tribus libris præcedentibus adiungeret.

In tertia parte Dominus *Vincentius* cauſas allegat, & aſſignat, quæ ipſum ab hoc officio ſcribendi potuiſſent excuſare. Quarum prima fuit inſufficientia *Vincentii* ad hoc officium excelſum peragendum. Iſtam cauſam ipſe ratione humilitatis ſuæ allegat. Dum enim *Vincentius* attenta difficultate in geſtorum regni conſcriptione plurimum pertimuit ac diſſimilem ſeu inſufficientem ſe reputans ad officium Rationalitatis tam excelſum poſſidendum & peragendum cauſam ſubterfugii quæſiuit, qui tandem vix imperio optimatum regni Poloniæ deuinctus & compulſus cum diſplicentia non modica hoc opus chronicographicum eſt aggreſſus. Secunda cauſa excuſans, quam allegauit, fuit diſplicentia non modica ex geſtorum Regni veridica conſcriptione. Cum enim in ſcribendo geſta regni veritas mera refertur, plures concitantur in odium & concitati in odium ſcribenti & vera geſta referenti minantur ſupplicium. Teſte enim *Terentio* in Andria, hoc tempore

Obſequium amicos veritas odium parit;

quem allegat *Tullius* lib. de Amicitia, & ſubiungit dicens: *Moleſta eſt veritas, ſiquidem ex ea naſcitur odium, quod eſt amicitiæ venenum.*

Si vero chronicographus ex timore aut fauore veritatem inficiatur, dignus eſt velut fur & latro, vt cauterio furum plectatur. 1146.

A

In quarta parte prooemii cauſam ponit, quæ ipſum ad opus exercendum alliciat; ſcilicet facilitas geſtorum diſperſorum in vnum colligendi. Non enim hic Dominus *Vincentius* aliquid dicit ſe adinueniſſe, ſed ſolum geſta hinc inde ſparſim conſcripta in vnum librum ordinate repoſuiſſe. Facilius enim eſt parata colligere, quam aliqua ex proprio ingenio inuenire. Multa enim ſunt, quæ per doctrinationem habemus, modica vero quæ per inuentionem acquirimus.

Circa literam præſentem & epiſtolam præcedentem eſt aduertendum: opus præſens chronicorum conuiuii nomine transſumptiue nuncupatur. Vnde ſecundum *Polycratum* lib. 8. cap. 10. ad Philippum de Pergamo part. 5. præc. 46. *triplex reperitur conuiuium, ſcilicet plebeium ſeu vulgare, ciuile, & philoſophicum.* Primum conuiuium eſt quod non temperatur philoſophi arbitrio, & ſæpe prodigalitatis aut auaritiæ nota eſt. In his homines ſe pocolis ingurgitant & diſtendunt, & donec horexim rabidam excutiant, aliquid feſtiuitatis aut amicitiæ credunt eſſe ſubtractum. Ad tale conuiuium homo non habet properare, quia non ſolum fit gratia refectionis, ſed aliquando cauſa perditionis. Tale enim conuiuium parauit *Abſalon* fratri ſuo Amon, in quo eum interfecit, 2. Reg. & ſimiliter *Boleslaus* Beato *Venceslao*, & in tali conuiuio *Herodes* decollauit *Ioannem* Baptiſtam. In iſto conuiuio vrgent vanitas & voluptas, ideo ſine graui peccato ſæpe non contingit. Secundum conuiuium eſt ciuile, & hoc eſt medium inter Philoſophicum & Plebeium, & ſecundum *Polycratum* vt ſupra: *Ciuiliter conuiuari eſt hilari vultu, larga manu, diligenti officio conuiuium emanare*, id eſt, dulcorare, & quod in vſum ſuppetit, habita ratione perſonarum, loci & temporis, ſingulis diſpenſare non ex triſtitia, nec ex neceſſitate, cum hilarem datorem & Deus diligat. Maxime enim ſecundum *Polycratum in hoc conuiuio amœnitas & vultus hilaritas exigitur.* Quicquid enim in olla fuerit, & in menſa ſplendes, inſipidum & inſulſum eſt, ſi non hilaris vultus ſaporem augeat charitatis. Vnde *Æſopus:*

B

C

D

In tenui menſa ſatis eſt immenſa voluptas.
Nobilitat viles frons generoſa dapes;
Commendat cibos, conditque clementia vultus,
Conuiuam ſatiat plus dape frontis olor.

Tertium conuiuium eſt Philoſophicum, & hoc omnino eſt caſtigatum & ſuis regulis limitatum. Sobrium enim eſt & omni luxuria priuatum. Non enim tale conuiuium impedit ſocietatem, non reuocat memoriam rerum geſtarum, non excutit, nec aliquis a quo-

cun-

1146. cunque virtutis officio retardatur. Qui enim verſantur in talibus conuiuiis, poſſunt nulla cibi potusque impediente moleſtia ſuis officiis inſiſtere. Et merito. *Philoſophia enim ſecundum Alphombium* lib. de diuiſione Philoſophiæ, *eſt humanarum diuinarumque rerum cognitio cum ſtudio bene viuendi coniuncta. Ipſa enim eſt, qua vniuerſis praſcribit modum, vnde & nihil recte procedit, niſi ſeipſa rebus aſſerat, quod verbis docet. Quid enim prodeſt, verbis, manibus ventilare in ſcholis virtutis officia, ſi non actibus ex vita ſolidentur?* Opus ergo Chronicorum & conſcriptio geſtorum regni in notitiam futurorum nomine conuiuii ciuilis & Philoſophici nuncupatur pluribus ex cauſis. Primo, quia ſecundum *Polycrat.* lib. 8. c. 10 *ſicut in conuiuiis, hoc eſt in iucundo conuiuantium cœtu omnia debent eſſe nuda & in amore & in fide nihil debet eſſe abſconditum, ſed ſi fieri poſſet, oculos in pectora ſua inuicem e mutuo transferrent conſpectu: ſic negotia in Chronicis digeſta debent eſſe nuda & manifeſta, fideliter ex charitatiuo affectu expreſſa.* Secundo, ſicut *in conuiuiis* iuxta *Valerium Maximum* lib. 2. cap. 2. de inſtitutis, *Antiqui maiores natu ad tibias egregia ſuperiorum opera carmine comprehenſa pangebant; vt ad ea imitanda iuuenum virtutem alacriorem redderent:* ſic in geſtis chronicorum priſcorum virtutes & geſta referuntur, vt ſuccedanei ad virtutes & geſta laudabilia ſimiliter facienda prouocentur. Tertio quia ſecundum eundem *Valer.* lib. 2. c. 1. *Conuiuium ſolenne maiores inſtituerunt, cui præter cognatos & affines, nemo interponebatur;* ſic in chronica ſolum geſta regni principaliter debent explanari: quanquam & geſta poſſunt adduci aliorum, deſeruientia tamen ad principale propoſitum. Quarto, quia ſicut in conuiuiis homines debent eſſe modeſti & pauci loquaces, iuxta illud *Catonis:*

Inter conuiuas ſic ſis ſermone modeſtus,
ne dicare loquax, dum vis vrbanus haberi;

ſic geſta in chronicis contenta debent compendioſo & vrbano ſermone comprehendi & perſtringi, ſicut ſe *Vincentius* feciſſe atteſtatur in principio huius Procemii. Quinto iuxta *Polycrat.* lib. 8. cap. 10. *In conuiuiis obſeruandum eſt, vt inſtituenda familia & domus regenda cura & ſeruilis obſequii moderatio vni alicui demandetur, ne quid ineptum & intemperatum appareat, ne quid ſtupendum aut erubeſcendum emergat.* Sic & geſta cum per chronicas explanantur vni alicui perito & conſulto conſcribi demandantur, per quem officia, dignitates & negotia ſingularum perſonarum commodiſſime deſcribuntur. Et hoc perhibetur feciſſe ſtrenuiſſimus Principum *Cazimirus*, filius *Boleslai Krzywousty*, Princeps Poloniæ, qui Præſes epulantium in litera appellatur, de cuius vita in libro præſenti tractabitur. Ipſe enim viſa diligenti geſtorum conſcriptione Domini *Vincentii Kadlubkonis* Epiſcopi Cracouienſis, commiſit ſibi tanquam perito literato & conſulto officium Rationalitatis vt eadem geſta conſcriberet, & vnicuique quod ſuum eſt, diſpenſando attribueret, vt textus procemii atteſtatur. 1146.

Secundo notandum circa hoc quod dicit textus, *Vix tandem Imperio Magiſtratus eſſimctus &c.* Hoc Imperium Magiſtratus id eſt Principis *Cazimiri* & optimatum ſuorum fuit deuota ſupplicatio ipſorum, quæ magiſtratus petitio habetur pro imperio.

CAPVT II.

EXECVTIVVM.

In quo Vincentius proſequitur geſta & negotia Regni Poloniæ.

DEfuncto itaque *Boleslao* ſucceſſit frater eius tertius *Mieſzko*, qui ſicut erat natu fratri proximus, ſic non interpellata Regni ſucceſſione continuus. A.C. 1174. Aſtupebant illi contingentes Prouinciæ, adſauebat vndique remotiſſimorum Principum ſublimitas, aſſurgebat omnis dignitatum gloria, arridebat omnium fortunarum elegantia; nunquam illi aut votorum ſucceſſus aut bellorum defuere triumphi; in omnibus par beatiſſimis, ſi qua tamen dici poteſt caducorum beatitudo, ſuper omnia beatorum vota tranſcenderat. In vtroque ſexu numeroſæ prolis ſubſtantia & maſculina quidem prole omnibus terribilis, fœminea vero cunctis gratioſus, vtrorumque affinitatibus quamplures mundi partes deuinxerat. Dux Bohemorum *Boleslaus* gener eius, Dux Lotharingiæ *Fridericus* Imperatoris nepos eius, Marchio *Dedondes* gener eius, Dux Maritimæ *Boguslaus*, Ducis eiusdem filius gener eius, Dux Galitiæ ſocer filii, Dux Pomeraniæ ſocer alterius, Dux Rugianæ ſocer tertii. Nam quidam filiorum eius inconiugati deceſſerunt. Sunt autem nomina filiorum eius, *Odo, Stephanus, Boleslaus, Mieſzko, Wladislaus*, quorum duos videlicet *Odonem* & *Stephanum* ex filia Regis Vngarorum, reliquos ex filia Regis Rothenorum ſuſceperat. Quid amplius? Nihil prorſus illi viſum eſt humanæ felicitatis ad cumulum defuiſſe; quamuis nemo tam ſit felix, qui non cum aliqua ſuæ felicitatis parte rixetur. Acceſſit ad hæc, imo ſuper hæc tantæ celſitudinis apex ſumma Regum exæquans faſtigia. Sed ſummum ſæpe infortunium ſumma parit proſperitas; præſertim cum omnis gloria quo ſublimior eſt, eo ad lapſum procliuior. Ille ſiquidem tot prærogatiuorum fretus priuilegio, cuiusdam, proh dolor! ſecuritatis inſolentia, in quendam incircumſpectionis torporem prolabitur, cum nulla ſit in ſummo tranquillitas. Quod ſi illa eſt, breuiuſcula eſt; ipſa ſui ſerenitate proximum pronunciet tempeſtatis naufragium. Surrexere ſiquidem viri Belial, viri peſtilentes, perſequentes pietatem, ſubuertentes iudicium, nihil æquum iudicantes,

1174 niſi quod impium, nihil pium conſulentes, niſi quod iniquum. Audi conſilium. *Non eſt*, inquiunt, *Princeps, qui meticuloſus eſt: porro quis eo meticuloſior, qui etiam timet, ne timeatur. Si ergo imperare vis, timeri te oportet, non timere.* Rurſus: *Deuote coli Princeps conuenit, non faſtuoſe contemni: vbi autem eſt deuotio, ibi reuerentia; vbi reuerentia ibi timor. Eſt enim reuerentia cum pauore mixta dilectio. Ergo timore ſublato, nullus deuotioni, nullus reuerentiæ locus relinquitur. Quapropter, ne populus inſoleſcat, inſtanter cauſa inſolentiæ amputanda. Ideoq; in fortunis eos mulctari oportet non rerum luxu diſſolui. Eſt namque nouerca reuerentiæ mater contemtus rerum laſcinia.* O prudens prudentum Conſultatio! Nec enim abſimili perſuaſus conſilio *Salomonis* filius Iſraëlitarum conſultationi reſpondit: *Minimus digitus meus groſſior eſt dorſo Patris mei. Meus pater cecidit vos virgis, ego cadam vos ſcorpionibus.* Quo terrore ſciſſæ ſunt à tribu Iuda & Beniamin decem tribus & creauerunt regem ſibi ſeruum eius Ieroboam. Cognitis ergo conſiliis conſequens eſt vt agnoſcas eorundem iudicia. Vrſum in nemore occidiſti? O quam piaculare flagitium perpetraſti! ſacram enim indaginis immunitatem perfregiſti. Non irrationabiliter tamen allegas ab eadem fera mellifices tuos demembratos, quosdam penitus extinctos, abſorpta mellificia, greges armentorum interemtos. Sed ponatur, omnem omnino eadem ſpirantem beſtia, hominum ſecuritatem exſpiraſſe; ſunt quidem hæc vltione digna, ſed non ſine poteſtatis autoritate abs te vlciſcenda. Non enim neſcimus, quid in propriarum vltores iniuriarum iura cenſeant. Contemta itaque iuris dignitas, iudiciariæ indignationem ſeueritatis habet vltricem. Nec diſpari paſſu inſtantis atrocitatis ſceleris ambulat cum crimine læſæ Maieſtatis. Non eſt ergo quod ſeptuaginta mulcta talentorum hoc in caſu remoretur, cum omnium ſimilium in eo, quod ſimilia, idem ſit iudicium. Alius aduenam ſeu peregrinum obſequin ſuſcepit. Trahitur in ius Plagii, accerſitur hic aduena. Seruus eſt aut ingenuus? Si liber eſt; qua fronte liberum caput ſeruituti mancipaſti? Nec enim inficiari potes, quod tui luce clarius declarat calliditas ingenii; reum ta euidentiſſime conuincit ipſa rei euidentia. Si ſeruus eſt, alienum poſſides mancipium, nec iuſto titulo, nec bona fide, cum neutrum probare poſſis; eas namque inſtrumentorum ſeu atteſtationum rationes, quas aſſeris, noſtri diſciplina temporis non patitur. Igitur plagii conuictus, nomine pœnæ ſeptuaginta compone. Amplius: Iudæum ſcholares caſu percuſſerunt; iidem pœnæ ab eisdem iudicibus tanquam ſacrilegi adiiciuntur. Vicinum pecus penes te profeſſus es, abigeatus conuinceris; infer fiſco ſeptuaginta. Sed humaniſſime tecum agitur, ſi numerata pecunia poſſis abſolui, cum ad pondus fiſci exploratiſſimo debeas iure in metallum potius condemnari. Æſtimat ille minus onerosum, numerata exonerari quantitate, quam A inſtantiſſime prouiſam offert, numerat, gratiam ebolitionis poſtulat. Inſpicit theſauriſta, conſiderat apocrypharius, conſternatur, proclamat: *Papa! Vnde tam repente vobis tam nouus hiſtrio ridiculo nos proſtituit; nebulo prorſus ridiculus, qui ſquaminis ac paleis æris cuiuſdam abiectiſſimi nos circumuenire contendit.* Quibus ille: *Nonne currentis monetæ mulctam debeo?* Dicunt ei: *Sane vtique numiſma principis numera, non paleam.* At ille: *Trapezitarum eſt ea culpa, non mea.* Aiunt illi: *Caue ſtultiloquio profundius impingas; Trapezitas ne nominaueris, ne falſarii numiſmatum temet ipſum condemnes, quia beſtia, quæ montem tetigerit, grandinabitur.* Quibus ille: *Infixus* B *ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia: obſecro tamen, quid me iubetis facere?* Suffocant eum; *Redde quod debes.* Reſpondit: *quidnam reddam? Numeratum debeo, numerare contemnitis?* Habebant autem ſolidos aliquos ex argenti venâ purinte nuperrimi numiſmatis & recenter eorum arte fabrefacti. Illud vnum & vnicum inſtantis eſſe temporis numiſma & aſſerunt & exigunt: *Ea vero, quæ te abſolui æſtimas, exautoratam eſſe monetam & iam pridem abiectam non dubites.* Non deeſt illis malitiæ ſocietas callide ſubornata; iurant omnes, imo peierant numiſmata non modo reorum quosdam abſolutos, ſed plurima militum depenſa ſtipendia. Quid tandem? C Tortoribus mancipatur, catenis conſtringitur, ergaſtulo includitur, quicquid eſt in perſonis, quicquid in fortunis aut prædiis fiſco deputatur. Qui ad extremam aſſis exenteratus vnciolam, imo ad extremum vnciolæ minutum quæſtionibus diſtrictiſſime perurgetur, ſe eſſe ſoluendo confiteri. Fama eſt etiam emeritos ſacri miniſtros altaris inter iſtorum faſcinas pædagogorum & inter ipſa crepondia exſpitaſſe. Iſti ſunt tui Iudices, iſti ſunt tui Conſules Cracouiæ. De his dictum puta: Conſilium ſua de re iniqui eſt toxicum in pyxide medicantis; iudicium in lingua impii eſt gladius in manu furioſi. Multa præterea ſilentio prætereo, quia non tam vera, quam D ab æmulis conficta exiſtimo. Nec enim ſuper Principes prudentia præditus princeps hæc aut ignorare aut diſſimulare potuiſſet, ſciens quod latentes proreta ſcopulos periculoſe ignorat, prominentes vero periculoſius diſſimulat. Enimuero tam craſſa tam ſupina ignorantia in virum tam probatæ circumſpectionis cadere quomodo potuit, præſertim cum oppreſſorum vndique lacrymoſior vt aiunt eiulatus querulosis perſtrepit vagitibus, ſanctiſſimo Cracouienſium antiſtite, cuius nomen aureo inſculpendum eſt calamo, *Gethone* tubis exhortationis iugiter præconante ac maleficos crebrius à maleficii pertinacia dehortante? Nec enim negligere aut ſilen-

1174. lentio ſepelire pius paſtor quievit tam ærumnoſam ſui cladem gregis, abſque ſuæ ſalùtis diſpendio. Hic matronam ex induſtria A quandam habitu lugubri, vultu mœſtiore præſidis conſiſtorio eminus aſſiſtere iubet, vt quod ſibi accuſationis competere putauit, intrepide proponat. Quæ accedens & pro matronali reuerentia conquieuiſcens ait: Habebam ego ancilla tua, Domine, gregem tonſorum non mediocrem. Huic paſcendo filius meus mercenarios conduxit, quorum negligentia grex totus luporum ſæuis morſibus occubuit. Ait præſes: *Quisnam eſt filius tuus?* Qui reſpondit: *Ego ſeruus eius ſum, & filius ancillæ tuæ. Qui ſunt mercenarii?* Reſpondent: *Præſto ſumus: audientiæ copiam expetimus.* Tum præſes: *Quantum libet.* At illi: *Gregem ſub noſtra fuiſſe cuſtodcla non inficia-* B *mur; ſed per nos depcriſſe non iniuria diffitemur. Huius namque matronæ priuignus, quem fruſtra filium vocat, venandi auidisſimus canes non tam atroces quam rabidos vbique ſecum circumducit, quorum rabies non ſolum a nobis, ſed a viris illuſtribus creberrime illi eſt exprobrata. Iſtorum canum turba gregem ſecus viam paſcentem inſilit, lacerat, nobis nequicquam vociferantibus ſternit & interimit.* At contra, iuuenis lupos aſſerit eſſe in cauſa: *Caſu*, inquit, *conſpicor lupos gregi cominus imminentes, canes copulis denudari iubeo, lupos cum canibus per opaca nemorum vna vobiſcum inſector, reuerſa interim pars luporum gregem deſertum fundit & exanimat. Veſtra igitur id eſſe negligentia, qui gregem* C *deſeruiſtis, non meæ culpæ, qui lupos abegi, omnibus eſt perſpicuum.* Adhæc Præſes: *Vtriusque quidem partis veriſimillima narratio eſt, ſed neutra deciſiuam ſententiæ rationem, ſeu rationis robur allegat. Neutra enim teſtibus aut aliis munitur adminiculis; viderentur quidem Mercenarii innoxii, quia nemo cogitur caſum præſtare fortuitum, niſi aliquid ſpecialius conuenerit. Sed quia culpam ſeu dolum præſtare non poſſunt, nec exceptionem quam de canibus proponunt, fidem afferunt, æſtimationi gregis quis negee obnoxios? Videtur nobis iuſta ſententia*, Proceres reſpondent, *quid aliud ſententiari poſſit non videmus.* At ille: *Imo diuerſum quidem ratio iuris imperat.* D *Nam quod iſtis probandum erat, ex aduerſarii confeſſione liquide conſtat. Rabidos namque a ſe foueri canes diffiteri nequit, cum illud ſit omnibus euidentisſimum; ſed ex ſua iuſſione ſecus gregem denodatos non inficiatur in iure. Quid aliud quæſo cruenta latrantum fecerat atrocitas, inter balatus innocentulos, cum ſit omnis rabies innocentiæ inimica? Cum itaque tam valida ſit præſumtio, ut nec probatione contrariis, nec alia præſumptione poſſit elidi, ſtandum eſt præſumtioni; nec enim eius fabella, quam de lupis inepte allegat, vel exilem proponere valet aſſertiunculam. Proinde qui damni occaſionem dedit, damnum nouercæ ſeu matri reſarciat; eius exemplo, cuius bos cornupeta, ſeu caballus calcitroſior quempiam damnificet.* Hæc placet ſententia; acclamant omnes: *Placet.* 1174.

COMMENTARIVS.

Capitulum hoc diuiditur in quatuor principales partes. In prima parte, *Mieſzkonis* tertii filii *Boleslai Krzywonſty*, ſenis vulgariter nuncupati, in inclyta ſucceſſione poſt deceſſum ſui fratris ſenioris *Boleslai Criſpi* deſcribit, & ſucceſſus ſuos proſperos in votis, amicitiis ac triumphis vtiliter depromit, beatumque beatitudine humana, ſi talis aliqua eſt in hac vita & præcipue in prole maſculina & fœminea aſtruit, ex qua ſibi partes mundi plurimas in amicitiam confœderauit & dignitates ac beatitudines vniuerſorum Regum exceſſit & ſuperauit.

In ſecunda perte oſtendit, quomodo hæc ſumma proſperitas ſorte occaſio extitit, quod poſtmodum iſte *Mieſzko* ſenex, propter inſtigationem tantum ſuorum paucorum conſiliariorum ac officialium, ad Tyrannidem multiplicem ſe conuertit. Propter quam tyrannidem finalem nedum a patria, verum etiam a regno eſt propulſus & in perpetuum profligatus. *Cazimirus* vero frater eius minimus, ille, cui pater portionem teſtamentaliter non delegauerat, & *Boleslaus Criſpus* frater eius ipſum tenerrime fouerat, in Principem Cracouienſem per multas preces eſt receptus, & iuxta Prophetiam Patris ſui *Boleslai Krzywonſty* Dominus totius Poloniæ factus.

Hic enim *Mieſzko* dictus ſenex ob grauitatem morum, propter omnium proſperum ſucceſſum, torpore incircumſpectionum ſe reſoluit, ac nefariis animum ſuum inclinauit ipſosque in eorum periniquis conſiliis auſcultauit, in tyrannidem inſuper proſiliit, ſuos regnicolas calomniis ſpoliauit, inhumaniterque oppreſſit. Quas calumnioſas ac tyrannicas oppreſſiones ferre non potentes, præmiſſis *Gedkonis* Epiſcopi Cracouienſis piis ac paternis hortamentis; quas tum ſequi renuit, ipſum *Mieſzkonem* de regno eiecerunt & fratrem ſuum *Cazimirum* Ducem tunc Sandomirienſem in Principem Cracouienſ. ac totius Poloniæ Dominum receperunt. De numero iſtarum tyrannidum quinque in litera ſpecialiter exprimuntur. Quarum prima, quæ ibi tangitur: *Vrſum in nemore occidiſti*, &c. eſt iſta. Tunc enim in Polonia ſyluis ac nemoribus, nec non feris in abundantia exiſtentibus, liberum erat vnicuique feras venari, & præcipue feras nociuas euellere & occidere, vt puta vrſos, qui mellificia & aluearios deuorabant & euacuabant, mellifices vero alios dilaniabant, alios mortificabant, gregesq; pecorum ſæpius interimebant. *Mieſzko* igitur ſuis regnicolis malignando & tyrannidem in eis exercendo ſi quem cognouit, quod vrſum ſibi nocentem oc-

1174 occidit, ipſum mulcta ſeptuaginta talentorum argenti pœnauit, & easdem ab ipſo rigoroſe extorſit, dicens: *Grauiter peccaſti, violentiam enim mihi vrſum occidendo feciſti, ac facta violentia theſaurum meum tibi vſurpaſti. Et quanquam tibi nocumenta intulit, non tamen debuiſti autoritate propria in vrſo te vindicare, ſed auxilium principis implorare. Ideo quod me Principem contemſeris, pro illo facto merito punieris; hoc enim crimen proximum eſt læſæ Maieſtatis.*

Secunda tyrannis calumnioſa, quæ ibi tangitur: *Alius aduenam ſeu peregrinum obſequio ſuſcepit;* &c. fuit de homine ad ſeruiendum ſuſcepto. Si enim quiſpiam regnicolarum hominem pauperem ad ſeruiendum ſibi ſuſcepit & ordinauit, per officiales eiusdem *Mieſzkonis* ad iudicium eſt tractus & examinatus: An ille homo per ipſum ad ſeruitium ſuſceptus eſſet liber vel ſeruus? Si reſpondit: *liber*; punitus mulcta ſeptuaginta talentorum argenti, quia liberum hominem ſeruituti mancipauit, & ſic crimen plagii incurrit. Eſt enim plagium crimen, quod quis committit, quando liberum hominem ſcienter vendit vel emit. Si vero reſpondit: *Seruus eſt, vel ſeruilis conditionis eſt*; eadem pœna ſeptuaginta argenti talentorum punitus, quia alienum ſeruum nec bono titulo, nec bona fide ſibi ad poſſidendum vendicauit, & ſic etiam crimen plagii incurrit. Et ſi talis ad probandum ſe obtulit, quod talem ſeruum bono titulo & bona fide poſſedit, dicti officiales probationes ſuas non admiſerunt, ſed ſimpliciter ipſum ſic tyrannice ac minus iuſte punierunt. Tertia tyrannis calumnioſa, quæ tangitur in litera ibi: *Amplius Iudæum Scholares caſu percuſſerunt* &c. fuit illata Scholaribus. Vno enim tempore ſcholares Iudæum ex caſu percuſſerant, qui ſcholares per eosdem officiales ad iudices ſunt citati & veluti ſcelerati grauiter ſunt puniti. Et ſi propter defectum ſolutionis non poterant ipſos punire in ære, tanto grauius punierunt eos in corpore. Quarta tyrannis calumnioſa, quæ tangitur ibi in litera: *Vicinum pecus* &c. inferebatur omnibus qui pecora vel pecudes erratores vicinorum invenientes conſeruabant & retinebant, quousque Dominus legitimus ipſorum conſtaret, & ſic ad ſe eadem reciperet. Tales pecorum conſeruatores dum iudices & officiales iniqui *Mieſzkonis* Principis ſciebant, ipſos ad accerſitos reos criminis Abigeatus aſſerebant, & ſic eos mulcta ſeptuaginta talentorum argenti puniebant, quos non ſolum in poſſeſſionibus & in pecuniis, verum etiam in corpore acerrime punierunt. Quinta tyrannis & crudelitas, quæ tangitur ibi: *Fama eſt etiam emeritos* &c. inferebatur miniſtris ſacri Altaris, hoc eſt Sacerdotibus. Officiales enim iniqui domos ſacerdotum latenter ſubintrabant, & ſic ipſos ſacerdotes in lectis dormientes ipſorum lectiſterniis ſuffocabant, & quicquid reperiebat de pecuniis & poſſeſſionibus, ſibi auferebant. Ecce quanta malitia iſtorum offi- 1174
A cialium fuit, qui nedum in laicis verum etiam in clericis ac ſacerdotibus tyrannidem exercuerunt, tam etiam nobiles, quam plebeios tyrannice oppreſſerunt. Quorum malitiam quia *Mieſzko* ad pia *Gedkonis* hortamenta non compeſcuit, neque caſtigauit, ideo merito a principatu eiectus & expulſus fuit. Dicit enim *Polycr.* lib. 8. c. 21. *Finis tyrannorum eſt confuſio ad interitum, ſi in malitia perſeuerant, nec reuocantur ad veniam. Nam & ipſis flagello paratur intendium, cum in correctionem ſic proceſſerint filiorum.*

In tertia parte capituli, plurimum tyrannidum ac malitiarum per eosdem officiales *Mi-*
B *eſzkonis* principis factarum a poſitione & narratione ſe excuſat, quia æſtimat talia facta magis conficta & excogitata, quam in rei veritate ad executionem deducta. Primo ex eo, quia non eſt veriſimile quod tales malitias, ac alias plures tyrannides, imo deteriores, quæ referebantur de *Mieſzkone* ac ſuis officialibus, idem *Mieſzko* princeps prudens aliosque principes excedens in prudentia, in ſuo Dominio fieri & exerceri permiſiſſet, aut diſſimulare vel ignorare potuiſſet; eo quod tales tyrannides ac malitiæ latere non potuiſſent, vergebantque in ſui Dominii vilipendium & decrementum, fuiſſetque in ipſa craſſæ ignorantiæ indicium, cui tamen dictabat
C ratio, quæ ſemper deprecatur ad optima. Secundo ex eo, quia tales tyrannides & innumeroſas oppreſſiones populi Dei lacrymantes & in cœlum pro vindicta Dei clamantes, venerabilis Pater *Gedko* Epiſcopus Cracouienſis, pater pius & pater verus, fieri nullatenus permiſiſſet, qui aſſidue prædicabat & maleficos a maleficiis ipſorum paterne reuocabat. Sicut & has tyrannides, quæ referuntur in litera, non ſuſtulit, ſed ipſum *Mieſzkonem* velut alter *Nathan* propheta *Dauidem* pro ſuis ſceleribus ac tyrannidibus crebris exhortationibus monere ſtuduit, vt animi feritatem erga Regnicolas deponeret, terram velut matrem
D filius, non vt filius nouercam, fauoribus gratuitis confoueret; hortabaturque vt officiales rabidos compeſcuiſſet, qui modis diſciplinæ penitus abiectæ in populo regni ſæuire debacchabantur, laceratoque grege ipſius cruore debriabantur.

In quarta parte operam ſtudioſam venerabilis Patris *Gedkonis* Epiſcopi Cracouienſ. ponit; quam quidem operam idem *Gedko* erga ſuum gregem paſcendum habuit, *Mieſzkonem*que parabolice ſeu fabuloſe de malitia ſuorum officialium ac oppreſſione Regnicolarum caſtigauit. Ex qua parabola ſeu fabula idem *Mieſzko* contra ſe ipſum ſententiam tulit ac promulgauit, ut litera ſatis clare deducit.

Cir-

1174 Circa primam partem iſtius capitis aduertendum: Iſte *Mieſzko* ob grauitatem motum ſenex appellatus, Anno Domini 1145. Abbatiam Landenſem ordinis Ciſtercienſium adhuc in iuuenili ætate exiſtens fundauit & eundem de ſuis bonis ſufficienter donauit. In Calisz vero Eccleſiam in honorem S. Pauli de lapidibus dolatis fundauit & conſtruxit; in qua Præpoſitum & aliquot Præbendarios inſtituit & dotauit. Eccleſiæ quoque Gneſnenſis partem externam cum plumbo tegere fecit. Hic *Boleslao Criſpo* in regno ſucceſſit in omnibus par beatiſſimis fuit; ſi quæ tamen dici poteſt caducorum beatitudo.

Circa ſecundam partem aduertendum, quod ſæpe in Principio Dominii magna fortunia ſunt infortuniorum in fine eiuſdem Dominii fomenta atque ſeminaria. Vnde *Franciſcus* lib. I c. 16: *In Regno*, inquit, *a fortuna inchoato incertum principium & finis incertior. Nonne vides, vt res hominum turbinum more voluuntur, & quietum mare tempeſtas turbida, lucidum mane nubilum veſper inſequatur? Vt inter initia planum iter in confragoſum deſinit: ſic proſperas inſolentias, improuiſas calamitates & lætiſſima curſum vita inceſta mors claudit, & ſæpe primordio diſſimillimus finis eſt. Vide igitur vbi deſinas: vita omnis a fine deſcribitur & in finem. Plane ſenties qui principium non ſenſiſti.* Secundo notandum, ad bonum principium ſpectat prudentia, cuius filia eſt cautio; ideo oportet principem eſſe cautum. *Eſt enim cautio*, ſecundum *Philipp. de Pergamo* in Regiminis ſpeculo part. 5. præc. 31. *Virtus per quam inſtruimur, qualiter bonum a malo, verum a falſo diſcernere valemus.* Hæc autem inſtructio diſcernendi ſeu valor maxime poteſt a bonis conſiliariis haberi. Ad quos quidem *conſiliarios*, ſecundum eundem *Philippum* vt ſupra, *tria requiruntur, quæ debent habere, & tria quæ debent cauere. Debet namque bonus conſiliarius habere Sapientiam ipſum dirigentem.* Vnde *Ambroſius*: Quis ſe committit ei, quem non putat plus ſapere, quam ipſe ſapiat? Neceſſe enim eſt vt præſtantior ſit, a quo conſilium petitur, quam ille qui petit. *Secundo debet habere iuſtitiam ipſum roborantem, vt ſcilicet non timore vel captiuitate in conſiliis dandis moueatur.* Vnde Eccleſ. 38. Ante omne actum Concilium ſtabile: Illi enim ſunt ſtabiles & firmi conſiliarii, qui ſunt amatores veritatis. Mali veró conſiliarii ſunt, qui proponunt commodum temporale & proprium vtilitati communi, vel factum hominis facto Dei. De quo ſapiens: A malo conſiliario ſerua animam tuam. *Tertio. Conſiliarius debet habere experientiam ipſum cautelantem.* Debet enim eſſe experientia multiplici perſpicax & Induſtria. Et ideo merito eliguntur ſenes conſiliarii ſecundum D. *Ambroſium* Homil. 1. in Exaëmer. quia ſenectus eſt in conſiliis vtilior. *Tria etiam ſunt a bono conſiliario vitanda. Primo feſtinantia ſubita.* Ideo conſiderandum eſt diu, quod faciendum eſt ſemel, quia dicit *Seneca*: *Diu delibera, cito fac. Secundo vitanda eſt ira, quia impedit animum, ne poſſit cernere verum, vt dicit Cato*: vnde *Gregorius* in Regeſtro: *Ira*, inquit, *ſi ſemel mentem poſſidere cœperit, iuſtum eſſe deputat. Tertio vitanda eſt crudelitas. Nunquam enim eſt vtile, quod crudele*, inquit *Tullius* de officiis cap. 11. 1174

Circa tertiam partem notandum: Duplex eſt ignorantia. Quædam voluntaria, quædam non voluntaria. Ignorantia voluntaria eſt duplex: quædam formalis, alia virtualis. Ignorantia formalis quæ dicitur, affectata eſt, quam quis habet de agibilibus, volens non ſcire Dominium eorum vt liberius peccet: Sicut adulter non vult ſcire grauitatem adulterii, vt peccet liberius. Ignorantia virtualis fit quatuor modis. Primo, quando quis vult aliquid, quod ſequitur impedimentum rationis. Secundo, quando vult aliquid, quod non tollit vſum rationis, ſed ſolum ex propria proteruia vult eſſe ſui capitis. Tertio, quando vult aliquid, quod non tollit vſum rationis, ſed ſolum impedit ab illo, quod deberet ſcire. Vt ſi quis deberet præcepta diuina audire, & illo tempore vellet inſiſtere ludis, ille ignoraret tali ignorantia. Quarto, quando aliquis non affectat ignorare, ſed propter ſui mobilitatem & pigritiam non facit tantum, quantum poteſt & debet facere. Et illi duo vltimi modi dicuntur ignorantia neglecta, & vocatur ab aliis negligentia craſſa & ſupina.

Circa vltimam partem ſciendum: Quando partes litigantes deficiunt in probatione, tunc ſtandum eſt præſuppoſitione, vt de hoc late habetur in iure Canonico. Ex hoc etiam legitur feciſſe *Mieſzko*, qui ex præſuppoſitione tulit ſententiam dicens: *Qui damni occaſionem dedit, damnum nouerca reſarciat*, innixus diuinæ legi de boue cornupeta ſeu caballo qui, ſi alicui damnum intulit, ad damnum ſoluendum poſſeſſor eius obligabatur, vt de hoc habetur Exod. 17.

CAPVT III.

In quo Epiſcopus Cracouienſis Getko Regem Mieſzkonem monet & corripit cum ſuo periculo.

TVm demum Deo plenus Antiſtes pleniore nacta dicendi opportunitate ait: *Diuinum ad modum, Præſes glorioſe, ſententiaſti oraculum, Diuinæ conſtitutionis promulgaſti ſententiam. Eatenus, cum tuas habere robur conſtitutiones noueris, ſi tuis ipſe conſtitutionibus vlla contrarietate non deroges. Audi obſecro, quorſum reſpiciat, quam ipſe tuliſti ſententiam? Tuum de te patienter excipe iudicium. Hæc Matrona Cracouienſis eſt*

Pro-

1174. *Prouincia, tu niſi diſſimulare velis, eius filius. Grex tonſarum eſt Populus Prouinciæ. Huic paſcendo non paſtores, ſed hoſtes inſtituiſti, qui ea, quæ ſua ſunt, non quæ gregis, quærunt. Vnde merito non iam filius, ſed priuignus appellaris: Priuignali enim hoſtilitate induitur, qui calamitatis materna non miſeretur. Tu canes rabidos, id eſt officiales truculentiſſimos, non in copula diſtrictionis circumducis ſed diſciplinæ iuſſione ſolutos, paſſim vtique ſinis debacchari. Hi atrocitate cruenta, morſibus virulentis in gregem penitus confractum inceſſanter deſæuiunt: nec aliud ſentire videntur, quam vt gregis lacero iugulo & gregis cruore debrientur. Tuam igitur violaſti ſententiam; quia in quo alium iudicas, te ipſum condemnas. Vnde verendum nobis eſt diſtrictioris Iudicii examen diſtrictius. Nam Sanctus Dauid non opprimi, ſed numerari iuſſerat populum, diuinæ tamen indignationis offenſam incurrit, quam nihilominus eiuſdem contritiuncula momento prorſus expiauit. Dic ergo, fili, dic vna cum Dauid: Ego ſum qui peccaui, ego inique egi. Dic iniquitates tuas, vt iuſtificeris; alioquin dum ſecuris ponetur ad radicem, abſporeabere, quod abſit, ſicut gallus gallinaceus.* Sed ſilici fruſtra inſeritur oliuæ ſurculus, nec eget ſal infictuatum imbre prudentiæ. Maiores namque odii cauſas in Præſulem præſes concitat, aſſerens talia, non zelo pietatis de ſe prolata, ſed inuidiæ typo de principe ablatrata. Nec enim dolore caret, ſeu prurigine, quantumlibet leniſſimus contactus. Vnde tam de Præſule, quam de aliis vltum ire parat, quaſi de Principe durius aliquid fuiſſent opinati. Et præſuli quidem occultius proſcriptionis meditatur excidium, aliis vero finitum capitis infortunium, aut cuiuslibet mutilationis diſpendium. Sed fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum. Nam Antiſtes omni ſapientiæ probatur induſtria, & ipſe illius declinat machinamenta, & alios declinare docet; nec minus paternæ admonitionis inſtat propoſito, non animo nocendi, vt illi autumant, ſed ſtudio corrigendi. Nulla enim eſt apud perfectos in malo mutui redhibitio.

COMMENTARIVS.

Capitulum hoc in duas diuiditur partes: In prima parte ponitur *Getkonis* paterna correctio, in ſecunda parte *Mieſzkonis* obduratio, ac in pœnis conuerſio.

Circa primam partem quatuor facit. Primo Venerabilis Pater *Getko*, volens vt *Mieſzko* ab eo paternam ſuſcepiſſet correptionem, captat ab eo beneuolentiam, commendando ipſum Deo, quod protulerit iuſtam ac diuinam inſtitutionis ſententiam, de qua habetur Exodi 21.

Secundo captata beneuolentia præmittit vnum documentum principi neceſſarium, qui geſtit, vt ſuæ conſtitutiones habeant robur, & per alios deducantur in effectum, ſcilicet A vt iura Regni & conſtitutiones ſuas teneant, conſeruent, & cuſtodiant. Tertio, fabuloſam parabolam applicat ad propoſitum & *Mieſzkonem* caſtigat de truculentia & tyrannide ſuorum officialium, quos vt abiiciat & compeſcat, ſententiam, quam ipſemet tulit, allegat more Prophetæ *Nathan*, vt habetur 3. Regum 12. Quarto, vt *Mieſzko* tantocius ſuos officiales truculentos compeſcat, grauitatem ſui ſceleris a minori oſtendit. Maius enim fuit ſcelus *Mieſzkonis* quò opprimebat populum, quam *Dauid* Regis qui fecit computari ipſum.

Circa ſecundam partem tria facit. Primo *Mieſzkonis* obdorationem ac in peius conuer-B ſationem ponit, qui ſui patris monita paterna renuit & tam in eo quam in Regnicolis vltionem ſumere cogitauit. Secundo ponit Præſulis *Getkonis* induſtriam, qua ſibi a tyrannide *Mieſzkonis* cauit & regnicolas cauere auiſauit. Tertio ponit eiuſdem Præſulis in corrigendo paternæ monitionis perſeuerantiam, quia homines perfecti non reddunt malum pro malo. Vnde ad Rom. 12. Nulli malum pro malo reddentes. Circa quod aduertendum ſecundum *Caſſiodorum:* Sex ſunt gradus Retributionis: tres pertinentes ad malos. Primus non reddere bonum pro bono, ſicut Nabal Dauid 1. Reg. 25. Secundus, reddere malum pro malo, ſicut Ioab Abner. 2. Reg 3. C Tertius reddere malum pro bono, ſicut Iudæi Chriſto. Alii tres gradus pertinent ad bonos. Primus eſt reddere bonum pro bono, ſicut Iatrice Sauli 1. Reg. vltimo. Secundus non reddere malum pro malo, ſicut Dauid Sauli 1. Reg. 24. Tertius, reddere bonum pro malo, ſicut Elizeus militibus Syriæ, 4. Reg. 6. Quorum de numerò fuit *Getko*; quem etſi *Mieſzko* perſequi non ceſſabat, ipſe tamen *Mieſzkonem* paterna correctione caſtigare non dimittebat, imo magis & magis perſeueranter inſtabat, vt tyrannidem ab eo remouiſſet, & animam eius ad viam ſalutis reduxiſſet. Ideo *Getko* capta dicendi opportunitate, *Mieſzkonem* paterne corripuit, ac diſcipli-D nauit. Hæc autem virtus, puta diſciplina ſecundum *Philippum de Pergamo* ſuſcipienda eſt patienter propter tria. Primo propter caſtigationis dilectionem. Heb. 12. qui eſt filius, quem non corripit pater. Secundo propter peccatorũ correctionem; tertio propter tentationis deiectionem. Scribitur enim de lapidibus; quod ſi maritus ponat magnetem ſub capite vxoris dormientis, poterit experiri an ſit adultera vel fidelis. Si adultera, ſtatim ſe eiiciet de lecto, ac ſi manu hominis exportata eſſet. Si fidelis conuertet ſe dormiendo ad virum & deoſculabit ipſum. Sic moraliter anima, quæ eſt fidelis ſponſa Chriſti, ſuſcipit patienter correctionem: quæ vero eſt adultera, tenetur corrigi. 1174

Si-

1174. Similiter Princeps, qoi gratuite ſuſcipit paternam correptionem in principato obtinet diutinationem; qui vero correptionem aſpernatur, eiicitur, vt *Mieſzkoni* accidit. 1174.

CAPVT IV.

De conſilio per optimates Cracouienſes contrà tyrannides præmiſſas Mieſzkonis facto.

SEd ad vocem ſapienter cantantis aſpis obſurdeſcit & ad tonantis cœli minas quaſi contra cœlum pugnaturus in ſetas ericius exhorreſcit, imo tanquam in proprii iugulum capitis coniuraſſent, tanquam vitro in Principis factionarentur excidium, preſſoras iniuriis augent, & iniurias preſſuris accumulant. Quæ res inexorabiles odii cauſas in principem congeſſit. Nam deliramentum capitis membra ſæpe luunt, membrorumque lapſus in capite nonnunquam redundant; quaſi enim conB ſentire videtur, qui cum prohibere poſſit, non prohibet. Proinde primi Prouincialium & Conſulares viri ſecreta ſecum deliberatione diſceptant. *Turpe*, inquiunt, *eſt factioſos videri, ſed turpius ignauos exiſtere. Indignum eſt ingenuitatem ancillari, longe indignius reginam Prouinciarum inter ſcorta proſtitui. Durum quidem tot calamitatibus premi; ſed durius in tanti Maieſtatem Principis impirgere. Eſtne vllum remedium, rebus tam confractis, ampullis vitreis inter malleum conſtitutis & incudem?*

COMMENTARIVS.

Capitulum hoc in tres diuiditur partes. In prima effectum ex correctione procedentem facit. Nam aliqui ex correctione emendantur: alii vero ex correctione deteriorantur. In ſecunda parte ponit, quomodo *Mieſzko* cum ſuis officialibus & conſularibus paternam correctionem venerabilis Patris *Gerkonis* non ſunt ſecuti, ſed in deteriora ſunt prolapſi. Poſt *Gerkonis* enim paternam correctionem oppreſſiones iniuriis adauxerunt, & iniurias oppreſſionibus accumulauerunt. Et inde eſt quod cauſas inexorabiles odii, quod ad pacem exorari ſeu nullis precibus flecti poteſt, apud Regnicolas contra Principem *Mieſzkonem* coaceruauerunt. In tertia parte conſilium optimatum Cracouienſium ponit, in quo tria grauia & tria grauiora diſceptantur contra deliberantes, & ſibi mutuo in abdito conſulentes remedium quæſierant. Circa primam partem aduertendum. Qui corrigitur aliquando ex correctione emendatur, ſicut *Pollenius*, de quo refert *Polycrat.* lib. 8. c. 9. Hic enim cum e conuiuio, non poſt occaſum Solis ſed poſt ortum ſurrexiſſet, domumque rediens *Xenocratis* philoſophi patentem ianuam vidiſſet, vino grauiter delibutos, ſerto caput redimitus, perlucida veſte amictus, ſcholam eius intrauit, nec contentus tam deformi introitu conſedit. Quem *Xenocrates*, cum conſpiceret, omiſſa re, quam diſſerebat, de modeſtia ac temperantia loqui cœpit, cuius grauitate ſermonis reſipiſcere coactus. Aliquando vero hic, qui corrigitur, per correA ctionem deterioratur, ſicut *Alexander*, quem cum *Callisthenes* diſcipulus *Ariſtotelis* ab eo miſſus exultantem obiurgaret, & mores eius componeret, ipſe eundem *Calliſthenem* occidit, vt refert *Polycr.* lib. 8. c. 14. Sic etiam fecit *Mieſzko* cum ſuis officialibus, & Iudicibus, quia ad correctionem ſui Præſulis *Gerkonis* maiorem veſaniam induerunt, ac in deteriora deciderunt. Circa ſecundam partem notandum ſecundum *Polycr.* lib. 3. c. 13. Conſentientes eſſe, qui notum errorem, reticent, aut corrigere cum poſſent, diſſimulant. Ideo eorundem malorum participes exiſtunt.

CAPVT V.

In quo remedium in capitulo præcedenti quæſitum, videlicet Mieſzkone de Regno Polonia proſcripto per electionem Cazimiri Ducis Sendomirienſis ad effectum deducitur.

TVm quidam virorum Illuſtrium præinſignis: *Eſt*, inquit, *non procul hinc oliua quædam generoſioris inter ligna fructifera propaginis, frondibus amœniſſimis propagatior, virore perpetuo feſtiuior, oleo non tam ſtillans irriguum, quam ſpecioſis vndique balſamis profluentibus inundans, qui omnibus eſt notiſſimus, cunctis tamen eſt incognitus, omnibus domeſticus, cunctis peregrinus, fructus elegantior omni gemmarum præſtantia. Nec enim latere vos arbitror, quæ aut quantæ ſint* Cazimiri *virtutes, quæ famæ virtutum omnium* C *pigmentaria ſuauitate redolens, omnem odoraminum fragrantiam transſcendens. Nam extrinſecis ipſius corporis dotibus occupari non conuenit, quæ ipſa ſui venuſtate intuentium obtutus quaſi quibuſdam Solis radiis perſtringunt. Supergeneroſiſſimus enim tam forma quam lineamentorum elegantia mediocriter ſtaturam tranſcendens, mediocrium ipſa ſtaturæ proceritas, blandus ille aſpectus, quadam tamen Reuerentiæ Maieſtate conſpicuus, pudicus ſemper ſermo, quadam tamen acrimoniæ feſtiuitate conditus. Cui vero tam inſcrutabile pectoris armarium, præſtantiſſimum cordis theſaurum, tam inæſtimabilem animi ſupellectilem aut natura fundauit aut gratia ſtabiliuit? Incertum eſt, vtrum in illo* D *natura gratiam vincat, an gratia naturam: adeo ſororia inuicem altercatione colludunt, vt vtraque vincere ſtudeat alteram, neutra tamen alteri munus inuideat victoria. Nam Politicis illum virtutibus natura ornauit, purgatoriis vero gratia diligentia expoliuit. Quicquid enim ad naturalem ſeu Politicum iuſtitiam, temperantiam, fortitudinem, prudentiamue ſpectare dignoſcitur, & verbo præceptionis aperit, & operis exemplo demonſtrat. Nemo ſiquidem, vnicuique quod ſuum eſt, fidelius diſpenſare nouit, nec in aliquo vnquam infallibilius viguit, aut æquitatis virtus, aut indignationum ratio. Nam quod querulantium*

1174. *ſtrepitu nonnunquam offenditur, quod cauſidicorum importunitates ægre fert, duo ſunt in cauſa: odium ſcilicet calumniæ, & amor concordiæ. Vnde multis ob calumniam ſæpe impreſſum; eſt in fronte cauterium, multi naſo, lingua, nonnulli capillati, ad inſigne videlicet confuſionis perpetuæ. E contra concordes gratiæ amplexu, ad pacis perpetuitatem inuitat: quorum alterum opus eſt iuſtitiæ, reliquum vis temperantiæ. Eſt enim iuſtitia calumniarum vltrix, temperantia concordiarum imperatrix, quæ quanti ſit penes hunc, eius probat modeſtia, aſtruit manſuetudo, docet humilitas. Qui ſua interdum quaſi oblitus dignitatis, minimorum ſeſe ingerit & contemperat conſortio. Non lenitatis prurigine, ſed beneficio virtutis, liberalitatis ſtudio limites temperantiæ penitus excedit. Nec enim, vt plerisque moris eſt, aut inhiat acquirendis, aut incubat acquiſitis: ſed inſtar Tagi fluuii, quo largius effluit, eo vberius arenis inundat. Eſt enim auro præſtantior liberalitatis largitio. Iam vero dotes fortitudinis eius licet attingere. Iugis illi laboris exercitatio; raro niſi ſeriis, nunquam niſi honeſtis intenta. Eſt enim vita ſtrenuorum ſemper actuoſa, eſt ignauia torpor ipſa quiete tædioſus. Cui quoties extrinſeca deſunt bellorum occupationes, venandi exercetur ſtudiis, quia non paruum eſt virtutis ſeminarium otii declinatio, nec minima ſeriorum excitamina vir fortis interdum elicit ex ludicris. An ignoratis Regem Ponti* Mithridatem *cuius futuram celſitudinem etiam cæleſtia ſigna prædixerunt. Nam & eo, quo genitus anno, & eo, quo regnare cœpit, ſtella Cometes per vtrumque tempus illuxit quadraginta diebus, vt cœlum omne flagrare videretur; quæ in ortu ſiue in occaſu quatuor horas conſumebat, per quod probatur ſextam cœli partem magnitudine occupaſſe. Puer inſidiis tutorum, veneno vinci non poterat; venandi ſtudium elegit, quo ſeptem annis neque vrbis, neque ruris tecto vſus eſt, ſed per ſiluas diuerſis montibus regionum pernoctabat, ignaris omnibus, quibus in locis manſitaret. Quibus rebus & inſidias vitauit, & corpus ad omnem patientiam durauit, hinc de augendo deinde regno cogitauit. Itaque Scythas inuictos perdomuit, qui ducem Magni* Alexandri *cum triginta millibus deleuerunt; qui* Cyrum *Regem Perſarum cum ducentis millibus trucidarunt; qui* Philippum *Regem Macedonum ceperunt; Pontumque & Aſiam occupat: inde Aſia explorata Bithyniam transſcendens opportuna quæque victoriæ ſuæ meditatur. Quia vero virum fortem, non tam robur corporis, quam animi commendat integritas, non minus pectoris monſtra, quam nemorum beſtias ſtudet* Cazimirus *domuiſſe. Eius quanta ſit magnanimitas, quanta conſtantia, quæ animoſitas, quæ in ipſo etiam animoſitatis torrente patientia, non eſt promtum* *expedire. Audire vultis ridiculum, ſed inſigne patientiæ exemplum:* A *Quidam ad aleæ duellum hunc principem ſollicitat, congrediuntur, confligunt; iacet in medio pignus victoriæ, argenti quantitas immenſa. Vacillat aliquantiſper belli fatum, & fluctuat in talorum ambiguo. Pavet ille, ſuſpirat, ac trepidat, totus inter ſpem ac timorem, ſtupidus totus, exanimis. Tandem iactus fatum duelli dirimit, & calculum victoriæ Principi ſententiat. Tum luſor quadam doloris correptus veſania, pugnum exerit, contorquet, ſummo vibramine, maxillæ Principis incutit, & noctis beneficio de manibus circumſtantium elapſus in fugam conuertitur: qui vix tandem repertus conſiſtorio præſentatur, & a cunctis reus vtpote Maieſtatis carptim diſmembrandus appetitur.* B *Quo de ſe nihil niſi crudele mortis ludibrium præſtolante, ait Princeps:* Ne moneatur, Proceres, veſtra grauitas, quia leuitatis eſt, cauſis ex leuibus indignari. Digna enim non eſt eius indignatio, cuius animus intra ſe tranquillior cauſas indignandi non ponderat; imo iniquum eſt examen cuius trutina iactatur in turbine. Quid indignatione dignum? quid quæſo indignum pauper Ioannes admiſit? (*hoc enim erat nomen eius*) Quid ſi fortunæ tecum cauſetur iudicium? Nonne certa eſt, quæ in cauſa non diſpari cauſam pauperis ſupprimit, & potentis potentiam extollit. Iniqua in vtroque, crudelis in paupere, adulatrix in potente. C Non iniuria ergo vltionem iniuriæ, quam a fortuna extotquere non potuit, a filio fortunæ vt potuit, exegit, quin, vt verius loquar, lucrum luero addidit, & fortunam in me vicit munere. Illa nummos, quibus abundabam contulit, iſte aureum prudentiæ geſtamen, quo Principes carere non debent fabricauit: quia meminiſſe me docuit, periculoſum eſſe Principi ludibriis intendere, periculoſius etiam in nummis lubrico fortunæ ſubmitti. Prudentia enim principandum eſt principibus non fortuna. Grates ergo ingentes Ioanni, cuius gratia nihil modo leuitati, nihil caſibus vltro fortuitis de me vlterius promitto. *Sic iniuriator ille Principis amplexibus* D *excipitur & Principatus, quam largiſſime donariis afficitur. Omnia in viro forti, tam patientiæ conſtantia, quam prudentiæ induſtria; qui accepta probri iniuria non ſolum æquanimiter fert, ſed gratanter ignoſcit. Non imprudenter excuſat, gratiis rependit, muneribus repræmiat. Sed vnde hæ omnes omnium virtutum filiæ? omnis earum familia? Quicquid operis, quicquid officii exerceant, ad prudentiæ refertur iudicium. Verbi gratia: Geſtat patientia, quæ eſt filia fortitudinis, tres in eadem ſarcina maſſas: maſſam languoris, maſſam laboris, maſſam contumeliarum ſeu iniuriarum. Quam videns prudentia; Quid, inquit, fers, filia? Ad quam* 1174.

illa

1174. *illa gemens ſub onere: Accelera mater: exonera turgentem, ad te ſarcinam tua ſoror hanc proferri iuſſit. Cui prudentia: Agnoſco meæ ſororis delicias, conſueta noſco munuſcula; ſibi nos ancillari iubet, ſibi tamen o patientia compatimur. Suſtine modicillum, faciam, quod hortaris. Rudes itaque maſſas mittit in caminum deſideriorum, conflat, excoquit, examinat, & in laminas producens ductiles, miro artificio aureos effingit ornatus. Sic prudentia magiſterio ex obiecta infortuniorum materia fabreſiunt virtutum inſignia. Claret hoc in filio prudentia, de quo mihi ſermo eſt. Qui cum ſit princeps conſilii ſtrenuus, prodigus, prouidus, cautus, circumſpectus, cum vndique prudentia fulciatur induſtria, inter ſimpliciores tamen ſimpliciſſimus videri ſtudet, tum vt arrogantiæ periculum declinet, tum ne humilitatis deſerat veſtigia, tum vt de ſimplicitatis palea vberius eliciat grana ſapientiæ. Prudens enim virtutis fructum in conſcientia metit, minus perfectus in oſtentatione. Vnde* Liuius: prudentia nihil ſimplicius, ſimplicitate nihil prudentius. *Nam quis neſcit commeſſationum aſſiduitatem virtutibus eſſe inimicam. Nec enim ſicaria, nomen & ſpetiem liberalitatis mentita, virtutes inuitat, inebriat, intoxicat. Ex induſtria tamen ſub quodam ſimplicitatis vmbraculo, conuiuiorum celebritates non ſolum non declinat, ſed celeberrimos ac prodigos crebrius inſtaurat apparatus, cauſas ob multas. Quarum prima eſt, vt quod ſibi virtutis deſit, ex infatuatis aliorum ſenſibus condiſcat. Eſt enim prudentia experimentum fatuitatis, ſicut fatuitas cos eſt virtutis. Stulto ſiquidem in ſtultitia deprehenſo ſapiens ſapientior erit. Secunda cauſa eſt, vt aliorum de ſe agnoſcat iudicia. Liber enim dicitur Bacchus, & liberam de hominibus promulgat ſententiam. Tertio vt ſecretius contra ſe fabricata machinamenta, quæ a ſobriis elicere nequit, ab ebriis extorqueat. Furtim enim ebrietas animi ſacrarium irrepit, & patentius ſobrietatis arcanum. Nemo prudens nectar infundit vaſa rimoſa, quo totum effluit. Ideoque vir ſapiens operæ pretium habet, eorum non imprudenter experiri prudentiam, quibus penitiora conſiliorum arcana committit. Infuſus namque liquor ſine difficultate rimas inuenit in fictili. Poſtremo diligi maluit pius princeps quam timeri. Amore ſiquidem Regem ſuum examen apum ſequitur, non timore. Gratia autem conciliandæ gratiæ, quia communis eſt apud omnes conuiuendi ratio, conuiuiorum honeſtati pro tempore indulget. Extenus tamen, vt nihil ebrietati de ſe licere permittat, vtpote quem ſæpe comes indiuidua non deſerat animi ſobrietas. Scitis quo pacto ſtipatur interim literatiſſimorum lateribus altrinſecus, quorum tam ſobrietas, quam ſcientia, pauci eſt incognita. Cum his nunc ſanctorum exempla Patrum, nunc virorum geſta illuſtrium vicaria relatione retractat. Interdum organicis præcinens aut ſuccinens concentibus, cæleſtis meditatur harmoniæ dulcedinem; theologicis nonnunquam exercetur inquiſitionibus, veramque partem quæſtionis vtrinque argutiſſimis vrgens rationibus, rerum ſubtilium indagator ſagaciſſimus. Si ergo quiſquam delator ex inuidia temulentum aſſerit* Cazimirum *temulentorum conſortio, cur prudentem non adſtruis iugi prudentum exercitio? Habes liuor edax, quo doleas, etſi reperire non queas quod carpas. Nunquam enim hæc oliua ſine fructu fuit, quem vel foueret gratia, vel carperet inuidia. Proinde ſub huius vmbra nos auram quietis captare conuenit, vt eius oleo noſtri tumor doloris ſalubriter fomentatus detumeſcat. Alioquin illa filii Gedeonis nos arguet Parabola, qua docetur, qualiter ligna regem creatura ficum vel oleam, vt eis imperarent, hortata ſunt; quibus abnuentibus carduum elegerunt, à quo ignis egreſſus omnia penè abſumſit.*

Vinc. Kadłubkouis Hiſt. Pol. Lib. IV.

COMMENTARIVS.

Capitulum hoc diuiditur in tres partes principales. In prima parte recommendationem Principis *Cazimiri* ponit, laude dignam, per quendam virum præinſignem factam; quia ipſum commendando primo etiam præmittit corporis formoſitatem ſtaturæque mediocris commoditatem. Et merito, vt ait *Ægidius* de regimine Principum: *Omnes gaudent habere Principes pulchros & formoſos.* In ſecunda parte commendat ipſum *Cazimirum* idem vir præinſignis virtutibus Politicis ac purgatoriis redimitum, quæ in eo refflorebant, vt dubium extitit, an virtutes Politicæ Purgatorias excellerent, vel viceuerſa, Purgatoriæ Politicas ſuperent. In ipſo tamen illæ virtutes ſic refulgentes ſub inuicem non inuidebant, ſed ſe mutuo coadiuuabant & promouebant. Et primo ipſum oſtendit virtutibus Politicis fulcitum, vt puta Iuſtitia, Temperantia, Fortitudine & Prudentia. Hæ enim ſunt quatuor columnæ, quibus thronus Principis roboratur. Inter quas quatuor virtutes primo ipſum commendat de iuſtitia, quæ in ipſo veriſſime viguit, & in hac ſimilem quempiam ſibi non habuit. Qua quidem ſuffultus iuſtitia, pluribus calumnioſis cauterium in fronte impreſſit, multis linguam, naſum copulauit, eo quod iuſtitia eſt vltrix calumniarum. Secundo commendat ipſum de ſecunda virtute Politica ſeu cardinali, ſcilicet temperantia, qua inſignitus multos concordes fecit. Quaſi enim ſuæ oblitus dignitatis, pluries ſuorum inferiorum conſortio manſuetudine, modeſtia & humilitate adhibita multos concordauit, & ad pacis perpetuitatem reduxit, quia temperantia eſt imperatrix concordiarum. Et

 quan-

1174. quanquam ſic adornatus extitit temperantia, adornatior tamen fuit liberalitate, cui natura ab inſantia modum dandi & abundandi non poſuit. Tertio commendat ipſum de tertia virtute Politica, ſcilicet fortitudine, quæ fuit ſemper in vtili ac neceſſaria nec non honeſta exercitatione. Etſi bellis non intendebat Dominum ſuum tuendo, quia ſorte non opus erat; tamen venationibus occupabatur, ocium ſeu torporem ignauiæ deuitando, exercitamioaque vtilia ac neceſſaria, in his venationibus ſibi eliciendo, more Regis Ponti *Mithridatis*, qui ſeptem annis morabatur in nemoribus & ſiluis, vt patet in littera. Et non ſolum præſatus vir præinſignis commendat ipſum in genere de ſortitudine, ſed etiam de qualibet ſua ſpecie, vtputa magnitudine, conſtantia, animoſitate & patientia. Præſertim in ipſo tamen commendat patientiam refloruiſſe; quam in effectu oſtendit, cum circa ludum aleæ per quendam militem maxillatus fuit *Ioannem*, vt etiam patet in litera. Quarto commendat ipſum de prudentia, quæ in ipſo cum ſuis ſpeciebus, videlicet prouidentia, ratione, cautione, circumſpectione ſic refloruit, quod omnes alias virtutes direxit & gubernauit, vt exemplum in litera deducitur. Quinto commendat ipſum virtutibus purgatoriis redimitum, vt puta fide, ſpe, charitate. Viris enim literatiſſimis ſubtiletate ac ſcientia reſulgentibus ſe ſemper ſtipabat, ac tractatus ſaluberrimos ad honorem Dei & ſalutem ſuam ſpectantes tractauit, & in diuinorum meditatione ſæpe pro loco & tempore permanſit. In tertia parte præmiſſa hac multiplici recommendatione animos omnium Regnicolorum admonet atque hortatur, quatenus viſis ſuis virtutibus principatu dignis ipſum in Principem Cracouienſ. ac Dominii totius Poloniæ ſuſcipiant, ſi geſtiant *Mieſzkonis* tyrannidibus truculentis obuiare, & in dulcedine pacis tempora ſua deducere, minas tranſumtine ſubiungendo, vt patet in litera.

Circa primam partem aduertendum. Quid vir præinſignis, de quo loquitur in litera, præmiſſa *Cazimiri* pulchritudine & formoſitate ſtaturæque mediocris commoditate addit decorem ipſius in geſtibus eius corporis; & primo in aſpectu. Dicit enim *Ægid.* lib. 1. de regimine Princip. 2. par. 2. cap. 10. *Eos qui principari debent & dominari, etiam ab ipſa infantia ſunt admonendi de modo viuendi, vt mature ſe habeant circa eleuationem oculorum & videndi modum, vt non habeant oculos vagabundos: nam ex hoc iudicantur leues corde, paruifici & puſillanimes.* Vnde talia de *Cazimiro* non ſunt prædicata, ſed quod blandus & iucundus erat illi aſpectus quadam tamen reuerentia ac maieſtate conſpicuus. Secundo ſuperaddit decorem eius in ſermone; ſecundum enim *Ægid.* vti ſupra, homines in ſermone peccare tripliciter, ſcilicet loquentes laſciua, ſalſa & impræmediata, quæ in *Cazimiro* non ſunt reperta. 1174

Circa ſecundam partem eſt aduertendum iuxta venerab. *Ægid.* de regimine Principum, tam *Macrobius* quam *Plotinus* quatuor gradus virtutum diſtinguunt. Nam quædam ſunt Virtutes Politices, quædam Purgatoriæ, quædam purgati animi, & quædam exemplares. Exemplares virtutes ſunt in ipſo Deo; Virtutes Politicæ ſunt acquiſitæ, per quas homines tantum ſe habent in rebus humanis, vt Prudentia, Iuſtitia, Fortitudo, & Temperantia: Virtutes vero purgatoriæ & purgati animi ſunt, per quas quis tantum ſe habet ad diuina. Nam aliqui ſunt tendentes in diuinam ſimilitudinem; & tales dicuntur habere virtutes purgatorias. Aliqui vero ſunt iam aſſecuti illam ſimilitudinem & tales dicuntur Virtutes purgati Animi. Princeps igitur *Cazimirus* his de virtutibus Politicis & Purgatoriis eſt recommendatus, ex quo colligitur multiplicibus bonis fulcitus fuiſſe. Fuit enim perſeuerans, quia modica tentatione imminente non cecidit. Fuit etiam continens, quia non ſolum modica tentatione ſuper ipſum cadente non cecidit, ſed etiam contra fratris ſortes paſſiones ſe oppoſuit, & petit. Fuit ſemper temperatus, quia in beneſaciendo delectabatur. Fuit etiam & Heroicus, id eſt, valde bonus, quia contemplationi diuinæ intendebat.

Secundo notandum. Virorum ſtrenuorum vita debet eſſe laborioſa, iuxta illud *Seneca* ad Lucillum Epiſt. 31. *Generoſos*, inquit, *animos labor nutrit.*

Tertio aduertendum. Quanquam expediat cuilibet ludos alearum fugere, maxime tamen conuenit hos Principibus ſummopere deuitare propter peccata plurima tales ludos comitantia. Ideo dicit *Seneca* lib. I. c. 5. *Aleator quanto in arte doctior, tanto nequior.* Nihil enim eſt, quod tam hominem deformet & dehoneſtet, ſicut ludus aleæ.

Quinto notandum, ſecundum *Ægid.* vti ſupra: *Prudentia*, inquam, *eſt virtutum moralium directiua.* Virtutes enim morales ſe inclinant in finem ſibi conuenientem, vt temperantia inclinat ad ſobrietatem. Sed ſufficit inclinari ad finem debitum temperantiæ, nec in finem aliarum virtutum moralium, niſi ſciamus, quomodo poſſimus conſequi talem finem, quod fit per prudentiam. Ideo *Prudentia*, ſecundum *Ægid.* *eſt bona qualitas mentis directiua in finem virtutum moralium;* quomodo etiam Prudentia eſt virtutum intellectualium præceptiua, vt ibi require.

Quinto

1178. *leslai*, ſactam in agone mortis ſuæ; vt habitum eſt de hoc, lib. 3. Epiſtola 27.

Vltimo oſtendit; quomodo patriam li- A berauit & oppreſſiones, ſeu quæuis grauamina, à ſuis regnicolis relaxauit & omnino amouit.

CAPVT IX.

De Regni Polonia Conſtitutionibus ac antiquis conſuetudinibus earundemque caſſationibus.

FVit autem huie genti ex antiquo perſolenne & quaſi conſuetudinis autoritate approbatum, vt quisque potentum; qoorſumlibet pompatice vergens, pauperum non rantum paleam, fœnum, ſtipulam, ſed annonam horreis ac tuguriis perfractis prædatiue diripetet, nec tantum depaſcenda, quantum cahallis B pes conculcanda proſunderet. Erat & aliud non abſimili temeritate antiquatum. Quotiens a potente aliquid vel exilis legatiunculæ ad quemlibet eſſet inſtanter perferendum, iuſſi ſunt ſatellites veredis pauperum inſilire & vuius horæ momento infinitiſſima ſtadiorum millia curſu citatiſſimo traosuolare. Quæ res multis mulro fuit periculo, quorundam caballis irremedibiliter eneruatis, quorundam penitus extinctis, nonnullis, cum probati eſſent, irreuocabiliter abductis: vnde latrociniorum, nonnunquam homicidiorum obrepſit occaſio uou modica. Fuit præter hæc a principibus pertinaciter vſurpatum, vt bona C decedentia Pontificum quaſi quodam prædocinio diripetent, aut à principali fiſco inferrent: quod quia diuini iuris eſt, nullius in bonis eſt. Quod autem nullius in bonis eſt, occupanti conceditur. Sed Deus non irridetur, nec irrideri debet vllius phantaſtæ riticulo. Igitur ne talia de cætero fiant, iubet æquitatis Princeps ſub anathematis interminatione inhiberi. Addunt ſacris inſtitutis iuſulati octo ſacri Antiſtites, *Sbislaus Gneſnenſ.* Archiepiſcopus, *Getko* Cracouienſis, *Siroslaus* Wratislauienſis, *Cherubin* Poſnanienſis, *Lupus* Plocenſis, *Onolphus* Kuiauienſis, *Conradus* Pomeſanienſis, *Gaudentius* Lubucerum. Eſt autem octenarius primus ſolidorum ou- D merorum inter pares & numerus beatitudinum, quod ſignat ſolidas eſſe debere conſtitutiones & beatos fore ipſorum cultores. Omoes itaque vna voce pronunciant:

Qui pauperum Aunouam aut vi aut quolibet ingenio acceperit, aut accipi iuſſerit, anathema ſit.

Qui legationis occaſione cuiuslibet angariauerit, aut angariari iuſſerit quadrupedem, anathema ſit; excepto vno caſu, quando videlicet hoſtes alicui Prouincia imminere nunciantur: Nulla eſt enim iniuria, ſi tunc vtcunque ſaluti Patria conſulitur.

Rurſus, qui demortui bona Præſulis inuaſerit, aut inuadi iuſſerit, ſiue Princeps ille fuerit, ſeu qualibet illuſtris perſona, ſeu quauis officialium ſine omni exceptione anathema ſit. 1178. *Sed & quia ſpoliatum ſuſceperit Pontificium ſine ſublatorum integra reſtitutione aut certa reſtitutionis ſponſione; tanquam ſacrilegii eiusdem conſentaneus, eiusdem innodetur anathematis participio.*

Approbant vniuerſi & cunctis gratiſſimas aſſerunt ſacrarum prohibitionum ſanctiones, quibus intemerata ex eo accedit perennitas, quod Apoſtolico *Alexandri* III. priuilegio roboratur: diuino cuius oraculo principatus *Cazimiri* confirmatur, ne paterna illi voluotas vllum pariat præiudicium; qua cautum fuerat, vt penes maiorem natu principandi reſideret autoritas, vt iu principatu litem ſucceſſionis ratio primogenituræ dirimeret.

COMMENTARIVS.

Capitulum hoc diuiditur in duas partes principales. Io prima conſuetudines malæ antiquitus in Regno Poloniæ ſolitæ ponuntur. In ſecunda parte ad inſtantiam *Cazimiri* principis præclariſſimi per Archiepiſcopum Gneſnenſem *Sbislaum* cum ſuis ſeptem ſuffraganeis dictæ conſuetudines ſingularim caſſantur, & ſub ex communicationis pœna prohibentur, nec non per omnes; tanquam ſacræ & omnibus vtiles conſtitutiones approbantur, & *Alexandri* Papæ tertii priuilegio roborantur. Qui tertius *Alexander Cazimirum* in Principem Poloniæ ſic electum confirmat non obſtante Patris diſpoſitione, qua cautum fuerat, lib. 3. epiſt. 26. quod ſenior ſemper fratris Principatum & regnum obtinere debeat. Informatus enim fuit per regnicolas Domious Apoſtolicus de *Mieſzkonis* multiplicibus tyrannidibus, ob quas ipſum a priocipatu ſic abiectum non reoocauit, ſed *Cazimirum* electum confirmauit, & gratioſe roborauit.

Circa literam eſt notandum, ſecundum *Boetium* & *Ioannem de Sacro Buſto* in tractatu de radieum extractione, triplex eſt numerus, ſcilicet linealis, ſuperficialis, & ſolitus. Linealis eſt, qui conſideratur penes vnicum proceſſum, ſcilicet non habens reſpectum adductionum numeri iu numerum. Sed ſuperficialis eſt, qui prouenit ex ductu numeri in numerum ſemel, etſi eiusdem numerum in ſemet ipſum, vt bis duo ſunt quatuor; fit numerus quadratus; numerus vero ſolidus eſt, qui prouenit ex duplici ductu numeri in numerum, & ſi eiusdem numeri in eundem numerum vel ſoum quadratum fit numerus cubicus. Et ſic corpus ſolidum dicitur firmum & numerus beatitudinum, de quibus Matth. 5. ſic iſtæ conſtitutiones ab octo epiſcopis ſactæ foerunt firmæ quia a regnicolis acceptæ & priuilegiis *Alexandri* Papæ roboratæ.

CAPVT X.

De Mieſzkonis ſeuus ſupplicatione Cazimiro porrecta, pro ſui ad principatum reſtitutione.

1178 FRater interea fratrem obnixa ſupplicatione fatigat, non interpellata precum inſtantia ſollicitat. Ponit illi ante oculos tremulæ ſenectutis defectus, luctuoſum nurus eiulatum, funebria neptum lamenta, crebros nepotum ſingultus, quibus melius eſſet occiſis gladio, quam interimi fame, cuiuſdam ergaſtuli anguſtiis incluſis. Satiuſque agit finitiuo ſemel intercipi articulo, quam guttatim infortuniis deſtillare. Meminiſſe illum rogat, qua teneritudinis dulcedine apud ipſos eius fota ſit adoleſcentia, quo ſtudio, quo amplexu educata iuuentus, quo demum fauore, qua ſolertia, quibus, niſi diſſimulare velit, eorũ beneficiis, non ſolum patrimonii primitias, ſed & principandi fuerit aſſecutus auſpicia, quam filiales quoque, quam deuotæ, quam intimis erga ipſos ſemper feruentes præcordiis affectiones extiterint. *Vbinam*, inquit, *illa tam gratuita ſponſionum vbertas? vbi tam intemerabilis illa fidei perennitas? Si vlla igitur adhuc ſupereſt tantæ ſcintilla dulcedinis, ſi viuit vlla tot gratiarum ſcintillula, ſummo nobis erit beneficio patriæ reſtitutio. Minus enim miſerum eſt, domeſtico teri iugo, quam exilii calamitatibus tabeſcere. Imperandi ſiquidem onus & Regia celſitudo Maieſtatis viris decrepitis, viribus imbecillibus non conuenit. Nam nec lentiſci virgultum, nec ſtipitis annoſitas carientis molibus congruit fulciendis; imo prouidentius agi cum hac Republica non potuit. Cui non peregrinus, non barbarus, non prædo quiſpiam inſultat, ſed princeps imperat legitimus: cuius incunctanter imperium factio proditionalis, naturalium odio Principum hoſtibus proſtituere intendebat, eodem forſitan proditionis ingenio circa te militatura. Tutius ergo eſt, & magis honeſtati conſentaneum, te tuorum fulcire nepotum obſequiis, quam ſtipari proditorum inſidiis. Alioquin illud verendum eſt Sapientis:* Væ ſoli, quia ſi ceciderit, non habet ſubleuamen.

COMMENTARIVS.

Mieſzko ſenex cum iam exilii tædio fuiſſet affectus, humili qua potuit *Cazimiro* prece ſupplicauit, vt ipſum non principatui, ſed tantum paternæ ditioni reſtituere dignaretur. Cuius preces vt facilius *Cazimirus* dignaretur exaudire, allegat ſibi tum propriæ perſonæ miſerabile ſenium, tum nurus flebilem eiulatum, tum etiam lamenta nepotum ac beneficia in ætate tenera eidem *Cazimiro* per ipſum exhibita, atque erga ipſum Regnicolarum proditionalem induſtriam, vt ſic timens citius ipſum aſſumat. Denique ſapientis dictum adducit Eccl. 4. vt in textu.

CAPVT XI.

In quo Cazimirus petitionem fratris ſui examinat, & exauditione dignam iudicat.

AD hæc *Cazimirus: Ingratitudo*, inquit, *eſt accepti diſſimulatio beneficii, cuius comites ſunt repræmiationes, odium & arrogantiæ ſupercilium. Quorum ſocietas aut ſocietatis contagium nunquam nobis in animo fuit;* 1178 *imo fateor, ac ſemper fateri velim, fratris ac nutus me immortalibus obnoxium beneficiis. Nec iniuſta enim eſt eorum poſtulatio, quæ non niſi debitam patrimonii reſtitutionem continet. Nam principatum forſitan repetendi nullum illi ius competit, quia priuilegium meretur amittere, qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate; ſi tamen pertinaciter abuſum fuiſſe conſtiteris. Expedit enim Reipub. ne quis re ſua male vtatur. Quod autem ab efficaciſſima hæreditatis portione illum retardare videatur: prorſus non video.* Suboritur exinde murmur & increbeſcit ſeditionis tumultus inter Proceres. Aiunt enim: *En! quod verebamur, accidit. Raro coruus coruum exoculat: Raro frater fratrem ſtirpitus exterminat. Noſtrum hic agitur diſcrimen, noſtrum euidentiſſime periculum. Huius enim reſtitutio noſtrum eſt exterminium; quia non differet, cum tempus acceperit, atrociſſimam iniuriarum vltionem exercere, imo truculentiſſimam vltionis tyrannidem. Geminus profecto nobis hoſtis imminet, &* Mieſzko *propter ſuas*, Cazimirus *propter fratris iniurias. Quid ergo? Eodem certe ſurculo amputari conuenit, eiuſdem ſurculos propaginis. Fruſtra enim extirpatur carduum interea ſocia manente radice.* Intellecto autem *Cazimirus*, tam diſcriminoſæ ſeditionis exitum ad ſe deuolui, aſſerit, non animo reſtituendi fratrem hæc a ſe dicta, ſed ſtudio experiendi animos ipſorum, acceptiſſimamque ſibi eſſe eorum erga ſe conſtantiam.

COMMENTARIVS.

Circa literam aduertendum eſt ſecundum *Franciſcum* lib. I. cap. 91. *Duo ſunt beneficentiæ vulnera, Exprobratio largientis & recipientis obliuio, vtraque mater ingratitudinis eſt beneficii nouerca.* Illa ingratitudinem parit in altero; hæc in ſe, & hæc quæ parit ingratitudinem in altero, fit quatuor modis. Primo iuxta *Senecam* de beneſ. *Ingratus eſt, qui ſe accepiſſe negat, quod accepit, ingratus qui diſſimulat, ingratus qui non reddidit.* Secundo quia obliuioſus nunquam videtur eſſe gratus, quia non permiſiſſet labi beneficium de memoria. Vnde *Cato: Accepti beneficii memor eſto.* Tertio: quia obliuio præcludit viam redeundi ad gratitudinis virtutem.

Secundo notandum ſecundum *Caſſiodorum* lib. 9. Var. Epiſt. 19. *Rerum cauſæ ſemper in ſemine ſunt, quia illam læſio remedetur, cuius origo non tollitur.* Et hinc eſt, quod domini Poloni, cum viderent fauorem *Cazimiri* pro *Mieſzkonis* reuocatione, timentes de periculis ex hoc euenturis, cogitabant etiam *Cazimirum* de Regno eiicere, quia ſublata Cauſa aufertur & effectus. Ipſe enim dictorum periculorum ipſis imminentium cauſa fuiſſet,

per

1191. re; lupum enim in regem creauerant; procraſtinari tamen, ſed celari placet deliberationis inducias. Cætus interim prædæ auiditatem ſecutus, proprio ſeſe impetu in arentia ſabula propellit, repenteque reſilientibus vndis vires in arido explicare tanta bellua non poterat, ab exiguis reptilibus & appetitur & extinguitur. Quæ res & viam & audaciam videtur ſuggeſſiſſe conſilii. Quendam enim ſinum nullius omnino profunditatis, latitudinis aliquantæ, ſed in maris contiguitate anguſtiſſimum explorant & eligunt; aiunt aptiſſimum eſſe perdendorum Regum ſuorum propoſito, vtpote qui innumeras roſorum capiat legiones & regibus omnium virium amputet fiduciam. Neque gobiones aut ſiluros minimis eſſe minores reptilibus; neque lupum ſiue capitonem cæto grandiores. Illic vniuerſorum congeſta infirmitate, vtrumque Regum concilio corrogant, quos aliquantiſper quaſi renitentes crebris incurſibus ſollicitant. Proinde lupus vtpote proteruior intro irrumpit, capitoni remeatum obſtruit. Sic imbellis illa piſciculorum plebicula aut lupi dente diſcerpitur, aut capitonis faucibus abſorbetur. Non minus ergo fatua Pollexianorum fuit prudentia, quam gobionum ſimplicitas. In arcto enim conſtituti Cazimiridæ graſſantius in hoſtes deſæuiunt. animoſius gobiunculos dentibus cuſpidum proſcindunt, aut enſium ac flammarum faucibus abſorbent, donec omnium pene conflagrata prouincia, tam Princeps illorum, quam Magiſtratuum poteſtates ad *Cazimiri* ſcabellum pronis ceruicibus proſternuntur, tam ſuam quam reliquorum ſalutem deprecantes. Ad quorum calamitates Sereniſſimi Principis pietas mox animi compaſſionem inclinat, donisque nomine obſequelæ ac tributorum cautione ſuſcepta, cum triumpho ad propria reuertitur; vbi non ſui victus corpore, ſed ſuorum perſuaſus laſſitudine aliquantiſper otio indulget. Fuit autem ſemper illi ſolenne, ſanctorum venerari ſolennia: vnde cum beati *Floriani* diem, nunc in diuinis officiis, nunc in orationibus, nunc in gratiarum actionibus totum Domino impendiſſet, ſolennes in craſtinum Principibus ac ſatrapis & primis Regni epulas inſtituit. Suggerunt illis multa ſuper epulas lætitiam. Primo de hoſtibus vndique triumphus, ſecundo poſt tanta bellorum diſcrimina Principis incolumitas, tertio tam propria quam amicorum ſecurior tranquillitas, quarto & rerum & temporum feſtiuior amœnitas. Nec deerat omnibus deliciis ſuauior Sereniſſima Principis alacritas, omnibus exultandi animos exultantius infundens. Cumque omnimode vox exultationis inter omnes cœlotenus attollitur, tantæ gloriæ ſerenitas repentina ſubito tempeſtate obruitur. Nam tanti extrema gaudii proh dolor! imo & media luctus occupat, & mœror iucunditatem rapit & opprimit, in ſinum concatenat ancillarum. Omnibus enim vndique verſum exultantibus illud vnicum & ſingulare ſidus Patriæ, cum quaſdam de ſalute animarum quæſtiones Pontificibus proponeret, permodico hauſto poculo humi prolabitur & expirat. Morbo, incertum eſt, extinctus, an veneno. A. C. 1194.

COMMENTARIVS.

Capitulum hoc in duas diuiditur partes. In prima parte triumphus *Cazimiri* aduerſus Pollexianos obtentus deſcribitur. In ſecunda parte terminus vitæ *Cazimiri* lamentabiliter ponitur.

Circa primam partem duo ſunt. Primo, quomodo *Cazimirus* Gethas vicinos Poloniæ ſuperauit, quibus ſuperatis contra Pollexianos proceſſit. In quo p... ceſſit quendam Principem Drohicinenſem, eorundem Pollexianorum conſeruatorem, ditioni ſuæ ſubegit, & perpetuæ ſeruituti ſubiugauit. Secundo, quomodo eoſdem Pollexianos, aduerſus quos principaliter proceſſit, ſuæ ditioni ſubdidit.

Circa literam eſt aduertendum, ſecundum *Polycrat.* lib. 2. c. 26 *Quod nulli Ducum niſi de manu Domini exercituum contigit victoria. Non enim in multitudine exercitus victoria belli, ſed de cœlo fortitudo eſt, quoniam facile eſt concludi multos in manus paucorum.* Ideo Princeps bellaturus debet ſe Deo committere, & illum orare, vt dignetur ſibi cœlitus victoriam tribuere. Sic enim Theodoſium in hiſtoria Romanorum legimus feciſſe; qui cum ſe vidiſſet a ſuis hoſtibus circumſeptum orationibus vacare cœpit, & ſigno Crucis ante poſito victor fuerat. Sic & noſter *Cazimirus* Princeps Chriſtianiſſimus aduerſus Pollexianos pro fidei Catholicæ maiori dilatatione bellaturus, fidens plus in virtute Dei, quam in potentia ſui brachii ſe ac omnes ſuos committens Deo, eius corpus ſanctiſſimum ſuſcepit ac venerandæ ſuæ paſſionis memoriam faciens, aduerſus eoſdem paganos prælia mouit.

Secundo notandum: Quanquam variæ ſunt opiniones de anima, ad præſens tamen refertur opinio triplex, quæ etiam tempore prædicationis Chriſti viguit inter Iudæos. Prima fuit Saducæorum, qui negabant reſurrectionem, putantes animas ſimul cum corporibus interire. Secunda fuit Eſſæorum, qui dicebant omnes animas ab initio creatas & corporibus pro temporibus infundendas. Tertia fuit Phariſæorum qui dicebant defunctorum animas in alia corpora vſque ad reſurrectionem tranſire. Pollexiani ergo in parte ſectabantur opinionem Phariſæorum, qui dicebant aliquas animas denuo infundi corporibus hominum, & alias corporibus brutorum animalium.

Tertio notandum ſecundum *Ægidium* lib. de Regimine Princ. 3. part. 3. cap. 12. *Acies conſtructa in forma rotunda vtilis eſt ad ſuſtinendum: in forma vero forficulari vtilis eſt ad circumdandum & concludendum,* tum

1194. *cum hoſtes ſunt pauci. Sed in forma acuta & pyramidali, vtilis ad ſcindendum & diuidendum cum hoſtes ſunt plures.* Quare mo- A dus pugnandi Pollexianorum, ſatuus in litera redditur quadruplici de cauſa. Primo, quia rectè ſe habuit, ac ſi Rex caprarum lupum ſibi in caula occluſerit. Secundo, quia ac ſi talpa murilegum in ſuo foramine ſerauerit. Tertio, quia ac ſi noctu aquilam circa nidum ſuorum pullorum ligauerit. Quarto, quia ac ſi gobiunculi cum ſiluris debiles, in prælio contra Capitonem & lupum reges ſuos fortes in arcto præliaturi concurrerint.

NOTA.

Anno Domini 1183. per Ægidium Epiſco- B *pum Mantuanenſem, oſſa S. FLORIANI Cracouiam fuerant allata: & per CAZIMIRVM Principem ac GETKONEM Epiſcopum Cracouienſ. deuote ſuſcepta, in honoremque ipſorum extra Ciuitatem per eoſdem Baſilica pulchra eſt fabricata & erecta.*

CAPVT XX.

In quo deſcribitur Iucunditatis querimonia contra Mærorem facta.

ADeo tanti Solis occaſu tenebræ operuerunt terram, & caligo populos, vt omnia omnino mœror occuparet. Ad quos quia C tam ſubiti calamitas infortunii, tam ſubito peruenire non potuit, rebus nihilo minus iucundis indulgent, & ſic mixta eſt mœrori iucunditas, quæ ſeſe a mœrore raptam ad eius pertrahi connubium conqueritur hoc modo:

IVCVNDITAS.

Non eſt pudor pro dolore
Sed eſt dolor pro pudore,
Niti acrimonia.
Mærens queror de mærore,
Qui de meo ſerta flore
Nectit tam funebria:
Eram nupta plus quam Regi
Quem præſaui, quem prælegi,
Regum ſuper millia. D
Hoc edicto mortis legi
Eius nece mox impegi
Necis infortunia.
De mærore rapta queror
Diro cuius axe teror
Vi raptoris anxia.
Torquet, angit, arctat mæror
Deſperato frangi ſperor
Hoſtis ad colludia.

MOEROR.

Cauſa cauſas aucupari,
Lite litem conteſtari
Iuris eſt iniuria.
Temet noſtro ſponte lari
Curſum infers, cur vulgari
Strepis impudentia? A
Faues planctum, foues luctum,
Fletum, quæſo, ob quem fructum?
Lambunt nocticinia.
Cum his ducis aqua ductum,
Cum his blandum ſcis deductum
Carpere per inuia.

IVCVNDITAS AD LIBERTATEM.

En, libertas, ecce ſoror
Quibus artis fundat horror
Pacta ſponſalitia:
Sic ſuadeor, ſic exploror,
His perfuſa, vt quid moror,
Probus ad opprobria.

B LIBERTAS.

Spernis aris inſigniri
Spernis ventis perpetiri,
Tam vernante gratia.
Noſtram ſortem vis metiri,
Inter ſcorta conſortiri
Cogimur ſtipendia.
Flet honeſtas, flet pietas,
Flet virtutum ſocietas
Omnis in Angaria.
Sexus omnis, omnis ætas,
Rebus lætis fixit metas:
Citra, conterminia.
Cum proreta prora ceſſit
Vndas, fluctus, tunc expreſſit
Syrtes ac naufragia.
C *Tunc procella ſe ingeſſit,*
Qua profundo ſubimpreſſit
Salutis remigia.
Ergò triſti pulſa nube
Spe ſereni ſoror nube
Serenatur triſtitia.
Gaude mæror lætus iube,
Hymenei clangant tubæ
Reſonent tripudia.
Aurò gemmis alacritas
Triſtis ducit hypocritas
Triſtis peſtilentia.
Fulget ſponſa gemmis, aurò;
Sertum illi virens lauro
Iugis dat vernantia.
Mæſto mæror de theſauro,
D *Horta fuco tincta mauro*
Promit lanificia.
Claro ſponſa chorus vultu
Rutilante vernat cultu
Ipſa rutilantia.
Mæror triſti cum tumultu,
Eiulatus cum ſingultu
Mæſta cient tædia.
Sæuum fœdus contrahitur,
Sponſi fides detegitur
Doli euidentia.
Sponſæ decus detrahitur,
Splendor omnis extinguitur
Atra inter atria.

Arguitu

1174. Quinto notandum. *Ioannes Valenſis* in tractatu de quatuor virtutibus Cardinalibus, quatuor ſpecies Patientiæ ponit, tamen Dominus *Vincentius* tres ipſius Patientiæ ſpecies diſtiuguit, ſcilicet Patientia contumeliarum & iniuriarum. Sexto notandum, ſecundum Diuum *Hieronym.* ſuper Ozeam. *Prudentia abſque ſimplicitate malitia eſt, & ſimplicitas abſque prudentia ſtultitia nominatur;* hæ enim virtutes ſic ſe ad inuicem habent, quod vna alteram temperat; & hoc Saluator in Evangelio imminebat vel innuebat dicens. Eſtote prudeutes ſicut ſerpeores, & ſimplices ſicut columbæ. Eatenus vir *Cazimirus* prudentiſſimus ſimplicitate exſtitit decoratus, qua quidem ſimplicitate nihil fuit in eo prudentius, & prudentia nihil ſimplicius, vt dicit textus. Sciendum eſt ſeptimo, circa hæc commendat *Cazimirum* de vera conditione prælati, qua ipſe floruit, in eo quod maluit diligi, quam rimeri. Quomodo autem faciendum hoc ſit, docet *Ægidius*. Deber enim Princeps tria in ſe habere, vt a populo ametur; ſcilicer, quod ſit beneficus & liberalis, magnanimus ſeu fortis, iuſtus ſeu æqualis. Vulgus enim non percipit, ſenſualia niſi ſint bona. Octauo ſciendum: Commendat *Cazimirum* de Indultione Conuiuiorum. *Cazimirus* enim honeſtis conuiuiis aliquando inhiauit, per quæ ſibi multorum gratiam conciliauit; nunquam tamen in his ebrietatem incurrit, ſed ſemper ſobrietate pullulauit more *Traiani*, de quo *Polycratus* lib. 5. cap. 8. Nono aduertendum: Commeſſatio nimia eſt virtutibus inimica. Vnde *Hieron.* in Canon. Diſtinct. 44. *Ventris ingluuies ad luxuriam facile prouocat, & omne bonum opus diſſoluit.* Vnde venter & genitalia ſunt ſibi vicina & ex vicinitate membrorum confœderatio integratur vitiorom, quod pulchre probatur figuratiue 1. Reg. vlt. in Regno Nabuchodonoſor.

Circa vocabula aduertendum, *Sobrietas*, ſecundum *Ægid.* vti ſupra, *eſt virtus reprimens nutrimentales delectationes.* Eſt autem hæc virrus Prælatis præcipue principibus neceſſaria. Primo propter dignitatem officii; ſecundo propter ſubtilitatem iudicii; tertio propter vtilitatem Chriſti. 1. Timoth. 2. quarto propter expectationem præmii. Ex quibus elicitur. Quod etſi *Caſimirus* conuiuia ciuilia celebrauit, in ea tamen geſtus Philoſophicorum conuiuiorum geſſit. Nam ſcientificorum virorum conſortium habuit, cum quibus ſalutaria documenta & ſanctorum exempla pertractauit & ad Muſicorum cantum, meditatione diuinorum ſe occupauit, iuxta ergo legem diuinam ſe rexit.

1174.

NOTA.

Getko Epiſcopus Cracouienſis, à Lucio Papa tertio petiit corpus S. Floriani, & impetrato eo Eccleſiam S. Floriani in Kloparz fundauit; Cazimirus iuſtus nuncupatus.

Idem Cazimirus Monaſteria in Sulcziow, Ploczko, & Koprzywnica fundauit.

CAPVT VI.

De Cazimiri nuncupati Iuſti, Ducis Saudomirienſis in Principem Cracouienſ. ac Dominium totius Poloniæ ſuſceptione.

His itaque omnes perſuaſi, tum *Caſimiri* fauore, tum adipiſcendæ ſtudio libertatis, *Cazimirum* ſuſpirant, conueniunt, erant, ſollicitant, vt ſi Regni dignitate non capitur, miſericordiæ ſupplicatione inflectatur; ſi regnare non appetit, miſereri non contemnat. A. C. 1178. Ad quos ille: *Antiqua*, inquit, *imo antiquata penes nos eſt huius tentationis cauillatio. Nec enim tam repente à noſtra potuit excidiſſe memoria, qualiter primi Principum, Aiax & famoſus ille Suatoslaus, cuius glorioſa hodie viget proſperitas, & cuncti pene proceres me licet renitentem ad idem regnum pertrahebant, vt propulſato piiſſimo principe fratre noſtro Boleslao, infauſta vendicatione ſecurius imperarem. Sed malui fraterna pietatis amplexum omnium præferre imperio. Nam qui fratrem odit, ſui homicida eſt, quia fraternum in ſe cor amputat, propriis ſemetipſum præcordiis exenterat. Quoniam igitur tunc puer innocentia fonte laui pedes meos, quomodo in ſanguine rurſus fraterno inquinabo illos? O! quam egregii ad principatum gradus; in me homicidium, in fratre fratricidium, in fratricidio parricidii temeritas. Quo namque pacto in eius exterminium conſurgam, qui me plus quam fraterna fouerit teneritudine, quem plus quam filiali deuotione ſemper coluerim? Periniquum prorſus eſt iniquis proſperari commerciis.* Inſtant illi: *Sane, inquiunt, Princeps Sereniſſime, Boleslas parendum erat pietati, quia tunc nulla honeſtas cauſa interceſſit, ſolo factionis impetu contra illum perſtrepente. Nunc alia ratio pactum reformat, cum omnes extrema vrget neceſſitas: quibus niſi tua ſuccurrat miſeratio, niſi tam obſtrangulata Reipub. relaxetur per te ſpiriculum, ſuffocari neceſſe eſt, cum nulla ſit aliorſum transmigrandi facultas.* Vix, itaque tam creberrimis inſtan-

1178. tiarum importunitatibus, quam amiciſſimorum impulſus conſiliis, Cracouiam cum perpaucis adit cauens, oe violenta magis ipſius occupatio videatur, quam vltronea ciuium electio. Occurrunt illi alacritate indicibili exercitus numeroſi cateruatim, vndique turmæ proſluunt, exultant, gratulantur; Saluatorem proclamant, aduenisſe. Omnis illum ætas amplectitur: omnis adorat concio, dignitas omnis veneratur. Valuæ quoque Ciuitatis licet inuictiſſimis inſtructæ præſidiis, vltro patefiunt, vltro ab arce deſiliunt, quos *Mieſzko* vrbis præſidio præfecerat, cunctique prona ceruice ſcabello *Cazimiri* aduoluuntur. Omnium itaque concurrunt vota omnium coniurant ſtudia & princeps ab omoibus adoratur.

COMMENTARIVS.

Capitulum hoc in quatuor diuiditur partes principales. In prima parte ponitur omnium Cracouitarum ac Regnicolarum io *Cazimirum* mentis directio. Qui perſuaſi commendatione præcedenti cuiusdam præinſiguis viri, tum fauore *Cazimiri*, tum ſtudio adipiſcendæ libertatis, & euitandæ tyrannidis *Mieſzkonis*, intentiones ſuas in *Cazimirum* direxerunt, ac ipſi ſtudioſe ſupplicauerunt, vt ſi Regni culmen non ambiat, nec regnare appetat, petitioni tamen ipſorum benigne annuens, miſereri noo contemnat.

In ſecunda parte ponitur *Cazimiri* ad petita ipſorum reſponſiua excuſatio, quæ procedebat ex fraternæ charitatis ſpootaneo præcordio. Quemadmodum etenim prius eiusdem Regni principatum ſub fratre ſuo *Boleslao Criſpo*, per eosdem Regnicolas petitus renuit accipere; ſic vniformiter ſub *Mieſzkone* recuſat idem regnum ſuſcipere fraterna ſuffultus charitate. Quam quidem fraternam charitatem ſi abiiceret, ipſemet ſui homicida fieret, in fratre fratricida, & contra in fratricidio parricida, vt litera deducit.

In tertia parte ponitur regnicolarum inſtantior ſupplicatio, cauſæque ac neceſſitatis legitimæ per eosdem allegatio.

In quarta parte ponit Regnicolarum importunas inſtantias, ac amicorum rationes conſultiuas *Cazimiri* cooſenſus, ac in Cracouiam cautus iucundusque nec non felix ingreſſus; quo omnes ipſum in Dominum ſusceperunt, & conſtantiſſime pro illo ſe morituros corporali mediante iuramento vnanimiter ſpoponderunt.

Circa primam partem notandum. Duplex cauſa in litera tangitur, qua regnicolæ ſunt moti pro ſuſceptione *Cazimiri*. Prima eſt fauor regnicolarum erga *Cazimirum*. Cum enim *Cazimirus* Regnicolis fuit ſic multipliciter virtutibus Politicis & purgatoriis commendatus, mox animis eorum fuit amicabiliter affectus. Et merito. Teſte enim *Tullio* lib. de Amicitia, *Nihil eſt virtute amabilius; nihil quod magis alliciat ad diligendum.* A *Nam propter virtutem & probitatem eſt, quos nunquam vidimus, quodammodo diligimus.* Secunda cauſa eſt affectus libertatis adipiſcendæ.

Quilibet enim homo libertate afficitur. Vnde ſecundum *Polycrat.* lib. 7. cap. 17. *nemo eſt, qui non gaudeat libertate, & qui vires, quibus eam tueatur, non optet.* 1178.

Circa ſecundam partem aduertendum, *Cazimirus* excuſando ſe de regni ſuſceptione allegat & præfert charitatis fraternæ amplexum, ne per eiusdem regni ſuſceptionem incurrat eiusdem fraternæ charitatis contrarium, videlicet odium perpeſſimum charitatis fraternæ atque Dei expulſum. B Conſiſtit enim fraterna charitas iuxta *Hugonem* in Paradiſo animæ, in quatuor; vt puta, ſi quis proximo tanquam ſibimet bonum in anima, bonum in corpore, bonum in hooore, bonum in rebus exterioribus cupit prouenire. Si ergo aliquis in aliquo iſtorum quatuor deficit, charitas in eo non eſt, ſed odium, & hic ſui ipſius homicida eſt, quia ſcribitur 1. Ioan. 3. Omnis qui odit fratrem ſuum homicida eſt. Quia ergo ſub altero principatum ambire non eſt charitate roboratum, ideo digne *Cazimirus* principatum renuit, nec ipſum ſub fratre ſuo *Mieſzkone* accipere attentauit.

Circa tertium eſt aduertendum. Sæpius C quæ fieri non debent, multoties vtilitatis ac neceſſitatis aut honeſtatis cauſa legitima interueniente licite admittuntur, ſalua affectus booitate. Vnde *Polycrat.* lib. I. c. 4. *Cauſa*, inquit, *actum poterit decorare, ſi aut neceſſitate ſubſiſtat, aut ingenii vtilitate, aut honeſte ſplendeſcat, cum ex affectu mentis tota valeat Subſtantia operis colorari. Affectus enim operi nomen imponit.* Ergo iure *Cazimirus* non debuit principatum Cracouienſem & dominium totius Polooiæ acceptare, caoſa tamen legitima nunc interueniente, ſcilicet regni ſalute, potuit hoc facere.

Circa quartam partem aduertendum. Secundum *Petrum Bleſenſ.* Epiſtola 32. D *Ea eſt lex amicitiæ & conditio charitatis, vt amici intimi in neceſſitatibus ſuos interiores affectus exteriori opere proſequantur*, eo quod ſecundum *Tullium* libro de amicitia: *Amicorum eſt idem velle.* Sic ergo *Cazimirus* legitur feciſſe, qui ex ſe principatum Cracouienſem, nec non totius Poloniæ renuit accipere, votis inuictus amicorum eundem principatum tandem curauit ſuſcipere. Non eſt enim dolus qui ſeruit fidei & militat charitati. Secus autem eſt, ſi Domini Poloni fidem & ſacramentum Religionis ſibi ſpopondiſſent, quia ibidem ſubiungit *Polycratus* dicens: *Hoc tamen cauendum docent hiſtoriæ,*

1178. *ſtoriæ, ne quis illius moliatur intentum, cui fidei & ſacramenti religione tenetur aſtrictus. Nam & Sedechias ob neglectam fidei religionem legitur captus & exoculatus;* & ſubiungit: *Sed nec veneni, licet videam ab infidelibus alioquin vſurpatum, vllo vnquam iure indultam lego licentiam; non quod tyrannos de medio tollendos eſſe non credam, ſed ſine honeſtatis religioniſque diſpendio.* Magna igitur pietate Domini Poloni tam erga Patriam quam erga Principem *Mieſzkonem* tenebantur, quia & Patriæ Salutem reddiderunt, & principem profligatum de regno non occiderunt, vt ſcilicet reatum ſuum cognouiſſet, & pro peccatis pœnitentiam congruam egiſſet, animamque ſuam in via ſalutis poſuiſſet. Impletum eſt ergo in eo dictum *Polycrati*, quod ſcribit libro 1. cap. 21. dicens. *Finis tyrannorum eſt confuſio, & ipſis flabello paratur incendium, cum ad correctionem proceſſerint tyrannice filiorum.*

CAPVT VII.

De Mieſzkonis Proſcriptione, ac ipſius de Regno mirabili eiectione.

His impertertitus *Mieſzko* ſummæ magnanimitatis Princeps ſuorum conſilia, fidem, animos & robur explorat. Sed ſero; quia neglecto diu languori non facile ſuccurritur. Nec eſt in maris fundo conſultatio naufragii. Eodem namque momento, quo iuriſiurandi religione illi ſeſe obſtrinxerant, pro illo conſtantiſſime morituros, & fidei obliuiſcuntur & Principis. Sed & chariſſimi eius, tantorum prorſus beneficiorum immemores ab eo dilabuntur. Inter quos Dux *Odo*, euius primogenitus, hoſtis atrociſſimus proprii radicem ſtipitis eradicare contendit, in proprium verticem flammas congerit. In patris excidium pertinaciſſimus, non vt quendam Bactrianenſem, quod abſiſ, intitenit parricidam; ſed vt nouercæ filius, quibus pater poſt ſe ſucceſſionem ſpoponderat, a regno arceret. Regem ſiquidem Bactrianorum *Eucratidem*, cuius ſupra meminimus, filius iam Regni ſocius a Patre factus ambitu interfecit; qui, quaſi hoſtem iam patrem occidiſſet, per ſanguinem eius currum egit & corpus inhumatum abiici iuſſit; ſed non ſine vltione. Huius enim parricidæ vnicus paruulus aui morte anxiatur, anxius ignaris cuſtodibus nemus ingreditur, dolorem anxietatis morſibus ferarum optat finire. Qui diebus aliquot per luſtra vagabundus fungis & radicibus laboranti ſtomacho ſuccurrit. Nouiſſime cuiuſdam guſtu radicis peſtiferæ in languorem proſternitur; quo fatigatus quaſi animam exhalaturus oſcitare cœpit. Oſcitantis ori ſerpens illabitur, cognita forſitan ſuæ peſtilentiæ radice illectus. Hic introreptans herbas crudas indigeſtas, ad os ſtomachi reuocat, & ad vomitum impellit. Pater interea venatibus indulgens diutiſſime quæſitum ac deſperatum, ſic tandem vomitantem invenit: qui cum rugitu per adoleſcentulum prouoluitur, lacrymas effundit, ad os moribundi os applicat, & hiantem oſculis fatigat. Illico ſerpens oſculantis labio morſum impingit; quo læſus pater ac territus, repente reſiliit, & ſerpentem vix cum parte labii abſtrahit & obterit, paruulumque ſemianimem ad ſuos reportat; & in breui redditur ſanitati adoleſcens, omni veneno euomito. Patrem ex vulnere ſerpentis infuſum virus in veſaniam vertit, qua ſæuiſſime agitatus, cum alios oppetere non poſſet, linguam, labia mordicatim ſibi detruncans abſorbet; ſic propria membra dimordicans vix tandem expirauit. Agnoſcisne hic diuinitatem vltricem? Nam adoleſcentis pietatem idem ſerpens medendo remunerat, & parricidii nefas parricidam occidendo vlciſcitur; quorum ex altero penſandum, quantum gratiæ mereatur filialis deuotio, ex reliquo autem, quantum ſupplicii timere debeat contemta parentum religio. Igitur *Mieſzko* non tam fraternis eiicitur armis, quam ſuorum perfidia, qui pene ab omnibus deſertus patria ſimul excidit & regno. Finitimo vero cum tribus contentum filiis oppidulo, circumdederunt illum vndique infortuniorum agmina. Nam gener eius *Sobeslaus* principum ſtrenuiſſimus a Regno Bohemorum profligatur; alter gener dux Saxonum & Bauariæ ab hoſtibus circumquaque impetitur: imo a quibuscunque ſolatium ſperari debuerat, propriis adeo neceſſitatibus vrgentur, vt nec modicillum ſubſidii polliceri poſſent. Omnes quoque maritimorum præſides non ſolum obſequiis renunciant, ſed hoſtilitatis arma in illum capeſſunt; omnes *Cazimiri* gaudent ſubeſſe imperio.

COMMENTARIVS.

Circa literam aduertendum, ſecundum Philoſophum in Ethic. filii parentibus non poſſunt æquivalens reddere, nec poſſunt eis ſufficienter recompenſare, ratione triplicis boni ab ipſis recepti ſcilicet nutrimenti, doctrinæ, ſeu naturalis educationis, & informationis. Ratione quoque ad tria filii parentibus obligantur, ſcilicet ad reuerentiam, vitæ neceſſaria, & obedientiam. Vnde Eccl. 7. Honora Patrem tuum & gemitus matris tuæ ne obliuiſcaris. Hæc reuerentia fieri debet tripliciter; ſcilicet ore, corde, & corpore. Primo corde, vt ipſos de toto corde diligant, ſuper omnia poſt Deum. Dicit enim *Auguſt.* ſuper Cantic. *O dinauit in me charitatem; amor parentum eſt præponendus amori filiorum.* Secundo ore, vt nec duris nec aſperis verbis cum ipſis contendant, ſed blandis verbis ipſis reſpondeant, & ipſorum reprehenſiones patienter & humi-

1174 occidit, ipſum mulcta ſeptuaginta talentorum argenti pœnauit, & eaſdem ab ipſo rigoroſe extorſit, dicens: *Grauiter peccaſti, violentiam enim mihi vrſum occidendo feciſti, ac facta violentia theſaurum meum tibi vſurpaſti. Et quanquam tibi nocumenta intulit, non tamen debuiſti autoritate propria in vrſo te vindicare, ſed auxilium principis implorare. Ideo quod me Principem contemſeris, pro illo facto merito punieris; hoc enim crimen proximum eſt læſæ Maieſtatis.*

Secunda tyrannis calumnioſa, quæ ibi tangitur: *Alius aduenam ſeu peregrinum obſequio ſuſcepit*; &c. fuit de homine ad ſeruiendum ſuſcepta. Si enim quiſpiam regnicolarum hominem pauperem ad ſeruiendum ſibi ſuſcepit & ordinauit, per officiales eiusdem *Mieſzkonis* ad iudicium eſt tractus & examinatus: An ille homo per ipſum ad ſeruitium ſuſceptus eſſet liber vel ſeruus? Si reſpondit: *liber*; punitus mulcta ſeptuaginta talentorum argenti, quia liberum hominem ſeruituti mancipauit, & ſic crimen plagii incurrit. Eſt enim plagium crimen, quod quis committit, quando liberum hominem ſcienter vendit vel emit. Si vero reſpondit: *Seruus eſt, vel ſeruilis, conditionis eſt*; eadem pœna ſeptuaginta argenti talentorum punitus, quia alienum ſeruum nec bono titulo, nec bona fide ſibi ad poſſidendum vendicauit, & ſic etiam crimen plagii incurrit. Et ſi talis ad probandum ſe obtulit, quod talem ſeruum bono titulo & bona fide poſſedit, dicti officiales probationes ſuas non admiſerunt, ſed ſimpliciter ipſum ſic tyrannice ac minus iuſte punierunt. Tertia tyrannis calumnioſa, quæ tangitur in litera ibi: *Amplius Iudæum Scholares caſu percuſſerunt* &c. fuit illata Scholaribus. Vno enim tempore ſcholares Iudæum ex caſu percuſſerant, qui ſcholares per eosdem officiales ad iudices ſunt citati & veluti ſcelerati grauiter ſunt puniti. Et ſi propter defectum ſolutionis non poterant ipſos punire in ære, tanto grauius punierunt eos in corpore. Quarta tyrannis calumnioſa, quæ tangitur ibi in litera: *Vicinum pecus* &c. inferebatur omnibus qui pecora vel pecudes errantes vicinorum inuenientes conſeruabant & retinebant, quousque Dominus legitimus ipſorum conſtaret, & ſic ad ſe eadem reciperet. Tales pecorum conſeruatores dum iudices & officiales iniqui *Mieſzkonis* Principis ſciebant, ipſos adaccerſitos reos criminis Abigeatus aſſerebant, & ſic eos mulcta ſeptuaginta talentorum argenti puniebant, quos non ſolum in poſſeſſionibus & in pecuniis, verum etiam in corpore acerrime punierunt. Quinta tyrannis & crudelitas, quæ tangitur ibi: *Fama eſt etiam emeritos* &c. inferebatur miniſtris ſacri Altaris, hoc eſt Sacerdotibus. Officiales enim iniqui domos ſacerdotum latenter ſubintrabant, & ſic ipſos ſacerdotes in lectis dormientes ipſorum lectiſterniis ſuffocabant, & quicquid reperiebaet de pecuniis & poſſeſſionibus, ſibi auferebant. Ecce quanta malitia iſtorum offi- 1174

A cialium fuit, qui nedum in laicis verum etiam in clericis ac ſacerdotibus tyrannidem exercuerunt, tam etiam nobiles, quam plebeios tyrannice oppreſſerunt. Quorum malitiam quia *Mieſzko* ad pia *Getkonis* hortamenta non compeſcuit, neque caſtigauit, ideo merito a principatu eiectus & expulſus fuit. Dicit enim *Polycr.* lib. 8. c. 21. *Finis tyrannorum eſt confuſio ad interitum, ſi in malitia perſeuerant, nec reuocantur ad veniam. Nam & ipſis flagello paratur intendium, cum in correctionem ſic proceſſerint filiorum.*

In tertia parte capituli, plurimum tyrannidum ac malitiarum per eosdem officiales *Mi-*

B *eſzkonis* principis ſactarum a poſitione & narratione ſe excuſat, quia æſtimat talia facta magis conficta & excogitata, quam in rei veritate ad executionem deducta. Primo ex eo, quia non eſt veriſimile quod tales malitias, ac alias plures tyrannides, imo deteriores, quæ referebantur de *Mieſzkone* ac ſuis officialibus, idem *Mieſzko* princeps prudens aliosque principes excedens in prudentia, in ſuo Dominio fieri & exerceri permiſiſſet, aut diſſimulare vel ignorare potuiſſet; eo quod tales tyrannides ac malitiæ latere non potuiſſent, vergebantque in ſui Dominii vilipendium & decrementum, fuiſſetque in ipſa craſſæ ignorantiæ indicium, cui tamen dictabat

C ratio, quæ ſemper deprecatur ad optima. Secundo ex eo, quia tales tyrannides & innumeroſas oppreſſiones populi Dei lacrymantes & in cœlum pro vindicta Dei clamantes, venerabilis Pater *Getko* Epiſcopus Cracouienſis, pater pius & pater verus, fieri nulla tenus permiſiſſet, qui aſſidue prædicabat & maleficos a maleficiis ipſorum paterne reuocabat. Sicut & has tyrannides, quæ referuntur in litera, non ſuſtulit, ſed ipſum *Mieſzkonem* velut alter *Nathan* propheta *Dauidem* pro ſuis ſceleribus ac tyrannidibus crebris exhortationibus monere ſtuduit, vt animi feritatem erga Regnicolas deponeret, terram velut matrem

D filius; non vt filius nouercam, fauoribus gratuitis confoueret; hortabaturque vt officiales rabidos compeſcuiſſet, qui modis diſciplinæ penitus abiectæ in populo regni ſæuire debacchabantur, laceratoque grege ipſius cruore debriabantur.

In quarta parte operam ſtudioſam venerabilis Patris *Getkonis* Epiſcopi Cracouienſ. ponit; quam quidem operam idem *Getko* erga ſuum gregem paſcendum habuit, *Mieſzkonem*que parabolice ſeu fabuloſe de malitia ſuorum officialium ac oppreſſione Regnicolarum caſtigauit. Ex qua parabola ſeu fabula idem *Mieſzko* contra ſe ipſum ſententiam tulit ac promulgauit, ut litera ſatis clare deducit.

Cir-

1174. Circa primam partem iſtius capitis aduertendum: Iſte *Mieſzko* ob grauitatem morum ſenex appellatus, Anno Domini 1145. Abbatiam Landenſem ordinis Ciſtercienſium adhuc in iuuenili ætate exiſteos fundauit & eundem de ſuis bonis ſufficienter donauit. In Caliſz vero Eccleſiam in honorem S. Pauli de lapidibus dolatis fundauit & conſtruxit; in qua Præpoſitum & aliquot Præbendarios inſtituit & dotauit. Eccleſiæ quoque Gneſnenſis partem externam cum plumbo tegere fecit. Hic *Boleslao Criſpo* in regno ſucceſſit in omnibus par beatiſſimis fuit; ſi quæ tamen dici poteſt caducorum beatitudo.

Circa ſecundam partem aduertendum, quod ſæpe in Principio Dominii magna fortunia ſunt infortuniorum in fine eiuſdem Dominii fomenta atque ſemioaria. Vnde *Franciſcus* lib. I c. 16: *In Regno*, inquit, *a fortuna inchoato incertum principium & finis incertior. Nonne vides, vt res hominum turbinum more voluuntur, & quietum mare tempeſtas turbida, lucidum mane nubilum veſper inſequatur? Vt inter initia planum iter in confragoſum deſinit: ſic proſperas inſolentias, improuiſas calamitates & lætiſſima curſum vitæ inceſta mors claudit, & ſæpe primordio diſſimillimus finis eſt. Vide igitur vbi deſinas: vita omnis a fine deſcribitur & in finem. Plane ſenties qui principium non ſenſiſti.* Secundo notandum, ad bonum principium ſpectat prudentia, cuius filia eſt cautio; ideo oportet principem eſſe cautum. *Eſt enim cautio*, ſecundum *Philipp. de Pergamo* in Regiminis ſpeculo part. 5. præc. 31. *Virtus per quam inſtruimur, qualiter bonum a malo, verum a falſo diſcernere valemus.* Hæc autem inſtructio diſcernendi ſeu valor maxime poteſt a bonis conſiliariis haberi. Ad quos quidem *conſiliarios*, ſecundum eundem *Philippum* vt ſupra, *tria requiruntur, quæ debent habere, & tria quæ debent cauere. Debet namque bonus conſiliarius habere Sapientiam ipſum dirigentem.* Vnde *Ambroſius*: Quis ſe committit ei, quem non putat plus ſapere, quam ipſe ſapiat? Neceſſe enim eſt vt præſtantior ſit, a quo conſilium petitur, quam ille qui petit. *Secundo debet habere iuſtitiam ipſum roborantem, vt ſcilicet non* D *timore vel captiuitate in conſiliis dandis moueatur.* Vnde Eccleſ. 38. Ante omne actum Concilium ſtabile: Illi enim ſunt ſtabiles & firmi conſiliarii, qui ſunt amatores veritatis. Mali vero conſiliarii ſunt, qui proponunt commodum temporale & proprium vtilitati communi, vel factum hominis facto Dei. De quo ſapiens: A malo conſiliario ſerua animam tuam. *Tertio. Conſiliarius debet habere experientiam ipſum cautelantem.* Debet enim eſſe experientia multiplici perſpicax & induſtria. Et ideo merito eliguntur ſenes conſiliarii ſecundum D. *Ambroſium* Homil. 1. in Exaëmer. quia ſenectus eſt in conſiliis vtilior. *Tria etiam ſunt a bono conſiliario vitanda. Primo feſtinantia ſubita.* Ideo A conſiderandum eſt diu, quod faciendum eſt ſemel, quia dicit *Seneca*: *Diu delibera, cito fac. Secundo vitanda eſt ira, quia impedit animum, ne poſſit cernere verum, vt dicit Cato*: vnde *Gregorius* in Regeſtro: *Ira*, inquit, *ſi ſemel mentem poſſidere cœperit, iuſtum eſſe deputat. Tertio vitanda eſt crudelitas. Nunquam enim eſt vtile, quod crudele*, inquit *Tullius* de officiis cap. 11. 1174.

Circa tertiam partem notandum: Duplex eſt ignorantia. Quædam voluntaria, quædam non voluntaria. Ignorantia voluntaria eſt duplex; quædam formalis, alia virtualis. Ignorantia formalis quæ dicitur, affectata eſt, quam quis habet de agibilibus, vo- B lens non ſcire Dominium eorum vt liberius peccet: Sicut adulter non vult ſcire grauitatem adulterii, vt peccet liberius. Ignorantia virtualis fit quatuor modis. Primo, quando quis vult aliquid, quod ſequitur impedimentum rationis. Secundo, quando vult aliquid, quod non tollit vſum rationis, ſed ſolum ex propria proteruia vult eſſe ſui capitis. Tertio, quando vult aliquid, quod non tollit vſum rationis, ſed ſolum impedit ab illo, quod deberet ſcire. Vt ſi quis deberet præcepra diuina audire, & illo tempore vellet inſiſtere ludis, ille ignoraret tali ignorantia. Quarto, quando aliquis non affectat ignorare, ſed propter ſui mobilitatem & pigritiam non facit C tantum, quantum poteſt & debet facere. Et illi duo vltimi modi dicuntur ignorantia neglecta, & vocatur ab aliis negligentia craſſa & ſupina.

Circa vltimam partem ſciendum: Quando partes litigantes deficiunt in probatione, tunc ſtandum eſt præſuppoſitione, vt de hoc late habetur in iure Canonico. Et hoc etiam legitur feciſſe *Mieſzko*, qui ex præſuppoſitione tulit ſententiam dicens: *Qui damni occaſionem dedit, damnum nouerca reſarciat*, innixus diuinæ legi de boue cornupeta ſeu caballo qui, ſi alicui damnum intulit, ad damnum ſoluendum poſſeſſor eius obligabatur, vt de hoc habetur Exod. 17.

CAPVT III.

In quo Epiſcopus Cracouienſis Getko Regem Mieſzkonem monet & corripit cum ſuo periculo.

TVm demum Deo plenus Antiſtes pleniore nacta dicendi opportunitate ait: *Diuinum ad modum, Præſes glorioſe, ſententiaſti oraculum, Diuina conſtitutionis promulgaſti ſententiam. Eatenus, cum tuas habere robur conſtitutiones noueris, ſi tuis ipſe conſtitutionibus vlla contrarietate non deroges. Audi obſecro, quorſum reſpiciat, quam ipſe tuliſti ſententiam? Tuum de te patienter excipe iudicium. Hæc Matrona Cracouienſis eſt* *Pro-*

1174 *Prouincia, tu niſi diſſimulare velis, eius filius. Grex tonſarum eſt Populus Prouinciæ. Huic paſcendo non paſtores, ſed hoſtes inſtituiſti, qui* A *ea, quæ ſua ſunt, non quæ gregis, quærunt. Vnde merito non iam filius, ſed priuignus appellaris: Priuignali enim hoſtilitate induitur, qui calamitatis materna non miſeretur. Tu canes rabidos, id eſt officiales truculentiſſimos, non in copula diſtrictionis circumducis ſed diſciplina iuſſione ſolutos, paſſim vtique ſinis debacchari. Hi atrocitate cruenta, morſibus virulentis in gregem penitus confractum inceſſanter deſæuiunt: nec aliud ſentire videntur, quam vt gregis lacero iugulo & gregis cruore debrientur. Tuam igitur violaſti ſententiam; qua in quo alium iudicas, te ipſum condemnas. Vnde verendum nobis eſt diſtrictioris Iudicii examen diſtrictius. Nam Sanctus Dauid non* B *opprimi, ſed numerari iuſſerat populum, diuina tamen indignationis offenſam incurrit, quam nihilominus eiuſdem contritiuncula momento prorſus expiauit. Dic ergo, fili, dic vna cum Dauid: Ego ſum qui peccaui, ego inique egi. Dic iniquitates tuas, vt iuſtificeris; alioquin dum ſecuris ponetur ad radicem, abſportabere, quod abſit, ſicut gallus gallinaceus.* Sed ſi-lici fruſtra inſeritur oliuæ ſurculus, nec eget ſal infictuatum imbre prudentiæ. Maiores namque odii cauſas in Præſulem præſes concitat, aſſerens talia, non zelo pietatis de ſe prolata, ſed inuidiæ typo de principe ablatrata. Nec enim dolore caret, ſeu prurigine, quantumlibet leniſſimus contactus. Vnde C tam de Præſole, quam de aliis vltum ire parat, quaſi de Principe durius aliquid fuiſſent opinati. Et præſuli quidem occultius proſcriptionis meditatur exeidium, aliis vero finitum capitis infortunium, aut cuiuslibet mutilationis diſpendium. Sed fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum. Nam Antiſtes omni ſapientiæ probatur induſtria, & ipſe illius declinat machinamenta, & alios declinare docet: nec minus paternæ admonitionis inſtat propoſito, non animo nocendi, vt illi autumant, ſed ſtudio corrigendi. Nulla enim eſt apud perfectos in malo mutui redhibitio.

COMMENTARIVS.

Capitulum hoc in duas diuiditur partes: In prima parte ponitur *Getkonis* paterna correctio, in ſecunda parte *Mieſzkonis* obduratio, ac in pœnis conuerſio.

Circa primam partem quatuor facit. Primo Venerabilis Pater *Getko*, volens vt *Mieſzko* ab eo paternam ſuſcepiſſet correptionem, captat ab eo beneuolentiam, commendando ipſum Deo, quod protulerit iuſtam ac diuinam inſtitutionis ſententiam, de qua habetur Exodi 21.

Secundo captata beneuolentia præmittit vnum documentum principi neceſſarium, qui geſtit, vt ſuæ conſtitutiones habeant robur, 1174 & per alios deducantur in effectum, ſcilicet A vt iura Regni & conſtitutiones ſuas teneant, conſeruent, & cuſtodiant. Tertio, fabuloſam parabolam applicat ad propoſitum & *Mieſzkonem* caſtigat de truculentia & tyrannide ſuorum officialium, quos vt abiiciat & compeſcat, ſententiam, quam ipſemet tulit, allegat more Prophetæ *Nathan*, vt habetur 3. Regum 12. Quarto, vt *Mieſzko* tantocios ſuos officiales truculentos compeſcat, grauitatem ſui ſceleris a minori oſtendit. Maius enim fuit ſcelus *Mieſzkonis* quò opprimebat populum, quam *Dauid* Regis qui fecit computari ipſum.

Circa ſecundam partem tria facit. Primo *Mieſzkonis* obdurationem ac in peius conuerB ſationem ponit, qui ſui patris monita paterna renuit & tam in eo quam in Regnicolis vltionem ſumere cogitauit. Secundo ponit Præſulis *Getkonis* induſtriam, qua ſibi a tyrannide *Mieſzkonis* cauit & regnicolas cauere auiſauit. Tertio ponit eiuſdem Præſulis in corrigendo paternæ monitionis perſeuerantiam, quia homines perfecti non reddunt malum pro malo. Vnde ad Rom. 12. Nulli malum pro malo reddentes. Circa quod aduertendum ſecundum *Caſſiodorum*: Sex ſunt gradus Retributionis: tres pertinentes ad malos. Primus non reddere bonum pro bono, ſicut Nabal Dauid 1. Reg. 25. Secundus, reddere malum pro malo, ſicut Ioab Abner. 2. Reg 3. C Tertius reddere malum pro bono, ſicut Iudæi Chriſto. Alii tres gradus pertinent ad bonos. Primus eſt reddere bonum pro bono, ſicut latrice Sauli 1. Reg. vltimo. Secundus non reddere malum pro malo, ſicut Dauid Sauli 1. Reg. 24. Tertius, reddere bonum pro malo, ſicut Elizeus militibus Syriæ, 4. Reg. 6. Quorum de numerò fuit *Getko*; quem etſi *Mieſzko* perſequi non ceſſabat, ipſe tamen *Mieſzkonem* paterna correctione caſtigare non dimittebat, imo magis & magis perſeueranter inſtabat, vt tyrannidem ab eo remouiſſet, & animam eius ad viam ſalutis reduxiſſet. Ideo *Getko* capta dicendi opportunitate, *Mieſzkonem* paterne corripuit, ac diſcipliD nauit. Hæc autem virtus, puta diſciplina ſecundum *Philippum de Pergamo* ſuſcipienda eſt patienter propter tria. Primo propter caſtigationis dilectionem. Heb. 12. qui eſt filius, quem non corripit pater. Secundo propter peccatorũ correctionem; tertio propter tentationis deiectionem. Scribitur enim de lapidibus; quod ſi maritus ponat magnetem ſub capite vxoris dormientis, poterit experiri an ſit adultera vel fidelis. Si adultera, ſtatim ſe eiiciet de lecto, ac ſi manu hominis exportata eſſet. Si fidelis conuertet ſe dormiendo ad virum & deoſculabit ipſum. Sic moraliter anima, quæ eſt fidelis ſponſa Chriſti, ſuſcipit patienter correctionem: quæ vero eſt adultera, tenetur corrigi.

Si-

1174. Similiter Princeps, qoi gratuite ſuſcipit paternam correptionem in principato obtinet diuinationem; qui vero correptionem aſpernatur, eiicitur, vt *Mieſzkoni* accidit.

CAPVT IV.

De conſilio per optimates Cracouienſes contrà tyrannides præmiſſas Mieſzkonis facto.

SEd ad vocem ſapienter cantantis aſpis obſurdeſcit & ad tonantis cœli minas quaſi contra cœlum pugnaturus in ſetas ericius exhorreſcit, imo tanquam in proprii iugulum capitis coniuraſſent, tanquam vitro in Principis factionarentur excidium, preſſuras iniuriis augent, & iniurias preſſuris accumulant. Quæ res inexorabiles odii cauſas in principem congeſſit. Nam deliramentum capitis membra ſæpe luunt, membrorumque lapſus in capite nonnunquam redundant; quaſi enim conſentire videtur, qui cum prohibere poſſit, non prohibet. Proinde primi Prouincialium & Conſulares viri ſecreta ſecum deliberatione diſceptant. *Turpe*, inquiunt, *eſt factioſos videri, ſed turpius ignauos exiſtere. Indignum eſt ingenuitatem ancillari, longe indignius regionum Prouinciarum inter ſcorta proſtitui. Durum quidem tot calamitatibus premi, ſed durius in tanti Maieſtatem Principis impingere. Eſtne vllum remedium, rebus tam confractis, ampullis vitreis inter malleum conſtitutis & incudem?*

COMMENTARIVS.

Capitulum hoc in tres diuiditur partes. In prima effectum ex correctione procedentem facit. Nam aliqui ex correctione emendantur: alii vero ex correctione deteriorantur. In ſecunda parte ponit, quomodo *Mieſzko* cum ſuis officialibus a conſularibus paternam correctionem venerabilis Patris *Gerkonis* non ſunt ſecuti, ſed in deteriora ſunt prolapſi. Poſt *Gerkonis* enim paternam correctionem oppreſſiones iniuriis adauxerunt, & iniurias oppreſſionibus accumulauerunt. Et inde eſt quod cauſas inexorabiles odii, quod ad pacem exorari ſeu nullis precibus flecti poteſt, apud Regnicolas contra Principem *Mieſzkonem* coaceruauerunt. In tertia parte conſilium optimatum Cracouienſium ponit, in quo tria grauia & tria grauiora diſceptantur contra deliberantes, & ſibi mutuo in abdito conſulentes remedium quæſierant. Circa primam partem aduertendum. Qoi corrigitur aliquaodo ex correctione emendatur, ſicut *Pollenius*, de quo refert *Polycrat.* lib. 8. c. 9. Hic enim cum e conuiuio, non poſt occaſum Solis ſed poſt ortum ſurrexiſſet, domumque rediens *Xenocratis* philoſophi patentem ianuam vidiſſet, vino grauiter delibutus, ſerto caput redimitus, perlucida veſte amictus, ſcholam eius intrauit, nec contentus tam deformi introitu conſedit. Quem *Xenocrates*, cum conſpiceret, omiſſa re, quam diſſerebat, de modeſtia ac temperantia loqui cœpit, cuius grauitate ſermonis reſipiſcere coactus. Aliquando vero hic, qui corrigitur, per correctionem deterioratur, ſicut *Alexander*, quem cum *Callisthenes* diſcipulus *Ariſtotelis* ab eo miſſus exultantem obiurgaret, & mores eius componeret, ipſe eundem *Callisthenem* occidit, vt refert *Polycr.* lib. 8. c. 14. Sic etiam fecit *Mieſzko* cum ſuis officialibus, & Iudicibus, quia ad correctionem ſui Præſulis *Gerkonis* maiorem veſaniam induerunt, ac in deteriora deciderunt. Circa ſecundam partem notandum ſecundum *Polycr.* lib. 3 c. 13. Conſentientes eſſe, qui notum errorem, retinent, aut corrigere cum poſſent, diſſimulant. Ideo eorundem malorum participes exiſtunt. 1174.

CAPVT V.

In quo remedium in capitulo præcedenti quæſitum, videlicet Mieſzkone de Regno Poloniæ proſcripto per electionem Cazimiri Ducis Sendomirienſis ad effectum deducitur.

TVm quidam virorum Illuſtrium præinſignis: *Eſt*, inquit, *non procul hinc oliua quædam generoſioris inter ligna fructifera propaginis, frondibus amœniſſimis propagatior, virore perpetuo feſtiuior, olei non tam ſtillans irriguum, quam ſpecioſis vndique balſami profluentibus inundans, qui omnibus eſt notiſſimus, cunctis tamen eſt incognitus, omnibus domeſticus, cunctis peregrinus, fructus elegantior omni gemmarum præſtantia. Nec enim latere vos arbitror, quæ aut quantæ ſint* Cazimiri *virtutes, quæ fama virtutum omnium pigmentaria ſuauitate redolens, omnem odoraminum fragrantiam tranſcendens. Nam extrinſecis ipſius corporis dotibus occupari non conuenit, quæ ipſa ſui venuſtate intuentium obtutus quaſi quibuſdam Solis radiis perſtringunt. Supergeneroſiſſima enim tam forma quam lineamentorum elegantia mediocriter ſtaturam tranſcendens, mediocrium ipſa ſtaturæ proceritas, blandus ille aſpectus, quadam tamen Reuerentiæ Maieſtate conſpicuus, pudicus ſemper ſermo, quadam tamen acrimonia feſtiuitate conditus. Cui vero tam inſcrutabile pectoris armarium, præſtantiſſimum cordis theſaurum, tam ineſtimabilem animi ſupellectilem aut natura fundauit aut gratia ſtabiliuit? Incertum eſt, vtrum in illo natura gratiam vincat, an gratia naturam: adeo ſororia inuicem altercatione colludunt, vt vtraque vincere ſtudeat alteram, neutra tamen alteri munus inuideat victoria. Nam Politicis illum virtutibus natura ornauit, purgatoriis vero gratiæ diligentia expoliuit. Quicquid enim ad naturalem ſeu Politicam iuſtitiam, temperantiam, fortitudinem, prudentiamue ſpectare dignoſcitur, & verbo præceptionis aperit, & operis exemplo demonſtrat. Nemo ſiquidem, vnicuique quod ſuum eſt, fidelius diſpenſare nouit, nec in aliquo vnquam infallibilius viguit, aut æquitatis virtus, aut indignationum ratio. Nam quod querulantium*

1174. ſtrepitu nonnunquam offenditur, quod cauſidicorum importunitates ægre fert, duo ſunt in cauſa: odium ſcilicet calumniæ, & amor concordiæ. A Vnde multis ob calumniam ſæpe impreſſum eſt in fronte cauterium, multi naſo, lingua, nonnulli capillati, ad inſigne videlicet confuſionis perpetuæ. E contra concordes gratia amplexu, ad pacis perpetuitatem inuitat: quorum alterum opus eſt iuſtitiæ, reliquum vis temperantiæ. Eſt enim iuſtitia calumniarum vltrix, temperantia concordiarum imperatrix, quæ quanta ſit penes hunc, eius probat modeſtia, aſtruit manſuetudo, docet humilitas. Qui ſuæ interdum quaſi oblitus dignitatis, minimorum ſeſe ingerit & contemperat conſortio. Non lenitatis prurigine, ſed beneficio virtutis, liberalitatis ſtudio limites temperantiæ penitus excedit. Nec enim, vt pleriſ- B que moris eſt, aut inhiat acquirendis, aut incubat acquiſitis: ſed inſtar Tagi fluuii, quo largius effluit, eo vberius areuis inundat. Eſt enim auro præſtantior liberalitatis largitio. Iam vero dotes fortitudinis eius licet attingere. Iugis illi laboris exercitatio; raro niſi ſeriis, nunquam niſi honeſtis intenta. Eſt enim vita ſtrenuorum ſemper actuoſa, eſt ignauiæ torpor ipſa quiete tædioſus. Cui quoties extrinſecæ deſunt bellorum occupationes, venandi exercetur ſtudiis, quia non paruum eſt virtutis ſeminarium otii declinatio, nec minima ſeriorum excitamina vir fortis interdum elicit ex ludicris. An ignoratis Regem Ponti Mithridatem cuius futuram celſitudinem et- C iam cœleſtia ſigna prædixerunt. Nam & eo, quo genitus anno, & eo, quo regnare cœpit, ſtella Cometes per vtrumque tempus illuxit quadraginta diebus, vt cœlum omne flagrare videretur; quæ in ortu ſiue in occaſu quatuor horas conſumebat, per quod probatur ſextam cœli partem magnitudine occupaſſe. Puer inſidiis tutorum, veneno vinci non poterat; venandi ſtudium elegit, quo ſeptem annis neque vrbis, neque ruris tecto vſus eſt, ſed per ſiluas diuerſis montibus regionum pernoctabat, ignaris omnibus, quibus in locis manſitaret. Quibus rebus & inſidias vitauit, & corpus ad omnem patientiam durauit, hinc de augendo deinde regno cogitauit. Itaque D Scythas inuictos perdomuit, qui ducem Magni Alexandri cum triginta millibus deleuerunt; qui Cyrum Regem Perſarum cum ducentis millibus trucidarunt; qui Philippum Regem Macedonum ceperunt; Pontumque & Aſiam occupat: inde Aſia explorata Bithyniam transſcendens opportuna quæque victoriæ ſuæ meditatur. Quia vero virum fortem, non tam robur corporis, quam animi commendat integritas, non minus pectoris monſtra, quam nemorum beſtias ſtudet Cazimirus domuiſſe. Eius quanta ſit magnanimitas, quanta conſtantia, quæ animoſitas, quæ in ipſo etiam animoſitatis torrente patientia, non eſt promtum expedire. Audire vultis ridiculum, ſed inſigne patientiæ exemplum: Quidam ad aleæ duellum hunc principem ſollicitat, congrediuntur, confligunt; iacet in medio pignus victoriæ, argenti quantitas immenſa. Vacillat aliquantiſper belli fatum, & fluctuat in talorum ambiguo. Pauet ille, ſuſpirat, ac trepidat, totus inter ſpem ac timorem, ſtupidus totus, exanimis. Tandem iactus fatum duelli dirimit, & calculum victoriæ Principi ſententiat. Tum luſor quadam doloris correptus veſania, pugnum exerit, contorquet ſummo vibramine, maxillæ Principis incutit, & noctis beneficio de manibus circumſtantium elapſus in fugam conuertitur: qui vix tandem repertus conſiſtorio præſentatur, & a cunctis reus vtpote Maieſtatis carptim diſmembrandus appetitur. Quo de ſe nihil niſi crudele mortis ludibrium præſtolante, ait Princeps: Ne moueatur, Proceres, veſtra grauitas, quia leuitatis eſt, cauſis ex leuibus indignari. Digna enim non eſt eius indignatio, cuius animus iotra ſe tranquillior cauſas indigoandi ooo ponderat; imo iniquum eſt exameo cuius trutina iactatur in turbioe. Quid indignatione dignum? quid quæſo indignum pauper Ioannes admiſit? (hoc enim erat nomen eius) Quid ſi fortunæ tecum cauſetur iudicium? Nonne certa eſt, quæ in cauſa non diſpari cauſam pauperis ſupprimit, & potentis potentiam extolit. Iniqua in vtroque, crudelis in paupere, adulatrix in potente. Non iniuria ergo vltionem ioiuriæ, quam a fortuna extorquere non potuit, a filio fortunæ vt potuit, exegit, quin, vt verius loquar, lucrum lucro addidit, & fortunam in me vicit munere. Illa nommos, quibus abundabam contulit, iſte aureum prudentiæ geſtamen, quo Principes carere non debent fabricauit: quia meminiſſe me docuit, periculoſum eſſe Principi ludibriis intendere, periculoſius etiam in nummis lubrico fortunæ ſubmitti. Prudentia enim principandum eſt principibus non fortuoa. Grates ergo ingentes Ioanni, cuius gratia nihil modo leuitati, nihil caſibus vltro fortuitis de me vlterius promitto. Sic iniuriator ille Principis amplexibus excipitur & Principatus, quam largiſſime donariis afficitur. Omnia in viro forti, tam patientiæ conſtantia, quam prudentiæ induſtria; qui accepta probri iniuria non ſolum æquanimiter fert, ſed gratanter ignoſcit. Non imprudenter excuſat, gratiis rependit, muneribus repræmiat. Sed vnde hæ omnes omnium virtutum filiæ? omnis earum familia? Quicquid operis, quicquid officii exerceant, ad prudentiæ refertur iudicium. Verbi gratia: Geſtat patientia, quæ eſt filia fortitudinis, tres in eadem ſarcina maſſas: maſſam languoris, maſſam laboris, maſſam contumeliarum ſeu iniuriarum. Quam videns prudentia; Quid, inquit, fers, filia? Ad quam illa 1174.

1174. *illa gement ſub onere: Accelera mater: exonera turgentem, ad te ſareinam tua ſoror hanc proferri iuſſit. Cui prudentia: Agnoſco meæ ſororis delicias, conſueta noſco munuſcula; ſibi nos ancillari iubet, tibi tamen o patientia compatimur. Suſtine modicillum, faciam, quod hortaris. Rudes itaque maſſas mittit in caminum deſideriorum, conflat, excoquit, examinat, & in laminas producens ductiles, miro artificio aureos effingit ornatus. Sic prudentia magiſterio ex obiecta infortuniorum materia fabreſiunt virtutum inſignia. Claret hoc in filio prudentia, de quo mihi ſermo eſt. Qui cum ſit princeps conſilii ſtrenuus, prodigus, prouidus, cautus, circumſpectus, cum vndique prudentiæ fulciatur induſtria, inter ſimpliciores tamen ſimpliciſſimus videri ſtudet, tum vt arrogantiæ periculum declinet, tum ne humilitatis deſerat veſtigia, tum vt de ſimplicitatis palea vberius eliciat grana ſapientiæ. Prudens enim virtutis fructum in conſcientia metit, minus perfectus in oſtentatione. Vnde* Liuius: prudentia nihil ſimplicius, ſimplicitate nihil prudentius. *Nam quis neſcit commeſſationum aſſiduitatem virtutibus eſſe inimicam. Nec enim ſicaria, nomen & ſpeciem liberalitatis mentita, virtutes inuitat, inebriat, intoxicat. Ex induſtria tamen ſub quodam ſimplicitatis vmbraculo, conuiuiorum celebritates non ſolum non declinat, ſed celeberrimos ac prodigos crebrius inſtaurat apparatus, cauſas ob multas. Quarum prima eſt, vt quod ſibi virtutis deſit, ex infatuatis aliorum ſenſibus condiſcat. Eſt enim prudentia experimentum fatuitatis, ſicut fatuitas cos eſt virtutis. Stulto ſiquidem in ſtultitia deprehenſo ſapiens ſapientior erit. Secunda cauſa eſt, vt aliorum de ſe agnoſcat iudicia. Liber enim dicitur Bacchus, & liberam de hominibus promulgat ſententiam. Tertio vt ſecretius contra ſe fabricata machinamenta, quæ a ſobriis elicere nequit, ab ebriis extorqueat. Furtim enim ebrietas animi ſacrarium irrepit, & patentius ſobrietatis arcanum. Nemo prudens nectar infundit vaſa rimoſa, quo totum effluit. Ideoque vir ſapiens operæ precium habet, eorum non imprudenter experiri prudentiam, quibus penitiora conſiliorum arcana committit. Infuſus namque liquor ſine difficultate rimas inuenit in fictili. Poſtremo diligi maluit pius princeps quam timeri. Amore ſiquidem Regem ſuum examen apum ſequitur, non timore. Gratia autem concilianda gratiæ, quin communis eſt apud omnes conuiuendi ratio, conuiuiorum honeſtati pro tempore indulget. Eatenus tamen, vt nihil ebrietati de ſe licere permittat, vapore quem ſæpe comet indiuidua non deſerat animi ſobrietas. Scitis quo pacto ſtipatur interim literatiſſimorum lateribus altrinſecus, quorum tam ſobrietas, quam ſcientia, paucis eſt incognita. Cum his nunc ſanctorum exempla Patrum, nunc virorum geſta illuſtrium vicaria relatione retractat.* 1174. *Interdum organicis præcinens aut ſuccinens concentibus, cœleſtis meditatur harmoniæ dulcedinem; theologicis nonnunquam exercetur inquiſitionibus, vtramque partem quæſtionis vtrinque arguiſſimis vrgens rationibus, rerum ſubtilium indagator ſagaciſſimus. ● Si ergo quiſquam delator ex inuidia temulentum aſſeris* Cazimirum *temulentorum conſortio, cur prudentem non adſtruis iugi prudentum exercitio? Habes liuor edax, quo doleas, etſi reperire non queas quod carpas. Nunquam enim hæc oliua ſine fructu fuit, quem vel foueret gratia, vel carperet inuidia. Proinde ſub huius vmbra nos auram quietis captare conuenit, vt eius oleo noſtri tumor doloris ſalubriter fomentatus detumeſcat. Alioquin illa filii Gedeonis nos arguet Parabola, qua docetur, qualiter ligna regem creaturæ ficum vel oleam, vt eis imperarent, hortata ſunt; quibus abnuentibus carduum elegerunt, à quo ignis egreſſus omnia penè abſumſit.*

Vinc. Kadlubkonis Hiſt. Pol. Lib. IV.

COMMENTARIVS.

Capitulum hoc diuiditur in tres partes principales. In prima parte recommendationem Principis *Cazimiri* ponit, laude dignam, per quendam virum præinſignem factam; quia ipſum commendando primo etiam præmittit corporis formoſitatem ſtaturæque mediocris commoditatem. Et merito, vt ait *Ægidius* de regimine Principum: *Omnes gaudent habere Principes pulchros & formoſos.* In secunda parte commendat ipſum *Cazimirum* idem vir præinſignis virtutibus Politicis ac purgatoriis redimitum, quæ in eo reflorebant, vt dubium extitit, an virtutes Politicæ Purgatorias excellerent, vel viceuerſa, Purgatoriæ Politicas ſuperent. In ipſo tamen illæ virtutes ſic reſulgentes ſub iouicem non inuidebant, ſed ſe mutuo coadiuuabant & promouebant. Et primo ipſum oſtendit virtutibus Politicis fulcitum, vt puta Iuſtitia, Temperantia, Fortitudine & Prudentia. Hæ enim ſunt quatuor columnæ, quibus thronus Principis roboratur. Inter quas quatuor virtutes primo ipſum commendat de iuſtitia, quæ in ipſo veriſſime viguit, & in hac ſimilem quempiam ſibi non habuit. Qua quidem ſuffultus iuſtitia, pluribus calumnioſis cauterium in fronte impreſſit, multis linguam, naſum copulauit, eo quod iuſtitia eſt vltrix calumniarum. Secundo commendat ipſum de ſecunda virtute Politica ſeu cardinali, ſcilicet temperantia, qua inſignitus multos concordes fecit. Quaſi enim ſuæ oblitus dignitatis, pluries ſuorum inferiorum conſortio manſuetudine, modeſtia & humilitate adhibita multos concordauit, & ad pacis perpetuitatem reduxit, quia temperantia eſt imperatrix concordiarum. Et

 quan-

1178. *leſlai*, factam in agone mortis ſuæ; vt habitum eſt de hoc, lib. 3. Epiſtola 27.

Vltimo oſtendit ; quomodo patriam liberauit & oppreſſiones; ſeu quæuis grauamina, à ſuis regnicolis relaxauit & omnino amouit.

CAPVT IX.

De Regni Poloniæ Conſtitutionibus ac antiquis conſuetudinibus earundemque caſſationibus.

FVit autem huic genti ex antiquo perſolenne & quaſi conſuetudinis autoritate approbatum, vt quisque potentum; quorſumlibet pompatice vergens, pauperum non tantum paleam, fœnum, ſtipulam, ſed annonam horreis ac tuguriis perfractis prædatiue diriperet, nec tantum depaſcenda, quantum caballis B pes conculcanda profunderet. Erat & aliud non abſimili temeritate antiquatum. Quotiens a potente aliquid vel exilis legatiunculæ ad quemlibet eſſet inſtanter perferendum, iuſſi ſunt ſatellites veredis pauperum inſilire & vnius horæ momento infinitiſſima ſtadiorum millia curſu citatiſſimo transuolare. Quæ res multis multo fuit periculo, quorundam caballis irremedibiliter eneruatis, quorundam penitus extinctis, nonnullis, cum probati eſſent, irreuocabiliter abductis: vnde latrociniorum, nonnunquam homicidiorum obrepſit occaſio non modica. Fuit præter hæc a principibus pertinaciter vſurpatum, vt bona decedentia Pontificum quaſi quodam prædocinio diriperent, aut a principali fiſco inferrent: quod quia diuini iuris eſt, nullius in bonis eſt; Quod autem nullius in bonis eſt, occupanti conceditur. Sed Deus non irridetur, nec irrideri debet vllius phantaſiæ riticulo. Igitur ne talia de cætero fiant, iubet æquitatis Princeps ſub anathematis interminatione inhiberi. Addunt ſacris inſtitutis inſulati octo ſacri Antiſtites, *Sbislaus Gueſnenſ.* Archiepiſcopus, *Getko* Cracouienſis, *Staroslaus* Wratislauienſis, *Cherubin* Poſnanienſis, *Lupus* Plocenſis, *Onolphus* Kuiauienſis, *Conradus* Pomeſanienſis, *Gaudentius* Lubucerum. Eſt autem octenarius primus ſolidorum numerorum inter pares & numerus beatitudinum, quod ſignat ſolidas eſſe debere conſtitutiones & beatos fore ipſorum cultores. Omnes itaque vna voce pronunciant:

Qui pauperum Annonam aut vi aut quolibet ingenio acceperit, aut accipi iuſſerit, anathema ſit.

Qui legationis occaſione cuiuslibet angariauerit, aut angariari iuſſerit quadrupedem, anathema ſit; excepto vno caſu, quando videlicet hoſtes alicui Prouinciæ imminere nunciantur: Nulla eſt enim iniuria, ſi tunc vtcunque ſaluti Patriæ conſulitur.

Rurſus, qui demortui bona Præſulis inuaſerit, aut inuadi iuſſerit, ſiue Princeps ille fuerit, ſeu qualibet illuſtris perſona, ſeu quauis officialium ſine omni exceptione anathema ſit. 1178.
A *Sed & quia ſpoliatum ſuſceperit Pontificium ſine ſublatorum integra reſtitutione aut certa reſtitutionis ſponſione; tanquam ſacrilegii eiusdem conſentaneus, eiusdem innodetur anathematis participio.*

Approbant vniuerſi & cunctis gratiſſimas aſſerunt ſacrarum prohibitionum ſanctiones, quibus intemerata ex eo accedit perennitas; quod Apoſtolico *Alexandri* III. priuilegio roboratur: diuino cuius oraculo principatus *Cazimiri* confirmatur, ne paterna illi voluntas vllum patiat præiudicium; qua cautum fuerat, vt penes maiorem natu principandi reſideret autoritas, vt in principatu litem ſucceſſionis ratio primogenituræ dirimeret.

COMMENTARIVS.

Capitulum hoc diuiditur in duas partes principales. In prima conſuetudines malæ antiquitus in Regno Poloniæ ſolitæ ponuntur. In ſecunda parte ad inſtantiam *Cazimiri* principis præclariſſimi per Archiepiſcopum Gneſnenſem *Sbislaum* cum ſuis ſeptem ſuffraganeis dictæ conſuetudines ſingulatim caſſantur, & ſub excommunicationis pœna prohibentur, nec non per omnes; tanquam ſacræ & omnibus vtiles conſtitutiones approbantur, & *Alexandri* Papæ tertii priuilegio roborantur. Qui tertius *Alexander Cazimirum* in Principem Poloniæ ſic electum con-
C firmat non obſtante Patris diſpoſitione, qua cautum fuerat, lib. 3. epiſt. 26. quod ſenior ſemper fratris Principatum & regnum obtinere debeat. Informatus enim fuit per regnicolas Dominus Apoſtolicus de *Mieſzkonis* multiplicibus tyrannidibus, ob quas ipſum a principatu ſic abiectum non reuocauit, ſed *Cazimirum* electum confirmauit, & gratioſe roborauit.

Circa literam eſt notandum, ſecundum *Boëtium* & *Ioannem de Sacro Buſto* in tractatu de radicum extractione, triplex eſt numerus; ſcilicet linealis, ſuperficialis, & ſolitus. Linealis eſt, qui conſideratur penes vnicum proceſſum, ſcilicet non habens reſpectum addu-
D ctionum numeri in numerum. Sed ſuperficialis eſt; qui prouenit ex ductu numeri in numerum ſemel, etſi eiusdem numerum in ſemet ipſum, vt bis duo ſunt quatuor; fit numerus quadratus; numerus vero ſolidus eſt; qui prouenit ex duplici ductu numeri in numerum, & ſi eiusdem numeri in eundem numerum vel ſuum quadratum fit numerus cubicus. Et ſic corpus ſolidum dicitur firmum & numerus beatitudinum; de quibus Matth. 5. ſic iſtæ conſtitutiones ab octo epiſcopis factæ fuerunt firmæ quia a regnicolis acceptæ & priuilegiis *Alexandri* Papæ roboratæ.

CAPVT X.

De Mieſzkonis ſenis ſupplicatione Cazimiro porrecta, pro ſui ad principatum reſtitutione.

1191. re; lupum enim in regem creauerant; procraſtinari tamen, ſed celari placet deliberationis inducias. Cætus interim prædæ auiditatem ſecutus, proprio ſeſe impetu in arentia ſabula propellit; repenteque reſilientibus vndis vires in arido explicare tanta bellua non poterat, ab exiguis reptilibus & appetitur & extinguitur. Quæ res & viam & audaciam videtur ſuggeſſiſſe conſilii. Quendam enim ſinum nullius omnino profunditatis, latitudinis aliquantæ, ſed in maris contiguitate anguſtiſſimum explorant & eligunt; aiunt aptiſſimum eſſe perdendorum Regum ſuorum propoſito, vtpote qui innumeras rotorum capiat legiones & regibus omnium virium amputet fiduciam. Neque gobiones aut ſiluros minimis eſſe minores reptilibus; neque lupum ſiue capitonem cæto grandiores. Illic vniuerſorum congeſta infinitate, vtrumque Regum concilio corrogant, quos aliquantiſper quaſi renitentes crebris incurſibus ſollicitant. Proinde lupus vtpote proteruior intro irrumpit, capitoni remeatum obſtruit. Sic imbellis illa piſciculorum plebicula aut lupi dente diſcerpitur, aut capitonis faucibus abſorbetur. Non minus ergo fatua Pollexianorum fuit prudentia, quam gobionum ſimplicitas. In arcto enim conſtituti Cazimiridæ graſſantius in hoſtes deſæuiunt, animoſius gobiunculos dentibus cuſpidum proſcindunt, aut enſium ac flammarum faucibus abſorbent, donec omnium pene conflagrata prouincia, tam Princeps illorum, quam Magiſtratuum poteſtates ad *Cazimiri* ſcabellum pronis ceruicibus proſternuntur, tam ſuam quam reliquorum ſalutem deprecantes. Ad quorum calamitates Sereniſſimi Principis pietas mox animi compaſſionem inclinat, donisque nomine obſequelæ ac tributorum cautione ſuſcepta, cum triumpho ad propria reuertitur; vbi non ſui victus torpore, ſed ſuorum perſuaſus laſſitudine aliquantiſper otio indulget. Fuit autem ſemper illi ſolenne, ſanctorum venerari ſolennia: vnde cum beati *Floriani* diem, nunc in diuinis officiis, nunc in orationibus, nunc in gratiarum actionibus totum Domino impendiſſet, ſolennes in craſtinum Principibus ac ſatrapis & primis Regni epulas inſtituit. Suggerunt illis multa ſuper epulas lætitiam. Primo de hoſtibus vndique triumphus, ſecundo poſt tanta bellorum diſcrimina Principis incolumitas, tertio tam propria quam amicorum ſecurior tranquillitas, quarto & rerum & temporum feſtiuior amœnitas. Nec deerat omnibus deliciis ſuauior Sereniſſima Principis alacritas, omnibus exultandi animos exultantius infundens. Cumque omnimode vox exultationis inter omnes cœlotenus attollitur, tantæ gloriæ ſerenitas repentina ſubito tempeſtate obruitur. Nam tanti extrema gaudii proh dolor! imo & media luctus occupat, & mœror iucunditatem rapit & opprimit, in ſinum concatenat ancillarum. Omnibus enim vndique verſum exultantibus illud vnicum & ſingulare ſidus Patriæ, cum quaſdam de ſalute animarum quæſtiones Pontificibus proponeret, permodico hauſto poculo humi prolabitur & expirat. Morbo, incertum eſt, extinctus, an veneno. A. C. 1194.

COMMENTARIVS.

Capitulum hoc in duas diuiditur partes. In prima parte triumphus *Cazimiri* aduerſus Pollexianus obtentus deſcribitur. In ſecunda parte terminus vitæ *Cazimiri* lamentabiliter ponitur.

Circa primam partem duo ſunt. Primo, quomodo *Cazimirus* Gethas vicinos Poloniæ ſuperauit, quibus ſuperatis contra Pollexianos proceſſit. In quo proceſſu quendam Principem Drohicinenſem, eorundem Pollexianorum confœderatorem, ditioni ſuæ ſubegit, & perpetuæ ſeruituti ſubiugauit. Secundo, quomodo eoſdem Pollexianos, aduerſus quos principaliter proceſſit, ſuæ ditioni ſubdidit.

Circa literam eſt aduertendum, ſecundum *Polycrat.* lib. 2. c. 26 *Quod nulli Ducum, niſi de manu Domini exercituum contigit victoria. Non enim in multitudine exercitus victoria belli, ſed de cœlo fortitudo eſt, quoniam facile eſt concludi multos in manus paucorum.* Ideo Princeps bellaturus debet ſe Deo committere, & illum orare, vt dignetur ſibi cœlitus victoriam tribuere. Sic enim Theodoſium in hiſtoria Romanorum legimus feciſſe; qui cum ſe vidiſſet a ſuis hoſtibus circumſeptum orationibus vacare cœpit, & ſigno Crucis ante poſito victor fuerat. Sic & noſter *Cazimirus* Princeps Chriſtianiſſimus aduerſus Pollexianos pro fidei Catholicæ maiori dilatatione bellaturus, fidens plus in virtute Dei, quam in potentia ſui brachii ſe ac omnes ſuos committens Deo, eius corpus ſanctiſſimum ſuſcepit ac venerandæ ſuæ paſſionis memoriam faciens, aduerſus eoſdem paganos prælia mouit.

Secundo notandum: Quanquam variæ ſunt opiniones de anima, ad præſens tamen refertur opinio triplex, quæ etiam tempore prædicationis Chriſti viguit inter Iudæos. Prima fuit Saducæorum, qui negabant reſurrectionem, putantes animas ſimul cum corporibus interire. Secunda fuit Eſſeorum, qui dicebant omnes animas ab initio creatas & corporibus pro temporibus infundendas. Tertia fuit Phariſæorum qui dicebant defunctorum animas in alia corpora vſque ad reſurrectionem tranſire. Pollexiani ergo in parte ſectabantur opinionem Phariſæorum, qui dicebant aliquas animas denuo infundi corporibus hominum, & alias corporibus brutorum animalium.

Tertio notandum ſecundum *Ægidium* lib. de Regimine Princ. 3. part. 3. cap. 12. *Acies constructa in forma rotunda vtilis eſt ad ſuſtinendum: in forma vero forficulari vtilis eſt ad circumdandum & concludendum,*

cum

1194. *cum hoſtes ſunt pauci. Sed in forma acuta & pyramidali, utilis ad ſcindendum & diuidendum cum hoſtes ſunt plures.* Quare mo- A
dus pugnandi Pollexianorum, fatuus in litera redditur quadruplici de cauſa. Primo, quia rectè ſe habuit, ac ſi Rex caprarum lupum ſibi in caula occluſerit. Secundo, quia ac ſi talpa murilegum in ſuo foramine ſerauerit. Tertio, quia ac ſi noctu aquilam circa nidum ſuorum pullorum ligauerit. Quarto, quia ac ſi gobiunculi cum ſiluris debiles, in prælio contra Capitonem & lupum reges ſuos fortes in arcto præliaturi concurrerint.

NOTA.

Anno Domini 1183. per Ægidium Epiſco- B
pum Mantuanenſem, oſſa S. FLORIANI Cracouiam fuerant allata: & per CAZIMIRVM Principem ac GETKONEM Epiſcopum Cracouienſ. deuote ſuſcepta, in honoremque ipſorum extra Ciuitatem per eosdem Baſilica pulchra eſt fabricata & erecta.

CAPVT XX.

In quo deſcribitur Iucunditatis querimonia contra Mærorem facta.

ADeo tanti Solis occaſu tenebræ operuerunt terram, & caligo populos, vt omnia omnino mœror occuparet. Ad quos quia C
tam ſubiti calamitas infortunii, tam ſubito peruenire non potuit, rebus nihilo minus iucundis indulgent, & ſic mixta eſt mœrori iucunditas, quæ ſeſe a mœrore raptam ad eius pertrahi connubium conqueritur hoc modo:

IVCVNDITAS.

Non eſt pudor pro dolore
Sed eſt dolor pro pudore,
Nisi acrimonia.
Mærens queror de mærore,
Qui de meo ſerta flore
Nectis tam funebria:
Eram nupta plus quam Regi
Quem præſaui, quem praelegi,
Regum ſuper millia. D
Hoc edicto mortis legi
Eius neci mox impegi
Necis infortunia.
De mærore rapta queror
Diro cuius axe teror
Vi raptoris anxia.
Torquet, angit, arctat mæror
Deſperato frangi ſperor
Hoſtis ad colludia.

MOEROR.

Cauſa cauſas aucupari,
Lite litem conteſtari
Iuris eſt iniuria.
Temet noſtro ſponte lari 1194.
Curſum infers, cur vulgari
Strepis impudentia? A
Faues planctum, foues luctum,
Fletum, quæſo, ob quem fructum?
Lambunt uocticinia.
Cum his ducis aqua ductum,
Cum his blandum ſcis deductum
Carpere per inuia.

IVCVNDITAS AD LIBERTATEM.

En, libertas, ecce ſoror
Quibus arris fundat horror
Pacta ſponſalitia:
Sic ſuadeor, ſic exploror,
His perfuſa, vt quid moror,
Probus ad opprobria.

B LIBERTAS.

Spernis aris inſigniri
Spernis venis perpotiri,
Tam vernante gratia.
Noſtram ſortem vis metiri,
Inter ſcorta conſortiri
Cogimur ſtipendia.
Flet honeſtas, flet pietas,
Flet virtutum ſocietas
Omnis in Angaria.
Sexus omnis, omnis ætas,
Rebus latis fixit metas:
Citra, conterminia.
Cum proreta prora ceſſit
Vndas, fluctus, tunc expreſſit
Syrtes ac naufragia.
C *Tunc procella ſe ingeſſit,*
Quæ profundo ſubimpreſſit
Salutis remigia.
Ergò triſti pulſa nube
Spe ſereni ſoror nube
Serenatur triſtitia.
Gaude mæror lætus iube,
Hymenei clangant cubæ
Reſoneut tripudia.
Auro gemmis alacritas
Triſtis ducit hypocritas
Triſtis peſtilentia.
Fulget ſponſa gemmis, aurò,
Sertum illi virens lauro
Iugis dat vernantia.
Mæſto mæror de theſauro,
D *Horta fuco tincta mauro*
Promit lanificia.
Claro ſponſa chorus vultu
Rutilante vernat cultu
Ipſa rutilantia.
Mæror triſti cum tumultu,
Eiulatus cum ſingultu
Mæſta cient tædia.
Sæuum fœdus contrahitur,
Sponſi fides detegitur
Doli euidentia.
Sponſæ decus detrahitur,
Splendor omnis extinguitur
Atra inter atria.

Arguitu

1174. Quinto notandum. *Ioannes Valenſis* in tractatu de quatuor virtutibus Cardinalibus, quatuor ſpecies Patientiæ ponit, tamen Dominus *Vincentius* tres ipſius Patientiæ ſpecies diſtioguit, ſcilicet Patientia contumeliarum & iniuriarum. Sexto notandum, ſecundum Diuum *Hieronym.* ſuper Ozeam. *Prudentia absque ſimplicitate malitia eſt, & ſimplicitat absque prudentia ſtultitia nominatur*; hæ enim virtutes ſic ſe ad inuicem habent, quod vna alteram temperat; & hoc Saluator in Evangelio imminebat vel innuebat dicens. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Eatenus vir *Cazimirus* prudentiſſimus ſimplicitate exſtitit decoratus, qua quidem ſimplicitate nihil fuit in eo prudentius, & prudentia nihil ſimplicius, vt dicit textus. Sciendum eſt ſeptimo, circa hæc commendat *Cazimirum* de vera conditione prælati, qua ipſe floruit, in eo quod maluit diligi, quam timeri. Quomodo autem faciendum hoc ſit, docet *Ægidius*. Debet enim Princeps tria in ſe habere, vt a populo ametur; ſcilicet, quod ſit beneficus & liberalis, magnanimus ſeu fortis, iuſtus ſeu æqualis. Vulgus enim non percipit, ſenſualia niſi ſint bona. Octauo ſciendum: Commendat *Cazimirum* de Indultione Conuiuiorum. *Cazimirus* enim honeſtis conuiuiis aliquando inhiauit, per quæ ſibi multorum gratiam conciliauit; nunquam tamen in his ebrietatem incurrit, ſed ſemper ſobrietate pullulauit more *Traiani*, de quo *Polycratus* lib. 5. cap. 8. Nono aduertendum: Commeſſatio nimia eſt virtutibus inimica. Vnde *Hieron.* in Canon. Diſtinct. 44. *Ventris ingluuies ad luxuriam facile prouocat, & omne bonum opus diſſoluit.* Vnde venter & genitalia ſunt ſibi vicina & ex vicinitate membrorum confœderatio integratur vitiorum, quod pulchre probatur figuratiue 1. Reg. vlt. in Regno Nabuchodonoſor.

Circa vocabula aduertendum, *Sobrietas*, ſecundum *Ægid.* vti ſupra, *eſt virtus reprimens nutrimentales delectationes.* Eſt autem hæc virtus Prælatis præcipue principibus neceſſaria. Primo propter dignitatem officii; ſecundo propter ſubtilitatem iudicii; tertio propter vtilitatem Chriſti. 1. Timoth. 2. quarto propter expectationem præmii. Ex quibus elicitur. Quod etſi *Caſimirus* conuiuia ciuilia celebrauit, in ea tamen geſtus Philoſophicorum conuiuiorum geſſit. Nam ſcientificorum virorum conſortiom habuit, cum quibus ſalutaria documenta & ſanctorum exempla pertractauit & ad Muſicorum cantum, meditatione diuinorum ſe occupauit, iuxta ergo legem diuinam ſe rexit.

NOTA.

Getko Epiſcopus Cracouienſis, à Lucio Papa tertio petiit corpus S. Floriani, & impetrato eo Eccleſiam S. Floriani in Kleparz fundauit; Cazimirus iuſtus nuncupatus.

Idem Cazimirus Monaſteria in Sulcziow, Ploczko, & Koprzywnica fundauit.

CAPVT VI.

De Cazimiri nuncupati Iuſti, Ducis Sandomirienſis in Principem Cracouienſ. ac Dominium totius Poloniæ ſuſceptione.

HIs itaque omnes perſuaſi, tum *Caſimiri* fauore, tum adipiſcendæ ſtudio libertatis, *Cazimirum* ſuſpirant, conueniunt, erant, ſollicitant, vt ſi Regni dignitate non capitur, miſericordiæ ſupplicatione inflectatur; ſi regnare non appetit, miſereri non contemnat. A. C. 1178. Ad quos ille: *Antiqua*, inquit, *imo antiquata penes nos eſt huius tentationis cauillatio. Nec enim tam repente à noſtra potuit excidiſſe memoria, qualiter primi Principum, Aiax & famoſus ille Suatoslaus, cuius glorioſa hodie viget proſperitas, & cuncti pene proceres me licet renitentem ad idem regnum pertrahebant, vt propulſato piiſſimo principe fratre noſtro Boleslao, infauſta vendicatione ſecurius imperarem. Sed malui fraterna pietatis amplexum omnium præferre imperio. Nam qui fratrem odit, ſui homicida eſt, quia fraternum in ſe cor amputat, propriis ſemetipſum præcordiis exenterat. Quoniam igitur tunc puer innocentia fonte laui pedes meos, quomodo in ſanguine rurſus fraterno inquinabo illos? O! quam egregii ad principatum gradus; in me homicidium, in fratre fratricidium, in fratricidio parricidii temeritas. Quo namque pacto in eius exterminium conſurgam, qui me plus quam fraterna fouerit teneritudine, quem plus quam filiali deuotione ſemper coluerim? Periniquum prorſus eſt iniquis proſperari commerciis.* Inſtant illi: *Sane*, inquiunt, *Princeps Sereniſſime, Boleslai parendum erat pietati, quia tunc nulla honeſtas cauſa interceſſit, ſolo factionis impetu contra illum perſtrepente. Nunc alia ratio pactum reformat, cum omnes extrema vrget neceſſitas: quibus niſi tua ſuccurrat miſeratio, niſi tam obſtrangulata Reipub. relaxetur per te ſpiriculum, ſuffocari neceſſe eſt, cum nulla ſit aliorſum transmigrandi facultas.* Vix, itaque tam creberrimis inſtantiarum

1178. tiarum importunitatibus, quam amiciſſimorum impulſus conſiliis, Cracouiam cum perpaucis adit cauens, ne violenta magis ipſius occupatio videatur, quam vltronea ciuium electio. Occurrunt illi alacritate indicibili exercitus numeroſi cateruatim, vndique turmæ profluunt, exultant, gratulantur; Saluatorem proclamant, aduenisſe. Omnis illum ætas amplectitur: omnis adorat concio, dignitas omnis veneratur. Valuæ quoque Ciuitatis licet inuictiſſimis inſtructæ præſidiis, vltro pateſiunt, vltro ab arce deſiliunt, quos *Mieſzko* vrbis præſidio præfecerat, cunctique prona ceruice ſcabello *Cazimiri* aduoluuntur. Omnium itaque concurrunt vota omnium coniurant ſtudia & princeps ab omnibus adoratur.

COMMENTARIVS.

Capitulum hoc in quatuor diuiditur partes principales. In prima parte ponitur omnium Cracouitarum ac Regnicolarum io *Cazimirum* mentis directio. Qui perſuaſi commendatione præcedenti cuiusdam præinſignis viri, tum fauore *Cazimiri*, rum ſtudio adipiſcendæ libertatis, & euitandæ tyrannidis *Mieſzkonis*, iotentiones ſuas in *Cazimirum* direxerunt, ac ipſi ſtudioſe ſupplicauerunt, vt ſi Regni culmen non ambiat, nec regnare appetat, petitioni tamen ipſorum benigne annuens, miſereri non contemnat.

In ſecuoda parte ponitur *Cazimiri* ad petita ipſorum reſponſiua excuſatio, quæ procedebat ex fraternæ charitatis ſpontaneo præcordio. Quemadmodum etenim prius eiusdem Regni principatum ſub fratre ſuo *Boleslao Criſpo*, per eosdem Regnicolas petitus renuit accipere; ſic vniformiter ſub *Mieſzkone* recuſat idem regnum ſuſcipere fraterna ſuffultus charitate. Quam quidem fraternam charitatem ſi abiiceret, ipſemet ſui homicida fieret, in fratre fratricida, & contra in fratricidio parricida, vt litera deducit.

In tertia parte ponitur regnicolarum inſtantior ſupplicatio, cauſæque ac neceſſitatis legitimæ per eosdem allegatio.

In quarta parte ponit Regnicolarum importunas inſtantias, ac amicurum rationes conſultiuas *Cazimiri* coo ſeoſus, ac in Cracouiam cautus iucundusque nec non ſelix ingreſſus; quo omnes ipſum in Dominum ſusceperunt, & conſtantiſſime pro illo ſe morituros corporali mediante iuramento vnaoimiter ſpoponderunt.

Circa primam partem notandum. Duplex cauſa in litera tangitur, qua regnicolæ ſunt moti pro ſuſceptione *Cazimiri*. Prima eſt fauor regnicolarum erga *Cazimirum*. Cum enim *Cazimirus* Regnicolis fuit ſic multipliciter virtutibus Politicis & purgatoriis commendatus, mox animis eorum fuit amicabiliter affectus. Et merito. Teſte enim *Tullio* lib. de Amicitia, *Nihil eſt virtute amabilius; nihil quod magis alliciat ad diligendum.* A *Nam propter virtutem & probitatem eſt, quos nunquam vidimus, quodammodo diligimus.* Secunda cauſa eſt affectus libertatis adipiſcendæ. 1178.

Quilibet enim homo libertate afficitur. Vnde ſecundum *Polycrat.* lib. 7. cap. 17. *nemo eſt, qui non gaudeat libertate, & qui vires, quibus eam tueatur, non optet.*

Circa ſecundam partem aduertendum, *Cazimirus* excuſando ſe de regni ſuſceptione allegat & præfert charitatis fraternæ amplexum, ne per eiusdem regni ſuſceptionem incurrat eiusdem fraternæ charitatis cootrarium, videlicet odium perpeſſimum charitatis fraternæ atque Dei expulſum. B Conſiſtit enim fraterna charitas iuxta *Hugonem* in Paradiſo animæ, in quatuor; vt puta, ſi quis proximo tanquam ſibimet bonum in anima, bonum in corpore, bonum in honore, bonum in rebus exterioribus cupit prouenire. Si ergo aliquis io aliquo iſtorum quatuor deficit, charitas in eo non eſt, ſed odium, & hic ſui ipſius homicida eſt, quia ſcribitur 1. Ioan. 3. Omnis qui odit fratrem ſuum homicida eſt. Quia ergo ſub altero principatum ambire non eſt charitate roboratum, ideo digne *Cazimirus* principatum renuit, nec ipſum ſub fratre ſuo *Mieſzkone* accipere attentauit.

Circa tertium eſt aduertendum. Sæpius C quæ fieri non debent, multoties vtilitatis ac neceſſitatis aut honeſtatis cauſa legitima interueniente licite admittuntur, ſalua affectus bonitate. Vnde *Polycrat.* lib. I. c. 4. *Cauſa*, ioquit, *actum poterit decorare, ſi aut neceſſitate ſubſiſtat, aut ingenii vtilitate, aut honeſte ſplendeſcat, cum ex affectu mentis tota valeat Subſtantia operis colorari. Affectus enim operi nomen imponit.* Ergo iure *Cazimirus* non debuit principatum Cracouienſem & dominium totius Poloniæ acceptare, cauſa tamen legitima nunc interueniente, ſcilicet regni ſalute, potuit hoc facere.

Circa quartam partem aduertendum. Secundum *Petrum Bleſenſ.* Epiſtola 32. D *Ea eſt lex amicitiæ & conditio charitatis, vt amici intimi in neceſſitatibus ſuos interiores affectus exteriori opere proſequantur*, eo quod ſecundum *Tullium* libro de amicitia: *Amicorum eſt idem velle.* Sic ergo *Cazimirus* legitur feciſſe, qui ex ſe principatum Cracouienſem, nec non totius Poloniæ renuit accipere, votis inuictus amicorum eundem principatum tandem curauit ſuſcipere. Non eſt enim dolus qui ſeruit fidei & militat charitati. Secus autem eſt, ſi Domini Poloni fidem & ſacramentum Religionis ſibi ſpopondiſſent, quia ibidem ſubiungit *Polycratus* dicens: *Hoc tamen cauendum docent hiſtoriæ,*

1178. *ſtoriæ, ne quis illius molìatur intentum, cui fidei & ſacramenti religione tenetur aſtrictus. Nam & Sedechias ob neglectam fidei religionem legitur captus & exoculatus*; & ſubiungit: *Sed nec veneni, licet videam ab infidelibus alioquin vſurpatum, vllo vnquam iure indultam lego licentiam; non quod tyrannos de medio tollendos eſſe non credam, ſed ſine honeſtatis religioniſque diſpendio.* Magna igitur pietate Domini Poloni tam erga Patriam quam erga Principem *Mieſzkonem* tenebantur, quia & Patriæ Salutem reddiderunt, & principem profligatum de regno non occiderunt, vt ſcilicet reatum ſuum cognouiſſet, & pro peccatis pœnitentiam congruam egiſſet, animamque ſuam in via ſalutis poſuiſſet. Impletum eſt ergo in eo dictum *Polycrati*, quod ſcribit libro 1. cap. 21. dicens. *Finis tyrannorum eſt confuſio, & ipſis flabello paratur incendium, cum ad correctionem proceſſerint tyrannice ſi...rum.*

CAPVT VII.

De Mieſzkonis Proſcriptione, ac ipſius de Regno mirabili eiectione.

His imperterritus *Mieſzko* ſummæ magnanimitatis Princeps ſuorum conſilia, fidem, animos & robur explorat. Sed ſero; quia neglecto diu languori non facile ſuccurritur. Nec eſt in maris fundo conſultatio naufragii. Eodem namque momento, quo iuriſiurandi religione illi ſeſe obſtrinxerant, pro illo conſtantiſſime morituros, & fidei obliuiſcuntur & Principis. Sed & chariſſimi eius, tantorum prorſus beneficiorum immemores ab eo dilabuntur. Inter quos Dux *Odo*, cuius primogenitus, hoſtis atrociſſimus proprii radicem ſtipitis eradicare contendit, in proprium verticem flammas congerit. In patris excidium pertinaciſſimus, non vt quendam Bactrianenſem, quod abſit, imitetur parricidam; ſed vt nouercæ filios, quibus pater poſt ſe ſucceſſionem ſpoponderat, a regno arceret. Regem ſiquidem Bactrianorum *Eucratidem*, cuius ſupra meminimus, filius iam Regni ſocius a Patre factus ambitu interfecit; qui quaſi hoſtem iam patrem occidiſſet, per ſanguinem eius currum egit & corpus inhumatum abiici iuſſit; ſed non ſine vltione. Huius enim parricidæ vnicus paruulus aui morte anxiatur, anxius ignaris cuſtodibus nemus ingreditur, dolorem anxietatis morſibus ferarum optat finire. Qui diebus aliquot per luſtra vagabundus fungis & radicibus laboranti ſtomacho ſuccurrit. Nouiſſime cuiuſdam guſtu radicis peſtiferæ in languorem proſternitur; quo fatigatus quaſi animam exhalaturus oſcitare cœpit. Oſcitantis ori ſerpens illabitur, cognita forſitan ſuæ peſtilentiæ radice illectus. Hic introreptans herbas crudas indigeſtas, ad os ſtomachi reuocat, & ad vomitum impellit. Pater interea venatibus indulgens dutiſſime quæſitum ac deſperatum, ſic eundem vomitantem inuenit: qui cum rugitu per adoleſcentulum prouoluitur, lacrymas effundit, ad os moribundi os applicat, & hiantem oſculis fatigat. Illico ſerpens oſculantia labio morſum impingit; quo læſus pater ac territus, repente reſiliit, & ſerpentem vix cum parte labii abſtrahit & obterit, paruulumque ſemianimem ad ſuos reportat; & in breui redditur ſanitati adoleſcens, omni veneno euomito. Patrem ex vulnere ſerpentis infuſum virus in veſaniam vertit, qua ſæuiſſime agitatus, cum alios oppetere non poſſet, linguam, labia mordicatim ſibi detruncans abſorbet; ſic propria membra dimordicans vix tandem exſpirauit. Agnoſcisne hic diuinitatem vltricem? Nam adoleſcentis pietatem idem ſerpens medendo remunerat, & parricidii nefas parricidam occidendo vleiſcitur; quorum ex altero penſandum, quantum gratiæ mereatur filialis deuotio, ex reliquo autem, quantum ſupplicii timere debeat contemta parentum religio. Igitur *Mieſzko* non tam fraternis eiicitur armis, quam ſuorum perfidia, qui pene ab omnibus deſertus patria ſimul excidit & regno. Finitimo vero cum tribus contentum filiis oppidulo, circumdederunt illum vndique infortuniorum agmina. Nam gener eius *Sobeslaus* principum ſtrenuiſſimus a Regno Bohemorum profligatur; alter gener dux Saxonum & Bauariæ ab hoſtibus circumquaque impetitur: imo a quibuſcunque ſolatium ſpectari debuerat, propriis adeo neceſſitatibus vrgentur, vt nec modicillum ſubſidii polliceri poſſent. Omnes quoque maritimorum præſides non ſolum obſequiis renunciant, ſed hoſtilitatis arma in illum capeſſunt; omnes *Cazimiri* gaudent ſubeſſe imperio.

COMMENTARIVS.

Circa literam aduertendum, ſecundum Philoſophum in Ethic. Filii parentibus non poſſunt æquiualens reddere, nec poſſunt eis ſufficienter recompenſare, ratione triplicis boni ab ipſis recepti ſcilicet nutrimenti, doctrinæ, ſeu naturalis educationis, & informationis. Ratione quoque ad tria filii parentibus obligantur, ſcilicet ad reuerentiam, vitæ neceſſaria, & obedientiam. Vnde Eccl. 7. Honora Patrem tuum & gemitus matris tuæ ne obliuiſcaris. Hæc reuerentia fieri debet tripliciter; ſcilicet ore, corde, & corpore. Primo corde, vt ipſos de toto corde diligant, ſuper omnia poſt Deum. Dicit enim *Auguſt.* ſuper Cantic. *O: dinauit in me charitatem; amor parentum eſt præponendus amori filiorum.* Secundo ore, vt nec diris nec aſperis verbis cum ipſis contendant, ſed blandis verbis ipſis reſpondeant, & ipſorum reprehenſiones patienter & humi- 1178.

1178. per hoc, quod *Mieſzkanem* ad Regnum Poloniæ admiſiſſet.

CAPVT XII.

De modis per Mieſzkonem quæſitis, quibus potuiſſet Cazimirum à Principatu Poloniæ destituere.

AT vero *Mieſzko* ad Imperatoria conuertitur ſuffragia, queruloſe coram Imperatoris *Friderici* Senatu deplangit, hoc modo: *Nullo actore, nullo iudice, nullis atteſtationibus, aut inſtrumentorum adminiculis, non citatum, non conuictum, non confeſſum, avui primogenituræ priuilegio, Principatus deſtitui prærogatiua, patrimonii denique poſſeſſione per vim excuti & arceri. Cui nan iuris allegatio, non dicendi acrimonia, non amicorum interuentus, non precum inſtantia, non ſponſionum fides patrocinari patuit.* *Cazimiri* licet abſentis virtutibus in contrarium allegantibus. Nam nec Polonis eligendi Principem poſſe adimi poteſtatem, quia nihil intereſt, inutilem habeant, ao nullum, neque *Cazimirum* ſola virtutum inuidia debere deſungi principatu Imperatorius apex ſententiat. Sic *Mieſzko*, vnde ſperauerat ſolatium, retulit infortunium; qoi nondum ſui penitus oblitus etſi minus honeſtum, ſalutare tamen reperit conſilium. Cuidam enim ſuorum quondam quæſtori per maritimam vectigalium filiam matrimonio copulat. Cuius ope non obſequelam quidem, ſed amicitiam ac fauorem maritimorum aſſequitur. Horum fiducia cum aliquantulis armatorum nocte ſurrepit, Metropolin dilueulo circumſiliit, expugnat, victor ingreditur. Qua perfidiam, omnes patrimoniales, quam breuiuſcule munitiones, eadem pene facilitate, qua perdiderat, recuperat, fratre, vt aiunt, occultiorem illi recuperandi opportunitatem ſuggerente. Quia vero minorum ſucceſſu ſpes maiorum ſæpe concipitur, venit illi animus principatum repetendi; diuque inter ipſos nunc verbis, nunc armis altercatur. Sed *Mieſzko* longe viribus inferior, plus ingenio, plus arte contenderat. Nam quoties inteotius arma videt imminere, iurat patrimonium ſibi ſufficere, deierat Principatum. Cum autem arcus belli remittitur, ait: Coacta iuramenta robur non habere. Interdum illa nititur induſtria, de qua legitur apud *Demoſthenem*: Lupi cum paſtoribus de inimicitiis iurgantur. Ad quos paſtores: *Cur nobis moleſti eſtis?* Dicunt lupi: Quia cum inimicis noſtris fœdus pepigiſtis. Si ergo de pacis perpetuitate nobiſcum paciſci vultis, hoſtes noſtros, id eſt, canes abigite. Similiter cum canibus paciſcuntur, vt ab eorum hoſtibus, ſcilicet à paſtoribus abſcedant pacem cum ipſis habituri. Quo facto in ſtrage gregis liberius debacchantur. Ait itaque *Mieſzko* ad fratrem: *Neſcis Wladulaidem Boleslaum hoſtem nobis communem? Hic namque noſtram Lemmanis venundare geſtit libertatem, quatenus aliorum tributis ſuam aliquantiſper apud illos alleniet ſeruitutem. Hic ſemper in-* 1178.
A *ſidiatur noſtro calcaneo; Tum vt paternarum à nobis iniuriarum exigat vltionem, tum vt nobis radicitus euulſis, vacantem, quod abſit, ſolus occupet Principatum. Hinc eſt, quod cautius inter nos aut ſeminat diſcordias, aut ſeminatarum fouet incentiuum. Hunc igitur ſi deſeris, cedo querelæ ac omni primogenituræ iuri animitus renuncia.* Quem dum *Cazimiri* repudiat credulitas, aſtus *Mieſzkonis* mox in amicitiarum ſibi iura compaginat. Huius conſilio filium gratiæ reformat, Lemmanorum principes ac Procerum præcipuos rurſus circumuolat, per quos ab imperatore venia contra *Cazimirum* impetrata, plurimos ſibi conciliat & in
B fratris corrogat excidium. Quorum primi dum in eminentiore cuiusdam aulæ ſuggeſtu de *Cazimiri* exterminio deliberant & coniurant, omnem illis conſultandi ſeu nocendi facultatem repentinus amputat interitus. Aula namque licet roboris perpetui, nulla vi, nullo turbine impacta, ſed occulto numinis iudicio repente conuulſa pene omnes obterit, quoſdam exanimat. Sic inimicorum eius animoſitas emarcuit. Nec mirum, cum eius innocentiam eodem fere miraculo Dominus clareſcere voluit, quo matris ſuæ partum dedicauit. Romani ſiquidem, ad propagandam ſuæ gloriæ perpetuitatem, quoddam templū in honorem Apollinis extruxerant, non minus admi-
C rabile artificio, quam robore. De quo conſulentibus oraculum, quamdiu permanere ſeu ſtare debeat, reſpondetur: *donec Virgo pariat.* Qui hoc arbitrantes in perpetuum obtingere non poſſe, vtpote de natura impoſſibile, vocarunt illud templum Apollinis æternum. Sed eo momento, quo Beata Virgo peperit, æternitatis illa fabrica vltro collapſa eſt, & redacta in cinerem. Vides igitur, *Cazimire*, quid Creatori, quid eius matri debeas, qui te non tam defenſare, quam irradiare tanto dignati ſunt miraculo.

Vinc. Kadłubkonis Hiſt. Pol. Lib. IV.

COMMENTARIVS.

Capitulum hoc in tres diuiditur partes ſecundum tres aſtus ſiue modos. Primus mo-
D dus fundabatur ſuper Imperatoris coërcitione. *Mieſzko* enim cernens beneficium reſtitutionis in fratre *Cazimiro* non eſſe, ad Imperatorē *Fridericum* primum conſugit, ſibique ſuæ deſtitutionis modum minus iuſtum repoſuit, ſuffragiaque ſuper ſua reſtitutione poſtolauit.

Secundus modus fundabatur ſuper amicorum ſibi per affinitatem conquiſitione. Cum enim *Mieſzko* apud Imperatorem ſuffragia non obtinuit, ad quendam *Boleslaum* olim per maritimam Prouinciam Quæſtorem, quem iam *Cazimirus* Iudicem inferiorem Pomeraniæ creauerat, ſe conuertit. Cui filiam ſuam matrimonialiter copulat, amicitiam maritimorum exinde non modicam ſibi adoptans &c. vt in textu patet.

1178. Tertius modus: *Mieſzkonis* aſtus fuit Poëticus, vbi fingit hominem loqui cum brutis. Hic inquam modus fundatur ſuper amicorum à *Cazimiro* diſtractione, & eorundem in ſui amicitiam confœderatione; per quod *Cazimiri* poteſtas videbatur diminui, & facultas *Mieſzkonis* augeri, vt in textu patet.

Circa literam ſciendum ſecundum *Iacobum* in Zophilogio par. 2. cap. 4. Duplices ſunt fabulæ. Quædam ſunt Æſopicæ, quæ fingunt animalia muta loqui. Aliæ ſunt Lybiſticæ, quæ fingunt homines loqui cum brutis, & de hoc ponitur exemplum in litera.

CAPVT XIII.

De alio dolo aduerſus Cazimirum per Mieſzkonem ſenem facto.

NOn minus tamen inuicti robur culminis ſubuernare nititur inſidians æmulatio. Eiuſdem namque arte ingenii fideliſſimorum illi latera ſubducuntur, qua *Boleslaus* paulo ante deſeiuerat. Ex alieno etenim infortunio æmuli eius propriæ fortunæ aucupantur auſpicia. Æger ſiquidem, imo ægrotarinus erat Mazouiæ Princeps *Leſzko*; ſed probata ſuorum ſtrenuitate robuſtiſſima, quibus vt æſtimaret ſubductis modicillum roboris ſupereſſe *Cazimiro*. Aiunt ergo: inter ipſum & fratrem intemeratiſſimum fœderis pignus reperiſſe vnicum duntaxat; fratri non abnuat campeſtrium Kuiauiam Prouinciolam, quæ *Leſzkone* decedente cognationis ratione illi competeret: *Leſzkonis* enim erat, cuius languorem non principatus deinceps deceat, sed miſerioris qualecunque vitæ ſolatium, Hoc pacto initiſſe vniuerſæ controuerſiæ intrant finem. Cæterum *Cazimirus* deliberatoriis reſponſum iudiciis ſuſpendit. Interim illi *Leſzkonis* Procuratorem, ac militiæ Principem, cuius prouidentia totus illius regebatur Principatus, ſecreta collocutione conueniunt, rem quaſi ratam a *Cazimiro* habere detegunt; mentiuntur *Cazimirum* ægrotantis nepotis poſſeſſione fœdera fratris mereari: *Delibera*, inquiunt, *quid eligas? Nam ſi conſentis, quod abſit, conditione pupilli ſeu adulti contra ius deteriore facta, te ipſum ipſo iure a tutela ſeu cura ſubmoues. Si autem renuis, inextricabili hoſtilitatis labyrintho te apud* Cazimirum *inuoluis. Nam* Mieſzko *tam iniqua horret taxare commercia eius. Si ſapis, patrocinio tutus eris de vtroque.* Igitur *Leſzko* ſuaſu procuratoris cum vniuerſitate ſui potentatus in patrocinia *Mieſzkonis* transmigrat, & *Mieſzkonidem* permiræ tam induſtriæ, quam elegantiæ iuuenem *Mieſzkonem* ſui ſucceſſorem Principatus teſtamento inſtituit. Sed iuuenis, expectationis victus tædio & ſuimet impatiens principem ſeſe mox gerere cœpit. Quod *Leſzko*, licet æger, ægre ferens ad *Cazimiri* pedes pœnitentia reductus, pronus aduoluitur: *Peccaui*, inquiens, *Pater in cælum & coram te, nec ſum dignus vocari filius tuus, fac me ſicut vnum ex mercenariis tuis.* Quem princeps humaniſſimus eum lacrymis exoſculans, exceſſum

A defectionis ignoſcit. Nam & mulier, vt ait lex, breui reuerſa, nec creditur diuertiſſe. Tum *Leſzko* paterni religionem teſtamenti pia veneratione confirmans propriæ quoque teſtationis robur adiicit, quo *Cazimirum* ex integro ſibi ſucceſſorem pronunciat, quod ſupremæ voluntatis arbitrium dia ſupremo concludit. Vnde nimirum priore teſtamento, ſeu codicillo, nihil egiſſe viſus eſt, quia prius legatum virtute poſterioris expirat. Nec enim creditur conſenſus, niſi duret conſenſus.

COMMENTARIVS.

Mieſzko ſenex inimicos *Cazimiri* ſubordinauit, qui ſe ſeruituti fideliſſimæ *Cazimiri* præſtiterunt. Quam fidelitatem aſtruentes *Ca-*

B *zimiro* conſuluerunt, vt Kuiauiam *Leſzkonis* Ducis Mazouiæ ſui nepotis, tunc ægrotantis fratri ſuo *Mieſzkoni* ſeni jam Ducatum Gneſnenſ. occupanti litem redimendo traderet: Qua donatione facta amplius inter eos quæuis controuerſia & pax ſempiterna perduraret. Super qua dum *Cazimirus* deliberat, illi mentientes *Sironi Leſzkonis* tutori, hæc quaſi rata referunt, eidemque *Sironi* conſulunt, vt ſi vellet & *Leſzkonis* obtinere tutoriam & *Cazimiri* non timere inimicitiam ad *Mieſzkonis* ſe deberet conuertere tutelam. Cui, dum ipſorum conſilium *Leſzkoni* conſulit, vt ad *Mieſzkonis* tutelam committat, Kuiauiam a ſe abſtrahere per *Cazimirum* non permittit. *Leſzko* igitur cum conſilio *Sironis* ſui tutoris ſequitur inten-

C tionem *Mieſzkonis*, *Mieſzkoni* ſe committit, & filio *Mieſzkonis* iuueni, *Mieſzkoni*, Mazouiam & Kuiauiam poſt ſui deceſſum teſtamentaliter tradit. Qui *Mieſzko* ductus ambitione victusque expectationis diutinatione adhuc *Leſzkone* viuente cœpit ſe principem gerere. De quo *Leſzko* dolens, dolum inter ſe & *Cazimirum* ſeminatum reperit. Pœnitentia igitur ductus ad *Cazimirum* recurrit, & gloria ipſius obtenta *Mieſzkonem* eiicit, *Cazimirumque* ſuum patruum ſucceſſorem legitimum Ducatus Mazouiæ & Kuiauiæ facit. Et hoc vltimo die vitæ ſuæ in morte concluſit, iuxta teſtamentum per Patrem ſuum *Boleslaum* conditum, vt habetur ſupra lib. 3. epiſt.

D 31. Et ſic per teſtamentum poſterius priori derogauit: meliorisq; roboris prius teſtamentum effecit. Conſtitutio enim poſterior derogat priori, & teſtamentum quod fit in morte, efficaciſſimum eſt, & omnibus derogat.

CAPVT XIV.

De Cazimiri miranda ac ſtupenda victoria per bellum admiratione dignum obtenta.

SIc fratrum non ſopita ſed aliquantiſper interpellata diſcordia, hoſtem natura aſſerens otii torporem, ad exteriora ſeſe applicat virtus *Cazimiri* patria dedignata limitari ergaſtulo. Qui Ruſſiam ingreſſus primam Breſtenſiam vrbem aggreditur, tam viris, A. C. 1182.

quam

1182. quam arte ac loci ſitu munitiſſimam obſidio-
num vndique arctat anguſtiis; quam ſororis
ſuæ primogenito à fratribus per errorem eie-
cto reſtituere inſtituit, matre ob clandeſtinas
odii cauſas filium non eſſe mentiente, ſed pro-
lis deſperatione ſuppoſitom. Quæ res etſi
veritati præiudicium non pariat, apud pluri-
mos tamen eius opinionem grauare viſa eſt;
vnde ciues, indignum aſſerentes quendam ſpu-
rium Principibus debere principari, acertime
rebellant: ſed & exercituum duces plurimum
in illo ſcandaliſantur. Cuius occaſione ſe-
ditionis fremitus conſtrepit & in ſacri Palatii
Principem, ſummæ virtutis virum, *Nicolaum*
attollitur. Indignatur enim eius veſania non
conſilio, tanti maieſtatem Principis in id in-
ſipientiæ deſipuiſſe, vt manſeri cuiusdam con-
tra filios cauſam, non nepotes, elegerit aſſu-
mere, vt vilis lucelli gratia Lechitarum glori-
am tantam diſcriminoſis tam ſordidis proſti-
tuerit commerciis. Nec deſunt, qui perti-
naciſſime aſtruant illum cum hoſtibus de
prodendo exercitu pepigiſſe. At vero vir
fortis ac induſtrius quædam illorum pruden-
ter dicta exterminat, quædam æquanimus to-
lerat, nonnulla diſſimulat, ne ſeditionarius
magia videatur communis coadiutor propo-
ſiti. Aduolat interea quidam velitum, qui
non pauca hoſtium agmina, non pronunciat
quidem, ſed cominus imminere indicat & de-
iurat. Adeſt namque Dux Belziæ *Vſeuoldus*,
cum principibus Laodomirienſium, cum Ha-
licienſium præcipuis, cum electis Tibiano-
rum turmis, cum Parthorum millibus vrbia
ſubſidio. Videre videor prominentium ne-
mus lancearum, illa Barbarica Beltarum inſi-
gnia, illam armorum rutilaotiam, ordinatiſſi-
mas agminum acies, adeoque modeſtos, adeo-
que tranquillos, acierum proceſſus, vt immo-
biliter moueri videantur, quatenus caſtris
obſidentium ſenſim irrumpant, aut inſtructio-
ne prælii diſciplina gloriam victoriæ nanci-
ſcantur. Quorum occurſui mox belli claſſi-
cum inſonare iubet *Cazimirus* arma capeſſit,
Bucephalo impiger inſilit, in hoſtem non ſuf-
focatum intrepidus ac impauidus progredi-
tur ſuorum quibusdam obſidionis ſtudio in-
tentis, nonnullis in vrbis exploratione occu-
patis & aliis cauſis paſſim vndique diſparſis.
Stupenda prorſus audacia, ne dixerim temeri-
tate, in manu tam perpaucula, ſuis pene omni-
bus ignaris, cum tot hoſtium millibus pene
ſolus congredi non formidat, cum partitarum
nimbi ſagittarum grandine denſius; horren-
tibus vndique ſtridoribus, occurrant. *Non
difficulter*, inquit, *ſocii veſparum examina
diſſipat Veſparius; imo ſolus Griſalionis aſpe-
ctus imbecilles miſerrimculorum turmas diuen-
tilat.* Findentis igitur inſtar fulminis, pri-
ma partis aduerſæ acie fuſa, muros armorum
ferreos cuſpide tranſcerebrat, enſe diſſecat,
hoſtes quaſi agni fœnum humi proſternit.
O rem non minus fidei quam ſtuporis plenam!
Non illum tantus robuſtorum impetus obruit, 1182.
non tanta incurrentium moles obterit, non
A tanta mucronum acies tranſuerberat, non
tam denſa telorum ſpicula confriogunt, non
torquentium preſſura torcularium exanimat,
ſed frendenti nefrendo perſimillimus, quos
canum aſſequitur, quosque propria rabies im-
pellit, dente tranſuolat fulmineo. Qui non
victus nec vinceudo fatigatus, frementes in
ſe fluctus hos excipit, illos modo ſcopuli re-
tundit & obterit, cuius alliſiooe omnis pro-
cellarum rugitus, omne pyraticum robur col-
liqueſcit. Quippe vincit conflictu lapis ollam,
quo icta,

Quæ cum rupe gerit prælia teſta perit.

Tum demum longius perſtrepente belli di-
ſcrimine ſucceſſim accelerant *Cazimiridæ*,
propriæ ſidus gloriæ quaſi iam extinctum lu-
B gent. Qui victricis viſo aquilæ ſigno, per me-
dios cadauerum ſtrages gratulabundi pene-
trant, tantoque victorioſius inſtant, quaoto ho-
ſtis ſuo cadit ictu. Petra ſtat inuicta, feriens fe-
ritur olla; quod glorioſius conſpicantur Prin-
cipem triumphaiſe; adeo vt de tot millibus
hoſtium, vix Pegaſi agilitate ſolus illorum
Princeps euaſerit. Omnes aotem ſatur cruoris
gladius abſorbuit, aut inuodatior fugientes
vndarum torrens inooluit, aut victor ſuppli-
cantes vinculia mancipat iuxta prognoſticon
auguris ipſorum. Qui pridie, quando bellum
eſſent iogreſſuri, ſuper belli exitu ab eis con-
ſultus, lugubre fore portendi exitium, in extis
C phiſiculantibus fuerat auguratus. Quod illi ho-
ſtibus portendi non ſibi arbitrantes in id di-
ſcriminis prolabuntur, eodem nimirum auo-
landi ſcelere, quo Saul Samuelem à Pythoniſſa
reſuſcitatum conſuluerat, Iſrael inclyti & arma
bellica in mootibus Gelboe ceciderunt. Sic
tam vrbe potitus, quam victoria, qoem propo-
ſuerat Principem inſtituit. Sed modico tem-
puſculi interiectu, Princeps inſtitutus veneoo
à ſuis propinato extinguitur. Extincti Prouin-
cia fratri eius Duci Laodomiriæ *Romano*, ra-
tione obſequelæ indulgetur a *Cazimiro*.

Vinc. Kadlubkonis Hiſt. Pol. Lib. IV.

COMMENTARIVS.

Bellum hoc *Cazimiri* ſic accidit. *Boleslaus
Krzywouſty* duas vxores legitur habuiſſe. Pri-
D mam filiam cuiusdam Principis *Vonſcii*, inter
Nobiles Ruthenorum, de qua *Wladislaum* ex-
ulem, & vnicam filiam generauit. Poſt cuius
deceſſum *Henrici* quarti Imperatoris Romano-
rum ſororem ſibi in vxorem ſociauit; de qua
quatuor filios, ſcilicet *Boleslaum Criſpum*, *Mi-
eſzkonem* ſenem, *Henricum* primum & *Cazi-
mirum* ſuſcepit. Illam filiam de Ruthena ge-
nitam *Boleslaus Colomanno* Regis Hungaro-
rum filio matrimonialiter copulat: cui nomi-
ne dotis Caſtellaniam Geluſenſem aſſignat:
& Rex Vngariæ ratione donationis nuptia-
rum vxori filii ſui terram Przemislienſ. donat:
Et nihilominus eundem *Colomannum* Rex *Bo-
leslaus*, vna cum Rege Vngarorum, Halicienſi-
bus in Regem præfecerunt. Quæ filia *Boleslai*

1182. cum eodem *Colomano* Rege Halicienſium vnum filium habuit. Defuncto autem dicto, *Boleslaus Criſpus* frater Reginæ Halicienſis prædictæ, ipſam cuidam Principi Ruſſiæ tradiderat in vxorem, de qua plures filios procreauit in Halicienſi regno exiſtens. Et dum ille primogenitus nepos Regis Pannoniorum Ragnum Halicienſe a fratribus ſuis & a vitrico poſtulauit ſibi reſtitui, ad ipſum pertinens ratione primogenituræ & ex paterna ſucceſſione, mater aius ad iuſſum viri, vt creditur, negabat ipſum filium eſſe ſuum, aſſerens ſuppoſitum gratia complacendi viro ſuo primo: & ob hoc ſucceſſio ſibi in Regno Halicienſi negabatur. Qui primogenitus ad auuoculum ſuum *Cazimirum* recurrit, & ſuas ſibi inimicitias & confuſiooes expoſuit. *Cazimirus* igitur auuncolus eius dictis ſororis incredulus nepotem ſuum regno reſtitui curauit, propter hoc bellum, de quo agitur, mouit: etiam vt omni naturæ contrarium & deſtructiuum auitaſſet & DominiumRegni Poloniæ dilataſſet. Ad quod quidē bellum, AonoDomini 1182. proficiſcens, primo Brzeſtenſem Ciuitatem eſt aggreſſus, circa quam quosdam obſides, quosdam vero exploratores relioquens, alios autem hinc inde prout expedire videbatur dirigens, ſolus cum perpaucis Haliciam procedere voluit. Cui *Vſeuoldus* Dux Belziæ cum PrincipibusLaodomirenſibus, & Primatibus Halicienſibus electorumque Tibianeorum & Parthorum io mirabilibus turmis occurrit, bellumqua campeſtre, de ſua multitudina confidens, cum *Cazimiro* geſſit. Quorum primas acies *Cazimirus* impetuoſe ad ioſtar ſulminis transuerberauit, vt litera deducit, & tandem de omnibus feliciter triumphat. Quod inquam bellum Cazimiricum prædictisPrincipibos ſe perſimile habuit, ſicut bellum ollæ cum lapide. Quanquam enim lapis ſit paruulus, tamen magnam ollsm concutit, & ſolus manet illæſus. Sic *Cazimirus* locum& morem lapidis gereos Ruthenos locum & morem ollæ gerentes occidit & penitus ſuperauit, & in nihilum redegit, vt clare litera deducit. Poſt quorum victoriam Vrbi Przemislienſi ac Regno Halicienſi primogenitum ſororis ſuæ eiectum eisdem præfecit, & Dominum ipſorum inſtituit. Qui poſt *Cazimiri* receſſum auuoculi ſui veneno, a ſuis ſibi propinato eſt extinctus. Poſt cuius mortem *Cazimirus Andrea* dicto Romaoo, Principi Laodomiriæ fratri eiusdem primogeniti, ſuo ſimiliter nepoti, Regnum Haliciæ ratione obſequelæ contulit, & donauit.

Circa literam aduertendum. Duplex cauſa in principio tangitur literæ, quare *Cazimirus* contra Ruthenos bellum mouerat, & ad ipſos ſic expugnandos coosurrexerat. Prima, propter torporem ocii deuitaodum. Vnde *Polycr.* lib. I. cap. 8. *Exercitatio ſiquidem parit & alit, præſtabitque quietis gratiam, qua otii continuatione, & quodam inertia ſua marcore perimitur. Vtrumq; in deſideriis eſt omnibus ocioſis, cum & omnis ocioſitas inimica ſit animæ, & de domicilio omnia ſtudia virtutis dimittat.* Se- 1182.
A cunda cauſa, propter virtutem exercendam; *Virtus enim, ſecundum Guidonium, terminis non clauditur, quæ ſi terminis non clauderetur, iam virtus cenſeri non meretur.* Virtus ergo *Cazimiri* patriæ limitibus dedignata limitari ad exteriora ſeſe explicat, vt litera docet.

Secundo notandum, Deut. 18. Si ſurrexerit in medio Propheta, aut qui dicit ſe ſomnium vidiſſe, & prædixerit ſignum atque porteotum, & veniret quod locutus eſt; Non audias Prophetam aut ſomniatorem. Ex qua lege diuina plane habetur, quod illa, quæ ab auguribus ſeu diuinatoribus dicuntur, non ſic accipienda ſunt, vt fiant, quæ præcipiuntur ab eis, aut quæ
B coluntur ab eis, quia non ſecundum Deum talia dicunt, vt fiant, ſed magis ſecundum Diabolum mendacem & deceptorem. Vnda ibidem inquit Dominus: Ariolos & Magos ne patiaris viuere.

CAPVT XV.

In quo Cazimirus Laodomiro fugato, Romanum Principem Regem Halicienſem inſtituit.

Quem ob meritorum inſignia, Regno quoque Halicienſium *Cazimiri* liberalitas inſignit, Rege ipſorum *Laodomiro* in exilio profligato, qui a *Bela* Panneoiorum Rege reſtitutionis implorat ſubſidium, illico Rex non tam exulantis commiſeratione, quam Regni ambitu Regem ſubſtitutum propulſat, Regnum occupat, filium inſtituit exulem, ne ſit impedi-
C mento vinctum ergaſtulo in Vngaria includit. Qui cuſtodia muneribus illecta clanculum tandem elabitur, & vix demum per plurima iactatus laborum diſpendia in ipſo confragoſioris vita periculo, vt ſyrtis vertebatur, portum ſalutis reperit. Vnde conceptus eſt languor, inde oatum eſt languoris remedium. Hic ſiquidem quodam temeritatis impetu limites *Cazimiri* cum latrunculis quondam irrepſerat, & raptas illuſtrium fœminas trans vltima Barbarorum exterminia iure prædocinii diſtraxerat: defloratos taceo virginum floſculos, quosdam etiam immaturos, proſtratam ſileo matronarum pudicitiam, ſanctuarium profanatum, ſacrificii miniſtros inter ſacra in ſacris infulis à cornu altaris pertractos, ſacerrimi fœdatam re-
D ligionam temporis, imo Reginæ cœlorum ignominiam. Sacro Aſſumtionis die tam execrabile flagitium ſacrilega non horruit; irreuerendiſſima calcare reuerentiam eius tanta impietas; quam ob cauſam idem ſceleris auctor in exilium aſt à *Cazimiro* actus. Non iniuria igitur ſeueriorem eius indignationem trepidare debuit, in cuius maieſtatem curſu tam temerario impegit: quia tamen ad piiſſimum *Cazimiri* numen ſupplex confugit, deſperatæ licet veniæ, ſucceſſus illi noo defuit. Non ſolum enim temeritatis indultioni, ſed & conſolatricis beneficium gratiæ, apud ſacrum Principis oraculum aſſequitur. A principali namque ſerenitate

miſſus

1181. miſſus eſt Palatii Princeps *Nicolaus* ille famoſiſſimus, & filium Regis, quod cunctis videbatur orientalibus impoſſibile, cum omnibus Pannoniorum pompis, ac poteſtatibus potenter eradicat & exulem Regno reſtituit. Sic manus eadem huic vulnus opemque tulit. Vnde cuncta orientalium regna tantus horror concuſſit, vt omnes ad *Cazimiri* nutum plus quam tremulum ſolium contremiſcerent.

COMMENTARIVS.

Cum poſt mortem primogeniti ſororis *Cazimiri*, *Cazimirus Romanum* Principem Laodomirienſ. fratrem eius, nepotem ſuum, Regem Halicienſem inſtituit, *Laodomirus Romanum* de eodem Regno expulit. Quo audito *Cazimirus* potenter Ruſſiam ingrediens, *Laodomirum* de Regno Halicienſ. fugam inire coëgit. Quo fugato *Romanum* viceuerſa ſororis ſuæ filium de ſecundo viro genitum Haliciorum Regem inſtituit, & ſubacta Ruſſia ad propria feliciter remeauit. *Laodomirus* vero a Rege Pannoniorum reſtitutionis implorat auxilium. Rex vero Pannoniorum *Bela Laodomiro* minime compatiens, ſed potius Regnum Halicienſ. ambiens *Romanum* eiecit, Regnum vero Halicienſ. occupauit & filium ſuum regem in Regno eodem conſtituit: *Laodomirum* vero exulem, ne filio ſuo noceret, victum ergaſtulo includit. Qui carceris ſqualoribus nimium anguſtiatus, cuſtodibus munera promittens captiuitatem euadit, & ad partes Ruſſiæ furtim rediens, bonis tantum patrimonialibus contentus fuit. Quadam tamen temeritatis audacia aſſumta limites Regni Poloniæ cum quibusdam latrunculis inuadens raptas illuſtrium fœminas & vaſa ſacrilega intra barbarorum regiones vltimas tranſtulit, vt latius in litera patet.

CAPVT XVI.

In quo, quomodo Cracouita derelicto Cazimiro Mieſzkonem ſenem in Principem ſuſceperunt, & quomodo idem Cazimirus Principatum Cracouienſem & totius Pol. Regni recuperauit, oſtendit.

A.C. 1191. PORRO tam ſuperexcellentis gloria tituli, quantum ille gratiæ concepit, tantum peperit inuidiæ. Quidam enim, quod in ſe virtutis aſſequi nequeunt, in aliis inſectantur. Adeoque infremuit olim conceptæ ſeditionis virus, vt ſeptuaginta ſatrapæ in huius columnæ coniurauerint excidium. Cuius quaſi cuiusdam Solis occaſu, ſuas æſtimant vmbras poſſe clareſcere. In quem ne gratis, ne ſine cauſa factionarî videantur, cum nec veras, nec veriſimiles habeant rationes, quasdam nugaces, ſecundum non cauſam vt cauſam, congerũt. Ineptias allegant; per ipſum omne huius Regni decus peſſundatum, omne decoris firmamentum eneruatum aſſerunt, Regis Pannoniorum fœdere ſoluto, prorſus huius Regni ſecuritatem expiraſſe aiunt; Gallicienſis hoſtis reſtitutione omnem Lechitarum gloriam declinaſſe, quem potius deceret patibulo ſuffigi, quam Regno ſublimari. Addunt, illius faſtum arrogantiæ à nemine ferri debere, qui Senatus non inſpecta A reuerentia, qui celſiorum non tam ſuperata, quam ſuppreſſa celſitudine ac deiecta ſuam eo lotenus efferre contumaciam minime erubeſcat. Cæterum ſpectata illius erga Rempub. diligentia, experta fidei conſtantia, probariſſima ſtrenuitas & omnibus non incognita innocentiæ virtus omnia illorum figmenta in auras exuſlant, ſolo vtpote inuidiæ fremitu conflata, nec aliquo probabilitatis pondere ſubnixa. Nihilominus tamen, quod vi nequeunt, dolo peragere inſiſtunt. Nouerant enim ſtante *Cazimiro* illum cadere non poſſe. Vnde ſubtilius aggreſſi propoſitum, clam in *Cazimirum* proditione conſpirata ipſum conſpirationis caput Cracouienſium præſidem ſub quadam defectionis occaſione ad *Mieſzkonem* transmigrare B iubent, aptum proditionis tempus cautius aucupantis. Itaq; remotioribus Principe occupationibus intento, nece interemtum fingunt, varias necis cauſas ſimulant, cum *Mieſzkone* præſidem aduolare ſuggerunt, vrbem amicis exhauſtam *Cazimiri* occupare intendunt. Cui præſidium Venerabilis Cracouienſ. Antiſtes *Fulco* cum paucis amiciſſimorũ anticipat, quo conſtantiſſime proditoribus rebellante, proditorium tandem flagitium perpetratur. Traduntur ciuitas, produntur municipia; faſces, præfecturas, tribunatus, conſularia decus ac Senatorias Dignitates, omnesq; magiſtratuum poteſtates, proditionalia monſtra vſurpant. At vero ſidus, occidiſſe quod mentiti ſunt, ea tempeſtatis caligine rutilantius enituit. Nam etſi C vir fortis quandoque langueat viribus, nunquam tabeſcit virtute; duabus etenim ab oriente accitis aquilis, edaces arcet vultures *Cazimirus*, & coruos abigit perfidiæ.

Audito ſiquidem *Cazimirum* reuixiſſe, imo cum Duce Laodomiriæ *Romano* & Principe Belziæ *Vſeuoldo* cominus imminente, noctis compendio fugam ineunt Mieſzkonidæ: quibus inuicti Bohemorum Ducis *Conradi* copias occurrere fame crebro intentans nonnihil formidinis incuſſerat. Hic enim tantus ac tantæ Virtutis princeps fuit, vt eius nutu Romani cardo verteretur Imperii, vtpote quem vi-D ctorioſus Romanorum Imperator *Fridericus* in atrociſſimum Dominici ſepulcri hoſtem Zoldanũ proficiſcens, Imperialis coadiutorem celſitudinis filio ſuo Regi *Henrico* præ cæteris Principibus deputauerit. Qui cum eſſet frater iugalis *Cazimiri*, nullo pacto amiciſſimorum intimi aut negligere debuit, aut diſſimulare potuit iniurias. Quo tantum pro neceſſariis Imperii detentionibus perplexo, nec fictas nectente moras, *Cazimirus* Cracouiam intrepidus adit, quam eo, quo obſidionibus cingit, momento recuperat. Non vides clementiſſimam, *Cazimire*, Numinis præſentiam? En vrbem tot electorum tuentur præſidia, omnibus adminiculorum ſtudiis inſtructiſſimam, omnium copiarum inundatione

1190 vbèrrimam, omnes roboris exercitatiſſimi, omnes coniurati; omnes animoſitate frendentes; omnes vnanimiter in necem proni, omnes vna in *Cazimiri* perniciem armati. Auget illis robur hinc Mieſzkonides præſidiorum Princeps; inde conſiliorum ille artifex vrbis præfectus; ſtimulat illum regni ambitus, armat iſtos pugio malitiæ; omnibus rebellandi ſuggerit animum penes *Cazimirum* veniæ deſperatio. Tum vero lixarum quidam quaſi quodam leuitatis exercitio è caſtris obſidionum euolans vallum tranſilit, aggerem ſuperat, muroque annixus exerit tuniculam; Vrbis imitatur incendium; ſubito ingens ab excubiis clamor attollitur vociferantibus vndique vrbem flagrare incendio. Vbi nunc illa, ô viri, ſtrenuitas? Vbi tam nuper feruens animoſitas? Vbi plus quam leonum frendens illa atrocitas? Omnes repente attoniti, omnes tanquam fulminis ictu percuſſi, tanquam flammarum denſiſſima inuoluti caligine, cum nihil omnino agatur periculi, vltro in manus hoſtium e muris præcipites iactantur, nonnulli valuis patulis paſſim in vincula proſiliunt. Ingenioſus ille artis magiſter e Baſilica, in quam ſe tremebundus coniecerat, ſemiuiuus protrahitur, aquilarum auiditati exponitur; quarum vnguibus in Ruſſiam, inde in Pannoniam per miſeras exilii vices defertur; quod ſanctiſſimus olim *Gerko* ſpiritu prædixerat Prophetico. *Alioquin abſorptabere*, inquit, *ſicut gallus gallinaceus, qui nido matrem arcet, a nido pullos fouens alienos.*

COMMENTARIVS.

Capitulum hoc diuiditur in quatuor partes principales. In prima oſtendit, quomodo Cracouitæ ducti inuidia, comitem *Nicolaum* virtutibus relucentem conabantur de Regno fallaciter eiicere. In ſecunda parte oſtendit, quomodo nedum *Nicolaum*, ſed etiam & *Cazimirum* nitebantur a Regno alienare. In tertia parte oſtendit, quomodo *Cazimirus* Principatum & Regnum nutu Dominico acquiſiuit, & in principem traditionis Prophetia adimpleta fuit. De quo ſatis euidenter in textu.

Circa literam notandum: Quanquam ſecundum Philoſophum 2. Ethic. & *Tullium* in Rhetor. Virtus ſit habitus, quo quis bonus exiſtit & opus ſuum bonum reddit; imo ſecundum *Polycr.* lib. 3. c. 9. *Virtus eſt quaſi quidam radius ſolaris, in vſum omnibus datus, qui omnia, quo attingit, charitate ſua facit eximia.* Nihilominus tamen ſecundum *Iacobum* in Zophilagio parte III. c. 1. *Ipſius virtutis comes eſt inuidia.* Africano ſiquidem induſtria dedit virtutem, virtus gloriam, & gloria æmulos comparauit. Vnde dicit textus: *Quidam* vtpote inuidi, *hoc quod in ſe aſſequi virtutis nequeunt, in aliis inſectantur.* Quapropter ſi inuidi haberent oculos & aures, in omnibus ciuitatibus, de omnibus felicitatibus, torquerentur. Quot enim ſunt felicium gaudia, tot inuidorum gemitus & lamenta. Narrat *Valer. Max.* lib. 7. Quod cum *Fabius* Regem *Antiochum* claſſibus priuaret, Sed per hoc quid ſibi profuit? Nunquam melius fuiſſet, ex quo Victor erat, ſi pactum proſpere tenuiſſet. Hoc tamen inuidia fieri non permiſit, quæ nullum bonum permittere poteſt; ſicut nec Dominos Cracov. permiſit virtutibus *Nicolai* Comitis fauere, ſed eos inflammat virtutes eius odio habere. Qua quidem inuidia ſtimulati, nedum dictum *Nicolaum* perſequi & de regno eiicere ſunt conati, ſed & principem ipſorum Sereniſſimum *Cazimirum* alienare, & *Mieſzkonem* tyrannum aſſumere ſunt impulſi. 1191

CAPVT XVII.

In quo oſtendit, quid Cazimirus fecerat cum his, quos vrbe acquiſita cum toto Regno in captiuitatem acceperat.

NAm Nepotem cum omni ſuorum Vniuerſitate captiuitate emancipat, commeatibus inſtruit, fratri quaſi peculiare munus remittit, vrbe ac municipiis, quæ frater occupauerat, receptis. Plurimum vero liberandis profuit viri clariſſimi oratio præinſignis *Petri* Archiantiſtitis. Cum enim omnibus pene fixa ſtaret ſententia, vel exiliis diſtrahi, vel ergaſtulis captiuos debere includi, aut exquiſitis exponi ſuppliciis, aut certe tolli ſeditionum ſeminaria. *Non ſic*, inquit Petrus, *filioli, non ſic. Iniquum eſt, vt iura Pietatis impia vendicet ſeueritas; præſertim cum ſit honeſtior beneficii exhibitio, quam vltionis occaſio. Audire quæſo libeat præclara huiuſce honeſtatis inſignia. Victorioſus Rex Epirotarum* Pyrrhus *victis Romanis ducentos captiuos milites gratis Romam remiſit, vt cognita viri virtute liberalitatem eius agnoſcerent. Magnus* Alexander *cum rege* Poro *congreditur, vincit,* Porus *capitur, qui victum ſe adeo doluit, vt cum veniam ab hoſte accepiſſet, nec cibum ſumere voluit, nec vulnera curari paſſus eſt. Quem* Alexander *ob virtutis honorem in regnum incolumem remiſit. Decet enim, vt vir fortis & animoſitate vigeat & pietate non langueat. Heraclienſium quoque non minus pietas fuit, quorum agros dum aduecti Athenienſes populantur, omnes naues repentino tempeſtatis turbine diſpereunt. Itaque cum nec à mari nec a terra cum tam pauca manu receberi poſſent, Heraclienſes eos cum vincere aut omnino extinguere potuiſſent, communitos beneficiis adminiculorum remittunt; vt quos habuerant hoſtes, redderent amicos. Si non ſapit forſitan veſtro palato ſylueſtris labruſca, & gentilitatis acerbitas, inſipidum tamen eſſe nequit ſancti exemplum* Heliſei. *Rex namque Syriæ ſæpe in conſiliis ſecreto diſponebatur contra Regem Iſraël. Quod* Heliſeus *per Spiritum Domini videns reuelabat Regi Iſraël. Sic eo docente capti ſunt multi exploratores. Quo Rex Syriæ agnito iratus miſit exercitum ad obſidendam*

1191. *dam Dotagim ciuitatem, in qua habitabat* Elizeus, *vt captus adduceretur. Mane autem facto puer* Helizei, *filius, vt quibusdam placet, Sunamitis, quem ſuſcitauerat, videns milites circa ciuitatem, ſtupidus venit ad* Helizeum, *dicens:* Pater, obſeſſa eſt ciuitas a Syris. Cui Helizeus: Noli timere, quia plures nobiſcum ſunt. *Et puer:* Nequaquam Domine. *Tunc orauit* Helizeus *ad Dominum, vt aperiret oculos pueri; quo orante, vidit puer currus ignitos, & milites in montibus multo plures quam eſſet Syri, & ait:* Vera ſunt Domine, quæ dicis. *Iterum orauit* Helizeus, *vt hoſtes cæcitate Dominus percuteret, non vt viderent, ſed quadam inſenſibilitatis ſpecie, quæ dicitur aceiſia ſiue adoacina, qua percuſſi ſunt Sodomitæ, Angelis hoſpitantibus apud* Loth. *Ad quos egreſſus* Helizeus *dixit:* Quem quæritis? *Et illi non cognoſcentes eum, dixerunt:* Nihil aliud niſi Helizeum. *Et ille:* Sequimini me, & inuenietis eum. *Illi autem ſequentes venerunt ad Samariam. Qui cum eſſent in media Ciuitatis, nec cognoſcerent, vbi eſſent, orabat rurſum* Helizeus, *vt aperirentur oculi eorum; & videntes ſe in medio Ciuitatis inter hoſtes, timuerunt valde. Dixit igitur* Ioram *Rex Iſraël ad Prophetam:* Interficiemus eos? *Qui ait:* Nequaquam. Nec enim tu adduxiſti eos in arcu & gladio, ſed Dominus in potentia ſua. Imo detur eis ad comedendum & remittantur, quod & factum eſt eis. *Viros quoque captiuos non abſimili cæcitatis caligine Dominus inuoluit, illacrymante pluſquam Propheta, cum omnium Eccleſiæ ſua de inſtitutione, ſacro Gracouienſium Antiſtite. Quis enim non cæcus euidenter iſtorum cæcitatem non videat? quibus illic flagrare viſa ſunt incendia, vbi nulla prorſus erant incendiorum veſtigia. Eorum ergo captiuitas diuini muneris eſt, non veſtra humanæ virtutis. Ideoque pium diuinitatis munus, pietate repræmiari conuenit, non cruenta impietatis vltione.* Omnes itaque cum omnium ſuorum incolumitate pius *Cazimirus* remittit. Quæ res *Mieſzkonis* animum tanto deinceps erga fratrem amore deuinxit, vt omnium omnino iniuriarum oblitus, fraternis gratularetur continueri amplexibus. Vidit enim *Vincentius*, qui ſcripſit hæc, & ſcimus, quia verum eſt teſtimonium eius, non credula ſolum & fidiſſima inter illos colloquia inuicem, ſed iucunda & præcordialiſſimæ plena dilectionis conuiuiorum ſolennia. Fuit autem huius Autor concordiæ ac funiculus, imo aurea catena, vir omnium virtutum, omni ſcientiæ, omni ſapientiæ quadratus induſtria, omnium morum venuſtate conſpicuus, non minus proſapiæ, quam animi generoſitate præinſignis idem *Petrus* Archipontifex. Cuius, etſi me rupero, merita dictis non aſſequar.

Quippe aplanon axe tero ſcribens Cato par-
unus Homero.

Eſt Petra namque Petri celſior arce
meiri.
Pſallant centrimetro, tot vatum ſecula Petro,
Claudicat omne metrum, non capit omne
Petrum.
Vis bene noſſe virum cæli circumſpice gy-
rum
Diſpice quoſque ſolo, ſolus hic abſque
dolo.
Nectare fons plenus, ſol ſidere blandus a-
mœnus
Sidere nectareus, nectare ſidereus.
Non bene te noſcis, bona ſiqua forinſeca
poſcis,
Omnibus omniſluo diues in orbe tuo.
Te genus extollit, beat ordo, potentia ditat,
Nobilius virtus te tua nobilitat.

COMMENTARIVS.

In hoc Capitulo *Cazimiri* clementia erga captiuos deſcribitur. Cuius quidem tantæ clementiæ autor fuit venerabilis, omni induſtria, virtutum, ſapientiæ & ſcientiæ imbutus & ſuffultus, omni venuſtate proſapiæ & generoſitatis præclarus *Petrus* Archiepiſcopus, Sanctæ Gneſnenſis Eccleſiæ, qui ſtudioſiſſime ſupplicater Regem exorauit, quatenus in eiſdem captiuis non vltionem faceret, ſed pietatem oſtenderet. Vt autem præfatus vir præinſignis petitionem ſuam poſſet effectuare, animumque illuſtriſſimi *Cazimiri* ad eandem petitionem exaudiendam flectere & ad clementiam declinare, adducit ſibi ſimilia geſta & exempla, tum per ſcripturam Poeticam, tum etiam per ſcripturam ſacram exhibita. Primum exemplum de clementia Regis erga *Porum* oſtenſa. Secundum de clementia erga Romanos exhibita. Tertium de Heraclienſium pietate & clementia. Quartum de pietate *Ioram* Regis Iſraël, 4. Reg. 6. vt patet in textu. Vnde in oratione iſta ponit tres concluſiones. Prima eſt iſta: *Melior eſt pietas quam ſeueritas.* Circa quam notandum ſecundum *Valenſem: Siue enim ſeueritas pro vitio truculentiæ ſumatur, eſt vitium clementiæ oppoſitum: ſiue ſeueritas capiatur pro virtute, vtique pietas potior eſt quam ſeueritas.*

Secunda Concluſio eſt iſta: *Melius eſt inimico bene facere, quam in ipſo vindicare.* Circa quod ſic patet. Gauiius enim homo facit parcendo, quam iniuriam debito ſupplicio coercendo. *In conſtituendis enim pœnis* ſecundum *Senecam* lib. 2. de clementia, *tutius eſt plura proponere, ut vna finitio rem comprehendat, & vt ita dicam formula excidat. Hinc eſt quod ſapiens parcit, conſulit & corripit & recte facit. Aliquem verbis tantum admonebit, pœna non afficiet, ætatem eius emendabilem intuens.*

Tertia concluſio: *Vir fortis non ſolum debet animoſitate vigere, ſed etiam pietate pollere.* Circa quod aduertendum: Si enim in eo eſt animoſitas abſque pietate, non animoſus,

1194. *Arguitur de crimine,*
Inſcribitur ex nomine,
Adiicitur innoxia.
Inuoluitur caligine
Sine viri examine,
Pænitet tot ſupplicia.

MOEROR AD IVCVNDITATEM.

Nos veteris lege viri
Sui luxu Cazimiri
Tentat ac laſciuia.
Sed nec vires demoliri
Neque viros emoliri
Fas eſt petulantia.
Crudam geſto cicatricem
Si mutui reddo vicem:
Quænam eſt iniuria?
Verba verbis cur intricem
Par eſt noſſe contemtricem
Contemtricis præmia.
Rogus rogo ce us ille,
Cibus eſto nec favilla
Vlla fuit veſtigia.
Paranymphus licet mille
Sint Charybdes, ſint & Scyllæ,
Promta promptuaria.

PRVDENTIA.

Furor furum cur hoc ſuades?
Mero cur ſic mæror mades?
Ceſſet truculentia.
Cedant lites, cedant clades,
Det amoris amor vades,
Præſide prudentia.
Anceps omnis eſt hinc inde,
Fortitudo ſed exinde
Fortibus dat fortia.
Pacta fidemve reſcinde,
Odit nouum ius proinde
Veterum repudia.
Sic venenum, fel, cicuta,
Ars veneno texit ſcuta
Contra veneficia.
Sic ſalute res exuta
Ad ſalutem reddit tuta
Duce temperantia.
Ad nos ergo vos redire
Lites, probra conſopire,
Imparat iuſtitia.
Is qui nolit obgrunnire
Iubet ſtrictum compedire
Pectorali faſcia.
Probris nunquam deſipies
Si te probus eripies
Miti patientia.

Quadam dulcis temperies
Innaſcitur ſi ſocies
A *Contrariis contraria.*

IVSTITIA.

Dulce canit hac fiſtula,
Hic iubilus amicula
Te ſibilat ad retia.
O quam dulce Syrenula
Necis vocat ad pocula
Mens abhorret ſobria.
Vita mors eſt contraria
Morte vitam inebria
Mæſta matrimonia.
Dic obſecro prudentia,
Prudens cum ſocordia
Suntne contubernia?
B *Quod ſi quando vult ratio*
Vt conſona ſit vnio
Inter diſſonantia.
Eſt magiſtra proportio
Vt muneri miniſtratio
Diſparia ſint paria.
Proportio quod conſulis
Vincis nodos in ſcopulis,
Referas ſcrutinia.
Virus ineſt his poculis,
Mors in olla, his oſculis
Sunt exitus exitia.
Quam ſis prudens met declarat
C *Quam prudenter lutus arat,*
Lauans lateritia.
Sceno gemmas da præclaras,
Sacras iunge porcis aras,
Proterit Sanctuaria.
O laborem ſic impenſum,
O delira mentis ſenſum
Manceps delirantia.
Verſa colum, verſa penſum,
Vbi nullum ſcis conſenſum,
Nulla ſcis commercia.

COMMENTARIVS.

Vincentius deſcribens hanc iucunditatis D querimooiam contra mœrorem factam vtitur vno modo prolongandi materiam, qui ſecundum *Gauiſredum* in Poëtica vocatur Proſopopœia, & eſt modus loquendi attributus impotenti loqoi ad paſſionem, vel ad iocum prouocans Auditorem. Committitur enim, quando orator cauſa prolongationis materiæ introducit res tanquam loquentes, quæ ex materia loqui non poſſunt, & tunc poteſt prouocare ad iocum vel ad compatiendum.

1194.

CAPVT XXI.

De Leſtkonis Albi in Principem Craconienſem ac totius Poloniæ electione. A

SIdere igitur *Cazimiri* occidente ortum eſt quaſi quoddam chaos, & quædam rerum ac perſonarum confuſio, quibusdam de tam inopinato euentu ſuper ſe ſtupentibus, aliis quaſi extra ſe raptis, multis velut quodam fulminis ictu ad terram doloris proſtratis. Videres plurimos imaginum inſtar prorſus exanimes, nonnullos vberibus lacrymarum imbribus inundantes: videres de vultu matronarum, virginum quibusdam ſulcis vnguium crebra cruoris proſcindi flumina, alliſos quosdam B ad ſtatuas propriis pene ictibus excerebratos; alios ferro præ mœroris anguſtia ſeſe oppetentes. Omnibus illo moriente vna & eadem commoriendi voluntas. Non deſunt tamen eodem horæ puncto quidam tacita ducentes ſuſpiria, qualiter principes vel ſatrapas ad ſua vota inclinent, vel vacantem occupent principatum; ſed in ſuis cogitationibus euaneſcunt. Nouit enim Dominus cogitationes hominum quoniam vanæ ſunt; cui nec pupilli cura vnquam defuit, neque viduæ. Igitur exequialibus rite peractis, venerabilis ille Cracouienſis Antiſtes *Fulco*, primo cum Primatibus de Regni ſucceſſione tractatu habito in C concionem omnes vocat, & vix tandem ſtrepitu ſemiſopito, ait pius: *O Proceres, dolor eſt, ſed impia doloris atrocitas. Pie quidem doletur, ſed impie ſic dolore deſipitur. Nec enim eſt deſipientior vſquam deſipiendi modus, quam crudo vulneri minime conſulere, quam de profundo naufragii nolle cum poſſis emergere. Ob quam quæſo cauſam examen ſæpe apum deſinit, ac prorſus deperit, niſi quod in locum demortui Regis alium ſubſiſtere vel ignorat, vel negligit? Vnde quædam reptilia, quæ ſtellionem habent Regem, eo vix defuncto alium mox in eius locum creant, qui primus pro Regis nece lacrymis immadnit. Multis* D *etiam eſt hodie perſolenne, prius alium eligere, quam defunctus Rex funeretur, vt ſucceſſor ſui deceſſoris funus quodam humanitatis honore ſolennius proſequatur. Quamuis enim in ſe* Cazimirus *mortuus videatur, in ſuis tamen facile mori non potuit, in quibus immortalibus vixit & perpetuis eſt victurus beneficiis: nec vitis creditur ſubciſa imo propagata, quam vini ac viuidi palmitee viuere proteſtantur. Duo namque oliuæ duo ſemper ſunt luminaria, duo filii* Cazimiri Leſzko *&* Conradus, *licet ambo paruuli, ambo inter pupillares conſtituti annos. Dignum ergo eſt maiorem natu paterna dignitate inſigniri.* Tum vero quidam vir inſignis: *Sane*, inquit, A *pater venerande, omnibus eſt amplectenda ſani ſalubritas conſilii; maxime in his, quæ dilationem non capiunt. Periculoſa eſt mora & in ſe trahit periculum. Ideoque in ſubeligendo principe nulla ſit cunctatio; ſed de perſona Principis omnium obſecro expergiſcatur vigilantia. Non enim cano vertici mentum conuenit impuberis, imo puerile eſt, vt prudentibus puerilis præſit imprudentia. Cum verbum ſit ſapientis:* Væ terræ, cuius Rex puer eſt, *præſertim, cum principem diſcretum, ſerenum, cautum & induſtrium eſſe in omnibus & ad omnia conueniat.* B *Nam ſi in minimis, puta in familiæ, domus, nauis, in vnius vel agricolæ vel nautæ regimine periculoſe negligantur, quanto periculoſius in Repub. regenda, clauſis, vel dixerim cæcis, oculis hæc ſeponuntur.* Hæc autem adſtruebat, vt *Mieſzko* ſenex, vel nepos eius *Mieſzko* iuuenis princeps ſubſtitueretur. Ad hæc vir zelo Dei plenus Antiſtes idem reſpondit: *Hæc à te, vtpote viro prudente, non ineleganter ſunt allegata. Sed in præſente articulo prorſus locum non habent, vt quæ tum demum vera ſunt, cum de eligendo agitur, non de iure ſucceſſionis diſceptatur. Prorſus enim aliud habet iuris electio, aliud ius ſucceſſorum.* C *In illa enim eſt liberrima deliberationis libertas, ac in iſta vrgentiſſima iuris neceſſitas: ab illa omnes citra legitimam ætatem relegantur, ab iſta vero nec infantuli nec poſthumi excluduntur, qui etiam omni ſolenni ſolemnitate velatum reprimit teſtamentum. Sed & id quidem, quod de regimine ac periculo Reſpub. tetigiſti, paruulis iſtis non officit. Nam ſi Reſpub. iuris teſtimonia inſtar habet pupilli, conſtat idem eſſe iuris in vtroque, quia vbi eadem eſt ratio, eadem eſt iuris cenſura. Aut ergo pupillis omnem omnino tutelam auferas, aut etiam Reipublicæ tutores non negabis.* D *Nec enim per ſe principes Rempub. adminiſtrant, ſed per adminiſtratorias poteſtates. Ideoque perimpium, periniquum eſt diſſimulare, nedum impedire, quod ratio dictat, quod poſcit vtilitas, quod iubet honeſtas, quod ſuadet pietas, quod iuris denique imperat neceſſitas: Nec impedit auita inſtitutio, qua cautum erat, vt penes maiorem natu ſemper ſit principandi auctoritas, quod per Papam* Alexandrum *&* Fridericum *Imperatorem, quamuis ius non habent apud nos condendi leges, eſt conſultum, quando vtroque ſuperſtite ſeniore ſcilicet* Mieſzkone *in eodem eſt principatu* Cazimirus *& conſtitu-*

1194. *ſtitutus & confirmatus. Non eſt igitur, quod principum conſenſum, quod fauorem Procerum, quod vota auium vel populi hæc in parte poſſit remorari.* Proinde vnanimis omnium cœlotenus alacritas attollitur: *Viuat, viuat Princeps* Leſzko *in æternum:* omneſque tanta ſerenitas lætitiæ quadam feſtiuitate perfodit quaſi præteriti nullam doloris pertulerint anguſtiam. Tanta illius dulcedo, tantus amor, tanta omnibus affectio amoris erga pupillos, vt non furor, non odium, non tribulatio, non gladius, non quæſtus, nec vllius occaſionis penitus neceſſitas ipſos ab ipſorum latere ac obſequio diſtringit. Propter quod Eubogionum primus ille comes *Nicolaus* ſumme omnibus regratians, omnes de conſtantia, de forma fidelitatis admonet & inſtruit, omneſque, ne cui ſuam in contrarium liceat mutare voluntatem, iuriſiurandi religione conſtringit. Nouerat enim vir prudens, volatile ſemper eſſe mentis vehiculum, petulantes eſſe, ac in lubrico glaciari animi affectus.

COMMENTARIVS.

Capitulum hoc diuiditur in ſex partes. In prima parte ponuntur diuerſa ſupplicia, quæ homines *Cazimirum* dolentes fatigabant. In ſecunda, quomodo nonnulli vacantem Principatum occupare ſatagebant, ſed DEO diſponente minime proficiebant. In tertia parte, quomodo exequiis *Cazimiri* peractis, venerabilis Pater *Fulco* Epiſcopus Cracouienſis omnes Regnicolas in concionem vocauit, & cum ipſis de ſucceſſu Ducatus & Dominii tractauit, inducens illos exemplis naturalibus. In quarta cuiusdam inſignis viri ponitur contraria perſuaſio, non de more ſeu dilatione, quia nulla fuit periculoſa, ſed de Perſonæ electione, qui intendebat, vt non *Leſzko* ſed *Mieſzko* ſenex, tunc occupator Ducatus Gneſnenſis, vel nepos eius Dux Opolienſis in Principem Cracouienſ. & Dominum totius Poloniæ reciperetur. In quinta parte vice verſa, Dominus *Fulco* prædicto viro inſigni replicando rationem aſſignat, cur *Leſzko* in Principem eligi debeat, vt eius argumentum contra electionis argumentum factum ſoluit & caſſat, imò modum regendi regnum per tutores dat. In ſexta parte omnium regnicolarum conſenſus & adhæſio in Principem *Leſzkonem* ponitur.

Circa literam aduertendum. Pro iſtius literæ declaratione tres ponuntur concluſiones. Prima eſt iſta: *Expedit incolis Monarchiæ, habere ſemper Principem Monarchiæ directorem*, quæ concluſio eſt Venerabilis *Ægid.* lib. de regimine Principum, c. 2. Part. 24. & probatur ratione multiplici. 1. Quia ſic incola Monarchiæ principem habet, ſeruituſque ab eiſdem incolis tollitur, & libertas creſcit & multiplicatur. *Viuere enim ſine freno & fine, ſecundum dictum Homeri eſt eſſe magis beſtiam quam hominem.* Secunda ratio; Quia ſic pax & tranquillitas regno & incolis procuratur, & abundantia exteriorum bonorum multiplicatur.

Secunda Concluſio: *Incolæ Monarchiæ, filio Principis non exiſtente, debent ſibi per electionem Principem forenſem aſſumere, beneficentia, potentia, ac virtute vehementem.* Et iſta Concluſio eſt de intentione *Ægidii* lib. 3. part. 2. c. 5. Probatur quoque ratione multiplici. Prima ex parte Principis populum regentis. Si enim Princeps videat, ſe debere principati non ſolum ad vitam, ſed etiam per hæreditatem in propriis filiis, magis reputabit bonum Regni eſſe bonum ſuum & ardentius ſollicitabitur circa tale bonum; imo quia tota ſpes Patris requieſcit in filiis, & patres nimio ardore mouentur erga filiorum dilectionem. Secunda ex parte ſuccedentis, ad quem pertinet ſuſcipere curam Principatus & Dominii. Tertia, ex parte populi, qui debet per tale regimen gubernari. Conſuetudo enim eſt quaſi altera natura, propter quod regimina ex conſuetudine quaſi naturalia afficiuntur.

Tertia concluſio: Incolæ Regni Monarchiæ filio Principis exiſtente, debent ipſum in Principem ſibi potius, quam forenſem quempiam, cæteris paribus adoptare.

Secundo notandum: Differentia eſt inter Regnum & Ducatum, quia Regnum libere ſibi eligere debet Regem & Dominum prudentia & virtutibus redimitum; & filii Regis nequicquam habent ſucceſſorii iuris, Ducatus vero tenetur filios ſui Principis in Principes & Dominos ſuſcipere: habent enim filii Ducum in Dominiis ſuorum Parentum ius ſucceſſionum: nec geniti ſolum, ſed etiam pupilli & poſthumi, qui naſcuntur poſt humationem vel obitum Patris.

CAPVT XXII.

Qualiter Mieſzko ſenex Leſzkonis ſui nepotis

ſublimationem deplangit, & ſe in Principem Cracouienſ. & totius Poloniæ eligere præcepit.

A.C.1195. CONſternatur ille ſenex *Mieſzko* his auditis & indignationis dolore humi proſternitur, ait, non ſuum apud illos dolere contemtum, non tam viam primogenituræ confuſam, quam ſuperexcellentem tantæ dignitatis mentem ſcurrili ludibrio proſtratam. Audire piget rem prorſus inauditam, rem non minus lugubrem quam ridiculam. Non enim ſine ludibrio diſſimulari poteſt tam deſipiens tam ſapientum virorum infantia. Inſautum enim eſt cum infantibus

Ludere par impar, equitare in arundine longa.

Doloris quoque non diſpar eſt ratio: *Quia cum fratre meo* Cazimiru *huius regni Coronæ ceciderit, eam non vtcunque ſubleuare, ſed in cœno & in cuiusdam lacu miſeriæ Remp. hoſtibus exponere ſtatuerunt. Nam quis luporum gregi ſine paſtore pepercerit? Secundo, quis non gemat, quis non doleat, adeo toxicata in ſe ſpicula torqueri? quis demum æquanimiter ſoluat non incautis calidiſſimorum ingenia. Infantem Principem creant, vt eo prætextu ipſis ipſi Principibus principentur, vt Regia ſtirpitus eradicata ſtirpe libero tandem potiantur imperio, vt pro vno capite tot vt ex ipſis ſuccreſcant Reges, quot capita; veſtri nempe, non mei me miſeret, o mea pignora! Veſtra me, o Proceres! non mea mouet calamitas, commune omnium hic agitur diſcrimen. Eu vos obſecundare oportet, quos vobis præeſſe decuerat.* Eisdem verbis, eadem verborum acrimonia ducem *Boleslaum* & fratrem eius *Mieſzkonem* crebro ſollicitat, & ad ſuum votum inclinat, aliorumque tam huius Regni, quam exterorum vndique venatur ſubſidia; præterea precibus precio tenetur & ambit. Scit bene murilegus, cuius genu lambit. Cracouienſis deinde magnatibus Prouinciæ mandat, vt reſipiſcant, ne arundineo innitantur baculo, vt *Leſzkonem* Principatu excedere iubeant, vt ſeſe Principem recognoſcant, & caput ſuo non congruere vniuerſo: Eligere igitur ipſos iubet, aut pacis gratuito mereri obſequio, aut gladii furorem prælii experiri periculo.

COMMENTARIVS.

Capitulum hoc diuiditur in tres partes principales. In prima parte oſtendit, quomodo ſenex *Mieſzko Leſzkonis* ſui nepotis ſublimationem deplangit, & cauſam principalem ſui planctus & doloris ponit, ſcilicet ridiculoſam, imo periculoſam ac fatuam Regni conditionem per huiusmodi *Leſzkonis* iuuenis in Principem electionem. In ſecunda parte Proceres Regni ad ſuos nepotes, videlicet *Boleslaum* Principem Wratislauienſem & *Mieſzkonem Loripedem* Opolienſem, ac alios intraneos & extraneos Principes, & alios nobiles ad ſe allicit, & ſubſidia contra Cracou. ab eis petit. Quos quidem & ſignanter Regnicolas, vt celerius alliciat, incommoda ipſis imminentia prænarrat; & præcipue ſeruitutem & illibertatem, quam quilibet naturaliter faſtidit, qui libertatem naturaliter diligit. In tertia parte Optimatibus Cracouienſ. Prouinciæ mandauit, vt *Leſzkonem* a principatu deſtituant, & ſemet *Mieſzkonem* in Principem accipiant, eiusque gratiam ſic obtineant. Secus enim ſi fecerint, prælium contra ſe mouendum ſciant, per quod pericula magna timeant, ne incurrant. 1195.

CAPVT XXIII.

De prælio inter Mieſzkonem ſenem & Cazimiridem, circa Andrzeiow in Mozgawa commiſſo, Anno Domini 1195.

AD hæc illi: *Pauidas mina damulas exanimas, meticuloſos etiam rubus lepuſculos terror exagitat; at leoni plus animoſitatis indignatio ſuggerit, plus tygridem fragor ad vires exaſperat. Acutius enim ferrum exacuit cotis aſperitas, nec dici poſſes gratuitum, quod minaci ſtrepitu extorquetur. Promtus ergo eſto: promtos ad reſiſtendum inuenies.* Pondus ineſt verbis, & vocem facta ſequuntur. Proinde augent illius partes Wladislaitæ, non tam eius amore, quam Regni ambitu & odio pupillorum. Adeſt paruulorum ſubſidio Ducis de *Wladimir Romani* pia miſeratio, non cum parua Ruthenorum numeroſitate. Meminit namque idem *Romanus*, quanta erga ſe *Cazimiri* fuerint beneficia, apud quem pene a cunabulis educatus, eodemque quo fungitur ab eo principatu eſt inſtitutus. Sciebant enim illis excisis ſuæ radici ſecurim imminere: Hinc a *Mieſzkone* ſi vicerit, illinc a Principe de *Kyow*, cuius filiam repudiauerat. Eſt autem in Cracouienſi prouincia locus nomine *Mozgawa* dictus, Andrzeiouienſi cœnobio non longe diſtans. In eo loco pineti ſiue rubeti cuiusdam interiectu

Conſundunt acies, ſtant hinc, ſtant inde Phalanges,
Stant vt nemora, ſtant pila minantia pilis.
Quorſum quæſo viri, quorſum miſeranda iuuentus?
Non furor eſt iungi, vel amore ſuo
Inter arma ruis, in te tua tela reſoluis,
In te luxuriat ſeditioſa ſitis.

O ſacrilegia, o prophanata, o luctuoſa congreſſus eiusdem ſpectacula! Non hic filiatio paternitati reuerentiam exhibet, non filiationi paternitas ignoſcit, non fraternitatem, fraternitas, non ſanguinitas conſanguinitatem, non affinitatem affinitas, non neceſſitudinem neceſſitudo, nec illa ſancta ſpiritualis cognatio ſemet-

1195. ſemetipſam agnoſcit. Omnes inuicem ſine omni delectu promiſcua ſeſe cæde interimunt. Hinc Mieſzkonides *Boleslaus* cuſpide transfi- A xus expirat: hic inclytorum gloria proſternitur, hic *Mieſzkonem* quidam gregarius miles vulnerat, quem cum occidere vellet, ille detecta caſſide ſe eſſe Principem declarat; quo ille cognito, veniam imprudentiæ petit, eumque ab aliorum impetu conſeruans, prælio declinare facit. Sed & Dux *Romanus* non ſine magna ſuorum cæde, plurium deſtitutus auxiliis, non paucis nec leuibus ſauciatus vulneribus, tum anguſtia vulnerum, tum deſperatione victoriæ cogitur diuertere. Nam in principio congreſſus ſuorum pars maxima Ruthenorum terga fugæ dederant, quod partæ victoriæ ademit triumphum, quorum plurimi non prælio intendunt, ſed Ruthenos in- B ſectantur fugientes: Quidam auiditate prædæ, quidam indignationis animoſitate. Adeſt iterum ſuis ſubſidio Wladislaides *Mieſzko* cum nepote filio *Boleslai Iaroslao*, qui nemine pene in loco pugnæ reperto, quia iam ambæ partes diuerterant, quaſi victorioſe campum obtinuiſſent certaminis, gratulantur & ſigna victoriæ illinc extollunt. Cum quibus licet in manu panca Comes *Gouoricius* congreditur, confligit, & frendentis inſtar fulminis impetum vna cum viribus nequicquam effundit. Diſpart namq; hoſtium numeroſitate tandem fatigatus non ſine gloria quadam ſuccumbit, capitur, captus abducitur, & capt ui nomine C diu tentus, vix demum a captiuitate amicorum interuentu abſoluitur. Porro iam ſæpe dictus Præſul *Fulco* inter ſpem & timorem anxius pendet, orationi propenſius intentus belli exitum in loco ſemoto præſtolatur. Qui cum quendam reuertentem vidiſſet, ait: *Bonum nuncium, bonum, proſpere nobiſcum agitur, quod eſt verbum quod factum eſt?* qui reſpondit: *Noſtros nunquam deſerat hoſtes hodierna noſtra proſperitas. Cecidit* Romanus, *primorum primi proſtrati, quidam capti, nonnulli diffugio dilapſi, totus populus noſtri exercitus mox in auras euanuit.* Cui Præſul: *Vnde ſcis* Romanum *cecidiſſe?* At ille, *Papæ!* inquit, *ego funus commilitonis patris mei non nouerim? Illud certo certius accipe, Senem* Mieſzkonem *cum triumpho, ſpoliis occiſorum onuſtū Cracouiam proficiſci.* Vix hic finierat, & ecce alius, itemque alius proferens mendacii aliud commentum. Vnde præſul tam ſe, quam ſuos aliquantulum conſolatur, dicens: *Non eſt ratio cur huic, quam ſecundo vel tertio magis credendum eſſet: aut ergo cuilibet horum creditur, aut nulli. Sed quomodo tam dicta diſſone conueniunt? Supereſt igitur, vt alicuius noſtrorum ſagacitate rem diligentius perſcrutemur.* Dicit quidam: *Praeſto ego ſum, Domine, mitte me.* At ille: *Tria verba tene: impiger, diligens, cautus eſto: Angelus Domini tecum.* Ille igitur habitu clericali ſepoſito, (clericus enim erat) ſeſe ſcurram & curſorem ſimulans pedeſtri curſu ad prælii locum transuolat, rem diligenter explorat, nunc ab eis, quos adhuc ſemiuoces reperit, nunc ab iis qui prædiciniis erant occupati. Qui cum omnia exploratiſſime didiciſſet, quanto citius reuertitur, cuncta ordine Pontifici pandit, ac digerit: *Senem* Mieſzkonem *ſub duplici onere prædæ gementem ad patria remeare, ſub onere videlicet mæroris pro morte filii, ſub onere doloris pro vulneribus in ſe ſuſceptis.* Romanum *vulneratum, non tamen lethaliter.* Quem Pontifex noctis per opaca impigre aſſequitur, aſſecutum reuocare ſtudet: ne forte ſenex *Mieſzko* ad maiorem iniuriam in iram magis incandeſcat, & viribus inſtauratis, vel per ſe vel per *Wladislaum* Regni caput occupet. Cui *Romanus: Sane Pater chariſſime: Sed gemina me vt vides impedit debilitas, vna in me ipſo corporis ob vulnera, altera in meis ob militiæ carentiam, quæ partim prælio corruit, partim fuga diſparuit.* Tum præſul: *Quid ergo conſulis?* Cui ille: *Tuam non latet prudentiam, prudentia ſerpentis, quæ maxima eſt in capitis cuſtodia. Caput ergo & cuſtodiri, & defendi conuenit, donec noſtrorum liuor vulnerum detumeſcat. Piſcis enim quorſumuis ſequitur, ſi illius filo branceam teneat. Romano* itaque ad propria remeante, primi procerum, vt craſtinus primum illuxit dies, cum paucorum quidem exercitatiſſimorum manu hoſtes quærunt vndique; quibus non inuentis, an Senem *Mieſzkonem* perſequantur, an Wladislaidas, diligentius deliberant. Sed præſulis conſilio neutrum faciendum; docet impiam eſſe tam afflicti ſenis perſecutionem. Miſerum enim eſt, miſerabile cuiuslibet infortunium ſectari; calamitas enim Senis inſectando in ſeipſa contabeſcit. Sed & ambos proſequendi nulla eſt ratio, vbi labor immenſus, fructus quaſi nullus, infructuoſiſſimam eſſe operam operis minus fructuoſi & fruſtra quispiam temporis terit in palea. Iubet ergo ad ſedem Regni properare, ne quis Regiam quaſi vacantem in turbine anticipet; nam piſcium omne genus facilius deprehenditur in turbido, ſub nubila maxime impetus cadet accipitue;

Rixantes vendunt aquilæ morticinia coruis,
Corrixans alius dat canis oſſa cani.

D Sic perſuaſi, animoſitate ſepoſita, non animo, Cracouiam cum pueris libere adeunt, & ſolennius quam ab initio ſolennitates inſtituti principis inſtaurant. Itaq; mater puerorum, tam in conſiliorum induſtria, quam rerum prouidentia, mulier ſuper muliebrem ſexum prudentiſſima pupillorum ad ſe tutelam ſuſcipit, donec maior adoleſcat, qui proximus erat pubertati. Ad huius mulieris nutum pro meritis cuiusq; faſces diſtribuuntur dignitatum; hi ſubmouentur, illi ſubſtituuntur, vt nec tribunitiæ ſine ipſios arbitrio, nec minimæ omnino concerterentur poteſtates. Tanta omnibus ergo illam reuerentia, vt ſuæ proceres obliti dignitatis, obſecundare mulieri, ac muliebres non turpes, tamen diſſimulare vel ferre mallent inepti-

1195. as, quam pueros deſererę. Non poteſt enim, quantumlibet prudentiſſimus, eſſe quandoque ſine lapſu imprudentiæ. Vnde imprudentia facilius apud prudentes veniam impetrat, quam apud imperitos. Cæterum ſæpe nominati viri, Præſul *Fulco* & Palatinus Comes excellens *Nicolaus*, cum quibusdam procerum Reipub. curam ſuſcipiunt, cuius adminiſtratione idoneis ac fideliſſimis poteſtatibus diſtribuunt, ſiluitque aliquantum terra & pacis aliquantiſper facta eſt tranquillitas.

COMMENTARIVS.

Capitulũ hoc diuiditur in ſex partes. In prima ponitur Cracouitarum reſponſio *Mieſzkoni* ſeni facta, contra quam reſponſionem vna pars contra alteram ſe cum ſuis amicis cœpit armare, *Mieſzko* ſenex cum Wladislaidis, ſcilicet *Boleslao* Duce Wratislauiæ ducalis, parte ex vna, & Cracouitæ cum *Romano* & aliis Ruthenis parte ex altera. In ſecunda parte, autores belli, videlicet *Mieſzko loripes* Dux Opolienſis & *Iaroslaus* Ducis *Boleslai* Wratislav. filius adducuntur, cum quibus *Gonoritius* vir ſtrenuiſſimus ex parte pupillorum congreſſum fecit, viriliter pugnauit, propter inæqualitatem tamen vincere non potuit, captus abducitur, & tandem interuentu amicorum ſuorum a captiuitate vix liberatur.

In quarta parte ponitur per *Fulconem* finis prælii expectatus & tandem certitudinata exploratio.

In quinta parte exitu belli cognito, ponitur *Fulconis* de pueris a *Romano* conſultatio, quid cum eisdem agere debeat, quam *Romanus* caute informat, vt ipſos diligenter velut ſerpens caput cuſtodiat.

In ſexta parte oſtendit, qualiter tractatum regimen ac tutelam matris *Leſzkonis* Cracouitæ ferre non potuerunt. Iden ne inter regnicolas & Principes diuiſio aut ſeditio fuiſſet, *Fulco* cum *Nicolao* comite Principe militiæ tutelam Regni ſuſceperunt & adminiſtrationem fidelibus ac idoneis regnicolis diſtribuunt, & ſic terra aliquantulum in pace quieuit.

CAPVT XXIV.

Qualiter Leſzko in Halicia Romanum inſtituit.

POrro dux *Leſzko* ætate proficiebat & induſtria, venaticis vtpote adoleſcens ſtudiis ſeſe ad iuuenile robur exercens. Iam iamq; in his exercitatior armorum vſum aſpirabat, qui nec dum tyro, nec miles glorioſa in ſe militiæ protulit inſignia: ex quibus illud vnum ad gloriæ cumulum ſufficit. Qui ſuper omnes Ruſſiæ Principes licet adhuc adoleſcentulus quaſi quidam Sol micuit. Eo namque temporis in lata concesſerat Dux Galiciæ *Wladimir*, hærede nullo relicto legitimo: vnde Principes Ruſſiæ quidam vi, quidam arte, nonnulli vtroque modo vacantem ſtudent rapere principatum. Inter quos Dux *Romanus*, quanto loco vicinior, tanto ſpe proximior, & ſic ambitu ſolertior, ſed quia ſeſe aliis viribus videt diſparem, Duci *Leſzkoni* obnixe ſupplicat, vt eum perpetuo famulatu ſibi obliget, vt eius obſequio cunctis Ruthenorum Principibus ac Parthorum per A ipſum partibus imperaret, dummodo ipſum non principem Galiciæ, ſed procuratorem ibi ſuum conſtituat; alioquin indubitatum ſibi hoſtem imminere non ambigat, quicunq; aliorum illic ſedem fixerit. Sed friuola viſa eſt quibusdam eius petitio, tum quia tutum non eſt parem creare de populo, tum quia res magna, res vtilis per ſe poſſidetur longe vtilius, quam alteri ſubſtituitur, nec niſi raro extraneum extraneo certum vinculum fœderis aſtrinxit, quia qui cauſa vtilitatis aſſumitur, tam diu placebit, quam diu vtilis eſt. Cæterum alii: *Duo*, inquiunt, *probant nec noſtro Principi, nec nobis eſſe* Romanum *extraneum. Nam quo pacto ex*-B *traneus dici poteſt, cum quo ſecundus conſanguinitatis gradus reperitur? Qua obſecro ratione de hoc viro ambigi poteſt, qui huius Reipub. ſemper conditor & quidam quaſi Pædagogus extiterat? Nam quid aliud docet, tempore Ducis ſummi* Cazimiri *examinatiſſima in omnibus ſua fidei conſtantia? Horrendum certe nefas eſt, vel in conſanguineo pietate deſtitui & mutui debitum proximo non reddi.* Igitur affluunt cohortes, inſtruuntur acies, mouenturq; Galiciam caſtra. Sed ætatem cauent Principis, non Principem, vtpote bellis nondum idoneam. Ideoq; ſatius ipſum interim domi iocis indulgere, quam intempeſtiue belli illaborare ſudoribus. Ac vero adoleſcens pene illacrymans, C *proh dolor!* inquit, *o Proceres; me fœmineum a vobis æſtimari non principem. Parum enim diſtat a fœmina, qui ſemper cœtus colit fœmineos: modicum audio roboris habere exercitum acephalon. Inutilis ego, fateor. Certe pila fixa ſtat in prælio, nec dimicat; omnes tamen præſentibus principibus animoſius dimicant. Vnde fama eſt quosdam ſine Rege confectos, quo in cunis tandem in prælio poſito de hoſtibus triumphaſſe. Non ergo vt Princeps, ſed vt ſignum Principis veſtra caſtra non deſeram; alioquin vel ſolo comite veſtra ſequar veſtigia.* Gratulantur omnes, virilis tantum habere animi adoleſcentem, mirantur ſinguli intra ſpicæ florẽ in tam ſpica tenella tantæ maturitatis grana, ſtupent nucem nondum teſte veſtitam ſoliditate im-D maturali nucis præferre ſaporem; ac in Duce dulcedinem Ducis indicant apiculæ, non ætatem. Nec dum Ruſſiam milites attingunt, tum Galiciæ Primi proois illi ceruicibus occurrunt, omne obſequium, omnem clientelam omnem ſudorem ac fidelitatis ſubiectionem, perpetuitatem cum omni ſatisdatione pollicentur, ipſum Regem ſuæ ſalutis præſidium adoptant & eligunt. *Eligere* inquiunt, *dignetur veſtra diſcretionis dignatio in veſtri perſona nobis imperare velitis, an in ſubſtituta. Nihil enim aliud quærimus, quam vt veſtri gloria nominis inuocetur ſuper nos, quia non poſſimus ferre iram terra; principum faſtus, ſeditiones, inuidiam.* Hæc illi, ſed in dolo, vt quaſi ſecuros & incautos occuparent; nam do- 1195.

lum

1195. lum ſubeſſe, mox ipſa res prodidit. Prima ſiquidem ipſorum oppida non ditione ſupplicant, ſed rebellione contumacius reſiſtunt; qui tan- A dem contriti & ſubacti ad Galiciam bello contomacius reſiſtunt. Quibus tandem contritis progrediuntur vltra, ſed arenæ inſtar hoſtilium numeroſitatem ibi conglobatam & glomeratam inuenerunt. Quibus Dux *Leſzko* iuberi per ſuos iubet, vt mox finibus accedant, Galiciæ autem prælium præſtolentur; qui reſponderunt: *Prælium in inſtanti.* Sed hæc illorum atrocitas vapor fuit ad modicum parens. Nam vbi primom ſere Polonorum effulſerunt acies, tota illius multitudinis animoſitas penitus contabuit, nec vlla prælii apud illos meditatio; ſed fuga in inſtanti belli, tum dilationem pacis deliberandi prætextu poſtulant & impetrant. Qui- B bus deliberatione ſuſpenſis Galicienſes principes primi ad ſcabellum Ducis *Leſzkonis* proſternuntur, nec iam ſictæ ſed ſummæ deuotionis votis principem ſibi creari efflagitant; quia ſuorum Principum iures, in quorum infinitate vixerunt, fiduciam penitus emarcuiſſe; proſpiciunt, & quem initio plusquam fulgur horruerant, Ducem *Romanum* ſuſcipere coguntur. Nouerant enim hominis aſtutiſſimi ſuper eos ſoper omnes ingenioſiſſimam tyrannidem, qui tam atrocitatis impetu, quam ambitionis ſtudio nemini ſuorum parceret. Sunt anguſtiæ illis vndique, nam nulla ſpes rebellandi, omnibus pene ſuorum ſubſidiis noctis beneficio dilapſis. In huius tyranniſſima tyrannide terrentur, C quia nemo prudens horrendis rictibus Leonis impingit. Quid ergo? Proceres precibus accumulant, argenti, auri talenta, munera, gemmas, vaſa & veſtes generis exquiſitiſſimi, omne ſericorum omne præſtantiſſimarum genus rerum offerunt, & propenſius illaturos pollicentur, ne Rutheni iugo ſubeſſe compellantur, cuiuslibet conditionis obſequium omne, tributorum perpetuitatem promittunt; dummodo huius declinent imperium. Quid enim de acerba vua, niſi ſtupor? Quid de malo ſperaueris, cuius ſuccum vt virulentũ expertus in deliciis? Sed in altum deſtinari non poteſt hoc beneficium, nulla gratiarum deuotione, nulla facultate: omnium Lechitarũ in *Romano* fixa D ſententia. Omnibus itaq; Ruthenorum primis ac præcipuis omnino renitentibus *Romanus* Princeps Galiciæ per Ducem *Leſzkonem* conſtituitur; qoomodo vero Polonis rependere ſtuduit, ſuo loco docebitur. Nam formam fidelitatis erga omnes pari coluit perfidia, in ſuos maxime crudelis: vix enim dum *Leſzko* pedem cum ſuis dimouerat, tum Galicienſium Satrapas & Iubagionum florentiſſimos incautos occupat & trucidat, quoſdam viuos terræ infodit, quoſdam membratim diſcerpit, alios excoriat; multos quaſi ſignum ad ſagittam figit, nonnullos prius exenterat, quam interimit, omne genus ſupplicii io ſuis experitur, grauior ciuibus hoſtis factus, quam hoſtibus. Nam quos palam apprehendere non potuit, pene cunctis 1195. ad alias prouincias metu diſperſis, donis, blan- A dimentis & quibus plurimum viguit, ingeniis prouocat, amplectitur, honorat, ſublimat. Mox quibusdam inſimulando figmentis immeritos præcipitat, præcipitatos tormentis iubet inexcogitato interire; ſiue vt fortunas interemtorum eripiat, ſiue vt finitimis terrorem incutiat, ſiue vt potentioribus de medio ſublatis ſecurius imperaret. Vnde ſolenne illi erat quaſi prouerbium: *Melle ſecurius vti apum non poſſe, niſi penitus oppreſſo non rareſacto examine, nec ſapere ſpecies, niſi creberrime pilo concuſſas.* Aliorũ ergo aduerſitate imo ſua proſperatus breui creuit in immenſũ, vt omnib9 pene Ruſſiæ Prouinciis, ac principibus potentiſſimis imperaret.

B

COMMENTARIVS.

Capitulum hoc diuiditur in duas partes. In prima parte *Romani* in Principem Halicienſ. conſentientibus omnibus Polonis, diſſentientibus vero omnibus Ruthenis inſtitutio. In ſecunda parte, eiusdem *Romani* contra Ruthenos truculenta perſecutio. Circa quod aduertendũ ſecundum Ægid. L. 3. c. 10. *Quanquam plures ſunt conditiones Tyranni, quibus nititur ſe in ſuo dominio conſeruari; inter tamen alias hæc eſt vna, quia laborat excellentes perimere. Cum tamen tyrannus non diligat, niſi bonum proprium, excellentes & nobiles exiſtentes in ſuo dominio non valentes hoc pati, inſurgunt contra ipſum.* Tyrannus autem, ex quo talem C ſe eſſe agnoſcit, non cogitat, niſi quomodo poſſet excellentes perimere, ne ſibi eſſent contrarii. Vt hoc fecit *Romanus:* qui nedum propter hoc excellentes perimebat, quia ſuæ electioni fuerunt contrarii, ſed etiam ne tandem contra ipſum inſurgerent.

CAPVT XXV.

Quomodo Mieſzko ſenex tertio & quarto Cracouiam cum dolo adipiſcitur.

SEd neſcio, quid ſibi velit ſenum ambitio, quorum ætas, quanto decliuius in ſe vergit, tanto celſius per ambitum ſupra ſe attollitur; quanto grauius mole premitur decrepita, tanto lenius ambitioſæ pennis leuitatis rapitur trans aëra. Nam cum omnia pene D monſtra vitiorum ſeorſim in ſe domet, cum omnibus pene dominetur, duo illi dominantur, Ambitio & Cupiditas. Vnde quidam ſapientum: Neſcio quid ſibi vult ſenilis parcitas, quia quo minus reſtat viæ, plus quæritur viatici. Siue ergo his duabus ſtimulatus cauſis, A. C. 1200. ſeu iuſte perſuaſus ductu rationis, principatum repetere *Mieſzko* ſenex inſtituit: quod quia viribus aſſequi nequit, viris ac robore impar, induſtriæ beneficio rem aggredi meditatur. Sæpe namque omnibus maiores viribus vires habet induſtria. Ideoque maiorum prius animos quadam benignitate prætentat, conciliat, & ad ſuum conſuadet propoſitum. Sed quia omnes amor adoleſcentum adeo demulſerat, vt omnium animi ipſorum ex matris animo

1200. pendere viderentur, eam ſæpe numero tum ſcriptis, tum nunciis, nonnunquam munerum importunitate ſollicitat; ait, non principandi capi gloria, ſed pro regni tranquillitate, imo pro ipſo & filiorum eius tranquilliore ſtatu ſe eſſe ſollicitum, nec aliud ſe ad præſens optare, quam vt ſeſe ſuperſtite omnium diſcordiarum fomite prorſus extincto, nullum in poſterum, quamuis occaſione oriatur incentiuum. Quod aſtruit aliter fieri non poſſe, quam hoc pacto: *Cedat mihi filius tuus principatu, quem ego in filium adoptem omnique conſequenter militia cingulo a me inſignito eundem reſtituam, ipſum hæredem legitima ſolennitate inſtituam; vt Cracouienſis dignitas, imo totius Poloniæ Principatus in tua ſtirpe perpetua ſucceſſione ſolidetur: quia momentaneum eſſe nequit, quod Princeps conſtituit, quod Principali autoritate roboratur, nihil momenti habere, quod vulgi ſtrepitu conclamatur; a quibus, quod ſumma vix difficultate conſtruitur, facillime diſſoluitur. Vix enim populi ad honeſta contrahitur conſenſus, qui tanto eſt ad ſeditionem tumultus proclinior, quanto numeroſior; præſertim cum pene ſemper ſit venalis fauor popularis. Quibus tam diu placebis, quam diu vtilis eris, tam diu imperabis, quam diu ſupplicabis. Nec perpetuus, nec ſalubris liquor, qui de humilibus carectis ac paluſtris eliquatur; quando etiam rudis brutorum natura magis naturalem fontium ſitit puritatem. Excute igitur non coronam ſed lnteam teſtam, ridiculum capitis geſtamen, arte figulorum & compoſitum & impoſitum. Aureum decet principes diadema, non fictile; maxime quod natura ſuo fabreſecit beneficio; quod tuis & in præſens & in poſterum liberis noſtræ decreuit dulcedinis liberalitas.* Et quoniam credula eſt mulierum facilitas & cerea virgultorum inflexio, his inebriata mater ac filii cedendum eſſe cenſent ad tempus principatu: tutius patris loco fore patruum venerari, quam hoſtem perpetuo ſuſtinere; ſatius eſſe patrui regnare munere, quam ex vulgi ſemper pendere arbitrio. Iuſiurandum proponitur; in medio iurat ſenex, iurant vtriusque partis proceres intemeratiſſime tenendam præſcripti pacti formam: quam qui temere tentauerit vel conſoluerit, ſeu quouis modo conſuerit, per Metropolitanum, & omnes huius Prouinciæ pontifices anathemate innodetur. Itaque *Mieſzko* ſolennibus dignitatis non ſine ſolennitate potitur, cuius deſiderio nec pacti, nec iuris iurandi viſus eſt meminiſſe. Siquando enim ratione perſuaſus vel nepotis manſuetudine deuictus, meminit, aut formam pacti vbi poteſt diſſimulat, aut vbi diſſimulare nequit, eius effectum procraſtinando fruſtratur. Rogat Dux *Leſzko* in principem inſigniri, rogat, inſtat, ratam fore patrui ſponſionem & ſe Cracouiæ hæredem in ſolidum inſtitui: factis priuatis ius publicum conuelli non poſſe. Conuellitur autem, ſi Reipub. conditio ſit deterior; quod fieri quis dubitet, ſi regni regimen adoleſcentis imperitiæ committitur. Decentius enim adoleſcentia obſequitur, quam imperat; quia vtilius paxillo palmes aſtringitur, quam liber luxuriari permittitur. Explorati enim iuris eſt, non eſſe pacto inuita; inuitum autem putari, qui conſenſiſſe non probatur. Qua ratione vero gratuitum quis iudicet, quod periculo eſt exortum præliorum? aut quis conſenſus eſt enſe iugulo imminente? Qui ergo tenet, teneat, donec de medio fiat; breuiuſculi tamen quiete gaudet, auaritia ipſum expulſante, quoniam ſenibus prædominari maxime diximus. Quia enim opibus & facultatibus aliorum inhiari ac inſidiari cœpit, vt eas quocunque ſibi colore applicaret, impatientia Ciuium a Cracouia A. C. 1201. expellitur, & Dux *Leſzko* recipitur. Sic ergo tam iuriſiurandi quam pacti contemti pœnam, quaſi quadam depreſſionis confuſione dependit. Ille tamen non immemor ſuæ artis ex parte rurſus openititur, ad matrem adoleſcentum, cuiusdam ingenii paſſibus recurrit, eiusque conſilium & auxilium explorat & implorat. Prius tamen perfidiæ ſuſpicionem extenuat & amouet; ait, pactum eſſe ſumma religione cuſtoditum, ſed ab æmulis impeditum ſe fuiſſe ac præuentum; nec ſua fuiſſe reſponſa, quæ ſua dicuntur, ſed eorundem inuidia æmulorum conficta. *Nunc ergo veſter duntaxat non deſit fauor, fides non deerit a me pollicitis; non modo Cracouiam vobis perpetuo hæreditandam proteſtor & conſcribo; ſed etiam Cuiauienſem reſtituo Prouinciam:* occupauerat enim illam idem ſenex, quamuis ad ſe minime pertineret. *Vnum*, inquit, *vnum peto, vt hoſtis omnium communis exilio proſcribatur, nec de principibus a modo facias ludibria, quando vult Principes creans, quando vult & præcipitans.* Hoc autem de comite ſignificabat *Nicolao*, quem nouerat eidem fœminæ tunc temporis exoſum, quamuis alias, vtpote virum diſcretum ac ſtrenuum, per omnia & omnium amiciſſimum non modicum dilexerit. Inuidorum tamen falſificante dolo cauſas odii contra illum conflat, & quaſi veras cum illo atrociſſime proſequitur. Ideoque ad vota ſenis omnium conſenſum inclinat, vt vir innocens exilii perpetuitate damnetur. Rurſus iterum hac ratione paciſcuntur, vt Cuiauiam in inſtanti reſtituat, A. C. 1202. in Cracouia ad finem vitæ regnet; Duce tamen *Leſzkone* ex illius inſtitutione ſucceſſuro. Sciens autem *Nicolaus* exilii ſibi imminere periculum, gratiam ſæpe ac ſæpius Ducis *Leſzkonis* ac matris eius multis modis prætendebat, quæ humillime quæſita, nec inuenta, nec ſine dolore cum plurima amiciſſimorum ſocietate ad ſenem transmigrat. Quorum acceſſione ſenex alacrior Cracouiæ principatu ingreditur; qui eandem fidei religionem poſteriori exhibuit facto vt primo. Nam nec hæredem inſtituit *Leſzkonem* Cracouienſ. nec vt ſpo-

1202. vt ſpoponderat Cuiauiam reſtituere cotaoit; imo quædam Nepotum caſtra videlicet Wisliciam & alia caſtra occupauit, aſſerens illa Cracouienſis eſſe prouinciæ, nec debuiſſe a capite membra reſcindi; quæ magnis maiorum conſiliis ac ſtudiis vix tandem ſunt reparata & Coiauiæ reſtituta. Sic *Mieſzko* ſenex Cracouiæ potitur, breui tamen in pace factus eſt locus eius, & in Sion etiam vtinam habitatio eius!

COMMENTARIVS.

Capitulum iſtud in duas diuiditur partes principales. Prima pars eſt de *Mieſzkonis* ſenis recuperatione doloſa principatus Cracouienſis; ſecunda, de eiusdem tertia cum dolo adoptione principatus Cracouienſis.

B

Circa primam partem eſt notandum: Secundum *Ægid.* lib. I. par. 4. cap. 3. *Senum ſunt ſex mores vituperabiles: ſunt enim increduli, ſuſpicioſi, timidi, illiberales, malæ ſpei, & inuerecundi.* Tamen hic Dominus *Vincentius* ſolum tingit duos mores vituperabiles ad propoſitum ſibi deſeruientes. Sunt autem ſenes primo ambitioſi, quia alios contemnunt, & ſe tam in ſcientia, quam in aliis operibus vltra omnes extollunt. Vnde *Maximianus:*

Tu me ſola ſibi ſubdis miſeranda ſenectus,
Laudat præteritos, præſentes deſpicit annos &c.

C

Secundo, ſenes ſunt auari, ſeu parci vel cupidi. Vnde *Polycrat. Monſtro ſimilis eſt auaritia ſenis.*

CAPVT XXVI.

Qualiter Mieſzko Albus Cracouienſem reſpuit Principatum.

CRacouienſium namque primi Legatos ad ducem *Leſzkonem* mittunt, & fideliſſima illi obſequia & principatum offerunt. Sed quiddam inhærebat fermenti, quod totam maſſam corrumpebat. Erat enim vir quidam proſapia generoſus, moribus inſignis, conſiliis ſtrenuus, omnium virtutum ſtrenuitate conſpicuus,

D

Gouoricius nomine, qui tunc apud Ducem *Leſzkonem* Palatina fungebatur dignitate, imo dignitatum omnium cardo ipſius vertebatur arbitrio. Inter hunc & comitem *Nicolaum* neſcio quod infortunium inexorabiles conieecerat diſcordias, ſuſurronum forſitan ingenio fabricatas, quorum ſtudium eſt virtutibus inuidere, ac promere triſtia, ſuperſeminare Zizania. Non aliter ergo *Nicolaus* ſuum ſpondet obſequium, nec ſuper principatu in ducem *Leſzkonem* conſerendo ſuum accommodauit aſſenſum; niſi comitem *Gouoricium*

1221. à ſe repellat, & expellat. Ait enim nec fidelitati nec obſequii locum eſſe inter diſ-

A

cordias, omnemque Rempub. tranquillitate gaudere, non rixis. Neſcit dux *Leſzko* & hæſitat, & ſui quid eligant, ignorat; Cracouia careat, an virum tam vtilem, virum immeritum expellat, ſed primum damnoſum, ſecundum criminoſum. Quibus conſtantibus, *indignum eſt*, inquit Comes *Gouoricius*, *in re tam perſpicua veſtram pendere diſcretionem. Nam quis ambigit multorum commoda modicello mercari diſpendio? Quis neſciat cuiuslibet perſona potius carendum eſſe, quam vniuerſitate? Quis ignorat minus malum eligendum, maxime cum publica vtilitas præferenda ſit priuatæ? Quomodo ergo vitam obiectabit pro amico, qui exilium horret pro Domino? Nec exilium dixerim, quando quis, licet exul, non amicos deſerit nec ab amicis deſeritur. Felix exulatus, quem proſequitur gratia, non odium perſequitur. Tum quiddam fabuloſum videtur quod concepi; ſed conceptum quis teneat ſermonem, quia granum eſt in palea. Tam volucrum quam quadrupedum Gripho Rex dicitur, cuius animoſitatem horrentes volucres in ramalibus ilicis cuiusdam latitabant. Vnde Gripho viſa, auiditate forſan prædæ vel indignatione animoſior, ramis eiusdem arboris iterum & iterum quodam impetu impingit; credens vel arborem ictibus proſternere, vel ramalia concruſtare, ſuo magis quam ilicis periculo. Ala enim in feriendo enodata humi non ſine dolore prouoluitur: ſero, quia in ſe didicit, quid impietas in alium perſuadeat. Cumque remedium vndelibet quæreret, adeſt vulpecula, pedetentim accedit. Quid artis magiſtra non nouerit? At ille:* Da operam regiam, ſecunda eris in regno. *Tunc illa:* Si me medicantis operam expectas, opus eſt, vt volnus detegas. *Qui ait:* Alam enodaui. *Et illa:* Inæqualitas alarum eſt in cauſa cur volare non poſſis. Deſcendat ala ſuperior ad ſtatum enodatæ, quæ ad ſuperiorem reduci non poteſt, redditaque mox æqualitate alarum, reddetur quoque volandi facultas. Approbo, *inquit ille*, quia probabilitate nititur, quod aſſeris. *Iubet ergo vulpecula, vt alam quæ eliſa eſt inter duas arbores vsque ad aſcelum infigat, & ſummo conatu in anteriorem partem toto pectore proſilire*

1202. *proſilire, ala ſed inter arbores non mota.* Audacter age, ne trepida: Salus tua in manu tua. *Credit ille, vtque iuſſus eſt, cum impetu ſeſe incerius iacit, & alam non eruit, ſed minuatim confregit. Sic itaque vtraque carens, fame contabeſcit, & a vulpibus & reptilibus corroditur.* At hæc Dux *Leſzko: Tu hanc ita proponis parabolam, quaſi mei ſit animi quocunque pacto votum ambitionis explere: ſed omne abſit a Principe nugationum genus: inhoneſta procul abſis honeſtorum commentio. Quid enim offerunt, qui hominis innocentiſſimi pretium quærunt: cum luctuoſa plena ſit euentuum dignitatum venalitas, & liberi capitis nulla ſit æſtimatio? Alium ergo, quam ducem* Leſzkonem *quærant Cracou. qui conditionibus ipſorum conueniat.*

Quo intellecto, quaſi de nullo adhuc eligendo habuiſſent tractatum ad *Mieſzkonidem Wladiſlaum* transmittunt. Aſſerunt fidelitatem patri promiſſam filio ſe debere ac dependere: nec multum diſtare, quod ad hunc articulum; attingere perſonam filii à perſona patris. Ideoque in ipſo locum electioni non eſſe, quem ad paternam vocat ſucceſſionem iuris ratio, & exigit. Quibus optime gratias agit *Wladiſlaus; gratiora ſibi, ait, tanta fidelitatis obſequia ipſo principatu. Sola enim fides eſt quæ claudit & aperit, propagat & arctat, firmat & conſeruat imperia. Hæc ſola non ſolum regna, ſed & ipſos Reges non minus regere quam regi docet: hæc ſola eſt lucerna in obſcuro, radius in ſereno, tranquillitas in turbine, ſeturitas in tranquillo: hæc eſt regalium fundamentum, regii capitis diadema, diadematis gemmarum gemma omnium præſtantisſimorum præſtantisſima, omnium præinſignis inſignium. Hac extincta omnis amicitia, ſocietas omnis, omne fœdus, omnis obſequela, omnis gratia, omnis denique omnium virtutum & decus & robur languet & expirat. Sine fide viuit, quisque nullus eſt, quia iuſtus ex fide viuit: quæ hodie quanto eſt rarior, tanto gratioſior. Veſtra itaque fidei conſtantiam ſuper omnia gratantisſime amplector, paucis in præſentiarum regratatior, totis gratiarum viribus regratiaturus in poſterum. Sed magnis in rebus non paruis innitendum conſiliis: ſatius enim velo tranquilliore nauigare, ſi ſeditionum ac inuidiæ declinantur naufragia; quorum fluctus & procellæ ſubito ſurgunt; de ſubita rerum nouitate maxime cognoſci ſolent ex indeliberatis & inprocuratis maximorum euentibus. Et quidem rem aggredimur arduam arduis egentem tam virium, quam conſiliorum adminiculis. Æquum autem eſt conſortem fore conſilii, quem oneris vis habere participem. Si ergo placet, imo quia placere omnibus debet, fratri noſtro Duci* Leizkoni *noſtrum pandatur propoſitum, quatenus non ſine effectu veſtra laborat intentio. Ipſe namque Dominus & impedimento eſſe poteſt, & profectu. Nam frater iunior Dux Mazouienſ.* Conradus *per omnia ſequitur arbitrium; ſed & Wladislaides eius nutum ſequi non ambigo. Quorundam enim etſi magnum non ſit habere fauorem; operoſum tamen eſt non habere inuidiam.* Proinde per legatos ordine rem exponit: & hanc dirigit epiſtolam: 1202.

Plusquam animæ ſuæ dilecto Duci Leſzkoni *Dux* Wladislaus, cum ſalute vitæ.

Vniuerſum ſtatus rationis non patitur ſanæ ſtatum a ſe mentis diſſidere, vel in ſemet corrixari. Quippe quæ mens, quæ ratio disſidet ipſa ſibi? Diſſidentiam enim vix admittit identitas animorum. Porro idem in nobis animæ eiuſdem indiuiduum & naturam confabricat & perpetuitas dilectionis concatenat: quæ res parem in nobis gignit voluntatem, conſonum in omnibus conſenſum. Et quoniam Cracouienſem vos reſpuiſſe principatum certo certius agnouimus, omnium in nos vota ſuper eo noueritis concurrere. Quod ad propoſitum tanto confidentius ingredimur, quanto minus de veſtra dulcedine dubitamus; non quod illo perpetuo potiamur, ſed vt promptior, cum veſtro inſederit arbitrio, ad illum vobis per nos paretur facultas. Hoc igitur in facto non eſt noſtra promotio, ſed veſtri prouentus honoris; alioquin negligere, cum posſis augere, non aliud eſt, quam minuere.

Mente huius intellecta epiſtolæ ac tenore, quicquid ſtudii in ſe vel in ſuis Dux

Leſzko

1202. *Leſzko* habere viſus eſt, fraternis deſideriis accommodat contra Pontificem, contra Primatum ac prudentum conſilia. Cer- A nebant enim ac gemebant ſucceſſionem filiorum Ducis *Cazimiri* in illa vlterius dignitate hoc ex facto expirare ipſumque contra ſuum commodum laborare. Vnde frater eius dux *Conradus* vix tandem quaſi coactus eorum voluntati ſuperficietenus viſus eſt accedere. Itaque ſub totius Poloniæ conſpectu principum Satraparum conſenſu omnium a caligato milite vsque ad ſupremum Princeps Cracouienſis Dux *Wladislaus* conſtituitur, qui tam acceſſibilem, tam fauorabilem, tam benignum, tam dulcem & ſuauem prudentiæ, ideo ne aliorum crederetur affectus contemnere, imo potius ne de propriis videretur arroganus vir- B tutibus, ſeſe offerebat cunctis affabilitate præſtabilem.

COMMENTARIVS.

Capitulum hoc in nouem diuiditur partes. In prima parte ponitur *Leſzkonis* ad Principatum Cracouienſ. per regnicolas conditionata vocatio, quæ conditio obiecta totum negotium infecit, ſic quod propter hanc conditionem nec *Leſzko* Principatum Cracouienſem ſuſcepit.

In ſecunda parte ponitur *Leſzkonis* ſuper eiusdem principatus acceptione conſultiua, ac quodammodo perplexa deliberatio.

In tertia parte ponitur militis *Gouoritii* ſuper acceptando principatu perſuaſiua conſultatio per fabulam, quaſi oppoſiti intentio per hoc, quia *Leſzko* principatum Cracouienſ. acceptando ſubmitteret ſe periculo.

In quarta ponitur *Leſzkonis* ad propoſitionem *Gouoricii* reſponſio & Principatus Cracouienſ. abiectio.

In quinta parte ponitur Cracouitarum ad *Wladislaum* directio ac eiusdem ad principatum Cracouienſ. ex ſponſione Patri eius videlicet *Mieſzkoni* ſeni facta, nec non ex iure ſucceſſorio vocatio.

In ſexta parte ponitur *Wladislai* reſponſio Cracouitis facta: in qua præmiſſa gratiarum actione de tanta fidelitate ſibi exhibita ipſos conſulit, vt *Leſzkonis* conſenſum quærant, ne ſibi in ipſius aſſecutione dictus *Leſzko* noceat.

In ſeptima parte ponitur *Wladislai* ad *Leſzkonem* directio, ipſiusque *Leſzkonis* conſenſus poſtulatio ſuper ducatus Cracouienſ. adeptione, nec eiusdem ducatus ad *Leſzkonem* formali reductione. 1202.

In octaua parte ponitur *Leſzkonis* conſenſua in *Wladislai* promotione, quamuis cum Primatum ac Pontificum diſſuaſu, atque cum fratris ſui *Conradi* Principis Mazouiæ impulſiuo conſenſu. Sic enim terras *Leſzko* cum *Conrado* inter ſe diuiſerant: *Leſzko* tanquam primogenitus Cracouiam, Sandomiriam, Syradiam, Lanciciam & Pomeraniam poſſidebat: *Conradus* vero tanquam iunior totam Mazouiam & Cuiauiam pleniſſime ſortitus fuerat. *Conradus* vero primus Princeps Mazouiæ, à quo moderni Principes Mazouiæ ortum traxerunt, tres genuit filios: ſcilicet *Semouitum*, *Boleslaum* & *Cazimirum*. Quorum *Semouitus* & *Boleslaus* totam Mazouiam obtinuerunt, *Cazimirus* vero Cuiauiam poſſedit. Cui patruus *Leſzko* albus miſertus, terram Siradiæ & Lanciciæ reddidit. *Boleslao* autem ſine prole mortuo, *Semouitus Cazimirus* medietatem dedit. Quorum *Cazimirus* quinque filios genuit. 1. *Leſzkonem nigrum* cui Siradiam aſſignauit. 2. *Sembionem*, cui Wratislauiam legauit. 3. *Wladislaum Leſzkonem*, cui C terram Breſtenſem donauit. 4. *Cazimirum*, qui Lanciciam poſſedit. 5. *Semouitum*, qui terram Dobrzinenſem accepit.

In nona parte ponitur *Wladislai* in Principem Cracouienſ. conſtitutio, ac eiusdem honeſta atque ſagax erga omnes exhibitio. Hic enim *Wladislaus* nedum glorioſum ad omnia regnicolis ſe exhibuit, verum etiam munera pro his omnibus dare ſtuduit. Cito poſt hoc eſt defunctus, ſubito principatui Cracouienſi idem *Wladislaus* cedere eſt coactus, & *Leſzko* viceuerſa in principem Cracouienſ. D & Dominum totius Poloniæ per vniuerſitatem nobilium honorifice eſt acceptus. Quo Anno Domini 1207. vita functo, *Boleslaus pudicus* filius eius ſibi ſucceſſit: Sub quo ſanctus *Stanislaus* Canonizationem Anno Domini 1275. ſuſcepit. Quo ſine prole defuncto, *Leſzko niger* Dux Siradiæ ſucceſſit. Quo iterum vita functo *Henricus* Dux *cum barba* Wratislauienſis, maritus S. *Hedwigis* Anno Domini 1288. principatum Cracouienſem obtinuit. *Henricus* autem licet *Przemyslaum* Ducem Poznanienſem poſt ſe inſtituit, tamen *Venceslaus* Rex Bohemiæ dictum Principatum

1202. cum Cracouienſem ſibi reſignari, apud eundem *Przemulaum* doloſe diſpoſuit. Deinde Poloniam fortiter ingrediens, ſeipſum in Gneſna fortiter coronari fecit. Qui & Cracouiam ex integro fundauit. Anno Domini 1307. defuncto *Wladislao*, *Leſzko* Dux Brzeſtenſis Rex Poloniæ efficitur, & per *Iaroslaum* Archiepiſcopum Goeſnenſem corooatur.

Poſt mortem ipſius, filius eius *Cazimirus* in locum ipſius ſuſcipitur. Poſt *Cazimirum Ludouicus* Rex Vngarorum. Poſt *Ludouicum Iagello* ſupremus Dux Lithuaniæ, quem *Bodzanta* Archiepiſcopus Gneſnenſis in Eccleſia Cracouienſi baptizauit, Anno Domini 1386. Quo deſuncto Anno Domini 1434. filius eius *Wladulaus* ſucceſſit, quem Reuerendus Pater dictus *Iaſtrzebiec* Archiepiſcopus Gneſnenſis cum ſuis Coepiſcopis, videlicet *Sbigneo* Cracouienſi & *Stanislao* Plocenſi, *Wladulao* Wratislauienſi, *Iannſſio* Przemyslienſi, cunctiſque exultantibus io Regem Poloniæ, in Eccleſia Cracouienſi coronarunt. 1202.

STANIS-

STANISLAI SARNICII

ANNALES,

SIVE

DE ORIGINE ET REBVS GESTIS

POLONORVM

ET

LITVANORVM

LIBRI VIII.

PRIOR PARS HORVM CHRONICORVM HACTENVS OMISSA ET NEGLECTA AB ALIIS AVTORIBVS, INCIPIT AB ASARMOTH CONDITORE SARMATICORVM POPVLORVM, ET CONTINVATVR AD LECHVM IPSVM, RERVM ORDINE SECVNDVM TEMPORVM SERIEM SERUATO,

ET TANDEM A LECHO AD NOSTRA TEMPORA QUID IN ISTIS TERRIS ACTVM SIT FIDELITER EXPONITVR.

PRIMVM IMPRESSVM

CRACOVIAE

ANNO DOMINI MDLXXXVII.

SVMTIBVS IPSIVS AVTORIS.

DEDICATIO AVTORIS.

AD Inclytum & Amplisſimum Senatum Regni Poloniæ, magniquè Ducatus Lithuaniæ videlicet Reverendisſimos Sacrati ordinis Præſules, Stanislaum Karnkovium Gneſnenſem, Demetrium Sulikouium Leopolienſem, *Archi-Epiſcopos*: Petrum Myskoulum Cracouienſem, Hieronymum Roznazouium Wladislauienſem, Georgium Radiullum Wilnenſem & Cardinalem, Lucam Koſcielecium Poſnanienſem, Petrum Dunin Volſcium Plocenſem, Albertum Baranouium Premislienſem, Melchiorem Gedrocium Samogitiæ, Laurentium Gosſitium Camenecenſem, *Epiſcopos*: Ad Illuſtres ſpectabiles & Magnificos Dominos, Andream à Theczyn Cracouienſem, Stanislaum à Gorka Poſnanienſem, Chriſtophorum Radiuilum Vilnenſem, Stanislaum Safranecium Sedomirienſem, Euſtathium Volovvicz Caſtellanum Vilnenſem, Joannem Alebovvicz Trocenſem, Albertum à Lasko Siradienſem, Nicolaum Chriſtophorum Radiuilum Caſtellanum Trocenſem, Joannem Kiska Capitaneum Samogitiæ, Conſtantinum Ducem Oſtrogiæ Kiiouienſem, Stanislaum Zolkienium Rusſiæ, Januſium Ducem Oſtrogiæ Volynenſem, Joannem Tarlo Lublinenſem, Nicolaum Radiuilum Nouogrodenſem, Nicolaum Moniuid Dorhoſtaiski Polocenſem, Stanislaum Pacz Vitepſcenſem; Paulum Pacz Mſcyslauienſem, Nicolaum Sapieha Minſcenſem, Januſium Zbaraſium Braclauienſem, *Palatinos*: Stanislaum à Tarnovv Sendomirienſem, Joannem à Theczyn Woynicienſem, Joannem Talvoſz Samogitiæ, Joannem Sienienium Leopolienſem, Martinum Lesniovvolski Podlaſenſem, Nicolaum Tirleum Rauenſem, Nicolaum Pacz Mſcyslauienſem, Pacum Minſcenſem, Nicolaum Ligeza Vislicienſem, Nicolaum Firleum Biecenſem, Georgium Mniſeck Radomienſem, Raphaëlem Leſczinium Sremenſem, Joannem Miſcouium Zarnouienſem, Chriſtoph. Landtskoronium Malogoſtenſem, Martinum Vrouecium Chelmenſem, Stephanum Grudentium Naklenſem, Chriſtoph. Komorouium Oſvviecimenſem, Stanislaum Goſtomski Sochaczouienſem, Droicinium Lubaczouienſem, *Caſtellanos*. Ad Officiales vero magnos, Andream Opalenium Marſchalcum Regni Poloniæ, Albertum Radiuilum Marſchalcum Lithuaniæ, Joannem Zamoſcium Cancellarium Regni & exercituum ſupremum Præfectum, Andream Zborouium Marſchalcum Curiæ Regni Poloniæ, Stanislaum Radiuilum Marſchalcum Curiæ Lithvvan. Leonem Sapieha Pro-Cancellarium Lithvvan. Joannem Dulſcium Theſaurarium Regni Pol. Theodorum Skomin Theſaurarium Lithvv. Ad ſtrenuos & generoſos Equites Polonos quorum nomina inferius in Chorographia noſtra ordine, honoris & dignitatis cauſa expresſimus, alios vero charta capere non potuit.

Nec non ad Vrbium Metropolitanarum Cracouienſes, Vilnenſes, Gedanenſes, Elblgenſes, Rigenſes, Posnanienſes, Leopolienſes, Sedomirienſes, Lublinenſes, Thorunenſesque Pro-Conſules & Conſules.

Hi Ordines ſupra nominati nunc faciem Reip. in hoc celebri conuentu electionis repræſentant, quibus in hoc ſacro ſancto actu à DEO Optimo Maximo Spiritum ſalutaris conſilii & lætum ſucceſſum precamur & obſequia noſtra officioſisſime commendamus.

CUm viderem Germanos, Italos, Hungaros atque Hiſpanos ab ipſo diluuio maiorum ſuorum res geſtas ſcribendo auſpicatos eſſe, Illuſtres & Magnifici Domini, ſæpe mirabar, ac fere ſtomachabar, cur noſtri Hiſtorici gentium tantarum earumque ampliſſimarum tam vile & a tam brevi tempore exordium ſumpſerint. Ita enim aſſueuerunt, vt cum aliquid breuiuſcule & raptim de iis rebus præfati fuerint, ſtatim ad Lechum delabantur, atque ibi deſiderium ſuum complentes mox ſtudium remittunt: quaſi vero gentes Linguæ Slauonicæ quæ à Ponto ad Oceanum occidentem verſus, ab Adriatico ad Glaciale in Septentrionem tendendo antea in mundo non fuerint, & nunc primum ante hos octingentos annos veluti ab ovo excluſæ in lucem prodierint. Negari ergo non poteſt, nos acephalam & imperfectam Hiſtoriam hactenus habuiſſe. Exſpectabamque ego & cupiebam, vt aliquis fertiliore ingenio & feliciore vena prodiret, qui ab hac infamia noſtram Remp. eximeret, exſpectationique eruditorum hac in re ſatisfaceret. Sed nemo apparuit qui nobis præiret: ego quæ in meo Muſæo habeo, dum vita ſupereſt, emittam. Fateor equidem magis hæc alicui ex iis, qui in Academiis & Monaſteriis inter Muſas habitant, conveniſſe, quam mihi; cui ſi quid ingenioli eſt, in medio laborum Oeconomicorum exaruit. Vtcunque tamen ſe res habet, tanto maiore venia apud probos & humanos iudices dignus ero, quanto plura argumenta excuſationis mihi ſuppetunt. Sed quod rem tanti momenti nouamus, putabunt forſan aliqui nos ſub Vaticano, aut potius Vauello monte videlicet arcis Cracouienſis, noua aliqua Chronica plumbeæ arcæ incluſa cereisque inuoluta, vt Cicero alicubi de libris Sibyllinis inquit, reperiſſe, atque ita præiudicio nos grauantes clamabunt, rem impoſſibilem factu nos moliri. Sed iſti cum perlegerint hoc noſtrum opus, rem multo mirabiliorem & prodigioſiorem nos auſos eſſe deprehendent, quam ſi in viſceribus terræ defoſſum librum reperiſſemus. Nam ſicuti Medeæ oſſa diſperſa recolligere, & vt rurſus coaleſcant in vnum corpus componere impoſſibile videtur, ita lacinias huius hiſtoriæ conſuere eamque redintegrare impoſſibile videri poteſt. Nam quanta varietas hic ſcriptorum eſt dum originem noſtram explicant: alii nos ad Paphlagonas & Henetos orientem verſus referunt: alii ad Germanorum Tuyſconem in occidentem: alii ad Illyrios in meridiem: alii ex Roxolaniæ ſolitudinibus arctois nos educunt. In tanta inquam turba & varietate ſententiarum, cum animaduerterem natalium noſtrorum originem in dubium vocari, cernerem que patrum patriæ noſtræ, Medeæ exemplo crudeliter diſſecta & disiecta membra per campos æquora & montes, manibus & digitis meis reuerenter recollegi, & quæ erant male cohærentia coaptaui, ac veluti in vnum corpus vt rurſus coaleſcerent, feci. Non auſim quidem promittere ſeriatim non interrupto ordine, ſingulos hoſce Monarchas me potuiſſe enumerare; hoc enim propter progreſſiones & multiplices migrationes gentium, variasque mutationes Rerumpublicarum, impoſſibile factu videtur: ſed tamen pro virili conatus ſum omnia redintegrare complanareque, ad regulam chronologicam ac coſmographicam ſingula examinando, ſeruata interea maieſtate vniuerſalis hiſtoriæ, quæ veritas eſt. Interim eliciendæ purioris ſententiæ cauſa contuli vetera cognomina gentis, montium, ſyluarum, & fluuiorum cum narrationibus Hiſtoricorum; & quæ videbantur veritati reſpondere, ſtudioſe conſignaui, maxime vbi circumſtantiæ rebus ancillari videbantur. Adhibui narrationes maiorum, quæ videbantur per manus eſſe traditæ, quasque etiam aliarum gentium extranearum autoritas ſuo calculo comprobare videbatur. Hos itaque tres teſtes elaborando huic operi cumprimis mihi depoſco. Non damnantur hic aliorum labores, quin potius laudem cuique ſuam tribuere æquum eſſe duco: Dlugoſſus materiam nobis ipſam tradidit, Miechouius rudem illam & indigeſtam molem in epitomen redegit, D. Cromerus veluti reginam ornatiſſimam ex thalamo cincinnis verborum & ſententiarum veſtitam, vt decuit tantum virum, in medium produxit. Sed quorſum iſta omnia ſi fundamentum malum & ruinoſum? Quicquid ſuperſtruxeris corruet; dicebat ille. Ego igitur incunabula noſtræ gentis explicans, & ante aduentum Lechi per ſpacium temporis quatuor monarchiarum ſucceſſiue hiſtoriam Sarmaticam texens, fundamentum ſolidius inueni, quod hiſtoriæ Polonicæ ſubſterno. Ne quis autem exiſtimet, me mordicus velle mea tueri, iudicio eruditorum omnia ſubiicio. Corrigant illi & meliora efficiant, poſtquam eis primam glaciem fregi. Interim meo inſtituto & laboribus faueant & admodulentur precor. Certe volui prodeſſe patriæ;

vetuſtatem nobilitatemque natalium eius & originem, non ex fabulis petitam, vt hactenus factitatum eſt, ſed genuinam demonſtraui. Maiores noſtros non aduenas, nec inquilinos in terra aliena, ſed indigenas, a ſeculis regiones has incolere oſtendi, Sarmatiamque ſemper Sarmatiam ad montes Sarmaticos fuiſſe. Adhæc hiſtoriam quæ erat deprauata, redintegraui caputque ei auguſtius cum facie venerabili adieci & applicaui, ita vt ſi quis hæc noſtra hiſtoriæ Miechouienſis, & D. Cromeri adiiciat & accommodet, vno intuitu omnes Duces noſtrarum Gentium, non à Lecho tantum, ſed ab ipſis primordiis, veluti exercitum ſpecioſiſſimum in clypeo Achillis exſculptum cernere queat. Hos ergo labores meos cui dedicem & offeram in hac orbitate Reipubl. poſt ereptum mihi Patronum STEPHANVM ſacratæ memoriæ Regem, neminem video magis idoneum, quam vos, Reuerendiſſimi, Illuſtres & Magnifici Domini mei, vt dum de nouo Rege creando ancipiti conſilio diſtinemini, habeatis, quo mentes veſtræ occupentur, exempla interregnorum ſuperiorum ad vſum modo reuocantes. Sed multo alia nunc facies rerum, quam fuit Leſci Primi & Secundi temporibus, cum pro adipiſcendo regno curſu equorum in ſuburbio Cracouienſi ad Pradnicium decurrebatur. Multo nunc ſubtiliores cæci illi ſtyli vafro conſilio excogitati, ambiguis promiſſionibus conueſtiti, apparatu velutique ſabulo tecti via regia currentibus, & de ſalute incolumitateque huius Reipubl. deliberantibus obiiciuntur. Adde quod ab orientali Monarcha adferuntur ſuſpecta conſilia, qui ſub ſpecie amicitiæ id potiſſimum agit, vt potentiam ſuam & autoritatem in ſeptentrionem vſque proferat. Quare vos, ô Patres, magis oculatos eſſe decet ne quid vos lateat, ne vobis quid imponat, neue quis ſero vocem illam in viro ſapienti turpem exprimat: Non putaram. Dum priuata publicis anteferuntur, ruentibus publicis etiam & priuata in periculum deueniunt: dicebat quondam Hannibal ad ſuos Carthaginenſes. Sed quid? Nec admodum mirari, nec indignari poteſtis iis, qui interdum talia excogitant, & in electionibus, perficiendis compendiis talibus, laborant: quandoquidem nec definitionem eligendi Regis, cuias & qualis eſſe debeat, nec modum præſcriptum nec formam electionis celebrandæ habet hæc Reſpubl. per tot centurias annorum, ex quo ſtetit; ſine quibus neceſſitas ipſa, etiam bonos viros, interdum cogit ad tales artes confugere. Alioquin enim in infinitum, tempus electionis, nullo effectu, cum grandi autem periculo, extraheretur, & tot voluntates hominum fere ſemper inter ſe variantes ad vnum ſcopum impoſſibile eſt ſine arte reducere. Reſpicite, reuoluite annales noſtros: vix vnum exemplum, exacte loquendo, liberæ electionis inuenietis, cui aliqua vis aut ars non admixta fuerit. Nec modo hoc in Polonia vſu venit, ſed in omnibus propemodum nationibus, vbicumque modus certus & proportio quædam certis numeris abſoluta non eſt, tanquam ex cera efformata: at vbi hæc eadem eſt legibus ſancita, res iſta quanquam eſt per ſe perplexa & operoſa, tamen cito, tuto, & proſpere expeditur; & omnes iſti cæci ſtyli, omniaque ſuſpecta conſilia vno impetu corruunt. Collegeram ego ante decem annos exempla & formulas electionum, Pontificum nimirum Romanorum, Imperatorum, & ducum Venetorum, excuſaque typis ad hunc vſum Reipubl. in lucem edideram. Non contemnatis quæſo prudentiſſimorum virorum conſilia, nec ſinatis amplius caſu hanc Rempubl. regi, nec permittatis dubiæ aleæ res, in quibus vita & mors, ſalus & interitus, ad limen ſedent. Aut vnam formam ex iſtis tribus eligatis, aut ſi poteſtis, aliam accommodatiorem excogitetis, qua & vos nunc & poſtea ſucceſſores non ſine gratiarum actione pro re bene geſta, in tali caſu vti poſſint, veſtroſque conatus collaudare, & ad ſydera extollere, quod eos magna ſollicitudine & periculo toties liberaſtis, quoties Reges ex hac vita contingit decedere. Reſpicite quæſo ad præcedentia tempora: intra hos duodecim annos, iam tres Reges mortui, tres electiones celebratæ. Poſſunt autem & ſæpius vel peſte vel bello eripi, vt ſunt hominum res inſtabiles. Placet ne ſpectare toties Rempubl. in periculis verſari? Placet ne dubiis fluctibus iactandam toties obiicere, quoties repetitis vicibus Reges nobis eripiuntur? Recordemini quæſo vocis Regis mortui, quando in medio ſenatus ante biennium veluti iam ſupremam diem mortis ſibi inſtare præuidens ea de re differebat: Cohorreſco, inquit, toto pectore, quoties mecum recogito interregnorum ſuperiorum pericula. Reſpondiſtis vos tum, de Rege, viuente Rege, nolle vos deliberare. Ecce ergo nunc illud tempus aduolauit, & quidem difficilius, ni fallor, quam ſuperiora interregna. Igitur, omiſſis comperendinationibus, nolite amplius rem differre, nec patiamini hanc nauiculam amplius fluctuare. Sanciatis aliquam ampliſſimam legem, quam ſiue Capturum, more patrio, perpetuum, ſiue auream bullam vocare licebit, Germanos

in hoc

in hoc imitati, qui huiuſcemodi voce talis ſanctionis volentes laudes amplificare, nomen ei ab auro impoſuerunt. Et verè aurea lex talis: nam nos à periculo abſolvit, metu liberat, præterita corrigit, præſentia confirmat, futuris proſpicit &, quod maximum eſt, reuera liberos facit, cum antea nomine tantum hac in parte liberi eſſemus, res autem ipſa neſcio vbi exularet. Abſque quibus rebus nomen ipſum electionis liberæ male ſonat, peſſimeque expetitur: ita vt feliciores eſſe videantur populi illi, vbi naſcuntur non creantur reges. Sed ego forſan vlterius prouectus ſum, quam mihi conueniebat. Ignoſcite quæſo, ſi iuſto dolore periculorum patriæ communis impulſus prudentioribus anſam vberius & exactius diſſerendi de iis rebus præbeo. Vos ipſi dicere ſoletis, ſub interregno licere apud nos cuiuis nobili viro ſententiam in medium proferre. Dicta igitur mea ſententia de iis rebus, quas ad ſalutem Reipubl. conducere putaui, orationem meam ad vos conuerto, librumque hunc vna cum Typo ipſo Chorographico Sarmatiarum veſtris Celſitudinibus in manus offero, & rogo vt mei meorumque laborum & impenſarum, quæ certe non paruæ fuerunt, ratio habeatur. Ita enim nuper promiſiſtis in Varſauienſi conuocatione, non prius vos ad electionis actum acceſſuros, antequam priuatorum grauamina ſuſtuleritis leuaueritisque. Teſtes ſunt oculi cæcutientes, perſpicilla hæc & propemodum orbitas, viſus quam contraxi, volens laborem mihi a Regia Maieſtate impoſitum ſedulo & gnauiter abſoluere. Rex eſt mortuus; ſed vos mihi ſuperſtites eſtis, quibus gubernacula regni concredita ſunt. Poteſtis regnum ipſum deferre cui vultis, & mihi poſſeſſionem aliquam attribuere non poteſtis? Ego vobis patriam veſtram, Sarmatiam integram, hoc typo ad viuum expreſſam præbui, vos mihi particulam eius denegabitis? Merces detenta laborum & oppreſſio pauperum vtrumque iſtorum eſt deteſtabile apud Deum, & vtrumque in peccatis mortalibus & clamantibus ad cœlum à Theologis reponitur. Si nunc benignitas veſtra mihi deerit, poſtea ope veſtra non indigebo. Si nunc terræ funiculum mihi non præbetis, poſtea non niſi vna terræ vlna in latum, & tribus in longum indigebo. Beroſo, Joſepho, hiſtoricis pro merito erga Rempubl. ſimili, quale ego Poloniæ præſtiti, ſtatua aurea à ſuis donata fuit; vos mihi ceſpite terræ non reſpondebitis? Sed & apud nos Cadlubko, Dlugoſſo, epiſcopatus opulentiſſimi donati ſunt pro hiſtorico opere; & vos me exhauſtum ſeruitio, quod Reipubl. impendi per annos decem, ita conſeneſcere patiemini? Illi argumentum vulgare & tritum repetierunt, ego rem à nemine tentatam aggreſſus expediui. Illi à Lecho h. e. à tempore Iuſtiniani imperatoris incipiunt: ego à primordiis, ab aureo ſeculo exorſus ſeriem hiſtoriæ per illa præcipitia & mutationes Rerumpubl. vsque ad hæc noſtra tempora continuo. Illi tractationem de acciſis limitibus Sarmatiæ, de eiuſdem tributis, de conuitiis quorundam ſcriptorum in patriam noſtram infamiam olentibus, aut ſicco pede tranſierunt, aut leuiter attigerunt: ego depulſis maleuolorum criminationibus inopiæ, ſolitudinum, ſyluoſitatis, barbariei, quæ patriæ noſtræ impingebantur, fines veros veteris Sarmatiæ oſtendi, ac vindicaui: ego lineam originis, vt conſueta apud nos ratione loquar, gentium noſtrarum oſtendi ac deduxi: ego maiores noſtros ex denſa caligine, veluti ex lymbo tenebricoſo Patres veteris legis eduxi, res geſtas illorum illuſtraui, & ita illuſtraui, vt cum fortunatiſſimis populis merito æquari queant. Quare non miremi, niſi complures Illuſtres viri inter vos pro me demiſſa oratione apud vos intercedunt, &, ne ingratæ patriæ fumus oculos meos lædat, ad antidora mihi præſtanda vos cohortantur. Video hic eos, qui ſtrenue ſe in militia geſſerunt, qui legationes obierunt, qui conſiliis iuuerunt, etiam extraneos, etiam plebeios, à vobis præmiis dignis affici & ornari, & rectè. Nam vbi in Republ. præmia virtuti negantur, ibi virtus languet, probitas friget. At ego, qui iſtarum omnium rerum officinam informatricem, & magiſtram trado, vitam memoriæ, lucem veritatis (ſic enim Cicero vocat hiſtoriam) resque veſtras immortalitati conſecro, ero ne neglectus & irremuneratus? Nunquam hoc viſum in Rebus quidem pub. bene moratis. Nec ſane de vobis mihi id in mentem venit. Nam bonitas veſtra me meliora ſperare iubet, hilaresque erga me vultus veſtri me conſolantur. Sunt enim complures hic inter veſtras Magnif. qui, adhuc viuente Rege, me ad ſubeundum hunc laborem & verbis & litteris ſuis cohortabantur: ſunt qui etiam pro me apud eum intercedebant, teſtesque meæ cum eo transactionis fuerunt. Jam vero cum in eorum ipſorum manibus, quibus antea voluntas non defuit benefaciendi, facultas quoque nunc poſita ſit, tanto meliora de illis me mihi polliceri licet, quanto plura in dies argumenta habui eorum æquitatis, bonitatis, ac beneficentiæ. Valete quam optimè heroes & Domini mei ſummi, ſumma cum obſeruantia colendi.

STANISLAI SARNICII
ANNALIVM POLONICORVM
LIBER PRIMVS.

IN QVO EA, QVÆ ACTA SVNT CVM CONDITORIBVS SLAVONICORVM POPVLORVM AB ASARMOTII (A QVO SARMATÆ) VSQVE AD ALEXANDRI MAGNI TEMPORA, TRADVNTVR.

Capvt I.
De Temporibus Diviſionis Gentium ſub Principe Pelek & Aſarmoth.

Anno ab orbe condito 1790.
Anno à diluuio, quo diuiſio gentium facta eſt 133.
Anno ante Christi domini aduentum ferè 2210.

Anno Mundi 1790.

VIDENTVR illi bono conſilio vti, qui conſcripturi gentium res geſtas, primò originem earum inueſtigant, antequam ad vlteriora progrediuntur. Nam ſtirpe & origine, vnde prodiit quæque gens, malè inueſtigata, neceſſe eſt hiſtoriam tota via aberrare. Ego tamen ne ſcrupuloſa diſputatione in ipſo limine lectoris delicatas aures præfationibus longis, & non rarò lectori moleſtis offendam, eam tractationem in alium locum commodiorem reiicio. Interim ne ſuſpenſum animo lectorem diutius teneam, in tanta varietate opinionum, dum nos alii his, alii aliis gentibus, vt adſcriptitios accommodant, nil tutius eſſe iudico, quam poſtpoſita pomposa illa & faſtuoſa natalium ſuorum a diis deabusque iactatione, ſequi diuinorum oraculorum teſtimonia longè veriſſima. Tradunt autem ſcripturæ ſacræ diuinitus inſpiratæ, tres fuiſſe filios *Noë*, *Sem*, *Chamum*, & *Iaphet*. *Iapheto* quidem tanquam minimo natu patria ipſa ceſſit, hoc eſt, cum *Aſia minore Armeniæ* montes, qui poſt mille pericula, quæ toto propemodum anno periclitando in vndis experti ſunt, primum hoſpitium & recreationem eis præbuere. Adhæc omnes inſulæ *Epeiri*, *Cherſoneſi*, *Cyclades*, *Sporades*, *Symplegades*, & quibus tandem vocentur nominibus, per quas *Italia* & *Græcia* cum viciniorlbus regionibus intelligenda eſt, quod & illæ ſimilitudinem inſularum referunt: adiecta inſuper *Aſiæ* ſeptentrionali parte, quæ ſupra *Meotbidem* iacet, & dominio mediterranei maris.

Anno Mundi 1790.

Gentium origines ex ſacris literis petenda.

Cham accepit pro ſe & pro poſteritate ſua meridionalem plagam. in qua *Africa* cum viciniorıbus regionibus *Babylonem* verſus intelligenda eſt.

Semo ceſſit *Aſiæ* maioris reliquum, hoc eſt, omnia campeſtria à *Meſſa* monte (ſiue *Moſchinos*, ſiue *Meſſia* montes mediterraneos intelligas) quæ quaſi ſpina dorſi totam carinam corporis, *Aſiam* & *Europam* per medium, ab ortu ad occaſum vſque diuidunt. Atque hoc fun-

Digitized by Google

A. M. 1790.

fundamento poſito non poſſumus ſcriptoribus pleriſque *Germanorum* aſſentiri, qui gentem *Sarmaticam* cum *Germanica*, *Tuiſconem* ſuum cum *Aſarmoth* commiſcent, & has gentes, vt appendices *Germaniæ* faciunt, cum lingua, moribus, veſtitu denique prorſus à ſe differant. Expreſsè autem *Moſes* dicit non ſemel ſed ter repetendo, quòd Deus diuiſit cunctas natiooes ſecundum linguas & familias ſuas. Non poſſum etiam cum *Dlugoſſo* & *Hageco Boemo Illyriis* eos ſubſteroere ac neque ex *Ionia* & *Paphlagonia* in *Europam* per *Henetos* deducere, niſi prius de terminis temporum, & aliis quibusdam circumſtantiis inter nos conueniat. Diſtinxit ergo & dislimitauit diuina ſcriptura humanum genus, regioneſque à regionibus diſpeſcuit, & quid ad quas gentes pertineat, non modò verbis geographicè ad morem *Ptolomæi* depinxit, ſed etiam ſignis quibusdam vnum ab alio diſterminauit & diſtinxit. Hinc rupes ab architecto mundi fabricatæ ſunt, montes, valles, maria, flumina, ſolitudines, ſyluæ, quibus veluti aues in ornitoboſcio parietibus & macerie interſeptæ nidificarent, ne gens gentem, natio nationem, armis, bello, tam facilè laceſſeret, ſed quælibet in ſuo nido, veluti illa fera animalia in arca *Noë* concamerata ſeſe contineret. Et hic eſt vſus alpium, montium, paludum. Adeo verum eſt philoſophi dictum: Deus & natura nihil agunt fruſtra. Sed quid? Profuit ne nobis autoris mundi conſilium? Nequaquam. Ruimus in vetita, cupimusque negata. Aſpice quæſo, *alpes*, *montes Lunæ*, montes *Pyrenæos*, aut hunc noſtrum *Carpatum*, qui nobis impendet, quibus veluti ſignis incurrentibus in oculos, *Italiam* à *Germania*, & alias nationes diſgregauit, noo tamen hæc profuere. Tranſcenduntur turritæ rupes, ſuperantur lintribus & nauigiis flumina, & maris vaſtitates ſulcantur, penetrantur ſyluæ & immenſæ ſolitudines, & alter alterum ferro ac igni perſequitur, mouentur bellorum tumultus exitioſi, & alter alterum veluti anſer anſerem per cancellos impetit, ſuggillat. Hinc Ilias malorum, hinc lites, hinc bella parricidalia, & periclitando armis vario Marte dubium laudis decus quæritur. Sed omiſſa deploratione calamitatum generis humani, ad noſtram hiſtoriam reuertamur. Reliquit ergo *Cham* ſucceſſores ſuos, reliquit *Iaphet*, reliquit etiam *Sem* poſteritatem veluti municipes portionis ſuæ, *Pelek* & *Iactanum*. Ac per *Pelek* quidem Principem, ſub quo diuiſio gentium facta eſt, benedicti ſeminis *Meſſiæ* ſtirpem enumerant diuini ſcriptores. Ab *Iactan* vero cum alii, tum progenitor *Sarmatarum* *Aſarmoth* deſcendit. Nec ego *video* quo pacto ſe *Europæi Sarmatæ* ab *Aſiaticis* & vtrique à neceſſitudine patriarchæ huius homonymi *Aſarmoth* ſeiungere debeant, & ſi illi eum pro

Vſus fluminum, alvium & ſyluarum.

Sarmatæ à Patriarcha Aſarmoth.

conditore & autore ſuæ gentis agnoſcant, noſtri qualiter eis renuncient non reperio. Sed de hac re paulo inferius. Fuerunt ergo ſtatim à primordiis rerum *Sarmatæ*, in iſtis, quas nunc incolunt regionibus, nec in aliorum ſedes irruerunt, & alios inde vi hæredes eiecerunt, nec ſe quoque à quoquam eiici paſſi ſunt. Interim quæ ex *Ptolomæo* & *Tacito* de *Henetorum* huc ex *Aſia* commigratione quidam adferunt non repudio, vt ſuo loco latius hac de re diſſeretur, quin potius myſterium illud diuini vatis mecum reuerenter recogito, qui prophetico ſpiritu fore prædixit, vt aliquando *Iaphet* manſurus ſit in tabernaculis *Sem*. Cum igitur *Henetorum* maxima gens veniens, magna ſpacia inter *Boryſthenem* & *Iſtrum* habitare cœperit, magnamque *Europæ* B partem occuparit, vt *Ptolomæus* & *Procopius* teſtantur, reipſa comprobatum eſt, quod antea multis ſeculis prædictum fuit, Iaphet in tabernaculis *Sem* habitaturum, id eſt *Henetos* in *Sarmatarum* regionibus. Hæc mihi originis ratio ſimplicior & magis natiua videtur, quam fabuloſis & ementitis titulis ſe ornare. Cuius commenti finis & exitus huc recidit, vt detecta fabuloſitate narrationis turpiter & cum rubore aſſertam ſententiam deſerere, & apatores, id eſt, ſine certo patre & propagatore gentis remanere neceſſe ſit.

Commentitia gentium origines.

Hæc generatim dicta ſunto: quod ſi quis rem ad calculum reuocet, & ad particularia C deſcendere velit, hac via mecum procedat. Inprimis ad ſacra Biblia recurrat. Poſtea ad *Babylonicam* hiſtoriam, quam ſe *Beroſus* ſacerdos Babylonius publica fide & ſententia ſenatus conſcripſiſſe fatetur, deueniat. Iſtis duobus teſtibus mundus nihil habet antiquius, quo res ſuas fulciat. Ex his duobus fontibus *Diodorus Siculus*, *Philo*, *Ioſephus*, *Euſebius*, & cæteri poſteriores omnes hauſerunt. Quanquam autem hiſtoriam *Babylonicam* cum hiſtoria ſacra non confero, tamen cum *Ioſepho* hiſtorico inter ſcriptores prophanos priorem ei locum hac in re tribuendum cenſeo.

Quod igitur ad *Moſem* attinet, is primo ponit *Noë*, ſecundo *Sem*, tertio *Arphaxat*, D quarto *Selach*, cuius filius eſt *Eber*, & mox addit: Ipſi quoque *Eber* nati ſunt duo filii, nomen vnius *Peleg*, quia in diebus eius diuiſa eſt terra. Hebraice ſic: פלג כי בימיו נגלתה הארץ Et nomen fratris eius *Ioctan*, qui genuit *Elmodat* & *Saleph* & *Aſarmoth*. Et mox eodem capite decimo. Iſti ſunt filii *Sem*, ſecundum familias ſuas, ſecundum linguas ſuas in terris ſuis, in gentibus ſuis. Iſtæ itaque ſunt familiæ filiorum *Noë* per generationes ſuas in gentibus ſuis, in terra, poſt diluuium. Primum itaque argumentum quo probatur, *Sarmatas* gentem eſſe peculiarem, & nequaquam aliarum veluti appendicem quandam, veriſſimè pe-

Sarmatas eſſe gentem peculiarem.

Argument I. ex Geneſ. c. X.

A. M. 1790.

petitur à diuiſione linguarum. Nam ſi ſingulis linguis attribuitur ſuus Patriarcha, quomodo lingua *Sarmatica* aut *Slauonica* proprio Patriarcha deſtituetur vnde ſit propagata? cum ſit lingua copioſiſſima, & in tot dialectos ſcindatur. Manifeſte autem hic affirmat ſcriptura diuinitus inſpirata, non ſemel ſed ter in vno capite, diuiſionem illam gentium ſecundum numerum linguarum factam fuiſſe, quæ linguæ ſeptuaginta numerantur.

Argum. II. ex Deut. 32.

Memento dierum ſeculi, intellige annos generationis, interroga patrem tuum, & annunciabit tibi. Quando diuidebat altiſſimus gentes, quando ſeparabat filios *Adam*, ſtatuit terminos populorum ſecundum numerum filiorum *Iſraelis*. Ex hoc loco, ſecundum argumentum aſſumitur. Nam ſi illa fatalis diuiſio gentium facta eſt ſecundum numerum filiorum *Iſraelis*, vt hic aperte dicitur, ab *Aſarmoth*, *Sarmatas* deriuare neceſſe eſt. Nam ſi *Iauan Iones*, *Tubal Hiſpanos*, *Tuiſcon Tudeſcones Germanos*, *Gomer Cymbros* condidit, quomodo *Sarmatarum* origo ad *Aſarmoth* referenda non erit? Si inquam hoc argumentum *Græcis*, *Germanis*, *Hiſpanis* & aliis nationibus ſeruit, quid cauſæ eſt, vt etiam *Sarmaticis* populis ſeruire non debeat? Præſertim cum hiſtoria *Babylonica* etiam *Sarmaticorum* populorum hiſtoriam complectatur, vt mox clarius patebit.

Argum. III. ex Act. XVII.

Nec manibus humanis colitur Deus indigens aliquo, cum ipſe det omnibus vitam & halitum & omnia: fecitque ex vno ſanguine omne genus humanum, vt inhabitaret per vniuerſam ſuperficiem terræ, definitis temporum opportunitatibus, quæ præſtituit, & poſitis finibus habitationis eorum. Inde tertium argumentum ſumere licet, nempe a limitum & finium durabilitate, quibus ſemel ab initio circumuallatæ ſunt nationes in ſuis territoriis: ideo addit, finibus habitationis eorum. Inhabitare fecit, inquit, genus humanum per vniuerſam ſuperficiem terræ. Quæ verba prorſus ab Apoſtolo deprompta eſſe videntur ex *Moſis* Deuteronomio ſuperius adducto, vbi dicit: Quando ſeparabat filios *Adam*, ſtatuit terminos populorum, ſecundum numerum filiorum Iſraelis, ita vt illa deſcriptio finium cuiuslibet regni in *Strabone*, *Ptolomæo* & aliis vetuſtioribus ac recentioribus ſcriptoribus & coſmographis, non aliquo fortuito caſu conſtare, ſed diuinis oraculis firmata eſſe videatur, & ob eam cauſam certa & inconuulſa eſſe debet. Nam ſicut *Babylonica* hiſtoria *Sarmatiam Europeam* ad *Tanaim* extendit: ita poſtea *Alexandri* temporibus idem repertum eſt, ac demum *Auguſti* ſeculo, *Traiani* ac *Theodoſii*, idem confirmatum eſſe reperitur, videlicet, quicquid eſt intra mare *Sarmaticum* ab occidente, & *Meotbidem*, *Tanaim*, *Pontumque Euxinum* ab oriente, à meridie vero circumcirca montes *Sarmaticos*, id nomine *Sarmatiæ* cenſeri debere, vt luculentius inferius demonſtrabitur, vbi peculiaris tractatio de finibus vetuſtis *Sarmatiarum* inſtituetur. Ac quod in laudem diuinæ prouidentiæ in aſſerendis & tuendis finibus Sarmatiarum dictum eſt, hoc etiam de *Italiæ*, *Germaniæ*, *Hiſpaniæ*, *Galliarum*, aliarumque vetuſtarum nationum, dictum eſſe putemus, quas quantumuis Cæſarum vis ab animi impotentia profecta aliquoties conuellere tentauit, tamen Deus, qui eſt ſupremus regundarum finium magiſter & tutor, ſuum decretum incaſſum abire non eſt paſſus.

Annotatio vtilis de filiis Noe.

Nolo hic moleſtus eſſe lectori illa quæſtione, *Semne* an *Iaphet* fuerit maior natu, vt plerique putant, ideo quod capite 10. v. 21. dictum eſt: Ipſi quoque *Sem* natus eſt: etiam ipſe eſt pater omnium filiorum *Eber*, frater *Iaphet* maior. Sed alia verſio magis probatur, eo quod clarius hunc nodum ſoluit, inquiens: De *Sem* quoque nati ſunt, patre omnium filiorum *Heber*, fratre *Iapheti* maiore: Et ſcriptura ter quaterue eo ordine eos enumerat, proinde & eodem ordine nati eſſe credantur. Quod autem *Moſes* primam ſortem *Iapheto* tribuit, trahunt hoc quidam, & non inepte, ad comprobandam & illuſtrandam illam ciuilem legem: Maior diuidat, minor eligat.

Sic & illud quod eidem *Iaphet* ceſſit patrium ſolum, montes inquam *Armeniæ*, qui eis poſt diluuii incommoditates primum hoſpitium præbuere, eo detorquent, vt herciſcundis filiis familiæ, minimo natu patrium habitaculum debeatur. Maiores enim propter maiorem ætatem magis prouidi eſſe ſolent, iuniores autem, vt imbecilliores non item.

Per *Babel* intelligunt *Babylonem*, ſed epitheton ei additur *Sinear*, ad differentiam alterius *Babylonis* quæ in *Aegypto* fuit. Per *Sephar* montem Indiæ intelligunt. Per *Mes* optime poſſunt intelligi montes *Sarmatici*, eo quod *Nyſiis* adiacent, & totam *Europam* per medium ſecant, quibus ſi addas *Parthicos* & *Emodios* montes, videbis quaſi cingulum, quod totam habitabilem per medium ambiens cingit. Sed iam poſito totius operis ſolido fundamento ex diuinis oraculis, ad *Babylonicam* hiſtoriam deſcendamus.

A. M. 1790.

CA-

CAPVT II.

De Temporibus Seba, Nimrod, *viuente adhuc Principe Aſarmoth.*

Anno Mundi 1810.
Anno à diluuio 157.
Anno à diuiſione gentium ad Babel 25.
Anno ante aduentum Chriſti domini 2190.

A.M.1810.

Moſchi Sarmatæ.

IAm ab eo anno hiſtoria *Babylonica* mentionem *Sarmatarum* facere incipit, dicitque a *Tuiſcone Sarmatas* maximos populos fuiſſe fundatos. Quia autem & *Maſchi Sarmatæ Riphai* in eadem hiſtoria *Babylonica* vocantur, & eadem lingua vtuntur, etiam initia regni eorum in idem tempus reiecit, ita vt duo ſimul Patriarchæ, quaſi ex condicto, vnius dominii fundamenta iecisse videantur. Ita enim dicit: *Moſchus* dux miſſus ab eodem *Saturno*, fundat *Moſchicum* regnum. Duplicis autem *Maſchauia* meminit, *Aſiatica* & *Europea* ſicut & *Sarmatia*. Omitto diſputationem illam, quomodo *Maſchi* in ſeptemtrionem conceſſerint, cum antea in *Capadocia* vicina *Paphlagonibus* noſtris *Henetis*, tanquam gens conſimilis linguæ habitationem ſibi delegerit, ibique vrbem a ſuo nomine appellarit, quæ vſque ad *Claudii* tempora *Mazaca* vocabatur. Ille enim tractus paſſim tum lingua *Slauonica* tam in *Capadocia* quam in *Paphlagonia* vtebatur. Tandem *Claudius* hanc vrbem Cæſaream vocauit, ſed Iulianus apoſtata hoc cognomen eidem poſtea abrogauit. Hæc de initiis regni *Sarmatici* dixiſſe ſufficeret, niſi plerique ſcriptores *Germanici* ad amplificandam ſupra modum gloriam ſui *Tuiſconis* abuterentur loco citato *Beroſi*, ideo hic ſubmonendum lectorem putaui, nomen *Germania*, *Scythia* & *Sarmatia*, apud ſcriptores latiſsime & large patere, ita vt aliquando nomen *Sarmatia* tranſeat vſque ad *Germanos* ad *Rhenum* habitantes, vnde a *Beroſo* expreſſe *Rheni Sarmatæ*, illi incolæ ad *Rhenum* vocantur. Et *Plinius Scytharum* nomen in *Sarmatas* vſque & *Germanos* eadere affirmat. Quæ igitur *Beroſus* de fundatione regni *Sarmatici* a *Tuiſcone* attulit, caute ſunt accipienda. Alioqui ſi quis *Beroſi* phraſim vrget, nos viciſsim ei diuina oracula opponimus, quæ expreſſe reiiciunt confuſionem originis nationum, & aſſerunt diuiſionem gentium ſecundum numerum linguarum & patrum illorum factam fuiſſe, ita vt ſingulæ gentes à ſingulis patriarchis deriuentur. Nec video, quo pacto ſarta tecta *Beroſi* authoritas permaneat, niſi tropice eum per catachreſin quandam *Germaniam*, *Sarmatiam* vocaſſe fateamur. Fere enim eſt vſitatum in omnibus linguis, vicinitatis ratione alteram pro altera nominare nationem. Sic *Germanos* ad *Rhenum* multi *Gallos* vocauere, & vice verſa. Et

Sarmatæ vtrum à Tuiſcone?

Sarmatas vocant *Scythas*, eo quod viciniæ ratione in quibusdam altera alteri communicet. Sic & nos *Radomienſes* & *Podlaſios*, *Maſcuios* vocare ſolemus, qui etſi *Maſouii* non ſint, tamen viciniæ ratione, eos ſolemus afficere hoc cognomine. Et cum eam appellationem indignius à nobis ferunt, per modum cuiusdam vrbanitatis ſolemus regerere non ſine ioco: Etiamſi veſtri, *Maſouii* non ſunt, tamen pro igne ad *Maſanias* frequenter decurrere ſolent. Sic & *Ruſſos*, *Lublinenſes* ſubinde vocari nouimus. Sed & in conciliis œcumenicis generalibusque hoc idem vſu venit, ſicut in illo *Conſtantienſi* & *Baſilienſi* alias ſeruatum eſſe ex actis conciliorum paret, vbi in ferendis ſententiis *Germanicæ* nationis Epiſcopi tum *Polonicis* iungebantur, vt quicquid illi referrent, id dictum eſſe *Germanorum* nomine putaretur. Hæc dicta ſint de catachreſi illa, qua *Beroſum* vſum eſſe etiam aliis in locis manifeſtum eſt. Et *Ptolomæus* montes, qui cingunt *Germaniam* ad *Danubium Sarmaticos* ſimili ratione vocauit. Affirmant alii *Chaldæo* homini non fuiſſe ſeptemtrionem cognitum, aut male verſum, aut ab aliquo adulteratum, vt non raro accidere hiſtoricis, exemplo *Eutropii*, *Iornandis* & ipſorum etiam Euangeliſtarum probari poteſt, quos *Eraſmus Roterodamus* aliquibus in locis corruptos eſſe conqueritur, quod ſi ne hac quidem ſolutione contentus eſſe aliquis velit, et priuilegium illud diuinum diuiſionis vniuerſæ habitabilis trium fratrum opponimus. Quod ſi ne ſcripturæ quidem teſtimoniis ſtare velit, mirari nos oportebit, eos qui alias ſcripturæ authoritatem aliis ſcriptoribus iure anteponunt, in ea cauſa, vbi de prærogatiuis nationum agitur, ſcripturæ authoritati ſententiam *Beroſi* præferre. Sed nos clariſsimæ genti ornamenta & quæuis præconia libenter fauemus, modo *Beroſus* ſobrie intelligatur. Nam non deſunt alii, qui quidem priuilegii iſtius, vtpote a Deo lati, authoritatem agnoſcunt, ſed tamen per tyrannidem patres quoſdam multa ſibi permiſiſſe prætendunt, ex quibus habetur illud, quod *Tuiſcon* præſumpſerit *Sarmatarum* regnum ſibi vendicare. At priuilegii iſtius ea vis eſt & verborum ſenſus, vt Deus in eo expreſſerit non modo, quid fieri vellet, ſed etiam quid deinceps in ſequentibus ætatibus accidere debuit fatidico ſpiritu prædixerit. Cuius prædictionis inuariabile decretum ſi in dubium vocatur, & reliquarum quoque prophetiarum, quæ in Bibliis extant, non reperio quo pacto certitudo conſtare poſſit. Adde quod iſta ipſa hiſtoria *Beroſi* nequaquam abſolutum dominium *Tuiſconi* vendicat, quin immo eum *Ioni* ſeruituti obnoxium facit, eumque ad occidentem ab ipſo miſſum eſſe prædicat, quo ibi ipſius permiſſu auſpicaretur regnum. Viciniores autem ſunt multo *Sarmatæ Ioniæ*, vbi *Ianus* ſedem ha-

A.M. 1810.

habuiſſe prædicatur, quam ipſi *Germani*. Maluiſſet igitur *Ianus* eoa ſuo imperio ſubiicere, ſi quid io eos iuria habuiſſet, quam occidentem verſus neſcio cuiua alterius dominio ipſoa implicare. Sed ſi de rebua tam vetuſtis licet libere loqui, *Ianus* ius dominii non potuit alteri reſignare, vbi ipſe ne ad plantam quidem pedis poſſeſſionem habuerit.

CAPVT III.

De Temporibus Nahor & Iani.

Anno à mundi creatione 1896.
Anno a diluuio 240.
Anno à diuiſione gentium 108.

A. M. 1896. ITerum eadem hiſtoria *Babylonica Sarmatia Europea* mentionem facit his verbis: *Araxa* cum filio *Scytha* paulo anta B creato omnium gentium *Sagarum* rege *Sabatto Saga*, ipſe occupauit omnem partem occidentalem ab *Armenia* vſque in *Sarmatiam Europeam* &c. Vnde liquet *Beroſo Aſiaticam Sarmatiam* notiſſimam fuiſſe. Quia ad differentiam huius vocat *Sarmatiam Europeam*. Hæc ideo addo, quod quidam authoritatem huius ſcriptoris hoc nomine conuellere nituotur, quaſi fines *Europea Sarmatia* ponendo ad *Tanaim*, ignorarit *Aſiaticos Sarmatas*. *Maſſagetarum* etiam, qui a *Myſiis* & *Getis Sarmaticis* populia dicuntur, in id tempus origo reiicitur.

An Beroſo nota fuerit Sarmatia Aſiatica.

De Maſſagetarum origine.

CAPVT IV.

De Temporibus Nini, Beli Filii, qui fuit tertius Rex Aſſyriorum.

Anno ab orbe condito 1910.
Anno à diluuio 258.
Anno ante Chriſtum 2090.

A. M. 1910. *Sarmatarum legiſlator.* TErtio iam & quidem magis ſignificanter *Sarmatarum* mentionem facit hiſtoria *Babylonica*. "*Tuiſcon*, "inquit, *Gygas Sarmatas* legibus ſormat apud "*Rhenum*: & addit: id ipſum agit *Tubal* a"pud *Celtiberos* & *Sarmothes* apud *Celtas* &c. Apparet hinc ante politiam *Moſis* apud *Germanos*, *Gallos*, *Hiſpanos*, leges fuiſſe politicas promulgatas. Sed quærerem hic: Quid opus erat *Sarmatis* ad *Tuiſconem* & quidem *Gygantem* proficiſci, petitum leges, cum *Sarmatia Europea* propior fuerit multo *Græcis*, vbi *Ianus* regnabat, cui ipſe *Tuiſcon* ſubiectus fuit. Nam *Beroſus* aperte dicit, *Tuiſconem* a *Iano* in eas oras fuiſſe miſſum, vt veluti vaſallus quidam Iani fuiſſe videatur. Quod autem *Sarmata* littus *Ponti* tum inhabitarint, eiusque dominii poſſeſſores fuerint, ex ſequentibus liquet. Dicit enim: *Barzanem Sabatii* filium regnaſſe vſque ad *Sarmaticum Ponti* littus. Vnde euincitur illo tempore ſicuti mare ad oſtia *Iſtula*, occidentem verſus, ita ad orientem, *Euxinum Pontum* mare *Sarmaticum* *A.M. 1910.* ſimili ratione vocari ſolitum fuiſſe, ſicuti & *Ouidius* vocare ſolet. Quo fundamento poA ſito ineuitabiliter concluditur: quicquid intra hæc duo maria eſt, id veteribus *Sarmatia* nomine dici. Sed quid maria dicimus? cum etiam hic & incolæ *Rheni Sarmata* vocentur a *Beroſo*, quos ille legibus aſſuefaciebat. Quod autem eo loci *Sarmatas* illos, *Scythas* nonnulli recentiores vocant, iſtud in *Beroſo* non habetur. Niſi forte iuxta *Plinii* phraſim, etiam in *Germanos*, *Scytharum* nomen cadere putemus. Nam diligentius excutienti monumenta veterum liquet, in triplici potiſſimum ſignificato nomen *Sarmatiarum* accipi. *Triplex Sarmatiarum ſignificatum.* Primo *Riphæos Sarmatas* vocabant, vbi nunc *Moſchouia* eſt: qui autem *Germanis* B permiſti erant, illi *Rheni Sarmatorum* nomine cenſebantur. Porro qui in meditullio habitabant, nimirum inter vtramque *Sarmatiam* & montes *Sarmaticos*, illi abſolute *Sarmata* vocabantur. Informabat igitur legibus *Tuiſcon* ſuoa *Germanos*, non homines noſtros. Nam *Germanorum* politia toto cœlo differt a politia noſtrarum gentium, quæ *Lacedæmoniorum* politiæ ſimilior eſt. Quod autem quidam, appellationes illas oppidanorum ad *Margemburgum*, quæ patrum noſtrorum memoria abolitæ ſunt, ad confirmandam *Tuiſconis* io ferendis legibus, autoritatem adducunt, id ridiculum eſt. Potius ergo putarim illum moram reliquum manſiſſe ex gubernatione veterum *Polonorum*, qui fines ſuos ad *Albim* vſque fluuium quondam exC tendebant, ſicut a *Dlugoſſo Miechouienſi*, & a D. *Cromero* euidentiſſimis documentis probatum eſt, & a nobis vberius infra probabitur. Contigerunt autem hæc, quæ dicta ſunt de legialationa *Tuiſconis*, ante *Abrahamum* natum, propemodum 40. annis, quando *Germani* adhuc rudes erant, & ad erudiendum alios minus apti, vt *Strabo* de eis teſtatur libro 7.

Habitatio.

CAPVT V.

De Temporibus Abrahæ.

Anno ab orbe condito 1964.
Anno à diluuio 358.
D *Anno ante Chriſtum 2036.*

QVarto, fit præterea alia mentio *Sarmatarum* in *Beroſo* his verbis: "Anno 6. *Semiramidis*, apud *Rheni Sarmatas* regnauit filius *Tuiſconis Mannus*, & apud *Ianigenas Razennos*, "*Veſta* vxor *Iani* ſempiternum ignem cuſtodiendum tradidit, &c. Ex *Diodoro Siculo* transferantur huc de regno *Semiramidis* Reginæ *Aſſyriorum*, quomodo iis temporibus floruit, & quibus modis ad regni faſtigium per-

ue-

A.M. 1964. ueuerit. Fuit hæc vxor *Nini* Regis, fœmina magni nominis. Et videtur ſeculum illud occulro ſidere fœmiois fuiſſe. Nam eodem tempore *Iſis* illa regina *Ægypti*, quæ poſtea *Oſiridi* nupſit, famam ſuam mirabilibus auxerat factis. Teſtatur hoc Epitaphium ipſius, euius *Diodorus Siculus* meminit: EGO, inquit, SVM ISIS REGINA ÆGYPTI A MERCVRIO ERVDITA: QVÆ EGO LEGIBVS STATVI, NVLLVS SOLUET: EGO SVM VXOR OSIRIDIS: EGO SVM PRIMA FRVGVM INUENTRIX: EGO SVM OSIRI REGIS MATER: EGO SVM IN ASTRO CANIS REFULGENS: MIHI BVSTIA VRBS CONDITA EST, GAVDE, GAVDE ÆGYPTE, QVÆ ME NVTRIS.

De antiquitate duarum vrbium Europa Treuiri inquam & Tigurinorum.

Addendum etiam hic putaui, quæ afferuntur de antiquitate & celebritate duarum vrbium in *Europa*, *Treuiri* & *Tigurinorum* vrbe, vt facilius intelligi poſſit, quis tum ſtatus *Europa* fuerit, & quam habitabilis. *Marianus Scotus*, qui *Fulda* floruit circa annum domini 1060. in Chrooicis ſuis ad annum *Abraba* 56. hæc ad verbum annotauit: "Hoc anno "*Trebeta* filius *Nini* a *Semiramide* expulſus ex "regno, *Treuirim* condidit, vrbem in *Gallia*, "ante *Romam* conditam annis 1150. Reliqua de *Treuiri* & *Tigurinorum* vrbe ex qoodam *Germanico* ſcriptore adiiciam. *Tigurina* vrbis Chronica vetuſtiſſima pethibent, primis illis ſeculis *Treuirorum* vrbem, *Tigurinorum* arcem ac ciuitatem vocauiſſe & agnouiſſe ſororem. Eteoim teſtantur, 30. annis à *Treuirorum* vrbe condita, & quidem *Abraba* temporibus extructam eſſe, a Priucipe quodam iſtius tractus *Thurico*, in colle ad *Limagum* fluuium, vbi e vicino euoluitur lacu, arcem inſignem & munitam, quæ a cooditore dicta ſit, *Thuricenſis*, & *Thuricum* caſtrum. Populos certe eius tractus conſtat ex hiſtoriis & geographis, remporibus vetuſtiſſimis *Tigurinos* fuiſſe. Vnde poſtea ipſa ciuitas ad arcem extructa, & *Thuricenſis* ab arce, & *Thuregum* denique & *Tigurum*, vtpote quæ *Tigurinorum* erat metropolis, eſt appellata, Germanice vero dicta *Zurich*, voce a *Thurico*, (quem *Thurich* etiam nominare poſſis) modice deflexa. Itaque iuxta *Mariani* ſupputationem, *Thuricenſis* arx ante extructam *Romam* condita eſſet annis 1220. aut circiter. Ante natum Chriſtum circiter annis 1975.

Capvt VI.

De Temporibus Semiramidis.

Anno ab orbe condito 2000.
Anno à diluuio 341.
Anno ante Chriſtum 2000.

A.M. 2000. Hic Chronologi primæ ætatis a condito orbe finem faciunr. iam enim 2000. anui ſunt præterlapſi. Circa hæc tempora *Noach* exantlatis laboribus multis, viſa iniquitate ſeculi, quod præceſſit, diluuium, ſatiarusque formidine, pauore & periculis, quæ ipſi euenerunt, perielitanti in diluuio, vitam cum morte commutauit. A M 2000. Hoc etiam tempore *Oſyris* rex *Ægyptiorum* cum ſorore adoleſcentula inuenit aratrum & artem agriculturæ, quam per vniuerſum propagauit orbem.

inuentio agriculturæ.

Hæc vera eſſe inſcriptio columnæ cuiusdam in *Ægypto* inuentæ indicat: PATER, inquit, EST MIHI SATVRNVS. SVM VERO OSYRIS REX, QVI VNIVERSVM ORBEM IN INDORVM ET VSQVE AD ISTRI FONTES, ET ALIAS PARTES VSQVE AD OCEANVM PERCVRRI, NEC FVIT IN ORBE LOCVS, QVO NON PERVASERIM. *Diodorus* libro primo. Hic quidem expreſſe uon fit mentio *Sarmatiæ*, ſed quia *Iſtri* mentiooem facit, additque nullum locum in orbe reperiri, quo tunc non peruaſerit ars ilia agriculturæ, neceſſario inde elicitur, etiam in has regiones hanc artem tunc introductam fuiſſe, quia *Iſter* fuit limes *Sarmatarum*. Agnoſcant igitur noſtri & recognoſcant, beneficium ſe accepiſſe a meridionalibus populis, quod inde ad eos propagata eſt ſcientia agriculturæ. Sed viciſſim meridionales acceptam ſerre debent, ſeptemtrionalibus ſcieoriam eurulem. Tradunt enim, quod *Gomerus* ſuperiori ſeculo docuit ſuos *Italos* caſtra vel vrbem ex curribus componere. Et idcirco vrbs in *Italia* ab eis *Vey* appellata eſt, vocabulo *Sago*, qui, *Veias* plauſtrum appellaot. Notum eſt autem, vocabulum *Vos* currum ſonare in lingua *Sarmatica*. Noo ergo *Gomerus* ab alia natione caſtra metandi ſcientiam ex curribus, accepiſſe credendus eſt, quam a *Sarmatis*, qui hic *Scytha* catachriſtice appellautur. De origine œcooomiæ & quæ ad œconomiam pertinent, expreſſe ſic *Diodorus*: *Oſyris* peragrando vniuerſum orbem docuit ea, quorum inuentor fuit, tauros domeſticare ad aratrum, arare, ſerere, plantare vineas & vioum couficere, & cereuiſiam, vites adiungere palis & putare, vt Poeta

Vncique puer monſtrator aratri
Prima Ceres ferro mortales ſcindere terram
Inſtituit &c.

Propter eam igitur ſubtiliratem ingenii, quod rex *Ægypti* domationem boum inuenit, bos *Ægyptis* fuit ſacratus & pro Deo cultus, quem apim vocauere. Cuius inſtituti æmulatione ducti *Iudæi*, cum in deſerto eſſent, vitulum ſibi conflauerunt, memoriale ſcilicet deorum *Ægoptiorum*, quos iſthic manendo viderant & eis aſueuerant.

Deus Ægyptiorum bos.

Oroſius cereuiſiæ *Ægyptiaca* confectionem ſic deſcribit, vnde noſtræ diſſimilem fuiſſe conſtat. Vltimo inquit, omnes ſubito duabus portis eruperunt, larga prius potione vſi non vini, cuius ferax is locus non eſt, ſed ſucco tritici per artem confecto, quem ſuccum a calefaciendo cœliam vocant. Suſcitatur enim illa

Confectio Cereuiſiæ Ægyptiaca.

A.M. 2000. ignea vis germinibus madefactæ frugis, ac deinde ſiccatur, & poſt in farinam redacta molli ſucco admiſcetur, quo fermento ſapor auſteritatis adducitur. Qua de cauſa recitat ſcriptura ſacra, ocium, ſaturitatem panis, vagas libidines hoc tempore in mondo maxime regnaſſe. Et eam ſatoritatem magno prouentu prodiiſſe exiſtimandum eſt, quod eo tempore primum agricultora & cultus vineatum inuentus fuit, vnde homines inpinguati & locupletati inſoleſcere cœperunt. Hac etiam ætate regnauit *Aralius* apud *Babylonios*, apud *Gallos Drius*, a quo *Druidæ* illi ſacerdotes inſtituti, apud noſtros vero vicinos *Tuiſcanes Hermion*. Hac etiam ætate *Amraphel* ille *Aſſyrius*, floruit cum quo *Abraham* conflixit *Lotum* vindicaturus, Geneſ. 14. Hunc *Ambraphalem* putant eo loci *Zameim Niniam* vocari a *Beroſo*. Poſtea *Gyngaon*, qui cum *Sarrone Celtarum* rege literarum ſtudium, ad reprimendam hominum ferociam, in parte occidua primus inſtituit: hic quidem *Gallos*, iſte vero ſuos *Tuiſcanas* docuit. *Peleg* etiam ille ſub quo diuiſio gentium facta fuit, hac ætate moritur cum eſſet annorum ducentorum triginta nouem.

Capvt VII.
De Temporibus Iacob.

Anno à condito orbe 2110.
Anno à diluuio 510.

A.M. 2110. IMpetitabat tum apud *Babylonios Baleus Xerxes*, id eſt triumpharot: apud *Tuiſcones Marſus* Iam hic deſinit hiſtoria *Babylonica Sarmatarum* meminiſſe expreſſe. Hoc tempore tribus in locis *Italia* arſiſſe dicitur, vnde de *Phaëtonte* fabula nata eſt, qui tum apud *Ligures* regnabat. Iſtis temporibus *Iacob* Patriarcha vixit & *Iob*, quem Deus laudat vehementer. Nonus rex *Babylonis* fuit *Amatriens*: decimus *Belochus*, quo tempore etiam *Gambriuum* apud *Tuiſconas* regnaſſe fertur, qui a corona nomen *Gambri* habere dicitur. Primus enim hic inter reges *Tuiſconum* coronatus eſſe dicitur. Vndecimus *Babylonis* rex *Balens*: apud *Tuiſconas* ſeu *Germanos Suenus*. Nauium vſum tunc inuentum eſſe ad maria transfretanda prædicant. Sed *Noe* periclitatio tempore diluuii, antiquiorem fuiſſe arguit.

Capvt VIII.
De Temporibus duodecim Patriarcharum: ante Moſen centum annis, poſt mortem Iacob duodecim annis.

Anno à condita orbe 2269.
Anno poſt diluuium 569.
Anno ante Chriſtum 1701.

A.M. 2269. *Vandalus, patrum Sarmatarum Conditor.*

HIc quoque *Sarmatarum* nomen expreſſe non ponitur, ſed tamen princeps eius ſtirpis *Vandalus* nomine A commemorator. Ab hoc quidam *Germanici* ſcriptores *Slauonica* gentis nationes deducunt. Ex quibus quidam non poſtremus in hoc genere, ad eum modom ſcribit: "*Vandalus* apod *Tuiſcanas* regnauit hoc tempore. "Hinc *Vandalarum* gens, quæ lingua *Slauonica* vtitur, denominata eſt, ex quibus nunc "multæ maximæque gentes diuiſæ ſunt, *Poloni, Boemi, Slauoni, Croaci, Vandali* ad *Marchiam Brandeburgenſem*. Hæc ille; quæ ſi vera ſunt, iam triplici modo ſtirps noſtrarum gentiom a *Iaphet* deduceretur. Primo per hunc *Vandalum*, quem ex *Tuiſconis* poſteritate eſſe volunt: & hoc ante *Moſen* euenit. Deinde per *Paphlaganas*, qui ſecuti ſunt *Antenorem* poſt bellum *Troianum*. Tertio per *Alanum*, quem dicunt nonnulli noſtratium primum ex *Aſia* colonias deduxiſſe ad B noſtros homines, ſed tempus eius rei non aſſignant.

At iam aliquoties monſtratum eſt, hanc opinionem non poſſe cum ſcriptura conſentire, quæ affirmat diuiſionem gentium factam eſſe ſecundum numerum patrum, nepotum *Noe*, & ſecundum numerum linguarum. Potius igitur dicemus, hunc *Vandalum* fuiſſe regem peregrinum, accerſitum a *Tuiſconibus* ex gente *Sarmatica*. Nam liqoet ex *Beroſo*, com iam ad inclinationem ſpectaret regnum *Tuiſconum*, peregrinos reges accerſitos fuiſſe, idque iam ex *Sarmatis*, iam ex *Græcis*. Mox enim ſubiungit *Marſum* etiam, & *Herculem* ipſis imperitaſſe, quæ nomina indicant hos C principes *Græcos* fuiſſe, aut vtramque gentem *Teutanicam* & *Sarmaticam* alternatim, iam ex *Teutonibus* ſibi reges delegiſſe, iam ex *Sarmatis*, vt ex æquo imperitare viderentur. Adextremom propter diſſidia ciuilia *Græcos* extraneos accerſiuiſſe, quæ res poſtea regno eorom exitium & finem acceleraoit. Nam *Beroſus* ſtatim poſt commemorationem iſtorom, hiſtoriam huius gentis texere deſiit, tacite innuens ob exilitatem non fuiſſe dignos qui amplius enumerarentur.

Series principum Sarmaticorum antiquiſſimorum.

Huic enumerationi *Tuiſconicarum* regum, opponunt ſcriptores rerum *Polonicarum* ſuum Catalogum priſcorum regum *Slauonicæ* gentis: *Philaram*, inquam, *Alanum*, *Anchiſen*, *Pamphilum*, *Reaſilinam* & *Alanum* Secundum, quem primum ex D *Aſia* in *Europam* commigraſſe feront, vt iam dictum eſt, eique quatuor filios fuiſſe ferunt, qui nomina gentibus certis dederunt, ita vt a *Vandalo Vandalorum* gens, a reliquis *Ruſſi*, *Bohemi* cognominati ſint. Sed quid ſentiendum ſit de hac traditione antiquorum, inferius lectorem admonebimus.

CA-

CAPVT IX.

De Sarmatis & eorum origine.

A.M. 2269.

DIxi de *Sarmaticis* rebus ſparſim ſuperius, nunc earum anacephaleoſim faciam. Nullum eſt dubium populos noſtros, ac omnes eos qui *Slauonica* lingua vtuntur, *Sarmatas* vocari a veteribus. Vocis autem etymon non eodem modo omnes dedocent. Quidam *Sarmatam*, ducem altitudinis exponunt, quia montium iſtorum altiſſimorum legitimus poſſeſſor ſtatim ab initio fuerit, vel quia regiones ſeptemtrionales incoluerit, quibus Mathematici altitudinem ſupremam adſcribunt. Alii viperinum aſpectum ex Græco interpretantur. *Græci* enim non *Sarmatas* ſed *Sauromatas* vocant; σαῦρος autem eis viperam ſignificat, eo quod terrifico aſpectu præditi erant, quodque perculerunt fortaſſe quondam metu & formidine belli *Græcos* homines. Sed *Sauromatas* verius dixerim vocari *Aſiaticos Sarmatas*. Nam noſtri homines iudicio omnium, nequaquam improbo aſpectu præditi ſunt, ſicuti de Aſiaticis populis vt plurimum id verum eſſe creditur. Originem autem *Sarmatarum*, ab *Aſarmoth* deducere ſacris literis conpellimur. Sed & *Ioſephus* gentium origines exemplo *Moſis* deſcribens, affirmat ſingulas gentes è ſingulis Patriarchis cognomina ſua trahere. Et poſtea latius hoc idem explicat, tempus originis earum ſtatim ab illa fatali diuiſione & diſſipatione, quæ contigit ad turrim *Babel*, ediſſerens. Quæ ſi omnia ſimul conferantur, amplam materiam ſuppeditare poſſunt, encomia gentis noſtræ canere volentibus. Nam ſi tempus ſpectes, temporibus aurei ſeculi *Saturno* ſcilicet apud *Babylonios* regnante orti ſunt: ſi Patriarchæ dignitatem, ille ex ſtemmate *Sem* maioris natu prodiit, per quem ſaluatoris genealogiam ducere ſpiritus ſancti conſilium fuit: ſi capacitatem & amplitudinem regionis, fluminum, & maris, portuumque multitudinem, certe commoditates tantæ reperiuntur in iis terris, vt cum omnibus præcipuis gentibus certare poſſe videantur. Quod vero attinet ad cœli clementiam, certe vbi *Polonia* & *Boëmia* eſt, eam talem eſſe experimur, vt nec frigoribus ſupra modum intenſis, nec caloribus *Africanis* obnoxia ſit, ſed mediocritate gaudet tali, qualem ſibi & ad tuendam valetudinem, & voluptates conceſſas retinendas quiſpiam optare poſſit. Iam politiam ſi quis expendat, hæc non tam eſt ad delitias comparata, quam ad eum finem, vt quam diutiſſime durare poſſit, habeatque ſemper militem exercitatum, durato corpore, agilem ad tractanda arma, non deliciis diffluentem, ſed ſemper agrorum cultu & venationum ſollicitudine ita aſſuefactum, vt tempore belli inediam, labores militares, ferre poſſit. Fuerunt in mundo Monarchæ & domitores orbis, *Cyrus*, *Darius*, *Alexander*, poſtmodum *Romani*. Nullus tamen horum quicquam iuris vnquam habuit in *Sarmatiam*, nullus etiam dictus *Sarmaticus*, ſicuti a deuictis aliis gentibus non raro ſunt denominati. Vnde cognomina nata ſunt, *Aſiaticus*, *Africanus* & etiam *Germanicus*. Sarmaticum autem qui ſeſe diceret, nunquam eſt inuentus. Rationem eius rei malo verbis *Naſonis* explicare, de *Sarmatis Getisque* ita dicentis:

Etymon vocis Aſarmoth.

Laus Sarmatarum à circumſtantiis loci & temporis.

Nullus Imperator Sarmaticus dictus.

Maxima pars hominum nec te pulcherrima curat
Roma, nec Auſonii militis arma timet.

Hæc ad laudem politiæ *Sarmatiarum*, quæ *Lacedæmonum* ſimillima eſt, referantur. Interim fatemur, nullam politiam in mundo reperiri poſſe, quantumuis laudabilem, quæ careat ſuis næuis. Partes *Sarmatiarum* a regionibus & cognominibus poſſunt enumerari. Nam alia eſt *Sarmatia Aſiatica*, alia eſt *Europæa*. Rurſus *Europæorum* alii fuerunt *Rheni Sarmatæ*, vt *Beroſus* vocat, alii *Riphæi Sarmatæ*, alii *Tyrigetæ Sarmatæ*, vt *Ptolomæus* vocat, alii *Iazyges Sarmatæ*, vt *Strabo*, alii *Acaronancæ*, qui in aula *Conſtantini* fulſerunt, alii *Regii*, forſan *Mithridatis*. Quanquam & antiquos *Sarmatas* reges habuiſſe ſuos, teſtantur ſcriptores non obſcuri vt infra patebit. Peculiariter autem quidam ex eis *Sarmatæ* abſolute abſque adiectione cognominis dicebantur. Qua ratione noſtros, qui ad montes *Sarmaticos* habitabant vocatos non raro reperias. Vtrum autem *Aſiatici* a noſtris an noſtri ab *Aſiaticis* orti ſint, differit primarius ſcriptor *Polonicæ* hiſtoriæ. Et videtur in eam ſententiam inclinare, vt credat noſtros ab *Aſiaticis* prodiiſſe. Et rationem eius rei adfert: quia, inquit, omnes coloniæ deductæ ſunt ex *Aſia* in reliquas orbis partes. Sed eius ſententiæ reclamat *Beroſus*, qui cum *Tuiſcone* ſtatim a primordiis eo delatos fuiſſe *Sarmatas* affirmat. Reclamat & *Diodorus Siculus*, qui aſſerit, ab *Olbio* quodam poſtea, temporibus videlicet *Gedeonis*, fundatam fuiſſe *Aſiaticam Sarmatiam*. Vnde *Ptolomæus Olbiæ* mentionem facit in *Sarmatia Aſiatica*.

Diuiſio & partes Sarmatiarum.

Cromerus in Prolegomenis.

Sarmatæ Europæi non ſunt orti ab Aſiaticis.

Sarmatas non eſſe ſtirpis *Germanorum*, erudite *D. Cromerus* demonſtrat, & euidentiſſimis argumentis poteſt demonſtrari ex *Cornelio Tacito*, ductis argumentis a moribus, veſtitu, lingua, armis, legibus, politia, ſicuti ex annotatione inferius patebit.

Sarmatas non eſſe Germanos.

Sarmatas etiam non debere confundi cum *Scythis*, iiſdem argumentis probari poteſt, ductis a moribus, veſtitu, lingua, armis, legibus, politia & authoritatibus antiquitatis, ſtoiumque deſcriptione. Nam regiones a *Tanai* vſque ad *Rhenum*, *Sarmatæ* non *Scythæ* poſſi-

Sarmatas non eſſe Scythas.

debant, vt ex *Beroſo* & aliis hiſtoricis, & Coſmographis liquet.

Capvt X.

De Temporibus Moſis

Anno ab orbe condito 2375.
Anno à diluuio 775.
Anno ante Chriſtum circiter 1625.

A.M. 2375.

A Pr[illegible]pe *Pelek* ſub quo diuiſio gentium facta eſt, ad *Moſen* vſque numerantur 628. anni. Intra hoc ſpacium temporis iam genus humanum multiplicatum fuerat, & coloniæ in vniuerſum orbem deductæ. Iam *Aegyptii* auſpicati erant ſuum regnum. Iam *Nimrod* ille cœperat eſſe potens in terra, decetarque fundamenta vrbis & imperii *Babylonici*. Iam *Zoroaſtres* princeps ex ſtirpe *Sem* filii *Noë* maioris natu, non modo regnum *Bactrianorum* ſibi ſtabilierat, ſed etiam *Nino* regi de finibus bellum mouerat. Huiua principia mentionem libenter facio, non ea tantum de cauſa, quod vicinus fuit noſtris gentilibus *Sarmatis Aſiaticis*, & de ſtemmate noſtri Patriarchæ *Sem*, ſed etiam quod fuerit inter principes ætatis illius facile princeps. Antiquior eſt hic *Moſe*, nam fere quadringentis annis præceſſit eum. Hic primus fuit Mathematicorum ſtudiorum inuentor & doctrinarum phyſicarum, vt autor eſt *Plinius*. Adde quod etiam *Iapheti* poſteritas iam regna ſua dilatauerat. Nam vt cæteros taceam, de *Tuiſcone* conditore gentis *Germanica* ferunt, quod iam ad occidentem proceſſerat, & vrbes aliquot in *Galliis* & *Germania* excitatæ erant.

Zoroaſtres.

Sarmatarum incrementa.

Conſimilia *Beroſus* ſcriptor peruetuſtus de *Sarmatis Poloniæ* inhabitatoribus prodidit, quod iam eodem ipſo tempore occidentem verſus progreſſi erant, fineſque regni ſui incipientes à flumine *Tanai*, *Rhenum* verſus extenderant. Sed de *Beroſo*, eiuſque deſcriptionibus *Germania* pariterque *Sarmatia*, infra luculentius ſuo loco dicetur. Diuini *Moſis* teſtimonium ea de re merito nobis maioris authoritatis, quam cuiuſquam alterius, eſſe debet. Cum enim is nominet nepotes *Noë*, illos inquam heroes antiquos *Heber*, *Miſraim*, *Nimrod*, & alios, id ità intelligendum eſt, ac ſi nominaſſet regna ac populos, qui ab eis iam deriuati & propagati erant, & hoc potiſſimum intelligi velim de regnis, populiſque homonymis patronimiſque, ſeu quæ nominibus ſuis referunt reſonantque Patriarcharum ſuorum appellationes. Cum enim enumeraſſet filios ipſos, & nepotes ſingulos ſecundum cognationes ſuas, concludit: ab iſtis, inquit, diuiſæ ſunt gentes in terra poſt diluuium. Quæ, inquam, verba cogunt omnino lectorem, vt ſicuti *Aſſyrii* ab *Aſſur*, *Chananai* à *Chanaan*, *Iones* à *Iauan*, *Tudeſcones*, id eſt, *Germani* ab *Aſcanez* appellantur, ita *Sarmatas* ab *Aſarmoth* dictos eſſe fateatur, & habuiſſe incrementum effatu dignum regni ſui iam ante *Moſen*, illo inquam interſtitio temporis, à diuiſione gentium vſque ad *Moſen*.

Geneſ. 11.
Deut. 32.
Actor. 17.

A.M. 2375.

A Neque enim *Moſes* ita de iis gentibus locutus eſt, quaſi antea fuiſſent, poſtea autem eſſe deſierint, ſed quarum antea ita durabiliter iacta erant fundamenta, vt ad eius vſque ætatem pertigerint, quæque erant ita conſpicuæ, vt à quouis demonſtrari digito poſſent. Et hoc præcipue de *Sarmatis* intelligendum eſt, quorum & ante *Moſen* ſtatim *Beroſus*, & poſt *Moſen* *Manthanes Aegyptius* hiſtoriam complexus eſt. Atque ita iam habemus hiſtoriam continuatam de regno *Sarmatico* ab ipſa diuiſione gentium vſque ad *Moſem* per annos ſeptingentos & aliquot, qua, etiamſi breuis ſit, debemus eſſe contenti. Cætera quæ id tempus referenda ſunt ex annotatione cognoſcentur.

Prologus apologeticus ad Lectorem.

B Fateor quidem, cum ab initio hoc opus ſcribere inſtituiſſem, me ex authoribus tantum materiæ adepturum nequaquam exiſtimaſſe, quantum negotii iſtius magnitudo requirebat: ſed poſtea præter ſpem multa occurrebant, quæ ad illuſtrandum hoc totum negocium ſeruiebant, quæ mihi omittenda non videbantur. Proinde ne lectorem expectatione ſua fraudarem, per modum annotationum quædam ſubiicienda duxi. Abhorreo ab omni oſtentatione ſtyli. Proinde non elaboraui, vt me ſtylo aliquid valere demonſtrarem, ſed vt ſeriem hiſtoriæ *Polonica* tanquam filum per vniuerſas viciſſitudines temporum veriſſime extenderem.

Annotationes quædam.

C Temporibus *Moſis* apud *Babylonios* regnabat *Sparetus*, apud *Aegyptios Cenchres Pharao*, de quo *Beroſus* ita dicit: in *Cenchre* finierunt reges magni *Aegypti*, qui cum *Hebrais* de magica pugnauit, & ab eis ſubmerſus fuit. Eodem tempore apud *Italos Blaſcon*, cuius vxor *Roma*.

Quæſtio de ætate Zoroaſtris.

Circa eadem tempora fertur regnaſſe apud *Celtas Lugdunus*, à quo *Lugdunum* eſt cognominatum. *Inachus* vero apud *Athenienſes*, *Cecrops* apud *Lacedemonios*. De *Zoroaſtre Bactrianorum* rege mouent hic quæſtionem annalium anotatores, an ſub *Nino* regnauerit, ac bellum propemodum primum in mundo cum eo acerbum & funeſtum duxerit, vt vult *Diodorus Siculus*, *Iuſtinus*, *Oroſius* & plerique:

D an vero cum *Ninia Nini filio* hoc geſtum ſit, vt vult vnus inter omnes *Beroſus*, iudicium hic lectori permittitur. Potior tamen pars cum *Beroſo* ſentit, vtpote cui omnium perſpectiſſima erat hiſtoria patriæ ſuæ.

Lucorum origo.

Hoc tempore lucorum plantandorum ſuperſtitio gentilis nata eſt, *Crano Ianigena* primo eius rei autore, *Abrahami* nimirum tempore. *Zoroaſtris* iſtius quædam ſcripta hactenus celebrantur. Ne autem cui mirum videatur apud *Scythicas* gentes inſtituta hiſtoriæ prius floruiſſe, quam in aliis gentibus. *Cato* certe de originibus in ſecundo fragmento

aſſirmat

A.M. 1375. affirmat *Scytharum* annales vetuſtiores fuiſſe, quam aliarum nationum. Ideo *Beroſus* Chronica *Scytharum* allegat, inquiens: iuxta id in noſtra *Chaldaica* & primordiali hiſtoria *Scythica*, fideli memoria conſeruatum eſt.

Mercurius Trismegiſtus quando? Anno *Moſis* circiter ſexageſimo floruit A *Mercurius Trismegiſtus Aegyptiorum* Philoſophus admirandus. Extant adhuc quædam eius ſcripta, quæ fuiſſe eum diuinarum & humanarum ſcientiarum peritiſſimum demonſtrant. Sub idem tempus frutex oliuæ primum *Athenis* in arce, & forſan in tota *Europa* ortus eſſe prædicatur.

Capvt XI.

De Temporibus Ioſue.

Anno ab orbe condito 1495.
Anno exitus ex Aegypto 40.
Anno ante Christum 1505.

A.M. 1495. Iam hic deficit hiſtoria *Babylonica*, ſed tamen ex *Moſe* ſupplere defectum oportet ne filum hiſtoriæ rumpatur. Nam ſicuti poſt exitum ex *Aegypto* dixerat, diuiſionem gentium factam fuiſſe iuxta numerum linguarum & ſeptuaginta patrum, ita moriturus ſub finem vitæ ſuæ eandem hiſtoriam diuiſionis repetens inquit: « Memento dierum ſeculi,
Deutero. 32. „ intellige annos generationis, interroga pa„ trem tuum, & annunciabit tibi. Quando di„ uidebat altiſſimus gentes, quando ſepara„ bat filios *Adam*, ſtatuit terminos populo„ rum ſecundum numerum filiorum *Iſraelis*, „ poſitis finibus habitationis eorum. „ Ad quæ verba ſi addas verba illa *Dauidis*: Terminum poſuiſti eis, quem non tranſibunt, tunc apparebit diuiſionem gentium & fundationem C nationum duraſſe toto eo tempore, vsque ad illam metam quando *Ioſue* ſupremum adiit magiſtratum, adnumeratis quadraginta annis peregrinationis in deſerto, quibus *Moſes* præfuit populo Dei. Ergo ſicut aliarum nationum, ita & *Sarmatarum* limites in ſuis metis, temporibus Ioſue durauerunt. *Moſes* enim hæc verba protulit ſub mortem ſuam, quando ſcilicet *Ioſue* ad gubernandum populum Dei inauguratus fuit. Eſſe autem veriſſimam hanc demonſtrationem regni *Sarmatiæ*, etiam prophanorum ſcriptorum autoritate comprobari poteſt. Scribit enim *Manethon Aegyptius* in ſua hiſtoria in ſupplemento *Beroſi*, ſub idem tempus apud *Celtas Gallatam* iuniorem regnaſſe, qui, inquit, *Sarmatas* depulit. Sic D *Diodorus Siculus* libro ſexto eadem de re tradit, illiusque belli rationem latius deſcribit, quod ſtatim ſub tempora *Ioſue* fuiſſe perhibetur, quanquam alii ad tempora *Gedeonis* illud reiiciunt. Sed de ſupputatione temporum fateor me minus ſollicitum fuiſſe, propter occupationes, quibus neceſſario diſtinebar. Satis autem mihi erit, vt iam toties repetii, ſi ſeriem hiſtoriæ *Sarmatiæ* ac proinde & *Poloniæ* inueſtigauero. Sed dum *Europeæ Sarmatiæ* recordor, neque *Aſiaticæ* omnino obliuiſci poſſum, A.M. 1495.
quam *Diodorus Siculus* hoc ipſo tempore aut paulo poſt fundatam fuiſſe ab *Olbio* patre *Gallata* affirmat. Commemoratur autem nomen *Olbia* in deſcriptione *Aſiaticæ Sarmatiæ* a *Ptolomæo* Geographo. *Diodorus Siculus lib. 6.* *Sarmatia Aſiatica.* Si quis autem & res addat, quæ ſub hæc tempora apud vicinas gentes euenerunt, non mediocriter adiuuabitur ad intelligendum eius temporis ſtatum rerum *Sarmaticarum*. Hoc etiam tempore non multo poſt, terræ illæ occiduæ & prouinciæ, *Sarmatiæ* nomen conſecutæ ſunt ab *Europa* illa, quæ ab *Ioue* compreſſa eſſe fertur. Sed non nouum eſt gentibus, ſcortationes, ſtupra, & alias inconceſſas libidines regum, *Iouis* titulo tegere. Eodem tempore apud *Tyrenos*, id eſt, *Tuſcos Italos Oſcus* regnauit, cuius inſigna ſerpens fuit. Inſigne aſt hoc maternum glo- *Reginæ Poloniæ materna inſignia.* B rioſiſſimæ fœminæ reginæ noſtræ, vxoris *Stephani* primi, a quo *Oſco* forſan originem & antiquitatem ſuorum inſignium oſtendere poteſt. Hoc eodem tempore *Ilus* regnauit apud *Troianos*, a quo *Ilion Troia* vocata. Nam tempore *Ioſue* regnum illud initium habuit.

Capvt XII.

De Temporibus Samſonis.

Anno ab orbe condito 2790.
Anno ab exitu 337. Iubileo 6.
Anno ante Christum 1210.

Argonauticam expeditionem præcipuorum principum *Græciæ*, omnibus ætatibus apparet fuiſſe celeberrimam. A.M. 2790. *Argonautica expeditio.* Hæc refertur ad tempora *Samſonis*, qui fuit coëtaneus *Herculis*. Eratque illud æuum ferax fortiſſimorum virorum, & ingeniorum, ad bellum & ad artes idoneorum. Nam ſub illud tempus floruit *Samſon* & *Hercules*, viri *Viri eo tempore celebres.* fortiſſimi, floruit & *Linus* præceptor *Herculis*, & *Orpheus* clariſſimi & antiquiſſimi Poetæ, cuius opera & auſpiciis literas & artes tranſtulit *Cadmus* rex ex *Phœnicia* & *Aſia* in *Græciam*, adeoque vniuerſam *Europam*. Sic *Phineas* Poëta clariſſimus eodem tempore floruiſſe apud *Henetos*, ex quibus gens *Polona* originem ex parte ducit ab *Apollonio* prædicatur. Et erant quidem ante hanc expeditionem alia bella *Græcorum*, bellum nimirum *Atheníenſium* cum *Thracibus*, duce *Erichteo Atheníenſi*: bellum *Perſei* cum *Perſis*, quo nomine & imagina cœleſti donatus eſt ab antiquitate, eo quod *Gorgonas* interfecerit in *Lybia*. Sed hoc *Colchicum* fuit clariſſimum inter illa, eo *Expeditio Colchica carmine celebris reddita.* quod præcipuum *Græciæ* robur, iſthic collectum fuit, & a clariſſimo Poëta *Orpheo* carmine decantatum, ſicut & illud bellum *Troianum*, quod conforme illi eſt, quod in ſacris literis de ædificatoribus turris *Babel* proditum eſt. Sed de illis bellis non ita refert nos commemo-

A.M. 2790. memorare, ſicut de hoc *Colchico*, cuius narratio reuocat nobis in memoriam, gentes pariterque & regiones, quæ ad nomen *Sarma-* A *ticum* legitimo iure pertinent. Imo & *Colchis* ipſa inter regiones *Sarmatiæ Aſiaticæ* connumeratur à Geographis. Quod autem in hac hiſtoria interdum non ex profeſſo geſta recitantur *Sarmaticorum* populorum *Europæ*, de eo iam præfatus ſum, me videlicet interdum optimo iure velle etiam vicinarum gentium geſta attingere, vt noſtrarum rerum commemoratio inde magis elucelcat & auribus gratior reddatur, iuxta illud: Quæ ſingula non iuuant, coniuncta multa iuuant.

Conſilium autoris in deſcribenda hac hiſtoria.

Quanquam in eodem carmine *Apollonii* duarum etiam gentium *Sarmaticarum* fit mentio, *Henetorum* inquam, qui poſtea in ſupplementum *Sarmatis* ceſſe- B runt, & principis *Moſchorum*, qui eadem lingua vtuntur, qua & *Sarmatæ*,) & fines noſtri a Mediterraneo mari vſque ad occidentale & *Venedicum* ſinum finibus eorum cohærent. Quin & regiones, quibus antea imperitabant, & quibus nunc cum imperio præſunt, antiquitus teſte *Ptolomæo* & aliis Geographis ad *Sarmaticum* nomen pertinebant. Vocatur enim illa gens *Rophai Sarmata*.

Moſchi cur Rhiphai Sarmata dicti.

Nam ſicuti *Germaniæ* nomine includuntur multa regna, & ducatus, *Francones*, *Heluetii*, *Sueui*, *Saxones* &c. Ita *Sarmatiarum* nomine comprehenduntur omnia dominia, quæ intra & vltra montes *Sarmaticos* & mare *Sarmaticum* continentur. Et ſicuti ea quæ priuato nomine egerunt vel *Sueui*, vel *Francones*, aut etiam *Saxones*, merito ſibi vendicant *Germani*, eo- C dem iure omnino ea, quæ nationes *Slauonicæ* linguæ vnquam in hiſtoriis patraſſe ſcribuntur, merito *Poloni* ad ſe pertinere & de iis gloriari poſſunt. Non video igitur, quomodo a poſſeſſione eorum, quæ in *Colchica* hiſtoria ſiue de *Henetis* ſiue de *Moſchis* dicuntur, excludi poſſimus. Sed eſt aliud, quod nos excitauit ad refricandam memoriam expeditionis *Argonauticæ*, nimirum, quod plures Coloniæ ex *Colchis* ipſis deductæ ſunt in regiones *Sarmaticas*. Fuit quondam vrbs notiſſima, *Naſonis* Poetæ carminibus & exilio celebris, *Thomos* nuncupata: non procul ab Inſula *Paucen* D in ipſis oſtiis *Iſtri*, quæ ideo ſic dicta, quod in eo loco *Medea* regina diſſecuit membratim fratrem ſuum *Abſyrtum*. Hæc olim a *Sarmatis* & *Getis* inter quos *Ouidius* exulabat, inhabitata fuit. *Chilia* nunc forſan vrbs eo in loco inædificata eſt. De hoc miſerabili reguli *Colchorum* caſu *Naſo* carmine commemorat. Inde *Thomus*, (inquit) locus eſt dictus, quia fertur in illo, membra ſoror fratris conſecuiſſe ſui.

Thomos vrbs.

Sic *Polam* celebrem vrbem in *Illyrico* vel *Iſtria*, ab iisdem *Colchis* colonias ſuas deduxiſſe hiſtorici memoriæ prodiderunt, a qua *Pola* tandem *Polonorum* ducem *Lechum* prodiiſſe, nomenque ſuis dediſſe plerique putauerunt. Sed non modo *Polam* vrbem, ſed totam fere *Iſtricam* gentem ab iisdem ortam eſſe *Stephanus* author eſt. A.M. 2790.

Pola vrbs Colchica.

Fama enim tenet *Aëtam* regem ad *Argonautas* perſequendos *Colchicum* exercitum miſiſſe, qui vt a *Ponto* ingreſſi ſunt Iſtrum, nec raptores aurei velleris inuenilſent, ſiue tædio longioris periclitationis in mari, ſiue illecti amœnitate loci, ſedes iſtic ſuas fixerunt. At non modo prouincias & vrbes, ſed etiam ipſos duces & Reges gentium *Geticarum Sarmaticarumque* palam gloriatos eſſe, ſe ortos ab illis progenitoribus, inferius docebitur, vbi de *Amelfreda Vandalorum* regis vxore hiſtoria recitabitur.

CAPVT XIII.

De quatuor gentium Hiſtoria, videlicet, Getarum, Illyriorum, Amazonum, Moſchinorumque: & an ad Sarmaticæ hiſtoriæ negocium illuſtrandum commode poſſint, circa tempora Samſonis, adaptari.

GEtas, qui poſtea dicti ſunt *Gothi*, *Sarmaticam* gentem fuiſſe, linguaque *Sarmatica*, quæ eadem eſt cum *Slauica*, vſos eſſe probauimus certiſſimis argumentis, vbi de origine *Gothorum* tractatum inſtituimus adductis argumentis tot & tantis, quæ nulla ſophiſtica conuelli poſſunt. Et vnde nam error ille promanarit, quod *Scandiæ* populi glorientur ſe non modo eſſe *Gothos* veriſſimos, ſed etiam *Gothorum* progenitores C ibidem declaratur, ita vt ea de re deinceps nullam fore dubitationem ſperem.

Gothi Sarmatica gens.

Sic de *Illyriis*, conſentienter tradunt Hiſtorici, *Lechum* ad redintegrandas *Sarmatiæ* ruinas vna ſecum colonias adduxiſſe, *Venedorumque* nomine illas, ſicuti & nos appellari. Clarum ergo & manifeſtum eſt nos in illos, & viciſſim illos in nos aliquid iuris habere, ſicuti paulo ſuperius demonſtratum eſt, & infra vbi tempora *Mithridatis* perſequemur, latius commonſtrabitur.

Illyriorum cognatio cum Sarmatis.

De *Amazonibus*, cum hæ *Aſiaticorum Sarmatarum* vxores fuerint, & *Capadociæ* regiones, vbi *Moſchinorum* ſedes fue- D runt, inhabitarint, nemo non videt, quod earum commemoratio in rem hiſtoriæ *Sarmaticæ* plurimum faciat. Monſtrantur etiam in *Boëmiæ* finibus arces quædam, quæ *Dziewczybrad*, id eſt, puellares arces vocantur, vbi ſedes quoque ſuas habuiſſe feruntur: quæ mulieres ſiue veteres *Amazones* fuerint, ſiue veterum progenies, teſtantur ſaltem nomina illa, eas etiam in iſtis regionibus ſuas colonias habuiſſe.

Amazones Sarmaticæ.

De *Moſchis* vero an in *Sarmatiarum* numero collocari debeant mox apparebit. Redeamus iam ad conſignationem hiſtoriæ *Sarmaticæ*, quæ in *Getarum* geſtis notior apparebit. Narrat igitur *Iornandes Seſoſtrim* regem *Aegyptiorum* belliconſiſſimum

Taunaſi Regis Getarum

iſto

A.M. 2790.
bella cum Seſoſtri Ægyptio ſub idem tempus.

iſto tempore *Getarum* regi *Tamaſi*, bellom mouiſſe, in eiusque regnum irruiſſe: ſed qua audacia irruerat, eadem oon modo repulſus eſt, ſed etiam fugatus uſque in *Ægyptum*, & niſi amnis intransmeabilis fluenta obſtitiſſent, *Seſoſtris* io ſuo ipſius regno oppreſſus fuiſſet. Attamen *Parthorum* regoum & alias prooincias, quas armis *Ægyptius*, In poteſtatem ſuam redegerat, *Geta* in reditu depopulati ſuot, maioremque *Aſia* partem occuparunt, de qua *Getarum* expeditione etiam *Valerius Flaccus* meminit. Nomen *Seſoſtris* latine eſt, ponens exactores, vel direptor: ſub hoc enim rege *Ægyptii* regni potentia valde eteueras. Hic multas vicinas gentes domuit & late in *Aſia* regnauit, & nauigiis luſtrauit maria, inſulas & littora, quorum cognitio initium fuit do- B ctrinæ Coſmographicæ.

Seſoſtris audenda facta.

Quo ſucceſſo rerum geſtarum Inſolentior factus, etiam reges captioos ad currum triumphalem, vt eum traherent, iungere ſolebat. Is etiam cooſilium cœpiſſe narratur, vt iungeret *Oceanum meridionalem* cum *mari mediterraneo*, & iam foſſam grandem ad eam rem præparare ad mare *Erythræum* inceperat, niſi conſilium eius temerarium DEus auertiſſet. Quam autem ſpectabilis & venerandus apud ſuos fuerit, teſtatur reſponſum illud Sacerdotis *Ægyptii* ad regem *Darium*. Nam cum *Darius* vellet ſtatuam ſuam collocare aote *Seſoſtris* ſtatuam, a *Sacerdote* prohibitus eſt, hac ratione adiecta: quia *Seſoſtris* magnitudinem rerum geſtarum nondum adæquaſſet. Hanc libertatem Sacerdotis *Darius* collaudaoit. C Hæc ideo refero, vt quanto magis *Seſoſtris* io cœlum vſque a ſuis laudibus effertur, tanto conſpectior fama *Sarmaticorum Getarum*, qui eom vicere, reddatur. Sub hoc idem tempus *Samſonis*, *Argonautarum* illa celebris expeditio a quibusdam, magno argumento refertur, quæ, inquam, expeditio ſuſcepta fuit cauſſa adipiſcendi aurei velleris, ac ex iſtorum ducum *Argonauticorum* ſtirpe originem ſuam *Gothorum* principes illi, qui armis ſuis *Italiam* attrioerant, deducebant, quo nomine Annales *Hutorum* coguomen ſibi indiderant, ex qua etiam ſtirpe domus D *Auſtriaca* originem ſuorum natalium docit. Ex *Gothis* eoim qui in *Hiſpania* poſt illa *Italica* bella hæſerant, etiam ipſi prodiiſſe narrantur, de qua re inferius luculentius narratio hæc abſoluetur. De *Illyriis* iam quædam dicta ſunt, & infra vberius dicetur. Iure enim ſibi vendicant originem ſtirpis *Colchica*, in id multis & præcipuis autoribus conſentientibus. Iam quod ad *Amazones* pertinet, etiam harum origo in id tempus reiicitur, de quibus apud *Iuſtinum* multa digna notato leguntur.

Victoria

Ad eadem tempora referenda puto ea, quæ

A. M. 2790.
Sarmatarum de Scythis parta.

Diodorus Siculus libro a.] capite 11. de victoria *Sarmatarum*, parta de gente *Scythica*, eorumqoe regno ſubacto refert. Cum eoim de origine eorum complura attuliſſet, expoſuiſſetque quomodo *Scytha* dux primus natus fuit ex *Ioue* & virgine, quæ fuit vmbilicotenus homo, reliquum vero eius viperæ ſpeciem retulit: hanc matrem *Scytharum* ex terra ſuapte ſponte natam fuiſſe tradit. Tandem ſubiuogit: "Sub his, inquit, regibus, *Saca* nimirum, & "*Maſſageta*, ex prouinciis a ſe bello ſubactis "coloniæ deductæ ſunt: ſed duæ maximæ: al"tera ex *Aſſyriis*, inter *Paphlagoniam* ac *Pon*"*tum* poſita, ex *Media* altera ad *Tanaim* flu"men, cuius populum *Sauromatas* appella"runt. Hi multis poſt annis imperio late dif"fuſo, magna ex parte vaſtata *Scythica*, eam "penitus deſertam cultoribus reddiderunt.

De Moſchis luculentior narratio.

Moſchorum nomen dicunt ſignificare extendentem arcum. Hos populos *Riphaos Sarmatas* ſcriptores vetuſti vocant. Et hac lege puto eorum deſcriptiooem plurimum etiam pertinere ad complementum hiſtoriæ *Sarmatica*.

De Moſoch ex ſacris literis.

Adde quod *Moſes* deſcribens origines gentium, etiam *Moſoch* filii Iaphet, nepotis *Noë* & aui *Aſarmoth* mentionem facit, cum quo forſan nepos ſcilicet cum auo ſoo occupauit has regiones.

Paralip. 1.

Sic in libro Paralip. eiusdem mentio repetitur. Et lamentum *Dauid* in Pſalmis: *Hei mihi quod exulo in Moſoch*, eodem detorquent quidam, ac ſi feritas gentis his verbis a propheta ootaretur. De prophetia *Ezechielis*, vbi hoc nomeo *Moſoch* qooque commemoratur, ioferius dicemus. At C noo modo ſacræ literæ, ſed & prophani ſcriptores huius gentis mentionem faciunt circa eadem tempora *Samſonis*. *Apolonius* enim in carmine *Argonautico*, cuius *Orpheus* poeta antiquiſſimus autor eſſe dicitur, mentionem facit *Moſchinorum*, eosque non ſine nota barbariei commemorat, innoitque eos dictos eſſe *Moſchinos* a caſis ligneis, quarum nomen fuit μοσσῦνοι, forſao qood virgeas caſas habitabant. Sed verbis poetæ ſi addas expoſitionem *Strabonis*, tuoc melius vim nominis de qno dicimus intelliges.

Moſchinorum etymon.

"Quidam, inquit *Strabo*, eo"rum in arboribus aut turriculis habitant, quæ D "cum *Moſyni* dicantor ipſis *Moſynacorum* appellatio inde obtigit." Iam ſicuti *Sarmatia* duplex ponitur, ita *Moſchouia* quædam ſeptemtrionalior, & qoædam meridionalior, ad fluuium *Thermodontem* in *Cappadocia*, ſtatuitur. Hæc *Mazaca* dicebator, vſque ad *Claudii* tempora, qui eam *Caſaream* deinceps vocari voluit. Sed & hoc nomen ei iterum ademptom fuit ab Imperatore *Iuliano*. Meminit & *Strabo* & *Ptolomæus* montium *Moſchinorum*, quod & in tabulis eius videre eſt io deſcriptione *Cappadocia*: ſed quia *Strabo* prolixius huius gentis mores & habitacula deſcribit, adſcribere hic eius verba non me pigult:

A.M. 2790.

Moſchinorum mores.

"Per hos, inquit, tranſit mons aſperrimus "*Scydiſſes*, (*Ptolomaus Scordiſcum* vocat) qui "coniungitur *Moſchicis* monnibus, qui ſupra "*Colchidem* ſunt. Extrema eius tenent *He*-"*ptacometæ*, quos ſeptempaganos vertere "licet. Sequitur *Pariadres*, qui vſque ad "minorem *Armeniam* a locis *Sidena* & *Cap*-"*padocia* finitlmis porrectus, orieutsle *Pouti* "latus couficit. Vniuerſi, qui moutana iſta "incolunt, plane ſunt feri. Sed ſeptempa-"ganorum feritas omnium reliquorum ſupe-"rat feritatem. Nsm eorum quidam etiam "in arboribus, aut turriculis habitant, quæ "cum *Moſyni* dicantur, ipſis *Moſynacorum* "appellatio inde obtigit. Carnibus ferinis, "& glandibus arborum victitant. Inſidi-"antur autem iter facientibus, in eos de "ſuis deſilientes turriculis. *Septempagani*

Pompeii cohortes male tractatæ à Moſchinis.

"etiam tres *Pompeii* cohortes conciderunt "cum eæ per montes iſtos iter facerent. "Nam inſaui mellis crateras eis propina-"uerunt in itinere, quod arborum ſumms "ferunt germins: eo poto iam mente ab-"alienatos adorti facile interfecerunt." Ex his deſcriptionibus liquet, *Moſchorum* populos habitaſſe in illis montanis *Cappadociæ*. Et quemadmodum nunc vicini ſunt noſtræ gentis hominibus, ita & tunc non procul a *Paphlagonibus* habitabant, noſtris *Henetis*. Et vtrasque gentes iſtas eadem lingua tunc vſas fuiſſe, ſicut & nunc, teſtis eſt *Strabo* lib. eodem. "Paulo poſt autem, "inquit, *Henetos* qui expeditioni non inter-"fuerunt *Cappadoces* eſſe factos." Ac videtur aſtipulari huic ſententiæ id, quod omnis *Cappadocia*, quæ appropinquat ad *Halim*, & pone *Paphlagoniam* porrigitur, vtroque ſermonis genere vtitur, & vocabulis *Paphlagonicis* abundat. Quando autem & quas ob cauſſas ex *Cappadocum* regione in Septemtrionem proceſſerint *Moſchi* illi, non ita ex ſcriptoribus liquet, ſed credibile eſt vel furoribus *Mithridatis* ceſſiſſe, cum eos vrgeret diuturno bello, vel quod timerent *Romanorum* arma vitricia, quia tres cohortes *Pompeii* deleuerant. Ideo in intima Septemtrionis ſeſe abdiderunt. Gloriatur nunc *Ioannes Baſilius* dux *Moſchorum* & iactat, anteceſſorem ſuum *Augusti* Cæſaris cognatam in matrimonium duxiſſe, vt ita ſtirpis ſuæ laudes amplificet. Sed ſi quid tale aliquando fuit, tunc iſtud accidiſſe puto, cum adhuc in *Cappadocia* eorum maiores manentes *Romanis* viciniores erant.

Tempus quo ex Paphlagonia Moſchini ceſſerint.

CAPVT XIV.

De Temporibus Saulis & Dauidis.

Anno à condito orbe 2840.
Anno ab exitu 387.
Anno ante Christum 1160.

A.M. 2840.

Heneti in bello Troiano.

CONſenſu Chronologorum geſtum eſt bellum *Troianum* temporibus *Saulis*, quod etiam arithmetico calculo comprobari poteſt. Complexi ſunt autem autores vtrumque, & exercitus *Troiani* conſcriptionem, ex quibus videlicet gentibus conſtitit, & reuerſiones Ducum in varias orbis partes poſt confectum finitumque bellum. Et *Homerus* quidem lib. 2. Iliadum enumerat prolixum catalogum gentium, quæ conuenerant oppugnatum *Troiam*, ſingulas ſuis coloribus depingendo, inter quas, *Henetos* cum ſuo duce hoc carmine celebrauit.

> *Paphlagonibus autem præerat Pilæmnius, hirſutum cor,*
> *Qui Cytorum habitabant, & Seſamum*
> *Ex Henetis, vbi mulorum generatio agreſtium,*
> *Circaque Parthenium fluuium, inclytas domos habitaſſe*
> *Cromamque Ægialumque & altos Erythinos, Flumina.*

Sed & *Argonautica* hiſtoria, quam complexus eſt *Apolonius*, eiusdem gentis & ducis memionem facit, eumque inter principes, qui ſuſceperant expeditionem illam, omnibus ætatibus celebrem commemorat, nomenque eius exprimit *Eneſum* vocans. Atque hoc quidem nomen affine eſſe liquet nomini *Æneæ* cuiusdam principis, qui poſt *Alanum* ſtatim inter peruetuſtos reges *Slauorum* hoc ordine a noſtris enumeratur, vt primum locum obtineat Iauanus *Noë* nepos, deinde hunc ſequatur *Iaphet* filius, poſt hunc *Philaras*, inde *Alanus*, *Æneas*, *Aſcanes*, *Pamphilus*, *Reaſilniac*: hinc *Alanus ſecundus* qui primus ex *Aſia* in *Europam* commigraſſe fertur. Atque hæc quidem recitatio ſuggillatur a quibusdam ex ea cauſa, quod illis abſurdum videtur, *Æneam* illum, qui fato profugus in *Italiam* venerat, ſic retrorſum ad præcedentia ſecula non ita multo poſt *Noe* reiectum. Sed hæc cauſa non eſt apud me ita grauis, vt illos autores, qui ſecuti traditionem patriam, & vetuſtiores ſcriptores, qui catalogum illorum regum hoc ordine conſiguarunt, auſus ſim conuellere. Fieri enim poteſt, vt alter hic *Æneas* vetuſtior ſit illo *Anſchiſiade Ænea*, aut vitio librariorum pro *Eneſio* duce, quem *Henetorum* principem carmen *Argonauticum* eſſe vult, *Æneæ* nomen repoſitum ſit. Quod autem non vſque adeo diuexandos exagitandosque acerbius autores antiquos cenſeam, adducor primo humanitatis officio, deinde & aliis rationibus. Neque enim tam vanos illos priſcos fuiſſe exiſtimandum eſt, vt res fictas pro veris mundo obtrudere voluerint. Nam ſicuti illi bono ſtudio iſta tradiderunt, ita opinor habuiſſe eos in promptu vetuſtiores autores ex quibus talia hauſerunt. Et *Strabo* libro quarto, in huiusmo-

Æneas verum Rex Slauorum fuerit.

Fides autorum veterum.

A.M. 1840.

Henetorum cum Sarmatis cognatio.

modi, inquit, rebus probabili coniectura par eſt eſſe contentum. Quod autem texentibus nobis hiſtoriam vetuſtam de origine & antiquitatibus gentis *Palona* ſermo delapſus eſt ad commemorationem *Henetorum*, qui a *Iaphet* deſcendunt, nemini mirum videri debet. *Aſarmoth* enim nepos *Noë*, fuit præcipuus autor, conditor, plantator, & pater gentium *Sarmaticarum*: *Henetarum* vero gens ſuo honore fraudari non debet, cum ab eis non parua acceſſio, tum ſupplementum & decus profectum ſit poſt tempora belli *Troiani*, ſanguini *Sarmatico*. Quod vel ipſius principis Poetarum *Vergilii* autoritate comprobari poteſt:

Antenor potuit mediis elapſus Achiuis
Illyricos penetrare ſinus &c.

Antenorem autem ducem, *Henetos* in *Europam* tum duxiſſe autor eſt *Iuſtinus* hiſtoricus, *Strabo* & alii. Vnde *Polybius*, qui caſtra ſequebatur *Scipionis iunioris* in *Africam*, ſcribit ſuo æuo totum ſinum *Illiricum* eiusque incolas *Venetos* appellatos fuiſſe. Et in *Liuio* hiſtorico occurrit ſæpius mentio exercituum *Venetorum*, cum multis poſt ſeculis demum vrbem & Rempub. *Venetorum*, quæ nunc floret, excitatam fuiſſe inter omnes conſtet. Siue igitur *Antenore* duce, ſiue aliis occaſionibus appulerint in *Europam Heneti*, certe pro multis vnus *Ptolomæus* grauiſſimus autor nobis luculentus teſtis eius rei eſſe debet, qui affirmat *Henetos* populos, qui iidem ſunt cum *Venetis*, maxima *Sarmatiarum* ſpacia in Europa complexos eſſe.

Ptolomæus libro 3.

Quod autem aliis quoque occaſionibus *Henetos* aſperioribus fortunæ caſibus actos in eas regiones ſe contuliſſe prædicatur, non debet abſurdum videri, cum etiam noſtri hiſtorici eos cum *Vandalo* ſecundo huc veniſſe affirment, hoc eſt, ad ſuos populares eadem lingua vtentes. Hæc ergo omnia, quæ allata ſunt ex hiſtoricis & poetis, ſi in vnum conferantur expendanturque, non debet in poſterum cuiquam mirum videri, ſi inter maiores noſtros & conditores harum gentium, non modo *Aſarmoth Semi* nepotem, ſed etiam *Ionum Græcorum* principem, qui a *Iaphet* deſcendit, recenſuero. Si quod autem adhuc dubium hac de re lectorem male habet, reſeruet aures integras vſque ad illum locum, vbi inferius ea de re ex profeſſo inſtituemus tractationem. Interim nemo miretur, quod tam numeroſæ gentes, quas cernimus, ab iis duobus principibus a nobis commemoratis propagatæ ſunt, cum ab vno *Tuiſcone* littus *Oceani occidentalis* innumeris *Germanorum* populis completum eſſe videamus. Quanquam hiſtorici præter *Aſarmoth* & *Iauanum*, *Alanum* quoque & *Moſech* nepotes *Noe* iis gentibus attribuunt, a quibus variæ gentes eorum nominibus conformes propagatæ eſſe creduntur, quæ tandem vno cognomine *Sarmatæ* iuſtis de cauſis, aliis non inuitis A appellari cœpere.

De Getis vel Gothis, populis Sarmaticis.

Scribit *Dion* hiſtoricus, perſequens hiſtoriam ſuam, cui titulum *Getica* impoſuit, & eandem hiſtoriam *Iarnandes* repetit, quod apud *Getas* in *Mœſia* ſub bellum *Troianum Telephus* regnauit. Fuit is *Herculis* ex *Auge* ſorore *Priami* filius, vir bellicoſus, procerus corpore, ſed plus vigore animi terribilis, paternam fortitudinem propriis virtutibus æquans. Is igitur tum *Danais* bellum intulit, *Theſſandrum Græciæ* ducem occidit, *Aiacem* & ipſum *Achillem* fudit & profligauit. Vulneratus is quoque fuit *Achillis* iaculo in femore, tamen non prius e pugna diſceſſit, quam finibus hoſtes eieciſſet. Hoc eodem tempore *Hercules* pater in morbum B peſtilentem incidit, & ob remedium doloris in flammas ſe coniecit, & ita vitam finiuit, quod in exemplum regibus in medium obiter adfero.

Reges an debeant timere peſtilentiale contagium.

Nam *Sigismundus rex Poloniæ*, vt a magnis viris audiui, cum a medicis moneretur, vt *Sendomiria*, graſſante ibi tunc peſte, diſcederet, reſpondiſſe fertur: nullum regem poſſe adduci, qui vnquam peſtilentiæ ſæuitia abſumtus eſſet.

De Cimbris.

Cimbrorum ad *Oceanum occidentalem* antiqua eſt mentio. Meminit *Straba* eorum. Sed multo antiquior eſt hiſtoria illorum, qui ad *Meathidem* manſerunt ad *Boſphorum Cimmericum*. *Homerus* enim de iis commemorat, quod ipſius ætate, a *Baſphoro* incurſiones C in omnes regiones ad *Ioniam* vſque fecerint. Ac non modo nominis eorum meminit, ſed naturam quoque regionis, quam incolebant, ſitumque eius (*Strabone* hunc locum eius exponente) ſignificat. De caliginibus enim *Cimmeriis* ſic canit:

Hos aër nebulaque tegunt, nec ſplendidus vnquam
Illuſtrat radiis illos & lumine Titan,
Sed triſtes noctis ſeſe extendêre tenebræ
Deſuper.

An autem *Baſphorini Cimbri* a *Cherſoneſeis* occidentalibus, vel occidentales ab orientalibus orti ſint, non ita facile diiudicare poſſumus. D *Boſphoranos* quidem antiquiores eſſe certum eſt. Verum ſi ab occidente inprimis proceſſerant *Meathidem* verſus, tum in *Sarmatarum* ſtirpem tam longo ſpacio iam degeneraſſe eos oportuit. Nam a bello *Traiano* ad *Cimbrorum* expeditionem propemodum mille anni numerantur. Certum eſt tamen eam gentem piraticæ & rapinis intentam fuiſſe, vt *Strabo* teſtatur. Et vſitatum eſt illis populis, qui ad *Baryſthenem* manent, in vndis ſpacioſi fluminis naualem fortunam ten-

A.M. 2840. tentare. Cuius generis *Kozakorum Niſouiorum* cohortes hactenus *Cimmeriorum* conditionem prorſus referunt. Et plurimi inter eos etiamnum ex *Circaſſis*, qui *Cimmeriorum* poſteritas eſſe dicuntur, militant. Sed etiam ex *Germanis* hactenus, *Hungaris*, *Polonutiis* & aliis innumeris gentibus plurimi eis commilitant. Talem igitur conſluxum hominum fuiſſe *Cimbros* credibile eſt, ſed tamen auſpiciis *Cimmeriorum*, res vniuerſa ibi tum gerebatur.

De Amazonibus. Si *Themyſcira* ſedes fuerunt *Amazonum*, tum eas noſtræ linguæ fuiſſe neceſſe eſt. Nam *Themyſcira* fluuius eſt *Cappadociæ* in *Euxinum, pontum* ſeſe inuoluens, nec remota regio a montibus *Moſchinis* & a *Paphlagonibus*. Nam *Parthenius* fluuius, vbi *Henetorum* ſedes fuit, proximus eſt *Themyſciræ*. Oſtenſum eſt autem *Cappadociam* fuiſſe ſedem *Moſchinorum* populorum, & in vtraque gente, *Moſchinica* inquam, & *Paphlagonica*, linguæ noſtræ vſus fuit: Refertur ergo in eadem tempora expeditio illa in *Aſiam Amazonum* & *Cimmeriorum*, de qua *Euſebius*. Refertur & illud facinus, quando *Epheſinum* templum ſuccenderant, de quo *Manethon Ægyptius*. Contigerunt hæc ſub annum 2825. a condito orbe: Sed & in *Troiano* bello eas adfuiſſe teſtatur *Homerus* & ducis eorum meminit. Duxit *Amazones Odius* & *Epiſtrophus* vna ex *Alopa* pridem: vnde & *Amazonidum* genus extat. De ducibus autem ſtirpis earum, quæ eis præerant in bello *Troiano*, *Maro* ſic canit:

Alopa prouincia Ponti.

> *Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis*
> *Penthesilea furens, mediiſque in millibus ardet,*
> *Aurea ſubnectens exerta fibula mamma*
> *Bellatrix, audetque viris concurrere virgo.*

Amazones Sarmaticas mulieres fuiſſe teſtatur *Pomponius Mela* iſtis verbis: "Fœminæ, inquit, *Sarmatarum* cum viris "bella ineunt, atque vt habiles ſint, natis "ſtatim dextra aduritur mamma, inde ex"pedita in ictus mamma, quæ exeritur, "virile fit pectus: arcus tendere, equitare, "venari, puellaria penſa ſunt: ferire hoſtem, "adultarum ſtipendium eſt, adeo vt non "percuſſiſſe pro flagitio habeatur."

Strabo lib. 7. Geographia apologiam proSarmatis facit. Quid ſenſerit *Homerus* de gente *Sarmatica*, teſtatur eius admirator *Strabo*, qui illud Homeri problema, cum dicit *Iouem* reſpexiſſe ad

Lactiuoros, ἀβίας τ' *his non eſt iuſtior vlla* A.M. 2840.

Gens hominum: de *Sarmatis* exponit, quod iuſtitiam ſumme colerent, a fraude in commerciis abſtinerent, nec epulis ſumptuoſis excepto lacte delectarentur. Ad confirmandam vero *Homeri* ſententiam, idem *Strabo Heſiodi* quoque poema illud, quod circuitum terræ inſcripſit, adducit, vbi inquit: *Phineam* ab *Harpiis* abductum in terram eorum, hominem ſcilicet prudentem & iuſti amantem. Quibus pro domibus currus ſunt, viuere lacte aſſueti. Subiicit deinde cauſam, quod cum exili victu vtantur, neque ſint quæſtui dediti, inuicem vitam degant iuſtam &c. Hæc *Strabo* in laudem *Sarmatarum* ex *Homero* & *Heſiodo* adfert, & apologiam facit contra eos, qui de *Sarmatis* contraria ſentiunt, eisque notam crudelitatis aſpergunt. Atque alii quidem, inquit, de crudelitate eorum dicunt, quod ſciunt animos hac terribilium narratione percelli, cum tamen in alteram partem, neque quod dicatur deſit, neque exempla. Ex hac narratione ſtatum rerum *Sarmaticarum* facile temporibus *Saulis* & *Dauidis* intelliges, quamque iuſte & ſancte vixerint, ſimplicitatis peruetuſtæ exemplum referentes. Vixit autem *Heſiodus* centum annis poſt *Homerum*. Ergo cum ducenti anni exacti eſſent poſt bellum *Troianum*, *Heſiodus* iſta de *Sarmatis* memoriæ prodidit. Nam *Homero* quoque centum anni tribuuntur poſt bellum *Troianum*.

CAPUT XV.

De Temporibus Nabuchodnozar Regis Babel.

Anno ab orbe condito 3337.
Olympiade 38.
Anno ante Chriſtum 663.

ANte *Babylonicum* imperium ſingulæ regiones ſuos principes habebant, qui eis amanter vt parentes filiis imperitabant, ſed malitia inualeſcente, cœperunt homines iugum illud excutere, & pro libidine agere quæ volebant. Itaque cum paterna & æquabilia imperia detrectarent, Deus excitauit monarchias, id eſt, cum ampliore & formidabiliore poteſtate imperia, vt quibus paternæ admonitiones non ſufficerent, eos neceſſitas parendi in officio contineret impelleretque. Ita diuina prouidentia tempora temporibus conferendo ſingulis ætatibus oportuna remedia ad ſuſtinendam humani generis imbecillitatem opti- A.M. 3337. *Monarchiarum origo.*

A.M. 3337.

optima ratione ſubminiſtrat. Numerantur autem quatuor monarchiæ, quarum prima *Babylonica* fuit, cui ſub hæc tempora *Nabuchodonoſor* rex cum imperio præfuit, quo etiam regnante *Iudæorum* regnum deſtructum, & *Iudæi Babylonem* in ſeruitutem adducti ſunt, ſicuti ſacræ literæ de huius principis amplitudine luculentius tradunt. Hoc etiam regnante ſcriptor hiſtoriarum *Beroſus* ſacerdos Chaldæus floruit, qui de initiis regni *Sarmatici*, tum etiam de finibus eiusdem non contemnenda reliquit, quemadmodum a nobis commonſtratum eſt. Fuiſſe autem *Sarmatarum* populos maximos ante *Nabuchodonoſorem*, & iam tum late dominatos eſſe, contextus verborum *Beroſi* indicat. Neque enim *Beroſus* de iis rebus loquitur, quæ quidem ante fuerunt, at poſtmodum eſſe deſierint, ſed quæ a ſuis initiis tanquam carceribus egreſſæ uſque ad eius ſeculum pertigerunt. Quod autem quidam illa verba *Beroſi*, cum *Sarmaticas* gentes a *Tuiſcone* conditas eſſe affirmat, ad eleuandam & minuendam amplitudinem nominis *Sarmatici* detorquent, hoc minime ex iis verbis colligi poſſe exiſtimo. Nam ſi condere gentes idem ſignificat, quod legibus informare, vt ex *Beroſo* & aliis idoneis autoribus liquet, certe iſti citius ex pumice aquam extorſerint, quam id quod volunt, inde obtineant. Nam *Sarmatiam* appendicem *Germaniæ* eſſe, & legum inſtituta ad imitandum aſſumere, multis paraſangis a ſe differunt. Accepimus nos a *Iudæis* quoque leges; non tamen hoc nomine ad ipſos pertinemus. Accepit & ipſe *Tuiſcon* leges cum iure dominii ab ipſo *Iano*, vt idem refert *Beroſus*, non tamen ideo fuit oriundus ex *Iano* ipſisque *Græcis*. Verum *Moſis* autoritas ſufficere nobis debet, qui aſſirmat *Iaphetum* in tentoriis *Semi* habitaturum, non *Semum* in *Iapheti*. Citius ergo *Germania Sarmatiæ* quam *Sarmatia Germaniæ* aliquid debere ex iis verbis intelligetur, cum *Sarmatæ* ex ſtemmate & funiculo *Sem* ea, quæ habent, habere credantur, *Germania* vero territorii beneficium tanquam ſoboles *Iaphet* recognoſceſe debeat.

Beroſus.

Num Sarmatæ ſint pars Germanorum.

Iam quia *Ezechiel* propheta ſynchronos *Beroſi*, aut certe non longo ſpacio temporis ab ipſo remotus fuerit, non incommode eius deſcriptionem, *Beroſi* deſcriptioni ſubiiciemus, vt ſcilicet de hac gente, quod iudicium fuerit illius ætatis, melius intelligi a quouis poſſit. loquit igitur propheta cap. 38. Fili hominis pone faciem tuam contra *Gog Moſoch*, & *Tubal*, vaticinare contra eum &c. *Euſebius Cæſarienſis*, *Theodocion*, & *Symmachus* per *Roſch* non ſimpliciter caput intelligit, vt aliqui volunt, ſed principem. Hallucinatur tamen in eo, quod *Romanum* principem notari putat. Locus enim hic non poteſt intelligi, niſi de principibus ſeptemtrionalibus, quia additur: qui habitant latera *Aquilonis*. Ad hæc *Roma* tunc nondum innotuerat: Nam *Ezechiel* temporibus *Iechoniæ* Regis vixit, hoc eſt anno mundi 3354. Olympiade quarta, ab vrbe autem condita duntaxat anno 136. iuxta ſupputationem quorundam. Itaque & propter vrbis nouitatem, & propter ſplendorem monarchiæ *Babylonea* non potuit eſſe ita celebre nomen *Romæ*, vt ſuſpicionem cuiquam monere deberet, euaſuram ad eam potentiam. Sed & tautologia capitis ſeu *Roſch* principis eſſet moleſta & aſpera. Poſſibilior & amabilior expoſitio erit, ſi contextus intelligatur de aliquibus principibus ſeptemtrionalibus, qui inhabitarunt latera iſta Aquilonis. Et quia tria illa regna, *Roxolanorum*, *Moſchorum*, & *Colchorum* celeberrima tunc erant *Aquilonem* verſus, a quo orbi terrarum omne malum impendere ſolebat, ideo de *Roſſorum* principe opportunior videtur eſſe expoſitio. Nam & ipſe *Strabo* ſcribens: An autem vltra *Roxolanus* habitet, ſeptemtrionem verſus, prorſus ignoramus, facile indicat quam late tunc imperabant iſtæ gentes. Sed ſi quis cognomen *Roſch* eludat, certe *Moſoch* eludere non poteſt, quin de principe ſeptemtrionali prophetam loqui fateatur. Celebre eſt autem in ſcriptura nomen *Moſoch*. Facit eius mentionem *Moſes* Geneſ. 10. Facit & ſcriptor libri *Paralip.* c. 1. quibus etiam hic propheta adſtipulatur: Sed de *Moſchorum* origine ſuperius a nobis dictum eſt, de quorum vicinitate cum Sarmatia Lucanus meminit, inquiens:

Sæuisque affinis *Sarmata Moſchis*.

Magog principem ſignificat, qui nomadicis legibus viuit ſub tentoriis, qua pabula inuitant, & ſequentis fugientisque hoſtis temeritas, vt *Pomponius Mela* definit. Tales erant *Pontici Sarmatæ*, & plerique *Germanorum*, quod vitæ genus *Scythæ* hactenus ſequuntur.

De Gog Magog.

Romulus tum natus eſt ex meretrice, cui nomen fuit *Lupa*, vt vult *Plutarchus*. Vnde lupanaria eſſe dicta volunt. Sed facinus tantum, fabula de Lupa animante crudeli obumbratur. Sub quali autem aſpectu & conſtellatione hæc vrbs fundata fuit, docet *Sempronius Gracchus*.

De Roma.

Paulo ante inſtituta erant a *Numa* feſta *Rubigalia*, qualia etiam nunc plerisque in locis celebrantur circa feſtum *Marci* Euangeliſtæ. Nomen ipſum indicat, quod ſupplicationes populus tum faciebat ad Deos, ne fruges rubiginis vitio corrumperentur.

Rubigalia feſta.

A.M. 3400.

Capvt XVI.

De Temporibus Cyri Perſarum Regis.

Anno ab orbe condito 3400.

Olympiade 56.

Anno ante Chriſtum 600.

Tomyris Maſſagetarum Regina.

QUis fuerit *Cyrus*, & quam clarus princeps, multi hiſtorici memoriæ prodiderunt. Hoc duce à *Babylonis* tranſiit imperium ad *Perſas*, cuius etiam famam & heroica facta complures loci celebres, ab eius nomine nuncupati, referunt. Memorantur vrbes celebres, *Cyra*, *Anticyra*, memoratur & flumen quoddam non procul à *Colchide*, *Cyrus*, ab eius clade & occidione dictum. Ibi enim cum *Tomyri* regina fataliter confligens interiiſſe prædicatur. Fuit autem B *Tomyris* regina *Maſſagetarum*. Hi antiquitus ad nomen *Sarmaticorum* populorum referuntur, vt inferius docebimus. Et vocantur hi in crimen, accuſantūrque crudelitatis à ſcriptoribus *Romanis*, ſicuti & ipſi *Sarmatæ*. Sed neſcio quomodo verum ſit illud dictum: quo ſeſe fortuna inclinat, eo & fauor hominum; addiderim ego, & ſtylus ſcriptorum. Nam autores non raro gnatoniſando ſuis Romanis, adulatorum officia præſtant, & quantum ſeptemtrionalibus populis detrahunt, tantum ſe ſuis adieciſſe putant.

Maſſagetæ populi Sarmatici.

Getæ vnde dicti.

Cum autem *Maſſagetas* populos *Sarmaticos*, fuiſſe conſtet, exiſtimo eadem ratione appellatos, ſicuti & alios eorum cognatos, *Getas*, γείτων enim C Græcis vicinum ſignificat. Itaque qui Græcis vicini erant, habitabantque vltra *Iſtrum* verſus *Thraciam*, *Getæ*, id eſt, vicini *Græcorum*, qui vero ad flumen *Tyram*, *Tyrigetæ*, qui ad *Tibiſcum Tiſigetæ* ab *Herodoto* vocantur, id eſt vicini & accolæ illarum regionum, qua permeabant illa flumina. *Arſigetæ*, id eſt, bellicoſi. Nam *Aris Martem Græcis* ſignificat, quem *Getæ* pro Deo colebant. Sic *Maſſagetæ*, id eſt, vicini *Moſchinorum* montium, vel potius populi mixti ex *Getis* & *Myſiis*, vt *Strabo* vult.

Gelones qui.

Gelones vero videntur dicti à regionibus, vbi niue, gelu, pruinis & glacie omnia rigent, qui & picti dicuntur à Poëtis, quod veſtibus vermiculato opere acu pictis gaudeant, quarum veſtium D vſus apud *MOSCHOS* creberrimus adhuc eſt.

Moſchinorum origo.

Cum autem *Maſſagetæ* vicini ſemper erant *Sarmatis Aſiaticis*, non deſunt autores, qui exiſtimant, quod commigrantibus ex *Aſia* in *Europam Sarmatis*, *Maſſagetæ* iuncti eis ad eas regiones peruenerint, nomenque *Maſouiorum* noſtrorum ediderint. Neque incredibilia admodum narrare videntur, præcipue ſi iſta conferantur cum iis, quæ de commigratione populorum occidentalium ex *Aſia*, A.M. 3400.

De Mazouiorum origine.

ſcriptores prodiderunt. Sicut enim *Henetos* ex *Paphlagonia* orientali, *Romanos* à *Troia*- A *nis*, *Hiſpanos* ab *Hyberis*, *Moſchos* a *Moſchinis Capadocibus*, *Myſios* a *Myſiis Aſiaticis*, *Pannonas* ex *Pæonia*, ſic *Maſouios* a *Maſſagetis* colonias deduxiſſe, & in eas oras cum *Sarmatis* perueniſſe autumant. Et ſicuti iſtis in *Aſia* cohabitabant, ita etiam eo locorum inſimul habitaſſe, eisque ſeſe coniunxiſſe opinantur. Certe iſti noſtri, robore corporum & virtute militari non degenerarunt ab illis, qui duce fœmina *Cyrum* cum innumeris exercitibus ad internecionem deleuerunt. Scio quæ noſtri Chronologi de *Maſouiorum* origine a *Maſſao* Tyranno, cuius caſtra ſecuti erant contra regem *Polonorum*, ſcripſerunt. Sed mihi incredibile videtur, gentem tam præ- B claram & animo excelſo præditam ab huc vili homine, & quidem tyranno nuncupationem ſuorum natalium petiiſſe.

Annotatio de Maſſagetis.

Maſſagetas olim Indiam verſus collocatos ſcimus, ſed ſucceſſu temporis progreſſos eſſe occidentem verſus credibile eſt. Scribunt autem autores, dictos eſſe *Maſſagetas*, quod ex *Getis* & *Myſiis* vnam Rempubl. ſibi conſtituerint.

De Tomyri Regina.

Porro *Tomyrim*, cum qua *Cyrus* conflixit, Reginam fuiſſe *Getarum* diſerte ex *Trogo Iornandes* demonſtrat, & in ſignum victoriæ vrbem *Thamyrim* in *Myſia* ſeu *Gothia* de ſuo nomine ædificaſſe narrat. Scribit etiam, quod cum ad fluenta *Araxis* inſeſſa ripa tranſitum ei intercludere potuit, tamen elegit armis C eum vincere, quam loci beneficio ſubmouere. Meminit & victoriæ eius de *Parthis* adeptæ, opimæque prædæ ab eis ablatæ. Ibi, inquit, primum gens *Gotthorum* ſerica vidit tentoria.

Athys filius Crœſi.

Solinus capite ſeptimo: "Cum olympiade " octaua & quinquageſima victor *Cyrus* in- " traſſet *Aſiæ* oppidum *Sardis*, vbi tunc *Crœſus* " latebat, *Athys* filius *Crœſi* mutus ad id vſque " temporis, in vocem erupit vi timoris: ex- " clamaſſe enim dicitur: *Parce patri meo Cyre*, " *& hominem te eſſe vel caſibus diſce noſtris.* "

De Zeleuco.

Zeleucus legumlator apud *Locres*, crebro ſermone celebratur. Hic legem de adulteriis tulit, vt quicunque in adulterio comprehenſus fuiſſet, vtroque oculo priuaretur, quam D legem, quia filius eius violauit, pater hac pœna eum afficere voluit, ſed populo intercedente pro filio iuuene, miſericordem ſe exhibere voluit, ita tamen ne vis legis a ſe latæ imminueretur, itaque ſibi vnum oculum & filio vnum erui iuſſit. Hoc exemplum rariſſimum eſt, apud noſtrates legumlatores, aut earundem cuſtodes. Ita maieſtatem legum cuſtodierunt priſci Reges.

CAPVT

A.M. 3453.

Capvt XVII.

De Temporibus Darii Regis Perſarum.

Anno ab vrbe condito 3453.

Olympiade 67.

Anno ante Chriſtum 547.

Sarmatæ Aſiam depopulantur.

SIcuti *Cyri* ita & *Darii* imperium non fuit tutum a gentibus *Sarmaticæ* ſtirpis. Semper enim infeſtis armis infundebant ſe in regiones *Aſiaticas* easque vaſtabant ac depopulabantur. Ideo *Ezechiel* vehementer conqueritur, & denunciat eis malum exitum. Sed & *Herodotus*, ab illis temporibus autor non valde remotus, quænam illæ gentes fuerint, quæ tum armis graſſabantur per *Aſiam*, refert, & nominatim exprimit *Getas* vicinos *Thraciæ* ad *Bosphorum*, ſicut & nomen ipſum viciniam, vt ſupra monuimus, indicat. Nominat & *Cimmerios* populos, nempe illos, a quibus *Cimbri* illi, qui *Italiam* inuaſerant, originem ducunt. Cum his *Sarmatas* iungit. Apparet igitur non modo ex *Beroſi* ac ipſius *Moſis* teſtimonio, ſed etiam ex *Herodoto*, gentem hanc plurimum conſilio & armis tum valuiſſe. Neque enim imbellis ac mediocris fortunæ Principis fuit, non tantum ſumere arma, ſed etiam laceſſere tantos Monarchas, *Cyrum, Darium*, ad quorum nomen *Græci, Aegyptii* adeoque totus orbis terrarum attonitus metu & formidine concutiebatur. *Nabucbodoneſer* certe tam late & longe regnum ſuum extenderat, vt etiam in *Hiſpaniam* vsque peruaſerit, vrbesque eius oppugnarit.

Cyrus igitur obiecit ſe furori harum gentium, vt illarum exercitus *Aſiam* intrare tentantes arceret. *Darius* vero iam ingreſſos & omnia tumultibus miſcentes, vt eiiceret, longius proceſſit. Sed *Dario* difficilior fuit fortuna, iam enim priore ſucceſſu elati animo ob profligatum *Cyrum*, maiore ſpe & audaciore animo contra eum ferebantur & intumeſcebant. Itaque *Darius* mutato conſilio, metuens *Cyri* fatales caſus, ab eis pedem retulit: cum *Getis* vero in reditu pacem ſanxit. Ad *Amyntam* vero regem *Macedonum* cum acerbiore mandato legatos miſit, imperioſe præcipiens, vt terram & aquam traderent, ſi pacem habere vellent. Res illa durior Regi tum videbatur, ſed tempori ſeruiendum fuit. Nam collatis copiis ſuis cum *Perſarum* viribus, *Darium* robore & numero militum ſuperiorem facile perſpiciebat, proinde ad quietiora conſilia decurrit, placide reſpondet, legatosque illos ad conuiuium inuitat: ſed legati inter conuiuandum obliti officii, minus verecunde pro ingenio *Perſis* procacitate ſeſe gerebant. Nam fœminis nobilioribus arridere & adblandiri inter conuiuandum cœperunt, immo vlterius prouecti etiam baſia eis dare & impudice attrectare libidinoſum genus hominum cœpit, quam petulantiam coniunctam cum inſigni contumelia Rex aſpiciens dolenter tulit, ſed tamen iram firmius compreſſit, in aliud opportunius tempus vindictam differens. Interim filius regis *Alexander*, patrem hortatur, vt ſe dormitum è conuiuio conferat, quo diſcedente ſimulat hilaritatem *Alexander*, ac paulo poſt rogat legatos vt concedant mulieribus a menſa ſurgere, promittens mox redituras. Vbi diſceſſiſſent, iubet adoleſcentes totidem forma venuſtos, & animo generoſo præditos veſtibus mulierum induere, ac ſuccinctos gladiis ſub chlamide in earum loca ſuccedere. Cumque *Perſæ* nihil de ſolita laſciuia remitterent, attrectareque pergerent, iuuenes abditos gladios expediunt, & ſubito ad vnum interficiunt omnes. Hanc hiſtoriam attexere volui, quia commemorata *Darii* expeditione, facinus hoc, quod in ſe complectitur laſciuiæ pœnam, tranſiliri non potuit, præſertim cum hæc eodem tempore acciderint, quando tranſactio de pace cum *Sarmaticis* populis in reditu ex ſeptemtrione ab eodem rege *Perſico* facta fuiſſe prædicatur. Fuit autem hic *Alexander* *Alexandri Magni* proauus. In idem tempus refertur ab eruditis quod *Herodotus* refert de auxiliis, *Lacedæmoniis* miſſis ab hominibus noſtris, quos illi *Viridomirim* machimotatas id eſt bellicoſiſſimos vocant. *Athenienſes* tunc perculſi metu ex aduentu noſtrorum, detrectabant deſcendere in arenam.

Sarmatæ auxilia mittunt Lacedæmoniis.

Darius pacem ſancit cum Getis. Macedones durius habiti.

Bellum Darii periculoſum.

Vbi *Darius* adiit periculum, dum ſe ad conflictum cum gentibus iſtis præparat, deſcribit *Strabo* iſtis verbis: "Inter mare *Ponticum* a b *Iſtro Tyram* verſus, *Getarum* iacet ſolitudo campeſtris tota, & aqua carens, in qua *Darius Hyſtaſpis* filius deſtitutus, quo tempore *Iſtrum* transgreſſus in *Scythas* duxit, in periculum venit, ſiti cum toto exercitu pereundi, ac ſero intellecta re reuerſus eſt."

De cauſa belli Paulus Oroſius lib. 2. cap 8.

Darius Artyræ regi *Scytharum* hac maxime de cauſa bellum intulit, quod filiæ eius peritas nuptias non obtinuiſſet. Incredibili igitur apparatu, hoc eſt cum 700000. armatorum *Scythiam* ingreſſus, ac non facientibus iuſtæ pugnæ poteſtatem, inſuper repentinis incurſibus extrema copiarum carpentibus, metuens ne ſibi reditus interrupto ponte fluminis negaretur, amiſſis 80000 bellatorum trepidus refugit.

De pontibus & apparatu belli, fugaque Darii.

Deinde *Darius* rex *Perſarum Hyſtaſpis* filius, *Antriregiri* regis *Gotthorum* filiam in matrimonium poſtulauit, rogans pariter atque terrena niſi ſuam peragerent voluntatem. Cuius affinitatem *Gotthi* ſpernentes, legationem eius irritam reddiderunt. Repulſus igitur ac furore inflammatus *Darius* octoginta millia armatorum contra ipſos eduxit, nauibus-

A.M. 3453. naiibusque pene à *Chalcedonia* vsque ad *Bizantium* inſtar pontium contabulatis, petit *Thraciam* & *Maſiam* ponteque rurſus in *Danubio* pari modo conſtructo, duobus menſi- A bus crebris ſatigatus excurſiuoibus hoſtium, in *Taphis* octo millia perdidit armatorum, timensque ne pons *Danubii* à ſuis aduerſariis occuparetur, celeri fuga in *Thraciam* rediit.

Capvt XVIII.
De Temporibus Xerxis Regis Perſarum.

Anno ab orbe condito 3470.
Olympiade 73.

A.M. 3470. *De expeditione Xerxis. Iornandes de rebus Geticis.*

POſt *Darii* diſceſſum iterum *Xerxes* filius eius paternas iniurias vlciſci cogitans, trecentis millibus armatorum, roſtratis nauibus ſeptingentis, & onerariis tribus millibus contra *Gothos* profectus eſt ad bellum. Sed vt venerat, ita absque aliquo certamine ſuo cum rubore receſſit.

Lingua cultior apud Sarmatas. Herod. lib. 4.

Circa hæc tempora tradunt, *Sarmatas* elegantiæ ſermonis ſtudendo, vt aliquid ſupra *Myſios* ſuos *Homoglottos* & ſupra *Scythas* haberent, genus ſermonis elegantius & magis ornatum inueniſſe. Aliquid tale etiam apud *Græcos Solonis* tempore eueniſſe narrant. Hinc apparet etiam illis temporibus magnam fuiſſe differentiam in moribus & ſermone inter *Sarmatas*, & *Scythicam* gentem.

Pauſanias in Aſiaticis. Thorax Sarmaticus.

Poteſt & illud ad eadem tempora adiici, quod de *Pauſania* narratur, quod propriis oculis vidit, thoracem *Sarmaticum* admirando opere C concinnatum. Fuit is coaptatus ex vngulis equinis & ſquamis Draconis, & tantæ duriciei, vt nequaquam armis *Græcorum* inferior appareret.

Capvt XIX.
De Temporibus Artaxerxis Perſarum Regis.

Anno ab orbe condito 3520.
Olympiade 84.

A.M. 3520. *Francorum origo à Scythis.*

TRithemius narrat, quod *Germanorum Francorum* non contemnenda pars ſub hoc tempus à *Scythis* originem duxerit, idque ex ea occaſione. *Antenor Scytharum* ad oſtia *Danubii* rex, à *Gothis* in bello cum multis cohortibus cæſus eſt: huic ſucceſſit filius D *Marcomirus*, qui populum, cui præfuit, in *Germanorum* fines ad oſtia *Rheni* perduxit, & ibi nouum regnum inchoauit, ex quo tandem vtraque *Franciæ* regna propagata ſunt. Regnauit *Marcomirus* annos viginti octo. Si cum *Trithemii* hiſtoria conferas *Herodotum* libro quarto ſtatim ab initio, de vna re videntur loqui. Dicit enim quod tum temporis *Scythæ Cimmerios* regione cedere coëgerunt. Non deſunt tamen, qui dicunt hunc *Antenorem* non *Scytham* fuiſſe, ſed *Gothicæ* gentis.

A.M. 3520.

Neque enim *Scythæ* ad oſtia *Danubii* tum habitarunt ſed *Getæ*. Et nomen filii *Antenoris Marcomir* indicat *Geticam* linguam, quæ eadem eſt cum *Sarmatica*, *Polonicam* redolens. *Marcomir.* *Mir* enim noſtris pacem ſignificat. Et multa nomina eandem vocem retinentia apud nos hactenus reperias. *Cazimir, Wladimir, Ludomir*, &c. Quod autem ad oſtia *Rheni* conſederit, exiſtimo quod ei prior habitatio in patria ad oſtia *Danubii* perplacuerat. Nequa igitur parte inferiorem aut diſſimilem priori locum poſt commigrationem ſuam capeſſeret, pro oſtiis *Iſtri*, oſtia *Rheni* ſibi delegit, ibique gentem nouam auſpicatus eſt, quam *Germani Neumagen* vocant, quod ſonat, noui cognati. Vocati ſunt poſtea *Sycambri* à regina quadam *Britannia*, cui nomen *Cambra* fuit.

Sarmaticæ gentes cur Troianorum nomina ſibi imponebant.

Vnum hic quærendum puto, videlicet cum iſti, *Scythæ* aut *Gothi* fuerint, cur ſibi B & ſuis liberis nomina *Troianorum* imponebant. Ordine enim ſucceſſionis reges ex illa *Troianorum* ſtirpe vocabantur, *Antenor, Priamus, Helenus*, &c. Quod ideo commemoro, ne cuiquam abſurdum videatur, quod veteres quoque, *Polonorum* Chronicam texentes, ſeriem antiquæ ſtirpis ducum *Polonorum* nominibus exoticis cognominarunt, videlicet *Philaram, Alanum, Anchiſen, Aeneam, Aſcanium, Pamphilum, Reasmiam*, & conſimiles. De qua re ſuperius quoque iniecta mentio fuit. Sed hic quoque occaſionem prætermittere nolui. Nam ſi *Getarum* regibus aut *Cimbris* quos *Scythas Trithemius* vocat, licuit *Troianorum* nomina C in vſum ſuum conuertere, eorumque nominibus inſignire ſuos, non video cauſam, cur idem *Polonorum* maioribus non licuerit, præſertim cum *Iornandes* teſtetur vſu illis temporibus, principibus veniſſe, vt *Romani Macedonum*, *Græci Romanorum*, *Sarmatæ Germanorum*, *Gothi* plerumque *Hunnorum* nomina mutuarentur.

Libro de rebus Geticis, ab initio.

Hæc ideo recito, quia poſteriores ſcriptores pro ſumma prudentia ducunt ob eam cauſam propinare riſui, & etiam flagellare illos bonos *Dlugoſſos*, *Miechouios* antiqui moris homines, quod in ſeriem regum *Poloniæ* principes introduxerint nomina *Troianorum* referentes.

Capvt XX.
D *De Temporibus Philippi Regis Macedonum.*

Anno ab orbe condito 3605.
Olympiade 105.
Anno ante Chriſtum 406.

A.M. 3605. *Lingua Heneta apud Illyrios ante Alexandrum Magnum.*

EX hiſtoriis non difficulter colligi poteſt non tantum ante octingentos annos, ſed etiam *Darii* & *Alexandri* temporibus *Illyrios* lingua *Henetorum* hoc eſt, qua *Slauones* vtuntur, vſos fuiſſe. Ad quam rem aſtruendam non deſunt nobis argumenta. Nam ſi *Heneti* præci-

A.M. 3605.

præcipuas ſedes & portum ſuorum malorum quærentes cum *Antenore* profugerunt ex *Aſia* poſt bellum *Troianum* in *Illyridem*, ibique domicilium ad tempora illa, quando *Polybius* vixit, fixerunt, A certe linguam eorum ſparſam iſtic fuiſſe nemo eſt, qui inficias eat: aut monſtrent, quomodo & quando iſthinc expulſi fuerint *Heneti*. Relinquitur igitur eſſe verum & minime dubitandum, illos *Henetos Illyrios*, cum *Henetis* ſeu *Venetis* noſtris, & vtroſque cum *Sarmatis*, cum quibus mixti erant, cognatos & ὁμογλώττους fuiſſe. Quod cum ita ſit, res *Illyriorum* ad noſtras gentes iure propinquitatis & neceſſitudinis merito pertinere videntur. Nec abs re fuerit, ſi bellorum, quæ cum *Macedonicis* regibus geſſerunt, hic mentionem fecero. Traditum eſt ergo *Amyntam* regem *Macedonum*, paulo ante *Alexandrum Magnum* captum fuiſſe in prælio ab *Illyriis*, ſed deinde *Philippus* B vltus eſt iniuriam fratris & talionem reddidit. Nam victis *Athenienſibus Pæonas* aggreſſus eſt, & *Bardyllum* regem Illyriorum intercepit. Trucidata tum ſeptem millia *Illyriorum* feruntur, & poſt victoriam potitus eſt aliquot oppidis *Illyriorum*, quæ antea *Macedonibus Illyrii* ademerant. Hæc procul dubio digna ſunt cognitione eorum, qui cupiunt ſcire, quid cum *Sarmatis Sarmatarumque* cognatis in iis terris actum ſit inter illas viciſſitudines rerum & mutationes temporum, quando Monarchiæ Monarchis ſuccedebant, & quando à *Perſis* ad *Macedones* imperium transferebatur, appetentibus iam *Alexandri Magni* temporibus. De *Philippi* C *Macedonum* regis matrimonio, quo pacto *Medopam Gothila Getarum* regis filiam in vxorem acceperit, vt tali affinitate roboratus *Macedonicum* regnum ſibi ſtabiliret, lege *Iornandem* de rebus *Geticis*.

Amyntas rex Macedonum victus ab Illyriis.

Bardyllus rex Illyriorum.

Eadem tempeſtate *Philippus* inopiam pecuniæ paſſus *Vidiſitanam Maſiæ* ciuitatem inſtructis copiis vaſtare deliberat, quæ tunc propter viciniam *Tomyris*, *Gothis* erat ſubiecta: vnde ſacerdotes *Gothorum*, illi qui pii vocabantur, ſubito patefactis portis, cum cytharis & candidis veſtibus ipſi obuiam ſunt egreſſi, paternis diis vt ſibi propitii eſſent, ac *Macedones* repellerent, voce ſupplici modulantes. Quos *Macedones*, ſic confi- D denter ipſis occurrere contuentes, ſtupeſcunt, & ſi dici fas eſt, ab inermibus tenentur armati. Nec mora, acie ſoluta, quam ad bellum inſtruxerant, non tantum ab vrbis excidio deſtiterunt, verum etiam quos foris erant iure belli adepti, reddiderunt, fœdereque inito ad ſua reuerſi ſunt. *Atheas* à *Strabone* nominatur, Rex *Sarmatiarum*, qui cum *Philippo* tunc conflixit.

De obſidione Vidiſitanæ Vrbis in Maſia; ex eodem Iornande & Dione.

A.M. 3630.

Capvt XXI.

De Temporibus Darii, vltimi Regis Perſarum.

Anno ab orbe condito 3630.

Olympiade III.

Anno ante Chriſtum 370.

Dixi de iis, quæ acciderunt gentibus *Sarmaticis* ſub *Dario* primo; dicam & de iis, quæ euenerunt ſub *Dario* vltimo. Apparet omnino, tum etiam ſummæ opinionis viros fuiſſe populos *Geticos*, vtpote, qui non modo ad *Iſtrum*, ſed etiam vſque ad *Thracas*, extenderant fines regni ſui. Scribit enim *Herodotus*, quod *Darius* rex ſummis laudibus eos extulerit, maximique fecerit, cumque in conſpectum eius veniſſent, vocat ἀνδρειοτάτους καὶ δικαιοτάτους Θρηΐκων: & videtur *Darius* concordare cum *Homero*, & alludere ad illas laudes, vbi noſtras gentes ex *Iouis* ſententia vocat, *Lactiuoros Abios*, his non eſt iuſtior vlla, gens hominum &c. Apparet ergo eos à barbarie fuiſſe remotiſſimos, virtuteque militari plurimum excelluiſſe, quandoquidem tam inſigni præconio eos ornat. Sed cum eos *Thraces* vocat, videtur *Græcis* potius quam *Germanis*, vt nonnulli recentiorum volunt, adnumerare eos voluiſſe. Iam enim tum traiecto *Iſtro* & ſuperatis *Myſiæ* finibus *Thraciam* attingere incipiebant, præſertim *Alexandri Magni* temporibus. Ideo & nomina Græcorum ſuis regibus accommodando, ſe genti *Thracum*, ab ea captando beneuolentiam, attemperare cœperant. Nam *Dromichetes*, de quo inferius dicetur, Græcum eſt prorſus vocabulum, à velocitate curſus, vel quod in rebus bellicis celeritati, in qua omnia ſita ſunt, ſtuduerit, dictus. Sed & *Theodoricus* Græcum eſt nomen, illius inquam principis *Gothorum* ſeu *Getarum*, qui *Romam* totamque *Italiam* temporibus *Honorii* armis ſubegerunt. Miror ergo, vndenam quibusdam in mentem venerit, quod *Gothos Germanos* fuiſſe aſſerere volunt, ex eo quod ne vnum quidem nomen Principum *Gothicorum* monſtrari poſſit, quod aliquid commune cum lingua *Slauonica* habeat (verba ſunt Hiſtorici *Polonorum*.) Poteſt autem paruo admodum negocio monſtrari, & *Theodorici* nomen & *Dromichetis*, *Græcorum* fuiſſe cognomina, quæ tum apud *Ruſſos* in frequentiſſimo vſu erant, & etiamnum eſſe non deſierunt, vt ii, qui in iis regionibus verſati ſunt, teſtari poſſunt. Sed & illa nomina filiorum *Theodorici*, *Vallamir*, *Theodomir*, & *Vindemir*, prorſus reſonant *Slauonicum* idioma. *Mir* enim patem ſignificare noſtris, nemo eſt, qui neſciat. Sed & hactenus plurima oppida in *Ruſſia Polonica* reperias, quæ huiuſcemodi cognominibus ab eorum conditori-

Homeri & Darii teſtimonium de gente Sarmatica.

Iliados ι.

De cognominibus Gothorum, cur ea à Thracibus & Græcis mutuati ſunt.

A.M. 3630. ditoribus appellantur, vt *Wolodomir, Cazimir, Sedomir, Skarmir, Lubomir*. Sed & in *Germania*, *Viſmaria* vrbs celebris, ideo ſic appellata, quod eam à *Polonorum* duce *Viſmaro* filio *Lechi* extructam fuiſſe inter omnes conſtat. Sicut igitur *Getæ* non erant *Thraces*, quamuis inter *Thraces* à *Dario* numerentur, niſi forte per figuram, viciniæ ratione; ita neque *Vandali Germani* erant, quamvis a *Plinio* inter *Germanos* vicinitatis haud dobie & commerciorum cauſa reponaotur. Sed quia inferius ex profeſſo hæc quæſtio vberius a nobis tractabitur, ideo lectori hic moleſtus eſſe oolo, ne prolixioribus digreſſionibus indulgendo, continuam ſeriem hiſtoriæ inſtitutæ cum tædio lectoris, abrumpere videar. Igitur poſtquam a nepotibus *Noë* incipiendo, ad *Alexandri Magni* vſque tempora hiſtoriam noſtram perduximus, finem hic libro primo imponamus. A.M. 3630.

LIBER SECVNDVS.

IN QVO EA, QVAE ACTA SVNT IN IIS TERRIS, AB ALEXANDRO MAGNO VSQVE AD POMPEIVM MAGNVM ET IVLIVM AVGVSTVM, COMPREHENDVNTVR.

PROOEMIVM.

Titulus ipſe libri indicat cauſam cur hic ſubſiſtendum lectori, & in medio quaſi curſu reſpirandum cenſuerimus. Tunc enim Babylonicum imperium à Perſis ad Græcos translatum B *fuit, vnde grauiſſima bella ſecuta ſunt, & vniverſa gubernatio in orbe terrarum immutata fuit. Durauitque circiter annos 300. Vocantur autem hi Principes, Magni per excellentiam, non tantum ob res bellicas, quanquam & hæ magnæ ſunt, ſed à rebus actis & auctis, domi, foris, pace & in bello, hoc eſt quod excelluerunt virtutibus œconomicis, politicis, bellicis, adde & eccleſiaſticis, pietate inquam, & iuſtitia. Tales merentur dici inter Chriſtianos: Conſtantinus Magnus, Carolus Magnus, Ottho Magnus, Cazimirus Magnus Rex Poloniæ. Inter gentes vero, Cyrus, Iulius, Alexander Magnus, qui tale meruit præconium: Prouocauit, inquit, vt ſtrenuus, æquiparauit vt me-* C *ritus, ſuperauit melior, ſoluſque ſine æmulatione clarus, adeo vt nemo virtutem eius ſuperare, vel optare ſaltem fortunam eius, auſus fuerit.*

CAPVT I.

De Temporibus Alexandri Magni Regis Macedonum & ſummi in orbe monarchæ.

Anno ab orbe condito 3630.
Olympiade 111.
Anno ante Chriſtum propemodum 350.

MOnet nos temporum ſeries cootinua, vt ea, quæ temporibus *Alexandri Magni* D cum gente noſtra acta ſunt, recitemus. Sed commemorato nomine regis *Magni*, forſao etiam aliquid magnum, quod ad rem propoſitam faciat, a nobis expectabit lector. Et hauddubie in ea expectatiooe non hallucinabitur. Iam enim iode a primordiis maiora incrementa rerum ab iis geſtarum, maiorem etiam & ampliorem noſtræ hiſtoriæ ſuppeditabunt materiam, vſque quo tandem ad *Vandalorum* & *Gotthorum* res memorabiles tam io *Africa* quam io *Italia* geſtas pervenieniemus. *Alexander* igitur *Magnus* cum in *Achaia* aſſenſu & faoore Græcorum dux belli contra *Perſas* declaratus fuiſſet, dedit omnem operam. vt nihil, domi aut foris prætermitteret, quod ad expeditionem Aſiaticam pertinere videbatur, & quod ad augendam expectationem, quam de eo vniuerſus orbis conceperat, facere iudicabat. Ex qoia de *Getis* gente vicina eorumque virtute militari increbuerat fama, audiueratque eos a ſuo hoſte, *Dario* prenſari, vtque ſe ei adiungerent præmiis iouitari, copuit & ipſe eos quacuoqoe ratione ſibi deuincire. Facile eoim proſpiciebat, ſi ſe *Dario* adiunxiſſent, abſente præſertim ipſo ob Aſiaticam expeditionem, multum damni eos Græciæ ob vicinitatem inferre, eiuſqoe curſum victoriam interpellare poſſe. Proinde *Syrmum* regem Getarum & inſulæ *Peucen*, vbi *Getæ* præcipuum domicilium habebant, primo exquiſitis artibus ſollicitandum putauit. Cumque hoc non ſucceſſiſſet, etiam bellum ei, antequam contra *Perſas* iret, iodixit. Vario euentu res geſta eſt; ſed tandem vtrique è re ſua iudicabaot, ad pacis conſilia decurrere. Nam & *Macedo* Aſiaticam expeditionem in animo verſabat, & *Syrmus* vrgente *Alexandrum* Perſico bello, facile magnum quid ab eo ſe extorſurum opinabatur. Itaque occaſione viam patefaciente, & ipſe pacem non abhorruit. Sancitur itaque pax, ineont fœdus, percutiuntur victimæ. Nec regem *Syrmum* opinio, quam conoeperat, fefellit: ab vtriſque enim tum aliquid emunxit. Allata ſunt a rege Perſico munera & miræ pollicitationes: ab *Alexandro* vero præter honores delatos & virtutis teſtimoniom inſigne, etiam finium ampliſſimi regni ſui acceſſionem non paruam adeptus eſt. Vidi ego priuilegium quoddam geoti Sarmaticæ ab *Alexandro Magno* donatum, qoo ei omnia regna & prouincias, quæ intra hos duos maximos fluuios, *Boryſthenem* nimirum & *Iſtrum*

Alexander M. ambit amicitiam Syrmi Getarum Regis.

Bellum inter eos & pax ſecuta.

Priuilegium ab Alexandro Magno gentib. Slauonicæ ſtirpis Alexandriæ datum.

A.M. 3630. *Iſtrum*, attribuit, taleque eminentiam iuſque abſolutum eis inſcribit, vt omnes populos genteſque, cuiuſcunque ſtirpis illæ fuerint, quæ in ea plaga orbis terrarum intra A hos fines nominatos manerent aut manſuræ ſint, eis obnoxios tributarioſque decernat. Inuentum & hoc priuilegium in Archiuo Boëmorum regni, & poſtea in monaſterio quodam non admodum procul à *Cracouia* aſſeruatum fuit. Mirabarque ego, & ſæpe ea de re cum doctis viris conferebam, quanam occaſione & quo tempore ex munificentia *Alexandri* tantam beneuolentiam conſecuti ſint populi *Sarmatici* ſimul & *Getici*: ſed veriſimile eſt hæc ſub illos tumultus belli Perſici accidiſſe, quando *Macedo* profecturus ad bellum Aſiaticum itineri ſe accingebat, & metueret ne *Darii* partes auxiliis miſſis *Syrmus* augeret, ideo tam liberaliter cum eo trans- B egiſſe, quod ex ſequenti hiſtoria belli *Dromichetis* cum *Lyſimacho* geſto clarius apparebit. Non me etiam latent ea, quæ à noſtris hiſtoricis memoriæ prodita ſunt de bellis *Lechi* primi Polonorum ducis cum eodem rege *Alexandro Magno*, ſed quid ea de re ſentiam, in *Lechi* huius hiſtoria apparebit. Memoria etiam digna ſunt, ea quæ literis *Miechouienſis* de ſtirpe *Alexandri* mandauit, & quod originem eius à gente *Slauonica* deriuat. Hocque autoritate & teſtimonio *Philopolenſium* confirmare nititur. Affirmatque conſtanter eius rei non modo ſcripta nuda, ſed etiam columnas & imagines hoc ipſum repræſentantes eoſdem *Philopolenſes* hactenus habere. C Sed hæc veritati an ſint conſentanea, & quo pacto conueniant cum ſerie eius progenitorum, quæ inde ab *Hercule* vsque ab *Herodoto* deducitur, inferius ſuo loco dicemus. *Strabo* tamen refert, libro ſeptimo, *Philippum* patrem *Alexandri*, *Getarum* reginam in matrimonium duxiſſe. Illa etiam *Ptolomæi* deſcriptio de aris *Alexandri* ad Boryſthenem locatis, ad confirmandam narrationem ſuperiorem de priuilegio *Alexandri Magni*, multum facere videtur. Si enim ſignis & monumentis incurrentibus in oculos fines harum gentium veluti quibuſdam gadibus confirmare, & ratos habere non dubitauit, omnino nec abſurdum erit relatu, etiam ad ſigna, hoc diploma eum addidiſſe. Sed quidam contrarium ſentientes D dubitant an *Alexander* illas aras erexerit, cum non appareat ex hiſtoricis, quod illi tantum temporis habuerit, vt illi vacaret arctoas regiones inuiſere. At parum refert, per ſe ipſum id fecerit, an per quempiam alium. *Iuſtinus* tamen hiſtoricus libro triceſimo ſexto affirmat eum per *Zopyrona* quendam illa bella ſeptemtrionalia cum *Maſſagetis* adminiſtraſſe. Quod ſi autem in dubium vocare aras illas licebit, licebit & de ponte dubitare, quem ſuper fluenta *Araxis* erexerat, eumque *Auguſtus* Cæſar inſtaurare ſuo æuo curauerat. Vtraque A.M. 3630. enim tam ara, quam pons non longo interuallo loci a ſe diſtant.

Cognatio Alexandri magni cum noſtris populis.

Philippi Regis Macedonum matrimonium cum Regina Getarum.

Ara Alexandri.

Ad illuſtrandas res Slauonicarum gentium proferuntur duo priuilegia *Alexandri Magni*: alterum quod *Bulgari* producunt in ſuis antiquitatibus ac etiam *Croata*, cuius exemplar aureis literis in pargameno *Alexandriæ* ſcriptum, inter Theſauros *Turcorum* hactenus pro magna gaza aſſeruari conſtanter affirmant, dicuntque illud eo tempore in manus *Turcorum* incidiſſe, cum *Mahomet* eorum Imperator *Conſtantinopolim* expugnaret: huius exemplum inferius a me ſubiicietur. Aliud vero priuilegium, quod à me adductum iam eſt, ad *Slauonicas* nationes proprie pertinet. ideo a *Boëmis*, qui etiam a *Slauonibus* oriundi ſunt, *Slauonica* lingua deſcriptum aſſeruatur. Extat eius exemplar in quodam peruetuſto libro Chronicorum Bohemicorum. Cogitans autem, quando & quibus occaſionibus emanarint hæc priuilegia donationum *Alexandri*, incidi in *Strabonis* librum ſeptimum, vbi deſcribit *Alexandri Magni* expeditionem in *Triballos* vsque in *Iſtriam*, quidque rei habuerit cum *Syrmo* rege Sarmaticorum Getarum ibidem annotauit, quod negocium, vt melius a quouis intelligatur, ipſius autoris verbis illud explicabo:

De duobus priuilegiis Alexandri Magni.

" *Alexander Magnus Philippi* filius in ea expeditione quam in *Thraces* ſupra *Aemum* habitantes fecit, impreſſione in *Triballos* facta, quos ad *Iſtrum* vsque & ſitam in eo inſulam *Peucen* pertingere videbat, vlteriora autem fluuii a *Getis* teneri, eouſque progreſſus dicitur. Et in inſulam quidem ne intraret, nauigiorum fuiſſe impeditum penuria (eo enim confugiſſe ante *Syrmum Triballorum* regem aggreſſoque intrare obſtitiſſe vi) ideoque in *Getas* traieciſſe, captaque eorum vrbe celeriter reuertiſſe domum. Hoc eodem tempore *Celtæ*, qui ad *Adriam* incolebant, amicitiæ & hoſpitii iungendi cauſa *Alexandrum* conuenerunt. Quos Rex comiter exceptos inter pocula interrogauit, ecquidnam eſſet, quod maxime metuerent; expectabat enim hanc reſponſionem, ſe ab ipſis maxime timeri; ii vero reſponderunt, nihil ſane, niſi forte ne cœli ruina obruerentur, interim ſe tanti viri amicitiam maximi pendere. Hæc quidem ſimplicitatis barbarorum indicia, quorum ille non paſſus *Alexandrum* in inſulam venire, dona tamen miſit, amicitiamque iunxit: hi nullius metu ſe teneri, magnorum tamen virorum amicitiam plurimi ſe facere reſponderunt. "

De Alexandri M. expeditione contra Syrmum, ex Strabonis Lib. VII.

Colloquium Alexandri cum Adriæ incolis.

Quem dolum (hoc eſt *Philippi*, qui ſub ſpecie affinitatis prouincias *Getarum Sarmaticorum* inuaſerat) tandem poſt longum tempus reminiſcens egregius Gotthorum ductor *Sitalcus*, centum millibus virorum congregatis,

Bellum Perdiccæ Macedonis cum Sitalco Gottho.

A.M. 3630.

Iornandes de rebus Geticis.

gatis, *Athenienſibus* intulit bellum aduerſus *Perdiccam*, Macedoniæ regem, quem *Alexander* Athenienſium principatui hæreditario iure reliquerat ſucceſſorem. Magno prælio A cum hoc inito, *Gotthi* ſuperiores inuenti ſunt, & ſic pro iniuria, quam illis in *Mæſia* dudum feciſſent, iſti in Græciam diſcurrentes cunctam *Macedoniam* vaſtauere. Circa eadem tempora *Gotthi* fines *Saxoniæ* vaſtarunt, vt *Trithemius* narrat. Exiſtimo hoc factum tribuendum eſſe noſtris *Gethis* occiduis, qui *Viſigotthi* dicebantur. Nam tum *Gotthi* orientales implicati erant bello *Macedonico*, quod eum *Perdicca* illis fuit. Adhæc noſtri *Viſigotthi* multo viciniores ſunt *Saxonibus*, quam *Oſtrogotthi*. Scribit etiam *Hypocrates*, Sarmatarum bellicoſum ingenium depingens: "Hac in parte, inquit, non modo mares ſed „etiam mulieres ipſorum, vſque adeo arti „militari vacabant, vt etiam legibus apud eos B „cautum fuarit, nullam fœminam ad matri„monium admittendam, quæ tres viros in „bello non interfeciſſet." Apparet ergo hoc ſeculo *Sarmatarum* nomen, quod attinet res bellicas, celebre fuiſſe. Nec immerito *Paulus Oroſius* de iis gentibus in eorum laudem memoriæ prodidit: "Hos, inquit, Alexander „euitandos pronuntiauit, Pyrrhus exhorruit, „Cæſar etiam declinauit."

Saxonia vaſtata à Gotthis occidentalibus.

Oroſius lib. 1. cap. 16.

Diploma Alexandri M. Illyriis datum.

Diploma Alexandri Magni datum Illyriis, ex Græco in Latinum conuerſum, extat in libro *Dominici Cyllenii* Græci de veteri & recentiori ſcientia militari ad *Emanuelem Philibertum* ducem Sabaudiæ, impreſſum Venetiis apud Franciſcum de Portonariis Anno 1550. C

"Nos *Alexander* Philippi Macedonum „Archos, Monarchiæ ac Græcorum Imperator, Magni Iouis filius per Arthemum nun„cium Allocutor Brachmanorum, & Arabum, „ſolis & lunæ conculcator, Perſarum ac Me„dorum domitor, dominus ab ortu ſolis vſ„que ad occaſum, à meridie vſque ad ſeptem„trionem, Illuſtri proſapiæ Illyriorum popu„lorum, Dalmatiæ, Liburniæ cæterarumque „eiuſdem idiomatis & linguæ gentium ad „Danubium, & medias regionum ſedes in„colentium, gratiam, pacem atque ſalutem à „nobis & ſucceſſoribus noſtris ſuccedentibus „nobis in gubernatione noſtra mundi. Quo„niam ſemper nobis affuiſtis veraces in fide, „in armis ſtrenui, noſtri coadiutores bellicoſi D „atque robuſti, damus & conferimus vobis „libere & in perpetuum totam plagam terræ „ab aquilone vſque ad fines Italiæ Meridio„nalis, vt nullus valeat ibi manere aut reſi„dere, ſeu ibi locare, niſi veſtrates: & ſi quis „alius inuentus fuerit morari, ſit ſeruus ve„ſter, & poſtea ſint ſerui poſterorum veſtro„rum. Datum in ciuitate noſtra noua Alexan„drina fundata ſuper magna Nili flumina, „Anno XII. regnorum noſtrorum accidenti„bus magnis Diis, Ioue, Plutone, Marte & "maxima Dea Minerua. Teſtis huius rei "Achetas, Lixis, Legatichas & alii principes "A quos nobis ſine prole decedentibus relin"quimus noſtros hæredes & totius orbis ter"ræ." Contigerunt hæc ante aduentum Chriſti Saluatoris circiter trecentis annis. A.M. 3630.

Capvt II.

De Temporibus poſt Alexandrum Magnum, Lyſimacho dominante.

Anno ab orbe condito 3650.

Olympiade 116.

Ante Chriſtum 350.

Direpto dilaceratoque imperio a morte A.M. 3650. *Alexandri Magni*, pro ſe quisque agebat, obuia quæque ſibi vendicans. Igitur Rex Getarum *Dromichetes*, ne interea temporis ſibi quoque deeſſe videretur, vnum ex ſucceſſoribus eius *Lyſimachum*, qui theſauris in B vrbe *Pergamo* ab *Alexandro* præpoſitus fuit, bello adortus eſt. Et aliquanto poſt *Lyſimachus* a *Dromichete* acie victus in deditionem venit, cumque de conditionibus pacis laboraretur diligenter, non ita multo poſt ab eo liberaliter dimiſſus. *Lyſimachus* tandem motus illa clementia Regis Getarum, gratitudinis ergo conceſſit, vt *Getæ* in poſterum ad *Iſtrum* ſedes haberent ſuas, immo & filiam ſuam Regi in vxorem deſpondiſſe narrat *Pauſanias*. Inde factum eſſe credo, quod *Getæ* inter *Thraces* ab hiſtoricis ſubinde connumerati ſunt, nominaque propria ſuis regibus a Græcis accepta indere cœperunt. Inde etiam C factum reor, vt non modo noti fuerint Græcis, ſed paulatim *Græciam* verſus fines dominii ſui protenderint. Conferantur hæc, quæ de conceſſis a *Lyſimacho* prouinciis *Gotthicis* populis retulimus, cum illa donatione *Alexandri* & diplomate vel priuilegio per eum nationibus linguæ noſtræ conceſſo: exiſtimo quod & ratio & poſtulatorum, & æquitas conceſſorum, habet in ſe magnam veriſimilitudinis notam, vt illam narrationem de tranſactione inter noſtras gentes & *Alexandrum Magnum* nequaquam abſurdam ac minime fabuloſam eſſe putemus. Sunt enim quidam ita moroſi, vt malint ſuis commentitiis narrationibus, quas ipſi ſibi in ſuo cerebro exſculpſerunt, locum dari, quam ea quæ ex D claſſicis ſcriptoribus eruta ſunt, admittere. De bello Lyſimachi cum Dromichete Getarum rege Strabo hæc habet: Poſtea autem temporis *Lyſimachus* Getis, eorumque Regi *Dromicheti* bellum inferens, non diſcrimen duntaxat adiit, ſed viuus in hoſtis poteſtatem peruenit, ſalutemque barbari humanitate adeptus eſt, vti ſupra commemorauimus. Duo ergo principes *Alexandri Magni* in deditionem noſtrorum Getarum deuenerunt, *Perdiccas* inquam & *Lyſimachus*.

Lyſimachus à noſtris captus.

Lyſimachi filiam ducit Dromichetes.

CAPVT

A.M. 3735.

Capvt III.

De rebus Illyriorum & de bellis Cimbricis Mitridaticque, quantum ſpectat ad præſens negotium.

Anno ab orbe condito 3735.

Olympiade 137.

Ante Chriſti aduentum 265.

Illyrii Polonis obnoxii triplici de cauſa.

IVuabit etiam non mediocriter lectorem, eupientem ſibi comparare notitiam rerum Sarmaticarum, noſſe quid cum *Illyriis* gentibus actum ſit ante Saluatoris aduentum. Diximus enim *Illyrios* duplici de cauſa obnoxios eſſe *Polonis*: & quod maiores noſtri ſtirpis *Heneta*, præcipuas ſedes apud ipſos duce *Antenore* habuiſſe prædicantur, tum etiam quod *Lechus*, *Czechus*, Reipub. noſtræ conditores ab eis prodiiſſe, & colonias ſecum duxiſſe in eas oras magno omnium conſenſu perhibeantur. Addam & ego tertiam rationem, quæ me adducit vt credam, illis temporibus lingua etiam noſtra vſos fuiſſe. Reperio enim apud veteres Geographos, Ptolomæum inquam & alios, nomina montium & fluuiorum, quæ prorſus Polonicum idioma reſonant.

Mons Curuanca.

Sic mons notiſſimus, quem vocat *Curuanca*, qui Noricum ab Illyrico disſlimitat. Sic *Ocra Pſari* villa, vnde progenitores noſtri, *Lech* inquam, & *Czech*, huc aduenisſe perhibentur. Poſtquam igitur non mediocre ſtabilimentum noſtri homines ſuæ Reipub. ab *Illyriis* acceperunt, merito dixi non parum conducere ad illuſtrandam hiſtoriam noſtram res eorum, quæ illis tam cum *Græcis* quam etiam *Romanis* interceſſerunt noſſe.

Quatuor bella Illyriorum.

Commemorantur autem ab vrbe condita quatuor potiſſima bella *Illyrica*. Primum, quando ab vrbe condita 525 Romani conſules *Fuluium* & *Poſthumum* miſerunt contra *Teucam* Illyriorum reginam, quod bellum ab eis ob violatos legatos ſuſceptum fuit. Secundum bellum fuit *Perſicum*, quod cum *Perſeo* Macedonum Rege geſtum fuit. Tertium *Macedonicum* dictum, quod cum *Gentio* Rege Illyriorum geſſerunt Romani. Captus tum fuit Rex *Gentius* & in triumpho vna cum *Perſeo* Macedonum Rege oſtentatus. Quartum bellum Illyriorum numeratur, quod duce *Cn. Caſconio* contra eoſdem populos adminiſtratum eſt.

Lingua eadem vtebantur veteres Illyrii, qua hodierni.

Licet autem varias mutationes *Illyrii* experti ſint, propter varia bella iam cum Regibus Macedonicis, iam etiam cum Romanis, tamen multa adhuc cognomina extant peruetuſta, quæ monſtrant veteres *Illyrios* eadem lingua vſos fuiſſe, qua & nunc vtuntur. Nam quod quidam eius rei cauſam in *Ruſſos* & *Roxolanos* reiiciunt, quod quondam vagabundi depopulati ſint eorum terram, & quod ab eo tempore linguæ noſtræ vſus apud eos inualuerit, id non videtur conſentaneum. *Ptolomæus* enim Geographus longe ante *Ruſſorum* hæc bella vixit, immo etiam ante *Lechi* ipſius ad eas oras aduentum. Nam *Mauricius* & *Phocas*, quorum temporibus *Roxolani* penetraſſe Europam prædicantur, multis poſt ſeculis vixerunt. Adde, quod illis *Roxolanorum*, quæ non diu durarunt bellis, incredibile eſt tam fortes impreſſiones factas fuiſſe, vt potuerint tot regna longe & late a fundamento immutere. Longius ſpacium temporis & diuturnius interceſſit, cum *Gothi Vandalique* Italiam concuſſerunt, *Hunni* Pannonias debellarunt, *Francones* Gallias oppreſſerunt, & tamen nec linguam eorum, nec veſtitus rationem poterant in illis gentibus ad noſtra vſque tempora ita abolere, vt nullum veſtigium patriæ linguæ, morum, & lineamentorum in vultu remaneret in ipſis, ſicuti in *Illyricis* gentibus videre eſt, ita vt etiamſi alia argumenta eius rei nobis deeſſent, vel hoc ſolum ſufficeret, linguam hanc, qua vtuntur, eis non eſſe adſciticiam & peregrinam, ſed multis ſeculis hæreditario iure ab ipſis poſſeſſam.

Annotata de Illyriis.

De factis Illyriorum memorabilibus.

Teuca Regina Illyriorum, Romanorum legatos interfecit. *Titus Liuius* in ſua hiſtoria prolixe hac de re.

Pleuratus Thraciæ, *Scerdiletus* Illyriorum Reges ac Ætoli, fœdus cum Romanis faciunt contra *Philippum* Macedoniæ, eique bellum indicunt. *Liuius*. Illyrii Macedoniam populantes ab *Antigono* victi. *Polybius*. *Philippus* Illyricos Macedonia expulit.

Ab orbe condito 2747.

Paulus Æmilius Dimalem Illyrii ciuitatem vi cœpit: vrbes cæteræ in Romanorum fidem acceptæ. Illyriorum rex in Macedoniam expellitur.

Hiſtri populi ad Illyricum Romanos fugarunt. *Marcum Licinium* cum ſuis militibus oppreſſerunt, hinc *Manlius* Regem temulentum vicit.

Æpulo Iſtriorum Rex dum compotationi indulget, capitur, qui captiuum ſe eſſe non ſenſit, donec mane diſcuſſa crapula a ſomno expergiſceretur: tota regio tandem Romanis ſe dedidit. *Liuius* decade quinta.

Gentius Rex Illyriorum bello captus, & in triumpho vna cum vxore oſtentatus a *Luc. Anicio*. Eodem tempore Illyricum ſubactum, *Scodra* capta. *Liuius* lib. 4. *Florus* 2. capite 13. *Eutropius* 4. A.M. 3792.

Bellum cum *Dalmatis* vicinis eorundem Illyriorum. *Martius* parum proſpere primum, hinc feliciter contra Dalmatas pugnat. Tandem a *Naſicca* conſule domiti Illyrii. A.M. 3810.

Circa eadem tempora accidit inſigne pietatis exemplum, quod Romæ editum eſt. Humilis in plebe & ignobilis puerpera, ſupplicii cauſa carcere incluſa matre, cum impetraſſet aditum ad eam, & ne quid cibi inferret prohibita,

A.M. 3735. deprehenſa eſt vberibus ſuis matrem alere. *Plinius* libro ſeptimo capite triceſimo ſexto.

Romani quando primum ad Danubium penetrarunt.

C. Scribonius vicit *Dardanos* vicinos Illyriorum tranſalpinos, *Myſiam* ſuperiorem verſus, & ad *Danubium* usque primus Romanorum penetrauit, ob quod factum triumphum meruit. *Plutarchus* in Lucullo.

Auguſti bellum cum Illyriis.

Circa hæc tempora difficillimum bellum *Auguſti* Cæſaris cum Illyriis geſtum deſcribit *Florus* libro quarto capite duodecimo.

Illyrii quoque ſub Alpibus agunt, imasque valles & quædam quaſi clauſtra cuſtodiunt, abruptis torrentibus implicati. In hos expeditionem ipſe ſumſit, fierique pontem imperauit. His ſe & aquis & hoſte turbantibus, cunctanti aſcenſum militi ſcutum de manu rapuit, & primus tunc, agmine ſequente, cum Illyricus multitudine pontem ſuccidiſſet, ſaucius manibus ac cruribus, ſpecioſior ſanguine, & ipſo periculo auguſtior terga hoſtium cecidit.

Vulnera Auguſti.

De iis vulneribus etiam *Suetonius* meminit: "In bello, inquit, *Dalmatico*, "(ſed *Dalmatiam, Illyricam* regionem vocat) "vulnera excepit: vna acie dextrum genu lapide ictus: altera autem & crus & vtrunque "brachium ruina pontis conſauciatus." Quam ergo hoc Illyricum bellum periculoſum ac difficile fuerit *Auguſto*, vel hæc vulnera teſtari poſſunt. Neque enim recordor aliis in bellis ſauciatum fuiſſe. Proinde abſolutis iis bellis cum tres triumphos ſimul egiſſet, non immerito ſcriptores, primi triumphi cauſam aſſignant, de *Illyriis*, ſecundi de *Antonio* poſt victoriã *Actiacam*, tertii de *Cleopatra* profligata.

De rebus Pæonum, Boiorum, Gotthorum, Cimbrorum.

Dixi de rebus Illyriorum poſt *Alexandri* tempora vsque ad *Chriſtum*, dicam & de *Pæonibus, Boiis, Gotthis, Cimbris, Sarmatis*. Nam ad intelligendum ſtatum illius temporis, quis fuerit in iis regionibus, apprime eſt neceſſarium cognoſcere hiſtoriam illarum gentium. Cum *Romani* hoc tempore negocia habuerint potiſſimum cum illis populis, & hiſtoriæ nihil memorabile hoc æuo afferunt, quod non attingat res geſtas *Boiorum, Gotthorum, Cimbrorum*, & aliorum quorum iam meminimus, de iis quoque vtilia adferemus ad noſtrum argumentum.

A.M. 3605. *Origo Pannonum.*

Agis Pæonum rex moritur, *Pæones* a *Philippo* ſubiugantur. Et forſan tunc *Pæones* ad Danubium vsque transferunt, ex quibus volunt *Pannonas* ortos eſſe.

A.M. 3637. *Gotthi Sarmatici*, quos *Viſogotthos* vocant, hoc eſt ii, qui ad *Viſtulam* ſedes habuerunt, fines *Saxonum* vaſtant. *Trithemius*.

A.M. 3685. *Verſio LXX. viralis.*

Ptolomæus Philadelphus ſeptuaginta interpretes ad inſtar ſeptuaginta patrum, a quibus ad turrim Babel ſecundum ſeptuaginta linguarum genera gentes diuiſæ ſunt, congregat: iſti ſacra Biblia vertunt. Idem rex bibliothecam, cui haſtenus par non inueniebatur, comparat. Huic præfecerat *Demetrium Phalereum*.

A.M. 3735. *Argenti ſignati origo.*

Hucusque *Roma* ſcandulis tecta fuit, *Plinius* lib. 16. cap. 10. Hoc etiam tempore primum argento ſignato vti cœperunt *Romani*.

A.M. 3740. *Boiorum hiſtoria quomodo in rem noſtram faciat.*

Æmilius Boiorum agrum populatur deque *Gallis* triumphat. Iidem *Boii* in deditionem accepti. *Polybius*.

Harum gentium mentionem facio, eo quod anteceſſores noſtrorum *Boëmorum* eſſe dicuntur, aut iidem cum eis erant, vt plerique volunt. Erant autem vicini *Gallis* iſtis, qui proximi erant *Rheno*. Ideo eis commilitant.

A.M. 3745. *Gotthi Saxoniam iterum ingreſſi.*

Gotthi ſecundo ingreſſi *Saxoniam* vaſtant, quod de noſtris *Vrſogotthis*, id eſt, *Viſtulæ* accolis, qui non procul a Saxonibus diſtant, intelligendum eſt. *Lucius Furius* de *Boiis* & *Gallis* triumphat. *Merula* Boios ſuperauit. Tertio *Scipio Naſica* eosdem Boios ſuperat, & caſtra eorum capit.

Boiorum nomen quid ſignificet.

Marcellus conſul a Boiis oppreſſus magnam exercitus partem amiſit. *Liuius* lib. 3. Si vim nominis Slauonici inſpicias, hac voce *Boii* dicuntur bellatores ab eis, vnde vox *boiowac, boiarin*. Et certe multa faceſſebant negocia Romanis, vt videre eſt ex hac conſignatione. *Marcomirus* Sicambrorum rex regnat ad Rhenum.

Baſtarnæ cum Romanis bellum gerunt.

Gens *Baſtarnarum* Iſtrum tranſire volens ſubmerſa eſt. *Eutropius* lib. 4. ſed & *Oroſius* eam pugnam ſic deſcribit lib. 4. cap. 20. Baſtarnarum gens ferociſſima, autore *Perſeo* Philippi filio, prædarum ſpe ſollicitata, & tranſeundi fluminis cupiditate, ſine vlla pugna vel aliquo hoſte deleta eſt. Nam tunc forte *Danubius*, qui & *Iſter*, glacie ſuperſtratus, pedeſtrem facile tranſitum patiebatur. Sed cum improuiſe de toto & maximo ſimul agmine inæſtimabilis hominum, & equorum multitudo tranſiret, enormitate ponderis & concuſſione gradientium cõcrepuit gelu, & glacialis cruſta diſſiliit, vniuerſumque agmen, quod diu ſuſtinuerat, mediis gurgitibus victa tandem & comminuta deſtituit, atque eadem rurſus fragmentis impedientibus ſuperducta, ſubmerſit. Pauci ex omni populo per vtramque ripam vix conciſis euaſere viſceribus.

Vniuerſus exercitus Danubio ſubmiſſus.

Poſt *Antenorem* iterum *Clodomirus Sicamber* Gallos vicit, & ingenti clade affecit. Dum *Sicambrorum* mentionem facio, recordandum, quæ de origine *Sicambrorum* a *Getis* aut *Cimbris* ſupra retulimus. *Trithemius* autor, & *Strabo* lib. 7. *Baſtarnæ* in mediterraneis *Tirigetis* confines ſunt: quod de *Podgortis* quidam intellectum eſſe volunt, & quidem non inepte, vt mox apparebit. De *Baſtarnis* hoc refero, quod & ipſi Sarmatica gens fuere, quamuis originem eorum ad Germanos plerique referunt, ſed iam tranſierant in gentem Sarmaticam. Commemorat etiam *Strabo* quod ante hæc tempora *Cimbri* ab occidente prædones vagi venerunt ad *Meotbidem* tympanis ex coriis humanis vſi.

Baſtarnæ, gens Sarmatica.

Duo

A.M. 3735.

De bellis Cimbricis.

Duo etiam *Cimbrica* potiſſima bella hoc tempore commemorantur cum *Italis:* alterum quaodo obuius eis miſſus fuit *C. Papyrius Carbo* conſui, qui eos fudit, fugauit, caſtris exuit: alterum quod duce *M. Manilio* Cos. geſtum eſt ad Rodanum, vbi Romani ita victi & attriti ſunt a *Cimbris*, vt decem taotum homines eoaſerint, qui triſte hoc nuncium Romsm reportarunt. Cæſa tuoe fuerunt Romsoorum ſupra centeoa millia, ſimuicum ſociis nominis Latioi, tantusque metus & luctus *Roma* obortus fuit, quantus *Hannibale* deuaſtante omoia, vix fuiſſe creditor. Legatur *Oroſius* lib. 5. capite 16. qui ſuſius hæc perſequitur. Primi hi fuerunt, qui viam & aditum Europæis populis ad *Italiam* monſtrauot. Adoumerantur in ea victoria Cimbris *Tentones*. Sed ex hac narratione *Oroſii* & *Velleii* apparet, hiſtoricos voluiſſe ſimpliciter *Cimbros*, *Germanos* appellare.

Clades horribilis Romanorum.

Cimbrorum origo.

Nam inquirentibus gentium originem, offert ſe *Strabo*, qui *Cimbris* nomen fuiſſe inditum affirmat a *Cimmeriis*, quos ſupra *Thraciam* habuiſſe ſedes, nomen *Cimmerii Boſphori* iodicat. Horum nominis & ſtirpis reliquiæ, illi populi ſunt, quos hactenus *Circaſios* vſitate vocamus. Certe hi robore militari & animi celſitudine non ſunt diſpares illis Italiæ vaſtatoribus. Nam & auorum noſtrorum memoria virtus illorum & dexteritas io bellis obeundis ita enituit, vt *Ægyptii* principale robur, & ſtabilimentum ſoi regni eius ſtirpis homines eſſe voluerint. Longoque tempore apud illos illa lex dorauit, vt nemo in regem aſſumeretur, niſi ex *Mamaluchis*, hoc eſt bellatoribus illis, qui creti erant ſanguine *Circaſio*. Vltimus ex ea gente Rex Ægyptiorum fuit *Aſſymbeius* ille a *Selimo* Turcorum Imperatore crudeli genere mortis affectus.

Ægyptiorum Reges ex Circaſiis.

Sed inueſtigatores aotiquitatum accuratiores conſtanter affirmant *Cimbrorum* illornm veterum patriam fuiſſe eandem, vbi nunc *Circaſii* noſtri ſedes habent ſuas, & ex eo ſanguine cretos, tandemque in Germaoiam conceſſiſſe, ſedesque ſuas io illam regionem trsnsmiſſe, quæ modo *Cimbrica Cherſoneſus* dicitur. Sed oon ita facile inueſtigari poteſt, qoonam tempore hæc acciderint. Nam ſunt complures in ea ſententia, qood tunc primum relictis prioribus ſedibus a *Meotbide* paiude recta in Italiam contenderint, ac in profectiooe *Teutanes* ſibi adiunxerint vna cum *Tigurinis* aa *Gepidis* noſtris, ac tandem aucti copiis & commeatu, Romanis intulerint bellum funeſtum, quo demum finito reliquiæ illius exercitus attritæ, poſt varias iactatiooes in Germania in illa *Cherſoneſa* habitationis locum delegerint. Alii vero iis a *Cambra* regina quadam nomen impoſitom ferunt. Quapropter optarim ego, vt poſteriores hiſtorici in euoluendis

A.M. 3735.

antiquitatibus veterum ſcriptorum iotegritatem imitentur, & quid cuique genti tribuendum ſit, absque præiudicio, tribuant. A Non inuidere debemus noſtris vicinis res memoratu dignas, quas ipſorum aoteceſſores peregerunt. Sed quæ etism *Sarmaticis* populis propria ſunt, maiignitate vero ſcriptorum interuerſa, iiceat nobis rurſus vindicare. *Cimbros* veteres ad Sarmatas pertinuiſſe nemini eſt dubiom, & nunc illas regiones pertinere ad ditionem regum Poloniæ manifeſtum eſt.

Cimbri ad Sarmatas pertinuere.

Nam & præfecturam illam Dux quidam magni nominis *Viſnouecius* ſumma cum iaude, commendatam a Rege Poloniæ admioiſtrat. Quod eo libentius commemoro, quia hoc anno, quo hæc ſcribebam, vir ille ſtrenuus duos exercitus *Scytarum* diſſipauit, duosque *Caros*, huc eſt, duces belli præcipuos ſanguine imperiali natos intercepit. Fuerunt iſti B vel fratres vel filii ſummi eorum Monarchæ. Hæc propter illos addenda putaui, qui hic ſomniant veterem Germaniam, qua *Boryſthenes*, *Tanais*, *Tiras* & *Danubius* exonerans ſeſe miſcet *Ponto*, de qua re ioferios plota. *Gepidas* fuiſſe *Gothicos* populos certum eſt.

Gepidæ populi Gothici.

Habitabant ii etiam *Carione* atteſtante, vbi nunc eſt *Scepuſium* ad flumen *Viſclam*, *Vislok* noſtri vocant. *Strabo* etiam vltra Danubium *Gepidas* collocat iſtriam verſus, ſed neſcio an iſti *Gepidæ Strabanis* iidem ſint cum *Gepidis Sarmaticis*, qui cum *Cimbris* ſtabaot in acie ad aquas ſextias, de quibus modo a nobis tractatum eſt. Adducitur autoritas *Cilicii* Cimbri, quod ille affirmet iebetem æoeum *Auguſto* C Cæſari dono a *Gepidis* in Hiſpanias miſſum, ſub illud tempus, quaodo in Hiſpaniis legati regnm, ei, petitum amicitiam occurrerant.

De lebete Gepidarum Auguſto oblato.

Sed recordor me legiſſe apud *Strabonem* libro ſeptimo, quod *Cimbri* tum lebetem obtulerint, qui apud ipſos ſacerrimos habebatur, non *Gepidæ*. Idem *Strabo* ibidem laudat *Poſydonii* ſententiam, qui coniectora colligit, *Cimbros* foiſſe homines prædones ac vagos, armisque ad eum lacum usque progreſſos fuiſſe: ab iis *Cimmerium Boſphorum* denominatum quaſi *Cimbricum*, cum Græci *Cimbros Cimmeriorum* nomine afficiant.

A.M. 3870.

Gotthicus rex Borobiſta Germaniam inuadit.

Fere centum annis ante Chriſtum *Borobiſta* D rex Gotthorum in *Tentones* irrumpit, contra quem conſpirarunt tres reges, & coadunatis copiis eum vicerunt, videlicet *Caſſander*, *Sicamber*, *Arathius* Saxo Dornigiorom Hamer. Hunc quoque *Borobiſtam* Viſogotthum fuiſſe nullum eſt dubium.

A.M. 3885.

Hac ætate, id eſt tempore Syllæ, *Sitalcus* rex Gotthorum, Germanorum terrss depopulatus eſt. De qua re *Iornandes* in rebus Geticis, ad eum modum: "Deinde, regnante in Gotthis *Sitbalca Boroiſta*, *Dicenens* venit in Gotthiam, quo tempore, Rooisnorum

"Syl-

A.M. 3885. Sylla potius eſt principatu, quem *Diceneum Boroiſta* ſuſcipiens *Sitbalcus*, dedit ei pene regiam poteſtatem, cuius conſilio Gotthi Germanorum terras, quas nunc *Franci* obtinent, depopulati ſunt. Hæc ante Chriſtum fere ſeptuaginta annis acta ſunt. *Diceneus* hic fuit conſiliarius & doctor, qui Philoſophiam & Theologiam docuit *Sarmaticos Gotthos*.

Diceneus Philoſophus.

Circa hæc tempora illa expeditio *Thracum* Italiam verſus eſt collocanda, quam *Luc. Florus* libro tertio capite quarto recitat. Inuaſerant *Thraces Theſſaliam* & in *Dalmatiam* vſque ad Adriaticum penetrarant, & in mare contorta tela miſerunt, quos, vbi reſciuerunt, perſecuti ſunt Romani duces, ſed diſpari euentu: *Didius* vagos, & libera populatione diffuſos intra ſuam repulit Thraciam. *Druſus* vlterius egit, & vetuit tranſire Danubium. *Minutius* toto vaſtauit Hebro, multia quidem amiſſis, dum per perfidum glacie flumen equitatur. *Piſo* Rhodopen Caucaſumque penetrauit. *Curio* Daciam tenus venit, ſed tenebraa ſaltuum expauit. *Appius* in Sarmataa vſque peruenit. *Lucullus* ad Tanaim.

Dani an ſint Cimbri veteres.

Datos occidentales non *Dacos* ſed *Danos* dicendos eſſe, oſtendit *Ioſephus Meletius* Ptolomæi interpres. *Germanos* autem aduenas eſſe in *Daniam*. Plebeios autem, qui iſthic ſunt & alia quam Germanica lingua populariter loquuntur, eſſe ſtirpem antiquorum Danorum. Regem tamen Daniæ non poſſe plus quam octodecim millia' militum habere ad bellum. Tam anguſtam illam regionem eſſe, & ideo *Cimbros* illos veteres, qui trecenta millia eduxerunt, non potuiſſe ex incolis illius inſulæ tantum exercitum conſcribere.

Mithridatis tempora.

A.M. 3877. Commemoratis autem *Cimbris* & *Roxolanis* e veſtigio in medium ſe profert *Mithridatis* Regis Ponti hiſtoria, qui eodem fere tempore floruit, quo *Cimbri* claruerunt. Præſertim cum in eius hiſtoria expreſſe ſit mentio *Sarmatarum Baſtarnarum* & *Cimbrorum*. Mouet atrox & diuturnum bellum Romanis *Mithridates*, quorum potentiam vt citius frangeret, a fronte & a tergo eos aggreſſus eſt. Ipſe quidem in Aſia ſæpius cum *Pompeio* & aliis eorum ducibus conflixit. *Sarmatas* vero beneficiis & muneribus deuinctos ab alia parte contra eoſdem concitauit. Hanc hiſtoriam *Iuſtinus* & *Valerius* tibi latius ſuppeditabit. Non recordor autem me legiſſe de alio bello *Sarmatarum* cum Romanis, iſto præſertim tempore, niſi hoc quod *Cimbri* geſſerunt. Vnde colligere licet *Cimbros Sarmatas* vocari ab hiſtoricis. Quod ne cui mirum videatur, ſubire debet in memoriam, quod *Cimbri Baſtarna* & *Sarmatæ* tum temporis confines erant, & vnam patriam, tractum nimirum littoris *Ponti* & *Meothidos*, incoluerunt. Itaque non eſt mirum, ſi ſcriptores alternatim hæc cognomina interdum confundunt. Sub hoc tempus, quæ geſta ſunt in *Sarmatia Pontica*, diſſerit *Strabo* lib. 7. deſcribens tabulam *Sarmatiæ* & *Thraciæ*. Et optarem vt lector iterum & iterum relegat illas deſcriptiones *Strabonis*. Quis enim ſtatus & qui mores tum harum gentium fuerint, facile ex illo loco colliget. Cum enim mores, bella, politiam eorum deſcripſiſſet, epilogum in fine ſubdit iſtis verbis: "Talis ergo eſt vniuerſa portio Europæ extra *Danubium* inter *Rhenum* & *Thanaim*." Propterea hortator ſui, vt relegatur hæc pars *Strabonis*. Inde enim non modo *Sarmatarum* mores *Ponticorum* qui fuerint, diſcet attentus lector, ſed etiam omnium gentium illarum, puta, *Getarum*, *Vandalorum*, *Baſtarnarum*, *Gepidarum* & etiam *Germanorum*. Dicit enim a *Rheno* incipiens ad *Tanaim*, vnam regulam viuendi & mores tenuiſſe, ita vt poſſit hic illud vſurpari: Ex vno diſce omnes. Inprimis ergo ſitum loci deſcribit, deinde nominat gentes, quæ tum illa loca incoluerunt, nominat *Getas*, *Roxolanos*, *Vrgi*, quorum plerique *Nomades* ſunt, *Iazigas*, *Sarmatas*, *Regios*, forſan *Mithridatis Magni*, *Tirigetas*. Nominat & reges eorum proprios, qui littus *Meothidis* Tauricam vſque ad oſtia *Tiræ* fluminis gubernabant, videlicet *Leuconem*, *Sagoram*, *Palacum*, *Pariſiadem*. Hi, inquit, tyranni vocabantur, quanquam plerique iuſte imperabant. Fuit hoc primum liberum regnum, & nemini obnoxium erat. Sed *Mithridates* Rex Ponti cum a principio belli Romani, vires creſcerent, eo res eorum adduxit, vt ei tributum pendere cogerentur, & primo quidem perpuſillum & tolerabile, ſed poſtea laborans inopia ſumptuum in bellum Romanum, coactus eſt admodum intolerabile & oneroſum imponere, qua de cauſa primo ei bellum mouerant. Verum ne mole negocii opprimerentur, ſeruierunt tempori, & vltro illia prouinciis ceſſerunt: tandem victo *Mithridate* omnia in Romanorum venerunt poteſtatem, & Romani poſtea Regi *Boſphori* cuncta donarunt. Fuit illud territorium ad oſtia *Tira* admodum fertile & vbere gleba. Proinde *Leuco* rex, Athenienſibus ex illa regione frumenta quotannis mittebat, quem morem *Venetorum* Reſpub. cum puer eſſem reducere ſuum ad vſum volebat, miſerantque Oratores ad *Sigismundum* ſenem regem *Poloniæ* rogatum, vt exemplo hoc veteri regum *Sarmaticorum* & etiam *Kazimiri Magni* ſupra ducentos annos, vellet in eum vſum terras eaſdem, & portus concedere, vt *Cyprios* ſuos inde ſubleuare poſſent frumento. Adhuc enim tunc *Cypri* regnum ſub poteſtate *Venetorum* erat. Tributi nomine illi veteres reges *Mithridati* CXXC. millia medimnorum pendebant & 13. talenta argenti. Facit etiam ſalſamen-

Hoc tempore rex Sarmatarum Palaco vel Polaco.

Taurica Cherſoneſus & ſeptemtrionaliora quando & qua de cauſa & occaſione Romanis ſubiecta fuerunt, ſed non poſſeſſa tamen.

Veneti portum boryſthenicum à Regibus Poloniæ obtinere cupiebant.

A. M. 3735.

Salſamenta. mentorum mentionem, quæ ex illa regione in totam Græciam mittebantur, piſces forſan vſiones aut lucios, quales nunc ex Ruſſia vſque ad occidentalem Oceanum paſſim tranſmit- A tuntur.

Fertilitas agri ad Tiram. Ager, inquit, ibi quocunque foſſore ſciſſus tricuplum reddebat. Poſt montana, inquit, vrbs ſequitur *Theodoſia* campo prædita fertili & portu vel centum nauiboa recipiendis apto. Hic olim limes fuit *Boſphorianorum* & *Taurorum*. Sed & noſtri hacteous, qui ex illis regionibus veniunt, mirabilia de illa fertilitate, & piſcium copia & mellis abundaotia narrant.

Potentia Sarmatarum temporibus illis. Facit etiam ibidem *Sarmatarum* potentiæ mentionem. "Oſtenſum eſt, inquit, "migrationes populis contingere, vbi finitimi "in imbeciliores impetum faciunt, ſicuti qui "ſunt trans Iſtrum *Sauromatæ* ſæpe præua"luerunt, poſſiſque aliis in eorum loca im"migrarunt.

De frigoribus illarum regionum narrat, & pro inaudita re ponit, in Boſphoro vites ſub hyemem defodi. *Phyſica ratio cur caleant regiones ſeptemtrionis.* De caloribus vero intenſis, quibus interdum regiones illæ aduruntur, phyſicam rationem & quidem peculiarem adducit. "Sed & æſtus, inquit, ibi ac"cidere tradunt ingentes. Siue id fiat quod "corporibus æſtus eſt inſolens, ſiue quod craſ"ſus aer tanto magis incaleſcit." *Meotidem* vocat putrem paludem, & vix inquit ſutilibus poteſt nauigari cymbis. "Venti enim, inquit, "facile cœnoſa loca denodant, & ſcopulos in"tra aquas latentes." Talibus ſutilibus cymbis hactenus *Boryſthenici Kozaki* vtuntur. Templi dicti *Parthenii* etiam mentionem fa- C cit, forſan phanum illud Dianæ, de quo infra. De cibis loquens facit meotionem condimenti ex lacte, quod apud nos hactenus in vſu eſt, & vocatur Campuſt: *Lactis condimentum.* "Acido, inquit, lacte v"tuntur pro condimento, certa quadam arte "præparato, ideo inquit, *Homerus* eoa vocat "*galactiphagos* ſeu lactiuoros;" verba ſunt *Strabonis*: "Stipendia, inquit, non ſoloont *Equi caſtrati.* "aliis regibus, viribus ſuis conſiſi. Caſtraot "equos, vt eo habeant eos ad equitandum "manſuetiores. Sunt enim parui, verum acres "admodum & contumaces. Habent, inquit, *Colos animal.* "etiam aoimal, quod ab iis *Colos* dicitur, ma"gnitudine inter ceruum & arietem media, "album, curſu qoam illa velocius, quod nari- D "bus aquam in caput haurit." Ego exiſtimo *Strabonem* de Alcibus loqui, qui lingua noſtra voce ſimili *Los* vocaotur, tantum ſyllaba *co* adempta. Nam iſti naribus ſolent aquam in inſecutorea ſuos eiaculari. "Ruſtici, ait, "etiamſi humiliores videntur, tamen latroci"niis non abſtinent in mari." Hoc etiam hactenus inter eos reperias. Poſtremo etiam bellorum ab eis geſtorum meotionem facit. Pri-

Bellum Roxolanorum. mum *Roxolanorum*, de quibus ſic dicit: "*Roxolani* etiam contra *Mithridatis* legatos pu"gnauerunt, *Taſio* ipſos ducente, vt ſuppetias "ferret *Palaco*. Et creditum eſt eoa eſſe bellico"ſos. Sed aduerſus compoſitam probeque ar- A "matam phalaogem quæuis barbara natio & "leuis armaturæ exercitus parum habet virium *In compoſita acie quantum ſitum ſit.* "&c. Vtuntur galeis de crudis boum tergori"bus & toracibus, *kaphtan* puto. Arma iis ha"ſta, gladius, arcus, &c." Hæc de moribus *Sarmatarum* ex *Strabone*.

Bellum Mithridatis & Sarmatarum. Secundum bellum fuit *Mithridatis* cum ſe aduerſus Romanos pararet contra *Scythas*, qui *Scyturo* & *Paleco* fratri parebant. Etiam illo tempore immiſcebant ſe *Sarmatiis*. Vocat eorum prouinciam *paruam Scythiam*. Tertium bellum *Mithridaticum* fuit ad *Eupatorium* vrbem, quam in memoriam nominis eius *Diophantes* dux exercitus condiderat in Cherſoneſo. Et optarim, vt viri bellicoſi artem illam veterum expugnandarum munitio- B num, qua ibi *Mithridatici* milites vſi ſunt, expendant. Deſcribit hanc idem *Strabo* eodem in loco. Et certe talis eſt, quæ conferri poſſit cum recentiorum ingenioſis inuentis. Ex his *Mithridaticis* bellis nata, puto, erant illa bella Romanorum contra gentes *Sarmaticas*. *Mithridates concitat Sarmatas contra Romanos.* Nam *Iuſtinus* tradit, quod *Mithridates* eo tempore ſollicite *Sarmatas* exaſperabat & concitabat contra Romanos, vt eis mouerent bellum, quo vndique eorum viribus diſtractis occaſionem opprimendi eos nanciſceretur. De hac re ſupra iam dictum eſt.

Huc referatur inuaſio illa *Gotthorum* duce *Comoſſico*, qui fuit rex & ſacerdos gentis. Contra hunc, cum continuis decem annis Germa- C niam affligeret, deuaſtaret, & depopularetur, coacti ſunt *Teutonici* populi fœdus perpetuom inire, vt quæque regio, ſi opus eſſet auxilio, adiutum veniret, communemque cauſam defenderet. Et ob eam confœderationem, ac veluti fraternitatis cuiusdam cognationem Germanos dictos eſſe *Germanos* plerique putant, cui ſententiæ etiam *Cornelius Tacitus* & *Strabo* aſtipulari videtur affirmans Germanos a Gallis Romæ *Germanos* ſeu fratres fuiſſe compellatos, & inde origo cognominis GERMANVS deducitur. *Germanorum nominis etymon.* Sed aliis *Beati Rhenani* ſententia magis placet, qui Germanos dictos affirmat a vocabulo *gar* & *man*, quaſi *garman*, id eſt ex toto vir.

D *Gepides*, *Dalmatæ*, *Pannonii* in poteſtatem *Cæſaris* tum redacti, ſed *Gepidarum* ſedem *Strabo* ponit ad *Danubium* ſub *Albio* monte, non in *Lithwania*, vt quidam ſcripſerunt. *Gepidarum ſitus illo æuo.* "Hi, "inquit *Strabo*, armatura Gallica ſe munie"bant, notis compuncti corpora in more reli"quorum *Illyricorum* & *Thracum*." Sed de iſtis inferius, vbi de Cimbris agemus, cum quibus in acie ſteriſſe in pugna ad aquas Sextias feruntur.

Anno 3939. hoc eſt, ante Chriſtum natum *Strabo lib. 7.* triginta annis; iidem *Gotthi*, quos *Viſogotthos*,

A.M. 3735. id eſt *Viſtula* accolas exponere licet, vi & potentia illius confœderationis Germanicæ ex Germania expulſi erant.

Statio alia Gepidarum.

De gente *Gepidarum* lege *Procopium* lib. 3. de bello Gothico. Habitabant iſti etiam *Procopii* tempore ad *Syrmium* & *Dalmatia* partem occupauerant, de qua re controuertebant coram Imperatore *Iuſtiniano*. Apparet etiam ex rebus actis poſt mortem *Attila*, eos hic alicubi manſiſſe, vt ſupra dictum eſt. Cum enim filii *Attila* inter ſe de ſuceesſione circiter triennium disſiderent, *Ardaricus* rex *Gepidarum* bellum mouit aduerſus *Hunnos*, & trucidatis triginta millibus *Hunnorum* & filio *Attila Ellac* maximo natu, potitus eſt regno *Pannonia*. Sed de iis inferius.

Ardaricus rex Gepidarum illo auo.

CAPVT IV.

De Temporibus Iulii Cæſaris.

Cenſura adhibenda legendis autoribus.

FVerunt illis remporibus & paulo poſt complures ſcriptores, ſed in eruenda & elicienda ex eis veritate magnos delectus adhibendus eſt, conſiderandumque quo quis eorum animo & tempore ſcripſerit. *Strabo* grauis ſcriptor inter Geographos: ſed quia deſcribere ſitum orbis terrarum eiusque partes, recens argumentum fuit, nec adhuc expolitum, non ita ad amusſim potuit omnia efformare: & ſicuti ei vel prouinciarum præfecti Romanorum, vel oratores qui in variis partibus mundi legationes obibant, per manus tradiderunt, ita ipſe ſuis libris memoriæ prodidit, multa poſteris expolienda relinquens. De hoc paulo inferius.

Strabo.

Beroſus.

Beroſus multo vetuſtior *Strabone*, ſed homo Chaldæus de occidentalibus prouinciis non potuit exacte omnia noſſe, propter longisſimam diſtantiam locorum. Proinde a ſcriptoribus occidentalium regionum fabuloſus vocatur. Veteres tamen magis reuerenter de eo ſentiunt. Vide *Ioſephum* contra Apionem lib. 1. Ego etſi non ſum is, qui mihi ſumam indicium de tantis viris, tamen quia ad ſubmonendum lectorem res eſt admodum neceſſaria, hunc ſcopulum tranſilire ſine nota negligentiæ cuiusdam non poſſum. Dico ergo, reuerenter de hoc viro ſentiendum, quia ſe ea quæ ſcripſit, publica fide ſcripſiſſe fatetur. Adhæc ne omnia acta rerum humanarum prorſus in dubium vocentur, habendos eſſe in honore veteres ſcriptores, qui de antiquitatibus mundi, tanquam de ſuis rebus videntur loqui: tamen ſicubi eos contingat a ſacroſanctæ ſcripturæ teſtimoniis aberrare, deſerendi ſunt. Huic regulæ & *Beroſi* hiſtoriam ſubiiciendam iudico, & maxime vbi originem *Sarmatarum* & *Tuiſconum* confundit. D. *Cromerus* cum in eo aliquid ſuſpectum offendit, aut adulteratum aut ex Chaldæo in Græcum male verſum eſſe putat. Nec mirum eſt interdum ſcriptores adulterari, quod exemplo *Eutropii* de legatione Philonis ad Apoſtolos, & aliorum hiſtoricorum probari poteſt.

Eutropius adulteratus.

Diodorus Siculus.

Diodorus Siculus iam *Beroſo* hac in parte A inferior cenſetur. Bibliothecas aliorum hic voluit coaceruare in ſuos libros, & fabulas Scythicas aſpergit.

Strabo.

Strabo Auguſti militiam ſequebatur, proximusque fuit ætati Chriſti domini. Res Ponticæ videntur ei fuiſſe non incognitæ. Nam ſubditus fuit *Mithridatis* regis Ponti ex vrbe *Amaſia*, & hinc non procul natus, *Tiramnone* grammatico vſus fuit præceptore. Vbi *Polybius* deſiit, inde veluti a calce narrationes ſuas texere incipit. Fuit maximus Homerici ingenii admirator, eiusque carminibus tanquam diuinis oraculis ſua ſcripta cohoneſtare nititur, eumque a criminationibus *Eratoſthenis* Geographi ſtrenue defendit, in hoc tamen ab Homero disſidet, quod *Cimerios Boſphoranos*, B qui poſtea cum Romanis bella geſſerunt cruenta, ab occidentalibus, qui ad *Cherſoneſum* delati erant, ortos eſſe docet, cum *Homerus* antiquisſimos incolas fuiſſe *Cimerios* teſtetur. Et ſcriptura ſacra docet occidẽtales populos ab orientalibus ortos, non contra. Adde quod ipſemet ingenue teſtatur occiduas regiones, quæ vltra *Albim* ſitæ erant, ſibi incognitas fuiſſe. Fieri tamen poteſt vt exercendæ pyraticæ cauſa etiam ex *Germanis* multi diſcurrerint vſque ad pontum Euxinum, & *Cimeriis* veteribus ſe adiungentes in *Kozakorum* artibus ſe exercuerint, quod & hactenus factitari ab *Hungaris*, *Germanis*, *Lithwanis* & aliis gentibus, quæ ſe eo, vſu recepto, conferunt, experientia docet.

Liuius.

Liuius vero hiſtoricorum princeps dicitur. C *Gaius* tamen *Caſar* ſiniſtre de eo ſentit, neque *Liuium*, ſed liuidum vocandum ſuadet. Adhæc verboſum & negligentem: ideo ex bibliothecis publicis putauit eiiciendum. *Stephanusque* Rex S. Polonorum, me coram aſtante dixit, eum quod attinet ad inſtructionem exercituum, complura ſcripſiſſe, quæ nunquam in vſu erant. Sed quis eſt quæſo hiſtoricorum, cui labi & errare non contingat: ſecure interdum dormitat *Homerus*, dixit ille.

Iudicium de Liuio Stephani Regis Poloniæ.

Corn. Tacitus.

Tacitus Cornelius, quia D pleraque ex *Beroſo* deſumſit, etiam apud eosdem neotericos eadem nota aſpergitur, quique apud multos eloquentiæ laudem obtinuit, a *Tertulliano* non ſimpliciter eloquens, ſed mendaciloquentisſimus vocatur. Vixit is ſub imperatore *Traiano*, *Plinii* Iunioris æqualis, cum quo etiam vixiſſe familiariter prædicatur. Ea tamen de quibus ſcripſit non contigit ei propriis oculis videre, ideo non raro hallucinatur. Scripſit is *Germanos* aliunde non veniſſe, ſed ibidem cretos eſſe. Dicit ea ſe quæ de *Germanis* ſcripſit, ex carminibus & cantilenis eorum accepiſſe, quod vnum, inquit, apud eos memoriæ & an-

Germani an aliunde venerint.

Digitized by Google

A.M. 3735.

annalium genus eſt. De origine cognominis Germanorum cum *Strabone* conſentire videtur. Quod ſi aliunde non venerunt, contrarius ergo eſt *Cornelius* ſententiæ eorum, qui veterem Germaniam ad *Euxinum Pontum* & in *Aſia* ſtatuunt, ex illisque locis delatos longo ſpacio temporis poſt commigrationem *Tuiſconis* hic conſediſſe. Codicem quoque *Cornelii* corruptum fuiſſe, teſtatur duplex lectio, quæ in marginibus annotatur.

Plinius.

Plinius Scythis Germanos & Sarmatas adnumerat, quod ego excuſandum per figuram catachreſeos iam oſtendi.

Ariſtoteles.

Sed quid miramur iſtos? cum & in philoſophis hac in parte deſideretur fides. *Ariſtoteles* problemate 15. ſcripſit & memoriæ prodidit, TRACES, qui in vicinia noſtra erant, ita eſſe rudes & nihili, vt numerare etiam neſciant niſi ad quatuor. Sed quid miramur alienos, cum etiam noſtri non veriti ſunt balbutire, aliena erroribus admodulantes, affirmando pro re certiſſima, ante quadringentos annos pecuniam incognitam fuiſſe *Polonis*, ſed corigio, inquit, loco pecuniæ vtebantur, cum ex legibus appareat illis temporibus non modo Reges, ſed etiam Epiſcopos facultatem cudendæ pecuniæ apud nos habuiſſe. Ita dum alius ſupra alium noui aliquid adſerre vult, futilia mendacia ſparguntur. Non ſunt immunes etiam viri graues interdum a ſpecie quadam vanitatis, dum extollere ſuam nationem quisque ſatagit. Cum adoleſcens eſſem, & in *Germania* operam literis darem, quidam vir ſummæ autoritatis, & quidem Theologus, cum hilarius conuiuaremur, & de *Lithuanis* mentio iniecta fuiſſet (aderant autem tum etiam quidam, qui hæc audiebant ex ducali ſtirpe,) Quid, inquit, ſi eos noſtri *Germani* non docerent, etiam liberis operam dare neſcirent. Ecce vides vſque adeo verum eſſe illud: *Suum cuique eſt pulchrum.*

Pecunia loco ea corigio uſi Poloni ante 400. annos.

Ptolomaeus.

Ptolomaeus poſterior iſtis, apparet omnibus diligentior fuiſſe. Similiter tamen prout alii, ea quæ ſcripſit alienis oculis vidit. Et vocabula rerum nationibus vſitata, Græcæ elegantiæ & proprietati phraſis cum eſſet nimium addictus ſubinde corrumpit. In quod etiam vitium pleriq; noſtratium incurrerunt, dum ſcribentes hiſtoriam delicatis Romanorum auribus nimium placere ſtudent, & ex Polonicis nominibus illas ſiſſiſutiones tanquam minus conditas & barbaras, vt illis videtur, elidere conati, ex bonis Polonicis male latina reddiderunt. Ita ſcilicet vitia quædam vitando in contraria incurrimus. Cautior hac in re *Ouidius* videtur. De hoc enim genere verſionis peregrinorum vocabulorum prudenter ad eum modum ſcripſit:

Peregrina nomina elegantiæ cauſa non licet corrumpere.

Hic ego ſi vitiis auſim corrumpere nomen
Ridear, & merito pectus habere neger.

Et *Auguſtus* Cæſar teſtante *Suetonio* in vita Auguſti perinde ſcribendum ac loquendum exiſtimauit. *Numeri latitudinum & longitudinum in Ptolomaeo corrupti, non ſine maximo damno ſtudioſorum.* Etiam & hoc eidem *Ptolomaeo* perfamiliare eſt, quod deſcribendo remotiores regiones, nomina earum propria omittit, ſed loco eorum aut prænomina aut cognomina eis imponit, quæ ipſemet confinxit, vt *Ichthyophagi*, id eſt piſcium voratores. *Galactophagi*, quia lacticiniis veſcebantur. Sic *Agatyrſi, Anarsophracti, Iazyges, Tiſſigetæ* etiam, *Tirangitæ* & conſimiles. Neque enim credibile eſt eo pacto aliquas gentes vſu recepto antea vſpiam vocatas fuiſſe: ſed quia aut cibo tali, aut exercitio conſimili occupabantur: vel ad flumina ſic vocata habitabant, ideo ab illis locis ſic dictis, & vſu rarum eis recepto nomenclaturas eis imponit. Inde factum eſt, cur in eo autore pauca nomine Polonica & Germanica inuenire liceat, quæ poſterius ſeculum a maioribus eis tradita conſtanter retinuit.

Iornandes.

Iornandes iam de rebus Geticis certiora narrat quam alii; ſed exordium eius adulteratum & ſuppoſiticium eſſe videtur. Non enim conſtat ſibi, & principium cum fine non cohæret. *Getas* ex parua illa inſula *Scandia*, quam vaginam gentium vocat, educit, & poſtea, quas robtitus ſui, eos bella ingentia cum *Seſoſtri* rege Ægyptiorum & poſtea cum *Theſſandro*, *Achylle* & aliis, duce & rege ſuo *Thelepho* ex *Hercule* progenato geſſiſſe. Quæ ſi vere ſunt, vt quidem ea veriſſima eſſe ſeries hiſtoriæ monſtrat, tunc omnino eam ipſorum transmigrationem in *Sarmatias* ex *Scandia*, ante bellum *Troianum* & forſan etiam ante *Colchicum* fuiſſe neceſſe eſt. Nam *Seſoſtris* ante bellum Troianum, *Telephus* autem tempore belli Troiani vixit. Si igitur *Oſtrogotthi* & *Viſogotthi* noſtri ex *Scandia* ab occidente prodierunt, neceſſe eſſet eos ante Chriſti aduentum plus mille & trecentis, aut certe quadringentis annis id feciſſe, quod cum temporum ratione minime conſentit. Nec autoritate alicuius hiſtorici vetuſtioris fulciri id poteſt. Et propterea dixi principium eſſe ſuppoſiticium, aut ab illo *Ablauio* hiſtorico, quem ſequitur & quem allegat, hac in re deceptum fuiſſe puto. Sed & paulo poſt, veluti oblitus ſui, tradit eos ex *Scythia* ortos, & ſtationes eorum profectionis deſcribit, folio ſexcenteſimo ſexto.

Gotæ virum ex Scandia egreſſi.

Procopius.

Procopius Medicus, velut quidam volunt, Imperatori a commentariis. Hic quia caſtra *Beliſarii* ſequebatur, dum *Gotthicum Vandalicumque* trahitur bellum, veriora præ aliis tradidiſſe creditur. Ea tamen, quæ in caſtris acta fuerunt, melius nouiſſe videtur, quam illa quæ domi, & in patria illarum gentium antiquitus contigerant.

Schaffnaburgenſis.

Schaffnaburgenſis ante quingentos annos vixit.

Helmoldus.

Helmoldus Presbyter ante quadringentos.

Gallus & Cadlubcus.

Gallus & *Cadlubcus* fere ſynchroni regi *Criuouſtio*.

A.M. 3735.

Blondus. *Blondus* Forolimenſis decades ſcripſit. Affirmat autem is, *Slauos* iam dudum ſedes in *Polonia* habuiſſe, indeque primum *Illyricum* petiiſſe, & ex *Illyrico* iterum cum *Lecho* repedaſſe.

Dlugoſſus. *Dlugoſſum* Delium natatorem vocat D. *Cromerus.* Hæc breuiter.

Ouidius. *Ouidii* Poetæ deſcriptiones, quod *Iulii* temporibus adſcripſerim, etiamſi *Auguſti* tempore exulauerit, cauſa eſt quod eius narrationes ſeculum *Iulii* reſpiciunt. Miror autem recentiores, qui de *Getis* & *Sarmatis* vetuſtioribus ſententiam ſuam ferre, hiſtoriamque eorum complecti conantur, cur eum prætermiſerint, cum ille ſolus id præ aliis ſcriptoribus, quos nominaui, peculiare habet, quod in exilium ad *Getas* miſſus, ea quæ per aliquot annos familiarius inter eos verſando vidit, verius narrare potuit, & literis mandare, quam illi, qui alienis oculis percontando, ea quæ non viderunt, B poſteris legenda reliquerunt. Ego igitur de rebus *Geticis Sarmaticisque* ſcripturus, autorem hunc diligentius nunc examinandum perpendendumque ſtatui. Et quia Geographi deſcribentes aliquam regionem, hanc vt plurimum methodum ſeruant: Primum tradunt ſitum regionis, deinde fines eius, quæ illi latera vel orientis vel occidentis, ſeptemtrionis & meridiei vocant, tandemque ea quæ intra illos fines continentur depingunt, hoc eſt, vrbes, vicos, & munitiones celebriores, quæ ſitæ ſunt ad loca nobiliora, fluuios qui regionem præterlabantur, ſyluas item & paludes, quæ putantur eſſe notabilis quantitatis; hæc omnia quoad fieri licebit, ex *Ouidio* illuſtrare conabimur. C Ac ſitum quidem *Sarmatiæ* ponit ille ad *Pontum*, cuius etiam partem maximam *Sarmaticum* mare aliquoties vocat in carmine ſuo.

Situs Sarmatiarum.

Crede tamen, nec te cauſas neſcire ſinemus,
Horrida Sarmaticum *cur mare duret hyems.*

Ex hoc teſtimonio poetæ demonſtratur, quod iſti populi mare proprium a ſuo nomine *Sarmaticum* dictum antiquitus habebant non modo ad occidentem qua *Iſtula* in Oceanum ſe Sarmaticum exonerat, ſed etiam ab oriente qua patet *Meotis* & *Pontus* ad oſtia *Iſtri*. Ibi enim tum *Sarmatæ* præcipuas ſedes habebant.

Fines Sarmatiarum a mari ad mare Sarmaticum. Proprie igitur loquendo *Sarmatiæ* nobis erunt populi illi omnes qui intra duo illa maria ab occidente & oriente, & montes Sarmaticos, qui meridiem reſpiciunt, continentur. Nominat tandem & deſcribit iis verſibus præcipua flumina, quæ ad has terras pertineant. Ac de *Boryſthene* ſic:

Flumina Sarmatiæ. *Boryſthenes.*

Cumque Boryſthene *liquidiſſimus amne Diraſpes.*

De Danubio:

Innumerique alii, quos inter maximus omnes
Cedere Danubius *ſe tibi Nile negas.*

Inter hæc duo maxima flumina, veluti inter duos limitaneos fines, alios complures deſcribit, quos tam frequentes memorat, vt etiam affirmet præ vbertate aquarum, quibus irrigatur Pontus, immutari naturam maris illius, vt dulcedine fluuialium aquarum nitroſitas & ſalſedo maris alteretur.

Hypanus. De *Hypani*, quem *Bozek* multi putant:

Hunc Lycus, hunc Sagaris Peneusque Hypanusque *Crateſque.*

Epitheton Tyræ. De *Tyra*, quem *Neſtrum* vocant Poloni:

Labitur & nullo tardior amne Tyras.

Sed hæc deſcriptio minime conuenit noſtro Nieſtr. Vocat enim tardiſſimum, cum conſtet *Neſtrum* celeritate ſua & rapiditate multa flumina antecellere.

Celebris mentio maris Sarmatici. De mari Sarmatico, id eſt, de *Ponto* iterum:

Horrida Sarmaticum *cur mare duret hyems.*

Et alio in loco:

Sed non Sarmatico *tingitur mari.*

Ouidius in Sarmatis vixit. Quod terras *Geticas*, vnde *Getthi* tum prodierunt, vbi & *Thomos* vrbs fuit, *Sarmatiam* vocet:

Nec mea Sarmaticum *contegat oſſa ſolum.*

Gentes in Sarmatia. *Beſſi.* Inter hæc flumina varias gentes collocat, eiſque ſedes attribuit ſuas. De *Beſſis*:

Sarmata cingunt fera gens Beſſiq; *Getaque.*

Extant adhuc appellationes *Bieſſi* & *Beſzczadi* montes ad *Sambor*.

Coralles. De *Corallibus*:

Littora pellitis nimium ſubiecta Corallis.
Hic mea cui recitem niſi flauis ſcripta Corallis.

Manſerunt autem in illis oris & *Græci*. Sed hi vt plurimum mercatores erant. Manſerunt *Baſtarnæ*, quos *Podgorios* plerique putant, & hi magna ex parte *Germani* erant, ſicut & nunc inter *Podgorios* complures reperias. Manſerunt etiam & *Gallata Myſiis* immixti, quos *Scordiſcos* alii vocant. Sed hi omnes inquilini erant.

Baſtarnæ. *Scordiſci Galli.*

Occaſio cur variæ gentes ad oſtia Iſtri habitabant. Nam quia per *Iſtrum* prono flumine commoda nauigatio tum erat, ideo moris erat omnibus accolis *Iſtri*, ſed & *Gallis* & *Germanis* ſiue militiæ, ſiue mercaturæ cauſa, ab occidente *Græcos*, vtpote celebriores & ditiores populos nauigationis beneficio inuiſere. Submittebantur etiam non raro & auxilia *Græcis* a *Celtis*, hoc eſt, *Gallis* & *Germanis*, vt ex hiſtoria *Brennonis* & *Gallogræcorum* apparet. Et quia facilior eſt nauigatio prono quam aduerſo flumine, ideo poſt bella confecta ſæpius contingebat tenuiores peregrinos ad oſtia *Iſtri* deſperato reditu, D ius regionis capeſſere. Inde exiſtimo *Geticas* terras & *Myſias* multiplici colluuie gentium illo tempore repletas fuiſſe, indeque *Myſos* vocatos, id eſt, *mieſſancy mieſzani*, ex diuerſis gentibus. Sed tamen apparet ius dominii penes Sarmatas Getaſque fuiſſe.

Myſiorum etymon.

Quod *Sarmatæ* frequentiores, & ſtabilimentum Reipublicæ illios erant.

Sarmaticæ *maior* Geticæque *frequentia gentis*
Per medias in equis itque reditque vias.
In quibus eſt nemo qui non Coryton *& arcum*
Telaque vipereo lurida felle gerat,

Vox

A.M. 3735.

Vox fera, trux vultus, veriſsima mortis imago.
Non coma, non vlla barba reſecta manu.

In hac deſcriptione gentium non audimus nominari *Germanos*, ſicuti quidam veterem ibi imaginantur *Germaniam*, ſed tantum *Sarmatas Getaſque*, penes quos militaris ordinis decus manebat, quod ex hac hypotypoſi liquet, cum eos equis vehi, habitu & apparatu militari, & quidem numero frequentiores, aſpectu truci, coryton & arcum gerentes, euntes & redeuntes equis, ob oculos ponit. Neque *Sarmatas* ſeparat a *Getis*, ſed qualem nunc neceſsitudinem inter *Podolios*, *Ruſſos* & *Polonos* eſſe videmus, cum *Poloni* iſthic fere ſemper militiam profiteantur & præfecturas adminiſtrent, talem quoque tunc ſtatum inter *Sarmatas Getaſque* & alios populos fuiſſe ex ea deſcriptione liquet.

Temperiem cœli ſic deſcribit:

Si numeres anno ſoles & nubila toto
Inuenies nitidum ſæpius iſſe diem.

Frigora intenſiſsima & genus curriculi quod *Colaſam* vocant, ſtridulum.

Nec mare concreſcit glacie, nec vt ante per Iſtrum
Stridula Sarmaticus *plauſtra bubulcus agit.*
Ipſe vides onerata ferox vt ducat Iaxis
Per medias Iſtri *plauſtra bubulcus aquas.*

Religionem eorum ſic deſcribit, & quod *Dianæ* potiſsimum addicti erant. Et conferantur cum iſtis ea quæ Chronologi noſtri *Dziewona* ſeu *Diana* cultu veterum Polonorum ſcripſere.

Nec procul à nobis locus eſt, vbi Taurica dira
Cæde Pharetratæ ſpargitur ara Deæ.
Templa manent hodie vaſtis innixa columnis
Perque quater denos itur in illa gradus.
Fama refert illic ſignum cœleſte fuiſſe,
Conſortem Phœbi gens colit illa Deam.

Mores eorum in bello, & quod ſoli, Romanorum arma deſpiciebant:

Maxima pars hominum, nec te pulcherrima curat
Roma, nec Auſonii militis arma timet.
Strimona veniſti Marticolamque Geten &c:

Pax incerta apud eos:

Pax tamen interdum eſt, pacis fiducia nunquam
Sic hic nunc petitur, nunc timet arma locus.

Incurſiones & refugia ad vrbes. Omnes conſuetudines iſtæ in illis oris fere hactenus durant. Duella, lites:

Adde, quod iniuſtum rigido ius dicitur enſe,
Dantur & in medio vulnera ſæpe foro.

Sterile ſolum Poloniny vocant hactenus Valachi.

Sterile ſolum ad *Iſtri* oſtia non in Podolia ipſa.

Triſtia deformes pariunt abſyntia campi
Terraque de fructu quam ſit amara docet.

Veſtitus ratio hybernalis:

Pellibus hirſutis arcent mala frigora bracchis
Oraque de toto corpore ſola patent.

De decoratione eorum & longis capillis:

Sæpe ſonant moti glacie pendente capilli,
Et nitet inducto candida barba gelu.

Conferantur hæc quæ Chronologi noſtri de tonſura capillorum, eorumque prolixitate inter gentes *Polonicas* commemorant. Solebant enim veteri more alere comas *Poloni* vſque adeo, vt etiam ad morem mulierum conuoluere eas moris erat. Quem morem etiam *Sigiſmundum* primum regem Poloniæ ſeruaſſe & in peplo ambulaſſe vidimus, & alii antiqui moris homines idem faciebant. Deſtinatum autem feſtum quoddam habebant primæ tonſuræ capillorum, vt ex *Mieſconis* hiſtoria liquet. Addantur huc illa quæ de Pontifice *Benedicto* primo referuntur, qui cum *Cazimiro* primo Monacho relaxaſſet votum, vt regiam dignitatem liceret ei adire, hanc legem genti *Polonæ* impoſuit, vt illum morem prolixos capillos gerendi tanquam gentilem abiiceret. Sed tamen mos alendi capillus Sarmaticus non prius fuit abrogatus, quam poſt quandam cladem, *Bnconienſem* dictam, vbi complures ex Polonis inuenti erant capillis ex arboribus ſuſpenſi. Et tunc primum nauſeæ cœpit eſſe illa comatio *Polonis*, quæ olim decori & elegantiæ ſeruire putabatur. Hæc prolixius de veſtitu & de decoratione Polonorum dicere placuit, vt ſi deſcriptiones hiſtoricæ non ſufficiunt ad probandum, *Sarmatas Geticos* non fuiſſe *Germanos*, (qui ab iſtis conſuetudinibus, omnibus ætatibus remotiſsimi fuerunt) at hæc ſola veſtitus ratio, & decorationis mos, tum denique conſuetudines eorum tam in pace quam in bello, non modo nobis oſtendant, ſed etiam reipſa ante oculos conſpiciendos ſtatuant primos noſtros progenitores. Pingúntur nunc *Lechi*, *Czechi* & *Boleslaorum* imagines a pictoribus & typographis, quæ prorſus referunt antiquiſsimam ideam veterum Polonorum. Et cum artifices illi diuexantur arguunturque à curioſis, ob licentiam fingendi quas vellent imagines veterum heruum, affirmant ſe hæc probare poſſe non modo ex traditione veterum, ſed etiam Phænomenis magicarum artium: aiuntque circulatores & nigromantias veteres ita fuiſſe harum rerum peritos, vt poſſent ex veteribus bellatoribus, quos vellent, arte malignorum ſpirituum, a pulueribus excitare, in proprioque habitu & forma viſendos demonſtrare. Quod & noſtro æuo de quodam *Fauſto* Germano Nigromanta, ab iis qui hæc viderunt certo affirmatur, quod videlicet quodam tempore, expetentibus ab eo Norinbergenſibus, *Aeneam*, *Achillem*, *Hectorem* ac *Herculem* & alios heroas equis inſidentes, proprioſque & natiuos vultus & veſtitus habentes, ſpectandos in ſuburbio ante portas & mœnia cunctis viſendos ſtatuerit. Et quia veteres *Cracouienſes* municipes præ aliis, his artibus dediti & implicati erant, itaque conſtanter affirmatur de iis, quod miniſterio eiuſdem artis, tales euocauerint vmbras heroum Polonicorum,

A.M. 3735.

Feſtum primæ tonſuræ.

Benedicti Papæ transactio cum Polonis.

Magica Phænomena.

Fauſtus Nigromanta.

qualeſ

A.M. 3735. quales *Ouidius* depingit, & quales poſtea typis mandare,& in compitis pingere cœperunt.

De œconomia Sarmatarum & inprimis de domiciliis eorum. Gentes haſce ſparſim habitaſſe autor eſt *Procopius*, ob idque *Sporos*, id eſt ſparſos A fuiſſe vocatos. *Vandali* iam magis cultas domos habebant. Sicuti & nunc *Poloni* elegantia ædium *Ruſſos* & *Podolios* antecellunt. Ac in eo genere politiæ *Procopius* præfert *Vandalos Slauis*: ſed illo æno etiam apud *Germanos* idem fere mos ædium extruendarum fuit teſte *Strabone* lib. 7. " Caſia, inquit, habitant, ſtru-" ctura in vnum diem conſtantibus, nomadi-" bus quasi in curru circumuehunt ſimiles. "

Oeconomica mulierum ſic tradocit:

——— Palladis vti

Arte Tomitana non didicere nurus,

Fœmina pro lana Cerealia munera frangit,

Suppoſitoq; grauem vertice portat aquam.

De potu eis vſitato:

Non habeat regio nec pomis ſeta nec vuis.

Et fermentatis imitantur vuca forbis.

Hoc genus potionis ex paſta farinæ ſubacta, & quantum ſatis eſt fermentata aqua calida, & herba aliqua, videlicet, vrſibranca, vel pampinis vitium adhibitis. Quod genus potionis in delciis eſt adhuc apud gentem Ruſſorum, at Germanis hactenus incognitum. Quod autem dicit nec vinum nec poma habere iſtas regiones, hoc condonandum forſan eſt poetæ, qui vt citius flecteret ad commiſerationem ſui Romanos ſuos, interdum amplificat ſuas miſerias. Niſi malimus credere, vetuſtioribus temporibus caruiſſe vitibus illas regiones ad Iſtrum.

Lingua *Sarmatica* & *Getica Ouidio* ita co- C gnita fuit, vt loqui ea & ſcribere potuerit.

Cumq; ego de veſtra nuper probitate referrem,

Nam didici Getice Sarmaticeque loqui.

Ah pudet & ſcripſi Getico ſermone libellum.

Structaq; ſunt noſtris barbara verba modis.

Et placui, gratare mihi, cœpique poëta

Inter inhumanos nomen habere Getas &c.

Getæ veteres quonam ſermone vſi ſint. Qui veterem *Germaniam* (ea enim phraſi vtuntur) ad Pontum ſtatuunt, & *Getas Germanos* fuiſſe affirmant, vt hoc hominibus probent, in eo potiſſimum elaborant, vt doceant *Getas* ſermone *Germanico* omnino vſos fuiſſe. Neſcio enim quomodo veriſimile videatur, vt credamus illos populos eiusdem ſtirpis gentisque eſſe, qui eandem inter ſe linguam communem habent. Volunt autem ſuum axioma hoc fulcire autoritate *Strabonis*, quam tamen non adducunt, nec locum vbi nam quærenda ſit monſtrant. Sed iam dictum aſt, in confirmandis huiusmodi rebus, delectum adhibendum in ſcriptoribus. Qui narrata narrant, nec propriis oculis ea videront, tales etiam in foro ad probandas res dubias non admittuntur. Poeta hic, cum tam longo tempore inter eos vixerit, merito inter ſcriptores eius argumenti primum locum habere debet. Dicit autem hic & gloriatur ſe in lingua *Sarmatica* & *Getica* ita profeciſſe, vt poſſet non modo communia obiter transfigere, ſed etiam *Getica* poemata ad captandam apud eos hoc modo beneuolentiam, fundere. Nequaquam autem patiuntur circumſtantiæ, vt putemus *Geticum Sarmaticumque* ſermonem duas linguas inter ſe disſidentes fuiſſe, ſicuti *Germanicam* & *Polonicam* diſcrepare videmus; vel ſi admittamus duas, tum ſibi admodum affines credibile eſt fuiſſe, ſicut modo *Ruſſorum* & noſtram, cognationem magnam habere videmus, ita vt etiamſi vna ab altera dialectis disſideat, tamen natura vtrarumque & ſonorum ratio eadem eſt. Apud me omnino nullum dubium relinquitur, quin credam, quamuis rerum magna viciſſitudo fuerit, tamen regiones illas, quæ etiamnum lingua *Slauonica* vtuntur, longe ante nos retroactis ſeculis eas- B dem vſos fuiſſe. Nimirum *Myſiam* inferiorem, quæ nunc *Bulgaria* eſt, *Paones* ad *Strimonem* & *Aenium* vbi nunc *Boſſui*, *Lyburnos* vbi nunc *Croatæ*, ac demum *Illyrios* & *Dalmatas*, adeoq; omnes populos, qui Græciæ Impendent, incipiendo ab *Iſtro*. Nam etiamſi hiſtoria teſtatur, poſtea ſubiiſſe quosdam populos Septemtrionales in illa loca, tamen veteres colonos, reliquos aduenticios ac ſimili lingua vtentes anteuertiſſe huius ſuæ linguæ vſu credibile eſt. Vbi enim poſtea & quando abolita & abrogata illa lingua iſtarum gendum fuerit, non reperimus. Et certe incredibile eſt, ex quo ſubintrarunt gentes *Slauonica* in illa loca, tam breui tempore ita adulterare potuiſſe eorum linguam, vt a fundamento conuellere & ſuam de integro inuehere poſſent. Conſiderentur faltem celebriorum locorum cognomina, quibus vſa fuit vetuſtas. Inſula illa notiſſima antiquitus *Peuca* dicta. De qua Lucanus ſic libro quarto: ——— *Et barbara* Cone *Cognomina celebriora apud veteres.*

Sarmaticas vbi perdit aquas ſparſamq; profunda

Multifidi Peucen *vnam caput alluit Iſtri.* *Peuca inſula.*

Hæc inquam *Peucen*, *Miedza* etiam vrbs, quæ & *Strymon* dicta, & a *Paonibus* quondam inhabitata, nonne apertæ *Polonicam* dialectum ſapit? Sic in Illyride mons quem *Curuanka* D *Ptolomaus* nuncupat. Hæ, inquam, appellationes, ſi eas expendas, manifeſte referunt ſonum & inflexionem linguæ noſtræ. Et adhuc in Polonia complura reperias nomina nobiliorum locorum & cognomina familiarum, quæ *Pelconum* nomine vocantur. Vnde & peroeruſta illa vocabula prodiiſſe credo, *Swatopelka*, *Iaropelkao*, quibus præ aliis Pomeranorum duces non ita pridem appellari deſierunt. Sed & illa prouincia propinquâ Pomeraniis *Paluki*, inda nomen traxiſſe putatur. Sic altiora promontoria, ex quibus ſpeculari ſolent aduentum hoſtium, *Ruſſi* hactenus *Curbani* vocant, quæ appellatio prorſus

A.M. 3735.

prorſus conuenit cum cognomine montis illius *Curaanka*, qui *Noricum* ab *Illyride* diſterminare à Geographis veteribus perhibetur.

Miedza vrbs.

Sic *Miedza* vrbs, *Strymon Ouidio* dicta ſignificat noſtris metam, qua fundorum dominia diſterminantur. Nam ſicuti vrbs illa *Metis* à meta eſt dicta, quod Germaniam à Galliis dirimere dicitur, ita regio *Strymonis* cum ſuis illis altiſſimis montibus, *Hemo* inquam & *Rhodopen*, has vniuerſas Slauonicas gentes ab vniuerſa Græcia dirimebat: vt quicquid *Iſtrum* verſus vergeret *Slauonum* eſſet, & quæ ad *Aegeum* mare & *Propontidem* ſpectarent, ad *Græcos* pertinerent. Sic *Beſſi* populi antiquiſſimi ad eundem *Strymona*, ab eodem poëta toties celebrati, Polonicam quoque appellationem prorſus olent. Et neſcio an montes *Bieſczady* nuncupati, qui confinio Tranſyluaniæ ſunt, aliqua cognatione cum illis non participent. Adde iſtis montes *Krepak*, qui ab ipſo *Ptolomæo Carpatus* vocatur. Et multa alia iis conſimilis adduci poſſent, ſicuti inferius, vbi *Traiani* tempora perſequemur, adducentur. Ac tandem, vt meam ſententiam breuius iterum declarem, mihi ſane incredibile prorſus videtur, in tam amplas & vaſtas regiones, quæ forſan maiorem partem Europæ complexæ ſunt, & ab *Adriatico* ad *Glaciale* mare extenduntur, fortuito, aut bellorum iniuriis, vt aliqui volunt, linguam *Slauicam*, vt peregrinam & aſcititiam à ſexingentis & octingentis annis diſperſam ac diſſeminatam eſſe. Cuius rei etiam paulo ſuperius rationes à me adductæ ſunt. Sed quid opus eſt iſtis hic cornutis argumentis à ſignis, ab antecedentibus, a conſequentibus, a rei adiunctis, ab vnitate linguæ, cum autoritas *Procopii* hiſtorici ad diſſoluendas iſtas omnes contentioſas concertationes ſit ita aperta, vt nihil apertius in ea cauſa dici potuerit. Eius vero hæc ſunt verba: “*Gotthica* gentes multæ quidem & aliæ prius fuere quam nunc, omnium maxime ac potiſſimum *Gotthi* & *Vandali* & *Viſogotthi* & *Gepida*, iamdudum *Sarmata* & *Melanchlæni* appellari.” Non igitur amplius mirabitur lector, quod *Sarmaticam* hiſtoriam texentes, perſequendo tempora *Darii*, *Alexandri*, *Gepidicorum* & *Oſtrogotthicorum*, ad conſtituendum integrum corpus hiſtoriæ mentionem ſæpe fecimus, cum omnes iſtas gentes aperte in nomen & titulum *Sarmaticum* coartarit *Procopius*, his enim poſtea ſubiungit: “Sunt & qui *Geticas* has gentes vocent, quæ omnes nominibus quidem inter ſe differunt, cætera conueniunt. Nam & albi ſunt omnes corpore, flaui, proceri quoque & aſpectu probo, legibus item eiſdem vtuntur. Similiter omnes *Arrianæ* fidei, lingua vna *Gotthica* appellata vtentes, & vt mihi ſane videtur ex vna omnes gente procreati, nomina poſtea ab eorum ducibus varia ſortiti. Ii autem populi, loca ſupra *Iſtrum* iampridem incoluere (nota habitationem *Sarmatarum* ad *Iſtrum* iampridem.) Deinde *Gepides* loca circa *Singidum* & *Syrmium* tenuerunt.” Hactenus *Procopius*.

Geta ſeu Gotthi, Vandali, Gepida, Oſtrogotthi Sarmatiarum nomine continentur.

Plinii autoritas.

Non diuerſum *Plinius* lib. 4. cap. 12. de iis tradit. “Has omnes gentes, inquit, alias *Sarmatas*, alias *Getas*, alias *Scythas*, alias *Dacos*, alias *Amaxobios* vocatos, varie littori, Iſtri ſcilicet, appoſita tenuere.” Hinc eſt quod *Ouidius*, ſicut & *Plinius*, in ſuis Poematis varie has gentes nominat, iam *Getas*, iam *Sarmatas* &c. Eo quod ſicuti ad *Viſtulam* ita ad oſtia *Iſtri* mixtim & indifferenter habitabant.

Vnilingues.

Quod autem *Strabonis* autoritatem quidam prætendere volunt, certe non contemnendum teſtimonium attuliſſent, ſi locum vbi hæc ſcripſerit *Strabo* citaſſent. Sed nihil tale apud *Strabonem* reperio, niſi quod expreſſe dicit: ὁμόγλωττοι δ᾽εἰσι οἱ Γέται τοῖς Δάκοις: vnilingues autem vel eadem lingua vtuntur *Getæ* cum *Dacis*. Cum autem *Ouidius* teſtetur ſe didiciſſe *Getice Sarmaticeque* loqui, non duas ſane linguas didicit, præſertim iam ſenio confectus. Nec duarum linguarum tanquam diuerſarum mentionem facit. Nullum ergo dubium eſt, *Getarum* & *Sarmatarum* vnam fuiſſe linguam, vt ex *Procopio* aperte probatum eſt. Non eſt autem paruifacienda autoritas vtriusque iſtorum tam *Ouidii* quam *Procopii*. Nam etſi *Procopius* in iſtis regionibus non manſit, vt *Ouidius*, tamen in exercitu *Belliſarii* cum *Gotthis* & *Vandalis* conuerſando, de omnibus rebus iſtis certior reddi potuit, ita vt præ omnibus aliis ſcriptoribus, qui narrata ab aliis narrant, iſti duo in ea cauſa merito ſibi primum locum vendicare poſſint. Nemo igitur deinceps obſtrepat, nec contendat *Gotthos Germanos* fuiſſe, nec *Germaniam* veterem ibi ſtatuat, vbi antiquitus erant ſedes gentis *Sarmaticæ*.

Ouidius, Procopius, cunctis aliis autoribus ſunt anteponendi.

Apologia pro Sarmatica gente.

Palynodia, in qua Ouidius retractat, quod acerbius interdum has gentes traduxerit:

Talia ſuccenſent propter mihi verba Poetæ
Iraque carminibus publica mota meis.
In loca non homines veriſſima crimina dixi,
Culpatis veſtrum vos quoque ſæpè ſolum.

Duæ cauſæ cur apologia ſua Poeta mendacia admiſceat.

Occurrunt quædam in lectione huius Poetæ, quæ perperam & affectate dicta eſſe putantur. Sed non difficile erit ea dignoſcere. Nam vbi petit reuocari ab exilio, calamitates ſuas ſupra modum amplificando regionis intemperiem accuſare ſolet, ac interdum etiam gentis mores traducit, vt ita *Auguſtum* citius ad miſericordiam flectat. Adhæc quia perſpectos habebat mores gentis ſuæ, quod perlibenter audiebant criminari & in odium adduci illas gentes, quæ potentiæ & dominationi eorum reſiſtere poterant, itaque criminationibus calumniatoriis indulgei aliquando. Omnibus enim propemodum Monarchis, qui

A.M. 3735. qui virtute militari vnquam excelluerunt, quaſi ingenitum eſſe videtur, aduerſarios ſuos non modo regnis & opibus axuere, ſed quod maius aſt, exiſtimationi eorum inſidiari, famaque bona & autoritate axpoliare. Cuius rei ratio in promptu eſt. Milites enim eorum io eos maxime feritate & rable militari ferebanror, qui populariter contumeliis & probris ſupra alios apud eos traducebantur. Proinde *Ouidius* in omnes partes oculos circumſerens, & quid quaque parta geratur, vnde cauſam ſuam fauorabilem redderet, ſollicite circumſpiciens, nomini *Sarmatico Geticoque* non parcit, & criminando mores, accuſando cœlum, vituperando terram, amplificandis ſuis calamitatibus, nimis multus eſt. Ex eo genere & illud aſt, quod ao amentiæ interdum prouehitur, vi conuicium barbariei interdum eis impingat, & quæ ipſe retractauit reuocauitque, eis non veritus eſt obiicere. Principes ergo, ſi nomioi ſuo apud poſteros optime conſultum volunt, vel hoc exemplo moniti, literatos viros maiore in pretio habeant, ne dum eos minos digne tractant, vitreoli ineluibilibus maculis ab eis aſpergantur. Vnus homo *Ouidius* quaotum nocuit gentibus noſtris, coromque opinionem quantum læſit, exemplo eſſe poteſt. Sed receptui canamus. Redeundum eſt, vnde digreſſi ſumus Si autoritatibus certandum eſt, maioris autoritatis apud quosqua *Darii* magni regis Perſarum eſſe debent teſtimonia de gentibus noſtris, quam *Ouidii*, qui cum hæc aſſutiret, rem priuatam agebat. Retulimus autem paulo ſuperius, *Darium* hoc teſtimonio gentes noſtras ornaſſe, ἀνδρειοτάτας καὶ δικαιοτάτας τῶν Θρακῶν vocando. Similiter & *Homerus* ex ſenteatia *Iouis* eosdem vocauit, *Galactophagos Abiosque* his non eſt iuſtior vlla gens hominum. Hoe teſtimonium de maioribus noſtris nulla vnquam malignitas hominum abolere poterit: atque hoc quidem præconium *Ouidio* obiicimus, qui impatiens exilii, homo Italus lactuca & aliis condimentis palato ſeruientibus orbatus furioſe indignatur & ſubinde diis deabusque ſuis, in crimen vocando coactos, non parcit. Quanquam poſtea furore poëtico miteſcente ad ſe redit, & ea quæ petulantius exciderunt recantat, affirmatque ſe loci & regionis inclementiam potius accuſaſſe, quam homines ipſos, vt maniſeſte ex carmine a nobis citato liquet. *In loca*, inquit, *non homines veriſſima crimina dixi.* Et abutuntur quidem non pauci verſibus iſtis *Ouidii*, ſiniſtri neſcio quid de iſtis gentibus ſentiendo. Sed ſi hac in re vnius alicuius teſtimonio niti volunt, *Germanos* certe *Plinius* inter *Scythas* etiam reponit. Et *Ouidium* etiam ipſum quamuis latina loquantem, *Getæ* barbarum vocabant, vt ipſa de ſe teſtatur. Sed & *Cato Græcis* indignatur. Etiam, inquit, & nos vocant *Græci* barbaros & ſpurios. Sed quid? Dum de huiusmodi popularibus conuitiis diſceptatur, eo ſare res deuenit, vt *Anacharſis* apud Athenienſes *Scytha* fiat, & vica verſa *Athenienſes* apud *Anacharſen.* Ae barbaros quidem *Romani* vocabant, quicunque eis imperia præſtara nolebant. Tandem vocabulum adaptatum eſt omnibus, qui vitam ſuam feritate, aſperitate & inciuilitate morum infuſcarent, teſta *Cicerone* de claro Oratore. Tandem poſterius ſeculum barbaros cœpit vocare omnes illos populos, qui Chriſtiani non eſſent. At cum gantes noſtræ multis atteſtantibus, humanitatis virtute permultos alios populos ſuperent, certe barbari non niſi à barbaro & immani homine vocari poſſunt, vt interim non confugiamus ad lagum præſidium, quæ determinant, neminem hominum, qui Chriſtianæ profeſſionis ſit, deinceps vocari poſſe barbarum. A.M. 3735.

Homeri teſtimonium de Getis noſtris ex ſententia Iouis.

Quis ſit barbarus?

Humanitas Polonorum.

Cauſam exilii *Ouidii* referunt editionem libelli illius de amoribus. Nam Romani etiamſi gentiles fuerint, tamen honeſtatem matrimonii coluerunt. Dicunt autem inſidiatum eſſe thoro *Auguſti*, ſed cum aulans fuerit propemodum ſexagenarius, non puto ob ætatem, obnoxium fuiſſe vsque adeo illicitis amoribus, præſertim cum ei coniux fuerit. Viuus Epithaphium ſibi ſcripſerat: & vir quidam ex *Ruſſia* ſpectatæ nobilitatis, dixit ſe reperiſſe lapidem quendam in planicie quadam ad oppidum *Aſau*, cui hoc carmeo inciſum ſoit, quod verum *Ouidii* refert.

De Ouidii exilio.

Epitaphium Ouidii.

Hic ſitus eſt vates, quem diui Cæſaris ira
Auguſti, patria cedere iuſſit humo.
Sæpe miſer voluit patriis occumbere terris,
Sed fruſtra, hunc illi fata dedere locum.

LIBER TERTIVS,

IN QVO EA, QVAE ACTA SVNT IN IIS TERRIS, AB AVGVSTO VSQVE AD CONSTANTINVM MAGNVM, COMPREHENDVNTVR.

PROOEMIVM.

QVod librorum noſtrorum diſtinctionem Imperatoribus iis tribuimus, qui non ſine præfatione honoris, Magni vocantur, cauſa eſt quod regnantibus ipſis maxima mutationes in mundo fiebant, quæ curſum huius hiſtoricæ narrationis abrumpunt. Ideo hinc iure auſpicabimur librum tertium, cum Pompeius Magnus ſtatim praceſſit hæc tempora. Maior tamen Pompeio fuit Iulius, qui ab eo fuit ſuperatus: ſed vtrisque Maximus eſt Saluator noſter, quod ille fuerit domitor cœli & terræ. Ideo ei ab angelo nomen Magni inditum fuit. Et tunc mutationem longe maximam mundus expertus eſt.

CAPVT

A.M. 3963.
A. Chriſti 1.

Capvt I.
De Temporibus Auguſti Cæſaris.

Anno ab orbe condito 3963.
Anno Chriſti ſaluatoris, qui propter nos & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis, 1.

Aduentum Chriſti quæ mala præceſſerunt.

IAm peruenimus ad annum 3963, nobilem aduentu Chriſti ſaluatoris noſtri. Multæ & maximæ mutationes acciderunt iſtis temporibus, hoc eſt, aote & poſt anoum natalis Chriſti. Nam orbia terrarum coocuſſus bellis *Iulii Cæſaris* & aliorum Romanorum ducum, vnam poſt aliam cateruam malorum ſecum trahebat, & quod in annua cœli conuerſione ſub tempora meſſis, ſole ad ſummum apicem aſcendente fieri ſolet, vt mora ſidera tum maxime tonent & poſt illa tonitrua ac tempeſtates ſerenitas vt plurimum conſequi ſolet, ſic in humani generis conuerſione muodus tum intremuit bellis & rumoribus bellorum, denuntians nobis ſerenitatem futurorum bonorum. Nam Deus, miſeratus viaem generis humani, mundo plus ſatis tot & tantis malis deſatigato, donauit ſaluatorem, qui ſua morte pacificare debuit omnia, quæ in cœlis & quæ in terra. Donauit & principem clementia & bonitate ſpectabilem *Auguſtum* Cæſarem, ſub quo ruſſua recreatus aliquo modo mundus a bellorum tumnltibua requieuit. Neque hæc ſtatim acciderunt, poſtquam adiiſſet imperium. Nam vt taceam alia bella, quæ ab eo in diuerſis mundi partibus geſta ſunt, de iis tantum neceſſe eſt noa loqui, ſine quorum commemoratione enarratio hiſtoriæ ooſtrarum gentiom conſiſtere aullo modo poteſt. Tria igitur præcipua bella nomerantur, quæ geſſit *Auguſtus* cum Vltramontanis, vt vocaot, regionibus, & omnia propemodum ad Danubium. In *Rhetia* quidem & *Vindelicis* ad caput fluminis ipſius per *Druſum Germanicum*. In medio hoc eſt, *Pannonia*, per ſe & *Tiberium*. Io inflexione vero, vbi iam *Iſter* vocari cœpit, & ad oſtia properat, quo ſeſe exoneret in Pontum, hoc eſt in *Myſia* infetiore, pet *M. Craſſum*. Ex Germanici quidem belli initia *Germanis* fuere lætiora. Nam tribus legionibus, quas duxit *Varo* profligatis, & *Druſo* ex læſiooe cruris mortuo, Romani admodum conſternati fuere, niſi *Tiberius* ruſſus eorum res erexiſſet. Cum eoim *Pannonios* & *Noricos* edomuiſſet, promouit caſtra in Germaniæ interiota, laturus ſuis auxilia. Et aperto quidem marte nihil tentandum ſibi duxit. Nam *Harminii*, maximi tum Germanorum ducis, fortunam reformidabat. Coofilio ergo addit dolum, conductis enim & conciltatis *Harminii* cognatis, domi eum interfici curauit. Interim ipſemet Imperator *Auguſtus*, vbi fuerit & quid geſſerit, ſic *Suetonius* in vita eius deſcribit: "Reliqua, inqoit, bella per legatos admioiſtrauit, vt tamen quibuſdam *Pannonicis* atque *Germanis* aut interfuerit aut non longe abfuerit."

Tria bella Auguſti cum Vltramontanis.

Harminii mors.

A Erga *Sarmatas* autem *Auguſtus* mitiorem ſe præboit. Nam cum Oratores *Sarmatarum* ei occurriſſent, & de pace mentio fieret, facile hanc eis annuit, & ſuperiorum cladium acerbitatem obliuioni tradidit, adiecta tamen conditione, ne deincepa limites *Iſtri* tranſirent, *Myſiaque* abſtioerent, vnde liquet quod initium *Geticorum* bellorum cum *Auguſto* & Romanis fuit de finibus concertatio. Cum enim *Romani* in hoc ſemper incumbereot, vt quam latisſime & longisſime proferrent ſuos fines, Itaque *Getas Iſtri* ripas tranſire prohibebant. Et vt durabili præſidio eorum cooatus infringere poſſent, ſemper more ſuo præſidiarios in finibus illia *Myſia* B tenebaot. Meminit Poëta *Ouidius Flacci* cuiusdam præfecti copiarum illarum, quæ apud Romanos tum merebant ſtipendia. Habentur hæc lib. 5. elegia 9.

Transactum Auguſti cum Sarmatis.

Cauſa belli cum Romanis defenſio finium.

Flaccus dux copiarum.

Præfuit his Græcine locis modo Flaccus & illo
Ripa ferox Iſtri ſub duce tuta fuit.
Hic tenuit Myſas *gentes in pace fideli,*
Hic arcu fiſos terruit enſe Getas.

Narrat etiam de eodem *Flacco*, quod vrbem *Troezen* a *Getis* captam recuperauit, quæ tamen longius ab *Iſtro* Græciam verſus diſtabat. Exiſtimo autem *Flaccum* fuiſſe hunc, ad quem *Valachi* noſtri originem ſuam referuot. Sed quæ oarrant *Valachorum* hiſtoriæ, pugnare videntur cum ſerie vniuerſalis hiſtoriæ: nondum enim tum Romani ripas *Iſtri* tranſcen- C dere cogitabant, nedum vt legiones tranſmittere, vbi nonc eſt *Valachia*, poſſent. Quod ex hac tranaactione *Getarum* cum *Auguſto*, cuius modo mentionem fecimus, ſole clarius cerni poteſt. Sed de *Valachis* inferius luculentius, vbi tempora *Traiani* Imperatoris perſequemur.

Quæ adferenda erant ex Poëtis & hiſtoriis, iam attulimus, veniamus iam ad ſacros ſcriptores. *Paulus* dicit ad Romanos cap. decimo qointo, ſe prædicaſſe Euangelium noſtris hominibus, qoodque iocipiens ab *Ieruſalem* & circumiacentibus regioonbus vsqoe ad *Illyricum* impleuerit Euangelii Chriſti munus. Conſtat autem & *Dalmatas Illyriorum* appel- D latione non raro comprehendi. Ad Titum autem capite tertio, teſtatur ſe in vrbe *Nicopoli* ad *Danubium* ſita hybernaturom, eoque ad ſe *Tichicum* diſcipulum properare iubet, vnde etiam epiſtolam illam ad Titum ſcribit. Oſteoſum eſt autem *Gotthos* tum habitaſſe ad vtramque ripam *Iſtri*, & *Sarmatas* & *Gepidas* ad *Syrmium*, vt ex *Ouidio* probatum eſt, hoc eſt in *Myſia*, vbi hactenus *Raſcii* & *Bulgari* lingua noſtra vtontur. Vbi & *Philopolenſium* mœnia, de quibus in *Alexandro Magno* retulimus. Inde fit, quod *Ruſſi* hactenus glorian-

Teſtimonia ex ſacris ſcriptoris.

Nicopolis eſt Bulgaria metropolis.

Paulus Ruſſis an prædicauerit?

A.M. 3963. A. Chriſti 1.

Euſebius lib. 3. cap. 1.

gloriantur, & paſſim iactant quod *Paulus* ipſis prædicauerit Euangelium, eosque illo ſacro edulii genere pauerit, quod *Cusbiam* illi vocant. *Petrus* etiam Apoſtolus priorem ſuam epiſtolam, ante alios dirigit ad eccleſias *Pontum* inhabitantes, vbi primariæ *Sarmatarum* ſedes erant.

Andreas ſedis Conſtantinopolitanæ fundator.

Sed & de Apoſtolo *Andrea* Græcorum hiſtoriæ & *Ruſſi* multa prædicant, & quod ſedis *Conſtantinopolitanæ* conditor fuerit, ſicuti *Petrus* Romanorum, affirmant. De eius etiam indefeſſo ſtudio in promouenda Euangelii prædicatione mira narrant, affirmantque eum zelo prædicationis ita prouectum, vt etiam *Sarmatiam* totamque *Ruſſiam* & intima *Moſchouia* penetrauerit Diuus *Andreas*, inuectusque oſtia *Boryſthenis*, *Albam Ruſſiam*, ac tandem totum ſeptemtrionem peragrarit, peruaſeritque ad caput vsque ſinos *Venedici*, vt etiam in picturis Geographorum paſſim eius imago annotator; inde mare *Botnicum*, *Suedicum*, *Livonicum*, *Balticum*, ſinum *Godanum* ac denique *Oceanum* ipſum *Germanicum* ſulcaſſe, ac demum emenſo illo circulo, qua Oceanus lambit Germaniam, oſtia & portum *Herculei* ſreti intraſſe, ſicque nauigando vsque *Epirum* in Græciam rediiſſe, iſticque crucis morte crudeliter a rege illius oræ affectum eſſe, in quam ſublatus tridui ſpatio ad extremum vsque halitum non deſiit viam ſalutis annunciare cunctis aſtantibus.

Collatio laborum in eccleſia Dei, Andrea, cum Apoſtolo Paulo.

Hæc ſi vera ſunt, *Paulo*, qui gloriatur ſe ſupra alios Apoſtolos laboraſſe, videtur non fuiſſe inferior, exantlatis tot laboribus, vigiliis, & forſan etiam naufragiis.

Ius Romanorum in regiones vltra Danubium.

Cogitans quidnam populus Romanus in regiones, quæ ex hac parte Danubii ſunt, iuris habuerit, & cauſam totam diligentius expendens, nihil amplius inueſtigare potui, niſi quod Romani affirmant deuicto *Mithridate* Rege Ponti, iure belli omnia, quorum dominus erat *Mithridates*, ad ſe deuolui. At oſtendi poteſt, quod ne ipſe quidem *Mithridates* legitimo iure aliquid hic poſſederit, excepta *Taurices* parte aliqua, itaque neque Romani aliquid hic ſibi vendicare poterant. Nam cum attriuiſſet *Roxolanos*, & circumueniſſet Reges *Taurica*, *Palaco*, *Scyturumque* eius filium, inſinuare ſe aliquo modo in poſſeſſionem huius ripæ citerioris cœpit. Itaque Romani tribus ingentibus bellis ſuperato *Mithridate*, felicitate *Sillæ*, virtute *Luculli*, & magnitudine *Pompeii*, totam *Ponticam* regionem credebant iam eſſe ſui iuris. Hinc eſt quod *Pompeius Pontum* in prouincias redegit, & poſtea regibus *Boſphori* omnia attribuere voluit. Sed nihil tum niſi verbis actum eſt, ad rem ne deueniret negotium, totius Aquilonis conſpiratione retragatum eſt & noſtrorum viribus, ita vt tonante & fulminante ſeptemtrione omnes nubeculæ illæ Romanorum diſcuſſæ eſſe videantur. Sed ex ſequente conſignatione temporum tota hæc controuerſia clarior reddetur.

A.M. 3963. A. Chriſti 1.

Conſignatio temporum ſub Auguſto.

3846. *Lucius Cecilius* bellum cum *Thracibus* geſſit. *Florus* autor.

3852. *Portius Cato* male contra *Thraces* pugnauit & *Scordiſcos*.

3854. *M. Liuius Druſus* aduerſus *Scordiſcos* gentes a *Gallis* oriundas in *Thuria* feliciter pugnauit, magnumque honorem tulit. *Florus*.

3892. *Scribonius* Procos vicit *Dardanos*, & ad *Danubium* vsque primus Romanorum penetrauit, triumphumque meruit.

3890. Hinc excitatæ gentes ſeptemtrionales, coadunato ex omnibus gentibus exercitu, ac ſicut *Romani* ad *Danubium*, ita illi ad *Adriaticum mare* vsque progreſſi ſunt. Diſcedentibus illis Romani illos inſecuti ſunt. Tunc *Lucullus* ad terminum gentium *Tanaim* delatus eſt, *Appius* in *Sarmatas*, *Curio* verſus *Daciam* venit, ſed tenebras ſaltuum expauit, vt ſuperius dictum eſt. De his *Florus* libro 3, cap. 4.

Ita exaſperatis vtrinque animis exarſit *Mithridaticum* bellum. Nam *Mithridates* rex *Ponti* non amplius differendum negocium ratus, attrectari terminos ſuos a *Nicomede* vt cauſam belli prætendit. Spem ac fiduciam dabant ei Romanorum vitia, quod tunc ciuilia & ſocialia bella inter eos exarſerant.

3891. Primus *Sylla* cum *Mithridate* concurrit, poſt ciuilibus bellis auocatus negocium *Lucullo* committit. *Plutarchus* in Luc.

3894. *Lucullus* ſecundus dux, fugato *Mithridate Armeniam* populatur, *Tigranem* in regnum redire cogit. *Lacherem* in amicitiam recepit. Fuit is filius *Mithridatis* rex *Boſphori*. Hoc bello immenſos theſauros ad illas delitias, quibus poſt ſe dedidit, comparauit, *Apollinemque Capitolinum* ex *Boſphoro* ſecum Romam aſportauit. Potuiſſet autem *Lucullus Mithridatem* ſuperare, ſed eum militum ſeditio retinuit.

Tertius dux *Pompeius* in *Mithridatem*, noctu commilitante luna & lumen præbente irruit. Poſt vltimam victoriam in prouinciam *Pontum* redegit, tandem Romæ triumphum ſplendidiſſimum duxit. *Plinius* ſeptimo.

Conquieuerunt poſtea hæc bella pontica, per triginta & aliquot annos vsque ad *Auguſti* tempora, quando in Hiſpanias poſt *Actiacam* victoriam ſeſe contulerat. Tunc etiam *Craſſus Thraciam* in officium reduxit. Iam enim antea domiti deſciuerant. Interim *Sarmatæ* exercitum conſcribunt, iamque ad *Danubii* ripas peruenerant, ſed *Auguſtus* ad *Lentulum* ſcribit, vt ad ripam *Iſtri* tranſitum eis impediret.

Et quia fatale Dei decretum ad pacem ſanciendam cunctas gentes orientales occidentalesque vrgebat, vt aduentus Meſſiæ pacis beneficio clarior redderetur, etiam ipſi *Sarmatæ*

misſis

A.M. 3963. A.Chriſti 1.

miſſis legaris ad *Auguſtum* Cæſarem amicitiam abſque muneribus, quod nemini antea contigir, facile impetrant. Hæc pax durauir per annos 30. vsque ad tempora *Tiberii*, A quando *Myſiam* prouinciam iiſdem Romanis vi eripuerunt *Sarmata*.

Florus lib. 4. c. 12.

Quidam vir doctus hiſtoricus noſtri ſeculi pulcherrime de Auguſto ad eum modum: " Deus hunc iuuenem, qui non erat præliator, " mirabiliter texit, & adiuuit, & per eum im-" perio reſtituit pacem.,,

Albis Romanorum limes occidentalis.

Suetonius in vita *Auguſti*: " Germanos, in-" quit, ad *Albim* fluuium, ſummouit, ex qui-" bus *Sueuos* & *Sicambros* dedentes ſe tradu-" xit in Gallias &c.,,

Sabellicus in verba *Suetonii* ſic: " *Albis* flu-" vius eſt, qui in duo ſpacia *Germaniam* diſter-" minat, & autor eſt in primo lib. *Strabo*, qui B " in ſeptimo quoque libro tradit, Romanos " non tranſcendiſſe fluuium *Albim*.,,

Et *Lucanus* in ſecundo:

Fundat ab extremo flauos Aquilone Sueuas,
Albis & indomitum Rheni caput.

Danubius limes orientalis.

Hæc de occidentali limite Germanorum. De orientali vero quod *Danubii* ripa diuidebat *Sarmatas* a *Ramanis*, teſtatur *Auguſti* ſcriptum ad *Lentulum*, cui præcipiebat, vt ripam tantum defendat *Danubii*. *Flarus* lib. 4. Et *Ouidius* de *Flacco*, *Hoc duce*, inquit, *ripa tuta fuit.*

Scytharum & Sarmatarum potentia.

De *Scythis* vero *Suetanius*: " *Scythas* audi-" tu modo cognitos *Auguſtus* pellexit ad ami-" citiam populi Romani vltro per legatos pe-" tendam.,, Sed *Strabo* non ſine ſale ridet *Scytharum* potentiam, de qua tamen gloriatur: " Gens *Scytharum*, inquit, aduerſus exteros " inuicti ſunt, atque inexpugnabiles, quod C " nihil, inquit, habeant, cuius cauſa ſeruitu-" rem ſuſtinere velint.,, Hæc ille lib. 7.

De *Sarmatarum* viribus, temporibus *Auguſti* ſic inquit *Straba*. *Berebiſtes* natione *Geta*, eum imperium in ſuam gentem ſuſcepiſſet, eam crebris afflictam bellis refecit, tantumque exercitatione, ſobrietate ac diligentia profecit, vt intra paucos annos magnum conſtitueret regnum, finitimasque pleraſque gentes, *Getarum* imperio ſubieceri, quin & *Ramanis* iam cœpit terrorem afferre, *Iſtrum* audacter tranſiens, *Thraciamque* ad *Macedoniam* vsque & *Illyricum* populans, idem *Celtas* *Thracibus* & *Illyriis* permixtos vaſtauit, *Boios* qui ſub *Critaſiro* erant prorſus deleuit, itemque *Thauriſcos*, vt ſuæ genti tanto maiores D eſſent facultates.

Cotiſo Rex Gotthorum.

Cotiſonem tanti fecerat *Auguſtus*, vt eum affinem ſibi fecerit. De *Cotiſone Haratius* lib. 2. Carminum:

Occidit Daci Cotiſonis *agmen,*
Medus infeſtus ſibi, luctuoſis
Diſſidet armis.

Si quis autem luculentius noſſe velit hiſtoriam horum temporum, & ſcire quid actum ſit Ieſu Chriſti temporibus in illis terris, legat de *Arminia* Duce Germanorum, bellicoſiſſimo, qui ſolus tum opponebat ſe potentiæ Romanorum. Paſſim hæc occurrunt. Legat etiam de *Marobudo* rege *Maranorum*, qui fuit genere *Sarmata* de ſtirpe *Quadarum*. Habentur hæc apud *Cornelium Tacitum*, *Suetonium*, *Strabonem* lib. 7. & *Velleium Paterculum*. Tempori tum ſeruiebat *Marobudus* hic: videbat enim fatis quibusdam Romanorum potentiam in immenſum creſcere. Itaque conſilio magis quam armis *Auguſti* vires auertebat. Coluit quidem pacem cum Romanis, ſed ita, vt oſtenderit ſæpius, ſi laceſſitus fuiſſet ab eis, & voluntatem & poteſtatem reſiſtendi ſibi non defuiſſe. Ideo Romani conſiderata hominis prudentia & dexteritate in rebus agendis, B blande cum eo egerunt. Quin potius eum contra *Arminium* acerrimum ipſorum hoſtem concitabant, vt ita inferendo ei arma, *Germanorum* vires a tergo reuellerentur. Quod vt magis ſtrenue ageret, auxilia etiam ei mittebant, non militum quidem, nam id ob loci diſtantiam vix præſtare potuiſſent, ſed magna vi pecuniæ ei miſſa, conſiliisque ſuppeditatis per internuncios res gerebatur. Itaque ad *Albim* vsque tum fines dominii ſui *Marobudus* extenderat. Sed in ſenectute eum diſſidia domeſtica exceperunt, ita vt patria relicta in *Italiam* abire cogeretur, vnde poſtea, aſtutia Romanorum detentus redire non potuit. *Batus* Rex *Dalmatarum* ſynchronus etiam *Marobudi* fuit. De quo vide in Deſcriptione noſtra Poloniæ.

A.M. 3963. A.Chriſti 1.

Arminius & Marobudus.

CAPVT II.

Poſt tempora Auguſti,

regnante Tiberio.

Anno ab orbe condito 3979.
Anno Chriſti 17.

A.M. 3979. A.Chr. 17.

AVguſto regnante Sarmatogetæ, ſeruientes tempori, aliquo modo conquieuerant, ſed deinde ſuccedente *Tiberio* ad ingenium redierunt, armisque veteres ſedes repetere cœperunt, & *Myſiam* quæ Pannoniæ iungitur, ad Pontumque vsque cum Danubio decurrit, infeſtis armis ingreſſi occupabant, Imperatore ſiue arma tam bellicoſæ gentis reformidante, ſiue negligentiæ vitio laborante & conniuente. De qua re *Suetonius* ita ſcribit: *Armeniam à Partis occupari, Myſiam a Rege,* D *Dacis, Sarmatisque, Gallias à Germanis vaſtari neglexit* &c. Hæc *Suetonius*. Quod autem nomen regis inculco, facio ideo vt ſeries regum antiquiſſimorum, qui iſtis gentibus imperitabant, aliquo modo inſtaurari & recolligi ex hiſtoricis poſſit. Si autem addatur hic rex illis duobus, quorum mentionem feci perſequens *Alexandri Magni* tempora, habebimus iam tres reges Geticos: *Syrmum* primum, a quo *Syrmium* vrbs, celebris propter

Reges Getarum veteres.

A.M. 3979.
A. Chr. 17.

concilium illud iſthic agitatum, extructa fuit, & *Dromichetem*, qui poſtea *Liſimachum*, ducem *Alexandri Magni* ceperat, & tertium hunc *Varfeſtum*, qui *Auguſti* & *Tiberii* tempora attigerat, & *Cotiſonem* de quo *Horatius*.

Varfeſtus rex.

Sarmatas & Getas fuiſſe gentes coniunctas.

Mirari autem quis poſſet, cur & Poëta *Ouidius*, & hic *Suetonius* quoties *Getarum* meminit ſubinde & *Sarmatas* eis admiſcet, & indifferenter hoc vel illo nomine vtroſque appellat.

Argumentum 1.

Si autem *Sarmatarum* regnum procul fuit à *Getarum* prouinciis, nec *Getæ* includuntur *Sarmatis*, quanam de cauſa *Sarmatæ* non neceſſaria ſibi pericula attrahebant, & belligerando contra Romanos non neceſſario ſe implicabant bello? Vnde quæſo interceſſit eis cum *Getis* tam arcta neceſſitudo, vt ſe non dubitarint multoties pro eis eorumque iniuriis in manifeſta pericula coniicere, ſi Geticæ prouinciæ ad Sarmaticam Rempub. non pertinebant?

Argumentum 2.

Et cur *Ouidius* inter *Getas* manendo optat ſibi & precatur, ne ſepeliatur in terra *Sarmatica*, ſi forte iſthic ei contingat mori? Eſt & *Valachia* ditionis Polonorum, arma prouinciæ eorum vel inſignia ſunt caput Bubulinum, quod in corona inſignium, quæ propria ſunt regni, inſculpitur. Adhæc ſemper iusiurandum conceptis verbis ex formula ad id præparata præſtant Voieuodæ eorum Polonis, promittuntque ſolenniter coram Rege vel Oratoribus eius, ſe in fide & clientela Sarmatici nominis permanſuros, licet ſubinde hoc nomine cogantur experiri arma Turcicæ tyrannidis. Sed illo tempore *Getas* arctius obnoxios fuiſſe *Sarmatis*, credibile eſt. Nam ſiue œconomiam reſpicias, agricolas *Getarum Sarmatas* vocat *Ouidius*; ſiue mercaturæ commercia, negociationes eorum tanquam inter concines communes eis fuiſſe cum noſtris apparet. Quid militiam commemorem? tanta alacritate tantoque ardore animorum rem geſtam a Sarmatis in cauſa Getarum apparet, vt vnam Rempub. vnos fines, vnamque cauſam eis fuiſſe, pro qua pugnare ſolebant, non ſit difficile iudicare. Quod ex illis verſibus *Ouidii* apparet:

Sarmaticæ maior Geticæque frequentia gentis
Per medias in equis itque reditque vias:

Irruptiones Sarmatarum *Suetonius Tiberii* temporibus, iſtis verbis deſcribit: *Armeniam* inquit *a Parthis occupari, Myſiam a Dacis Sarmatiſque: Gallias a Germanis vaſtari neglexit: Tiberium* intelligit. *Eutropius* vero addit, & Pannoniam a Sarmatis tum vaſtatam: *Reſolutis* inquit, *artibus militia, Armenia per Parthos, Myſia a Dacis, Pannonia a Sarmatis, Gallia a finitimis gentibus direpta ſunt.*

Pannonia a Sarmatis perita illo tempore.

Notandum & illud quod *Helius Spartianus* Getas dici Gotthos affirmat. Vnde Diaſyrticus, hoc eſt dubius locus emerſit in *Antonium Caracallam*, qui cum *Getas* deuiciſſet, & fratrem nomine *Getam* trucidaſſet, a *Pertinace* fuit feſtiuiter traductus. A Etenim mordaciter *Getici* nomen inter alia cognomenta *Antonio* aſcribendum eſſe cenſuit, vtrunque innuens, & quod *Getas* vicerit, & quod fratrem *Getam* crudeliter necarit. Sed & *Plinius* lib. 4. expreſſe oſtium tertium Iſtri formoſiſſimum omnium, *Caloſtomos* nuncupatum dicit, & inſulam ibidem *Sarmatis* tribuit, & Sarmaticam inſulam eam appellare non dubitat.

Plinii locus de Sarmatia ad Iſtrum.

Enumerat Reges Gotthorum *Iornandes*, qui intermedii ſunt inter *Tiberium* & *Domitianum*.

Series regum Gotthorum.

Temporibus Auguſti ante Tiberium fuit *Cotiſon*, de quo *Horatius* lib. 2. Carminum. Secundus *Diceneus* qui & Philoſophiam Ethicam & Logicam & Mathematicas artes eos docuit & Theologiam. Hæc omnia non B barbarorum ſunt inſtituta. Etiam inſtituit ordinem ſacerdotum, quorum alios pileatos, alios capillatos vocauit. Poſt *Diceneum* enumerat *Comoſicum*, non imparem ſolertia *Diceneo*. Tertium *Corillum*, qui per 40. annos *Daciam*, inquit, *rexit, forſan vsque ad DVCEBALVM, qui cum DOMITIANO & TRAIANO diuturnum bellum geſſit*, & ne error in Daciæ nomine verſetur, deſcribit fines Daciæ qui erant illo tempore: *Hanc* inquit *ab oriente Roxolani* (nota temporibus Tiberii & Chriſti Roxolanos non procul a Danubio manſiſſe) *ab occaſu Tamazites, a ſeptemtrione Sarmatæ & Baſtarna* (prorſus Podgorios Baſtarnas nominat, vt ſupra quoque aliquoties dictum eſt,) *a meridie amnis Danubii fluenta terminans* C &c.

Roxolani illo tempore non remote a Danubio habitarunt.
Baſtarna.

Dicitque eam corona montium cingi, & duos acceſſus habere tantum: vnum per Bontas, alium per Thebas. Ex qua deſcriptione apparet, Daciam tunc fuiſſe eam, quam nos vocamus Tranſyluaniam.

Dacia vbi nunc Tranſyluania.

Et *Iornandes* ſuo tempore, hoc eſt cum Gotthi vaſtabant Europam, Gepidas ibi ſedes ſuas habuiſſe, Gepidamque illam regionem vocatam fuiſſe teſtatur.

Capvt III.
Temporibus Claudii fratris Druſi.

D *Anno ab orbe condito 4015.*
Anno Chriſti 50.

A.M. 4015.
A. Chr. 50.

Qvod attinet ad politica, nihil tale habemus de Sarmaticis populis; ſed quantum ad religionem, refert *Euſebius*, quod eo tempore ad eas regiones annunciatio Euangelii Ieſu Chriſti perlata fuit.

Euangelium Chriſti Sarmatis an-

Nam poſt illud concilium Apoſtolicum, in quo abrogata fuit circumciſio, Apoſtoli ex mandato Chriſti, & concilii illius iuſſu, veluti datis dextris inuicem per vniuerſum orbem terrarum diſperſi ſunt. Et ex eis Diuus

Andreas

A.M.4015. A. Chr. 50. Andreas, per oſtia Boryſthenis ingreſſus Arctoas regiones, ad illam cœnam domini magnam vocat, prædicatione Euangelii, Roxolanicas gentes. Et poſt quinquaginta ſex annos Apoſtolus *Paulus* gentilibus noſtris Dalmatis, Illyriis, & Nicopolenſibus ad Danubium (regia Bulgariæ illa vrbs fuit) inbilæum remiſsionis peccatorum, gratiam & pacem, ſonora tuba apoſtolica prædicauit vna cum *Timotheo* & *Tichico* diſcipulis ſuis. De qua re ipſemet teſtatur ad Romanos 15.2.Timoth. 4. ad Titum cap. 3. Tum temporis etiam diuus *Petrus* Galatis, Capadocibus, *Thomas* Parthis vel Brachmanis, *Bartholomæus* Indianis, & ſic alii aliis prædicarunt. Hac de re *Euſebius* loco ſupra citato, & *Sabellicus*. Ab illo tempore ferunt Chriſtianiſmum durare apud *Pieczīborios* Scythas, quos forſan *Penticapeos Strabo* vocat.

CAPVT IV.
Galba dominante.

Anno ab orbe condito 4035.
Anno Chriſti circiter 73.

A.M.4035. A. Chr. 73. Regnantibus aut potius de ſceptro imperii inter ſe digladiantibus Imperatoribus, trium aut quatuor gentium Sarmaticarum fit mentio, Sarmatarum inquam *Alanorum*, *Roxolanorum* & *Iazigum*. De Sarmatis *Ioſephus* libro ſexto capite vndecimo, conſulto recitat hiſtoriam, quomodo tranſeuntes Danubium, in Myſiam impetum fecerint, & illatis magnis damnis præſidia cum eorum duce *Fonteio Agrippa* interfecerint, prædamque opimam ſecum agentes abduxerint, quoad poſtea *Rubrion* Gallus miſſus a *Veſpaſiano* diſsipauit, & diſpoſitis fortioribus præſidiis circa Danubii aduerſus eorum incurſiones tutatus eſt. Et hinc apparet, fines Romanis Danubii alteram ripam fuiſſe, alteram vero a Sarmatis defenſam. *Alanorum* vero Sarmaticarum gentium idem *Ioſephus* libro ſeptimo capite decimo nono geſta recitat, ſed eos ibi vulgato errore *Scythas* vocat. Expeditionem iſti fecerunt in *Pacorum* regem Medorum, cuius ditionem vſque ad fines Armeniæ deuaſtauerunt, vxoreſque eius abduxerunt. Sed primum Hircanorum regem attriuerunt armis, eo quod eis tranſitum negauit in Mediam per illas anguſtias montium, *vbi*, inquit, Alexander Magnus *portam ferream excitauerat ad arcendas gentes Arctoas & vectibus ferreis eam obdiderat*. Huius loci cum rex Hircanorum tum dominus fuit, eos illac tranſmittere noluit. Sic & *Teridates* Rex Armeniæ non minus periculum adiit eodem tempore, & parum abfuit, quin viuus in eorum manus deueniſſet.

Fonteius interfectus.

Sarmatæ Myſiam inuadunt tempore Galbæ.

Alani.

De Iazigibus. De Sarmatis *Iazigiis* qui ſuppetias laturi *Vannio* regi Sueuorum iuerant, cum a *Ligiis* ſeu *Sylleſiis*, vt aliqui volunt, oppugnaretur, lege *Cornelium Tacitum* libro duodecimo; vbi recitat quo pacto *Claudius* a Domitio fuit adoptatus. A.M.4035. A. Chr. 73. Meminit eorum & lib 19. Et apparet magnæ tum reputationis eoſdem *Iazigas* fuiſſe. Nam inter ſe armis diſceptantibus *Vitellio* & *Veſpaſiano* vtrique prenſant gratiam *Iazigum*, vt eos in commilitium adſciſcant, & alter aduerſus alterum eorum cohortibus ſe muniat. Plurimum enim vim equitum eorum reformidabant, *qua*, inquit, *etiam illa ætate plurimum valebant*.

Roxolanorum vero prælia libro 10. idem *Tacitus* commemorat, *Othonis* acta perſequens. *Eo audentius*, inquit, Roxolani *Sarmatica gens priore hyeme cæſis duabus cohortibus, magna ſpe ad Myſiam irruperant: Nouem millia equitum, ex ferocia & ſucceſſu prædæ magis, quam pugnæ intenta.* Poſt hanc victoriam etiam & cladis eorum meminit, quæ poſtea ſecuta eſt & cauſam cur ab eis male pugnatum ſit, non in ipſos ſed in aeris temperiem aduerſam refert. *Sarmatæ*, inquit, *diſperſi aut cupidine prædæ graues onere ſarcinarum & lubrico itinerum adempta equorum pernicitate velutivincti cædebantur. Nam mirum dictu, vt ſit omnis Sarmatarum virtus veluti extra ipſos. Nihil ad pedeſtrem pugnam tam ignauum: vbi per turmas aduenere, vix vlla acies obſtiterit eis. Sed tum humido die & ſoluto gelu, neque contis, neque gladiis, quos prælongos vtraque manu regunt* (horum gladiorum, & noſtra adhuc ætate vſus fuit) *vti poterunt, lapſantibus equis ex cataphractorum pondere, ſimul altitudine & mollitie niuis impediente.*

Sarmatica gens Roxolani vocantur.

Sarmatarum robur in qua inſtructione exercitus conſiſtit.

Gladii Polonici veteres.

CAPVT V.
Domitiano regnante.

Anno ab orbe condito 4045. A.M.4045.
Anno Chriſti 83. A. Chr. 83.

Veriſsimum eſt vetus dictum: Bellum incipere, in cuiuſuis poteſtate eſt, ſed finem ei imponere, non niſi eorum eſt, quia Deo adiuuantur. Ita Romanorum bellum cum Sarmatis Gotthiſque ſeu Getis ſeſe habet. Sub *Auguſto* quidem inceptum, ſub *Tiberio* inflammatum, ſub *Domitiano* vero ardere cœpit, & tandem Gotthis Italiam inuadentibus in flammas inextinguibiles vel potius cineres verſum eſt. Huius belli apud multos hiſtoricos & poetas deſcriptionem habemus. Et *Suetonius* quidem in vita *Domitiani* ſic: *Violatis deinde paulo poſt Romanis bella intulerunt. Eam iniuriam Romani duo duces* Opius Sabinus & Cornelius Fuſcus *vltum miſsi, ambo vnus poſt alium cum exercitu & legionibus cæſi ſunt.* Claruit tunc inter eas gentes princeps fere omni laude ſuperior, & in rebus bellicis Romanorum ducibus præcipuis comparandus Decebalus, quem *Oroſius Dorpa-*

Belli Getici fortuna.

Ex Suetonio.

A.M. 4045. A. Chr. 83.

paneum Panorum Polonorum, id eſt, dominorum appellationem præ ſe ferentem vocat. Hoc duce potiſſimum hæ gentes vſæ ſunt in eo bello. Alter ſcriptor *Dion*, huius belli mentionem faciens, in laudes eius regis tali digreſſiuncula prorumpit: *Is erat*, inquit, *in cognoſcendis rebus bellicis perſpicax, in agendo ſolers, promptiſſimusque ad inuadendum & ad regrediendum, ſi res ita poſtulabat. Nouerat enim optime inſidias facere, prælium committere, optime vti victoria, & acceptam cladem ferre moderate.* Sed *Suetonii* verba ipſa de hoc bello & de Domitiano adſcribere placet: *Expeditiones*, inquit, *partim ſponte ſuſcepit, partim neceſſario: ſponte in Cattos; neceſſario autem vnam in Sarmatas, legione cum legato ſimul caſa. In Dacos duas: primam* Opio Sabino *conſulari oppreſſo; ſecundam* Cornelio Fuſco B *præfecto cohortium prætorianarum, cui belli ſummam commiſerat.* Laborat hic *Iuſtus Decius* ſcriptor rerum Polonicarum, volens probare Getas fuiſſe Sarmatas. Sed hæc res labore tanto non indigebat, cum res per ſe ſit plana. Cuius negocii euidentiſſima documenta a me adducta ſunt, & adhuc inferius adducentur. Ex *Paulo Oroſio* conſimilia de eodem bello.

Oroſius lib. 7. cap. 10.

Bellum aduerſus Germanos & Dacos per legatos iuſſit adminiſtrari pari Reip. pernicie. Nam quanta fuerint Diurpanei *Dacorum regis cum* Fuſco *duce prælia, quantaque Romanorum clades longo textu euoluerem, niſi* Cornelius Tacitus *de reticendo interfectorum numero &* Saluſtium Criſpum *& alios autores quamplurimos ſanxiſſe, dixiſſet.* Domitianus *tamen prauiſſima elatus iactantia ſub nomine ſuperatorum hoſtium de extinctis legionibus triumphauit* &c.

Ex Eutropio.

Eutropius vero de iiſdem expeditionibus *Domitiani* ad eundem modum ſic ſcribit: *Expeditiones quatuor habuit: vnam aduerſus Sarmatas, alteram aduerſus Cattos. De Dacis Cattisque duplicem triumphum egit, de Sarmatis ſolam lauream vſurpauit. Multas quidem calamitates iiſdem bellis paſſus eſt. Nam in Sarmatis legio eius cum Duce interfecta eſt, & a Dacis Appius Sabinus conſularis, & Cornelius Fuſcus præfectus prætorii, cum magnis copiis occiſi ſunt.* Meminit & *Statius* eiusdem cladis:

Rhenus & attoniti vidit domus ardua Daci,
Et coniuratos deiectos vertice Dacos.

Ex Iornande.

Quia hic *Statius* meminit coniurationis Gothorum contra Romanos, exponit hæc *Iornandes*, commemorans fœdus quoddam, quod cum aliis principibus pepigerant Gothi: Huius confœderationis mentionem facio ad illuſtrandum conſilium Slauorum, qui ſimile fœdus aut idem contra eorundem Romanorum potentiam fecerunt. Et tunc Slauorum nomen ſibi impoſuerant: de qua re *Iornandem* iam audiamus: *Domitiano* inquit, *regnante eius auaritiam metuentes, fœdus quod dudum cum aliis principibus pepigerant Gothi ſoluentes, ripam Danubii iam A longe poſſeſſam ab imperio Romano, deiectis militibus cum eorum ducibus, vaſtarunt, cui prouinciæ tunc poſt Agrippam præerat Pompeius Sabinus* (de *Agrippa* hoc a Sarmatis occiſo, ſupra ex *Ioſepho* memini): & mox: *Apud Gothos autem Dorpaneus principatum agebat, quando bello commiſſo Gothi Romanis deuictis Pompeii Sabini capite abſciſſo multa caſtella & ciuitates inuadentes de parte Imperatoris, publice deprædarunt; qua neceſſitate ſuorum Domitianus adductus cum omni virtute ſua in Illyrium properauit & totius pene Reipub. militibus ductore ſuo præ lato cum electiſſimis viris amnem Danubium confertis nauibus ad inſtar pontis transmeare coegit ſuper exercitum Dorpanei. Tum Gothi haud ſegnes reperti arma capeſſunt primoque armati conflictu mox Romanos deuincunt, Fuſcoque duce extincto diuitias de caſtris militum deſpoliant, magnaque potiti victoria iam proceres ſuos quaſi qui fortuna vincebant, non puros homines ſed* Anſes *vocauere.*

Pompeius Sabinus deuictus.

Fuſcus deuictus.

Pſeudo Triumphi Domitiani.

De pſeudotriumphis *Domitiani* autem vera *Dionem* ſcripſiſſe apparet, eo quod conſtat inter omnes *Domitiano* Cæſari ita formidabilem fuiſſe *Diurpaneum*, vt ne aſpicere eum, nedum accedere aut conſerere manus cum eo auſus fuerit. Ideo *Sabinum* & *Fuſcum* magni tum nominis duces ei oppoſuit. Sed & ii fuſi fugatique cum exercitibus C toties victoribus, deleti trucidatique ſunt. Veritus igitur *Domitius* infamiam apud ſuos, ſimulque ne adiret periculum capitis, vana & futili iactantia & pſeudotriumphis negocium corrigendum ſibi ſtatuit: poetis dat negocium celebrandi ſua bella, trophæa paſſim collocat victoriarum, triumphosque de trucidatis legionibus peragit. Interim vero ne *Diurpaneus* victoriam proſequatur, pacem redimit, falſamque gloriam aucupatur, non modo de Getis & Dacis, ſed etiam de Sarmatis. Fatetur tamen, ne in toto mendax appareat, minus ſe interfeciſſe de Sarmatis, proinde hac de cauſa lauream tantum *Ioui Capitolino* donat, vt *Suetonius* tradit.

Dacorum regnum denuo reſtauratum.

Ac eius quidem regni memores etiamnum Valachi noſtra memoria ante quindecim annos, extimulati fama veteri rerum geſtarum, cogitabant hoc ipſum regnum ſitu iam & puluere obſitum inſtaurare, ac quendam Deſpota de ſtirpe veterum Deſpotarum, vt ille ferebat, regio diademate inſignire: ſed tota illa res breui in inuidiam verſa, tandem ipſimet Deſpotæ interitum accelerauit. Paulo poſt enim a *Thomſa* quodam Satrapa, palatii ſui magiſtro obtruncatus fuit, quo nomine de

Deſpota Valachia.

eo-

A.M. 4045. A. Chr. 83. eodem interfectore ab *Auguſto* Rege Poloniæ tanquam ſupremo Daciæ domino ſupplicium ſumtum fuit. Leopoli enim metropoli Ruſſiæ in foro cunctis ſpectantibus præciſum ei fuit caput. Noueram ego hunc Deſpotam, & familiariter eo vſus ſum non exiguo tempore. Et videbatur homo eſſe religioſus & bonus. Sed vt poſtea ferebatur, ſucceſſu fortunæ deprauatus ſuperbire cœperat, amicitiamque cum Baronibus Poloniæ reſcindere, quam ſi diutius coluiſſet, & ipſe incolumis hactenus regnare potuiſſet. Sed vere dicitur: *Luxuriant animi rebus plerumque ſecundis*; Et: *Aſperius nihil eſt humili, cum ſurgit in altum.* Verius autem ad Tranſyluaniam gloria regni *Dorpanei* iure ſucceſſionis pertineret, quam ad Valachum, cum ſedes Dacorum & *Dorpanei* præcipuæ fuerint, vbi nunc eſt Tranſyluania, cuius rei a me mentio ſuperius eſt facta. *Oroſius*, vtpote latinus, regem hunc *Dacium Diurpaneum* vocat, at Græci *Decebalum*, ſicut apud *Dionem* videre eſt.

Cauſa interitus Deſpotæ.

Anſes vel Bohatiri.

Poſt deuictos Romanos, tanta gratulatio oborta fuit Dacibus, vt etiam ſuos belli duces, *Anſes*, id eſt, ſemideos, quos Ruſſi *Bohatiras*, latini *Heroas*, Germani *halbe götter*, vocare inciperent. Ex his Heroibus originem ducit *Iornandes*, & familia clariſſima *Amaleshutorum*, de qua paulo poſt dicemus. Poſt illa bella exiſtimo monetam Romanam cum imaginibus & inſcriptione *Traiani* in Poloniam inuectam, quæ a ruſticis etiamnum arantibus agros reperitur effoditurque. Hæc vero eſt, alia bigata, alia quadrigata. Nam olim ab Imperatoribus pecunia cum talibus imaginibus in triumphis ſpargebatur.

Occaſio monetæ Romanæ in Poloniam inuectæ.

CAPVT VI.
De Temporibus Traiani Imperatoris.

A.M. 4065. *Anno ab orbe condito* 4065.
A.Chr. 105. *Anno Chriſti* 105.

Daci ſubiguntur a Traiano.

QVia durabili præſidio Romanorum bella adminiſtrabantur, ideo quantumuis robur exterarum gentium ſeſe eis pro tempore obiiciebat, omnes tamen aut vi, aut mora, extrahendo tempus conflictus, debiliores reddebant. Sic bellum Diorpaneicum, cum ſedecim annis duraſſet, ad extremum tandem Rege extincto debilitari cœpit, & paulo poſt ab Imperatore *Traiano* finitum eſt. Occaſio renouati belli erat memoria recens interfectorum Ducum cum exercitibus ſub *Domitio*, & quod recens *Iazigas Metanaſtas Diurpaneus* vi & ferro, vt deſertores communis belli & communis periculi hoſtiliter perſequebatur. Manebant *Iazyges* in vicinia Dacum, Tibiscum verſus. Itaque Romani vſitato eis prætextu defendendi vicinos, (præſertim qui oppreſſi eſſe videbantur) aduerſus vim potentioris regis expediunt arma. Potitus victoria A.M. 4065. A.Chr. 105.
A *Traianus* ob perennem memoriam rei bene geſtæ triginta columnas, vt eſſent veluti termini & gades imperii, in Iſtrum iniecit. Expulit & magna ex parte veteres colonos ex Dacia, illectusque ſoli fertilitate veteranis ſuis eam attribuit, hoc nimirum conſilio, vt eſſent velut antemurale & propugnaculum contra vlteriores Sarmatas. Vtque celerius & magis expedite a legionibus, quæ ad tutandos fines Myſiæ erant, iuuarentur, & ipſi vicisſim re ita exigente legiones illas iuuare poſſent, pontem admirando opere & impenſis magnis per Iſtri vaſtam amplitudinem excitat, non procul a *Nicopoli*, vbi quondam *Paulus* Apoſtolatu fungebatur, vbi etiam poſtea copiæ Chriſtianorum quas contra Turcam *Sigismundus* Cæ-
B ſar ante centum annos eduxerat, a Turcis oppreſſæ ſunt. Per eam occaſionem proditum eſt memoriæ ab hiſtoricis, quod Valachi initium ſui dominatus in illis oris iecerunt. Sed quia Valachorum obiter mentionem feci, non abs re fuerit, ſi luculentius de eorum origine, quid ſentiendum ſit, ex monumentis veterum retulerimus.

De Dacorum & Valachorum vera origine.

Narrat *Eutropius* lib. 8. quod profligatis *Dacorum* copiis *Traianus* Imperator illam regionem in formam prouinciæ redegerit, Romanoque Imperio adiecerit, ſiue vbertate ſoli illectus, ſiue eo propoſito, vt haberet vnde militibus ſtipendia merita compenſaret. Quod autem ipſi *Valachi* iactant ſe ortos a *Flacco* quodam Romanorum principe, non omnino
C hallucinantur, habentque quendam eius rei prætextum. Poeta enim *Ouidius* in ſuo carmine facit mentionem eius rei, vt ſupra quoque commemoratum eſt. Sed *Flaccus* hic *Auguſti* temporibus adhuc in Myſia inferiore in vlteriore ripa Iſtri militabat, nec ſeſe Romani adhuc in eam regionem citeriorem inſinuare poterant. Vera ergo ſunt hæc, quæ ex *Eutropio* adferuntur. Sed conſilium Imperatoris, occupandi alteram ripæ partem, poterat ad acquirendam laudem ipſimet prodeſſe, ſed Romanis valde triſte & exitiale fuit. Traiecto enim Iſtro, illa finium turbatio & pontis extructio ſeminarium fuit poſtea illorum diuturnorum bellorum Gotthicorum.
D Nam ob illam temerariam & imperioſam Romanorum audaciam omnes hæ gentes ita exaſperatæ ſunt, vt totus tunc contra eos ſeptemtrio tonare videretur. Facta enim conſpiratione & confœderatione inter ſeſe, toto animo contra eos ferebantur. Huius coniurationis Poeta etiam meminit: *Et coniuratos detexit vertice Dacos* &c. Sed narrata occaſione rei, ad propoſitum redeamus. Agente *Getica Valachos* primam originem ducere, præter documenta alia illud argumento eſt, quod vigorem animi ad eam

vſque

A.M.4065. A.Chr.105.

vſque diem eundem retinent, & bellis appri-me delectantur, ita vt eodem epitheto Marticolas cum poeta eos merito vocare poſſimus: aſpectum trucem præ ſe ferunt, & in fronte hyrcum militarem gerunt. Lingua eis cum Getis quondam communis fuit. Nam *Strabo* teſtatur, ſuo tempore vtroſque & Getas & Dacos vnius linguæ fuiſſe. Quod autem veſtigia linguæ italicæ inter eos ſparſa ſunt, exiſtimatur ab illis legionibus Italicis factum eſſe. Sed tamen Sarmaticæ linguæ vſus apud eos quoque hactenus ita perfamiliaris fuit, vt etiam regulum ſuum *Vaiuodam* lingua noſtra vocare non deſierint. Quin & ipſum nomen, quo gens vocatur, a noſtris hominibus eſt eis impoſitum. Nam cum noſtræ linguæ homines eos *Valachos*, hoc eſt a Valachis vel Italis oriundos cœperunt appellare, mox vicinæ quoque gentes noſtro exemplo, id eſt Germani, Lithwani, ac demum & ipſi Itali, ſimiliter aſſueue-B runt eoſdem cognominare. Sed & in Græcis hiſtoriis *Blachos*, *W* litera in *B* mutata eoſdem vocari reperimus. Hi *Multani* etiam ſubinde vocantur, vocabulo ad illos ſaltem detorto, qui ſuperiorem Daciam inhabitant. Sunt tamen alii, quibus inferiorem prouinciam potius ita appellare placet. Puto autem *Multanos* a multitudine gentium, quæ eo confluxerant, temporibus Romanorum, & varietate confuſioneque linguarum ſic appellari. Oſtenſum enim eſt, præter antiquos Getas & Dacos etiam Græcos & Italos & Slauos iſthic habitaſſe. Et *Ptolomæus* Ciſtobocas & alias pleraſque prouincias Daciæ a Sarmatis vlterioribus inhabitatas fuiſſe affirmat. Quin & ad Tyram populi Sarmatogetæ ab eodem ponuntur. Temporibus autem *Honorii* & *Ar-*C*cadii* Gotthos iam poſt illam expeditionem Italicam hanc regionem recuperaſſe, autor eſt *Iornandes* & *Procopius*. Ab hac igitur multitudine gentium *Multanos* vocatos eſſe, ſicuti *Sylleſiam*, eandem ob cauſam nomen ſuum ſortitam res ipſa indicat. Mores gentis ſunt magna ex parte ad aſtutiam inclinati. Ideo principes finitimi, etiamſi deierauerint millies, non admodum eorum pactis fidunt. Sed & *Cornelius Tacitus* aliquid ſimile vetuſtatem de eis ſenſiſſe prædicat: D *Nota*, inquit, *Dacorum gens, nunquam fida, tunc ſine metu abducto ex Myſia exercitu* &c. In hiſtoria Latina prima eorum fit mentio ab anno 1330. In Græca autem a temporibus *Iſaaci Angeli*. Fuit *Wnaſka* dux belli ſtrenuus ex hac gente tempore *Honorii*. Fuit & *Ætius* ille popularis Valachorum, non diſpar huic, qui medius ſteterat cum ſuis copiis in illa grauiſſima pugna triduana, Vandalorum inquam, Hunnorum & Gotthorum ad Toloſam.

Blachi.

Multani vnde dicti.

Tyragitæ Sarmatæ.

Mores Valachorum.

Forma pontis in Danubio.

Formam pontis illius admirandi a *Traiano* in Danubio extructi *Dion* deſcribit in *Traiano* ad eum modum: Eius pontis pilæ ſunt 20. ex lapide quadrato, ſingulæ A abſque fundamentis, altitudine pedum 150. latitudine 60. Diſtant inter ſe interuallo 180. pedum, ſuntque cum fornicibus coniunctæ, cuius operis ſumptus licet ſit incredibilis, tamen plus admirationis habet, quod hæc in fluuio gurgitibus pleno, limoſoque alueo facta ſunt, quodque fluxus eius fluminis alio auerti non potuit. Neque vero latitudo ipſius idcirco a me dicta eſt, quod permagna ſit: nonnunquam enim duplo triploque magis inundat, ſed quod tanta ſit in eo loco anguſtiſſimo, quo tamen nullus erat ad pontes faciendos accommodatior. Quo in loco, quanto magis flumen ex lato anguſtum fluit, rurſumque ex anguſto fit latius, tanto rapidius B fertur, altiusque eſt, vt id pontis faciendi difficultatem augeat maxime. Ex quo *Traiani* magnitudo animi intelligi facile poteſt.

De *Buriis* Sarmatis, qui tunc commilitabant, *Dion* ibidem. Poſtquam *Traianus* in Dacos exercitum duxit, nec longe abfuit ab iiſdem locis, in quibus Burii hoſtes caſtra poſuerunt, fungus ingens ad eum allatus, in quo ſcriptum erat latinis literis: *Burros* ſociosque omnes a Traiano petere, vt pace facta domum reuerteretur. Sed *Traianus* nihilominus conflixit &c. De *Buriis* ſupra dixi. Erant ii populi ad ripam Iſtulæ, fere eo locorum, vbi nunc *Varka* aut *Varſſauia*. Vide *Ptolomæum*. Circa eadem tempora Gotthi noſtri ſeu *Viſogotthi* Germanorum fines attrectant: ſed a Du-C cibus Germanis *Richimero* Francorum & *Ermanaricho* Turnigiorum reprimuntur. Germania enim toties a Gotthis vaſtata, vi confœderationis illius excita, intenta erat ad infringendos conatus Gotthorum. In decurſu etiam eorundem temporum referunt hiſtorici *Sauromatas* a *Traiano* Imperatore fuiſſe in fidem acceptos, quod de Aſiaticis Sarmatis intelligendum puto. Nam hæc ſub tempus expeditionis illius acta prædicantur, quando *Traianus* in orientem profectus erat cum exercitu, D quo tempore magnum diſcrimen vitæ adierat. Tempeſtate enim illius terræ motu, qui Antiochiæ acciderat, parum aberat quin obrueretur, niſi ſe confeſtim inde proripuiſſet. Iam quod *Danos* a *Dacibus* iſtis ſiue Valachis quidam deducunt, non videtur vero conſentaneũ eſſe. Plinius enim iam ſuo tempore inſulam illam, vbi nunc eſt regnum Daniæ vocat *Dunos*. Ideo proprie Poloni eos non Dacas, ſed *Dunos* vel *Dunczikí* vocant. In qua ſententia eſt etiam *Melius Ptolomæi* interpres, qui magis proprie vocandos cenſet Danos quam Dacas. Hos alii *Multanos* vocant, quod ex multis generibus hominum con-

A.M.4065. A.Chr.105.

Sociale bellum.

Burii qui.

Gotthi Germaniam vaſtant.

Terræ motus Antiochiæ.

Dani non a Dacis ducant originem.

A.M. 4065. A.Chr. 105.

Multanorum Myſiorum, & Sylleſiorum nomen.

conflati erant, quo etiam *Myſiorum* nomen od zmieſzánia ieżyká reſpicere videtur. Illa enim conſuſio gentium conſtare videtur ex aduenis & indigenis, hoc eſt, potiſſimum ex Roxolanis Romaniſque, ſicut & *Sylleſiorum* voce quaſi conuenarum globum quendam inſtar Euripi tumultuaorium vocatum putant, licet alii Sylleſiorum nomen Slauonum nomen reſpicere, cum eoque cohærere putent.

Capvt VII.

Poſt tempora Traiani, regnante Adriano Imperatore.

Anno ab orbe condito 4080.
Anno Chriſti 118.

A.M. 4080. A.Chr. 118.

Traianus pontem erigit, Adrianus pontem diruit. Iuſtinianus reſtaurat eundem.

ADrianus *Traiano* ſucceſſit; qui quanquam optime conſultum nomini ſui conſobrini & patroni voluit, cuius ope ad decus imperii peruenerat, tamen cum animaduerteret eius conſiliis non reſpondere effectum, quin potius contrarium accidere, itaque pontis illius per Danubium machinam ſuperbe & multo ſumptu extructam deiicit. Nam cum hæc eo fine excitata & excogitata eſſent, vt magis expedite harum gentium incurſiones a Myſia arceri poſſent, contrarium accidit. Inſtrato enim ponte & via patefacta, quoties libuit, ſilenti agmine & aperta vi infundebant ſe & adoriebantur ditiones Romanorum prædaſque liberius agebant, oblata & tranſcendendi flumen & redeundi tam commoda occaſione. Ita non raro accidit mortalibus, vt quæ putant ipſis prodeſſe, ſæpe obeſſe ſoleant. Pontem igitur illum primus *Traianus* extrui curauit, hunc poſt eum *Adrianus* diruit & deiecit. Rurſus eundem *Iuſtinianus* nouis ad hoc inſtitutum cauſis eum impellentibus inſtaurari curauit. Et hoc anno quo Sereniſſimus rex Poloniæ in Moſchouia abfuit, fama fuit ſparſa, Turcam velle omnino exemplo ſuperiorum Imperatorum denuo eundem excitare.

Occaſionem pontis illius a *Traiano* fabrefacti deſcribit *Dion* hiſtoricus inquiens, quod *Traianus* pontem hunc fecerat, metuens ne Danubio conglaciato frigoribus, Romanis qui trans flumen eſſent bellum inferrent; quod ſi eueniret, vt poſſet per eum copias facile traducere. *Adrianus* contra metuens, ne Sarmatæ oppreſſis cuſtodibus pontis in Myſiam facile tranſirent, ſuperiores partes eius diſturbare iuſſit, ita vt pilæ eius tantum oſtentationis cauſa ſupra vndas eminerent, conſtaretque nihil tale reperiri, quod humano ingenio & inſano ſumptu effici non poſſit. Meminit *Oroſius* belli Sarmatici cum Imperatore *Adriano* lib. 7. cap. 13. Ante *Traianum* etiam pontem extructum fuiſſe legimus a *Domitiano*, ſed ille fuit ligneus, nauibus contextis innitens, vt ſupra etiam meminimus. Ante *Domitianum Darius* etiam in eodem Iſtro ad

Ante Traianum idem pons erat ligneus.

Staniſl. Sarnicii Annal. Pol. Liber III.

A.M. 4080. A.Chr. 118.

Zeugma Ieron pontem erexerat, *Strabo* lib. 7. *Cazimirus Magnus* rex Poloniæ longe poſt, ibidem *Seuerinum* oppidum locauit, vt eſſet arx belli. *Cromerus* lib. 13. Vbi *Iouius* quoque hunc pontis locum fuiſſe affirmat.

Capvt VIII.

De finibus vetuſtis & limitibus Sarmatiæ Europeæ tractatio iucunda & vtilis.

QVia hic ſæpius incidit ſermo de limitibus, quibus Sarmatiæ a regionibus Imperii Romani diſtinguebantur: Præterea quia *Ptolomeus* Mathematicus iisdem temporibus floruit, qui præ aliis, luculentius de Sarmatiis earumque ſitu & finibus memoriæ prodidit, non potui ſicco pede tranſire hanc rem, B præſertim cum ea tractatio non modo ſeruiat delectationi, ſed etiam vtilis ſit, & digna auribus Principis & cuiuſuis nobilis Poloni. Eſt præterea res iucunda homini liberaliter educato, noſſe in qua regione patria ſit ipſius ſita, in qua enutritus & educatus ad ſocietatem humanam, cui etiam hoc nomine vitam & fortunas ſuas debeat. Audiuimus autem iam aliquoties quo modo *Moſes* diuinus, cum eſſet eruditus in omni genere ſcientiarum Ægyptiacarum, trium filiorum *Noë* legiones exacte ac propemodum Geographice diſtinxerit ac diſlimitauerit, vt putares eum regendorum finium perfectiſſimum Magiſtrum fuiſſe. Nam & conſuetudinem mathematicorum & phraſes ſequitur. Sicut enim *Ptolo-* C *mæo* eſt conſuetudo, latera regionum primum deſcribere, ita & Prophetæ, ductorem ſuum *Moſen* ſecuti, laterum aquilonis, in quibus *Moſoch* regnauit & alii ſeptemtrionales principes, ſæpius meminere. Exiſtimo igitur principia artis Geographicæ ab illis ſanctis patribus profecta fuiſſe, ex quibus artem poſtea integram coagmentarunt inſignes artifices. Babylonica ergo hiſtoria, deſcribendo fines Sarmatiæ Europææ, affirmat hos populos illo tempore vetuſtiſſimo regnaſſe a Tanai vſque ad ipſum Rhenum. Nec mirum videri debet, quod *Beroſus* tam late diduxerit fines Sarmatiæ. Credibile eſt enim etiam illo tempore vſitatum fuiſſe, Sar- D matarum nomine vocari omnes gentes, quæcunque lingua Slauonica vtebantur, puta: Polonos, Roxolanos, Getas, Vandalos, & Moſchos, & alios populos, apud quos hactenus in vſu eſt lingua Slauonica, qui illa loca inhabitarunt. Sicut autem Babyloniorum regum temporibus, ita quoque & *Alexandro Magno* regnante tam longe & late Sarmatas regnaſſe, tenuiſſeque vtramque ripam Iſtri probari poteſt. Quod ex tranſactione *Alexandri* cum Getis, & diplomate conceſſo, cuius non ita pridem libro ſecundo

Principia geographica a patribus accepta.

Beroſus lib. 4. & 5.

Temporibus Alexandri Magni diſlimitatio Sarmatia.

Mmm men-

A.M. 4080.
A.Chr. 118.

mentionem fecimus, cuiuis probatum eſſe poteſt. Præterea locus ad Tanaim, vbi olim fuiſſe aras *Alexandri* ſcriptores tradunt, indicat fines Sarmatiarum eoſdem fuiſſe temporibus A Græcorum Monarchiæ, ita vt videatur iſta res non modo ſcriptorum nudis verbis [illegible]rata, ſed etiam ſignis incurrentibus in oculos veluti gadibus, quos ſcopulos vocant, confirmata, id quod facere ſolent ii, quibus facultas regendi fines inter vicinos a ſuprema poteſtate creditur. Hæc acta ſunt ante bis mille annos.

Lyſimacho regnante.

Sic poſt *Alexandrum Lyſimachus* princeps & ſucceſſor *Alexandri*, id quod ſummus Monarcha in orbe ſemel ſtatuerat, ratum fecit & confirmauit. Quod ex ſecunda eius tranſactione liquet, quam cum *Dromichete* rege Getico peregerat. De qua re lib. 2. abunde a nobis commemoratum eſt, cum tempora eiuſdem *Lyſimachi* perſequeremur.

Darius.

Sic *Darius* rex Perſarum, poſt *Cyrum* ſecundæ Monarchiæ conditor, non legitur fines Sarmatici regni aliquando reſcidiſſe. Habuit autem eius rei occaſionem admodum opportunam in reditu ex Septemtrione, illo nimirum tempore cum ad *Amintam* regem Macedoniæ cum duriore nuncio miſiſſet. Ecce iam oſtendimus conſenſum, qui fuit trium monarchiarum temporibus, oſtendemus quoque Romanorum, qui eadem, quæ ſuperiores de finibus Sarmatarum ſanxerant, rata habuerunt, ſuoque calculo comprobarunt.

Quarta monarchiæ aſſenſus.

Suetonius in vita Augusti. Florus lib. 4. cap. 12.

Scribunt enim hiſtorici *Auguſtum*, cum in Hiſpania illis periculoſis temporibus degeret, cum legatis Sarmatarum Getarumque pacem ſanxiſſe, fœduſque percuſſiſſe iis conditionibus, ne ripas Iſtri tranſcenderent. Ideo ad Lucullum ſcribit, vt aduerſus Sarmatas ripam tantum Iſtri tueretur. Et de *Flacco OVIDIVS* inquit: *Hoc duce, ripa tuta fuit Iſtri.* Et oſtenſum eſt ex eodem Poeta *Ouidio*, quod ſuo tempore mare illud, qua ſe Iſter Ponto miſcet, mare Sarmaticum vocabatur, ex quo irrefragabiliter concluditur, fines Sarmaticos eatenus extendi, quatanus mare Sarmaticum diffunditur. Imo & *Plinius* expreſſe fatetur Caloſtomum, id eſt tertium oſtium Iſtri Sarmatas inhabitaſſe. Hæc dicta ſint de limitibus Sarmaticis orientem verſus. Quod vero attinet ad occideotales limites, de iis ſcribit *Suetonius* ſic:

Occidentalis limes.

Germanos vltra Albim ſummouit, ex quibus D *Suenos & Sicambros dedentes ſe, in Gallias traduxit, atque proximis Rheno agris collocauit.* Quæ verba *Suetonii Beroaldus* & *Antonius Sabellicus* exponens, inquit: *Albis fluuius eſt, qui in duo ſpacia Germaniam diſterminat, vt autor eſt primo Geographiæ Strabo, qui in ſeptimo tradit Romanos non tranſcendiſſe fluuium Albim* &c.

Romani Albim non tranſierunt.

Quod autem narrat eum *Suenos* tranſtuliſſe in Gallias & ad Rheni fluenta, forſan ideo fecit, quod eos male tutos fore à noſtris gentibus præuidebat, qui fines ſuos ad ripam Albis fluminis extendebant. Itaque *Suenos* tanquam alieni fundi dominos inde tranſtulit, ne deinceps materiam belli Sarmatis aliquam relinqueret.

Traiani tempus.

Sic *Traiani* columnarum aut pilarum in profluentem Iſtri iniectio, pontiſque erectio quid aliud ſibi vult obſecro, niſi quod huiuſmodi ſignis Imperatores eoſdem fines in omne æuum ſancire voluerunt. Et quamuis poſtea laceſſitus prætergreſſus ſit hos limites, colonias in Daciam transmittendo, tamen Gothici populi breui ſua recuperarunt. At *Adrianus* ſucceſſor *Traiani* illum ipſum pontem tanquam materiam omnium malorum deiecit, reipſa innuens ſe velle veteribus finibus Iſtri contentum eſſe. Iam ordo & ſeries temporum nos monet, vt *Ptolomæi* quoque teſtimonio ea quæ diximus probemus.

Ptolomæus lib. 3.

Scribit vero is Sarmatiam B Europæam a ſeptemtrione Oceano terminari, ab occaſu parte Germaniæ, a meridie Iazigibus Metanaſtis. Ac quemadmodum *Ouidius* Ponti Euxini illam oram, qua ſeſe Iſtula & Boryſthenes exonerant, Sarmaticum mare vocat, ita *Ptolomæus* Oceanum qua Iſtula & Albis mari miſcetur eodem cognomine, id eſt, Sarmaticum appellauit. Quod ſi iſtis lateribus duobus veluti parietibus addideris Carpati montes, quos etiam multoties Sarmaticos montes idem ſcriptor ex autoritate & conſenſu antiquitatis vocat, non erit difficile quæ Sarmatia antiquis erat, eiuſque fines concipere.

Temeſior geographicum.

Quicquid enim gentium reperitur intra duo maria iſta Sarmatica, id eſt, Pontum Euxinum ab oriente, & Oceanum ad I- C ſtulam ab occidente, monteſque Sarmaticos circum a meridie, id totum Sarmatiam appellari nemini dubium eſſe debet. *Ptolomæus* ergo ſi iuxta *Ioachimi Vadiani* ſententiam exponatur, pro nobis facit. Verba *Ptolomæi* ſunt: *Ab occaſu vero terminatur Viſtula fluuio & parte, quæ eſt inter caput ipſius & Sarmaticorum montium, linea & montibus ipſis quorum ſitus dictus eſt.* Quæ verba *Vadianus* ſcribens in *Pomponium Melam* ſic exponit: *Ideo Ptolomæus addit, non Iſtula tantum, ſed & montibus qui in Iazyges imminent, & Germania parte terminatur.* Sed de *Ptolomæo* eiuſque ſententia quid ſentiendum ſit, mox accuratius dicemus.

Solinus & *Mela Pomponius* Sarmatarum fines non denotat, ſed tamen dum Germaniæ veteris limites deſcribit, facile patet qui Sarmatiæ fines tum fuerint. Porro de Germania ſic tradit: Germania extenditur inter Hercynium ſaltum, & rupes Sarmatarum, vbi incipit, Danubio, vbi deſinit, Rheno, perfunditur. Ergo iuxta *Solinum* initium veteris Germaniæ a capite Danubii incipit, & extenditur, qua Rhenus lambit mediterranea totius Germaniæ. Vbi ergo alas ſuas nunc Germani ex-

A.M 4080. A.Chr. 118.

extenderunt, ab illa parte Gallia erat, ab hac vero Boemia, verſus Sarmatiam.

Ad *Ptolomai* deſcriptiooem & *Solini*, addatur etiam illa *Iornandis*, qui *Iuſtiniani* temporibus ſtatim ſub Lechi tempora vixit. Nam & is non diſſimilia de finibus Vandaliæ memoriæ prodidit: *Vandali*, inquit, *ab oriente Gotthos, ab occidente Marcomanos, à ſeptemtrione Hermoduros, à meridie Iſtrum habent.* Io quibus verbis tria debent obſervari: Primo quod *Gotthos, Burios, Quados,* & *Oſſos* in *Vandalis* reponit. Nam ſi cum Marcomanis vſque ab occidente fines habuerunt Sarmatici Vandali, Gotthini autem, Oſſi, Burii, terga Marcomanorum iuxta *Cornelium Tacitum* claudunt Iſtulam verſus, tunc neceſſario in Vandalorum partem non Germanorum tranſeunt. Secundo notandum, quod hic a poſſeſſione ripæ Iſtri Vandalos non remouet ſuo æno. Tertio quod confines eis Hermunduros facit. Et notum eſt etiam atteſtante autora ſupplementi *Carionis*, Hermunduros habitaſſe in aditu montinm Sudeti, quos Vandalicos montes *Dion* vocat. Ergo apparet vtrumque, *Dionem* inquam & *Iornandem*, conſentire in eo quod Vindæ ſeu Vandali iam illo tempore ad Albim ſedes ſuas habuerunt, a quibus certe *Sorabi* non poſſunt disiungi, vt etiam mox ex *Caroli Magni* hiſtoria eadem res clarius illuſtrabitur. Affirmant autem noſtri hiſtorici, *Dlugoſſus*, inquam, *Miechouienſis*, *M. Cromerus*, & luculenter declarant, *Caroli Magni* temporibus, quo etiam *Leſcus* tertius apud Polonos regnauit, fines noſtrarum gentium vſque ad Albim & vltra Albim prolatos fuiſſe. Quorum narrationem etiam autor ipſe ſupplementi *Carionis*, homo alioquin Germanus, & hiſtorica profeſſione nemini ſecundus, ſuo calculo comprobat: Cuius verba hæc ſunt: *Terminarunt ergo Germaniam, verſus ortum & gentem Henetam Caroli Magni temporibus, Albis fluuius & montes Boëmici.* Sic & autor ſupplementi eiusdem *Carionis* Marcomanos dictos eſſa affirmat, quod Germaniam a Sarmatia olim diſterminabant. *Mark* enim fines ſignificari dicit lingua Germanica. Et *Buguntas*, quos ad Albim ponit *Ptolomaus*, indicat eſſe colonias Burgundionum, quos inter Sarmatas collocat, ſicuti & nunc incolæ illorum locorum ſunt ſtirpis Polonicæ. Sed verſus occaſum non reperio &c. Sed & ipſius *Theodoſii* temporibus (quod iam multo ante fuit) fatetur Saxonicos & Turingicos exercitus collocatos fuiſſa in illis partibus ad tuendos limites contra Sarmaticos &c. Hæc temporanea defenſio finium in ordinariam abiit. Nam poſtea temporibus *Carolorum*, *Otthonum* conſtituti ſunt Marchionatus, hoc nimirum conſilio & ad eum finem, vt eſſent ſemper parati ad tutandos & defendendos illos limites, non expectato illo comitiorum publico ſenatus conſulto, quod & expoſitio

Conſenſus Iornandis & Dionis Hiſtorici & neotericorum.

Lib. 4. à principio.

Bugunta Burgundiones ſunt.

A ipſa nominis eorum indicat: *Marchiones* enim quaſi limitanei cuſtodes dicuntur. Nam ſicut Marchionis Antuerpienſis officium erat fines aduerſus Gallos, ita Tyrolenſis aduerſus Slauos, Auſtriaci aduerſus Pannonas, Duringici aduerſus Danos, Saxonici vero & Miſnici aduerſus Sarmatas defendere. Vel igitur ex hac ſola Marchiooatuum ordinatione, officioque eorum qui hunc magiſtratum gerunt, ac ex ipſa vi nominis liquet, qui fines olim fuerint Germaniæ, & qui Polonorum. Nam ſi Germania vlterius ad ſeptemtrionem protenderetur, vtique iſti marchionatus nequaquam ad Albim &

B Salam, ſed ad Viadrum & Viſtulam conſtituti fuiſſent, ſicuti poſtea fatiſcentibus viribus Polonorum ob direptum & diuiſum regnum per principes Regiæ ſobolis, Brandeburgenſis inſtituta eſt vltimo noua Marchia. Quod ſi autem aliquibus adhuc iſta, quæ attulimus non ſatisfaciunt, ſaltem conſiderent ſcripta eorum, qui etiam tempora conſignarunt, quando & a quibus illæ Slauonicæ prouinciæ Poloniæ detractæ ſunt. De *Luſacia* enim vtraque chronicon Germanicum ſic annotat: *Sub Henricho*, inquit, *Boemia Luſacia acceſſione vtriusque aucta in fidem & clientelam contulit ſe Caſaris.* Et mox: *Hac & per quos res cauſam dedit, vt principes Syllesia orti à Ladislao, vt dixi, dolore repulſa & contemptus ſui, à Polonis diſcederent.* Et poſtea:

C *Mox ſeſe duces Sylleſiorum ex certa & tuta libertate in ſeruitutem coniecerunt, priore duriori conditione infeliciter mutata. Inuitati enim & conuerſi his diſſidiorum domeſticorum occaſionibus, ad concupitam iamdudum & tentatam ſape Sylleſiam Boemici reges*, Ioanoes *patre* Henrico VII. *Imperatore natus, vir aſtutus, &* Carolus *filius, auctis inter diſſidentes principes odiis, non magno negocio perfecerunt, vt aliqui ſponte, aliqui expugnati minis vel pretio, plurimi blandis capti pollicitationibus, libere colla obuio iugo ſubdiderint. Hoc inteſtinarum diſcordia-*

D *rum motu redacta ſub iugum Sylleſia, paruit deinceps regibus Boemia.* Et paulo poſt: *Hoc nuptiarum fœdus*, hoc eſt *Iagellonis* & *Heduigis* reginæ Polonorum, *inter vtramque gentem Polonicam & Lithwanicam bella diremit, & Polonia adaucta acceſſione Lithwania ac finitima Ruſſia, iacturam auulſa Sylleſia compenſauit.* Eadem ſcripſit *Dlugoſſus* Polonus, & *Martinus Cromerus* de occaſione ademptæ Sylleſiæ, Luſatiæ, Pomeraniæ & aliarum prouinciarum Albim verſus, a regno Poloniæ. Sed malui non meæ gentis hominis teſtimonium adducere, ne de re per ſe manifeſta poſtea quis-

A diſtinctione Marchionatuum argumentum.

Luſacia & Sylleſia quãdo auulſa à Polonia & per quos ante 200. annos.

Vltimi & poſtremi Suidnicienſes à Polonis auelluntur, Cromerus autor.

A.M. 4080. A.Chr. 118.

quiſquam ambigat. Ad eandem rem facit teſtimoniom illud cuiusdam hiſtorici recentis: *Huius rei*, inquit ille, *non modo ſcripta hiſtoricorum, ſed etiam vrbium populorumque nomina & cognomina nobis argumento eſſe poſſunt. Sunt ibi populi qui adhuc noſtra lingua vtuntur, Luſacii, Vindæ, Sorabi, cum quibus contigit mihi lingua noſtra ſæpius loqui. Et cum aſſiderem menſa, hoſpita dixit ad puellam:* Golyca nahulay banku pyva, *id eſt, famula adfer amphoram cereuiſiæ. Sic & vrbes ſuis nominibus teſtantur, cuius nunc ſunt & cuius ditionis antea fuere*, Zgorzelecia, Miedziborum, Wiſmaria *a* Lecho *ipſo condita*, Loria *& ipſa* Lubeka, *quæ adhuc ab incolis illius regionis, qui ſunt noſtra linguæ* Bukouecia *dicta. Ampliſſimum emporium illud eſt, quod nobilitate fama & opibus cum Gedanenſium portu certare videtur. Has diuiſerat* Leſcus *ſecundus inter filios ſuos, & quid cuique filiorum ceſſerat, non eſt mei inſtituti nunc commemorare, cum autores nominati toties ante me id fecerint, & ex profeſſo hoc argumentum tractarint.*

Contributio quæ vocatur numus ſancti Petri.

Commemoratur etiam hic de contributione Lebuſenſis epiſcopatus, qoam voçant numum ſancti Petri. Hic numus hacteous in ærarium cleri Poluniæ confertur, vt inde veteri more anre defectiooem illarum prouinciarum nomioe huius regni Pontifici Romam mitteretur. Quo argumento *M. Cromerus* epiſcopus Varmienſis probat illas prouincias fuiſſe ditionis Pulonorom. Nam eundem epiſcopatom a *Boleslao* fundatum poſtea *Cazimirus* Vratislauiam tranſtulerat. Quæ demum acta ſunt temporibus *Caroli Magni* & paolo poſt in negocio finium, quibus Germaoia & Sarmatia diſtinguntur, expoſuimus.

Chobri regis temporibus.

Sed & temporibus *Chobri* regis Poloniæ, quo *Otho tertius* Germaniæ imperio præfuit, vt hæc ipſa altercatio de finibus ſemel tolleretur, & ioter reges inuicem amantiſſimos, *Othonem*, inquam & *Boleslaum* eius nominis *Chobri*, amicitiæ fœdus Gneſnæ in illo celebri regum conuentu ictum, floreret & magis ac magis augeretur, eosdem fines, qui ſæpiua materiam diſſidiorum præbebant, renouare decreuit *Boleslaus* & perfecit.

Limites & columnæ Boleslai temporibus.

Namque ſicut antea orientem verſus columnas ſerreas, & tubos perpetuo ſub aquis reſonantes, vt Ruſſi tradont, in confluentem Boryſthenis & Zulæ inlecerat, vt dirimeretur Sarmatiam a barbarorum prouinciis, ſic etiam io ripa Salæ poſt celebrem victoriam, vt diſtermioareor eandem Sarmatiam a Germania, ſimili coofilio immiſerat alias tres ſtatuas. Sed & ioter populos ſeptemtrionales & fines Poloniæ, vt extaret monimentum limitum perpetoorum, idem præſtare nequaquam neglexit. Similiter enim magno prælio profligatis Pruſſis iniecerat alias ferreas columnas in Oſſam flumen mille paſſus ab oppido *Rogoſno*, qui locus ab accolis illius territorii hactenus monſtratur. Quod attinet ad meridiAem, nihil tale factum legimus. Nam Carpatus moos Sarmaticus ſua altitudine arduus & conſpicuus a longe fulget, & vix non ad prætereuntes clamando fatetur ſe eſſe terminum, qui cuſtodiat & perpetuo tueatur territoria & limitea Sarmatiarum. Hoc ergo *Boleslai* iſtius memorabile factum, ſi quis conferat cum aris illis *Alexandri Magni* & *Iulii Cæſaris*, & conſilium veterum illorum Heroum perpendat, qua ratione illi ſuas prouiocias a Sarmatarum regiooibus diſlimirare voluerint, omnino perpuſillam differentiam inter illos antiquiores limites & iſtos poſteriores reperiet. Acciſos tamen Sarmaticos aliquomodo & ab orieote, res ipſa fatetur. Vt vt tamen ſe res habet, hoc fundameotom vniuerſæ rei nemo B conuellere poteſt, Sarmatiam Europæam eſſe & vocari debere quicquid ad Sarmaticos montes eſt & duo Sarmatica maria, nimirum Pontum Euxinum, & Oceaoum Sarmaticum, quem contiguum eſſe Oceano Germanico nemini dubium eſt. Vbi ſuot ergo nonc illi maritimarum vrbium incolæ, qui ſubinde muſſitare ſolent & ioter gregales ſuos ſpargere, regem Polonorum non habere dominium maris, niſi quoad equus adaquandus mergi non poteſt? Sed iam receptui canamus! Hos ergo fines & pacem inter vicioa regna, Germaniæ inquam, & Polooiæ, vt Deus Opt. Max. ſempiterois temporibus magis ac magis conſeruet precandum eſt. Nam quanta commo-C da prodeant generi humaoo ex concordia & pace iſtorum duorum regnorum, nemo eſt qoi non videt.

CAPVT IX.

Chorographia Ptolomaica.

Triplices gentes.

QVatuor latera primo ſeu limites Sarmatiæ Prolomaicæ, explicantur ab hoc autore, deinde inſigniorum locorum mediterraneorom cognomina recitantur: gentes videlicet, quarum triplicem gradom facit, maiores nimirum, mioores, & mediocres: ſic poſtea & mootes, ſyluas, ſolitudines, flomioa deſcribit.

Latus ſeptemtrionale.

LATERIS quidem SEPTEMTRIONALIS loca ſic conſignat Ptolomæus: *Oceanus Sar-D maticus, ſinus Venedicus, Chronos fluuius, vbi nunc Rrgius mons, Rubon flumen*, id eſt, Duina, vbi eſt Riga &c. *Et Iſtula.* Sic igitur Oceanum Sarmaticum primo collocat, quo multa particularia maria comprehenduntur, videlicet: Venedicum, Cimbricum. Vnde colligitur quod Sarmaticus Oceanus vltra Pomeraniam & Cimbricam Cherſoneſum vſque ad Viſmariam & ad oſtia Albis extenditur, vt eum quoque *D. Cromerus* ex ſententia antiquitatis terminat.

Latus meridianale.

LATERIS autem MERIDIONALIS angulum videtur in-

A.M. 4080.
A.Chr. 118.

Tatri montes.

Strumen oppidum.

incipere *Ptolomaus* ab oſtiis Tyræ fluminis, tandem flexionem facit ad ipſam aciem & angulum montium Sarmaticorum per Dacicos moutes, quos a Thraciæ montibus *Tatros* nominatos puto, donec emergit ad montem Carpati, a quo lineam mathematicam ducit vſque ad mare Sarmaticum. Quam lineam *D. Cromerus* ducendam putat a capite Iſtulæ, quam ex Sarmaticis ditionibus oriri nemo negare poteſt, vbi nunc eſt *Strumenum* oppidum, a ſcaturigine ex qua Iſtula proſilit, dictum. Nam lingua Polonica ſcaturigines riuorum *ſtrumen* vocare ſolemus. Hanc ergo Ptolomaicam lineam *D. Cromerus* incipiens a montibus Sarmaticis ducit per ſummitates fluminum Iſtulæ, Vartæ, Viadri vſque ad conterminium Oceani Sarmatici & Germanici. Alii vero non contemnendi autores dirigunt hanc lineam ab extremitate montium Sarmaticorum per ditiones antiquorum Gothorum, Oſſorum, Buriorum, qui iuxta *Cornelium Tacitum*, Marcomanorum Quadorumque terga claudunt, ſeptemtrionem Iſtulam verſus tendendo, & applicant ad iugum Boëmicorum montium hiulcum deſcendens, quos *Dion, Seueri* Imperatoris temporibus viuens, Vandalicos vocat. Dicit enim expreſſe Albim oriri ex Vandalicis montibus; alii eam poſſeſſionem Hermunduris tribuunt. At *Iulius Capitolinus* non modo Marcomanos ſed etiam Hermunduros vocat, quos *Dion* Vandalos vocare videtur. De Quadorum ſedibus lege *Ammianum Marcellinum*, non pœnitenda ibi reperies. Vt igitur hanc rem in pauca conferam: Hanc lineam Ptolomaicam eruditi ducunt a iugo Boëmicorum montium hiulco, deſcendente per loca metallica vſque ad Sarmaticos montes. Et nominant loca & oppida, vbi hodie metalliferæ vrbes ſunt Cremnicium, Semnicium, Sals vetus & noua. *Ptolomaus* loca illa vicina σιδηρωρυχεῖας vocat, quod ferrum nobile territoria illa tum ſuppeditabant: ſed nunc non modo ferraris, ſed etiam auraria, argentaria, æraria & plumbaria iſthic inueniuntur.

Linea Ptolomaana.

Cauſa belli ab Antonino ſuſcepti contra Sarmatas ad montes Carnutanos.

Et exiſtimo temporibus illius belli funeſti Romanorum, quod in iis locis cum Sarmatis & Quadis, Marcomaniſque duxerunt Duce *Antonino Pio*, cauſam præcipuam fuiſſe theſauros metallicos, quorum vena admodum diues illo tempore iſthic repetiebatur. Neque enim in tam remotas regiones legiones Romanorum ex ſtationibus ſuis progreſſæ eſſent, ſi de lana caprina actum fuiſſet. Sed quia de auro & argento res agebatur, quorum inexplebili cupiditate ardebant Romani, ideo tam remotum tamque periculoſum bellum ſuſcipere eos non piguit. Sed ad propoſitum reuertamur. Monuimus iam caute hic Ptolomæum legendum, nec per omnia eius topographica probanda. Nam, vt Daciam recenter ablatam Romanis ſuis vendicet, adiungit eam & confundit cum Myſia, recedendo a transactione illa *Auguſti* Imperatoris, videturque eam ad Tyram detrudere. At notum eſt ex *Ouidio*, quod *Tomos* vrbem & alias regiones illas Sarmatarum maior pars tenebat. Et *Plinius* oſtium Iſtri Caloſtomon dictum expreſſe dicit Sarmatas poſſediſſe. Quin & ipſi & Getæ & Daces Sarmaticæ gentes erant. De Iazygib. nullum eſt dubium. Nam & ii cum Iazygibus Sarmatis iidem erant, niſi quod montes Sarmaticos tranſcenderant & Danubii ripam citeriorem Tibiſcum fluuium verſus poſſederant. Ideo *Metanaſta* a *Ptolomao* vocantur. Niſi igitur *Ptolomaus*, *Traiano*, *Adriano* ſuis principibus complacere voluiſſet, proprie & legitime limitem meridionalem cum *Iorhande* ducere debuiſſet ad ripam Iſtri, & tandem montes Sarmaticos & Marcomanos & Quados verſus. *Cornelius Tacitus*, etſi etiam Romanis ſuis adblandiebatur, tamen non auſus fuit dicere, quod Iſtula Germaniam a Sarmatia dislimitet, ſed ſatis ei dixiſſe fuit, Germaniam a Dacia & Sarmatia ſeparari montibus Sarmaticis & mutuo metu. Ex quibus verbis liquet tum maximos & incredibiles motus fuiſſe excitatos inter iſtas gentes ob violatos limites, ad id extimulantibus Germanos Romanis, qui poſteaquam ademiſſent Germanis nobiliſſimas regiones, detrudebant eos ad ditiones Sarmatarum, qui ibidem habitabant, ad Iſtulam nempe, vbi & nunc habitant. Recte igitur *Münſterus* hæc verba *Cornelii* exponit: *Illo*, inquit, *tempore non lingua Germanos a Sarmatis diuiſit vt nunc, ſed mutuus metus, nam ac ſi in horas venturi eſſent, ita omnes timor occupabat.* Et certe ſi ſeptemtrionalem ripam Sarmatæ tenuiſſent, Germanos non ita metus diſtinuiſſet. Nam antequam fluenta Iſtulæ tranſirent, fama velox eos præmonuiſſet. Sed de iſtis rebus per occaſionem neceſſe erit reiterare ſermonem.

Qua in Ptolomao caute legenda ſunt.

Metanaſta Iazyges vnde dicti.

Magis probanda fides Cornelii Taciti quam Ptolomai.

Latus occidentale.

LATVS OCCIDENTALE. Etiam hic *Ptolomaus* caute legendus. Nam ſicuti deſcribendo latus meridionale Daciam Sarmatis detraxit, ita hic ſedem fere recentioris Sarmatiæ carpit. Nam quia illis temporibus in iis potiſſimum duobus locis maxima bella geſſerunt Romani cum gentibus noſtris, in anguſtum eas redigendo, vt mox apparebit ex deſcriptione belli Quadorum, Vandalorum cum *Antonino*, ideo fines Romanorum proferre nititur, ſpatia illa maxima Iſtulam verſus, Germaniam vocando. Magna ex parte enim tum Romani Germaniam inferiorem acciſam reddiderant. Itaque quantum eis ad Rhenum ademerant, tantum Iſtulam verſus ablata compenſando damnum præſtare voluerunt. Facile enim eſt, vt ille dicebat,

A.M. 4080. A.Chr. 118.

ex alieno largiri. Verum ſi quis terminos Sarmaticorum montium & Oceani Sarmatici inter ſeſe comparet, & a margine vnius ad marginem alterius lineam ducat, facile apparebit quam magna ſpacia regionum Sarmatiæ obuenient Viadrum verſus & nouam Marchiam. Non igitur probandi ſunt illi, qui ſub prætextu *Ptolomæi* deſcriptionis, alteram ripam Iſtula tenus, vbi eſt Cracouia, Germaniæ vendicant, ac de ripa identidem occinendo vltra iſtulam Sarmaticas gentes deturbant, Germanis vero Maiorem Poloniam imo & vmbilicum ipſum totius Poloniæ, vbi eſt Petricouia, attribuunt. Hoc prætextu Ptolomaicarum picturarum etiam noſtri hiſtorici, (dico de recentioribus quibuſdam) lapſi ſunt, affirmantes Germanos in Polonia habitaſſe ante tempora *Conſtantini Magni*. Ac poſſet ſane concedi, eos hic manſiſſe, vt inquilinos iure precario, non autem iure hæreditario. Notum eſt enim per ſe, quanto tempore & quam immania bella geſſerint Romani cum Germanis, itaque veteribus ſedibus exuentes eos neceſſe erat magnam vim hominum retrocedere, & opem hoſpitiumque a vicinis Sarmatis petere. Ita magis credibile apparet, Germanos in Sarmatarum ſedes tum ſucceſſiſſe, quam Sarmatas & Slauos in Germanorum, prout quidam noſtratium non veriti ſunt talia aſſerere. Alter error eſt tabularum Ptolomaicarum, quod gentes Sarmaticas collocat ad ripam ſeptemtrionalem Iſtulæ, quod nullo modo rerum natura patitur. Sunt illa loca vt plurimum inhabitabilia, ſterilia, inculta, arenoſa, ſyluoſa & lapidibus ita referta, vt mirentur prætereuntes vnam ariſtam ſolum illud producere poſſe, vt credibile non ſit tot & tantas gentes illud territorium alere potuiſſe. Veriſimilius eſt ergo, eos habitaſſe & coluiſſe alteram partem ripæ meridionalem. Nam & nomina gentium minorum, quæ iſthic hactenus manent, valde reſpondent & ſunt conformia nomenclaturis Ptolomaicis. Nam *Carodunum* reſpondet *Cracouia*, vt quidam volunt, ita *Auarini*, vbi eſt *Varka*, *Burii* vbi eſt *Varſauia*, B litera in V more vſitato verſa. Sic *Sobocii* vbi eſt *Sobota*, *Geisones Gedanenſes*, vt doctis noſtri ſeculi placet.

Tertius error Ptolomaicarum topographiarum eſt, quod Germaniam deſcribendo Iſtulam non e montibus Carpati deriuat, vt res ipſa teſtatur, ſed ex *Gabreta* ſylua vel Sudeti montibus aut neſcio quibus locis, qui Danubium magis reſpiciunt. Itaque non eſt mirum, quod populos Germanicos, qui illa campeſtria inhabitabant, incolas iſtulæ facit. Nam vno dato inconuenienti alia inconuenientia ſubſequi neceſſe eſt. Sed ſi a iugo vltimo Carpati montis Sarmatici ad terminum maris Sarmatici lineam duxiſſet, omnino ex Sarmatia non effeciſſet Germaniam. Etenim pro principio Geographico tenendum eſt ſemper, quicquid eſt intra vtraque maria Sarmatica, & montes Sarmaticos, tanquam legitimos & vetuſtos terminos, id totum, autoritate ſcriptorum, qui floruerunt ante controuerſiam excitatam inter Romanos de finibus Germaniæ & Sarmatas, ad Sarmatiam pertinere. Cur autem *Ptolomæus* & ſecum ipſe & cum aliis diſſideat, eiusque picturæ Germaniæ cum picturis Sarmatiæ pugnent, inuenio duas cauſas, alteram quod ipſe narrata narrauit, & prout ei ex Romanorum caſtris topographia miſſa fuit, ita eam œcumenicæ deſcriptioni accommodauit. Alteram quod hac in re a ſuis dominis Romanis diſſentire tum difficile tum periculoſum ei fuit. Nam imperatores quod Sarmatis tam remotis a ſe populis, nihilque vnquam male de ſe meritis bella mouebant, hoc prætextu excuſabant, quod ſe dominos totius Germaniæ iure belli profitebantur. Itaque cum penes illos ſumma rerum eſſet, non erat eis difficile ex non Germania Germaniam facere, vt quantum eis detraxerint a Rheno, tantum adderent a ſeptemtrione.

Diſconuenientia tabularum Ptolomæi.

LATERIS ad PONTVM deſcriptio ſic ſe habet: *Boryſthenis oſtia*, *Hypanis fluuii oſtia*, (non *Bozek*, quia ab illa parte Aſiam verſus ponitur,) *Nemus Dianæ*, quod *Sagori*, id eſt, ſanctus mons dicitur, *gora* enim montem Polonis ſignificat. Nam priſci Sarmatæ *Dianam* præcipue coluerunt, quam *Dzienoniam* vocabant. In cuius honorem templum hoc erectum fuit, & nemus quoddam conſecrarant, & promontorium ei dedicarant. Exiſtimo id factum ab eis ad imitationem templi illius Aſiatici, quod olim Magnæ *Dianæ* dicatum fuit. *Myſaris* promontorium fuit Myſiam verſus. *Carcinitis* oſtia, credo *Kazibemium* portum eſſe. Oſtia *Bycen Buges* a *Plinio*. *Agarum Sagarum* vocat. Quod autem *Ouidii* lacum *Vidoue iezioro* quidam eſſe volunt, fieri poteſt; at non propterea, quod ibi locos exilii eius fuerit, ſed quod aliquo fortuito caſu eo delatus fuerit.

Latus ad Pontum.

Hypanis non eſt Bozek fluuius iuxta Ptolomæum.

Sagarum, id eſt s'więta gorá.

Capvt X.

De iis quæ caute legenda ſunt in Ptolomæo, breuius.

IN vocabulis & nominibus locorum prima difficultas eſt. Nam quædam nomina de induſtria Romani in ſuam linguam conuerterunt, vetera abolentes: putabant enim in omne æuum ſuam monarchiam duraturam: quædam vero ipſi autores corruperunt. Vide & expende tecum ſolum nomen *Viſtulæ* quomodo in eo autores varient? *Mela* Viſtulam vocat, *Plinius* Viſtillum, alii Iuſtulam alii Vandalum fluuium. Sic Boëmiæ regnum, *Velleius* Boiohemum, *Strabo* Bubienium, *Tacitus* Boiemum. Præcipue vero

Ptolo-

A.M. 4080.
A.Chr. 118.

Ptolomaus longius præ aliis diſcedit a natiuis nominibus locorum.

Ptolomaus homo Græcus elegantiæ ſermonis ſtudendo remotisſime omnium diſcedit à veteribus nominibus & prænominibus. Retinuit tamen quædam veterum Sarmatarum vocabula, vt Carodumum, vbi eſt *Cracouia*, Sidones vbi nunc *Szidlowiec*, *Szidlow*, Burii vbi nunc *Varká*, *Varſzauia*, Subocium *Sobota*, Geisones *Gedanenſes*, Calisſium *Caliſz*, Carpaius *Krepak*, Caluſium flumen Albim verſus, a *cáluza*, qood cœnoſum puteum & lutulentum ſignificat. Hæc reperiuntur in *Ptolomao*, quæ adhuc veluti ſcintillæ micant inter rudera abolitorum nominum Sarmaticorum & nouorum introductionem. Tertio numeri altitudinum & latitudinum, magna ex parte corrupti in eo ſunt, non ſine maximo damno ſtudioſorum, quod experientia per inſtrumenta aſtronomica comprobauit.

Ptolomaus latera Germania deſcribens prouehitur vsq. ad extraneas gentes, vt euitet reiterationes.

Quarto inſtituens Germaniæ tabulam intra ſuos fines deſcribere, pergit & euagatur vsqoe ad regionnes ſeptemtrionalisſimas, ſurſum vsque ad Elicen vrſam & ipſum polum. Exiſtimo autem id hoc conſilio eum feciſſe, vt vna expeditione vel occaſione & Germanici Oceani ripam, & Sarmatici Balticique maris ſpacia tranſulcaret. Hinc eſt quod illam phraſim repetit: Extenſio prima, extenſio ſecunda, ſicut in deſcriptione quoque Danubii fecit, flexiones & diuertigia illa Danubii enumerans, quæ cum ſimpliciores legunt, putant Germaniam eousque extendi debere, & ad orientem prouehendo credunt eum impinxiſſe eius fines in Pontum, & vna cum Danubii profluente in ipſius Euxini Ponti ripas immergi. Sunt alia, in quibus attentus lector cauere debet ne aberret, quæ ægre defendi poſſunt. Verbi gratia: Montes altisſimos Venedicos ponit, vbi nunc eſt Lithuania vel Samogetia, qui nunc non viſuntur, forſan terræ motu dehiſcueront.

Error Ptolomai de ortu Boryſthenis.

Alios quoque montes ſtatuit, ex quibus Boryſthenes oriri deberet, quos *Pencinos* vocat, & iſti quoque euanuerunt. Nam conſtat ex illorum teſtimonio, qui habitarunt in illis locis, Boryſthenem ex ſtagnis iisdem oriri, ex quibus & alia maxima flomina, Duna, Narua, & aliquomodo Volha Latine Rha dicta. Sed quid miramur veteres, cum *Cornelius Tacitus* tradat, quendam celebrem locum in ſeptemtrione reperiri, ex quo orientis ſolis ſtrepitus & fragor veluti rotarum inter ſeſe colluctantium exaudiatur. Hunc locum Sueciam quidam putant eſſe. Taceo reliqua miracula ſeptemtrionalia quæ Latinos quosdam ſcriptores poſteritati tradere non piguit. Sed illud eſt nocentisſimum quod *Ptolomaus* tradens Germaniam Iſtulatenus finiri, mox tamen vltra Iſtolam progreſſus, Scandias, Dacias, Norduegias, Chedinas, Phænonas reponit, quæ an a paraphraſtis *Ptolomai*, an vero ab ipſo autore aſperſa chartis ſint, non ita liquet, ſed magnam partem exiſtimo adſutam eſſe a Neotericis. Caote enim *Ptolomaus* dicit, nec vocat iſtas inſulas Germaniam, ſed *Germania*, inquit, *adiacent inſula, iuxta Albis fluuii oſtia* &c. quas tandem enumerat. Sed quantascunque autoritates autorum quis obtendat, ego in eo argumento certius puto eſſe plus tribuere experientiæ & rationibus quam teſtimoniis ſcriptorum. Vere enim & ſobrie dixiſſe videtur *Annius Viterbienſis* ſcriptor eruditus & vetuſtatis indagator non contemnendus: *Autores*, inquit, *quandoque fallunt & falluntur, non autem nomen impoſitum. Ideo argumentum a nominibus vetuſtis gentium & locorum eſt validius quocunque autore.* Et mox exemplo id comprobat. *Ideo*, inquit, Liuius *in quinto ab vrbe condita, quanquam multos haberet autores aſſerentes Thuſcos imperaſſe toti Italia, ſolo tamen nomine Turreno impoſito toti circa Italiam mari, pro validiore, quam autoribus argumento vſus eſt dicens*: " Mari ſupero & " inſero quibus Italiæ inſula modo cingitur, " terra marique Thuſci quantum potuerint, " nomina ſunt argumento, quod alterum " Thuſcum vocabulo gentis, alterum Adria- " ticum vocauere Italicæ gentes. „ Exiſtimo ex ſupra dictis attentum lectorem optime intelligere poſſe, quid ei hac in re ſequendum ſit. Obtendant alii prætextus quosdam autoritatem, apud me illud principium Geographicum toties a me repetitum plus ponderis habet. Quod, quicquid eſt terrarum inter duo maria Sarmatica, Euxinum, inquam, Pontum & Oceanum Sarmaticum, & montes Sarmaticos, id totum nomine Sarmatiæ cenſeri oportere. Huc addantur nomina linguæ Slauonicæ, quibus vſus eſt *Ptolomaus* in deſcribendis regionibus ſuis ad Viſtulæ ripam meridionalem, quæ paulo ante a me recitata ſunt.

Qui ſcriptores eſſe debent ſuſpecti in talibus cauſis.

Non repudio interim & teſtimonia ſcriptorum, ſed eorum potisſimum, qui res ſibi probe compertas tradiderunt, nec linguam venalem habuerunt. Audiuimus iam ex *Procopio* & *Iornande*, & adhuc audiemus, Vandalos, Gotthos fuiſſe gentes ſtirpis Sarmaticæ, & ad Iſtulam habitaſſe, noſtraque lingua Polonica vſos fuiſſe. Hi vero vbi nunc eſt Cracouia, Maior & Minor Polonia, habitabant. Quid ergo noſtra refert, quod Romanorum ducum ſcriptores interdum loquuntur ea, quæ intelligunt ipſis profutura ad extendendam famam maiorum ſuorum.

Romani armis & ope ſcriptorum eloquentisſimorum emerſerunt e tenebris.

Falluntur certe qui exiſtimant Romanos ſolo ferro armisque & non etiam ſcriptorum fauore eruditorum profeciſſe, perueniſſeque ad ſummum culmen & faſtigium opinionis in mundo. Habebant illi multos ſtrenuos milites, ſed certe non laborabant inopia virorum eloquentisſimorum, quorum opera & famam & imperii ſui fines pariter volebant

A.M 4080. A. Chr. 118. bant immortalitati conſecrare. Ita vtroque ſtylo, ferro nimirum & penna, tantum valuerunt, vt ad eam diem res eorum immarceſcibiles eſſe videantur. Quare cum agitur de A ſama & de finibus, non admodum noſtri ſcriptores *Ptolomæis* & *Corneliis* fidant, alias a ſcopo aberrabunt. Hiſtoria Babylonica Rheni Sarmatas ad Rhenum vsque prouehit, & noſtri ſcriptores vltra Iſtulam & forſan ad Roxolanos eos detrudont, ex patria ſua Germaoiam faciendo. Sed nihil facilius eſt, quam ex alieno liberalem eſſe. Liquet autem ex ſcriptoribus, Bructeros ſeu Brunſuingos & Zenones fuiſſe quondam accolas Rheni, ſed bellorum iniuria a *Germanico* Duce Romano fuiſſe reiectos ad interiora Germaniæ. Neceſſitas igitur adegit eos, vt quantum eis iſthic adimeretur, tantum hinc eis accederet. Præterea, quod Romani gloriabantur de Ger- B maniæ poſſeſſione, id tam apud ſuos quam apud extraneos profuit eis, vt ex Germania Europam fere facerent, & vt deuicta ad tempus Germania pro dominis totius ſeptemtrionis ſeſe venditarent. Noti ſunt *Domitiani* Imperatoris Romani de Sarmatis & Dacibus pſeudotriumphi, qui cum deuictus eſſet, & turpiter ſe dediſſet, tamen victorem ſe palam non eſt veritus gloriari. Sic & *Commodus* Imperator de Germanis nondum victis triumphum egit. Hoc ſane & aliis forſan vſu venerat; ſed res ſæpius male geſta ſcriptorum bonorum eloquentia corrigebatur. Quod ſi maiores noſtri tales & tam fa- C cundos adepti fuiſſent aduocatos, handdubie res ſuas illuſtres multo illuſtriores clarioresque redd[illegible]ent.

CAPVT XI.

De Temporibus Antonini Pii.

Anno ab orbe condito 4102.
Anno Chriſti 140.

A.M. 4101. A.C. 140. ANte mille & quadriogentos annos *Antoninus* ſucceſſit *Adriano*, qui princeps multis laudibus a ſcriptoribus celebratur. Hic etiam Dacorum & Alanorum armis laceſſitus fuit, nullum tamen memorabile prælium tum factum fuiſſe memoratur. Satis enim fuit ei ſi quoquo modo a limitibus Romanis D eos amoueret & propulſaret. Nam irritare animos bellicoſæ gentis nequaquam e re & vtilitate Reip. iudicauit. Dicere enim hic ſolebat, malle ſe vnum ciuem ſeruare, quam mille hoſtes interficere.

CAPVT XII.

De Temporibus Aurelii Antonini.

Anno ab orbe condito 4125.
Anno Chriſti 163.

A.M. 4125. A.C. 163. DIxi paulo ſuperius, & meminerunt etiam mediocriter verſati in hiſtoriis, in eo limite, Minorem Poloniam verſus, qua itur Vienna Cracouiam, bella difficilia Romanos geſſiſſe cum populis Sarmaticis, quod vel ex bello *Marci Antonini*, quod biennium durauit, contra Sauromatas & Germanos finitimos manifeſtum eſſe poteſt. Malo autem rem geſtam ipſorum hiſtoricorum verbis exprimere, cum ea de re non modo ſcriptores hiſtoriarum, ſed etiam eccleſiaſtici *Tertullianus* & *Euſebius* memoriæ prodiderint. *Marcus Antonius*, inquit, *cum in Germanos & Sarmatas expeditionem mouiſſet, & exercitus ſiti affictaretur, in rerum deſperatione fertur fuiſſe. Milites vero legionis, quam Melitinam vocabant, genua in ipſa acie contra hoſtes ad terram vsque curuaſſe, ſicut & nobis orandi conſuetudo eſt, & ad ſupplicandum Deo eſſe conuerſos. Cum autem hoſtibus ſpectaculum hoc inſolens appareret, ferunt aliud quiddam inſolentius ſubſecutum, fulmen videlicet, quod hoſtes in fugam impulerit, & imbrem ad refocillandum exercitum, qui iam totus ſiti affictaretur*: Addit *Apollinarius*, quod legio illa, cuius precibus factum fuerat hoc miraculum, ex eo tempore peculiarem appellationem ab imperatore obtinuerit, vt Romana lingua fulminea, Græce κεραυνοβόλος vocaretur. Hoc exemplo probatur vtrumque, & quod militia ſit conceſſa a Deo Chriſtianis, & quod infidelibus propter religioſos & Deum timentes ſupremus moderator rerum opituletur, qui eſt exercituum dux, & vltimum refugium mortalium. Notum eſt autem Melitenſes fuiſſe ex inſula vicina Siciliæ, pro cuius poſſeſſione cum Turcis etiam noſtra ætate Chriſtiani atrocia bella mari & terra geſſerunt. Iſti erant Chriſtiani, apud quos *Paulus* Apoſtolus, dum nauigaret Romam, dicturus cauſam coram Cæſare, prædicabat Euangelium, eiusque opera ad fidem Chriſtianam fuiſſe conuerſos non ſine graui coniectura multi credunt. Cuius rei quoque ſuperius mentio facta eſt. In eadem hiſtoria fit quoque mentio *Squadorum* & *Marcomanorum*, qui etiam Romanis cum Sarmatis ſeſe oppoſuerant. Qui autem fuerint *Suadi* & vbi locorum tunc habitarint, varie de hac re doctiores ſentiunt, nec tamen multum inter ſe differunt. Sunt in Maiore Polonia quæ *Quidzinum* & *Squidzinum* vocantur, cognomine admodum proxime ad Squadorum appellationem accedente. Eſt etiam in Pruſſia *Quidzinum* oppidum ad flumen Oſſam, non procul à Rogozno. Iam Quadi, Oſſi, Gotthi contermini ſibi erant olim. Forſan igitur reliquiæ eorum illic conſederant. Alii ex eleuatione altitudinum & latitudinum Geographicarum deprehendunt, locum eorum incidere eo, vbi nunc eſt Petricouia. Sed non cohærent iſta cum *Taciti* deſcriptione, qui dicit Oſſos, Burios claudere

Sarmatarum cum Romanis bella ſub M. Antonino.

Melitenſes qui fuerint.

Squadorum locus & ſedes.

terga

A.M. t425. A.Chr. 163.

terga Marcomanorum & Qoadorum. Citius ergo crediderim Oiſos ibi manſiſſe. Expreſſe autem *Euſebius* dicit geſtum hoc bellum fuiſſe cum Germanis & Sarmatis: at Sarmatis ſane nihil negocii eom Romanis fuiſſet, ſi vltra Iſtulam, Ruſſiam verſus habitaſſent, vt picturæ *Ptolomæi* indicant. Sed quia hoc prælium ad fines Boëmiæ fuiſſe ſcribitur, ad ſylvam Gabretam & montes Sudeti, fines igitur Sarmatiarum contiguitatem quandam iſthic habuiſſe credibile eſt. Nam & appellatio montium Sudeti omnino dialectum Ruthenicam ſonat, ſicut & ſylua Gabreta, qui inquam montes non multo poſt Vandalici ſunt appellati *Dione* autore. Ponuntur etiam populi Sudini in Sarmatia à *Ptolomæo*, in illa ora vbi eſt Pruſſia.

Montes Sudeti.

Ex Oroſio.

Verum illuſtrandi huius negocii cauſa adhoc *Oroſium* de eodem bello ad eum modum ſcribeotem audiamus: *Nam cum inſurrexiſſent gentes immanitate barbara, multitudine innumerabiles, hoc eſt Marcomani, Qualii, (ſecundum alios Quadi,) Vandali, Sarmatæ, Sueui, & omnis pene Germania, & in Qualos vsque progreſſus exercitus, circumuentusque ab hoſtibus eſſet, & propter aquarum penuriam potius ſitu quam hoſtium periculum ſuſtineret, ad inuocationem nominis Chriſti, magna fidei conſtantia quidam milites conuerſi ſunt, ſubitoque tanta vis pluuia effuſa eſt, vt Romanos quidem largiſſime ac ſine iniuria refecerit, barbaros autem crebris fulminum ictibus perterreret, complures eorum occideret, in fugamque cogeret, quorum terga Romani vsque ad internecionem cadentes glorioſiſſimam victoriam, & omnibus fere antiquorum titulis præferendam, rudi paruoque militum numero, ſed potentiſſimo Chriſti auxilio reportarunt.* Hactenus *Oroſius*. *Eutropius* locum pugnæ nominat: *Ingenti ergo*, inquit, *labore & moderatione cum apud Carnutum iugi triennium perſeueraſſet, bellum Marcomanicum confecit.*

Pugna Carnutana & cauſa eius.

Nominat hic *Oroſius* locum pugnæ in finibus Squadorum, qoorum domicilia erant hic alicubi inter Cracouiam & Wratiſlaniam, vt doctiores tradunt, regio tamen & fines eorum protendebantur Moraoiam & Boemiam verſus. Et quia Sarmatis Vandalos coniungit, venio in eam ſenteotiam, vt putem *Ptolomæi* temporibus partem Vandalorum ibidem prope Suderi montes habitaſſe. Nam *Dion* hiſtoricus, qui ſtatim eſt *Ptolomæum* ſubſecutus, Sodeti montes Vandalicos vocat. Si autem Vandali, etiam & Sorabi eis coniungendi erunt. Quod ſi Sorabi, ergo & Sarmatæ. Fatentur enim Germanici ſcriptores Sorabos gentem eſſe Sarmaticam, nomenque Soraborum & Sarmatarum non longe ſyllabis etiam a ſe differre ſcribunt. Mores autem, ſtudia ſimillima & lingua etiam teſtantur Vindas illos & Sorabos ex vna ſtirpe

Sorabi & Sarmatæ iidem erant autore ſupplementi Carionis.

proficiſci, & pariter iunctos in illis oris ad Albis ripam conſediſſe. Hæc de Antonii temporibus, qui poſt eam pugnam in Panooniam caſtra promouerat, ibique vitam cum morte commutauit. Sæpius autem in illis limitibus bella fuiſſe agitata, vel illud documento eſſe poteſt, quod Romani iſthic coacti ſunt tres legiones continuo aſſeruare, quarum ſtationes & territoria annotat *Ptolomæus*. Legio Germanica decima ad Paſſauiam. Legio Germanica 14. ad flumen Rab. Legio prima auxiliaria ad Salam flumen Aenipontis.

A.M. 4125. A.C. 163.

Stationes legionum Romanarum.

Quia hoc bellum fuit ſtupendum & miraculo inſigni cœlitus confirmatum, ideo ab omnibus ſcriptoribus, præſertim vero Chriſtianis celebratur. Præterea duo Imperatores Romani illod adminiſtrabant, cum *Antonio Aurelius Commodus*. Ideo terror tantus vicinos reges ob Romanorum apparatum formidabilem inceſſerat, vt cum ad Aquileiam exercitum promouiſſent, plerique reges pœnitentia moti belli ducti, tumultus autoribus cæſis veniam deprecarentur. In hoc bello quia Quadorum mentio fit crebra, ideo operæ pretium eſt nos aliquid da eis dicere, vt ſtirpe & loco habitationis eorum cognito, circumſtantiæ hiſtoriæ clariores reddantur.

Bellum Carnutanum quam celebre fuerit & formidabile.

Deſignat patriæ locum *Quadorum Ptolomæus* lib. 3. cap. 11. *Sub ſylua*, inquit, *Hercynia ſub Orvino nemore Quadi. Sub quibus ferri minera & luna ſylua.* Syluam autem Hercyniam denotat. Inprimis nominat montes Sudeti Barabergenſis; nunc ſub montibus Sudeti ponit ſyluam Gabretam, prorſus è regiona montium Sarmaticorum vltimi iugi. Inter ergo prædictam ſyluam & Sarmaticos montes ſvluam ponit Hercyniam, id eſt, reſinæ abundantem, piceam. Sub ſylua hac ſtatim Quados ponit, *Sidıroricbiar* ibidem, id eſt, ferri mineras. Si nunc altitudinom & latitudinom numerum inuicem conſeras, locus non remote capitis Oderæ aut paulo ſuperius veluti digito deſignatur.

Quadi vbi habitauerint.

Nam *Cornelius Tacitus* affirmat Gotthioos populos claudere terga Marcomaoorum & Quadorum, Iſtulam verſus. Quæ deſcriptio prorſus reſpicit *Bregam* vel *Wratiſlauiam*. Nam ibi Gotthorum ſedes fuiſſe apparet. Ideo Oderam *Gutalum Plinius* vocat, à Gotthis puto dictum, ſicuti à Varta Varinos vel Burios, à Vandalo flumine vel Viſtola, Vandalos, Sueuos à Sueuo flumine, qoæ nunc Sprea dicitur, & in Odram non remote à Stetino incidit. Et expreſſe *Strabo* dicit: Gotthorum fines cum finibus Sueuiæ coire: *Getarum*, inquit, *fines à finibus Sueuia porriguntur*. Sed diligentiſſime obſeruandum & notandum, quod dicit *Cornelius Tacitus*: *Gotbini*, inquit, *tributa patiuntur, partem tributorum Sarmatæ, partem Quadi vt alienigenis imponunt.* Ex quibus verbis liquet, illam totam regionem Sarmatiam

Locus pugnæ inueſtigatur.

Fines Getarum iuxta Strabonem, Cornelii ſententia verior.

A.M. 4125. A.Chr. 163. tiam fuiſſe, & ditionis Sarmatarum. Cur enim Gotthos alienigenaa vocat, ſi indigenæ iſthic Sarmatæ noo eſſent. Cur imponunt tributum & exiguot Sarmatæ à Gotthinis, A Oſsis, & Buriis, ſi domini & hæredes non ſunt illorum locorum, vbi Gotthi metalla effodiebant? Dicit enim *Tacitus*: *Gotthini quo magis pudeat ferrum effodiunt.* Cur denique præcipue molem belli iſtius cootra *Antonium* Marcomani & Sarmatæ & Quadi ſuſtinent, ſi non pro patria pugnabant? Atque hic iam clauſos manibus tenemus *Ptolomaeum* & Ptolomaiſtaa qui vltra Iſtulam Sarmatas ex patria ipſorum expellunt, qui Germaniam ex Polonia faciunt, qui denique cum Ptolomæo Germaniam Iſtula tenus terminari fingunt, & inde vbi eſt & fuit ſedes & vmbilicus Maioris & Minoris Poloniæ, Polonos vt exules in exilium eiiciunt. Cur enim alienige- B nas Gotthos faceret *Tacitus*, ſi indigenæ non eſſent Sarmatæ? Cur tributum imponunt Oſſis, Gotthis, vt inquilinia? Cur Vandalos Sarmataa sb occidente cum Marcomanis limites habuiſſe *Iornandes* narrat? Cur tam difficilimi belli aleam ſuſtinent? Cur idem *Iornandes* dicit Gotthos in Vandaliam quondam ſe inſinuaſſe cum venirent aliunde? Cur *Iulius Capitolinus* Hermunduros, qui ad caput Albis habitabant & Marcomanos Sarmatis adnumerat? Cur *Dion* dicit Albim ex Vandalicis montibus oriri, ſub quibus hoc bellum geſtum prædicatur? Nam Vandali tum proprie Sarmatæ vocabantur, quos *Ptolomaeus* maximas gentes vocat Sarmatiam incolentes. Aote ergo bella Vandalica & Gotthica illas C regiones occuparunt Boëmi, Vandali ad Albim, vbi nunc Vendæ & Sorabi manent. Sed de Vandalorum & Gotthorum origine paulo inferius dicturi ſumus, ideo ad illum locum reliqua reiicimus. *Annius* ſcriptor refert Quados primo ad confluentem Danubii & Narrabonis, qui Rab hodie dicitur manſiſſe. Et ex *Eutropio* lib. 6. apparet eoſdem etiam in Heluetia aliquando habitaſſe, aut ſaltem eis commilitaſſe. *Strabo* etiam libro 7. dicit: In illo tractu ad Danubium Boemorum regem *Marobudum* regiam ſuam habuiſſe, illucque Marcomanos ὁμοεθνεῖς, id eſt, gentiles & cooterraneos ſuos transtuliſſe. Iam quia Marcomanos Sarmatis iungunt ſcriptores D plerique, non eſt difficile coniectare Boëmos illos veteres ſicut & Quados cognatos ſibi inuicem fuiſſe.

Ptolomai ſententia.

Fortisſimum argumentum.

Quando proceſſerint Boëm & Vandali ad Albim.

Capvt XIII.

De Temporibus Pertinacis & Seueri, Gordiani, Philippi Arabis Imperatorum.

Anno ab orbe condito 4034.
Anno Chriſti 225. & 247.

A.M. 4034. A. C. 225. & 247. PErtinax nihil memorabile cum iis gentibus geſſit, niſi quod mediocri cum laude Myſiam & Daciam rexit. Vſu autem iam receptum fuit eo tempore Romanis lectiſſimos viros ac fere ab Imperatoribus ſecundo loco habitoa Sarmaticis gentibus opponere. Itaque aut per ſeipſoa aut per viros opinione ſibi pares incepta bella continuare cogebantur. SEVERVM Imperatorem, quod poſt Pertinacem poſuimus cauſa eſt: Reminiſci enim debemus eorum, quæ ex *Dione* de Vandalis & Vandalicis montibus ſupra retulimus. Nam *Dion* hic, qui iſta memoriæ prodidit, vixit imperante *Seuero*. *Gordiani* vero temporibus iterum bella hæc Gotthica recrudeſcere cœperunt, inualeſcere tamen non poterant, quod vtrinque leuioribus præliis periculo virium facto, ad pacificationem deventum fuit. *Philippi Arabis* temporibus, qui poſt *Gordianum* imperabat, primusque religionem Chriſtianam cum magna animi humilitate amplexus erat, iterum ad ingenium reditum erat. Nam Gotthorum ſollicitationibus tota Sarmatia excita vna cum Dacibus & aliis ferocibus populis petiuit Romanos bello, ac exercitu trecentorum millium conflato & conquiſito Myſiam Thraciamque multis ſeueritatis exemplis editis, nulli ſexui parcendo clade maxima affecit. Interim *Decius* cum exercitu, maximi tunc nominis Dux promouit caſtra, & paulo poſt cum imperii honores adiiſſet, ab Imperatore *Philippo* eis oppoſitus fuit. Sed aliquot præliis ſuperatus & victus, infecto bello, nulloque operæ pretio facto reuerſus eſt. Adminiſtrabat is tunc prouinciam in Illyrico, ac interfecto tandem *Philippo* machinationibus *Decii*, illi bellorum tumultus excitati deferveſcere cœperunt. Habemus iam Sarmaticæ hiſtoriæ ſeriem deductam poſt aduentum Chriſti ad annum 250.

Philippus Imperator Chriſtianus.

Capvt XIV.

Decii Imperatoris Temporibus.

Anno ab orbe condito 4215.
Anno Chriſti 282.

IOrnandes eius temporis ſic texit hiſtoriam: A.M. 4215. A.Chr. 282. *Cuius, inquit, receſſum* Decius *Imperator cognoſcens, & ipſi vrbi ſubſidium ferre geſtiens, iugo montis tranſacto ad Beroam venit. Ibique dum equos, exercitumque laſſum refoueret, illico* Cuina *dux cum Gotthis in modum fulminis ruit, vaſtatoque Romano exercitu Imperatorem cum paucis, qui fugere quiuerant ad Thuſciam rurſus trans Alpes in Mæſiam proturbauit, vbi tunc* Gallus *dux limitis cum plurima manu bellantium morabatur. Collectoque tam ex inde, quam de hoſte exercitu, futuri belli reparat aciem.* Cuina *vero diu obſeſſam inuadit Philopolim, prædaque potitus,* Priſcum *ducem qui ibi erat, confœderauit, quaſi cum* Decio *pugnaturum, venienterque ad conflictum, illico* Decii *filium*

Cuina dux Gotthorum.

Imperator Decius cum filio perit.

ſagitta

A.M. 4215. A.Chr. 282. *ſagitta ſaucium crudeli vulnere confodiunt. Quod pater animaduertens, licet ad confortandos militum animos dixiſſe fertur*: Nemo triſtetur, perditio vnius militis, non eſt Reipubl. diminutio : *tamen paternum affectum non ferens, hoſtes inuadit, aut mortem aut vltionem filii expoſcens, ſed circumſeptus à Gothis & ipſe interficitur, imperii finem vitaque terminum faciens.*

Capvt XV.

Sub Valeriano Gallieno & Claudio Imperatoribus.

Anno ab orbe condito 4217.
Anno à Chriſto 256.
Ante annos 1400.

A.M. 4287. A.Chr. 256. COpiis *Decii* in Illyrico per Sarmatas attritis, Romanorum ille ardor & libido mouendorum bellorum miteſcere & fatiſcere cœpit. Et conquieuerunt illi aliquantiſper, & fœdus cum Gotthis eodem tempore reoouarunt. *Aſiam Sarmatæ vaſtant.* Sed Sarmatæ fortunam ſequuti Pannoniam populabundi vaſtant, ac tandem exercitu traoſportato in Aſiam, Nicomediam propemodum deleuerunt, Bythiniam vaſtarunt, Macedoniam & Thraciam longe lateque populati ſunt. *Imperatoris Valeriani calamitas.* Non parum autem cooatus eorum adiuuit calamitas *Valeriani* Imperatoris. Is enim tum anoo imperii ſui quarto in orientem contra Perſas expeditionem ſuſceperat, tandem victus captusque a rege Perſarum *Sapore* in extrema ſeoecta à ceruice ad pedes excoriatus eſt. Multa etiam alia crudelitatis in eum exempla edidit. Nam ad maiorem Romani nominis contumeliam, quoties equum conſcendit, pedem ceruici *Valeriani* imponebat, ac pro ſcabello eo vſus eſt. Tanta eſt humanarum rerum viciſſitudo, vt ille, qui in culmine rerum ſedebat, humi repere & conculcari ſe, caputque ſubiicere cogatur; & rurſus alternante fortuna, qui fortunæ ſucceſſu exultare videbatur, ad extremam miſeriam redigatur. Interim *Gallienus Valerii* filius voluptatibus deditus Bacchanalia viuebat. *Triginta tyranni.* Adde quod triginta illi Duces, qui a ſuis exercitibus creati, pro Imperatoribus ſe gerebant, partim inter ſe dimicando, partim ab aliis extraneis petiti, imperii vires non mediocriter tum labefactarunt. Hæ tres cauſæ Sarmatarum Getarumque ſucceſſus in vaſtandis illis regionibus non mediocriter adiuuerunt. Verum cum aliquantiſper eis fortuna indulſiſſet, liberiusque ſoluta diſciplina militari per Achaiam agendo prædas vagarentur, a *Machario* quodam diſſipati oppresſique ſunt. Altera vero pars exercitus eorum Aſiatici, qui vt dictum eſt, Bythiniam & Nicomediam occuparat, promouit caſtra Epheſum vſque, illicque templum celeberrimum, quod totius Aſiæ ſumptibus extructum, & longo temporum æuo locupletatum *Templum Dianæ Epheſinæ combuſtum.* fuerat, vno momento ab eis igni abſumptum eſt, forſan æmulatione quadam ad hoc inducti, qualis animos religioſorum pari ſtudiorum propenſione inter ſe certantium, ſuaui quodam delirio non raro afflare ſolet: vel potius ita perſuaſum habebant, ſuæ Deæ *Taurica* templum non poſſe ad eam celebritatem & famam emergere, niſi *Diana* Aſiatica, æmula eius, ab ipſis è medio tolleretur. At Deus, qui ſacrilegis eſt fuitque ſemper infenſus, amplius illam eorum inſolentiam coniunctam cum auaritia non tulit. *Claudium* namque vt cum copiis eis obuiam iret concitauit, qui cum numeroſiorem exercitum haberet (trecentis enim fere millibus conſtabat) eos conſequutus partim cædit, partim capit, claſſesque eorum diſſipat, & nauium ad duo millia alias mergit, alias ad deditionem cogit. Fuit hoc prælium ad flumen Tyram, quem Neſtrum vocamus, fere in conſpectu *Dianæ* ipſorum & templi Taurici, quod forſan ſpoliis ditare cogitarant. *Locus pugnæ Claudii ad Tyram.* Quanto in metu & trepidatione tum fuerint Romani, detexit eorum gaudium incredibile in quod eruperunt, cum de *Claudii* ſucceſſu & victoria reportata audiſſent. Viuentem enim adhoc præconio admodum fauorabili ad eum modum ornarunt: *CLAVDI AVGVSTE, tu frater, tu pater, tu amicus, tu bonus ſenator, tu princeps.* Mortuo vero aliquanto poſt, clypeum aureum, in quo imaginem eius exſculpſerant in Capitolio collocat. Acciderunt hæc ante mille & quadringentos circiter annos.

Capvt XVI.

Aureliano Imperatore regnante.

Anno ab orbe condito 4235.
Anno Chriſti 274.

A.M. 4235. A.Chr. 274. POſt illam dimicationem quieuerunt aliquantiſper Getæ & Sarmatæ, ita tamen vt ſemper de vlciſcendis iniuriis & vindicandis finibus, pellendisque ex Dacia legionibus cogitarent. *Canabus dux Sarmatarum.* Tandem ſub hoc Imperatore, duce *Canabo* regeque ſuo Romanis bella intulerunt, ſed re male geſta, Rege amiſſo fortunæ ceſſerunt, ſeruantes ſe melioribus temporibus. Deſiderati ſunt multi ex eis, ita vt Danubium cum quinque tantum millibus traiiciendo domum dilapſi ſint. Habuit *Aurelianus* Imperator ſummam peritiam bellorum Sarmaticorum Geticorumque, quam ſibi comparauerat tempore *Claudii*, a quo præcipuus dux belli & magiſter equitum contra Gotthos deſignatus fuerat. Cum igitur multo vſu habitum ſibi acquiſiuiſſet, nil eum latebat, quicquid etiam machinarentur hoſtes, & in promptu occurrebant ei artificia, norat quid ſequendum, quidue vitandum ducenti bellum cum gente bellicoſa. Narrat *Ioſtus* vir clariſſimus qui com-

A.M. 4235. A.C. 274.

pendium quoddam hiſtoriæ Polonicæ paulo ante noſtram ætatem conſcripſit, quod in ea pugna quædam fœminæ bellicoſæ interceptæ a Romanis & in triumpho oſtentatæ fuerint, A quas ea numero Amazonum antiquarum fuiſſe creditum ſit. Videtur autem ad *Zenobiam* illam Palmyrenorum reginam alludere. Sed hæc fuit ex veteri ſtirpe Ptolomæorum oriunda, non ex Sarmatico ſanguine. Hæc inquam cum aliquoties feliciter ſigna cum exercitu Romano contuliſſet, tandem ab *Aureliano* capta fuit, dum inter crepitus gladiorum ad ſecuriorem locum ſe recipere pararet. Perducta demum Romam in quodam admirando ornatu, ſtupentibus cunctis in illa pompa præ admiratione maieſtatis in fœmina, lectiſſima. Hæc vna cum filiis & filiabus ante triumphalem currum Imperatoris oſten- B tata fuit. Felicior certe *Cleopatra Antonii* tum reputabatur, quæ præuidens hunc euentum, ſerpentibus vberibus admotis perire maluit, quam ſe aſſeruare ad triumphorum & triumphantium ludibrium ſpectaculorumque ſe præbere materiam. Hic iterum viciſſitudo rerum cogitetur. Quæ fuit victrix regis *Saporis* & triumphatrix clariſſima, ipſa demum ludibrium fortunæ experta eſt, dum Romanæ plebis etiam viliſſimis quibusque ſpectanda proponitur. Creditum eſt a multis alteram *Semiramidem* fuiſſe, dum in ſe oculos eunctorum conuerteret. Nouitas hæc Imperatorio triumpho magnam & raram acceſſionem fecit. Fuit & aliud bellum *Aureliano* ab altera parte occidentem verſus cum gentibus ſtirpis Sarmaticæ, Boëmis inquam & C Marcomanis, qui nunc Moraui vocantur. Hi ingreſſi Italiam, ſimilem Cimbrico, vrbi Romanæ terrorem incuſſerunt, multique vtrinque trucidati ſunt. Sed tamen fortuna a partibus Imperatoris ſtetit. Scio doctorum ſententiam de gente antiquorum Boemorum, qui *Ptolomæo* Boii dicuntur. Sed ſicuti Germanis parum detrahitur, eo quod ii, qui nunc Germani nominantur, olim Celtæ vocabantur, ita Boemi licet Czechorum acceſſione, aliqua ex parte renouati ſunt, tamen ideo, id quod antea fuerunt, eſſe non deſierunt. Adiecta autem illa obſeruatione de Vandalis & Vandalicis montibus, quod iam ante *Aureliani* tempora, illa ſpacia, vbi eſt Boemia occuparint, omnino nullum abſurdum reſtabit, ſi Boemos illos & Morauos, qui D Italiam inuaſerant, & contra *Aurelianum* in acie ſteterant, progenitores horum Boemorum, qui gentiles noſtri ſunt, vocauerimus.

Mulieres Amazones.

De hac re lege Lucium Florum.

Boemorum origini a Boiis veteribus nihil detrahitur, etiamſi poſtea Czechi eis admiſſi ſint.

CAPVT XVII.

Imperante Probo Auguſto.

Anno ab orbe condito 4240.
Anno Chriſti 281.

SVb hoc Imperatore Romani denuo exercitus duxerunt in regiones transalpinas, & Germaniam Galliasque vaſtando, hominum ad 40. millia trucidaſſe feruntur, de qua re *Oroſius* legatur. Et quia Sarmatis minime formidabilia erant arma Romanorum, iam enim multo vſu eis aſſueti erant, ideo non expectando dum ad fines eorum pertingerent, illos auerterunt, transmiſſisque exercitibus intima Illyriæ petiuerunt, legiones Romanas ad arma prouocantes: pugnatum eſt vario Marte, tandem repreſſi ceſſerunt. Irritati Romani a Sarmatis, furorem ſuum in Getas populares Sarmatarum effuderunt, ad deditionem eos cogentes. Vnum eſt, quod notandum venit. Illis temporibus inter alias pœnas, quibus victores victos multabant, illa non poſtrema fuiſſe memoratur, quod Pannoniis interdictum fuit, vt a vinearum cultu prorſus abſtinerent. Et videtur quidem in ſpeciem res iſta minoris momenti, ſed tamen beneficiis Dei quæ exhilarandis mortalium animis ſeruiunt, fruſtrare humanum genus, & pariter ægrotos cum ſanis, bellatores cum imbellibus incommodo tanto indiſcriminatim afficere, videtur iniquum. Liquet igitur edictum hoc ab impotentia animi profectum fuiſſe. Fertur etiam nunc, Turcam Chriſtianis quibusdam regionibus, quæ quondam generoſiſſima vina producebant, vinearum cultum interdixiſſe, ſed alio reſpectu, nimirum, quod id ex præſcripto ſuperſtitioſæ religionis facere ſe prætendit. Sed *Probus* Imperator nequaquam improbe fecit, quod edictum illud relaxans, iterum militibus in Sirmio vites plantare permiſit. Vnde vini origo eſt, quod noſtri *Seremskie vino* vocant. Hæc *Eutropius.*

A.M. 4240. A.Chr. 281.

Sarmatæ Romanos laceſſunt.

Vinearum cultus interdictus Pannoniis.

Sirmienſia vina.

CAPVT XVIII.

Sub Caro Narbonenſi Imperatore.

Anno ab orbe condito 4248.
Anno à Chriſto 286.

QVoad *Probus* vixit, virtutis eius & dignitatis habuerunt rationem gentes nominatæ; at illo in Aſia fato horribili præter opinionem, cum ſe iam accingeret bello Getico, ſublato, Sarmatæ rurſus Pannoniam repetierunt, Thraciamque irrumpentes inuaſerunt. Hos *Carus* repreſſit multis raptis aliisque trucidatis, quorum 20. millia fuiſſe creduntur, Mirandum eſt, tot funeſta & atrocia bella has gentes cum Romanis reintegratis viribus geſſiſſe, multoties vtrinque exercitibus conciſis, & tamen recollectis viribus, & reſumpto animo denuo noua & continua bella ciere potuiſſe. Miramur Veientum, Samnitum bella *Liuium* legentes, toties repetita & toties ſopita, cumque infinitæ myriades ex ea gente a Romanis iugulatæ tradantur, quomodo vel vna anima poſt illas clades ex illa ſtirpe ſuperſtes manſerit. Sed ſi res Samni-

A.M. 4248. A.C. 286.

Collatio bellorum Samnitum cum bellis Sarmaticis & Gothicis.

A.M. 4248. A.Chr. 280. Samnitum ſunt admirationi, conſerantur cum eis prælis Sarmatica Geticaque vſque ad vaſtatam captamque ab eis & Vandalis vrbem Rumam, & inuenientur tot trucidata cadauera, vt eorum molem & numerum vix ipſe orbis terrarum ſupportare poſſe videatur. Incipiendo enim ab *Auguſti* temporibus vſque ad vaſtatam Italiam, per annos 400. hæc laniena durabat. Et vocatur quidem Tigris flumen fatalis Romani Imperii limes, quod ibi *Craſſus*, *Carus* & alii complures clariſſimi duces Romanorum ceciderunt.

Compendium Chronologicum Rerum Sarmaticarum per hos ſexaginta annos geſtarum ad Conſtantinum vſque Magnum.

Maximi Imperatoris ſtupenda fortitudo. Anno 240. *Maximus* patre Gottho *Mecca*, matre Alana, quæ *Ababa* dicebatur natus. Is cum eſſet ſtupendæ & fere plusquam Herculeæ fortitudinis, in Imperatorem Rumanum fuit electus. Scribit de eo *Iornandes*, quod ſolus ſedecim milites ſuperauit. Imperatorem in equo varie flexus rotantem & procurrentem curſu adæquauit, ita vt equus fatigaretur, ipſe interim ita infatigatus remanſerit, vt ſtatim in gratiam Cæſaris ſeptem lectiſſimos recentes & valentiſſimos milites certandu, luctando ſuperaret. Multa etiam alia de eius fortitudine vide ibidem.

Decius. Anno 252. *Decius* Imperator vna cum filio a noſtris pruſligatus, filius ſagitta traiectus, pater mortem filii vlciſci volens in Abricio flumine Thraciæ ſubmerſus. *Iornandes* de rebus Geticis, *Caſſiodorus*, *Oroſius*, *Eutropius*. *Iornandes* ad Philipolim locum pugnæ illius fuiſſe ſcribit.

Romani tributarii Gotthis. Anno 254. *Gallus Hoſtilianus* cum noſtris gentibus fœdus icit, non ſine Rumani nominis ignominia tributum eis pendens, ſicuti olim quoque hoc idem tributum pendebant vſque ad *Traiani* tempora. *Pomponius* & *Blondus*.

Anno 257. Gotthi in Aſiam irruperunt, omnia longe lateque igne ferroque vaſtantes. Et Epheſinæ Dianæ templum incendunt. *Iornandes*.

Anno 261. *Regilianus* a Mœſis Imperator factus: is cum Sarmatas viciſſet, tandem a Roxulanis Sarmatis occiditur.

Anno 262. Græciam, Macedoniam, Pontum, Aſiam, & alias prouincias noſtræ Gentes deuaſtant, hæc *Caſſianus*, *Blondus*, *Trebellius*, *Iornandes*. A.M. 4248. A.Chr. 286.

Sarmatarum expeditiones in Pannonias quot fuerint & quanto tempore. Anno 266. Sarmatæ & Quadi Pannonias occuparunt, *Euſebius*. Et reuocandæ hic in memoriam expeditiones Sarmatarum pro obtinenda Pannonia. Prima ſub *Tiberio*. Secunda ſub *Antonino Philoſopho*, tempore belli illius famoſiſſimi ad montem Carnutum. Tertia hæc ſub *Gallieno*, tandem ſub *Conſtantino* & *Valentiniano* de quibus poſtea. Hic videant illi, qui dicunt Germanos habitaſſe, vbi nunc eſt Polonia, ante tempora *Conſtantini Magni*, cum Sarmatæ tunc non modu vbi eſt Polonia, ſed etiam vltra Danubium regnum ſuum extenderint, vt liquet ex iſtis tribus eorum expeditioni-

B bus in Pannonias. *Traiectus Sarmatarum & via trita in Pannoniam.* Trita autem eis via fuit, quod Puloni *Slak* vocant, Pannoniam verſus, per vallem ad flumen Sola, Vag, Rab, quem *Ptolomeus* Narbonem vocat. Illac traiectus eius fuit trans Danubium. *Marobodi regia Buda.* Ergu regio illa ex ea parte Danubii, vbi eſt Caſſouia & Peſtum, pro Pannonia non reputabatur a veteribus, ſed fuit regnum *Marobudi* regis Marcomanorum, de quo ſupra ex *Strabone* & *Cornelio Tacito*.

Anno 271. A *Claudio* Gotthi victi cum Illyricum vaſtarent.

Anno 273. Sarmatæ & Sueui a *Valeriano* victi in Pannonia, & *Canabus* dux Gotthorum trans Danubium interemptus. Quaſi enim ex compoſito inter iſtas gentes res gerebatur,

C Oſtrogothi Illyricum, Viſogotthi Pannonias vaſtabant, Marcomani vero Mediolanum, quo etiam tempore 15. millia Germanorum ad lacum Benacum cæſa eſſe prædicantur. Lege *Vopiſcum*, *Tritbemium*.

Tranſitus Oſtrogotthorum, Viſogotthorum & Romanorum. Oſtrugotthi ſeu Gotthi per Myſiam ad pontem Traiani tranſmittere exercitus ſolebant: Viſugotthi ſeu Sarmatæ ad confluentem Danubii & Narbonis, quem *Rab* hodie dicimus, per prouincias *Marobudi* regis Marcomanorum: Romanis veteribus trita via fuit per mare Adriaticum, flumen Benacum, ſtagnum *Scutari* dictum, & tandem per Sauum & Drauum. Aut ex Thracia recta in Myſiam inferiorem penetrabant.

LIBER QVARTVS,

IN QVO EA QVÆ ACTA SVNT A TEMPORIBVS CONSTANTINI MAGNI AD TEMPORA CAROLI MAGNI COMPREHENDVNTVR.

PROOEMIVM.

HOc tempore commigrante CONSTANTINO Conſtantinopolim, à Romanis ad Græcos imperium translatum fuit. Vnde eo tempore maxima mutatio ſecuta eſt. Ergo hinc librum quartum auſpicabimur. Quidque ſecum hæc commigratio attulerit, mox apparebit.

CAPVT I.

De Conſtantini Magni Temporibus.

Anno ab orbe condito 4270.
Anno Saluatoris 310.
Abhinc anno 1275.

 Con-

A.M. 4270. A.Chr. 310.

C*Onſtantinus Magnus* ad tantum faſtigium honorum euectus, inuenit imperium nou modo turbatum, ſed etiam Sarmaticis Geticiſque bellis ita languefactum, vt etiam Imperatores Romani Scythis pendere tributa, pacemque ab eis redimere cogerentur. Ideo *Conſtantinus Magnus* coactus fuit Roma Conſtantinopolim ſedem imperii transferro, vt ibi arcem belli erigens contra Sarmaticas gentes (ouminatim enim hi exprimuntur) propiore opportuuioreque loco eorum inſultus commodius reprimere poſſet. Nam toties in Græciam ire, Romam redire & rurſum reuerti, quoties buccina ex ſpecula ſignum hoſtilis adoentus daretur, ſecumque tentoria, machinas & alia impedimenta bellica trahere, minime ex re & vtilitate Reipub. Romanæ iodicabat. Sed res comprobauit, conſilium illud fuiſſe minus ſalutare, & medicinam illam morbo fuiſſe deteriorem. Nam cum eernerent Vandali & Gotthi aliæque gentes Sarmaticæ exhauſtam Italiam ducibus belli & milite ſtrenoo propter illam imperii translationem, quam præcipuus flos nobilitatis Romanæ ſecotus erat, nacti hanc occaſionem, vniuerſam belli molem exemplo *Hannibalis* in Italiam tranſtolerunt, vt ita hoſtem ſuum tanquam beluam in ſua arens & latibulis citius conficere poſſent. De quibus rebus inferius locupletius dicetur. Narrant & aliam cauſam eius inſtituti *Conſtantino* fuiſſe, nimirum vt ex vna fidelis vtrumque parietem deslbaret, hoc eſt, vt ipſemet vtroque imperio tam orientali quam occidentali potiretur. Nam quantas difficultates & pericola illa diſtractio Imperii, abunde teſtatur exemplum ſocialis helli cum *Licinio*, cum qoo aliquoties admodum periculoſe dimicault. Quænam autem aliæ cauſæ occultiores Imperatorem moueriot impulerintque ad eam commigratiooem, cum omnis mutario ſit periculoſa, curioſe non diſputo. Satis tamen conſtat, qood locus ille Boſphori inſtar portæ fuit ſeptemtrionalibus & orientalibus gentibus, quo ſuperato intima imperii penetrare, prædas agere, & ſingula excurrere quoties libuit ſemper poterant. Ideo in illis anguſtiis durabile præſidium collocare ad perpetuandam firmandamque maieſtatem Romani Imperii plurimum referre intelligebat, & hac ſpecie conſilii oblata ad perficiendum inſtituturum animum adiecit. Sede autem tranſlata Conſtantinopolim, ooo ſtatim *Conſtantinus* ab initio, ſicuti nouus hoſpes, volebat vicinos aſperioribus bellis aggredi aut fatigare, ne videlicet concitatis io ſe animis omnium, omniom etiam ſimul arma experiri cogeretur. Itaque prius conſiliis quam armis rem conficere tentat, & Scythas quidem primo legationibus manſuefacit, deinde vbi iam ſatis deuinctos ſibi intelligebat, cum Sauromatis eos inuicem committit, vt ſcilicet inter ſe digladiando mutuis vulneribus labefactati citius concideren. Tale conſilium olim Romanis & nunc Turcis non inuſitatum in difficilibus arduiſque rebus fuit. *Euſebii* verba ſunt: *Cum Scytha contra Sauromatas inſurgerent, Sauromata domini ſeruos ad vlciſcendum hoſtes ſuos Scythas armarunt, qui cum victores euaſiſſent, inflati ſucceſſu, ſcuta ſua contra dominos leuarunt, ac cunctos à ſuis ſedibus pepulerunt, ita vt expulſi & deſerti in fidem & clientelam Imperatoris* Conſtantini *confugere cogerentur.* Scribit deinde *Euſebius*, quod Imperator eodem tempore magnam partem Sarmatarum in milites delegerit, aliis vero agros ad colendum diuiſerit. *Hoc conſilium prudentiſſimi*, ioquit, *principis bene eis ceſſiſſe & ipſi fatebantur. Nam poſtea ſiue beneficentia illa Imperatoris manſuefacti, ſiue metu perculſi, præſidia armata contra ſe Conſtantinopolim adducta ceruicibus ſuis ſemper parata cernentes, intra fines ſuos ſe continuerunt, fœduſque cum Imperio renouatum annis fere ſeptuaginta vſque ad tempora* Valentiniani *inuiolata fide tenuerunt & cuſtodierunt.* Subiiciam & hypotypoſim, in qua deſcribit habitum, veſtitum & ordinem quo ante Imperatorem ſtare ſolebant, vt ex ornatu etiam externo progenitores ooſtros cognoſcere queamus: *Ex ordine*, inquit, *ſtantes coram Imperatore videres, quibus ſtola erat peregrina, ac varia habituum ſpecies, & coma cum capitis tum barba admodum prolixa, ac aſpectus facierum rigidus* &c. *Corporum etiam ſtatura excellenter magna, & alii vultu erant rubicundi, alii niue candidiores, alii colore temperato.*

Romani tributarii.

Cur ſedes Imperii à Conſtantino M. fuerit tranſlata.

Artes regia in Conſtantino Magno.

Habitus Sarmaticus.

Anno Chriſti 336. Romani Gotthos in Sarmatarum regno vicerunt. Hæc tradit *Hieronymus*, *Pomponius*, *Eutropius*, & Eccleſiaſtica hiſtoria. Sed ex *Oroſio* huius belli deſcriptionem adſcribam: *Mox*, inquit, *Gotthorum fortiſſimas & copioſiſſimas gentes in ipſo barbarici ſoli ſinu, hoc eſt Sarmatarum regione deleuit Conſtantinus* &c. Ex quibus verbis liquet, quod aliquoties iam mooſtratum eſt, Gotthos in Sarmatia manſiſſe, iamque iu eorum ſtirpem trauſiiſſe. Nam de Viſogotthis hoc intelligeudum puto, qui hic ad Cracouiam & Gedanum habitabant. Nam quidam eorum metallicas mineras ad Sarmaticos montes effodiebant, vt ex *Cornelio* probatum eſt, quidam vero electrum ex mari Baltico colligentes inter Germanos diſtrahebant, vt ex *Plinio* qooque monſtrauimus. Quo nomine *Tacitus* eos Sarmatis & Quadis tributarios fuiſſe aperte teſtatur. Sed tempore *Conſtantini* iam eos io ran-

Lib. 7. cap. 28.

Rebellio Gottum

tum

A.M. 4270. A.Chr. 310.

thorum contra Sarmatas.

tum excuſſiſſe ingum Sarmatarum liquet, vt etiam ferro eum eia decernere non dubitarent. Forſan inflati fiducia theſaurorum, quos ex metallicis rebus apud ſuoa beneſactores ſibi comparerant, de viribus ſuis tantum præſumpſerant. Huius victoriæ de Vandalis ſeu Sarmatis partæ biſtoriam *Iornandes* late proſequitur libro de rebus Geticis. Deſcribit primo *Geberichum* regem, ex patre *Ouida* prognatum, id eſt, ex linea hæredibusqua aurei velleris. Deſcribit & *Viſimirum* regem Vandalorum, quem ex ſtirpe qnoque non minua clara *Asdingorum* proceſſiſſe affirmat. Fuit etiam poſtea rex Polonorum *Lechi* filius *Viſimir*, quonomina apparet delectatum eſſe *Lechum*, quod id meminerat in vſu fuiſſe apud maiores ſuos Vandalos etiam bellicoſiſſimos. Deſcribit & locum illius pognæ, in ſedibua ſcilicet Gepidarum ad flumen Mariſſiam non procul a Viſcla, exiſtimo vbi nunc Scepuſinm. Subiungit tandem din duraſſe illud prælium inter Gotthos & Vandalos, ad extremum tandem a partibus Gotthorum ſtetiſſe fortunam, quo caſu attriti Vandali reliquiæ eorum in Pannoniam commigrarunt, quam a *Conſtantino* Imperatore tunc impetrarant. In enius etiam poſſeſſiona poltea fuerunt, vſque ad tempora *Honorii* & *Arcadii*, per annoa nimirum centum triginta, & ex illa prouincia tandem euocati a magiſtro militiæ in Gallias & Hiſpanias abierunt. Annotat etiam *Iornandes* inter alias cauſas tranſlatæ ſedis ex Italia Conſtantinopolim, hanc non puſtremam fuiſſe, nimirnm, quod mire delectabatur *Conſtantinus* habitatione loci talis, qui nondum vlla gentili Idololatria prophanatus eſſet, ſicut fuit noua Conſtantinopolis.

Viſimirus Vandalorum rex.

Mariſſia flumen nunc forſan Maruſſa dicitur, non remote ab ea loco vbi oritur Viſcla.

Capvt II.

De Valentiniani Temporibus.

Anno à condito orbe 4330.
Anno à Chriſto 368.
Abhinc anno 1300.

A.M. 4330. A.Chr. 368.

POſt hos 70. annos Sarmatæ beneficiis & prudentia *Conſtantini* deuincti, ſanctæ fœdera pacis retinuerunt vſque ad *Valentiniani* tempora. Quanquam autem *Conſtantium* Imperatorem filium *Conſtantini* cum Sarmatis quoque dimicaſſe commemorant, ſunt tamen illa prælia quaſi obiter facta, nec digna, vt cum ſequentibus bellis comparentur, quæ partim ad Conſtantinopolim, partim ad vrbem Romanam, vtriusque ſcilicet imperii ſedes occidentalis & orientalia, geſta ſunt. Sarmatæ enim cum quibus ſopita & non extincta erant ſemina belli, ruptis Romania finibus Pannoniam iam antea aliquoties tentatam, & a *Conſtantino Magno* donatam inuadunt, quam iniuriam *Valentinianus* vindicaturus, raptim negotiis in Gallia compoſitis cum exercitu occurrit, & ad Brigionem oppidum conſedit. Sarmatæ audito Imperatoris aduentu, & quod magna A contentione apparatuque ingenti adminiſtrandum hoc bellum decreuiſſet, vt eius primos impetus quoquomodo eluderent, Satrapas ſuos viroa animi magnitudine & corporis proceritata conſpicuos mittunt, qui eum hortentur vt depoſitis armis meliora de ipſis ſperet, & ad pacia ſtudinm eum inclinent, quos ille ad ſe ingredi iubet. Cumque præter opinionem ſpectatæ grauitatis vultu oculoa eius perſtrinxiſſent, Imperator ipſorum auguſto aſpectu motua interrogat, an cuncti Sauromatæ tales eſſent: Illi mirati procacitua interrogatum, quod tempori & Imperatotiæ Maieſtati minus conueniens apparebat, ad B eius interrogata directe reſpondendum non oenſuerunt, ſed tantum dignitatem ſuam tuentes, & Imperatoris leuiuſculam percontationem perſtringentea, quadam ſuffulti animi præſentia grauius reſpondent, Optimates Sarmatarum ad ipſum venire, nec amplius. Quibus quatuor verbis ita animum eius pupugerunt, vt præ iracundia Imperator in furorem propemodum verſus vociferando ſeipſum lacerarit, & venam ruperit, & paulo poſt exagitatus intemperie affectuum, ebulliente ſanguina, vitam cum morte commutarit. Oratores vero illi cum ſe ita deſpicabiles & contemtos cernerent, ea quæ viderunt & audierunt, ad ſuoa renunciant. Ita vtrinque animorum exacerbatio illa propemodum fortuita, occaſio fuit illorum fatalium C bellornm, quæ Gotthica vocantur, eaque tam orientem quam occidentem verſus. Commonefaciendum hic lectorem putaui de Sauromatis tum tempotibua Pannouiam vexantibns, quos nonnulli diſſimulato eorum nomine *Quados* vocant, ſpeciem prò genere ponentes. Sed qui ſint populi Sqnadi, quæ regio & fines eorum, & quod Sarmatis omnino adnumerandi ſiut, libro 3. cum ſententiam *Ptolomai* de finibus Sarmatiarum & Germaniæ explicaremus, puto me abunde docuiſſe. Si autem alicui adhuc ea in re minus ſatisfactum videtur, fruatur opinione ſua. Interim eius D opinioni tres ſacræ hiſtoriæ ſcriptores opponimns, *Rufinum*, inquam, *Socratem*, & *Sozomenum*, qui bellum hoc deſcribentes, legatos hos Sarmatas fuiſſe, & bellnm illud a *Valentiniano* tum directe contra Sarmatas inſtitutum fuiſſe demonſtrant. Vnde irrefragabiliter, id quod ſupra quoq; oſtenſum eſt, ſequitur Squados illos, qui de finibus cum *Antonio* bellum geſſere, Sarmatas fuiſſe. Hæc acta ſunt ante mille & 300. annos.

A.M. 4330. A.Chr. 368.

Legatio Sarmatarum ad Valentinianum.

Capvt III.

De Valentis Imperat. Temporibus.

Anno ab orbe condito 4344.
Anno à Chriſto. 382.

In-

A.M. 4344. A.Chr. 282.

INterim dum hie ab occidente futuri belli ſeminafaciuntur, ab oriente aliud emergit, quod præſens exitium Romanis copiis attulit. Etſi res humanas æſtimare licet, oihil eſt eſſeque poteſt in Rebuspub. mortalium tam elaboratom, & tam ſublime tamque firmum, vt fatis viam ſibi Inuenientibus vltrices pœnæ ingenii humani coosilia non ſuperent. Getæ ſeu Gotthi Sarmatici populi, dum in Thracia & Pannonia militiæ vacant, ab *Hunnis* gente ſeptemtrionsli ſedibos antiquis ſunt pulſi. Res apud multos admirationi erat, quod genti bellicoſæ & præpotenti ea acciderent, quæ imbellibus tantum metoenda ſuor, cumque veluti lodibrio fortunæ expoſiti aliquantulum ſecum quid eſſet agendom in eo caſu, quodue conſilli genus arripiendum deliberarent, vicit plorium ſenteotia, qui ſuadebant, potius Imperatores Chriſtianos placaodos, quam cum hoſtibus gente bellicoſa, iam ad prælium parata, & dimicationem expoſcente, Marte iudice, ferro decernendum & de poſſeſſione littoris Pontici, in vnius diei fortonam ſummam rei conferendam. Nec male coñſilium illud eis ceſſit. Nam prætar expectationem id, quod optabant, *Valens* Imperator eis conceſſit & vntis eorum annoit, habitareque eos ſioe in Myſia vellent, ſiue in Thracia permiſit. Illi gratitudiniaergo religiooemImperatoris nempe Arrianam ſe amplexuros recipiunt & re ipſa amplectuotur, qua re *Valentem* ita ſibi deuinctum reddiderunt, vt eorum virtutem in bellicis rebus, Romanis ſuis præferret. Iamque complures milites Romani quaſi deſpici ſe cernentes vacationem militiæ ab eo petebant & abiectis gladiis maous buri & vomeri applicabant agriculturæque ſe totos tradebant. Ioterim vero Getæ ſtrenuam operam in arcendis hoſtibus defendendisque finibus ei liberallter & prolixe promittunt. Imperator eis ita fidit, vt neque fœdus cum eis ſanciret, neqoe adimeret arma, vt in tali caſu antea moris ſuerat: quicquid vero liberet & placeret eis magno ſuo & imperii totioa malo permitteret. Militabant tum inter eos duo duces, qoorum alteri *Athalarichus*, alteri *Phritigires* nomen fuit. Ferunt & Turingicos quosdam ex Germanis tom inter Gotthos militaſſe. Et vt ego exiſtimo, tunc temporis primum, per illam conuerſationem, Getarum vetus cognomen in Gotthorum transformatum & garmaniſatum, hoc eſt, iuxta dialectum Germanicam deprauatum fuit, vt poſtea pro *Getis Gotthi* paſſim appellari cœperint. Omitto hic quæ de eccleſiis Gothicis & earum Epiſcopis, deqoe Gotthicarum literarum inuentione ſcriptores tradiderunt. Apud ſcriptores eccleſiaſticos talia legendo lector deſideriom ſuum implere poterit. Redeo igitur ad bella eorum. Gotthi tunc duorum maximorum ducum ciuilibus bellis implicati erant. Sed *Athalarichus* maiorem potentiam acquiſiturus auxilia Imperatoris Aimplorabat; itaque adiutus eius copiis *Phritigerum* ſuperat, ſolusque regno potitur. Fuerunt tandem aliquantiſper eorum res in pace. Sed cum non longe poſt Romanorum Ducum auaritiam cernerent, ſobindeque improperiis eorum & cootumeliis irritareotur, pax eorum quo magis diuturnas fuerat habuit, eo maiorem io flammam ſemel violata amicitia erupit. Nam aliquoties increpati, cum imperia eorum ferre non poſſent, præſidia eorum adoriuntur ac *Lupicinum* ſimul & *Maximum* duces eorum obtruncant. Nec contenti hoc facto maiora aggrediuntur; Myſiam & Thraciam armis ſibi ſubiiciunt, ſubactisqoe tribotum impeſrant; ad extremum cunctis Romanis, qui tunc iſtic erant, formidoloſi eſſe cœperunt. Suſceperat tum expeditionem *Valens* contra Perſas, quibus repreſſis contendebat Antiochiam, ſed ſæpius querulis Thracum & Græcorum vocibus euocatus ac propemodum extimulatus, relicta Antiochia in Europam duxit. Gotthi aucti Sarmatarum copiis, quas in Pannonia tempore *Valentiniani* militaſſe ſuperius diximus, aduentanti occurrunt, nec pugnam detrectant, tandemque ſignia collatis equites Romanos proturbant, & loco dimouent: ita legiooes nudatæ præſidiis nullo negocio ſoluuntur, & in fugam præcipites vertuntur, quibus ſeſe Imperator ipſe fugiens immiſcet, mutatoque veſtitu cum ſeſe euoluere cooaretur in poteſtatem hoſtium deuenit. Nam cum incluſus turri aut domonculæ cuidam, euentum oegocii ſollicite expectaret, a prætereuntibus qui equis vehebantur, agnitus obiter fuit, cumque prodire nollet, igne circumiecto combuſtus. Hic fuit finis bellorum magno ardore animi ſuſceptorum, Romanis fines imperii ſui proferre ſatagentibus, & Sarmatis Getiaque patrios fines propugnare annitentibus. Accidit hæc clades ante annos mille triginta. Quæ autem io occidentali imperio acta ſuot interea temporis, poſtea dicetur.

Gotthi ab Hunnis patria pulſi.

Tempus primi aduentus Hunnorum ad eas regiones.

Valens Gotthis concedit in Thracia ſedes.

Valentis ſecuritas & credulitas male ceſſit.

Geta abhinc Gotthi dicti.

Bellum inter

Duces Gotthorum.

Romanos prælio ſuperant.

Gotthi cum Sarmatis.

Valentis Imperatoris tragicus caſus & triſtis euentus.

CAPVT IV.

De Temporibus Theodoſii Primi Imperatoris.

Anno ab orbe condito 4345.
Anno à nato Chriſto 383.
Anno abhinc 1181.

A.M. 4345. A.Chr. 383.

TEmporibus etiam *Theodoſii* motæ erant lites oon paruæ de finibus inter noſtros populos Germanos. Proinde Saxonici exercitus & Turingici collocati erant inter Albim & Viadrum ad defendendos limites & arcendas gentes Sarma-

Præſidia ab Albim.

A. C. 383.

Controuerſia de finibus cum Saxonibus.

maticas. Rurſus cum Gotthis, qui iam relictis prioribus ſedibus Myſiam & Thraciam inhabitabant, acerbiores erant controuerſiæ. Nam licet obnoxii iam cœperant eſſe orientalibus Imperatoribus ob beneficium recens acceptum, tamen cum regem & regimen proprium haberent, viresque eorum indies aſſurgere viderentur, tam propinquum ſemper impendere ceruicibus eorum hoſtem moleſte Romani ferebant, præſertim cum mors *Valentis* recordatioque præteritorum bellorum cruciaret Imperatores. Gothos autem ad cauendum ſibi in poſterum ob recens patratum facinus, conſcientia exacuebat, itaque vtriſque venenum alentibus conflatum fuit denuo bellum. Cumque ad arma conclamatum eſſet, & Gotthi non per omnia paratos ſe animaduerterent, præeunte *Athalaricho* rege ad pacis ſe ſtudium confeſtim conferunt. Ad quam rem duo eos inuitabant: primo incommodum belli quoddam nuper acceptum, quodque de clementia *Theodoſii* omnia læta audiebant, alterum quod ipſemet, vt ad ſe venirent, eos inuitabat. Nec fefellit Gothos coniectura. *Theodoſius* enim proſpiciens turbulentum vndique rerum ſtatum, pericula ad orientem, pericula ad occidentem, quæ Romano imperio impeodebant, & alia maiora metuens (nam ex Italia ad eum quotidie perferebantur noui rumores) ſummo iure cum Gotthia non egit, quin potius ad clementiæ & facilitatis conſilia decurrit, *Conſtantinum Magnum* imitatus pientiſſimum pariter & prudentiſſimum principem, qui paulo ante abſque gladio Sarmatas & Gotthos conſimilibus conſiliis manſuefecerat. Accidit interea, vt *Athalarichus* poſtquam rediiſſet in gratiam cum Imperatore, moreretur ibidem: hunc *Theodoſius* honorificentiſſimo apparatu & pompa funebri exportari iubet, multis ducibus Romanorum & præfectis copiarum funus eius deducentibus. Gotthi cum ordinem gubernationis, feriem Senatorum & ducum, deducentium funus viderent, principiſque iuſtitiam manſuetudine ſumma temperatam perſpexiſſent, qui vi & ferro perrumpi non poterant, bonitati & pietati cedunt, libenterque ſe victos fatentur, dixeruntque ſe agnoſcere hoc Imperium à Deo eſſe ordinatum, nec fore felices, qui illud euertere conarentur. Itaque fœdere icto cum Imperatore fidem & operam ſuam ei promittunt, militiamque profeſſi ſub eius ſignis militarunt. Erant aotem ferè ad viginti millia, ac Romanorum res deinceps tantum abeſt vt turbarent Gotthi, vt etiam quantum in eis fuit, auxerint. Cumqoe Imperator pacatis rebus orientis ex Thracia in Italiam rediiſſet contra *Eugenium* & *Arbogoſtum* docens exercitum, Gotthorum quoque decem millia ſibi adiungit, quorum magna ex parte virtute & conſtantia Gallorum exercitus in illis anguſtiis bello difficillimo & valde periculoſo expugnati fuerunt. Stetiſſetque integrum & inuiolatum illud pacis fœdus quod *Theodoſius* magis neceſſario, quam optato conſilio cum ea gente pepigerat, niſi *Stiliconis* artibus, à *Gildone* filiis *Theodoſii* trucidatis, interuerſum fuiſſet, & ſtipendia merita cum commeatu eis dari ſolita denegata fuiſſent; vnde noui motus ſtatim orti ſunt. Nam iterum hac iniuria recenti Gotthi exaſperati Thraciam ſuperantes Pannoniæ interiora inuaſerunt, de qua re loculentius dicere neceſſe erit. Iam enim Gotthorum erga Romanos & Romanorum erga Gotthos ita inflexi erant animi, vt Imperator *Gratianus* prætorianorum cohortem, ad cuſtodiam propriæ ſalutis ex eis ſibi adlegerit, qui honor & prærogatiua ab Europeis regibus hac noſtra ætate ſolis potiſſimum Germanis deferri ſolet. Quod autem & *Theodoſius* eis plurimum ſiſus ſit & eorum viribus opera non pœnitenda peregerit, inde apparet, quod *Stilico* cum eſſet ſtirpis Sarmaticæ, dux magni nominis præcipuos honores apud ipſum conſecutus eſt, ita vt præcipuus dux belli ab eo ſit deſignatus, penes quem ſummam rei totius eſſe voluerit. Quin & illud quod ſupra de præſidiis ad Albim ſyluaſque Hercynias diſpoſitis, ad defendendos limites contra Sarmaticas gentes diximus, eius inſtinctu eiuſque conſilio factum fuiſſe prædicatur. Nouerat enim *Stilico* mores gentis, cum & ipſe eſſet eorum conterraneus & popularis, & ne quid à milite contra diſciplinam militarem deſignaretur, ipſemet legiones quæ ab eo diſpoſitæ erant obequitabat, in præuaricatoreſque edictorum à ſe latorum grauiter animaduertebat.

Gotthi fœdus ineunt cum Theodoſio Imp.

Virtute Gotthorum inter Alpes Theodoſius victor.

A. C. 383.

Filii Imperatoris trucidantur

Fidelitatis bonos Germanis habitus.

Compendium Chronologicum hiſtoriæ rerum Sarmaticarum à Valentiniano ad Theodoſium, per annos circiter triginta.

Anno 362. Imperator Gallus, vt exiſtimo, qui ad orientem electus erat, Sarmatas, & Quados ſoperat, illiſque *Zizam* vel *Dziezam*, vt Polonice loquamur, præfecit.

Anno 363. *Honoratius* primus, Conſtantinopolitanus Imperator Sarmatas rebelles fertur domuiſſe. *Amianus* libro 19. Ego exiſtimo intelligendum hoc de illis Sarmatis, qui Pannonias occuparant, non de vniuerſa gente. Hoc enim circumſtantiæ nequaquam patiuntur. Nam quantum negocii *Valentiniano* ipſi poſtea dederint, mox annotabimus.

Anno 367. Hunni vaſtata Alanorum regione Gotthos aggrediuntur. *Amianus* lib. 22. 23. 24. Habebant ergo tum Gotthi à tergo & à fronte hoſtes, & quidem potentiſſimos, hinc Romanos inde Hunnos. Non eſt igitur mirum eos ab adoerſa fortuna indignlus tractatos.

Anno 368. *Ermanarichus* Gotthorum rex potentiſſimus, ille quem *Alexandro Magno*

A. C. 383. comparat *Iornandes*. Hic 20. fere nationes ſubiugarat, in quibus & Germanos oumerat idem autor. Et exiſtimo Hunnos, vbi audirent de ſucceſſu aduerſarii, inuidia incitatos eius patriam à tergo agreſſos eſſe & vaſtaſſe.

Anno 370. Vandali noſtri æmulati hanc Gotthorum ſuorum cognatorum laudem, etiam ipſi ad ripas Rheni conſederunt, qui poſtea Burgundiones dicti. Nominat *Ptolomæus* inter Venedicas gentes *Phrugundiones* à Septentrionali ripa Iſtulæ. Iſti itaque qui ad Rhenum conſederunt, hac de cauſa & Vandali & Burgundiones dicti ſunt. *Crantius* autor.

Anno 371. Gotthi Iſtrum tranſeuntes Thraciam peruaſtarunt. Tripartita hiſtoria & *Amianus* libro 31.

Anno 378. Sarmatæ Pannoniam vaſtant. Et hoc tempore *Valentinianus* præ iracundia mortuus, vt ſupra narratum eſt: eodem anno *Ermanarichus* rex Gotthorum nobiliſſimus a duobus nebulonibus interfectus, *Bonfinius* autor.

Anno 380. Hunni iterum Gotthos aggreſſi patriam eorum occuparunt, ita vt coacti ſint nouas ſedes trans Danubium a *Valente* Imperatore in Pannonia petere. *Oroſius* lib. 7. cap. 31. Tripar. hiſtor. lib. 8. capite 12. Hoc tempore *Thoriſmundus* Oſtrogotthorum, *Atanarichus* Viſogotthorum rex vixit.

Anno 381. Gotthi ob auaritiam *Maximi* annonæ præfecti, fame coacti rebellant, Thraciam, Theſſaliam, Epirum vaſtant. *Iornandes, Diaconus, Oroſius*.

Reſponſum Diurpanei Traiano.

Dion hiſtoricus de *Diurpaneo* illo Gotthorum rege dicit, quod cum à Romanis interrogaretur, cur fœdera cum *Traiano* inita violarit, reſpondiſſe fertur: *Quia auaros mitterent præfectos*. Eandem cauſam rebellionis Gotthi optime poterant reddere *Valentiniano*. Non enim amplius ferentes *Maximini* annonæ præfecti auaritiam, ad extrema remedia confugerunt.

Anno 382. Vandali ſedibus ſuis relictis terras alienas inuadere cœperunt, rege *Modigiſlo*, qui eis triginta annis præfuit.

Anno 383. Longobardi ex Scandia inſula Oceani ſeptemtrionalis egreſſi Vandalos qui remanſerant duce *Iborea* & *Alone* vicerunt. *Proſper* in Chronico. Non *Roxolani* ergo in Vandalorum ſedes ſucceſſerunt, vt quidam volunt, ſed citius Longobardi, ſi vera dicit *Proſper*. Apparet & ex hoc loco, non ita ex his regionibus Vandalos populariter egreſſos fuiſſe ante aliquot annos, vt ex eis ne vnus homuncio in patria tum remaneret. Quidam enim affirmant *Roxolanos* Vandalorum vacuas ſedes occupaſſe diſcedentibus ipſis in Hiſpanias, ſed falſo.

Anno 384. *Theodoſius* Gotthos multis præliis ſuperat, & ex Thracis pellit, cum *Athanaricho* eorum rege fœdus icit. *Blondus* decade prima lib. 9. Is *Athanarichus* Conſtantinopolim venit, ibique poſt paucos dies moritur. A. C. 385.

A Anno 398. Gotthi ſine rege ſub imperio Romano ſtipendia faciunt annis octodecim, poſt *Athanarichi* mortem. Commemoratur hic illud *Theodoſii* prælium in anguſtiis Alpium, quando miraculoſe ventus excitatus in faciem hoſtium puluerem impulit, atque ita viam ad victoriam *Theodoſio* patefecit. Laudatur ibi virtus Gotthorum. Ac de hoc bello Poeta *Claudianus*:

Theodoſii victoria miraculoſa.

O nimium dilecte Deo! cui militat æther
Et coniurati veniunt ad claſſica venti.

Gotthorum tunc erant decem millia in exercitu *Theodoſii*, in quorum vexillo depingere iuſſerat Imperator iſtas literas, X. P. Σ. quæ ſignificant nomen Chriſti. Accidit hæc victoria miraculoſa ante annos 1181. Septembr. B 17. die, anno Imperii *Theodoſii* 17.

CAPVT V.

De Gotthis & eorum Republica.

Celebritas gentis Gotthicæ.

Gotthorum gens quia fama rerum geſtarum alias nationes non paucas ſupergreditur, & prima omnium cunctarum gentium vlta eſt & vindicata iniuriam aduerſus Romanos, & vtrumque Imperium, videlicet orientale & occidentale, debellauit, Romam aliquoties cœpit, vaſtauit, in thronoque Imperiali prima ſedit, *Valentem* viuum igne combuſſit, *Decium* aquis ſubmerſit, filium ſagitta traiectum interfecit, & alia infinita patrauit, C ideo multæ nationes eam ſibi vendicant, ſicut & Vandalos, propterque rerum amplitudinem ab vtraque gente geſtarum & ſtupendos auſus, eos ſibi tanquam conſanguineos adiungunt. Eoque res deuenit vt ſicuti olim duodecim vrbes Græciæ inuicem rixabantur & iure contendebant ſingulæ, ſigillatim ſibi *Homerum* vendicantes, quælibetque earum apud ſe natum fuiſſe iactitabat, propter famam celebrem diuini vatis; ſi mili modo Vandalos Gotthoſque multæ nunc nationes tanquam ſuam progeniem ſibi appropriant propter famam nominis & magnitudinem rerum geſtarum, quas ante mille annos vtrique iſti popu- D li ab vna ſtirpe & vna gente, ediderunt. Quapropter operæ pretium me facturum putaui, ſi de eorum origine & rebus geſtis ex profeſſo tractationem inſtituerem, eorumque hiſtoriam magna ex parte deprauatam extricarem, & in apertum producerem. Iam quidem complura ſparſim de eis à nobis dicta ſunt, ſed tamen ſi rem in pancs conſeram, vtile erit lectori. Tradit autem *Helias Spartianus*, & rerum geſtarum ſeries indicat, Getas & Gotthos vnam gentem fuiſſe. Antiquiorem tamen appellationem Getarum eſſe quam Gotthorum conſtat. Et appellatio videtur ex re ipſa ſumta. Nam γείτων Græcis vicinum ſignificat, Ideo celebriorum fluminum &

Getæ vnde dicti.

alio-

A. C. 383.

aliorum locorum vicini aut potius incolæ Getæ vocabantur. Nam qui ad flumen Tyram Sarmatæ habitabant, *Tirigeta* vocabantur, qui ad Tibiſcum *Tiſſigeta*, qui ad montes Moſchinos *Maſſageta* ſeu *Samogeta*, qui ad flumen Iſtrum *Iſtrogeta*, vnde *Oſtrogotthos* vel *Oſtgotthos* poſtea dictos eſſe puto ab eo, quod ad oſtia Iſtri ſeu Danubii inhabitabant. Et *Ptolomaus* iam *Arſigetas* iam *Gyngiuonenes*, vbi nunc Polonia eſt, ponit. Qui vero vltra Iſtrum habitabant propinquiores Græciæ *Gitonas* abſolute vocat. Inde factum reor vt poſtea Getarum nomen obtinuerint. Ne quis autem hos Sarmatas fuiſſe ex eorumque ſtirpe originem ſuam ducere dubitet *Ptolomaum* conſulat. Is certe lib. 3. cap. 10. *Tyrſigetas Sauromatas* expreſſe appellat. Non deſunt qui etiam *Oſtrogotthos* ab vrbe nobili in Volinia *Oſtrog* dicta, patria ducum *Oſtrouiorum* cognominatos eſſe putent, indeque illas gentes oriundas & poſtea progreſſas affirmant. Sed illi forſan ad Alanos potius veteri more referuntur. Quæ omnia ſi in vnum conſeras, ad eundem ſenſum, & vocis ſignificatum, de quo iam diximus, & nomen Getarum nos ducunt. Regia autem vel metropolis Getarum quæ fuerit, non ita facile eſt colligere, credibile tamen eſt eam, quam *Zarungetuſſam* vocant, fuiſſe. *Zarum* enim lingua Heneta principem vocat, *Getuſſa* autem nomen gentem illam Getarum indicat. Sed illud eſt dignum conſideratione, quod cum appellationes Tyrigetarum Tiſſigetarum inueniamus, quo autem cognomine in vniuerſum eorum patriam vocemus non ita liquet. Nam vbi Germani habitant Germaniam vocamus, vbi Galli Galliam, Gothiæ autem nomen non ita frequens imo inſolens reperitur. Cauſam eius rei nullam aliam reperio, niſi quod in vniuerſum Sarmatiæ nomine iſtæ prouinciæ omnes appellabantur. Quando autem & quibusnam occaſionibus vox Getarum in nomen Gotthorum commutata ſit, ſuperius dum *Theodoſii* tempora proſequebamur diximus. Nam illo tempore quando ex bonis gentibus mali Chriſtiani facti fuerunt, ſacramentoque baptiſmi ab Epiſcopis initiati, exiſtimo iſtam permutationem vocum factam fuiſſe, Germanis ad eam rem anſam præbentibus, qui iam tum Getis admixti communem cauſam contra Romanos defendebant, iunctisque viribus non modo iugum eorum excutere, ſed etiam par pari reddere ſatagebant. *Gotth* enim & bonum & Deum ſignificat, qui autem lauacro baptiſmi irrigantur ſacrisque initiantur, iam quaſi diuini facti videntur. Alii vero eos fataliter *Gotthos* vocatos arbitrantur, quod inſtar flagelli Dei Romanis fuerunt. Itaque hiſtorici inflexo nonnihil vocabulo ad ſonum & dialectum Germanicam pro Getis paulatim Gotthos appellare cœperunt. Erant enim reuera Romanis eorumque prouinciis flagellum duriſſimum, ita vt contuſo & fracto eorum Imperio vrbi non pepercerint, imo deuaſtata & propemodum deleta, etiam nomen ipſum Romæ *Adulphus* filius *Alarici* abolere & in Gotthicum conuertere commutareque decreuerit, niſi vxoris interceſſione crebrisque & demiſſis obſecrationibus Deus inſtitutum eius auertiſſet. Hoc vero facinus exemplo Romanorum ipſorum facere volebat, qui hunc morem habebant, vt deleto regno aliquo & in prouinciam redacto etiam veteres appellationes abolerent, & antiquarent, nouas vero è ſua lingua tribuerent. Hinc eſt quod in *Ptolomao* ægre inueniuntur cognomina priſca tam in deſcriptione Pannoniæ, quam etiam Myſiæ vtriusque. Inde nata ſunt engnomina in Hungaria, Corona, Alba regalis, Prætoria, Auguſta &c. Et in Germania Colonia Agrippina, Auguſta, Argentina, Baſilea, Spira, Aquisgranum & alia infinita huiuscemodi. Liberum enim eis hoc erat, ſemel Germania in ſuam poteſtatem redacta & ſubiugata auita nomina pro libidine abolere & quadrata rotundis miſcere. Generatim de Gothis iam aliquid diximus, ne quid tamen ſicco pede tranſiiſſe videamur, neue quiſpiam nos aliquid lecturem celare voluiſſe opinetur, methodicè rem eandem ex probatiſſimis autoribus trademus.

Oſtrogotthi.

Oſtrog arx ſedes ducis Baſilii in Volinia.

Regia Getarum.

Zarungetuſſa vrbs Dacia in Ptolomao.

Ex Gotthis Geta quando.

A. C. 383.

Mos Romanorum in commutandis nominibus vrbium.

I. De nomine Getarum.

De nomine Getarum iam ſupra diximus. Addam tamen rem dignam notatu de nominibus iſtis ex *Dione* hiſtorico, qui ſic dicit: *Porrò eam gentem Dacos appello, nam ita ſe ipſi nominant, eodem nomine à Romanis appellantur. Etſi non ignoro eos à quibusdam Gracis Getas eſſe dictos, quod an rectè factum ſit, neſcio. Helius Spartianus, Dion, Oroſius, Iornandes,* & alii Getas Gotthos eſſe dicunt. Sumunt alii encomia ſuarum gentium, Saxonas à *Sais* deriuando, & Dacos à *Daic*; quarum gentium laudes ex *Xenophonte* libro 5. in Pædia Cyri recitantur. Sed perpuſilla admodum acceſſio laudum inde petitur. Nam ſi tanta vis eſt argumenti ob etymo vocis, poſſent etiam Dani à tribu *Dan* Iudæorum deriuari. Poſſent & Poloni à *Pelek* illo patriarcha, abnepote Noe deriuari, aut ab Apolloniis, aut etiam à *Palaco* illo rege, qui ante tempora Chriſti vixit, & cum *Mithridate* conflixit. De qua re ſuperius ex *Strabone* nonnulla allata ſunt.

Ab etymo cognominum non ſemper valent argumenta.

II. De origine Gotthorum.

De origine Gotthorum duæ ſunt ſententiæ authorum. Alii eos ex Scandia nauibus profectos & ad Iſtulæ flumen delatos eſſe affirmant, interque Vandalos vi & armis ſedes ſibi paraſſe. Alii à Mæothide palude profectos ad Iſtrum & Danubium conſediſſe memoriæ prodiderunt: ſed ſiue hoc, ſiue illo modo de illis ſentiamus, vtraque ratione

A. C. 383.

Sarmatæ erunt. Nam & Scandia & alii inſulares populi ſeptemtrionem verſus à Sarmatarum iure ſecerni non poſſunt. Siquidem A in Sarmatico mari illæ inſulæ innatant, & vltra Iſtulam exporriguntur. Magis tamen conſentaneum eſſe videtur, eos ex Aſia, ſicut & alias omnes gentes occidentales, colonias poſt illam diuiſionem gentium deduxiſſe. Nam quod *Iornandes* eos ex Scandia veniſſe cum rege *Berta* affirmat, hoc iam ſuperius eſt confutatum libro 3. nec poteſt cum chronologica ratione conſiſtere, & a Biblica veritate alienum eſt, quin & ſibi ipſi hac in re contrarius eſt, aut principium eius adulteratum eſt, cuius rei ſupra mentio facta eſt.

III. In quas gentes proprie diuidantur Gotthi.

Alii vocantur *Oſtrogotthi*, alii *Viſogotthi*, B alii *Gepidæ*, alii *Daces Tirangitæ*, alii *Gitones*, alii ſimpliciter *Getæ* vel *Gotthi*. *Oſtrogotthorum* nomen Gothos indicat, & etymon vocis reſpicit cognomen Iſtri. Ergo Oſtrogotthos dicemus Gotthos illos ad Iſtrum habitantes, id eſt orientales. Nam & Iſter ipſe ad orientem vergit, vbi in Euxinum mare illabitur. Quapropter quod *Auentinus* de *Oſterſze meer*, & de *Vueſterſze meer*, id eſt orientali & occidentali mari tradit prætereo. Alii *Viſogotthos* dictos putant à *feſt Goth*, quaſi ipſiſſimos Gotthos, quod ab iis alii vt a patribus proceſſerint. Viſogotthos *Iornandes* vocat Gotthos, qui occidentem ſpectant, hoc eſt, qui ad Viſtulam manebant. Nam & Viſtula è Sarmaticis montibus exurgens, vt *Iornandes* tradit, in Sarmaticum Oceanum ſeſe abſcondit, occidentem verſus. Vocat autem *Iornandes* aperte Veſtgotthos parentes Oſtrogotthorum: *Gepidarum* nomen ſignificat Gotthos, qui ad Viſclam manebant (noſtri illud flumen vocant *Visłok*,) vbi nunc Scepuſium eſt. Et etymon vocis *Iepidæ*, exponit *Iornandes* pigrum, *Iepanda* enim Geticè ſignificat tardum ingenio. Quoniam igitur iſti tardioris ingenii reputabantur, ideo eos afficiebant cognomine hoc Gepidarum. *Daces* à latinis ſic Gotthi appellabantur, ſicuti à Græcis Getæ, à Germanis Gotthini: inde flumen Gutallus a *Plinio* vocatur, quod per eorum ditionem permeat, & D apud illos oritur. *Tyrangitæ*, *Tiſſigetæ* à fluminibus accolæ Gotthorum appellantur. Qui ad Tyram habitabant Tyrangitæ, qui vero ad Tiſam Tiſſigetæ, qui ad Raban, vbi eſt Bochna Arſigetæ, quin & Tanaitæ a *Ptolomæo* ad Tanaim ponuntur. *Piengitas* eoſdem puto à *Ptolomæo* vocari, quos modo Gepidas diximus. Poſt quos *Bieſſi*, a quibus hactenus montes *Bieſczadi* vocantur. *Procopius* vsque adeo dilatat nomen Gotthorum vt etiam Alanos & Elios homines noſtræ linguæ Gotthinos vocet, & hos vnius ſtirpis fuiſſe prædicat, vt vere Gotthia idem ei ſit quod Sarmatia, ſicuti rurſus Sarmatia pro Gotthia A non raro accipitur.

Oſtrogotthorum nomen.

Viſogotthorum nomen.

Gepidarum nomen.

A. C. 383.

IV. De ſtationibus Gotthorum.

Poſt illam diuiſionem gentium primam ſtationem eorum fuiſſe ad Mæothidem & ad montes Sarmaticos tradunt, ſecundam in Thracia, tertiam in Pannonia, quartam in Italia, quintam in Hiſpania, poſtquam expulſi erant ex Italia opera *Beliſarii*, & vltima vice *Narſetis* eunuchi. Nobiliſſimi erant iſti duo duces Imperatoris *Iuſtiniani*. Oſtrogotthorum ſedes fuit *Zarmigetuſſa*, & *Thomos* vrbs ad Iſtrum, *Peucen* Inſula Iſtri, qua de cauſa Oſtrogotthi dicti ſunt. Regiones illás, vbi colebant agros Getæ *Beſarabiam* a duce vocant noſtra ætate. Et quanquam illas legiones Italicas, quas *Traianus* in Daciam olim in- B troduxerat, *Aurelianus* poſtea reduxit, tamen coloni & alii qui œconomiam iam auſpicati erant iſtic remanſerunt, qui linguam Slauonicam corruperunt vſu linguæ latinæ introducto qua Valachi corrupte hactenus vtuntur. Viſogotthos ad fontes Gutali ſuum domicilium primarium habuiſſe iudico, quanquam per vniuerſam Sarmatiam ſparſos fuiſſe Coſmographi annotant. Vbi eſt Gedanum *Ptolomæus* Gitonas ponit. Sicuti autem ad Iſtrum Sarmatæ & Getæ mixtim habitabant, vt ex *Ouidio* aperte liquet, ita etiam ad Iſtulam & Sarmaticos montes ſparſim inter Sarmatas degebant, erantque veluti prouincia ipſorum. Notum eſt vbi ponant *Ptolomæus* Sidirori- C chias. Ibi eos metalla effodiſſe *Cornelius Tacitus* teſtatur. In eadem ſententia ſunt & neoterici ſcriptores, *Eberſteinius*, *Tilemanus*, & *Carion* ipſe, qui diſerte dicit, quod Gothi ad vtramque ripam Iſtulæ habitabant.

Viſogotthorum ſedes.

V. De finibus & limite Gotthorum.

Limites minorum gentium, ſicuti Gotthos, Oſſos, Burios *Ptolomæus* ſic vocat, difficilius eſt dignoſcere ob nomadicam conſuetudinem. Nam hodie hic erant, & poſt aliquod tempus alio commigrabant. Sicuti de hoc genere vitæ nomadico *Strabo* dicit: *Rebus*, inquit, *ſuis curribus impoſitis facile cum pecore ſuo abeunt quo viſum fuerit.* Gotthorum tamen vtpote nobilioris gentis *Stra-* D *bo* regionem ſic deſcribit; *Latus autem Germaniæ meridionale Sueui tenent. Poſt hos Getarum regio arcta primo, quæ iuxta Auſtrinam partem ſecundum Iſtrum protenditur, & è regione finium Hercyniæ ſyluæ partem montium ipſa quoque complectens. Deinde verſus ſeptemtrionem dilatatur vsque ad Tyrigetas.* Et mox: *Hi Getæ ad vtramque partem Iſtri accolebant*, &c. Ideo *Iornandes* plurimos ſinus maris Pontici & plurima flumina in illa eorum regione fuiſſe commemorat. Similiter *Cornelius Tacitus* regionem Viſogotthorum deſcribens ait: *Gotthini, Oſſi, Burii terga Marco-*

A. C. 383. *Marcomanorum Quadorum claudunt. Omnesque hi populi pauca campeſtria, cæterum ſaltus & vertices montium iugumque inſederunt. Dirimit enim ſcinditque Sueuiam continuum montium iugum, vltra quod plurima gentes, ex quibus Ligii* &c. *Guthones quo magis pudeat & ferrum effodiunt.* Similiter & *Oroſius* de iis. Ex quibus deſcriptionibus liquet, Gotthorum ſeu Getarum, vt *Strabo* ipſe iſta nomina coæquat, fines incipi a limitibus Sueuorum. Sueuorum autem ſedes indicat fluuii nomen Sueuus, qui nunc *Sprea* a quibusdam ſcriptoribus Germanicis vocatur. Sed veterum ſententia magis placet, Albim verſus Sueuos habitaſſe. Ideo rectius ille amnis qui prope Caluſium flumen eſt Sueuus vocatur, hoc eſt inter Albim & Viadrum, Cimbricum Cherſoneſum verſus. Hunc *Plinius* Gutalum vocat a Gotthis, qui ſedes ſuas iſthic tenebant, & extendebantur vsque ad montes Sarmaticos, ex quibus hic quoque Gutalus oritur, & tandem montes Sarmaticos inſederant, nonnihil in campeſtria deſcendentes Cracouiam & Niepolomiciam verſus. Nam illæ ſyluæ Niepolomicianæ etiam Hercyniæ vocantur a *Ptolomæo.* Ideo *Strabo* dicit: *E regione*, inquit, *finium Hercyniæ ſylua, ac ita demum omnes montes Daciam verſus occuparant, & eandem vsque ad Iſtri Oſtia & Tyra, vbique permixtim cum Sarmatis habitantes*, vt *Strabo* eodem a principio eiusdem libri dicit. Et cogitanti mihi quæ cauſa ſit, cur potiſſimum in Cracouienſi terra & apud Podgorios non eodem modo nobilitatis nomina finiantur; nam alia in *ski* deſinunt, & hos puto de ſtirpe Vandalica originem ducere: aliqua vero ſimpliciter, prout caſus fert, hos Gotthorum ſanguine cretos intelligo. Nam tales potiſſimum hucusque ſedes ſuas ad radices illorum montium tenent, quorum nomina & catalogum per ordinem Alphabeti hic placet adiicere.

Sueuorum ſedes.

Sylua Niepolomiciana.

Strabo lib. 7.

Fines Sueuici contigui erant cum finibus Gotthorum.

Series Gotthicorum nominum.

Bal	Herboth
Barzy	Iaxa
Dembrodes	Iordan
Dersniak	Kloſas
Ciolek	Kula
Fitley	Niemſta
Fredro	Ozurylo
Frykacz	Plaza
Farurey	Rozen
Gamrath	Szary
Gutthouie forſan & nomen ipſum à Gotthis habent.	Szafraniec
Garniſz	Svvidvva
Harinek	Smolik
Hinek	Strzala
	Tario
	Talaphus
	Zateba.

Gutthonum familia in terra Sedomirienſi & Premislienſi ſedes habet ſuas.

Hos omnes ex ſtirpe Gotthorum prodiiſſe, vt diximus, credibile eſt. *Dembrodes* ſignificat gentis *Dębno* progenitorem. Nam *Dębno* ſigni eorum militaris eſt nomen. *Rod* vero ſeu *rodzay* patria lingua ſignificat genealogiam. Quod autem quidam hunc *Dembrotem* Scytham fuiſſe prædicant, inde factum eſſe reor, quod Getæ ipſi a plerisque per abuſum Scythæ vocantur. Quomodo autem ſucceſſu temporis *Dembroti* poſteritas in Sędomirienſem terram veniens fidem Chriſti ſub *Boleslao Pudico* ſuſceperit & monaſterium Calui montis fundarit, poſtea dicetur. *Sz ſarach* etiam Gotthi ſtrenui militis & ducis mentionem facit *Iornandes* ante mille annos. Hic cum *Fritigero* & *Alateo Theodoſio* Cæſari ſe opponebat, & forſan ipſorum opera *Valens* Cæſar ille viuus igni combuſtus fuit & victoria glorioſa de eo parta. Fuit & *Balta* dux Gotthorum. Neſcio ſi *Barſonum* gens & *Baltorum* aliquid commune cum eis non habeant. Virtute certe militari, & togatis virtutibus nequaquam ab eis degenerauit *Stanulaus Safranecius*, qui modo agit ſumma cum laude Palatinum Sędomirienſem. Sed ad propoſitum redeamus.

Száfrach Gothus.

Balta Gothus

VI. De moribus & veſtitu Gotthorum.

Gotthi non erant ea leuitate præditi, vt in gratiam Italorum, vbi tunc manſerant, mutarent patrium morem ſeſe veſtiendi. Nam & crinigeri & pelliti incedebant, de qua conſuetudine eorum *Claudianus* Poeta ad eum modum:

> *Crinigeri ſere patres, pellita Getarum*
> *Curia, quos plagis decorat numeroſa cicatrix,*
> *Et tremulos regit haſta gradus, & nititur altis*
> *Pro baculo contis, non exarmata ſenectus.*

Apparet ex iisdem carminibus Getas ad extremum vitæ haſtis longis, quibus gradum fulciebant, vſos fuiſſe, quibus quaſi ſymbolis ſignificare voluerunt, ſe ad vltimum halitum militiam profiteri, in eaque profeſſione ſe mori velle. Ideo dicit Poeta *non exarmata ſenectus.* Hæc de veſtitu ſenatorum. Militum vero conſuetudinem ex *Ouidio* depinximus, qui eos vſos fuiſſe corito & arcu teſtatur. Scribit *Tacitus* Oſtrogotthos equitatu potiſſimum valuiſſe. Et alibi inquit: *Omnium harum gentium inſigne rotunda ſcuta erant & breues gladii*, quos nos *ſchabla* vocamus.

VII. De lingua Gotthorum veterum.

Cornelius Tacitus videtur Gotthis Gallicum ſermonem tribuere, aut ſaltem accentu Gallico vſos fuiſſe. Non deſunt enim, qui ita *Cornelium Tacitum* exponendum putant. Et probant Gallos olim alio ſermone vſos fuiſſe, quam nunc vtuntur. Et credibile eſt. Nam hunc, qui eſt latino ſermoni affinis, quo nunc vtuntur, *Iulii Cæſaris* temporibus inuectum fuiſſe hiſtoriæ prædicant. Porro antiquos Gallos Græcis characteribus vſos

Gallos olim alia lingua & alia ſcribendi forma vſos.

Nempe Græca.

A.C. 383. fuiſſe ad tempora *Caroli Magni*, lingua autem Celtarum veterum locutos oſtendunt autores. *Plinius* commemorat aliquot voces Celticas ex quibus *marcha* equam vel equum vilem & valde malum macilentumque ſonat. At iſtis qui ſiniſtre *Cornelium* exponunt opponimus tres autores. Inprimis *Strabonem*, qui dicit Getas cum Dacia ὁμογλώττως fuiſſe. Et *Ouidium* qui gloriatur ſe intra paucos annos didiciſſe Getice Sarmaticeque loqui. Sed & *Procopius* de bello Vandalico ſtatim ab initio libri, fatetur Gotthos, Vandalos & Melanclienos, quos nos *Czern* vocamus, eodem ſermone vſos fuiſſe, vnamque gentem fuiſſe, licet nominibus diuerſis, *cætero*, inquit, *conueniunt. Nam & albi ſunt omnes corpore, flaui coma, proceri quoque & aſpectu probo, legibus item eiſdem vtuntur, ſimiliter & Arriana omnes fidei, voce vna Gotthica appellata vtentes.* Hæc *Procopius* aperte. Eſt autem teſtimonium iſtorum trium maioris faciendum quam aliorum complurium. Nam iſti vt vocant oculati ſunt teſtes. *Ouidius* inter Sarmatas & Getas manſit aliquot annis ibique mortuus eſt. *Procopius* caſtra *Belliſaris* ſecutus, multoties cum eis eſt conuerſatus. *Strabo* etiam non procul a Gotthis natus fuit in regno *Mithridatis*. Meminerunt ſcriptores *Oroſius* & *Procopius* aliquot nominum Gotthicorum, *Radagiſus*, Polonica lingua eſt, *eo rad bywa goſciom*, id eſt hoſpitalis, *Arbogoſtus*, *Dobrogoſtus*, & conſimilia. Sed non miror quoſdam recentiores Germanicam linguam Gotthis tribuere. Nam dato vno inconuenienti alia inconuenientia ſequuntur. Quia ab ea parte auſtrali Iſtulæ, vbi eſt ipſa Polonia, Germaniam fuiſſe affirmant, ideo ratione concomitantiæ compulſi GOTTHOS & QVADOS dixerunt fuiſſe Germanos. Quia autem Germanos fecerunt, neceſſario tertium commentum eis affingere oportuit, vt eos lingua Germanica vſos fuiſſe comminiſcerentur. At Quados Sarmatas fuiſſe iam demonſtratum eſt. Sed quia Regulis Sarmatarum poſt mortem patrum ſors illa ceſſerat, itaque dominio diſtracto, vt fit, aliam Rempub. ſibi erexerant, ſed non aliam ſtirpe aut origine. Quod autem *Iornandes* ex Scandia ortos prædicat, non videtur conſentaneum. Nam mox idem veluti ſibi contrarius ex Scythia *Ouida* ortos narrat. Affirmat autem Scythas *Ouim* vocare terram Scythicam. Et neſcio an vox illa *owczina* inde non deriuetur, aut certe aurei velleris occultam ſignificationem repræſentat. Gotthorum enim principes *Anſes* & *Amata* & *Ouida* dicebantur, eo quod ad raptores aurei velleris ſuam originem referrent. Et etiamnum Auſtriaci principes aureum vellus ſymbolo ouis repræſentant, quia ſtirpem originis ſuæ ad Gotthos referunt. Sed iam ordine reges inde a Syrmio recitemus. Vetuſtiores qui fuerunt ante & poſt bellum Troianum iam ſuperius commemoraui.

Getica Sarmaticaque lingua eadem fuit.

Ouidii, Procopii, Strabonis teſtimonia veriora.

Amata.

VIII. Reges gentis Getarum. A.C. 383.

SYRMVS rex, qui cum *Alexandro Magno* conflixit, *Peucen* inſulæ rex nominatur. A Ponit autem *Ptolomæus* populos Sarmaticos Peucinos ad montes *Peucen* Sarmatiæ, iſthic alicubi ad montes Boryſthenis. Neſcio an non Polocenſes illi ſint, aut vbi eſt Smolensko. Nam πεύκη pinum pinguem ſignificat, nos *Smolna* vocamus. Prorſus autem Boryſthenes alluit Smolensko, & inde oritur non procul, eſtque locus pinetoſus. Et ſunt vicina loca illa a quibus coloniæ deductæ ſunt ad illam Inſulam *Peucen* quæ eſt obiecta Iſtro. Fieri quoque poteſt, vt *Paluki* populi ab iiſdem oriundi ſint, cum Boruſſis vicinis, & ſicuti iſthic inſimul manſerunt, ita poſtea progreſſi B inſimul in confinio conſederint. *Syrmi* autem appellatio non remota deriuatione cum Sarmatarum cognomine congruere videtur. Condiderat *Syrmus* Rex vrbem nobiliſſimam Syrmium, vbi concilium illud Syrmienſe dictum, Niceno contra Arium ab Arrianis celebratum fuit.

DROMICHETES. Hic poſt *Syrmum* cum *Lyſimacho* ſucceſſore *Alexandri* dimicauit, eumque cum cepiſſet, abſque redemptione dimiſit; cuius beneficii memor, & habitandi facultatem in Myſia & Thracia ei conceſſit, vtque magis ſolida ſpes pacis in poſterum inter eos fieret, filiam ſuam in matrimonium ei deſpondit. *Pauſanias* narrat.

VAREESTVS. Hic temporibus *Au*-C *guſti* cum Romanis bellum geſſit. Meminit eius expreſſe *Strabo*. Bellorum autem ducis *Flacci* ex parte Romanorum ad Danubium *Ouidius* de Ponto meminit. Nam ibi tum quoque exulabat.

COTISON fuit rex Getarum, etiam temporibus *Auguſti* tantæ opinionis, vt *Auguſtus* filiam ſuam *Iuliam* ei deſponderet, & rurſus eiuſdem filiam in matrimonium ſibi copularet. De hoc lege *Suetonium* in vita *Auguſti*. Meminit & *Horatius* huius *Cotiſonis*: *occidit*, inquit, *Daci Cotiſonis agmen* &c.

DZIVRPANEVS quem alii *Ducebalum* vocant. Sedecim hic integros annos, incipiens a *Domitiano* vſque ad *Traianum*, produ-D xit bellum cum Romanis. Idem aliquoties Romanorum maximos exercitus fudit. *Fuſcum* conſulem vna cum legionibus trucidauit, & ampliſſimas victorias retulit, ita vt ab eo *Domitius* pacem redimere cogeretur. Donec tandem artibus *Traiani* Imperatoris & indefeſſa perſeuerantia ſuperatus furori aduerſæ fortunæ ſuccubuit. Mirifice hic laudatur a *Dione*.

IX. De veteri Germania ad Pontum, Boryſthenem & Tanaim.

Quanquam autem *Dziurpaneus* rex Dacorum vocetur, tamen & Getis imperitabat. Nam Getæ & Daces gentiles ſibi erant. Hoc fundamento poſito non difficile erit inueſtigare, Sarmaticæne genti an Germanicæ debeant adnumerari. Quod commemorare placuit

A. C. 385.

cuit propter quosdam receotiores, qui ſecuti autorem ſupplementi *Caritonis*, hic ad Iſtrum & Boryſthenem, qua patet littus Ponticum, vbi Getas & Dacos *Ptolomaeus* ponit, Germaniam veterem ſibi finguot & imaginantur, ex qua Danos, Gothos & alios Baltici maris accolas, itemque Myſios Saxonas oriundos, eosque Germanica lingua vſos etiam tum, firmiter aſſeuerant: quin etiam ad Conſtantinopolim & in Taurica etiamnum inueniri prouincias, vbi reliquiæ priſcorum Gotthorum paſſim Germanice ioquantur.

Germani in Tranſyluania an ſint Gotthorum reliquiæ.

Et Tranſyiuanos Germanos, quos *Siebenbürger* vocant, affirmant eorum Gotthorum poſteritatem eſſe. Hæc in nouo *Carione* aperte leguotur. Qui liber, quia eſt omnibus ob recondiram in eo eruditionem gratus, & ab omniboa paſſim manibus teritur, mulhis Germanis, Gallis, & aliia nationibus rem ita ſe habere perſuader. Res profecto illa magna eſt, & digna cognitione etiam maximorum virorum qui Reipub. gubernationi præſunt. Nam huiusmodi disputatione non modo poſſeſſio & finea Sarmatiæ petuntur, ſed etiam ſama & res fortiter ſeliciterque geſtæ pro ſalute & incolumitate patriæ ab vna gente in aliam transferontur. Exiſtimo igitur me rem dignam nobili Polono facturum, ſi hæc poſteritati diſcuſſa enucleataque relinquam. Et ſi verum vetus illud dictum eſt, quod bona fama eſt alterum patrimonium, certe vbi hæc euicero, & propugnando declarauero, tam me promeritum gratiam apud patricios Poionos totamque Rempub. putabo, acſi pro finibus patriæ dimicando aliquid laude dignum patraſſem. Inprimia ergo quod attinet Tranſyluanos Germanos, ex coruodem teſtimonio res ſciri poteſt, qui interrogati de origine ſua, da Gotthia nihil reſpoodeot, ſed ſe Saxones dicuot, quemadmodum etiam ab Vngaris aliiſque vicinis ita vocantur. Et ſi ingenium militare Gotthorum & mores, linguam, veſtitum ſpectea, nihil in iſtis reperies, quod veteres Gotthos repræſentet.

Vetus Carion probabilius de Tranſyluanis.

Probabilior ergo prior editio *Carionis*, quæ ſenſit eos eſſe reliquias exercitus *Caroli Magni*. Et miror eur nouus *Carion* à veteri *Carione* ea in re deſciuerit, ſibique ipſi non conſtet, præſertim cum oon ſolus *Carion*, ſed etiam cum eo complurea de hac gente in ea ſententia ſint.

Germanos non habitaſſe ad Pontum.

Quod vero ad Tauricanos & alios accolas Ponti attinet, ego quæſiui a plurimia nobilibus, qoi legationes regis Poloniæ in Turciam obeunt, & ab Armenis Leopolienſibua, qoi in illis regionibus continenter negociantur, & illis iſthic omnia perinde nota ſunt, atque in Polonia, ao aliquid tale iſtic reperiant, ſed nihil tale affirmant, quin potiua fatentur tam in illis littoribus, quam in auls Turcici Imperatoris paſſim vſum eſſe linguæ oostræ, quam Slauonicam vocari vſus obtinuit. Et Polonutii illi & Alani ad Conſtantinopolim hactenus eadem lingua vtuntur. Quara iſta miſſa faciamus.

A. C. 385.

Argumentum 1.

Qui hic veterem Germaniam temporibus Romanorum fuiſſe ſomniant, obliti ſunt quod *Cæſar* ex profeſſo commentarios ſuos ſcribendo, de rebusque Germanicis prolixe tractando, nullam mentionem Germaniæ alicuius facit: quod omnino prætermiſſurus non erat: ſi quidem iam illo tempore Getarum Sarmatarumque mentio celebris erat, & iam de finibus Iſtri cum eis contentio oriebatur.

Argumentum 2.

Secundo qui hic Germaniam ſtatuunt, prorſus limites Sarmatiarum a fundamento conuelluot, & ea quæ Babylonii, *Cyri*, *Darii*, *Alexander Magnus*, *Lyſimachus*, *Auguſtus* & alii monarchæ de diſtinctione horum dominiorum decreuerunt, & ſcriptis, ſignis, columnis, ariſque conſignata eſſe volueront, illi B quantum in eis eſt irrita & caſſa eſſe volunt.

Argumentum 3. ab autoritate.

Præterea *Ptolomaeus* ipſe deſcribens has regiones cum minima quæque excuteret, peculiariterque Sarmatiæ limites depingeret, nullam tamen huius veteris Germaniæ in illia oris mentionem facit. Sic & *Strabo* & *Ouidius*, ſic & alii, qui eius tempora ſunt ſecuti. Commemorantur quidem Alani, Corales, Getæ, Daces, Paziriacæ, Roxolani, Hunni, (nam & hi inter Sarmatas ponunrur) commemorantur Antæ, Maſſagetæ & Cimbri, quos *Strabo* inter Sarmatas ponit, & alii, ſed Germanorum hic nulla fit mentio. Niſi forte Baſtarnas nobis obiiciant, quos Germanos fuiſſe *Strabonis* ſententia confirmare volunt.

Baſtarnarum gens.

Eſto vero Baſtarnas fuiſſe Germanos, at illi ſuam pro C uinciam vt inquilini poſſederunt, non vt hæredes. Arauerunt hic agros, vaccas mulſerunt, equorum greges pauerunt, aliaque œconomica adminiſtrarunt, ſicuti & nunc Pedemootanæ regionis incolas, quos *Podgorios* vocamus, ingenium, mores, originem veterum Baſtarnarum prorſua referre videmos. Et oraa illas incolunt, vbi *Ptolomaeus* Baſtarnas ponit, & œconomiciſſimum eſt genus, & lineamenta ingeniumque priſcæ gentis referunt. Tribuitur autem hoc Baſtarnis, quod præ aliis gentibus œcooomiam accuratiua exerceaot. Nam & Baſtarnarum nomen idem quod *Feſtarnen* innuere videtur, vt voiunt Germaoici ſcriptores. Sed quid ſunt iſta ſi con D feraotur eum iis, qui pompoſo & ſubiimi orationis genere veterem neſcio quam hic Germaniam comminiſcuntur? Aliud eſt coloniam aliquam ex Germania huc deductis conficere, aliud Germaniæ fines vſque ad ipſum Pontum proferre, ex Sarmatia Germaniam facere, & omnia confundere.

Argumentum 4.

Scriptores veteres & hiſtorici pro magno miraculo narrant, quod tempore quodam, duce *Brennone* Græci viderint Celtas ſeu Germanos, ſulcantes mare mediterraneum, Athenienſibus forte contra *Philippum* ſuppetias laturos. Hæc, inquam, pro miraculo a veteribus narrantur. At ſane miraculum nullum hic eſſet, ſi iamdudum

A. C. 383. dum in vicinia cum Thracibus, Myſiis & Macedonibus hic conuixiſſent, & tempore longo eis immixti fuiſſent. Quod ſi autem ea ratione Germaniæ fines anguſti videntur, ſi à capite Danubii ad Rheni profluentem & oſtia in Germanicum cum *Solino* extendat, rixari debeut cum Romanis & *Ptolomæo*, eique litem cum *Bilibaldo* conſiliario Cæſareæ maieſtatis intendere, quod Germanis Germaniam tanquam iniquus regundorum finium magiſter acciſam reddiderit, dum conniuentibus oculis, Germaniæ Vltrarhenanæ Galliam verſus, quam Belgicam Galliam vocant, oblitus, tantum a ripa Rheni Germaniam reſpiciens extendit. Sed quod Germaniæ fecit, idem quoque Poloniæ facere non neglexit, dum Germaniam Iſtula tenus terminat, vt quantum ei à meridie Galliam verſus amputauit, tantum ei a ſeptemtrione in Sarmatiam intendendo curſum redderet. Sed de his rebus nolo eſſe prolixior, cum etiam lib. 2. ſub finem mentio ſit iniecta, vnde ſi quæ adhuc deſiderantur, petet lector.

Bilibaldus in libro de vocibus regionum Germania.

X. Series Regum Gotthicorum continuata.

CANABVS. Is contra *Aurelianum* Imperatorem mouerat bellum, cumque Gotthi primi imperii fines inuaſiſſent, à Romanis vltra Danubium erant reiecti, in quo prælio fuſa eſſe quinque millia Gotthorum dicuntur, ipſumque cæſum eſſe regem. Neceſſe autem eſt, vt ſcriptoribus Romanis eorumque teſtimoniis nitamur, quandoquidem hæ gentes propriis hiſtoricis carent, quos ſi haberent, multa C poſſent corrigi, quæ in hiſtoria Latinorum deſiderantur. Quid enim Græci præter fabulas de Sarmatia ſcripſerunt? Romani vero quoniam vbique fere propriæ laudi ſtuduerunt non tam geſta ſua maximis extulerunt laudibus, quam incommoda, quæ à Sarmatis, Getis & Vandalis acceperunt callide ſuppreſſerunt.

Ob inopiam ſcriptorum Sarmatis multum decedit.

ATANARICHVS: qui cum fratre *Fritigera* inteſtinum bellum geſſit, & à fratre ope Romanorum auxiliorum, quæ impetrauerat, ſuperatus fuit. Quo fratrum diſſidio audito, Hunni eos armis aggrediuntur, amboſque ſedibus patriis pellunt. Confugiunt tandem ad *Valentem* Imperatorem, qui eis Myſiam cum D Thracia attribuit, iſtucque eos commigrare facit. Paulo poſt irritatis vtrinque animis bellum acerbum motum fuit. Conſtantinopolis ab eis obſeſſa, ſuburbia flammis abſumta, & ipſe Imperator incendio conflagrauit, de qua re ſuperius iam dictum eſt. Tandem *Athanarichus* cum de renouandis fœderibus ageret, euocatus Conſtantinopolim, ibi moritur, vbi & ſepultus eſt, multis eum deſiderantibus & collachrymantibus.

ALARICHVS. Hic ſe Theodoſio in Italiam ducenti exercitum adiunxerat, præfectuſque fuit copiis Gotthorum, quæ decem millibus conſtabant. Tandem confecto bello cum exercitum domum reduxiſſet, ob non ſoluta A. C. 383. ſtipendia occupandi Pannoniam autor fuit, A & deinde a *Radagiſo* accerſitus, eum exercitu qui biſcentena millia armatorum continebat, in Italiam contendit. At cum magna pars exercitus illius ob rem a *Radagiſo* male adminiſtratam, virtute *Stiliconis* diſſipatus & fame confectus eſſet, *Alarichus* reliquias militum in Pannoniam reduxit, vbi poſtea a Gotthis in regem electus eſt, & adiunctis Sarmatarum & Dacorum viribus denuo in Italiam expeditionem molitus eſt, vt poſterioribus factis priorem ignominiam aboleret. Cumque iam fines Italiæ ingreſſus eſſet, cum *Stilicone* ingenio & viribus pariter decertauit. Et *Stilico* quidem, vt eum ab oppugnatione Romæ B auerteret, ductare eum perſuaſionibus, & falſa ſpe maioris commodi cœpit, vtque in Gallos nouandis rebus ſtudentes iret, hortatur. Cuius ille ſimulat ſe conſilio acquieturum, confeſtimque Gallias ingreditur, cumque iam ad Alpes perueniſſet, quidam Iudæus *Saul* dux copiarum, inſtinctu *Stiliconis* in eum irruit magnoque detrimento eum affecit. Sed ille inſtaurato exercitu rurſus ſuperior euaſit. Ac detecta fraude, cum didiciſſet a quo illa conſilia conſuta erant, dedit operam, vt artem arte vlciſceretur, illæque machinationes in caput autoris reciderent. Itaque ſtatim *Honorio* Imperatori perſuadet *Stiliconem* ambire imperium, olere regem, vtque ſibi ab eo caueret & per literas & per legatos monet, indicatque C cum omnino de abrogando ei imperio, & ad ſe transferendis honoribus cogitare, hocque quibuscunque documentis poteſt ei probatum facit. Et quia ſuſpicio ex media rei natura deprompta ſolet eſſe perſuaſibilis, maxime quando de ſumma rerum agitur, itaque iuueni adhuc imbecillis iudicii, id quod vult, facile perſuadet. Nec potuit *Honorius* vlterius præſtolari vt inueſtigaret, veræne an confictæ eſſent illæ criminationes. Sed iubet *Stiliconem* vna cum filio *Eucherio* interſici. Ita Gotthus perducto conſilio eo quo volebat, cum videret Italiam tanti nominis duce orbatam, erectus animo, ſublatis ſignis Romam libere pergit, omiſſaque Gallia cum biennio vrbem obſediſſet, Calendis tandem Aprilis anno D Chriſti 410. anno ab vrbe condita 1166. eam capit. Ita Roma cum eſſet caput mundi dominaque orbis, corruit & mundi deſiit eſſe caput. Hanc cladem Sybillæ ante multa ſecula prædixerant. Quin & vultures illi 12. qui Romulo fundamenta vrbis iacienti præteruolando apparuerant veluti τοπικῶς hos mille & 200. annos, quibus durauit, id eſt 12. centurias annorum innuiſſe videntur, vt Varro ex ſententia antiquitatis hoc myſterium expoſuit. Hæc acta ſunt ab hinc anno 150. ſupra milleſimum. Sæuitum deinde eſt in vrbe, & miles nihil omiſit, quod fieri ſolet in tam lugubri & miſerabili caſu, niſi quod multitudini,

Expeditio Alarici in Italiam.

Roma capitur Stilicone interfecto.

Alii ad deuaſtationem quæ ſub Totila accidit Sybillæ prognoſticon detorquent.

quæ

A. C. 383.

quæ in Chriſtiana templa confugerat, parſum eit, præcipiente *Alaricho*. Nam Gotthi religionem Chriſtianam, quam ſemel amplexi eranr, ſemper reuerenter coloerunt. Inter prædam, quæ ex templis rheſaurisque publicis & priuatis congeſta erat, (fuir autem maxima) *Plaridia Galla*, ſoror Imperatoris *Arcadii* & *Honorii* fuir, quam tandem filio *Adulpho* iuueni *Alarichus* deſponſault. Nam *Alarichus* ipſe iam ſenex erat. Poſt eum ſueceſſum rerum non quieuit *Alarichus*, ſed proſecutus eſt victoriam, duxit exercitum vlterius, vt Italiam occuparet, peragratisque celebrioribus locis, Campaniam, Lucaniam, & Brutios, Siciliæ quoque regnum depopulatus eſt, ac in vltima Italiæ ora, vnde & *Hannibal* vale vltimum Italiæ dicens ſoluerat anchoram, mortuos eſt. Eodem tempore tradunt quidam ſcriptores, extructam iu Italia fuiſſe à gentibus noſtria vrbem *Aſidonem*, quamquam alii eam iam antea deſtructam, a Sidonibus vero noſtris paulo poſt ſub *Deſiderio* Longobardo reſtitutam tradunt. De hac gente Sidonum autor *Anius* Italus diligens antiquiratum inueſtigator, ſic ſcribir libro de antiquitatibus Ethruriæ: *Sidones*, ioquit, *non procul à Viſtula fluuio Polonia ii vocantur quos nunc Polonos dicimus, quorum metropolim CRACOVIAM idem influit fluuius Viſtula, quem Viſclam vocant. Hi victis Longobardis Italiam occuparunt, & ſub Deſiderio Coſſas reparantes ſeu Aſidoniam prolatione ſua Proſidoniam dixerunt.* Nomen Sidonum veterum in Polonia videtur hæſiſſe in illo territorio, vbi eſt Szidlow & Szidlovviec oppida. Nam & nomen non longe degenerauit a prima nomenclatura Sidonum, & ſitus loci quem *Ptolomæus* ponit videtor conuenire cum ſitu iſtorum oppidorum.

Plaridia capta ab Alaricho.

Aſidone ſeu Coſſæ vrbs in Italia à Polonis extructa.

ADVLPHVS filius *Alarici* & nouus gener Imperatorum *Honorii Arcadiique*, rex creatus eſt & patri ſucceſſit. Is Romam reduxit exercirum hoc conſilio, vt eam deleret. Sic enim ei Duces Gotthique conſulebant, ſed tandem vxoris *Placidia* humillimis precibus placatus ſententiam mutault, ac potius inito fœdere cum *Honorio*, in Gallias abiit, & inde in Hiſpaniam. Ibi cum Vandalos offendiſſeot, quomodo ſe erga ſuos populos geſſerint, & inuicem ab Italicis ducibus commiſſi quam horribiles conflictus fecerint, ſuo loco enarrabimus, cum ad illam metam perueniemus. Inde iam Chronologi Polonorum, hiſtoriam noſtræ gentis texere incipiunt. Sub iſtud enim tempus *Lechi* & *Czechi* aduentus ad iſtas regiones cadit, vt docet *Vaponius*, *D. Cromerus*, & Boëmorum quoque ſcriptores. Et iam non ſine quadam voluptate attentus lector oculos ſuos delectatione ſatiabir, cum ſeriem Gotthicorum & Vandalicorum regum cum ſerie Polonorum regum veluti ad confluentem duorum ampliſſimorum fluminum proſpicier in vnum coincidere, & tempora *Lechi* cum vltimis regibus Vandalorum coaleſcere. Res enim ipſa teſtabitur, ſiue reges Gotthorum ſiue Vandalorum in frontiſpicio regum Poloniæ in chronicis præponas, vtrumque mirificè quadrare, ac inuicem ita coaleſcere, vt poſtea ne veſtigium cicatricis apparere poſſit. Cum enim vtræque hæ gentes, hoc eſt tam Gotthi quam Vandali aſſueti eſſent aquam noſtræ Viſtulæ bibere, & pecora ſua inde adaquare, certe tam de Gotthis quam de Vandalis nulla gens iuſtius poteſt gloriari præ ipſis Polonis; vt etiam *Ioſtus Decius* idem, licet & ipſe Germanus fuerit, fatetur. Redeo ad hunc *Adulphum* regem Gotthicum, qui quam gratus gener fuerit affinibus *Honorio* & *Arcadio* exitus mox docebit. Nam cum Vandali & Gotthi vario ingenio de Hiſpaniæ poſſeſſione diſceptarent, miſit *Honorius* cum exercitu ducem quendam inſignem *Conſtantium* Patricium Romanum, qui vt tanto fidelius & magis ſtrenue contra vtramque gentem, Gotthorum, inquam, & Vandalorum rem adminiſtraret, bene eum ſperare iuſſit; promiſſis onerauit, animoque erexit, adiecta hac conditione, vt ſi *Placidiam* vindicaret ab illo mœſto matrimonio, ſanamque reduceret, eam omnino ſe ei nuptum traditurum, quodque maius eſt, etiam conſortem Imperii effecturum. Pulchrum erat brabium, & dignum tanto athleta & etiam ipſo agonotheta. Proinde *Conſtantius* vt voti compos fieret, ſumma diligentia & fide in illo negotio verſabatur, præſertim cum ad eius inſtitutum viam ei fortuna pateſeciſſet. *Adulphus* enim interea cum tres annos in Hiſpania degiſſet, interficitur, itaque ſubmotis Vandalis ex Narbonenſi Gallia *Placidia* ei reddita fuit. Cum autem partim propter religionem Chriſtianam, quam Gotthi ſequebantur, partim propter cupiditatem adeundæ Hiſpaniæ inter Vandalos & Gotthos grauis contentio inſurgeret, *Conſtantius* cum Gothis ſimulat amicitiam, ſeque cum eis ſentire non obſcure ſignificat, idque ob duas potiſſimum cauſas: tum quod Chriſtiani eſſent & ipſi, tum quod metuebat, ſi eos offendiſſet, ne recenti ſucceſſu victoriarum in Italia partarum inflati, & gloria rerum geſtarum bullientes, iterum patriæ maiora mala accumularent. Nec eum iudicium fefellit, vt ex ſequente hiſtoria patebit. Itaque *Conſtantius* ex animi ſententia negotio confecto Romam reuerſus vtrumque conſecutus eſt, & ad gubernacula Imperii admiſſus, & viduam *Placidiam* in vxorem duxit, ex qua tandem ſuſcepit filium *Valentinianum* tertium. Vltimus hic fuit Imperator occidentis. Quanquam alii vltimum *Auguſtulum* eſſe volunt, quod ita in fatis erat, vt imperium quod virtute primi *Auguſti* ab initio partum eſſet, hoc idem in *Auguſtulo* eius nominis vltimo deſineret.

Gotthica & Vandalica hiſtoria quomodo in harmoniam reducatur.

A. C. 383.

Adulphi regis hiſtoria continuatur.

Auguſtulus vltimus occidentalis Imperator.

Ppp THEO-

A. C. 383.

Theodoricus Rex Gotthorum.

THEODORICVS rex Gotthicus, qui Pannoniam poſſidebat, miſſus a *Zenone* in Italiam, quam tenuit ànnos triginta, cum adhuc adoleſcens eſſet, fuit loco obſidis apud *Martianum* & *Leonem*. Ibi Romana diſciplina inſtitutus eſt, & poſtea ad paternum regnum remiſſus, ſocius Romani imperii fidelis fuit. Hic habuit tres filios, *Walamir, Theodomir*, & *Widmir*. Inter hos primus regnauit *Walamir* maximus natu, cumque *Attila* filios aliquot præliis ſuperaſſet, ipſe deinde in prælio, quod cum Sueuis fecit, in ea regione, quæ nunc eſt Auſtria, periit. Deinde regnauit *Theodomir*. Hic pater *Theodorici* huius, quem nominamus Veronenſem, fuit, & victores Sueuos & Alemanos è Pannonia depulit. Tertius frater *Widemir* duxit exercitum in Italiam, ibi mortuus eſt. Quia vero *Theodoricus* abſente patre Sarmatas, qui Gotthorum & Romanorum terras populati fuerant, repulerat, *Zeno* Imperator eum ad ſe vocat & facit eum patricium & conſulem. Ac miſit eum in Italiam contra *Odoacrum* Rugianum. Potitus Italia vrbem Romam ſenatui regendam commendauit. *Theodoricus* habuit ſororem vxoris ſuæ *Amelſredam*, quam deſpondit regi Vandalorum in Africa. Nondum enim ex vtrorumque animis neceſſitudinis priſcæ, & amicitiæ vinculum prorſus exoleuerat. Habuit & filiam Amaloshutam. Id nomen fuit familiæ *Theodorici*, quæ ſic à vellere *Leſonis* dicta eſt. Gotthi enim olim ex Colchica in Europam progreſſi fuerant. *Amaloſuntha* autem nominis etymon eſſe volunt quaſi *Amalorum ſchönheit*. Hanc *Theodoricus* deſpondit *Eutarico Widerici* Hiſpanici regis filio, qui etiam ex familia *Amalorum* fuit. Sed recordandum eſt eorum, quæ ex *Iornande* attulimus, quod illo ſeculo vſus obtinuerat apud Gotthos, nomina Germanorum ſibi imponere.

Walamir, Theodomir. Widmir.

Odoacer Rugianus.

De nominibus Amelſreda & Amaloshuta.

THEODATVS regnauit duos annos poſt necatam *Amaloſuntham*, auarus, inſolens in rebus ſecundis, in aduerſis timidus. Cum bellum ei inferret *Iuſtinianus* propter *Amaloſuntha* necem, initio trepidus Italiam ſe ei traditurum promiſit. Sed cum in Illyrico diſſipatus eſſet *Iuſtiniani* exercitus, elatus noua ſpe legatos *Iuſtiniani* retinet incluſos carceri.

VITIGES quartus rex Gotthorum regnauit annos quinque. Huius temporibus moles totius belli Gotthici Italiam attriuit, ad quam liberandam cum *Bellisarius* miſſus eſſet ab Imperatore, multa perſeuerantia & maximis conatibus adnixus eſt reprimere Gotthorum potentiam, ſed exercitus *Vitigis* conſtabat centum & quinquaginta millibus Gotthorum, robore & peritia rei militaris excellentium. Hi quodam tempore cum vidiſſent *Bellisarii* copias egreſſas ad ſpectanda hoſtium caſtra, contempta paucitate prælium cient, & quod cognoſcebatur equus *Bellisarii* ex colore quod giluus eſſet, & albo capite, Gotthi non inepte iudicantes, duce interfecto facilem victoriam fore, itaque ſe cohortantur, vt quam primum conglobati impetu facto in vnum hunc irruerent: ac vbi emicando eis ſeſe in conſpectum obtuliſſet, ſublato clamore hac voce Gothica eum iam adeſſe inſonant: *Vala vala*. Itaque omiſſis cæteris in *Beliſarium* ſolum tela coniiciunt, ac eum acrius conſectantur, lanceis enſibusque petunt, ita vt præferuidi animo iam eum comprehenſuri erant, niſi armigerorum illius & ſatellitum opera, inprimisque veri Dei prouidentia liberatus fuiſſet. Dum hæc agerentur, bellumque acre indies inualeſceret, res memoratu digna contigit. Samnites pueri nonnulli cum pecus paſtum educerent, per luſum, vt aſſolent, duos inter ſe deligunt corporis habitudine ac ſpecie præſtantiores, quorum alterum *Beliſarium* vocitant, *Vittigem* alterum, & hos colluctari inuicem iubent. In ea colluctatione, qui *Vittigis* nomen fuerat ſortitus, in terram victus prolabitur. Hunc ſtatim puerilis illa & inconſideratior turba, illudendo ſimul & increpando, de proxima arbore ſuſpendunt. Lupo deinde interueniente conſpecto exterriti omnes fugam capeſſunt; qui vero ſuſpenſus pendebat, à cæteris deſtitutus interiit. Quibus de rebus certiores facti Samnites, pueros quidem miſſos fecere, ſed ex his, quæ acciderant coniectando collegerunt, victorem omnino *Beliſarium* fore. In hunc *Vittigem* adductum Conſtantinopolim *Iuſtinianus* nihil aſpere conſtituit, quia perfidia ſuorum captus erat. Ideo propter reuerentiam regii nominis fecit eum patricium.

A. C. 383.

Vala quid.

Luſus puerilis ominoſus.

TOTILA penultimus rex Gotthorum, regnauit annos 10. Res Gotthicas ſingulari virtute & felicitate rurſus erexit, etſi tandem ipſius etiam fortuna conuerſa eſt, ſicut & *Benedictus* Abbas ei prædixerat inquiens: *Multa mala facies, Romam ingredieris, 9. annis regnabis, decimo morieris.* Ac flexiſſe eum *Benedicti* adhortatio dicitur, vt minus crudelis in victoriis fuerit. Initio ad Placentiam vicit Romanum exercitum duplo maiorem ſuo inſigni ſtratagemate. Cum intellexiſſet *Iuſtinianus* Gotthos iterum ſuperiores viribus in Italia, ſecundo miſit *Beliſarium*, ſed neque accedere ad vrbem obſeſſam *Beliſarius* potuit, nec exercitum parem habuit hoſtibus. Durauit illa obſeſſio Romæ biennium, ſimul & alibi multæ vrbes iam à *Totila*, iam à *Beliſario* alternante fortuna occupabantur. Placentiæ tanta fames inualuit, vt pater, qui multos filios habebat, ſpectantibus multis ſeſe de ponte in Tybrim præcipitem dederit videns filios petentes cibum ſe ſequi. Maluerunt itaque Romani Gotthos in vrbem intromittere quam extrema incommoda pati. Gotthi ingreſſi vrbem paſſim obuios interficiunt; direptiones,

D. Benedicti prædictio.

Fames in obſidione grauiſſima.

A. C. 383. nes, incendia ædificiorum ſpectantur. Iubet & *Totilas* muros dirui, totamque vrbem deleri; ſed *Pelagius* Pontifex cum demiſſe intercederet, *Totilas* cædes, & inceodia prohibuit, ſubinde tamen Romanus conuiciis inceſſit, proditionem ipſis obiiciens in ſeipſos & patriam, & quod a Gotthorum maximis viribus diſcedendo ad Græculos homines, qui ipſis præſidio eſſe nequeant, confugerint, cum antea ex Græcia nemioem in Italiam viderit aduentantem, qui eis auxilio eſſet, præter Tragædos & Mimos & Nauticos quoſdam prædones. Ad quam exprobrationem nemo ex Romanis auſus eſt ei quicquam reſpondere. Etſi autem fuit Roma ab *Alarico* & *Genſerico* Vandalo capta & direpta, tamen ita miſere deſtructa non fuit, ſicuti in tertia hac expugnatione. De qua etiam Sybilla prædixit. Ῥώμη B μὲν ῥύμη ἔσεται καὶ δῆλος ἄδηλος. Hæ pœnæ erant ſæuitiæ Romanorum aduerſus Chriſtianos. Acciderunt hæc annu Romæ 1296. Anno Chriſti 546. iam poſt finitum regnum Vandalorum in Africa. Anno ab Auguſto 504. Anno poſt deſtructionem Carthaginis 700. De hac vaſtatione etiam *Scipio* ille incendium Carthaginis aſpiciens ac illacrymans dixiſſe ſcribitur: Se cogitare ſimile fore aliquando excidium Romæ: & augurium duodecim vulturum io ea deſolatione completum fuiſſe quidam tradunt.

Totilæ expeditio contra Romanos formidabilis.

TEIAS vltimus rex Gotthorum à *Narſete* victus. Eunuchus is fuit in aula *Iuſtiniani*, tanta vero induſtria eius fuit, vt poſtea ſummus dux in Italia factus ſit. In Campania C vterque exercitus conflixit, vbi magno prælio ad Nucenam victi ſunt Gotthi, poſthacque vires Gotthorum plane collapiæ ſunt, *Teias* ipſe prælians interfectus eſt. Reliquiæ præſidiorum quæ Cumis erant, dimiſſæ quidem ſunt, & vita conceſſa, ea tamen conditione adiecta, vt reliquiæ Gotthorum ex Italia diſcederent.

XI. De reliquiis Gothicæ gentis poſt Vitigis captiui abductionem.

Iornandes cum deſcripſiſſet captiuitatem *Vitigis* regis Gotthorum, & quo pacto proditus a *Beliſario* Conſtantinopolim perductus eſſet, tandem elegiam canens cum dolore intrinſeco finem ſermonis ſui ita facit: *Hucusque*, inquit, *Getarum origo, & Amalorum nobilitas, & virorum fortium facta, ac laudanda progenies laudabiliori principi hoc eſt Iuſtiniano Imperatori ceſſit.* Narrat etiam reliquias Gotthorum in ſuas terras abiiſſe, agminaque illa vrſi ſigoa in vexillo prætuliſſe. Idem narrat in quas regiones abierint gentes, D diſſipato exercitu. *Mortuo Attyla Gotthorum*, inquit, *pars Hunnorum terras in Pannonia occuparunt, Sarmatæ & Cemandri in Illyrico ad caſtrum Martenam ſedes datas coluerunt*: alios vero, quos iuniores Gotthos vocat, dicit cum ſuo Pontifice *Valtzila* Mœſiam petiuiſſe. *Scyri* quos Alamicam gentem facit, inferiorem Scythiam minorem & A Myſiam petiuiſſe; in quibus locis & nunc ab iis, qui Conſtantinopolim ire ſolent, viſuntur. *Miechouienſis* etiam Polonutios reliquias Gotthorum facit, quos in illis partibus hucusque ad ſuam ætatem permanere affirmat. Rugios vero etiam cum Gotthis rediiſſe dicit Scandinopolim vsque. Hæc vrbs forſan ab inſula Scandia dicta, ad oſtia Iſtulæ, vbi quoque vetus eorum domicilium fuiſſe dicitur. Ideo Rigam in Liuonia vrbem a Rugiis iſtis quidam dictam eſſe putant: Gotthorum veto partem poſt commigrationem illam, nomen inſularibus populis io Suecia dediſſe non male quidam opinantur. Nam veteres ioſulas libenter occupabant. Ac tanto magis credibile videtur, hos qui multum terris iactati & alto, multaque perpeſſi, portum ſuorum malorum & quietem quærentes eò ceſſiſſe. Hæc hiſtoria de regibus Gotthorum ex *Iornande* allata eſt. Sed ſcriptor hic extremum actum & interitum regis *Teiæ* & commigrationem Gotthorum ex Italia non eſt complexus. Nam hiſtoria eius finibus in *Vitige*. *Procopius* vlterius progreſſus etiam *Totilæ* & *Teiæ* bella deſcribit, & iter quod arripuerat illud agmen Gotthorum, quod mille viris conſtabat, non prætermiſit deſcribere, ad eum modum inquiens: *Dum hæc agerentur, mille numero è caſtris abeuntes, Ticinum ad vrbem locaque cætera huic circumiecta trans Padum fluuium agmine vno contendunt.* C Ex qua directione itineris credibilius eſt eos rediiſſe ad priſcas ſedes a ſeptemtrione Iſtulam verſus, vt ibi nouum regnum *Lechi*, de quo haud dubie audioerant, ſuo aduentu ſtabilius redderent. Nam illa via per Padum vſitatior eſt arripientibus iter in Poloniam. Et neſcio ſi hic alicubi non hæſerint, vbi eſt Chelmenſis prouincia, eum hactenus hæc pars Poloniæ pro ſigno authentico inſigne vrſi præferat, quo & Gotthi illi vtebantur. Hoc eodem ſigno vrſi & Kiouienſes hactenus vtuntur, & forſan in voo comitatu tunc ſocii eraot. De Hiſpanicis Gotthis, qui iamdudum antea poſt Vaodalorum in Africam emigrationem io eorum ſedes ſucceſſeraot, ſuis locis per occaſiones io ea hiſtoria meotiooem faciemus. D Florebat enim & durabat eorum regnum vsque ad *Caroli Magni* tempora, & vlterius, recitanturque ſere 30. Gotthicæ ſtirpis reges in hac ſerie.

A. C. 383.

Scyri cum Gotthis.

Rugii cum Gotthis abeunt.

Chelmenſe ſignum Vrſi.

Miramur autem ſcriptorem Italicum *Carolum Sigonium* virum eruditum, quod, cum hiſtoriam ordine per reges Romaoorum ab inclinatinne Imperii Romani texere incepiſſet, cur præteritis regibus Gotthorum noſtrorum, qui in Italia plus quam 70. anoos ordine regnarunt, primique iniuriam totius orbis vlti ſunt, cur inquam ab *Albuino*, & aliis Loogobardis regibus inceperit hiſtoriam

A. C. 383.

ſuam. Notum eſt autem primam inclinationem Romani imperii inceptam fuiſſe a Gòtthis. Facile fuit victos vincere Longobardis. Adde quod & hoc æuo noſtro qui in reges Romanorum creantur ex eadem gente Gotthica, de qua dicimus, originem ſuam deriuant. Ideoque ſignum aurei velleris pro ſymbolo quodam gerunt, ſignificantes ſe ab illis Gotthis lineam originis ſuæ ducere, qui deſcendunt ab *Amalesbutis*, id eſt, raptoribus aurei velleris. Poſt expulſos enim Gotthos ex Italia, in Hiſpaniis cæteri longo poſt ſeculo vsque ad *Caroli Magni* tempora regnarunt, ad quos Hiſpani ac proinde & Auſtriaci originem ſuam referunt.

CAPVT VI.

De Vandalis & eorum Republica.

Magnitudo gentis.

RES à memoria hominum remotiſſimas commemoraturus ſententiam tantum autorum aperiam, quam tamen præſtat ſequi quam coniecturas & nouas, opiniones fingere, præſertim cum illi autores quorum teſtimoniis nitimur, in ea cauſa rationibus & maxima veriſimilitudine non deſtituantur. Gentes Vandalorum maximas fuiſſe non modo ſeries hiſtoriarum, ſed & numerus exercituum, qui trecentorum millium fuiſſe narratur, argumento eſſe poteſt. Vandalicæ autem gentis conditorem *Vandalum* nepotem *Noë* affirmant fuiſſe. Commemorant & ex autore carminis Argonautici, quod ſub tempus expeditionis Argonautarum, hoc eſt ante *Dauidem* temporibus *Samſonis*, *Phineas* vates Tirius floruerit inter Henetos, ad eosque anni definitionem eiusque computandi rationem ex Tiro & Sidoniis, qui vicini erant Iudæorum, attulerit. Quod omnino veriſimile eſt, quia & Græci ſcriptores affirmant ſub illud ipſum tempus, hoc eſt quando *Cadmus* apud Phœnicas regnauit, ad Græcos fuiſſe characteres literarum ex Aſia translatos. Adducunt & ex *Homero*, quod illi ipſi Heneti militabant in Troianorum bello, de qua re ſuperius lib. 1. à nobis luculentius eſt tractatum, nunc ſummam rei tantum proponimus. Addunt etiam & confirmant eadem autoritate antiquitatis, hoc eſt, *Herodoti*, *Vergilii*, *Polibii*, *Iuſtini* & aliorum, quod iidem ipſi populi poſt Troiam vaſtatam cum *Antenore* in Europam tranſiuerint, repleuerintque littus Adriaticum in Illyrico, vnde & Henetum mare illud à quibusdam vocatur. Et poſtea quoque multos alios eiusdem gentis homines ſobſecutos comitatosque fuiſſe varios duces in Europam, variis cauſis eos impellentibus; ex quibus memorant noſtri Chronologi *Alanum* ſecundum. De hac commigratione etiam & poſteriores autores meminerunt. Narrat *Cornelius Tacitus* inter Boryſthenem & Iſtrum gentes quasdam vagas oberrare, Henetos intelligens. *Plinius* etiam lib. 4. & 13. Vandalos Sarmatas vocat, & dicit eos ad Viſtulam cum Scyris & Hyris populis habitaſſe ſuo tempore. Et *Dion* ſcribit, Albim fluuium oriri ex montibus Vandalicis. *Polybius* etiam ſcribit ſuo æuo totum littus Adriaticum Venetias vocatum fuiſſe. Scribunt etiam *Antiochi Hieracis* temporibus Galatas occupaſſe in Aſia patriam veterem Henetorum. *Ptolomæus* quoque libro 3. capite 5. iis verbis ſcribit: *Habitant autem Sarmatarum maximæ gentes Venedæ per totum Venedicum ſinum.* Si igitur Vandali tum ibi habitarunt, etiam & Sorabi illi, qui ſunt ad Lubecum, cum vnam gentem ſtatim ab initio fuiſſe Vandalos cum Sorabis, mores, cognatio, & lingua eadem indicet. Adde iſtis *Ptolomæi* ſententiam & picturas, & montes Vandalicos & mare Vandalicum & populos Vandalicos, quos ibidem fere ponit, vbi & *Plinius*, vlterius verſus ſeptemtrionem ſedes eorum dilatans. Viſtulam etiam veteres appellaſſe Vandalum teſtantur, affirmantque à flumine Vandalo fuiſſe appellatos; & rurſum flumen Vandalum à Regina *Venda* quæ ſe ad Cracouiam de ponte præcipitem dederat exoluendi voti cauſa, appellatum eſſe. Sed veriſimilius eſt flumen a populis Venedicis fuiſſe appellatum, & non modo flumen ipſum, ſed etiam illud mare & montes illius prouinciæ, eo quod iſtic conſederant. Venetos vero dictos ab illis Henetis Aſiaticis, qui huc commigrauerant, & ipſa cognatio appellationum & vocis ſimilitudo indicat. Exigua enim mutatione, vſuque recepta litera H. pro V. Venetos pro Henetis appellare cœperunt. Et eandem a vicinis Germanis paulatim ad ſonum linguæ Germanicæ voce, vt moris eſt, inflexa, pro Venetis vel Vandis, Vandali ſunt nuncupati, *Wandeln* enim Germanice eſt peregrinari. Iſtæ enim gentes ſæpius vagatæ nouas ſedes quærere ſolebant. Et certe res ipſa & veriſimilitudo indicat, vtrumque vocabulum tam Gotthorum quam Vandalorum eſſe à Germanis ad eorum Grammaticam deflexum. Nam Germanis ſicuti ex Getis Gotthos, ita ex Venetis Vandalos facere non eſt difficile, nec violentum. In appellatione tamen ſinus Liuonii maris antiquum & incorruptum vocabulum permanſit. Non enim Vandalicum Dialectico Germanica ſed Venedicum ſicut olim ita & nunc appellatur. Quod propter illos addendum putaui, qui, differentiam quæritando inter Vinidas Venedosque, Vandalos hic ad oſtia Iſtulæ ſtatuunt, Vinidas vero Mæothidem verſus & pone montes Sarmaticos transferunt. Cum iuxta eorum ratiocinationem potius hic Vinidas, vt vicinos Venedico mari & Vandalos iſtic Mæothidem verſus ponere oportebat. Id vero faciunt propterea, vt ſe non diſſentire à ſententia *Iornandis*, quam ipſimet adducunt, ea ratione teſtentur. Ita enim inquiunt, *& Vandali an*

iſtis

Phineas Vates.

Herodotus & alii autores Henetos ex Aſia veniſſe affirmant.

Strabo lib. 7.

Heneti ſ.

A. C. 383.

Vandali ad Viſtulam.

A Getis Gotthi à Venedis Vandali ſunt, vtraque voce à Germanis detorta.

A. C. 383.

fuerint Germani?

iſtis verbis excunctis vetuſtioribus autoribus epilogum de origine & progreſſionibus Vandalorum illorum, qui Romam & Romanaa prouineias dilacerarunt, elicere volunt: *Facile*, inquiunt, *eſt deprehendere ex Iornande, Procopio & alus ſcriptoribus, quid de Vandalorum ſedibus ſentiendum, qui à Mæotbide profecti verſus occidentem ſolem ad Viſtulam in extrema ora Germaniæ conſediſſe & Germanos & Francos vexaſſe dicuntur. Deinde vero ad meliores ſedes in Pannoniam indeque in Galliam, Hiſpaniam & denique Africam commigraſſe.* Hæc illi de patria & origine & progreſſiooe Vandalorum tradiderunt. Et poſtea quaſi obliti ſui ſecumque pugnantes, tradunt Vandalos illos orbis debellatores Germanos fuiſſe, habitaſſeque ad ſinum Venedicum. Quæ ſi vera ſunt, quomodo a Mæothide ſuperius prodiiſſe eos B aſtruunt? An vero Germani vnquam ad Mæothidem habitarunt? Aut qua de cauſa, eum eſſent Germani, gentiles ſuos tam crudeliter perſecoti ſunt? aut cur ad Vened cum ſinum habitarunt, cum Iſtulam limitem Germaniæ ipſimet faciant? Cum igitur hæc ſententia pugnet cum conſenſu hiſtoricorum, & ſibi ipſi contraria ſit, quærenda eſt nobis alia verior & ſolidior, quæ cum teſtimonio antiquitatis & traditione veterum, & circumſtantiia rerum conueniat, & quæ non inuite coaleſcere poſſit cum teſtimoniis claſſicorum autorum.

Sarmatas fuiſſe adſtruitur.

Si igitur ex autoribua recitatis in vnum conferantur expendanturque rite ſententiæ, colliget lector quatuor locos C celebriores illo ſeeulo a Venedis inhabitatos fuiſſe: ad Pontum & Mæothidem, ad Iſtulam ad eiusque oſtia, & Venedicum ſinuio, ad Albim, & ad Iſtrum quoque in Pannonia, vnde expeditiunem illam pararunt in Hiſpanias. Et omnes iſtos Sarmatas fuiſſe, ex eademque ſtirpe originem ducere mihi oullum dubium remanet, niſi quod illi Venedi & Vinidæ, priſca appellatione non vsque adeo deprauata, iſti vero vt Germanis vieiniores, Vandali à Germanis appellabantur. Quod autem tam magna ſpacia compleuerint, vt fere eosdem fines, ſi non maiores, quam Polonorum prouinciæ ſunt, occuparint, nemini mirum eſſe debet.

Ptolem. lib. 3.

Ptolomæus enim eos deſcribens, Maximam gentem Venetorum fuiſſe vocat, nec fruſtra. Ideo enim à Græcis *Spori*, id eſt ſparſi vocantur. Nam ſicut illæ inſulæ, quæ Sporades dicuntur, ab eo quod hinc inde ſparſæ mare compleuerint, ita & huius gentis homines prouinciatim, alii ad orientem, alii ad occidentem hinc inde habitarunt. Ideo *Procopius* à Mæothide prodiiſſe eos, *Iornandes* pone montes Sarmaticoa habitaſſe, *Dion* ad Vandalicos montes in Hermunduria conſediſſe memoriæ prodiderunt. *Ptolomæus* vero vsque ad ſioua Venedici oras eorum fines protendit. Sed neſcio ſane vndenam hæc illi acceperint, qui ſcriptis prodiderunt, quod Gotthi irati ob ſtipen-

Conciliatio autorum.

A dia a *Theodoſio* non ſoluta, relicta Thracia Pannoniam inuaſerint, eamque Vandalorum manibus eripuerint, cum a *Conſtantino Magno* donatam hactenus poſſederint.

Sarmatæ Caragnini dicti à Conſtantino excepti.

Scio quæ ex *Iornande* adferuntur de Rege *Geberico* Gottho, quod Vandalos profligarit, cum ad paucitatem redacti a *Conſtantino Magno* in Pannonia nouas ſedes impetraſſent, vnde poſtea in Hiſpaniam & Africam conceſſerint. Sed iſta dum meeum reuoluo, incidi in illam hiſtoriam apud *Euſebium* de Sarmatis, quomodo temporibus eiusdem *Conſtantini* laceſſiti bello a Scythis ſeruos ſuoacontra eos armarint, & tandem ſerui victoria potiti contra dominos ſuos arma ſuſtulerint, ac ſedibus propriis pepulerint, qui B tandem neceſſitate compulſi ad *Conſtantinum* Chriſtianum Imperatorem confugerunt: *quos*, inquit, *tanquam ſaluandi gnarus omnes in Romanorum terram ſuſcepit, & ex illis ſibi idoneas milites collegit*, &c. Et mox: *alios ad colendum agros diuiſit, ita vt calamitatem à ſeruis acceptum bene ſibi ceſſiſſe confiterentur.* De hoc, inquam, genere Sarmatarum mihi cogitanti, quinam fuerint, & per quam occaſionem in gratiam Imperatoris ſe inſinuarint, res veriſſima apparuit eos Vandalos intelligendos eſſe, ad quos poſtea & Gotthi ex Thracia tanquam ad ſuos populares acceſſerunt, quique ſicuti olim ad Pontum, ita & nune eum iisdem littora C Iſtri in Pannonia inhabitarant. Tandemque euoctia viribus ſuis recollectis, & ex vniuerſa Sarmatia corrogatis auxiliia, & adiuoctis Sueuorum vieinorum aliorumque Germanorum copiis, ex quorum te erat communem cauſam communibus auxiliis excutiendæ ſeruitutis gratia contra Romanorum potentiam tutari, ex Pannonia ſoluentes anchoram bipartito agmine prouinciaa hoſtilea aggreſſi ſunt: Gotthi, inquam, in Italiam abierunt, Vandali vero in Gallias, Hiſpanias, & vsque in Africam peruaſerunt, rurſusque ex Africa Romam petiuerunt, cuius hiſtoriæ ſummam hic quoque methodice abſque longis ambagibua enarrare ſtatui, ſicuti de Gotthis quoque paulo ſuperiua feci.

Tractatio methodica de Vandalis.

D

I. De origine Vandalorum & cognominis ratione.

Tres ſententia de origine Venedorum.

Alii Vandaloa a rege Tuiſconum *Vandalo* deriuant, quem dieunt vixiſſe *Altadis* tempore, regis Babyloniorum, longe ante natalem domini, & iſti hoc conſilio id faciunt, vt progenitores noſtrarum gentium in arbore conſanguinitatis Germaniæ ponant, ſic vt noa quibusdam conditionibus & parentelæ ratione iuris ſui faciant. Alii vero, vt *Oroſius*, a Gallia Venetos huc veniſſe affirmant. Sed verior eſt & ſolidioribus nititur fundamentis *Virgilis* ſententia,

A. C. 383. qui vult dicere poſt bellum Troianum *Antenorem* cum Henetis profugiſſe, Achiuos per Illyricos ſinus, vt ſupra meminimus, in qua A ſententia eſt & *Plinius*, & autorem eius rei grauiſſimum citat *Catonem*: *Venetos*, inquit ille, *à Troiana ſtirpe ortos autor eſt Cato*: verba *Catonis* ſic ſe habent: *Venetia eſt omnis ora circum ſinum maris poſt Hiſtriam vsque oſtia Padi.* Et mox: *Venetis cunctis prima origo Phaëtontea eſt, qua Græcis occaſionem mentiendi de Phaëtonte & Eridano præbuit. Poſterius mixta his nobilis ſtirps Troiana à quibus Patauia ſuo conditore inclyta.* Vixit autem *Phaëton Iacobi* & *Eſau* temporibus 2102. annis ab orbe condito. Poſt quem *Vandalus* apud Tuiſcones 160. annis regnaſſe dicitur. Omnia hæc ſunt antiquiſſima, ſitu & puluere B obſita. Merito igitur dixi ſententiam illam nobis ſequendam eſſe, quæ nobiliſſimorum autorum nititur fundamento, videlicet *Catonis*, *Virgilii*, *Strabonis*, *Iuſtini*, *Plinii* & *Sempronii*, qui dicit, Venetias primo Phaetontei poſtea Troiani eiſdem mixti coluerunt. Fieri autem poteſt vt poſt illam cladem Heneti duces & alii veluti ex communi incendio ſeſe eripientes in eas oras deuenerint, ſicuti noſtri hiſtorici *Alanum* ſecundum ex Aſia ſtipatum cohortibus veniſſe in eas oras tradunt. Apertè autem *Ptolomæus* ſic dicit: *Tenent Sarmatiam maxima gentes Venedæ, per totum Venedicum ſinum.* Huius rei nobis fidem facit etiamnum appellatio ſinus Venedici maris ad Pruſſiam & vlterius. *Iornandes* vero Vandalorum ſedes deſcribens dicit per vniuerſam regionem, vbi nunc coloniæ eorum ſit, ſpatioſos fuiſſe. Ita enim Vandaliæ limites deſcribit: *Vandali*, inquit, *ab oriente habent Gotthos, ab occidente Marcomanos, à ſeptemtrione Hermunduros, à meridie Iſtrum.* Et alio in loco: *Ad Viſtulam flumen Vinidarum natio populoſa conſedit. Quorum nomina licet nunc per varias familias & loca mutentur, principaliter tamen Sclauini & Antes nominantur.* Ne autem aliquis in nominibus Vandalorum, Vinidarum, Venedorum ludat, *Procopius* nobis ſuo teſtimonio luculento omnem ſcrupulum eximet, *Gotthica*, inquit, *gentes multa quidem, & aliæ prius fuere quam nunc, omnium autem maxima ac potiſſima Gotthi & Vandali & Viſogotthi, & Gepides, iam dudum & Sarmatæ & Melanchleni appellati. Sunt & qui Geticas gentes has vocent, qua omnes nominibus quidem inter ſe differunt, cætera conueniunt. Nam & albi ſunt omnes corpore, flaui coma, proceri quoque, & aſpectu probo, legibus item eiſdem vtuntur, ſimiliter & Arrianæ omnes fidei* &c. *Plinius* etiam Vandalos Sarmatas expreſſe vocat: *quidam*, inquit, *hac habitari ad Viſtulam vsque fluuium à Sarmatis, Venedis, Scyris & Hyris tradunt* &c. Ideo Vandali fortiter lege Symmachiæ cum Quadis contra *Antonium* Imperatorem in illa pugna dimicarunt, quæ accidit centum & aliquot annis poſt Chriſtum natum. A Quod ſi autem alicubi remote ſub arctoa regione habitaſſent Sarmatæ, non video cauſam, quæ eos ad pugnam tam aſperam impuliſſet cum Romanis.

Cato, Plinius, & Virgilius de gente Venedo.

Lib. 3. Coſmo.

Plinius lib. 4. cap. 13.

II. De nominibus Vinidarum, Venedorum, Vandalorum, & ſtationibus eorum.

Illa ſubtilis diſtinctio, in qua tria quærimur, vt elabantur contrarium ſentientes, iam ſuperius eſt à nobis diſcuſſa. Autores Græci & Latini diuerſis vocabulis iſtarum gentium nomina exprimunt, conſonantes tamen eaſdem retinent. *Iornandes* dicit Veſogotthos, *Procopius* Viſogotthos. Quos Græci B Getas vocant, Germani Gotthos, *Plinius* Gutones, *Ptolomæus* Gitones, alii Gutas. Sicuti nunc alii Polakos, alii Polonos, alii Lechitas noſtram gentem vocant; ſic & illo tempore alii Venetos, alii Vinidas noſtram gentem vocarunt, Germani vero Vandalos. Quos Vendilos *Procopius* vocat, hos *Iornandes* Vandalos. Certum eſt tam *Procopium* quam *Iornandem* de vna gente loqui. Nam eandem hiſtoriam texens illorum bellatorum Vandalorum, ſedem eandem eis tribuit. Et quos a Mæothide progreſſos *Procopius* dicit, eoſdem & *Iornandes* ad fontes Iſtulæ ponit. Puerile enim eſt cogitare in tanto exercitu trecentorum millium, tantum Cracouienſe territorium fuiſſe & Sedomitienſe. C Haud dubie ibi etiam à Mæothide & ab occidentali mari populi erant, vt de Alanis expreſſe annotatur, qui eis commilitarunt.

II. De progreſſionibus & ſtationibus Vandalorum ac exercitus conſcriptione.

Sicuti Vandali cum Quadis, Gotthis, lege Symmachiæ ſteterunt multoties in acie, contra communes hoſtes: ita in illa maxima expeditione Vandalorum in regiones meridionales haud dubie etiam eædem nationes eos non deſeruerunt. Et forſan hic conſcribebatur exercitus ad Iſtulam, qui fuit tranſmiſſus ad illos, qui iam Pannoniam antea per centum annos poſſede- D rant. Prima igitur ſtatio eorum fuit hic in Polonia, quo populi a Mæothide & mari Baltico accurrebant, alii ſponte, alii fame pulſi, vt *Procopius* de Vindilis a Mæothide procedentibus tradidit. Affirmat autem Alanos in vicinia Vandalorum habitaſſe. Secunda ſtatio fuit in Pannonia, vnde ſoluentes in illas regiones contenderunt. Iam autem ad Rhenum illi Vandali, quos & Burgiones *Ptolomæus* vocat, confœderant antea, forſan vt veluti anteambulones ſedem, belli iſtic eis in tempore præpararent. Tertia ſtatio eorum fuit in Hiſpania, vnde per fretum Gaditanum cum lectiſſimis traiecerunt. Quarta Carthagini in Africa, vbi regna opulentiſſima

A. C. 383.

Vandali ad Albim.

ſima nacti nonnihil quieuerant, de qua re inferius. De illis autem, qui ad Albim ſunt, Vandalis, inquam, & Sorabis & Vuiltzis aliud eſt iudicium; illos enim ego cum *Borobiſta* rege Gotthorum proceſſiſſe puto circa annum ab orbe condito 3870. quando contra hunc regem Gotthorum tres reges Germanici coadunatis copiis conſpirarant, videlicet *Caſſander, Sicamber, Arathius* Saxo-Doringiorum *Hamer*. Quanquam & ante aliquoties in mediam Germaniam progreſſos fuiſſe Gotthos ante *Iulii* tempora oſtendi. Et quia Vandali Gotthi Sarmatis Symmachiæ nexu ſemper deuincti erant, credibile eſt eos illo tempore in illis regionibus hæſiſſe. Et niſi hoc concedatur non video quo pacto *Dionis* locus ille ſaluari poſſit, cum dicit Albim oriri ex Vandalicis montibus. *Dion* autem vixit *Seueri* tempore ante annos 1383. B Sed de his ſuperius iam dictum eſt & forſan per occaſionem adhuc dicetur.

IV. De lingua Vandalorum.

Vergilius decimo Aeneid. de ſuis Mantuanis ſic canit:

Mantua diues agri, ſed non genus omnibus vnum,
Gens illi triplex populi ſub gente quaterni
Ipſa caput populi, vires de ſanguine Tuſco.

Quod inquam *Vergilius* de ſua patria dixit, hoc & mihi explicanti originem gentis Poloniæ dicere licet. Nam ſicuti illi triplices populi in quarto, videlicet Mantuanorum conſummantur, ita hic Vandali, Gotthi & Quadi in Sarmatarum tanquam protopatorum nomine coaugmentantur. Quod *Procopius* fere totidem verbis explicans ſic inquit: *Gotthicæ gentes multæ quidem & aliæ plures fuere quam nunc. Omnium autem maxima Gotthi, Vandali, & Viſogotthi Gepidesque, iamdudum & Sarmatæ & Melanchleni dicti.* Quare hæc carmina *Vergilii* poſſent ad eos eo modo detorqueri & accommodari.

Lechia diues agri, ſed non genus omnibus vnum,
Gens illi triplex, populi ſub gente quaterni
Ipſa (id eſt Sarmatia) caput populus, vires de ſanguine Vandlo.

V. De Vandalorum conſuetudinibus in bellis ducendis.

Vſitatum fuit Vandalis omnem ſpem victoriæ in campeſtri pugna locare. Ideo vrbibus non delectabantur, exceptis fortioribus aliquot locis, reliquas munitiones diruebant. Hunc quaſi ingenitum morem à maioribus Vandalis hodie quoque Poloni in vſu habent, eumque ſpecioſis verbis iactant. Quod inſtitutum an laudandum ſit, Vandalorum ipſorum exemplo cum eſſent in Africa patebit. Quam hiſtoriam malo *Procopii* verbis explicare: *Gizerichus*, inquit, *poſt hæc ad Africæ ſtatum conuerſus, ciuitates omnes præter Carthaginem mœnibus nudauit, vt neque ipſi Afri Romanorum* A *agentes prædas haberent quo ſe reciperent, neque Romani, ſi ab Imperatore in Africam mitterentur, diſcedentes munitas præſidiis relinquerent, negotium præterea Vandalis facerent. Quod quanquam bene ab initio ſuccedere videretur, tempore tamen procedente Beliſarius loca ſic diſcincta & immunita paruo negotio cepit: ex quo Gizerichus ridiculus eſt viſus, qui, quod optimum ei videbatur conſilium, in ſtultitiam damnumque verſum vidit.* Sicuti autem in curulibus caſtris eorumque munitione Poloni nunc multum præſidii collocant: ita etiam olim. Nam quatuor menſes *Beliſarius* in caſtris abditos oppugnauit. Vſque adeo ars caſtrorum metandorum antiquitus in ea gente floruit.

Quæſtio. An vrbes multas munitas habere ſit vtile?

VI. Refutatio eorum quæ contra hanc ſententiam adferri poſſent.

Sed quia de cognominum Vandalicorum vocibus iniecta eſt mentio, non alienum fuerit à re, ſi eorum rationem paulo plenius examinemus. Non enim deſunt, qui probare conantur Vandalos illos Germanos fuiſſe origine, ex eo quod duces & principes ipſorum nominibus Germanicis appellabantur. Quod genus ratiocinii an in ſe aliquam vim & efficaciam habeat diſpiciendum venit. Inprimis autem negatur, illa nomina Vandalicorum ducum fuiſſe Germanica. Nam *Genſerici* nomen prorſus idem eſt, quod Poloni vocant *Caſiorck*, vt iam dictum eſt, quanquam in huius appellatione variant. Nam alii *Honorichum*, alii *Honorificum*, ſecundum *Procopium*, vocant. Ideo vel ex hoc exemplo patet, in ea cauſa ſyllabis C cognominum non eſſe vſque adeo fidendum. *Traſimundi* nomen magis Græcum eſt audaciam inſignem in duce deſignans; *Thraſos* enim audaciam ſignificat. Sed largiamur reperiri inter eos quædam nomina Germanica, non tamen ſtatim obtinebunt, quod volunt. Nomina enim Principibus viris ex occaſionibus nouis imponi nemini dubium eſt: vel ab euentibus, vel quia ſic cognatis arridet, vel vicinis ſeſe accommodando, vel quia apud commilitones ſuos hac re captant beneuolentiam. Sic nomen *Theodati* Imperatoris orientalis compoſitum eſt ex Græco & Latino, vt D ea ratione exercitui qui potiſſimum ex Græcis & Romanis conſtabat commendabilior redderetur. Inter nomina regum Poloniæ varii generis nomina reperiuntur. Inuenias Italica, *Gracchus, Popilius* ſeu *Popielus*, plurima Germanica, vt *Henrichus*, *Lodouicus*, *Conradus* &c. Euocantur etiam interdum extranei reges, qui ſecum & peregrina nomina inuehere ſolent. Sed ex *Iornande* hunc nodum dilucide ſoluere placet, dicit enim hoc pacto: *Nec quis dicat, hoc nomen a lingua Gotthica omnino peregrinum eſſe. Nemo eſt qui neſciat vſu plerumque nomina gentes amplecti, vt Romani Macedonum, Græci Romanorum, Sarmatæ Germanorum,*

A. C. 383.

Nomina Vandalorum.

Sarmatæ peregrina nomina ſibi imponebant.

Gotthi

A.C. 383.

Gotthi plerumque Hunnorum. Ficulneum itaque argumentum eſt eorum, qui Vandalos Germanos ideo facere volunt, quod pleraque Germanorum cognomina inter eos reperiantur, cum hic expreſſe dicat *Iornandes* tantum ſtudium inter vtramque gentem, Germanos nimirum & Sarmatas fuiſſe, vt etiam Sarmatæ nomina Germanorum paſſim aſſumerent. Et ob hanc neceſſitudinem puto pleroſque ſcriptores lapſos eſſe, quod Vandalos Germanis connumerandos duxerunt, vt *Plinius* & *Cornelius Tacitus*. *Plinius* quidem Vandalos inter Germanos ponere quodam in loco videtur: *Cornelius* autem *Tacitus* coætaneus eius dubitat, inter Germanos ne an Sarmatas eos reponere debeat. Autor autem *Cario Plinii* ſententiam quæ fuerit explicans affirmat eum non de Vandalis loqui, qui ad Vandalum ſiue Iſtulam habitabant, ſed de illis, qui ad Albim & Vandalicos montes ſedes habuerunt. Nam quia altercatio vetus fuit inter iſtas gentes de finibus, Sauromatis Vandalicos montes & Albim tanquam limitem ſuum defendentibus, Germanis contra reſiſtentibus, itaque poſſeſſoribus inter ſe diſcordibus, neceſſe eſt ſcriptores quoq; diſcordes dubioſque fieri.

Errores coſmographiæ Latinorum.

Negari ſane non poteſt veteres ſcriptores dũ ſeptemtrionales prouincias deſcribere volunt, ſubinde errare. Nam idem *Plinius* Germanos inter Scythas connumerat. *Iulius Cæſar* in commentariis flumen in Germania Scaldam in Moſam dicit influere. *Strabo* Lupiam & Viſurgim in Amaſim deferri refert, ſicut *Pomponius Mela* in Iſtrum Iſtulam influere affirmat. *Ptolomæus* ipſe de ortu Boryſthenis hallucinatur. Quin & de Iſtula ſecum diſſentit. Nam in tabula Germaniæ ortum eius prope Danubium ponit. Itaque cenſeo non admodum eſſe fidendum paſſim in omnibus rebus ſcriptoribus antiquis. Et multi inter illos mentione facta vltramontanarum regionũ Germanos tantum velut vicinos & ſibi magis notos intelligunt cæteros ignorant. Quin & nunc multos reperias inter Gallos, Italos, qui Polonos Germanos eſſe credunt. Imo in conciliis ſuperioris ætatis, Conſtantienſi inquam & Baſilienſi, quoties autoritate quatuor nationum, videlicet Italicæ, Græcæ, Germanicæ, Polonicæ patres illi aliquid decernere volunt, fere ſemper Polonos cum Germanis coniungunt & amborum ſuffragium pro vno reputant. Quare & illa *Methodii* epiſtola, in qua ſe Vandali Germanos profitentur, vel ficta eſt, vt alia pleraque eius generis, vel de Vandalis, in quorum exercitu Germani complures militare conſueuerant, intelligenda.

Methodii epiſtola.

Cur Sarmatæ Germanis admiſcentur ſæpe.

Nam ſicuti nunc Poloni raro militiam exercent abſque Germanis, ita & olim; præſertim cum communem cauſam tutabantur contra Romanos: vel per tropum catachriſeos, ratione viciniæ, vt ſupra demonſtratum eſt, exponenda. Hæc de autoritate *Methodii* & Papæ *Gregorii*. Sed quia rem cominus agunt, nobis quoque argumenta contra eos expedire liceat.

A.C. 383.

Autores qui nobiſcum ſentiunt.

Ptolomæus autem Venedos inter Sarmaticas gentes ponit, & in tabulis pingit, nec ad lacum Myſianum diuerſos eſſe ab iſtis. At occidentaliores Venedos inſigniores fuiſſe celebrioreſque orientalibus credibile eſt, & ideo inde exordium illius expeditionis magnæ factum fuiſſe teſtantur ſcriptores, quod ibi regiam forſan habere conſueuerant, & comitia ſua celebrare. Nam rebus florentibus in Græcia ipſi etiam conferebant ſe ad Ponti ripas: rurſus occidentem verſus tranſlato imperio ipſi quoque libentius ad confluenta Iſtulæ commorabantur: Imo ſucceſſu temporis & regiam huc tranſtulerunt. Adde quod *Iornandes* ſæpius Slauos, Antas, Venedos, ex vna ſtirpe Venetorum prodiiſſe, triaque nomina edidiſſe fatetur. Ergo non ex Germanis. Nec illa diſtinctione proficient, qua alios Venetos & Vinidas faciunt a Vandalis, cum hos Germanos fuiſſe, illos vero Sarmatas fateantur.

Venedi non diuerſi a Vandalis.

Nam ſi ſe ita res habet, dum declinando vnam plagam, alteram grauiorem accipient. Nimirum illos, qui duce *Genſerico* admiranda geſſerunt, Germanos non fuiſſe, ſiquidem Vandalos in Germania collocant vltra Iſtulam: qui vero Romam vaſtarunt à Mæothide prodierunt, & Vinidæ Venetique appellabantur non Vandali, & inde prodiiſſe dicuntur. Hæc aperte fatentur ſcriptores. Hic & finis litis, dum alterum extorquere voluerunt, vtrumque amiſerunt. Commonſtratum autem eſt à nobis, melius ea de re ſentire *Crancium* & *Irenicum*, qui Vinidas, Venetos, Vandas, Vandalos vnam gentem fuiſſe docent, ac licet ſyllabarum acceſſionibus & detractionibus voces iſtæ differant, re tamen ipſa eas minime differre tradunt; quod *Iornandis* autoritate comprobari poteſt. *Vinidarum*, inquit, *natio populoſa conſedit, quorum nomina licet nunc per varias familias & loca mutentur, principaliter tamen Slaui & Antes nominantur.* Ego exiſtimo eum de hac mutatione & deriuatione nominis loqui, quod ab aliis Vandali, Vindæ & Veneti tum vocabantur. Sic & nunc a Germanis hæ gentes partim Vindæ, partim *Wenden* & *Vinden* vocantur. Nec modo iſtos qui ad Albim manent, ita vocant, ſed etiam Illyricos incolas, vt *Melius* in *Ptolomæum* annotat. Quod propter eos addo, qui quaſi obliti ſui fatentur quidem Slauos illos ad Albim à Germanis *Vindas* dici, ſed excipiunt non eſſe hæreditatium nomen, ſed priſcarum gentium Germanicarum, quarum ſedes poſt *Gregorium Magnum* occuparint: idque vſitato more aliis quoque gentibus, ſicuti Czechi Boëmos ſe quoque appellari volunt, quod Boiorum ſedes occuparunt. Fuerit autem ita vt ipſi volunt. At ſi non ſtirpis ſed nationis nomen eſſe volunt, qua de

cauſa

A.C. 383.

Vinden appellant Germani non modo iſtos ad Albim, ſed etiam Illyrios.

cauſa erga Slauos, Illyrios, totamque illam oram Germani V*indas* vocent, ſi illius regionis Germanicæ in Luſatia tantum nomen eſt & non ſtirpis totius, quæ vsque ad Venetos refertur? Mihi ſane vſus cognominandi has gentes Vindas ad Germanos demanaſſe videtur ab illa conſuetudine peruetuſtiſſimi illius ſeculi, quando *Polybius* vixit, qui fatetur omnes illos populos ad mare Adriaticum ſuo æuo Venetos fuiſſe appellatos. Adde quod Germani non modo populos, ſed linguam quoque noſtram Vandalicam vocant. Quod ſi ita eſt, non ergo eo reſpectu Vindas ſuos vocant Vandalos, quod Vandalorum ſedes occuparunt, & in eorum ſedes ſucceſſerint: Sed quod prognati ex Vandalis Vandali ipſa lingua patria & hæreditaria, Vandalica nimirum, vtantur. Nec temere puto obrepſiſſe illam conſuetudinem Chronologis Polonis peruetuſtis, adeoque toti generi, vt ſe Poloni ipſimet Vandalos eſſe glorientur, cum ea res etiam ad ſacra & templa ex traditione peruetuſta peruaſerit. Citat enim & allegat ad eam rem confirmandam non inepte *Miechouienſis* peruetuſtam formulam orationis publicæ quæ antiquitus in templis huius regni in feſto Alberti a ſacerdote cantari ſolebat ad hunc modum:

Autoritas ex eccleſiaſticis monumentis.

Benedic dominum regem cunctorum conuerſa gens V*andalorum.* Quod cum ita ſit, mirum non eſt Polonos in defendendis antiquitatibus & prærogatiuis gentis ſuæ pertinaces eſſe, vtpote quæ non modo ex ſcriptis patrum accepta, ſed etiam per manus tradita ſunt. Male igitur illi, qui iſta in dubium vocant contra tot hiſtoricorum autoritates non modo Græcorum, Latinorum, ſed ipſorum Germanorum etiam, ac denique ipſarum eccleſiarum ac templorum authentica teſtimonia, quæ inſtar oraculorum habenda erant.

VII. *Decem & nouem argumenta confirmantia de* V*andalis veterem traditionem & auitam ſententiam.*

Et quæ prolixius narrantur, non ita a rudibus mente concipi poſſunt, ideo breuiter & diſtincte rem vniuerſam comprehendemus. Refutauimus argumenta impugnantia traditionem patrum de origine Polonorum a Vandalis, nunc rurſus argumenta, quæ pro affirmatiua propoſitione faciunt, recitabimus.

PRIMVM argumentum ſit ab authoritate ſcriptorum, quos in tres claſſes diuidemus: vetuſtiores primo, deinde recentiores, qui autem in media ætate floruerunt, in medio etiam collocabimus. Ex vetuſtioribus qui dilucide de iſtis rebus ſcripſerunt, eſt *Ptolomæus*, qui dicit: *Tenent autem Sarmatiam maxima gentes Veneda* &c. *Plinius* vero: *Quidam vero hæc habitari ad* V*iſtulam fluuium à Sarmatis, Venedis, Scyris, Hyris tradunt.* *Ablauius* hiſtoricus antiquus Gotthorum, ex quo *Iornandes* ſuam hauſit hiſtoriam, dicit, Gotthos in Vandalos impetum feciſſe, eorumque ſedes ad Viſtulam occupaſſe.

Ablauius autor hiſtoricæ Gotthicæ.

A.C. 383.

Mediæ ætatis ſcriptores ſunt *Iornandes* & *Procopius*, cuius autoritates pagina ſuperiore iam produximus, nec opus eſt iterum eadem repetere. Tertiæ ætatis recentiores autores ſunt præcipuarum nationum, Italiæ, Hiſpaniæ, Germanorum, Boemorum & Polonorum. Italus *Annius* V*iterbienſis* non ignauus antiquitatum indagator, multoties fatetur Vandalos eſſe Polonos. Sic & hiſtoria Hiſpanica cuius teſtimonium *Miechouienſis* citat in ipſa præfatione. Ex Germanis plurimum *Carioni* tribuo. Is multoties hoc idem fatetur, ſed ex commentario in *Cornelium Tacitum*, verba eius producam: *Equidem ſuum cuique iudicium permitto*, inquit, *ſed tamen Ptolomæi deſcriptione moueor, & ipſa appellationis vetuſtate, vt* V*andalos gentem Sarmaticam eſſe exiſtimem, quos vocamus* Vendan. Et *Funccius*: V*andalorum gens qua lingua Sclauonica vtitur, nominata eſt* die Wenden, *è quibus nunc multæ & maximæ gentes diuiſæ ſunt, Boëmi, Poloni, Sclauoni, Croatii &c.* Et Melius enarrans *Ptolomæi* ſcripta, fatetur Germanos in vniuerſum vocare gentes Slauonicas, *die Wenden.*

SECVNDVM argumentum ducitur a nomenclaturis vetuſtis montium, fluminum, vrbium, gentium, quod fortius argumentum eſſe volunt, quam authoritates hiſtoricorum. Montium item nomina huius poſtremæ ætatis, quæ in *Ptolomæo* reperiuntur: nimirum Carpatus, Bieſczady, Vandalici montes &c. Vavvla, Laſotinum, *Rekawka, Nogawka.* Horum poſteriora in *Ptolomæo* non reperiuntur, ſed antiquiſſima eſſe liquet. Tertio fluminum, vt Viſtula, quam alii vocant, Vandalum, Vartam, Gutalum, Chaluſam. Affirmant autem ſcriptores, fluminum nomina omnium maxime durabilia eſſe & retinere primæuam appellationem vetuſtatis. Quarto oppidorum & gentium, puta Calis, Sobocii, Carodunum, Gutones vbi eſt *Gedanum*, Variorum vbi *Varca*, V*arſſauia*, Sidonum vbi *Szidlow*, Ducleotæ vbi *Ducla*, Starogardia ſiue *Starigrod.* Credibile igitur eſt veteres incolas harum regionum fuiſſe noſtræ gentis, & noſtræ ſtirpis, quandoquidem noſtra ætas & gens hactenus vocabula iſta retinent. Et prorſus naturam Polonici ſermonis ſapiunt.

TERTIVM argumentum à proprio linguæ noſtræ vſu. Contra cognomina locorum nobiliorum nihil Germanicum redolent, nec ſyllabæ illæ, veluti ſunt, *Rad*, *Hart*, *Bring*, *Mund, Old, Win, Rich.* Ergo Germanos hic hæredes fuiſſe olim non eſt credibile. Extarent etiam veſtigia hic politiæ, œconomiæ & morum Germanicorum, ſed nihil tale reperies.

QVARTVM argumentum. Si Roxolanici populi nationes in Illyrico Boëmiam & Poloniam, Ruſſiam, & alias inundaſſent, vnda tot

A. C. 383. & tanti inhabitatores veniſſent, & quis locus antea eos capere potuiſſet? Hunnorum erant aliquot centena millia, & tamen vix Pannoniam replere potuerunt: qui vero tanta latifundia implerent, vnde quæſo prodiiſſent?

QVINTVM argumentum. Noo agant coniecturis, ſed oſtendant aperte ex hiſtoricis, quando poſt tempora Vandalorum, Gotthorum, terras Polnoorum Roxolani occuparint. Si hoc præſtare non poſſunt, ergo figmenta ſunt & imaginationes quæ narrant.

SEXTVM argumentum. Ab impoſſibili ducitur argumenrum, quo probatur nequaquam Germanos fuiſſe cunctos illos populos, qui ante mille annos proceſſerunt in perniciem Romanorum. Nam ſi Vandalorum exercitus conſtabant trecentis millibus, Gotthorum ſimiliter, Longobardorum, Sueuorum non paucioribus, item Francorum in Galliis: cum *Odoacer* etiam Rugianus magnas copias habuerit, quas in Italiam duxit, quomodo credibile eſt ex vna natione eodem tempore potuiſſe educi tot & tantos exercitus, tantamque vim populorum. Nunc Germania eſt magis habitata, & magis dilatata, & tamen centum millium exercitum *Carolus Quintus* vix potuit ex ea conficere, quando ad Viennam duxit exercitum contra Turcos ante quadraginta annos.

SEPTIMVM argumentum. Cum hiſtorici res Germanorum & Vandalorum referunt, cur eos ſibi inuicem opponunt diametraliter: Vandali, inquiunt, ſic & Germani ſic: Fecerunt hoc Germani, fecerunt hoc Vandali: ſi non ſunt diuerſæ gentes. Et cur Vandali in Germanos & rurſus Germani in Vandalos tam inexplebili odio ferebantur, vt alii alios occiderent cum poſſent, terras etiam alii aliis eriperent, & iuris ſui facerent? Quod nequaquam tam infeſtis animis, nec ita durabili odio feciſſent, ſi vtrique ſtirpis Germanicæ eſſent.

OCTAVVM argumentum. Si Vandali Germani erant, cur extra limites Germaniæ manebant, hoc eſt alii ad Mæothidem vicini Alanis, alii ad Venedicum ſinum in Sarmatia, vt *Ptolomæus* inquit. Nam ſcriptores illos populos, qui montes Italicos tranſcenderant, aperte dicunt fame pulſos à Mæothide diſceſſiſſe.

NONVM argumentum. Si Vandali Germani erant, cur diuerſa vtebantur lingua, Sarmatica nimirum, quam & Gotthicam *Procopius* vocauit, non Germanica ſicuti *Procopius* ab initio libri de Vandis aperte teſtatur. Sed & *Ouidius* vnam linguam intelligens, dicit ſe didiciſſe Getice Sarmaticeque loqui.

DECIMVM argumentum. *Cornelius* dubitat an Veneros Germanis adnumerare debeat, tamen eos diſcernit politia, moribus, & veſtitu, & inde probat gentem aliam fuiſſe Germanos à Sarmatis, hoc eſt Vandalis. *Nam Sarmatæ,* inquit, *ſub plebeia libertate viuebant, Germani ſub arctiore diſciplina. Sarmatis & Vandalis coniugia mixta erant, Germanis non. Sarmata laxa veſte vtebantur, Germani ſago & veſte ſtricta, & ſingulos artus exprimente.* Quem morem etiam nunc Germani ſeruant, nec ex eo quicquam remiſerunt. A. C. 383.

VNDECIMVM argumentum. Vandali ex Paphlagonia in eas regiones peruenerunt. Germanos autem *Cornelius Tacitus* indigenas ac propemodum autochtonas fingit, minimeque aliarum gentium aduenas, & hoſpiciis mixtos, quæ in Vandalos cadere non poſſunt.

DVODECIMVM argumentum. *Cæſar* cum Germaniam deſcribit nullam Vandalorum facit mentionem, quod nequaquam omiſſurus erat, ſi Vandali ad Germaniam pertinuiſſent.

DECIMVM TERTIVM argumentum. Si Vandalia eſt Germania, vbi quæſo erit Sarmatia meridionalis? vbi Slauonia? Siquidem regiones montium Sarmaticorum Vandalis adſcribit *Iornandes.*

DECIMVM QVARTVM. Conſenſus Chronicorum Boëmicorum, Polonicorum, Ruſſicorum veterum & recentium non eſt contemnendus. Nam pro depoſito quodam veluti per manus tradito hæc narratio in gentibus iſtis durauit & permanſit ad hunc vsque diem, nimirum quod Vandali ſint Poloni. Si autem Germani hic ante *Conſtantinum Magnum* habitarunt, cur montes iſti ſupra Cracouiam non ſunt dicti montes Germanici? Vocantur autem ab omnibus ſcriptoribus Sarmatici montes.

DECIMVM QVINTVM argumentum. Annotamenta quæ in eccleſiis hac de re repeliuntur ſunt magnifacienda, præſertim cum etiam in publicis precibus hæc res exprimatur. Memini autem ſuperius teſtimonium eccleſiaſticum, & precatiunculam publicam adieci, quæ ſic ſe habet: *Benedic regem cunctorum conuerſa gens Vandalorum.*

DECIMVM SEXTVM argumentum. Germanorum cognomen temporibus Cæſarum primum natum fuit atteſtante *Strabone* lib. 7. & *Cornelio Tacito* de Germania. Sarmatarum autem nomen & Venedorum longe antiquius eſt. Etſi Germani Celtæ vocabantur, certe Vandali Sarmatæ, Celtæ non erant.

DECIMVM SEPTIMVM argumentum. Affirmant quidam Roxolanos Vandalorum vacuas ſedes occupaſſe dum Vandali in Hiſpaniis bella gererent. Ad *Proſper* hiſtoricus affirmat poſt diſceſſionem Vandalorum Longobardos nihilominus hic vbi eſt Polonia dimicaſſe cum Vandalis. Non igitur ita populariter inde emigrarunt Vandali, vt multi ex eis hic non remanerent.

DECIMVM OCTAVVM argumentum. Adhæc experientia comprobat, vbicunque aliquando vi aut conſiliis in poteſtatem redactæ ſunt aliquæ gentes à monarchis, ibi duas linguas in vſu eſſe, alteram penes conſulares & mili-

A. C. 383. militares viros, alteram inter plebeios & agricolas, vt in Dania, Ruſſia, Pruſſia, Italia, Græcia, & etiam in Vngaria: veteres enim coloni patria lingua in villis vtuntur: in aulis vero & prætoriis exotica lingua, quam ſecum fortior pars attulit, publica tractantur negotia. Huius rei ne veſtigium quidem in Polonia apparet. Sed omnes ad vnguem vna lingua patria vtuntur tam in aula & prætoriis, quam in templis. Quod ita ſtricte ſeruatur vt ne quidem in montibus, fluuiis, ſyluis ſignum aliquod extet mutationis. Ex quo liquet aborigines eſſe gentes Polonas & linguam Sarmaticam antiquitus retinere, quæ nec in prolatione nec in conſtructione vllam contaminationem adulterationemue paſſa ſit.

DECIMVM NONVM argumentum. Sarmatæ etiam vocantur a veteribus Moſchi, Roxolani & Iazyges. At iſti noſtra lingua vtuntur. Ergo & iſtæ terræ ad Sarmatiæ complementum pertinent. Sicut & *Lucanus* poeta teſtatur: *Sauus affinis Sarmata Moſchis*. Prudenter autem ab eruditis deprehenſum eſt, nullam eſſe gentem ſub cœlo, quæ priſcam ſimplicitatem, mores & linguam inde à temporibus patriarcharum per illos bellorum tumultus fidelius ſeruarit, quam Moſchos. Nam ad illas terras niue & glacie rigentes nec *Darius*, nec *Alexander* Macedo, neque *Iulius*, neque *Auguſtus* armis penetrare potuerunt. Ac ne quidem id forſan optabant etiamſi potuiſſent. Proinde Moſchi non poterant eſſe obnoxii cauſis illis, quæ alterationes gentibus inducunt.

CAPVT VII.

De Gandaricho Principe Vandalorum.

Anno ab orbe condito	4374.
Anno à nato Chriſto	412.
Ante annum	1150.

A. C. 412. GAndarichus corrogato exercitu ex Vandalis, Alanis, aliisque Sarmaticis populis, quorum numerus ab aliis centies quater millium, ab aliis trecentorum millium refertur, relictis ſuis ſedibus ducit exercitum vna cum patre ſuo *Modigilo* ſene admodum per Germaniam Rhenum verſus, quo ſuperato Treuirim vrbem Galliarum petit. Et quia iſtic paulo ante Franciones conſederant, maximamque partem Galliarum in ſuam poteſtatem redegerant, ideo hos, conſilium ei præbente *Stilicone* Romanorum duce, cuius perſuaſionibus ex Pannonia euocatus erat, aggreditur & fatigatos armis ex Galliis abire cogit, quos vbi ſubmouiſſet, libere tandem longe lateque nemine prohibente Galliam vaſtat & populabundus quoquo verſus diſcurrit. Ac vbi iam cædibus & prædis ſatis indultum eſſet, & à gentibus extraneis vindicata Gallia ac Romanorum deſiderio & iræ ſatisfactum eſſet, ipſi in Hiſpanias vlterius contendunt, Burgundiones vero populares eorum, qui & ipſi tum ad Viſtulam in vicinia cohabitabant, ac etiam Sueui, illecti amœnitate regionis & cœli clementia ſedes ibi figunt, prouinciasque Heduorum, Lingonum, Veſuriorum, Cabilonenſium ſibi vendicant, quam poſtea *Burgundiam* a ſuo cognomine appellarunt. Vandali tamen nihilominus Burgundiis & Sueuis commilitonibus deſtituti non quieuerunt, ſed ſuperatis Piræneis montibus interiora Hiſpaniarum petierunt, & iſtic Beticam armis ſubactam a ſuo nomine *Vandaliam*, ſicut ab Alanis *Catalaniam* cognominarunt. Sed quid accidit? Cum ad ſummum culmen fortunæ peruenerunt, *Gandarichum* ducem ſuum amittunt. Subita is tum morte eis ereptus videbatur, non ſine ſuſpicione grandi irati numinis, quod templum theſauris & celebritate pernobile Hiſpalis vrbis, quam interea temporis vi cœperat, diripere ſtatuiſſet. Hæc acta ſunt ante 1150. annos.

Modigilus Rex.

Vandali Galliam vaſtant.

Burgundia.

Vandalia.

A. C. 412.

CAPVT VIII.

Genſericus II. Princeps Vandalorum.

Anno ab orbe condito	4390.
Anno Chriſti	428.

MOrtuo *Gandaricho* ſucceſſit *Genſerichus* filius, quod nomen Polonicum eſſe apparet ex ſono & dialecto ſermonis noſtri, ſignificatque idem quod noſtri *Gaſiorek*, id eſt, anſerem vocant. Et ſi conferas vocem *Genſericus* & *Gaſiorkus* exilis admodum differentia relinquetur. Romanos interea diuerſi affectus ac velut contrarii raptabant, & propter ſucceſſus Vandalorum in diuerſum agebant. Quod proſpere gentes Romano nomini infeſtas ex Galliis Hiſpaniisque expulerant, gratum eis erat: quod vero vires & fama eorum in tantum creſcebant, vt vix à Romanis, ſi maiora auderent, retrahi poſſent, hoc eos male habebat. Proinde ad artes ſolitas confugiunt, vtque vtriusque gentis, hoc eſt Gothorum & Vandalorum robur diminuerent, vtrosque *Stiliconis* opera inuicem committunt, & de Hiſpaniæ gubernatione armis diſceptare faciunt. Sed Deus Romanorum conſilia, fortuna eorum ad imum ruente, alio diuertit. Cum enim vario Marte inter ſe dimicaſſent, ne vlterius ſociale bellum inter eos creſceret, noua res emerſit. Regebat tum quidam *Bonifacius* Africam, dux *Valentiniani*, quem cum Imperii hoſtes armis vndique vrgerent, nec auxilia ad compeſcendos eorum furores ei teſſarent, *Genſericum* ex Hiſpaniis quamprimum precibus & muneribus inuitat, multa ſpe eum onerando, vt ei præſto adſit. Nec ille detrectat, eo quod iam bellum ſociale in Europa cum Gotthis peroſus eſſet: morem igitur ei gerit, & quinquaginta millia lectiſſimorum virorum tranſportat per illud Gaditanum fretum, primoque Hipponem, deinde

A. C. 428.

Bellum inter Gotthos & Vandalos.

Africa vniuerſa Genſericus potitur.

A. C. 428.

Carthaginem contendit. Ac vrbe in poteſtatem redacta, Africa vniuerſa ab eo pacem petit faſceſque Imperii defert. Animo erectus *Genſericus*, magna eum tentaſſet, maiora adhuc meditatur. Confecta tunc variis bellis Italia ingemiſcebat & à tyrannide *Maximi* oppreſſa ſuis minime confidens auxilio exterorum indigebat, itaque opem *Genſerici*, qui tum fama rerum geſtarum ſpectabilis erat, implorat, eiusque fidem ſequitur. Gratum tum *Genſerico* hoc nuncium fuit, ac quod duas gentes & duas vrbes Romam & Carthaginem dominas videlicet orbis terrarum Imperio ſuo adiungere easque armis ſibi ſubiicere, ad nominis ſui gloriam plurimum referre iudicabat. Itaque rebus in Africa ex tempore compoſitis, primo Corſicam, deinde Siciliam, via *Hannibalis* petit. Cumque Hetruriam armis tentaret, ab *Eudoxia* Romam accerſitur. Ille plenus animi mox ſe ſiſtit, & de *Maximo* Tyranno ſupplicium capit. Digna tunc mors Tyranno iudicata eſt, vt ille qui omnium libertatibus inſidiatus fuerat, ab omnibus quoque lapidibus obrueretur: hoc decretum ab eo latum fuit. Ne vero & ſibi interea deeſſe videretur, *Eudoxiam* & filiam eius *Eudociam* vna cum *Placidia* ſecum in Africam auehit, & paulo poſt matrem ſibi, quod ſenex iam erat, & filiam *Honorio* in matrimonium deſponſat. Nec diu matrimonium illud ſtetit. Nam breui ipſe moritur, filio *Honorio* in Imperio relicto. Fuit *Genſericus* vir aſtutus, & ad varias fortunæ occaſiones intentus, didiceratque cum hoſte non tantum viribus, ſed & induſtria certare. Volebat ille pactorum conuentorumque cuſtos fideliſſimus videri, ſed euentus non ſemel docuit, eum pro temporis opportunitate fœdera & ſeruaſſe & violaſſe. Cumque aduerſo Marte aliquoties pugnaſſet, iterum ſe arte & conſilio erexit, & cum in profundum delapſus eſſet, iterum ad ſummum emerſit. Proinde *Sertorio* ob eam cauſam à quibusdam non inepte confertur. Fuit tam elato & excelſo animo, vt ſi vitam ei ſuperi prorogaſſent, etiam Babylonem petere, & exemplo *Alexandri Magni* Orientis Imperium ſibi armis vendicare cogitaret. Videbatur enim ſe hoc nomine fortuna *Alexandri Magni* conferre, quod ſicut *Alexander* 40. & aliquot millibus orientem ſibi ſubegerat, ita ille pari numero copiarum 50. nimirum millibus, Africam domuerat, quodque fata *Alexandro* negauerant, Romam, Senatum videlicet orbis terrarum, vt *Cicero* loquitur, in ſuam poteſtatem redegerat.

Carthaginem & Romam duas mundi dominas Vandali capiunt.

Genſerici virtutes.

CAPVT IX.

Honoricus II.

Anno ab orbe condito 4437.
Anno Chriſti 476.

A. C. 476.

Tyrannis Honorici.

SEcundus rex huius ætatis Vandalorum numeratur *Honorius Genſerici* filius, cuius natura & mores erant ad tyrannidem compoſiti. Namque vtriusque ſexus homines tam A viros quam mulieres perſequebatur. Et viros quidem igne ferro & aqua è medio tollebat, virginum vero corpora admotis facibus vrebat, mammillisque & brachiis præciſis ad *Arrii* dogma amplectendum cogebat. Fuit quoque *Auguſtinus* Epiſcopus Hipponenſis ſpectator aliquomodo harum calamitatum, ſed Deo illi parcente, ſeptimo menſe poſt Hipponem à Vandalis obſeſſam mortuus eſt. Huiuscemodi crudelitatis exempla ſecutæ ſunt pœnæ. Afflixit Deus illam gentem fame & grauiſſima peſtilentia, & ipſe rex phtiriaſi conſumptus, non ſine grauiſſimis doloribus & tormentis deceſſiſſe ſcribitur. *Eudoxia* filia *Valentiniani* Imperatoris, & mater *Hil-* B *derici* pii regis, vxor vero huius regis *Honorici*, prætextu religionis & voti ſuſcepti adeundæ Hieroſolymæ, à marito ſe eripuit, nec poſtea, auerſata illam mariti ſæuitiam, ad eum rediit, ſed in precationibus lachrymisque, & aliis quæ ad exercitia Chriſtiana pertinent, magnam partem ſui æui traduxit. Regnauit hic annos octo.

Eudoxiæ pietas & crux

CAPVT X.

Gundabundus.

Anno ab orbe condito 4446.
Anno Chriſti 485.

C FUit & hic *Gundabundus* Arrianus & ſæuiit aduerſus Chriſtianos, nec fuit filius *Honorii*, ſed frater & *Gonſage* patruo ipſius & Germano fratre *Genſerici*: Ideo *Gundabundi* nomine patronymico fuit appellatus. Puto hunc *Gonzagen Gonzagarum* nomen in Hiſpaniis reliquiſſe, quorum hactenus clariſſima familia in Hiſpaniis extat. A. C. 485.

CAPVT XI.

Traſimundus III.

Anno Chriſti 495.

HIc 27. annos regnauit, vir præclaræ indolis & ſapiens, omnesque maiores ſuos D animi magnitudine excelluit, vt *Procopius* de eo tradit. Erga Chriſtianos aſtute ſe geſſit, non pœnis corporis, aut ſuppliciis velut alii, ſed præmiis & honoribus ad ſuam fidem eos inuitans. Erat enim Arrianus. In gratiam huius *Fulgentius* rogatus, de myſteriis fidei Chriſtianæ ſcripſit. Et ab eo emollitus poſtea non ita ſæuiit in Chriſtianos. A. C. 495.

CAPVT XII.

Ildericus V.

Anno Chriſti 523.

SVnt qui *Ildericum* hunc anteceſſiſſe Traſimundum ſcribunt, de qua re litem alicui mo- A. C. 523.

A. C. 523. mouere non eſt mei inſtituti. Fuit *Genſerici* nepos, *Honorici* vero filius, quem ex *Eudocia* ſuſceperat, eratque non male inſtitutus in religione Chriſtiana. Nam ſacramento adactus, vt quoad viueret inimicum ſe præberet orthodoxia, promiſſis non ſtetit, nec in re natura turpi fidem datam fallere turpe putauit. Omnes enim orthodoxos in exilinm miſſos reuocauit, eisque fauit, & eccleſias orthodoxorum in Africa reſtituit, quo nomine ſuia fuit inuiſus & contempus. Et quia minus idoneus videbatur ad bella gerenda, à *Gilmero* è viuis ſublatus eſt.

CAPVT XIII.

Gilimerus VI.

Anno Chriſti 530.

A. C. 530. GIlimerua fuit abnepos *Genſerici*, cuius etiam magna ex parte mores & naturam retulit. Fuit enim valde rei militaris peritus: ſed fortuna & ſucceſſu in rebua gerendis diſpar, quod exitus eiua mox declarabit. Concitata multitudine per ſeditionem *Ilderico* regi inſidiæ ſtruuntur, & pericula creantur. Erat enim plebi inuiſus hac de cauſa, quod nihil commune cum Arriania habere volebat. Itaque eum cum filiis & eis, qui ei addicti erant, in vincula coniiciunt, ad extremum & necant. Sed Deus vindex ſcelerum non diu tulit hoc deteſtandum facinus. C Cum enim ſæpius querulæ vocea Africanorum ad aures *Iuſtiniani* Imperatoria deferrentur, defenſionemque contra crudelem regem *Gilimerum* ab eo peterent, miſit Imperator exercitum in Africam cui *Beliſarium* præfecit virum impigrum, ingenio tali in quo nihil ex quatuor illia virtutibus defuit, quæ in duce belli omnibua numeris abſoluto requiruntur. Nam ſiue peritiam rei militaris, ſiue felicitatem coniunctam cum modeſtia, & opinionem, quæ requiritur in bono duce, ſpectes, nihil in eo deſiderabatur. Proinde cum veteribus Imperatoribus, *Scipione* inquam, *Paulo Aemilio*, *Fabio*, merito confertur. Is vbi cum exercitu Africanis apparuiſſet, caſtraque caſtria contuliſſet, D *Gilimerus* conſcientiæ metu perculſus trepidare cœpit, ac primo prælio victus nec erigere ſe deinceps nec animum reſumere potuit. Tandem *Beliſarius* profligato hoſte eum caſtra contra Carthaginem promouiſſet, ciues ſe ei dediderunt, vltroque vrbem aperuerunt, & ipſe *Gilimerus* fame compulſus, cum ſe de vno loco in alium transferret & iam vix ſuſtentare vitam poſſet, nec ei per ſolitudines vaganti ſpatium reſpirandi daretur, ad manus eius deuenit, quando ſe &

Ildericus trucidatur.

Beliſarii laus.

omnia ſua *Beliſario* dedit. Confecto bello A. C. 530. *Beliſarius* victor Conſtantinopolim deuenit A & in triumpho Regem captum oſtentat. Fertur cum extremam ſuam calamitatem videret, in ea verba prorupiſſe: *Vanitas vanitatum & omnia vanitas.* Hic fuit regni Vandalici in Africa exitus poſtquam duraſſet annos quinque ſupra nonaginta. Cauſas commutationis fortunæ Vandalorum varii varias referunt. Dicuntque ab illo tempore collabi eorum rea cœpiſſe, poſtquam virtus Vandalica & indoles, quam ſecum ex Europa attulerant, in eis degenerare cœpiſſet. Et eſt quidem aliquid quod iſti dicunt. *Gilimer* enim iam Afer erat, & exercitus eius non iam ex Vandalia conſtabat, quorum vix eo tempore vnus ex iis, qui ex Europa venerant, ſuperſtes erat. Sed verius ratiocinantur illi, qui B deletos eos ob crudelitatem affirmant. Nam Deus Tyrannoa deteſtatur & vehementes motus in homine deprimere ſolet. Sed quia Vandalorum gens in Afroa tranſiens Sarmatarum eſſe deſiit: adhæc Afro Vandalorum regum finis incidir in exordium principum Polonorum quando *Lechus* & *Czechus* ex Illyride vel Croatia in eas oras peruenit, ideo Vandalicis rebus, quas in Africa geſſerunt, valere iuſſia ad Polonicas bono omine iam accedamus.

Exitus Gilimeri & regni Vandalici in Africa.

Cur aduerſa paſſi Vandali?

Finis regni Vandalorum & initium regni Polonorum.

CAPVT XIV.

Lechus.

Anno à diuiſione gentium 4512.
Anno Chriſti 550.

CVm igitur hæ gentes de exitu triſti ſuorum cognatorum Vandalorum in Africa audiſſent, & Getarum etiem popularium ſuorum in Italia res ad interitum ſpectarent, A. C. 550. (*Beliſarius* enim dux belli tum qunque *Vittigem* regem eorum captum Conſtantinopolim ſecum abduxerat) valde mœſto animo feciem & ſtatum miſerabilem Reipub. ſuæ contemplabantur. Metuebant ſibi à Romanis, ne filiorum rebus cullapſis in patres animaduerterent, & in Italia & Africa conuerſis rebus Gothorum Vandalorumque de vltione in eos, à quibua emiſſi erant, ne aliquid durius ſtatuerent: ſicuti morem hunc Romanis fuiſſe non vno exemplo comprobari poſſe meminerant. Itaque vt ſe aduerſus futuros caſus melius munirent, de alia forma Reipub. ſuæ cogitare cœperunt, præſertim cum ſe opportunos & aliarum quoque gentium incurſionibus cernerent, eo quod iam Vandalicis Gotthicisque expeditionibus ſatis milite opibusque exhauſti eſſent. Acceſſit huc noua difficultas, quod hactenus veteri more gentis ſub polycratia viuentes, non habebant

Occaſio aduentus Lechi & noua gubernationis.

 vnum

A. C. 550.

vnum principem, cui ſalus Reipublicæ curæ eſſet, quique eia cum imperio præeſſet, reſque eorum turbatas moderaretur. Itaque de accerſendo principe ſecum deliberant. Mittunt igitur in Illyricum accerſitum *Lechum* & *Czechum*, quod ii tunc magni nominis duces eſſent. Acceſſit & perſuaſio quædam, quod præ aliis cunctis gentibus ipſis vtiliorem fore principem iudicabant ex illis nationibus, quæ ob veterem cognationem, & vnius linguæ vſum, ab vna ſtirpe Venetorum eandem cum ipſis originem agnoſcerent. Præterea opinionem prudentiæ de eis concipiebant, quia viciniores erant Græcis & Italis, & terras inhabitabant quas Solis radii magis perpendicularea ſerenant & illuſtrant. Sed quo melius res intelligi queat, quonam tempore hæc acciderint perpendendum eſt. Status denique regni Poloniæ ex ſtatu Reipub. Europææ, qui tunc erat, metiendua eſt nobis. Imperabat tum *Iuſtimanus*, *Iuſtini* ex ſorore nepos, in oriente; Occidentale vero imperium primo per duces, quos in Italiam mittebant Cæſares, demum per Exarchas adminiſtrabatur. *Seuerus* Campanus Pontifex tunc ſacris Romæ præerat, qui fuit in exilium miſſus ob eam cauſam, quod occulte cum Gothis ſentire putabatur. Conſtantinopolitanam vero ſedem tum *Antemius* regebat. Deſierat iam regnum Vandalicum in Africa capto *Gilimero* rege eorum: in Italia etiam Gotthicum nutabat. Paulo ante partim propter Vandalorum & Gotthorum vaſtationes, partim propter *Attyla* Hunnorum ducis violentas irruptiones, viginti & aliquot oppida antiquorum Venetorum, qui cum Vinidis & Vandalis Anthenoridæ, id eſt ab *Anthenore* orti vno nomine iure vocari poſſent, vrbis Venetiarum in toto orbe admirandæ fundamenta in maris Adriatici ſinu iecerunt. Et poſt illos bellorum motus veluti poſt diluuium quoddam Reſpub. eorum, ſicuti & Polonorum inſtaurari cœpit: Vt ſicuti quondam gentes Venetæ cum gentibua Vandalicis vnum principium habuerunt, ita & inſtaurationis eorum periodus veluti ab vna meta & carceribus ſuæ felicitatis initia ſumeret. Tempore iam certo definito, & domicilio *Lechi* antiquo reperto, iam velum ad nauigandum & vlterius prouehendum explicabimus, methodum aliorum ea in re ſecuti. Vincentibus igitur iſtia gentibus ſub polycratia & libertate populari, ac ducum imperio contentis, qui fere ſingulis regionibus, ſicuti adhue apud Ruſſos fieri videmus, imperitabant, vnius principis creandi, qui ex æquo omnibus iura daret, cunctorum animos ſtudium inuaſit. Creabant quidem & illi antea vnum principem, ſed tantum tempore belli, exemplo veteri Lacedæmoniorum. At nunc ex illa pluralitate dominorum ſummis incommodia acceptis, & adhuc maiora metuentes, vnum euocandum, vnum creandum LECHVM, penes quem & pacis & belli tempore ſumma rei eſſet, vno ore conclamant. Qui cum ad eas oras multis laboribus exantlatis perueniſſet, inuenit quidem ſolitudines, ruinam munitionum, & magna ex parte ſyluas, non tamen ita, vt plerique putant, quod tantum à Satyris hic locus inhabitatus fuerit. Liquet enim ex *Ptolomæo*, populoſam fuiſſe hanc regionem, inhabitaſſeque eam Gitones, Burios, Burguntas, Arſigetas, Auarinos &c. Quin & *Carion* docet ex ſententia *Plinii*, Vandalos tunc habitaſſe in Pomerania ad Megelburgenſes. Et licet multi *Genſerici* ſigna & fidem ſecuti, non modica agmina hominum ſecum primo in Pannoniam, deinde ex Pannonia ad meridionales regiones eduxerant, tamen ſenes, agricolas, ſacerdotes, fœmineum ſexum cum paruulia quæ Sarmatici ſanguinis veterem originem conſeruabant, hic remanſiſſe credibile eſt. Attamen *Lechus* exercitu iuſtæ magnitudinis ſecum abducto, & coloniis quibusdam deductis ea quæ deſerta erant repleuit, diminuta auxit, & quæ ruinam minabantur inſtaurauit. Regiam etiam in aliquo loco natura munito vt erigeret, abſque mora conſilium cœpit. Proinde *Gneſnam*, olim iuxta quosdam *Lemiſaleſum* dictam ad hoc deligit, cui & *Viſmariam* adiungit. Gens Illyrica ad mare Adriaticum valde amœnum locum iamdudum poſſedit, quod & nomen eius Græcum vt puto indicat, & nauigationi maris aſſueta fuit, & ſpacia illa oræ maritimæ ad mare Sarmaticum Germaniam verſus, qua ſitus Cimbricæ Cherſoneſi patet, ad flumen Caluzam, adiuncto ſinu Venedico, vbi *Ptolomæus* veteres Venetos ponit, longe lateque complexa eſt. Et gentes quidem Sarmaticæ iamdudum veteri more patrum recepto, non admodum illis ſuperbis & ad luxum comparatis ædificiis delectabantur: totum ſuæ Reipub. ſtabilimentum non in murorum celſitudine, ſed in dexteris & robore militum exercitatorum collocantes. Sed tamen complura oppida excitant, vbi mercatoribus tantum & opificibus eorumque officinis locum tribuunt: Ipſimet, vt commodius venationibus ac agriculturæ laboribus tempore pacis corpora militum durare & exercere poſſint, in pagis habitare malunt. Attamen & ipſi aulas ſatis ſplendidas habent, vt cuique videre licet. Et ſi Græcorum & Italorum more, equeſtris ordinis homines prouinciatim in vnum locum cuncti aulas ſuas comportarent, haud dubie multas etiam Florentias, multas Baſileas, multas Norimbergas in Polonia haberemus. Et fatendum eſt eos, qui in vrbibus habitant, vinum lectiſſimum, carnes recentes, poculenta, & alia id genus quæ ſeruiunt voluptati & gulæ, citius habere poſſe: ſed maiores noſtri deligentes militi habita-

Statu rerum chriſtianarum Lecho adueniente quis fuit.

Polonorum & Venetorum Reſpublica.

An habitabilis fuerit Polonia tempore Lechi.

Regia Gneſna.

Cur Poloni magnas vrbes non amant.

A. C. 550.

A. C. 550.

bitationem, non quid magis voluptuoſum, ſed quod ad retinendum robur & vigorem militarem magis conduceret, Lacedæmoniorum exemplum ſecuti, quæſiuerunt. Illud etiam obſeruandum puto, quod quando Perſarum, Græcorum, Romanorum monarchiæ & Reſpublicæ ad orientem magis florebant, regiam quoqoe Sarmatæ ſuis principibus ad Iſtrum & Pontum, ſedesque ſibi deligere malebant. Ideo *Ouidius* potiſſimum orientalium Sarmatarum mentionem facit. Quia tum florentibus rebus Romanorum & ipſi eodem oculos ſuos dirigebant. At rurſus quando occidentalis monarchiæ & Reſpub. transferri cœperunt, & ipſi a Mæothide ad Oceanum occidentalem, ſedes ſuas vna cum regia transferre maluerunt. Quo conſilio & *Lechus* maiorum exemplo intuxus domicilio ſuo locum hic deligit, vrbes ædificat, regiam excitat, quam *Gejna* nomine, id eſt, nidum appellauit. Nam ſicuti nidi ſunt auibus in refugium tempeſtatis tempore, ita & illi Gneſnam veluti nidum id eſt refugium & arcem belli eſſe voluerunt. Nam quod aliqui originem aquilæ, quod eſt ampliſſimum huius regni inſigne, magis concinne explicare volentes, *Lechum* eo loci cum veniſſet, multos aquilarum nidos reperiſſe tradunt, indeque omnis boni auſpicio accepto, pro ſigno authentico aquilam albam expanſarum alarum diducto roſtro, vſurpare cœpiſſe, mihi omnino veriſimile non eſt. Nec puto tantum principem re tam exili ad tam ſublimem cogitationem tum excitatum fuiſſe. Fruantur tamen qui volunt hac ſua contemplatione. Mihi victricia ſigna Polonorum eorumque myſterium explicare volenti magis probabile videtur, Polonos hac in re Romanos veteres imitatos fuiſſe, quibus aquilæ ſignum in bello præferebatur. Notius eſt quam vt à me commemorari neceſſe ſit de argenteis aquilis in vexillo temporibus *Iulii* & *Augusti* portatis. Aut igitur Romanorum eſt, vt dixi imitatio, aut *Genſericus* Vandalorum rex, *Gratiano* duce in Africa victo, aut vrbe Romana capta theſauros excutiendo Romanos, inuentum *banderium*, vt vocant, cum tali imagine, vt eſſet memoriale victoriæ, ad proceres, qui hic remanſerant in eius veteri patria, transmiſit: vel poſterioribus temporibus, quando Romani Pontifices eccleſiaſticam Hierarchiam, hoc eſt concatenationem & conſenſum regum Reipub. Europææ ſancientes, dato & accepto iureiurando cum axiomate regio, etiam vexillum cum inſignibus veterum Romanorum transmiſerunt regibus Poloniæ eo fine, vt firmius recordarentur ſe eſſe & debere manere propugnatores defenſoresque catholicæ fidei, & dignitatis Reipub. Chriſtianæ aduerſus barbaras gentes. Iudicium tamen hic liberum cuiuis de hac re permitto.

Vnde aquila Polonorum.

Vide Ciceronem contra Catilinam.

Iam quod attinet formam Reſpublicæ, moderato & æquabili imperio *Lechus* ab initio contentus fuit: ſed quod quidam ita ſimplicem & deiecto animo tam Sarmaticum populum quam Vandalicum ſibi imaginantur, vt opera ruſtica regi ſuo nauaſſe, & pecuniæ ignaros fuiſſe affirment, mihi id non videtur veriſimile, nec exiſtimo hoc cadere potuiſſe in illos, qui orbem terrarum peragrando commoda aliorum regnorum decerpſerant, & marſupia plena auro & argento Gallico retulerant. Sed & nunc non raro videmus in variis Poloniæ partibus puriſſimi argenti monetam cum imaginibus *Iulii*, *Traiani*, *Veſpaſiani*, & aliorum Imperatorum in catinis æneis defoſſam reperiri ſæpe & exarari. Vnde ratiocinari licet non vanis argumentis illud priſcum ſeculum non fuiſſe indigum pecuniæ.

A.C. 550. *Forma Reipubl. Polonica ſub Lecho.*

De bellis *Lechi* cum Germanis & Danis non eſt mei propoſiti prolixiorem narrationem inſtituere, ne ea, quæ *Martinus Cromerus* eleganter memoriæ prodidit, videar retexere. Quæ *Vaponius* prodidit memoriæ de duello, vel ſingulari certamine *Lechi* cum quodam regulo Germanico non ſunt in dubium vocanda. Neque enim hæc ſcripſiſſet ille, niſi autores eius rei habuiſſet. Illud, quod quidam tradiderunt, tunc primum regni fines Bremam vsque & Viſurgim prolatos fuiſſe, mihi non videtur per omnia cum ſerie vniuerſalis hiſtoriæ quadrare. Oſtenſum eſt enim ſupra ex *Dione* & *Plinio*, illis temporibus iam Vandalicos populos illic ad Albim habitaſſe. Niſi forte quæ negligentia maiorum amiſſa erant, *Lechus* tum bello illo recuperare voluerit, aut tantum de poſſeſſione illius regionis, quæ Albi & Viſurgi interiecta eſt, dimicarit.

Fines regni Lechi.

CAPVT XV.

Viſſimirus.

LEchi poſteritas, vt ab autoribus magno conſenſu annotatum eſt, poſt mortem eius ad annos centum quinquaginta durauit. Fere hoc idem æuum compleuit, quod domus *Iagellonidarum* poſtremo hoc ſeculo in Polonia feliciter regnauit. Attigit ergo poſteritas *Lechi* tempora *Leonis* eius nominis ſecundi Imperatoris. Condidit *Viſſimirus* duas vrbes maritimas, vnam Albis oſtia verſus, quam à ſuo nomine *Viſmariam* vocauit, & alteram *Gedanum*, quæ quia ex Dacibus vel Danis conſtabat, vel Getis vel Gitonibus, Gedanum eſt appellata, vt placet doctis. Nam *Ptolomæus* ad illa ipſa oſtia Viſtulæ Gitones Sarmaticam gentem, quæ cum Gothis eadem eſt, collocat. Reliquias autem Dacorum iſthinc traiectum in Daniam habuiſſe affirmant.

Poſteritatis Lechi cum poſteritate Iagellonis eadem periodus.

Supputatio chronologica cur ad annum 550. refertur adventus Lechi.

Sed

A. C. 523.

Sed alii tradunt Danos *Lecho* & *Viſſimaro* eius filio, naualî prælio ita fuiſſe attritos, vt tributum etiam pendere *Viſſimaro* cogerentur. Quia enim Illyrii naualibus præliis aſſueti erant, cum ad mare ſedes ſuas haberent, ideo Dacis, qui nondum vſum earum rerum ita acquiſiuerant, *Lechus* & ii qui eius fidem ſecuti erant, terrori fuerunt. Confectò autem bello illi Dani qui a *Viſſimaro* Rege capti erant, ciuitate tum donati ſunt, vtque confidenter Gedani habitarent & negociari poſſent, conceſſum eſt eis. Ex hac acceſſione vrbs illa non mediocriter fuit aucta & locupletata, ita vt nunc autoritate regum Polonorum ſuffulta, & commerciis Polonorum adiuta, ſplendore & opibus certet cum emporiis præcipuis in Europa. Cætera de hoc filio *Lechi* apud alios autores inquirito. Sed tamen illud de ſignificatione nominis *Viſſimiri* huius prætereundum non putaui, nomen *Viſſimir* cum nomine illorum Viſogotthorum, qui fere circiter eadem tempora in Pannonia belligerarunt, admodum conforme eſſe, & ſignificare iuxta noſtrum ſermonem *ſtudioſum pacis*. *Mir* enim pacem apud nos ſignificat. Conſimile quid etiam *Saphrid* apud Germanos denotat. Commemorantur autem tres fratres illi Viſogotthorum in Pannonia, *Theodomir*, *Widmir*, & *Wladimir*, quorum vnus fuit pater illius *Theodorici* Gotthi qui Rauennas dicitur. Cuius virtutem & res geſtas admirata eſt Italia, laudauit Gallia, ſcriptis etiam poëmatis celebrauit Germania. Horum ergo principum nomina ſi expendas, & cum nomine huius *Viſſimiri* filii *Lechi* componas, videbis gentile nomen illo æuo vſitatum, indicare *Lechi* poſteritatem, & cum illis Viſogotthorum principibus vnam gentem fuiſſe, & ab vna ſtirpe demanare. Adde quod ex eadem ratiocinatione elicitur, Polonicam linguam illo ſeculo in Polonia in vſu fuiſſe. Siquidem nomina iſta *Viſimir*, & *Wladimir* Viſogotthica ad vnguem dialectum & ſonum Polonicum reſonant. Quod propter illos addendum putaui, qui affirmant temporibus expeditionis illius Gotthorum & Vandalorum, Germanos in Polonia habitaſſe, vſum vero linguæ qua nunc vtimur, cum Roxolanis poſtea introductum fuiſſe, cum iam ſole clarius demonſtratum ſit, & *Lechum* ipſum Slauicæ gentis hominem ante Roxolanorum expeditionem, quæ ad tempora *Mauricii* refertur, iam ad eas regiones habitatum appuliſſe, quod etiam ex illorum commentariis euidenter monſtrari poteſt.

Dani attriti à Viſſimiro.

Gedanenſium vrbs.

Nomen Viſſimir quod denotat.

Nomina Gotthica.

CAPVT XVI.

Interregna.

Si ab ea meta, id eſt ab anno domini quingenteſimo quinquageſimo per annos centum 50. *Lechum* cum ſua poſteritate regnaſſe in Polonia præſupponimus, vt quidem præſupponere nos neceſſe eſt, tunc ſubducta ratione temporum ad calculum Chronologicum, aut parum aut nullum tempus iſtis interregnis relinquetur. Et puto noſtrates hiſtoricos (de vetuſtioribus dico) interregna hæc excogitaſſe, quod eos parum exercitatos in Chronologica ſupputatione apparet fuiſſe. Nam ſi anno quinquageſimo ſupra quingenteſimum initium regni Polonorum ſtatuimus, eique annos centum quinquaginta, quibus poſteritas *Lechi* regnauit addiderimus, exurgent anni ſeptingenti. Reſtant ergo tantum centum anni ad *Leſcum* ſecundum ſynchronum *Caroli Magni* Imperatoris, qui inquam centum anni quinque regibus Polonorum, *Graco* videlicet, *Lecho ſecundo*, *Venda*, *Pramislo*, & *Leſio ſecundo* tribuuntur. Quia tamen Chronologi veteres propiores erant illis ſeculis, tandem eſt aliquid eorum autoritati, quia veluti de ſuis rebus & quidem probe cognitis loqui videntur. Sed vt dixi, breuia illa interregna fuiſſe credibile eſt. Eorum autem hanc occaſionem fuiſſe exiſtimo, quod graue erat aſſueta relinquere. Aſſueta erat hæc gens teſte *Procopio* ſub plebeia & antiqua libertate viuere. Itaque forſan ſeuerioribus mandatis vel potius iniuriis ſuperiorum principum oppreſſi & grauati, tanto alacrius recordabantur ſecum libertatis qua olim vſi erant in polycratia, ideo iam laudando vnius principatum iam vituperando hæſitabant: quid fugiant non ignorantes, ſed quid ſequantur addubitantes. Ad extremum tamen neceſſitate compulſi duodecim Palatinos, quos nos *Voieuodas* vocamus eligunt. Sed propter ademptam à Germanis Syleſiam & Luſaciam puto iam vix ſeptem aut octo Palatinatus veteres reſtare ex illis duodecim. Suppletus eſt tamen eorum poſtea numerus, & etiam auctus. Sed termini eorum priſci ſunt mutati. Significat autem nomen *Voieuoda* ſeu Palatinus idem ac ſi tu diceres belli dux, & æquipollet prorſus cognomini *Hetbman*, quod a Germanis petitum eſt. Hoc tempore nondum Epiſcopi in Senatu locum habebant, Quia nondum Poloni Chriſtiani erant facti.

A. C. 523.

Obſeruatio ſupputationis interregnorum.

Creandorum Palatinorum 12. cauſa.

CAPVT XVII.

Anacephaleoſis hiſtoriæ Vandalicæ per annos 180. hoc eſt, ab illo tempore quando armis Europam & Africam concuſſerunt, vſque ad Lechi in Poloniam aduentum.

370. Vandali ad Rheni ripas conſederunt, primo ii Burgundiones dicti. Ponit autem *Ptolomæus* Phrugundiones ad Iſtulam. Sunt ergo iſti ex gente Vandalorum. De hac re *Albertus Crantz*. Sed meminiſſe hic oportet quod ante hanc expeditionem annis 130. donata fuit eis a *Conſtantino Magno* poſſeſſio Pannoniæ. Serui eorum poſt victos Scythas arma in ipſos conuerterant.

378. Sar-

3·8. Sarmatæ Pannoniam vaſtant. *Amianus* lib. 30.

381. *Modigilo* duce Vaodali terras alienas inuadere cœperunt, ſedibus ſuis relictis. Præfuit autem eis annos 30. Nomen *Modigili* in vſu adhuc fuit apud Lithuanos non ita pridem.

381. Longobardi ex Scandia inſula Oceani ſeptemtrionalis egreſſi Vandalos *Iboree* duce & *Alone* vicerunt. Proſper in chronico. Non fuit ergo Polonia penitus deſerta à Vandalis, etiamſi potior pars eorum abierat in Hiſpaniam & Galliam, quandoquidem ſequente anno conflixerunt ii qui hic remanſerant cum Longobardis.

411. Vandali & Alani Gallias intrauerunt, biennio ante Gotthicam obſidionem Romæ, *Honorii* anno 16.

412. *Gandarichus* Vandalorum rex Hiſpaniam occupet. Regnat annis 15. *Crantz.* lib. cap. 26. Ibidem in exercitu apud eum *Modigilus* pater moritur.

413. Franci Rhenum tranſeuntes à Vandalis Burgundionibus repelluntur ad ſua. *Blondus.*

414. Quindecimo anno *Honorii Carolus* Vendalorum rex eſſenſu Germanorum cum magna multitudine Gallias inuadit, multas vrbes populatur. Anno altero captus & extinctus eſt & ſuccedit ei *Gotgiſich* rex. Tripartit. Chronicon Polo. Iſti forte Germanicè loqui didicerunt, vnde *Gregorius* & *Methodius* occaſionem ſumſerint vt Germanos eſſe exiſtimarent.

426. *Conſtantinus* cum exercitu aduerſus Vandalos Hiſpaniam vaſtantes miſſus.

428. *Genſericus* Vendalorum rex ennis 48. belligeratur. *Genſericum* fuiſſe dictum putant Polonico ſermone, acſi dicas *Gaſiorek. Coviſonem* vero Getarum regem *Kotek.*

431. Vandali euocati e *Bonifacio* Africæ præfecto Hiſpaniam relinquunt, in Africa ſedes figunt. *Cigaineros* illos vegos populos per Poloniam nonnulli putant eſſe reliquias Vandalicæ gentis ex Africa redeuntis poſt illa bella.

433. Viſogotthi eam Hiſpaniæ partem occupant, quam Vandali reliquerant. *Iornandes.*

434. *Genſericus* Hyponem obſidet. *Genſericus* dolo Carthaginem capit.

439. *Genſericus* pacem cum *Valentiniano* Imperatore facit, fineſque imperiorum ſuorum conſtituunt. Vbi poſtea Vandali 95. annos regnant.

444. *Genſericus* Siciliam affligit. *Sebaſtianus* Africam inuadens *Giezericum* retrahit vt cogatur Carthaginem redire.

445. *Theodoſius* Imperator bellum in Vandalos mouet: ſed longis cunctationibus negotium differens Siciliæ magis oneri quam Carthagini auxilio fuit. *Procopius* & *Diaconus.*

446. Cum *Giezerico* pax à *Valentiniano*

Auguſto confirmata, & iterum Africa certis ſpaciis inter vtrumque diuiſe eſt. Hæc *Caſſianus.*

459. Roma duce *Genſerico* à Vandalis capta, omnibus opibus & ornamentis Imperatoriis in Africam translatis. Certo certiue eſt aquilas eius imperii ſigna fuiſſe, quæ forſan huc transmiſſa occaſionem Polonis dedere, vt eodem ſigno vti inciperent.

472. *Marcellinus* vir potens in Illyrico, dum Sardiniam & alias maris inſulas iuſſu *Leonis* Imperatoris à Vandalorum iugo liberare conatur, in Sicilia occiditur.

473. Vaodali ab *Heraclio* ad Tripolim incommodum accepere. *Procopius* de bello Vandalico lib. 2.

474. *Genſericus* in Italiam traiicere volens a *Baſilio* incommodo affectus eſt.

476. *Honoricus* Vandalorum in Africa rex annos 7. regnat. *Victor* Epiſcopus de perſequutionibus.

484. *Gundabundus* Vandalorum rex annos 12. perſequitur Chriſtianos.

492. *Gundabundus* Burgundiorum rex qui etiam ex Vandalica ſtirpe erat, intrat Italiam, & magna præda onuſtus domum redit. *Blondus* autor. Affirmant autem Polonos ſigna gentilicia à Burgundionibus ſuis popularibus accepiſſe.

495. *Thraſimundus* Vandalorum rex in Africe 27. annos rerum potitur.

505. Bulgari Slauonica gens Thraciam vaſtant, eo tempore quo *Traſimundus* Vandalis in Africa imperat. Iamque confœderatio illa ſymmachiæ inter gentes Slauonicas emergere & petefieri cœperat.

523. *Hildericus* Vandalorum in Africa rex annos 7. Pius hic fuit ac orthodoxus, & à patre in exilium pulſos reuocauit.

523. Prima mentio Slauorum in hiſtoriis, etiamſi antea gens iſta fuit.

524. Annus hic notandus, quo bellum ſociale inter Antas & Slauos ad Iſtrum fuit cum *Hildibio* illo bellicoſo principe. Nomen *Antarum* natum eſſe tradit *Procopius* libro 3. de bello Gotthorum, ab eo quod anteriorem partem ripæ fortiter dimicando in conſpectu Romanorum occuparint.

530. *Gilimer Hilderichum* captum carceribus incluſit, regnumque ei eripuit fraude.

534. Octauo anno *Iuſtiniani Beliſarius* finem Vandalicis bellis in Africa facit.

550. Hic annus nobilis aduentu *Lechi* ex Croatia in Poloniam. Accidit hoc 26. annis poſt finitum regnum Vandalorum in Africa, adhuc *Totila* Gotthorum regnum in Italia acriter defendente, quod poſtea decem annis ſequentibus cum *Teia* extinctum eſt. Qui euentus triſtis gentes Slauonicæ linguæ ad confœderationem illam excitauit, præbuitque occaſionem Polonis eccerſendi *Lechum* ex Slauonia ad eas regiones.

CAPVT XVIII.

Cracus.

Anno à condito orbe 4662.
Anno Chriſti 700.
Anno ab hinc 885.

A. C. 700. VSu edoctos Polonos quantum malorum occurrat Reip. vbi eam abſque ordine multi regunt, veluti pœnitere cœpit conſilii. Rurſus igitur vt vnus eis cum imperio præeſſet conſilium inierunt. Et erat quidem graue, præſertim antiqui moris hominibus, libertati cui aſſueuerant valedicere, eumque modo ſinguli ſibi reges videbantur, honorem tantum in vnum conferre, & ad vnios nutum deinceps viuere. Erat, inquam, graue, ſed neceſſarium, & propter inteſtina diſſidia coercenda, & propter repellendos hoſtes, qui eelatum bene ad eam diem odium ae dolorem amplius diſſimulare non poterant, nomenque Sarmaticum deletum cupiebant. Itaque poſt varias conſultationes, virum opinione virtutis clarum, opibus & clientelis bene munitum eligunt, cui ſummam belli & pacis committunt. *Craci* nomen huic erat. Habitauit is tum ad radices montium Sarmaticorum, vnde Iſtulæ flumen demanat cum ingenti ſtrepitu, euomens fontes aquarum: decem & tribus milliaribus à Cracouia ab incolis monſtratur locus. Fuerit iſte Romanus an Sarmata non diſputo. Et licet *Tiberius Gracchus* ante aduentum Saluatoris 140. annis fuit, tamen cum in ſummam acerbitatem odiorum gens illa Gracchorum apud ſuos Romanos incurrerat ob leges illas agrarias non ſuo ordine, nec ſuo tempore latas, ita vt ne conſpectum quidem patriciorum ferre poſſet, fieri potuiſſe arbitror quod huc ſubducendo ſe ab illo incendio odiorum commigrarint, eorumque poſteritas ad eam diem latuerit. Nec mihi ignotum eſt à *Ptolomeo* vrbem hic quoque ſtatui, vbi nunc eſt Cracouia, aut non admodum remoto iſtinc ſpacio, quam CARODVNVM ille vocat, voce non remota ab appellatione Cracouiæ: ſed, vt iam dixi, conuellere veterum ſcriptorum ſententiam, qui quaſi de ſuis rebus & probe compertis videntur loqui, non arbitror eſſe conueniens. Apparet ſane prudentiſſimum virum fuiſſe, qui tam idoneum, tam pulchrum, tam munitum natura locum, tamque omnibus rebus ad victum neceſſariis refertum, ædificandæ tantæ vrbi delegerit. Huic pergendo ad ſeptemtrionem par non reperitur vrbs. Itaque ſedem regiam Cruſficia tranſtulere maiores noſtri ad eum locum. Huius vrbis figuram teſtudinis muſicalis formæ quidam comparant. Nam ſi mœniorum verſus occaſum rotunditatem oualem ſpectes, & poſtea quomodo Iſtulā verſus ad orientem inſtar manubrii ſtrictius ſeſe contrahit, ac tandem aſſurgendo veluti caput erigit, & attollit ea parte, vbi eſt mons Vauelo, ſupra quem arx admirando opere excitata eſt, non ægrè omnino figuram teſtudinis repræſentabit. A. C. 700. Verum qui concinnius vrbis huius effigiem

Cracus an Romanus fuerit vel indigena.

Figura mœniorum vrbis Cracouienſis.

A exprimere vellet, magis ſcite eam aquilæ expanſarum alarum, quod eſt Inſigne regni huius comparauerit, vt corpus vrbis per circumferentiam corpori alitis conferatur, ſuburbia ab vtraque parte alas expanſas repræſentent. Caput vero alitis excelſo monti ſeu rupi Vauelo, quod paulatim aſſurgit, conferatur. Ex hac figura vrbis primariæ veluti archetypo vrbs Lublinenſis & Poſnanienſis poſtea exemplum & formam ſumſit diſtinguendarum platearum & arearum ſuorum mœniorum, ita vt trium iſtarum vrbium conformitas tanquam ſororum germanarum ſimillima eſſe videatur. Bella geſſiſſe Cracum complura memoriæ

B proditum eſt. Et habent quidem Poloni alias voces, quibus hoc genus promontoriorum appellare ſolent, puta, *gura, gurka, pagorek, curban*; ſed quia Romanus fuit *Cracus*, igitur Romano more ſuum funus peragi voluit, & collem illum paucis litteris immutatis *Mogilam* pro *molle* latina voce appellauit, vnde poſtea exaggerata promontoria appellari *mogila* cœperunt.

Erexit arcem habitationis ſuæ in expedito colle Vauelo, ſupra fluuium Iſtulæ ſito, & ei ciuitatem adiecit atque fundauit, de ſuo nomine Cracouiam appellando, felicem agris & rebus ſecundis, niſi Olofagus quædam belua, (vt aiunt Draco) plurima impedimenta intuliſſet. Rapiebat e ſpecu montis egreſ-

De Olofago ex Chronico Miechouienſ.

C ſa, iumenta & homines incaute oberrantes, rictibus horridis voraciſſime deglutiendo. *Gracus* afflictæ Cracouiæ condolens tria corpora iuſſit quotidie Olofago exponi. Nam his contenta, alia non requirebat. Sed & hoc onerosum erat, propterea ſuapte induſtria excogitauit vt corporibus quæ obiicienda erant, ſulphur & cauma ignitum ex cera & pice includerentur atque occultarentur. Cumque belua tum naturali rabie, tum voraci eſurie exagitata ſine delectu oblatam prædam raperet atque voraret, ſenſim debilitata & tandem extincta eſt.

Æneas Syluius, & *Hagecus*, non hunc ſed alium *Cracum*, ſiue *Crocum* tunc apud Boëmos regnaſſe volunt, & Cracouiam ſiue

De origine Craci ex Cromero.

D *Crocouectam* arcem in Boëmia extruxiſſe, morientemque eo fere tempore, quo noſter regnare cœpit, tres filias reliquiſſe, è quibus vna *Libuſſa* ſaga paternum regnum ſuſceperit, aſſumpto ſibi in ſocietatem thori & principatus *Premiſlo* ruſtico homine, quem miſſi equites in ferrea tabula, hoc eſt, in vomere aratri prandentem repererant: eorumque poſteritatem longa & perpetua ſucceſſione per multa ſecula Boëmis præfuiſſe.

Libuſſa.

CAPVT XIX.

Lechus Secundus.

INcidit *Lechi* regnum in illa tempora, quando inter principes Romanos exorta erat illa lanie-

A.C. 700. laniena crudelis. Ita enim conſuetudo obtinuerat, vt raro aliquis Imperator dignitatem adire poſſet, niſi prius anteceſſorem ſuum è A medio ſuſtuliſſet. Sic *Mauricium* cum vxore & liberis *Phocas*, *Phocam Eraclius*. *Iuſtinianus* auribus diſſectis naſoque in Cherſoneſum relegatur. *Leontius* ſimiliter ab *Abſimaro* naſo mutilatus (ſicut & nunc apud Valachos conſuetudo inoleuit) ineptus ad capeſſendos imperii honores redditur, & tandem cuſtodiæ mandatur. Rurſus *Iuſtinianus* vocatus ad imperium *Leontium* & *Abſimarum* educens è vinculis ſpectante populo interfici curat. Ac deinceps *Philippicus* Imperator factus vtrumque & patrem *Iuſtinianum* & filium eius *Tiberium*, vt liberius dominaretur, ſuſtulit. His fere temporibus *Lechus Secundus* natu minor, curato patris *Graci* funere in regnum ſuffectus eſt: & B quia maiorem natu fratrem obſtare ſibi ad retinendum regnum putabat, vitæ eius inſidiatur, eumque per ſpeciem venationis obtruncat, imitatus videlicet *Romulum* gentilem ſuum, (nam & *Gracus* Roma oriundus erat) vel potius corrupti illius ſeculi tot exemplis parricidiorum deprauatus, vt iam meminimus. Sed Deus iuſtiſſimus iudex, qui exerta manu parricidis minatur, tantum ſcelus non tulit. Non quidem derepente eum è medio ſuſtulit, ſed quo longiores ei ferias indulſit, eo magis tarditatem grauitate pœnæ compenſauit, vt diutius cum ſuis ærumnis luctando grauius torqueretur, lenta morte eum excarnificando. Detecto tandem ſcelere, regno eſt deturbatus, & in exilium miſſus, ac tandem intus pauore, foris ſollicitudine eum excruciante, paulatim contabuiſſe fertur, nulloſque liberos poſt ſe reliquiſſe. Viuente adhuc patre parricidium ab eo patratum, ſed mortuo demum patre, & iam ipſo regnante ſcelus patefactum eſt, vt ait *Vincentius Kadłubek*.

A Lecho ſecundo intercficitur frater.

CAPVT XX.

Vanda.

Anno à diuiſione gentium 4712.
Anno Christi 750.

A.C. 750. *Lex Salica.*

LEge quidem Salica cautum eſt, ne ad tale faſtigium honorum fœmineus ſexus admittatur. Sed Slaui partim opinione virtutis moti, partim quod recordabantur meritorum Graci erga Rempub. ipſorum, magno conſenſu *Vandam* ad hoc culmen honorum euehunt, eique regium officium committunt. Forſan etiam non immemores erant exemplorum antiquorum. Nam *Semiramidis* quondam, *Tomyris* & *Zenobiæ* fœminarum belliсoſiſſimarum gubernatio ſalutaris fuit Rebuspub. quibus præerant. Quanquam noſtra hoc nomine illis anteferenda eſt, quod laudem victoriæ non ſibi nec ſuæ induſtriæ deberi, non modo verbis nudis ſed etiam ſacri-

A.C. 750. ficio inaudito teſtata eſt. Nam cum *Rithigerus* Dux Germaniæ hac de cauſa ei mouiſſet bellum, quod in nuptias iuuenis intempeſtiuo amore accenſi non conſentiret: illa commiſſo prælio & victoria ex eo parta ſtupenda morte in victimam ſeipſam Deo veluti triumphans immolauit, ex ponte Cazimirienſi in profluentem Iſtulæ ſe præcipitem dando. Cuius corpus vorticibus aquæ ablatum, à principibus regni ad confluentem duorum amnium Dlubniæ & Viſtulæ, quarto ab vrbe lapide ſepelitur; in cuius rei fidem & ſempiternam memoriam ingens tumulus fere è conſpectu vrbis excitatur. Nam mons Vauello, cui eſt arx inædificata, & ab altera parte Iſtulæ collis *Graci*, collatus cum mole ſepulchri *Vandæ*, quod nos *Mogilam* voce ſemilatina vocare ſolemus, fere triangulum æquilaterum efficiunt. Diſputationem illam omitto, recte ne virgo fecerit, quod ſibi mortem conſciuerit, Republica ſine gubernatore relicta. Sed Heroum facta non ſemper cadunt ſub regulam iudicii communis, præſertim ſi iuxta normam religionis, in qua vixit, factum hoc examinetur. Quæritur etiam hic de hoc *Rithigero* cuias fuerit. Boruſſus eſſe non potuit, vt vult *Hagecus*, cum & ipſe *Ptolomæus* Venedicas gentes iſtic collocet, & appellatio ſinus Venedici hoc idem atteſtetur. Boruſſi autem ſubiecti tum erant *Vandæ* Reginæ. Quæſtio etiam illa, an *Vanda* à Vandalo flumine, vel Vandalus à *Vanda* hoc ſtupendo facto denominatus ſit iudicio lectoris decernenda relinquitur. Acta autem hæc C ſunt anno ab hinc circiter octingenteſimo triceſimo tertio, de imaginibus tollendis controuerſia tum Rempub. exercente & Pontificibus cum Gallis de Imperio transferendo conſilia agitantibus.

Locus ſepulchri Vandæ.

Renunciant Oratores duci ſuo eximiæ puellæ pulchritudinem & ſapientiam, & animum ad belli dimicationem quam ad nuptias paratiorem: adhæc permagnas & inſtructiſſimas armatorum copias. Quibus auditis labaſcere Teutonum animi cœperunt, & monere & orare ducem ſuum non deſtiterunt, ne ſe exercitumque ſuum propter intempe- D ſtiuum amorem, atque cupiditatem ſuam coniiciat in periculum. Inglorium eſſe viro cum fœmina certamen, etiamſi exploratam habeat victoriam.

Rithigerum dehortantur ſubditi à bello contra Vandam.

Epitaphium Vandæ Reginæ ſtatuæ inciſum, quæ in tumulo collocata fuit à morte eius.

Hic iacet in Tumba roſa mundi non roſa munda,
Non redolet ſed olet, quæ redolere ſolebat.
Graci regis nata, benè Vanda ſit vocitata.
Vt nam hamus piſcem trahit ab æquore captum,

Rrr 2 *Vanda*

A. C. 750.

Vanda ſic formoſa omnes traxit ſpecioſa
Illius in amorem, & in fauoris vigorem.
Hæc per decorem Almani vicit furorem,
Nam eo quod ſpreuerat hominum connubia cuncta,
Calibem hæc obtulit Diis merſa flumine vitam,
Quam mox arripuit Deorum non floridus hortus.

CAPVT XXI.

Premiſlaus.

Anno ab orbe condito 4721.
Anno Chriſti 760.

A. C. 760.

SApienter inſtitutam hanc Rempub. fuiſſe etiam illis priſcis temporibus inde liquet, quod ad vtrumque caſum, ſiue moriente ſiue viuente rege, optime ei proſpectum fuit. B Ac ſuperſtite quidem rege gubernatio ſolet eſſe facilior & magis expedita, ſed priuato principe bono, omnibus periculis obnoxis relinquitur. Proinde maiores noſtri illo æuo ad eos caſus in promptu habebant Senatum duodecim Palatinorum, qui tempore interregni munus regium obibant. At inſurgentibus bellis difficilior fit regiminis ratio. Verum eſt enim Philoſophi axioma: Vbi pariter omnes Rempublicam curant, pariter omnes negligunt, dum non apparet vous aliquis in quem culpa reiiciatur. Noo libenter tum inferiores pareot ſuperioribus: non libenter ſe periculis obiiciunt, nec libenter cootribuunt ad vſus Reipub. cum diuerſorum ſtudiis occupata & obfuſcata, vbi nam eius facies lateat, C vbi caput, diſcernera non ſit facile. Proinde ille duodecimviratus inter bellorum tumultus vnum aliquem, inſigniorem virum è medio ſui eligebat, quem vniuerſis copiis veluti dictatorem præficiebat. Sic *Vanda* fatis erepta, Palatini contra Morauos & Hunnos infeſtis armis fines Poloniæ diuexantes *Premiſlum* eligunt ac hoſtium conſpirationi opponunt. Ducem hunc fuiſſe animo excelſo & induſtria ſingulari nomen ipſum indicat, & ſtratagema peculiare, quo vſus eſt tempore difficili, teſtatur. Cum enim ſentiret imparem numero ſe habere exercitum, non deſperat de victoria, ſed artem adhibet, D galeas bene defricatas litargirio inungit, eaſque è conſpectu hoſtium in locis ſyluoſis appendit, vt repercuſſione ſplendoris & micatione crebra oculi hoſtium perſtringantur & inopinato ingentem aliquem exercitum adeſſe cum apparatu bellico inuſitato ſuſpicentur. Sic rebus extempore præparatis, intentus ad omnes occaſiones, quid facto opus ſit ſollicite conſiderat. Si hoſtes pergerent, ille paulatim relato pede è conuallibus & denſis rubetis hoſti inſidiabatur. Si vero conſternati retrocederent, tergoribus eorum cædendo è veſtigio inſiſtebat. Nec feſellit eum iudicium. Cum enim hoſtes minime ſuſpicarentur, ſubito eos prima vigilia inuadit, cumque contectis galeis litargirio illitis appropinquarent, A & ſplendore noctis tenebras diſcuterent, ſpeciem denſiſſimarum phalangum hoſtium oculis exhibuerunt. Interim ipſemet ab alia parte, qua minimè putabatur, cum ſuis prætorianis, & aliis delectis equitibus latus eorum aggreditur. Hoſtes conſternati trepidare & mox ſoluere acies cœperunt. Contra ille tergoribus inſtare & victoriam perſequi non prius deſiit, donec ſe victos faterentur. Fuit hæc victoria *Premiſlo* & ad illuſtrandam famam valde opportuna & hoſtibus formidabilis, præſertim cum illuceſcente die cernerent ſe & viribus & ingenio ſuperatos. *Premiſlus* autem ſopita controuerſia de finibus, ad inſtaurandam diſciplinam, & œconomiam B dominii ſui reparandam ſe conuertit, ac tandem foris & domi proſpere rebus compoſitis ſatis conceſſit.

Interregnorum ſtatus miſerabilis.

Stratagema regis Premiſli.

A.C. 760.

CAPVT XXII.

De origine, incrementis & decrementis Reipublicæ Slauonicæ gentis.

INueſtigatu i nomeo & originem Slauorum methodo vſitata & quidem ex media rei natura deprompta procedemus. Notum eſt nominari gentes à quatuor cauſis, vel occaſionibus, vt in præliminari præfatione diximus. Aut a ducibus, vt Sarmatæ, Tuiſeones. Secundo a ſitu locorum nominantur gentes, vt Pomerani Ciſalpini, Pædomontani, Transpadani, C Tranſalpini &c. Sed oeque hac ratione Slauorum nomen explicatur, cum id nobis nihil tale denotet. A prioribus etiam incolis non raro reperias quaſdam gentes vocari: ſic Troiani Itali ſunt dicti, eo quod ab Italis hoſpitio ſunt excepti. At in iis regionibus ante *Iuſtiniani* tempora, gentem quæ Slauorum nomine vocaretur non reperimus. Non igitur mutuare nomen poterant ab iis, qui in rerum natura non erant. Quartus modus reſtat quo etiam gentes engnomina aſſumunt, nempe ab euentu, & a ſtudiis, vt Nomades dicti ſunt illi, qui ad morem paſtorum vitam ducebant, ſæpius vertendo ſolum. Hic attentus lector nobiſcum ſubſiſtat. D Nam cum Slaui noſtri, neque a ducibus dicti ſuor, neque a ſitu locorum, neque à prioribus incolis, conſequens eſt, eos à ſtudiis & euentu rerum ſic dictos. In his omnibus conuenit nobiſcum hiſtoriæ Polonicæ ſcriptor præcipuus. Sed nondom finem adepti ſumus, nec rem acu tetigimus. Varia enim & multiplicia ſunt ſtudia & rerum euentus. Ille enumerat victorias Roxolanorum partas ex Dacibus, Pannoniis, Dardanis Lyburniæ populis, Illyriis, Dalmatis, Thracibus. Ad extremum & Græciam eos ita potenter diuexaſſe narrat, vt etiam linguam Græcorũ, ſæpius eos armis exercendo, penitus corru-

Nomina imponuntur gentibus quatuor modis.

Inquiritur vnde dicti Slaui.

A. C. 760. corruperint, rebusque tam feliciter geſtis *Slauorum* ſiue *Slauinorum* nomen à gloria ſibi ſumſerint. Hæc ille. At hæc ſententia non A poteſt & ſecum ipſa & cum ſerie hiſtoriæ vniuerſalis cohærere. Si enim ab earum rerum claritate ſibi nomen impoſuerunt, quas enumerat, tunc nomen Slauorum poſterius oporteret iſtis omnibus factis eſſe, quæ enumerauit. At Slauorum nomen lunge ante Græciam armis Slauonicis attritam, & ante linguam Græcorum immutatam, *Iuſtiniani* temporibus emerſit. Alius ergo euantus & alia ſtudis eorum nobis quærenda ſunt, a quibus Slauini & Slaui, id eſt, celebres dicti ſunt. Scriptor quidam Chronicorum Germanus ex ſententia *Truthemii* & *Beati Rhenani* Germanorum nomen ex confœderatione quadam prodiiſſe affirmat, vnde tempore *Auguſti*, vt *Strabo* & *Cornelius Tacitus* docent, Galli eos fratres ſeu Germanos, id quod nobis *pobrátym* Germanis vero *bruder* ſignificat, à ſimilitudine morum vocarunt. Ita ſane eodem exemplo Sarmatici populi, id eſt, reliquiæ Vandalorum & Antarum Alanorumque, quæ poſt expeditiones illas Africanas in iſtis oris remanſerant, ſymmachia inter ſe ſancita initoque ſolenni fœdere nomen Slauorum quod eſſent ὁμόγλωττοι, id eſt eiusdem linguæ & loquelæ ſibi imponunt. Cum enim audiſſent Romanos eis minitari, eo quod Vandalorum exercitus ſobolem ſuam, veluti examina apum, in eos & eorum prouincias paulo ante ex ſuo gremio emiſiſſent, ne impar. ti ac veluti ſcopæ diſſolutæ inter ſe diſſilientes inuenirentur, omnes in vnum conſpirant: ad quam rem eis calcar non mediocre addidit fama de Vandalis Africanis ad eos perlata, quod eorum res ad inclinationem interitumque non obſcura ſpectabant. Nec nouum eſt hoc gentibus in extremis caſibus ad ſimile remedium confugere. Sic olim contra Gothos, tres principes Germaniæ præcipui coadunatis copiis fœdus inierant, *Caſſander* nimirum Sicamber, *Arethius* Saxo, *Hamer* Doringiorum. Sic poſtea contra Romanos Getæ, Daces, Burii coniurant. De quo & Poëta: *Et coniuratos deiecit vertice Dacos.* Sic & noſtra memoria contra Turcas, Itali, Germani, Hiſpani vna cum Venetis eadem ratione fœdera inierunt. Ne vero altera natio D præ altera aliquid ea in re priuatim aucuparetur, non iam nomen, quod partis erat vel vnius nationis, toti multitudini imponunt: nec iam Polonos, Boëmos, Bulgaros, Boſnenſes, vel Raſcios Croatasue aut Roxolanos ſe vocant omnes. Hoc enim inuidiam inteſtinam concitaret. Sed nomen tale quod ex æquo omnibus quadrat, & de energia initi fœderis cunctos ſemper commonefaciat magno omnium conſenſu ſibi adaptant, *Slauos* ſe cognominantes, hoc eſt, populos multos & varios, ſed tamen ex vna ſtirpe originem ducentes. De quo fœdere Romani cum audiſſent pauore turbabantur. Tamen ne trepidationem ſuam coram vulgo proderent, vimque illius confœderationis apud plebem ſuam, quantum in eis fuit, eleuarent extenuarentque, non iam Slauos, id eſt, maiorum ſuorum ſtudioſos ſed *Sclauas*, id eſt, ſeruos per antiphraſim eos appellauerunt. Sed an Romanos hæc ſubtilitas & cauillatio in vocibus iuuerit, tempora ſequentia patefecerunt & effectus monſtrauit. Cum enim eos maxima clade toties affeciſſent, imperiumque eorum dilaceraſſent, ſenſerunt poſtea reipſa *Sclauine* an Slaui fuerint illi, quorum ferro & ſagittis petebantur, quosque non ſine contumeliæ nota pro Slauis *Sclauos* id eſt ſeruos appellare voluerunt. Non aſſentior illis, qui a conditione loci, ab vrbe ſeu B ciuitate noua vel ſtagno Roxolaniæ dictos eſſe putant Slauinos. Non enim tam exile nomen tamque anguſtum titulum gentes tam celebres paſſæ eſſent, nec inde illi, qui ex æquo nomen hoc ſibi veluti certatim adaptarunt, materiam aliquam tantopere gloriandi habuiſſent; non modo reges Polonorum inquam & Boemorum, ſed etiam Conſtantinopolitanorum, ſicuti eſt *Ziemiska* Imperator. Aut quæ regiones tam ſpatioſæ eſſe poterant, quæ tot & tantas gentes, quas vix maior pars Europæ ſuſtentat, alere potuiſſet? Si a loco veteris habitationis ſic nuncuparentur?

Germanorum nomen vnde ortum.

Zemiska orientalis Imperator.

Poloni num ad Lechum originem referant.

Non aſſentior illis etiam, qui ad *Lechum* C ita originem Polonorum aſtringunt, vt ab eo quaſi *Adamo* totum genus Polonicum prodiiſſe putent. Confirmauit *Lechus* res Polonorum, non autem ipſe eas fundauit; ſtabiliuit, non primus inſtituit; diſſipatos vt aquila ſub alis ſuis recollegit & recreauit, non quaſi antea non fuerint in mundo, produxit, nec in noua radice, vt Iuriſperiti loquuntur, vnquam fundamenta regni iecit, ſed eis, qui multos antea regulos ſparſim habebant, vnum ſe regem cunctis præbuit. Vocatus enim huc erat ex Croatia. Quod ſi vocatus, erant igitur hic incolæ, qui eum vocabant conſilio inter ſe inito. Turba autem illa, quæ illum ſecuta erat, non potuit alterationem in tota gente talem facere, quæ deleret & aboleret auitum eorum nomen Vandalorum aut Sarmatarum. Venit & nunc cum non contemnendo comitatu ad capeſſendum regnum Poloniæ *Stephanus* rex ex Vngaria, nec tamen alterare potuit hic manipulus hominum gentis veterem ſtirpem. Ac talis videtur eſſe iſtorum opinio, ac ſi quis cogitaret vna gutta aquæ fluuialis in mare immiſſa totam maris naturam poſſe transmutari.[a] Vere igitur concluditur, noſtram gentem non aliunde veniſſe, ſed hic iamdudum vt hæredes manſiſſe. Nam licet *Lechus* & *Czechus* aliunde cum ſuis venerit, tamen, vt

 dixi,

A.C. 760.

dixi, plures hic, quam ſecum attulit, incolas veteres, Vandalos inquam, & Sarmatas inuenit, quorum reſpectu & intuitu nos non eſſe aduenas prædicare poſſumus. Laudo certe *Matthiam Miechouienſem*, licet antiqui moris hominem, quod vehementi percitus zelo, vt verus & ingenuus Polonus, inſurgit contra illos, qui ad Germanos & Roxolanos ſub prætextu defenſionis noſtri, transferunt auitos Poloniæ honores. Cum enim compluribus verbis hac de re diſputaſſet, tandem ita concludit: *Cum multis teſtimoniis huiuſcemodi ſententia vallata ſit, Polonos & Vandalos eosdem eſſe, & quidem ex antiquiſſimis, quique ante Chriſtum propaginem duxerunt: erubeſcat inſulſus oppugnator temerarie & non vere ſuat chartas non probatas oſtentans. Tu autem, mi* Andrea Crici, (Epiſcopum Cracouienſem alloquitur) *antiquitatum diligens perſcrutator tales a gredere & confuta. Nam quia Polonorum & Boëmorum hiſtoria ab initio huius operis poſita in toto diſcrepat, reiicienda & ſalua reuerentia tanti hiſtorici pro non vera habenda eſt.* Hæc ille. Tertio non probo etiam illorum ſententiam, qui Slauorum gentem temporibus *Iornandis* vel potius *Iuſtiniani* prodiiſſe in lucem affirmant. Negari forſan non poteſt primam mentionem nominis Slauorum factam eſſe in hiſtoria *Procopii*, illis nimirum quibus vixit temporibus: ſed quod antea hæ gentes non fuerint in iisdem prouinciis, quas & nunc incolunt, hoc certe probare non poſſum. Relegatur hiſtoria *Auguſti* Cæſaris, quam ſuperius conſignauimus: relegantur & illa, quæ à *Cornelio Tacito* in *Othone Syluio*, qui octauus poſt *Caium* Cæſarem apud Romanos numeratur, de Slauorum Roxolanis ſcribuntur: *Roxolani*, inquit ille, *Sarmatica gens priore hyeme cæſis duabus cohortibus magna ſpe ad Mæſiam irruperant.* Proinde nec *Grammaticum Saxonem*, nec *Blondum* tam ſeuere obiurgandum cenſerem, eo quod Caſſubios & ipſam gentem Slauicam ante Chriſtum natum extitiſſe, bellaque cum quibusdam Germanis geſſiſſe memoriæ prodidere, ac etiam cum Danis & Suecis eorum finitimis ſigna contuliſſe. Quo etiam reſpectu exiſtimo quod *Dlugoſſus* ſequutus eundem *Grammaticum* & *Blondum* hiſtoricum, *Odoacrum* Rugianum, *Slauum* Sarmatam facit, *qui Italiam*, inquit, *ingreſſus magnum terrorem eodem tempore, quo & Gotthi in Italia regnarunt, Romanis incuſſit.* Rugiis enim à Ptolomæo ea regio & locus natalis aſſignatur vbi nunc Caſſubii degunt. Recte & *Miechouienſis* exemplum *Hieronymi* adfert, qui fuit homo noſtræ gentis Slauonicæ, & literas, quæ à Ruſſis *Buiuuica* vel *Asbuka* vocantur, genti ſuæ reliquit. Recte & de diuo *Martino* adfertur ab eo exemplum, qui cum eſſet Slauus, ſtipendia merebat in exercitu *Iuliani* Cæſaris. *Iulianus* autem fuit ſtatim poſt *Conſtantinum Magnum* longe ante *Iuſtiniani* tempora. Sic & Diuus *Cyrillus* non minus appoſite in exemplum adducitur, qui erat Slauus & Slauicas literas inuenit quas *Czurulica* vocant. Teſtatur autem *Cario*, in bibliotheca *Reuchlini* Erfordiæ hactenus reperiri librum *Cyrilli* ſcriptum contra *Iulianum* apoſtatam lingua & characteribus Slauonicis. Quapropter merito poteſt probari *Miechouienſis* ſententia cum ea moderatione, quæ ſuperius a nobis relata eſt. Non enim pugnant hæc: nominis Slauorum primam quidem mentionem factam eſſe à *Procopio* & *Iornande*, & tamen hanc gentem iamdudum antea ſuis geſtis ſatis conſpicuam fuiſſe. Sed quo res Polonorum in Slauorum hiſtoria magis conſpicuæ reddantur, ſicuti ſupra de Gothis fecimus, ita nunc Slauorum res geſtas chronologice & breuiter percurremus, vt poſtea lector recurrendo ad autores citatos latius ibi omnia cognoſcat.

Apoſtrophe Miechouienſis ad Criciūm.

Caſſubii ante Chriſtum.

A.C. 760.

CAPVT XXIII.

Anacephalæoſis hiſtoriæ Slauonicæ cuius prima pars eſt à Chriſto ipſo ad aduentum Lechi in Poloniam: ſecunda à Lechi aduentu ad Caroli Magni tempora per annos ducentos quinquaginta.

NOn commemorabo vetuſtiora. Incipiam ab *Auguſti* temporibus, cuius ætate *Strabo* ſcriptum reliquit: *Vltra Roxolanos an aliquis habitet neſcio.*

Prima pars Hiſtoria Slauica à Chriſto nato.

50. Quæ *Paulus* ſcripſit gentium noſtrarum faciens mentionem, hoc loco in memoriam reuocentur. Vide ſupra cum *Auguſti* tempora deſcriberemus.

73. *Othonis Syluii* temporibus cohortes & duces Romanorum à Roxolanis cæſos eſſe meminit *Tacitus*.

360. *Iulianus* vixit, in cuius exercitu Diuus *Martinus* militabat. Hunc fuiſſe Slauicæ gentis tradunt. Et *Cyrillum* tradunt ſcripſiſſe contra *Iulianum* lingua & characteribus Slauonicis, quod exemplar aiunt reperiri adhuc Erphordiæ in Bibliotheca *Reuchlini*. Ego tamen vereor ne hoc ſcriptum ſit illius *Cyrilli*, qui cum *Methodio* longe poſt Bulgaros prædicauit Euangelium. Moueor tamen ea re quod contra *Iulianum* dicitur ſcripſiſſe. Nam in operibus *Cyrilli* illius antiquioris extant ſcripta nobiliſſima contra *Iulianum*.

386. Diuus *Hieronymus* vixit hac ætate, quem hominem noſtræ linguæ fuiſſe affirmant, & quod Biblia noſtra lingua verterit ex Hebræo, & genus literarum, quod *Bucuuica* vocant, primus tradiderit, ſicut illas à Cyrillo *czirulica*.

420. Noſtri antiquitatum indagatores adſerunt hiſtoriam, quod Slauicæ gentes

A. C. 750.

duce *Bardilo* Dacos expulerint ex Dacia.

Secunda pars hiſtoriæ Slauonicæ ab aduentu Lechi.

Iam venio ad illos ducentos quinquaginta annos ab aduentu *Lechi* ad *Craci* tempora; quos ſcriptores noſtri tantum *Lecho* & *Viſſimiro* tribuunt: reliquum gubernationis tempus Palatinis & aliquot regibus. Videtur igitur hic aliquomodo hiare hiſtoria, quem hiatum vt ſupplere queamus, hiſtoria Slauonica nobis vtendum erit. Abolitis enim rebus Vandalorum, Gotthorum, Antarum, Burgionum, nomen hæſerat in Slauonibus, idque potiſſimum ob confœderationem illam populorum iſtorum, de qua in præfatione præliminari & modo diximus.

528. Prima mentio expreſſe fit circa hæc tempora à *Iornande* de rebus Gotthicis. *Introrſum*, inquit, *Dacia eſt ad coronæ ſpeciem arduis alpibus emunita, iuxta quorum ſiniſtrum latus, quod in aquilonem vergit, ab ortu Viſtulæ fluminis per immenſa ſpatia Vinidarum natio populoſa conſedit, quorum nomina, licet nunc per varias familias & loca mutentur, principaliter tamen Slauini & Antes nominantur.* In quo teſtimonio *Iornandis* vtrumque notare licet; & quod Slauini origine Vinidæ ſeu Vandæ ſunt ipſiſſimi, & ex ipſis nati, & quod præcipuas ſedes habuerint ad caput Iſtulæ ab vtraque ripa, vbi nunc eſt Cracouia, nec aliunde à ſeptemtrionali altro huc venerint vt quidam tradiderunt.

Agnoſcunt autem contrarium ſentientes à *Iornande* ipſos Slauos Vinidas ſeu Vandalos dici, ſed arte quadam plagam declinare volunt. Regerunt enim, ratione ſedium, quas poſt Vandalum occuparunt, Vinidas ideo dici. At *Iornandes* ſignificanter hic dicit: *Vinidarum natio ad Viſtulam conſedit*, & eoſdem qui conſederant, non qui in eorum loca ſucceſſerant, Slauos dici. Adde quod Vandali noſtri ex Pannonia, vbi antea diu manebant, abierant in Hiſpaniam, non ex Polonia, licet hic ſupplementa exercitus eos accepiſſe credendum ſit. Non igitur Roxolani hic vacuas ſedes poterant reperire. Nam & cum Longobardis poſtea iſti, qui hic remanſerant dimicarunt, vt ſupra oſtenſum eſt. Sed addatur his locus ille nobilis ex *Procopio* de bello Gotthico ſtatim ab initio: *Gotthica*, inquit, *gentes multæ quidem & aliæ prius fuere, quam nunc. Omnium maximæ at potiſſimæ Gothi ac Vandali & Viſogotthi, & Gepides & Sarmatæ, & Melanchleni appellati* (paulo autem inferius & Alanos Gothicam gentem vocat.) *Sunt & qui Getícas has gentes vocent, qui omnes nominibus quidem inter ſe differunt, cætera conueniunt. Nam & albi ſunt omnes corpore, flaui coma, proceri quoque & aſpectu probo. Legibus item eiſdem vtuntur, & vna lingua Gotthica appellata. Et vt mihi ſane videtur, ex vna omnes gente procreati.* Sic ex vtroque autore ambobus locis collatis rem planam habes lector.

Gotthicæ gentes vocantur Vandali, & lingua noſtra Gotthica appellatur.

532. De Slauorum veterum ingenioſa & inſidioſa arte intercipiendi captiuos, quod noſtri vocant *ięzyká doſtáć*, quæ induſtria hucusque in hac gente viget, ex *Procopio* quædam adiiciam. *Cum Beliſarius*, inquit, *ſollicitus eſſet, vt adipiſci poſſet aliquem ex Gotthis nobilem virum, qui ei poſſet patefacere conſilium Gotthorum, cuiusnam rei fiducia tam grauia bella tolerarent: id* Valerius *intelligens ex Imperatore, operam ei mox ea in re pollicetur. Eſſe namque ſua in cohorte Slauinorum quosdam, qui vel anguſtiore rupe arbuſtoue deliteſcere conſueſſent, eoque pacto ex hoſtibus quem vellent arriperent, cuius rei cum ad Iſtrum flumen, vbi ſedes ipſi haberent, tum Romæ in barbaros alios periculum factitaſſent.* Beliſarius *itaque, cum ſibi hæc dicta perplacuiſſent*, Valerio *ſtatim iniunxit, id vt negocii diligenter curaret. Tum ille delectum ex Sclauinis aliquem, qui corporis magnitudine multis praſtaret ac robore, virque acerrimus eſſet, & ad eam rem peridoneus, ex hoſtibus aliquem comprehenſum ad ſe vt deduceret miſit, promiſſisque hunc onerauit, ſi modo factis id exequeretur. Sclauinus itaque ille mox abiens antelucano tempore, eum in collem euadit, in quo pro pabulo deſecando quotidie certabatur, ibique humi proſtratus ruboque & ſentibus obtectus delituit. Tum ſimul ac dies illuxit, vir Gotthus quidam eodem adueniens herbas mox legere, nec ex rubo quicquam ſuſpicari, quo ille integebatur, ſed identidem ſubtecta in caſtra deſpicere, cauereque item, ne quis in ſe hoſtium aduentaret. Tum repente Sclauinus exortus barbarum à tergo inuadit, complexusque medium & ſimul elatum Romanorum in caſtra mox intulit* Valerianoque *in manus tradidit.*

Ars & aſtus Slauorum in comprehendendis hoſtibus.

Addatur hic & illa legatio *Iuſtiniani* ad gentes Slauonicas, qua hortatur eos, vt ſedes veteres incolerent in Hiſtoria ad vrbem *Turrem Traiani* dictam. Ex quo loco apparet, dudum gentes noſtras habitaſſe in Illyrico ante *Iuſtinianum*. Sed vocatos fuiſſe non *Slauos*, nam nondum confœderatio illa fuit ita celebris, ſed *Sporos*. Expreſſe enim dicit, *Antas* illos & Slauos vnam gentem fuiſſe, ſed inquit, à priſcis vocatos fuiſſe *Sporos*. Verba ſunt *Procopii*, quod quidam Roſſos non inepte, id eſt, diſperſos exponunt. Habetne adhuc de quo dubitet aduerſarius? Et deſcribit tandem capita religionis eorum & politiam. Certe hæc ſunt non nouorum hoſpitium: dicit enim libro primo ſtatim ab initio: *Is autem*, inquit, *populus loca ſupra Iſtrum iampridem incoluit, qui Antitani ab* Appiano Alexandrino *vocantur & inter gentes vetuſtiſſi-*

Ad Turrem Traiani ſedes vetus Sclauorum.

Sporus cognomen Ruſſorum.

A. C. 750.

A. C. 760. *tuſtiſſimas & Illyriorum Dardanos & Lyburnos nominantur.*

Conflictus Slauorum cum Hildibio.

530. Alia mentio Slauorum fit in hiſtoria, vbi pugnam deſcribit Slauorum & Antarum ad flumen Iſtrum cum *Hildibio* illo bellicoſo principe, qui in illa ipſa pugna cadit & Romanorum res collabuntur, vt poſtea noſtri libere Iſtrum flumen traiicere & Romanos inſanabilibus malis afficara inciperent. Verba ſunt *Procopii.* Hæc acta ſunt quarto anno *Iuſtiniani.*

547. Slauini Illyrios vsque ad Epidaurum vaſtant. Epidaurus aſt in Græcia cuius *Homerus* vites laudat.

530. Slauini iterum Illyricum & Thraciam vaſtant. *Procop.*

565. *Linba* & *Lymba* Gotthorum rex in Hiſpania regnat, & fratri poſtea regnum tradit. Hæc ideo addo, vt quis fuerit ſtatus Gotthorum poſt accerſitum *Lechum* in Poloniam, intalligi melius poſſit. Iſtis etiam temporibus ille *Beliſarius* victor iam ſenex & præ ſenio incuruatus Hunnos Græciam infeſtantes vicit & cecidit.

Slauorū iam dudum cum Hunnis amicitia.

585. Hoc tempore, id eſt anno regni *Lechi* triceſimo quinto Sclauini inſtinctu Hunnorum regis *Chaiani*, quem *Caganum* alii vocant, Thraciam diripiunt.

594. *Blondus* dicit: *Altera Slauorum pars Mauricii temporibus in Dalmatiam Illyricumque migraſſe dicitur: qui vero manſerunt, paulo poſt mutarunt nomina, & partim ſe Polonos, partim Boëmos nominauere.* Hæc *Blondus* libro primo Decada prima hiſtoriæ. Ex quo teſtimonio liquet, duas cauſas confœderationis Polonos habuiſſa; Primam, quod potentiores erant: ſecundo quod hic Slauorum domicilium erat, qui poſtea in Illyricum commigrarunt. Liquet & ex eodem loco iſtis gentibus vſitatas cum fuiſſe commigrationes ex Polonia in Slauoniam, & rurſum ex Slauonia in Poloniam, quod & *Czechi Lechique* ad eas oras aduentus comprobat.

Eodem anno Chriſti, *Lechi* vero quadrageſimo quarto, *Priſcus* dux *Mauricii* Sclauinos cædit, *Muſacium* regem aorum (*Mnz k* noſtri vocant) temulentum capit In regia fratris funus peragentem.

595. Sequenti anno Slauos Sorabos, qui cum *Czecho* fratre *Lechi* Boëmiam occupauerant, *Thaſillo* Bauarus vicit, *Trithemio* id referente. Hæc iam propius accedunt ad res Polonorum & Boemorum.

600. *Gregorius* cognomento *Magnus*, eius nominis primus, Pontifex maximus, qui aliquanto poſt *Iuſtiniani* tempora *Mauritio* imperanta poſt ſexceteſimum annum à Chriſto nato Eccleſiæ præfuit, Ita ſcribit ad Epiſcopos Iſtriæ: *Equidem de Slauorum gente, qua nobis imminet, & affligor vehementer & turbor. Affligor in his, qua in vobis patior, conturbor, quia per Iſtriam iam in Italiam intrare cœperunt.* Hoc etiam tempore controuerſia illa da titulo principatus in eccleſia inter *Gregorium Magnum* & *Ioannem* Conſtantinopolitanum Pontificem excitata fuit. Nam *Ioannes* cum audiſſet *Gregorium* dici vocariqua *Magnum*, ipſe ſe primatem ſupremumque voluit nominari. A. C. 760.

610. Slauini Boëmici & Polonici *Garibaldum* filium *Thaſſilonis*, qui iam mortuus erat, ad Moguntum vicerunt & regnum eius vaſtarunt, *Diaconus* ſcriptor. Hæc acta ſunt *Viſſimari* filii Lachi temporibus anno ſeptuageſimo poſt adnentum *Lechi* & *Czechi* in eas regiones. *Phoca* vero Imparatoris ſeptimo.

641. Slauini ragnum Auſtriaſiæ (ſic enim tunc Auſtriam vocabant,) infeſtant, & *Sigibertum* eorum regem profligant. Sed poſtea anno ſequenti a *Dagoberto* noſtri Slauini & Vinidæ ſeu Vandalorum reliquiæ victi ſunt, Saxonum enim exercitu adiutus erat Auſtriacus. Ob rem proſpere geſtam quingentos boues eis loco ſtipendii remiſit. *Trithemius.*

650. Anno, hoc eſt temporibus *Craci*, Slauini Italiam inuadunt & cum *Aione* principe & *Rodoaldo* Samnite vario Marte dimicant.

658. *Conſtans* Imperator nepos *Heraclii* contra Slauinos orientales exercitum ducit, eosque magnis incommodis afficit. Annal.

680. Bulgari Slauicæ gentes, quarum & *Iornandes* iam ſuo æuo meminit, Thraciam inuadunt, & Imperatorem tributa dare cogunt. Hos Vulgaros magis proprie debere dici quidam tradunt, eo quod a flumine Volga orti prodierint.

680. Anno Chriſti, ſtatim ante *Craci* tempora, in ſexta Conſtantinopolitana ſynodo celebris Slauorum mentio fit, in ſuggeſtione actionis quartæ: *Expectauit*, inquit, *totius concilii ſeruilis noſtra ſuggeſtio omnes adiuuare, ne ſi tantum pars, quod ageretur, agnoſceret, partem lateret. Maximeque quia in medio gentium tam Longobardorum quam Sclauorum plurimi conſamulorum noſtrorum eſſe noſcuntur, qui de hoc curioſe ſatagere non deſinunt*, &c. Apparet ex hoc loco Slauos adhuc illo tempore auarſatos fuiſſe imagines. Nam ad illud concilium, quod pro imaginibus plurimum elaborabat, verebantur accedere, ne ad ſubſcriptionem cogerentur. Hæc ſub ipſum tempus *Craci* & vrbis Cracouienſis fundationem acta ſunt. De prærogatiua illa, quod intercedente *Cyrillo* & *Methodio* Slauis Slauonica lingua ſacra peragere conceſſum fuit, annotant & Chronologi noſtri.

689. *Iuſtinianus* ſecundus Bulgaros aliosque Slauos bello aggreditur, & cum alias gentes Slauicas profligaſſet, à Bulgaris fugatur, ac vix fuga ſalutem acquirit.

707. *Iuſtinianus* auxilio Bulgarorum regis *Terbellini* imperium recepit & regnat. *Iornandes*

A.C. 760. *nandes* autem Bulgaros Slauos vocat. Et *Suidas* de Sclauis. Σκλάβηνοι ἔθνος· τὸ πεζάλιν τῷ ἴςρῳ. Ibi enim & Bulgares tum erant.

713. Bulgari totam Thraciam populantur, Conſtantinopolim ad auream portam vſque omnia deprædantes. Securi tandem domum redeunt. Recte ergo recens Chronologus Polonicus exclamat: *Tunc*, inquit, *vere dicebantur Slauaci ob res præclare geſtas, at nunc* inquit, *Slabaci potius poſſent dici, id eſt, imbecilles, minimeque potentes.* Annal.

718. Circa hæc tempora defecit regnum & nomen Gotthorum in Hiſpania, & Æuſturum regnum cœptum eſt vocari, occaſionem præbentibus ad eam rem moribus obſcœnis & turpibus regum Gotthicorum. Iam enim in Hiſpania mores degenerarant. Vnde *Redericus*, vltimus Veſtgotthorum noſtrorum in Hiſpania rex, *Iuliani* comitis & legati filiam cum ſtupraſſet, à Mauris a *Iuliano* ſollicitatis bello in acie occiditur. Hoc etiam tempore *Muchauia* Saracenus Chriſtianorum prouincias infeſtat.

Reges Gotthorum defecerunt hoc tempore, id eſt, regnante Craco apud nos.

744. In Pannonia cum *Suatoplugo* rege Poloni ſedes fixerunt. Inde *Panorum* nomen eſt nobilitatis Polonæ. Recte autem *Carion* de Pannonibus dixit: *Pannonia olim Peouia dicta. Eſtque nomen hoc*, inquit, *vetuſta nobilitatis indicium.* Circa eadem tempora Hunni ſeptem itineribus, totidemque exercitibus è Scythia egreſſi Pannoniam *Attyla* titulo repetunt.

Hunnorum aduentus.

748. *Wratislauis* Boëmiæ rex circa hæc tempora regnauit. Nomen eius à Slauis eſt dictum, ſicuti & Polonici reges affectabant omnium maxime ſic vocari. Inde nomina regum Poloniæ *Boleslaw, Chobriboleslaw, Waclaw, Wladislaw.* Alii vero heroes Polonici, *Zaliſlaw, Iaroslaw, Bretislaw, Miroslaw, Boleslaw, Przybislaw, Zdslaw* &c. Nam Polonici principes præcipui tutores confœderationis illius eſſe volebant, ideo honoris cauſa illo nomine libenter ſe inſigniebant, a qua dictione etiam nobiles Poloni *Slachcice* vt quidam volunt vocantur. Sicut enim *Carion* de Pannonia dicit: *Pannonia eſt vetuſtæ nobilitatis indicium:* ita quoque noſtræ nobilitatis decus in Polonia florebat. Vnde *Slachcic* ab eadem Slauorum denominatione veteribus eſt dictum. Slauaci autem dicebantur, quod famam maioris facere ſoliti erant quam aurum, argentum, & quæque precioſiora: vel quod pactorum conuentorumque cuſtodes erant fideliſſimi. Hinc phraſis eſt vſitata noſtria *Aza ia Czech ſlowo dzierzec.* A.C. 760.

759. *Conſtantinus* Slauinos penes Macedoniam ſubegit. Dicunt autem Oratores regum Poloniæ, qui ad Turcam mittuntur, multoties audiuiſſe ſe à Slauis illis, qui circumcirca Conſtantinopolim degunt, quod affirment, ſe non aliunde eo veniſſe, ſed ibi antiquitus manſiſſe. Ideo narrant ſe eſſe Venetos, vel Paphlagonas veteres. Inde fit quod in Turcica domo lingua Slauonica paſſim hactenus vtuntur. Sicuti olim apud Aegyptios Soldanos temporibus Mamaluchorum eadem vſi ſunt Aegyptii.

760. Conſtantinus a Bulgaria victus nobiles multos amiſit.

763. Bulgari occiſis principibus *Zeletim* ducem faciunt, qui graui bello a *Conſtantino* victus à ſuis occiditur, & *Paganus* ei ſufficitur. Annal. Cunſtant.

774. Imperator dolo Bulgaros inuadens magnam in eis cædem facit.

775. Imperator Bulgaros claſſe inuadens naufragium paſſus inglorius receſſit. Annal. Eodem anno *Thelericus* Bulgarorum rex, aſtu proditores ſuos ab imperatore expiſcatur, quos vbi cognouit, medios ſecuit.

784. *Stauratius* Patricius Slauinos in Theſſalia & Græcia ſubegit.

789. *Carolus* nondum Magnus nec Imperator dictus Slauis Bohemicis, qui *Vilzi* dicebantur, bellum infert, eoſque conditionibus quibusdam iuris ſui facit. *Abbas.* Hic idem paulo ante Magdeburgum Germaniæ nobilem ciuitatem ampliat, & hoc nomine donat, cum antea Parthenopolis diceretur. Fere etiam iſtis temporibus *Leo* coronam Imperatoriam ex eccleſia Conſtantinopolitana cum raperet, & capiti imponeret, ſubito in capite eius enati carbunculi, & mox febre accedente valida, morte moritur. Hæc in annalibus Conſtantinopolitanis narrantur, qui ad annum hunc 814. perducti deſierunt. Ex hac igitur hiſtoria aliquomodo interregna illa in hiſtoria Polonica poſſunt farciri. Nam iſtæ narrationes collatæ cum hiſtoria regum Poloniæ, ſtatum rerum noſtrarum qui tum fuerit tam cum orientalibus, quam cum occidentalibus Imperatoribus, illuſtrat & declarat.

LIBER QVINTVS.

IN QVO COMPREHENDVNTVR EA, QVÆ ACTA SVNT IN IIS TERRIS A TEMPORIB. CAROLI MAGNI, AD OTTHONEM MAGNVM.

PROOEMIVM.

Continetur in hoc libro hiſtoria regum Poloniæ, qui interiecti ſunt inter Caroli Magni & Otthonis Magni tempora. Dixi autem ſupra, hunc omnium aptiſſimum ordinem ad memoriam iuuandam & faſtidium ex lectione leuandum. Imperatoribus enim regnantibus qui Magni dicti ſunt, magna aliqua mutatio-

nes in Rebuspublicis eueniebant, vt iam dictum eſt. Sic Carolo Magno imperante, Imperium Romanum translatum eſt à Græcis ad Gallos vel Francos, quod ſane abſque magnis motibus fieri non potuit.

CAPVT I.

Leſcus Secundus.

Anno ab orbe condito 4765.
Anno à Chriſto nato 804.

A.C. 804. COmprehendere volens io compendio hiſtoriam *Leſci Secundi*, primo dicam de eius electione & inauguratione, mox quomodo ſe geſſit in bello, tertio quis fuerit tempore pacis: quarto de eius exitu & morte, quinto mores, & ingenium eius exponere vtile erit. Haoc enim methodum hactenus ſeruaui, & deinceps ſeruabo. *Leſco* igitur mortuo eius nominis primo, ad præcludendas occaſiones tixarum de principatu, inuentum fuit nouum genus electionis, nouum quidem genti noſtræ, ſed apud exteros non inuſitatum. Nam apud Perſas cum Cyri regis ſtirps defeciſſet, inter Satrapas ſeptem pactum fuit, vt cuius equus primum hinniret, is in regem eligeretur. Itaque *Dario* ex præfixa lege regnum obuenit, eo quod equus eius primo hinniuiſſet. Cum enim ſuo magiſtro equorum modum futuræ electionis narraſſet, eumque, vt arte & induſtria ſe iuuaret, hortatus eſſet, aſtutus Perſa in eodem loco huic rei deſtinato de nocte equum equæ admiſit. Ita dilucеſcente die equus *Darii*, cum candidati proceſſiſſent in campum, deſiderans equam, primus hinniuit. Hoc forſan exemplum Poloni imitantes inter ſe ſanciunt, vt duo equi duorum candidatorum in campum educantur, & vtrius equus curſu alterum ſuperet, ille in regem eligatur. Res quidem periculoſa initio viſa eſt, negotium tanti momenti fortunæ & aleæ committere, ſed tamen ad ſedandos & ſanandos ambitioſorum animos valde apta. Itaque ad condictam horam & locum educuntur equi extra vrbem, Pradnicium verſus, vbi & meta procurrentibus deſignata fuit. Agminatim ſpectatum vtriuſque ſexus homines vrbe ſeſe effundunt. Incitati ſunt à carceribus equi. Sed *Leſcus* conſilio dolum adhibuit. Stylos namque ferreos ſabulo inſpergens, qua equus antagoniſtæ currere debebat, abdiderat, vt quamuis curſu velocior eſſet, inter procurrendum ſubinde impeditus retardaretur. Ipſe prudentem ioſeſſorem habuit, quem ante ſubmonuit, patefacto conſilio, vt via, quæ libera erat a ſtylis, equum duceret. Arriſit ergo fortuna *Leſco*, vt equus eius prior metam attingeret. Sed mox ſubdolum conſilium in eius caput recidit. Nam, detecta fraude, ſtatim trucidatur. Non enim antiqui moris Poloni vafros ingenio regali fortuna dignos exiſtimabant, ſed qui probitati prudentiam, fortitudini animi iuſtitiam apte coniunxiſſet, hunc

Methodus in deſcribendis rebus geſtis ſingulorum regum.

Leſci dolus.

demum tantis honoribus aptiſſimum ſtatuebant. Ne autem plebiſcitum illud, io quo A.C. 804.
A electionis illius formula continebatur, prorſus irritum fieret, eligunt regem quendam, cui nomen etiam *Leſci* imponitur, hominem plebeium & priuatum, qui tantum ſpectaculi cauſa vrbe exiuerat, cumque illud par candidatorum curſu equorum decertaret, ipſe quoque per iocum pactus cum ſocio, vter ipſorum rex eſſet, pedum curſu incitatus apud proceres obequitantes decertabat. Commeodabant hunc *Leſcum* dotes corporis, videbaturque eis alter Hercules aut maximus Imperator. Nam non modo pedum curſu ſocium cum quo pactus erat viceras, ſed etiam equites illos ſerio contendentes curſu pedum adæquarat,
B præterea opinio probitatis, prudentiæ, & animus nequaquam vilis & humi repens eum commendabilem reddebant, quæ omnia accuratè contemplantibus vel ipſa lineamenta corporis in eo ſignificabaot. Adde quod ipſe primus dolum illum alterius *Leſci* deprehendens, nihil tale ſubeſſe putantibus detexerat. Igitur magoo conſenſu & applauſu cunctorum ordinum, ſed potiſſimum plebis, quod ex plebeiis oriuodus erat, Rex ſalutatur, *Leſcus*, in vt dictum eſt, nominatur. Euectus ad hos honores, dedit omnem operam ne opinionem de ſe conceptam falleret. Nam iuſtitiam cum probitate coluit, adeuntibus facilem, egentibus liberalem ſe præbuit, & ſi quos potentio-
C rum vi & ioiuriis premi audiret, ſtatim ſe acerrimum vindicem, niſi ad ſaniorem mentem redire vellent, interpooebat. In cultu & victu corporis non fuit nimius, niſi ſi quando io publico dare aliquid ſplendori atque maieſtati cogebatur, maxime exterorum hominum cauſa. Vt tameo prioris fortunæ non obliuiſceretur pannos illos felices & lacinias tunicæ, qua olim vſus fuerat, præ oculis ſibi appendi iuſſit. Quid multa? Nihil iuris in eum prorſus habuit illud vetus dictum: *Aſperius nihil eſt humili, cum ſurgit in altum.* Cumque durius bellum ſibi inſtare cum magno Imperatore, & peritiſſimo rerum bellicarum præuideret, omnem dedit operam, vt militem ſibi exercitatiſſimum peritiſſimumque rei militaris
D redderet. Proinde quando ei aliquid ocii à rebus ſeriis dabatur, id in exercenda iuuentute conſumebat. Martium campum exemplo Romanorum inſtituit, ibique varios ludos militares & ſimulachra conflictuum, qui in bello accidere ſolent, edebat, quoque hæc maiore cum alacritate animorum agerentur, decertantibus honorifica præmia propooebat, quæ ipſe in medio reſidens veluti agonotheta liberali manu ſingulis pro meritis diſtribuebat, neminem ſuis laudibus defraudaodo. Intelligebat enim optimus princeps fundamentum rei bene gerendæ in eo potiſſimum eſſe ſitum, ſi militem legionarium, non tyrooem neque gregarium, aut agreſtium turbam in aciem

Leſcus Secundus.

Leſcus memor prioris fortunæ.

A.C. 804.

aciem produceret. His igitur eius virtutibus plane regiis Bohemi etiam inuitati, honores ei regios, modo non dedignetur, decer- A nunt, precibus etiam additis. Quibus de rebus vbi ad *Carolum Magnum* perlatum eſt, audiens tantam huius regis virtutem, tantaque Bohemorum erga eum ſtudia, veritusque eius potentiam, bellum ei ad Saxoniæ fines confeſtim indicit contraque eum *Carolum* filium cum exercitu præualido mittit. Sed *Carolus* cum reperiret hoſtes & ducem exercitatum, & exercitum inſtructiſſimum habere, non auſus eſt prælio decernere, neque infectis peruaſtatis modo finibus, inglorius domum rediit. Referunt quidam *Leſcum* hunc in ea expeditione occubuiſſe. Sed iſti nullius autoris idonei teſtimonio id probant, niſi *Ab-* B *batis*. At *Lechonem* ille vocat, qui iam dudum mortuus fuerat. Refert tamen *Sabellicus* Slauorum, Polonorum, & Bohemorum legatos Imperatori cum muneribus Aquisgranum tum occurriſſe. Nam maiores noſtri haud dubiè ea prudentia & modeſtia præditi erant, vt licet fines ſuos conſtantiſſime propugnarent, tamen Imperium Romanum Dei opus eſſe agnoſcerent. Nec iudicabant fœlices illos futuros, qui temere manus nouandis rebus iniicere vellent. Interim potentiorum principum, ſi quando arrogantius imperarentur, vim vi repellebant, *Marobudi* illius, regis Marcomanorum ex Quadis ſeu Sarmatis oriundi exemplum imitati, qui *Au-* C *guſti* temporibus florebat. De quo ſic *Velleius Paterculus* memoriæ prodidit: *Marobudus genere nobilis, natione magis quam ratione barbarus, finitimos omnes domuit bello, aut conditionibus iuris ſui fecit. Diſciplinæ militaris exemplum ad formam Romanorum retinebat. Aduerſus Romanos ſic ſe gerebat, vt bello eos non laceſſeret, ſed tamen oſtenderet, ſi laceſſeretur ſupereſſe ſibi vim, voluntatem & facultatem reſiſtendi.* Hæc acta ſunt ab hinc annos circiter 787. poſtquam Imperii honores ad Gallos ſeu Francos transferri cœperant. In eadem enim tempora incurrit ingreſſus *Caroli Magni* Romam, qui à Pontifice ad templum euocatur. Cumque in illa ſolennitate ducibus comitibusque aſtantibus in D throno conſediſſet, ad orandumque ſe comparaſſet, à Pontifice Leone nil ſperante tale *Carolo*, renunciatus eſt Imperator Romanorum, choro acclamante: *CAROLO AVGVSTO à Deo coronato Magno, & pacifico Romanorum Imperatori, vita & victoria.* Dicitur Imperator offenſus ea re reſpondiſſe: *Si hoc ſciuiſſem, nunquam in templum veniſſem.* Volebat enim Imperator teſtatum, ſe ius imperii adeptũ eſſe non liberalitate Pontificis, ſed iure belli, & quod per transactionem cum Imperatoribus Græcis ius omne in eum deuolutum eſſet Græcis omne ius ſuum, quod in Imperium occidentis habuerant, *Carolo* concedentibus.

Expeditio Caroli Magni contra Polonos.

Polonorum propenſa voluntas erga Romanos Imperatores.

Carolus M. renunciatur Imperator Romanorum

CAPVT II.

Leſcus Tertius.

Anno ab orbe condito 4722.
Anno à Chriſto 810.

A.C. 810.

LESCVS Tertius filius Secundi *Leſci* in nomen patris & regnum ſucceſſit. Multa hic bella cum finitimis geſſit, ac cum Imperatore *Carolo* præſertim. Qui cum audiſſet, quod ex pactis & formula confœderationis, cuius ſupra meminimus, gentes linguæ noſtræ veluti conſpirantes contra eum adornarent bellum, ipſe quoque pro remedio ad idipſum, quo petebatur, confugit. Ideoque inter illa tria regna celeberrima, hoc eſt Italicum, Gallicum & Germanicum, fœdus ſimiliter conficit, vt ita conſpirationi conſpirationem, & confœderationi confœderationem opponeret. Itaque in tribus locis fere eodem tempore grauiſſimum exoritur bellum, ſed omnium maximum in Pannonia, quod octo annis durauit, ita vt *Caroli* exercitus iſthic conſenuiſſe dicatur: ad extremum reliquiæ eius in Tranſſyluania domicilium ſibi delegerunt, ibique ſedes fixerunt. Horum eſſe poſteritatem Germanos illos, qui in Tranſſyluania viſuntur, plerique putant, vt affirmat prior editio *Carionis*, ſed recenter editus *Carion* negat, potiusque eos eſſe poſteritatem Gotthorum illorum vetuſtorum ex coniecturis docet. Sed eo conſulto hoc fecisse videtur, quod priorem ſententiam mutauit, vt videlicet cunctis probatum faceret, id quod de veteri Germania ad Pontum Euxinum promulgare voluit. At omnes ſcriptores quicunque Gothos à Getis ortus eſſe tradunt, contrarii ſunt huic ſententiæ. Sed de rebus iſtis iam ſuperius aliquoties diſſeruimus. Redeo iam vnde digreſſus ſum: Dum igitur vtrinque magno animorum ardore adminiſtratur bellum, aduenit & ipſe *Leſcus* adiutum ſuos gentiles Slauos, collatisque ſignis, vt *Dlugoſſus* refert, proſpere dimicauit. In iſtis enim bellis ſemper nomen Polonorum cæteris celebrius fuit, quos velut præcipuos in hac confœderatione alii ſocii eſſe volebant. A celebritate autem huius fœderis manauit mos ille, vt Polonorum reges, *Boleslaus*, *Miecesiaus*, *Venceslaus* ab iſtis Slauis nomine compoſito denominarentur. Secundum bellum *Carolo Magno* fuit cum Sorabie ad Albim & Salam, gente Slauica, quod vario Marte adminiſtratum fuit, nec tam facile finitum. Huc enim ſpectant peruaſtationes & depopulationes, quæ ſecutæ ſunt, quarum meminerunt ſcriptores. *Blondus* dicit & *Bonfinius*, eo tempore Albi & Salæ fluuiis præſidia contra Sorabienſes Slauos (ſic enim loquitur) à *Carolo Caroli Magni* filio impoſita fuiſſe, viuente adhuc patre. *Vitiſchindus* etiam bellorum meminit, quæ Franctones, Turingii & Saxones cum Slauis eius regio-

Caroli confœderatio contra confœderationem Slauonicam.

Prima editio Carionis cum posteriore pugnat.

Secundum bellum Caroli Magni.

regio-

A. C. 810.

regionis incolis eodem tempore geſſere. Sic & *Crantius* & alii. *Einbardus* autem *Caroli Magni* alomnus ſcribit, quod tum temporis Sala fluuius Turingios a Sorabis, qui & ipſi Slaui erant, diuidebat. *Carion* vero volens oſtendere Sorabos reliquias eſſe Sarmaticæ gentis, etymon nominis Soraborum à nomine Sarmatiæ deriuat. Videntur igitur *Vendæ* iſti Sorabi, & *Vilci* adhuc cum Gothis ante *Auguſtum* eo proceſſiſſe, & oram illam ad Albim ſubegiſſe. Vide *Trithemium* de bellis Gothorum ante Chriſti aduentum cum Saxonibus, aut cum *Marobudo* qui fuit genere Quadus, qui Senones, Auguſto regnante, & alias nationes ad Albim armis & conditionibus iuris ſui fecerat, interim Rhenum verſus Sueuis, vt *Suetonius* narrat, ab *Auguſto* translatis. De *Marobudo* vide *Strabonem* & *Tacitum* & *Paterculum*. Nam cur *Dion* Vandalicos montes vocaſſet ex quibus Albis oritur, ſi negatur Vandalorum iſtic fuiſſe ſedes?

Vendæ Sorabi vnde orti.

Tertium bellum eiusdem gentis Slauorum exortum fuit eodem regnante *Carolo Magno*, ad Orientem cum *Nicephoro primo*, Orientis Imperatore, quo tempore etiam Bulgari & ipſi Slaui Myſiam deuaſtarunt, exercitus deleuerunt, Imperator ipſe necatus eſt, & amputato eius capite, cranio pro poculo ad bibendum vſus eſt Bulgarorum princeps. Miſſa erant etiam eo auxilia à Polono. Nam certatim cuncti Slaui tum temporis contra Imperatores laturi ſuppetias, tanquam ad extinguendum commune incendium vndique accurrebant. Non deterruit eos itineris longitudo, ac perinde eis erat ex Pannonia Conſtantinopolim ducere exercitum atque Occidentem verſus ad oſtia Albis, vbi Sorabi intrepido animo *Carolo* ſe opponebant. Redeo iterum ad res Polonorum. *Leſcus* complures filios reliquit, ex que legitima vxore *Popielum* ſuſcepit, penes quem ſummam rei eſſe voluit, nec prius cæteris poſſeſſiones attribuit, donec ſacramento adacti promiſerint ea omnia, quæ pater de *Popielo* & vniuerſa herciſcunda ſua familia ſtatuiſſet rata & firma ſe habituros, nec nouis diſſidiis eius regnum turbaturos aut interpellaturos. Quod vbi illi fecerunt, ad hunc modum inter eos partitus eſt prouincias cum vrbibus.

Tertium bellum Slauorum.

Leſcus diuidit inter filios regnum.

Serbia ceſſit *Laxæ*: Myſſia *Vladiſlao* Zgorſeletia, quæ nunc Brandeburgum eſt, *Premiſlo*. *Bogdano* Rugiani, Pomerani cum Caſſubiis. Viſſimiria *Viſmaro*, olim à Lechi ædificata filio.

Forma diuiſionis Prouinciarum inter filios Leſci tertii, quæ diuiſio ruinam fecit maximam Sarmatici Dominii.

Lipa nomen arboris cum ſit, prorſus miramur, quomodo flumini illi, quod Rhenum eſt verſus, inditum fuerit. Sed & Myſſiæ vrbs celeberrima, quam noſtri *Lipsko* vocant, eandem cognominis ſui naturam & originem referre videtur. Si autem hæc incredibilia eſſe videantur, etiam illa videri debent, quæ de *Daiis*, *Saiis* & *Carmanis* a ſcriptoribus Germa-

Saia, Daia, Carmani.

nia memoriæ prodita ſunt! pari enim fundamento nituntur. Nam ſi ideo veterem

A. C. 810.

A Germaniam ad Euxinum Aſiam verſus excitare licet, quod ab *Herodoto* ea de ora loquente mentio fit iſtorum nominum, certe *Lechus Lecho* & *Lipa Lipa* ita ſyllabis & literis eſt conformis, vt Dani *Dais*, Saxones *Sais*, Germani *Carmanis*, nec vtrisque fucus hiſtoricorum deerit, cum *Beroſus* Sauromatarum fines vsque ad Rhenum, cuius oſtia Lech vocant Germanicè, proferat. Sed quæ in ſtatu coniecturali verſantur, non ſunt commiſcenda cum iis, quæ de limitibus Imperii Sale & Albi temporibus *Caroli Magni Blondus*, *Bonfinius*, *Vitichundus*, & iſtis antiquior *Einbardus Caroli* æqualis memoriæ prodiderunt.

Argumenta quæ ab etymo nominum petuntur quo in loco ſunt habenda.

Ex filiis *Popielum* in ſpem principatus liberaliter educatum ſucceſſorem ſibi viuens deB ſignauit, cæteris ſacramento vt Popielo parerent, adactis. Occidentalem & maritimam oram omnem inter Albim & Habelam fluuios ad Oceanum Sarmatias ſpectantem inter eos partitus eſt. Alii vocant Oceanum hunc Germanicum illud vero mare ad Iodanum, Oceanum Sarmaticum: ſed quomodo Oceanum hunc vocent ipſi viderint. Nam Oceanus, qui non ambit continentem, Oceanus non eſt.

Leſci Tertii conſilium in deſignando ſucceſſore, ex Dlugoſſo.

CAPVT III.

Popelus Senior.

Anno ab orbe condito 4780.
Anno Chriſti 815.

C HÆ autem prouinciæ quomodo poſtea Germanicæ ditionis eſſe cœperint, & quo pacto a Polonorum regno auulſæ & abreptæ ſint, inferius per occaſiones dicemus. Sed certe ignauia ſucceſſorum in cauſa fuit, quod *Popieli* filii *Leſci* exemplo mox comprobatum eſt, qui de ſe iudicio patris & expectationi minime ſatisfecit, nihilque memorabile prorſus præſtitit, niſi quod ſedem regiam Cracouia Cruſficiam tranſtulit. Oppidum illud eſt ſitum in ora Cuiauienſi inter paludes ad lacum Goplo. Cuius inſtituti multæ cauſæ referri ſolent. Sed illa potiſſima fuiſſe creditur, quod homo meticuloſi & deſidis animi quæſiuit antrum, vbi remotior ab HungaD ris & Germanis, remotior a fratribus, à quibus ſibi cumprimis metuebat, ſecurius viueret, & à negotiis Reip. alienatus indulgeret ventri, & iis, quæ ſub ventre ſunt. Sed non diu animi propoſito frui conceſſum ei fuit. Priusquam enim ad illam amplitudinem honorum euectus eſt, & fratribus viſendi ſui copiam fecit, in morbum incidit, ac ita demum non longe poſt lenta ægritudine & ſolicitudine conſeruandæ vitæ conſumtus eſt. Vsque adeo nihil eſt durabile in hac caduca & mortali vita. Vere igitur eum alloquitur Poeta noſter.

A. C. 815.

Sedis regiæ tranſlatio Cracouia Cruſficiam.

Succeſ-

A.C. 815.

Succeſſiſſe etiam patris te laudibus æquum,
Non tantum vitiis Imperioque fuit.

De more Popeli ſe execrandi, ex Miechouienſis hiſtoria.

Morem ſe execrandi habuit *Popielus* vt ſæpiſſime huiuſmodi verba pronuntiaret; ô vtinam à muribus corroderer; quod quanquam non ipſi, filio tamen eius accidit, vt referunt ſcriptores.

CAPVT IV.
Popelus Iunior.

Anno ab orbe condito 4792.
Anno à Chriſto. 830.

A.C. 830. IVſtis funeri *Popeli* ſenioris perſolutis, iunior concordi optimatum ſuffragio & patruorum aſſenſu in regem eligitur ac inauguratur, datoque & accepto iureiurando rerum potitur, cunctis ipſi ſe ſubiectos fore promittentibus. Et vere quidem dictum eſt: *Non domus dominum, ſed dominus domum coboneſtare debet.*

Popeli iuuenilis ætas.

Sed *Popelus* Cruſficium ignobile oppidum inhabitans vitâ ſua etiam ignobilius reddidit. Statim enim primum iuuentutis florem nequitiis contaminauit & ingluuie. Deſignati ei erant tutores; ſed puer perditiſſimus arbitratu ſuo viuendo iugum eorum mox excuſſit. Nihil iuuit eum autoritas procerum ei adiunctorum.

Priuata eius vitia.

Hæc conciliauit ei vxorem; ſed remedium ceſſit ei in deterius. Nam quæ ante vitia contraxerat permanſerunt, & quorum adhuc expers fuit, veteribus noua adiecit: compotatio, choreæ, crapula, amplexus puellarum, cum æqualibus conſilia capere, in multam diem ſtertere, hæc iamdiu ei in vſu erant: porro

Publica.

auaritiam, faſtum, crudelitatem, hæc ab vxore Germana primum didicit. Adeoque prioribus ſuis quaſi priuatis vitiis publica etiam addidit. Decreta & honores vendere, diſtributiuam iuſtitiam ſuſquedeque habere, quos videbat conformes ſuis moribus magiſtratus commendare, dignos & idoneos præterire, crudelitate principatum ſibi ſtabilire moreſque iſti in vſum ita iam abierant, vt, qui ſecus ſentiret, ab aſſentatoribus aulicis pro turbatore haberetur.

Perſona Popeli diſtorta.

Hæc autem omnia faciebat, vxore in eo vitia alente & quotidie nutriente. Cum autem in eo præter has animi labes, etiam deformitas corporis appareret, (fuit enim diſtorta facie, raro capillo, imberbis, improbo aſpectu) ipſa vxor eo deſpecto ad augendam rem priuatam ſeſe conuertit. Omnia munia regia ad ſe callide & ſenſim attraxit, ita vt maritus rex quidem nominaretur, & pro rege ſe gereret: ſed iuſtitiæ adminiſtratio, fiſci poteſtas penes vnam mulierem eſſet. Ideo vſus iam obtinuerat in aula eius, vt emergere nemo poſſet, qui vera virtute niteretur, ſed adulatores, mimi, hiſtriones, compotores, lenones, vnice ab eo colebantur.

Mores aulæ Popeli deprauati.

Indies autem iis vitiis in ea muliere inualeſcentibus cum *Popeli* patrui & alii boni viri ægerrime talia ferrent, eique ſeſe opponerent, creauit eis pericula, quodque peius eſt, nouum & adhuc in Polonia inauditum conſilium de tollendis eis aggreſſa eſt, vinumque veneno medicatum eis propinat ac ita eos enecat, idque non modo conſentiente, ſed etiam adiuuante, proh ſcelus! marito.

A.C. 830.

De morte Popeli & vxore eius a muribus abſumptis ex aliquot hiſtoricis.

Quanquam autem liuores corporum, & effuſa præcordiis viſcera, manifeſtum veneni indicium faciebant, nemo tamen indignum optimorum principum interitum aperte deplorare auſus eſt, metu tyranni. Sed non ſinit inulta eſſe diu diuinum numen ſcelera. Nam ex cadaueribus putrefactis enati mures inuſitatæ magnitudinis, impium parricidam cum ſcelerata vxore atq; liberis fugientẽ cum horrendis ſibilis quoquo verſus per aquam flammamque perſequuntur: nam ter iniecto igne propellere eos volebant aulæ ſerui, ſed non poterant: nec clauſtra proſunt aut abigentium ſatellitum præſidia. Ad extremum diſfugientibus omnibus, abſumptis prius filiis, deinde vxore, poſtremus ipſe infelix miſerabiliter lenta morte conſumitur in arce Cruſficia. Ita non in caſſum ceciderunt patris eius imprecationes. Iuxta illud Poëtæ:

Narrat Miechouienſis Arnolphum regem Galliæ conſimile quid olim paſſum fuiſſe.

Eſt Deus eſt ſcelerum vindicta & pœna malorum
Vnde putes minime poſſe venire venit.

Hæc euenerunt circiter annum 830. Vt autem priuata illa delicta priuatæ pœnæ, ſic publica publicæ ſunt ſecutæ. Non enim hæſit in iis, quæ commemorauimus, vltio Dei, grauiora ſunt ſecuta: peſtis, fames & iſtis adhuc deterius interregnum turbulentiſſimum, quo non modo res Polonorum in deterius verti cœperunt, ſed vniuerſæ Reipub. Slauorum ſtatus à ſummo illo culmine ad imum procumbere & labi cœpit.

Slauonum Reſpublica quando cœpit collabi.

Nam mox deinde orientalium Slauorum exercitus trecentorum millium, vna cum duce vel rege eorum *Suedulao* victus eſt, & rex ipſe a Boſſinia oppreſſus fuit. Bulgari quoque, qui & ipſi Slauorum gens erant, per id tempus, aut non ita multo poſt à *Baſilio* Orientis Imperatore magno prælio debellati ſunt, & nouo crudelitatis exemplo, ſi modo in hiſtorico fides non deſideratur, quindecim millibus captiuorum oculos eruit, in ſingulis tantum centuriis vno monoculo relicto, qui ſociis reuertentibus ad ſuos vnde venerant, dux itineris & monſtrator viæ eſſet.

Baſilii Imperatoris crudelitas in Slauos.

Hæc in oriente acciderunt. Ad occidentem vero, Hiſtorico *Mutio* referente, inter duces Polonicæ ſiue Slauonicæ gentis, filios exiſtimo *Leſcii Tertii*, quibus ad Albim flumen poſſeſſiones pater attribuerat, ciuilia bella ſecuta ſunt, ita vt poſtea de principatu contendentes, cum ſumma infamia Slauicæ gentis, arbitrio extranei principis *Ludouici Pii Caroli Magni* filii rem totam ſubiecerint, coramque eo ſtrepitum iudiciorum experiri non erubue-

Slauorum occidentalium diſſidia.

A. C. 830.

erubnerint. Sed illa, quæ dicta ſunt de Slanorum calamitatibus ad orientem, poſteriora fuiſſe exiſtimo. Tempore nimirum interregni, de quo mox dicemus, aut regnante *Piaſto*, hoc eſt circa annum 860.

CAPVT V.

Interregnum.

INterregnum hoc longius fuiſſe prioribus exiſtimo. Duraſſe enim illud ſupra vigeſimum ſextum, vel ſeptimum annum opinor. Nec difficile eſt coniectare deficiente rege, quæ & quanta mala ſtatim obrepſerint. Nam præter alia detrimenta, quibus hæc Reſpub. affecta eſt, illud ſane non poſtremum fuit, quod inter ſe neminem inuenirent cum autoritate, cui concrederent controuerſiæ illius decidendæ munus, quæ inter Principes ſuos Germanos oborta erat. Igitur Francofurtum vsque proficiſcuntur, vtque cauſam cognoſceret, Imperatorem appellant. Interim Germani ipſi nacti occaſionem dum pro ſe quisque ageret, fines carpere, prædas agere ex ipſis non deſiſtunt. Quibus malis fatigati ac fere non conſumpti Poloni indicunt Cruſiciæ comitia, ac tandem vt modus malorum illorum inueniatur, inter ſe deliberant. Sed ambitioſis magnas poſt ſe trahentibus factiones, vtque diutius interregni licentia poſſent abuti, rem totam corrumpentibus, infecto negotio diſceditur. Duplicatur igitur malum, & prioribus maiora damna accumulantur. Quibus viſis ii, qui melius ſentiebant, pene obſtupefacti diutius hæſerunt, donec ab infirmis mediocres, & à mediocribus ſublimiores partim probris, partim minis impellerentur, & extimularentur, vt priuatorum compendiorum obliti de creando quamprimum rege absque mora conſultarent. Itaque neceſſitate compulſi comitia rurſus eodem in loco id eſt Cruſiciæ indicunt. Non deerant & tum maleuoli peſtes Reipub. qui obliti communis parentis ſuæ, Reipub. inquam, ſecum minime expendebant, quod publicis commodis neglectis, etiam priuata ægre ſuſtentantur. Et perrexiſſent haud dubie iſti vlterius inflare ſimpliciores, & extendere in longum conſultationes, quæ in medium adferebantur, niſi Deus præter opinionem ad eligendum *Piaſtum* hominem plebeium mentes fluctuantium extimulaſſet. De qua re iam nobis dicendum erit. Quod autem non ita cito, vt boni viri deſiderabant, electus fuit rex, haud dubie iraſcentis peccatis ſupremi numinis potentia obſtitit. Sed alia propior cauſa non latebat prudentiores, nimirum, quod modum eligendi futuri regis in promptu non habebant, qui modus quoniam hactenus per ſeptingentos hoſce annos non eſt inuentus, licet aliquo modo delineatus, profecto peccatis noſtris imputandum eſt. Et ſæpius bonos viros audio querulis vocibus deplorare hanc noſtram incogitantiam & ſecuritatem, qui experientia edocti ſapere tamen nolumus. Nec videmus grauiſſimam iram Dei nobis hac de cauſa impendere, quam veluti in vagina patientiſſime diu reconditam habet.

Priuata ſtudia tempore interregni.

Cauſa cur tardè & difficulter regum electiones perficiantur & abſoluantur.

CAPVT VI.

Piaſtus.

Anno ab orbe condito 4804.
Anno à Chriſto. 842.

A. C. 842.

REbus Polonorum laborantibus & ad interitum ſpectantibus Deus Optimus Maximus ſuccurrit, datque regem illis oppidanum illius ciuitatis, nempe Cruſiciæ, cui nomen fuit *Piaſtus*. Pater eius fuit homo tenuis fortunæ admodum, nec reperiebatur quisquam hominum, qui crederet, aliquando limen ædium eius tantos honores potuiſſe intrare. Et certe quicquid euenit, Deo eſt imprimis acceptum referendum, ſed ſi vlteriora reſpicias, hoſpitalitas cum liberalitate ei viam patefecit, vt ſententia cunctorum idoneus ad capeſſendos faſces ampliſſimi regni iudicaretur. Cum enim eſſet homo priuatus non modo obuios quosque placide & peramanter in ædes ſuas prandendi recipiebat, ſed etiam optimatibus ædes & penus eius patebat, hoc vero cum alias, tum maxime, quando comitia cauſa eligendi regis celebrabantur, faciebat. Comprobauit autem Deus tribus ſignis eius regnum. Primum ſignum fuit miraculum non vulgare. Nam cum ex ingenita bonitate cunctis è penu ſuo & cella largiretur affatim, nullum tamen detrimentum nec diminutionem vaſa & penus eius ſenſerunt, quinimo quo largiore manu cuncta cunctis depromebat, eo largius ei omnia affluebant plenaque nihilominus vaſa reperiebantur, & mactra depſita paſta redundabat. Secundum eſt documentum regnum eius ex Deo fuiſſe, quod poſteritas eius ſemel amplexa religionem Chriſtianam durauit fere quingentis annis vsque ad *Cazimirum Magnum*, quin ad extremum reliquiæ eius micant ad huc in progenie Teſſinenſium Ducum in Sylleſia & Bregenſium, Lignicienſiumque. Fuit non ita pridem hic in medio noſtrum *Anna* filia *Conradi* Ducis Maſouiorum, cuius filia nupſit primo *Ioanni Tarnouio*, deinde *Koſtka* Palatino Sedomirienſi, qui ex ea duas ſuſcepit filias. Fœmina hæc fuit lectiſſima religionisque cumprimis ſtudioſiſſima, omnibusque bonis merito laudata. Diu ergo durauit poſteritas *Piaſti*, ſed & ipſe ad multos annos produxit vitam & regnum ſuum. Nam pro certo affirmatur, eum vixiſſe viginti ſupra centum annos, ſapienterque ac clementer ſubiectos ſibi populos imperio rexiſſe. Quæ res nobis pro tertio documento eſſe poteſt, eius regnum diuino fauore & auxilio

Liberalitas Piaſti.

Piaſtus diuinitus rex conſtitutus.

Reliquiæ poſteritatis Piaſti.

Google

A. C. 842.
Proſopographia Piaſti.

auxilio cœptum & ad extremum defenſum. Fuit homo ſtaturæ mediocris, vaſti tamen corporis, figuræ, vt loquuntur, quadratæ. A Mores eius ſimplices, compoſiti tamen & amabiles. Hic ſedem Cruſficia parricidiali ſanguine à *Popelo* defœdata Gneſnam iterum transfert, ibique domicilium ſuum figit. Finis eius regni in annum 895. incidit, quo anno Slaui orientales, *Vararius*, *Ruricus* & *Tubor* iecisse fundamenta Kiouiæ ampliſſimæ vrbis dicuntur. Porro eodem *Piaſto* regnante *Lodouicus ſecundus* Imperator ad occidentem ſedem tenuit, quo imperante *Lodouicus Balbus* contra Slauos bellum geſſit, eorumque ducem *Raſdlae* dictum, vt *H. Mutius* refert, excæcauit. Imitatus ſcilicet tyrannide *Baſilium* Imperatorem orientis, qui ſimili quoque pœna exercitum Slauorum, vt ſupra retulimus, affecerat. Hæc de Slauis ſolemus a- B ſcribere, vt exordium & progreſſus regni Slauici, & quibus in rebus regno Poloniæ conferri poſſit, melius conſpici queat.

CAPVT VII.

Ziemouitus Primus.

Anno ab orbe condito 4857.
Anno à Chriſto nato. 897.

A.C. 897.

PIaſto filius ſucceſſit *Ziemouitus*, qui antea patri ſupra modum ſenio confecto veluti ſocius regni adfuit. Hic cum eſſet impigro animo, ea quæ erant *Popelonum* negligentia amiſſa, recuperare ſatagit. Nec aius conatibus fortuna defuit. Slaui enim tunc meridionales duce *Suatoplugo* ex Pannonia & Morauia progreſſi Germaniam vehementer afflixerant, contra quos *Arnolphus* Imperator Hungaros euocat, qui Slauos profligarunt, & *Suatoplugum* regem eorum, qui recens Chriſtianam religionem amplexus erat, interfecerunt.

Suatoplugi mors.

Sed rurſus, cum merita ſtipendia imperator non perſoluiſſet, conuerſis animis iram ſuam in Germanos effundunt, magnaque clade afficiunt. Dum igitur iſti vario Marte inter ſe decernunt, Polonus occaſione nacta, ſua de Morauis facile recuperat, præſertim cum *Suatoboius* filius *Suatoplugi* per ætatem rebus labentibus ſuccurrere non poſſet. Atque hic eſt ille *Suatoboius*, qui *Methodium* Slauorum primum apoſtolum ſupplicio affecerat, & ob id Diis & hominibus inuiſus in auia & ſyluas conceſſerat, tandem in monaſterium ſe abdens, pœnitentiam agendo, finem vitæ ſuæ & regno Slauonico in Pannoniis & Morauia impoſuit.

Suatoboi exitus & regni Pannonici periodus.

Lætus hoc ſucceſſu *Ziemouitus* rurſus ad occidentem exercitum contra Pruſſos & *Popelonidas*, qui iam magna ex parte ad Germanos defecerant, exercitum duxit, iiſque domitis, & a Pruſſis rebus & prouinciis vindicatis, placide animam efflauit, regnauitque triginta duos annos. Habemus iam hiſtoriam complectentem finem regni Slauorum Pannonicorum. Sub idem etiam tempus *Conſtantinus Monomachus* Orientis Imperator dicitur Roxolanos Slauos nauali prælio viciſſe, & reliquiis eorum Boſnæ domicilium dediſſe.

A.C. 897.
Boſnenſes ſedes fixerunt.

Bohemici etiam regni conuerſio facta eſt ſub illud tempus in *Thaſillo* rege. Vandali etiam & Sorabi occidentem verſus ad Germanos magna ex parte tranſitionem fecerant. Soli Poloni Dei beneficio, qui erant præcipui tutores illius confœderationis Slauonicæ, intrepido animo vſque ad eam diem ac deinceps permanſerunt. Et licet res eorum Germaniam verſus acciſæ ſunt diſſidiis Ducum, qui primo a *Leſco Tertio*, deinde a *Boleſlao Criuouſtio* oriundi erant, tamen poſtea cum fœnore ſeptemtrionalibus prouinciis aucti detrimentum acceptum reſarciuerunt.

Slauonica cuncta gentes attrita, Polonia excepta, quæ fuit præcipua tutrix Slauonicæ confœderationis.

CAPVT VIII.

Leſcus Quartus.

Anno à condito orbe 4854.
Anno Chriſti 902.

A. C. 902.
Leſcus pacis amans.

HIc princeps merito inter bonos gubernatores numerari debet: ſed oblitus ſuperiorum regum anteceſſorum ſuorum, qui Slauonicæ confœderationis præcipui tutores videri volebant & reuera erant, principibus Slauonici nominis, qui ripas Albis ſpectabant, cum grauiſſimo vrgetentur bello ab Imperatoribus Romanis, ferre auxilia neglexit. Itaque a rege & tutoribus cum opem fruſtra im- C plorasſent, ſeruientes tempori tributum pendere coacti ſunt, vnde factum eſt vt *Sgorzelecia* ſiue Brandeburgum in Germanorum ditionem reſſerint.

Brandeburgum Germanis relinquitur.

Commemoratur hic a quibusdam atrox prælium ad L. chninum, in quo gentis Slauonicæ ad bis mille periiſſe dicuntur. Commemoratur & aliud *Leſci* bellum ſociale contra Pomeranos. Nam etſi *Leſcus* fuit princeps otii quam bellicæ gloriæ amantior, tamen ne dominio maris prorſus excluderetur, cum alias prouincias viciniores Germaniæ defendere neglexiſſet, hanc tamen negligere nequaquam voluit.

Dominium maris plurimi faciebant veteres Poloni.

Vſque adeo tum Poloni magnifaciebant poſſeſſionem maris, & naui- D gationum commoditates, vt mallent multorum ducatuum, qui regno conferri poſſunt, & infinitarum vrbium & vicorum iacturam pati, quam ſe a maris dominio excludi & nauigationis commodis priuari. Tenebant enim omnium veterum hominum conſilium, qui inſulas & littora maris libentius occupabant: quod à Germanis vicinia noſtris ſedulo obſeruari hactenus videmus. Nunc malumus campeſtria curare, agros ſtercorare, arare, occare & quæ magno ſudore & labore congeſſimus aliis diſtrahenda cum magno damno & infamia noſtra permittere. Maximi tunc motus in tota Europa inſurrexerunt. Nam translatio Imperii à Francis & Gallis

A. C. 901. Gallis ad Germanos magnos ſecum eumuleus & bella trahebat. Sub id etiam tempus, Bohemis regnum abrogatum, Slaui vicini Albis ripæ ad Germanos deſecerunt. A Germanis præfecturæ limitaneæ inſtitutæ ſunt. Marchia Brandeburgenſis Henetis oppoſita eſt, contra Sorabos Marchia Landsburgenſis, contra Polonos Syleſius Marchia Myſnenſis, contra Danos, Marchia Schleuicenſis in Cymbrica Cherſoneſo. Neceſſe eſt igitur *Leſcum* fuiſſe ſynchronum *Ludouici quarti*, & *Conradi* vltimi, qui prodiit ex proſapia *Caroli Magni*. Ac fortaſſis etiam attigit annos temporum *Henrici Saxonis*, qui *Auceps* dictus eſt, cui hoc inuentum inſtituendorum Marchionatuum tribuitur. Feſſa enim Germania continuo bello cum Slauis, cum de defenſione limitum deliberaret, minus incommodum viſum eſt defenſores limitum ſeu Marchiones conſtituere, amplis prouinciis eis attributis, quam, vbi datum ſignum eſſet de aduentu Polonorum, totum Imperium commoueri, aut ſaltem ſumptibus totius Germaniæ ingentes exercitus in finibus contra illorum incurſiones alere.

Marchionatuum inſtitutorum finis.

CAPVT IX.

Ziemouitus Secundus.

Anno à condito orbe 4883.
Anno à Chriſto. 921.

A. C. 921. PAuca admodum de rebus geſtis huius regis traduntur, & fere omnia in hiſtoria *Miecislai* filii eius comprehendi poterant. Vt tamen filum hiſtoriæ non abrumpatur, & chronologica ratio dilucidius explicari poſſit, non piguit huic etiam principi ſuam paginam attribuere. Hoc enim vel ob id iure à nobis illi debebatur, quod nobis procreauerit filium *Miecislaum* illuſtrem principem, cuius auſpiciis Polonia Chriſto nomen ſuum dedit. De cuius miraculoſa a cæcitate ſanatione, in qua natus erat, hiſtoriam prætereo. Neque enim mei inſtituti eſt, ea, quæ alii prolixe & eleganter tradiderunt, repetere, aut cum eis ſtylo contendere. Satis me functum officio putabo, ſi originem veram noſtrarum gentium explicauero, huicque explicationi ex ſubſequenti hiſtoria, quam tradiderunt Chronologi noſtri, eiusque circumſtantiis lucem adiecero, præteritaque cum conſequentibus quam apte & concinne ſibi cohæreant, demonſtrauero. Ideo & vicinorum res ſæpe commemoramus, & quæ interea tam ad occidentem quam ad orientem euenerunt, attexīmus, vt compoſitis componendis, totum corpus hiſtoriæ quam ſolido fundamento nitatur cerni queat.

Inſtitutum autoris.

CAPVT X.

Anacephalæoſis hiſtoriæ Slauonicæ.

RÉſomens res actas a *Leſcone Secundo* vsque ad *Mieſconem*, ſub quo Polonia Euangelio nomen ſuum dedit, hoc eſt, à *Carolo Magno* vsque ad *Orthonem Magnum* Imperatores Romanorum per 140. annos. A. C. 921.

805. *Leſcus Secundus* cum exercitu *Caroli Magni* dimicat, & in pugna illa occumbit, vt quidam affirmant: ſed id nullius idonei autoris teſtimonio comprobant, niſi *Abbatis*, qui tamen non *Leſcum* ſed *Lechum* hunc Slauum nominat. Notum eſt autem ex hiſtoria, quæ præceſſit, *Lechum* ducentis annis ante morti naturali ex hac vita deceſſiſſe. LESCVS II.

807. Hoc anno cum *Chumoid* dux Rhodum vaſtaret, aſſerunt eum à diuo *Nicolao* naufragio punitum, vnde mos canendi inoleuit: *Sancte Nicolae, tu nos ad portum trahe.* Sed hoc tempore de nullo ſancto *Nicolao* quidquam legimus. Forſan igitur hæc reiicienda ſunt in aliud tempus.

809. Hoc anno, menſe Auguſto, *Nicephorus* Conſtantinopolitanus Imperator, contra Perſas bello infeliciter geſto, in Bulgaros mouet, emuncturus ab eis argentum, quo pactam pecuniam diſſolueret. Sed acie victus & cæſus eſt, cum imperaſſet annos nouem. In eodē prælio *Stauracius Nicephori* filius vulnus accepit.

810. Bulgari ad Strimonem fluuium Romanos vincunt, multosque eorum duces occidunt, Sardicam capiunt. Volunt autem Bulgaros dictos a flumine Bolga, quaſi Roxolanos Volgæ accolas.

810. Hoc tempore in Polonia *Leſcus Tertius* regnabat. LESCVS III.

812. *Michaël Curopalates* cognomento *Rangabe* Imperator rem infeliciter aduerſus eosdem Bulgaros geſſit; ita vt poſtea deſperatione ductus in monaſterium ſe abdiderit vna cum filio. In eo prælio robur exercitus Romani periit, qui auxilio Græcis venerat. Periit & *Arbaldus* dux copiarum viuus igni crematus ab hoſtibus. Qui tunc etiam Boſnam, Dalmatiam, & alias regiones vsque Iuſtinopolim metropolim Iſtriæ Italicæ prouinciæ, quæ nunc Venetis paret, dominiu ſuo ſubiecerunt. Volebat tum *Algimundus* rex Longobardorum illa vrbe eos depellere: ſed & hunc cum exercitu ad internecionem propemodum deleuerunt, ipſumque interfecerunt. Vnde poſtea Epeirum (Albaniam nunc vocant) totamque maritimam illam oram Imperio ſuo adiecerunt. Vocantur nunc illæ vrbes, *Iablancc, Suuatigrod, Iaice, Lyſa, Mokru, Bielogrod, Dobra, Kraua*, &c.

814. *Leo Armenius* Imperator Bulgaros magnis cladibus affecit. Iam hic annales Conſtantinopolitani deficiunt. *Finis annalium Conſtantinopolitanorum.*

821. *Michaël* cognomento *Balbus* Imperator ex Amorio Phrygiæ oppido veritus fortunam Bulgarorum cum eis triginta annos inducias pepigit, eorumque opera *Thomam*, qui affectabat imperium, profligat, captumque brachiis & pedibus truncatum interemit. Hæc & ſequentia acciderunt *Popelo* ſeniore in Polonia regnante. POPELVS *Senior.*

823. Hoc

A. C. 921.

823. Hoc anno *H. Mutius* refert duos fratres Slauonicæ gentis de principatu paterno coram *Lodouico Pio* Imperatore Francofurti contendiſſe, quodque is minori natu regnum detulerit, ſubditis hunc præferentibus & ad regnum inuitantibus. Conqueruntur hic ſcriptores Germanici de difficultate hiſtoriæ temporibus *Caroli Magni* & laborant in inueſtiganda annorum ſupputatione; ſed & Polonicis idem accidit. Dubitant enim quot annos *Leſco* primo & ſecundo tribuant. Tandem ex autoritate *H. Mutii* finem vitæ *Leſci tertii* in annum 823. reiiciunt. De qua re conſula *D. Cromerum* in hiſtoria eiuſdem *Leſcii tertii*. Aliud diſſidium emergit de ætate *Suatoplugi* illius clariſſimi Pannonum regis. Quidam enim ad annum 744 referunt, quidam vero eum circa anhum 808. periiſſe tradunt. Sed de hac re in *Ziemouiti* hiſtoria latius.

Hiſtoriæ difficultas & perplexitas iſtis temporibus.

824. Hoc anno Bulgari ad *Lotharium Ludouici* filium Imperatorem occidentalem Aquisgranum comitia habentem veniunt rogatum vt inter Francones & eorum ditiones terminos definiat. *Abbas* autor.

828. In Vaſconia in Galliis quiddam pluit de cœlo frumento ſimile. Annotant autem ſcriptores Vaſconiam olim Rutheniam vocatam fuiſſe, eſſeque Vaſcones reliquias Ruſſorum qui cum Gothis & Vandalis Galliam & Hiſpaniam penetrarunt. Sed alii negant Ruſſos Ruthenos debere dici. Hoc vero eo conſilio faciunt, vt hominibus probent Ruſſos nouam gentem eſſe in his regionibus, nec antecesſiſſe illa tempora, quando ex Roxolania in Poloniam huc veniſſe Slauos, Germanis pulſis, perſuadere volunt. Hactenus indiſcriminatim Rothenos & Ruſſos *Raſcios* vocarunt. Sed de iis rebus poſtea.

Interregnum

840. In hunc annum incidit interregnum illud poſt obitum *Popeli* iunioris regis Poloniæ, quando aliquoties comitiis habitis ob priuata ſtudia & domeſtica odia, nouo rege non creato, proceres diſceſſere. Et niſi Deus collabenti Reip. adiutricem manum ſuam ſuppoſuiſſet, actum fuiſſet de rebus noſtris.

841. *Michaël Theophili* Imperator cum Bulgaris pacem facit reddita regi ſorore, quam bello Græci ceperant. Hæc cum eſſet in Chriſtiana religione recte inſtituta, perſuaſit fratri vt pro ethnica Chriſtianam fidem amplecteretur. Hac occaſione Bulgari peruenerunt ad cognitionem Chriſti. Et mirum eſt quo pacto ad eam rem adiecerunt animum inter illa diſſidia acerbisſima de imaginibꝰ, quæ maxime hoc tempore vigebant. Nam quas *Theophilus Balbi* Imperator, qui hunc præceſſerat, confringendas curauerat, eaſdem filius eius *Michaël Theophili* reſtituerat, reuocatis ab exilio Epiſcopis, qui pro imaginibus retinendis pertinacius patri ſeſe oppoſuerant.

Diſſidia ob imagines in templis.

856. Ruſſi claſſe ad pontum Euxinum comparata, primum in limites Græci Imperii irruerunt, ſed res eis non ſucceſſit. Hæc ex hiſtoria Conſtantinopolitanorum annotantur. Nam quæ Ruſſorum Annaliſtæ annotant, de tempore non conueniunt, vt ſuis locis annotabitur. Hoc tempore etiam annotant Ruſſos inita pace cum Imperatoribus, regionem illam occupaſſe, vbi Triballorum ſedes erant. Hæc demum *Raſcia* eſt appellata. Noſtri vocant *Racouie.*

A. C. 921.

860. Annotant hoc tempore, hoc eſt ſub finem regni *Piaſti*, *Lodouicum Lotharii* filium proſpere pugnaſſe cum Slauis, principemque eorum *Raſtiz* ob rupta fœdera exoculaſſe. Nomen ipſum *Raſcia* Germaniſatum indicat fuiſſe vnum ex illis poſteris *Leſci tertii*, qui iam ad Germanos defecerant ob eam cauſam, quod circa inaugurationem *Popeli* eorum ratio non fuit habita, ſicuti ſperabant.

PIASTVS

Raſticz princeps Slauorum.

859. *Nicolaus* Pontifex plurimum elaborauit, vt Bulgaros ad fidem Chriſtianam orthodoxam & obedientiam Romanæ eccleſiæ miſſis legatis viris idoneis, reduceret. Qua in re morem geſſerunt Pontifici. Nam eiectis Græcis ſacerdotibus, qui vocabantur *Fermiani*, à quibus antea in eorum ſententiam pertracti erant, partes Romanæ Eccleſiæ ſecuti ſunt. Ac eorum conuerſionem recentem Deus glorioſiſſima nomini Slauon eo victoria obſignauit, ſtatim enim poſt ſuam conuerſionem, cum audiſſent Saracenos Gallias vaſtaſſe, Hiſpanias debellaſſe, iamque in Italiam pedem inferre & Garganum montem in Apulia tanquam arcem belli occupaſſe; illi nil morati claſſibus & copiis comparatis voluntarie terra marique eos aggrediuntur & oppreſſos contrucidant. Scribunt ad triginta millia iugulatos fuiſſe ex Saracenis. Nam euadendi occaſio eis præciſa fuit, cum eorum triremes & naues antea mirando artificio, igne Græco, aquas nihil timente, eis immiſſo, abſumptæ fuiſſent.

Bulgarorum conuerſio

Slaui Saracenos vincunt.

861. Ab hoc anno Ruſſorum gens annales ſuos de conditoribus ſuis auſpicatur.

861. In hunc annum etiam expeditio Ruſſorum illa, de qua multa magnifice prædicantur, refertur. Ferunt, tunc eos claſſe inſtructiſſima comparata, Conſtantinopolim Duce *Olechone* petiiſſe. Vbi poſt obſidionem vrbis arctiſſimam Imperator auxiliis ſubſidiariis deſtitutus in gratiam *Olechonis* contingit, eiusque fauorem ingentibus donis aucupatur. Placatus igitur *Olechus* mutato conſilio obſidionem ſoluit, ac in memoriam eius expeditionis, arma ſua, equum currentem clypeo inſculptum, quo hactenus pro inſignibus Magnus dux Moſchouitarum vtitur, ad portam appendit, qui hactenus depictus in eadem porta, quam Galatinam vocant Conſtantinopoli viſitur, & à Conſtantinopolitanis inter antiquitates vrbis illius aduenis monſtratur. Originem ſigni iſtius ad equum, quo plurimum hic *Olechus* delectabatur, referunt, dicuntque, fatidicos Ruſſorum Kiouienſium huic Duci paranti ſe

Origo equi quem pro inſignibus Moſchorum Dux gerit.

A. C. 921.

ad bellum denunciaſſe, eum eousque ſuperſtitem manſurum, quoad equus ille ſuperſtes eſſet. Sed equo mortuo,& caluaria eius ad pedes abiecta, eum vatum illorum artem friuolam traduxiſſet his verbis: *Vtinam vero Sagis idem fatum accidat, quod meo equo*; Ecce interim, dum cranium pede protrudit, dira vipera ex eo proſilit,& pedem eius lædit,quo vulnere accepto, breui contabuit & expirauit. Hæc Annaliſtæ Ruſſorum annotant, quos *Latopiſos* illi, id eſt per annorum ſeriem hiſtoriam ducentes lingua ſua proprie admodum vocant.

Annaliſtæ Latopiſi dicti.

862. Circa hæc tempora Slauis etiam in Morauia Euangelium a *Cyrillo* annunciatur, autore *Michaele* Imperatore Conſtantinopolitano,adhuc ſuperſtite *Piaſto*, ſed ſene iam tum admodum. Non eſt autem exiſtimandum hæc dici de illo *Cyrillo* Hieroſolymorum epiſcopo, qui aliquot ante ſæculis *Iuliani* Imperatoris temporibus floruit, ſeu de illo Alexandriæ epiſcopo, qui *Theodoſio* iuniore imperante vixit, & aduerſus eundem Imperatorem *Iulianum* ſcripſit, ſed de quodam alio, de quo magna erat opinio, gentili Slauorum, quem Pontifex vna cum *Methodio* Romam euocauerat, quo eos moneret, quo pacto erga gentem iſtam ſe gerere deberent. Ac inter colloquendum cum Pontifex quodammodo expoſtulaſſet cum eis, quod abſque ipſius conſenſu lingua vulgari Slauonica ſacra tractarent, *Cyrillus* reſpondiſſe fertur adducta ſententia ex Pſalmis Dauidicis: *Omnis ſpiritus laudet dominum & omnis lingua confiteatur ei*. Ac cum multi multa in hanc & in illam partem diſputarent, atque eam quæſtionem ſedulo verſarent, tandem communi aſſenſu itum eſt in hanc ſententiam, vt Slauicæ gentis hominibus, ob linguæ illorum latiſſimum per varias nationes & dialectos vſum, patria lingua liceret ſacrum peragere. Cuius moris veſtigia paulo ante patrum noſtrorum memoriam in ſuburbio Cracouienſi in templo ſanctæ Crucis extabant, ſacerdote iſtic populari lingua ſacrum peragente, magiſtratu id non modo ferente, ſed etiam autoritate ſua & legibus illam inſtitutionem protegente. De hac re lege *Æneam Sylnium* in Chrono. Polon. libro primo, capite decimo tertio. Permanſerunt noſtræ gentis homi-

Cyrillus Morauorum Apoſtolus.

Diſputatio Cyrilli cum Pontifice de vſu linguæ Slauonicæ.

nes in fide Chriſtiana ad hunc vſque diem; ſed Bulgari offenſi quibuſdam inſtitutis eccleſiæ
A Romanæ prætulerunt Conſtantinopolitanam ſedem, cui vna cum Ruſſis hactenus patent, & obediunt.

A. C. 921.

869. *Baſilius Macedo* Imperator Orientis Ruſſis iterum nutantibus in religione Chriſtiana perſuaſit, vt penitus valere iuſſo Ethniciſmo, religionem Chriſtianam ſancte & conſtanter colerent.

886. *Leo Philoſophus* dictus Bulgaros, cum pace violata deficere cœpiſſent, ſuis & Turcorum armis confiſus repreſſit: tamen poſtea eundem licet *Philoſophum* ſimulatæ pacis conditionibus deluſum ex improuiſo circumueniunt & magna clade afficiunt. In hac hiſtoria fit prima Turcorum mentio.

Prima Turcorum mentio.

906. *Ziemouito* apud noſtros, *Conſtantino*
B *Leonis* f. in orientali Imperio regnante, Bulgari quaternis expeditionibus vrbem Conſtantinopolim obſederunt. Adrianopolim bis ceperunt,& diripuerunt. In vltima expeditione, Thracia peruaſtata, in Macedoniam vſque penetrarunt.

ZIEMOVITVS II.

Habes hic hiſtoriam Slauonicam per annos centum quinquaginta, ex qua & res geſtæ Polonorum illuſtrari poſſunt, & interregna, quibus hiſtoria noſtra claudicat, ſuppleri. Ad hæc quæ gens ſtirpis Slauonicæ vbi hæſerit, & quo tempore, cognoſces. Nam alio tempore Croatæ, alio Raſcii, Bulgari, Sorabi, ingreſſi variis occaſionibus, occuparunt terras ſub cognatis ſuis, aut Pannoniis, aut Dalmatis aut Illyriis. Quod ſi cui plus ocii & virium ſuppeteret, poſſet eam hiſtoriam, noſtram methodum ſequendo, locupletare. Et
C faceret hoc plurimum ad illuſtrandas res noſtrarum gentium. Probatur autem mihi illud argumentum eorum, qui affirmant Slauos non eſſe dictos ab vna gente aliqua, aut ab vrbe, aut a ſtagno, vt quidam ſcriptis prodiderunt. Neque enim ex æquo omnes hoc modo ſe eodem cognomine appellari paſſi fuiſſent. Multo minus audiendi ſunt illi, qui verboſitatis vitium genti noſtræ ex hoc cognomine Slauorum affricare volunt; quorum vanitatem hac in parte irridere, eſt ſatis confutare.

Slauorum nomen non eſſe ab vna gente vel vrbe, vel a ſtagno deductum, vt quidam putant.

LIBER SEXTVS,

IN QVO COMPREHENDITVR HISTORIA REGNI POLONIÆ A TEMPORIBVS OTTHONIS MAGNI VSQVE AD CAZIMIRI MAGNI REGIS POLONIÆ TEMPORA.

PROOEMIVM.

Aſſignaui & poſui terminos Hiſtoriæ huius præſtantiſſimos illos ſex Principes, qui Magni ſunt dicti. Etiam confecimus hiſtoriam Regum, qui interiecti erant inter tempora Caroli magni & Otthonis Magni. Reſtat perficiendum a temporibus Otthonis Magni ad Cazimirum Magnum, hoc eſt, per annos 290. Tunc enim rurſus Imperium a Gallis ad Germanos tranſlatum fuit, tunc Hungari duce Geiſa magnos motus ediderunt, tunc Poloni & cum his Pannonii aliaque Slauonicæ nationes religionem Chriſtianam ſunt amplexæ. Iamque appetit finis millenarii ab aduentu Saluatoris.

CA-

A.C. 962.

CAPVT I.

Miecislaus Senior.

Anno a condito orbe 4924.
Anno Chriſti 962.
Anno poſt aduentum Lechi in Poloniam 415.
An. poſt Cracum & Cracouiam reſtauratam. 265.

VEre dictum eſt: Conueniunt rebus nomina ſæpe ſuis. *Miecislaus* enim iuxta noſtræ linguæ proprietatem perinde ſonat, quaſi dicas Gladio laudem acquiſiturus. Atqui hic reuera gladio ſibi laudem quæſiuit. Nam & primus noſtrorum regum & ſummo animi ardore amplexus eſt verbum Dei, quod gladius a ſpiritu Dei vocatur præacutus, & ſuſcepta fide Chriſtiana, e veſtigio hoc ipſo gladio omnia idola gentilicia iugulauit, contregit ac ex lanis ethnico more inſtructis eiecit. B Merito igitur hoc nomen eſt ſortitus. Commeruit profecto hac de cauſa laudem immortalem, & inter omnes reges Poloniæ, quotquot erunt, veluti ſidus radians refulgere debet, ac vt *Cicero* de Poëta *Homero* dicebat, quod ille Græcos & Troianos *Achillem, Aiacem, Hectorem, Æneam* dimicantes prælianteſque ita viuis coloribus depinxerit, vt cum ipſe eſſet cæcus & viſu orbatus, nos qui videmus, & oculis præditi ſumus, videre fecerit, idem de hoc rege merito dicere poſſumus. Nam cæcus & hic erat natus, ſed ita, vt nos, qui videmus & oculis præditi ſumus, videre fecerit arcanum Dei conſilium de gubernando & liberando genere humano. C Nec modo ipſe tam maſculo animo hoc gladio contra Satanam dimicauit, ſed & ſubditi eius, (vt vere dictum ſit: *Regis ad exemplum totus componitur orbis*;) exemplo domini moti, & teſtimoniis verbi eruditi ita in Euangelio profecerunt, vt inter ſacra, ſacerdote Euangelium clara voce recitante, ſtrictum gladium e vaginis educentes ſurſum attollerent, nec prius reconderent, quam recitatio eius finiretur. Quo ritu procul dubio innuebant ſe & totam gentem Slauonicam ita acres defenſores Euangelicæ profeſsionis futuros, vt mallent quiduis perpeti, vitam & opes ſuas profundere, quam ſinere vnum apicem ex mandatis Euangelicis ſibi e manibus eripi. Hinc eſt quod Bulgari & ipſi Slauones circa annum octingenteſimum quin- D quageſimum nonum, baptiſmo iam accepto, cum audiſſent triſte nuncium, Chriſtianos eorumque loca a Saracenis in Italia ferro & igne abſumi, atque vaſtari ſtatim coacto exercitu in Apuliam transfretarunt, & in Gargano monte cum Saracenis ita atrox prælium commiſerunt, & ſua pectora pro incolumitate fidei ita oppoſuerunt, vt triginta millia interfectorum proſtrauerint, exceptis iis qui fuga dilapſi erant. Sic & Poloni poſt ſuſceptam religionem primo duce *Miecislao* deinde filio eius *Boleslao Chobri* multa inſignia facinora ediderunt. Nam Boruſſi, Pomerani, Iazyges, Samogitæ, Liuones & aliæ gentes armis eorum edomiti nomen ſuum Chriſtianis adiungere coacti ſunt, & quod poſtea Cruciferorum ordines introducti, & expeditiones Principum Germaniæ, Regum & Imperatorum ipſorum cum magnis impenſis dubio Marte belligerando præſtare vix potuerunt, hoc illi officium ſummo cum ardore pro Chriſtianis adimpleuerunt. Ex hoc ergo eorum feruenti animo, apparet ipſos fuiſſe vere aſſeclas Chriſti domini, meritoque Euangelicos appellari debere, quandoquidem eos non puduit Euangelii, ita vt & ſignis, id quod erant, deſignare, & quod ſigna ſignificabant, re ipſa præſtare contenderint. Hæc ideo libentius recito & commemoro, quia hodie proh pudor & dolor! peſſimo exemplo, Chriſtiani populi inter ſe diuiſi ita infeſtis animis de quæſtionibus legis dimicant, vt putes fideles cum gentibus, circumciſos cum incircumciſis; Turcos cum Chriſtianis de ſumma rerum dimicare. Et cum vtraque pars magno conſenſu vnam confeſsionem fidei retineat & confiteatur, hoc eſt, tria orthodoxa ſymbola, tamen ita implacabili odio alii contra alios feruntur, vt Euangelici Catholicos, & Catholici Euangelicos conuiciis mutuo afficere, & non ſine opinione quadam contumeliæ, nominibus ipſis Catholicorum & Euangelicorum alteri contra alteros abuti non deſinant. Et tamen ſicut Catholicorum nomen, quod hæreſi opponitur, fuit & eſt maximi faciendum, ita Euangelicorum etiam in pretio ſemper fuit. Apparet certe maiores noſtros, veteres inquam Polonos, hoc nomen adeo non erubuiſſe, vt etiam, dum a ſacerdote Euangelium recitaretur, omnes ſe nudato capite erigere, & quemadmodum dictum eſt, gladios e vaginis expedire pro magna laude duxerint, imitati ſcilicet exemplum *Conſtantini Magni*, qui codicem Euangelii ſibi præferri publice voluerit. Et *Paulus* Apoſtolus vas electionis palam de hoc cognomine gloriatur, inquiens: Non pudet me Euangelii. Sed iam ad hiſtoriam redeo. Cum igitur *Miecislaus* ad Deum ſe conuertiſſet, Deus etiam ad eum ſe conuertit, eique ſucceſſum in rebus gerendis dedit. Nam & Ruſſos cum ei bellum ciuile D moriſſent (pro cognatis enim a noſtris agnoſcebatur) coërcuit, & Bohemos Regem ſuum agnoſcere nolentes, quod eſſet puer, ad officium reuocauit. Regnauitque triginta quinque annos proſpere & ſatis feliciter. Ergo hic princeps vere gloriam Slauonici nominis conſummauit, dum non modo regna & prouincias ad eorum imperium adiecit, ſed & Satanam, ne tantum ſibi contra eos vitium ſumeret, repreſſit. Tunc enim regnum Dei vim magnam patiebatur, iam Bulgaris, iam Pannoniis, iam denique Bohemis & Polonis regnum Dei intrare contendentibus certatimque fidem Chriſtianam amplectentibus.

Homero cæco confertur Miecislaus.

Circa Euangelii recitationem inter ſacra gladios euaginabant Slaui.

Euangelici qui.

Diſſidia in religione Chriſtianorum deplorantur.

35. annos Miecislaus regnat.

A.C. 962.

A. C. 962.
Hiſtoria de Holba Imperatrice Ruſſorum.

Ad *Miecislai* tempora referendum puto ea quæ Ruſſorum Chronicarii de ſua *Holba* vel *Helena* narrant. Fuit hæc fœmina lectiſſima, & mariti ſupra modum amans. Cum enim *Dreulani*, id eſt populi, qui ſylneſtrem regionem inhabitabant, maritum eius trucidaſſent, hanc iniuriam ſtupendo auſu vlta eſſe fertur, cuius ſtratagematis nec in Græcorum nec in Latinorum hiſtoria quicquam ſimile legimus. Primo igitur quos potuit comprehendit & viuos terra defodit, alios igne circumiecto cum in balneis ſe lauarent, combuſſit. Sed nondum ſatiata tali vltione, vrbem eorum admodum arcta obſidiooe cinxit, & preſſit. Cum autem ea potiri non poſſet, erat enim partim natura loci & rerum opportunitate, partim induſtria humana inſigniter munita, ad fœmineam aſtutiam decurrit. Miſit in vrbem tali cum legatione oratores ſuos: *Iam*, inquit, *ſatis indutum eſt ira, iam ad ſatietatem ſatis ſuperque vlta ſum mariti necem; a veſtris tamen munitionibus ſtatui non diſcedere, donec tributum mihi contuleritis, quod quidem perexiguum erit; nimirum vt vicatim detis mihi & ad caſtra mittatis ternos columbos & ternos paſſerculos ad redimendas vitas veſtras, & vt hoc pacto teſtemini me eſſe legitimam Imperatricem oræ ſeptemtrionalis.* Suſcipiunt conditionem obſeſſi, nec mora, mittunt ei aues, quas expoſcebat nomine tributi. At illa ellychnia pice illita & ſulphure, inſuper fomite adiecto iuſſit illis columbis & paſſerculis alligari & rurſus in aëra dimitti, quod vbi factum eſt, quælibet auis ad ædes vbi nidum & domicilium habuit è veſtigio reuolauit, exitium toti vrbi ferens. Nam vbi in ſuis nidis conſedere, ignis ſtatim & incendium vrbis in mille locis ſimul & ſemel ab ellychniis illis alligatis exortum eſt, atque ita tota vrbs intra paucas horas in cineres & fauillas redacta eſt. Mox igitur auditur clamor ciuium & eiulatus mulierum & lactantium, diſcurritur paſſim per vrbem, & ad incendium extinguendum, an vero hoſti armis occurrendum dubii per vrbem diſcurrunt. Interim *Holba* militem in vrbem introducit, & paſſim occurrentes contrucidat nulli ſexui parcendo. Ita mariti necem vlta fama tanti facinoris non modo Ruſſiam ſed & vniuerſum orbem impleuit, tandemque plenam victoriam adepta, Kiouiam cum triumpho rediit. Quomodo autem eadem Conſtantinopolim cum valido exercitu adierit eamque obſederit, ac demum cum *Ioanne Zimiſzka* Imperatore Orientis induciis factis in gratiam redierit, hæc in annalibus Moſchorum, Ruſſorum & Polonorum abunde deſcribuntur. Illa ſane expeditio per occaſionem hoc effecit vt & ipſa *Holba* & tota Ruſſia baptiſmi ſacramento accepto religiooem Chriſtianam amplecteretur. Iſte fuit exitus illius expeditionis & atrocis belli.

A. C. 962.
Baſilii tyrannis.

In eiusdem *Miecislai* ætatem incidit victoria vel potius tyrannis *Baſilii* Imperatoris Græcorum, qui dicitur deuictis Bulgaris quindecim milia eorum exoculaſſe, in ſingulis centuriis vno tantum monoculo relicto, qui eis dux itineris domum redeuntibus eſſet. Sed Ruſſorum annales referunt Imperatorem iſtum aut eius ſucceſſorem a *Suetoslauo* Ruſſorum Monarcha, qui fuit *Holba* filius, acerrime profligatum, totamque Græciam debellatam. Poſt illam glorioſiſſimam victoriam ferunt præcipuos Græciæ duces ad Ruſſorum caſtra confugiſſe ferentes munera, auri magnam vim, argentique ſignati & non ſignati, pacem & veniam rebellionis deprecantes. Sed *Suetoslaus* omnia illa munera ſpreuit ſolis armis, hoc eſt gladiis, haſtis, iaculis & alia ex ferro ſuppellectili bellica, quam Ruthenici ſcriptores *Pannadocmi*, vocula Græca appellant, pro ſe retenta. Qua animi celſitudine & heroico facto ita ſe commendabilem toti Græciæ fecit, vt eum ſibi palam pro principe deligi poſcerent, & qui armis vix debellari poterant, virtute illa bellica delectati ſubditos ſe ipſius libenter faterentur, poſcerentque ſibi geſtiendo talem Principem dari, qui magis armis, quam auro delectaretur. Hæc in annalibus Ruſſorum habentur.

Suetoslaus Græcos vincit.

Ingreſſus Romam Othonis magni.

In eadem tempora incidit ingreſſus Romam *Otthonis Magni*. Commemorantur hic tranſactiones eius ab hiſtoricis, quas habuit cum *Ioanne* eius nominis duodecimo, atq; etiam cum *Leone* Octauo. Nimirum de iure conferendi iuris patronatus Epiſcopatuum per annulum & baculum, vt vocant. Mittebant enim olim Imperatores hæc inſignia iis, qui Pontifices fieri volebant. Fecitque idem Imperator tunc Ordinationes quaſdam, quæ ad modificandam poteſtatem Pontificum pertinebant. Sed antequam ea perfeciſſet interceſſerant antea non parui tumultus, & etiam captiuitates duriſſimas Pontifices pertulerant. De quibus rebus *Platina* & alii ſcripſere.

CAPVT II.

De Religione Vandalorum & Slauonicorum Nationum, inter quas & Polonorum.

QVæ ſcriptores rerum Polonicarum in hoc argumento attulerunt, non vitupero, nec obſeruationes eorum contemno; tamen meas quoque, ad illuſtrandum hoc negotium perpaucis adſcribam. Dixi ſuperius his vocibus, Sarmatæ, Vandali, Slaui, & Poloni vnam gentem indicari; quæ tamen varie mutabatur iuxta rationem euentuum & temporum viciſſitudines. Ideo *Blondus* Foroliuienſis ſic ait: *Populi iſti non diu Slauorum nominationem tenuere: ſed cum eorum pars Mauricii Imperatoris temporibus in Dalmatiam Illyricumque immigraſſent, qui manſerant domi paulo poſt mutarunt nomina, & partim ſe Polonos, partim Bohemos nominauere.* Cum igitur Sarmatæ vocaban-

A. C. 962.

Cultus Dianæ

bantur, impenſe *Dianam* colebant, de cuius templo, quod habebant in Taurica Cherſoneſo, ſuperius dixi, dum *Iulii Cæſaris* tempora complecterer. Poſtea perſequens *Claudii* tempora dixi quædam de eius templi celebritate, nimirum quod ex ſpoliis Epheſini templi illud locupletare voluerunt. Hæc ſi coniungantur cum iis, quæ *D. Cromerus* attulit de cultu *Dianæ* ſeu *Dzieuonia* Epheſinæ à Polonis exhibito, non parum altera res alteram illuſtrabit. His addantur ea, quæ attulimus *Auguſti* tempora perſequendo de diui *Pauli* Apoſtoli & D. *Andreæ* laboribus in conuertendis ad Deum iſtis gentibus. Tandem de D. *Martino* & D. *Hieronymo* viris ſummis; qui cum eſſent homines eiuſdem generis, fieri non potuit, quin & ipſi laborarint de promouendo euangelio apud ſuos populares. Nauauit etiam operam ſuam B eis *Cyrillus* & *Methodius* & *Theophylactus*, qui in Mæſſia, id eſt inter Bulgaros docuit. Extant Slauonica lingua opera eius. Fecit autem is *Chryſoſtomi* operum compendium. Sic ex duplici literarum Slauonicarum figura, quarum altera *Bukouica*, altera *Cyrulica* apud eos vocatur; & ex epitaphio Romæ Reginæ Boſnenſium, quod extat in ſacello templi magni, characteribus magnis deſcriptum. Ex iis (inquam) omnibus apparet, pleraſque prouincias Slauonicæ gentis ſtatim poſt tempora apoſtolorum amplexas fuiſſe religionem Chriſtianam. Neque enim temere gloriari puto clerum Ruſſorum magnoque conſenſu affirmare, C ſe opera Diui *Pauli Andreæ*que Apoſtolorum conuerſos eſſe ad fidem Chriſtianam. Reuocanda autem ſunt in memoriam, quæ ſuperius ex actis Apoſtolicis & ex Epiſtolis ad Timotheum & ad Titum de iis rebus adduximus. De Gothis conſtat, quod ante expeditionem illam Italicam amplexi erant Euangelium. De Vandalis etiam liquet ex *Vigilii* ad *Traſimundum* Regem Vandalicum, & ex pleriſque ſcriptis Diui *Auguſtini*, quod iam tum Vandali connumerari ſe volebant inter fideles. De Slauis etiam, qui ſunt propago Vandalicæ gentis, conſtat ex concilio Conſtantinopolitano ſexto, quod & ipſi iam tum eccleſias ſuas & Epiſcopos habebant. Legatur ſubſcriptio ſynodi illius, quam ſuggeſtionem vocant. Fuit D autem hæc ſynodus celebrata anno ſexcenteſimo octuageſimo. Ante vero D. *Albertum* annis 320. Quæ igitur de Bohemorum Pannoniorum duce *Suatoplugo*, Polonorum Boſſinorum *Mieciſlao* & aliarum gentium Slauonicarum ab hiſtoricis conuerſione ad Chriſtianiſmum referuntur, intelligenda puto de publica & vniuerſali ab omnibus ordinibus doctrinæ Chriſtianæ ſusceptione. Interim negari non poteſt, eos longe antea habuiſſe initia non contemnenda Chriſtianarum inſtitutionum, vt ex hoc epilogo rerum à me commemoratarum liquet. Iam vero cum ſub ethnica religione vixerunt, non admodum abſurde ſenſiſſe videntur. Vnum enim DEVM vt colerent, legibus ſancitum apud eos fuit, quod ex A *Procopio* de bello Gothorum liquet. *Slauonorum*, inquit Idem, *nationes non ab homine aliquo vno reguntur, ſed ab antiquo plebeia communique libertate viuunt, & idcirco res omnes, quæ vel vtiles ſunt, vel forte difficiles in commune conſilium deducunt.* Iſta hactenus à Polonis ſancte ſeruantur. Vnde legem illam ſæpius allegant: *Nihil in nos abſque nobis rex ſtatuere poteſt.* Apparetque hinc non nouiter eos iſthic conſediſſe temporibus *Iuſtiniani*: quandoquidem vetera eorum Reipubl. inſtituta non ſine quadam admiratione recitat. Ideo addit: *Sed ab antiquo plebeia communiq; libertate viuunt.*

Dzieuonia, Dziewoia Diana etymon reſpiciunt.

Paulus Apoſtolus de Ruſſis bene meritus.

A. C. 963.

Slauis ſemper nil pretioſius libertate fuit.

D. Cromerus ex ſententia *Blondi* Bohemorum conuerſionem in annum 990. reiicit. Et B ego eius ſententiæ ſubſcribo, licet plerique poſt *Boriuoium* annum 929. huic rei aſſignent.

De Bohemorum Conuerſione.

Polonorum conuerſionis annum aſſignant 965. Antiquiora ſunt quæ de Slauorum conuerſione adhuc tempore concilii Nicæni ſecundi retulimus. Antiquiora etiam ac vetuſtiora ſunt quæ de Vandalorum Chriſtianiſmo in Africa diximus. Omnibus autem antiquiſſima ſunt, quæ de Myſiorum, Dalmatarum, & Illyriorum conuerſione ex ſcriptis Diui *Pauli* attulimus. Hi omnes ad cognationem Polonorum pertinent.

De Polonorum Conuerſione.

C Etſi *Zonaras* hiſtoricus Græcus ſcribit, Ruſſos amplexus fuiſſe dogmata chriſtiana temporibus *Baſilii Macedonis*, hoc eſt anno 863. tamen credibile eſt eos poſtea reſiliiſſe. Nam de clariſſima Imperatrice Ruſſorum *Holha*, ſeu *Helena* conuerſa ad Chriſtianiſmum referunt id factum eſſe circa annum 963. Quare prior illa Ruſſorum conuerſio fortaſſe publica non fuit. Quod vero *Lambertus Saſſnaburgenſis* circa annum 960. affirmat Ruſſos ad Otthonem miſiſſe Oratorem, vt ſibi Epiſcopus chriſtianus mitteretur ab eo, hunc Oratorem exiſtimo vnum fuiſſe ex illis quos *Wladimirus* in omnes partes mundi miſerat exploratum, quæ religio eſſet poſſibilior ad credendum. Ant de Rugiis non de Ruſſis id exponendum, vt D. D *Cromerus* demonſtrat. Sed & ipſe ita ſentio, certiora eſſe illa de Ruſſorum conuerſione, quæ ipſimet memoriæ prodiderunt, nimirum eos circa annum à creatione mundi 6497. ſecundum vero noſtrum calculum 4940. ſuſcepiſſe euangelium. Numerant enim Ruſſi, Græcos ſecuti, à creatione mundi annos circiter 1550. præter eos, quos nos numeramus. Sed ſi ab anno Chriſti aduentus tempus conuerſionis eorum numeres conſentient ipſi anno 980. id accidiſſe. In ea enim ſententia ſunt plures & potiores autores, quod præeunte eis *Wladimiro* ipſorum principe publice amplexi ſunt religionem chriſtianam. Hic *Wladimirus* fuit filius *Suatoslai* illius bellicoſi principis; nepos

De Ruſſorum Conuerſione.

Wladimirus per Oratorem inquirit, quæ religio in mundo optima.

A. C. 962. vero *Helena*, qui ſobacta Ruſſia tota orientali, occidentali, meridionali, ſeptemtrionali interfectisque denique omnibos fratribus Monarcham ſe Magoum totius Ruſſiæ voluit dici. Quo titulo magnus dux Moſchouiæ hactenus vtüur, eomque ab illo *Wladimiro* accepit. Et, ſi Sauromatæ cognomen ex Hebræo exponatur, Dux altitudinis, vt doctiores volunt; tunc iſti duo tituli, Sauromata inquam & Magnus Dux eodem reſpicere & idem innuere videbuntur. Nam quam nunc Moſchouiam vocamus *Ptolomaus* & alii Sarmatiam Aſiaticam vocaot. Quod etiam linguæ Slauonicæ idem apod Moſchos qui apud Polonos vſus indicat. Hic etiam *Wladimirus* ex Nouogrodia magna, ſedem Kiouiam transtulit. Hic primo legatis exploratum miſsis, quæ ſit religio in mundo, quæ melioribus fundamentis nitatur, amplexus eſt dogma chriſtianum ritusque & ceremonias eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, in qua ſententia hactenus gens iſta perſeuerat. Tradiderat autem mihi quidam ante aliquot anoos exemplum literarum, quas Oratoribus ſuis tradiderat ablegans eos per varias nationes exquiſitũ de religione, vt iam dictum eſt, & certo affirmauit ſe iſta deſcripſiſſe ex antiquitatibus Monaſterii Præmislienſis. Has literas in Polonicum exemplar inſeram, vbi Deo volente hoc opus patria llogua verſum fuerit. A. C. 962.

De Hungarorum Conuerſione. Ante annum quidem 1009. Hongaros conuerſos fuiſſe ad fidem Chriſtianam tradunt; ſed certum eſt *Stephanum* regem paulo antecesſiſſe hoc tempus. Is autem bellũ geſsit cum aounculo *Dzula* ob ſuſceptam Chriſtianam religionem.

Schema quomodo ſucceſſiue iſtarum gentium alia poſt aliam conſenſit in Chriſtianam fidem.

Bohemi anno 900.		*aute annos 683.*		
Poloni anno 965.		*ante annos 618.*	*poſt Boëmos*	*65.*
Ruſſi anno 980.	*Ergo*	*ante annos 603.*	*poſt Polonos*	*15.*
Hungari anno 995.		*ante annos 598.*	*poſt Ruſſos*	*15.*

CAPVT III.

Capita religionis Slauonicarum nationum antequam ſuſcepiſſent regulam Chriſtianæ fidei.

Pyorunum Idolum Polonorum HIs præterea (inquit) *in lege cantum eſt & à ſuis maioribus proditum, inter Deos aliquem vuum, qui fulminis fabricator eſt, rerum omnium dominum ac ſolum eſſe vt credant, illiq́; boues & hoſtias mactent, &c.* Verba ſunt *Procopii.* Hunc Deum fulminum *Pyoranum* fuiſſe vocatum à veteribus Polonis Chronicarii ooſtri fere omnes ſcribunt, quem *Pyorunum* à Moſchis etiamnum maximi fieri, coli, & iugiter ei ignem accendi teſtis eſt *Sigiſmundus Erberſteinius* & Guagninus de Moſchouiticis rebus. Habent enim Idolum quoddam & delubrum celebre in Nouogrodia magna, qood ciues illius vrbis præ aliis ſumme ſuſpiciunt, de quo ſic *Guagninus: Hoc idolum à Nouogrodenſibus pracipuo cultu Latriæ adorabatur. Habebat autem formam hominis lapidem ignitum manu tenentis ſimilem fulmini. Nam* Perun *Ruthenis & Polonis fulmen ſignificat. In huius laudem & honorem ignis ex quercubus, qui perpetuo die noctéque ardet, conſtruebatur. Quod ſi negligentia miniſtrorum ad hoc officium obeundum deſignatorum ignem extingui contingeret, tum capitis pœna plectebatur &c.* Exiſtimo huius ignis eos morem ex *Moſe* traxiſſe, per quem Deus iuge ſacrificium inſtituit. *Ignis meus,* inquit, *ſemper ardebit in altari,* 10 Leuitico.

Fortuna nihil tribuunt. De prouidentia vero Dei ſic *Procopius* ibidem tradit Slauos crediddiſſe: *Fortunam vero,* inquit, *nec ſciunt quidem nec alias vim aliquam in homines habere fatentur. Sed poſtquam ſibi ſiue domi morbo correptis, ſiue in prælio conſtitutis è propinquo mors imminet, iubentur quidem ſi incolumes forte euaſerint Deo confeſtim pro anima ſacrificium facere. Vnde quamprimum mortis illud diſcrimen deſugerunt, ſacrificium ex voto & promiſſis abſoluunt, & putant ſerme hoc pacto ſalutem ſibi per ſacrificia redemiſſe, &c. Habitant autem incondita tuguria & longo inuicem interuallo, callidi tamen ſiue maleſici minime ſunt, ſed in populando ac rapiendo Hunnicam ſeruant conſuetudinem &c.* Verba ſunt *Procopii*: Dicit mox, vtramque gentem tam Antas, quam Slauos, vnam gentem eſſe, *quos,* inquit, *Sporos priſci vocabant &c.* Ideo Ruſſorum ooſtrorum nomen idem ſignificare putant. Nam Roſſia idem eſt quod Græcis σποράδην. Sparſim enim hinc & inde, id eſt, ſporadis habitabant, caſasque habitant plerumque virgulteas plectili opere confectas. *Habitandi mos & tuguria.* *Anta qui. Spori.*

De litteris & ſimulachris Slauorum. De literis Hlaolicis, quod à Bulgaris eas acceperiot, & Bulgari à Græcis caute eſt legeodum. Nam Græci oon modo Slaoonibus ſed & Romanis gloriantur ſe litteraturam tradidiſſe. Sed *Cato* refutat eorum ſententiam vociſeraturqoe cootra eos. Oſtendunt Galli ſitteraturam introductam fuiſſe apud ipſos aote *Cadmi* in Europam ingreſſum, idque opera Druidarum ſacerdotum Gallicorum, qui antiquitus floruerunt apud Gallos & Germanos. *Litteræ apud Gallos ante Cadmum.* Nam & Germani oſtenduot litreraturam ad ſe, inuectam adhuc ab illis Regibus, qui poſt *Tuiſconem* enumerantur in hiſtoria Babylonica. Ideo in *Diodorum Siculum* & *Laërtium* inuehit *Annius*, qood ſparſeriot illam narratiooem de Græcis, quaſi ab eis ad Latinas & alias Europeas nationes literæ allatæ eſſent. Propterea dixi caute eſſe talia legenda. Vereor eum ne eodem modo glorientur Græci ſe Hlaoticas literas Bulgaris miſiſſe. Conſtat enim ex hiſtoria quod *Zamolxis* olim Magus vel Pythagoricus ad Getas literas attulit. Meminit & *Strabo Berebiſtem* regem Getarum tempore Chriſti & Ce-

A.C. 961. Viri literati apud Slauos ante annos 1000.

Ceneum Magum ſicuti olim *Zamolxem* artes ad eos liberales attuliſſe. Getæ autem iiſdem in locis, vbi Bulgari poſtea dicti, ſedes habuerunt. Fuit autem hic *Ceneus* philoſophus tantæ autoritatis apud has gentes, vt cum ſuaderet vites exſcindendas, ei paruerint. Ideo *Ouidius* conqueritur, ſe in illis regionibus viuere, vbi vites non coluntur. Vide ea de re *Strabonem* libro 7. *Berebiſtes* rex vſus eſt oraculis *Dianæ*, quæ ex antro edi aiebat, vt ita ſibi dicto audientes ſubditos redderet. *Strabo* etiam lib. 7. montes ſacros fuiſſe ipſis pro templis & delubris teſtatur.

Dianæ cultus Slauis

Inde *Sagori* mons a *Ptolomæo* in Sarmatia nominatur, id eſt, *ſwięta gurá*, eo quod *Diana* illi dicatus fuerit. De religione *Naharualium Elyſiorum*, quos Sylleſios eſſe volunt, ſic *Cornelius Tacitus* memoriæ prodidit: *Apud Naharuales antiqua religionis lucus oſtenditur. Præſid.t ſacerdos muliebri ornatu, ſed Deos interpretatione Romani Caſtorem Polluce mque memorant. Eius numinis nomen Alcis, nulla ſimulachra, nulla peregrinæ ſuperſtitionis veſtigium, vt fratres tamen venerantur, &c.* Hæc ad verbum deſcripta ex *Cornelio Tacito*.

Simulachrũ Alcis apud Sylleſios.

Caſtor, Pollux

Hos fratres *Caſtorem* inquam & *Pollucem* Poloni cum ſumma alacritate & tripudio in conuiuiis & compotationibus inuocabant, de quo ritu & conſuetudine ſic *Martinus Cromerus* Epiſcopus Elpergenſis ſcribit: *Hi Polonis Dii fuerunt. Sunt qui his addunt* Lelum Polelum, *quos in conuiuiis & commeſſationibus appellari adhuc audimus, eosque* Caſtorem & Pollucem *eſſe autumane.* Hæc veriſimilia eſſe videntur. Et deſcriptioni Cornelianæ valde conformia, vbi traditur Elyſios vel Sylleſios, qui pars Poloniæ erant, plurimum oblectatos eſſe memoria *Caſtoris* & *Pollucis*, vt iam audiſti.

Carmen de Polonorum conuerſione ad fidem Chriſtianam.

Chriſte ſub hoc ad nos veniſti principe ab hoſte,
Poſſeſſas ſtygio commiſeratus oues.
Ceſſerunt idola tibi, Mars, Leda, Gemelli,
Cynthia, Pluto, Ceres, Iuppiter, [illegible], Venus.
Fæmina te nobis oſtendit prima, Bohemo
Sanguine, prima crucem nos docuitque tuam.
Sic tu prima quidem nobis es cauſſa ſalutis
Ipſe Deus, mulier cauſſa ſecunda fuit.
Illa tuo tingi Mieſconem fonte maritum
Efficit, terra eſt tota ſecuta ducem.
Plurima tunc data ſunt tibi templa nouemq; Cathedra,
Et quas ſacrifici dilapidamus opes.

CAPVT IV.

An Berebiſtis regis Getarum factum laudandum.

A. C. 962.

SEd quia *Berebiſta* Regis noſtrorum popularium Getarum mentionem feci, eiusque aſtutum factum in moderandis populis dominio eius ſubiectis commemoraui, non abs re fuerit per digreſſionem de hoc facto inquirere. Nimirum rectene vetuſtas ſenſerit, Magiſtratibus ad retinendum vulgus in officio conducibile iudicans, fabulis ad aſtutiam compoſitis, & in vulgus ſparſis conſcientiis mortalium compedes inicere, vt ita videlicet ad parendum Imperio commodius trahi, duci & reduci poſſint. Videtur ſane res plauſibilis & ſpecioſa ſine gladio & armis homines effrenes & indomitos veluti vrſum circulo in roſtrum iniecto, quo lubet ducere & pertrahere. Et exempla non deſunt. Nam complures legiferi ita fecerunt: apud Græcos *Piſiſtratus*, apud Romanos *Numa* cum ſua Nymplia Egeria &c. Quin & autoritates complures ad eam rem comprobandam adduci poſſunt. Nam *Plato* & ante *Platonem Pythagoras* aliique Italicæ philoſophiæ ſectatores Rempublicam legibus tanquam ex cera formantes, hoc idem ſuaſerunt. Sed animaduertendum eſt in ea quæſtione diſcutienda, non omnia omnibus ætatibus conducere. Multa nunc obſunt quæ olim profuerunt. Multæ medicinæ proſunt in ætate iuuenili, quibus ſi in ſenecta vtare plurimum obſunt & interitum minantur. Iudicabant olim rei militaris periti pro re vtili clypeis vti oblongis in bello & loricis, at nunc contenti armis ferreis in aciem prodeunt etiam contra ſagittiferos Scythas. Ita & ſeculo illo rudi & tenero quando adhuc ſapientia omnis inter reges & paucos quosdam eorum neceſſarios ac familiares ſedem & domicilium ſuum habuit, facile fuit plebi imponere, ſuperſtitiones alere. At nunc quando tot Collegia doctrinarum ſunt inſtituta, ſcholæ oppidatim erectæ, typographiæ denique prius ignotæ paſſim tandem receptæ, & alii mille modi inuenti ſunt, quibus inter homines omnis generis ſcientiæ propagatæ ſunt, & mortales vſu rerum maiore edocti ad arcem ſcientiarum vsque peruaſerunt, alia nunc ſunt tempora, alii mores. Dies diem docet, vt eſt in prouerbio. Nunc quid ſit Deus & quomodo in hæc inferiora agat, etiam & pueri volunt ſcire. Pro re certa narrant non obſcuri autores, olim in Polonia tota tantum tria bibliorum volumina reperta fuiſſe; apud Regem inquam, apud Archiepiſcopum & *Oſtrorogorum* familiam. Itaque ſi nunc *Plato* à mortuis reſurgeret & videret non in ſua Academia tantum, ſed etiam in compitis & plateis à quouis de Deo diſputari, certe illam ſuam ſententiam retractaſſet, & alio modo de Repub. ſcripſiſſet, & alio modo cum plebe agendum ſuaſiſſet, quam olim rudi illo ſeculo ſuaſerat. Nam ſi nunc diceret, vt dixit in libro de Iuſto: *fingamus*, inquit, *nos fratres eſſe, quia nos vna mater terra progenuit. Ideo alii ex hominibus ſapiunt naturam ferri, alii naturam auri, alii argenti, alii*

A. C. 962.

alii inquam ſunt nobiliores natura, alis non ita, & occurrens tacitæ obiectioni inquit: *At homines narrationi ſimplici non credent?* Ac reſpondet: *Si hoc, nunc non credent verum eſſe, at poſterius ſeculum, quod nobis ſuccedet, credet.* Iubet tandem ut per obſtetrices & prudentes didaſcalos talia puerorum animis a teneris annis inſtillentur. Omninoque ſuadet vt Principes alant ſuperſtitionem in populo. Certe ſi nunc inquam talia *Plato* doceret, palam ab omnibus exſibilaretur. Propterea alia nunc ratione dixerim perſuadendum hominibus vt morigeros obedientesque ſe præbeant magiſtratibus. Præterea oracula ſacra inquiunt: *Non eget Deus vt pro illo loquamini dolos.* Itaque vt verum fatear, mihi magis huius ſeculi philoſophia hac in parte placet quam Græcorum. Præſtat enim ſyncere cum populo agere. Nam ſemel in ſuſpicionem magiſtratu apud plebem adducto, ſemper inſidias ſibi ſtrui putabunt. Sunt enim alii modi & argumenta non decurrendo ad mendacia, quibus plebi certo perſuadere poſſumus vt placide magiſtratui obtemperet; primo quia Dei voluntas eſt: ſecundo quia turbatores ordinis deſtruit Deus, nec fore falices ſtatuit, qui ordinem politiæ petulanter & temere turbant: Tertio ab honeſto, ab vtili & a neceſſario. Sed longiore inquiſitione omiſſa, ad hiſtoriam noſtram redeamus, poſtquam lectorem defatigatum continua lectione hiſtoriæ tædio iam leuauimus.

CAPVT V.

Boleslaus Chobri.

Anno ab orbe condito	*4960.*
Anno Chriſti	*1000.*
Abhinc annos	*585.*

A. C. 1000.

MAximum decus gentis Polonæ regem *Boleslaum Chobri* fuiſſe apparet. Nam ex regibus qui præceſſerunt alii fuerunt bellatores, alii autem œconomi, alii in prudentiæ laude excelluerunt. Hic autem omnia in ſe vno coniunxiſſe videtur. Bellatorem quidem eum fuiſſe teſtantur bella Ruſsica. Cum enim hæc gens ante quingentos annos prætextu Slauonicæ confœderationis veluti adiutum ſuos gentiles ad eas regiones peruaſiſſet, & tandem ſucceſſu elata bellorum geſtorum contra Græcos & Boſnenſes duce *Wladimiro*, regiones Polonorum occupaſſet, nec ſatis ei eſſet, quod intra fines veteris Sarmatiæ ingreſſa Vandalorum patriam depopularetur, Kiouiam quoque vrbem prorſus in vmbilico ipſo regionis extruere cœpiſſet, & maiora aggreſſa intima Poloniæ ſcrutari cœpiſſet, Rex certior factus ad Axiacum flumen, quod nos *Bog* vocamus, contra eos ducit exercitum; ſed *Iaroslaus* eorum Princeps ſeu Rex, cum vim exercitus Polonici ægre ſe ſuſtinere poſſe perſpiceret, receptui canere iubet, & intra paludes ſe recipit. *Boleslaus* caſtra caſtris admouit, eaque diripit: cumque Ruſſos pugnam

Bella Ruſsica

Wladimirus princeps Ruſſorum Kiouiam aggreditur.

A. C. 1000.

A detrectare animaduertiſſet, Kiouiam vrbem eorum primariam atque eximiam obſidione cingit. Fuit Kiouia vrbs tunc ampliſsima, id quod ruinæ, ſolitudines & rudera eius hodie teſtantur, ibique Ruſſorum duces regiam ſuam eſſe voluerunt. Hanc Polonus cum arctiore obſidione preſsiſſet, per deditionem cepit, & tandem Boryſthenem verſus contendit, ibique exemplo *Herculis* fines veteres Sarmatiarum occidentem verſus ad confluentem Zula fluuii, & Boryſthenis tribus ferreis columnis erectis firmauit. Iniecit & Tubos quoſdam flumini æneos artificioſiſsime ad hoc præparatos, vt ſono ſuo perenni nomen eius reſonarent, & vt in omne æuum duB raret, ſtabiliuit. Alii propter cauitatem quandam, quæ in rupibus eſt, gigni illos ſonos qui a longe audiuntur, prædicant. Confectis iis rebus, *Boleslaus* domum eſt reuerſus triumphans, vbi pro victoria reportata vota exoluit, complura ſplendida templa in honorem Dei omnipotentis erigens, quibus addicit & peculiaria dona quædam ex manubiis de hoſte partis. Fuit ſecundum eius bellum non minus celebre contra Saxonas & Bohemos aliasque Germanicas gentes, adeptaque ex eis victoria pari ſucceſſu, vt in Ruſsia fecerat, tres columnas locat ad confluentem Albis & Salæ ad confirmandos limites veteres ſui regni, quo tempore & Budiſsinum ab eo comC buſtum fuit. Tantus tunc metus & formido cunctam Germaniam inuaſerat, vt ne cuſtodes quidem limitum quos Marchiones vocant, auderent in conſpectum eius ſe offerre, aut quicquam hiſcere. Nec multo poſt, ſiue necem Diui *Alberti* vlturus, ſiue patrias ſedes recuperaturus (nam vbi nunc ſunt Pruſſi, Venetos *Ptolomaus* ad ſinum Venedicum & Chronum flumen ponit, quos Moſchi Venetos, Varingos, & mare ipſum Balticum *Variuskoie* mare vocant,) in Prutenos expeditionem facit, eoque tertiis aut quartis caſtris peruenit. Cumque pauore perculſi nemo exeit ad pugnam prodiret in Oſſam flumen nemine repugnante ſimili modo tres ferreas D columnas quarto a *Rogozno* lapide iniicit. Locus ab accolis hactenus monſtratur. De limitibus meridionalibus nulla tunc controuerſia fuit. Nam flumen illud in Morauia non longe ab oppido *Granice*, quod limitem noſtra lingua ſignificat, pro limitibus Sarmatiæ habebatur. Atque ita prouinciarum maxima parte recuperata, quæ negligentia amiſſæ erant, vniuerſisque controuerſiis ſopitis ad ſtudium religionis ſe, vt decet probos Principes, conuertit. Extiterat per id tempus Diuus *Albertus* vir zelo pietatis illuſtris, & amore ſedulitateque in prouehenda religione Chriſtiana admodum celebris. Is in Pannonia feliciter miniſterio ſuo defunctus baptizato

aut

Columna Boleslai.

Sonitus quidam in Boryſthene a longe exauditur.

Bellum cum Germanis

Alia tres columna ad confluentem Sala & Albis.

Tertio columna tres ad flumen Oſſa.

Boleslaus fine impoſito bellis ad religionem ſe conuertit.

De S. Alberto.

A.C. 1000. aut confirmato, vt aliqui referunt *Stephano* rege Hungariæ, in Poloniam ſe contulerat, qua peragrata, in Pruſſiam perrexerat annuncians A euangelium & remiſſionem peccatorum credentibus, Sed homines idolis dediti ſurdis auribus hæc audiuerunt, eumque crudeliter obtruncarunt. Cuius conſtantia & indeſeſſum ſtudium in propagando regno Dei eum Romam relatum eſſet, absque vlla dubitatione in numerum diuorum ſuit relatus. Audiuerat ea de re *Otho tertius* Imperator; itaque fama ſanctitatis eius & miraculorum celebritate motus voti exoluendi cauſa, quo ſe obſtrinxerat, periculoſo morbo laborans in Poloniam ad eius ſepulchrum contendit. Quod autem aliis diuis prætermiſſis ad hunc ſe contulit, exiſtimo hoc ei calcar addidiſſe, quod eius ſubditus fuit. Nam Magdeburgenſem fuiſſe tradit *Helmoldus* presbyter, qui ante quadringentos annos Slauonicam hiſtoriam conſcripſit. Et credibile eſt eius opera potiſſimum fuiſſe apud Pontificem effectum, vt hic vir ſanctus cum eſſet eius popularia in album diuorum referretur. Nam tum temporis Romæ Imperator ſedandis *Creſcentii* ſeditionibus commorabatur. Fuit illa commoratio Romæ Cæſari huic exitioſa.

Venenum obiectum Othoni tertio.

Sublato enim *Creſcentio* cum eius vxore conſueſſe dicitur, ad extremumque eam ſibi vxorem fore fertur ei promiſiſſe, quod quia non præſtitit venenum ei in chirothecis, quas Roma diſceſſuro donauit, mulier illa obiecit. Aculeo igitur veneni læſus Imperator confidebat ſe opem a diuo *Alberto* tanquam ſuo populari & domeſtico numine citius relaturum. Itaque Gneſnam, vbi erat ſepultus, contendit, de cuius aduentu *Boleslaus* cum audiſſet, ipſemet ampliſſima procerum frequentia ſtipatus ei obuiam it. Mira Poſnanienſes ciues, cum iſtic iuuenis agerem, de hac pompa ingreſſus Imperatorii narrabant, quomodo videlicet viæ ad ſeptem vsque miliaria Poſnania Gneſnam inſtratæ erant, qua Cæſar nudus pedes ob reuerentiam Diui *Alberti* gradiebatur, quem rex ipſe ſummo cum honore deducebat. Ibi cum ſatis eſſet datum religioni, ſecretiora conſilia habituri conclaue intrant, ibique de multis rebus, quæ pertinebant ad ſalutem Reipub. Chriſtianæ inter ſe conferunt, reliquum tempus D conuiuiis deſtinatur. Ac tandem, cum ſatis indultum eſſet cibis, potui, & aliis ludicris ad recreandum tanti hoſpitis animum, honoratum ampliſſimis donis in Germaniam dimiſit. Quod autem rex tam exquiſito apparatu & ſolenni pompa accepit Imperatorem, id factum puto vel exhibendæ modo humanitatis cauſa, quæ innata eſſe huic genti prædicatur, vel vt grati animi ſignis tantam erga ſe regnumque ſuum propenſionem adæquaret Imperatoris, qui nouos honores, regium videlicet decus in *Boleslaum* conferendo ſecum in Poloniam attulerat. Iam, ſi quis conferat ea, quæ dicta ſunt, cum iis, quæ autor ſupplementi *Carionis* hoc loco narrat de tributo ab *Othone* impoſito Polonis, minime gentium hæc inter ſe cohærere animaduertet.

A.C. 1000.

Commentum de tributis refellitur.

Nam principem tanti nominis, tot victoriis plane glorioſum pro exhibita illi nuper beneuolentia tributo oneraſſe, nequaquam veriſimile videtur. Miſeris hæc belloque attritis conueniunt non victori, qui Ruſſis formidabilis, Germanis reuerendus, Bohemis & Boruſſis metuendus, Pontifici vero ſummo ita charus & ſpectatus erat, vt eum in numerum diuorum ob inſigne pietatis ſtudium retulerit. Fuerit ſane hæc cauſa quædam externa vel potius prætextus aduentus Imperatoria in Poloniam; nimirum vt inuiſeret ſepulchrum Diui *Alberti*, ſed ex circumſtantiis aperte liquet, aliam latentem & ſecretiorem cauſam fuiſſe. Videlicet vt bellicoſum virum, quem B ferro auertere non poterat, dum in Saxonia bella gerit, beneficio aliquo placatum ſibi redderet deuinciretque. Nam non temere in hiſtoria additur, quod, abſoluta ceremonia coronationis, conclaue ſecretioris conſilii intrauerunt; ibique multa de iis, quæ pertinebant ad ſalutem Reipub. Chriſtianæ, inter ſe contulerunt.

Boleslai Epitaphium.

Sepultus eſt *Boleslaus* in Baſilica Poſnanienſi in medio templi, cuius ſepulchro Epitaphium eſt inſcriptum, paruum quidem, ſed ob reuerentiam antiquitatis valde iucundum. HAC IACET IN TVMBA REX PIVS GLORIOSA COLVMBA BOLESLAVS CHOBRI Literæ ſunt vetuſtate pene conſumptæ ſicut & ipſum ſepulchrum; vtcunq; C tamen poſſunt legi. Eſt autem dignum obſeruatu, quod & Germanorum imperii, & trium regnorum, hoc eſt, Polonorum, Hungarorum, & Bohemorum in vnam ferme eandemque ætatem exordia incidunt. Nam tranſlato à Gallis ad Germanos imperio circiter tempora *Othonis Magni*, non ita multo poſt reliquæ tres prouinciæ ad hoc culmen regii honoris euectæ ſunt, Imperatoris ne autoritate, an vero Pontificis non diſputo. Illud tamen pro certo hiſtoria Calui montis aſtruit, Pontificem Romanum *Benedictum* eodem tempore iam tum in ſuo Senatu decreuiſſe vt Dux Poloniæ *Chobri* in Regem coronaretur, & iam coronam ex puriſſimo auro paratam ad hoc habuiſſe, vt ſi forte *Boleslaus* vellet, eam ei mitteret, ſed vbi audiuit *Boleslaum* maluiſſe ab Imperatore, quam a Papa coronari, admonitus ab angelo, STEPHANO diuo Regi Hungariæ eandem miſit. Hæc leguntur vt dixi in hiſtoria Calui montis.

CAPVT VI.

Miecislaus Iunior.

Anno ab orbe condito 4987.
Anno a Chriſto. 1025.

IN frequenti procerum & equeſtris ordinis conuentu *Miecislaus* regiam dignitatem iamdudum ſibi decretam adiit. Erat A. C. 1025.

A. C. 1025.

tum triginta annorum & quinque cum Gneſnæ vna cum vxore *Rixa* die Pentecoſtes coronaretur. Et quia præſidiorum Polonicorum, A quæ arcibus Ruſſicis impoſita erant a rege *Boleslao*, ad nouum regem de Ruſſis querelæ ſubinde adſerebantur, quod inquieti nouos motus cierent, Kiouienſesque lenta, ſed tamen moleſta obſidione premerent, tandem contra eos ducit exercitum nulloque negotio eorum inſolentiam reprimit, & captiuos, qui in deditionem venerant, per arces cuſtodiendos diſtribuit.

Bellum Ruſſorum.

Sed vix hoc ſopito bello, aliud cum Bohemis erupit. Infeſtabant ii Morauiam, quæ ditionis Polonorum tum erat, præſidiaqoe noſtra munitionibus exturbabant, ac tributa ſibi a *Boleslao* impoſita pendere recuſabant. Hæc inſtinctu *Vlaerici*, qui Bohemis tum præerat, eos feciſſe ex certis coniecturis non obſcure apB parebat. Negabat ille quidem, ſeque minime conſcium eſſe iſtorum probatum facere volebat, ſed circumſtantiæ rei eius vafrum animum ad aſtutiamque compoſitum detegebant, & res ipſa loquebatur, eum filium ſuum *Prætislaum* impigrum iuuenem elam concitaſſe ad violanda pacta conuenta. Itaque Rex vlturus hanc perfidiam contra eum conſcribit exercitum & obuiam ei procedit. Oderat quidem rex bellum, ſemel eius incommodis deguſtatis, cum eſſet in expeditione Ruſſica, tamen extimulatus multitudinis conuitiis, qui puſillanimitatis probrum obiiciebant, officio deeſſe non potuit.

Bellum Bohemicum ob tributa negata, & fines violatos, de quibus ſupra in Chobrio lege.

Cumque iam ſe in conſpectum hoſtium dediſſet, Bohemi primo cauſam de- C negati tributi prætexunt, quod auxilio Polonorum deſtituti pecuniam debitam in ſumptus belli erogarint. Sed deinde regis tenero animo & imbecilli iudicio perſpecto, aperta rebellionem faciunt, itaque vario Marte inter eos decertatur. Bohemorum exemplum Lubecenſes & Camenecenſes ſecuti ſimiliter Polonorum iugum excuſſerunt: cum iis & vrbs Lubeca hoc idem facit.

Defectio Vandalicarum prouinciarum ob tributa negata.

Et cum ſolita ſtipendia denegarent, penſionem tamen quam vocant S. Petri, vſu iamdudum recepto, ad ærarium eccleſiaſticum in Poloniam mittunt, vt deinde vna ſumma congeſta, ſummo Pontifici nomine Polonici regni mitteretur. Quo ſolo argumento reuinci poſſunt illi, qui negant, illas terras vnquam fuiſſe ditionis Polonorum.

Contributio S. Petri.

Se- D cundiore & feliciore deinde ſucceſſu contra Pomeranos adminiſtratum eſt bellum. Nam & iſti ad defectionem ſpectabant. Cum ergo, recollectis ſuorum viribus, Hungarorumque auctus copiis, quas *Bela* frater *Stephani* ſecum adduxerat, in campum *Miecislaus* prodiiſſet, non ſegniter Pomerani conferunt ſigna. Sed mox funduntur & profligantur, & dux eorum in prælio occumbit. Multi in poteſtatem tum deuenerunt. Defectionis ſuaſores capitis ſupplicium pertulerunt; cæ multitudini parſum eſt. Ita ignominiam acceptam rex ex Bohemicis certaminibus poſterioribus ſucceſſibus abſterſit, & præterita damna cum fœnore compenſauit.

Bellum Pomeranum.

A. C. 1025.

Anno autem milleſimo triceſimo quarto vita defunctus Poſnaniæ ſepelitur.

Miecislaus moritur A. C. 1034.

Confutationem falſarum narrationum, quas hic hiſtorici affinxerunt, vltro prætereo. Nam res commenticiæ ſeipſas quales ſunt produnt. Qualis hic fuerit Princeps, & quales ſpiritus pectore habuerit, non eſt difficile ex hiſtoria recitata colligere. Synchroni *Miecislai* erant in occidente *Conradus* Imperator, in oriente *Romanus*. Hoc etiam tempore duæ illæ factiones Guelphorum & Gibellinorum inſtitutæ in Italia erant, Guelphis dignitatem Pontificiam defendentibus, Gibellinis vero Imperatoris celſitudinem protegentibus. Nam de ſuprema dignitate retinenda tam Pontifices quam Imperatores ſolicitudo verſabat. Magna deinde Ilias B malorum ex harum factionum conſpirationibus conſecuta eſt.

Factiones Guelphorum & Gibellinorum.

Nam Germani Imperatores in Italia aſſidue degere non poterant. Ne igitur Pontifices Imperatores abſentes proſcinderent, eorumque vitæ, famæ & facultatibus inſidiarentur, omnino videbatur e re Imperatorum eſſe, aliquem globum hominum in Italia habere ibique relinquere, qui, ſiue adeſſet, ſiue abeſſet, Imperatoris partes tuerentur, atque hoc conſilio Gibellinorum quaſi ordo inſtitutus eſt, & ſtipendia eis ex reditibus Imperatoris ſunt deſtinata, aliis certos fundos, aliis portoria & cenſus donatos poſſidentibus. Ex horum ſtirpe ii, qui nunc vocantur Columnæ, Scaligeri, & alii prodierunt.

Columna, Scaligeri, Vrſini, ordines imperii.

CAPVT VII.
Interregnum.

CApita tantum conſignabo, vt ſaltem ſeries hiſtoriæ non interrupto ordine ab omnibus legi poſſit & tamen lector, quæ per id tempus euenerunt, non ægre intelligat. Motus in Republ. futuros prædixerat viuens Rex *Boleslaus*. Sed & terræ tremor inſolens, qui tum acciderat, idem portendebat. Quorum motuum cauſa fuit regina *Rixa*, quæ omnia exactionibus permiſcebat, & contemptum gentis cum nequaquam in ſe celare poſſet, omnia ſuaque deque habebat. Ad extremum cum theſauris regno profugit, quibus, cum veniſſet D Brunſuigum & Magdeburgum, ſibi poſſeſſiones emit.

Motus in Polonia poſt mortem Boleslai.

Ad ea mala acceſſit deterius, nimirum ruſticorum contra ordinem equeſtrem tumultus, qualem etiam *Conſtantini Magni* temporibus inter eas gentes fuiſſe ſupra meminimus. At etiam eccleſiaſticis non fuit parſum. Plebeii enim recordati prioris ſtatus cum viuerent in gentiliſmo, & conferentes cum eo mala, quæ eis acciderant tempore interregni, beatiores ſe fuiſſe cum idolis ſeruiebant, non obſcure prædicabant. Inde factum eſt, vt Epiſcopis manus fere iniicerent.

Calamitas publica redundauit in eccleſiaſticos.

Acceſſit *Maslai* Pocillatoris regii tyrannis, à quo Maſouios dictos eſſe quidam affirmant. Non deſunt autem qui

Maslaus.

A. C. 1025. qui eos a veteribus Maſſagetis oriundos putent. Ruſſi deinde ab oriente, Bohemi ab occidente vt lacerarent Poloniam nihil omiſerunt. Cum A enim ipſi imperio ſe obnoxios reddidiſſent, in manifeſtamque ſeruitutem conieciſſent, facile apparebat eis ſumme cordi fuiſſe ſi ſocios pœnarum ſibi adiunxiſſent. Hæc fuſe ab hiſtoricis noſtris commemorantur. *Rixa* interea profugiens non ceſſauit *Conradi* Imperatoris animum ſollicitare; iam muneribus, iam blanditiis in ſuam ſententiam pertrahendo, vt ſunctis viribus Polonos perſequeretur, illatamque ipſi iniuriam, vt ipſa putabat, armis vindicaret. His malis fatigata Polonia de Comitiis habendis tandem cogitare incipit, vtque de creando nouo rege decretum promulgetur, ſollicite vrget. Nec mora; indicitur conuentus Gneſnæ; vbi B cum ſententiæ aliquantulum variarent, communi tandem conſenſu in eam ſententiam decurrunt, vt in Gallias mittant ad *Cazimirum* reuocandum. Viuebat iſte Cluniaci inter Monachos, voto ſacerdotali iam obſtrictus. Itaque proceres, electis oratoribus, eis mandant, vt ſi aliter fieri non poſſit, ne in Galliis ceſſent, ſed Romam contendant & Pontificem *Benedictum* rogent, vt vicem huius regni commiſeratur, votumque futuro regi *Cazimiro* relaxet; quod & obtinuerunt. Educitur ille monaſterio, & ad regnum adducitur potiſſimum ea in re adiutus *Henrici* Imperatoris eius nominis tertii autoritate, qui ſexcentos cathaphractatos, honoris & ſecuritatis cauſa eum Cracouiam vſque regiam gentis, aut quo maxime ipſi videretur, deducturos ei adiunxerat. Quam autem hilari & læto animo a cunctis ordinibus exceptus ſit, vix dici poteſt.

Cazimirus inter monachos.

CAPVT VIII.

Cazimirus Primus.

Anno a condito orbe 5005.
Anno a Chriſto 1041.

A. C. 1041. GNeſnam igitur tanquam ex alio orbe venienti & quaſi rediuiuo *Cazimiro* cuncti obuiam procedunt; vbi etiam omnibus ei impenſe gratulantibus & legatis exterorum celebritatem illam cohoneſtantibus, patrio regno inauguratus eſt; gubernationiſque ſuæ initium a depoſitione ſuadenda inteſtinarum ſimultatum eſt auſpicatus; quibus feliciter ſublatis, externa circumſpexit. Et quia cum Ruſſis acerbiſſimum bellum ſibi inſtare præuidebat, gentem, quæ ferro vinci non potuerat, conſilio edomare aggreſſus eſt. Inprimiſque fœdus ſocietatis contra quoſuis hoſtes cum eis pepigit; vtque ea res ſtabilior & firmior eſſet, *Iaroslai* principis ſororem in matrimonium ducit. Fuit hæc ex ſtirpe Conſtantinopolitanorum Imperatorum progenita, ex ſorore inquam ipſius Imperatoris nata. Mox contra *Maslaum* tyrannum exercitum ducit, eumque aſſecutus ſuperat. Nec iuuerunt *Maslaum* copiæ Maſouiorum, neque auxilia, quibus confidebat, Pruſſorum, & Iazigum. Fuerunt A autem *Iaziges* populi ſparſi hinc inde per Sarmatias, & a Mœotide incipiendo extendebantur Pruſſiam verſus, medii inter Poloniam & Lituaniam; ad quorum differentiam illi, qui ea loca incolebant, vbi nunc eſt Tranſſyluania, & Tibiſcus flumen, Metanaſtæ vocabantur: hos vero, qui a *Cazimiro* fuſi fugatique fuerunt, inter Maſouios manſiſſe & Lituanos, credibile eſt. Ab hoc *Maslao* Maſouios & Plocenſes appellatos quidam aſſerunt; ſed mihi nequaquam credibile eſt gentem tam generoſam a latrone, quem Iaziges in crucem gratificaturi *Cazimiro* egerant, cognomẽ ſibi quæſiuiſſe. Potius mihi probatur ſententia illorum, qui eos & originem & nomen a Maſſagetis antiqua gente B traxiſſe affirmant. Referunt hic ſcriptores belli *Henrici* Imperatoris cum Bohemorum populis, quos tunc debellatos ab eo tradunt. Referunt etiam eodem tempore regem Bohemiæ dignitatem electoratus adeptum eſſe ad eum ſcopum re detorta, vt ſi aliorum ſententiæ in eligendo Imperatore minime conuenirent, ſed bifariam numero pares diuiderentur, vtri patri ille veluti cenſor aſtipularetur, hæc ipſa præualeret ſuffragio. Verum hic deſideratur fides hiſtoricorum. Nam Bohemorum gens nondum regiam dignitatem adepta erat. Ac bella tam cruenta cum Imperatore gerere, & tamen honores ab eodem hoſte ſibi infenſiſſimo conſequi, videntur ſecum pugnare. Ad C *Cazimirum* nunc redeo, qui domi foriſque negotiis apte compoſitis, rebus humanis exemptus eſt, deſiderium ſui non modo apud ſuos, ſed etiam apud extraneos relinquens. Ante mortem rite ſacris procuratus fuit, & certis quibuſdam proceribus, tanquam tutoribus fidelibus, filios commendauit. Fuit *Cazimirus* procerioris ſtaturæ, forma liberali, neruoſus, & robore militari præditus, capillo denſo, promiſſa barba, literis mediocriter eruditus; hoc nomine tamen gratus. Quod vero D. *Cromerus* nouiter hæc tunc contigiſſe regibus Polonorum prædicat, ego quidem *Boleslaum Chobrium* illiteratum fuiſſe nequaquam exiſtimo. Hic fundauit Tinecenſe monaſterium ordinis eiuſdem D ſocietatis, apud quos in Galliis vixit.

Iaziges qui?

Maſouii an a Maslao.

Regnum Bohemia electoratum adipiſcitur.

Cazimirus primus inter reges Polonia literatus.

CAPVT IX.

Boleslaus Secundus.

Anno ab orbe condito 5030.
Anno a Chriſto. 1068.

A. C. 1068. HIc magno applauſu & fauore populi in ſede patria conſedit, & a principio ſpeciem boni viri & regis boni præbuit: ſed adultior factus, ſecundiſque rebus & ſucceſſu continuarum victoriarum elatus, impotentius dominari cœpit. Primum bellum eius fuit cum Wladislao Bohemo, qui infeſto exercitu Poloniam intrans, cuncta flammis & ferro repleuerat; cui

Victoria Boleslai de Bohemis, Pruſſis, Hungaris, Germanis, & Ruſſis.

A.C. 1068.

cui *Boleſlaus* tumultuaria manu celeriter occurrit, eumque ſuperat. Secunda expeditio eius contra Pruſſos fuit, quos cum ſecuros & nihil A tale opinantes aggreſſus eſſet, confeſtim trucidat opprimitque. Fuit hoc ad Oſſam flumen Pruſſiæ poſterioris limitem. Nam antiqua Pruſſia nullos limites Sarmatiam verſus habuit, cum eius pars olim fuerit. Tertium progreſſus eſt contra *Andream* Hungariæ regem; quem vbi ad portas Moſouienſes aſſecutus eſt, ita attriuit, vt eum mori cogeret; cæteros ei confœderatos diſſipauit, ex quibus *Wladiſlaum* Bohemiæ ducem excæcauit, Cermanorum vero duces partim necauit, partim comprehenſos detinuit. Poſt victoriam hanc partam *Belam* Hungarum Albæ Regiæ in ſede regni collocauit, victoremque exercitum pro nauata opera a *Bela* & aliis proceribus Hungaricis remuneratum proſpere domum reduxit. Narrantur & B aliæ victoriæ eiꝰ de Ruſſis reportatæ; ſed illa quę ſeptẽ annis durauit, quo diuturnior eo celebrior fuit. Tunc enim fere vniuerſam Ruſſiam in poteſtatem ſuam redegit, ampliſſimamque victoriam de *Veſſolodo* reportauit; Kiouiam etiam obſedit; ac tandem arctioris obſidionis incommodis cum eorum pertinaciam fregiſſet, in deditionem accepit. *Boleſlaus* igitur magni nominis tunc & bellator egregius magnam gloriam conſecutus eſt. Sed vna re vniuerſum fructum laborum ſuorum eliſit; quod præſulem digniſſimum diuum *Stanislaum* ad moderatiora conſilia eum retrahere conantem interfecit. Vnde factum eſt, vt a Pontifice ſummo excommunicatus cum aduerſus infortunium diu obluctaretur, tandem cunctis inuiſus & a fortuna deſertus in Illyricum profugerit. Quod autem apud Illyrios ſecitius recreandum ſperaret quam apud alias gentes, exiſtimo hac ratione adductum fuiſſe, quod apud ſuos gentiles & populares, ex quibus maiores ipſius *Cechus* nimirum & *Lechus* prodierant, nondum memoriam excidiſſe ſuorum cognatorum facile diuinabat, ſeque tanto gratiorem hoſpitem ibi futurum perſpiciebat, quanto ipſum fœdius a fortuna depreſſum, & a ſummo faſtigio ad imum tam repente decidiſſe intelligerent. Nec arbitror ab innata aliqua malitia hanc ferociam ei inhæſiſſe, ob quam truculenti carnificis nomen mereretur; ſed adulato- D rum & aliorum ſycophantarum aulicorum delationibus exaſperatum fuiſſe contra ſacratum virum reor. Aut ſane fatis vrgentibus ad eam amentiam prolapſus eſt; iuxta dictum: *Vehementes motus animorum odio habet Deus.* Videtur autem & ſuperius ſeculum, occulto quodam ſidere admodum infenſum fuiſſe clero. Nam vt complures ſuperiores Pontifices partim in captiuitate mortuos, partim veneno ſublatos, partim alia ratione miſerabiliter extinctos hoc loco non commemorem; quæ hoc eodem tempore *Henricus Quartus* Imperator cum *Gregorio Septimo* Pontifice egerit, & quis

Kiouia obſeſſa.

Boleſlaus D. Stanislaum occidit.

Cur ad Illyrios Boleſlaus maluit confugere

Eccleſiaſtici ordinis calamitates huius temporis.

finis illius tragœdiæ fuerit, omnes norunt. Non eſt igitur mirum, ſi vir ſacratus *Stanislaus* a *Boleſlao* tunc temporis tam grauia eſt paſſus. Nulla enim re animi mortalium citius deprauantur, quam peſſimis exemplis, quæ tanto magis agunt, quanto ſuperiores ſunt illi, qui ea edunt. Cum igitur inter Pontifices prærogatiuas ſuas defendentes & Cæſares iura imperialia propugnantes tam immania & atrocia exempla patricidiorum homicidiorumque paſſim ederentur, non eſt mirum ſi hoc contagium etiam Poloniam peruaſit, animumque regis corrupit, qui forſan Epiſcopo iniiciens manus nequaquam putauit talem nubem tanta tonitrua edere poſſe, quanta poſtea edidit. Vſus fuiſſe fertur rex in tollendo Epiſcopo opera *Laſtrzebiorum* Strenuiorum, qui propterea milites *Boleslai* etiamnum a quibusdam vocantur. Miror tamen cur *Vincentius Cadlubkus*, qui non ita multo poſt vixit, temporibus videlicet *Kriuouſtii* eiusque hiſtoriam conſcripſit, hoc adeo inſigne factum adhuc recens non ſcripſerit, nec vllam mentionem eius rei fecerit, vel ſi *Vincentius*, qui Epiſcopus Cracouienſis erat, laudem hanc anteceſſori ſuo *Stanislao* inuidebat (ſunt enim non pauci, quorum cor inuidia laborans in arctum contrahitur, cum vident æquales ſuos præſertim populares opinione probitatis, vel aliqua eruditione ipſis anteire) Gallus tamen quidam rerum Polonicarum nec non *Lambertus Saffnaburgenſis* rerum Teutonicarum ſcriptor, qui per hæc tempora vixit, rem tam dignam notatu & pupillam oculorum C omnium maxime ſua fama ferientem ſicco pede præterire non debuit. Sed interim dum hæc ſcribo, oblatus eſt mihi liber hiſtoriæ Polonicæ domini *Matthiæ Stricouii*, in quo commemorat nobilem quendam virum Polonum D. *Valentinum Kuzborzki* affirmantem; quod in Carinthia in quodam monaſterio Oſſiæ non procul ab vrbe *Feltkirchen* repererit ſepulchrum huius regis *Boleſlai Audacis*, vbi poſt ante dictos exantlatos labores monachus vixit; nec prius a ſodalitio, quis eſſet, agnitum, quam poſt mortem inter ſuppellectilẽ ipſius repererint literas quaſdam, quibus maxima res continebantur, & alia inſignia regalia. Tunc veluti ſtupefacti vehementer mirari cœperunt, eiusque corpus ſumma reuerentia ſepelierunt, ſuperque caput ſtatuam marmoream inſtar equi ephippia geſtantis collocarunt, addito hoc epitaphio, ſeu inſcriptione: BOLESLAVS REX POLONIÆ OCCISOR SANCTI STANISLAI EPISCOPI CRACOVIENSIS, &c. Hæc ſi facta fuiſſe reperiuntur, non abſurda videri debent cætera, quæ hæc hiſtoria de D. *Stanislao* complectitur.

A.C. 1068.

Laſtrzeboriorum gens.

Epitaphium Boleſlai Audacis.

Eſt & alter ſcrupulus, quem inter colloquia multi ſolent iniicere. Quærunt enim, quæ cauſa iuſta fuerit, quidue pontificem ſummum *Gregorium* eius nominis ſeptimum impulerit, vt iram & indignationem ſuam

non

A. C. 1068.

non modo in patratorem criminis regem *Boleslaum*, ſed etiam in vniuerſum regnum effuderit, & regnum Polonis abrogarit. Sunt qui dicant, vehementer fuiſſe motum regis vita ſceleſta, & atrocitate quadam ipſius homicidii; quippe cum non ſolum viro innoxio violentas manus iniecerit, verum etiam eum membratim diſſecandum iuſſerit. Alii referunt, motum fuiſſe ſanctitate tanti viri, qui tanto zelo præditus erat & timore Dei, vt cum videret Archiepiſcopum Gneſnenſem, cuius plus intererat, quaſi per tranſennam regis fœdam vitam aſpicere, ipſe ſe acerrimum cenſorem interpoſuerit. Magnæ ſunt hæ cauſæ & vtraque probabilis. Sed videtur mihi tertia addenda, quæ licet à ſcriptoribus, aliisue commemorata non fuerit, tamen circumſtantiæ illius temporis produnt, eam non poſtremam fuiſſe.

Cauſa occulti diſſidii inter Imperatores, & Pontifices.

Vehementer tunc ſtatum rerum Chriſtianarum perturbabat illa controuerſia exorta inter Pontifices & Imperatores de conferenda dignitate regia. Imperatores enim iactabant, Imperatorum eſſe reges creare, Pontificum vero ſanctos canonizare, vt vocant; contra Pontifices nitebantur exemplis Politiæ veteris Teſtamenti, vbi Pontificum erat eos confirmare, qui ad munus regium ſubeundum aptiſſimi viderentur.

Cur regia dignitas adempta eſt Polonis hoc tempore.

Notæ ſunt controuerſiæ & bella *Henrici quarti* Imperatoris cum aliquot Pontificibus; qui ita tum illa ætate afflictus erat ob huiuſmodi controuerſias, vt multi iam faſces Imperii aliorum periculo deterriti ſuſcipere detrectarent. Iam vero quia *Otho tertius* decus regium Poloniæ paucis ante diebus contulerat, ipſeque Gneſnam veniens, vt ſupra narrauimus, *Boleslaum Chobri* regem Poloniæ, inuito, aut ſaltem inconſulto Pontifice, coronauerat, ideo Pontifices exaſperati ſemper occaſiones quærebant hanc Imperatorum poteſtatem minuendi, aut certe irritam reddendi. Et quia *Boleslaus audax* ſuo enormi facto feneſtram & aditum ad perficiendum vetus hoc conſilium Pontificibus patefecerat, idcirco nulla mora interpoſita *Gregorius ſeptimus* fulmen hoc ignitum primo in *Boleslaum* torquet, eumque de regni ſolio deiicit; deinde ſancit nouo edicto propoſito, ne Epiſcopi quemquam iniuſſu ſuo regem inungant, aut coronent. Quamquam *Lambertus Saffnaburgenſis* res imperatorias cohoneſtans, ait Imperatores Romanos ita fuiſſe commotos contra reges Poloniæ anno Chriſti 1070. vt eos dignitate regia priuarint, & cauſam tantæ indignationis annectit: *Quia*, inquit, *dux Polonorum, qui per multos annos Teutonibus tributarius fuerat, cuiusque regnum olim Teutonum virtute ſubactum atque in prouincias redactum fuit, repente in ſuperbiam elatus regiam dignitatem, regiumque nomen ſibi vſurpauerat, diadema impoſuerat, atque ipſo die Natalis domini à quindecim Epiſcopis in regem fuerat conſecratus.*

De dignitate regum Poloniæ diſſidium hiſtoricorum.

Deſideratur hic fides huius hiſtorici. Primum enim Poloni nunquam obnoxii fuerunt Germanis Imperatoribus, vt non minus vere, quam ſolidis rationibus, euincit D. *Cromerus.* Deinde quindecim Epiſcopi in Polonia tum non reperiebantur.

Num Poloni Germanis tributarii fuerint.

Adde quod Poloni circiter octoginta annos ante hoc tempus regem habebant, & quidem fauore *Othonis tertii* Imperatoris. Quem etiam abſoluiſſe Polonos ab omnibus tributis & obſequiis *Guagninus* affirmat. Qui tamen dum maxime ſe fauere Polonis teſtatum vult facere, tum maxime peccat in Polonos, affirmans videlicet eos abſolutos fuiſſe ab obſequiis & tributis ab *Othone tertio*, tempore inquam illius inaugurationis ad regnum. At Poloni nulla vnquam obſequia ex pacto, multo minus tributa Imperatoribus pependerunt. Nulla itaque abſolutione ab eiſdem indigebant. Cæterum hic *Saffnaburgenſis*, & *Monachus Herueldenſis* impoſuerunt *Sebaſt. Munſtero*, qui autoritatem iſtorum ſecutus labitur in eundem errorem, iuxta dictum: *Cæcus cæcum ducit, ambo in foueam cadunt.* O nos miſeros! ſiquidem ita eſt, vt affirmat *Saffnaburgenſis*. Idem enim nobiſcum agitur, quod Poëta inquit:

Si fortuna volet, fies ex Rhetore conſul,
Si volet hæc eadem, fiet ex conſule Rhetor.

Verba *Munſteri* ſic ſe habent: *Otho ſecundus ſublimauit Ducatum Poloniæ in regnum. Sed rex eius paulo poſt, cum rebellis eſſet Romano Imperio, iterum degradatur, & ex rege fit dux ſub tributo ſeruiens.* Hæc ille. Obſeruet lector quomodo ſcriptores iſti ſcindunt ſeſe in contraria. Qui res Romanas illuſtrare volunt, Papæ id attribuunt, quod offenſus *Boleslai* crudelitate ob cædem diui *Stanislai* regnum ei abrogarit. Iſti contra, qui in partibus Imperatoris ſunt, ſibi ipſis Polonos regios honores vendicaſſe, tributaque denegaſſe aiunt; proinde, degradatur, inquit, ab Imperatore, & ex rege fit dux. Sciebant probe Imperatores & eorum ſcriptores, regios honores Polonos non ſibi priuata autoritate vſurpaſſe, vt dicit *Saffnaburgenſis*. Sed cum ad Pontifices confugerent recuperaturi denuo regium decus, Imperatores ea re offenſi nolebant eos pro regibus legitimis agnoſcere. Eo quod derelictis ipſis Imperatoribus, à quibus ab initio autore *Othone* id obtinere annitebantur. Itaque exaſperati crimen læſæ maieſtatis eis impingebant. Hanc puto cauſam ea in re diſſidium inter hiſtoricos illos peperiſſe.

CAPVT X.

Wladislaus Primus.

Anno ab orbe condito 5044.
Anno à Chriſto 1082.

A. C. 1082.

POloni *Wladislaum Hermanum* fratrem *Boleslai* regem deſignant; quod munus ipſe diu ſubire detrectauit: cunctis tamen inſtantibus recuſare non potuit. Tergiuerſationis huius duæ cauſæ referuntur; altera quod fra-

A. C. 1083.

rem adhuc rediturum ſperabat: altera quod interdictum illud Pontificium aliquid noui propediem editurum ſuſpicabatur. Recens A enim exemplum ſeueritatis in *Henricum* à Pontificibus editum, cunctorum regum animos vehementer pupugerat. Itaque cum eſſet Princeps pacis, quam belli amantior, dubium decus armis periclitando quærere nequaquam volebat.

Expeditio in Pomeranos.

Sed vbi vrgeri ſe Pomeranorum incurſionibus vidit, ope diuina confiſus expeditionem contra eos adornat, ſignisque aliquoties collatis, ipſos ad deditionem compulit. Tradunt autem eum fuiſſe religioni ita deditum, eiusque cerimoniarum ita pertinacem, vt certis diebus feſtiuis, more Machabæorum, pugnam inire detrectaret, malletque quiduis periculum ſubire, quam ſolennitatem feſti contemerare. Qua tamen in re animi potius pius affe- B ctus quam ipſum factum laudandum videtur. Inter reges porro felices *Wladislaus* numerari poſſet, cum propter victorias celebres, tum propter filium *Boleslaum Crinouſtium*, cui vix parem inter reges Polonorum reperimus, niſi ad extremum inſtabilis fortuna ciuili bello eum implicaſſet.

Bellum cum Zbigneo.

Nam cum aliud conſilium ei non reſtaret, nec multorum cohortationes & admonitiones, quantumuis humillimæ profuiſſent, cum filio ſuo Sbigneo ad Cruſficiam populoſam tum vrbem & celebrem ita cruento bello conflixit, vt aqua vicini lacus ſanguine tincta propemodum rubeſceret. Victus filius & poſtmodum patri reconciliatus vtcunque in fide permanſit: ſub finem tamen vitæ C ſuæ ſimulatam iram ſuam celare non potuit. Pomeranos etiam idem rex ad *Drzuuaczam* fluuium profligauit. Habuit autem tunc *Sieciechum* virum impigrum manu & conſilio, quem copiis præficiebat. De cuius moribus *D. Cromerus* multa tradit.

Vladislai mors & ſepultura Plocia.

Tandem *Wladislaus* placida morte anno 1102. quieſcit, & in baſilica Plocenſi ſepelitur. Quod attinet res exteras, huius ætate Conſtantinopolis ſuburbia Turcæ primum inuadunt; quos tamen *Iohannes* Imperator cum præda reuertentes vna cum Bulgaris excipit & opprimit. Huius quoque ætate Croatæ gens Heneta, ſicut & Bulgari, progreſſi vsque ad regiam vrbem populabundi, prædas agunt ac tandem in Liburnia ſe- D des ſuas figunt.

Croatæ in Liburnia ſeſe-runt, quando.

Quod ideo commemoro, vt ſeries hiſtoriæ Slauonicæ & conuerſionis dominii eorum in Europa continuari & melius animo concipi poſſit. *Alexius* etiam orientis Imperator à Boſſinis bello petitus & victus, fœdus cum eis pepigit pacem mercatus: parteque ditionis ad Moglennam eis conceſſa mulctatur.

Boſini ad Moglennam.

Alani ad Conſtantinopolim.

Alani etiam eiusdem ſtirpis Henetæ populi conſederunt eadem ætate ad Conſtantinopolim, vbi ad hanc diem manendo reliquias eccleſiæ Chriſtianorum, & ipſum Patriarcham ita ſuſtentant, vt merito ſoli patroni eius prædicentur ab illo clero Græcorum. Ita imperium orientis Henetorum armis attritum & Turcorum ſubdolis artibus labefactatum ægre ſe tum intra muros ſuſtentabat.

A. C. 1082.

Wladislaus gener Henrici.

Hic ex *Wladislaus Henrici quarti* Imperatoris Romanorum, qui cum Pontificibus Romanis vario euentu plus ſatis conflictatus eſt, filiam viduam (nam antea Hungariæ regi *Stephano* deſponſata fuit) duxit, ex qua filias tres ſuſcepit. Hac propter illos addo Hiſtoricos Germanorum, qui hac ætate Germanos Imperatores durius ſe geſſiſſe, quam antea vnquam erga Polonos & Poloniæ reges memoriæ prodiderunt; quod nequaquam circumſtantiæ rerum patiuntur.

Refutantur, qui Polonos obnoxios imperio faciunt.

Nam hic *Henricus* ſupra modum implicatus tunc erat diſcordiis cum Romanis Pontificibus. Præterea cum affine viro præclariſſimo non eſt veriſimile eum inimicitias quæſiuiſſe.

De initio & origine regni Bohemiæ, nam & hi Slauones ſunt.

B *Wratislaus* primus Bohemiæ rex coronatus eſt 17. Calendas Iunii ab *Engelberto* Archiepiſcopo Treuirenſi in Eccleſia Pragenſi, anno 1086. quinto vero huius *Wladislai* regis Poloniæ. *Æneas Syluius* vno anno variat. Liquet igitur, regnum Bohemicum longe poſterius Polonico cœpiſſe, idque Pontificia autoritate extitiſſe, non autem Imperatoria, vt Polonicum.

CAPVT XI.

Boleslaus Criuouſtus.

Anno à condito mundo 5056.

Anno à Chriſto nato. 1103.

A. C. 1103.

C OB celebritatem & amplitudinem nominis tanti regis cuperem, ſi modo poſſem, omnia acta eius clarius comprehendere; ſed vt dixi non eſt mei inſtituti ſingulis immorari. Tamen nequid reticeatur eius præclare factis, imitabor methodum *Suetonii*, qui, vt exactius deſcriberet hiſtoriam ſuorum Imperatorum, ſingulis ætatibus, & inſignioribus eorum geſtis, ſuum caput, & paragraphum attribuit. Hoc igitur & ego faciam in deſcribendis rebus geſtis huius *Boleslai*.

De nomine Boleslai Kriuouſtii.

Boleslaus nomen, vt ſimilia alia, declarat veterem conatum & inſtitutum regum Poloniæ, qui cum præcipui tutores eſſent Slauonicæ confœderationis, eo quod præcipuam arcem D belli in Polonia Slaui ſibi erexerant, & ex hoc loco meridiem verſus, atteſtante *Blondo*, ad alias remotiores regiones proceſſerant, Slauorum appellatione ita delectabantur, vt ab illa nomen ſibi & ſuis liberis libenter imponerent. Hinc igitur nomen quoque *Boleslai* originem ducit. Diutius autem huius parentes absque poſteritate, ac matrimonii fructu permanſerunt; ita vt iuxta perſuaſionem priſcorum ad *Ægidii* Abbatis ſubſidia recurrere, ad illudque monachorum ſodalitium donaria afferre impetrandi huius nati cauſa coacti fuerint. Tum demum eorum pias & deuotas preces exaudiuit Deus, huncque filiolum eis donauit. Quod vero *Krivouſtius* vocatur, ferunt eum aliquo mo-

A. C. 1103.

modo retortum os habuiſſe, eiuſque ſymptomatis vlcus quoddam cauſam fuiſſe.

De pueritia Boleslai.

Anno decimo tertio regni *Wladislai* decre- A tum eſt bellum contra Bohemos, qui nouo titulo regio elati, quem ante nouem annos adepti erant, iam obliuiſcebantur cognationis & ſtirpis veteris Polonorum, pleraque vetera pacta conuenta violabant. Rex ipſe *Wladislaus* ob aduerſam valetudinem ad eam expeditionem proficiſci non poterat, ſed *Siectechum* vniuerſis copiis præficiens mandata iam adornanti iter, quo pacto ſe gerere deberet, dabat. Aderat *Boleslaus* filius nonum agens annum, attentoque animo omnia hauriebat, & in leonini catuli morem, qui teneris etiamnum vnguibus laniatu tamen iam gaudet, generoſum pueri pectus belli gloriæque cupiditate impendio exardeſcebat; neque diutius animo B conceptam flammam ferens, genua patris amplexus, & collo eius implicatus, vix magnis precibus, oſculis & blandiciis eum exorat, vt cum *Sieciecho* ad id bellum mittatur. *Sieciecho* itaque pueri cura mandatur. Vbi ad exercitum ventum eſt, puer ſingula quæ fiebant curioſius obſeruare, verſari inter ordines, omnibus arridere, vigilias cum *Sieciecho* obequitare, aliaque multa præter ætatem facere, ferreque ita, vt indoles illa ſtudiumque pueri futuram eius magnitudinem non obſcure portenderet.

Indoles Krinouſtii.

Cum eſſet duodecim annorum iuuenis patrem obnixe cum lachrymis ſollicitat, vt ſibi copias ad arcem quandam recuperandam committeret, cuius audaciam, prouidentiam animoſitatemque rex admirans, legionem vnam, certis C adiunctis rectoribus, illi commiſit; cætero exercitui *Sieciechum* Palatinum Cracouienſem præfecit. Arcem itaque obſeſſam fortiter oppugnarunt; ſed quia in loco munitiſſimo ſita erat, ideo incaſſum laborabant. Qua de cauſa dux exercitus obſidionem ſoluere ſuadebat; ſed *Boleslaus* regius filius à propoſito eum retraxit, & militibus confirmatis domos & tuguriola circa arcem hyemis tempore imminente, erigere iuſſit, vt videretur arcem per hyemem oppugnare velle. Qua re conſpecta, Pomerani obſeſſi ad *Boleslaum* cum muneribus ſupplices veniunt, ſe & ſua ei offerentes, quos ille D liberos dimittens arcem recuperat, prudentiaque ſua omnia damna a Pomaranis illata reſarcit, ad patremque cum ingenti præda ouans reuertitur.

De adoleſcentia Boleslai.

Anno 1103. ætatis vero eius decimo octauo poſt mortem *Wladislai Hermanni* patris regni gubernandi habenæ ipſi traduntur, quem ſtatim bella Morauica & Bohemica exceperunt. Et vix Bohemicia ſopitis, Pomeranica aggreſſus eſt. De eius autem pugnaci ingenio & animo ſtrenuo ſcriptores multa tradunt. Ex quibus *Guagninus* ad hunc modum: *Accidit autem, dum poſt inſignem victoriam in feſto dedicationis templi apud quendam nobilem conuiuium celebraret, recreationis gratia centum dun-*

Bellicoſum ingenium Boleslai.

taxat equitibus cinctus venatum proceſſit, vbi in tria millia Pomeranorum inſidiantium incidit, A *in quos ipſe rex veluti leo rugiens primam impreſſionem fecit, tribusque interfectis, ſuos animoſiores reddidit. Quidam vero Pomeranus in ipſum regem collimans equum ſub eo transfixit, attamen à perſequendis hoſtibus altero equo nacto haud deſtitit, donec multo cum labore à tam obſtinata audacia vix retractus fuerit, victorque ad ſuos conuiuantes profligatis hoſtibus redit.*

Noſtri hiſtorici cauſam iſtius belli explicantes narrant, quod Poloni Hungaros hoſtes tunc Imperatoris auxilio & commeatu iuuabant, militesque Bohemos ei obſtrictos ad ſua caſtra pelliciebant: ſed hæc occaſio belli potius dicenda eſt. Ipſam autem cauſam veram tam B funeſti belli aliam fuiſſe rerum circumſtantiæ detegunt: nimirum quod reges Poloniæ contra *Henricos* Imperatores in illis diſſidiis cum Pontificibus Romanis non obſcure ſentire videbantur. Vehementer igitur Imperatores ringebantur & Polonis indignabantur, quod tam cito, veluti obliti beneficii accepti ab *Othone tertio* Imperatore, qui hanc gentem regni titulo patrum eorum memoria inſigniuerat, ad Pontificum partes tranſiiſſent, ab eiſque ex eorum manibus reſtitutionem dignitatis regiæ tanquam à legitimis diſpenſatoribus tantorum honorum, duce *Wladislao Hermanno*, præteritis & poſthabitis Imperatoribus Romanis, mendicaſſent. Propterea *H. Mutius* referens cauſas huius belli, primam narrat fuiſ- C ſe, quod tributum Imperatori debitum dare recuſauerint, regemque ſibi elegerint, ipſique coronam impoſuerint. At Poloni vt ante dictum eſt, nulla vnquam tributa Imperatoribus pependerunt. Coronam etiam non ipſimet ſibi, vt ait *Mutius*, ſed *Otho* tertius eis impoſuerat. Neceſſario igitur hæc intelligenda ſunt de illa repetitione & recuperatione regiæ dignitatis, quam *Wladislaus Hermannus* magno ſudore & ſumptibus à *Gregorio ſeptimo* Pontifice conſecutus eſt. Exercebat igitur dolor ſtatus Germaniæ, ſibi ius hoc & prærogatiuum quaſi e manibus eripi & regium decus ab iis & adimi & reſtitui, quorum minime D intererat ſe huiusmodi rebus implicare. Hinc eſt quod poſt modum prædictus *Mutius* addit: *Qui*, inquit, *ſummus contemptus erat Imperatorum.* Vtrum autem hoc deliberato conſilio fecerint Poloni, non eſt meum tanta de re iudicium ferre. Addam tamen deplorationem & querelas cuiusdam Germanici ſcriptoris neoterici, ex quo quilibet intelligere poterit, quam valde offenſi fuerint & etiamnum ſint Germani depoſitione eius amicitiæ, quam cum *Othone tertio* & gente Germanica ante 600. annos Poloni inierunt. *Eleuata eſt*, inquit ille ſcriptor, *& in contemptum adducta apud vicinos reges autoritas Imperatorum, & incitati ſunt hi, vt illi cum rabie Pontificum conſultantibus*

De bello Germanico quod à Boleslao Krinouſtio cum Henrico V. Imp. A.C. 1109. geſtum eſſe prædicatur.

Cauſa cur Imperatores inſenſi Poloniæ Regno.

Mutius refutatur.

Cauſa diſſidii inter Imperatores & Pontifices.

pan-

A. C. 1103.

paulatim ſeſe ab obedientia & veterum pactorum legibus ſubducerent, & ab Imperio auellerent, cui certis conditionibus ita paruerunt hactenus, vt annua tributa ſubiectionis teſtificandæ cauſa pendere ſint coacti. Hac tributa Imperatoribus detracta, & controuerſias omnes

Controuerſia inter Reges.

inter vicinos reges, Pontifices ad ſe, tanquam ſupremum Chriſtiani orbis iudicem, tranſtulerunt, quod non ſolum opum cauſa, ſed multo magis autoritatis Romanæ profuit & regibus libertatis nomine gratiſſimum. Imperare enim regibus Monarcha, & conſenſum atque coniunctas vires orbis Chriſtiani augeſcenti potentia Pontificum opponere amplius non poterant. Addit poſtea: *Sed & regibus noui compedes & noua ſunt vincula iniecta, qui quærentes, vt metu Imperatorum eſſent ſoluti, in grauiora pericula inciderunt. Nam & poſtea iidem reges commiſſi ſunt cum Imperatoribus, & vt ſecum ipſi digladiarentur effectum eſt. Nam extenuata & eleuata Imperatorum autoritate, reges, cum non haberent quem revererentur, autores fuerunt bellorum inteſtinorum. Sed & ſolutio hac Hierarchia eliſit multoties conatus optimos Imperatorum, qui magno apparatu belli ſtudebant infringere potentiam Turcorum, &c.* Sed digreſſiuncula hac omiſſa litteras *Henrici* ad *Boleslaum*, & *Boleslai* ad *Henricum* prius præfigemus, vt ex eis intelligi poſſit vera cauſa ſequentis belli, ad quod deſcribendum mox accedemus.

Literæ Henrici Cæſaris Glogouia ad regem Boleslaum miſſæ.

Henricus *Cæſar* Boleslao *Duci Poloniæ gratiam & ſalutem. Tanta probitate comperta meorum Principum conſilio adquieſco, & trecentas marcas recipiens hinc pacifice remeabo, hoc niſi ſatis, ſufficit ad honorem, ſi pacem ſimul haberemus & amorem. Si autem tibi placuerit hoc approbare in ſede Cracouienſi, cito me poteris expectare.*

Ad hæc ita ei reſpondit Boleslaus:

Henrico *Cæſari* Boleslaus *Dux Polonorum. Pacem quidem, ſed non in ſpe denariorum. Veſtra quidem Cæſarea poteſtatis nunc conſiſtit manere vel redire; ſed apud me præ timore vel conditione nullum poteſtis vilem obolum inuenire. Malo enim omnem Poloniæ regni ſalua libertate perdere, quam ſemper pacifice cum infamia retinere.* Ex iis litteris apparet *Henricum* nouo exemplo & antea inaudito tributum à rege extorquere voluiſſe. Quod antequam concederet *Boleslaus*, extrema quæque pati paratum ſe declarat. Iam ad ipſum bellum explicandum veniam. *Henricus* ergo *Quintus* coniunctis viribus cum *Suatoplugo* rege Bohemiæ validiſſimas copias contra *Boleslaum* in Syllesiam duxit, Lubaſaque ciuitate expugnata Glogouiam vrbem fruſtra

Pugna ad Glogouiam.

acerrime oppugnauit magna ſuorum militum ſtrage. *Boleslaus* autem, cum ad eum expectato auxilia confluxiſſent, propius hoſtem accedit; nec tamen pugnandi copiam, quamuis flagitantibus ſuis, faciebat, ſed è latebris & inſidiis hoſtilem exercitum carpebat, pabulatores & alios quauis cauſa egreſſos per ſubmiſſos milites excipiebat ac trucidabat. Sæpius intempeſta nocte cum clamore & clangore tubarum hoſtium caſtris adequitabat; excubias aut opprimebat aut è ſtationibus depellebat, nonnunquam prandentes aut quieſcentes tumultuarie adoriri, perſequenti hoſti cedere, recipientem ſe rurſus perſequi. Exurebat etiam circumiacentes villas; obſidebat itinera; ſæpe reuertentibus prædam excutiebat. Celebre his rebus erat *Boleslai* nomen inter hoſtes, totaque caſtra laudes & virtutes eius compoſitis etiam ad id carminibus perſonabant. Angebatur Cæſar, cumque vndique vrgeretur, obſeſſo quam obſidenti ſimilior erat. Tentata fuit per legatos pacificatio, ſed Cæſarem præpoſteri affectus trahebant. Cum enim conditiones, quas Cæſar proponebat, vt indignas noſtri auerſarentur, ille, arca aperta, theſauros ſuos eis monſtrabat, additis his verbis: *Hic*, inquit, *Polonos perdomabit.* Cui *Scarbicus* vnus ex Oratoribus regiis, notans iactantiam Cæſaris, reſpondit, annulo, quem in digito geſtabat, in illum ipſum theſaurum proiecto; *Auro*, inquit, *adiiciam aurum.* Quo ſcommate Cæſar intellecto, gratias egit, inquiens lingua Germanica, Hab danck/quod ſignificat Gratias ago. Vnde familiæ nomen *Habdanckorum* manſit, & inſignia eorundem, quæ hanc figuram referunt, W, adhuc Hab danck à Polonis vocantur. Cum igitur Cæſar nec periculis, nec conditionibus iuſtis ad tranquilliora conſilia perduci poſſet, *Boleslaus* inſtructa acie in diluculo ei occurrit, collatisque ſignis, impetum in eum facit. Committitur atrox pugna, quæ ab ortu Solis vsque ad horam pomeridianam durauit. Tandem, cuneo iuxta militarem ſcientiam inſtructo, cum latera Cæſarianorum inuaſiſſet, ſubito ſolui eorum acies cœperunt. Dilabebantur demum cuncti, nequicquam eos Cæſare reuocante. Qua re animaduerſa & ipſe Imperator ſibi conſulens ſalutem quæſiuit, vno duntaxat ſeruo comitatus. Ita Poloni exultantes, & exuuiis interfectorum ditati, victoria ouantes receptui canunt. Fuit hæc pugna commiſſa in campis Vratislauienſibus miliare vnum ab ipſa vrbe; quem locum hactenus accolæ *Caninum campum* vocant, eo quod iſthuc poſt cladem illam multitudo canum ad cadauera confluxerat, & longo tempore ob eorum rabiem vix prætereuntes tuti tranſire poterant. Rediit tandem *Henricus* ad mentem meliorem. Nam commiſſurus ſe itineri Romam verſus *Boleslaum* demiſſe & perblande rogat, vt certis conditionibus, habita Imperatoriæ dignitatis ratione, animum ſuum ad pacem faciendam flectat. Conuentum eſt Bambergam; mutans animos

Scarbicus.

Habdanci.

Caninus campus.

Expeditio Henrici in Italiam.

A. C. 1103.

mos hoſtiles; ſcribuntur conditiones pacis. Obſeruabant tunc prudentiores in Cæſare, an poſt illa ſæuiſſima bella & tonitrua irarum animus eius integre placatus eſſet, an ſigno aliquo animi dolorem teſtaretur, anque externa membra ſenſibus interioribus in eo obtemperarent; ſed omnia integra reperta ſunt, omnia ſanata. Imperator enim prorſus amicum ſe *Boleslao* declarat; ſororem ſuam *Adleidem* ipſi, filio vero eius filiam ſuam *Chriſtinam* in matrimonium deſpondet. Ita poſt bellorum tumultus omnia læta eſſe, omnia ſerenaſcere cœperunt.

Finis belli matrimonium & auxilia exprimere.

Meminerant Ruſſi paulo ante à Rege *Boleslao*, non ſine maximo probro, ſtratagemate quodam plagiario *Laropelcum* ducem Halicienſem opera *Vloſtouocii* Comitis Xiąznenſis abreptum & ad regem vſque in Poloniam deductum. Igitur, vt par pari referrent artemque arte compenſarent, ſollicite quærebant. Mittunt igitur cum perblanda & veriſimili narratione nuncium inuitatum regem, vt in Ruſſiam quamprimum veniat reducturus reſtiturusque ad ſedes ſuas principem Halicienſem, qui gratitudinis ergo pollicetur ſe deinceps in poteſtate eius permanſurum. Additi ſunt alii colores, quibus veluti fuco poſtulata ſua, vt veriſſima viderentur, colorarunt. Rex *Boleslaus*, vt erat natura apertus & credulus, dictis fidem adhibet, aliquotque cohortibus ſtipatus venit ad condictum locum. Interea Ruſſi obuiam procedunt tamquam congratulaturi honoris & officii cauſa. Interim regem cum eius comitatu circumfundunt & hoſtiliter inuadunt. Rex autem aſtutia Ruſſorum animaduerſa, milites ſuos, qui pauci erant, ad reſiſtendum hoſti fœdifrago facunda oratione confirmauit. Sed Palatinus Cracouienſis admonitione regia minime motus, cum præcipua ala equitum, cui præfectus erat, inter primum tumultum aufugit. Rex vero aliter fieri non poſſe videns, ſtrenui militis & Imperatoris officium agit. Primo cum ſuæ milæ equitatu Hungaros aggreſſus eſt, quos ſtrenue repreſſit & proſtrauit. Viribus deinde reſumptis cum validis Ruthenorum copiis manus acriter conſeruit; iamque Ruthenorum acies inclinabantur, cum recentes copiæ auxiliares validiores, Polonos vndique circumdederunt vireſq; eorum perfregerunt. Equus ſub rege ipſo ita confoſſus eſt, vt inteſtina ex eo profluxerint; alium tamen equum, qui ipſi aderant, ſuppeditant, ſicque vix a ſuis non tam perſuaſus, quam compulſus, illæſus euaſit. Quapropter mœſtus animo angebatur, non tam Ruthenorum fœdifragorum inſidias, quam Palatini Cracouienſis perfidiam turpiſſimam execrans; cui rediens pelliceum leporinum & colum, id eſt inſtrumentum, quo mulieres fuſo fila ducunt, linique faſciculum & reſtim miſit, indicans eum lepori in fugiendo ſimilem fuiſſe, & quod non dignus eſſet pro viro ſed pro muliere haberi, resque

Bellum cum Ruſſis.

Credulitas Boleslai.

Fuga Palatini.

muliebres non autem viriles tractare, ſuſpendiumque, quod reſti indicabat, eſſet commeritus. A Palatinus itaque iſte deſperatione adactus, in campanili, vbi oratorium ſuum habuit, fune campanæ ſeſe ſuſpendit; cuius nomen ad poſterorum dedecus vitandam in Chronicis reticetur. Attamen poſteriores hiſtorici nomen eius inueſtigarunt; vocarumque fuiſſe *Wſibor* ſcriptis iam patefecerunt.

Quietem igitur nactus *Boleslaus* Baſilicam Cracouienſem humilem etiamtum & neglectam in auguſtiorem formam redegit, excitatis altius muris eius, ac duabus turribus ad latera eius adiunctis. Supellectilem quoque eius veſte pretioſa, auroque & argento facto maiorem in modum auxit. Poſthæc quamuis magnis in ornatum templorum & in alimenta ſa- B cerdotum, atque egenorum impendiis atque donationibus, iugique precatione & lachrymis, & aſpero tenuique victu & cultu corporis, cilicio pro veſte vtens, & cinere ſeſe aſpergens, ægrotorumque mendicorum pedes ſubinde manibus ſuis abluens, admiſſum in *Sbigneum* fratrem facinus ſedulo expiaret, aliiſque ſatisfaceret, tamen ipſe ſibi minime ſatisfaciebat, niſi & laborem longæ & moleſtæ peregrinationis voto conceptæ adiiceret. Itaque ſolenne Chriſtianis quadraginta dierum ieiunium, pane tantum & aqua guſtandis, cilicium indutus, cum exegiſſet, paucis ſacerdotibus & aliis piis hominibus comitatus, ad *Ægidii* tutelaris diui ſui ſepulchrum peregrinationem priuati hominis C habitu ſuſcepit, atque id iter magna ex parte nudis pedibus confecit; nullum templum, nullum monaſterium, nullum egentium domicilium, nullum denique ſacerdotem aut mendicum præteriens, quin liberalitatem & munificentiam ſuam in eum declararet. Quindecim dies apud diui ſepulchrum ieiuniis & ſupplicationibus vacans commoratus, cum in Poloniam reuertiſſet, & reliquum illius anni tempus quieti dediſſet, vere proximo in Hungariam ad diui *Stephani* ſepulchrum alteram peregrinationem ex eodem voto inſtituit, eaque religioſe & pedeſtri item itinere peracta, & quidem non ſine moleſtia, propterea quod ſplendide & ſupra modum honorifice contra animi ſui ſententiam à *Stephano* rege, genero ſuo, & à pri- D moribus Hungaris acciperetur ac deduceretur, Gneſnam etiam eiuſdem voti exoluendi cauſa adiit, vt videret diui *Alberti* reliquias, quas paulo ante *Iacobi* Archiepiſcopi opera in propatulum prolatas è latebris iemerat. Nam diu poſt captum & vaſtatum à Bohemis id oppidum, paucis rei conſciis, delituerant. Ad hæc octoginta pondo auri & multas gemmas in vrnam eiuſdem diui tunc ſimul contulit.

Liberalitas Boleslai erga eccleſias.

Signa pœnitentiæ.

D. Ægidius pro patrono habetur.

Vbi mortem appropinquare ſibi ſenſit, conuocatis proceribus, qui officii cauſa vndique conuenerant, & quatuor filiis aſtantibus de concordia apud eos verba fecit, partituſque omnia,

Moriturus ecquonam modo diſpoſuerit domi ſua.

A. C. 1103.

omnia, quæ tunc erant Polonicæ ditionis, inter quatuor filios, principatum & ſummam rerum penes *Wladiſlaum* natu maximum conſtituit, cæteros eius autoritatem ſequi iuſſit. In partitione quintum filium, qui ſuperiore anno natus erat, prætererat. Id proceres eum obliuione feciſſe exiſtimabant. Itaque admonent, vt ne illum exortem patrimonii relinquat. Reſpondit princeps; Iam illi quoque portionem ſuam eſſe deſignatam. Admirantibus cunctis, *non aduertitis*, inquit, *in curru inter quatuor rotas quintam eſſe partem currus cui homines inſident, & onera imponunt, quæ quidem a rotis ſuſtentatur atque portatur? Eum igitur locum inter quatuor fratres quintus obtinebit, illisque ſuo tempore ſuccedet.* Diuinitusne id, quod futurum erat, præſciuerit, an vt ſolent homines instante morte alienati mente diuinare, an vero diſcerpere in plures principatum voluerit, dicere non habemus. Nec ita multo poſt ſacris Chriſtianorum myſteriis rite procuratus vita exceſſit, maximo totius Poloniæ deſiderio, cum regnaſſet poſt patrem annos triginta ſex, vixiſſet quinquaginta tres. Funere Ploſcum ſolenni pompa elatus eſt, & iuxta patrem ſepulcro conditus.

Krziuouſtius in Ploſco tumulatus.

De habitudine corporis eius.

Fuit autem *Boleſlaus* hic habitudine corporis ſatis firma, vegeta & laborum patiente, colore fuſco, ſtatura mediocri. Cui ei carbunculus ab ineunte adoleſcentia diſtorſerat, atque inde *Krziuouſti* cognomentum habuit. Animo vero excelſo fuit, & periculorum contemptore; iuſti & æqui obſeruantiſſimus: ad iram, gratiam, miſericordiam ex æquo pronus: ad credendum perfacilis, quæ res ei multarum aduerſitatum, & ad extremum exilii cauſa fuit. Ad beneficentiam & liberalitatem cum in omnes, tum præſertim in eos, qui in re militari præſtabant, promptus: modeſtia & clementia ſingulari, laudis & gloriæ cupidus, pacis artium non expers, verum belli ſtudiis longe præſtantior: ad quæ a teneris, quod aiunt, vnguiculis toto animo ferebatur. Itaque omne fere ſui regni tempus bella gerendo exegit, miles ſtrenuus & audax, dux prouidus, ſolers, animoſus, & felix.

Addo res notatu digniores exterarum gentium, quæ incurrunt in eius ſeculum. Lotarius Imperator eodem anno eſt mortuus aut certe vno tantum anno anteuertit *Boleſlaum*. Eodem tempore *Calo Ioannes* orientis Imperator memorabili exitu vitam finiuit, manu in venatione ad digitum minimum venenatæ ſagittæ illapſu leuiter læſa, quam vna cum aliis aper ab eo ſauciatus ſubito inſultu pharetra excuſſerat; ex læſa parte veneno celeriter in omnes corporis partes diſcurrente. Vir hic eximius fuit, qui aliquo modo Græcorum nomen inſtaurauit, & celebrius reddidit, Tartaros, qui hac ætate Europam vaſtabant, ſubmouit, Hunnos ad Iſtri & Saui confluentem profligauit. Locus ille Francis etiam fatalis fuit, eos enim Hungari ibidem deleuerant vnde Φραγγοχώριον in hiſtoriis, ob Francos A in eo profligatos is locus dicitur.

Calo Ioannes Imperator.

A. C. 1103.

Phrancohorion.

Eiusdem *Boleſlai* temporibus *Suatopelcus* Monarcha Ruſſorum Kiouienſium, ſocer *Boleſlai* mortuus eſt anno 1112. Multas & præclaras victorias per id tempus Ruſſi ex Polouuciis, qui Gothorum reliquiæ eſſe cenſentur, reportarunt. Sed omnium nobiliſſima illa prima cenſetur, in qua ad viginti duces Polouutiorum interfecti ſunt. Accidit autem hoc anno Chriſti 1103.

Tres gentes nobilitata hoc tempore.

Eiusdem regis nobiliſſimi temporibus non minus claræ, quam nobiles gentes in Polonia effloruerunt. *Labeciorum*, qui pro inſigni cycnum geſtabant, ob fidem & ſummam animi propenſionem erga Poloniam & Poloniæ B reges, cum ipſi eſſent origine Dani. De his lege latius in hiſtoricis Polonicis. Secunda ſtirps, quæ honoribus eſt aucta, fuit *Habdanckorum*, ob legationem ad *Henricum* Imperatorem, quam tum ſumma cum dexteritate & gloria nominis Polonici eius ſtirpis princeps obiuit. Tertia ea eſt, quæ vocatur *Woyma* ob bellicam virtutem, quod regem *Boleſlaum* a Ruſſis circumſeptum cum ſummo diſcrimine vitæ ſuæ plane e faucibus hoſtium liberauit. De qua re eſt ſuperius annotatum. Inſigne huius gentis eſt compoſitum ex cruce & anſa sheni.

De ceſſione iuris Imperatoris ab Henrico quinto.

In huius tempora incidit *Henrici quinti* ingreſſus Romam, vbi veniens duos Pontifices vi C cepit, & cum Cardinalibus ſede deiecit. Sed tandem excommunicatus, cum fulminis vim ſuſtinere amplius non poſſet, oneri ſuccubuit. Iura enim Romanis remittit, & patrimonium ſancti *Petri* concedit, vt *Carolus Sigonius* in ſua hiſtoria refert. Adhæc iurat Pontifici idem Imperator, vitam, membra, honorem, regalia ſancti Petri tueri. Hæc cum Vormatiæ in magna hominum frequentia publicata eſſent 1122. Anno, Nono Calendas Octobris, magnos applauſus conſequutus eſt in plebe ob ſpem futuræ tranquillitatis. Sed epiſcopi valde territi erant. Timebant enim, ne qui per baculum & annulum inueſtiti erant, beneficiis priuarentur.

D Hunc caſum ſcriptor hiſtoriæ Germanicæ iſtis verbis ita deplorat: *Ita ergo conſtituta ſancitaque a* Carolo Magno *iura Imperatorum, & annos trecentos conſeruata ac defenſa, ſeditio domeſticorum & Pontificum conſpiratio vno momento eliſit & euertit*, &c. Alius etiam Germanicus ſcriptor *Ioannes Leuenclaius* de bello Moſchouitico ſcribens inuehitur in Pontifices, vocans eos non ſacros, ſed execrandos, quod æmulatione labefactantes paulatim tum temporis reges & maxime Poloniæ regem ab obedientia Imperii abduxerint: vt ita eos obedientiæ ſuæ ſubiicerent, conditionibusque quibusdam iuris ſui facerent, legibus certis circumſcribendo.

His

Hic quinquaginta pugnauit prælia, ſignis
Collatis, caſu non variante fidem.
Pugnauit quoties toties & vicit eorum
Nomina, quos vicit quod breue claudat opus.
Cæſaris Henrici magnas fudiſſe cohortes
Sat ſibi, deeſſent cætera, laudis erat.
Mœrore interiit, quod prorſus inermis ab hoſte
Fœdifrago victus fraude doloque ſemel.
Imodo, Pompeii numera mihi Roma triumphos,
Nos Boleslai prælia, maior vter?
Pompeium Cæſar bello proſtrauit aperto:
Fraus potuit noſtrum vincere ſola ducem.

CAPVT XII.

Wladislaus & Boleslaus Criſpus.

Anno ab orbe condito 5101.
Anno à Christo 1140.

A. C. 1140. BOleslaus cum quinque filios reliquiſſet vni ex eis *Wladislao* regnum ceſſit. Verum is, cum ſibi arrogantius in reliquos fratres ſumeret imperium, pecuniamque eorum ſubditis imperaſſet, & mel, oua, anſeres, & triticum eos ad ſua granaria deferre cogeret, nec ſe a quoquam ac ne Senatoribus quidem a ſuo inſtituto deduci pateretur, vna cum vxore Chriſtina motus eſt regno, cumque aliquantulum reſtitiſſet Senatusque conſultum ſpreuiſſet, profligatus mox in perpetuum abiit exilium. Egit poſthæc apud *Conradum* Imperatorem, egit & apud *Barbaroſſam*, vt quam ſibi illatam putabat, vlciſcerentur iniuriam, regiæque ſedi ipſum reſtituerent. Sed oblata capita accuſationis facile, qui ſucceſſerat, *Boleslaus* diluit, & Imperatoribus ſatisfecit. Fuit poſtea regnum Polonorum tranquillius vſque ad annum 1171. Iam quæ domi & foris euenerunt, dum iſti fratres regni gubernacula tenebant, non abs re fuerit paucis conſignare. Iſtis temporibus increbuit & inclaruit fama illius in toto orbe terrarum celeberrimæ expeditionis, quæ vocabatur: *Pro recuperatione terræ ſanctæ.* Qua fama excitatus *Henricus* Dux Sedomirienſium frater regis *Boleslai*, etiam ipſe ſe Germanicis & Gallicis Argonautis illis adiunxit, excitatusque & expergefactus paternis virtutibus vna cum eis ire perrexit. Hunc ſecutus eſt quoque vir magni nominis *Iaxa* de Gente Gryfiorum, qui poſtea principatu Pomeraniæ potiti ſunt. Qui cum in bello ſtrenuum militem ſe præbuiſſet, domum quoque reuerſus non minorem laudem pietatis & moderationis meruit. Ne vero nudis verbis, qualis eſſet, oſtenderet, etiam rebus ipſis id teſtatum fecit. Duo cœnobia erexit alterum Miechouiæ cuius oppidi ſitus perſimillimus Hieroſolymitano prædicatur alterum Aodreiouiæ, Iu-

Wladislaus motus regno.

Expeditio pro terra ſancta.

Iaxa.

re quidem ſuo gloriari poſſunt Germani & Galli ob recuperatam terram ſanctam, ſed A non ſoli. Aderant ibi & noſtri, qui pars magna laborum fuerunt: Proinde ſuis meritis fraudari non debent. Hos autem conatus Chriſtianorum adiuuit etiam *Boleslai Proceri* virtus, qui etiam *Fridericum Barbaroſſam* Imperatorem cum alias, tum circa oppugnationem Mediolanenſem ſub ſignis eius militando non mediocriter adiuuit. Laudatur *Friderici* ipſius factum, quod armatus & equo inſidens flumen ad Mediolanum traiecerit, meruitque ob id φιλοκίνδυνος vocari. Laudetur, inquam, *Fridericus*. Sed & *Boleslai Proceri* factum non eſt diſſimulandum. Nam cum eques quiſpiam vaſto corpore, gigantea mole, prodiens vrbe Mediolano identidem B Cæſarianos ad ſingulare certamen vociferans, contumelioſis verbis prouocaret, & cuncti propriæ cuti, vt dicitur, cauendo, poſt principia ſtarent: ipſe non ferens totius exercitus ignominiam, inconſulto licet Imperatore, prouocatorem aggreditur, in oculiſque cunctorum, qui ab vtraque parte ſpectatum prodierant, vt euentum duelli viderent, equo deiecit, deſiliensque confeſtim obtruncauit. Redit tandem ad ſuos ſpoliis, quæ hoſti detraxerat, ſibi impoſitis, & ab omnibus cum ſumma gratulatione & applauſu, vt fieri ſolet in tali caſu, excipitur, vniuerſo exercitu *Boleslai* virtutem ad ſidera efferente. Quo quidem eius heroico facto Cæſar ita fuit dele- C ctatus, vt eum *Torquato* illi Romano, qui primus hoc nomen inuenit, perblande compellans compararuerit. Ex eo autem tempore magno in honore iuuenem apud ſe Imperator habuit, & cum alia documenta ſuæ beneuolentiæ erga eum dedit, tum in reſtitutionem eius, reconciliationemque cum fratribus, maiore ſtudio, confecto Mediolanenſi bello, incubuit. *Et quando egreſſus ſyluis vicina coegi*, vt Poeta inquit *Petri* quoque *Dunini* probitas & calamitas, ſimul, quam expertus eſt, fortuna aduerſa, commemorandæ eſſent, *Verneri* etiam Epiſcopi Plocenſis mors miraculis quibusdam inſignis enarranda eſſet, niſi leges breuitatis, quas mihi ipſi ſemel impoſui, D tranſilire nollem. De Sylleſiæ etiam nomine cum alii hic loci inquirant, mihi quoque aliquid dicendum eſſet, niſi ſuperius iam hoc præſtitiſſem. Addam tamen hic annotatiunculam quandam ex Chronico Wratiſlauienſi, quam cum ibi hoſpes eſſem, in ſummo templo inueneram deſcripſeramque. *Valterus*, inquit, *nonus Epiſcopus Wratislauienſis, ordinatus eſt anno Domini 1148 & tempore huius Epiſcopi Poloniæ Canonici, & ſacerdotes habuerunt vxores legitimas. Et facti ſunt generi & ſoceri nobilium. Et erat magna inter clerum & nobiles concordia. Tempore dicti Epiſcopi ædificata eſt murata eccleſia ſancti Iohannis Wratislauiæ.* Hæc ad verbum bona fide deſcripta ſunt.

A. C. 1140.

Boleslai Proceri virtus ad Mediolanum.

Vernerus Plocenſis Epiſcopus.

Status Eccleſia ſub hoc rege.

A. C. 1140.

De regno Bohemorum ſub annum 1154.

Fridericus Barbaroſſa, pace facta cum Polonis, anno ſequenti expeditionem in Italiam perſequutus eſt (vbi cum *Alexandro tertio* Pontifice, quid negotii Venetiis habnerit, paſſim tradunt autores) Bohemorum & Polonorum auxiliis adiutus. Ratisbonæ autem in ipſo procinctu *Wladislao* Bohemorum Principi regium diadema impoſuit, & pro nigra aquila, leonem album duplicata cauda, vt poſthac hæc inſignia eius eſſent, dedit. Erant antea Reges Bohemi coronati, ſed a Pontifice. Innouatio autem coronationis & inſignium mutatio reſpiciebat eo, vt Pontificibus adimeretur ius coronandi Reges. Id enim ſibi proprium vendicabant Imperatores, & hæc fuit non poſtrema cauſa belli & diſſidiorum inter Pontificem *Alexandrum* & Imperatorem. In hæc tempora incidit illud bellum atrox in Bauaria & expugnatio oppidi *Vaisberg*, vbi cum Imperator *Fridericus* edixiſſet, vt *Velphus* cæterique equeſtris ordinis viri vincti in cuſtodiam traderentur, oppidum a militibus diriperetur, ciues vitam ac libertatem redimerent: tunc mulieres quæ fuerunt in vrbe, antequam portæ aperirentur, petiuerunt vt ſibi ſaluis abire liceret, portantibus de ſuis rebus quantum vnaquæque poſſet, quod cum a generoſi animi victore facile impetraſſent, capiunt conſilium pium & memorabile. Nam cum hoſtes aurum eas ac gemmas mundumque muliebrem, aut pecuniæ aliquid ſecum ablaturas putarent, ille omnibus his rebus militum prædæ relictis, maritos ſuos in humeros ſublatos, & paruos liberos in ſinu atque amplexu tenentes, vrbe aſportarunt. Imperator ingenioſa pietate mulierum mirifice delectatus, omnibus conuiuio exceptis, clementer ignouit.

Mulieres maritos ex vrbe portantes.

De tranſitu *Conradi* Imperatoris per Poloniam, cum exercitum duceret in Aſiam pro recuperatione terræ ſanctæ, ex Miechouienſi: *Boleslaus Criſpus* cum Germanis *Mieczlao* & *Henrico*, in metis ei perſonaliter occurrentes, cum magna veneratione præfatum Romanorum regem & ipſius exercitum per Poloniam conducentes, omnes ſumptus & expenſas liberaliter tribuerunt, pontes & paſſagia refecerunt, ad extremumque Conſtantinopolim verſus deduxerunt. *Henricus* autem vnus ex filiis illis *Kriuouſtii*, Dux Sedomirienſis & Lublinenſis, refutatis nuptiis, quoniam cælibem vitam elegerat, cum voluntariorum militum delectu, in pulchro apparatu ad tuendam terram ſanctam (quoniam illa tempeſtate a regibua Chriſtianis ipſius quærebatur recuperatio) profectus eſt. In profectionis articulo, eccleſiam parochialem in villa *Sagoſc*, ad fluuium *Nida* cum bona dote fundando, & terras Sedomirienſem & Lublinenſem *Boleslao Criſpo* ad gubernandum commendat, poſtque vnius anni lapſum, ſoſpes in patriam rediit, militibus ſuis nonnullis morte & periculis abſumptis, Ducibus Poloniæ aliquot annos tranquille & ſine bellis vitam agentibus.

Antiquitus humanitas maxima in regibus Polonia.

A. C. 1140.

Fuit *Emanuel* affinis *Conradi*, propterea fiducia amicitiæ ſecurius ſe, tranſmiſſo Helleſponto, Aſiæ commiſit. At ille inſigni perfidia, pene grauius hoſtibus ipſis afflixit eius exercitum, ferro, fraude, ad extremum & veneno copias eius populatus eſt. Magnam enim partem militum eius perdidit, ſubmiſſis panibus, qui parati erant ex farina, cui gypſi tenuiſſimus puluis commiſtus erat. Sed hanc perfidiam *Rogerius* Siciliæ Rex cito vltus eſt, Corcyra, Ætolia, Acarnania, Corintho, Acrocorintho, aliiſque locis ac prouinciis *Emanuelem* exuendo. Poſtea claſſem regiæ vrbi admouit, & impetu in eam facto, ſuburbia flammis iniectis exuſſit. Ægre ſeſe cum Imperii titulo intra mœnia Imperatore conſeruante, quin & ipſe non ita multo poſt fatis conceſſit, cum attigiſſet annum triceſimum octauum Imperii ſui. Imperii finem hoc verſu prædictum ei tradunt.

Quo pacto Emanuel Comnenus Imperator orientis Conradum Imperatorem occidentis cum toto exercitu Christianorum hoſpitio exceperit.

ἀλλ᾽ ὁτάτη σε κερδαίνει λαβὴ λόγυ, quem verſum ego ſic verterem:

Verum rapit te nominis pars vltima.

Poſtremæ enim literæ nominis Ἐμανουὴλ Græcis triginta octo ſignificant. Multa de curioſitate eius naturæ diſſerunt hiſtorici. Cum enim ingenio valeret & eloquentia, delectabatur monſtroſis opinionibus, & oſtentatione ingenii, in diſputationum conflictibus.

Emanuelis nomen.

Conrado mortuo, *Fridericus Barbaroſſa* Imperator in Poloniam eſt ingreſſus, vt ita ſubſidiaria auxilia a *Boleslao* extorqueret. Quia vero videbant Poloni inſtitutum *Friderici* eſſe honeſtum, nequaquam difficiles ſe in ea re præbuerunt. Statim enim *Boleslaus*, dictus proceræ ſtaturæ, qui filius *Wladislai* maioris natu erat, ſe ei adiunxit & præclarum illud virtutis ſuæ ſpecimen, quod ante commemorauimus, in exercitu ipſius apud Mediolanum edidit, exercitu *Boleslai* virtutem ad ſidera efferente.

1162. Bellum Vandalicum cum Danis, in quo *Henricus Leo* Danis auxilio fuit. *Crantzius* quinto & octauo capite.

1165. Item Vandalicum bellum cum Danis renouatur. Belli Vandalici cum Danis meminit etiam *Cromerus*.

CAPVT XIII.

Miecislaus Senex.

Anno ab orbe condito 5076.

Anno Christi 1174.

A. C. 1174.

Miecislaus ſpem ſefellit.

SEnatus cunctique ordines cum perſoluiſſent iuſta *Boleslao Criſpo* ad *Miecislaum* regnum deferunt, partim eam ob cauſam quod maior natu eſſet, partim quod morum peculiari quadam grauitate apud eos commendabilis erat. Sed is iudicium ſenatus & opinionem cito ſefellit. Nam grauitas morum, quæ præter ætatem in adoleſcentibus elucere videtur, ſenſim in tyrannidem vt plurimum degenerare vertique ſolet. Hoc verum

A. C. 1174. rum eſſe exemplo quoque *Miecislai* experientia docuit. Nam cum omnia ſibi permitteret, moneutes contemneret, & omnia pro libidine agere cœpiſſet, redargutus eſt priuatim a *Gedeone* Archiepiſcopo. Sed illa admonitione deterior factus, in vitia Reipub. noxia indies magis ruebat. Proinde cum priuatis admonitionibus nihil profeciſſet, publice etiam expoſtulare cum eo aggreſſus eſt *Gedeon*, aſſiſtentibus & geſtu annuentibus cæteris. Modeſte is quidem, vt is, qui quomodo erga reges ſeſe gerere cum regibus agere deceat, probe nouerat, ſed tamen non abſque aculeis. Materiam orationis ei ſubminiſtrauit occaſio mulieris cuiusdam, quæ contra priuignum coram Rege querelas protulerat. Aderat enim tunc forte *Gedeon*, & exemplo Prophetæ *Natan*, qui ficta narratione de oue erepta, *Dauidem* criminis conuicerat: ipſe quoque vt ſeſe Rex agnoſceret, & reſipiſceret, efficere eſt conatus. At meliore euentu *Natan* id confecit. Is enim effecit, vt *Dauid* pœnitentiam ſeriam ageret. Sed *Miecislaus* nullum fructum receptæ admonitionis edidit: imo in vetita magis ruebat, negataque concupiſcebat. Itaque cum neque priuatis, neque publicis admonitionibus quicquam profeciſſent, lege *Traiani* Imperatoris contra eum agunt. Electus hic ad imperium ſtrictum gladium Romania porrexerat, vt ſi male imperaſſet, eo contra ipſum vterentur. Et iurisconſulti quidem illam legem magis caſtrenſem eſſe volunt, vbi dux in tyrannidem ita nutoriam prolaberetur, vt res nec probatione nec vllo teſte indigeret. Nam in caſtris in puniendis admiſſis comperendinationes locum non habent. Vtut tamen ſe res habet, exponaturque lex vt lubet, certe Senatus ampliſſimus regni huius ſatis prudenter & longanimiter ſe geſſit erga Principem ſuum, præeunte Archiepiſcopo *Gedeone*. Quamquam poſtmodum cum ſeditiones & bella ciuilia metuerent, & admonitionibus nihil plane profici viderent, ad conſilia acerbiora eos decurrere neceſſe fuit: *Miecislaum* igitur regem ſummo magiſtratu mouent, & *Cazimirum* Sędomirienſem fratrem iuniorem, licet inuitum, & moras nectentem in locum eius ſurrogant, ac per *Stephanum* Palatinum Cracouienſem regem nominant. Ita *Miecislaus* cum vniuerſum negotium proteruia ſua coniuncta cum ferocia corrupiſſet, regno priuatus eſt. Libertas hæc ſenatus Polonici prudentia temperata, eo magis eſt laudanda, quud adhuc ſub illa ſeruitute viuentes, cum auenam pendere regi, & gallos gallinaceos, ouaque apportare annuatim cogebantur, aperte tamen ſe pro Repub. opponere non reformitauerint, maxime cum nullum aliud remedium eia reſtaret, contra hominem obfirmato animo in præceps ruentem. Diligentiſſime tamen cauendum eſt ea in re, nequid nimis. Extremum enim hoc debet eſſe remedium.

Lex Traiani Imperatoris fueritne caſtrenſis & an tenenda.

Nominatio regis noui perquem.

CAPVT XIV.

Cazimirus Secundus.

Anno a condito orbe 5140.
Anno Chriſti 1178.

CAzimirus, fratre exautorato, nequicquam exterorum auxilia implorante, rerum potitur. Defectio autem a *Miecislao*, qua magiſtratu ſupremo ſummotus, & ex rege extorris factus fuit, a filio maiore natu *Othone* initium ſumpſit. Labentibus enim rebus parentis, *Otho*, ne ſibi deeſſe videretur, inuaſerat in poſſeſſiones patris, maioremque Poloniam occupauerat. Vtque tutius ei ſic eſſe liceret, miſſis ad *Cazimirum* legatis, ſe fore iu poteſtate eius & deinceps imperata facturum promittit. Obtinuit a patruo rege id quod optabat, maiorisque Poloniæ principatum adipiſcitur, Gneſna excepta, quam ad retinendam amplitudinem nominis, autoritatemque tuendam, vt pote priſcorum regum domicilium antiquius & auguſtius, ſibi vellem ſure iudicabat. *Othonis* exemplum Pomerani ſecuti, ſimiliter ſe *Cazimiro* dedunt, quos in fidem & clientelam recepit, eisque *Boguslaum* de gente Gryfiorum præficit, cuius opibus & clientelis poſteri confiſi, excuſſo iugo nomen ſibi principis vſurpauerunt, cum antea præfecturæ nomine tantum imperitarent. Nunc pro clientibus regum Poloniæ aliqua ex parte ſe gerunt, tantum ratione Bitouiæ arcis & Lauemburgi. Conatus eſt *Miecislaus* recuperare priores fortunas, & regi *Cazimiro* magna ex parte perſuadet. Iamque aliquoties in frequenti ſenatu mentio horum facta fuit, inſtinctu *Cazimiri*, ſed nullo profectu. Ipſe demum Rex cum acrius intercederet pro eo, oratio eius a ſenatu non obſcuro murmure excepta fuit. Cum ergo aperte nihil profeciſſet, clam ei per internuncios indicat, ſe non aduerſaturum, ſi aliquomodo ſaltem ſe poſſet inſinuare abſque magno rerum tumultu. Nec moratur ille, primoque Poſnaniam paucis poſt diebus ipſam Gneſnam intercipit. Interea *Cazimirus* de legibus quibusdam, quæ abrogandis quibusdam moribus barbaris ſeruiebant, ad Senatum & ordines rogationem facit. Quam rogationem cuncti ratam faciunt, vtque in maiore autoritate leges illæ haberentur & retinerentur firmius, etiam a Pontifice ſummo *Alexandro* illo, qui *Barbaroſſa* Cæſaris Venetiis ceruicem pede preſſit, eas comprobari petit & impetrat. Commemorantur hic *Cazimiri* victoriæ de Ruſſis partæ. Expugnauerat tum is Chelmenſem Belſenſemque & Breſtenſem, Droicienſemq; tractum, & in prouincias redegerat. Primus hic Ruſſis talionem reddidit pro illa perfidia, qua vſi ſunt erga *Boleslaum Crinoſtium*, cum eius exercitum toties victorem non virtute, ſed fraude vltimo diſſipaſſent. Hæc apud *Vincentium Cadlubkum* eius ſynchronum,

A. C. 1178.

Otho filius Miecislai defectionis principium capit.

Boguslaus Gryfius, non a rege tantum, ſed a regno deficit.

Lauemburgum & Bitouia.

Cazimirus non ſyncere agit cum Senatu.

Statuta regni Pontifici confirmanda offeruntur.

A. C. 1178. num, nam ei a commentariis fuir, latius reperies. Sicut enim *Polybius Scipionem, Procopius Belliſarium*, ſic *Cazimirus ſecundus Cadlubkum* voluit eſſe rerum a ſe geſtarum, a commentariis. In hæc fere tempora incidit expeditio *Barbaroſſa*, quam ſuſceperar Hieroſolymam, ad vindicandam terram ſanctam. Nam hæc cauſa, huic inſtituto prætexebatur.

Expeditionis pro Hieroſolyma recuperanda aliquos cauſa.

Sed qui intimos eorum ſenſus explicare poterant, aliam occultiorem huic rei ſubeſſe obſeruabant: nimirum regnum & prolationem regni & imperii, videlicet vt Cæſar & Pontifex Romanus recuperata Hieroſolyma, in Aſia non modo occidentis, ſed etiam orientis deinceps reuera vocaretur hic Pontifex, ille vero Monarcha. Nec amplius duo Imperatores, ſed vnus, non quatuor patriarchæ, ſed vnus & ſummus Pontifex diceretur, cui B vtrumque imperium pareret. Et hæc eſt cauſa cur Græci Imperatores aduerſabantur huic expeditioni. Non quod nollenr barbaros a Chriſtianis quam longiſſime arceri, ſed quod defendenda Hieroſolyma ſe per latus peti, ſibique ipſis pericula creari ægerrime ferebanr. Hinc eſt quod aliquando Gallos, & Germanos, Italosque cruce ſignatos orientem petentes, vi & armis adoriebantur, quod gypſum farinæ immiſcebant, fontes veneno intoxicabant, vt ſi videlicet aperto Marte non poſſent, occulte tamen eorum quam maxime inſtitutum impedirent. Noſtri tamen Poloni ſyncere Chtiſtianos in eo conſilio adiutos cupiebant. Nam eodem tempore C imperata pecunia, ex decimis colligebatur, mittebanturque ſubſidia. Sed quod noſtri pio conſilio factitabant, inſtar eleemoſynæ liberrimæ ad eum vſum pecuniam contribuentes, hoc illi & eorum ſcriptores ſiniſtre interpretati ſunt. Affirmant enim, tum Polonos ex pacto tributum Imperatori ſolitos fuiſſe pendere. Quaſi vero Princeps feliciſſimus *Cazimirus*, qui aliis tributa imponere ſolebat, tributum ſibi imponi paſſus fuiſſet.

an Polonia ex neceſſitate ſubſidia Chriſtianis Imperatoribus mittebat.

Vixit *Cazimirus* annos quinquaginta ſex, regnauit ſeptemdecim. Poſt illa bella reliquum vitæ tempus legibus, & emendandis ciuium moribus inſumpſit. Fueruntque iſti D *Cazimiri*, & ille primus, & hic poſterior principes ſalutares Reipub. & homines frugi. Teſtantur hoc bella vtriusque & opera pietatis, quæ dum viuerent, erga indigos exercuerunt.

An. 1181. *Alexius Comnenus alter* orientis imperio præerat, ſed hunc *Andronicus* patris frater patruelis oppreſſit, cum vix annum attigiſſet decimum quintum, neruo arcus gutture eliſo immaniter ſtrangulans, impoſitumque arcæ plumbeæ in mare demerſit, acclamantibus cædis ſociis illud Homericum: *Imperitare malum multos, rex vnicus eſto.* Vltus eſt autem Deus breui tantum ſcelus atque iniuriam *Alexio* illatam. Nam a *Wilhelmo* Siciliæ rege vindicante iniuſtam cædem A. C. 1178.

Supplicium per neruum arcus Andronici Comneni tyrannis.

prælio victus eſt *Andronicus*. Et cum ob A immanem ſæuitiam publico flagraret odio, dum fugam parat, a multitudine comprehenſus eſt, abſciſſaque altera manu & oculo effoſſo camelo inſidens, facie ad caudam verſa, per vrbem circumductus, vulgique vncis & harpagonibus, fruſtulatim concerptus fuit. Ita pœnas dedit parricidii. Hæc euenerunt quinto fere anno regni *Cazimiri*.

De Pontificii legati aduentu in Poloniam ex Miechouienſi, lib. 3. cap. 4. Anno 1189. *Iohannes* Cardinalis cognominatus *Malabranka, á Clemente* Papa tertio miſſus, in Poloniam venir. Et habita ſynodo Cracouiæ propter reformationem cleri, tam Epiſcopis, quam vniuerſo clero pro recuperatione terræ ſanctæ decimam impoſuit.

Malabranka Legatus Pontificis.

Friderico primo Imperatore in Aſia pro recuperanda terra ſancta bellum gerente, & Ptolemaidem obſidente, ciues Lubecenſes & Bremenſes multa pietatis officia præſtiterunt militibus, qui aut telis icti, aut alia ratione vulnerati ab hoſtibus erant, aut relicti a ſociis in caſtris oberrabant. Horum enim opera iſti ſub papilionibus ex velis nauium in terra expanſis, reficiebantur ac recreabantur. Accidit vero vt Imperator *Fridericus* deambulans per caſtra hanc eorum beneficentiam cum pietate coniunctam videret, qui collaudata eorum virtute, ſuſpiriis ex imo corde ductis, dixiſſe fertur. *Ciues hi beneficentia* C *& pietate omnes principes, qui adſunt, longe ſuperant. Hoc enim officium erat omnium, qui alios facultatibus antecellunt.* Arreptaque inde occaſione rem totam ad comitia caſtrenſia deferr. Fuitque autor, vt ordo Germanorum militum ex nobili proſapia electorum inſtitueretur, quorum officium inprimis eſſet curam pauperum in terra ſancta exiſtentium gerere. Erant tunc confirmati Templariorum & Ioannitarum ordines. Ex horum inſtitutis medium quiddam eligitur, vt eſſet norma addicentium ſeſe huic regulæ. Placet hoc cunctis Imperatoris conſilium, conceditur que eis ex regis largitione domus hoſpitalis Hieroſolymis. Effectumque eſt, D vt Pontifex *Celeſtinus tertius*, qui nuper Pontificatum inierat, hoc inſtitutum ordinis huius confirmaret, qui dedit eis veſtem albam, nigra cruce inſignitam, vt dignoſcerentur. Conceſſit etiam eis facultatem creandorum equitum Auratorum, vt vocant, qua autoritate ipſis quodammodo regibus ſunt comparati. Hi quomodo in Pruſſiam fuerint delati, quidue negotii cum noſtris gentibus habuerint, ſuis locis annotabimus. *Georgius* etiam *Sabinus* mihi quondam coniunctiſſimus iis de rebus aliquid conſcripſit. Hic autem ordo inſtitutus eſt anno quarto ante mortem *Cazimiri Iuſti* regis Polonorum.

De origine Cruciferorum ordinis Teutonici

Cazimirus vt milites ad prælium ineundum

Modus in-

A.C. 1178.

dum incitaret, commemorat breuiter ante paucos annos, in iiſdem locis ad Haliciam cæſos milites patris *Kriuouſtii* non virtute, ſed dolo ac proditione, quibus vt perfidioſorum hoſtium ſanguine parentare velint, hortatur & monet. His animatos verbis in aciem educit, & ſiniſtro cornui Palatinum Cracouienſem præficit, ipſe vero dextrum adminiſtrandum ſuſcipit. Nec mora, ſigno dato, pugnandi poteſtatem facit. Explicant & Ruſſi ſuas acies, concurritur infeſtis armis & animis, ac durum prælium committitur. Premebantur noſtri in ſiniſtro cornu à ſagittariis, nec iam ſatis ſuos ſeruabant ordines. Ibi *Cazimirus* re intellecta, ſubſidium ſuis laborantibus ſubmittit. Atque adeo ipſemet, vt ſcribit *Vincentius*, magno ſuæ vitæ periculo ſuccurrit, & inclinatam aciem vix reſtituit. Reprimuntur ergo feroces Ruſſi, & mox, commutata fortuna, pedem referre incipiunt. Inſtant noſtri acrius turbatis & trepidantibus, & cohortati ſeſe mutuo in fugam eos coniiciunt. Quo animaduerſo, cæteri, qui dextrum cornu noſtrum adhuc ſuſtinebant, terga vertunt & ipſi. Perſequuntur noſtri, maiorem longe in fugientibus, quam dudum in reſiſtentibus ſtragem edunt, permultos viuos capiunt, duces hoſtium commutando equos euaſere. Deinde reuerſi noſtri caſtra opulenta diripiunt. Halicienſes mox deditionem fecere. *Cazimirus* autem magnam rationem habuit expeditionis Hieroſolymitanæ, nec ſum̃o iure eſt vſus contra ſuos hoſtes Hungaros ad Haliciam, ſic enim *Platina* in *Clemente tertio: Polonia autem rex ſaluti Chriſtianorum conſulens, Hungaris pacem dedit, quo omnibus facilius proficiſci ad tantam expeditionem liceret.*

De morte Cazimiri ex Cromero.

Ad quartum nonas Maii anniuerſaria diui Floriani celebrabantur. Ibi *Cazimirus* totum eum diem rei diuinæ in æde diui & piæ in egenos & afflictos largitioni dedit. Quod fere omnibus feſtis diebus facere conſueuerat, neque temere eos luſibus & conuiuiis contaminabat. In ſequenti die grande conuiuium inſtruxit, proceres omnes, qui tunc aderant, inuitauit. Feruente conuiuio, exhilaratis conuiuis, & multa de præteritis atque periculis inter ſe conferentibus, & principis res geſtas & felicitatem celebrantibus, ipſe nonnulla de immortalitate animæ, atque cœlitum beatitudine non inepte in medium protulit. Erat enim ab ineunte ætate non peſſime educatus & inſtitutus. Deinde hauſto mediocri poculo, ſubito concidit, & paucis horis animam exhalauit. Subitusne morbus eum inuaſerit, an venenum à muliercula, quam deperibat, præparatum hauſerit, incertum eſt. Nam & hoc ſermone hominum diuulgatum fuit.

Concluſio.

Habent apud ſcriptores ſuas laudes *Chobrius* & *Kriuouſtius* reges Poloniæ; ſed *Cazimirus* ſecundus, etiamſi laudatur, tamen cur non ita alacriter commendetur à noſtris hiſtoricis, valde miror. Pomeranos ſiquidem hic in ordinem redegit, Podlaſios domuit, Prutenos A gloriose ſubegit, Ruſſos potenter bis debellauit. Cum his quatuor hoſtibus illi duo bellatores cruenta bella geſſerunt; non tamen eorum maxillis fræna ita iniecerunt, vt rebellare poſtea non poſſent, quod omnino præſtitit hic iuſtus, hic pius princeps, exteris admirabilis, ſuis reuerenter amandus. Et, ſi *Kriuouſtium* cum *Cazimiro*, patrem cum filio componere licet, *Kriuouſtium* compararem *Iulio Cæſari*, vi & robore militari conſpicuo, *Cazimirum* vero Cæſari *Auguſto* conferre poſſem. Hic enim forſan natura non fuit bellator, ſicuti & de *Auguſto* referunt; ſed tamen fortuna vbique à partibus eius ſtetit. De hoc enim proprie dici poteſt, quod ſolus ſuo æuo poſt illas victo- B rias celebres, cum finitimis pace firmata & longa quiete ſtabilita, Iani templum occluſerit.

A.C. 1178.

CAPVT XV.

Leſcus Albus.

Anno ab orbe condito	*5157.*
Anno à Chriſto.	*1195.*

A.C. 1195.

POloni meritorum *Cazimiri* patris memores, *Leſcum* eligunt in regem. Aderat quidem *Mieſcus* ſenex, aderant SYLLESII, & Opolienſes duces, qui iure quodam ſuo ad principatum adſpirabant. Sed tantus amor C patricii regis tunc cunctos tenebat Polonos, vt non dicam Germanum aut Italum, ſed ne Syleſium quidem, ac neque *Mieſconem* ex maiori Polonia vellent eligere. Cunctorum enim tum perſuaſio hæc occupauerat animos, nequaquam ex re atque dignitate Cracouienſis & Sedomirienſis conuentus fore aliunde ſibi principem accerſere. Licet autem lex naturæ atque etiam diuina ſuadeat, ex ſua gente eligendum principem, tamen exemplo hoc demonſtratum eſt, electionem domeſticorum regum ciuilia bella facile concomitari, maxime ſi candidati complures ſint, qui æquum ius ſuæ ambitioni prætexentes per factiones & inconceſſa media rem agant. Cum enim audiuiſſet *Mieſco*, ſe neglectum eſſe, ſtatim accurrit, corrogatoque D vndique exercitu, ita atrox ciuile bellum & mox prælium ad Mozgauam flumen, ſeptem à Cracouia, quatuor vero ab Andrelouia miliaribus diſtans, excitat, vt de ſalute Reipubl. admodum dubitaretur. Et iam fuſi fugatique Mieſcouiani erant, cum, ſuperuenientibus Wratiſlauienſibus Opolienſibusque, denuo inſtauratur pugna. Fuit hoc cruentum & funeſtum prælium. Periit in eo *Boleslaus Mieſci* ſenis filius: ipſe ſaucius domum lectica reportatur. Ab altera parte *Romanus* Ruſſus, pluribus vulneribus acceptis medio è prælio excedit. Palatinus vero Sedomirienſis *Gouoricius* viuus capitur. Dum æſtuat Polonia ciuilibus bellis, venerat huc Cardinalis Capuanus, elabora-

Ad Mozgauam ciuile bellum.

Cardinalis Capuani ad-

A.C. 1195. *uentus in Poloniam.*

rauitque ſollicite in abrogando teſcindendo-
que matrimonio ſacerdotum, quod ad eam
diem in vſu retentum fuerat, Autor eſt *Dlu-* A
goſſus, *Lambertus Saſſnaburgenſis*, ac etiam ipſe
Martinus Cromerus id multis verbis adſtruit,
Miechouienſis id de concubinis intelligi vult,
ſed dominus *Cromerus* & de vxoribus legiti-
mis adiecit, idque ex ſententia *Dlugoſſi*, qui ex-
preſſe vxores nominat. Quod verum eſſe
chtonicon Wratiſlanienſe comprobat ſuperius
à me sdductum.

Miesco quarto poſtquam apud Mozgauam
male pugnauerat, anno Chriſti 1195. Annn ab
orbe condito 5157. Cuiauienſem oram *Le-
ſconi* tum iuueni eripit, mos maiora auſus, vbi

Helena credula Miesconi ſeni regnum denuo tradit.

pollicitationibus credulæ matris *Helenæ* ani-
mum expugnat, & proceres in ſuam ſententiam
pertrahit, regiam ipſam vi & armis occupat, nec B
tamen ea, quæ liberaliter promiſerat, exoluit.
Transactionem enim cum *Helena* & proceri-
bus huiusmodi fecerat: Si regem ſe nuncu-
pari paterentur, filio *Helenæ*, vbi adoleuiſſet,
regni habenas rurſus ſe daturum. Cum au-
tem animos Cracouienſium ſæpius offendiſſet,
nec vlla ſpes reſtaret, eum pactia conuentis,
quæ cum matre *Leſci* ſanxerat, ſtaturum, cuncti
veluti ſigno ſublato contra eum conſpirant, *Le-
ſcoq;* debitum & olim deſtinatum ac delatnm
regnum arcesque deferunt. *Mieſcus* vbi mi-
nime rem ioco agi vidit, ad ſolitas artes confu-
git, inſtructusque variis verborum blanditiis

Mieſcus blanditiis Reginam circumuenit.

Helenam accedens, eamque affinem ſuam cariſ-
ſimam appellans, *non tam mihi*, inquit, *eſt hoc* C
imputandum, quam tuis clientibus, &c. Atque
ita crimen hactenus ei non præſtitæ fidei amo-
uere à ſe nititur, totamque culpam in *Nico-
laum* Palatinum Cracouienſem reiicit, quem
ſeditioſum hominem vocat, eique notam illam
inurit, quod illi vſitatum ſit principes pro li-
bidine inſtituere, & rurſus deſtituere; vtque
ipſe ſub alieno nomine dominaretur, hoc ſem-
per ſpectare. Vbi finem ſermonis feciſſet,
mulierem ſuis artibus pedetentim ab inſtituto
deducit, ſeque ad regnum iam tertio inſinuat.
Nicolaus Palatinus conſiderata leuitate mulie-
ris inſanabili, profectus Poſnaniam ad *Mieſcum*
regem, tempori ſe accommodat, tranſitionem-
que facit. Interim rex vario ſucceſſu fortu- D
næ defatigatus, cum iam ageret ſeptuageſi-
mum tertium annum, inopinata morte oppri-
mitur, Caliſiæque ſepelitur in templo Pauli

Mors Mieſconis.

Apoſtoli. Verum poſtea vrbe in alium lo-
cum translata, ſepulchrum eius in ſuburbio re-
lictum eſt. Ita qui viuus variis tempeſtatum
caſibus iactabatur, etiam poſt mortem deſertus,
& ludibrio fortunæ expoſitus remanſit, dum
ſepulchrum eius ab iniuriis cœleſtibus minime
liberum, tecto concamerato, more aliorum re-
gum, non dignatur. Commiſereri eius ſane
debuit vel ipſum Vagrouienſe monaſterium,
quod ipſe erexit & opibus locupletauit. Res
admodum exilis erat, ſui patroni oſſa, ſi non
exornare, at ſaltem contegere, vt ſe memores A. C. 1195.
beneficiorum acceptorum hac ratione teſtaren-
tur. Temporibus huius regis hiſtoria men-

Polocenſes Reges.

tionem facit quoque regum Polocenſium, ex
quibus celebratur *Volodomir.* Quod ideo
annotaui, quia creberrima hodie fit mentio
Polocenſis expeditionis, quando rex Stepha-
nus ſumma vi & virtute militum illam arcem
expugnauit, & totam prouinciam in poteſta-
tem ſuam redegit.

CAPVT XVI.

Wladislaus Laſconog.

ELectio *Laſconogi* præ aliis eſt admirabilior, A. C. 1230.
quippe in qua non armis, non technis, ſed
virtutis & manſuetudinis excellentis inter
principes decertatum eſt, dum ſinguli regios
honores cum iniuria alterius capeſſere detre-
ctant. *Nicolaus* Palatinus leuitatem *Helenæ*
iamdudum auerſatus, etiam ad eius filium
Leſcum Album principatum deferre tergiuerſa-
batur primo, tandem, reliquis conſentientibus,
& ipſe in eorum ſententiam concedit, ea tamen
lege, vt prius *Gouoricium* Palatinum Sedomi-
rienſem æmulum ſuum in exilium mittat. Fuit
enim ei ita infenſus, vt licet aliquoties re-
conciliatio inter eos tentata & in ſpeciem
perfecta fuerit, tamen eum nunquam,
quoad vixit, amare potuit. At *Leſcus*,
cum vidiſſet ſibi leges præſcribi, & quaſi
compedes iniici, potius quam *Gouoricium* fi-
dum conſiliarium & ſibi amiciſſimum prodere
velit, ipſos regios honores ſuſcipere dedigna-
tur. Contra *Gouoricius*, qui vnice *Leſcum*
ſuum dominum diligebat, ne ſua commoda
negligat hortatur, ſe licet ſenem imbecillum
libenter in exilium iturum, & quidem alacri-
ter, modo occaſioni ipſe ne deſit, regnumque
ſibi debitum in alienam familiam transferri
non patiatur. Non commotus eſt *Gouoricii*
oratione *Leſcus*, ſed quanto efficacius docu-
mentum beneuolentiæ ipſius erga ſe conſide-
rat & admiratur, tanto pertinacius in priore
ſententia perſiſtit; proinde alium ſibi Cra-
couienſes Proceres iſtis legibus regem quæ-
rant, denunciat. Quem nuncium ab animo
excelſo *Leſci* profectum dum Proceres exami-
nant, *Wladislaum Laſconogum* regem renun-
ciant. At is quoque ſe declarat non eſſe ita
regnandi cupidum, vt principatus cauſa ius
& vinculum conſanguinitatis violare velit,
debitumque regnum fratri interuertere. In-
terim *Leſcum* de Senatusconſulto Cracouien-
ſium certiorem facit, nihilque ſe aduerſus ani-
mi ipſius ſententiam pacturum promittit,
modo ſibi deeſſe nolit; id quod non modo
hortatur, ſed etiam iubet. Vides priſcos
homines de re tanti momenti, vbi non datur
bis errare, rariſſimo exemplo ſinceritate & in-
tegritate decertantes. Quod ſi nunc aliquid
taſa

A. C. 1203. tale eueniret, certe a nuperis homiuibus is, qui ita ſe gereret, tanquam intempeſtiuus virtutis cliens irrideretur, & niſi fallor etiam exibilaretur. Enimuero pro honoribus non ſatis eſt, hac tempeſtate igne & ferro decertare; confugitur ad illitita media, propinantur & toxica, obiiciuntur venena ſenſibus tactu[illegible]ſtus, viſus, ſuperſtitibus & adhuc ſpira[illegible], qui aliquo munere præfecturarum funguntur, iam noui gregales, non ſecus ac vultures de ſucceſſione ſolliciti, conuolant. Talem tantamque animi in *Leſcone* modeſtiam Deus comprobauit illa victoria celeberrima ei conceſſa, de principe Ruſſo *Romano*, quem ad Zaitholtiam debellauit. Monſtratur inſula illa, vbi eſt traiectus nobilis in flumine a nautis, vbi pars exercitus Ruſſorum diſſipati & compulſi ſeſe receperat, plurimis poſt pugnam deſideratis. Regiam etiam dignitatem, cuius adipiſcendæ ſpem ſibi iam ipſe præcidiſſe videbatur, iterum recuperat. Commemoratur hoc *Laſtonogs* tempore, Liuonum conuerſio ad fidem Chriſtianam, de qua in noſtra hiſtoria rerum eccleſiaſticarum ſuſius tractatur. Commemoratur & victoria eius Ruſſorum de Lituanis parta.

Liuonum conuerſio

CAPVT XVII.

Leſcus Albus.

LEſcus tertium rex creatur. *Cadlubkus* primus ſcriptor hiſtoriæ Polonorum præmium laborum & eruditionis Epiſcopatum Cracouienſem conſequitur. Fuit autem ſynchronus *Innocentii* Papæ, qui decretalium libros promulgauit. Eodem tempore Haliciæ in Podolia, ſeu Galatiæ regnum inſtituitur, cuius regem idem *Cadlubkus* primus inaugurat. Sed euentus breui docuit, hoc regnum non bonis auſpiciis inſtitutum fuiſſe. Rex enim *Colomanus* victus a Ruſſis cum *Salomea* vxore, ſorore *Leſci* capitur, & annum in cuſtodia aſſeruatur. Qua re Poloni audita, indignabundi vndique confluunt & mox talionem reddunt, de Ruſſis inſigni victoria reportata. In ea pugna decem Duces inſignes Ruſſi capiuntur, & adducuntur ad regem *Leſcum* viui. Incidiſſe etiam in hæc tempora narratur primus Tartarorum in Ruſſiam aduentus, & clades ab eis illa recitatur, quam Cometes inuſitatæ magnitudinis prænunciauit. Libertates etiam & immunitates, exemptioneſque eccleſiaſtici ordinis tum auctæ ſunt: elaborante ea in re maxime omnium *Henricho* Archiepiſcopo. Hoc etiam tempore Cruciferorum nomen in his oris innotuit. Vocati erant hi ad ferendum auxilium, tandem pro dominis ſe gerere cœperunt. Imitati ſunt forſan in eo facinore Turcos. Nam & illi eadem prorſus occaſione vocati a *Marco* orientis Imperatore, nimirum vt ipſi opem ferrent, mutato conſilio Græciam occuparunt. *Leſcus* hic a Pomera-

Regnum Galatiæ.

Libertates Eccleſiaſticæ.

Cruciferi.

Turci a Marco Imperatore euocati.

nis dum balneat ſecurius, interficitur, exemplum relinquens mortalibus, quam verum ſit A dictum Philoſophi: *μέμνησο ἀπιστεῖν*. A. C. 1203.

CAPVT XVIII.

Anacephalæoſis hiſtoriæ chronologica usque ad Boleslaum Pudicum.

QVia hic ſeries hiſtoriæ perplexa eſt, ob *Mieſci* Senis & *Leſci Albi* trinam, aut quaternam reſumtionem principatus, ideo ſeriem hiſtoriæ in ordinem chronologicum hoc modo redegimus.

1185. Valachi *Iſaaco* Orientis Imperatori rebellant, cum quibus is infeliciter congreditur. Prima hic mentio fit Valachorum, quos B Græci ſcriptores Blachos vocant. Dixi autem *Traiani* acta perſequens de Valachorum origine. Sed non deſunt, qui potius a Genuenſibus Italis, qui ad oſtia Danubii conſederant in vicinia, vel in ipſa ſede Valachorum, eorum linguam immutatam eſſe putant. Cuius rei tres rationes non contemnendas habent: Primo, quod Valachi in ſua lingua non tam Latinorum, quam Italorum ſermonis corruptelas habent. Verbi gratia: *Paſſa* pro *tranſeas*, *Curteani* pro *cortigiani*, id eſt aulici, & conſimilia. Quorum omnium expers erat ætas *Traiani*, quæ adhuc incorruptam linguam habuit. Secundo, quod illæ coloniæ *Traiani* Romanorum, ab *Adriano*, & aliis reductæ rurſum C fuerunt ex Dacia in Italiam. Tertio, quod ſi reliquiæ eſſent exercitus *Traiani*, non obliti fuiſſent hiſtoriæ Romanæ ſcriptores eos vocare ex corrupto nomine Italicorum, Valachos ſeu Blachos. Sed nuſquam per mille annos fit mentio Blachorum, niſi ab illo tempore, quando Genuenſium coloniæ *Kiliam*, quæ *Achyleæ* etymon redolet, occuparunt. Compone hæc, quæ nunc dicuntur, cum illis, quæ in *Traiano* a me ſunt commemorata, & rem planam habebis. Nec deſunt, qui eiuſdem generis Italos hac via in Litvvaniam ab oſtiis Danubii per Valachiam tranſiuiſſe affirmant, & tales parui faciunt illam narrationem de *Libone*, qui in Litvvaniam aduenisse dicitur. De *Columnenſium* autem ad- D uentu ad illas regiones inferius dicemus.

Cauſa cur non a latinis ſed ab Italis, qui poſt corruptam linguam latinam in iis regionibus verſati erant, Valachi oriundi.

1194. *Nicolaus* Palatinus cum fratre Epiſcopo Cracouienſi in tutorem *Leſconi Albo* deſignatus, iuramentum ab ordinibus Poloniæ eiuſdem modi, ſicuti & regi præſtare ſolent exigit. Metuebant enim fluxam fidem plebis, ſuſpectamque habebant leuitatem multitudinis, ne ab eis aliquando vel ad *Mieſium* ſenem, vel ad Opolienſem Ducem deficerent.

1195. Mozgauienſe bellum ciuile ſic *Miechouienſis* deſcribit lib. 3. cap. 27. Habet enim interdum gratiam antiquus ſtylus, quo vſus eſt *Miechouienſis*. *Ad Mozgauam fluuium a cœnobio Andrzeiouienſi quatuor*

Ciuile bellum a Mozgauam

A. C. 1203. ex Micchouienſi.

tuor milliaribus diſtantem, cum Sędomirienſes, Lublinenſes, Breſtenſes, ſupra Bug, Mazouita, & Romanus Mſciſlauicz *princeps Wladmiriæ, quæ Lucenſis appellatur, ſororiuus Ducis Kazimiri nouiſſime mortui. ad Mozgauam applicuerunt, progreſſum* Miecʒlao *impedituri. Ordinatiſque aciebus anno domini 1195.* Nicolao *Palatino Cracouienſi dextrum cornu,* Romano *duce Wladimiriæ ſiniſtrum tenente,* & Gouoritio *Sędomirienſi in ſubſidiis relicto cum* Mieſcone *ſene conflixerunt, mutua ſe cæde obtruncando, perinde ac ſi inter infeſtiſſimos & perpetuo diſſidentes bellum gereretur, neutraque parte gradum referente, ſtrages horrenda cadauerum vtrinque edita eſt. Ad duces quoque ipſos clades peruenit.* Boleslaus *ſiquidem filius* Mieſconis *ſenis in conſpectu patris lancea traiectus, ex equo delapſus occubuit.* Mieſco *ſenex a quodam milite gregario impetitus, morti deſtinabatur frequenti ictuum ingeminatione, ni magno clamore ſe ducem* Mieczlaum *aſſeruiſſet, & caſſidis detractione veneranda canicie militem terruiſſet, quapropter miles educens illum ex acie, ne ab aliis violaretur, fugere conſuluit.*

1198. *Wladimiro* Halicienſi mortuo, *Romanus* memor meritorum ſuorum, quo pacto Polonis & *Leſco Albo* implicatis ciuili bello ad Mozgauam inter maiores & minores Polonos nauaſſet operam, Halicienſem principatum ambit, eumque depoſcit. Abhorrebant autem Halicienſes a *Romano*, crudelitatem eius veriti. Itaque decreuit frequens ſenatus, vt *Romanum Nicolaus* cum exercitu eo deduceret. Ibi *Leſcus* orare, vt ſibi cum exercitu proficiſci illo liceret. Pertæſum ſe iam eſſe molli & otioſæ vitæ, quam hactenus inter cœtus muliebres apud matrem exegiſſet. Cupere ſe deinceps armatum inter armatos viros verſari, & quæ principis eſſent munera, vſu condiſcere. Si adhuc nequiret alium, tamen eum ſe vſum in exercitu præſtiturum, quem ſigna ſua præſtarent. Quod ſi non impetraret, tamen vel cum vno comite caſtra ſecuturum ſe eſſe.

Leſci Albi alacritas ad bellum.

Edutatio muliebris.

1199. Quarto anno *Mieſco* ſenex, poſtquam male pugnauerat ad Mozgauam, vt ſibi præſtrueret viam ad principatum Poloniæ, Cuiauiam *Cazimiri* filiis præripit ac præoccupat. Ita primum terrore iniecto, tandem cum *Helena* matre & cum iis, qui ei fauebant, vulpina induſtria tractat de conditionibus pacis. Negat *Leſcum* principem rite creatum, aut ſe inuito, certum ſtabilemque principatum obtinere poſſe. Non deeſſe ſibi conſilia, & auxilia externa, *Leſcum* puerum eſſe, curatores eius inuidia laborare, bonam nobilitatis partem clam ſecum ſentire. Verum ſi ſibi principatum concedat, redditurum ſe eſſe Cuiauiam filiis eius. Se ſane ſenem eſſe, nec diu viuere & regnare poſſe. Interim *Leſcus* fieret princeps, ſe in ordinem, & politiam meliorem redacturum regnum.

Mieſco ſenex Cuiauiam occupat.

1200. His inducta & perſuaſa credula mulier, annuentibus tutoribus, cum eo tranſigit:

A. C. 1203.

A iure iurandoque die Diui *Bartholomæi* memoriæ dicato tranſactionem confirmat. Deinde vna cum filio Sędomiriam ſecedit, *Mieſco* potitur rerum. Tunc ſecundo regnaſſe dicitur.

120[illegible] [illegible]uod attinet res exterorum, Anglia & H[illegible]nia inſulæ Romano Pontifici tum vectigales factæ ſunt. *Alexius* orientis Imperator pulſus Haliciam ad *Romanum*, qui Polonorum opera princeps factus fuerat, confugit. Hic, credo paulo poſt ab *Alexio Duca* cognomento *Murziphlo*, ob coniuncta ac velut oculis imminentia ſupercilia, ſic dicto, plebi inſanienti obiectus, periit tumultu. Tyrannus autem ipſe *Murziphlus* deinde alibi comprehenſus, poſt effoſſos oculos, Conſtantinopoli de turri præcipitatus fuit; promiſcua plebs in cadauer ſæuiit.

Alexius Murziphlus.

B

1201. Monachi Ciſtercienſium e Portenſio monaſterio euocati in Poloniam, delicatum genus malorum ſecum attulerunt, quæ etiam nunc deporta vel deporti vocantur.

Ciſtercienſis Monachi.

1201. *Miecislaus* promiſſa non ſeruat, cumque *Leſci* mater importunius inſtaret, fidemque datam in eo requireret, & iuſiurandum præſtitum ei obiectaret, nihil diſſimulans, reſpondit, pactis & iureiurando contra ius gentium ſe minime teneri. Ita *Helena* dimiſſa, ingenti animi ſui dolore, credulitatem ſuam C damnare, procerum ſuorum dicta & conſilia, licet ſero, probare cœpit. Offenderat iam *Miecislaus* non leuiter animos procerum, & equitum, propterea quod nonnullos poſſeſſionibus certis & antiquis deturbarat, eaſque quibuſdam e maiore Polonia aſſeclis donarat; quodque eiſdem magiſtratus mandabat, indigenas præteriens. Itaque quaſi conſpiratione facta, *Mieſco* cum ſuis principatu deiicitur. *Nicolaus* omnia ad matrem & pupillum iure tutorio transfert.

Honores præpoſtere diſtribuit Miecislaus.

1202. Irrequieto animo *Mieſcus* exiſtens, tertio molitur dolos, & quidem propius admotis technis rem agit. Quod promiſſa non D impleuerit, dicebat non per ſe, ſed per *Nicolaum* Palatinum ſtetiſſe, qui ſubolfaciens, quod filios *Caʒimiri* adoptare in animo haberet, ſe a tutorio munere excludendum ratus, nihil omiſit, vt eum in ſuſpicionem adduceret. Cæterum illum vt ſeditioſum hominem amouendum; vt pote qui ſe erga teneram *Leſci* ætatem palponem aulicum, & erga ſe, qui paterno animo & matri & filio faueret, iniuſtum cenſorem præſtaret. Probe enim intelligebat *Miecislaus*, eum fuiſſe maximum obicem & aduerſarium conſiliis ſuis, quem reliquus conuentus Cracouienſis ſequeretur. Itaque his artibus elidere eius conſilia ſatagebat. Nec in caſſum cadere conatus eius videbatur. Iam enim labefactauerat animum mulieris, maxime inuidis æmuliſque Palatini animum eius irritantibus. Itaque re tota intellecta *Nicolaus* Poſnaniam ad *Miecislaum*, quamuis infenſum

Nicolai Palatini conſilium & tranſitio.

ſibi

A. C. 1203.

ſibi hoſtem magnis itineribus contendit, ac ſaluti incolumitatique ſuæ proſpecturus, vlturusque ingratam mulierem, ei omnia, quæ prodeſſe, quæue obeſſe eius inſtituto videbat, aperit. Qua re erectus animo ſenex ad ſolitas artes ſuas refugit, & aperte iam poſtulata *Helena* refutat, ſeque opera *Nicolai* adeptum eſſe principatum gloriatur. Toto autem negotio iam in hanc, iam in illam partem titubante, *Mieſcum* inopinata mors oppreſſit, cum ageret annum ſeptuageſimum tertium. Inter fundationes (quas vocant) eius, illud inuentum fuit ipſius magis peculiare, quod Wagrouienſi monaſterio inſtituto, ſanxit, vt non niſi Germani, iique Colonienſes, in illud cooptarentur. Cauſam inſtituti addunt, quod quondam honorifice habitus eſſet a Colonienſibus, cum eo adoleſcens religionis ergo veniſſet.

Mors Mieſci Wagrouienſe monaſterium pro Colonienſibus inſtituitur.

1202. Comitia Cracouienſia eligendi regis gratia indicuntur; in quibus detecta ſunt vana ſtudia hominum & contentiones potiſſimum inter *Nicolaum*, & *Gouoritium* Sędomirienſem Palatinos, interque *Leſcum Album*, & *Leſconogum* regulos. Et illud quidem par maleuolentia, iſtud vero reuerentia & honeſtate inter ſe decertabat. De qua re in hiſtoria iam dictum eſt. Ad extremum *Wladislaus Leſconogus* eligitur; quem a gracilitate pedum ſic dictum eſſe putant. Laudat hunc *Miechouienſis* a peritia artis pugillatoriæ, peritiſſimumque in ea arte ab ineunte ætate fuiſſe ait, dum in Germania commoraretur.

Laſconogi corporis dotes.

1205. *Leſconis Albi* ætatem ac principatum plurimum ornauit victoria de *Romano* duce Ruſſorum parta, quam *Miechouienſis* ita deſcribit: *Itaque ingreſſus* Romanus *cum copiis pagnatorum, primo æſtatis tempore Lublinum obſedit, & cum non proſperaretur, probe enim a Polonis defendebatur, in terras Sędomiria graſſando deſcendit, & flumine Iſtula ſuperato, circa Zaichoſt conſedit. Principes vero* Leſco Albus & Conradus, *ex omnibus terris ſuis Sędomirienſi, Lublinenſi, Mazonia, & Cuiauia bellatores ex nobilibus & plebeis circa Sędomiriam collegerunt, & eis* Chriſtinum *Comitem Palatinum Plocenſem præfecerunt, qui induſtria & aſtu, decima nona Iunii oriente, appropinquauit Ruſſorum exercitui.* Romanus *vero vix tumultuarie ſuos ordinauerat. Sagittarii Polonorum in necem ducis Romani ſuleſragi conſpirarunt, globoque militum facto, in ducem* Romanum *& eum protegentes inſiluerunt. Equo igitur ſub ipſo telis confoſſo & eum deiicere ſatagentibus, ad ripam Iſtulæ per medias acies currit, dextrarioque cadente, ac fœta equa ſibi adminiſtrata, Iſtulam tranauit. Et gratas equa de ſalutis miniſterio, inter alios diſperſos & fugientes, pedes promiſcuus currit. Ab inſecutoribus Polonis miles gregarius exiſtimatus, occiſus eſt, in Sędomiriamque relatus, a duce* Leſcone *fuit ſepultus. Vnde poſt a Ruthenis & procribus Wladimiria mille marcis argenti & reſtitutione omnium captiuorum Polonorum redemptus, in Wladimiriam ductus eſt, ibi tumulandus.* *Cromerus* autem libro ſeptimo hæc ſcribit: *Fertur item, idem* Romanus *nocte ea, qua prælium conſecutum eſt, ſomniaſſe, multitudinem paſſerum a longe minore numero acanthidum, ab ea parte, quæ ad Sędomiriam vergit, aduolantium dilaniatam eſſe. Idque ſomnium cum amicis mane narraret, ſenioribus atque prudentioribus triſte & mali ominis viſum eſſe.* Dies, quo apud Zaichoſtium pugnatum eſt fuit 13. Cal. Iulii. *Miechouius* cauſam iſtius belli refert, quod *Romanus Leſconi* dare negarit tributum; aitque ſuſcepturum eam expeditionem in Poloniam, copiiſque ex vniuerſa Ruſſia contractis, ad ſuæ religionis Epiſcopum, quem *Wladicam* vocant, dona miſiſſe, vt ſibi in Poloniam inuaſuro, eamque triennio vaſtaturo, autoritate Pontificia benediceret. Qui, ſpretis eius donis, benedictionem, tanquam ad iniquum & execrabile properanti facinus, denegauit, inquiens, Iniuſta bella mouentes in patriam non redire viuos. Comminatus autem ei erat *Romanus* tyrannus concuſſionem, ſi ei benedictionem denegaſſet, &c.

Leſci albi victoria de Romano ad Zaichoſtum

Somnium Romani.

1205. Hoc tempore Litvvani a Ruſſis victi. Quam victoriam *Cromerus* ſic deſcribit: *Poſt hoc tempus Litwani, gens ſylueſtris & obſcura Ruſſorum agros prædis agendis infeſtare cœpit; cruento prælio victi, ſabera, veſtes, & faſces frondeas, quibus ea gens in balneis ſudorem prouocare ſolet, tributi nomine deinceps pendere iuſſi ſunt.*

1205. Hoc anno ordo Gladiferorum fratrum in Liuonia cœpit, autore *Alberto* Rigenſi Epiſcopo. Veſtem albam, rubenti gladio cum ſtella inſignitam, gerebant. Regula eis cum templariis communis erat. Priuilegia a Papa *Innocentio* adepti, vt omnes, quas in Liuonia & circum circa, terras ſubigerent, poſſiderent. Horum virtute magna pars Liuoniæ ſubacta. At, cum Cruciferi fratres ordinis Teutonici in Pruſſia potentes fierent, depoſita ſua regula, Pontifice annuente, Teutonicis ſunt vniti (Chron. ord. Teut.) Apud Pleſcouienſes tum *Vuoldemarus* regis munere fungebatur, cui etiam Liuones tunc parebant, & tributa pendebant.

Ordo Liuonienſium.

1206. *Leſcus Albus* ad principatum reuocatus, *Wladislao* modeſtiſſime id non modo ferente, ſed etiam, cognito conſenſu conuentus, diſceſſione ſua Poſnaniam, approbante. Hoc anno & *Nicolaus* Palatinus mortuus eſt. Ideo *Leſconis* negotia, tanquam obice ſublato, proſperius ſuccedere cœperunt. Eodem anno *Fulco* ſeu *Pelka* Epiſcopus Cracouienſis vita exceſſit, qui ſibi, & ſuis ſucceſſoribus, prærogatiuam loci & ſuffragii ſecundum Archiepiſcopum Gneſnenſem ab *Innocentio* tertio impetrauit.

Mors Nicolai.

1206. Eodem tempore ſacrum collegium, liberam Epiſcopi liberis ſuis ſuffragiis electionem principibus non immiſcentibus ſeſe huic rei, a Pontifice per *Iohannem* Archidiaconum im-

A. C. 1203.

Cadlubcu hiſtoria.

impetrat: Et hoc modo *Vincentius Kadłubkus* genere *Roſeus*, vir doctus, vt tunc tempora ferebant, electus eſt a collegio quamuis ipſe præ- A ſens non adeſſet. Hic primus, cum regeret eccleſiam Cracouienſem, Polonicam hiſtoriam gentis ſuæ conſcripſit. Quam ita incipit: *Tres tribus ex cauſis theatrales odere ſolemnitates*, &c. Hæc ita non ſine traductione quadam *Miechouienſis*, vt is, qui elegantiorem ſe ſcriptorem eſſe putabat, refert. Moxque de eius ſtylo iudicium fert: *Plura*, inquit, *de exteris, quam Polonorum geſtis, nodoſe & inuolute in primis libris perſtringens*, &c. Præfuit is eccleſiæ aliquot annis: tandem abdicans ſe epiſcopatu, in monaſterio Andreiouienſi profeſſus, ex bono factus eſt optimus. Sic autem de eo *Miechouienſis*: *Tandem poſt quinque*, inquit, *annos ergaſtulo carnis ſolutus, in domino quieuit, in monaſterio* B *Andreiouienſi ſepultus eſt.*

Iudicium Miechouienſis de ſtylo Cadlubcii

1205. *Colomanus Andreæ* regis Hungarorum filius, Halicienſem principatum adeptus eſt; vbi & ſolenni pompa inunctus eſt, coronatus & rex Galatiæ ſeu Haliciæ appellatus a *Cadłubco* Epiſcopo Cracouienſi, aſſiſtente ei *Iuone* Cancellario Poloniæ, gente *Odrouaſio*. Quid vero illhic egerint iſti duo, diſſerit *Cromerus* ibidem.

Coronatio Regis Halicienſium.

Concilium Lateranenſe VII.

Circa eadem tempora Concilium Lateranenſe ſeptimum celebratur, in quo 412. Archiepiſcopi congregantur. In eo Concilio, cum immenſa multitudine monachorum mundus laboraret & in dies nouorum monaſteriorum fundationibus, inſaniſq; ob eam cauſam profuſionibus Reſpub exhaurirentur, marſupia- C que locupletiorum exinanirentur. Itaque ſtatutum fuit, Canone 13. *Ne quis de cætero nouam religionem ſeu regulam monachalem inſtitueret, ſed quicunque voluiſſet ad religionem conuerti, vnam de approbatis aſſumeret.* Præuidebant enim tum Patres, ſi ſeculum diutius ſtaret, & quoties nouæ hæreſes, ſicuti dominus eas futuras ad finem mundi prædixit, orirentur, nouæ quoque ſocietates monachorum profligandis eis inſtituerentur, facile futurum, vt per eam occaſionem maior pars orbis ſub poteſtatem & ditionem eccleſiaſticorum deueniret, atque ita medicina morbo ipſo eſſet deterior. Ideo non ita multo poſt illud Concilium *Conradus* Dux D Mazouiorum, autoritate huius ſacri conuentus, & diſputationibus illius ſeculi, quæ tum paſſim ea de re ferebantur motus, caute & circumſpecte Culmam, Torumiam & alias poſſeſſiones ſuas, Cruciferis donat: non quidem videlicet iure ſempiterno, ne quid menti Concilii derogaretur, ſed ad tempus, quoad nimirum hoſtes Chriſtianorum ſeptemtrionales debellarentur, quibus ſublatis, alia ratione cum ipſis Cruciferis tranſigere ei liceret: hoc minus eſt adhuc quam ius ſeduciarum, ſeu feudi. Huic exemplo ii, quibus nunc cordi eſt nouas regulas monachorum introducere, deberent inſiſtere. Nam ſi idcirco eas introductas fuiſſe

Canon de nouis Ordinibus monaſticis non inſtituendis.

Cruciferi donantur poſſeſſionibus

A. C. 1203.

ductas fuiſſe volunt, vt hæreſes ſubingreſſæ confutarentur, conuictis & reſecatis hæreſibus A gladio verbi Dei, poſſeſſiones illis datæ, ad priores poſſeſſores deberent iterum redira, aut ad alios publicos vſus conuerti, iuxta alium canonem, illi autem profeſſioni alicui iam antea receptæ ſe addicere. Si inquam, hoc incommodum euitare vellent, quod ſolerter tum illud Concilium præuidebat.

1211. Circa hunc annum Hungari a Ruſſis victi, *Colomanus* rex cum vxore captus. Poloni quidem, qui Hungaris commilitabant, Ruſſos primo ſuperarunt; ſed cum onuſti præda domum redirent, a Ruſſis excepti ſunt & trucidati. Nam cum noſtri cedere cœpiſſent, Ruſſi vexillum noſtrorum captum erexerunt, ad quod conuerſi Poloni acurrebant. Interim B Polouucii cum Ruſſis proſiliunt, obuios quosque interficiunt.

1211. Elati victoria Ruſſi, adiunctis etiam ſibi Litwanis, crebris incurſionibus Poloniam vexarunt. Quo facto motus *Leſcus Suhiſſauum* cum expeditis copiis mittit, qui, collatis caſtris, Ruſſus magna clade profligarunt. Et quinque duces captos bello ad *Leſcum* adduxerunt. Ita compenſata fuit Hungarorum & noſtrorum clades ſuperior.

1212. Secundum alios 1188. Tartari, Scythica gens, cum antea vltra Caſpium mare habitaſſent, in eas oras primo peruenerunt, & Ruſſis Polouuciisque bellum intulerunt; ſed Ruſſos, quos Tartari non diſſiparant, Polouucii ipſi excepere. Differunt hic *Miechouienſis* C & *Cromerus* de Polouuciorum origine & conſentientes tradunt fuiſſe eos Gothorum veterum reliquias. Et mox *Cromerus* de lingua Polouuciorum diſſerens, aſſerit eos locutos fuiſſe Ruſſorum lingua non valde diuerſa a Polonica. Hæc refert libro 7. in Leſcone Albo. Quæ ſi ita ſunt, argumentum haud leue habemus, Gothos veteres lingua Slauonica vſos fuiſſe, quandoquidem Polouucii, eorum ſcilicet poſteritas, eadem hactenus vtitur. Hæc adieci ad illuſtranda ea, quæ ſuperius de Gothis a nobis dicta ſunt. *Sigismundus* vero *Erberſtinus* Polouocios a Poloczko, vbi ſedes habuerunt, vocatos eſſe putabat.

Tartarorum prima incurſio in iſtas terras.

Polouuciorum origo.

D 1214. Poſt hanc cladem Ruſſi debellati & ſubacti ſunt, ita vt non modo tributa penderent, & iuſſa facerent, ſed etiam ſeruis prædæ eſſent. Hæc *Cromerus*.

1217. Inuiſente *Leſco* cunctas regiones ditioni ſuæ ſubiectas Pomeranis, ne longius a principe diſſiti, quererentur ſe patrocinio deſtitui, *Suetopelcum* præficit & ampliſſimam poteſtatem & iuriſdictionem, etiam in Palatinos, qui tum duo erant, nempe Gedanenſis & Suecenſis, & in cæteros magiſtratus conceſſit. De reditibus autem totius Pomeraniæ mille pondo ſiue marcas argenti quotannis fiſco principis Polonorum, vt penderet, conſtituit.

1220. Cum ageret duos de triginta annos,

ro-

A. C. 1203.

Pudicus & Salomea Leſci nati.

rogatu procerum vxorem duxit *Crimoſlauam* Ruſſam, ex qua *Boleslaum Pudicum* in arce Corcinenſi editum, deinde *Salomeam*, ſuſcepit.

1220. Circa eadem tempora *Henricus Barbatus* Dux Wratiſlauienſis ex *Heduigi* vxore filia *Bertholdi*, Ducis Carinthiæ & Marchionis Morauiæ, *Henrichum* & *Conradum* ſoſcipit. Hæc *Heduigis* poſtea inter diuos relata eſt.

1221. Hoc anno *Balaklei Soltanus* Princeps Zanologenſium Tartarorum, inuitatus diſſidiis domeſticis Ducum Ruſſiæ, eorum terras inuadit. Cecidit etiam tunc *Olba*, atauus Ducum Prunſciorum, quorum origo deſcendit indubitato tramite a *Iaroslauo*, qui fuit vnus ex duodecim filiis *Wladimiri* monachi dicti, quos Ruſſi auguſto nomine *Bohatiros*, id eſt heroas vocitant. Et tunc arces illæ tres *Czapczikley*, B *Oſſam* & *Balakley* de nomine ipſius Ducis dictæ à Tartaris ad Boryſtenem & Bohom excitatæ ſunt. Harum fundamenta tantum hodie viſuntur. Vlti ſunt non ita multo poſt Ruſſi eam iniuriam vna cum *Skirmuto* Duce Litvvaniæ, fuſo fugatoque ipſo *Balakleio* ad Koidanonum. Cuius belli cauſa fuiſſe narratur, quod Litvvani legatos Scythicos tributum eis nomine Ducis volentes imponere, amputatis naſis & auribus, non ſine grauiſſima contumelia ad dominum ipſorum remiſerunt.

Origo Bohatirorum, qui vere Bohatiri ob ſusceptam Chriſti fidem & heroica facta vocari debent.

Ærarium eccleſiæ Cracouienſis conflagrat.

1222. Ærarium Baſilicæ Cracouienſis tectum de cœlo conflagrat; vbi & ſupellex vniuerſa *Cadlubci* abſumitur. Itaque Epiſcopatu Cracouienſi ſe abdicat aduerſante Principe C & diſſuadente collegio ſacerdotum (incompatibile tum fuit, vt annotant, monachum & Epiſcopum eſſe) & in Andreiouienſi monaſterio reliquos quinque ſuæ vitæ annos exegit.

1222. Diuus *Hyacinthus* inter diuos relatus. *Iuo* Epiſcopus parœciam Cracouienſem ad templum primarium in foro vrbis fundat. Nam antea Trinitatis templum loco parœciæ erat. Sed ea translata, cum ſodalicio Dominici commutatio illa facta fuit.

1226. Idem *Iuo* Kacicenſe monaſterium Ciſtercienſium Mogilam paternum rus, locum *Vanda* reginæ ſepulchro nobilem, transfert & magnifice locupletat. Eodem tem- D pore ptochodocium ſancti Spiritus dictum fundatur.

De immunitatibus, & libertatibus eccleſiaſtici ordinis.

Henrichus Archiepiſcopus Gneſnenſis, *Theodorici* ducis Bernenſis ex *Eudoxia* Polona filius, bonam & ipſe in hoc pietatis ſtudio nauauit operam. Perfecit enim diligentia & autoritate ſua, vt Principis, atque omnium ducum, procerumque Polonorum conſenſu, & vniuerſi conuentus conſtitutione, ſacer & eccleſiaſticus ordo omnis cum aſcripticiis etiam & ſubditis ſuis ab omnium profanorum iudicum, etiam ducum, atq; adeo ipſius ſummi principis iuriſdictione prorſus liber eſſet, ita vt ne per exceptionem quidem vllam, aut reconuentionem pertrahi ad vllum profanum ſiue laicum (vt vocant) forum poſſent. Eamque conſtitu- A tionem Pontificis maximi & ſedis Apoſtolicæ autoritate confirmauit. Sacerdotes vero omnes ex decreto Synodi à ſe conuocatæ, vxores & concubinas, quas retinebant adhuc plerique, poſt edictum legati Pontificii abdicare coëgit, iureiurando ab eis exacto. Hic etiam obtinuit a ſede Apoſtolica Archiepiſcopis Gneſnenſibus perpetuæ legationis munus. Hæc ex *Miechouio*, qui idem ſic ſcribit: Wladislaus *ergo*, inquit, Othonis, *tota maiori Polonia poſſeſſa, diuinam miſerationem & ſui ſublimationem recolendo, libertates, & priuilegia binis cathedralibus eccleſiis ſui principatus, Gneſnenſi, & Poſnanienſi contulit, villas eccleſiarum, & earum incolas ab omni ſeruitute & contributione, qua olim cameræ Ducis ſoluebatur, abſoluendo & ab omni iuriſdictione ordinaria Palatinorum Caſtellanorum, & cæterorum officialium. Donauit item vtriq; Pontifici autoritatem in bonis eccleſiæ venandi, & monetam fabricandi. Præterea donauit* Paulo *Poſnanienſi Epiſcopo & eius ſucceſſoribus villas: Salkouiam, & Krobiam, ratione ſua & patrum ſuorum ſepulturæ.* Hæ libertates fere ſe æquant Ducum poteſtati. Sed quo maiores libertates conſecuti ſunt eccleſiaſtici, eo res tota magis in odium & inuidiam tunc fuit verſa, *Miechouio* ſic referente: *Occaſione itaque*, inquit, *harum libertatum edax liuor corda nobilium maioris Poloniæ peruaſit, & clandeſtinus contra* Wladislaum Othonis C *qui & Piwacz dictus eſt, machinari cœperunt inſidias.*

Laicum & profanum forum opponitur eccleſiaſtico.

Cælibatus inuectus.

Si moneta à ſacerdotali ordine cudebatur, quomodo quidam pecuniam tunc incognitam fuiſſe Polonis dicunt?

1226. Punitiones Dei epidemicæ conſecutæ ſunt. Fames intolerabilis, peſtiſque acerrima quæ fere triennio graſſata eſt. Anarchia quoque & bella ciuilia, in quibus & ipſe *Leſcus* princeps periit. Creditumque eſt a multis hæc accidiſſe ob illa diuortia & diremptiones matrimoniorum in ſtatu eccleſiaſtico, cum mariti cogerentur abdicare coniuges legitimas, iureiurando de non repetendis vnquam illis per vim præſtito. Ita diuulſi à parentibus filii, & matres abiuratæ, lamentis omnia implebant. Fieri enim non poterat hæc diſceſſio ac ſeparatio abſque lachrymis & ſuſpiriis ab D imo pectore prolectis.

Liberalitas Iuonis Epiſcopi Cracouienſis.

Commendatur hic ſumme pietas *Iuonis* Epiſcopi Cracouienſis, qui in illis peſtis & famis calamitatibus memor, ſe non dominum, ſed diſpenſatorem eſſe bonorum creditorum, plurimos ſubleuauit, multiſque eius liberalitas ſaluti fuit.

Occaſio introductorum Cruciferorũ. Cruciferi per monachos introducti.

1227. *Conradus* Mazouiorum Dux, cum Pruthenorum excurſionibus cohibendis per ſe ipſe par non eſſet, cruce ſignatos Teutonici ordinis, quos noſtri Cruciferos nominant, per quendam monachum ſectæ Ciſtercienſium vndique in ſubſidium euocat Pruſſiſque opponit, datis & conceſſis eis poſſeſſionibus in finibus Mazouiæ & Pruſſiæ. Hoc tempore *Torunia*

A. C. 1213. *Torunia*, *Tarnonia.*

ab eis excitatur olim *Tarnouia* dicta, *Quidzinum*, quod illi *Riſſenberg* poſtea dixerunt, *Puponia* item quod *Dobrinum.* Atque ita illa A ora prorſus eis conceditur, quæ interiecta eſt inter Mazouiam & Pruſſiam, vt eſſent, ſi diis placet, defenſores aduerſus incurſiones.

1227. Comitia habentur Ganſauiæ in maiore Polonia prope Znenum (villa eſt Abbatis Tremeſenſis) quorum cauſa prætexebatur, vt eomponerentur inteſtina diſſidia Ducum maioris Poloniæ. Reuera autem ideo habebantur, vt *Suatopelcum* præfectum Pomeraniæ, qui tributa negarat, horum occaſione evocatum, ſine armis & bello opprimerent. Sed ille, conſilio principum explorato aliud cogitat, occaſionemqoe rei gerendæ obſeruat, vt id, quod animo propoſuerat perficere poſſet. Itaque, cum poſt illas graues deliberationes *Leſcus*, & *Henricus* ſe ad balneum conferrent, B ipſe cum expedita ſuorum manu adeſt, & in diuerſoria tentoriaque proxima irrumpens, obuios quoſque rei nouitate attonitos, facile aut obtruncat, aut propellit, & ad balneum, vbi eos eſſe acceperat, contendit.

Leſcus in balneis.

Reſciuerat iam *Leſcus* de hoſte, itaque exilit, equumque nactus cum paucis fugæ ſe mandat, ſed hoſtibus eum aſſecutis, cum aliquandiu inermis cum armatis, vnus cum multis contendiſſet, fortiter dimicans apud Marcinouum pagum occubuit.

Aulicus cui nomen Peregrino Henricum ſeruat.

Henricus autem, qui ætate grauis fugam deſperauerat, ſauciatur in balneis, & niſi eum aulicus quidam, cui *Peregrino* cognomen fuit, ſupra eum proſtratus protexiſſet, idem, quod & *Leſconi*, ei haud dubie accidiſſet. Sed vtcunque C reptans ad ſuos euaſit, ac in lectica *Wratislauiam* delatus eſt. Ex eo tempore *Suetopelcus* pro Duce ac domino Pomeraniæ ſe gerere cœpit. Chronologus quidam Germanus non poſtremæ autoritatis, deſcribens hunc caſum principis *Leſconis*, *Suetopelcus* inquit,

De Suatopelci ducatu commentum cuiusdam hiſtorici.

Pomeraniæ præfectus defecit, Pomeraniæ ducem ſe conſtituit, regeque bello occiſo, ducatum confirmauit, qui hodie à Polonia regno auulſus. Mirari ſatis non poſſum hominis leuitatem. Comitia, o bone, tum rex celebrabat, non bellum. Adde, cum præfectum eum ipſemet nominet; quodnam bellum inter regem & præfectum, inter dominum & ſeruum eſſe potuit? In balneiſne bellum geritur? Aut D quem autorem eius commenti de hoc bello habuit? ſed breuitatis cauſa iam miſſum hoc faciam.

CAPVT XIX.

Epitome Chronicorum Lituanicorum, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Mazouiæ & Liuoniæ, vbi diſcutiuntur quædam dubia occurrentia in eis. Ita autem res vtriusque gentis collatæ inter ſe melius, vt purpura iuxta purpuram, dignoſcentur.

(Charactere Italico à reliquis diſtinguere A. C. 1203. voluit auctor, quæ de rebus Litoanorum & Cruciferorum hoc & ſequenti libro ſubinde intermiſcet Polonicis.)

Scriptores belli ſacri pro liberando ſepulchro domini expeditiones omnes Chriſtianorum Principum, quæ decem fuerunt, enumerant. Optime ſane illi; ſic & ego hic enumerans eorundem militum expeditiones in Pruſſiam Lituaniamque contra gentes ſeptemtrionales, in re ſimili operæ pretium me facturum putaui. Quum regnum Polonicum nondum diuulſum inter filios regum eſſet, totam molem belli contra Pomeranos, Pruſſos, Lituanos, Iazygas, Tartaros, & alias idololatricas gentes, quæ in circuitu erãt, ſuſtinebat, vt teſtantur bella regum Kriuouſtii *&* Chobrii, *qui vindicaturus cædem Diui* Al- B berti, *granditer in Pruſſos animaduertit. Quo nomine apud populos Chriſtianos valde ſe commendabiles reddebant, & merito quidem. At regno hoc diuiſo, & in aliquot tetrarchias & ſatrapias ſciſſo, vires eius fatiſcere cœperunt. Vnde &* Conradus *Mazouiorum Dux, deſtitutus ſolito præſidio & auxilio, coactus eſt Cruciferos in has regiones euocare. Iam enim gens Boruſſa patriam eius Maſouiam ita vaſtauerat, vt Plockam etiam ſedem eius ſæpius tentaret atque adoriretur.*

Prima expeditio.

Conradus *igitur per Ciſtercienſem Monachum* Chriſtiernum *Cruciferos vndique conuo-* C *cat, quibus Ducem Syleſiorum* Henrichum *& Wratislauienſem, Lubecenſemque Epiſcopum adiungit & præficit. Commiſſum eſt atrox prælium. Sed eo remoti, non ſublati ſunt hoſtes è medio. Hic ergo procinctus expeditio prima à nobis vocabitur.*

Secunda expeditio.

Vt durabili ſtabilique præſidio bellum illud duceretur, accerſitur ex Liuonia & aliud genus Cruciferorum, quos Albertus *Archiepiſcopus miſerat. Commiſſum eſt prælium acerrimum, quod duobus diebus durauit: & fuſi profligatique ſunt Liuonii, Cruciferi, & ad paucos ita redacti, vt ex illis tantum quinque domum re-* D *pedauerint.*

Tertia expeditio.

Poſt illam cladem appulerunt huc & alii Cruciferi Mariani *dicti, Roma vsque à* Gregorio *nono miſſi, duce* Hermanno de Salicen, *quibus Culma, & Torunia cum ampliſſimis territoriis, iure propemodum feudi, ad tempus tamen, attribuuntur. Sed conditiones certe non abſurdæ huius donationis apud ſcriptores reperiuntur, quæ ſi cum ulterius generis Monachis ſeruatæ fuiſſent hoc ſeculo à noſtris, non ita oneri Reipub. illi eſſent. Tunc duæ arces illæ ad Toruniam Rogouiæ, & alta eo in loco, vbi Cathedralis eſt* — *Torunia Mazouiæ prouincia fuit tum, Epiſcopo Plocenſi pareba.*

A. C. 1203. *eſt eccleſia, à Pruſſis extructa erant.* *Sed* Pipinus *Dux eorum extractis inteſtinis atque exenteratus, crudeli morte necatus fuit à Cruciferis.*

Quarta expeditio.

Hac Marianorum inaudita in Pipinum *crudelitate, præſertim in ipſis initiis eorum aduentus commiſſa, fortuna mutata eſt, & exaſperata vicina gentes: Curlandi, Lituani, Samogita & Pruſſi (omnes tum gentiles, & ab eadem ſtirpe orti, vt quibusdam placet) atrox bellum excitant ad S. Georgii arcem in Curlandia.* Mindocus *tunc apud Lituanos regnabat, qui Pontificis Romani autoritate in regem creatus erat. Nam ſpem fecerat ſe religioni Chriſtiana adhaſurum. Sed cum promiſſis non ſtetiſſet, perfidia pœnas non ita multo poſt luit. Noctu enim* B *dormiens nihilque tale prorſus ſuſpicans à* Troinata *filio ſuo oppreſſus & iugulatus fuit, haud dubie quod res diuina luſui & ludibrio ipſi eſſent. Mariani igitur confiſi auxiliis regis Dania, & Liuonienſium Cruciferorum copiis, quas ſibi tum recenti fœdere, & imitatione ritualis veſtis, inſignique permutatione adiunxerant, contra tot gentes procedunt, ſed aliquoties fuſi, fugatique de retinendo ſuo ſtatu valde deſperant. Tunc etiam Lituani poſt victoriam* Hirchum *illum militem ſtrenuum Magdeburgenſem, in oblationis hoſtiam Diis ſuis armatum, ita vt in equo vitali (vt vocant) in prælium deſcenderat, captusque ab eis fuerat, igni flagranti ſubiecto,* C *equo ſubſultante & hinniente, viuum vna cum armis ipſisque calcaribus cremant. Valde tum luctuoſum tempus fuit Cruciferis. Nam præter alia, quæ amiſerunt, illud fuit damnum irrecuperabile, quod opinionem virtutis militaris, de qua tantopere gloriabantur, prorſus apud vicinas gentes perdiderunt. Vnde illa verba Duisburchii, qui res illorum conſcripſit:* Tres, *inquit*, vel quatuor hoſtes centum Chriſtianos tum, cum magna verecundia, fugabant. *Proinde fracti animo ingeminabant orantes illa verba Pſalmi, veluti cum Deo expoſtulantes: Ecce, domine, quomodo confortati ſunt inimici noſtri, &c.*

Simili quoque genere oblationis paulo poſt Sambienſem præfectum, viuum, pariter equo D *ſednciali (vt loquuntur) inſidentem iidem Lituani poſt victoriam combuſſerunt. Simile quid de Germanis ipſis apud* Cornelium Tacitum *legitur, ſicuti eis* Locticus *rex Polonia deſcenſurus in prælium cum eis ad* Plawno *pagum exprobrat:* Humanas hoſtias, *inquit*, quondam Diis offerre ſoliti. Ecce tibi legem *Radamanthi.* Si quis, *inquit*, talia patitur, qualia fecit, pœna iuſta putanda eſt.

CAPVT XX.

Boleslaus Pudicus.

Anno ab orbe condito	*5190.*
Anno à Chriſto nato.	*1226.*

A. C. 1226. TVtorium (vt ſic loquamur) regnum ſeu potius interregnum quindecim annos A durauit. Quæ autem mala interuenerint interea, per annorum ſeriem enarrare magis commodum erit. Septem fere annorum erat *Boleslaus*, cum eſt patre orbatus, ideo principatus eius gubernationem ad ſe rapiebant propinqui. Vnde bellum ciuile inter *Henrichum Barbatum* Wratislauienſem, & *Conradum Mazouium* exarſit. Conflictus fuit primus ad Skalam, in quo *Conradi* filius *Pramislus* cecidit. Itaque *Conradus* receptui iubet canere, & pro victo abit. Secundus ad Wrocyriſum pagum. Sed & ibi profligatus *Conradus* ceſſit ad ſyluas proximas, & inde Mazouiam. Paulo poſt *Henrichum* in villa Spitcouienſi diuinæ rei vacantem capit. Sed *Heduigis Henrici* pia coniux eum B liberat, & parricidiale illud bellum ſapientia componit. *Henrichus* tutela & regni adminiſtratione ſe abdicauit, iureiurando interpoſito.

Bella Conradi ad Skalam.

Ad Wrocyryſum alter conflictus.

1218. *Boleslaus Pudicus* adoptatur à *Wladislao* Duce maioris Poloniæ, quamquam incertum an à *Leſconogo* potius, vel *Sputatore* ſic dicto, qui multas poſſeſſiones & illas prærogatiuas eccleſiæ Gneſnenſi & Poſnanienſi donauit. Vacationem nimirum omnium laborum, immunitatem penſionum, facultatem cudendi monetam, venandi in ſyluis, ad hæc ab omni quarumuis perſonarum, præfectorum, Palatinorum, atque adeo ipſorum principum iuris-C dictione. De hac re D. *Cromerus* libro octauo.

Moneta cudendi facultas.

Non ita multo poſt, cum *Conradus* Dux Mazouiæ, &c. concedente & abdicante ſe *Henrico*, quemadmodum ſuperius narrauimus, pro tutore & primate ſe gerere cœpit, *Iuo* Epiſcopus Cracouienſis ſiue *Henrici* voluntate, ſiue ſua ſponte & metu, odioque *Conradi*, cui aduerſatus erat, ſedulo profectos ad Pontificem maximum *Gregorium* eius nominis nonum, cum quo adoleſcens in Academia Pariſienſi coniuncte & familiariter vixerat, acceptusque ab eo Pariſii honorifice, relaxationem per vim exacti iurisiurandi *Henricho* impetrauit. Et proximus iam erat pubertati *Boleslaus* & à *Conrado* patruo alienus, in *Henrichum* prono D ſtudio pariter cum matre ferebatur: atque adeo iam iuris ſui eſſe cupiebat. Hæc vbi ex obſcuris indiciis & ſignis intellexit *Conradus*, *Boleslaum* vna cum matre per ſpeciem colloquii capit, Cirskumque, quæ arx eſt in Mazouia, aſportat, ac de necando puero cogitat. Deinde, mutata ſententia, ſuaſu *Wladislai Sputatoris* & *Marci* Palatini Cracouienſis opera, in Seciechouienſe monaſterium, quod in tractu Sędomirienſi ſupra Viſtulam ſitum eſt, eos tranſtulit, & aſſeruari iuſſit. *Thorunium* & *Culma* Pruſſiæ vrbes primum fundantur à Cruciferis. *Conradus* Pruſſiam longe & late igni vaſtat.

1234. Fratres Cruciferi cum *Henricho* Mar-

A. C. 1226. Marchiooe Miſnenſi Pruthenos ad fidem compellunt. Et *Gregorius* Pontifex Polonos ad delendos Pruthenos inſtigat.

Circa hæc tempora *Boleslaus Pudicus* cum matre *Grimana*, inebriatis & ſopitis cuſtodibus, effugerat: quem *Henrichus* Wratislauienſis reducit, Sędomirieoſemque ei Palatinatum attribuit. In loco vbi templum diui Andreæ eſt munitionem caſtelli ſtatuit *Conradus* & arcem Cracouienſem obſidet.

Henrichus Barbatus maritus D. *Hedwigis*, dum curam agit *Boleslai Pudici*, Opatouiam Lubuſſenſi Epiſcopo donat, Borcumque, & Cazimirum. *Iuonis* Epiſcopi Cracouienſis de loco cum Laurentio Wratislauienſi Epiſcopo, qui poſtea ex roſarum odore deceſſit, contentio exorta. Baſilica Cracouienſis, fortuito incendio in turri, quæ ex teſtamento *Iuonis* B plombo tecta erat, excitato, conflagrauit, quam *Vislaus* poſtea inſtaurauit, & aliam turrim excitauit.

1237. Fratres Gladiferi Liuoniæ cum fratribus Cruciferis Teutonicis vniti. *Hermannus Balbi* primus Liuoniæ Magiſter. *Elbinga* etiam Pruſſiæ ædificata.

1238. *Henrichus Barbatus* rediens ab obſidione Gneſnenſi Croſnæ grauiter ægrotare cœpit. Nec multo poſt, hoc ipſo anno diem clauſit extremum. Cuius corpus ad Trebnicienſe monaſterium ab *Henricho* filio, cui *Pis* cognomen, datum eſt. Nam *Hedwigis* vxor in ipſo monaſterio degens, neque ægrotum viſere, neque mortui funus deducere, aut ei ob- C uiam prodire voluit, ne quo rerum humanarum commercio animus eius à diuinis auocaretur. Quin etiam, cæteris viris iuxta ac mulieribus plangentibus & lamentantibus, ſola moderate coniunctiſſimi mariti mortem tulit, impium eſſe voluntati diuinæ aduerſari ſæpius affirmans. Ac ne viuentem quidem illum ſæpe adiit, niſi forte, vt egenis & iniuria affectis opitularetur. Communi enim conſenſu toros fere triginta annos disiuncti, & continentes vixere. Ex quo tempore *Henrichus* barbam promiſit, atque inde *Barbatus* vocitatus eſt. Eodem anno diſſidia inter Pontificem & Imperatorem *Fridericum ſecundum* arſere. Pontifex voluit eum regno exuere, D ille Cardinales, Epiſcopos, & Abbates, qui petebant Romam, itineribus præcluſis, cœpit, & alios mari immerſit, alios in carcere detinuit.

1239. *Boleslaus Kunegundam Bela* filiam in vxorem ducit, puellam moribus & ſanctimonia vitæ nobilem. Dos eius quadraginta millia marcarum fuit. Tali autem coniugio beatus *Boleslaus*, tamen primis nuptiarum diebus eam non attigit. Imo, confirmata religione, poſtea mutuo conſenſu ambo perpetuam vouere continentiam, hinc *Boleslao Pudici* nomen inditum fuit.

Ioannes Czapla in patibulum actus. 1240. Circa hæc tempora *Ioannes Czapla* Scholaſticus Polocenſis iuris peritus, Wratislauienſis atque Ducalis Cancellarius, & mode- A rator pueri *Conradi*, quaſi aliquorum conſiliorum conſcius, a *Conrado* Mazouiæ Duce in patibulum actus vna cum Dominicano monacho. Excommunicatus ab Archiepiſcopo Gneſnenſi Louitium ei ſempiterno iure donat ea conditione adiecta, vt libram ſiue marcam auri Duci Mazouiæ eorum bonorum nomine quotannis penderet. Atque ita à *Gregorio vndecimo* abſolutus eſt. Hoc eodem tempore diui *Franciſci Aſſiſiatis* nouo tunc inſtituto viuentibus monachis cœnobium Cracouienſe a *Boleslao Pudico* fundatur. Per eadem tempora illa fatalis controuerſia reuixit de dignitate Pontificali & poteſtate Imperatoria, inter Pontifices Romanos & *Friderichum II.* Impe- B ratorem. Scripſit *Petrus Vinea* tum librum pro poteſtate Imperatoris, cui reſpondet *Innocentius quartus*. Lege *Volaterr*. Poſt lites verborum etiam ad ſtrepitum armorum recurſum eſt. Nam factio Guelphorum pro Pontifice, Gibellinorum pro Imperatore ſeſe opponebat acriter.

1241. Tartarorum ſexcenta millia, duce *Bathi*, in Poloniam Ruſſiamque venientes, vtramque regionem crudeliter vaſtabant, ciuitatibus villiſque ſuccenſis, indeque captiuos educebant. Rex igitur *Boleslaus*, cum & *Henrichus* Dux maioris Poloniæ, cæterique principes contra Tartaros vnanimiter progreſſi, prælium cum eis acre commiſerunt. Iamque Tartarorum in- C clinabantur acies, ſed quidam Vexillifer Barbarorum cum vexillo proceſſit, in quo erat ſcripta græca littera tali modo X. ſuperius vero in cuſpide haſtæ erat caput quoddam terribile infixum, arte magica confectum & efformatum, ore fumum vaporemque ſordidum in Polonos euomens, quo velut peſte quadam & incantationibus infaſcinati vires amiſerunt. Sicque funditus a Tartaris non ſecus atque à grandine ſegetes proſtrati ſunt. Pugnæ huius rationem & inſtructionem amborum exercituum qui volet ſcire, inueniet inferius in libello campiductoriæ graphice rem deſcriptam. Pugna hæc fuit acerrima: nec incruenta Tartaris victoria ceſſit, ita vt fracti viribus pedem retulerint, nec D vlterius progredi auſi ſint. Atq; ita fortitudine Polonorum ducum Germania defenſa fuit, vt incolumis remaneret. Sicut olim Græcia à trecentis Lacedæmoniis aduerſus exercitum *Xerxis*. Periit in eo prælio *Henrichus Pius Hedwigis* & *Barbati* filius: quem deductum ad alterum arcus iactum a loco conflictus, incondito clamore ſublato Barbari capite plectunt. Corpus eius agnitum fuit ex ſexto pedis digito. Nam caput fuit abſciſſum à Tartaris. Periit ibi & Magiſter Cruciferorum Pruſſienſiū, & alii quam plurimi.

1243. *Boleslaus Pudicus* rerum potitus, ex Hungaria, quo ob Tartarorum irruptionem fugerat, reuocatus eo anno. Ita enim *Miechouienſis* dicit: *Quapropter vox & clamor tribu-*

la-

A. C. 1226. *latorum aſcendit, quod poſt miſeras Tartarorum clades miſerabilius & grauius a propriis opprimerentur, a* Conradi *videlicet exactoribus. Miſſique extemplo in Hungariam & Moraniam crebri nuncii*, vt Boleslaum Pudicum *quærerent, quo afflictæ patriæ ſubueniret, tanquam hæres, qui non eſt reuerſus vſque anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo tertio*, &c. *Heduigis* eodem anno moritur, *Cromero* ſic referente: *Altero poſt maritum anno obiit* Heduigis, *qui a Chriſto nato* 1243. *Septimo Idus Octobris. Corpus eius, quod croceum, dum vixit, propter rationem victus duram atque tenuem, aſſiduaque ieiunia fuerat, poſt mortem inſolito ſplendore coruſcaſſe fertur, Deo perhibente teſtimonium ſanctimoniæ, & pietatis eius.*

1246. *Daniel* Ruſſorum dux, filius *Romani*, qui ad Zaichoſtium perierat, a legato B Apoſtolico coronatus, in ſede *Colomani* Hungari ſedet.

1248. Litvvani victi a Cruciferis cum *Mendaco* eorum duce, qui poſtea rex creatus fuit. Et *Caretes* populi auxiliares pariter cum eis conciderunt. Eodem fere anno *Swatopelcus* Pomeranus ille *Gryfius* occiſor *Albi Leſci*, Pruſſis ſe ducem adiunxit, & omnes Cruciferos poteſtate exuit. Hic etiam, vt ſtabiliret ſuum principatum, Bohemiæ principis filiam duxerat. Magiſter tunc prouincialis vel Marſchaicus, vt illi vocant, Cruciferis præfuit. Eodem tempore Magdeburgum a Cruciferis arx in Pruſſia excitatur munitiſſima & admiratione C digna, quanquam Annales Cruciferorum & *Miechouienſis* ad annum 1280. id referunt.

1249. *Conradus* Dux Mazouiorum prælium cum *Boleslao* ad Iaroſlinum commiſit, in quo *Boleslaus*, & Sedomirienſes in magna trepidatione erant. Mox proſequens victoriam *Conradus* Cracouiam ducit exercitum. Cumque copiam pugnandi *Boleslaus* ei non dediſſet, arcibus duabus excitatis, vna ad *Tbinec*, alia ad *Zelow*, domum reuertitur. Atque ita, cum multas turbas in vita ſua excitaſſet, & bella non neceſſaria cum cognatis, extremum vitæ diem clauſit. Hoc anno hic, vt dictum eſt, Cruciferos in ſuam & totius Poloniæ perniciem primus, animalia, inquam, illa in iis terris nondum viſa adduxerat, cum quibus quam atrocia D bella geſſerit *Lotticus* rex, *Wladislaus Iagello*, & *Cazimirus* poſtea dicetur.

1250. *Guelphorum & Gibellinorum* factiones, a Piſis initio facto, in ſingulis fere vrbibus excitantur. Nam altera pars ſequebatur Pontificem, altera Imperatorem. Ita magna laniena ſecuta eſt, ſed hoc Chronicarii Germanici in annum 1238. reiiciunt. Senſit & Polonia huius diſſidii incommoda. Venerat enim legatus Pontificis *Innocentii* in Poloniam, habitaque Synodo Wratislauiæ, imperauit Epiſcopis quintam partem redituum dari Pontifici, quo iam debilitatas vires ſuas aduerſus *Fridericum* Imperatorem inde confirmaret. Pro hac vero intempeſtiua humanitate, vt vocant, Polonorum relaxauit eis ieiunii magni viorulum. A Nam, cum nouem hebdomadis, veteri Pontificum inſtituto, vulgo ſeruaretur (& a Ruſſis hactenus ſeruatur) indulſit, vt eſſet deinceps hebdomadarum tantum ſex & dimidiæ. Hinc natum eſt nomen, *Stáry mięſopuſt*, ſicuti & nunc poſt reformatum anni cyclum vetus natale, & vetus Paſcha vocatur; abſciſſis nimirum decem diebus currentis anni 1582. quo hæc accidit Kalendarii reformatio. A. C. 1226. *Vetus quadrageſima.*

1252. Salinæ Bochnenſes repertæ. Id beneficium *Kingi* vxori *Boleslai* pietatique eius acceptum referunt. Exinde damna ſarcit, quæ ei Tartari intulerant.

1252. Sacer *Stanislaus* inter diuos relatus, reclamante Hoſtienſi Cardinali, & in Faſtis B ſeu Martyrologio exinde connumeratur.

1255. *Mindacus* dux Litvvaniæ magno aſtu a Cruciferis perſuaſus, ad religionem Chriſtianam perducitur. Cum enim armis ab eis eſſet attritus, vt etiam domeſticis inuiſus redderetur, ob nouam videlicet religionem, eum (ſi ſic loqui fas eſt) chriſtianiſant. Vt ita foris & intus conuulſis eius viribus, magis obnoxius eorum iniuriis redderetur. At non ita multo poſt, re animaduerſa, ad ſua idola reſilit. Meminit tamen hiſtoria, Litvvanos iam tunc ante *Iagellonem* aliqua initia habuiſſe religionis. Iamque ante aliquot annis Epiſcopi Litvvanorum, *Gerardus*, inquam, & *Vitus*, in illa feſtiuitate aderant, quando D. *Stanislaus* in nume- C rum ſanctorum aſcribendus promulgabatur, hoc eſt ſeptuageſimo & quinto anno poſt eius mortem, Anno autem Chriſti 1253.

1556. Poloni Morauiam & Opolienſem terram vaſtant. *Hageki* errorem hic noſtri ſcriptores confutant. Vide D. *Cromerum*. *Othocarus* Bohemorum dux (nec dum enim diadema regium acceperat) Pruſſiam perdomuit. Tum *Kinisberga*, id eſt regius mons ad ſinum maris Balthici excitatur, & a regis nomine, *Othocari* videlicet, ſic eſt dictus. Detegit etiam hic triplicem errorem D. *Cromerus Æneæ Syluii*, qui, vt captaret beneuolentiam apud Bohemos, fingit, contra conſenſum hiſtoricum; hunc *Othocarum* debellaſſe has regiones inter D Bohemiam & Regium montem. Secundo quod dicit, ab eodem Tartaros debellatos. Tertio, quod aſſeuerat id ſuis viribus eum confeciſſe. *Aut, inquit Cromerus, oſtendat quando Bohemi eas terras amiſerint; tunc credetur ei, quod eas ſubiecerit. Sed ſi hoc non poteſt oſtendere, neque igitur eius narrationi relinquitur locus.* Brandeburgum etiam in Pruſſis in memoriam Marchionis Brandeburgenſis excitatum fuit ſub idem tempus. Eodem ſeculo fit mentio oppugnati *Raciazy* oppidi a *Swatopelco* illo deſectore, qui primus in eas regiones artificium inuexit veterum Romanorum, teſtudinis ex clypeis conficiendæ, vt milites ſub tali propugnaculo tutius poſſent verſari, & mœnia aggredi

A. C. 1226. atque ſubire. Et hoc artificio in expugnando *Naclo* vſus eſt. Ibi ei exprobatum fuit deſectionis illud ſcelus. Tum ex arce audita fuit vox, quæ ad aures eius vſque peruenit: *Plures*, inquit, *adſunt, qui a fraudulentis victoribus pœnas expetituri ſunt.*

1257. *Richardus* rex Angliæ, rex Romanorum pronunciatus priuilegium Teutonico ordini conficit. *Hyacinthus* etiam hoc tempore ab exilio huius vitæ in domum cœleſtem commigrauit. Verba ſunt hiſtorici. Eodem tempore *Boleslaus Caluus* excommunicatus ob captum & ad ſubuculam vſque exutum *Thomam* Epiſcopum Wratislauienſem. Deſcribunt hic hiſtorici noſtri modum cruciatæ emittendæ, hoc eſt diplomatis, qua cruce ſignatis permittitur reges ac duces vna cum eorum regnis diripere, ſicut acciderat huic *Boleslao Caluo*. Ad hunc videlicet modum: *Scripſit*, inquiunt, *Pontifex magnus* Alexander quartus *ad Archiepiſcopum Gneſnenſem, vt coadiutratis Cruciferis Polonis, concitaret eos contra* Boleslaum. Eodem modo traditur ad Magdeburgenſem Archiepiſcopum mandatum dediſſe, vt a Germanicis quoque Cruciferis idem curet fieri. Ita *Boleslaus Caluus* diſtractus, dum in hanc & in illam partem oculos dirigit, a fratre per dolum capitur.

1258. Bella ciuilia in maiore Polonia inter duces, qui 14. tunc numerantur fuiſſe. Prædicatur *Boleslai Pii*, ducis Caliſienſis audacia, quomodo cum aulico comitatu exercitum magnum hoſtium diſſipauit ad Opatkouicam. Extremis enim perturbatis & primos impellentibus, omnibus maior, quam erat, viſus eſt numerus copiarum, propterea quod ſylua longiorem proſpectum adimebat, clamantium vero hominum ampliorem ſonitum reddebat. *Daniel* etiam Ruſſorum Dux arcem Lublinenſem capit, & monaſterium Zachoſtenſe, vbi pater eius perierat, diripit, Sedomiriam incendit, vna cum Tartaris, quibus ſe ducem præbuerat: Cracouia ab eiſdem incenſa, ita vt *Boleslaus* iterum cogeretur profugere in Hungariam. Sed alii hanc Sedomiriæ incenſionem in annum 1260. referunt. Ideo Sedomiriæ ad eum vſque diem illa martyrum ſtrages anniuerſaria celebritate poſtridie Calendas Iunii magno populi concurſu recolitur. Ita *Daniel*, ſe illa perfidia vltum eſſe cladem *Romani* patris, quam ad Zaichoſtiam acceperat, gloriabatur.

1260. In hunc etiam tempus noſtri ſcriptores (quanquam in viginti annis circiter diſcrepant) *Danielis Romanidis* coronationem referunt. *Daniel Romanides.* Dicuntque eum, poſtquam ſatiatus eſſet cædibus & effuſionibus ſanguinis Polonorum, quas Tartari paſſim ediderant, ſubiugaſſetque magna ex parte Ruſſiam Auſtralem, ſpe erectum ab *Opiſone* legato apoſtolico in Poloniam agente per nuncios petiiſſe, vt ſibi & ſucceſſoribus ſuis titulum regium impetraret; ipſum vero ſancte promiſiſſe, ſe cum vniuerſa gente ſua ad Romanæ & eccleſiæ catholicæ ſocietatem ſiue vnitatem acceſſurum, & chriſtiana regiones aduerſus Tartaros, qui iam ingentem formidinem omnibus principibus chriſtianis incuſſerant, defenſurum. A. C. 1260. Diſſuadebat id *Opiſoni* legato *Predota* Epiſcopus Cracouienſis, & nonnulli alii, ſed nihil profecerunt: obtinuit *Daniel* quod petebat. Sed quod contra promiſerat, non ſeruauit, quin potius fidei & iuriſiurandi religionem violauit, & priſtinæ religioni pertinacius poſtea adhæſit, chriſtianos vero non modo non defendit, ſed etiam cum Tartaris, pariter infeſtauit. Cum Litwanis etiam contra noſtram gentem ſenſit, eiſque commilitauit. Cur autem Pontificibus vltra Poloniam tot reges creare in mentem venerit, nunc non diſputo. Quidam dicunt, hac ratione voluiſſe eos ſedis B Romanæ maieſtatem condecorare, tribus regibus ſimul adiectis præter eos, qui iamdudum regum nomine appellabantur. Alii dicunt hæc facta eſſe in barbam (vt vulgo loquuntur) Imperatoribus occidentalibus. Negabant enim Imperatores, Pontificem habere poteſtatem creandi reges. Contra Pontifices, vt & reipſa & verbis demonſtrarent, ſeſe & velle & poſſe reges creare, tres breui tempore inaugurant, Halicienſem videlicet, Litwanicum, Mindacum & Polocenſem *Wladimirum*; quorum nunc regna a rege Poloniæ tenentur, & in prouincias redacta ſunt. Et, ſi multitudine regnorum gloriari liberet, vt plerique Monarchæ faciunt, certe C Polonorum deeſſent occaſiones titulum ſuum augendi, & infarciendi regnorum nominibus, vt ita rex quinque magnorum regnorum: Poloniæ nimirum, Lituaniæ, Haliciæ, Polociæ, Kiouiæq; diceretur. *Principatus Poloniæ quinque regna.* Cuncta enim hæc dominia a Pontificibus regiis titulis ſunt cohoneſtata inſigniaque, ceremoniis ſolennibus adhibitis, & priuilegiis ad id traditis. Sed quis tandem effectus fuerit multiplicationis tot regum, non eſt difficile cognitu. *Malus exitus conſilii de augendo numero regum.* Barbaræ quidem gentes, Scythæ, inquam, & Turcæ, qui iam ſatis exaſperati erant, ita vt illas regiones vaſtarent, & cateruatim ſæpius ſeſe in eas infunderent, certe regum iſta inſtitutione non parum commoti ſunt ad res nouandas. Timebant enim, ne iſtæ duæ res nouæ, nimirum cruce ſignatorum exer- D citus, qui orientem verſus ſæpe procedebant, & regum nouorum inauguratio aliquod ipſis exitium accelerarent.

Dixi, circa hæc tempora, quando videlicet differunt hiſtorici de clade Sendomirienſium & coronatione *Danielis*, diſcrepare inter ſe in 20. circiter annis. Quod accidit puto propter bella & turbulenta tempora illius ætatis. Vnde fit vt & hiſtoria eius æui plериſque in narrationibus erroris ſuſpicione laboret. Conqueritur etiam hic domus ampliſſima *Sunimorum, Oleſnicorum, Pozouricorum* & aliorum, qui ſigno vtuntur *Debno* nominato, de Monachis ſodalicii illius, qui vitæ inſtitutum ſequuntur cœnobii S. Crucis. Nam volentes hiſtoriam ſuæ ſocie-

ta-

A. C. 1226. tatis ſpecioſiorem magiſque figuratam reddere, multa confinxerunt, quæ pugnant cum hiſtoria familiæ eorum, quam per manus a maioribus ſuis traditam accepere. Certum eſt autem, & pro confeſſo tenendum, *Dembrotem*, qui ſignum ſanctæ Crucis reduxit, *Polouncium* fuiſſe; qui *Polouncii* ab illis Gothis Italiæ vaſtatoribus originem ducunt: habitaſſeque in eadem plaga Ruſſiæ, vbi nunc eſt ſolitudo, & coloniæ nonnullæ ipſorum. Et credibile eſt, ideo ipſum ac *Polouncios* omnes Tartaros vocatos fuiſſe, non quod Tartari eſſent: ſed quia cum Ducibus Ruſſorum *Leone* & *Romano*, qui vindicaturi clades ſuperiores venerant a Polonis acceptas, duces itineris Scythis in Poloniam ſe præbuerant. Inde, inquam, factum eſſa reor, vt per inuidiam Tartari vocarentur. Præſertim cum etiam in vicinia Tartariæ habitarent. Non minus autem ſcite, quam vere, a *Ptolomao* dictum eſt: Finis vnius rei participat de appellatione alterius. Quam ob cauſam, confinii videlicet ratione, Sarmatæ, atque etiam Germani interdum ab autoribus Scythæ appellantur; de qua figura ſermonis luculentius libro primo huius operis a nobis diſputatum eſt. Sed & aliæ coniecturæ non deſunt, quibus docetur eadem res. Neque enim alioqui, ſi *Dembrotes* Tartarus ſeu Scytha fuiſſet, ſignum ſanctæ Crucis per eum remiſſum fuiſſet. Nam ad primum conſpectum a Sendomirienſibus fuiſſet diſcerptus, & illi, qui cognatos ſuos non ita pridem crudeliter ab eo trucidatos meminerant, cupiditate vindictæ, ſanguine eius ſuis parentaſſent. Sed quia eum & generis Gothici antiquitas, & religionis vnitas, linguæq; Ruſſicæ vſus commendabilem apud noſtros, vt ipſius populares, reddebant, ideo hunc præ aliis idoneum putabant, qui tuto & commode ad ſuos veluti contribules ſacrum iſtud ſignum ferre poſſet. Et virgo *Adleida Debnades* ideo in nuptias eius facilius conſenſit, quod hominem ſuæ religionis eſſe, nec ita multum a ſe diſſidere perceperat. Præterea (pace ſodalitii illius dixerim) apparet hanc hiſtoriam minime ſecum conſentire. Nam ſi año 1260. ſub *Boleslao Puduo* fuit crux relata, & rurſus ſub *Cazimiro magno*, anno 32. vbi latebat, demonſtrata, quomodo ab eodem reportata & demonſtrata credetur, quandoquidem prius tempus a poſteriore propemodum 100. annis differt? Per quod temporis ſpatium tres reges interceſſerant: *Pramislus* nimirum rex, *Venceslaus* Bohemus, & *Wladislaus Locticus*, & bona pars regiminis *Cazimiri magni*. Iam autem, cum Sendomiria vaſtaretur, dux cohortum nuncupatus eſt, & agmen ducebat. Ideo 40. aut paulo minus annos is tunc natus fuiſſe coniicitur. Sed coniectura hac omiſſa, ad inſtitutum reuertamur.

Origo Dembrotiorum inter quos frequentiores Slenienti habitant.

Circa hæc tempora vrbs Cracouienſis iure Teutonico, quod & Stedenſe vocatur, vti cœpit. Condonet lector, quod breuiter & ſuccincte capita rerum enumeramus, neque enim noſtrum propoſitum eſt ea, quæ alii prolixe tradiderunt, largius proſequi: ſatis eſt, quod primam partem hiſtoriæ noſtræ ab aliis neglectam tradidimus. Porro capita rerum in hac ſecunda parte tantum proponere ſufficiat, vt ſaltem complementum hiſtoriæ habeat lector.

A. C. 1226.

1260. Circa hæc tempora *Michael Palæologus* Græcorum Imperator auxilio *Gvilelmi* ducis Genuenſium occupat Byzantium; inde inuaſit imperium Orientis, *Balduinum*que cum Gallis expulit. Huius progenies Conſtantinopolim obtinuit annis fere ducentis. Interim Bulgari, Raſcii, Seruii, & aliæ gentes Slauonicæ ſuis parebant regibus, & Deſpotis. Et qui antea amici aut confœderati Conſtantinopolitanis erant, mox hoſtes facti, aſſiduis incurſionibus Thraciam & Macedoniam infeſtant.

1263. *Boleslaus Pudicus*, cum videret Iazygas, gentem ferocem, ſæpius ipſius terras infeſtare, regionem eorum agmine compoſito ſemperque inſtructo, 22. menſis Iulii ingreditur. Sciebat enim gentem indomitam, atque aut mori, aut vincere animo obfirmatam, ad pugnã quamuis iniquiſſimam accurſuram. Nec eum opinio fefellit. Nam ſtatim illuceſcente Sole, vbi ſe noſtri in conſpectum eis obtulerunt, magna alacritate ad eos contendunt. Producit *Boleslaus* ſuos in aciem; Concurritur infeſtis armis. Cumq; aliquot horis Marte dubio pugnatum eſſet, tandem inſtantibus noſtris, ad paucos rediguntur Barbari, ducemque ipſum *Cunbatum* inter primos pugnantem amittunt, & tamen pedem non referunt. Ita fortiter dimicantes occidione occiſi ſunt, & qui remanſerant ex militari ordine, religionem Chriſtianam, capitali pœna propoſita, ſuſcipere ſunt coacti. Tametſi autem de Iazygum origine plerique hæſitant, tamen Sarmatas fuiſſe nemini dubium eſt; Sarmaticaque lingua eos locutos, vel inde euinci poteſt, quod hactenus tam hi, qui in Podlaſia habitant, quam illi, qui ad Tibiſcum in Hungaria hactenus manẽt, lingua Slauonica, licet paulo difficiliore, quam Ruſſi, vtuntur. Et hic dux eorum *Cunbatus*, de quo modo diximus, nomen prorſus Ruſſicum habuit. De iis autem quum iam aliquoties dixerimus, ſuperuacaneum eſt de iiſdem luculentius diſſerere. *Tapia* eodem anno in Pruſſia excitatur.

Iazygum origo.

1263. Eccleſiam parochialem Mariæ Magdalenæ Poſnaniæ fundatam *Miechouienſis* tradit.

1264. Monaſterium in Brzescie Cuiauienſi fundatur.

1264. Ruſſi & Tartari fuſi & profligati a Polonis ad Pietam campum. Dux autem Ruſſorum erat *Suarno*. Nam *Daniel Romanides* paulo ante mortuus erat, licet *Miechouienſis* mortem eius in annum 1266. referat. Victoria hæc accidit Iunii menſe eadem die, qua ante ad Zaichoſtiam a noſtris proſpere pugnatum fuerat. Res primo eminus ſcorpionibus, & arcubus gerebatur, ſed dum Scythæ in eo genere pugnæ exercitatos ſe declarant, inuehuntur noſtri in acies eorum, & cominus haſtis atq; gladiis res ge-

A. C. 1226. geritur. Referunt pedem hoſtes, inſtant noſtri. Nitebatur *Suarno* reſtituere ſuorum aciem: ſed, cum nihil ageret, in fugam ſe coniicit, atq; A ita vniuerſa acies hoſtium conuertitur, & mutuo ſeſe impellit & impedit. Ita noſtri plena potiuntur victoria. Exiſtimatum eſt tum piis precibus principis *Boleslai*, & religioſæ coniugis *Kunegundis*, impetratam fuiſſe illam victoriam, magis quam humanis viribus, cum numero hoſtes quadruplo noſtros excederent. Nam certo narratur, *Kingi* Reginæ aſtitiſſe tum duos candidatos angelos, qui futuri belli euentum ei prædixerint. Vnde videre licet, vt iam aliquoties dictum eſt, regna primordialia magis peculiari cura tutelaq; a Deo cœlitus defendi, quam ea, quæ proximis ſeculis ſuppullulaſſe creduntur. Numerantur autem iuxta Moſem a Lyrano 73. vt ſunt Iberorum, Celtarum, Tuiſco- B num, Sarmatarum, & conſimilia.

1264. Hoc anno Cometes dirus & luridus arſit, in occaſum ſeſe porrigens, durauitque tres menſes, quo etiam tempore *Vrbanus* Papa, vt *Miechouienſis* refert, feſtiuitatem corporis Chriſti inſtituit. Eodem tempore, *Boleslaus* Dux Caliſienſis, atauus *Cazimiri Magni* priuilegia & libertates indulſit Iudæis, quas ſcriptores hiſtoriæ Polonicæ & *Priluzius*, vt legibus contrarias, reprehendunt. Quod cum ego ſenioribus Iudæorum aliquoties obiicerem; ad hunc modum reſponderunt: *Si hac ita ſe haberent, vt* Priluſius *dicit, certe nos non tuliſſent Reges, non modo per hosce trecentos annos, ſed ne per tres menſes quidem.* Adieceruntque, ſe habere C confirmationes ſuarum libertatum & priuilegiorum non ſolum a regibus Poloniæ, qui ordine alter poſt alterum vixerunt, ſed etiam ab Imperatoribus, ipſisque denique ſummis Pontificibus Romanis, quorum exemplo Dux *Boleslaus* maioris Poloniæ & *Cazimirus Magnus* cæterique Reges easdem confirmarunt, corroboraruntque.

Quinta expeditio.

1263. Dux Bruſinga, & Margrauius Morauiæ cum filio, & Landgrauius Turingiæ magnam vim militum contra Pruſſos adduxerunt, vt vleiſcerentur mortem Helmerici *Magiſtri, quem in Lubuſouienſi terra cum exercitu fere oc-* D *cidione occiderant. Superiore autem anno Wilauum arcem, a Regio monte triginta millibus paſſuum ſitam, Lituani, adhibitis variis bellicis machinis, magna contentione oppugnant.*

1266. *Predota* Epiſcopus Cracouienſis mortuus eſt.

1266. Arcem Cracouienſem, totum montem complectendo, *Boleslaus Pudicus* reſtaurat. Circa eadem tempora *Salome* Halicienſis Regina, *Boleslai Pudici* ſoror, vxor vero *Colomani* in Zaichoſtienſi monaſterio vixit, deinde in Skalenſi vitam exegit. Funus eius Cracouiam ad D. Franciſci templum illatum eſt.

Sexta expeditio.

A. C. 1266.

1266. *Nec minus etiam celebris fuit* Othocari *regis Bohemiæ expeditio in Pruſſiam hoc anno. Erant enim in illo exercitu Poloni, Bohemi, Sylleſii. Sed & Ruſſi eodem tempore* Nadrouitas, *&* Scalouitas, *annis 60. ante aduentum Marianorum, ex veteribus ipſorum ſedibus, vbi eſt nunc Ragenta, eiicere contendunt. Cumque iſti arctiore obſidione in arce quadam premerentur, interrogati, quonam pacto inediam tam diu ſuſtinerent: reſponderunt, ſe viuarium quoddam in area arcis habere, quod illis piſcium copiam ſuppeditet. Subiungit* Duisburchius *hiſtoriæ illius ſcriptor atque exclamans:* Mirum eſt, *inquit*; cum gentiles poſſeſſores illius arcis eſſent, viuarium illud tantam copiam piſcium illis affatim producebat, nunc poſtquam Chriſtiani potiuntur iſto loco, tantum ranis illud viuarium ſcatet. *Sed tandem inquit*, iudicia Dei ſunt inperueſtigabilia. *Demonſtrauimus autem in chorographia noſtra, illius regionis antiquiſſimos fuiſſe poſſeſſores Slauinos, adeo etiam nunc Slauonia illa prouincia vocatur, vnde &* Ptolomæus *Venedicum ſinum mare illud appellat. Ideo à* Nadrouitis *Pruſſis Ruſſorum Principes tam enixe eam vindicare contendunt. Hoc tempore etiam Regiomontana arx fuit excitata, & ad conſeruandam memoriam huius expeditionis* Otthocari *regis Bohemiæ Mons regius eſt vocata. Hoc quoque tempore apud Lituanos regnabat* Troinata, *qui* Mondocum *patrem* C *vna cum duobus filiis* Rukla *&* Repikaſcha *auxilio* Doumantis *iugulauerat. Sed & ipſe non ita multo poſt à* Woyſilkone *comprehenſus in venatione excarnificatus fuit. Fuit* Woyſilko *filius etiam* Mondoci, *ſed monaſticam vitam profeſſus in Vronſcenſi monaſterio ad Pinsko priuatim vitam religioſam ducebat. Hunc proceres Lituani diu renuentem cunctantemque precibus & inuitationibus ſollicitantes ad gubernacula Reipubl. ſuæ, in tanta rerum perturbatione, euocauerant. Kiernoniaque ſolenni ceremonia inaugurauerant. Euectus ad eam dignitatem, nihiloſecius voti ſui memor, veſtem ritualem monaſticam ſeu cucullum ſupra Ducalem habitum ſuperinduebat. Sed hunc non ita multo* D *poſt*, Leo *Dux Ruſſorum per ſpeciem comitialium conſultationum ad interiorem Ruſſiæ, Wladimiriam illam vicinam nobis in Volhynia, euocatum poſt conuiuium quoddam manu ſua interficit. Iam enim à conuiuio* Leo *& reliqui conuiuæ Duces ad ſua diuerſoria abierant, cum mora parua interiecta,* Leo *ad curiam* Woyſilkonis *rediens in cubili dormientem excitat, & quaſi adhuc comeſſatiuncula indulgere volens, elicere conatur. Bibemus adhuc.* Kumie, *ſic enim Ruſſi affines ſuos blandiuſcule vocitare ſolent. At vbi non pareret ille, euaginato acinace, caput eius diſſecuit, ita vt cerebro paries proximus aſpergeretur. Ita* Woyſilko *miſerabili morte vitam ſimulq; poſteritatem perfidi* Mendoci

Woyſilko interfectus crudeliter.

pa-

A. C. 1226.

patris, adeoque ſtirpis antiquæ Centamorum *ab inſignibus auitis dicta finiuit: continuataque tamdiu ſucceſſio in principatu, in aliam familiam* A Columnarum *dictam, electo* Vithene *& ſede ducali Nouogrodiam translata, iſto tempore tranſiit. Delati ad commemorationem iſtarum duarum familiarum celeberrimarum Lituanorum, paucula hic, hiſtoricos Lituanicos ſubmonituri, adiiciemus. Germani ſcriptores viri eruditi, & in hiſtorica lectione verſati*, Columnarum, Vrſinorum, Scaligerorum, *& aliorum conſimilium familias à Germanis non à Romanis veteribus deriuant. Romanos quidem eſſe fatentur, ſed poſterioribus temporibus ab Imperatoribus Germanicis Romæ collocatos iusq; ciuitatis adeptos, in eum finem, vt iſthic manentes, tanquam Imperatorum clientes, & alumni (nam reditibus certis & portoriis ab iisdem aucti erant) autoritatem ipſorum aduerſus indignatio-* B *nem Pontificum, ſi quando oboriretur, tuerentur. Hac igitur ratione familiæ Lituaniæ* Columnarum & Centamorum *à Romanis originem ſuam trahere potuerunt. Sed hæc transmigratio vt longe poſterioribus temporibus acciderit, neceſſe eſt; quando nimirum* Guelphorum & Gibellinorum *factiones extiterunt & per Italiam Germaniamque ſunt ſparſæ. Ex prædictis igitur cauſis & per prædictam occaſionem has gentes ex Germania in Italiam traductas fuiſſe tradunt. Neque hoc abſurdum videri poteſt. Nam rerum Romanarum antiquiores ſcriptores* Columnarum *ac* Vrſinorum *nullam mentionem faciunt. Fieri autem poteſt, vt cum Cruciferis, qui expeditionibus frequentibus, terra ma-* C *rique viam ex Italia ſeptemtrionem verſus aperuerunt, & ab vrbe Roma veteri ad Romam nouam, ad litus Balthicum ſitum (ſic enim portus ille Curlandicus ad imitationem comparationis Romæ Romuleæ cuius Roma Conſtantinopolitana, quæ etiam νέα Ῥώμη vocabatur, antiquitus nominatus eſt, & ibidem Pontifex etiam gentilis,* Kriuei Kriueto *dictus, ſedem ſuam habuit primariam) huc aduenerint. Qui demum inſinuantes ſe in amicitiam Lituanorum, primo ſocii, demum & domini gentis eſſe cœperunt. Hanc veriſimiliorem originem* Columnarum *Lituanicorum eſſe puto. Nam &* Dorſprungii *nomen &* Proſperi *magis eſt cognatum ſono Germanicis nominibus, quam Italicis. De* Li- D *bone Nauarcho* Pompeii *ſpecioſior narratio videtur. Sed ego de rebus vetuſtis iudicium hic cuique ſuum relinquo: meliora adferentibus ſubſcribam & cedam.*

Origo Columnarum Vrſinorumque.

1268. *Suatopelcus* decrepitus iam, mortuus eſt, & recordatus defectionis ſuæ, moriturus filiis mandat, vt Polonos duces omni ratione & beneuolentia ſibi deuinciant. Quod quia poſtea obliti ſunt facere, magnis ſe calamitatibus implicarunt.

1270. *Ludouicus von Balderhem* Magiſter prouincialis Pruſſiæ (erant enim alii Generales) vna cum Liuoniæ Magiſtro Pleſcouiam obſidet, & Ruſſos ad faciendam pacem coegit.

A. C. 1226.

1271. *Paulus* Epiſcopus Cracouienſis ob raptum ſacratæ virginis ex Skalenſi monaſterio, qua abuſus eſſe fertur, Syradiam iuſſu vel permiſſu *Boleslai* ab *Othone* & *Zegota* iuuenibus *Toporum* familia ortis, deportatur, ibiq; menſem vnum ſeruatur. Hic diuinitus quadam die de cœlo ob ſua ſcelera increpatus fertur huiusmodi verbis: *Væ tibi*, Paule *Epiſcope*. Rurſus ferunt, talibus dictis eum in cubiculum compellatum: *Ne timeas*, Paule *Epiſcope, age quod lubet, ſeptimo deinde anno morieris.*

Paulus Epiſcopus Cracouienſis.

1273. *Boleslai* victoria contra defectores in hunc annum incidit. Huius belli concitator fuiſſe fertur idem *Paulus* Epiſcopus. Ipſe tamen *Boleslaus* non prorſus immunis à culpa fuiſſe fertur. Nimirum, quod indulgentia quadam calumnias in iudiciis regnare pateretur; quibus etiam hactenus impune laborant cauſidici noſtri ſeculi. Neque prorſus incorruptus iudex fuiſſe ferebatur: oneroſus item nobilitati propter crebras venationes. Nam tunc ferunt adhuc nobiles ſubuectiones præbuiſſe principibus. Itaque mutatione pleri que principis, nouoque domino creato, ſperabant ſe liberatum iri iſtis malis. *Paulus* tamen autor fuit conuenticulorum aduerſus Principes, ſemina iaciendo futuri belli.

1279. Hoc anno *Boleslaus Pudicus* ad quartum Idus Decembris fatis conceſſit. Cracouiæ apud diuum *Franciſcum*, quod monaſterium ipſe condiderat, ſepultus eſt in choro templi à ſiniſtra parte. In cuius ſepulchro tale epitaphium legitur: ANNO DOMINI MCCXX. OBIIT ILLVSTRISSIMVS PRINCEPS & DOMINVS BOLESLAVS CRACOVIENSIS, &c. Sed inſcriptio tempore variat à calculo chronologorum noſtrorum. Benignus & religioſus Princeps fuit. Cuius illa extant in Cracouienſem Epiſcopum, & eccleſiam memorabilia beneficia, quibus ſacerdotes, eorumque adſcripticios ab omnibus penſionibus & teloniis liberauit, ab omni item iurisdictione magiſtratuum ſuaque ipſius exemit (quod ab Archiepiſcopo etiam quodam effectum fuiſſe ſupra meminimus) Epiſcopumque omnino Ducali iure in bonis ſuis eſſe voluit. Adhæc poteſtatem fecit Canonicis Cracouienſibus ſenos ex nobilitate aut duodenos ex plebe, quos vellent, ab expeditione bellica eximendi. Condidit etiam ſancti Marci monaſterium Cracouiæ. Ciuitatem Cracouienſem iure Saxonico ſiue Magdeburgenſi, quod etiam Sredenſe & Teutonicum vocatur, vti iuſſit, conſtituitque. Quinquaginta duos annos poſt mortem patris *Kinga* vxor virgo permanſit, mortemque mariti moderate tulit. Diſtractisque cunctis facultatibus in vſus egenorum, diui Franciſci profeſſioni & inſtituto vitæ ſeſe addixit. Poſtremo Sedeciam commigrauit, ibique reliquum tempus vitæ in monaſterio peregit. Non multo poſt

Epitaphium Boleslai.

Immunitas Cleri.

A bellica expeditione tunc primum clerus exemptus.

S. Marci monaſterium.

Kinga Regina & Ducis ſa.

A. C. 1226. *Pudicum* mortuus eſt *Boleslaus Caluus* Legnicienſium Dux *Rogatka* dictus.

De origine Ducum & Archiducum Auſtriæ.

Rudolphus Albertum filium Auguſtæ Vindelicorum, in conuentu principum Auſtriæ, Styriæ, Carinthiæ & Carniolæ ducem appellauit, à quo originem duxerunt ii, qui deinceps illis regionibus præfuere vsque ad noſtra tempora, & *Carolum Quintum* Imperatorem, Hiſpanorum, Siculorum, Neapolitanorumque regem, ac *Ferdinandum* Cæſarem, regem Romanorum, Hungarorum, & Bohemorum, fratres germanos, ac liberos eorum inclytos.

CAPVT XXI.

Leſcus Niger.

Anno ab orbe condito	*5345.*
Anno Chriſti	*1279.*

A. C. 1279. SVcceſſorem *Boleslaus* accepit *Leſcum Nigrum* Siradienſem Ducem. Hunc enim viuus adoptauerat: præterea ex fratre patruele nepos ei fuit. Patri igitur adoptiuo *Leſcus* iuſtis perſolutis, nemine ex cognatis aduerſante, rerum potitur. Inter extraneos Ruſſi primum duce *Leone Danielis* filio & *Romani* illius Halicienſium nepote, adiunctis ſibi Tartaris, primo Lituaniam, deinde & Poloniam aggrediuntur. Cum iſtis Palatini duo ad Goslice pagum altero à Sendomiria milliario temere quidem, vt qui multo pauciores, ſed tamen euentu proſpero concurrunt, commiſſoque prælio, tertia die Februarii eos fuderunt. Nam, C cæſis primis, magna trepidatio cæteros inuaſit. Sic, abiectis armis, terga verterunt. Cæſa feruntur in eo prælio hoſtium octo millia, capta duo, militaria ſigna ſeptem. Noſtri victoria potiti, mox Ruſſiam vaſtant vsque Leopolim. quæ vrbs ab hoc duce conditore nomen tunc accepiſſe dicitur.

Prælium Gozlicienſe.

1281. Bellum cum *Henricho* Wratislauienſi nomine tantum & non re ipſa, *Probo* dicto, ob Duces tres captos. Quo anno etiam Siculi Gallos vna hora, dato campanæ ad veſperas ſigno, per omnes vrbes ex compoſito trucidant. Hinc in prouerbium abiit: *Siculæ veſpera.*

1282. Iuſtum *Leſcus* dicebat Cracouiæ, cum D audiſſet Lituanos & Iazygas ſubita excurſione Lublinenſium regionem tripartito agmine depopulari. Itaque ſepoſitis omnibus negotiis, armis correptis, magnis itineribus ad eos contendit. Sed hoſtes iam præda onuſti receſſerant. Itaque cum laſſus animo angeretur, ſopore eum inuadente, diuinitus conſolatur a quodam, qui ſpeciem diui Michaëlis referebat, in ſomno ſi apparente: qui ei ſponſionem certæ victoriæ faciebat, ſi non deſiſteret, & perſequeretur hoſtem. Paruit ille. Nam, cum ſomnium hoc militibus mane expoſuiſſet, dici non poteſt, quam eos alacres ad perſequendos hoſtes reddiderit. Itaque cum recentibus hoſtium veſtigiis inſiſteret, 13. Octobris ad Naruam & Nemen flumina eos conſequitur. Perculſi aliquo mo- A do metu, cum ſe iam euaſiſſe ſperarent. Sed tandem ad arma ventum, Iazygibus *arma arma* acclamantibus. Modum pugnæ & inſtructionem exercitus habes à me in libello Campiductoriæ expreſſum. In ſumma, victoria noſtri ponti ſunt glorioſa. Nam & canes noſtratium, quos ſecum iam ducebant Barbari, vt lætiore vlulatu noſtris quodammodo gratulabantur ſic ſæuis morſibus Barbaros ipſos impetebant. In eo prælio reliquiæ Iazygum equeſtris ordinis, qui a ſuſcepta religione defecerant, penitus extinctæ ſunt & deletæ. *Leſcus* victor in Poloniam rediens diuo Michaëli, qui ſibi in ſomnis victoriæ ſpem fecerat, Lublini templum eius rei mnemoſynon condidit.

A. C. 1279.

B

Septima expeditio.

Tunc Liuonici Enſiferi totis viribus ſuum robur in vnum conferentes Lituaniam ingreſſi, cum Doumante *prælium acerrimum committunt in campis Vidiminſciis* Gedrociorum, *duobus milliariis à ſtagno nobili* Kiamento *dicto. Ibi robur Liuonum concidit, totusque illorum exercitus deletus eſt. Vnde campus ille hactenus* Caulis *vocatur, quod ſignificat bellum lingua Lituanica. Inueniuntur illic hactenus à colonis fragmenta framearum, ſagittarum, & pils haſtarum. Celebratur etiamnum ab agreſtibus cantiunculis hic* Doumantes, *qui tandem ſeditione, ciuiliumque bellorum incommodis patria extorris & ex-* C *truſus ad Pleſcouienſes profugit, à quibus etiam in Principem fuit electus. Hic primum Pleſcouiam muris cingere cœpit. Vnde Pleſcouienſes Moſchi quandam ſuorum mœniorum partem, parietem* Doumantis *hactenus vocant. Sed quia ambiens principatum Lituanicum ad necandum* Troidenum *Ducem ſubornauerat ruſticos, qui redeuntem à balneo nihilque tale ſuſpicantem fuſtibus interemerunt, ideo à* Laurafio *filio eius prælio victus & trucidatus eſt. Fuit igitur* Laurafius *filius* Troideni *Reguli Lituanorum, qui, vanitate gloria huius mundi ſpreta, in monaſterium ſeſe abdiderat. Sed ob cadem patris grauiſſime commotus, cucullo abiecto ad tempus, & correptis armis* Doumantem *per-* D *ſequutus eſt, exercituque eius fuſo, eum interemit. Poſtea, vbi iræ ſua ſatisfeciſſet, ad inſtitutum regula redit, deſignato in locum ſuum Lituanis principe* Vithene. *Ab hoc ſe libertates accepiſſe, gloriatur Lituania. Sed forſan mala fide à principibus, qui* Laurafio *ſucceſſerunt, ſeruata, aut ab ipſiſmet negligenter curata & diſſenſa ſunt. Vsque enim ad* Cazimirum *Poloniæ regem & forſan ad* Auguſtum, *ingemiſcebant conquerentes, ſe oppreſſos ſeruitute, populi Lituaniæ. Hæc per modum compendii cuiuſdam de rebus Lituanorum percurruntur.*

Campus Caulis.

1283. *Suetopelcidæ* Duces Pomeranorum Cruciferis ſua donarunt. At donationes illas legatus Pontificius *Philippus* Epiſcopus Fir-

A. C. 1279.

Donationum reſcindendi ius penes legatum Pontificis.

Firmianus, qui tum ex Hungaria male ibi tractatus venerat, reſcidit. Gnieuenſe tamen territorium eis conceſſit; in quo mox arcem condiderunt, præſidioq; firmarunt. Eodem anno *Leſcus* prœliatus eſt cum Lituania ad Lokouiam, qui tum Sędomirienſem agrum vaſtabant. Laudatur hic pietas *Leſci*, qui initurua prælium, ſuos milites ad homiliandum ſe Deo cohortabatur, & ſacroſanctæ Euchariſtiæ vſu, peccatorumque confeſſione ſe cõmunire iubebat. Addidit & cohortatoriã orationem, qua eis ob oculos poſuit, honeſtiſſimum eſſe pro patria mori, gloriæ, quam vitæ, bonos fortesq; viros cupidiores eſſe debere. Irent ergo alacres, cæſorum hoſtium ſanguine ſuis parentarent, & captiuoa opem lachrymis & eiulationibꝰ implorantes liberarent. Inſtructionis huiua hypotypoſim in Campiductoriæ meæ libello reperies. Apparuit hinc ſũma fortitudo noſtrorum hominum, qui, quaſi firmo muro obiecto, denſo agmine acies hoſtium disiecerunt. Poſt debellatos hoſtes in *Paulum* illum Epiſcopum Cracouienſem animaduerſum eſt, qui captus, in Syradiam iterum à ſatellitibus eſt deportatus. Creditum eſt enim eum memorem prioris captiuitatis, quum apud *Leſcum* detineretur, per quosdam nobiles ex Sędomirienſibus Lituanos ad illas incurſiones Poloniæ concitaſſe. Magnaa enim neceſſitudines & clientelas habuit *Paulus* io tractu Sędomirienſi; quibua confiſus ſemper rebus nouandis ſtudebat. Illo ipſo tempore *Lucardis* mors condolenda, vxoris *Premisli* maioris Poloniæ Ducis, accidiſſe fertur; quæ à pediſſequis ſuis iugulata fuit. Nec expers huius culpæ *Præmislus* eſt habitus; eo quod ne quæſtionem quidem de ſcelere habuiſſet, nec pœnas exegiſſet. Vulgari igitur carmine notatus eſt, quod carmen ſua ætate *Dlugoſſus* vulgo cantari ſolitum eſſe memorat. In hac elegia, vel cantico, oratio *Lucardis* miſerabilia expreſſa fuit, quæ maritum pro coniugali amore & honore, quem illi ſemper habuiſſet, ſupplex orabat, ne vitam ſibi adimeret, ſed vel vna ſubucula tectam in domum paternam remittat. Cauſa vero huius parricidii *Præmislo* ea fuiſſe fertur, quod nullos ex ea ſuſciperet liberoa. Sed non ioultum id ſcelus tulit *Præmislus*. Nam etiam poſt ſecundas nuptias prorſua abſq; maſcula prole deceſſit. Erat illud ſeculum corruptum, & Principes pleriq; illicitis libidinibus dediti erant. Narratur fere per idem tempus, *Alberti* Comitis Turingiæ, cum inſigni eiꝰ vxoris calamitate ac miſeria exemplum damnatæ libidinis. Duxerat iſte *Margaretam Friderici II.* Imperatoris filiam, ex qua duos filios ſuſceperat, *Fridericum* & *Ticemanum* generoſiſſimæ indolis adoleſcentes. Sed ea non contentus, exarſit amore pellicis tanto, vt etiam vitæ coniugis inſidias ſtrueret. De quibus illa certiſſimis iodiciis edocta, vt cederet furoribua & ſceleri mariti, & vitæ conſuleret, hortantibus amicis prudentibua ac fidelibus, conſiliũ de fuga cœpit. Oſtenditur adhuc locus in arce Iſenacenſi, vbi non eſt

Lucardis mors miſerabilis.

alta magnitudo à ſcopulo extra arcem & feneſtram ex qua domina cum quinq; comitibua demiſſa fuit. Nocte cum migratura eſſet, priusquam à filiis diſcederet, aſſidebat ad lectulos, & calamitatem ſuam deplorabat, cumq; conſiliarius ſenex & matronæ eam comitantes hortarentur, vt properaret; tandem valedictura filiis auellebatur inuita, quod eorum pericula ſciret non leuiora ſuis, *Fridericum* natu maiorem, lachrymis & eiulatu, materni doloris magnitudinem oſtendens, oſculis crebris complexa, poſtremo mirabili motu genam eius mordicus prehendit ac læſit. Vulneris cicatricem Princeps quoad vixit, retinuit, & cognomentum inde *Admorſi* conſecutus eſt. Mater tandem Francofurtum euaſit, vbi io monaſterio virginum commorata, ne procul a filiis abeſſet, poſt paucos annos mortua eſt. In illud etiam tempus miſerandus caſus Epiſcopi Wratislauienſis refertur, cuius cauſa hæc fuit: Imperauerat quandam contributionem ordini eccleſiaſtico *Henrichus Pius* Wratislauienſis, quæ cum non daretur, ille bona epiſcopalia occupat, ob quam cauſam ab Archiepiſcopo *Swinka* Gneſnenſi excommunicatur. Et quia excommunicatio ſecum trahebat interdictionem à ſacris, & ceremonia religionis plebi adempta & ſublata, murmur, odia, & querelæ excitantur. Itaque ille, vt iſtum Gordianum nodum ſemel præcideret, iratus Epiſcopum & Sacerdotes omnea ditione ſua eiecit, ne ſcilicet vulgus dum ociosos Sacerdotes perambulantes videret per vrbem nec ſacra peragentes, aſpectu eorum magis ad detrahendum ei irritaretur, ſtudiaque in contraria, vt fieri ſolet, ſcinderetur. Perlata hæc res fuit vsque ad concilium Lugdunenſe: ſed iam prius aures patrum falſis criminationibus *Henrichus* per legatos occupauerat. Itaque *Thomas* io quintum vsq; annum exilium perfert apud Ratiborienſem Ducem, à quo honeſte habitus fuit: ſed & Ratiborienſem Ducem bello eã ob cauſam *Henricus* perſequitur, agrosq; eius diripit, nilq; omittit, quod ab irato hoſte in eo caſu fieri ſolet. Cum igitur obſidiona aliquãtulum Ratiborienſis premeretur, ne aliqua ſibi maiora incommoda ab *Henricho* accerſeret, ipſemet Epiſcopus indutus Pontificia veſte, cum Sacerdotibus ad *Henrichum* prodit. Attonitus *Henrichus*, & quaſi numine afflatus de papilione exiliit, & obuiam proſiliens ad pedes Epiſcopi ſeſe abiecit: conſecuta eſt demum reconciliatio. Nam animo ita compunctus erat *Henrichus*, vt etiam Wratislauiam ipſam vrbem cum territorio ſempiterno iure eccleſiæ, & ipſi donaret: ſed Epiſcopus pius eã donationem abnuit & refutauit. Deus tam prudentes & manſuetoa procul à maleuolentia Epiſcopos huic ſeculo deprauato largiatur. In minore autem Polonia *Paulus* telam, quam texere cœperat in perniciem *Leſci*, perfecit. Ita enim ei odia & pericula procreauerat, vt etiam ægre ſe Cracouiæ cum vxore ſuſtentarea & defenderet, cunctis contra eum inſurgentibus. Nam & ii,

qui

A. C. 1279.

Exemplum iniqui principis erga Epiſcopum.

Epiſcopi manſuetudo qua fregit pertinaciam Principis.

A. C. 1279.

qui ei fauebant, quique in comitatu eius aulico fuerant, ab eo ſe ſubducebant, veriti ne ſibi fraudi eſſet, à publico vniuerſi conuentus conſenſu, A qui contra *Leſcum* agitabat conſilia, diſſidere. Cracouia ſola tum in fide *Leſci* permanſit: ipſe cum vxore in Hungariam profugerat. Requiſiti tandem Cracouienſes à cunctis ordinibus, reſponderunt: Non licere ſibi iuſiurandum *Leſco* ſemel datum violare. Gratus fuit poſtea *Leſcus* & memor tantæ beneuolentiæ, quam in duriore fortuna à Cracouienſibus expertus eſt. Ideo Teutonibus ſolis regimen vrbis tunc attribuit, habitu quoque & cultu corporis cum eis conformato, oſtendens quanti eos faceret. Hæc anno 1285. geſta ſunt.

Fides Cracouienſium in Leſcum.

Ac re ſemel in deterius vergente multæ calamitates tum in Poloniam & Poloniæ principem *Leſcum* coniuraſſe videbantur. B Goſtinum à *Cazimiro* ſurreptum, Ploſcum à *Wladulao* interceptum, & Sochaczouia. Pruſſia tum vermes caudis cancrorum conſimiles produxerat, qui, quoscunque aculeo pupugiſſent, intra tertium diem extinguebant. Dobrinum à Pruſſis incenſum. Mazouia Cirnenſis à *Leſco* vaſtata. Tartari Poloniam depopulantur, à quibus Cracouia ægrè ſeſe defendit. Syradienſes fuſi & præda exuti a Mazouiis, contra Mazouia à Syradienſibus. Tartari tum Sedecenſi monaſterio, pauore, vt creditum eſt, diuinitus perculſi pariunt. Tanta autem tum præda è Polonia à Tartaris abacta eſſe dicitur, vt cum eam apud Wladimiriam recognoſcerent & C partirentur inter ſe, vnum & viginti millia innuptarum puellarum cenſa eſſe dicantur.

Calamitates quæ præceſſerunt Leſci mortem.

Leſcus igitur his aduerſis rebus & ſuggillationibus hominum afflictus ex mœrore & angore animi in morbum incidit, quo tanquam igne deuſtus & tabefactus vltima die Septembris vita hac miſera defunctus, & in templo S. Trinitatis apud ſodales Dominicanos honorifice ſepultus eſt. Cui epitaphium tale eſt inſcriptum: HIC SEPVLTVS LESCO NIGER DVX CRACOVIENSIS ET SENDOMIRIENSIS, QVI DIEBVS VITÆ SVÆ HVNC LOCVM ORNAVIT. OBIIT ANNO MCCLXXXVIIII. Bonus & frugi princeps fuit, ſi vltima prioribus reſpondiſſent. Donauit hic Epiſcopo Craconi- D enſi iure ſempiterno decimam de omnibus metallis in cuiuscunque ſolo reperirentur.

Leſci mors.

CAPVT XXII.

Interregnum.

ORbata tunc Polonia legitimis dominis erat, cuius principatus in medium poſitus erat; quem alii ambiebant iure cognationis, vt *Wladiſlaus Locticus* frater Germanus *Nigri*; alii gratia populari, vt *Boleslaus* Plocenſis; alii & potentia, vt *Henrichus* Wratislauienſis; qui omiſſa Bohemia, ad cuius principatum procerum quorundam conſpiratione contra *Venceslaum* inita, inuitabatur, clam accerſitus à ciuibus Cracouienſibus cum iuſto exercitu aduenit. Venienti ciues, inter quos lanii maxime pollebant potentia, portam vrbis aperiunt. Quod vbi *Boleslaus* reſciuit, Cracouia ſe, nequicquam eum retinentibus procaribus, proripuit. *Wladiſlaus* vero *Locticus* apud Syradienſes quieſcebat: ſed cum videret quemque pro ſe agere, indignum putans alienum fratri ſuo *Leſco* ſucceſſorem in principem quæri, exercitum cogit, & ad Seueriam oppidum ad quartum Calendas Martias cum *Henrici* copiis ſigna confert. Occurrit tum ipſe *Henrichus*: ſed Opolienſis ſuis copiis alium ducem copiarum præfecerat. Committitur itaque prælium multis vtrinque cadentibus: ſed *Wladiſlaus* victor euaſit, Opolienſiſque ſaucius ab eo captus eſt. Victor Cracouiam profectus apertis portis omnium conſenſu & acclamatione renunciatur, plerisque equitibus fidem eius ſequentibus. Sed & hic non diu principatum retinuit. *Henrichus* enim minime deiectus Seuerienſi clade, nihil ad celeritatem reliqui ſibi faciens, nocte intempeſta Cracouiam acceſſit, eamque in poteſtatem redegit.

Intestina & ſocialia bella.

A. C. 1279.

At *Wladiſlaus* inopinato tumultu perculſus, cum neque numerum, neque genus hoſtium exploratum haberet, proditionem metuens ad Franciſcanos ſodales ſe recepit; vbi ſuos paſſim per vicos palantes cædi & ſe quæri audiens, ſumpto monachi habitu, de muro à Franciſcanis demiſſus euaſit. Graſſatum eſt deinde per vrbem in eius familiares.

Locticus ad ſodales Franciſcanos ſe recipit.

Interim Wratislauienſi tum mortuo, *Wladiſlao* ad recuperanda amiſſa ianua patefacta eſt; niſi *Gryphina Leſci Nigri* vxor conatus eius eliſiſſet. Nam hæc de ſua dote ſollicita, ius ſuum principatumque Poloniæ, confictis ad id diplomatis *Venceslao* Bohemiæ donat: qui cupidus proferendi Imperii cum exercitu in Poloniam adeundæ poſſeſſionis gratia miſit. Cui *Premislus*, deducto præſidio, Cracouiam tradidit. Videbat enim eum acri hoſte ipſi impendere inimicitias. Ne igitur duplici bello pariter diſtineretur, validiorem hoſtem ei obiecit. Bohemus igitur, Cracouia accepta, Sędomiriam pergit, & in itinere Oblecomum, arcem prope Viſtulam ſitam, vi capit. Ad Sędomiriam vbi venit, à *Wladiſlao*, multis cæſis & plurimis vulneratis, repulſus eſt. Itaque *Gryphina* ſecum abducta, veritus ne ſententiam mutaret, in Bohemiam abiit. At *Wladiſlaus* re ad Sędomiriam ex animi ſententia geſta erectus, Wisliciam deiecto hoſte, nullo negotio recuperat. Inde Cracouiam populabundus pergit.

Octaua & nona expeditio.

1290. *Commemorari hic poſſent infinita particularia bella Cruciferorum, & vaſtationes certaminaque terreſtria, naualia & glacialia cum iſtis gentibus. Multos mortales hæc abſumpſerunt, adeo vt pro maxima & ſtupenda expeditione cenſeri poſſent.* Vithenes *per dies octoginta Pruſſiam vaſtat: ſed poſtea à Cruciferis in anguſtias compulſus cum ſuo exercitu adeo profligatur, vt ipſemet in Lituaniam ægre euaſerit.*

In

A. C. 1296. *In ſequenti anno* Libenteile *Commendator Ragnetanus Auſtechiam prouinciam maritimam & municipium Romanouo, clarum gentilicia religione, euertit. Ibi enim ſedes primaria fuit religionis idololatricæ, & gentium ſummi Pontifices iſthic habitabant. Hos* Kriuei kriueito *vocabant. Quod facinus pro ſcelere nefando ducebant eius ſecta homines. Ideo Lituani, Samogitæ, & alii eius farina multa certamina, vt pro aris & focis, terra & mari eis mouerant.*

Nouedomani audax facinus.

Memorabile ſane & audax facinus commemoratur hic Lituani cuiuſdam militis, cui nomen Nouedomano *fuit, qui, vt claſſem Cruciferorum in flumine Nemen ad nocendum paratam facilius delere poſſet, mulieris miſerabilis habitu ſe ornauit, ſedensque ad fluminis ripam ſupplices manus nauigantes verſus in cœlum attollebas, dolenter lamentando, operamque implorando, applicarent ad ripam, miſererentur afflictæ, vellent eam a popularium ſuorum vi & tyrannide liberare. Hæc lingua Polonica, cuius peritus erat, cum ſingultu & lachrimis identidem implorans opem, clamore reiterabat. Illi miſerati, applicant claſſem ad ripam, recepturi eam. Interim ille, rudente manu forti correpto, nauem primam, & cum hac totam claſſem ei adnexam retinet. Ibi exclamantis ſigno audito ii, qui in proxima ſylua inſederant, adiutum accurrunt. Ita atroci certamine orto, circumuenti hoſtes ad vnum contrucidantur. Circa eadem tempora* Oſiha *inſula a Lituanis oppugnata multos mortales perdidit. Conſimile & illud memoriæ mandatum eſt de illa inſtructiſſima inuſitata amplitudinis trireme, quam eodem in flumine Mariani extruxerant, dicitur que per ambitum tranſtrorum pinnacula habuiſſe. Ex hac, obſeruata occaſione, ad hanc aut ad illam ripam, prout videbatur, applicantes, ad prædas agendas proſiliebant & ſi quis in eos irruebat, iterum nani a litere reducta, ad alteram partem ſe transferebant, aut in medio gurgite, iaculantes in hoſtem, ſiſtebant nauem. Ex hac cum ſæpe Lituaniam infeſtarent, Lituani diu, quonam eam modo arcerent, deliberabant. Nam, etiamſi ſexaginta ſtaphas milite inſtructas obiiciebant ei, nihil proficiebant, donec rudentem arte quadam nacti cum anchora abſcinderent. Ita illa machina fluctibus abrepta & demum rectore deſtituta primo per alueum fluminis fluctuans, tandem in ipſum ſalum delata depreſſa mergitur, & cum milite in abyſſum Acheronta petit.*

1288. Sub idem tempus arcem Carcus ad oſtia Treidera fluminis, qua ſe mari ſociat, Vithenes *expugnauit, vbi etiam* Brunno *Magiſter Liuoniæ cum 1500. armatis proſtratus periit. Eodem anno Straſburgum ſeu Brodnicium Lituani inuaſerunt, & ſacra pariter ac profana euerterunt, ac defœdarunt. Et quidam ex eis ſceleſtius etiam in fontem ſacrum aluum expurgauit. Sed* Schak *quidam ſtrenuus miles ipſos aſſecutus, mores eos docuit honeſtiores, fuſis, ac profligatis eorum copiis.* Schakones, Bazynii, Schorcii *adhuc Patricii remanſerunt ex veteribus familiis quæ in Pruſſiam conceſſerant. Fuit*

A. C. 1296. *Venceslaus Schak Cancellarius Ducalis Pruſſiæ.*

A Venceslaus Schakus *ex eadem puto ſtirpe, Cancellarius Ducalis Pruſſiæ, qui complures legationes cum laude obiit ad reges Poloniæ. Cum hoc ego aliquot annos exegi in academia & aula Ducis Pruſſiæ* Alberti *Senioris. Fuit* Vithenes *ſupra alios infeſtior Chriſtiano nomini, multaque petulantius egit aduerſus Chriſtianos. Nam & in Polonia tunc Cathedralem Eccleſiam Lœciciensem ſpoliauit, multis editis exemplis contumelioſis in ſacratum ordinem. Et anno 1311. magnis copiis Pruſſiam ingreſſus, omnes eius prouincias vsque ad Braſſergam ferro & igne euertit. Cumque infinitas cateruas captiuorum ſecum abduxiſſet, Eucharistiam, in qua myſte-* B *ria ſacra Romano ritu aſſeruantur, arripiens, coram nobilium virginum captiuarum comitatu manibus ſuis confregit, pedibusque conſpuendo conculcauit, addita exprobratione:* Quid tibi vult Deus iſte, qui nec vos, nec ſe ipſum è manibus meis vindicare poteſt? *Sexta tandem Maii in aurora ipſa, ab* Henricho de Plock, *legato vel ſuccedaneo Magiſtri Pruſſiæ fuſus fugatusque fuit. Multi tunc mortales conciderunt, multi in deditionem accepti, quorum alios Cruciferi laqueo ſtrangulatos ſuſpenderunt, alios in flumina & ſtagna viuos præcipites egerunt, ita vt ex illo* Vithenis *numeroſo exercitu pauciſſimi euaſerunt. Quin & ipſe duobus tantum comitatus capiti vul-* C *neratus, ad ſuos euadens ægre vitam ſeruauit. Huius victoriæ memoriale monaſterium virginibus ſacris ipſe* Plock *Toruniæ muratum excitauit. Tales multæ clades illatæ & acceptæ* Vithenis *temporibus enumerantur, quem Regem Lituaniæ* Duisburchius *vocat.*

1292. At Bohemus in ſequenti anno, coacto exercitu, Poloniam intrat, & in Syradienſem ditionem primum impetum facit. Habebat quidem *Wladislaus* exercitum; ſed nunquam tamen ad iuſtam aliquam dimicationem veniebat, ſed obequitans, hoſtem continuis incurſionibus exercebat, e latebrisq; ſubito proſiliens offerentes ſe excipiebat; ita vt ii nuſquam poſtea D caſtris abſque forti equitum præſidio prodire auderent, & in caſtris excubias nocturnas duplicarent. Ita hoſtes fatigati, combuſta tamen Syradia, ad ſua dilabuntur.

1292. Annus hic nobilitatus eſt morte *Kunegundis Boleslai Pudici* vxoris, quæ in monaſterio Sadecenſi, plus duodecim annis poſt mortem mariti exactis, duram vitam ducens, extremum diem clauſit. Hanc *Paulus* Cracouienſis, quem Improbum hiſtorici vocant, conſecutus eſt; ſed forſan ad ſepulchri tantum foueam, non etiam cœleſtis patriæ ianuam, qui cũ aliis ſtudiis minime dignis Epiſcopo, tum venationi ſic fuit deditus, vt venatorem, quod feram imprudens caſſibus repulerat, venabulo tranſadegerit. Accepit autẽ ſucceſſorem *Procopium* de gente *Cuſſonum*, & *Gryphina* propioquum, quæ in Bohemiam abducta fuit. Circa hæc tempora etiam

A. C. 1296.

accidit, vt *Luticus Pacoslai* filius *Henrichum* Legnicienſem Ducem dominum ſuum balneantem dolo caperet. Erat hic *Luticus* ex intimis A *Henrici*: ſed patrem eius *Pacoslaum* gratia & fauore principis inſoleſcentem, *Henrichus* capite plecti iuſſerat; quod is homicidii reus, crimen, fruſtra diſſuadentibus amicis, gloriabundus, fateretur. Lenierat tamen eum *Lutici Henrichus* dolorem, poſtea collatis in eum plurimis beneficiis. Sed male curatum ipſi vulnus videbatur, cum ei refricaret cicatricem *Conradus* Glogouienſium Dux, ſummus *Henrici* ob interuerſum Wratislauienſium principatum, inimicus. Hic itaque, cogitans eum in aliquod præſentiſſimum periculum præcipitare, *Luticum* ad facinus ſollicitat; efficitque vt apud eum plus valeat vetus dolor, quam tot recentis beneficia. B *Henrichum* igitur in balneo corpus curantem, ac nihil tale ſuſpicantem *Luticus* ex balneo extrahit, & vili palliolo tectum atque equo impoſitum, continuato nocte dieque curſum, Sanduoithum, quod in ditione *Conradi* erat, aſportat. Inde vinctus Glogouiam perducitur, & in anguſto vaſe ferreo concluditur; in quo duo parua foramina erant, alterum quo cibum ſumeret, alterum quo aluum purgaret. In eo ſex menſes aſſeruatus dimittitur: ſed tamen vires recolligere non potuit, verum, tribus exactis annis, paulatim contabuit. Ita vides, quod ne vetuſtas quidem, quæ nobis ſimplicior fuiſſe videretur, a dolis & malignitate humano ge- C neri innata, libera fuit.

Vithenes ad Sochaczouiam

1293. Anno hoc a Lituanis, duce *Vithene*, maiori Poloniæ & præſertim Lęcycyenſibus clades illata & depopulatio ingens edita; ita vt ex abductis captiuis viginti capita in ſingulos hoſtium cederent. Commiſerat prælium cum *Vithene Cazimirus* dux, frater *Loctici*, ad Sochacouiam vadato Bſura amne, magnamque ſtragem in Barbaris ediderat: tandem, cum in confertiſſimos hoſtes incidiſſet, interfectus victoriam hoſti conceſſit. Nam ducis caſu conſpecto, commilitones eius victoriam proſequi non poterant. Eodem anno Cruciferi, obliti beneficii Mazouiorum, Viſnam arcem eorum ex- D pugnant.

Prætextus cur in Patronos ſuos Mazouios Cruciferi ſæuierint.

Exinde pro defenſoribus hoſtes eis redditi, cauſabantur ſe id iure feciſſe, quod dux Maſouiorum receptaculum Lituanis eorum hoſtibus præberet. *Troidem* enim ducis filiam in vxorem ſibi acceperat. Itaque indulgendo Lituanis, ſuis præſens exitium creauit. Sed iam ad *Præmislum* veniendum eſt.

CAPVT XXIII.

Præmislus Rex.

PRæmislus, *Præmisli* prioris filius poſthumus, vir excelſo animo, nihil niſi magnum cogitans, cum eſſet dux maioris Poloniæ, animos totius Poloniæ, ſua dexteritate in rebus agendis in ſe conuertit, cogitareque ſecum cœpit de reſtituendo regno Poloniæ, quod iam ducentis & quindecim annis intermiſſum in obliuionem venire cœperat. Ad eam rem perficiendam præter id, quod regio ſtemmate natus, in maiore Polonia, hoc eſt, ſede *Lechi* primaria, dominii ſui fines latius protulerat, iuuabat eum quod etiam ab *Henricho* Wratislauienſi teſtamento Cracouienſis & Sędomirienſis Princeps nominatus fuerat. Igitur his opibus & titulis fretus, cuncta ſibi prona inſtituto perficiendo, & minima impoſſibilia factu putabat.

A. C. 1296. *Deliberationis initium de reſtituenda regni Poloniæ monarchia.*

Igitur indictis Gneſnam vetuſtam totius Poloniæ ſedem Comitiis, anno Chriſti 1295. rex creatur, & a *Iacobo Swinka* Archiepiſcopo Gneſnenſi triceſimum octauum annum agens inungitur adſtantibus *Ioanne Gerbiſco* Poſnanienſi, *Ioanne Ronca* Wratislauienſi, *Goslao* Plocenſi & *Conrado* Lubeſenſi.

1295. Comitia generalia.

Vislaus vero Wladislauienſis Antiſtes, & Culmenſis, habebant legitimas cauſas abſentiæ ſuæ. De *Procopio* narratur, quod æger & propinqnus morti erat; ſed Culmenſis laborabat inuidia, quod iam Cruciferis Rigenſiq; Epiſcopo addictus eſſet. De Wladislauienſi ignoratur, quid eum detinnerit. Sed forſan his omnibus conſilium Præmisli durum videbatur, cum ſinguli ſua ſtudia aliis Principibus obſtrinxiſſent. Ideo poſt principia ſtare & euentum rei domi malebant expectare, iuxta illud: *Minus gaudebis & minus dolebis.* Suſcepto regno Præmislus mox cogitationes ſuas intendere cœpit, vt Poloniam vniuerſam pacatam redderet, & in concordiam priſtinam vnumq; corpus omnes Palatinatus, qui tunc pro Ducatibus erant, redigeret. Ac primum ob præſumptum a ſe regnum cæterorum Ducum animos blandis ac modeſtis legationibus demulcere cœpit, & ad ſopienda odia ſedandaque diſſidia cohortari cæteros non deſiit. Et quoniam Cruciferos de occupando Gedano conſultare cœpiſſe, vtq; illud fructuoſius, qnam cum in manib9 Polonorum eſſet, redderent, cogitaſſe ſubolfecerat, ideirco Gedanum munire cœpit, propter euitandas Cruciferorum machinationes, & (quod multo periculoſius prudenter præuidebat) ne videlicet mundo iam ad deteriora prolabente, claſſes aliquarum gentium, portum illum ſecundo vento inuectæ de occupanda Pomerania & Pomeraniæ adiacentibus prouinciis conſilium nefarium inirent. Interim, quum animus eius magna meditatur, mors inopinata eum ſeptimo aut octauo regni ſuſcepti menſa perimit, Marchione Brandeburgenſi operam ad eam rem ſuam, vt creditum eſt, conferente. Habuit is de Satecenſi territorio, quod Polonis pridem ſurripuerat, cum eo controuerſiam: ſed forſan magis metuebat potentiam principis nouis acceſſionibus auctam & cumulatam. Itaque, obſeruata occaſione, quum Liberalium, vt fertur, ſeu ipſo Bacchanaſium die genio indulgeret, eum ſecurum nilq; tale opinantem opprimit. Strenue quidem ille, vt decuit fortem virnm, hoſtes reprimebat. Sed cum vnus omnium telis cominus eminusque peteretur, ad extremum ſuccubuit.

Otho

A. C. 1195.

Quo tempore, & per quam occaſionem Pramiſlus trucidatus fuit ex D. Cromero.

Otho Longus elector Marchio, cum *Othone* altero, & *Iohanne Conradi* fratris filiis ex *Conſtantia Pramiſli* ſorore ſuſceptis, & valida ſuorum A manu, nocturno itinere per ſyluas & auia profecti, diluculo eius diei, quo Chriſtiani anniuerſario cinere capitibus aſpergendo præteritorum flagitiorum abdicationem, & vitæ mutationem profitentur, armatis locum circumdant, rati omnibus, qui circum regem erant, longa vigilia & crapula pridiana ſopitis, nihil ſibi negotii fore in peragendo ſcelere. Expergefactus tamen tumultu *Pramiſlus* ſubita & inopinara re primo conſternatus, cum paucis, qui euigilarant, in hoſtes ad ſe venientes, neſciens, quinam quamque multi eſſent, inſiluit, & multis ſtrenui fortisque viri operibus in eos editis, cum vnus omnium telis cominus eminusque peteretur, obrutus cecidit. Volebant hunc Sa- B xones equo impoſitum ſecum abducere. Sed cum agitationem nullam ferre poſſet, pugionibus immaniter confoſſum reliquere.

CAPVT XXIV.

Wladislaus Locticus Rex deſignatur.

A. C. 1296.

COmitia Poſnaniæ ad Kalendas Maii, qui dies diui Alberti memoriæ apud Polonos dicatus eſt, vbi de nouo rege creando proceres cum nobilitate conueniunt. Ibi eligitur *Locticus* propter multas canſas. Præcipue vero, quod peritiam rei militaris multo vſu C ſibi comparaſſet, & non parum roboris habere videretur. Omnes eum pro rege ſe agnituros iurant, arciumq; & munitionum omnium poſſeſſio ei traditur. Diſtulit ratnen is, incertum qua de cauſa, coronationem; inunctionemque nec Regis nomen, ſed Hæredis regni Polonici vſurpauit. Interea profectus Pomeraniam in ordinem redegit, *Vorslaum* quendam ei præficiens. Sylleſiam autem longe lateque depopulatus eſt. Cuius prouinciæ vrbs primaria Wratiſlania aut tunc, aut paulo ante obſidione ita fuit preſſa, vt conditiones accipere cogeretur, & mœniorum vrbis altitudinem ad quatuor cubitos demoliri. Snb idem tempus *Boleslaus* Dux exactiones ante eum diem in Polonia inauditas D inuexit, vt nobilitas ex cenſu pro magnitudine poſſeſſionnm & reddituum deſcripto militarer; cum viritim antea id facere ſolerent. Proditum eſt tunc memoriæ de *Conrado Gibboſo* Sinauienſi Duce, qui præpoſuus Wratislauienſis fuit; quod, cum ad Archiepiſcopatum Salisburgenſem vocatus eſſet, & in itinere apnd Viennam accepiſſet, cereuiſiæ vſum illa in regione non eſſe (laudabili enim olim cereuiſiæ Suidnicienſi aſſueuerat) repudiato Archiepiſcopatu domum reuerſus ſit. Vituperatur hac de cauſa & ſtoliditatis reuincitur, quod ei in mentem non venerit, artiſices cereuiſiarios eo deducere, ſi tantopere cereuiſiæ deſiderio tenebatur. Merito igitur reuertens a fratre compedibus coërcitus eſt. Sed & *Wladislaus Locticus* rex nouus A. C. 129.. A amplitudine honorum, vt ſæpe fit, mox deprauatus, libidinibus indulſit, & latrocinia militum non coercuit. Qua de re admonitus ab Epiſcopo Poſnanienſi cum non reſipuiſſet, excommunicatur, & omnibus ſacris interdicitur. Et quamuis ſatisfeciſſet Epiſcopo, tamen homines odium ſemel in eum conceptum concoquere non poterant. Proinde poſt tertium annum regnum ipſi abrogatur & *Venceslaus* Bohemus, aliis multis indigenis Ducibus præteritis, creatur, quod nemo potentior iam hoſti obiici *Wladislao* potuerit; qui munitiones quasdam in terra Cracouienſi ad eam diem retinuerat. Euenerunt hæc anno 1300.

Iuxta quantitatem redituum ſub Locfico ordo militat equeſtris.

Decima expeditio.

Pro expeditione decima oppugnationes, propugnationesque arcium, vrbium, inſularum computari poſſunt. Nam ſi reſpicias Occidentem, & Septemtrionem, nulla fere arx eſt, qua non ſit oppugnata ab hoc ordine Crucifero: Vſcie *arx in finibus Pomerania adeo acriter fuit oppugnata, vt eum omnibus orientalibus vrbibus, qua obſidionem a Saracenis ſuſtinuiſſe dicuntur, conferri poſſit. Quia enim repentina inuaſione inexpugnabilis videbatur, tria caſtella per circuitum in propinquo eius excitata ſunt, vt ita lenta obſidione & continuis vexationibus ad deditionem compelli poſſet. Vinea etiam, turretque ambulatoria ſunt parata ac conſtructa. Sic quoque* C Santocum *infelix ſæpius repetitis vicibus oppugnatum, ſæpe inuictum, ſæpe etiam concuſſum fuit, ad extremum expugnatum eſt. Vtque ſemel omnis præcideretur pro eo digladiandi occaſio, funditus dirutum, euerſumque fuit. Sic Dremum, ſic Valcium, ſic Sluchouum. Quid referam Dodecapoleos ſeu Marchia noua vaſtationes? Derſauia item, Choinicii, Magdeburgi in Pruſſia, & aliarum infinitarum vrbium, ad extremum ipſius Gedani? De qua vrbe* D. Cromerus *ſic:* Nec in vlla cuiusplam munirionis expugnatione plus Poloniei ſanguinis effuſum eſſe prædicatur ab vllis Barbaris, quam tunc a religioſis illis, & Polonorum beneficiatiis. *Quid oppugnatio Suiocia arcis? vbi duo patibula e regio-* D *ne arcis excitata erant. Ipſe vero* Ziffridus *Commendator, vt lictor ſanguine madens quotidie compluribus funibus, atque reſtibus equi ephippio impoſitit, ſe ipſum deuouebat non prius ſumpturum cibum, quam omnes illos funes, atque reſtes in ſuſpendendis captiuis inſumpſiſſet. Tranſeo ad fines Lituania. Illa execranda Velona ſæpiſſime oppugnata, tribus etiam caſtellis, vt de Vſcie arce ſupra retulimus, excitatis coanguſtata, quot abſumſit mortales? Vbi & ipſe Mag. Dux* Gediminus, *dum periculoſo exemplo ipſemet & ducis, & militis officium in procurandis machinis obit, ictus globo ſub muris arcis concidit. Sic Kovvna, ſic Gartena, ipſa denique Vilna caput gentis. Sed harum calamitatum deſcriptiones*

A. C. 1296. *nes breuitatis cauſa abrumpam. Hac ergo excidia & diſcrimina tam Lituanica, quam Polonica, aliud nihil inuexit, niſi illud infelix conſilium de mittendis huc Roma & transferendis Cruciferis.*

CAPVT XXV.

Venceslaus Rex.

A. C. 1300. VEnceslaus *accitus, Gueſnæ coronatus, *Rixæ Pramisli* regis filiam in vxorem ducit, vt ſibi eo firmiua ſtabiliat regnum. Omnia, quæ in ditione *Wladislai* erant, in poteſtatem ſuam redigit. Interim Ruſſi nacti occaſionem, Sędomirienſ. tractum longe & late vaſtant, arce Corcinenſi, quæ lignea etiam tum erat, incenſa: priua fere, quam, omnibus peractis, ad regem de excurſione eorum nuncius perferretur. Sed B tamen *Venceslaus* malebat *Wladislaum* perſequi, quam Ruſſos. *Wladislaus* tunc in eam miſeriam deuenerat, vt nusquam pedem figere, nemini ſe credere, omnes ſuſpectos habere cogeretur: veritus, ne quo modo in caaſides venantium incideret. Itaque in ſyluis latitare, & locum ſubinde etiam, quem veſperi ceperat, media nocte mutare cogebatur. Tentare quidem animos procerum non deſiit. Sed, cum omnes pauere, conſenſum ordinum metuere, decretumque Comitiorum aſpernari nolle animaduertit, in Hungariam profugit; & ex Hungaria Romam priuato habitu profectus, facinora ſua duriore pœnitentia expiauit. Interim *Venceslaus* Bohemia rediit, Bohemis ſuia re C vniuerſa in Polonia commendata. Obtulerat tum filium ſuum duodecim annorum Hungaris in regem. Nam multis diſplicebat exemplum, regem a Pontifice accipiendi. Ideo non omnes Hungari, *Caroli* Galli Neapolitani regis filium Martellum, ab eo Roma miſſum, pro rege agnoſcebant. Interim Poloni Ruſſos cum Tartaris & Lituania profligarunt, magnamq; ſtragem in eis ediderunt; arcemque Lublinenſem, quæ ſeptem & quinquaginta annos in Ruſſorum poteſtate fuerat, recuperarunt. Sądecia a *Venceslao* rege condita; Biecz poſſesſio Epiſcopo Cracouienſi adempta; parœciæ tantum conferendæ poteſtas penes Epiſcopum relicta. D Non vidit poſtea *Venceslaus* Poloniam, eo quod occupatus fuit bello Hungarico. Obtrudebat is filium, vt dictum eſt, Hungaria in regem, ſed non adiuuit fortuna conarum eius. Ideo, repudiato regno, ex Hungaria filium reduxit & tandem Pragæ veneno appetitua lenta morte abſumtua eſt. Eius morte cognita, *Wladislai* res in Polonia meliore loco eſſe cœperunt. Nam & Bohemos Cracouia depulit *Wladislaus, Alberto* Aduocato autore, & aliorum voluntates poſtea facile ſibi adiunxit. Fecit quidem anno ſequenti *Venceslaus* Iunior expeditionem in Poloniam, vt patri ſuccederet. Sed antequam Poloniæ fines attingeret, Olomucii meridiano tempore in cubiculo quieſcens, interfectus eſt. A ſuisne, an ab alienis A. C. 1306. ſubornaria ab Alberto Cæſare, ne tum quidem A in recenti ſcelere certo ſciri potuit. Ex eo tempore Bohemi exteros reges habere cœperunt.

Loctici calamitates.

Cauſa cur Hungari Carolum Martellum Gallum pro Rege nolebant agnoſcere.

CAPVT XXVI.

Wladislaus Locticus iterum.

Anno 1305.

COmitia Cracouiæ noui regis gratia habentur, in quibus *Wladislaus* magno omnium conſenſu Rex creatur, exceptis Poſnanienſib. & Caliſſienſib. Hi enim verebantur, ne grauius in eos animaduerteret, quod eum prius eiecisſent. Maluerunt igitur ſe ſubdere *Henricho* Glogouienſi, qui ex ſorore *Pramisli* natus erat. Qua de cauſa *Wladislaus Henricho* bellum ſtatim intu- B lit. Verum, illo nusquam in aciem prodeunte, motus illi conquieuere. Coronatio tamen *Wladislai* minime tum perfici potuit; quod diadema, ac reliqua regni inſignia Gneſnæ de more aſſeruarentur. Et Archiepiſcopus, ſine quo non fit coronatio, in ditione *Henrici* erat. Hæc de poteſtate Archiepiſcopi in coronando rege totidem verbis ex D. *Cromero* ſunt deſumpta; ne quid meis verbis detractum ordini cuipiam quis eſſe putet. Quamquam tunc vacaſſe ſedem Metropolitanam Gneſnenſem idem autor teſtatur. Pomerauia etiam in ordinem redigitur a rege *Wladislao*. Gedano præficitur Iudex Pomeraniæ. Sicque, iureiurando a Pomeranis accepto, quod in poteſtate ipſius ſemper futuri eſ- C ſent, putabat ſe clauſiſſe templum Iani, & pacem ſemper duraturam ſanxiſſe: ſed mox ad ingenium rediere. Autor nouorum motuum fuit *Petrus* Cancellarius Pomeraniæ, qui quanto plus poſſidebat, tanto maiore cupiditate & ambitione æſtuabat. Et, cum repulſam paſſus eſſet a *Wladislao* in quibusdam poſtulatis, conſilium nefarium cœpit prodendæ patriæ Marchionibus; qui ingresſi cum exercitu facile omnea munitiones regionis capiunt, adiuuante *Petro*. Gedanum cum caſtra admouiſſet, portæ ei oppidi a Germanis aperiuntur: cum magna iam ex parte Teutones ibi eſſent. Arx a *Boguſſo* Iudice, & *Nemira* honeſtisſimo equite defendebatur, donec *Wladislaus* ſubſidia au- D xillaria eis ſubmitteret, quod quia cito perfici non poterat, & indies incommodis obſidionis vrgebantur, Cruciſeros interea aditum ſibi Poloni, annuente rege, euocant. Hi enim amicisſimoa ſe Polonis, vt iure optimo eſſe debuerant, præ ſe ferebant. Statuuntur conditiones, vt dimidiam arcem ipſi tenerent, & annum vnum ſuia ſumptibus arcem a Saxonibus defenderent. Deinceps vero poſt exactum annum, quæcunque impendia facerent, eis præſtarentur; nec prius arce decederent, quam exoluta illa ſibi eſſent. Omnia hæc ſemina erant futurorum bellorum Cruciſericorum, quæ Poloniam exercuerunt, fatis ſic ordinantibus. Repreſſi quidem ſunt hoſtes,

A. C. 1305.

ſtes,& vindicata à Satonibus mœnia. Sed eum ſuperiores iam ſe Pomeranis Crueiferi eſſe animaduerterent,ferocius ſe gerere,& ſæpe cum illis iurgari, atq; rixari,ad extremum totam arcem ſibi vendicarunt,PrimoresPomeranorum, ipſumq; præfectum arcis *Boguſſum* in carcerem coniecerunt. *Boguſſus* tempori ſeruiendum ſibi ratus,totam arcem ipſis conceſſit,quam ad primam poſtulationem promittebant ſe redituros,vbi pro impenſis eis ſatisfactum eſſet. Facile quidem de exitu rei diuioabaot noſtri. Sed quid facerent,eum extrema quæq; illi minarentur? Itaque cuncti arce exceſſerunt. Hæc vbi audiſſet *Wladislaus*, cœpit eum pœnitere conſilii. Videbat enim lupis ſe ouem commiſiſſe: non ſublatum,ſed duplicatum ſibi bellum,duosque ſe pro vno hoſte ſibi conciliaſſe. Accedebat ad eas calamitates,quod arxCracouienſis,quæ tum lignea erat,non ita pridem vna cum templo primario conflagrarat; cum ab ea parte vrbis,quę circum ædem omnium ſanctorum eſt,ex fortuito ibi enato incendio carbo ardens vento delatus,in tecto Baſilicæ plumbeo inhæſiſſet. Et hæc eſt cauſa, cur ſuperiorum prineipum ſepulchra in arcis templo non apparent; ſed tantum poſteriorum regum,qui poſt hoc inceodium vixerunt. Sed Baſilica,dirutis eius veteribus muris, in eam,quam nunc obtiuet, formam & amplitudinem poſt quartom decimum annum reædificata eſt ab *Hankero* Epiſcopo Sylleſio,nobili gente,*Oxio*. Sed ad Cruciferos redeamus;quorum Magiſter *Henrichus*,& rex *Wladislaus* conueniunt in Graiouice pago,in tractu Cuiauienſi definituri de arce Gedani,quam hypothecæ oomine tenere ſe prætendebant Cruciferi. Paratos autem interim ſe reddere eam declarabant,ſi impendia perſoluerentur. Æquum eum poſtulare Rex ait, & expenſarum omnium ſummam iubet iam proferre. Ibi ille conceptum animo dolum detegit,ac centies mille mareas latorum groſſorum poſcit. Genus eſt hoc numiſmatis, quod vna cum *Wenceslao* Bohemo rege in Poloniam non ita pridem inuectum fuerat, & quarta parte noſtratem groſſum excedit. Ferunt enim,ante hunc *Wenceslaum* ſignato auro aut argento Polonos in emendis rebus minime vſos fuiſſe,ſed tantum permutationem rerum vſurpaſſe. De inopia autem & nummo Polonico ex pellibus aſpergillorum, neſcio quid Poëta *Ianicius*,& alii tradideruot: quibus ego conquerentibus de tauta inopia veterum non poſſum aſſentiri. Quæ res ſupra iam demonſtrata eſt,& adhuc demonſtrabitur. Negat igitur *Wladislaus*,iuſtam eam eſſe æſtimationem,bonorumque virorum arbitrio in eo ſe ſtare velle ait. At magiſter id recuſat: ſubſecuta ſunt deinde alia mala: Lituani enim Caliſienſem & Syradienſem tractum vaſtant.

Moneta.

1310. Cruciferi cum Marchionibus fœdus ineunt. Pomerania Polonica bello petitur à Cruciferis. Gedanenſes nundinæ in prædam cedunt vrbem inuadeotibus & populantibus. Nec in vlla euiuspiam muoitioois expognatione plus ſanguinis effuſum eſſe prædicatur à Barbaris, quam tunc à religioſis illis,& quidem beneficiariis gentis noſtræ. Gedano potiti Derſczauiam,quod *Tſchouum* à noſtris vocatur,petunt,eamque perfidioſe iuris ſui faciuot; *Cazimiro* regis filio non ſine contumelia excluſo. Choinicium; deinde Swece arcem adoriuntur, & capiunt. Vbi *Siffridi* commendatoris (præfectos arcium ſic vocant) præ aliis plusquam barbarica hoſtilitas apparuit, qui quotidie compluribus funibus atq; reſtibus in equum impoſitis,ſeipſum deuouebat non prius ſumpturum cibum,quam omnes funes illos atque reſtes in ſuſpendendis Polonis inſumpſiſſet. Atqui huius nefariæ impietatis breui pœnas dedit. Quadam enim die,eum ad focum ſtaret, furiis derepente exagitatus,in ignem ſe coniecit. Ita diuino iudicio, qui permultos iniuſte perdiderat, iuſte periit. Paululum tandem Cruciferi prouecti, tota Pomerania potiuntur. Ne autem id abſque prætextu iuris iuſtitiæque titulo feciſſe videantur, rem totam tali fuco tegunt: Pomeraniam emunt a Marchionibus Brandeburgenſibus decies mille marcis latorum groſſorum, eamque emptionem ab *Henricho* Cæſare ſibi, & ordini ſuo confirmari curant. Tali fuco probatos ſe fortaſſe coram Dei iudicio & apud bonos viros fore putarunt. Nec diſſimili ſcelere Liuonienſes Cruciferi eodem tempore Rigam vrbem atque territorium Epiſcopo, à quo ante centum & quatuor aut quinq; annos ſimili de cauſa in Liuoniam inducti erant, per ſummam iniuriam eripuere. Qua de re cum Romæ conteſtata lis plus octoginta annis ducta eſſet,tandem *Bonifacius IX.* Rigam ordini Cruciferorum, quindecim millibus aureorum acceptis,addixit. Per idem fere tempus Templariorum ordo potens & ipſe ac locuples,per vniuerſum orbem Chriſtianum quaſi dato ex Vicnnenſi concilio a Pontifice ſigno,deletus eſt,ob neſanda quædam ſcelera,& prauas de religione opiniones; bonaque eorum Rhodienſibus D. Ioaonis militibus attributa. Dogmata Templariorum,quæ antea Valdenſium fuerant,expreſſa ſunt in Concilio Lateranenſi ſub *Alexandro III.* Papa,parte prima. Sed nos ad noſtra reuertamur. Quod autem *Wladislaus* non ſtatim præbuerit ſe vindicem iniuriarum, quas à Cruciferis Pruſſienſibus ditiones eius patiebantur, motus Cracouienſiũ in cauſa fuerunt. Nam eius vrbis eiues,qui non ita pridem *Henrichum* Wratislauienſium Ducem opera laniorum in eam introduxerant, Poloniæque pro Principe obtruſerant, *Boleslaum* Opolienſem eodem exemplo ad eosdem honores euehere moliebantur; *Alberto* Aduocato,& *Muſcata* Epiſcopo eis conſilium præbentibus. Sed in vtrosq; animaduertit *Wladislaus*. Epiſcopum enim captum ab eo referuot,& in cuſtodiam traditum Aduocato autẽ reditus per amplos è molis,macellis atq; tabernis ademit. Reliqui ciues, qui defectionis capita erant,vna cum Aduoca-

Cruciferorum plusquam barbarica crudelitas.

Siffridi commendatoris barbarica atrocitas.

Bonifacio venalis iuſtitia.

Sic & Poloniæ cum Pruſſis accidit.

Templarii deleti.

A. C. 1305.

to *Boleſlaum* in Sylleſiam ſecuti ſunt, ibiq; exularunt. Iam enim antea Ducem hunc Opolienſem acciuerant, promittentes eis arcis facilli- A mam deditionem, illis ipſis quos commemorauimus, adiutoribus. Sed cum ſpe exciderent, propugnatoribus in fide *Wladiſlai* permanentibus, domum Aduocati in ipſis mœnibus prope portam, quæ à diuo *Nicolao* nomen habet, eminentem, pro arce *Boleſlaus* occupauit. Sed cum imminere iam *Wladuslaum* cum exercitu audiſſet, præmonitus à Rege, non ſine quadam expoſtulatione ſeueriore, paruit monitis, deductoque præſidio domo Aduocati, vrbe exceſſit. Eius defectionis ſuſpicio ſerpſerat etiam ad præpoſitum Miechouienſem. Ideo huic quoq; irrogata pœna eſt, adempto ei pago Lentkouice ſatis luculento, quem *Albertus* Aduocatus præpoſiti frater tum poſſidebat. Acciderunt hæc circa B annum domini 1313.

Conſpiratio contra Wladislaum Epiſcopi, Aduocati, & Præpoſiti Miechouienſis & ciuium Cracouienſium

A. C. 1313.

Per id tempus *Henrichus* Imperator vi veneni in Euchariſtia dati extinctus fuit. Fames autem in his regionibus talis & tanta extitit, vt nullo quantumuis fœdo edulii genere, ac ne cadaueribus quidem humanis *Dlugoſſo* referente, vulgo abſtineretur, ita vt etiam parentes in filios ſæuirent. Quam famem peſtis, & peſtem Crucifericа bella ſecuta ſunt. Hæ igitur calamitates *Wladuslaum* retrahebant, ne tam cito, vt ſperabant alii, exerta cum gladio manu in Cruciferos animaduerteret. Interea Cruciferi veteribus nouas iniurias adiecerunt, clero etiam non parcentes, cum tamen & ipſi in clero numerari vellent, vſurpatis ſibi decimis, & ſuppreſſis ſacerdotiis, eorumq; prouentibus in pri- C uatos vſus conuerſis. Magna poſtea contentione & ſtrepitu iuris in Conſiſtorio Romano de iis rebus à Polonis & Cruciferis litigatum eſt; & præſertim coram *Ioanne* Pontifice eius nominis 22. Quo etiam Oratores a Rege, adeoq; vniuerſo clero miſſi ſunt, vt Cruciferis omnes eorum nefarias impietates exprobrarent, deque omnibus regis & regni iniuriis tam eccleſiaſticis, quam ſecularibus eis litem intenderent; ſimulq; autem vt *Wladuslao* diadema & nomen regium impetrarent. Exiſtimabant enim inauſpicato id ſibi *Pramulum* ſumpſiſſe, Pontifice inconſulto. Meminerant enim honorem hunc Polonis interdictum fuiſſe ſtatim poſt cædem diui *Stanuslai*. Cruciferi autem vbi hoc ſubolfecerunt, mittunt & ipſi Oratores cum plenaria poteſtate, D hoc eſt, ſaccis auro argentoque plenis, vt, quam maxime poſſent, conatus *Wladiſlai* irritos redderent. Ad quas res perficiendas cum opus haberent grandi pecunia, Pomeraniæ toti binos groſſos imperarunt in ſingulas marcas, quas quisq; in bonis haberet. Ad hæc eiectas naufragio merces lege Rhodia vſurpare cœperunt. Quibus rebus factum eſt, vt toto fere quadriennio nihil aliud impetraret *Generdus* Pol. legatus à Pontifice, quam vt cognitio cauſæ in ipſa Polonia Archiepiſcopo Gneſnenſi, Poſnanienſi Epiſcopo, & Abbati Moglenſi delegaretur.

Coronationis

Quod vero ad regnum attinet, Pontifex, vt Poloni iure ſuo priſtino vterentur, permiſit. Nam aperte *Wladuslao* regnum decernere noluit, ne A *Ioannem* Bohemiæ regem, & ſocerum eius *Philippum* regem Franciæ offenderet; ſecreto tamen voluntatis ſuæ ſignificationem *Gerardo* dedit.

A. C. 1313.

ius recuperatum ex Pontificis conſenſu.

Cum igitur Pontificis mentem & voluntatem *Wladuslaus* perſpectam haberet, comitiis indictis Cracouiæ ad viceſimam diem menſis Ianuarii, vna cum vxore Heduigi in Baſilica Cracouienſi coronatur, anno Chriſti 1320. Atq; ex eo tempore ius coronandi regis atq; ipſa regni inſignia Gneſna Cracouiam tranſlata ſunt.

A. C. 1320.

Nec multo poſt Elizabetham filiam *Carolo* Hungarorum regi bis viduo in matrimonium collocat. Interim delegatorum à Pontifice iudicium Cruciferi detrectant, appellationemq; interponunt: ſed reiecta appellatione damnati ſunt. B Itaque Pomeraniam regi reddere, ac centum quinquaginta millia marcarum pecuniæ pro perceptis fructibus, aliaque triginta millia in litem expenſa numerare iuſſi ſunt. Cum autem non parerent rei iudicatæ, anathemate icti ſunt, ita vt nusquam, iis præſentibus, ſacra fieri liceret. Dum hæc ita geruntur, Lituani Mazouiam depopulantur, & Duces Sylleſiæ parricidialibus bellis labefactati, prædæ *Ioannis* Bohemiæ ſeſe expoſuerunt. De cuius aſtutia & inexplebili auaritia dicerem nunc, niſi prius id feciſſem, idque non meis verbis, ne quis rem eſſe fictam putet, ſed præcipui noſtra ætate Chronicorum Germaniæ ſcriptoris, qui *Carion* dicitur. Ad interuertendum Ducatum Sylleſiæ partim vi, partim C aſtutia præbuerunt occaſionem fratrum germanorum *Wladulai* & *Henrici* diſſenſiones atq; improbitas.

Sylleſia ademptа quibus occaſionibus.

Wladulaus latrocinia exercebat, diuexans Bohemiam & Sylleſiam. Comprehenſus à ruſticis, ab *Henricho* fratre qui Dux Wratislauienſium erat, in carcerem coniicitur. Ita, vna labe aliam trahente, ambo eo ſunt perducti, vt regi Bohemo ſe ſubderent, ſuaque illi venderent. Ad extremum autem *Wladulaus*, qui Glogouienſium Dux dicebatur, veneno ſublatus eſt, ne amplius hominibus iniurias, ſtirpi vero ſuæ ignominiam inferret. Augebat inter fratres hæc diſſidia Rex *Iohannes* & fouebat, committens eos inter ſe, vt ſibi hoc modo obnoxios magis redderet. *Henrichus* tamen parentem ſuam Poloniam venerabatur, *Wladuslaiq;* Poloniæ re- D gis fidei ſe, ac ſuum dominatum omnem tradebat; ſed *Wladulaus* vir bonus, vbi hoſtem eius propulſauit, *Henrichum* ſua ſibi habere iuſſit, vt ſorores nubiles inde nuptum poſſet locare. Id vbi cognouit *Iohannes* rex, qui iam de Wratislauia propemodum deſperat, noua ſpe erectus, dolum adhibet. *Henrichum* per ſpeciem arduorum & arcanorum negotiorum accitum blandiciis, liberalitate, precio, ingentibus promiſſis, & odio denique inimici fratris induxit, vt Wratislauienſi dominatu cederet. Ita adiutoribus vſus proceribus, & maxime ciuibus Wratislauienſibus pecunia corruptis, effecit vt ipſi ius ſuum venderet *Henrichus*, & quod eſ-

Iohannis regis Bohemorum perfidia & auaritia.

ſta-

A. C. 1320. flagitabat adipiſceretur. Wratislauia igitur potitus eſt *Iohannes*, & non longe poſt Goltbergenſe & Hanouienſe territorium, quod A Wratislauienſis Senatus hypothecæ nomine a *Bóleslao* poſſidebat, per iniuriam ei ademit. Expoſtulauit cum eo de erepta ſibi Wratislania *Boleslaus*, iusiurandumque & fœdera commemorauit, atque obiecit; quodque difficillimo tempore ſe eiectum à Bohemis omni ope deſtituiſſet, exprobrauit. Sed ea expoſtulatione hoc tantum profecit, vt *Iohannes* reſponderet ei: *Propinquiorem ſe ſibi eſſe, quam cuiquam alteri.* Simili ratione & Legnicium occupauit. Sed quid dico ſimili? cum illa precibus potiſſimum, hoc vero minis additis extorſerit. Quare metu *Boleslaus* perculſus imperata fecit, & eo redactus eſt inopiæ, vt filios quoque ad extremum Wratislauienſibus mercatoribus oppi- B gnoraret. Poſthæc reliqui Duces, nempe Glogouienſis, Zaganienſis, Oleſnicienſis, Steinauienſis, & Falkembergenſis vltro in ditionem Bohemi regis deuenere, & partim timore potentiæ *Iohannis*, partim inuidia *Wladislai* regis, libertatem ſuam Bohemis prodidere. Militium ad extremum Epiſcopi Wratislauienſis arcem idem rex *Iohannes* per vim iuris ſui fecit. Quamobrem diris à *Nankero* Epiſcopo & anathemate deuotus fuit, & ipſe cum omnibus præsbyteris & Monachis Wratislauia exceſſit; nec tamen arcem recuperauit. Solus Suidnicenſis Dux, & poſt eum filius eius vnicus in fide *Boleslai* & ſocietate Polonorum permanſit. Retinet etiamnum pleraque omnis C Sylleſia veſtigium vetuſtæ originis ſuæ à Polonis deductæ, penſionem, quam S. Petri nummum vocant. Quæ quidem per illa ipſa Sylleſicæ defectionis tempora eo redacta eſt, vt nummus tantum æreus, quem obolum vocamus, in capita quotannis penderetur; cum antea tres oboli, & cribrum auenæ in ſingulas familias pendi ſolerent. Sed iam ad *Wladislaum* à Sylleſiis redeamus, quem maxime ſollicitum reddebat erepta à Cruciferis Pomerania, quibuscum & Bohemi iam ſentire incipiebant, vtpote quod vtrique rapto viuere ex Polonis aſſueuerant. Accedebant & eo Lituani, quos domare difficile erat, cum ſecum pugnandi copiam non facerent, ſed, rapta præda, fugerent & domi ob- D iectu ſyluarum & paludum latebris ac denique incultarum ſolitudinum interiectu tuti eſſent. Fluctuante igitur *Wladislao* rege, nec ſatis explicante, quænam via ſibi ad euadendum ex iis difficultatibus potiſſimum ineunda eſſet, tandem hanc ſententiam frequens ſenatus comprobauit. Cum *Gedimino* Duce magno Lituanorum (hunc titulum à Ruſſis cum principatu eorum ad ſe Lituani tranſtulerunt) ſanciendam eſſe cum primis amicitiam ad quam rem vt ſibi viam præſtrueret, legatos mittit, qui fœdus cum eo feriant & filiam eius *Cazimiro* filio ſuo vxorem petant & rogent, vt captiuos Polonos liberos dimittat; idque ſibi loco dotis gratiſſimum futurum pollicerentur. Non grauatim *Gediminus* legatorum poſtulatis annuit ſponſamq; e veſtigio cum eis mittit. Quæ ingentibus omnis conditionis, ſexus, atque ætatis captiuorum cateruis comitata, veniens Cracouiam, religionem Chriſtianam à *Nankero* Epiſcopo edocta & ſacro lauacro initiata, *Anna* nomen accepit, & ritu ſolenni *Cazimiro* ſextum decimum annum agenti nupſit, anno Chriſti 1325. His rebus ex animi ſententia à *Wladislao* rege peractis, occaſiones rei bene gerendæ vndeque ſeſe ei poſtea offerebant. Nam Mazouios cum exercitu, peruaſtata eorum regione, à ſocietate Cruciferorum facile auulſit, & in Marchiam progreſſus cum infeſto exercitu, debiliorem ad res moliendas reddidit; eunctosque Cruciferos metu non mediocri perculſit. Lituani, qui regem iam ſequebantur, maxime omnium, nondum exuta barbarie, in hoſtes deſæuiebant. Vltus eſt tunc *Wladislai Præmuli* mortem de Marchionibus: reduxitque ſecum 6000. captiuorum. A. C. 1320.

Facinus cuiusdam monachæ memorabile.

Commemoratur in ea expeditione præclarum monachæ cuiusdam facinus, quæ capta à Lituano quopiam, cum ad ſtuprum traheretur, rogauit eum, ne ſibi vim faceret, mercedis autem loco promiſit, ſe illum edocturam eſſe, qui corpus eius vulnerari nullo vnquam ferro poſſet. Quod cum ediſcere ille percuperet, dixit illa, quid faciendum eſſet, idque in ſuo corpore primum fecit; dein iugulum ei fortis puella præbuit, vt in ipſa eius rei periculum faceret. Credulus ille, ſtricto gladio, caput eius amputauit. Ita illa Barbari libidinem eluſit, ſtuprumque honeſta morte euaſit.

Bellum cum Cruciferis.

Igitur *Wladislaus* tali rerum ſuarum fundamento iacto, non putauit ſibi diutius differendum eſſe bellum cum Cruciferis; qui ne Pontificis quidem Maximi autoritate, vt ipſi Pomeraniam redderent, commouebantur; quin etiam faſtu turgidi ſubinde potentiam ſuam, vt inſuperabilem, iactitabant. Itaque in ſequentem annum expeditionem toti Poloniæ contra eos ad Checzini oppidum indicit; à *Carolo* rege Hungariæ genero ſuo non contemnenda auxilia impetrat; à Ruſſis, a Lituanis ſimiliter obtinet. Cum quibus omnibus fines hoſtium ingreſſus, omnia agit hoſtiliter, vt Cruceſignatos elicere in aciem poſſet. Sed illi in munitionibus ſe diligenter abdiderant. Quia autem Poloni rudes eſſe videbantur in oppugnationibus munitionum, ab hoc genere pugnæ in initio aliquantiſper abſtinet. Cum autem Mazouiam noſtri infeſtare cœpiſſent, prodeunt Cruciferi cum Mazouiis & Cuiauiam petunt, quo cum propere noſtri accurriſſent, collatis ſignis, funduntur hoſtes. Mazouii quidem erubuere tum cognatos Polonos: ſed Cruciferi plusquam pro ſepulchro domini dimicantes fortiter ad internecionem vna cum Commendatore Toronenſi cæſi ſunt. Hoc anno *Nankerus* Epiſcopus Cracouienſis, vt qui Sylleſius eſſet, ad Wratislauien-

ſes

A. C. 1320.

Iohannes Grotus Slupecius.

ſes tranſiit,& *Iohannem Grotum Slupecium* ſucceſſorem habuit,hominem gratum Pontifici,eo quod adoleſcens cum eo familiaritatem contraxerat.

Vndecima expeditio.

1329. *Rex Bohemorum* Ioannes *cum Magiſtro Pruſſiæ Samogitiam vaſtat, & depopulatur, vt iam in Polonica hiſtoria monſtratum eſt.* Kumererk *Comes & Baro de* Egerburg *cum maximis copiis à Rheno vſque progreſſus,agmina maxima ducens in Pruſſiam venit. Adiunxerat ſe iſtis promiſcua multitudo,ex qua coutracta phalanx vocabatur vſitate Peregrinorum exercitus. Sed iſti modico opera precio facto, in hyberna conceſſerunt. Tanta enim tum ſæuitia hyemis fuit, vt arbores etiam iniuriis cœli & intenſiſſimo gelu perſtricta vix ad ſe poſt aliquot annos redierint. Subſequuta ſunt tandem vaſtationes terræ Dobrinenſis, & oppugnatio arcis Gedimini à nomine Ducis appellata. Fuit* Gediminus *Dux Lituaniæ bellicoſus, qui Cruciferis ita cœperat eſſe formidabilis, vt etiam Pontifex, ad mitigandum eum, legatos ſuos miſerit. De hoc ſparſa fuit fama à Cruciferis, quod propoſuiſſet in animo ſacro baptiſmo initiari. Sed ille hoc reſciens, miſit oratores ſuos Rigam, per quos oratione perampla palam in corona omnium expurgauit ſe ab eo rumore. Cuius orationis exordium tale fuit :* Miſſæ ſunt, *inquit*, quædam literæ à ſacerdote Romano Papa, quibus dominus meus infamatur baptiſmi ſuſcipiendi:Sed dominus meus iurauit per Deorum fortitudinem , ſe perſeueraturum in religione patrum ſuorum,&c. *Fuit autem* Gediminus *hic Magiſter ſtabuli apud* Vithenem *Magnum Ducem Lituaniæ, vir ambitioſus & excelſi animi, qui interfecto domino ſuo principatum inter ſuos arripuerat,& late propagauerat,ſubacta magna parte Ruſſiæ. Nam domitis Cruciferis,* W'ladimirum *Ducem ad Wladimiriam vicit, promotis caſtris Luſcum,Lucenſium Ducem eadem felicitate ſubmouit & profligauit.* Staniſlauum *Kiouienſium Monarcham acerrimo prælio ad profluentem Piernam,quatuor milliaribus ab ipſa orbe,cum cæteris Ducibus ſuperauit,Seueriamq; ſuo imperio ſubiecit. Non contentus ea victoria,etiam Tartaros aggreditur, eosq; vincit,ſuperat, & vltra oſtia Tanais pellit, ac ſubmouet. Rediensque poſt eas victorias ad ſuam regiam,de hoſtibus deuictis ac debellatis triumphauit, ciuibus orbe effuſis cum cum manuum applauſu excipientibus. In his fere omnibus noſtri hiſtorici cum Lituanicis Annaliſtis conueniunt,eo excepto, quod eum negant fraude adiiſſe poſſeſſionem Magni Ducatus Lituaniæ. Stabuli enim Magiſtrum fuiſſe pernegant, ſed potius filium* Vithenis *legitimum aſſerunt. Noſtri quidem hiſtorici,* Dlugoſſus,Miechouius,*&* Cromerus *in aula regum Poloniæ,* Gedimini *ſeu* Gedeonis *nepotum,vixerunt,eiſq; ab intimis ſecretis fuerunt. Exiſtimo, quod non paſſi fuiſſent reges noſtri eos in hoc errore verſari,ſuumq; progenitorem indigne hac tanta macula ab ipſis aſpergi, ſi, A inquam, à rei veritate eos aberraſſe vidiſſent. Adde quod quidam ex noſtris iſtis ſcriptoribus, quo viciniores illis temporibus fuerunt, eo certiora ſcire & nobis tradere potuerunt. Magnum tamen eſt, fateor,id , quod opponitur , nempe conſenſus Latopiſciorum ſeu Annaliſtarum : niſi forte metu* Gedeonis *tantum eius ſcelus occultarunt. Sed ſuum cuique hic iudicium relinquo, malintne eos, qui veluti publica fide ſcripſerunt, ſequi , an illos , quos ſui ſæpius falſi accuſant. Bellis his confectis* Gediminus,*& pacata Lituania, ad decorandam patriam ſeſe conuertit, ſedemque,quæ primo Nouogrodia Kiernouiam tranſlata fuerat , rurſus amœnitate loci inuitatus,Kiernouia Trocos veteres transfert.Locorum B ſitum non deſcribo,nam in Chorographia noſtra id cuiuis videre licet. Poſt aliquot annos,cum venatum procedens delatus eſſet ad loca,vbi nunc eſt orbs Vilna, vrumque animal eximiæ magnitudinis propria manu venabulo in monte , vbi nunc eſt arx , confeciſſet,res ipſi & cæteris applaudentibus boni ominis eſt viſa. Acceſſit eo ſomnium,eidem rei conſentaneum. Vidit enim eodem in loco illa ipſa nocte per ſomnium lupum cataphractum,in quem alii centum lupi terribiles ululatus edebant. Magno igitur conſenſu creditum eſt,non fuiſſe fortuitum ſomnium : ſed admoneri diuinitus, orbem iſtic præclaram ſtatuendam,quod & poſtea fecit, ſedemque eo Tracis ex augurum ſententia tertium tranſtulit. Lo-C cus ille inter duo proxima flumina Viliam , & Vilnam,ante præter ſolitudines & prata amœna nil habuit. Ibi vero corpora mortuorum Ducum vota ceremonia cremabantur,quæ lingua patria* Suuinroroha,*non longo interuallo à latino ſono & ſignificatione, quaſi* ſanctus rogus *dixeris ,vocabatur. At poſtea orbs ibi condita, atque vna cum ea Reſpubl. Lituanica paulatim ad eam celſitudinem,quam modo videmus, creuit. Rex Poloniæ* Locticus *audiens, quod ſtabili pede fortuna faueret* Gedimino, *filiam eius locari in vxorem filio ſuo* Cazimiro *expetit, & facile obtinet. Hocque præludium quoddam fuit vnionis illius duarum iſtarum gentium, quæ poſtea facta eſt temporibus* Iagellonis.
D *Adducitur nupta Cracouiam , deducentibus eam mille viris , hirſutis pellibus vrſinis amictis , quo terribili ornatu non minus tunc cunctorum in ſe oculos conuerterunt ſpectatorum Lituani , quam olim Imperator* Otho Magnus, *cum,ducens ingentem exercitum ,ſub muris Pariſiorum in Gallia conſtitit, cunctis militibus eius à maximo ad minimum ſtramineos pileos capite gerentibus. Atqui vterq; hic ornatus etiam à pauperrimis hoc delicato ſeculo riſu & cachinnis exciperetur.* Locticus *igitur &* Gediminus *poſt illam affinitatis coniunctionem feliciter adminiſtrarunt vterque ſuam Rempubl. ſed diſpar vtriuſque fuit exitus. Nam* Wladislaus *morte naturali fatis conceſſit,*Gediminus *autem , cum ipſe-*

A. C. 1320.

ipſemet ceu miles gregarius machinas mœnibus arcis Vielona admoueret, a milite Mariano globo bombardæ, tum primum in Germania inuenta, A nec dum Lituano militi viſæ, traiectus fuit. Itaque extinctus Vilnam ab exercitu deportatur, & in prato buſtarum Suuintoroha, *vitali ſeu fiduciali equo, vt vocant, impoſitus, cum nobili quodam armigero viuo, qui tunc ei dilectiſſimus fuit, ritu gentis recepto, duobus herodiis vel falcanibus, duobus vertagis, & duobus pedibus vrſorum vngulatis adhibitis, armatus comburitur. Illi quidem corpus ipſum vna cum flamma in cœlum deferri opinabantur. Chriſtiani vero corpus terreum terra mandari, animam vero, vtpote cœleſtem, cœlitum conſortio iungi credunt & confitentur.*

1329. Inſequenti anno *Iohannes* rex Bohemorum euocatus a Cruciferis, cum grandi exercitu, vere ineunte, in Pruſſiam venit, Dobrinumque & Wladiſlauiam expugnat. Tandem Mazouiam pariter cum Cruciferis ingreſſus, eo adegit Ducem gentis, vt ſe ipſi *Iohanni*, quaſi iuſto Polonorum regi ſubiiceret. Tandem Cruciferi, ne iniuſte ac per vim Pomeraniam ſibi vſurpaſſe dicerentur, perfecerunt precibus, & precio apud *Iohannem* (aut ex compoſito res ita agi videbatur) vt ſibi Pomeraniam iure ſempiterno donaret; Dobrinum autem quatuor millibus & octingentis ſexagenis (vt vocant) Pragenſibus venderet, venditionemq; obſignatis literis teſtaretur. Omnia hæc perficiebantur artibus *Iohannis*, qui Sylleſiorum Duces Sylleſia priuare iamdudum ſtatuerat. His peractis, reduxit *Ioannes* exercitum, & ſtulta vanitate de ſubactis & ad religionem compulſis Barbaris triumphauit.

1330. Æſtate ſequenti matureſcentibus ſegetibus denuo Cruciferi iſti cum Liuonibus, fratres videlicet cum fratribus, egreſſi, Viſſogrodum, Naclum, Raciazum, & alia pleraque ditionis ſuæ faciunt. Wladiſlaoiam vbi acceſſerunt, acceperunt aduentare Regem cum magnis copiis, Hungarorum, Auſtriorum, atq; Lituanorum. Itaque dilapſi, ad ſua defendenda redierunt. Poſtquam vero *Wladiſlaus* fines hoſtiom attigit, populationes longe lateque exercere iuſſit. Nec vllum crudelitatis genus ab iratis omiſſom eſt. In transmittenda Deruancia flumine aliquantulum difficultatis D fuit. Nam vada huius fluminis caudicibus ac ſudibus per longum ſpacium hoſtes impedierant: ſed rex citato equo retro fluuium traiecit. Grauioribus equis vtebantur hoſtes, itaque non potuerunt in tempore ad vadum noſtris occurrere. Aduentantium vim ii, qui primi de noſtris copias tranſmiſerant, fortiter ſuſtinuere; donec omnis exercitus traiecit, & ad ſuos ordines rediit. Hoſtes inopinata re perculſi cedunt; nec noſtris pugnandi copiam faciunt, ſed ad petendas conditiones pacis delabuntur, vbi rex non difficilem ſe præbuit. Induciæ ad annum factæ, ea lege, vt Dobrinum arcem Cruciferi traderent. De Pomerania vero *Carolus* Hungariæ & *Ioannes* Bohemiæ reges arbitri delecti. At *Carolum* Regem tum aduerſus caſus perculit, de quo ſic accipe:

A. C. 1330.

De Caroli Regis Hungariæ quodam caſu.

Felitianus quidam de *Zaachorum* familia ſtricto gladio in cœnaculo *Carolum* Regem adortus: ſed fruſtratus ictum, dextram modo eius leui ictu perſtrinxit, Reginæ quatuor digitos dextræ manus amputauit, filios vero pædagogi accurrentes obiectu corporum ſuorum protexere. Mox parricida a *Iohanne Patocio*, nobili iuuene, proſtratus, concurſu ſatellitum membratim diſſectus eſt. De cauſa ſceleris variant autores. Nonnulli eum affectaſſe tyrannidem volunt; alii ſtuprum Claræ ſorori ſuæ a *Cazimiro* Reginæ fratre, ipſa conſcia & conciliatrice, illatum vlciſci eum voluiſſe, memorant.

Cruciferi ad ingenium redeunt.

B Cruciferi præſenti metu liberati nihil de conditionibus impleuere. Itaque paulo poſt ſequenti anno Comitia habentur & in Comitiis rex *Wladiſlaus* bellum decernit. In quibus etiam iturus ad bellum Rex more Perſico *Wladiſlaum* filium viginti annos natum toti Poloniæ præficit; vt fama nominis eius non tam ſe facile Saxones & Bohemi commouerent. Ad hæc vt regnum is retineret, ſi quid aduerſi in Pruſſico bello accideret. Sed ob ademptionem præfecturæ *Vincentius Samotulius* plurimum offenſus, ad Cruciferos transfugiens, multa pericula creat regio exercitui: Cruciferiq;, ipſo ductore, pleraque oppida in Polonia occupant, ita vt parum abſuerit, quin *Cazimirus* ipſe Piſdris oppido caperetur: ſed præmonitus, porta confeſtim ſe eiecit. Legnicienſis arx demum capta, Gneſna, Znena, & alia pleraque intercepta, incenſa, & vaſtata. Cum igitur *Wladiſlaus* angeretur, ſpectans patriæ incendia, ad aliud conſiliũ decurrit. Cognouerat id fieri *Vincentii* conſiliis; itaq; *Vincentium* ſibi rurſus reconciliandum ſatagit; nec ſibi indecorum ducit etiam ſubdito ſe, vbi res expoſcit, demittere. Nam talis demiſſio confertur pugillatorũ ſaltationi, qui, quo magis ad humum ſeſe acclinando prius demittunt, eo altius neruis adiuti, ſurſum feruntur poſtea ſaltu & attolluntur. Mittit igitur ſecreto ad *Vincentium*, vt eum ad ſeſe pelliceret. Ille, vt eſt Polonorum nobiliũ natura minime obſtinata, Regi morem gerit, veniensque ad regem, veniam ſupplex petit; communicatoque cum rege conſilio, qui ei impunitatem promittebat, proditione proditionis maculam eluere & obliterare tentat, adhortaturque regem ad conferendam cum hoſte manum. Docet, in tanta multitudine plurimam eſſe fæcem imbellium hominum; ſi impetum in eos facerent, vim noſtrorum nequaquam ſuſtinere eos poſſe, quantumlibet glorientur de robore cataphractorum, & phalangum ſuarum; ſibi vero eas partes ſumit, vt hoſtem ab omni ſuſpicione prælii abductum fallat, ac deinde iterum in caſtra Cruciferorum reuertitur; quibus percontantibus reſpondet,

A. C. 1333.

Perſarum conſuetudo.

Vincentius Samotulius.

Cazimirus vix euaſit manus hoſtium.

A. C. 1333.

nihil a Polonis periculi eſſe. Regem pauidum & conſcium exiguarum ſuarum virium diutius exercitum tenere non poſſe. Ita confirmati Cruciferi incœpto perſiſtebant, magis populationibus dediti, quam ad pugnam capeſſendam alacres. Interim Rex contemplatur locorom conditiones, & vbi committendi prælii idoneæ occaſiones arripi poſſent. Eſt Pagus Plouuice prope Radciouiam, vbi late patens eſt planities; ita vt opportunior locus ad prælium noſtris equitatu maxime valentibus tum non offerretur. In hoc igitur totus eratRex, vt omnia ex præſcripto artis militaris fierent, cuius peritiſſimus erat. Non putabant autem Crucesignati, rem vniuerſam dimicationi Regem commiſſurum; ſicuti *Vincentius* eos ſecuros reddiderat. At, vbi hinnitus plorimus equorum audiri cœptus eſt, & ſtrepitus aduentantium increbuit(oam conſpectum denſa nebula adimebat) tunc illi quoquouerſum curſitare, diſſonum clamorem edere & alia argumenta pauoris oſtendere cœperunt, quæ omnia Regem, & regium exercitum plurimum confirmabant. Ita enim hæc clara erant, vt etiam digito rex ſuis, quo magis eos ſponte pugnare expoſcentes ad prælium animaret, oſtenderit. Orationem protrepticam non eſt mei inſtituti hic, vbi breuitati ſtudeo, explicare. Inueniuntur iſta luculenter apud alios. Conſtat tamen Regem maxime incubuiſſe, vt æquitatem cauſæ ſuſcepti belli ſuo militi demonſtraret, calamitatem captiuorum, ploratus & eiulatus miſerabiles amplificaret, quos fere ab exercitu exaudiri affirmabat. *Adſunt*, inquit, *prope propinqui noſtri, qui fidem veſtram implorant.* Contra vero hoſtium immanitatem, & truculentiam amplificabat. *An vos latet*, inquit, *an vos fugit gentis immanitas, humanis hoſtiis olim diuos placare ſolita? Ego, ne virtuti veſtræ diffidere videar, ſi vos diligenter in hoſtem tam trucem incitare inſtituerem, amplius non loquar. Re ipſa commonſtrate, vos eſſe non degeneres parentum veſtrorum, qui non numerare hoſtium multitudinem, ſed neceſſitatem pugnæ ineundæ ponderare ſolebant.* Hæc quaſi paruus puer(Nam perpuſillæ ſtaturæ erat; inde & *Lokticus* dictus eſt) in medio virorum proceritate corporis conſpicuorum & armis fulgentium, ore flammiuomo, ocellis micantibus, voce ardua & excelſa, perorando explicabat, non ſine vehementiore totius corporis geſtu, præſertim vero manuum, brachiorumque crebra motatione; ſeueritatem quandam militarem in fronte corrugata præſeferens. Nam prorſus Martialis naturæ erat. Inſuſurrauit etiam compluribus, ac ſecreto concredidit conſilium *Vincentii*, de hoſte a tergo aggrediendo; quæ res plurimum faciebat, ad muniendos & confirmandos ſuorum animos. Explicat igitur acies ac prima de quinque, cohors aulicorum, magno impetu in hoſtem inuehitur. Excipiunt illi, qui contra conſtiterant. Non impigre deinde aliæ cohortes concurrunt, excepti ſubſidiariis. Pugnatur vtrinque ſumma contentione, neque quiſquam refert pedem. Adeſt omnibus locis *Wladislaus* ſuos animans, & defeſſis integros ſubmittens, ipſe indefeſſus, quamuis effœto iam & ſenili corpore. Ferueſcente autem prælio, cum *Vincentius* adhuc nuſquam appareret, ſubuereri iam Rex cœperat, ne quem is dolum necteret. Circumſpiciebant & alii memores promiſſorum Regis. Tum ille a tergo hoſtium clamore ſublato, cum ſuis impetum in extremos auerſos, quemadmodum conuenerat, fecit. Ibi vero turbati illi, reque noua perculſi: primi etiam, exaudito clamore & tumultu, reſpicere, & ſciſcitari inter ſe, quidnam id eſſet. Inſtant noſtri acrius reſpectantibus, & remiſſius pugnantibus. Nec mora; iam cæſis duabus, vniuerſas acies perterrefactas in fugam conuertunt. Fit longe maior fugientium ſtrages, quam quæ dudum pugnantium fuerat. Adeo namque dolori, & iracundiæ Poloni indulgebant, vt neminem viuum ſeruarent. Iamque debellatum noſtri credebant, cum ecce longiore interuallo nouas hoſtium copias effuſo curſu aduentare aſpiciunt. Erant ii, qui, præmiſſi ad capiendam Breſtam, ibi hæſerant, at certiores facti de noſtrorum aduentu, ſuppetias latum ſuis accurrebant. Aliqui autem ex ipſis cum inter noſtrorum ordines ſe inſerere cœpiſſent, renouato prælio, repulſi ſunt a noſtris, nec vim noſtrorū recenti victoria ferocientium ſuſtinuere. Erant enim & longo curſu equorum defatigati, & armorum nimio pondere prægrauati. Cæſa feruntur his duobus præliis hoſtium quadraginta millia, *Dlugoſſo* referente. Triginta vero tantum de promiſcua noſtrorum multitudine, ac duodecim de nobilioribus tum cecidere. Inter quos inſignoiores fuere *Zegota Moramicius* Cracouienſis, *Chriſtinus Oſtrouius* Sedomirienſis, ſigniferi, *Swincius* Caſtellanus Zarnouienſis. Dies, quo hæc geſta ſunt, fuit 27. Septembris. Et quoniam fere ad veſperam pugnatum erat, reliquum illius diei & nox ſequens curandis & reficiendis corporibus data eſt. Poſtera die cæſorum ſtrages recognita eſt & ſpolia lecta. Inter quæ rex ipſe obequitans, conſpicatus eſt quendam iacentem multis vulneribus affectum & admiratione cæteris proſtratis digniorem, cui nomen *Florianus Sari* fuit. Cuius hiſtoriam carmine redditam, vtpote rem memorabilem hic adſcribere volui.

Plouuicenſe prælium.

Compendium & capita orationis adhortatoriæ ad fortiter pugnandum.

Victoria memorabilis Polonorum de Cruciferis ad Plouuice pagum.

Tempus erat, quando noſtros inuaſerat agros
Gens fera, de nigra quæ cruce nomen habet.
Huic Wladislaus *Lotek occurrit in armis,*
Fudit & hoſtiles fortiter enſe manus.
Nec mora, cæſorum ſqualentia corpora luſtrat.
Poſtera cum cœli fulſit ab axe dies.
Ecce iacet miles viridi reſupinus in agro,
Milleque vulneribus debilitatus erat.

Ita-

A. C. 1333.

Itaque intrepidus manibus cohibebat amicis,
Vulnera ne forſan per geminata fluant.
Vidit vt hæc dux, ad proceres ſic voce locutus:
Illius o ingens eſt dolor, atque labor.
Miles ad hæc: Maior dolor eſt vicinus in armis
Peſſimus, expertus, dux generoſe, loquor.
Subiicis his Princeps: Iſto te faſce leuabo,
Ne dubita, viſam dent modo fata tibi.
Hinc miſerum ſollis, ſpacioſaque, vulnera ſanat,
Et totum pagum donat habere viro.
Stemmaque virtutis tranſuerſas inſuper haſtas
Tres dedit: huic Sario nomen eratque viro.

Ex hoc ſtemmate nunc claret *Ioannes Zamoſcius* regni Poloniæ Cancellarius & ſupremus Copiarum præfectus.

CAPVT XXVII.

Reliqua rerum Lithuanicarum.

Duodecima expeditio.

Sequitur duodecima expeditio, & ea non poſtrema, contra Wladislaum Locticum *Regem Poloniæ, a quo magna clade tum profligati ſunt, vt iam in Polonica hiſtoria pluribus oſtenſum eſt, ſed propter res Lituanicas iterum breuiter mentionem eiusdem rei nos facere oportuit. Quam autem irato numine tum ordo ille depugnarit, ex numero cæſorum intelligi poteſt,* D. Cromero *ſic referente:* Cæſa, *inquit*, fuerunt his duobus præliis hoſtium viginti millia, de noſtris vero quingenti; vt apud alios reperio, triginta.

Tredecima expeditio.

Gedimino *ſucceſſit* Olgerdus, *qui vlciſci volens mortem patris* Gedimini, *Pruſſiam ingreſſus longe lateque eam vaſtat, ita vt ſuperiores vaſtationes collatæ cum hac poſteriore, nihil eſſe videantur. Eodem tempore* Eberhardum Schorc, *phalangem Saxonum ducentem delens. Non auſi tunc ſunt prodire ad certamen Cruciferi, ſed tantum ex tectis proſpiciebant, ſpectantes penatum ſuorum incendia. Vaſtatio igitur Locticiana, quæ accidit anno 1327.* Gedimino *& Hungaris auxilia ſua in hoc conferentibus, ſi coniungatur cum iſta, tantam effuſionem ſanguinis efficiet mortalium, vt ad eam ex Apocalypſi illa prædictio adaptari poſſit:* Ab his, *inquit*, tribus plagis occiſa eſt tertia pars hominum de igne, & ex fumo & ſulphure, *&c. Magiſter Pruſſiæ* Rudolphus *Dux Saxoniæ* Lutterus, *Generalis (nam iam Venetiis ſedem ſuam huc tranſtulerant) audita & viſa clade ſuorum, in rabiem & amentiam verſus, præ dolore moritur. Præceſſerunt has*

Stan. Sarnicii Annal. Pol. Lib. VI.

vaſtationes & miracula. Accidit tum tremor terræ in Pruſſia, illis terris antea inauditus, aliquot vicibus, haud dubie prænuncians eas calamitates. Hoc ſucceſſu Olgerdus *elatus, exercitum victorem duxit contra Tartaros, patris* Gedimini *virtutem imitatus. Non debes autem latere lectorem de Tartaris, quod ii tempore interregni Polonici, hoc eſt, regno diuulſo, & inter regulos in partes & prouincias ſciſſo, occaſione arrepta, non modo Ruſſiam ſed & Podoliam, & ipſam Poloniam ſæpe armis infeſtarunt, & attriuerunt; Podoliamque vectigalem ſibi, magna ex parte, reddiderunt. Vnde* Bacota, Balakley, Czapczakey, Kuczmien, Kaczibey *& alia prodigioſa nomina minutarum arcium Podolicarum Scythicam phraſim & feritatem reſonantia, quæ pulſis Tartaris ad hunc diem permanent. Deus igitur miſeratus Poloniæ, Hungariæ, Germaniæque calamitates, excitauit* Olgerdum *Lituanum, qui, etiamſi gentilis erat, tamen omnibus Chriſtianis Europæis egregiam tunc nauauit operam. Progreſſus enim cum ſuis copiis vſque ad Boriſthenem & oſtia eius, totum robur Tartarorum, & tres duces eorum* Kadlubachum, Demetrium, *&* Kaczibeium, *a quo portus ille* Kaczibeius *vocatus eſt, armis ſuis attriuit, profligauit, & diſiecit, ita vt alii eorum vltra Tanaim fluuium, alii vltra Tyram, ad Dobrucenſes vſque campos, a quibus Orda Dobruciorum vocata eſt, fuga dilaberentur. Attriuerat iam hos quoque antea* Demetrius *Moſchorum Dux. Sed ſucceſſu victoriæ elatus, ſecuriorque factus, cum* Olgerdo *inimicitias ſibi vltro attraxit. Miſſis enim ad eum legatis, imperat ei tributum: quare exaſperatus Lituanus legatos eius penes ſe detinet & abſque vlla mora collecto exercitu, primo Witepskum, deinde Moſchouiam vſque contendit, nec prius ceſſauit, donec vrbis ipſius Moſchouiæ mœnibus exercitum admouiſſet, in monteque adorationis (vt ipſi vocant) e conſpectu arcis ante ipſam vrbem conſtitiſſet. Nouum hoc erat apud* Demetrium *& inſtar portenti cuiusdam ſtupendum. Acciderunt hæc anno 1331. die ipſo Paſcha, cum* Demetrius *iret ad* Cirkievv. *Eccleſias enim ſuas Ruſſi ita vocant. Cum itaque ritu ſolenni deduceretur, per legatos denunciat ei bellum* Olgerdus *& mittit non abſque contumelia ouum vermiculato opere variatum (mos eſt enim patrius Ruſſis in ea feſtiuitate puerulis ſuis ludentibus ouum variis coloribus diſtinctum donare) loco tributi, quod exactum oratores ſuos ad ipſum paulo ante miſerat. Addit & fomitem cum ſilice & chalybeo excuſſorio minaturque conflictum & incendia, vt ſibi ex tempore capias conſilium. Vnde apud Lituanos de bellatoribus vigilantibus in prouerbium abiit:* Si vis ouum variatum coloribus hoſti donare, ſurge mane & lucem anticipa. *Hæc a me ex ſententia Annaliſtarum Lituanicorum & præcipue D.* Stricouii *viri de Lituania optime meriti narrantur.* Demetrius *ergo, cum in præſentiſſimum periculum videret ſe coniectum elata illa & teme-*

A. C. 1333.

Occaſio, quando irrepſerunt Tartari in Ruſſiam.

Olgerdo hæc tribuuntur non Vitoldo.

A. C. 1333.

loco expeditionis maximæ cenſeri poſſunt? Nil iuuit apud Cruciferos, quod per ea tempora Neophyti Chriſtiani facti erant Lituani; non profuit, inquam, illis quidquam quod nomina ſua Chriſto dediſſent. Amota tamen cauſa debuit ceſſare effectus. At illi, baptiſato Iagellone, *alios colores & prætextus belli inuenerunt. Et ſicuti Moſchus, noſtro tempore, anſam belli contra* Stephanum *Regem quæritans, vendicare ſibi Pomeraniam, Pruſſiam, & Liuoniam cœpit ratione cuiuſdam iuris ſucceſſionis poſt* Pruſſum *Ducem prognatum ſuum, quem finxit* Claudii *Imperatoris fratrem fuiſſe. Ita tum illi deſtituti iuſto prætextu belli, Primo dixerunt, ſibi Lituaniam donatam fuiſſe à* Mendoco *illo, qui à Pontifice Rex nominatus fuerat. Secundo Samogitiam ſibi vendicabant, quaſi à* Kieſtuto *ipſis donata fuiſſet. Tertio Marchiam nouam pariter vendicabant, quaſi ipſis à Marchionibus venditam aliquot millibus groſſorum Pragenſium; quam venditionem prætendebant ipſis confirmatam fuiſſe ab Imperatore. Qui nulli rei impenſius ſtudebant, quam malignitati, rapinæ, ventri & iis quæ ſub ventre ſunt, obliti interim Hieroſolymæ, cuius defendendæ voto tenebantur: nec eis ea vrbs in memoriam redibat vnquam, niſi quando poſt commeſſationes & prandia, animi cauſa, per eius figuram terræ inſculptam decurrebant. Vſu enim illis receptum erat vbique in Pruſſia, in collibus editioribus prope arces nobiliores figuram quandam labyrintheam & intricatam terræ inſculpere, quam Hieroſolymam vocabant, vt Grudenti & alibi etiam nunc videre eſt. Hanc ipſi, vel ſerui ipſorum coram eis, hilaritatis ergo, poſt pocula & crapulas percurrebant, & hoc pacto religione ſe ſolutos putabant, ſi pro defenſione veræ Hieruſalem à Saracenis oppreſſæ, fictam ludibundi percurrerent. Hanc vanitatem illorum & otium traducens* Cazimirus tertius *haud illepide in eos iocatus eſt, miſſa legatione ad Pontificem* Pium ſecundum *antea* Æneam Syluium *vocatum, rogans vt iſtos ſuos milites in inſulam Tenedum in orientem deportandos curaret, defenſuros ibi Chriſtianos à Turcis, vt Regula illorum poſtulabat; quandoquidem iam, prudentia ſenatus Polonici, Septemtrio Baptiſmo ſacro initiatus eſſet, manuſque Chriſto dediſſet. Nihil profuerunt hæc. Immo cum aperte non poſſet Pontifex, clam tamen per ſubmiſſos oratores Cruciferos iſtos in noſtram gentem exacuebat.* Sigiſmundus *itidem rex Hungariæ & Imperator quomodo nutriuerit illa diffidia inter Polonos, & Cruciferos, ex hiſtoria liquet. Nam Griualdici belli ipſe fuit præcipuus faber & deinceps, quoad vixit, nihil aduerſum nos de ſua malignitate & hypocriſi remiſit. Qui cum apud Hungaros captiuus detineretur & opem à* Wladiſlao Iagellone *imploraret,* Iagello, *quo eum officiis ſuis ſibi deuinciret & deprauatum animum eius ſanaret, de liberando eo ſatagit & pecuniæ non exiguam vim mutui nomine ad eum mittit. Sed is tamen ea re minime fuit placatus. Proinde vt par pari fratres* Iagello *&* Vitoldus *referrent, Bohemicos tumultus contra eum concitauerunt, miſſo nepote* Coributo, *qui ſe Bohemis aggregando ducem ſe illis præbuit. At* Sigiſmundus *ad conuiuium euocatus Luceorienſe, rurſus machinatur mala. Nam vt* Vitoldum *cum Rege fratre committeret & ab eo euelleret, coronam illi promittit, & titulum Regis Lituaniæ. Ita vtrinque & Marte & Mercurio, & ferro & ingenio decertatur. Expoſtulante enim* Sigiſmundo, *quod* Coributum *Rex* Wladislaus *in Bohemiam ſubmiſiſſet,* Vitoldus *non à Rege, ſed à ſe ſubmiſſum fuiſſe prædicabat. Rurſus ad* Vitoldum *conuerſus & rogans, cur inique igitur ipſe ſecum egerit:* Vitoldus *in ipſum culpam reiicit, quod nimirum infideliter amicitiam coleret. Ita ille viciſſim rogatus, quare committere & collidere vtramque nationem Polonicam & Lituanicam intempeſtiua honorum delatione ſategerit, negauit is palam; ſed tamen clam inter ſuos iactabat, ſe inter iſtos duos canes,* Vitoldum *nempe &* Iagellonem, *os iniecturum eſſe, cuius vtrique arrodendi cupiditate inuicem ſeſe mordendo deuorarent. Merito igitur cum turpiter ſæpius maleuolentiæ exempla erga noſtras gentes edidiſſet, à Bohemis pro hoſte nationum linguæ Dalmaticæ declamatus fuit. Sed &* Pius Papa *non diſſimili ratione, vt diximus, in noſtras gentes peccans, à ſcriptoribus hiſtoriæ noſtræ eiuſdem malignitatis accuſatur. Sed iam, quia nobis legem breuitatis impoſuimus, omiſſa deſcriptione prolixiore expeditionum iſtarum, per ſeriem decem ſequentium comitiorum, incipientes à coronatione* Iagellonis, *res Lituanicas ſummatim ſcribemus.*

Inſequenti anno Cruciferi, aucti numero militum, ex Germania Cuiauiam populatum eunt. Breſle autem obſideot. Contra quos bonus *Senecio* iterum exercitum ducit. Videbant tunc Cruciferi oppida & pagos incenſos, & vbiuis incendiorum flammas collucentes. Ideo irritatus Magiſter *Lutherus* Crucifericus, prælio cum Rege decernere voluit. Sed à Commendatoribus ab ea temeritate retractus fuit. Caduceatore igitur miſſo, à credulo Rege annuas inducias impetraot. Ne tamen Rex nihil egiſſe cum illo exercitu videretur, vt Sylleſios vlciſceretur, qui ſuperiore anno Poloniæ terrorem armis incutere voluerant, copias duxit. Vbi, cum omnes pauore conſternati in arcibus latere vellent, quinquaginta & amplius munitiones eorum cepit. Reuerſus ab eo bello Cracouiam, donatis ac dimisſis auxiliariis, languere cœpit, ac ſenſim inualeſceote morbo, vbi imminere mortem ſibi ſenſit, ritu chriſtiano ſacris myſteriis confirmatus eſt. Deinde, quæ diſponenda reſtabant in gubernando principatu, peragens, *Cazimirum* filium ad colendam iuſtitiam hortatur; eumque proceribus aſſidentibus languida voce commendat, vtque eum poſt ſe Regem creare velint, rogat. Poſt hæc in Martio, qui

 men-

A.C. 1333. menſis ſenibus exitialis eſſe ſolet, ektremum diem clauſit, & in Baſilica Cracouienſi ad læuam aræ maximæ ſepultus eſt. Sed inſcriptio in eius ſepulchro nulla apparet; ſicuti nec in *Cazimiri Magni*. An quia contempſerit honores iſtos caducos, an vero quod intus in monumento inciſum ſit aliquid, quod doceat, cuius illud ſepulchrum ſit, ignoro. Regnauit poſt coronationem ſuam annis tredecim, & paulo amplius, Princeps ſingulari prudentia, patientia, manſuetudine animi præditus, adeuntibus perfacilis, ſtatura puſilla, ſed animi celſitudine peramplus. De quo rectiſſime ſcriptum eſt: Fuiſſe eum animi magnitudine tanta vsque ad decrepitam ætatem & virtute adeo excellente, vt cum maximis regibus recte comparari poſſit, & eo quidem magis, quod turbulentius & mutilatius regnum accepiſſet.

Præceſſit hunc paulo *Vincentius* ille *Samotulius*, qui & hoſtilitatis & commiſerationis erga patriam ſuam exemplum in ſe reliquit. Non tamen impune ei ceſſit illa præuaricatio aduerſus parentem ſuam Poloniam. Nam, licet poſterioribus auſis ſuperius ab ſe patratum facinus obliteraſſe ſe iam crederet; tamen commemoratio incendiorum patriæ & iuſtus dolor ad eam diem ſeruatus ob amiſſos ſanguine iunctos & rei familiaris detrimentum eius opera acceptum, ita quoſdam contra eum extimulauerat, vt ſibi aliter ſatisfactum iri nequaquam perſuaderent, niſi eum tanquam autorem illarum belli ſuperioris calamitatum è medio tollerent. Plus enim apud offenſos ſeruatus & continuatus dolor præteritorum malorum, quam præſentium beneficiorum & meritum obſequiorum, valere ſolet. A.C. 1333.

LIBER SEPTIMVS.

IN QVO COMPREHENDITVR HISTORIA POLONICA INCIPIENS A TEMPORIBVS CAZIMIRI MAGNI REGIS POLONIÆ, VSQVE AD STEPHANI PRIMI TEMPORA, SVB QVO HÆC IN LVCEM EDVNTVR.

PROOEMIVM.

Iam omnes videre poſſunt, quam apte hac diſtinctio librorum huic hiſtoriæ quadret. Quod autem à Cazimiro Magno ſeptimus liber incipiatur, cauſa eſt, non modo quod Poloniæ regnum ad interitum ſpectare incipiens, ob dominorum pluralitatem, eorumque diſcordiis diſtractum, & in multas portiunculas diuiſum, rurſus in vnam monarchiam reunitum eſt: ſed etiam quod ab hoc rege legibus reformatum, pacis artibus recreatum, muriis & variis munitionibus inſtauratum fuit; quo nomine, Magnus vt vocaretur, meruit Cazimirus.

CAPVT I.

Cazimirus Magnus.

Anno ab orbe condito 5295.
Anno Chriſti 1333.

CAzimirus Rex cum vxore coronatur; etiamſi *Heduigis Cazimiri* mater, ſe regina ſuperſtite, negabat eam debere coronari. Sed hic ſcrupulus ſtatim exemptus eſt, exorata matre à *Cazimiro*. Quæ, vt nihil dubii relinqueret, Sadeciam antiquam ſeceſſit, diui Franciſci inſtitutum profeſſa. *Ioannes Melſtinius*, *Iaſcus* dictus, Regi iuuenilium conſiliorum moderator eſt datus. Nix hoc anno ſub finem Aprilis, quæ 5. diebus durauit, magnam fertilitatem præter expectationem omnium attulit. Locuſtarum enim etiam vis magna in Poloniam poſtea aduolauerat. Cum autem Cruciferi ſententia lata à regibus Hungariæ & Bohemiæ, eiusque conditionibus non ſtarent, miſſus eſt legatus ad Pontificem *Iohannes Grotus Slupecius* Epiſcopus Cracouienſis, qui apud *Benedictum duodecimum* perfecit, vt duos Prælatos mitteret, qui Polonorum Regi Cuiauiam, & Dobrinum redderent, & decem millia florenorum adiudicata numerari à Cruciferis curarent. Cruciferi vero, ne arbitrorum decreto, aut Pontificis mandatis parendi neceſſitate tam feruide vrgerentur, perfecerunt apud *Lodouicum* Cæſarem, vt is Cruciferis, & Magiſtro ordinis *Theodorico*, pœna adiecta, interdiceret, ne cuiusquam præcepto quicquam de iis terris, quas ab Imperio haberent, cuiquam concederent, neue apud vllos iudices de iis diſceptarent præter aſſenſum ipſius. Indignabantur enim Imperatores & ægerrime ferebant, iura Imperialia à Pontificibus attingi. Sed optime excipi poterat, nihil hic in Imperatorem peccari, cum eas terras, de quibus lis erat, non ab Imperatoribus, ſed à Poloniæ Regibus haberent. Conſederunt tandem iudices Wratislauiæ, & *Cazimiro* adiudicarunt Pomeraniam, Cuiauiam, Dobrinum, Culmenſe & Michalouienſe territoria. Pecuniamque pro damnis maximam ei Cruciferi dare ſunt damnati; & quia iudicatum non præſtiterunt, anathemate percuſſi ſunt. Dimicatum eſt poſtea, alternante fortuna victorias. Habitaque ſunt Comitia Cracouiæ; in quibus *Carolus* rex Hungariæ ſucceſſor deſignatus *Cazimiro* & declaratum eſt, Syllesios defectione ſua ad Bohemos ſeſe hoc honore ſucceſſionis indignos reddidiſſe. Sequentem annum Rus-

Moderator iuuenilium Caſimiri conſiliorum, Iaſcus Melſtinius.

Iura Imperialia & Pontificialia.

A. C. 1333. Ruſſia Meridionalis ſubacta & ad Palatinatuum formam redacta inſignem facit. Cumque Leopolim *Cazimirus* in ſuam poteſtatem redegiſſet, hoc vnum Ruſſi ſunt pacti, vt retinere ſibi veteres religionis ritus liceret. Ingens vis auri, argenti, gemmarum, vetuſta Ruſſorum Ducum gaza, in iis arcibus reperta eſt, in qua inſignes erant duæ cruces aureæ plurimis & precioſis gemmis diſtinctæ; adhæc duo diademata cum ſella & veſte auro gemmiſque rigente. A. C. 1343. Hæc omnia *Cazimirus* ſecum in Poloniam aſportauit. Hi autem ſucceſſus animum eius poſtea deprauarunt. Nam, ablegata Zarnoueciam vxore legitima *Heduigi*, Heſſorum Principis filia, totum ſe libidini tradidit, ita vt etiam conditiones pacis iniquas à Cruciferis, ſolis Epiſcopis reclamantibus, acceperit; quo ſic ocioſus liberius voluptatibus indulgere poſſet.

1345. *Iohannes* rex Bohemiæ ille, qui Sylleſiam noſtris detraxerat, Poloniæ intulit bellum tanto ardore, vt cum ſenio, laboribusque confectus eſſet, ac alterum quoque oculum iam amiſiſſet, tamen libenter ſe moriturum tum affirmaret, cum Cracouiæ muros manu victrice palpaſſet; ſed eum ſpes feſellit, exercitu eius à Polonis partim diſſipato, partim profligato. Cecidit in eo prælio ex Bohemis *Zagliz Ptaſzek* & *Alzo Snumberg*: capti quamplurimi. Palma rei bene geſtæ *Pradota Galca*, gente *Odrenezia*, data, & *Toporo Hinconi*, qui ita dictus fuit ab *Hincone* Bohemo ſpectatæ nobilitatis viro, quem in conflictu ceperat. *Ioannes* ipſe Rex paulo poſt in bello Anglico in Gallia interfectus occubuit.

1346. Comitia illa Viſlicienſia celebrata, quibus Palatinorum, & iudicum infinita poteſtas certis cancellis coërcita eſt; vt non ex moribus aut libidine ſua, ſed è ſcripto iure deinde iudicarent. Certæ etiam mercedes eis & aliis adminiſtris iudiciorum conſtitutæ ſunt, vt ne quid præterea à litigantibus exigerent, mulctæque, quas iudices arbitratu ſuo dicebant & exigebant, definitæ. Ad hæc ſublatus mos barbarus iuriſiurandi conceptis verbis dandi, in quo ſi quis vel verbo lapſus eſſet, atque adeo ſi titubaſſet, cauſa, quantumuis iuſta, cadebat.

1346. *Cazimirus* nouum oppidum Cracoviæ iunctum condidit & de ſuo nomine *Cazimiriam* appellauit; cum antea *Bauolus* pagus diceretur.

1349. Ruſſicum bellum, in quo *Cazimirus* magna felicitate vſus eſt, vna æſtate expugnatis, Luſco, Wladimiria, Breſte, Chelino, Volinia omni, Belzenſi, Breſtenſique tractu. Hæc ſibi *Lubartus* & *Keiſtutus*, ductis vxoribus ſtirpis Ruſſiæ ducum, vſurpauerant. Poſtea *Ludouicum* Hungariæ regem ſucceſſorem in regno ſibi deſignauit. Hungarici vero reges iure ſuo in Ruſſiam, quod adhuc ſomniabant poſt *Colomanum*, ceſſerant. Reuerſus ex Ruſſia *Cazimirus*, ſecundis rebus laudibusque hominum elatus, rurſus damnatæ libidini ſe A. C. 1343.
A tradidit, palam concubinas in arce Creſſovv & Opoczno alendo: ob quam rem *Martinum Bariczkam* vnum de Vicariis Cracou. miſſum, vt regem de ipſius facinoribus admoneret, vix id facere auſum ſtatim in profluentem Viſtulæ demergi iuſſit. Et mirum eſt, quod in album martyrum non fuerit relatus. Propter quod nefas Regis pœnæ epidemicæ conſecutæ ſunt; Peſtis præſertim exitialis, quæ miſeros mortales paſſim abſumebat & in quintum diem prolata, carbunculis & apoſtematis enecabat. A quibusdam creditum eſt, eam à Iudæis, infectis veneno fontibus, effectam fuiſſe. Non modo autem in ipſa Polonia, ſed in aliis quoque prouinciis eadem lues inualeſcebat. Tar-
B tari etiam aliquoties Ruſſorum terras infeſtàrunt. Et vix Tartaris ceſſantibus, Lituani idem auſi ſubingrediuntur, tranſmiſſis copiis per Iſtulam, vadum eis monſtrantibus noſtris. His tot calamitatibus edomitus *Cazimirus* rediit ad ſe & crimen necati ſacerdotis agnouit, miſſoque legato ad Pontificem abſolutionem & decimas omnium decimarum in ſubſidium aduerſus Barbaros ſibi impetrauit.

Barizka Vicarius Eccleſiæ Cracouienſis.

Lituani.

Decimas rex non audet ſibi vſurpare ſed à Pontifice impetrat.

1353. Cum Martius, Aprilis & Maius vltra medium, verno ac pene æſtiuo calore ad calamos & ariſtas ſegetes perduxiſſet, coorto derepente acri frigore & gelu, nix duos cubitos alta terras operuit & in ſextum vsque diem durauit. Et cum omnes iam exiſtimarent
C ſegetes corruptas, vbertas frugum præter ſpem tanta coorta eſt, quanta vix vnquam alias fuit.

1355. Miſſi ad *Ludouicum* Regem Hungarorum legati nomine totius Poloniæ, retulerunt diploma eius, quo is recepit, nunquam ſe, neque poſteros ſuos vllum tributum, aut exactionem vlli ordini Polonorum, neque ſacro neque profano, imperaturum, neque iter facientem cuiquam oneri omnino futurum. Præterea damna ac detrimenta in expeditionibus, quæ fiunt vltra fines, accepta, omnibus compenſaturum. Hæc ſunt, quæ ordini nobilium Rex *Ludouicus* ante regnum initum conceſſit. Acceſſit eodem anno Mazonia ad
D ſocietatem ceteræ Poloniæ & regiæ autoritati ſeſe ſubdidit. Veniens enim Caliſſiam *Ziemouitus* Dux Mazouiorum vna cum prouinciæ cunctis ordinibus, ad ſextum calendas Ianuarii publice vexillum ad pedes Regis proiecit & in verba eius aliorumque deinceps regum Poloniæ iurauit. Ad hæc obſignatis tabulis ſubiectionem ſuam teſtatus eſt. Eodem tempore ex Germania coloni in Ruſſiam à rege acciti, oppidis & pagis in Pedemontana regione ſeu *Podgorze* ad imitationem Germanorum nomina impoſuerant, qualia ſunt *Lemburga*, *Landeſchutum*, *Piſlna*, *Gerlica*, *Freiſtadia*, *Hicinum*, *Ticinum*, & conſimilia. Superius autem monſtratum eſt, Baſtarnas iiſdem in lo-

A. C. 1355. locis prorſus conſediſſe, quibus etiam hæc palma tribuebatur ante mille annos, quod reliquis Sarmatis diligentiores patresfamilias eſſent. A Cum ergo hanc laudem auitam atque antiquiſſimam hic angulus Sarmatiarum habuerit, non eſt mirum, quod nunc toti Poloniæ abunde equos, pecora, linum, copiam butyri, caſeorum & ſimilium rerum ſuppeditet. Amauit hic princeps ſupra modum ordinem ciuium & agreſtium, ita vt volgo Rex ruſticorum vocaretur. Nec ipſos modo Teuthonas iure ſuo Saxonico ſiue Magdeburgenſi vti permiſit; ſed ſuis quoque Polonis id ipſum indulſit. Quoniam vero ab iis iudiciis ad Magdeburgenſe tribunal in Germaniam vsque prouocabatur, non ſine quadam ignominia Poloni nominis & magno diſpendio litigantium, ſuſtulit eam prouocationem *Cazimirus* & in B arce Cracouienſi ſupremum & prouinciale iudicium Teuthonicum conſtituit, ad quod prouocationes omnes ab inferioribus ſubſelliis ex tota Polonia fierent. Cui quidem iudicio præſidet peritus eius iuris Aduocatus vna cum ſeptem Scabinis (ſic enim appellari quæſtorem cum iudicibus vſitatum eſt,) quos magnus Procurator arcis deligit, ab eoque iudicio ad Regem prouocatio permittitur. Sed, quando cauſæ cognitio binis ſex oppidorum ſiue ciuitatum decurionibus ſeu conſulibus delegatur, ab iis prouocatio nulla eſt.

Tribunal ciuilium cauſarum conſtitutum, quemadmodum nunc Petricouia & Lublini cauſa nobilium iudicantur.

Compoſitio inter ſtatus.

1356. *Heduigis* Regina, cum Zarnoueciam Caſtellum ablegata quindecim annos ibi, honeſte tamen & laute habita, vixiſſet, ad extre- C mum à patre, nemine prohibente, domum reducta eſt.

Borcouicius Palatinus Poſnanienſis biennio poſt mortem reginæ *Heduigis* in Olſtinenſem arcem deportatus, in tetro & obſcuro carcere inedia vitam finiuit, cuius exemplo conterriti homines malefici, ac prædones, non mediocriter coërciti ſunt.

1358. Nec diu cunctatus *Cazimirus*, tertio vxorem ducit, *Heduigem* & ipſam *Henrici* Glogouienſis Ducis filiam.

1359. Hoc anno Rex & *Iaroslaus* cognomento *Bogoria* Archiepiſcopus Gneſnenſis inter nobilitatem Cracouienſem Sendomirienſemque & *Bozentam* Epiſcopum Cracouien- D ſem de iure decimarum, de iurisdictione eccleſiaſticorum iudicum, de nouis parœciis inſtituendis, de moderandis immunitatibus Clericorum, & conſimilibus controuerſiis agunt, atque componunt, ipſisque libertatum ſuarum patronis abuſus ſuos, exceſſusque amice modificantibus, concordiam conciliant. Nondum deſierat ira Dei graſſari ob delictum Regis, etiamſi cum Pontifice Romano *Cazimirus* in concordiam iam redierat. Nam à Valachis Poloni ignominioſe ſunt profligati ſtratagemate quodam, quod compedes *Vegetius* vocat. Id fit in hunc modum: Inciduntur ab agreſtibus robora in ſyluis, ita tamen, vt truncis ſuis adhuc vtcunque cohæreant. Vbi A. C. 1359. vero iam eas ſyluas agmina hoſtium ingrediuntur, tunc agreſtes plane ſuccidunt extrema ipſisque citima robora, eaque impellunt, vt ſic reliqua omnia deinceps ſeſe impellant ac mutuo collidant. Ita ruina obruti, qui ingreſſi fuerint, pariter imbelles cum fortiſſimis concidunt, & ex illa maxima ſtrue lignorum, tanquã capones ex corte educti mactantur. Effodiuntur etiam ſcrobes in orbitis viarum & ceſpitibus adoperiuntur, vt currus & alia impedimenta vna cum rotis deprimantur retardenturque. Adiiciuntur & terriculamenta quædam, quibus ducentes exercitus, ſublato clamore, facile in pauorem & trepidationem impelluntur.

Compedum ſtruendorum modus.

Hoc accidit noſtris, iiſdem fere in locis; primum, vt dictum eſt, ſub *Cazimiro Magno*, & poſtea etiam *Iohannis Alberti* Regis temporibus, quando prioribus cladibus attriti, cautiores eſſe nolebant. Iam nunc noſtri experientia edocti prudentiores ſunt. Etenim tranſmiſſuri exercitum præmittere ſolent exploratum aliquot turmas equitum leuioris armaturæ, qui occupant loca in illis ſyluis natura magis munita, &, ſi viderint aliquod periculum, recurrunt ad ſuos vel in tempore præmonent vniuerſum exercitum. Si vero aliqui interim ex Valachis occurrerint, ſuſtinent eos leuioribus certaminibus, donec auxilia ſubmittantur. Ac ita ſecure tranſitus exercitui patet. Redeo iam ad hiſtoriam. Ad hanc externam cladem noſtrorum acceſſerunt & domeſticæ ſtrages: peſtilentia nimirum tanta, vt in ſola vrbe Cracouienſi nondum ita frequenti, vt nunc eſt, viginti millia mortuorum cenſa eſſe dicantur. Magis autem in nobiles & locupletes, quam in vulgus graſſata eſt hæc lues, cum alioquin, quemadmodum experientia docet, ſæpius eueniat, vt in bello quidem nobiliores, in peſte vero plebem Deus ad pœnam expoſcat.

1364. *Cazimirus* Rex miſſis Auenionem ad Vrbanum quintum Pontificem oratoribus duo impetrauit: Alterum, vt in Ruſſia cathedra metropolitica erigeretur: alterum, vt Cracouiæ noua Academia exemplo *Caroli* Imperatoris, qui idem Pragæ in Bohemia non ita pridem præſtiterat, inſtitueretur. Vtrumque, inquam, impetrat & mox perficit. Quanquam Academiæ cœptum opus morte *Cazimiri* intermiſſum fuit, vt tam pii & tam ſancti inſtituti atque operis *Iagello Wladislaus* poſtea particeps, Deo ſic præſtituente, redderetur. Eodem anno, viſitando eccleſias Archiepiſcopus *Iaroslaus*, controuerſiam veterem de decimis, tanquam vlcus prius male ſanatum, curare vult & cicatricem obducere tentat, per compromiſſum litem dirimens. Eodem anno Wratislauia fortuito incendio conflagrat. Fames etiam Poloniam inuaſit, quæ cura ac diligentia Regis mitigata eſt. Horrea enim ſua

Viſitatio Archiepiſcopalis.

&

A. C. 1364. & grauaria referta aperuit in gratiam plebis. Sic alii commutatione rerum, alii opus faciendo, qui vero ditiores erant, pecunia emendo ſibi facile annonam comparabant. Itaque hoc tempore complures arces in Polonia & oppida muris, vallis, atque foſſis munita, piſcinæ, aggeres & aquæductus multis in locis facti. Ex quibus eſt ille, qui Bochnam vſque per quinque milliaria duci eſt inſtitutus; quo deriuata & immiſſa aqua ex Viſtula, ſal, ligna, ac cæteræ merces vltro citroque nauibus, vel ratibus deportarentur. Præbuit ergo *Cazimirus* ſequentibus regibus exemplum, vt non modo in ſolio diademate & aliis regni inſignibus ornati ſederent, nec tantum Martis cruenta facta meditarentur; ſed etiam œconomicis factis aliquando vacarent, vtque non modo exactionibus & teloniis, ſed etiam emolumentis ſuo ipſorum ingenio partis ſe viuere merito gloriari poſſent. Hoc ſane præſtitit *Cazimirus*, qui tali ſua induſtria effecit, vt anno ſequenti, conuiuium memorabile illud celebrando, ſplendorem gloriæ ſuæ auxerit, exteris regibus id ſpectantibus, & non ſine admiratione contemplantibus. Pontifex autem maximus *Vrbanus*, mitigatis tum regum animis, non modo pacem inter inimicos, verumetiam affinitatem conciliauit; effecitque, vt *Carolus* Imperator neptem *Cazimiri* Regis Elizabetam *Boguslai* filiam, vxorem quartam duceret. Tertiam enim *Annam Bernardi* Svvidnicienſis Ducis filiam acceperat; ex qua *Wenceslaum* filium ſuſceperat. Cum hac Svvidnicienſem dominatum ſupremum Sylleſiæ ſpolium Poloniæ detractum, ſibi acquiſiuit. Conueniunt inuitati a *Cazimiro* Reges, *Ludouicus* Hungarorum, *Sigismundus* Gothorum ſiue Danorum, & *Petrus Cypriorum*, Ponto & aduerſo Hiſtro in Valachiam, & inde terreſtri itinere per Ruſſiam Cracouiam aduectus. Præterea Duces, *Otho* Bauarorum, *Ziemouitus* Mazouiorum, *Boleslaus* Svvidnicienſium *Bernardi* defuncti frater, *Wladislaus* Opolienſium, & *Boguslaus* cum ſponſa filia. Ad extremum venit *Carolus* cum ſplendido comitatu. Cui venienti omnes principes, atque reges cum *Cazimiro* Cracouia ad vnum miliare obuiam profecti ſunt & non modicum ſpatium pedibus progreſſi, quod idem facere Imperatorem cognouerant, amice inter ſe conſalutarunt. Cum autem ibi appropinquarent, *Carolus* ſponſam eum patre, & magna puellarum & matronarum caterua obuiam habuit, deductusque cum ingenti pompa in arcem, *Cazimiro* petente, diuertit. Cæteris in vrbe hoſpitia diſtributa. Omnes hi principes aduenientes, in extremis Poloniæ finibus *Cazimiri* iuſſu comiter & perhumane accepti ac deducti, liberaliter & magnificentiſſime habiti ſunt, durantibus vſque in viceſimum diem nuptiis & conuiuiis. Et cum abunde omnia ad ſumtum ſuppeditarentur hoſpitibus, regiorum procuratorum atque diſpenſatorum prouidentia; tamen, ne A. C. 1364. quid magnificentiæ deſideraretur, magna A dolia in foro vrbis collocata ſunt; alia vini, alia auenæ plena, vnde ſumerent, quantum quisque vellet. Præerat autem procuratoribus, ac diſpenſatoribus omnibus regiis *Verincus Germanus* Conſul Cracouienſis, quem *Cazimirus* propter ſingularem induſtriam; atque dexteritatem in rebus agendis theſauro ſuo præfecerat & omnium conſiliorum ſuorum non modo participem, ſed moderatorem propemodum habebat. Is igitur, cum eſſet ditiſſimus, non habuit ſatis nuptias illas regio nomine quam ſplendidiſſime adminiſtrare; ſed, vt ſuam quoque magnificentiam Poloniæ adderet, Imperatori, Regibus, Ducibus, & proceribus eorum domi ſuæ conuiuium magno apparatu dedit B & ampla munera omnibus largitus eſt. Inprimis autem Regi ſuo *Cazimiro*; ita vt, quæ ei donauit, plus centum millibus florenorum æſtimata eſſe dicantur. Nuptiis rite peractis & fœdere ſempiterno inter Reges icto, ac iureiurando firmato, & miſſis inter ſe vltro citroque ampliſſimis muneribus, domos quisque ſuas diſceſſerunt, ad fines vſque regni a Polonis proceribus deducti. Poſt hanc *Cazimiri* cum regibus ſolenniter initam amicitiam, omnes vicini, depoſitis armis, eum prenſabant & ſe fidei eius committebant. Ex quibus *Gregorio* Belzenſium Duci, cum ſe imperata facturum promitteret, conceſſit, vt ditionem C ſuam retineret. Quin & Chelmenſem arcem de Lituanis captam *Cazimirus* ei adiecit. Eadem expeditione, quam in Ruſſiam ſuſceperat, Luſcum, Wladimitiam, Oleſcom arces in iurisdictionem ſuam redegit. Cruciferi etiam, cum in Pruſſiam ſuſcepiſſet iter videndi *Magdeburgi* gratia, vt ad eius, aliarumque vrbium exemplum Poloniam magis cultam redderet, perhumaniter & honorifice eum acceperunt; ac manſuetudine & prudentia eius victi, ſubmiſſionem erga eum teſtati ſunt tantam, quantum antea armis nullus regum Poloniæ ſibi apud eos conciliare potuit.

Nuptiarum deſcriptio ex D. Cromero.

Ceremoniæ Regum & Principum obuiam euntium Imperatori.

Georgius dux Belzenſium.

1370. Sic igitur ad ſummum gloriæ culmen *Cazimirus* regno perducto & ſibi æterna fama acquiſita, anno 1370. Predboriæ, cum D venatum die feſto ad proximam ſyluam, fruſtra diſſuadentibus aliis, abiiſſet, fugientemque ceruum inſequeretur, equo, quo vehebatur, cum impetu labente ipſius corpus, cum carnoſum eſſet, conquaſſatum eſt. Relatus eſt Predboriam, & poſtea Sędomiriam, indies febri inualeſcente, præſertim cum iam frigida aqua, iam mulſo vteretur, nec a medicis præſcriptam ſibi victus rationem ſeruaret. Cracouiam deinde delatus, quærit ex medico *Matthæo*, num iam Cracouiam perueniſſet, tacite admonens promiſſorum, quibus ei Cracouiæ certam ſanitatem medici polliciti erant. Quæſiuit poſtea, an aliqua ſpes eius valetudinis ſupereſſet. Cumque animaduerteret, medicos mo-

A.C.1364. more ſuo bona ſpe ægrotantem ductare, teſtamentum condidit, in quo multa multis largitus eſt, & præſertim Gneſnenſi & Poſnanienſi eccleſiæ. Cracouienſi vero crucem alteram inſignem auream ex duabus, quas Leopoli deportauerat. Executionem teſtamenti *Iohanni Strelcio* Decano Cracouienſi & Cancellario regni, *Suchiuilko* dicto, commiſit. Ad extremum in Chriſtiana religione, vt Chriſtianum decet, mortnus eſt, & in Baſilica Cracouienſi ad dextram aræ maximæ honorifice ſepultus, ſub imagine ſculpta in marmore. Vixit ſexaginta, regnauit annoa triginta ſeptem: pacia artibus clarus, ſed & bellicæ laudis non expers. Nam Mazouiam, Ruſſiamque regno adiecit & quæ alii bellis cruentis præſtare non poterant, ille conſiliia ſalutaribua commode perfecit. Oppida cinxit muris trigiota, arces fere quadraginta; monaſteria complura. Academiæ Cracouienſis fundamenta iecit, aquæductus & piſcinas extruxit, quamquam hæc cura poſteriorum regum potius fuit. Sed & hanc ipſe non eſt aſpernatus, iuxta illud: *Quæ ſingula non iuuant, coniuncta multa iuuarint.* Tabernæ mercatorum & propolium in foro Cracouienſi eius eſt opus. Sed quod maximum vallum eſt Reipub. & firmamentum fortiſſimum, leges egregias promulgauit & laqueos earum, & alia barbarira inſtituta ſumma cum dexteritate reſecuit. Adeuntibus facilis; querimonias etiam infimorum, vbi ipſi tenuiores homines difficiles ſe præbere ſolent, ille conſtanti temporis ſpatio ad id conſtituto, perbenigne audiuit. Tenuiores a potentiorum vi & iniuria ſedulo vindicabat; ita vt æquior plebi, quam nobilitati eſſe videretur. In moribus elegans. Poloniam bellis & aliis calamitatibus vaſtatam & infrequentem, populoſiorem reddidit. Cæterum in vita domeſtica non deerant ei ſua vitia. In cibo & potu intemperans; & inde in libidines ruebat. Nam præter greges concubinarum aſſeruabat Bohemam quandam *Rechecanam* captus eius pulchritudine: qua cum aliter potiri non poſſet, conceptis verbis vxorem eam ſe ducturum promiſit: confirmante id Abbate Tinecenſi, quem mulier illa cum vidiſſet tiara ornatum, Epiſcopum Cracouienſem eſſe credidit. Sed & hanc cum deinde caluam & ſcabioſam comperiſſet, eiecit & Iudææ cuiusdam *Heſter* conſuetudine vſus eſt. Itaque iuſta Dei pœna, nulla maſcula prole, exceptis nothis, relicta, deceſſit. Sacerdotes tamen continentes, licet ipſe incontinens, ſingulari fauore proſecutus eſt. Statura fuit procera, licet paruulo patre natus, eaque corpulenta, capillo denſo & criſpo; promiſſa barba; voce ſonora: ſed balbus aliquantulum. Quæ forma & corporis habitus *Cazimiri Magni* prorſus cum *Cazimiri primi* forma corporisque habitu conuenit, ita vt iſti duo principes, vt nomine, ita & perſona ſimillimi inter ſe fuiſſe videantur.

Leges Cazimirianæ.

A.C. 1370.

CAPVT II.

A *Ludouicus Hungarorum & Polonorum Rex.*

Anno ab orbe condito 5332.
Anno Chriſti 1370.

QVia non vitas regum Poloniæ, ſed Polonorum res geſtas iuxta annalium normam deſcribere ab initio propoſuimus, ideo a *Ludouici* rebus geſtis in Hungaria abſtinebimus: immorabimur autem iis tantum rebus, quæ ad Poloniæ regnum ſpectare potiſſimum videbuntur. Magno tunc dolore Polonos occupatos fuiſſe, nemo eſt qui non videat. Nam iis, qui indigenis regibus antehac parere didice- B rant, nunc externo regi ſe ſubdere graue & oneroſum erat. Accedebat eo, quod Mazouii ad prædas accurrebant; Sątocum & alia ſibi vendicando. Lituani etiam, rati ſe nactos commodam occaſionem, Volinia capta, progrediuntur ad Iſtulam & tandem vsque ad intima Poloniæ, vbi eſt Liſſecenſe monaſterium omnia diripiunt. Itaque Poloni, cum aliunde nihil opis ſperandum reſtaret, mittunt oratum *Ludouicum*, ne cunctetur, ſed quamprimum, ad capeſſendum iam ſibi deſtinatum regnum veniat. Quod cum & proceres Hungari inſtantes ſuaderent, reſpondiſſe fertur: Non ſatis intelligere, neque hos, quid ſuadeant, neque C illos, quid petant. Proſpiciebat enim e re neutrorum id fore. Nam ſicuti duobus gregibus non expedit vnum paſtorem habere; ita duas Reſpub. vix vlla ratione ſine alterius incommodo ab vno adminiſtrari poſſe exiſtimabat. Venit tamen ad nos. Cui frequentes Poloni ad Sądeciam obuiam progreſſi, eũ excepere. Rogatus publice a *Iohanne* cancellario, an teſtamentum regis *Cazimiri* ratum eſſe iuberet, præcipitanter aſſenſus eſt. Nam immodicæ donationes mortui regis ſine magno damno Reipub. præſtari non poterant. Ideo poſtea ipſemet de iis, quæ nothis filiis *Cazimirus* legauerat, apud terreſtres iudices (vt vocant) di- D ſceptandum eſſe cenſuit. De eius coronatione a maioribus Polonia ſcrupulus iniectus eſt. Hi enim contendebant, vt Gneſnæ veteri more fieret: ſed *Ludouicus* proximorum regum *Wladislai* aui, & *Cazimiri* auunculi exemplum ea in re ſecuturum ſe eſſe dixit. Coronatus eſt itaque Cracouiæ ab Archiepiſcopo Gneſnenſi decimo ſeptimo die Nouembris. Nec tamen deſiderium *Cazimiri* defuncti regis ex animis hominum Rex nouus euulſit; imo plus etiam auxit, cum non modo (in quo valde diſſimilis *Cazimiro* erat) aditus ad eum difficiles eſſent; ſed ne adiri quidem a noſtris ſine interprete poſſet. Nam tum lingua Latina non ita fuit, vt nunc, vſitata Polonis. Commemoratur autem, quod circa eius coronationem a *Wladislao* Opolienſi, & *Cazimiro* Stetinenſi Duce iusiurandum acceperit, quod perpetuo

Terreſtres iudices inter regem, & poſteros Cazimiri iudicant.

Stetinenſis & Opolienſis ducis iusiurandum.

A. C. 1370. tuo in poteſtate ipſius & regum Poloniæ deinceps futuri eſſent. Vide *Dlugoſſum.* Exequias deinde magnificentiſsimas & ſumptuoſiſsimas auunculo apparauit; vbi infinita pene A hominum multitudo lachrymis, planctu, eiulatu, ingens defuncti regis deſiderium teſtata eſt: præſertim, quod vna cum eo ſucceſsionem regum ſuorum vetuſtiſsimorum iam inde a *Piaſto* hactenus deductam & continuatam, abruptam atque extinctam eſſe cerneret. Hoc cum *Ludouicus* probe animaduertiſſet, veritus ne aliquam filiæ *Cazimiri* nouandarum rerum occaſionem Polunis darent, ablegauit eas in Hungariam & conſtituto ibi iudicio perfecit, vt non ex iuſta vxore natæ, ideoque hæreditatis paternæ incapaces pronunciarentur.

Ingratitudo Ludouici regis pœna Cazimiri libidinum.

Quod ſane ingrati hominis facinus ex iuſta diuini numinis vindicta extitiſſe videri poteſt, B vt filiæ *Cazimiri* paternarum libidinum & ſtupri ingenue puellæ *F. liciam* filiæ oblati in eodem pene loco, quo ille deliquerat, pœnas luerent. Abiit poſtea *Ludouicus* ex Polonia, *Elizabeta* reginæ matri adminiſtratione regni commiſſa. Ad *Goluchouiũ* poſtmodum motus eſt præfectura maioris Poloniæ & *Otho P.lecius* contra leges ei ſubſtitutus. Sequenti anno *Iaroslaus* cæcus abdicauit ſe Archiepiſcopatu.

Iaroslai Archiepiſcopi facta.

Memoratur etiam de eo illud excelſi animi facinus, quod, cum iuuenis adhuc Bononienſis Academiæ Rector eſſet, tranſtulit inde Academiam ſua authoritate, propter Britannum ſiue Anglum quendam ſcholaſticum a magiſtratu vrbis capite plexum, nec prius eam C reſtituit, quam pro cæde illa Angli ſatisfactum eſſet. Fertur autem *Iaroslaus* mandaſſe moriens vt cadauer ſuum non oſtio, ſed pertuſo pariete in Baſilicam ſepeliendum inferretur, quod non rite, neque legitime Archiepiſcopum ſe factum eſſe diceret.

Capita libertatum a Ludouico conceſſa.

1374. Leges quædam & libertates a *Ludouico* ordini nobilium datæ. Primo, vt vectigalis nomine ſubditi nobilium non niſi binos groſſos in ſingula iugera quotannis darent; cum antea duodecim dare conſueſſent. Secundo vt nobiles a reliquis penſionibus & oneribus deinceps liberi eſſent, eorumque ſubditi perpetuam vacationem & immunitatem haberent. Tertio ne rex vllum magiſtratum D perpetuum ſiue honores aboleat, neue extero homini cuiquam conferat; ac ne præfecturam quidem arcis cuiuſquam, aut oppidi: addunt quidam expoſitionem: Quæ iuriſdictionem adiunctam haberet. Eaſdem præfecturas nemini ex Ducum illuſtri genere orto ſe daturum promittit. Hæc Caſſouiæ *Ludouicus* Rex ſancit, ordinibus cunctis Poloniæ aſſentientibus. Tametſi Epiſcopi ne eos quidem binos groſſos concedere volebant, defendentes ſe *Boleslai Pudici* remiſsione. Hæc ille cum præſtitiſſet, Poloni viciſsim annuerunt eius votis, vt alterutra filiarum eius poſt ipſum in Polonia regnaret.

A. C. 1307. Wladislaus ex genere Piaſti Endiuioni in monaſterio.

1375. Secuti ſunt motus quidam in regno, quorum cauſa fuit *Wladislai* Cuiauienſis Ducis in Poloniam reuocatio. Hic enim non contentus fortuna ſua, abdiderat ſe in monaſterium Endiuioni. Cuius recordati quidam ex Polonis, cum angerentur ſupra modum ob dominatum externi regis, hunc, vtpote qui ſolus ex legitimis ſucceſſoribus *Piaſti* remanſerat, ex monaſterio reuocant. Veniens igitur molitus eſt nonnulla; ſed quia inuitis fatis hæc fiebant, nequaquam ei eiusque aſſeclis conſilium ſucceſsit. Rediit igitur Endiuionem, ſpreta Abbatia, quam ei *Ludouicus* homini gratificaturus in Hungaria dederat, ibique denuo cucullum ſumpſit. Narrauit mihi vir Magnificus quidam ex maiora Polonia, illuſtri loco natus, ſe illic vidiſſe monumentum *Wladislai* iſtius (quamquam ipſe putabat eſſe *Boleslai Audacis*) cui Epitaphium tale inſcriptum fuit: WLADISLAVS REX POLONIÆ HVC DELATVS ET MORTVVS HIC SEPELIRI VOLVIT, &c. *Elizabeta Ludouici* mater ex Dalmatia reuerſa in Poloniam, cum ei de Lituanorum incurſionibus referretur, muliebri leuitate laborans, quietos & ſecuros omnes eſſe iubet, inquiens: Filium ſuum tam longis granibusque eſſe manibus, vt ſolum nomen eius non modo Lituani, ſed cunctæ circumcirca nationes contremiſcant. Interea ipſa muſicis & choreis erat dedita. Tunc etiam ille triſtis caſus accidit, cum aulici *Elizabetæ* Hungari, diripientes fœnum ante portam Veliceuſem, contentione cum ciuibus exorta, *Iaſcium Kmitam* præfectum Cracouienſem ſagitta emiſſa interfecerunt; poſt vero ex ipſorum numero centum ſexaginta proſtrati ceciderunt. Triduo arx fuit occluſa & ab armatis obſeſſa. Quo caſu *Elizabeta* perculſa in Hungariam mœſta reuerſa eſt. Hoc etiam tempore in Græcia Turcæ vrbes nobiles cepere.

Ingens pecuniæ ſumma exigitur & Romam ex Polonia exportatur.

Itaque Pontifex, oratore miſſo, binos groſſos de vnaquaque ex prouentibus marca ad ſubſidia ferenda Chriſtianis a Polonis exigit. Quoniam autem *Pradislaus Pogorelicius* Epiſcopus Wratislauienſis paulo ante vita exceſſerat, relicta magna pecunia, ideo ex eius hæreditate legatus triginta millia aureorum adiunxit illi ſummæ. Inſuper octo alia millia annua pactus eſt Pontifex, donec aliquis *Pradislao* ſucceſſor daretur. Cuius approbationem ob id Pontifex in ſeptimum annum diſtulit. Motus eo exemplo *Ludouicus* Rex, ſuſcepturusque bellum contra Lituanos ab Epiſcopis ſubſidia ad tam pium bellum contra Barbaros petit; ſed nihil impetrat. Verebantur enim Epiſcopi, ne munifica ac voluntaria ipſorum contributio in morem & mox inde in legem abiret. Nihilo tamen minus proſequitur inſtitutum bellum contra Lituanos *Ludouicus.* In qua expeditione orto inter Hungaros & Polonos iurgio, *Petrus Safranecius* in faciem ab Hungaro quopiam vulneratus fuit. Cumq; res ad ſeditionẽ ſpecta-

A.C. 1370. re videretur, *Petri* dolorem Rex leniens, donat ei territorium oum arce *Pieſzkovvaskálá*. Saptem vexilla Topororum familiæ in illa ex- A peditione fuiſſe feruntur. Sub idem tempus cathedra Præmislienſis & Wladimirienſis inſtituta, *Gregorio* Papa annuente. Porro Archiepiſcopalis ſedes in Ruſsia Haliciæ conſtituta fuit. Hæc *Ludouicus* ideo faciebat, qond iam inhiaret Ruſsiæ, quæ ei ob ſertilitatem ſoli ſupra modum placuerat; & propterea eo expeditionem antea ipſemet ſuſceperat. Nam Archiepiſcopo Haliciæ, in ſede nimirum veteri *Colomani* Hungari regis, vt ſupra commemoratum eſt, reſidente, facile omnem Ruſſiam, quam iam animo conceperat, dicto obedientem ſibi fore pollicebatur; ſi, inquam, Archiepiſcopus iſtic ex ipſius ſententia reſideret. Suſpecta ea res fuit Polonis, quod attinet Ruſ- B ſiam. Sed muſſantur fere principum & potentiorum iniuriæ. Adiecit & alind enorme, quo magis exaſperatos Polonorum reddidit animos, quod *Wladislaum* Opolienſem ſe abſente gubernatorem regno præfecit. Negarunt Poloni ſe homini externo, quem ipſi ſibi principem non conſtituiſſent, parituros eſſe. Eo acceſſit & eccleſiaſtici ordinis murmur. Nam, com liberatos ſe a *Boleslao Puduco* ab omnibus contributionibus ſæpius allegarent, *Ludouicus* tamen abſens, vt aliquid ab eis emungeret, conſilium illud eſt ſecutus: *Magnum petas, vt æquum obtineas*: Imperauerat enim eis dimidium veteris exactionis; hoc eſt ſenos groſſos in ſingula iugera, vtque ita exige- C rentur, quæſtoribus edixerat. Cum illi iniuriam ſibi fieri quererentur, reſpondit, ſe graciam illis feciſſe, non iniuriam. Nam cum duodecim groſſos veteri ioſtituto cogerentur numerare, ille dimidium taotum exigebat. Cum autem immunitatem ab eo donatam, regno datis diplomatis, vrgerent, reſpondit, eos eam gratiam tum, cum hæc generatim omnibus donarentur, refutaſſe. Ira vltro citroque commutatis verbis, eo res tecidit, ve ex duobus malis minus eligendo, maluerint duos groſſos vna cum reliquis ordinibus contribuete, quam, nouis artibus circumſcripti, ad grauiora onera pendenda cogi. Nam *Pudici* priuilegia & immunitates, quæ ſacro ordi- D ni conceſſæ fuerant, non admittebantur; eo quod ille fuiſſet prioceps partis Poloniæ, non totius: itaque coronati Regis locum minime teouiſſet. Aliam autem faciem rerum ſubſecutam eſſe. Quare nouum caſum nouo remedio indigere. Hi colores tum excogitati fuerunt.

Prorex vel gubernator Regni.

Eccleſiaſticus & politicus ordo offenſus.

1380. Poſt hoc tampus macchinam æneam, quæ a ſono terribili *Bombarda* vocatur, Germanus homo apud Veneros excogitauit. *Ludouicus* Polonis Budæ Comitia indicit ad medium qnadrageſimæ. Erat hæc res noua, multaque ſecum incommoda trahebat; ad exteras oras per tanta locorum interualla Senatores euocate, veris præſertim tempore. Conſtituti tunc ſunt Triumuiri, penes quos A. C. 1370. ſumma rerum in Polonia eſſet.

1380. *Zawiſſa* Epiſcopos Cracouienſis in prædio ſuo Dobrouoda, ſeo repentino & vehementi morbo, ſeu de ſcala lapſus (variat enim fama) cum aceruum forte ad conſtuprandam ruſticanam puellam aſcenderet, extinctus eſt. Et cum funus eius pompa militari efferretur ab amicis, auditæ ſunt voces dæmonum vociſerantium: *Proficiſcamur meretricatum*. Auditi ſunt tum & ſtrepitus & hinnitus equorum. Poſt hunc *Ioannes* Gneſnenſis Archiepiſcopus, homo præcipiti iracundia, & in eccleſiaſticos homines dictis & factis contumelioſus, deceſsit. *Ludouicus* Rex cum languere ſe & ſenſim deſtitui viribus ſentiret, indictis Comitiis Zwoleni in Scepuſio, frequenti ſe- B natu Mariam filiam natu maiorem, & vna cum ea *Sigiſmundum* ſponſom eius, Marchionem Braodeburgenſem, ſucceſſorem in regno Polonorum deſignat. Sed *Sigiſmundus* non ſuo ordine, & ante tempus agens negotium, magnum obicem in hoc adeundo regno ſibi ipſi poſuit. Interim *Ludouicus* Tirnauiæ, vbi cum Hungaris Comitia celebrat, 13. Septembris moritur. Regnauit in Polonia duodecim annis. Statura fuit mediocri, prominentibua ocolis, atque labris; capillo, barbaque criſpa; ſereno vultu, homeris parum incuruis, moribus temperatis, in ſupplices clemens, maleficio iuxta ac beneficio ſe ſuperari haud patiens. Nihil vnquam inconſulta aſtrologia faciebat; C in homines doctos fuit propenſior. Illud habuit peculiare, qood nonnunquam, diſſimulato habitu, vicos & oppida perluſtrauit, vt cognoſceret, quid de publicanis & exactoribus, iudicibus & magiſtratibus ſuis, ac de ſe denique vulgus hominum aſſentandi neſcium ſentiret, multaque ex horum ſermonibus in ſe ſuisque correxit, ac caſtigauit. Bulgaros, Boſnenſes, Serbios, Croatas, eos denique, in quibus ſolis nomen Slauorum hæſerat, ad officium ipſi pareodi reduxit. Ita dominante eo Polonia & Poloniæ adiacentibus dominiis coniunctis, iterum, quaſi poſtliminio, gentes illæ, quæ quondam ad Slauonicam confœderationem pertinebant, veluti oues in v- D num ouile compulſæ, & rurſum coactæ in vnum corpus coaluerunt.

Ioannes Gneſ. Archiepiſcopus.

Slauonica gentes ſub Ludouico in vnum corpus coagmentata.

CAPVT III.

Interregnum.

Sigiſmundus Marchio Brandenburgenſis a *Ludouico* ſocero deſignatus, iam ſe propemodum pro Rege Poloniæ gerebat. Sed tribus rebus voluntates Polonorum a ſe alienauerat: Primum quod *Demaratum*, moroſum hominem, præſectum Poſnanienſem, vt amoueret rogantibus nobilibus, ſurdis auribus audiebat. Deinde quod eiici & remoueri ex cœnaculo Polonos cibum ſumpturus patiebatur. Poſtremo quod ſacerdotium quoddam

in

A. C. 1370. in Polonia, repudiatis procerum precibus, homini Bohemo contulerat. Itaque maioris & minoris Poloniæ nobiles cauſa eligendi noui Regis io oppido *Radomsko* indicunt Comitia. Vbi concluditur de ſtirpe *Ludouici* regem creandum; ſed talem, qui in Polonia per ſe ipſe regnum adminiſtraturus eſſet. Quo quidem verbo facile *Maria* filia cum *Sigiſmundo* eius viro excludebatur, *Sigiſmundus* enim Hungariam ſimul obtinere cupiebat. In Wiſlicienſibus vero Comitiis, vbi ipſe adfuit, apertius repulſam paſſus diſcedit. Et cum Cracouiam diuertere voluiſſet, excluſus eſt. Verebantur enim, ne dolo, vel accitis ex Hungaria militibus, eam in poteſtatem ſuam redigeret. Rediit ergo in Hungariam. Sumptus tameo el de publico ſuppeditati ſunt, dum per Poloniam iter facit. Ibi eum turbæ excepere. Inuenit enim *Carolum* Neapolitanum ab *Hornato* præfecto Croatiæ opera Reginæ interfectum eſſe. Polonia quoque major tum à tumultu non erat liberata, ob *Demaratum* præfectum; qui etiamſi in Viſlicienſibus Comitiis ſatisfacturum ſe omnibus receperat, tamen reſpooſum retulit: Non aliter ſatisfacturum eſſe, quam ſi magiſtratu abiret. Itaque publico placito nobiles ei parere detrectabant. Secutæ ſunt deinde cædes & prælia inter *Suiduam* & *Demantum*, interque *Ziemonitum* & eos, qui *Elizabetæ* partium erant. Nam Archiepiſcopus *Bozenta*, priuato conſilio ad *Ziemouitum* tranſiens, regem eum Leciciæ renunciauerat. Et oiſi exercitum ad ſedandos motus ex Hungaria Elizabeta miſiſſet, maior Ilias malorum & calamitatum adhuc ſecuta fuiſſet. Præſtitiſſet tamen, ſi ipſamet veniſſet. Quod quia non fecit; miſſus eſt ad eam *Sedziuoius Szubinius*, vt maturaret ſuum aduentum. Sed, cum videret, ſe ambiguis verbis ab *Elizabeta* ductari, quodque peius eſt, ne rediret in Poloniam, vetari, ipſe clam ſeſe Iadera vrbe euoluens, fere intra viginti quatuor horas ſexaginta milliaria bene ſunga, vt ſunt Hungatica, crebro mutando equos, emenſus, Cracouiam laſſus peruenit, vt de omnibus Polonos certiores faceret. Sancitum eſt igitur poſtea (& ſtatuta dies octaua Maii) vt *Heduigis* altera *Ludouici* filia ſe ſiſteret, ſi regnare vellet: ni faceret, aliter ſibi prouiſuros eſſe. Sed neque hac via aliquid perfectum eſſet, niſi iterum *Szubinius*, quem angebat nobilium iuoenum retentio, in Hungariam priuatim profectus fuiſſet, vbi perfecit, vt *Heduigis* in Poloniam rediret. Venit itaque comitata *Demetrio* tituli ſanctorum quatuor coronatorum præsbytero Cardinali & Archiepiſcopo Strigonienſi, aliisque Proceribus Hungaris. Ad cuius aduentus famam exciti Polonorum proceres, vsque ad Sadeciam profecti ſunt. Deducta Cracouiam honorifice, cum perampla ac ſplendida aurea & argentea ſtragulæ veſtia ſuppellectili, qualis decebat tanti Regis filiam, die ſanctæ *Heduigis* Legnicienſis ipſa *Heduigis* coronatur à *Bozenta* Archiepiſcopo magna A omnium lætitia & fauſta acclamatione. Ita lenitum fuit in animo Polonorum regis deſiderium, propter ſuaues & liberales mores *Heduigis* Reginæ cum verecunda modeſtia, prudentia, decentique ſuauitate coniunctis: quarum virtutum non vulgare condimentum erat forma corporis eximia. Noua deinde cura procerum animos inceſſit de adiungendo Reginæ marito. Et iam quidem *Vilhelmus* Auſtriorum dux, quem à pueritia in aula ſua educauerat *Ludouicus*, deſignatur ei maritus. Sed *Iagello* Lituanus huic antepoſitus eſt a Polonis. In ea deliberatione habita eſt ratio inprimis incrementi fidei Chriſtianæ, tum & acceſſionis magnæ prouinciæ ad regnum Poloniæ. Pro-B mittebat enim *Iagello* ſumma cum alacritate ſe & permiſſurum, vt ipſe primum, deinde ſuus populus initiaretur ſacris Chriſtianis per baptiſmum & Lituaniam regno adiecturum, ſi ei *Heduigis* in matrimonium daretur. Veruntamen nihil citra ſenioris reginæ ſententiam his de rebus ſtatuere iuſſum eſt. Ad quam ipſa *Heduigis* quoque prouocabat, cum procerum poſtulationem aliter recte refutare non poſſet. Sed illa optatum reſpooſum Polonis dedit. *Si*, inquit, *è re veſtra publica hoc fore exiſtimatis, non remoratura ſum veſtra commoda, neque religionis Chriſtianæ incrementa præciſura.* Interim *Vilelmus* Auſtrius, certior factus de ſtatu rerum Polonicarum, ac de C propenſa *Heduigis* Reginæ erga ſe voluntate, cum ſplendido comitatu & apparatu, magnisque diuitiis Cracouiam inopinatus venit. Sed arcis ingreſſu prohibitus eſt. Illa tamen eius videndi cauſa, luce clara, ſtipata ſuo aulicorum & puellarum comitatu, in cœnobio diui Franciſci conuenit. Fama etiam, ſiue vera, ſiue falſa, vulgatum eſt, eam confirmandi matrimonii cauſa prius, quam *Iagello* appropinquaret, eo veniſſe. Sed quicquid erat, ſuaſu *Demetrii Gorcil* regni Theſaurarii verentis, ne quid tale fieret, nihil actum eſt. Intelligens autem *Vilelmus* ſibi Polonos palam aduerſari, ſimul de aduentu *Iagellonis* certior factus, aliquanta interiecta mora, clam ſe Craco-D uia euoluit.

1386. Aduenit tandem *Iagello* Cracouiam 12. die Februarii vna cum Ducibus Ruſſis & Lituanis, habens etiam ſecum fratres aliquot germanos, & *Vitoldum* patruelem. His comitatus *Iagello* eſt ingreſſus in thalamoque ipſo *Heduigem* Reginam, magna cum admiratione eximiæ formæ eius, ſalutauit. Poſtridie autem ei dona perampla per *Vitoldum* & *Boriſſum* & *Swidrigelonem* miſit.

CAPVT IV.

Wladiſlaus Iagello.

Anno ab orbe condito 5348.
Anno à Chriſto nato. 1386.

A. C. 1386.

QVia omnibus in Polonia, qui ad regium munus efferri & coronari debent, antiquus mos eſt idemque pius & religioſus, vt an- A tea per modum præparationis cuiusdam peccata confiteantur ſua, ſacroſanctæque Euchariſtiæ ſumptione obſignentur: ideo cum *Iagellone* idem mos eſt ſeruatus, idque eo magis, quod *Wladislaus* antea gentilis erat. Nam & tota Lituania more gentium ignem pro Deo colebat atque ſerpentes nihilque alienum in eis à gentiliſmo erat. Hos igitur errores, Catechumenus cum eſſet *Iagello*, priusquam cum *Heduigi* matrimonium iniret, vna cum fratribus abdicare iuſſus, 14. Februarii à *Bozenta* Epiſcopo ſacro fonte ablutus eſt; Chriſtianæque religioni initiatus *Wladislai* nomen accepit, ac tum demum matrimonium ſolenni ritu cum *Heduigi* regina contraxit, Lituaniamque B omnem vna cum Samogitia & ea parte Ruſſiæ, quæ in ditione eius erat, Poloniæ iure ſempiterno adiunxit & in vnum corpus redegit; iureiurando interpoſito & obſidibus datis ipſo *Vitoldo* & *Lubarto*. Nam veteres tametſi ad eam perfectionem ſapientiæ exquiſitam non peruenerant, de qua præſens ſeculum gloriatur, ita tamen cauti erant, vt vnice cauerent, ne Respubl. quoquo modo decepta, detrimentum aliquod irreparabile pateretur, neue ſub ſpecie religionis deciperetur, haud facile perſuaſi, quantumuis noui hoſpites demiſſe ad aram ſtarent, & ſuſpiria ducerent (forſan ad conſpectum formoſiſſimæ virginis) liberaliterque multa de ſe deierantes pollicerentur. Quarto autem die poſt, inunctus ab Archiepi- C ſcopo diadema regium nouum ſuſcepit. Nam vetus, in Hungariam à *Ludouico* aſportatum, nondum ad eam diem reportatum erat. Sequenti die in vrbem ſolenni pompa deductus, ſolio in foro poſito collocatus, iusiurandum à Cracouienſibus & oppidanis de more accepit. Poſtea indultum eſt conuiuiis & choreis. Per eos dies Cruciferi ab *Andrea*, fratre *Iagellonis*, qui apud Ruſſos religionem Chriſtianam profeſſus erat, concitati, Lituaniam hoſtiliter inuadunt. Sed dedit poſtea *Andreas* temeritatis pœnas toto triennio Checinenſis carceris ſqualore confectus. *Iohannes* etiam *Venetius*, gente *Polomenius*, iudex Poſna- D nienſis, qui propter iniuſta iudicia, & ſcelera perpetrata cruenti dæmonis cognomen meruerat, à Poſnanienſi conuentu confiſcatione bonorum & carcere mulctatus eſt. Laudatur hoc tempore pietas *Heduigis* reginæ; quæ, cum videret, Regem maritum eccleſiaſticorum bona, barbarico adhuc more, pignoris nomine occupaſſe ac cepiſſe, ob negatam ei ſtationem vt vocant, eum vt pignus diſſolueret deprecata eſt. Cum igitur ille pignora capta reddi iuſſiſſet, ibi illa ſuſpirans: *Pignora quidem reddimus*, inquit, *agreſtibus; cæterum lachrymas quis eis reddet?* Pium Reginæ dictum, & ſempiterna memoria dignum. Profectus eſt deinde Rex cum Regina in Lituaniam. Vbi Apoſtoli & Euangeliſtæ officio functus, ita elaborauit in promouenda fide Chriſtiana, vt etiam ipſemet eis interpretatus ſit ſymbolum Apoſtolicum. Cum autem immenſi eſſet laboris ſingulos ſacro fonte tingere, nobilioribus tantum hic honos habitus eſt, reliquum vero vulgus catervatim diſtributum aqua ſacra à ſacerdotibus aſpergebatur; vnumque nomen cuique catervæ, tam virorum, quam mulierum, imponebatur. Ad quod diuinum opus vt alacrius eos Rex inuitaret, pannos laneos nouos, & calceos eis largiebatur, cum ad eum diem iſtis carerent & peronibus, vt hiſtoria teſtatur, magna ex parte vterentur. Vilnæ deorum Baſilicæ extructæ & Epiſcopatus inſtitutus eſt. Reuertens *Iagello* in Poloniam Leopoli *Petrum* Palatinum Moldauiæ, ſeu Valachiæ cum proceribus ipſius, ſolenni iureiurando adactos in fidem & clientelam ſuſcepit.

Iudex cruentus Dæmon vocatus.

Primus Conuentus.

Dixeram ſuperius, me deinceps res Lituanorum, per ſeriem Comitiorum, inſtar epitomes, conſignaturum; hoc iam nunc præſtandum eſt. Nam hiſtorici varia methodo texere ſolent hiſtorias; alii per Pontificum vitas; alii per Imperatorum mutationes; alii per Regum ætates procedunt: nos hic per comitiorum, ſeu conuentuum celebrationes rem totam edisſeremus. Iagello *igitur Magnus Dux Lituaniæ, feſſus & fatigatus tot calamitatibus, tam à Cruci-* C *feris, quam à fratribus illatis, qui coniuraſſe videbantur in eius patriæ perniciem, de* Heduige Luduuici *regis filia ducenda conſilium capit; vt ita ampliſſimi regni amicitia munitus, hoſtes ſuos, tam extraneos, quam domeſticos, facile contemnere ac compeſcere poſſet. Senatus Polonici hic ſumma prudentia & prouidentia commendatur; quod conficiendis nuptiis iſtis, non modo priuatas vtilitates, & bella Crucifcrica tolli poſſe iudicarunt, ſed etiam Septemtrionales gentes, quæ etiamnum ethnica ſuperſtitioni mancipatæ erant, ad religionem Chriſtianam conuerti poſſe ſperarunt. Et ſane, quæ Pontifices cum Imperatoribus tot bellis & impenſis præſtare non* D *poterant, hoc ſalutari eorum conſilio perfecta ſunt. Pax reſtituta, Chriſtianorum res aucta ac propagata, & omnes bellorum cauſæ tandem ſublatæ. Quod quibus modis, quibusue mediis confectum ſit, ex breuiſſima ſuo ordine ac per temporum ſeriem deſcriptione decem comitiorum, quæ in ea cauſa coacta ſunt, iam patebit. Fuerunt quidem & alia poſtea expeditiones, & bella Grinualdica & Choinicienſia, nec ſtatim hoc vlcus ſanari potuit; ſed deſcribentes acta comitiorum celebriorum, expeditiones etiam iſtas in tranſcurſu breuiter conſignabimus, oſtendemusque, quando & per quos hæc bella finita fuere & templum hoc Iani occluſum. Nam hoc plurimum facit ad amplificanda merita nationis noſtra*

A. C. 1370. *ſtra apud omnes Principes Hierarchici ordinis. Sicut enim antea Chriſtianos proficiſcentes ad bella Orientalia contra Saracenos noſtri iuuerunt; ita hac Septemtrionalia ante Cruciferorum huc aduentum humeris ſuis ipſi ſuſtinuerunt & poſt deiectos Cruciferos Septemtrioni pacem ideoque omnibus Chriſtianis reſtituerunt. Primus igitur conuentus fuit in negotio vnionis circa coronationem* Iagellonis. *Quid autem ibi tractatum & concluſum fuerit, ex conditionibus inter Polonos & Lituanos, in priuilegiis & Chronico Lituanorum expreſſe liquet. Quarum prima & pracipua fuit, vt ipſe* Iagello *cum ſuis fratribus & dominiis Chriſtianus fieret. Secunda, vt ipſe cum omnibus dominiis ſuis ſtatim ſe vniret, incorporaret, inuiſceraret (ſic enim priuilegia loquuntur) ad regnum Polonia, ita vt pro vno denique dominio reputentur; & ea, qua Lituani repuerunt & auulſerunt à regno Polonia, reſtituantur; hoc eſt arces ciuitatesque & pracipua Ruſſica prouincia, nec non & Podlaſia; captiuique inde abducti liberi dimittantur. Tertia, vt terra Sylleſitica, Pruthenica & Pomeranica à regno Polonia tempore interregni, videlicet poſt diuiſionem inter poſteritatem Regum, auulſa omnino recuperentur. Quarta, vt* Iagello *theſauros omnes ſuos, quos habet & habere poterit, in Reipubl. vtilitatem conuertat. Cum his conditionibus totidem fere verbis expreſſis Poloni cum Lituanis ad* Iagellonem *ſunt dimiſſi. Quas vbi ille expreſſe ac luculenter comprobauit, relatumque eſt, ipſum nec breuem ſtatura eſſe, nec deformem, ſicuti in vulgus & potiſſimum apud Reginam ab aduerſa factionis hominibus ſparſum fuerat, quin potius vtrumque commodius reperiri, cuncti hoc nuncio, & Regina ipſa exhilarati ſunt. Conſcripta ſunt deinde tranſactiones, iuſiurandum datum & acceptum, vades & ſponſores interpoſiti, ſicuti latius apud alios, & in hiſce annalibus noſtris deſcriptum habetur. Paſſim autem ad commendandum Principem ſuum paranymphi* Iagellonis *iactabant;* Iagellonem, *quod multis principibus viris petentibus hactenus negauit, id cum* Heduigi *& matrimonio eius daturum eſſe, vt ſe Chriſtianis myſteriis initiari ſit curaturus.*

1390. Antequam Rex iret in Lituaniam, interceſſerat ſimultas quædam inter Regem & Reginam. Delata enim fuerat Regina apud Regem & probri inſimulata, ac ſi, illo adhuc abſente, *Vilehmum* Auſtrium clam Cracouiam venientem ad ſe admiſiſſet: ſed Regina ea de re iureiurando Regi ſatisfecerat & delator, cum documentis deſtitueretur & ſe dixiſſe, negare non poſſet, mentitum ſe eſſe, clara voce latratu de more ſub ſcamno edito, profeſſus erat. Eſt vero apud Polonos antiquitus ea grauiſſima & plena dedecoris pœna. Ita amor coniugalis poſtea inter eos redintegratus fuit. Abſente Rege, *Elizabeta*, exercitu comparato, in Ruſſiam perrexit & Leopolim aliaſque vrbes in poteſtatem ſuam redegit, Hungaris & Syleſiis deiectis, quibus præfecturæ à *Ludouico* commendatæ fuerant. Eodem tempore *Lancaſter* Anglorum Regis filius & Francones, Teuthoneſque opinione piæ militiæ contra Barbaros à Cruciferis illecti, cum triplici exercitu in Lituaniam hoſtiliter veniunt. Aduerſus quorum vim *Nicolaus Moſcorouius* cum aliis Polonis ægre arcem Vilnenſem defendit. Non erat tunc ita abſurdum, idque ob vim arctæ illius vnionis vtriuſque gentis, in Lituania præfecturas Polonis commendari. Nam & poſt *Moſcorouium Iohanni Oleſnicio* gente *Debno*, præfectura Vilnenſis à Rege commendata fuit.

Præfecti Vilnenſes ex nobilitate Polonica.

1391. Per idem tempus Croatæ, Boſnenſes, Bulgari, Valachi, atque Tranſalpini imperium mulieris, & externi regis *Sigiſmundi* aſpernati, ad defectionem propendent & *Hedwigem*, vt veram hæredem Hungariæ, agnoſcunt. Sic Bazarabiæ Palatinus cum ditione ſua in fidem, & clientelam *Wladiſlai* regis *Hedwigiſq;* reginæ concedit. Quæ ideo adnoto, vt melius res Slauonicæ, quo in ſtatu fuerint, etiam poſt mortem *Ludouici*, cognoſci poſſit. Et exiſtimo, in gratiam & fauorem harum gentium, ſub idem tempus ſacra Slauonica lingua Cracouiæ in templo ad ſanctam Crucem ab eadem *Hedwigi* prudentiſſimo conſilio inſtituta fuiſſe. Nimirum vt commendabiliorem ſe eis hoc pacto redderet. Hoc miniſterium & cantus Slauonicus retentus fuit vsque ad tempora *Dlugoſſi* Hiſtorici; quod idem atteſtatur autor. Ruſſiæ pars & cum ea Belzenſis præfectura ſub idem tempus *Ziemouito* Mazouiorum Duci, aſſentiente Regina, donatur.

1392. *Wladiſlaus*, vt ſe moleſtia belli Lituanici liberaret, cum fratres germani ignaui & venationibus tantum dediti eſſent, *Vitoldum* patruelem Lituaniæ Ducem declarat, qui fidelitatis iuramentum ei præſtat.

Lituaniæ Dux iuramentum præſtat.

1394. *Vitoldus* iure precario à *Wladiſlao* Rege Cameneciam impetrat in feudum. Nam *Cazimirus Magnus* iamdudum vna cum Ruſſia eam poſſederat.

1396. *Sigiſmundus* Rex Hungariæ, ne ſibi à Turcis Bulgariam Raſciamque auferri pateretur, coacto exercitu ex variis nationibus, infeliciter cum *Baiazete* Turco pugnauit ad Nicopolim. Nam Galli, cum ſibi, honoris cauſa, primum agminis locum in eo prælio depopoſciſſent atque impetraſſent, vbi ſe eis in conſpectum Turcici præcurſores obtuliſſent, non expectatis phalangibus Germanicis, & equitibus Bohemicis, Polonicisque, à *Baiazete* lunata acie (vt fert eorum conſuetudo peruetuſta) partim cæſi, partim capti ſunt. Hoc infelici caſu perculſi cæteri, diffugerunt, & ipſe *Sigiſmundus* exutus caſtris & omnibus ſpoliatus ornamentis regiis, in parua nauicula vix euadens incidit in claſſem Venetorum, quæ eum reduxit. Hæc acta ſunt ad Nicopolim

Bul-

A. C. 1396. Bulgariæ metropolim. Laudatur in eo prælio animoſitas *Scyborii* Poloni, qui fuit gente *Stoius*. Hic ſequens fugientem Regem, cum nauiculam ingredi non poſſet & Turcæ imminerent, ita vt erat armatus in Danubium ſe proiecit & enatauit, charusque poſtea Sigismundo fuit. *Baiazetes* autem paulo poſt apud Stellam montem celebrem victoria *Pompeii* de *Mithridate* memorabili prælio victus eſt à *Tamerlano* Scytharum Imperatore & in ferrea cauea in modum feræ per Aſiam circumuectus. *Vitoldus* etiam cum *Hediga* Scytha *Tamerlanis* legato eodem tempore infeliciter pugnauit: Vbi fortiter pugnans *Melſtinius*, cum euadere poſſet, occubuit. Cum enim ei, quod timidus eſſet, commilito quidam *Scinconius* obieciſſet, eumque illectum venuſtæ vxoris amore terga daturum in pugna auguratus fuiſſet, eo quod pacem *Melſtinius* ſuaderet *Vitoldo* ineundam cum Tartaris, ipſe quidem augur ex pugna retulit pedem, aufugitque, *Melſtinius* autem inter confertiſſimos hoſtes, vt optabat, maluit occumbere. Annotatur autem hic, quod paulo ante à *Vitoldo* Scythæ illi Lituanici fuerant traducti & ſupra Vaccam collocati non procul a Vilna.

Locus ille Coſſonaſi à Turcis vocatur, hoc eſt anſerum campi, quod id genus volucrum ſtatis anni temporibus eo conuolent, vt totis agminibus in Europam commigrent.

Melſtinii mors heroica.

1399. Per idem etiam tempus *Heduigis* Regina circa partum mortua eſt. Hæc mirifice ob id laudatur, quod Reginis Poloniæ exemplum ducendæ vitæ perfectiſſimum reliquerit. Fuit namque *Heduigis* pietate & ſanctimonia vitæ prædita; ab omni faſtu, leuitate, & iracundia aliena; ocii iuxta ac alienorum à ſuo ſexu atque dignitate negotiorum fugiens. Tempus omne ſuum, vel in diuino cultu, aut lectione eorum, quæ ad pietatem, moresque formandos pertinerent, vel audiendis & leuandis viduarum, pupillorum & aliorum miſerabilium querimoniis & calamitatibus impendebat. Pragæ domum peramplam Lituanis erudiendis condidit. Academiæ Cracouienſi perficiendæ multa legauit. Ieiuniis aliisque exercitiis Chriſtianis vacauit. Præter autem alia ſigna ſanctitatis eius, illud memoratur, quod, Cruciferis in quodam conuentu ferocientibus & iuſtas conditiones pacis aſpernantibus prophetico ſpiritu cladem illam, qua poſtea illorum vires fractæ conciderunt, prædixerit, inquiens, ſe quidem viuente pro ea audacia nihil aduerſi eos paſſuros; poſt mortem vero ſuam maximis cladibus illa omnia expiaturos.

1400. Iuſtis Reginæ peractis, *Wladislaus* mœſtiſſimus de retinendo regno dubitabat, mortua hærede. Neque enim ignorabat, ſe externum hominem, propter vxorem apud liberrimam gentem regnaſſe; ſed à Senatu recreatus & meliora ſperare iuſſus, acquieuit ſententiæ eorum.

Secundus Conuentus.

1401. *Conuentus ſecundus in negotio eiuſdem vnionis fuit Vilnæ celebratus, quo* Wladislaus *ſe contulit, vt promiſſa pactaque conuenta cum* Vitoldo *& Lituanis ſuo Polonorumque nomine renouaret. Vbi promiſſum & litterarum monumentis cautum eſt, vt ſi* Vitoldus *abſque liberis decederet, in Regis & regni Poloniæ poteſtatem venirent omnia, quæcunque is poſſediſſet, vnà cum magno Ducatu, excepta dimidia parte Nouogrodiæ cum quatuor prædiis quæ* Sigismundo Vitoldi *fratri cedere debeat. Ea tamen lege vt Regi & regno Poloniæ ſit ſubiectus. Exceptis etiam bonis dotalibus* Annæ *vxoris* Vitoldi, *quæ poſt eius demum obitum ad Regem & regnum deuolui deberent. Hæc acta eſſe anno 1401. litteris ea de re tunc conſcriptis & obſignatis confirmatum eſt. Deplorant hic quidam ſcriptores & conqueruntur, Lituaniam fuiſſe tunc hac transactione circumuentam, erratumque hoc, vt illi vocant, in Senatorum Lituanicorum ſimplicitatem reiiciunt. At mulier, ſi pudica eſt, minime dolere debet, quod aliquando vni nupſerit. Floret pace, opibus & gloria nihilominus vt Poloniæ regi pareat, magnus ille Ducatus, & gratulari ſibi debet, quod hac ratione tandem Dei Optimi Maximi beneficio liberatus ſit ab illis Cruciferis, ne dicam tartareis furialibusque bellis, incendiis, vaſtationibusque, quæ eam Lituaniam circiter ducentos annos exercuerant, ac vexauerant miris modis; &, quæ res peior erat, à ciuilibus bellis, & funeſtis laniena Regulorum ſuorum. Certe* Vitoldus *non fuit humilis animi: ſi circumſcriptum ſe ſenſiſſet, erratum hoc in Hrodlenſibus Comitiis correxiſſet, quod tamen non fecit, imo firmiori aſſenſu & ſolenni ratihabitione confirmauit ac roborauit vna cum aliis; vt inferius patebit. Quod autem ex Latopiſciis ſeu Annaliſtis, qui millies errorum grauiſſimorum conuicti ſunt, de conuentu Pramislienſi commemoratur, ſcriptores, qui veluti publica fide nobis hiſtoriam tradidiſſe videntur, nihil ea de re nobis reliquerunt.*

A. C. 1401.

1401. Secundæ nuptiæ *Wladislai* cum *Anna* Ciliciæ Comitis filia, quibus nuptiis *Anna* mater ſponſæ, *Caſimiri* regis filia interfuit. Non ſtatim vero poſt ſponſalia hæ nuptiæ fuerunt; ſed ſponſa prius octo menſes linguam Polonicam didicit. Eodem anno Academia Cracouienſis excitatur. Per hoc tempus *Venceslaus Caroli* Imperatoris filius, qui poſt patrem annos viginti duos imperium tenuerat, ab eoque tandem propter ignauiam remotus fuerat, totus compotationibus deditus; adeo vt cum aliquando accepiſſet de quadam arce ſua nuncium, eam conflagraſſe, non quidem de rebus maioris momenti, quomodo ſe haberent quærit; ſed tantum de vino ſollicitus, an cella vinaria incendio ſuperfuiſſet eveſtigio interrogat.

Altera vxor Iagellonis.

1402. *Wladislaus* Rex templum corporis Chriſti Poſnaniæ erigit. *Quod*, inquit, *iſtic corpus Chriſti in pratis Poſnanienſibus repertum fuit.* Referunt autem ciues Poſnanienſes, tunc

A. C. 1386. tunc Regem ipſum Poſnaniæ fuiſſe, eumqua eodem in templo die Aſcenſionis imago reſurrectionis ſurſum funibus iuxta morem auitum eius feſti traheretur, interrogaſſe fertur, cuius eſſet ea imago. Reſponderunt, Dei. Tum ille, *Detis ei*, inquit, *candelam*. Cum vero Diabolus in ſpecie Draconis deiiceretur ex ſummitate templi, rurſus interrogauit, quid ſibi hoc vellet. Reſponderunt, eſſe Diabolum cœlo deiectum. At ille, *Detis ei duas cereos*. Interrogatus quid ita? Reſpondiſſe fertur Polonico idiomate: *Sluż Bogu á dyablá niegniewaj*, id eſt: *Deo ſeruias, Diabolum ad iram ne concites*. Quanquam id de Diabolo miquiſſimo illo iudice Poſnanienſis prouinciæ dictum eſſe quidam putant. Eodem tempore *Wladulaus*, cum eſſet Toruniæ, dum obequitat, vt videret ſitum & munitionem vrbis, à muliercula quapiam ſeu caſu, ſeu data opera ſordibus perfuſus fuit. Et cum morti ob delictum illud deſtinaretur muliercula, ipſe impunitatem ei impetrauit. *Raſtrale* (vt vulgo appellant) ſeu agraria contributio, decem nimirum groſſi in ſingula iugera, imponitur, ex quo centum millia marcarum collecta eſſe memorantur. Tanta tunc fuit quæſtorum fidelitas. Hoc etiam tempore particularia comitia inſtituta fuiſſe, memoriæ proditum eſt. *Wladulai* item cum *Venceslao* Rege Bohemorum Wratislauiæ conuentus, non ſine admiratione Bohemorum & cunctorum hoſpitum, celebratur. Nam cum Marſalcus regius præceſſiſſet Regem, comitatus ſexcentis haſtatis: Rex Bohemiæ ratus, iam ante vrbem adeſſe Regem, prodiit.

CAPVT V.

De bello Grinualdico Polonorum Lituanorumque cum Teuthonibus ordinis Cruciferorum, & cauſa belli.

CAuſa belli magni Pruthenici liquet ex legatione & colloquio Archiepiſcopi Gneſnenſis, quod habuit cum Cruciferis. Cum enim Archiepiſcopus dixiſſet, Regis, non *Vitoldi* proprium & hæreditarium eſſe dominatum Lituaniæ & proinde deſinerent Lituaniam infeſtare: Magiſter excandeſcens ad hæc verba, feroci vultu & ore tremulo ſtatim ſe arma Lituaniæ illaturum minatur. Cui Archiepiſcopus non ferens Magiſtri ſuperbiam: *Deſinas*, inquit, *nos bello terrere: ſi arma contra Lituanos ceperis, viciſſim arma noſtra domi ſenties*. Ad hæc regeſſit Magiſter: *Cum ita dicis, caput ergo patius petam*. Ex hoc colloquio liquet, Lituaniam fuiſſe præcipuam cauſam ſuſcepti belli; quod eam infeſtare & diripere Cruciferi non deſinerent. Sed *Venceslaus* Rex Bohemiæ, arbiter huius controuerſiæ electus, eandem auxit & maius belli excitauit incendium, dum nulla habita ratione iuſtitiæ & æquitatis, pro Cruciferis fert ſententiam, qui inſuper ineptiſſime, quæ extra

Archiepiſcopus pro conciliatore pacis Fecialem agit, edicens ante tempus bellum.

Iniquum regis Bohemi arbitrium.

controuerſiam erant, adiungit; vt Poloni ſcilicet non niſi ex occidentalibus oris regem ſibi deinceps peterent. Deſperata igitur æqua pace, *Wladislaus*, dimiſſis in omnes partes litteris, reſtibus de more alligatis, expeditionem cunctæ Poloniæ edicit. Incidit tunc quæſtio in Senatu, an mercenarii milites externi deberent aduocari ad hoc bellum. Sed *Zbigneus* ſoluit hunc nodum: *Si*, inquit, *vicerimus, non nos, ſed hoſtes eis ſtipendia præſtabunt. Sin vero victi forte fuerimus, an erunt, qui pro caſis captiſque ea petant?* Atque ab eo tempore conſilium hoc *Zbignei* a ſenatu regio comprobatum, in eiuſmodi caſu locum obtinuit. Laudatur etiam hic Polonorum factum, poſſeſſiones peramplas in Hungaria a *Sigismundo* habentes, cum intelligerent, eum ad violandum fœdus eum ipſorum Rege pronum eſſe, raro exemplo & memorabili, omnibus bonis ſuis in Hungaria valare iuſſis & *Sigismundi* pollicitationibus ſpretis, patriæ ſuæ auxilia laturi accurrerunt: quibus *Wladulaus* liberalitate & gratitudine poſtea reſpondit. Ituri ad bellum, Archiepiſcopum tum gubernatorem Poloniæ ac veluti interregem aliquem reliquerunt. Poloni, *Vitoldus* & Lituani ad Cernecenſe monaſterium cum regio exercitu conueniunt, nauali ponte iuncto. Cruciferis interea conſilia agitantibus, omnes bellum paci anteponunt, excepto Comite Vendenſi; qui propter vſum rerum & annos prudentior, diſſentiebat ab aliis pacem ſuadens & communem eſſe Martem dubiumque euentum belli, dictitans. In quem *Varnerus* Commendator inuectus. *Poteras*, inquit, *cum iſthoc animo domi manere & ægratorum fratrum curam gerere*; At ille, *ego*, inquit, *quæ recta & vtilia iudico in medium conſulo. Veruntamen, ſi aliter aliis videbitur, ita me Deo præpitio geram, vt genere meo dignum erit. Tu vide, ne ſis dictis, quam factis, fortior.* Intercepit rixam Commendatorum *Sciborius*; pacemque enixius ſuadere cœpit. Sed eum quoque, licet tum oratorem, Magiſter increpuit, inquiens: *Polonus cum ſis, rem Polonorum agis.* In exercitu porro regio cum ex Lituanis quidam prædas in Polonia agerent, ædiculamque ſacramenti alicunde abſtuliſſent, ipſumque ſacramentum profane abieciſſent, clamare ac fremere cuncti cœperunt, niſi plectantur latrocinantes & ſacrilegi, militiam ſe deſerturos eſſe, nec in caſtris ſic impiis commoraturos: quo clamore & fremitu commotus Rex, autores ſceleris perquiri iuſſit. Inuenti duo Lituani, *Vitaldi* iuſſu, ipſi ſibi patibulum excitant & ſuis vterque manibus barbaro, ſed patrio tamen more, ſeſe ſuſpendunt, obiurgantes interim ſe mutuo, quod ſua cunctatione iram Principis in ſe magis accenderent; quaſi is morte atrocius etiam aliquid amplius in eos ſtatuere poſſet. Interea dux belli ſupremus cum imperio, *Zindramus Maſcoui-*

A. C. 1386.

Deliberatio de externa milite.

Primatus vtilitas tempore belli & interregni.

A. C. 1386.

Zindramus Maſcouius ſupremus Dux belli.

ſcouius Enſifer Cracouienſis, ortus ex familia, cuius eſt inſigne Sol, declaratur. Erat is ſtatura parua, ſed ingenti ſpiritu & rei militaris A admodum peritus, homoqoe plane induſtrius. Priua igitur paſſim proceribus inter ſe deliberantibus & tantum munus ſuſcipere detrectantibus, ille tandem ad ſe omnium conſenſu delatum cunctans & ſumma modeſtia alios præferens, ſuſcepit. Deus det huic ſeculo tam prudentes & ab omni ambitione & labe alienos viros. Adiungitur Duci ſupremo belli conſilium caſtrenſe, in quo, tanquam in comitiis, de ſumma rerum ſtatuebatur. Tertio edictum publicum conſcribitur & promulgatur, cuius capita longum eſſet hic referre. Verum in libello noſtro Campiductoriæ hoc, & alia complura huius belli deſcripta reperies. Ibidem, cauſæ quoque explicatæ, cur ante conflictum B illi Teuthoues præmiſſi ſint cum tibicine ad exercitum regium cum illis duobus gladiis, quos, cum Regi offerrent, ia vt boni ominis rem ab eis accepit. Tali autem ad Deum oratione non ſine lachrymis & ſuſpiriis excitaſſe ſuos ad prælium fertur:

Oratio Regis ad Deum ante conflictum.

Deus Optime Maxime, inquit, *non modo factorum, atque dictorum, ſed & cogitationum omnium cognitor. Tu mihi teſtis es certiſſimus, me inuitum ad hoc bellum cum Chriſtianis, vtcumque licet Chriſtianis, gerendum deſcendere. Tu etiam noſti conſilia pacis me nunquam defugiſſe. Sed quando nihil apud iſtos manſuetudine profeci, arma ſumere coactus ſum, tuiſque auſpiciis vexillum hoc nunc C explico. Tu, quæſo, iuſtiori cauſæ faueto & Chriſtianum ſanguinem, quos bellum vtrinque abſumet, ab illis, qui bello cauſam dederunt, expetito.* Hæc Rex, collachrymante omoi exercitu. Abſterſis tandem lachrymis, carmen patrium, cuius aotorem Diuum *Albertum* fuiſſe referunt, cecinere. Interea à *Zindramo Maſcouio* & *Vitoldo* ducibus belli acies inſtructæ erant. Læuum cornu Poloni, dextrum Lituani tenuerunt; eo quod Sagittiferorum dexteritatem plus iuuat ad dextram eſſe. Quinquaginta fuere ſigna Polonica; Lituanica quadraginta. In prima acie robur totius exercitus & veterani milites collocati. Iamque ſignum pugnæ à Rege poſcebatur & iam bini ex acie- D bus procurrentes cum pari numero hoſtium manus conſeruerant. Rex, peractis ſacris, armatus in aciem prodibat, cum ecce duo aliunde progreſſi, iniacti ad Regem perducuntur. Hortantur illi ne cunctanter & meticuloſe pugnam ineat duoſque gladios offerunt, alterum Regi, alterū *Vitoldo*. Ne autē inter nemora cogerentur latere, promittunt etiam vias & ſpacia ſe dilataturos & ampliaturos regiis aciebus. Dumq; illi obnixe orant, vt fides dictis ipſorum habeatur, non modico interuallo retrocedunt hoſtium acies. Rex igitur piua gladios oblatos humiliter accipiens, ingemuit dicens: *Quamuis armis omnigenis abundo, attamen hoc munus, quod præſagium victoriæ (Deo fauente) videtur, libenti animo accipiam.* His dictis claſſicum vtrinque canitur. Inde maximo A clamore infeſtis ſignis concurritur: Tartari & Lituani arcubus ſuis, creberrimo ſagittarum iactu æthera obumbrant. A Teuthonibus tamen in primo conflictu fugati ſunt. In quorum locum Poloni armis munitiores & viribus recentes ſucceſſerunt. Hi tandem Pruthenas acies perfregerunt & vndique circumdatas ad internecionem ſuoditus proſtrauerunt. Cæſa feruntur io eo prælio quinquaginta millia. Magiſter autem Generalis, & Commendatores omnes (quos trecentos fuiſſe affirmant) capti ſunt. Captus item *Conradus Albus* Oleſnicenſis & *Cazimirus* Stetinenſia Duces. Nec mirum cuiquam videri debet id, quod dixi de numero cæſorum. Nam centum B quinquaginta millia hoſtium fuiſſe cæſa quidam ſcriptores tradunt. Tuta Germania tum conſpirauerat. Verba ſunt D. *Cromeri*; cuius ſententiæ cæteri omnes hac ætate hiſtorici præcipui ſubſcribunt. Huic bello nullum ſimile legitur in hiſtoria harum gentium. *Zarnouius* Bohemus, qui cum cohortibus Bohemorum, bello ferueſcente, ſeceſſerat, ob id infamia ita fuit noratus, vt ne vxor quidem coniugali thoro eum dignaretur. Attamen iſta ſeceſſio Bohemorum nullria tum fuit bono. Nam *Nicolaus Traba*, qui eoa latitantea obſeruauerat, acriter obiurgando nomine Regis tunc iubet eos redire, cum adhuc plurimum C in debellando reſtabat laboris. Hi ergo reuertentes in aciem noui exercitus ſpeciem hoſtibus præbuere terroremque addidere. De captiuis non eſt ſumptum ſupplicium, niſi de duobus, *Marquato Saliſbergio* commendatore *Brand*, & *Schimbergio*; nequicquam *Vitoldum* deprecante Rege. Nam in colloquio quodam prope *Kaunam* matri *Vitoldi* probrum obiecerant & capti nihil de faſtu ſuo remiſerant. Fuit autem Mater *Vitoldi Biruta* nomine fœmina adeo honeſta, vt etiam pro ſancta a gentibus illis, dum virginitatis voto obſtricta viueret, haberetur. Nun temere igitur tantopere iratua eſt *Vitoldus* iis, qui eam probro afficiebant. Teſtatur *D. Stricouius*, ſe in Samo- D gitia Polondæ ad mare vidiſſe eius idolum; quod *Suiętos Byrutos* i Samogitia & Curlandis vocatur. Narratque, illuc, quæſtus cauſa, ſtatis temporibus, Sacrificulos confluere in eiuſque honorem cereos & alia hactenua offerre & ſacrificare: cum tamen illa ethnica fuerit & ritu ethnico virginitatis votum vouiſſet. Huius patrem nomine ſimiliter *Birutum Iagello* pro *Voidilone Kieſtuto* ſtrangulato ira feruens in monte ante Vilnam ſuſpendit. Inſequenti die poſt victoriam ſolennea gratiarum actiones cum hymnis, & aliis ſolennibua ceremoniis Deo omnipotenti exoluuntur. Hinc cæſorum funeribua cura impenſa eſt. Inuentum eſt corpos Magiſtri *Vlrici* Comitia Vendenſis; qui ita, vt prædixerat, fortiſſime dimicans occubuerat.

Ante prælium mirum viſio quædam in cælo appar[u]iſſe fertur, monachi cucullati luctantis cum Rege. Sed victus monachus cælo deiicitur. Qua res tum pro omine futuræ victoriæ accepta fuit. Qua de re vide apud alios.

Alia

A. C. 1386. Alia corpora curribus impoſita Magdeburgum deuecta ſunt; Rege mortem hoſtium, ſimulq; rerum humanarum viciſſitudinem piis ſuſpiriis & lachrymis proſequente. Vexilla hoſtium, & aliæ exuuiæ ad perpetuam memoriam Cracouiæ io Baſilica arcis poſita ſunt. De oumero cæſorum ex Poloois ſic *Cromerus* libro ſeptimo. Et affuit Polonis ſane non obſcure diuinum nomen io eo prælio. Nam præter Tartarorum, Ruſſorum, Lituanorum ſtragem, quæ non parua fuit, de nobilioribus Polonorum cecidere, ioter quos *Iacubouius* gente *Roſcus* & *Imbranius Ciulicius* gente *Cerinus* maxime inſignes fuere.

1414. Eiuſdem *Iagellonis* temporibus *Sigiſmundus* rex Hungariæ, frater *Venceslai, Caroli quarti* filius Imperator, pacem Eccleſiæ reſtituere cupiens, plurima regna obiuit, vt concilium Cooſtantiæ eorum quoque aſſenſu conuocaretur. Fuit apud Gallum, apud Anglum, apud Polonum regem; Romæ quoque apud Pontificem. Ad hoc autem Concilium venit *Iohannes viceſimus tertius* Papa. Imperator ipſe *Sigiſmundus* noctu die natalis Domini eodem aduenit & in miſſa eiuſdem diei nocturna Euangelium illud ipſemet, vti Diaconus, cantauit: *Exiit decretum à Cæſare Auguſto*, alludens ad ea quæ ibi agebantur; cum eius cura & ſollicitudine conuocatum fuiſſet vndique concilium illud. Aderant autem ibi a Polonis quoque miſſi legati, & honorificentiſſime ab omnibus ſunt habiti. Pii tunc affectabant eſſe principes. Nam idem ipſe Imperator amictus veſtitu clericali Euangeliũ cantauit vt Clericus: *Iagello* vero Poloniæ Rex Lituanos propria voce in religione erudire in templo non erubuit.

Poſt talem & tantam victoriam Poloni modeſte ſatis ſuperque ſe geſſerunt erga Cruciferos. Nam præterquam quod ex captiuis Nobilioribus tantom de *Marquato* commendatore & *Schimbergio* ſumptum eſt ſupplicium, idque, vt dictum eſt, à *Vitoldo* iuſtiſſime illis irato, ne quicquam interim pro eis deprecante rege; muneribus etiam infinitis ii, qui Polonis ſeſe adiungere non recuſarunt, ſunt hoOorati. Nam & ciuitas Gedanenſis dimidium omnium emolumentorum molæ farinæ agrumque vnius milliaris ſpacio circum vrbem, in mari etiam piſcationem per duo miliaria conſecuta eſt. Kintberga, Toruoia, Elbinga tunc io ditionem Regia venerunt, & aliæ a Cruciferis poſſeſſæ vrbes quamplurimæ, paucis exceptis. *Plauenus* tunc oobiliſſimus inter Cruciferos orationem habuit valde argumentoſam & meditatam, cuius ſumma erat: *Parcere ſubiectis & debellare ſuperbos.* Quem verſum inſcriptum aureis litteris in porta arcis Regiomontanæ ipſe vidi. Fuit & alia tum victoria Polonorum de Cruciferis ad Coronouiam celeberrima. Alia etiam ſub Golubio, quarum deſcriptiones infra habebis.

Tertius Conuentus.

1413. *Comitia Grodlenſia celebrata fuerunt*

poſt reditum Regis ex Hungaria; vnde Coronam veterem, ſceptrum, pomum, & Boleslai *gla-* A *dium regni inſignia reportauerunt. Horum cauſam hanc fuiſſe putant: vt videlicet cum maiore & celebriore ſolennitate renouarentur repeterenturq; denuo pacta inter Lituanos & Polonos. Nam illi conuentus ſuperiores, etſi fuerunt celebres ſatis, tamen, ſi conferantur cum iſto, priuatum quiddam ſapere videntur. Ideo hic & diplomata iisdem de rebus ſunt confecta, & ob maiorem ſolidioremq; coniunctionem inſignia proſapiarum Polonicarum proſapiæ Lituanorum pro ſe quaqua ſpeciatim accipiunt; ita vt in poſterum non tanquam ſocii nominis Poloniæ, ſed tanquam populares cenſerentur. Sed quid dico populares, quandoquidem & gentiles & cognatos atque adeo fratres, propterea quod iisdem ſignis militaribus ab vno quaſi adoptati, vnum* B *aſſem, (vt ſic dicam) participent, dicere poſſumus. Nam hoc verba illa priuilegiorum huius coniunctionis teſtandæ cauſa confectorum,* Incorporamus, inuiſceramus, vnimus, appropriauimus, *innuere videntur. Quæ, inquam, verba ter & quater in iis priuilegiis repetuntur; ne forte caſu ἑρκ⊕ ὀδόντων, vt* Homerus *ait, effugiſſe viderentur; vt in poſterum nulla differentia inter Lituanum & Polonum relinqueretur. Ideo & electio Regis, vt poſthac vna foret Lituanorum iuxta ac Polonorum, ſtatuitur. quod vtiq; in prioribus conditionibus quodammodo ſuppreſſum fuerat. Tunc vero Lituania vere liberam ſe factam fuiſſe profiteri potuit. Nam & bona terreſtria (quæ vocant) tunc ipſis ſempiterno & hæreditario iure à Rege attribu-* C *ta donataq; fuerunt, ita vt ea vendendi, commutandi, & donandi facultas eis permitteretur: neq; poſt mortem patrum poſſent deinceps eadẽ à Principe priuari. Forſan enim antea precario à Principe ea poſſidebant, eiſq; quoad illi placuiſſet, fruebantur: ſicuti apud Aſiaticos hactenus fieri audimus. Item conceſſum, vt iure dotis vxoribus poſſeſſiones obnoxias facere poſſent. Hæc Comitia vocantur Polonica lingua ob ſummam celebritatem* Waloy Seym, *hoc eſt, comitia firmiſſima, quaſiq; vallo quodam munita. Alii, vt rem minime vulgarẽ tum accidiſſe exiſtimetur, Gallico vocabulo* Parlamentum, *vbi videlicet omnia ad vnguem excutiuntur, vocant. Siue enim* D *ſpectes hominum frequentiam, ſiue verborum formam in contractibus ſeruari ſolitã, ſiue cantiones, ſiue ſolennitates, nihil reperiri poſſe puto, quod ibi ad perfectionem addi poſſit. Qui in arcem illam Grodlum veniunt, videre poſſunt ibi picturam in quodam pariete, in quo* Wladislaus *ipſe, &* Vitoldus *expreſſus eſt. Epiſcoporum etiam ibi depictus eſt ordo, quo alter alteri aſſidebat; tum etiam procerum aliorum dignitateque aliquis præditorum ſubſellia. Ducum quoq; & equeſtris ordinis conſeſſus. Nam nunciorum terreſtrium (quos vocamus) vſus nondum tantopere, vt nunc, obtinuerat. Subcamerarii enim, Iudices locorum, Vexilliferi, & alii officiales vulgo dicti eorum munus ſupplebant. Eodem an-*

 Dddd 2 no

A. C 1386. *no Rex, veniens Poſnaniam,* Petrum *Epiſcopū Poſnanienſem in delubrum ſeuocauit, & in genua procumbens, culpam ab eo deprecatus eſt,* A *quod eum ſede Cracouienſi deturbaſſet: qua res per ſe vera virtutis plena, ac pietatis, dignitatem regiam & autoritatem minime diminuit aut eleuauit; imò commendabiliorem reddidit.*

1418. *In hunc annum incidit expeditio 15. contra Cruciferos (quas expeditiones ſupra texere inceperamus) regis Poloniæ, regis Daniæ, Sueciæ, Noruegiæ, Ducum Pomeraniæ, qui omnes, cum in caſtris eſſent, fœdus inierunt contra Cruciferos.*

Quartus conuentus poſt mortem Vitoldi.

1431. *In rebus humanis nihil eſt ita firmum ac ſtabile, vt commoueri nequeat. vt in hoc exemplo videre licet. Diximus de Grodlenſium comitiorum autoritate ac celebritate in negotio vnionis inter Polonos & Lituanos. Nunc quid mox euenerit, conſideremus. Mortuo* Vitoldo, *cum Rex in Lituaniam ire inſtituiſſet,* Svvidrigelo *frater ipſius, non expectato aduentu eius, vt à Lituanis in* Vitoldi *locum inauguretur, & curat, &* B *perficit: quod ille fecit, vt vnionis illius quaſi ſtructuram à fundamentis nouo exemplo dirueret. Adiicit & alia nefanda. Adortus enim Regem in conſeſſu verbis aſperis, canitiemq; eius nihil reueritus, vix manus ab eo abſtinuit. Polonis etiam, qui reliqui penes Regem manſerant, catenas & Siculas veſperas minabatur, hanc inſolentiam eius Lituanis fouentibus, aut ſaltem in ea conniuentibus. Largitionibus enim maximis eorum voluntates ſibi adiunxerat. Nec rex ipſe* C *prorſus immunis ab ea culpa eſſe praedicabatur; ſiue quod præ ſenio vigorē iudicii iam amiſiſſet; ſiue quod impenſius* Swidrigeloni *fratri fauerет, vt ei in Lituaniæ Ducatu ſuccederet. Quod vt facilius agi & confici poſſet, maiorem partem Senatus Polonici, & in iis* Zbigneum *Epiſcopū Cracouienſem, à ſe amandauerat. Igitur, cum hoc triſte nuncium in Poloniam perlatum eſſet, complures Regem inſultantes criminabantur ac dictitantes: Condigne hac Regi accidere quod ſuo iumento, vt dicitur, ſibi periculum attraxiſſet. Pro innato amore Polonis erga dominos ſuos fremere cuncti cœperunt. Inde delectum exercitus pro vindicando Rege agunt, vtq; ad condictum tempus cuncti ſe ſiſtant ad ripas Viepri fluminis ad pagum Kianj in Lublinenſi prouincia, edicunt. Liberatur interim Rex, qui quodammodo captiuus in Lituania detinebatur & placationis loco mille ſiclis à* Svvidrigelone *lenitus, dimittitur.*

CAPVT VI.

Wradislaus Tertius.

Anno ab orbe condito 5396.
Anno Chriſti 1434.

A. C. 1434. Nouem fere annorum erat *Wladislaus* cum Rex declaratus eſt. Proinde eius coronatio turbas quaſdam dedit. Quidam enim contendebant propter teneram ætatem iuſiurandū eum rite præſtare non poſſe, & idcirco coronationem differendam omnino ſuadebant. Verum hic ſcrupulus exemptus eſt, producta tabella à *Zbigneo* è Cracouienſi Baſilica, in qua effigies *Cazimiri Magni* electi Regis impubis adhuc depicta erat. Proinde contradicentes refutati, rationibus deſtituebantur. Interim tamen nectentes moras, vt præteriret dies, plures ex nobilitate ad ſe pertrahere conantur. Quod vbi animaduerſum eſt, Marſalcus *Oleſniticius* iubet, vt, quibus placeret coronare *Wladislaum*, ad dextram concederent, qui aliter, ad læuam. Ita lis dirempta, cum omnes magno conſenſu *Wladislaum* coronandum clamarent; iuramentum tamen tunc ab eo non exigendum, ſed ad maturiorem ætatem id differendum. Interim autem placuit, vt *Sophia* mater B & primores pro eo fideiuberent, eum non prius ad regni gubernacula acceſſurum, quam iuſiurandum rite præſtitiſſet. A.C. 1434.

1438. Vix ea ſopita controuerſia, alia emerſit inter eccleſiaſticos, & ordinem equeſtrem. Equeſtris ordinis homines *Iaroslai* conſtitutiones vrgebant de decimis ex campis nouatibus. Sed tandem illud tantū obtinuerunt tunc patroni eccleſiarum, ne obſtringerentur conuehere curru ſuo decimam, neque delectum in frumento ſacerdos haberet; modo ne data opera vitioſum ei daretur. Hoc tempore Podlaſiam Polonis ademptam fuiſſe annotatur. Paulo ante diſſidia in religione inter Bohemos *Sigismundus* Rex & Imperator curauerat ſanari, introducta conſtitutione concilii Baſilien- C ſis, qua permittitur vſus Euchariſtiæ ſub vtraque ſpecie Laicis, vt vocant.

1440 *Alberto* Rege atque Imperatore mortuo, Hungari proceres aſſiduis precibus ad regnum Hungariæ ſuſcipiendum *Wladislaum* inuitant & obſecrant. Re in conſultatione Senatus poſita, variabant ſententiæ Senatorum, diſſuadentibus multis difficultatemque duorum ampliſſimorum regnorum adminiſtrandorum & Turcici belli magnitudinē exaggerantibus, aliis Reipub. Chriſtianæ negotium id requirere contendentibus & rem gloriæ plenam non eſſe parui pendendam ac præſtabilius eſſe, Polonos Hungarorum armis atque periculo contra Turcorum vim ſeſe tueri, quam, il- D lis proditis & illo quaſi intermedio pariete ſublato, per ſe ipſos omnem maximi & difficillimi belli molem ſuſtinere. Aderat forte *Amurates* Turcarum Imperatoris legatus, pecuniamque & centum millia armatorum *Wladislao* offerebat, vt contra Hungaros ſuſciperet bellum. Interim nuncium allatum eſt ex Hungaria, *Elizabetham* poſthumum ex *Alberto* Cæſare peperiſſe. Et iam Rex abiecerat omnem de ſuſcipiendo eo regno cogitationem; ſed tamen victus eſt legatorum perſeuerantia. Hoc tempore fames maxima occupauit Poloniam; ita vt vulgus tenerioribus foliis & frondibus arborum & radicibus herbarum veſceretur. Attamen, rebus ita expoſcentibus, in Hungariam iter Rex inſtituit; veniensque Budam,

vrbem

A. C. 1434.

vrbem illam in ſuam redegit poteſtatem. At quia iam *Ladislaus* poſthumus infans præcipitantia matris coronatus erat, Rex *Wladislaus* in Poloniam omnino conſtituerat redire, nolens eſſe Hungaris cauſa ciuilium bellorum. Verumtamen Hungarorum perſeuerantiæ ceſſit. Renonciatur ergo, attollitur, vt vocant, & coronatur Rex. Interim *Amurates* non ignarus Hungaricorum diſſidiorum, ciuilisque belli, Bielogrodum obſederat; ad quem Rex *Wladislaus Lucam Gorcanum, & Oſtrorogum* oratores ſuos mittit, poſtulās, vt ab obſidione diſcedat, pacemq; ac fœdus dudum vltro expertum ſecum ſanciat. At ille ferox continuauit obſidionem in ſeptimum vsque menſem, nec niſi ſtrage ſuorum adactus, ab ea diſceſſit. Secutæ ſunt tres de Turcis victoriæ ampliſſimæ; vna ad Bielogrodum, altera in Tranſyluania, tertia ad Valcapum, vbi a regiis copiis magnis cladibus Turcæ ſunt affecti. Capta eſt etiam à *Wladislao Sophia*, quam Sardicam nonnulli antiquitus fuiſſe volunt. Profligata etiam ac ad internecionem vsque poſtrata ſunt ad Morauam flumen Turcorum triginta millia; capta quatuor. Subacta eſt etiam Bulgaria. Fuit & ille præclariſſimus Regis *Wladislai* conflictus pridie natalis Chriſti cum *Caramboio* duce Turcarum, præfecto Natoliæ ſiue Aſiæ; qui ibi fuſus & ſoperatus in deditionem Regis venit: vbi fortiter dimicans Rex, aliquot ſagittas aduerſo pectore, vt refert *Callimachus*, excepit. Fuerunt etiam alia prælia *Wladislai* cum Turcis, partim ipſo aſſiſtente, partim adminiſtrante per *Hunniadem* & alios, quæ ſemper fortuna, conſiliis & auſpiciis nobiliſſimi Regis feliciſſime ex animi eius ſententia confecta ſunt. His ſucceſſibus in vniuerſum orbem chriſtianum celeri fama vulgatis, frequentes ab omnibus Principibus & Rebuspub. atque etiam à Conſtantinopolitano Imperatore *Ioanne Palæologo* legationes venerunt ad *Wladislaum*; cui tam inſignes victorias gratulabantur & ad proſequendum inceptum eum hortabantur pollicentes auxilia. Veniunt etiam ex Polonia congratulatum & rogatum, ne omnino deſpicatui & derelictui haberet Poloniam; rediret & quæ per eius abſentiam neglecta erant, redintegraret. Veniunt & ab ipſo *Amurate* pacem poſtulantes & fœdera; redempturiq; *Carambeium*, quinquaginta millia nummum aureorum numeraturos ſe promittunt. Rex *Wladislaus* & Hungari tam honeſtam & gloriæ plenam pacem non abhorrebant. Sed quo facilius in ſuas conditiones pertraherent oratores *Amuratis*, in auguſtum ampliſſimumque Hungarorum & Polonorum conſeſſum perduci eos, ibique a *Wladislao* audiri curant, vbi pacem petentibus induciæ tantum decem annorum ſunt datæ. Paucis interiectis diebus veniunt à Venetis & præfecto claſſis eorum nuncii, adferuntque litteras, quibus nunciatur, *Amuratem* omnes fere copias ſuas in Aſiam ad bellum Caramanicum traduxiſſe; mare ab ipſis & ſociis, claſſium præſidio teneri; hortanturque Regem, vt contra Turcam expeditionem paret, eamque acceleret &, hac occaſione arrepta, toti Chriſtiano orbi operam nauet. Vbi nuncii ſiue oratores iam commemorati peroraſſent, tum *Iulianus* Cardinalis, qui etiam Baſilienſi concilio interfuerat, nomine Pontificis Romani verba facit: orſus eodem modo, vt nuncii Venetorum, atque initi fœderis vinculum diſſoluere tentat. Inducias illas & fœdus neceſſitate quadam factum ait, & a Rege expreſſum: tempori Barbaros ſeruire, mox pacta violaturos. Argumento eſſe, quod, lapſo iam tempore, non impleuerint promiſſa. Priora item eſſe cum Pontifice, Venetis, Genuenſibus, Burgundione fœdera & ſocietatem belli initam magis valere oportere. Quod, ſi qua religione Rex teneatur, ne iuſiurandum Barbaris datum violet, illo ſe eum Pontificis Maximi autoritate prorſus liberare. Hæc identidem agendo & inculcando, perpulit Regem iuuenem, vt contra ſacramentum iuriſiurandi aliquid ſibi permitteret; aſſentiente etiam *Hunniade* Bulgarici regni promiſſione illecto. Non placebat hoc Regis de violandis pactis conſilium proceribus Polonis: ſed curioſos ſe in aliena Repub. diu obluctando, nolebant præbere. Itaque poſt medium Septembris Rex Segedino caſtra mouit, non ſatis alacer, nec ſpe optima; quaſi conſcius periurii videretur. Iam enim Turcæ & filios Deſpotæ, & munitiones promiſſas reddiderant, ſicuti in pactis conſtitutum fuerat. Traiecit autem Danubium apud Orſauam tertia Nouembris & ad Nicopolim viceſimo ſexto die peruenit. Cui *Dracula* Palatinus Moldauiæ occurrit; viſaque paucitate exercitus regii, in quo vix quindecim millia equitum, & peditum longe minus erat, reditum Regi ſuadet. Cum autem nihil profeciſſet, quatuor millibus ſuorum hominum, duce filio, exercitum eius auget. Ipſe vero domum redit, duobus in aduerſum belli euentum velociſſimis equis Regi donatis. Vbi præclarum inprimis eximiæ virtutis ſpecimen duo Poloni equites *Ioannes Tarnouius & Lescus Bobricius*, vel Hungaricorum annalium teſtimonio, edidere; dum alter Sumeni arcis portas duobus vulneribus acceptis effringit, alter Petreſſi murum primus aſcendit. Interim *Amuratem* cum octoginta millibus, *Ionio* teſte, ex Aſia traieciſſe, conniuentibus, aut mercede corruptis iis, qui nauali exercitu ſe prohibituros tranſitum Barbaris receperant, relatum eſt; nec tamen hic nuncius Regem ab incœpto deterruit. Cum ad Varnam eſſet, poſt ortum Solem hoſtes adeſſe ab exploratoribus nunciatum eſt. Laborare ex apoſtemate cruris Rex cœperat: itaque *Hunniades*, militibus prælium poſcentibus, ad hunc modum aciem inſtruit. Dextrum cornu montibus contiguum Deſpotæ, Tranſalpinis, *Iuliano* legato, & Epiſcopis conce-

Lucas Gorcanus, & Oſtrorogus legati ad Turcam.

Clades Turcica tres.

A. C. 1434.

Inſtructio

A. C. 1386. *exercitus ad Varnam.*

concedit, *Bobricio* iis adiuncto cum paucis Polonis. Siniſtrum ipſe ſibi deſumpſit. Regem in media acie eum cæteris Polonis & Hungaris aulicis collocauit. Caſtra curulia præter morem remotius reliquit, nona ratione inductus, quod, inquit, intra ea multorum ignauia facile latere ſoleat. Aciem vniuerſam formam hemicicli (alii arcuatam, alii lunatam aciem vocant) habere iuſſit. Fere conſimili more Turcici Imperatores noſtro æuo acies inſtruere ſolent. Ita acie inſtructa, ex illa valle ſita inter montes, qui ad Varnam terminantur, vbi aciem *Hunniadi* inſtruere placuerat, prodeunt & ad duo millia paſſuum hoſtibus obuiam eunt. Ibi ſignis defixis, ad tres horas hoſtes expectati. Accidit interea, vt ſæua tempeſtas tranquillo tempore derepente coorta ſigna concerperet, & ardor atque alacritas præliandi in noſtris iam fame ob expectatum diutius hoſtem preſſis, Turcis ob id ipſum data opera tempus præliandi extrahentibus, tepeſceret & aliquo modo obtuſior redderetur. Apparent tandem hoſtes ab extremis collibus in dextrum cornu noſtrorum inuehentes: nec impetum eorum noſtri ab ea parte, equis inſuetum camelorum aſpectum & odorem non ferentibus, ſuſtinuerunt. Fuſi per montoſa Galatam verſus ad decem fere millia paſſuum fugantur. Meliore vero euentu à Rege & *Hunniade* ab alia parte pugnatum eſt. Nam Barbari, noſtris in eos validis copiis ruentibus, ad quatuor millia paſſuum non ſine cæde, inſtabili fere genere pugnæ vtentes, ſubmoti ſunt. Inde reuertitur Rex ad opem ferendam ſuis, qui reliqui in dextro cornu cum *Iuliano* & *Francobano* ægre vim Barbarorum ſuſtinebant. Impetu igitur hic quoque non diſſimili facto hoſtes obſtinate pugnantes in fugam egit; ita vt diſſipati Thraciam trepidatione implerent, quaſi iam vniuerſus eorum exercitus deletus fuiſſet. Iamque fuſo ac fugato, & à ſiniſtris, & à dextris vniuerſo equitatu Turcico, videbatur Regi tantum reſtare pugna cum Ianiceris, qui nudati præſidio equitum non diu victoris vim laturi exiſtimabantur. Itaque temere & cum paucis Polonis in eorum phalangem inuectus, contra opinionem omnia duriora reperit. Ibi enim ipſe *Amurates* erat quibusque fortiſſimis ſtipatus. Ibi Aſiaticus Baſſa, qui cum plerisque orientalibus eo ſeſe ex fuga receperat. Itaque Rex pedem referre turpe ducens & genere ſuo indignum, nec eius eſſe, qui bellum infert, fugere; cum magnam, inter conſertos hoſtes pugnans, ſtragem edidiſſet, Aſiaticumque Baſſam, quemadmodum *Bonfinius* memorat, interfeciſſet, ad extremum iam ſub veſperam in Ianicerorum confertiſſimam cohortem irruit. Sed quia iſti dolo ſcrobem ſeu foſſam, ceſpite inſtratam, ex inſtituto artis militaris illis vſitato, ſibi circumdederant, ideo, impetu in eos facto, equus ceſpite cedente vna cum Rege in ſcrobem corruit. Itaque illi accurrentes Regem armis opprimunt & obtruncant; Principem longiore vita & immortali gloria digniſſimum. Alii paulo aliter hæc A referunt. Ego autem tritam viam ingreſſus ſum remque narraui quemadmodum exceperunt veteres noſtri ex ore duorum maximi nominis Polonorum, qui euaſerant viui ex illo prælio & in Poloniam redierant, *Ioanne*, inquam, *Reſſonio*, qui poſtea Epiſcopus Cracouienſis fuit, & *Georgio Sanocio*, artium Magiſtro, qui præmium ſtrenue nauatæ in prælio operæ Archiepiſcopatum Leopolienſem conſecutus eſt. Poterant autem omnium fere optime omnia iſti noſſe, cum magno omnium conſenſu celebratum ſit, Polonos à latere Regis nuſquam tunc temporis diſceſſiſſe. In *Iulianum* porro Cardinalem declamitant potiſſimum omnes, eumque conſilii mali notabiliore morte diuinitus pœnas exoluiſſe referunt. Cum enim B vna cum loculis auro impletis, quos ſecum attuliſſe dicitur, ad traiectum fluminis delatus eſſet, narrant a nauiculario fuiſſe interfectum & in profluentem nudum deiectum. *Callimachus* vero ſcribit, eum in deuio ſaltu ſeminudum & ſaucium a *Georgio Sanocio* Polono, cuius modo mentionem fecimus, conſpectum & exprobratione perfidiæ increpitum ibidem periiſſe. Vtcunque eſt, certe de hoc poteſt illud Vergilianum vſurpari:

> *cadit ipſe Tolumnius augur,*
> *Primus in aduerſos telum qui miſerat hoſtes.*

Amurates ipſe & totus tunc exercitus, ſi qua re animatus eſt ad ſuſtinendum vsque ad finem illud prælium, certe illa animabatur, quod certo ſperabat, Deum non inultam relicturum C illam Chriſtianorum nominis diuini in vanum aſſumptionem. In annalibus Turcorum annotatum referunt, *Amuratem* tunc, cum iam prælium incaleſceret, accitis ſuis ducibus, in equo reſidentem expandiſſe magnum vexillum, quo imago crucifixi ſaluatoris depicta fuit, hisque verbis ſuam orationem exorſum fuiſſe: *Chriſte crucifixe, ſi deus es, vt Chriſtiani credunt & nos non repugnamus, tam claram tamque euidentem contumeliam nominis tui nunc vlciſcere & vindica hanc perfidiam.* Et non ita multo poſt, cum effatus eſſet hæc verba, incepiſſe noſtras acies inclinare. Mirum eſt, quanta fama & celebritas ſit iſtius pugnæ: vt fere nullus ſit D hiſtoricus, nullus poeta, nullus iuriſconſultus, nullus denique theologus, qui huius nobiliſſimi Regis vicem querulis vocibus non deploret & lugeat. Fuit *Wladislaus* hic proceræ ſtaturæ, facie fuſca, honeſta tamen ac dignitatis plena, capillo nigro, laboris & inediæ patientiſſimus, iuſtitiæ & religionis cultor eximius. Commiſſa hæc pugna fuit anno 1444.

CAPVT VII.

Cazimirus Tertius.

Anno mundi	5409.
Anno Chriſti	1447.

A. C. 1447.

CAzimiro hoc nullus Regũ noſtrorũ, quod ſciam, diutius feliciter regnauit. A coronatione

enim

A.C. 1447. enim eius ad mortem quadraginta quinque annos habemus. Itaque regnum eius longam hiſtoriam continet, & *Longolius* noſter ſiue *Dlugoſſus* prolixe eam deſcripſit. D. autem *Cromerus* octo libris perpetuis eandem complexus eſt. Ego vero feſſus & viſu debilitatus quid faciam? Mediocritatem ſequar, vel potius adhuc infra mediocritatem me continebo. Singulis tamen huius regis annis aliquid (nam hoc proprie annaliſtam decet) adſcribam, quod vtile noſtro æuo vel ad conſtituendam Rempub. vel ad formandos mores, vel ad bella tractanda iudicabo. Nam ita & ſuperius me geſſi, non niſi ea commemorans, quæ profutura huic noſtro ſeculo iudicaui. Cætera non ita neceſſaria vel prorſus omittens, vel obiter tantum attingens.

1447. Hoc anno 25. Iunii *Cazimirus* coronatur. Tertia poſt die, Caſtellano Cracouienſi coronam præferente, Palatino ſceptrum, Poſnaoienſi Palatino pomum, Sędomirienſi vero gladium, in vrbem ſolenni pompa deductus & in ſolio in foro poſito collocatus, iuſiurandum à Cracouienſibus de more accipit. Interregni tempore, antequam coronaretur, moroſa & forſan etiam imperioſa admodum cunctatione, cum ad regnum inuitaretur, eſt vſus. Cuius cunctationis cauſas alii alias ponunt. Sunt, qui dicant cauſam fuiſſe, quod præ aliis polleris Regis *Iagellonis* tenerrime patriam ſuam Lituaniam adamarit: alii Senatui magni illius Ducatus tantam moram tribuunt, quaſi illi aut Polonis dominari, aut nihil officii vnquam eis præſtare in animo habuerint. Erga hunc eius barbaricum faſtum (hoc enim nomine hiſtoricus quidam hoc vitium in eo notauit) Polonicus ſenatus ita prudenter, ita modeſte, ita longanimiter ſe geſſit, conſtantique patientia omnia vitia in eo tolerauit, expectans, vt ſuos corrigeret mores, vt merito nunc, ſicuti & tunc, palmam togatæ prudentiæ promeruerit, cum omniumque fortiſſimorum regnorum ſenatu conferri hac in parte, atque etiam multis præferri poſſit. Per idem tempus Comes *Gorcanus*, huius Palatini Poſnanienſis *Staniſlai à Gorka* tritauus, & *Petrus Samotulius* Caſtellanus Caliſſienſis ad Pontificem miſſi impetrarunt Regi decem millia florenorum in ſubſidium contra Tartaros, quæ ordo eccleſiaſticus conferret. Decimæ vero decimarum quas petebant, negata ſunt eis.

Quam longanimiter ſe geſſerit ſenatus Poloniæ in tolerandis nauis ſuorũ dominorum

Gorcanus Comes.

Decimas ex ſubditis impetrare à Pontifice Rex conatur.

1448. Hoc anno legatus Pontificis *Eugenii* Cracouiam venit. Cui academia Cracouienſis nullum honorem venienti exhibuit, eo quod Baſilienſi concilio omnia tribuebat, necdum de ceſſione *Felicis* innotuerat, qui ad Pontificatum ab eo concilio promotus fuerat.

Quintus conuentus Lublini.

1448. Cazimirus tertius, *ſiue aliquorum conſilio inductus ad capeſſendum Ducatum Lituaniæ Sędomiria diſceſſerit, ſiue clam de muro ſe demiſerit, vt ſcribaſſus Latopiſciorum tradit, certo hac re omnes ordines regni, ipſumque* Wladislaum *fratrem plurimum offendit; cuius* A *rei, quia Lituani autores fuiſſe perhibebantur, diſſidia ea de cauſa inter Polonos & Lituanos toto tempore dominatus* Cazimiri *ab his comitiis Lublinenſibus gliſcebant: vbi cum in conſpectum vtrique venissent, acerbius Poloni cum Lituanis expoſtulabant. Demonſtrabant Lituani, ſe ſic feciſſe, quod aliter fieri nequibat, niſi incurrere periculum magnum voluiſſent propter ſublatum* Sigismundum *Ducem ipſorum. Regeſſerunt Poloni, periculum iſtud vitari potuiſſe, ſi gubernatoris, non Ducis titulo* Cazimirus *Lituaniam adminiſtraſſet. Contra illi, Si titulo ducis vix effugi id poterat, multo minus gubernatoris. Ita, dum vtrique ſeſe carpunt acerbius, Rex monuit Polonos, vt ita attempe-* B *rarent verba ſua, ne Lituani acrius irritati alienentur. Reſponſum eſt clarius: hac commodiorem viam ad retinendos eorum animos nullam reſtare, quam ſi Lituani Ruſſique omnes, abrogato ſuo ipſorum principatu, Polonorum regno atque nomine cenſeri ſe deinceps velint. Quod cum illi nequaquam vellent, reſponſum datum eſt tale: Intentionem autoris hac in re ſpectarent; pacta conuenta ſeruarent; priuilegia Grodlenſia non poſſe eos reſcindere, niſi prius libertates ſuas, adeoq; ius nobilitatis ſua in dubium vocent. Hac ſtare incolumia non poſſe, ſi ſemel illa labefactata corruant. Quare prudenter ſe hic gererent, ac cauerent, ne effugientes Charybdim, in Scyllam inciderent: Quod attinet Podoliam,* C *hanc à* Cazimiro Magno *fuiſſe partim iure belli, partim iure propinquitatis Poloniæ regno adiunctam & poſtea ex Ludouici & poſt Ludouicum ex eius præfectorum manibus vendicatam. Nam & Cameneciam, Bacotam, & alias arces à* Cazimiro *fuiſſe extructas & firmatas. Hæc erat ſumma controuerſia. Quod ſi quis altius rem repetere vellet, inueniret etiam ipſum* Ptolomæum *ante mille quadringentos annos, incolas Podoliæ vocaſſe Sarmatas Tirangitas. quod tunc & poſtea Tira ſeu Dneſtri vtriusque ripæ hæredes erant. Imo &* Strabo *&* Ouidius *totam ripam Euxini & Mæotidos Sarmatarum patriam facit. Et poſtea* Chobrius *Rex Poloniæ &* Audax Boleslaus, *vt exiſtimo, hac de cauſa atrocia ac cruenta bella pro illis terris ad Kio-* D *uiam, nec non &* Criuouſtius, Cazimirusque ſecundus *poſt eum geſſere, ita vt & Boryſthenes ſanguine intumeſcere & terra ipſa rubeſcere videretur. Itaque etiamſi quis Rubeam ſeu Rubram Ruſſiam vocatam eam regionem aliam ob cauſam concedat; tamen hac etiam de cauſa Rubra merito vocari poteſt, quod Polonorum, aliorumq; ſanguine ſæpius irrigata fuerit. Teſtantur hoc cippi & ſepulchreta heroum Poloniæ per vniuerſam eam ſparſa. Hinc illa columna ærea inie-cta ſunt flumini Boryſtheni à* Chobrio *& alia monumenta poſita. Quod ſi Scytha tempore interregni, hoc eſt, cum Polonia ſciſſa in multas Satrapias a ſuis Regulis eſſet, occaſione nacta, ferro omnia vaſtarunt, id non iure belli ſed*

latro-

A. C. 1447. *Latrocinantium more factum cenſeri debet. Lituania porro ſi Tartaros ſuperiori auo propulſauit & aliquot prouincias à dubiis poſſeſſoribus vindicauit, hac impendia poſterioribus temporibus à legitimis dominis & poſſeſſoribus reparari ſibi ac compenſari ſenſit. De quibus rebus priuilegia & tranſactiones monſtrantur clara. Ideo* Cazimirus Magnus *illis temporibus ita confidenter pro poſſeſſore ſe Podoliæ geſſit, vt etiam Tira ſecundo flumine inde Cypriis frumenta nauibus ſubmiſerit, ipſumque Regem Cypri ad* Caroli *Imperatoris nuptias & conuiuium illud celebre Cracouiam verſus contendentem, illac potiſſimum deducendum curarit. Quin &* Wladislaus Iagello *in gratiam Conſtantinopolitanorum idem, quod* Cazimirus *in gratiam Cypriorum per Boryſthenem à Cacibaio portu feciſſe ſcribitur. Nemo autem ringi aut mirari debet, ſi Deus primaua regna, quæ illo adhuc aureo ſeculo poſt diluuium ſtatim extiterunt, quale eſt inter alia regnum Sarmaticum, peculiari quadam prouidentia tuetur & ornat. Hæc ideo addenda putaui, vt lectis chronicis Lituanicis, aliiſque cum eis coniunctis, habeat quisque in promptu, quid ſtatuendum hic ſit; ac tandem, demonſtrata veritate, æquabiliore & magis pacato animo vtraque gens Polona & Lituana coniunctionis mutuæ hoc vinculum, vt maximum Dei donum, veneretur, Deumque inde celebret. Sub idem tempus Duces Seuerienſes pacta conuenta cum* Vitoldo *olim inita, cum* Cazimiro *Vilnam venientes, confirmant. Qua de re diploma extat, cuius exordium eſt tale:* Ego dux *Michaël Ioannis* Nouoſiedlenſis & Odoiouienſis, cum fratre ſuo duce *Fedoro* & cum nepote duce *Ioanne Baſiliade, &c. Et paulo poſt modus componendarum litium inter eosdem duces & magnum ducem Moſchorum, magnumque ducem Pereslauienſem, & magnum ducem Prunſcenſem deſcribitur. Videlicet, vt ſi quid tale accideret, commiſſa reali (ita vocant) iudicio tota res permitteretur. Quod ſi quisquam iſtorum trium magnorum ducum re iudicata ſtare nollet, Rex ſpondet, ſeſe tanquam patronum, Seuerienſium cauſæ non defuturum. Hinc autem colligere licet duces Prunſcenſes tunc in illa regione abſolute imperitaſſe. Adæquatur enim hic dux Prunſcenſis Moſcho & Pereslauienſi, qui ſine dubio habuerunt abſoluti iuris dominium ſuum.*

Ducum Seuerienſium transactio.

1449. Comitia Petricouienſia, in quibus contentio de loco inter Cardinalem, & Archiepiſcopum mota, non tamen tum ſedata fuit.

1450. *Cazimirus* Rex hactenus iuramentum regno non præſtiterat. Itaque conuentum eſt inter proceres, ne pro iuſto Rege *Cazimirus* haberetur, quoad is iuſiurandum, quod ſæpe petitum fuerat, præſtitiſſet.

1451. Comitia Petricouienſia, in quibus controuerſia illa de loco inter Cardinalem & Archiepiſcopum prudentiſſime ſopita fuit hoc modo. Archiepiſcopus principem locum haberet. Sancitum vero, ne quis Cardinalatus honorem deinceps, Senatu inconſulto, peteret, aut vſurparet. Videbant enim priſci homines, iuramenta, quæ fieri conſueuerunt in Romano conſiſtorio, cum iis, quæ regno à conſiliariis præſtari ſolent, non per omnia conuenire. A. C. 1447.

Sextus conuentus Parcouiæ, & ſeptimus Breſtæ.

1451. *Parcouia conuentum agunt cum Lituanis Poloni; vbi eadem cantilena recantatur. His datam fidem, pactaque conuenta vrgentibus; illis ad metam conſtitutam progredi detrectantibus. Sed iam vehementius iſtic egiſſe videntur Poloni. Angebantur enim & pro ludibrio reputabant, quod ad inſignem ſublimitatem & quaſi ad culmen res Lituanicas perduxiſſent, eorum Principes ad tantam maieſtatem extuliſſent, thalamoque ſuæ regiæ filiæ admiſiſſent, per vniuerſum orbem rem vniuerſam ſparſiſſent, bellum cruentum ad Grinualdum eorum cauſa ſuſtinuiſſent, ad extremum autem res eo redacta eſſet, vt non niſi labores, ſumtus, pericula & tumultus comitiorum pro tantarum rerum geſtarum fructu & emolumento haberent. Cum igitur ſe ſpe deiectos & propemodum expectatione fruſtratos ludificatosque perpenderent, paulatim flamma odiorum ita ſuccenſæ inter vtramque gentem erant, vt Lituani ſenatores absque fide publica ad comitia illa venire renuerent; quæ tamen eis denegabatur, ne quid fœderibus hac re derogaretur. At illi durius quid ſuſpicati, ad comitia venire detrectabant. Emanauerat enim fama, vt aſſerunt annaliſtæ Ruſſi, acſi clam concluſum fuiſſet in ſenatu Polonorum, vt, ſi veniſſent, captiui tamdiu detinerentur, donec fidem datam liberaſſent, pactaque conuenta adimpleſſent. Venerunt tandem: ſed vrbem non ingreſſi extra mœnia caſtris poſitis locum ceperunt. Verum cum munitioni non ſatis fiderent, noctu tertia die ſolis absque ſeruis in fugam ſe vsque Breſtam coniecerunt; relicta ſuppellectili & aliqua manu ſuorum in caſtris. Hæc vbi nunciata eſſent, rei nouitate perculſi Polonorum quidam, caſtra relicta viſum accurrunt. Vnde coniectura coniecturam & ſuſpicione ſuſpicionem augente, ex illo leui argumento in opinione ſemel concepta confirmantur. Nam & ſerui eripientes ſe fuga, rumorem inuulgatum pauore ſuo comprobarunt. Ab eo tempore, ob illum euentum fortuitum, occupauit animos Lituanorum erga Polonos latens quoddam odium; ita vt eos poſthac vt debitor ſuum creditorem ſolet, intuerentur. Nam & inſignia militaria, quæ paulo ante in ſignum vnitatis confirmandæ acceperant à nobilitate Polona, non ſine fremitu tunc eis remiſerunt; vt quidem referunt Latopiſcii. Solutis comitiis Rex per ſpeciem venationis in Lituaniam raptim ſe expediens abiit, idque, quemadmodum aiunt, & veriſimile eſt, vt offenſos Lituanorum animos conſolaretur, melioraque de ſe & Polonis*

A. C. 1434. *lonis ſpernere iuberet. Laudatur in iis comitiis oratio* Zbignei, *quam habuit in cauſa iſtius vnionis.*

Octauus conuentus Syradienſis, ex D. Cromero ad verbum.

1452. *In comitiis vero eadem, qua pridem, cantilena à Lituanorum legatis ſuperbe & non ſine minis repetita. Eique modeſte à noſtris reſponſum eſt. Cum Rege de iureiurando & confirmatione importunius actum. Itaque is in anguſtum redactus, cum octo primoribus conſiliariis ſecretum conſilium habuit: & cum aſſeueraret, non poſſe tunc ſe ſine capitis ſui periculo atque defectione Lituanorum poſtulatis Polonorum ſatisfacere, annum vnum impetrauit; vt interea Luſcum, & primarias munitiones Lituaniæ in poteſtatem ſuam redigeret, theſaurumque Lituanicum in Poloniam transferret. Tametſi admonebat Palatinus Sedomirienſis* Oleſnicius, *videndum eſſe, ne Rex Polonos vana ſpe & pollicitatione lactaret: eoque ſyngrapham ſiue diploma, quod ea de re fidem faceret, ab eo exactum, & Regis, ac omnium illorum ſignis obſignatum Archiepiſcopo aſſeruandum concreditum eſt: atque ita conuentus ille ſolutus eſt.*

Nonus conuentus Parcouienſis, ex D. Cromero.

1453. *Menſe Iunio Rex apud Parcouiam, Polonorum ſimul & Lituanorum comitia habuit. Verum ad ea tamen Lituani proceres non adfuerunt, inſidias neſcio quas cauſificantes: Legationem modo miſere, qua vſitatam illam de corrigendis fœderibus, reddendaque Podolia & Volynia cantilenam occineret. Proferebant noſtri diplomata* Iagellonis, Vitoldi & Suidrigellonis *& ſuis ipſorum argumentis Lituanos refellebant; quod ii dicerent oppignoratam* Vitoldo *a* Iagellone *Regi Volyniam & Podoliam quadringentis millibus aureorum fuiſſe. Vel inde enim liquido conſtare, eas terras Polonici iuris eſſe &, mortuo* Vitoldo, *vna cum pecunia in ditionem* Iagellonis *legitima ſucceſſione recidiſſe. Ad extremum ferebant eis arbitros, ſiue Regem, ſiue Pontificem Max. ſeu quem alium principem vellent. Tartarorum principem ſiue Cæſarem illi edebant. Quod cum indecorum atque etiam ridiculum eſſet, ita dimiſſa eſt legatio, vt intelligerent Lituani, Polonos iuri ſuo nequaquam defuturos. Tentatum eſt à Rege & nonnullis conſiliariis, vt in aliud tempus res tota adhuc reiiceretur; ſed negarunt Poloni. Commemoratur hic oratio* Zbignei *Epiſcopi, quodque cum maxima libertate peroraſſet. Extenuans enim Lituanorum merita, fidem & obſequia Polonorum erga Reges amplificabat: contra Lituanie proceres in odium inducebat & ſuſpicionem. Etiamſi, inquit, fortuna paginam verteret, Poloni nihil de ſuis erga Regem ſtudiis mutabunt vnquam.*

Stanisl. Sarnicii Annal. Pol. Lib. VII.

Diluitur argumentum de Podolia & Volynia.

Audiuit hæc Rex ſubtriſtis, demiſſo capite, & crebra ex imo pectore trahens ſuſpiria. Hæc A. C. 1434.

A *ex* Dlugoſſo *&* D. Cromero.

Decimus conuentus Petrikouienſis.

Parcouia Petricoviam ad alia comitia ad diem natalem D. Ioannis Baptiſtæ indicta eum eſt. Ibi fortaſſis acta ſunt ea cum Rege & à Rege, quæ Dlugoſſus *Parcouiæ acta eſſe prodidit. Ibi quidem prolata eſt ab Archiepiſcopo Regis promiſſio diplomate conſignata; poſtulatumque a Rege, vt ei promiſſioni tandem ſatisfaceret. Sumpta ad deliberandum die, reſpondit ille: Non licere ſibi aduerſum priori iureiurando, quod Lituanis dediſſet, iuſiurandum dare; daturum tamen, ſed vti modo Regem Polonorum, non etiam vti Lituanorum principem. Captioſum, ſicuti reuera erat, eiuſmodi iuſiurandum viſum eſt. Itaque inſtare proceres vna cum* Sophia *Regis matre, vt captione illa Rex abſtineret &, commendato cuipiam Lituanorum principatu, Polonam Remp. per ſe ipſe diligentius adminiſtraret, Lituanos à ſuo contubernio amoueret, quatuor de primoribus Polonorum ſenatoribus publice declarandos ſemper in conſilium adhiberet, ac de rum* [illegible] *illorum ſententia cuncta ageret decerneretque. Quæ vero præter ſententiam ipſorum acta vel decreta forent, irrita* [illegible]*; ſtationes & ſubuectiones vti moderatius & more antiquo exigeret. Ni hæc faceret, diutius ſe non expectaturos; ſed ſibi reique publicæ aliter proſpecturos.* C *Dictaque factis* [illegible] *num data & accepta fide mutuo ſeſe obſtrinxerunt, nequaquam defuturos ſe eſſe patriæ reique publicæ. His tandem tam importunis poſtulatis, atque etiam minis motus* Cazimirus, *iusiurandum, quale petebatur, dedit. Quo facto, proceres cætera omiſerunt poſtulata, ſiue in aliud tempus reiecerunt, veriti ne ægrotum Regis animum exacerbarent, ſimul ſperantes, eum tempore ſanatum iri. Hæc ſunt illa nouendialia comitia, quæ videlicet in nonum tantum durauere diem: quod quidem veluti nominis & inſignium* Dlugoſſus *memorat. Nunc,* D *ſiue quod liberius ſententiam ſuam explicare cuique liceat, ſiue* [illegible] *Lituanico & nunciis aucta eſt frequentia comitiorum, adiiciuntur ſecunda & tertia aut aucta* [illegible]*. Vel quia methodus & compendium tractandi negotia publica ſæpe impeditur ac tollitur intempeſtiua quorundam facundia. Non ita multo poſt* Zbigneus *Cardinalis moritur, maximus Lituanomaſtix, vt vulgo, & potiſſimum à Lituanis, exiſtimabatur, eo quod impenſius & acrius vrgeret negotium hoc; ne videlicet illud fœdus coniunctionis & amoris mutui inter vtramque gentem, quod maximum Dei donum eſſe cenſebat, in diſſidium abiret. Fuerat enim præſens cum ab initio pacta illa fierent, ideo melius, quam plerique alii, iudicare poterat de vniuerſo illo*

Reformatio conſiliariorum aulicorum extra comitia.

Zbignei mors.

A.C. 1434. *negotio. Sed de his hactenus. Et quia* Cazimirus *iureiurando ab eo toties efflagitato, extremam manum illis tranſactionibus tum impoſuiſſe eſt viſus, nos quoque huic epitome hiſtoriæ rerum Lituanicarum finem faciemus.*

1452. *Dauid* Turca Amuratis fratris filius, pulſus olim a patruo Sędomiriam ad Regem venit. *Sachmates* etiam Imperator Tartarorum à ſuis fugatus ad Regem in Lituaniam fugit: ſed hic captus Caunæ ad finem vitæ ſuæ in carcere retinetur. Eodem anno Hungari, Bohemi & Moraui *Fridericum tertium* Imperatorem in noua ciuitate vrgent, Regemque ſuum *Ladiſlaum* ab eo obſidione extorquent. *Ludouicus* Magiſter Pruſſiæ primus Regi fidelitatem iurat. *Iſidorus* Kiouienſis Epiſcopus qui in Florentino concilio multa erudite diſſerens de religione Chriſtiana inclaruerat, à Ruſſis pulſus, eo quod in Latinorum religionem conceſſerat.

1453. Tartari in Volyniam excurſionem faciunt, vbi nouem millia captiuorum, ingentemque aliam prædam fecerunt. Hos ſunt inſecuti, qui Podoliam inhabitant, Poloni cum præfectis regiis, inter quos *Laſcius* Zincouienſis, & *Ioannes Niemiec* laudantur. Hi noctu ſecuros aggrediuntur & magna ſtrage profligant prædamque omnem illis excutiunt. Trecenti tantum ex eis euaſerunt, qui noſtrorum paucitate animaduerſa, poſtero die cum noſtris, viribus reſumptis, manus conſerere volebant: ſed paruo negotio fuſi fugatique ſunt. Hoc anno Conſtantinopolis a Turcis capta.

1454. Pruſſi ſe & ſuas munitiones Regi Polonorum dedunt. Nuptiæ *Cazimiri* Regis cum Elizabetha *Alberti* Cæſaris filia celebrantur. Hoc eodem tempore *Capiſtranus* Franciſcanus homo eloquens in Bohemiam venit, vt omnes ad religionem Romanam perduceret. Tandem in Poloniam Cracouiam à *Zbigneo* Cardinali aduocatur. Hic primum in ipſo foro, deinde in æde virginis M. quotidie per interpretem conciones ad populum habeat, quibus Rex & Regina adeſſe ſolebant. Is m ludos, aleam, choreas & alia eiusmodi hiberet, talem ſibi opinionem breui conjuit vt pro ſancto haberetur. Epiſcopi ſiæ hoc tempore Regi, iureiurando interto, ſe addicunt & abiecto cultu Crucifem, veterem habitum, qui diui *Auguſtini* tentium regula dicitur, reſumunt. Paciatur tandem Pruſſia, Rege eis magnas prærogatiuas ex ſua liberalitate concedente. Nam cum antea Cruciferis è Gedanenſi ciuitate ſexaginta aureorum millia quotannis prouenirent, vt *Vapouius* ſcribit, ipſe pro his omnibus duo tantum millia aureorum imponit. Eodem anno male pugnatum à noſtris ad Choinicium. Primam quidem alam Cruciferorum Poloni perfregerunt, funditusque profligarunt & *Baltanarum* Ducem Zeganenſem occiderunt, *Bernardumque Slumbarg* Ducem ceperunt: ſed tandem, cum ſe acies noſtrorum frequentes ob anguſtiam loci explicare non poſſent, alii cæſi, alii diſſipati ſunt, & Rex, dum reſtituere pugnam conatur, in periculo fuit. Eius cladis culpa referebatur in eos, qui minus commodum prælio locum delegerant & leuiorem equitatum, ex præſcripto militaris diſciplinæ, ad turbandos & perrumpendos hoſtium ordines, non præmiſerant, ſicuti antea Polonis conſuetudo fuerat. A.C. 1454.

1456. Comitia Petricouienſia; in quibus tributum antea & poſt inauditum ſancitur; quod ſic deſcribitur: Placuit vniuerſo conuentui, vt Rex pariter & eccleſiaſticus equeſterque ordo vniuerſus dimidium annorum cenſuum conferrent, ne bonorum quidem & magiſtratuum fructibus exceptis; oppidani vero immobilium iuxta ac mobilium bonorum æſtimatione facta, vt binos groſſos pro qualibet marca penderent. Agreſtes vero ſingulos groſſos in capita marium & fœminarum numerarent. Cæterum equeſtres homines, qui nullos haberent agricolas & adſcriptitios cenſus, ſinguli vicenos quaternos groſſos. Cum autem ne hæc quidem ſuffectura eſſent, aurum inſuper & argentum ſacrum è Cracouienſi Baſilica à Rege importune flagitatum; ſed ab Epiſcopo conſtanter negatum eſt. Cui cum Rex iraſceretur, placatus eſt quinque millibus florenorum Epiſcopi & ſacri collegii fideiuſſiune à mercatoribus mutuo acceptis, vt tamen Rex ea poſtea ſolueret. Eodem anno à *Iohanne Hunniade* maxima clade Turcæ affecti apud *Nandor Albam*; vnde ipſius *Mahometis* Imperatoris Turcarum fuga conſequuta eſt. Vbi non ignobilis fuit ſexcentorum Polonorum opera, qui à monacho *Capiſtrano* euocati erant ex Polonia.

1456. *Ladiſlaus* filius *Hunniadis* perduellionis inſimulatus, cum inſidiatorem ſuum *Vlricum* Ciliciæ Comitem interfeciſſet, capitis pœnam luit, & *Matthias* frater eius iunior natu Viennam abductus eſt. Hic poſtea à *Podebraeio* Rege Bohemorum, quinquaginta millib. aureorum numeratis, redemptus, Rex Hungariæ declaratur.

1457. Comitia Petricouiæ & inde ad prouincialem Colenſem conuentum Rex ipſe ire non neglexit. Impetrauit autem à nobilitate eius oræ, vt ſuſciperent in ſe munus defendendarum trium arcium: Slochouiæ, Sueciæ, ac Thucholiæ, quoniam pecunia deerat in ſtipendium mercenariis militibus, qui pro præſidio in his arcibus collocarentur. Erat hæc noua inuentio & compendioſa ratio muniendi arces. Gedanum deinde eſt Rex progreſſus; vbi *Carolus* Danorum Rex exul pedeſtri comitatu ei occurrit, eumque ſalutat. Eodem tempore Magdeburga arce potitus eſt Rex, perſoluto ſtipendio militibus, quibus eam Magiſter Pruſſiæ hypothecæ nomine do-

Carolus Danorum Rex obuiam it Cazimiro cum pedeſtri comitatu.

nec

A.C. 1434.

Gedanenſium merita erga Cazimirum.

nec id ſolueret, tradiderat. Erat autem ſumma quadringentorum ſeptuaginta ſex millium. Commendatur hic Gedanenſium erga Regem & regnum beneuolentia & officioſitas; maxime vero, quod ad exoluendam eam pecuniam triginta millia denuo extra ordinem collecta contribnerunt. Commendantur & maiores Poloni, quod tempore difficili ſubierint ſponte, non coacti, onus tale, vt in centenas marcas annui cenſus ſingulos haſtatos equites mitterent.

Haſtatus quid apud veteres Germanos ſignificat.

Haſtati autem ſinguli apud veteres Germanos tres equites intelligebantur: nempe haſtatus reuera vnus grauioris armaturæ vna cum duobus ſagittariis. Nam & auratum equitem olim Dritter Germani vocabant, quaſi Tertium; quia videlicet duobus aliis ſibi adiunctis militabat. Sed poſtea Ritter / adempta littera D, nominare conſueuerunt, vnde noſtrum Polonicum nomen *Rycerz*, quo ſtrenuos viros appellare ſolemus. Per eadem tempora latrocinia innumera in finibus minoris Poloniæ exercebantur; ita vt tota Polonia minor contra eos latrones expeditionem generalem fecerit: quam valde numeroſam tum fuiſſe tradunt, ita vt ſexaginta bellatorum millia in iis caſtris cenſa fuiſſe *Vapouius* memoret. Eodem anno *Grzonius Iohannes* ob ingraueſcentem ætatem præfectura motus fuit; ſed ſui aliam eius rei rationem reddunt: nempe quod Pontifex maximus id apud Regem clam per internuncios curauerit, eo quod *Ziſca* Bohemo auxilia ſubmittere *Grzonius* ſolebat.

1458. Hoc anno expeditio fuit in Pruſſiam; ex qua Rex reuocatur ab vxore; quæ cum *Cazimirum* filium peperiſſet, ſupra modum coniugis abſentis deſiderio angebatur. Ad eam igitur cum Rex reuerſus eſſet, ibi legatos *Georgii Podebracii* noui regis Bohemorum audiuit. Petebat is fœdua cum eo & ingentia auxilia contra Cruciferos ei promittebat.

1459. Hic annus nobilitatus eſt inſigni victoria de Cruciferis & eorum clade. Nec multum abſuit, quin *Ludouicus* Magiſter eorum viuus in poteſtatem noſtrorum venerit. Ingens præda reperta apud victos, ita vt viceni aurei in ſingulos milites diuiderentur. Wratislauia autem & reliqua Sylleſia dedebat ſe Regi; ſed rationem *Podebracii* Rex habere voluit. Comitia poſtea Petricouiæ indicta ſunt, ad quæ nuncii Cracouienſes non niſi fide Regia veniunt & per *Rituanium* hominem magni animi & eloquentem de multis rebus cum Rege expoſtulant.

Capita orationis Rituanii, qui poſt mortuum Zbigneum Regem liberius redarguere conſueuerat.

Præfectorum eius tyrannidem ia accuſat, nominatque *Iohannem Kuropatwam*, qui *Seuicium* & *Laticinium* nobiles Chelmenſes indicta cauſa ſpoliarat & omni contumelia affecerat. Commemorat & merita Polonorum in familiam *Iagellonum*, & opes quas ad Lituaniam iuuandam toties profuderant. Exprobrat Regi monetæ, quam cudebat, leuitatem, & non coërcitam licentiam importandi adulterinam. Quod item vectigalibus Poloniam onerari pateretur. Sed & alia conſimilia tum proponebantur Regi ob oculos; quæ ego adſcriberem, niſi ſcirem *Rituanii* orationem etiamnum ſæpius & domi & in comitiis commemorando iterari.

Viginti reformatores Reip. eliguntur.

Lecti ſunt deinde viginti viri, qui de conſtituenda & reformanda Republ. ſententiam ſuam dicerent: Regis autem arbitrio omnia deinde ſubiicerentur. Iugeralis contributio duodenorum groſſorum tum impoſita eſt agricolis. Ab eccleſiaſtico vero & equeſtri ordine octaua pars cenſuum promiſſa Regi in ſtipendia militum. Eodem anno *Iohannes Albertus* filius *Cazimiro* natus.

Sieniennii controuerſia cum Gruſczinio ſeu potius cum Rege.

1460. In hunc annum incidunt illæ diſſenſiones non tam inter *Iacobum Sienennium* & *Iohannem Gruſczinium*, quam inter Regem & Pontificem maximum; quod patrocinium hic *Sienennii*, ille *Gruſczinii* ſuſcepetat: quæ diſſenſio paulatim incenſa ita efferbuit, vt aliquid magnum breui pepererit. Nam *Sienennius* eam ob cauſam Regem ita irritauerat, vt Rex ipſi & eius aſſeclis extrema quæque non modo minaretur, ſed etiam iam reipſa inferret. Itaque *Sienennius* Pinczouiæ in arce patria obſideri iuſſus, in eam anguſtiam redactus fuit, vt cogeretur in Melſtinum arcem ſe recipere; vbi a *Iohanne Melſtinio* receptus vna cum *Dlugoſſo* totum annum ſe continuit; nequicquam prohibente Rege, ne perduellem ſuum & hoſtem publicum *Melſtinius* ſeruaret. Pauci quidam ex ordine eccleſiaſtico tum Pontificiam autoritatem regiæ antepoſuerunt. Et ii quidem à Rege durius ſunt tractati. *Crizanouius* ab apparitoribus per mediam vrbem foras eductus eſt, eo plane veſtitu, quo Canonici in templo vtuntur, ita vt populus aſpiciens eius vicem commiſeraretur. *Dlugoſſii* reditus adempti; & alii acerbitatem Regiam experti ſunt. Iis vero, qui cum Rege ſentiebant, ſi Pontificiis interdictis grauabantur, regio iuſſu & minis à Pontificiis decretis ad concilium futurum vniuerſale prouocabant. Meminerat enim Rex, in Baſilienſi concilio paulo ante concluſum fuiſſe & magno conſenſu ſancitum, vt Pontifices deinceps ſententiæ concilii ſubiicerentur. Quam concluſionem & ipſe *Nicolaus* Pontifex approbauerat eique ſubſcripſerat. Ad hoc igitur præſidium Rex, exemplo aliorum Regum, Ducum, Imperatorum, in omnibus controuerſiis cum Romanis Pontificibus tanquam ad tutiſſimam arcem confugiebat in illo diſſidio.

1461. Iudicium regium in Cracouienſes ciues de cæde *Andreæ Tencinii*.

1452. *Ziemonitus* & *Wladiſlaus* Mazouiorum Duces veneno ſublati & de ſucceſſione in Mazouiæ & prouinciæ Belſenſis dominatum controuerſia. Pacta & conuentiones inter Regem *Cazimirum* & *Georgium* Regem Bohemiæ. Qui vtriuſque Regis conſenſus, cum

A.C. 1454. *Georgius* in religionis negotio ſuſpectus eſſet, minime probabatur Pontifici, eumque exaſperabat contra *Cazimirum*. Conuentus item eorundem regum Poloniæ & Bohemiæ, in quo ſplendor Polonicarum opum talis tantusque enituit, vt nunquam *Cazimirum* ad conuiuium inuitare auſus fuerit *Georgius*; ne ſcilicet proderet paupertatem ſuam.

1463. Capha a Turcis capta. Magnus tunc Poloniam inuaſit timor. De Cruciferis aliquot celebres victoriæ terreſtri & nauali prælio partæ. Proinde continuis cladibus debilitati, ad extremum tantum legati Pontificii autoritati confidebant, qui tamen nihil profecit. Nam aliquoties legatus prodiderat ſuum conſilium, quod videlicet plus faueret Cruciferis, quam iuſtitiæ. Et aliquando, cum eo inuito ciuitatum Pruſſiæ nuncii publice introducti eſſent à Polonis, mox toti oppido interdixerat ſacris. Cauſa autem huius excommunicationis fuit, quod cum Rege ſentirent, aduerſante Pontifice. Cum autem noſtri, per ſpeciem ſupplicationis ob rem bello bene geſtam, campanas pulſare cœpiſſent, legatus ita irritatus fuit, vt etiam mulieribus maritorum conſuetudine & contubernio interdixerit, quo maritos à fide Regi data citius auellere poſſet. Quæ res etiam tum riſum omnibus mouit. Scribunt & illud: Cum Rex in quodam colloquio priuato à legato exaſperatus dixiſſet, malle ſe regno excidere, quam *Siennenium* pati, ſe inuito, fieri Epiſcopum, legatus vociferari cœpit: Præſtare, vt tria regna pereant, quam vt ius & autoritas Pontificis perturbetur aut diminuatur.

Polonorum victoria de Turcis ad Sanum, qua ſe plurimum *Mathiæ* Regi commendabiles reddiderunt; ita vt poſtea opera eorum libenter vſus fuerit in militia. Numerus Turcarum erat quatuor millium. Polonorum quinquaginta tantum.

1464. Iudæi direpti Cracouiæ. Cruciferorum clades apud Golpergam. *Pii ſecundi* Pontificis Maximi mors.

1465. *Cazimiri* autoritas & opinio apud Chriſtianos crauit & apud Barbaros ex hac occaſione: Pontifex Romanus & Imperator per Patriarcham Antiochenum apud *Ezigerum* ſummum Tartarorum principem egit, vt Turcis bellum inferret; quo eos à bello Chriſtianis inferendo auerteret. *Ezigerus* reſpondit, in eo poſtulato ſe ex voluntate *Cazimiri* fœderati amici ſui pendere velle. Denuo igitur Pontifex cum Imperatore Antiochenum Patriarcham ad *Cazimirum* mittunt, petitum vt Chriſtianos adiutos vellet ea in re; quandoquidem ipſe Chriſtianus communi religioni id deberet. Sed Rex eam deliberationem ad comitia diſtulit. Sub idem tempus quidam ærarii milites ob non ſoluta ſibi ſtipendia, coacto iuſto exercitu, contra ipſum Regem quaedam machinantur. Augebat ea res ſupra modum Regem, quod ſibi A a bellis non concederetur reſpirare. Et maxime dolebat ei, quod didicerat eam ob rem Cruciferos reſumere ſpiritus, cum iam antea ſatis attriti animum ferme deſpondiſſent. Itaque ſtatuit milites illos tanquam perduelles bello perſequi. Quo comperto, accepta fide, in rem præſentem conueniunt, & pœnam publice deprecati, ad pedes Regis ſeſe abiiciunt. Hac igitur demiſſa deprecatione tandem non modo veniam impetrauerunt, ſed etiam pecuniam emeritam conſecuti ſunt. A.C. 1464

Ira & clementia Cazimiri.

1466. Polonorum victoria de Cruciferis ad Oſiecum. Venit interea Legatus à Pontifice ad componendas lites; quemadmodum ad Regem antea ſcripſerat. Cui B Rex per *Dlugoſſum* indicauit, ſe pacem non abnuere; modo ille bona fide pacificatorem ſe interponeret; neque imitaretur *Hieronymum Cretenſem* legatum ſuperiorem, qui Regi, ac ſi filius eius eſſet, operam ſuam pollicitus, cum poſtea ad Cruciferos perueniſſet, donatus ab eis calice aureo, ipſis non obſcure fauebat; Et *Cretenſis*, vt eſt in prouerbio, *cretizauit*. Interceptæ enim fuerant literæ legati & ad manus Regis deuenerant, in quibus calicis huius mentio fiebat.

Celeberrima pugna Polonorum ad Choinice; vbi & oppidum captum fuit ibique non modo abolita eſt illa infamia acceptæ quondam cladis, ſed etiam multis modis compenſata. Ad medium igitur Septembris, C cum ex oppido erupiſſent hoſtes, commiſſo cum noſtris prælio, in oppidum reiecti ſunt. Nec multo poſt, prandentibus noſtris, rurſum erumpentes, cum aliquot horis ſtrenue dimicaſſent, multis amiſſis, terga verterunt. Inſtabant noſtri fugientibus. Hoſtes vero veriti, ne cum ſuis noſtri ſimul in oppidum irrumperent, celeriter clauſerunt portas permultos ſuorum excludentes: qui partim cæſi, partim capti, partim in foſſam plenam aquæ armati ſeſe præcipitantes ſubmerſi ſunt. Nec multo poſt noſtri ſagittis ignem iaculati, noctu oppidum incenderunt; ita vt quarta pars eius vna cum frumento con-D flagrarit. Quo caſu tandem victa eſt hoſtium pertinacia, & miſſis in caſtra *Vldarico Eiſenoueno* magno Commendatore, & *Iohanne Zalio*, vitam fortunaſque pacti, nunquam contra Polonos arma ſe ſumpturos eſſe, ſancte iurarunt. Redditis itaque, receptiſque viciſſim captiuis, inter quos erat *Paulus Iaſenius*, oppidum cum bombardis & omni apparatu & inſtrumento bellico ad quartum Calend. Octobris dediderunt, & lacrymantes Bambergam profecti ſunt. Poſt hanc Cruciferorum cladem pax perpetua ſancita fuit, Cruciferique in fidem & clientelam Polonorum recepti & Magiſter eorum Princeps renunciatus ac conſilia-

Secundum bellum Choinicenſe, & victoria Regis.

rius

A. C. 1434.

Pomerania & Michalouienſis Culmenſisque terra Poloniæ adiungitur.

rius regni. Ab eo tempore Pomeraniæ Ducatus, Michalouienſis quoque & Culmenſis terra recuperata regno Poloniæ adiungitur; pro quibus Poloni centum & octoginta annis cum Cruciferis armis decertarant.

1461. *Sigiſmundus Cazimiro* natus.

Nuncii terrarum inſtituti.

In hunc annum reiicitur nunciorum terreſtrium (quos vocant) prima inſtitutio: quamquam antea Rituanius, & alii, Cracouienſis terræ legati ad Comitia delecti fuerant.

1462. *Iohannes Dlugoſſus* regiis liberis præceptor deſignatur. Nuncii etiam prouinciarum inſtituuntur, vt bini ſcilicet è Palatinatibus ſeu Satrapiis mitterentur ad comitia; qui videlicet eſſent veluti cuſtodes communis libertatis, & medium quoddam, quo poſſet facilius & placidius ſumma poteſtas cum inferioribus ordinibus coaleſcere. *Sylla* quidem Romæ ſuſtulerat Tribunos plebis in gratiam Senatorii ordinis; at *Pompeius*, quia Reipub. vtiles videbat, eosdem reſtitui curauit.

1470. Hoc anno venit ad *Cazimirum* legatus *Friderici* Imperatoris, *Raphael Leſcinius*: eques quidem Polonus, verum complures annos in miniſterio Imperatoris verſatus, eique inter paucos charus. Is conatus eſt *Mathiam* Regem apud *Cazimirum* in ſuſpicionem adducere; vtque ab eo ſibi caueret, tanquam homine vafro, ſedulo præmonuit.

1471. *Georgii* regis Bohemiæ mors. *Wladiſlaus Cazimiri* filius Rex Bohemorum creatus.

1472. *Cazimirum* regem Pontifex, atque etiam ipſe Perſarum Rex per oratores ad ſuſcipiendum bellum contra Turcas adhortatur. Sed *Cazimirus* tunc bellis Pruſſicis, & expeditione duorum filiorum in Bohemiam & Hungariam ita fuit exhauſtus, vt ne in quotidianum quidem victum ſumptus ei ſuppeterent. Eo factum eſt, vt militibus ſtipendia non perſoluerentur. Hinc extiterunt plurima latrocinia. Nam mercenarii milites, vnde ſe alerent non habentes, vias publicas quodammodo obſederunt & alia extrema conſilia ceperunt.

1473. Turcæ bis collatis ſignis cum *Huſancaſſano* Perſarum Rege inſigni ſtrage victi. Ad quinquaginta ſex millia cæſa militum & centum quinquaginta tribuni, quos Subbaſſas vocant, tum perierunt.

1475. Subacta Bazarabia à Turcis, quæ ſita eſt ad littus ponti Euxini intra oſtia Tiræ & Danubii, pauor ingens & trepidatio mentes noſtrorum hominum inuaſit; non ſecus ac ſi ipſa iam Podolia & Ruſſia vaſtaretur.

1479. *Sophia Cazimiri* regis filia *Friderico* Marchioni Brandenburgenſi nupta: ex qua natus eſt *Albertus* ille Dux Pruſſiæ, princeps ſempiterna memoria dignus; patronus etiam meus olim clementiſſimus.

1479. Mortuo *Rnimio* Poſnanienſi Epiſcopo, duo competitores eius Epiſcopatus fuerunt; *Vriel Gorcanus Lucæ* Palatini filius, Gneſnenſis & Poſnanienſis præpoſitus

A

& Cancellarius regni, & *Stanislaus Curoznacius* Procancellarius regni. Sed *Iacobo* Archiepiſcopo interueniente, collegium Poſnanienſe regiam autoritatem in eligendo *Vriele* ſecutum eſt; qui *Vriel* etiam promiſſum Regis aliquanto ante habuiſſe dicitur. Fuit autem & alius *Lucas Gorcanus* Palatinus Poſnanienſis & poſtea idem Cuiauienſis Epiſcopus, pater *Andreæ*, quem Poſnanienſem abſolute ob nominis eius celebritatem Poloni vocabant.

Nicolaus Firleius Dux exercitus.

1489. *Cazimirus* fœdus icit cum *Baiazete* Turcarum Imperatore, per oratorem ſuum *Nicolaum Firleium*, gente *Leopardum*; qui poſtea Caſtellanus Cracouienſis, & dux exercitus Polonici fuit.

Cauſa mortis Cazimiri.

1492. Mors *Cazimiri* ſubſecuta eſt; qui

B

Vilna profectus cum Trocos vnius diei itinere perueniſſet, feſſus, ex nimia agitatione languere cœpit & inualeſcente morbo, vbi animaduertit ſupremum vitæ diem ſibi inſtare, teſtamentum condidit, quo *Wladiſlaum* filium exhæredauit. Deinde ſacroſanctis Chriſtianæ religionis myſteriis perceptis, menſe Iunio animam exhalauit. Inde in Poloniam ſolenni pompa elatus in baſilica Cracouienſi ſepultus eſt ad dextram in ſacello ſanctæ Crucis, vbi & *Elizabet* vxor *Cazimiri* ab *Alexandro* ſepulta fuit. Extatque ibidem epitaphium eius, vel potius delubri eius inſcriptio characteribus Slauonicis:

C

Knchwale imienia nayvyſſſobo Bohá oycá wſſemohnſiczobo, pobudowankościoły ſiciá káplicá, powielenim wielikobo á presławnobo Korola, proświetnobo Kazimiráz Boskoy miłoſti Polskobo y wielskobo Kniáźiá Litowskobo, Trockobo, y Zomoisskobo, y Kniáźiátiá Pruskobo, Páná y dedicźá tych y inych mno bo ziem Hoſpodará. y iebo Korolowey pronaiáśnieyſicy pániey Elizábety z pokolenia Czárskobo prodká preudiáinieyſsobo Zygmontá Pándźiemie Rákuskoy, Czeskoy, y Vhorskoy. Poletu ná rożenia Bożobo pierwſsobo, ſiemdźieśiątobo tyſiącnobo, á dokonczáłá ſiciá kaplicá Mieśiácá Octob. 12. *dniá.*

Eodem anno Methias Rex Hungarorum ex apoplexia moritur.

D

CAPVT VIII.

Ioannes Albertus.

Anno ab orbe condito	5454.
Anno Christi	1492.

A. C. 1492.

Incommoda incerti electionis modi.

CAzimiro ſepulto ad medium Auguſti conuentus agitur Petricouiæ noui Regis creandi gratia. Minus pacata fuit illa electio; ſicut fere fit, vbi certus modus electionis incipiendæ, dirigendæ & perficiendæ præſcriptus non eſt. Marſalcus regni, & *Tenczinius Sigiſmundo*, vt eligeretur, fauebant. Idem ſentire videbatur *Zbigneus Oleſnicius* Archiepi-

 ſcopus

A.C. 1492. ſcopus Gneinenſis, tametſi creditum eſt, eum clam Mazouio fauiſſe, cum quo tum fixit in patenti campo tentorium. Inſolentius autem & ferocius ſeſe gerebant Mazouii; vt, ſi non impetrarent, vi exprimerent id, quod petebant.

Zbigneus aperte Sigismundo fauebat, clam Mazouio.

1493. *Albertus* coronatur *Zbigneo* Archiepiſcopo mortuo, *Fridericus* Cardinalis, Archiepiſcopus & Cracouienſis Epiſcopus creatur. Venetorum legati gratulantur regnum regi atque occulte eum contra Turcam concitant. Nam ipſis Dyrrachium eripuerat. Turcæ vero legatus, peramplis donis oblatis, pacem & amicitiam ei deferebat. Verebatur enim Turca ne pluribus ſimul bellis implicaretur. *Fridericus* Imperator interim moritur. Apud Viſnoueciam in Volynia noſtri à Tartaris ſuperantur. Iudæorum domicilium Cazimiriam translatum; quem locum *Cazimirus Magnus* Gymnaſio deſtinauerat.

1495. *Iohannes* Mazouiorum dux obiit. Plocenſis ditio Poloniæ adiuncta eſt.

1496. *Barbara Cazimiri* filia *Georgio* Duci Saxoniæ à fratre *Ioanne Alberto* in matrimonium collocatur. *Philippi Callimachi* mors Polonis non ingrata. Nam idem ei acciderat, quod omnibus exteris, qui modeſte ſecunda fortuna non vtuntur. Increbuerat fama, eum ad tyrannidem incitaſſe Regem, decretaque eius venumdare ſolitum fuiſſe. Et difficulter quidem inuidiam & obtrectationes hominum vitant, qui ſe in gratiam regum inſinuant; ſed tamen meminiſſe debent conſilii illius diuini: Exaltatus es ſupra alios, ſis quaſi vnus ex eis. *Iouius* ſcribit *Callimachum* miſere apud piſtorem vitam finiuiſſe; ſed refutatur epitaphio, quod Cracouiæ ſepulchro eius, in ædibus S. Trinitatis, inſcriptum ita legitur:

Callimachi epitaphium.

PHILIPPVS CALLIMACHVS EXPERIENS, NATIONE THVSCVS, VIR DOCTISSIMVS, VTRIVSQVE, DOCTRINÆ ET FORTVNÆ EXEMPLVM IMITANDVM, ATQVE OMNIS VIRTVTIS CVLTOR PRÆCIPVVS, DIVI OLIM CAZIMIRI ET IOHANNIS ALBERTI POLONIÆ REGVM SECRETARIVS ACCEPTISSIMVS, RELICTIS INGENII AC RERVM A SE GESTARVM PLVRIBVS MONVMENTIS CVM SVMMO OMNIVM BONORVM MOERORE ET REGIÆ DOMVS ATQVE HVIVS REIPVB. INCOMMODO ANNO SALVTIS NOSTRÆ M CCCC XCVI. CALEND. NOVEMBRIS VITA DECEDENS HIC SEPVLTVS EST.

1494. *Iohannes Albertus* Rex cum fratre *Wladulao* Bohemiæ & Hungariæ Rege in Liuocz conuentum agunt, conſultantes, quomodo coniunctis viribus cædem crudeliſſimam *Wladulai* patrui ſui vlciſcerentur, propoſitumque ſuum nemini reuelant. Ideo *Iohannes Albertus Creslaum Curoſuantium* Cancellarium & Epiſcopum Wladislauienſem, qui ipſum ab inſtituta expeditione, quam Bucouienſem vocant, reuocare conabatur, immaniùs obiurgauit, inquiens, ſacerdotem ſacrorum, non belli curam gerere debere: ſe autem vel induſium ſuum concrematurum eſſe, ſi id conſilii ſui conſcium eſſe ſciret. Non deſunt alii, qui adhuc occultiorem cauſam illius belli ſuſcipiendi præter hanc habuiſſe Regem affirmant, quam ei *Callimachum* inſidioſe inſpiraſſe in perniciem equeſtris ordinis hactenus Poloni autumant.

Alii de Sigiſmundo fratre in Palatinatu Valachiæ conſtituendo conſilium habuiſſe prædicant.

1496. Expeditio belli, quam Bucouienſem vocant. Hanc fatalia quædam ſigna, vt tum exiſtimatum eſt, præceſſerunt. Equus generoſus in quodam paruo torrente iuxta Leopolim ſub Rege ſuccubuit, pauculaque aqua obrutus eſt. Eques item Polonos *Szrobski*, cum eſſet inſanæ mentis, clamabat vociferans: *Noſtri in ſuum malum proficiſcuntur.* Fulmen quoque quendam equitem cum duodecim equis interemit.

Bucouienſis expeditio.

Præludia & occaſio inimicitiarum inter *Stephanum* Moldauiæ Palatinum & *Ioannem Albertum* Regem hæc erant: Promiſerat Moldauus ſe Regi cum vniuerſo exercitu commeatum pabuli ſuppeditaturum: quod quia non præſtitit, Rex plurimum ei indignabatur. Socauiamque exercitum admouit, quæ cum venienti portas occluſiſſet, quaternis caſtris poſitis, oppugnare eam inſtituit. Habuit autem Rex tum exercitum numeroſum. Nam octoginta millia bellatorum habuiſſe dicitur: curruum fere triginta millia. Aderat etiam cum eo *Sigiſmundus* frater. Aderant & Magiſtri Cruciferorum *Ioannis Tieffen* legiones: ſed ipſe Magiſter Leopoli mortuus erat. Verum, cum recordarentur Poloni ſe eductos ex patria ad alia maiora, quam ad Socauiæ oppugnationem, tædio moræ dimiſſionem à Rege petunt. Et iam *Wladislaus* Rex Hungariæ inter Regem & Palatinum inimicitias per legatos compoſuerat. Fœdere itaque firmato facile Rex ſuorum votis annuit; præſertim cum valetudinarius eſſet. Interea in reditu, iam nihil tale noſtris opinantibus, cum ſyluam Bocouetiam ingreſſi eſſent, *Stephanus* fœdifragus tam à fronte, quam à tergo, eos aggreditur, magnamque ſtragem in noſtris edidit, complures captiuos ſecum abegit: inter quos *Gabriel* Comes à *Thecin* erat. Et narrant ii, qui

Gozdziec ſylua illa à Gottis veterib. dicta, qui illa loca olim habitabant.

A. C. 1492. qui cum Palatino Syradiæ Magnifico *Alberto* à *Laſko* Deſpotam Valachiæ anno 1562. deducebant, ſe vidiſſe in illis ſyluia oſſa illorum, qui tum fraude circumuenti & interfecti à Valachis fuerunt. Sed exiſtimo & ipſorum Valachorum oſſa ibi reperiri. Nam & in ipſis noſtri, Regis præſertim aulicus exercitus, magnam cladem fecerunt; ita vt prorſus pro victis ab illo conflictu Valachi diſceſſerint & plures multo ex eis perierint, quam ex noſtris, exceptis Mazouiorum cohortibus, quæ illo ſylueſtri genere pugnæ illis incognito, Valachis autem vſitato, conciſæ ſunt. Sed mox, vbi ad littora Pruti ventum eſt, iterum virtute Polonorũ commiſſa pugna. Valachi fuſi fugatique in ſyluas ſe abdiderunt, magnam ſtragem noſtris in eis edentibus.

1498. Turcæ Ruſſiam vaſtantes, hyberna tempeſtate deleti. Periiſſe tunc eorum ſupra quadraginta millia tradunt. Multi poſtea reperti, qui, interfectis equis, in ęos exenteratos & adhuc calentes tum ſe illatebrauerant: ſed fruſtra; ſtatim enim calor artus vita & ſanguine deſtitutos deſerebat. Reliqui, cum ſeſe vtcunque tandem explicaſſent & in Moldauiam euaſiſſent, à *Stephano* Palatino & Valachis primo excepti ſunt. Sed cum Polonorum inſequentium habitum mentirentur, diuexati ſunt ab iiſdem & contrucidati; ita vt vix decem millia ex toto ipſorum maximo numero, qui noſtras regiones inuaſerant, Iſtro transmiſſo, ſalua domum redierint. In religionem hæc res ceſſit Turcis; ita vt ſibi perſuaderent, gentem Polonam atque Ruſſam diuinitus defendi. Eo quod irati cœli pruinis & niuibus tum deleti fuiſſent.

1500. Opatouia à Tartaris exuſta, Zalchoſtum etiam, Breſla Lituanicum, Turobinum. *Petrus Myſkouius* capitaneus Leopolienſis copiis tum mercenariorum præfectus erat. Tunc etiam *Slupecius* tantum vno vaſe cremati vini (quod vocant) ſeu aquæ vitæ in campum educto, Barbaros placauit, ne ædes, quas in villa patria *Slup* habebat, incendio traderent, adeo inſigni artificio fabrefactus, vt etiam cum omnibus ſtructoris horum temporum, quando omnia ſubtilius fiunt, comparari poſſit. Mihi certe illa domus videtur inſigne monumentum antiquitatis.

1501. Adornante iter in Pruſſiam cum exercitu *Ioanne Alberto* rege, mittit ad eum *Stephanus* Moldauiæ Palatinus legatos, depoſcens, vt ſibi *Eliam Petri*, qui ante ipſum Palatinus fuerat, filium profugum traderet; cauſam prætexens, quod is affectare dominatum diceretur. Traditus quidem non eſt ei *Elias*, verum capite plexus inſpectantibus legatis. Et ne Iniuſte id factum eſſe exiſtimaretur, vulgatum eſt crimen falſi in litteris regiis eum commiſiſſe. Mittuntur poſtea legati ad Magiſtrum Pruſſiæ. Sed dum eunt & redeunt legati, *Ioannes Albertus* rex apoplexia vitam Toruniæ finiuit, ætatis ſuæ anno quadrageſimo quarto. Regnauit octo annis totidemque menſibus. Corpus eius Cracouiam reuectum & in Baſilica arcis ſepultum. Vbi hoc epitaphium marmori inciſum legitur:

Elias Palatinides Valachiæ.

A. C. 1491.

IOANNES ALBERTVS REX POLONIÆ SVCCESSIT PATRI DIUO CAZIMIRO, DE CHRISTIANA REPVB. NEDVM DE REGNO, BENEMERITVS. PACE ET BELLO CLARVS, INGENIO MAGNO, ANIMO INUICTVS ERAT REI BELLICAE MILES, EIVS INGENII CONSVLTOR TESTIS FVIT. NOUEM ANNIS AUITVM ET PATERNVM REGNVM TENVIT, ANNVM AGENS QVARTVM ET QVADRAGESIMVM TORVNIAE XVII. IVNII. ANNO DOMINI MDI. IMMATVRA MORTE PERIIT, RELICTIS POST SE FRATRIBVS, MAGNO WLADISLAO HVNGARIAE ET BOHEMIAE REGE, ALEXANDRO POLONIAE SVCCESSORE. REGINA MATER EX LONGA STIRPE IMPERATORVM, QVAE FILIA REGIS, VXOR ET MATER ERAT, CHARISSIMO FILIO ET BENE MERENTI CVM ALTERO FILIO SIGISMVNDO DVCE HOC SEPVLCHRVM POSVIT.

CAPVT IX.

Alexander.

Anno mundi	5463.
Anno Chriſti	1501.

A. C. 1501. COmitia noui regis eligendi gratia indicuntur Petricouiæ; vbi heroës Polonici adeoque omnes ordines conueniunt. Ibi alii *Vladiſlaum* Bohemiæ & Hungariæ Regem, alii *Sigiſmundum* Glogouienſem Ducem; alii vero *Alexandrum* Ducem Lituaniæ, regem expoſcebant. Sed tum illud diploma ampliſſimum viginti quinque ſigillis procerum Lituanorum obſignatum legati *Alexandri* in medium produxiſſent, omnis dubitatio ſublata eſt. Non deerant tamen, qui conſilio dolum addere volentes ſpargebant rumorem, *Alexandrum* omnino cum exercitu aduentare. Sic enim fit, vbi certus electionis modus non extat. Aderat autem in illis comitiis ipſe *Fridericus* Archiepiſcopus, filius *Cazimiri* Regis: tamen liberum populum libere conſultare permiſit in præſentia ſua de rebus, quas vtiliores fore iudicarent conſeruationi Relpub. Polonæ. Specioſa quidem fuit oratio eorum, qui *Wladiſlaum* proponebant. Nam paternum & auitum regnum duorum regnorum Hungariæ & Bohemiæ opibus & autoritate munire, erat certe aliquid, quod oculos hominum facile perſtringere poſſet. Tamen ad mentionem Lituaniæ & neceſſitudinis cum Lituanis iamdudum contractæ, omnes illos titulos

A. C. 1501. tulos quantumuis ſuo ſplendore coruſcantes, ſicuti & antea quoque tempore *Wladislai Iagellonis*, ſpreuerunt Poloni, & Lituanorum amicitiam cunctis aliis rebus prætulerunt; vt eos hoc modo & ratione tanto magis ſempiterno iure non tam ſibi amicos, quam ſecum membra & viſcera vnius Reipub. redderent. O prudentiſſimum vetuſtatis conſilium, quod poſtea & ipſe *Wladislaus* per nuncios collaudauit, & *Sigismundus* præſentia ſua factum cohoneſtauit, approbauitque. Itaque coronatur *Alexander* Cracouiæ. *Helena* vero vxori eius diadema denegatum eſt: eo quod mordicus Græcorum religioni adhæreret. Nec filia meliorem ſpem de ſe dabat, ab inſtitutisque Romanæ eccleſiæ prorſus abhorrebat. Eodem tempore *Sachmates* Zauolgenſium Tartarorum princeps à præfectis regiis captus Vilnam transmittitur, & cum aliquoties euadere conatus eſſet, ex fuga retractus eſt.

1502. Tartari Taurici Opatouiam, Lagouiam, Belzum, Iaroslauiam diripiunt, & incendunt. Tunc fuit ſecunda Opatouiæ conflagratio.

1503. Hic annus memorabilis *Friderici* Cardinalis morte. Erat *Fridericus* aſpectu decoro ac dignitatis pleno; ſed animi mœrore cito conſenuit. Cruciabatur enim, quod fortuna cum fratribus non æquaſſet, regios honores ei denegando. Ideo veluti deſpondens animum, inertiæ ſeſe dediderat, in compotationibus turpique luxu ac ſordibus cum quibusdam ſuis marceſcens. Ad extremum morbo Gallico confectus moritur, vt *Miechouienſis* refert. Epitaphium eius ſepulchro tale inſcriptum legitur: HOC OPVS FRIDERICO CARDINALI CAZIMIRI FILIO, QVI QVINQVE ET TRIGINTA ANNIS EXACTIS, M D III. MARCI XIV. OBIIT, FRATRI CHARISSIMO DIVVS SIGISMVNDVS REX POLONIAE PIENTISSIMVS POSVIT. Et *Andreas Roſa* in Epiſcopatu ſuccedit. Eodem tempore *Vincentio Prarebio* Epiſcopatus Præmislienſis defertur. *Iohannes Laſcus* a ſecretis & annulo Regem in Lituaniam ſequitur, bene exercitatus in negotio Cancellariæ. *Conradus* Mazouiorum Dux moritur & filiis in feudum Mazouia conceditur, vt maſcula proles hæreditate eam obtineret, orbi vero inter ſe ſuccederent. Laudaturque hic liberalitas *Alexandri*, qua cæteros fratres ſuperaſſe dicitur. Valachus prouinciam ad montes Sarmaticos ſitam iuris ſui facit, de ſua ditione iniuſte prius detractam dictitans.

1505. *Motus in Lituania non omnino leues, dum Senatus* Gliniſcium *&* Gliniſcius *Senatum apud Regem accuſat. Fuit* Gliniſcius *magni animi vir. Hic adoleſcens adhuc in Germania apud* Albertum *Saxoniæ Ducem, dum in Friſia bellum gerit, ſtrenue ſe geſſit, ac per omnes militia gradus magnum ſibi nomen peperit. Itaque, rediens ad ſuos, vt fit, multa ſibi permittebat, alios deſpicatui habens. Quamobrem cuncti eum elati animi hominem iudicabant; dabantque ei vitio, quod potentia ſibi parata & opibus, alios in odium apud principem adduceret, pleroſque etiam falſo criminaretur. Ita alii Palatinatu moti, alii Senatus ingreſſu excluſi in acerbo dolore verſabantur. Vilna tum muro primum cincta.* Mechmet Kierei *Tartarorum Dux, ad Minsko caſtris poſitis, quoquouerſus cohortibus dimiſſis, Lituaniam vaſtat; dumque reprimitur impetus hoſtium, Prunſcius Dux* Hlebus *multitudinis armis opprimitur. Sed quia delati ſumus ad commemorationem huius ſtrenui Herou, monet me occaſio, vt altius repetam hiſtoriam huius ſtirpis. Poſt mortem* Wladimiri Monomachi *nuncupati, Monarchæ Kiouienſis adeoque totius Ruſſia, vnus ex filiis eius* Iaroslaus *occupauit Rezanenſem Ducatum: vnde cognominari voluit Magnus Dux Rezanenſis atque inſtituit, vt poſteritas ipſius pro inſignibus vteretur viro loricato in equo decurrente, cum ſtricto gladio. Ipſi, inquam, hoc inuentum tribuitur.*

Ducum Prunſciorum hiſtoria.

Hic, A. C. 1145. *confecto curriculo & vitæ & dominatus ſui in Rezanenſi Ducatu anno 6652. vt Ruſſi ab orbe conaito numerant, duos filios reliquit; quorum maiori natu* Iacopelko *Ducatus Rezanenſis ſorte ceſſit.* Suetoslaus *vero iunior in Ducatu Prunſcenſi ſedes ſuas fixit, titulo ſimiliter Magni Ducis ſibi vſurpato. Etenim fuit vir magni animi, non obſcure referens indolem illorum duodecim Heronm, vel vt Ruſſi vocant* Bohatirorum, *à quibus originem ea gens ducit; vt annaliſtæ Ruſſorum memoria mandarunt. Hic moriens reliquit* Georgium *filium ex filia* Olhæ *Ducis Branskii.* Georgio *defuncto anno 6687. ſucceſſit* Ihorus *&* Iaroslaus. Ihorus Hlebo *Rezanenſium Duci cum auxiliares copias adduxiſſet, in conflictu belli equo delapſus & grauiter vulneratus, in itinere dum reuerteretur, mortuus eſt; relicta filia* Olha, *quæ poſtea Duci Quatuoreccleſienſi nupſit.* Iaroslaus *autem filium habuit* Wladimirum, *qui ex* Olha *coniuge Reſtouienſi Duciſſa* Olham *&* Wſeuolodum *filios ſuſcepit. Horum* Olha *anno 6727. à Tartaris, qui Duce* Balakleiq *(a quo propugnaculum illud ad Boryſthenem nomen accepit) Ruſſiam vaſtabant, interfectus eſt.* Wſeuolodus *autem ex Duciſſa Sudalienſi filium habuit* Mciſlaum, *mortuusque eſt anno 6737. Huius* Mciſlai *temporibus, iuxta annaliſtarum Ruſſorum ſententiam, anno à condito orbe 6747.* Batti *ille princeps famoſiſſimus Tartarorum cum valido exercitu progreſſus, deuaſtauit patriam ſedem iſtorum Ducum,* Prunsko *vocatam. Ipſe* Mciſlaus *in Quatuoreccleſienſem principatum profugiens, ægre vitam ſeruauit. Fratres tamen, nepoteſque eius, adeoque omnes eius ditiones vna cum arcibus mole belli tum oppreſſæ & deletæ fuerunt. Poſt mortem* Mſciſlai Georgius *filius ex Duciſſa Iaroslauienſi*

A. C. 1501. *uienſi habuit filium* Suetoslaum, *cuius*
ano inciderunt illa bella Ruſſica Gedimi-
ni *Magni Ducis Lituaniæ, à quo etiam*
Stanislaus *Kiouienſium Monarcha prin-*
cipatu exutus & deturbatus, Prunskum
ad hunc confugiens, portum ſuorum ma-
lorum reperit. Recreatus demum Reza-
num concedens ad Ducem Rezanenſem,
filiam eius vxorem accepit & ibidem vi-
tam finiuit. Demetrius *filius* Svvetos-
lao *ſucceſſit, qui Tartarorum Zauolgen-*
ſium Circaſſiorumque continuis incurſio-
nibus fatigatus, anno 6861. fatis conceſſit;
filio relicto Roſſislao, *qui ex Duciſſa*
Tuerenſi progenuit Demetrium *filium &*
tandem anno 6892. mortuus eſt. Deme-
trius *nobiles inimicitias & bella geſſit cum*
Duce Rezanenſium, quoad vixit; ideo quod
auxilia ferens Duci Moſchouiæ, ditio-
nes eius attriuiſſet, ac debellaſſet. Hic,
relictis duobus filiis, Georgio & Mi-
chaële, *mortuus eſt anno 6929. De cuius*
morte cum ad Moſchorum ducem fama
perueniſſet, miſſo Duce Iaroslanienſi,
conſolatur eos, beneque ſperare iubet ac
veluti memor neceſsitudinis, quæ ei
cum patre eorum interceſſerat, beneuolen-
tiam eis ſuam vltro offert, hoc agens inſi-
dioſe & modis omnibus perſuadere ten-
tans, vt ſe eius tutelæ & defenſioni
vtpote minores iuſta ætate permitterent.
Erat hoc ſpecioſum conſilium, ac tempori
illi & eorum ætati imbecilli conueniens.
Sed præmoniti de humanitate Moſchi in-
ſidioſa, nequaquam eius legationi aſ-
ſentiuntur. Offenſus ille vehementer,
cogit contra eos exercitum. Georgius
in tempore monitus auxilia Tartari Præ-
copenſis, miſſa in ſtipendium militi pe-
cunia, implorat. Hinc aliquot millia
expeditiorum Tartarorum Carus *Prin-*
ceps mittit; quibus ſuorum tria millia
Georgius *adiungit. Cum hac manu Moſcho,*
iam appropinquanti cum exercitu occur-
A. C. 1423. *rit. Committitur prælium atrox. Sed dux*
immaturæ ætatis multitudine circum-
fuſus profligatur; ita vt fuga ſe commit-
tens ægre ad Præcopenſium Ducem incolu-
mis euaſerit. Acta ſunt hæc ab orbe
condito anno 6930. iuxta annaliſtas Ruſ-
A. C. 1427. *ſorum. Poſtea Dux Moſchouiæ, contracto*
exercitu, obſidione cingit arcem Prun-
sko & vi eam vna cum orphano Michaë-
le *capit, quem ſecum in Moſchouiam*
abducit; vbi poſſeſsiones ei attribuit,
arci vero captæ præſidium validum im-
ponit, ac omnem Ducatum in prouin-
ciam redigit, quæ hactenus ditioni eius
ſubeſt. Fuit principatus iſte opulentiſsi-
mus, felicitateque ſoli nulli prouinciæ,
quæ Moſchis parent, excepto Rezanen-
ſi Ducatu, cedens. Ideo Magnus Dux
libenter eum titulis ſuis adiungit; cu-
ius rei monumenta Archiui Regii docu-
mento eſſe poſſunt. Habuit autem illa
prouincia milites ſtrenuos. Nam ſita
eſt in loco obuio ferociſsimis gentibus in-
ter profluenta Dunæ & Dunec ripamque
Mæotidos, non longe a portu Azow; vt
in Chorographia noſtra expreſſum cernis,
loco fere illo, vbi ara Iulii Cæſaris *inter* *Ara Iulii Cæſaris in Ducatu Prunſciorum.*
antiquitates monumentum celeberri-
mum, ſita eſſe a Strabone & Ptolomæo
Geographis perhibentur. Quia vero
Batti, Balakleius & *alii clari duces Tar-*
tarorum quibus cis Volgam habitatio eſt,
illac exercitus ſuos ductarunt, ideo per
hanc prouinciam via expedita & tranſi-
tus in Europam Tartaris in commodior pa-
tet. Itaque eſt illa eorum iniuriis valde
obnoxia. Ad quorum tamen tranſitus
prohibendos Helena *mater* Ioannis Baſilii
Ducis Moſchouiæ, anno ſalutis 1537. ar-
cem muro & turribus frequentibus mu-
niuerat, præſidioque firmo impoſito, ar-
morum omnis generis apparatu referſe-
rat. Cuius rei oculatum teſtem habui-
mus in Polonia virum non poſtremæ auto-
ritatis apud illam gentem, Ducem An-
dream Krupski, *qui ex mandato Magni*
Ducis Moſchorum Ioannis Baſilidis *nuper*
mortui, præfecturam illam cum impe-
rio militari adminiſtrauit, idque per 12.
annos, ſed Moſchi tyrannidis metu deinde
perculſus ad Regem tranſiit; cui præfe-
ctura Kovvlenſi in Volhynia proſpectum
fuit: vbi etiam vitam finiuit. At vero
Georgius, *de quo ante diximus, cui fa-*
cies decora ac principali ſtirpe & ipſius
genere digna, apud Carum *Præcopenſem*
gratiam conciliauerat, interim obti-
nuit, vt ad recuperandas patrias ſe-
des remitteretur, adiunctis ei duobus Ca-
ri *filiis cum exercitu non contemnendo:*

 ea

A.C. 1501. *ea lege, vt, vendicata ſibi patria, annuum tributum Præcopenſi penderet, pecuniamque in militum ſtipendia expenſam numeraret. Accidit autem dum ille proſequitur iter, vt* Carus *ipſe iam ſenex moreretur: quo nuncio accepto, ex itinere domum reuertuntur milites omnes,* Georgio *ſecum vincto reducto, & in cuſtodiam tradito. Non enim cernebat gens illa rationem, qua ſibi de expenſa pecunia cauere poſſet. Itaque illic vndecim annos illam captiuitatem pertulit, donec benignitate* Iagellonis *eſt liberatus; qui, etiam miſſis duobus magnæ autoritatis viris, quorum alter & quidem præcipuus Holſanenſis Dux fuit, cum aduenientem in finibus benigne excipi & honorifice in Poloniam deduci iusſit, anno 1434. Hic* Georgius *poſtea* Sigiſmundi *Ducis Lituaniæ tyrannidem veritus, vxorem ducit Duciſſam Slucenſem, ex qua filium* Ioannem *ſuſcepit, qui vna cum matre breui fato conceſſit. Orbitatem igitur ſuam conſolaturus ſecundo adiunxit ſibi vxorem filiam Solomirecenſium Ducis, ex qua* Hlebum *filium procreauit anno 1462. verum, ſex annis exactis, ſubſecutus eſt priorem vxorem. Fuit vir comitate morum & manſuetudine cum aliis, tum ipſi* Cazimiro *Regi filio* Iagellonis *maxime commendatus, qui erga eum ſignum fauoris & beneuolentiæ non vulgare edidit, curia Breſtæ ipſi donata & ampla poſſeſſione* Comoneicka *vocata, quam antea* Rinuntouith, *& ipſe vir clarus, loco præfecturæ rexerat.* Georgii Hlebus *filius vir acer in armis fuit, ſtatura procera & conſpicua; ideoque ſe ſeruitiis Reipub. totum addixerat & temporibus* Iohannis Alberti *&* Alexandri *regum Poloniæ aulicus fuit primo, deinde Magiſter cohortum effectus, copias ductauit. Duxit is vxorem, filiam* Tiuonis *Vilnenſis Trocenſiſque* Potbipiatham *nuncupatam; ex qua duos filios ſuſcepit,* Fridericum *&* Andream, *filiaſque aliquot, quarum vna peperit* Ioannem Zinouicium *Dapiferum Magni Ducatus Lituaniæ, qui & capitaneus vt vocant, Trabſcenſis fuit.* Hlebus *tandem anno 1513. ad Minsko a Tartaris, cum multa opera ſtrenui viri ac bellatoris edidiſſet & cum contemptu etiam vitæ ſuæ egregie dimicaſſet, interfectus fuit. Vir decora facie, & ſuaui ingenio præditus: ideo cunctis; & potiſſimum ordini equeſtri deſiderium ſui moriens magnum reliquit. Ab omnibus ergo ſolenni pompa eius funus deducitur, & mole ex terra in altum egeſta honoris cauſa ſepelitur, quæ ad hunc diem in Lituania Magnus cippus Ducis* Hlebi *Prunſcii vocatur.* Fridericus Hlebi *filius Palatinus Kiouienſ. & Præfectus multorum capitaneatuum fuit. Matrimonio autem iunxit ſibi* Theodoram *filiam* Boguſii Zglouiczinii, *de quo obiter pauca. Fuit* Boguſius *vir togæ clarus theſaurique terreſtris (vt vocant) Lituaniæ præfectus. Duxit is vxorem Duciſſam* Sanguskouiam *ex qua tres filias habuit, quarum maior natu fuit* Anna, *quæ nupſit* Stanislao Tenncinio *Palatino Cracouienſi; cui peperit* Ioannem *illum* Baptiſtam *Palatinum Belzenſem, Præfectumque Lublinenſem, virum maximæ expectationis; niſi mors immatura tranſmarinam peregrinationem periclitantem peremiſſet; &* Catharinam *fœminam lectiſſimam. Hæc primo nupſit* Georgio *Duci Slucenſi, peperitque ei tres filios, qui nunc in luce hominum verſantur. Tandem* Chriſtophoro Radiuilo *Palatino Vilnenſi ſecundo matrimonio eſt copulata.* Iulia Boguſii *minima natu filia* Hornoſtaio *nupſit.* Theodora *autem tradita fuit* Friderico Prunſcio *Palatino Kiouienſi, vt iam dictum eſt, ex qua duos ſuſcepit filios & duas filias. Horum liberorum eius duo,* Georgius *&* Maria *immatura morte ſublati ſunt.* Elizabeta *vero alia filia iuncta eſt matrimonio* Ioanni Zborouio, *Caſtellano Gneznenſi, aulæ regiæ copiarum præfecto, Odalanouienſi, Grudecenſi, Vendenſi, Volſtinenſi, Dubiſcienſique capitaneo, cui peperit filiam* Annam *anno 1576. quæ viuit; mater vero fatis conceſſit. Porro* Alexander Friderici *filius qui Kiouiæ anno 1553. natus eſt, viuus ſupereſt. Hic, vt Reipub. melius inſeruire poſſet, in exteris nationibus magnam partem ætatis ſuæ variis ſtudiis*

oc

A. C. 1501. *occupatus exegit. In Germania ſub præceptore* Sturmio*, viro inſigni, ſtudiorum ſuorum primum tyrocinium fecit. Tandem profectum ſuorum ſtudiorum vberiorem reddere volens, Lutetiam Pariſiorum conceſſit. Inde in Angliam & in Galliam Belgicam, vbi Cantabrigiæ Louaniique, veluti mercaturam bonorum ſtudiorum profeſſus ſubſtitit. In Hiſpaniam tandem & poſtremo in Italiam, impulſus deſiderio videndi variarum Rerumpublicarum formas & militaris diſciplina inſtituta, nauigationem & peregrinationem moleſtam ſuſcepit. Quæ res ei poſtea vſui fuit. Nam, cum Respublica Polona & Lituana de eligendo in regem* Henrico *Gallo deliberaret, ille, quamuis adhuc adoleſcens, Magni Ducatus Lituaniæ nomine, ex ſententia Reipublicæ illius, vna cum* Nicolao Radiuilo *Palatii Magiſtro oratorem in comitiis egit. Et poſtea, confirmata iam ætate,* Stephano *regi ad famam benignitatis eius & aliarum maximarum virtutum excitus, ſuis ſumptibus ſponte, ſeu voluntaria (quam vocant) militia militauit. Commemoratur iam & a ſcriptoribus laudibus extollitur eius equitum ala, ob decorem eximium, equos egregios, armorum copiam &, quod maximum eſt, lectiſſimorum iuuenum numeroſam manum. Hic nunc cohoneſtatus Dapiferi Lituaniæ titulo, Luceoriæ, vbi olim ſedes Ducum Ruſſiæ fuit & conuiuium illud multorum regum toto orbe decantatum, Præſidis munere fungitur. Sed ad patrem eius* Fridericum *redeo; cuius inter alia in Rempub. merita illud non poſtremum a viris militaribus ſæpe commemoratur, quod arcem celeberrimam in aditu & finibus ipſiſque faucibus Scythiæ, vltra Kiouiam,* Bialacerkievv *dictam excitauit efferamque illam gentem tranſitu ad nos, quoad fieri potuit, prohibuit. Certe ſumma eius induſtria vel ex loci illius ad conſtruendam arcem delectu patet. Eſt enim ille locus veluti Pharos & ſpecula totius Ruſſiæ, vnde primum & certiſſimum nuncium de Barbarorum aduentu affertur. Sæpe ibi videas Tartaros ſub mœnibus arcis, tanquam canes in culinam proſpectantes,* *Quod ſi lateant aut fallant ex… quandiu, magnus & inemendabilis er-* A *ror ſtatim ſequitur. Cum vero tempeſtiue obſeruantur, fama tandem de eorum irruptione ab vna in aliam arcem defertur, donec ad Campiductorem & inde ad Palatinos Regemque ipſum peruenit. Significat autem apud nos Campiductoris nomen ſimile quid eius, quod apud Gallos Admiralii appellatio declarat. Nam, vt ille a maris cuſtodia ſic vocatur, ita hic a campis amœniſſimis & a ſolitudinibus, quæ per centum & amplius milliaria noſtratia Scythiam verſus patent, nominatur. Horum enim illi* B *cuſtodia & tutela veteri inſtituto committitur. Poteſt igitur hic heros inter principes fortunatos connumerari, quod gratia & beneuolentia maximorum & minimorum ſibi comparata, ex hac luce deceſſerit; fortuna cum eo ſemper blande, quaſi ei obſtricta eſſet, agente. Mortuus Vilnæ anno 1555. ſepelitur in templo monaſterii ſodalitii Bernardinorum.*

Campiductor quid propriè apud Polonos.

Stan. Sarnicii Annal. Pol. Lib. VII.

1505. *Elizabeta* regina, pientiſſima fœmina, quinque filiorum ad tantam ſublimitatem honorum euectorum aſpectu ſatiata, moritur. C

1506. In Polonia in Senatu motus quidam oriuntur. Certatum enim eſt inter politicos & eccleſiaſticos de ordine & ratione ſedendi in Senatu regio, ac de expeditionibus bellicis. Contendebant proceres, vt Epiſcopi alterum latus regis ſibi concederent, alterum, vel dextrum, ipſi tenerent; deinde, vt bona eccleſiis addicta, perinde ac Nobilitatis bona, publica belli onera ſuſtinerent. Tuebantur Epiſcopi prærogatiuas ſuas; quod regio lateri ab vtraque parte aſſidendi ius haberent & militiæ vacatione eccleſiaſtica bona antiquitus gauderent. Poſt longam altercationem Rex D tandem controuerſiam ita diremit, vt Epiſcopis & eccleſiis ſuæ prærogatiuæ ſaluæ manerent.

Struſii.

Per idem tempus duo *Struſii* fratres, adoleſcentes ſtrenui & bellicoſi, a Valachis oppreſſi occubuerunt. De quibus etiam nunc elegiæ, quas *Dumas* Ruſſi vocant, canuntur, voce lugubri & geſtu canentium ſe in vtramque partem motantium, id, quod canitur, exprimentes; quin & tibiis inflatis ruſtica turba paſſim modulis lamentabilibus, hæc eadem imitando exprimit.

A. C. 1507.

neum & pontale Thorunienſe decem millibus florenorum, ex diuerſorum manibus eruit. Atque hæc omnia in ipſis ferme regni initiis cum aliis multis regio ærario adiecit. Interim Moſchus, *Glincio* duce, qui *Zubrezinio* per idem tempus interfecto, ad eum transferat, exercitum in expeditionem contra nos educit. Cui *Sigiſmundus* copias ſuas, Duce *Firleio*, opponit. Moſchicus exercitus, qui ſexaginta millium fuiſſe certo affirmatur, potentiam *Sigismundi* & induſtriam ducis belli reformidans, illa nocte, quæ conflictum diremerat, nequicquam eos ex fuga retrahente *Glinſcio* per ſyluas & paludes dilabitur. Sub idem tempus *Glinſcius*, per *Georgium Rechemberg* equitem Germanum ſummæ tum authoritatis apud Regem, reconciliari cupit. Non abhorret *Sigiſmundus* a viro; imo nobilem quendam iuuenem Polonum *Trepkam* ad illum in Moſchouiam ablegat; qui vt commodius mandata Regis exequi poſſet, perfugam ſe ſimulauit. Sed, aduerſante ei fortuna, a Moſcho capitur & mox ad quæſtionem abripitur ac torquetur. Laudatur in eo iuuene, quod arcanorum domini ſui tam pertinax fuit cuſtos, vt etiam grauiſſime tortus, ſicuti Moſchi in hoc excellunt, tamen mandatum perferendum ſibi concreditum non reuelarit. Laudant Athenienſes ſuam Leænam meretricem, quæ, cum tormentis adigeretur, vt conſilia eorum proderet, qui contra *Hipparchum* tyrannum conſpirauerant (nam amica fuit eorum) linguam dentibus ipſa ſibi amputauit. At *Trepka* noſter linguam integram habens, ingenita ſibi virtute tacuit; ac maluit quæque extrema ſubire, quam aliquid contra decus nobilis Poloni committere.

Glincius.

Firleius dux belli contra Moſchum.

Rechemberg.

Trepka veru alligatus & ad lentum ignem toſtus ſecretum ſibi commiſſum non pandit.

Leæna meretrix

1509. Moſchorum magno Duce iam pulſo, ac propemodum profligato, Valachus iterum cum Polonis in harenam deſcendit. Ad vrbem Leopolim is & magnam partem Ruſſiæ penetrauerat, theſaurosque inde non exiguos exportauerat. Quem Poloni inſecuti, cum aſſequi non poſſent (nam in profundis ſyluis ſe abdiderat) Dorochimam, Sczepanouice, Czarnovvczice, Botuſzaniam, Chocymiamque ceperunt & Sochauiam grauiter oppugnarunt. Ita, vniuerſa regione peruaſtata, ad ſuos ſpoliis onuſti, graui agmine reuertuntur. Interim, cum noſtri Tyram ſeu Neſtrum traiicere vellent, Valachi, nactos ſe rati eorum profligandi occaſionem, e ſyluis ad pugnandum eosque fluminis tranſitu prohibendos inſtructi erumpunt. Cum quibus equitatus aulæ regiæ, qui in ea, vbi hoſtes erant, fluminis ripa remanſerat, prælium acre commiſit, tranſmiſſisque clam a tergo aliquot cohortibus Polonorum, omnem exercitum *Bogdani* Valachi fuderunt. Captiui fuerunt in eo prælio inter alios primores aliquot Palatini & multi equites; quinquaginta autem ſecuri percuſſi; vt ſcilicet compenſaretur mors mercatorum Polonicorum, quos *Stephanus* pater iſtius captos Trebovvliæ, in oppido Pocharce concidi iuſſerat. Triginta porro captiui inſignes Leopolim deducti ſunt, in his *Logophetus* minor, id eſt Procancellarius, quem *Golofetum* noſtri corrupte vocant.

Bellum Valachicum.

A. C. 1507.

Logophetus Valachiæ.

1511. Lubecenſes Gedanenſium portum inuadentes, multa damna eis inferunt, æs, cuprumque (quod vocant) Phocarorum inde abripientes. Per idem tempus *Laskovvskius* genere Sarmata a Turcarum Imperatore legationem obit. Quod exemplum eſt veteris inſtituti illorum principum. Legationes enim transfugis libentius, quam ſuis, mandant. *Vitus de Fuerſt* legatus Imperatoris *Maximiliani Piſonem* Oratorem ſummi Pontificis in ſenatu ſede & loco priore deturbat. Interrogatus quid ita? reſpondet & demonſtrare conatur, in rebus politicis potiorem locum deberi Imperatori, quam Pontifici. Hæc autem promanabant ex veteri diſſidio inter *Henricos Fridericosque* & Pontifices de Cæſarchia (vt ita loquar) & Hierarchia, vtra alteri præferenda ſit.

Laskowski Turcicus legatus.

1512. Cum *Sigiſmundus* iam expertus eſſet arma Moſchorum & Valachorum, tertio Scythæ contra eum arma mouent, quibus *Conſtantinum Oſtrouicium* cum Lituanicis copiis, & *Nicolaum Camenecium* cum Polonicis ad Viſnoueciam opponit. Sed antequam vidiſſent hoſtem, concertatio quædam nobilis de principatu loci inter vtrosque oborta fuit. *Conſtantinus* enim dextrum cornu ſibi depoſcebat, eumque honorem ſibi deberi contendebat, quod longo vſu hoſtium copiæ ſibi ſuisque optime cognitæ eſſent, contra vero *Nicolao* & ſuis incognitæ; itaque verendum eſſe, ne inſuetis militibus pugnæ mala facientibus initia, aliquid triſte conſequatur. Contra Poloni, eorum auſpiciis rem geri clamabant; neque ex vſu fore tam exiguum exercitum in multas cohortes diuidere. Conſultius igitur eſſe, vt adæquatis honoribus & viribus iunctis, tanquam vnius corporis vniusque Reipub. membra, quam Deus dare vellet fortunam expectare, de eaque maſculo animo, viribus cum hoſte contendere. Interim dum in hanc & in illam partem commutantur ſermones, anteambulones hoſtem iam prope adeſſe renunciant. Itaque, altercatione poſthabita, raptim acies ad hunc modum inſtruuntur. *Conſtantinus* cum Lituanis dextrum latus occupat, quod Poloni antea aliquoties ob arcuum commodiorem vſum eis ſponte concedebant, (nam vſu compertum eſt maiore dexteritate dextram tenentes e pharetra iacula depromere & eiaculari) Polonis autem mercenariis ſiniſtrum cornu tuendum ceſſit. Acies media ex no-

Deſcriptio prælii cum Tartaris ad Viſnoueciam, cuius pictura cernitur Cracouiæ apud Franciſcanos.

Altercatio, vtra pars dextrum cornu tenere debeat.

A. C. 1507. nobilibus patriciis, ac veteranis confecta fuit, Ita vt iſti in medio, Illi vero cum mercenariorum aliquot cohortibus velnti antemurale A coram eis conſtiterint. *Conſtantinus*, vbi animaduertit, media acie inſtructa, honori ſuo Polonos prudenter cauiſſe, copias ſuas aliquot paraſangis ſeorſim à Polonicis aciebus, ad colles quosdam abducit. Interea præter ſpem hoſtes, acie directa, agminatim ſuo more tripudiantes, in *Conſtantini* aciem ſtatim irrumpunt; vt ita repentina audacia maiorem ei terrorem incuterent. Suſceptum eſt vtrinque magna ſpe victoriæ certamen. Iamque magna ex parte mixtæ erant cohortes Lituanorum cum Barbaris, cum *Conſtantinus* paulatim retuliſſe pedem dicitur; vt ita ipſum ſuis ſequentibus, procellam Tartarorum, quæ ei imminebat, in Polonicas copias induceret. At vix Polonicas acies attigerat, ecce clamor à tergo coortus, ſignificans, Lituanos Barbarorum inſultus, atque pertinacem pugnam, telorumque ingentem vim amplius ferre non poſſe. B Perculſusquè *Conſtantinus*, cum ſuorum fugam videret, Polonos, vt ſubueniant quam primum, hortatur. Hæc ferè ad verbum ex *Iuſto Decio* retuli. Scio alios tradere, quod *Conſtantinus* conſulto ſeceſſerit, vt hac ratione hoſtem pugnandi auidum poſt ſe eliceret; ac ita dum ipſum longa acie hoſtes vrgerent, latera eorum haſtatorum noſtrorum cuſpidibus obiiceret. Sed *Iuſtus* illius ſeculi ſcriptor, contrarium tradit. Præfectus itaque Polonicarum copiarum videns Lituanos à fortuna mulctatos, *Sampolinskio* & *Bernardo Potbocio* ſtrenuis militibus negotium dat, vt actutum ſubſidia laturi accurrant. *Conſtantinus* etiam ſuos ſugientes ſiſtit. Itaque redintegratis viribus, pugna atrox committitur. Mutata fortuna, qui paulo ante ſugere cœperant, intrepidis animis hoſtem fugere cogunt. Interea Tartari, laborantibus ſuis, omnes, pau- C cis exceptis, qui cuſtodiendis captiuis relicti erant, ad ferendam opem accurrunt. Polonorum quatuor cohortes in eos immiſſæ ita iam ſe inſinuauerant, vt vndique circumſeptæ, in mediis aciebus non apparerent. Submiſſæ deinde aliæ poſt alias continuatis vicibus; quæ tamen hiatum illum in ſummo ardore conflictus explere non poterant. Rediit ergo res ad illam mediam aciem; atque ita vniuerſus exercitus vtrinque pugnare cœpit. Dum autem pertinaciter inter vtrosque certatur, vna ex noſtris cohortibus, inter confertiſſimos hoſtes penetrando, à primis peruaſit vsque ad nouiſſimos, vbi captiui noſtri præſidio Tartarorum tenebantur. Quibus conſpectis, ſtatim vincula manibus paucorum demunt: hi A. C. 1507. A ſoluti, alios quoque ſoluunt ac liberant; atque ita, ſublatis manibus in cœlum, ope diuina implorata, arreptis ſecuribus, verutis, & quæ caſus offerebat, mox ex captiuis milites fiunt & perrumpentes acies hoſtium, ſecant, confodiunt, laniant. Itaque Tartari animaduerſo infortunio ſuo, viribusque & conſilio deſtituti, terga vertunt, & quo quemq; caſus ferebat, eo per campos diffugiunt; fugientes noſtri perſequuntur, ſternunt ac conficiunt. Glorioſa hæc victoria fuit & incruenta. Nam, cum ex hoſtibus viginti quatuor millia ceciderint, ex noſtris vix centum perierunt. Hoc prælium penicillo adumbratum habes Cracouiæ in Periſtylio monaſterii Diui Franciſci. Lateranenſe concilium celebratur, ad quod *Iohannes à Lasko* Archiepiſcopus & *Stanislaus Oſtrorog* Caliſſienſis mittitur. Extat tertio tomo conciliorum Regis *Sigismundi* edictum, quod vna ſecum iſti B in concilii conſeſſum attulerunt. In hoc concilio pragmatica ſanctio olim in concilio Baſilienſi ſancita abrogatur damnaturque. Iam enim plerique reges & principes à Pontificiis decretis ad concilium generale prouocare aſſueuerant. Ideo & *Cazimirus tertius* Rex Poloniæ exortis quibusdam inter ipſum & Pontificem controuerſiis, conquerentibusque ſubditis eius de iniuriis, quibus ſupra modum grauabantur à iuriſdictione Papali & decretis eius, iuſſit & edixit, vt ad concilium generale omnino prouocarent. Sed & Academia Cracouienſis Baſilienſi concilio tunc adhærens, neceſſario hanc ipſam ſanctionem pragmaticam approbauerat. Timens igitur *Leo decimus* * Papa, ne ratione hac autoritas pontificia collaberetur & de ſingulis cum ſingulis in concilio tantus monarcha litigare cauſamque dicere cogeretur, hanc ſanctionem pragmaticam, quæ pontifices cenſuræ C concilii ſubiiciebat, hoc conuocato concilio, abrogari & condemnari curat. Itaque in hoc concilio *Martinus* quoque *Luterus* condemnatur, propterea quod & ipſe ab initio cum ſuis accuſatus & comparere iuſſus, eodem modo ad concilium prouocauit generale. Commemoratur hic, quod, cum *Ioannes à Lasko* Archiepiſcopus Romam proficiſcens Venetias diuertiſſet, orandique in Senatu facultate ei data, multa de meritis gentis Polonæ erga Rempubl. Chriſtianam in ſua oratione diſſeruiſſet, Dux Venetorum *Lauredanus* exceperit: *Noſtri quoque*, inquiens, *terra marique multa bella gerunt*. Cui *Laſcus*: *Longe*, inquit, *Sereniſſime Princeps, diſſimile Venetis* ac

* *Ipſe Auctor in fine erratorum prioris editionis hæc addiderat: Pro* Leo decimus, *legendum eſt* Iulius ſecundus. *Quanquam ſciendum eſt, ſub Leone decimo reuera Pragmaticam Sanctionem Baſilienſis Concilii abrogatam fuiſſe.*

A. C. 1507. *ac Polonis belli ſtudium hactenus fuit, dum alteri pro gloria, pro rerum ſuarum amplitudine & plerumque pro ipſius dominatus atque imperii amplificatione, bella ipſi non pauca aliis ſua ſponte intulerunt. Alteri vero, multo ſuorum ſanguine, pro Republ. Chriſtiana Barbarorum eruptiones ſuſtinent & tanquam muro obiecto, ſiſtunt ac cohibent, ne tranſcenſis ab his ipſorum finibus, intima Chriſtianorum in periculum deueniant.* Quibus addere potuiſſet, Polonos varias terras centum milliaria noſtratia in longitudinem & latitudinem patentes, quas Pruſſi, Iazyges, Lituani veteres, & Samogitæ colunt, ad fidem Chriſtianam & veri Dei agnitionem armis compuliſſe. Quare, ſicuti alii ob ſimiles cauſas Chriſtianiſſimi, alii vero Catholici, ſic ipſi (ſi ita loqui licet) Dei colentiſſimi vel potius Apoſtolici merito poſſunt vocari; & locum omnium digniſſimũ in quouis Hierarchico conſeſſu eorum rex tenere aut debet aut certe poteſt. Nam ſicuti Apoſtolus *Paulus* plus ſe aliis laboraſſe iure gloriatur, ita hoc ipſum de illis haud iniuria prædicare licet.

Ducis Zatorienſis mors.

1513. *Helena Alexandri* Regis vidua moritur & *Ianuſius* Zatorienſis Dux dum *Myskouium* virum militari diſciplina inſignem, vt *Iuſtus* refert, variis iniuriis afficit, ab eo, dum venationi vacat, interficitur. Occaſio diſſidii inter eos fuit riuus aquæ admodum paruus, vt ipſe vidi, quem Dux arbitratu ſuo auertebat.

Pugna ad Orſam cum Moſchis.

Oſtrouius Dux Conſtantinus.

1514. *Sigiſmundus*, cum accepiſſet triſte nuncium, Sindensko arcem nominatiſſimam in finibus Lituaniæ dolo & aſtu *Glinſcii* a Moſchis captam, exercitum triginta quinque millium contra *Baſilium* Moſchorum Ducem mittit, & Lituanis quidem *Conſtantinum Oſtrouium*, virum illa ætate peritia artis militaris cunctorum exiſtimationem ſua fama obſcurantem, præficit, Polonis vero *Suuierczouium* celſitudine animi nemini ſecundum. Inſigniores ex patriciis Polonis in hoc exercitu commemorantur *Tencinius*, *Pilecius*, *Zborouius*, *Myskouius* & *Kmita*. Moſchi, iam ſuperato Boryſthene, ad noſtros contendunt; ſed deinde data opera retrocedunt, vt noſtros ob fugæ ſpeciem, quam ipſi præ ſe tulerant, exultantes, ad iniquiorem illis locum ſecum pertraherent. Iam enim inter proficiſcendum locum certamini peridoneum, vt eis tum videbatur, ex ſententia cunctorum delegerant. Itaque ad eum, qui trans Boryſthenem erat, remeantes, in vlteriore ripa noſtros opperiebantur. Poloni cum Lituanis, vbi ad Boryſthenis fluenta perueniſſent, difficultate transeundi obiecta, pollicentur, ſe Moſchorum voto parituros copiamque pugnandi daturos, modo patiantur ipſos flumen traiicere. Moſchis perplexe ea in re agentibus reſpondentibusque, Poloni ſubitario opere flumen ponte inſternunt, peditatumque per eum tranſire iubent; A ipſi cum toto equitatu, ſumma alacritate, in Boryſthenis profluentem ſeſe coniiciunt; feliciterque, non niſi vno milite amiſſo, traiiciunt. Boryſthenes flumen eſt, quod cum Rheno & Danubio confertur, ſub arce tamen Orſenſi, vbi eum ſuperarunt, anguſtior paulo eſſe videtur. Nunciabatur interea *Iohanni Celadino* ſummo copiarum Moſchi præfecto, iam partem exercitus regii flumen traieciſſe; ſuadebantque, vt eam partem inuaderet, quæ tranauerat. At ille barbarico faſtu plenus: *Si*, inquit, *hanc exercitus partem profligauerimus, cum reliquis quid tandem faciemus?* Etenim ſuis viribus tantopere fidebat, vt per iocum dictitaret, ſe non tam pugnando, quam flagris abigendo, de noſtris victoriam relaturum. B Semel autem victoria adepta, totam Lituaniam ſe occupaturum animo iam conceperat. Vbi noſtri aliquo modo poſt tranatum in auora Boryſthenem ſeſe recollegerunt & madorem nimium ex aquis contractum deſiccarunt, ad tertiam diei horam acie inſtructa in medium prodeunt, tanta alacritate & tam excelſo animo, ac ſi partam iam manibus tenerent victoriam. Itaque tubarum clangor, equorum hinnitus, militum animoſus cooritur clamor, manus denique conſeruntur. Lituani, vbi primam impreſſionem feciſſent, de induſtria pauliſper cedunt ad locum vbi tormenta collata erant, quæ in Moſchos inſequentes magno fragore & reboatu diſploſa ſunt. Interim rurſus Li- C tuanici equites in hoſtes irruentes, ad extremos penetrant & cum illis conſerunt manus, quos in inſidiis in valle quadam a Moſchis collocatos, vt a tergo noſtros adorirentur, nouerant. Moſchi, qui in prima acie ſtabant, cum detectas viderent ſuas inſidias, inexpectato genere pugnæ conterriti, libenter terga vertiſſent; ſed media acie vndique ſepti, qua euaderent, cernere non poterant. Vbi tamen, mucrone lateri adacto, multi paſſim ſternerentur, reliqui quoquo verſus dilabuntur. Excepit media acies prælium pari infortunio. Nam ecce interim clamor noſtrorum a poſtremis aciebus oritur & peruadit vsque ad Moſchos, quo ſignificabatur hoſtem fugere. D Quare iamdudum ad fugam parati, paratiores, ea voce audita, redduntur cunctique fuga ſalutem ſibi quærere conantur. Sed fruſtra. Nam Poloni & Lituani effuſis copiis illos inſecuti, paſſim eos cædunt, ſternunt & contrucidant: reliqui aquis obiecti cuiusdam fluminis, cui *Cropiuna* eſt nomen quodque Orſam & Dubrowam interlabitur, ita in ipſa fuga abſorbentur, vt demerſi curſum fluminis impedirent. Tanta autem ſtrages ſpacio quatuor milliarium eſt edita, vt, tanquam manipuli in meſſe, per campos vbique proſtrati & vngulis ſer- A, C. 1507.

A. C. 1507. ferratis equorum protriti iacerent. Magno conſenſu ab omnibus traditur hiſtoricis & ab ipſo *Sigiſmundo Erberſteino* denique idem comprobatum fuit, vniuerſum Moſchorum exercitum tunc conſtitiſſe octoginta millibus equitum. Solus *Iouius* à *Demetrio* oratore Moſcho corruptus & deceptus, hac in parte eleuans Moſchicæ ſtragis magnitudinem, quadraginta millium tantum mentionem facit. Sed eius ſententiam puto à nobis optime confutatam eſſe in libello Campiductoriæ.

Paulo vberius hæc à D. Stricouio narrantur: ex illo igitur reliqua diſces.

Capti ſunt in eo conflictu omnes militiæ præfecti & conſiliarii; hique ad Regem miſſi. *Iohannes Celadius* ſupremus Dux exercitus cum duobus præcipuis viris Vilnæ in compedibus ferreis eſt detentus. Ex Polonis & Lituanis tantum trecenti deſiderati ſunt; & ab eo tempore Moſchorum Dux campeſtre prælium non audet cum Rege Polonorum committere. Noſtri, caſtris opulentis direptis, domum redeunt captiuisque Moſchis omnes vrbes, oppida & angulos villarum replent: vt ad extremum victum talibus mancipiis ſuppeditare eos tæderet.

Militis Perſtinski caſus. Videntur hæc priore bello cum iisdem Moſchis accidiſſe. Rex enim dicitur ſpectator fuiſſe, cum Perſtinius enarraret. Atqui hoc poſteriore bello Rex non adfuit.

Vnum adhuc, quod in eo bello accidit & miraculi inſtar refertur à *Sigiſmundo Erberſteino*, præterire non poſſum. Dicit ſe militem, *Perſtinski* vocatum, in reditu ex Moſchouia vidiſſe ad menſam *Szidlouecii* ſedentem, de quo id, quod mox ſudies, & *Szidlouccius*, & alii complures, qui id viderant, comprobabant. Nimirum, cum ab equo rabie correpto in medium flumen Boryſthenis abieptus excuſſusque eſſet & diu non comparuiſſet, ac plane pro perdito & deplorato haberetur (fuit enim armatus cruretenus) ſubito ex aquis in ripam egreſſum eſſe, tribus fere hominum millibus id inſpectantibus. Qui interrogatus ab *Erberſteino* ad eandem menſam, vt dictum eſt, cum eò accumbente, quomodo meminiſſet quid ſecum ageretur, cum in ipſo alueo fluminis lateret. Dixit, ſe, poſtquam equo excuſſus in flumen fuiſſet, rer elatum eſſe ſupra aquas; atque ibi ſibi veniſſe in mentem, quod ante dici audiuiſſet: pro perdito habendum eſſe eum, cui non ſuccurritur cum tertio emergit. Itaque ſe oculos aperuiſſe, atque alteram manum ſuſtuliſſe, ceu ſigno dato, vt ei ſubueniretur, hacque ratione progreſſum enataſſe. Addebatque ſe bis plurimam ex flumine aquam hauſiſſe, & tamen diuinitus conſeruatum eſſe.

1515. Menſe Iulio *Sigiſmundus* Poloniæ & *Wladislaus* Hungariæ Bohemiæque rex, fratres germani cum *Maximiliano* Imperatore Viennæ in Auſtria conueniunt; inſigni plane ac ſplendido apparatu; auro ſiquidem & gemmis ſtragulaque veſte certatum quodammodo eſt inter hos reges. Sed *Sigiſmundum* apud Italos, Germanos, Hungaros, cunctisque Chriſtianos, qui aderant, ſpectabilem ſupra modum victoria Orſenſis nuper de Moſcho parta reddebat. Ita vt, quacumque veheretur equo, cunctorum oculos in ſe conuerteret. Ibi etiam conſtitutæ ſunt nuptiæ inter ipſum *Sigiſmundum* & *Bonam Iohannis Galeatii* quondam Ducis Mediolanenſis filiam. Hunc conuentum noſtri Priſporcenſem vocant, eo quod Poſonii primum fratres conuenerant, cumque eis *Ludouicus Wladislai* filius. A. C. 1507.

Modus & ordo, quo ſe inuicem hi reges exceperunt.

Sigiſmundus primum, paulo poſt *Wladislaus*, & poſt *Maximilianus* Cæſar, ſuis quisque comitatus, ad pyrum quandam arborem in campo acceſſere. Miſſi ſunt aliqui hinc inde legati, ſimulatque in ipſa planicie omnes fuere, antequam mutuo congrederentur. Igitur, magna fide, vtrinque pacatis animis, Cæſar ad Reges fratres lectica vectus ſubſtitit. Ibi *Ludouicus Wladislai* filius primo loco Cæſarem, vti patrem ac dominum, ſalutauit. Secundo loco *Anna* eius ſoror eundem ſalutatum acceſſit. *Wladislaus* inde tertio loco ad ipſum verba fecit. Poſtremo Cæſar *Sigiſmundum* humaniſſime excepit. Ferturque hæc verba tum protuliſſe: *Hæc eſt dies, quam fecit Dominus. Lætemur & exultemus in ea.* Ad hæc *Sigiſmundus* latine (vt ſingularis erat eruditionis) reſpondiſſe perhibetur: *Sereniſſime Cæſar, vtinam hic conuentus noſter ſit felix ac fauſtus nobis, ſubditis noſtris & toti Reipublicæ Chriſtianæ.* Expleto ſalutandi munere, interuallo perbreui facto, alii, qui aderant, illuſtriſſimi cuiusque nationis Principes Cæſaris & regum dextras amplexi ſunt. Mirum eſt autem, quantopere *Maximilianus* regibus fratribus & alterius filio credebat ſeſe, atque in medio eorum magna cum fiducia verſabatur. Laudatur hic Mathematicorum Academiæ Cracouienſis ſolertia, quod videlicet vere prædixerint horam, diem & ſucceſſum congreſſus tantorum regum.

1516. Tartarorum incurſio in Podoliam, quos *Martinus Camenicius* cum paucis copiis ad Trebowlium feliciter pugnando ſuperat, & alio in loco quingentos eorum equites ad vnum occidione occidit. Sed ante initum prælium more ſuo Tartari immaniſſime captiuos iuuenes & puellas trucidant.

1517. Menſe Februario quatuor ſcelerati viri, & quidem ſacerdotes, qui Cracouiæ *Albertum Fontinum* prouincialem minoritarum occiderant, permittente ſummo Pontifice, ſui ſceleris dant pœnas. Duo ex his ſacris de more prius exuti atque exautorati capite truncantur, quorum alter concionator erat. Reliqui perpetuis carceribus addicti.

1518. *Sigiſmundo* Regi Ducis Mediolanenſis filia *Bona* ſponſa Cracouiam adducitur. Cui cuncta Polonia cum ſplendido apparatu obuiam procedit. Fiunt nuptiæ & coronatur *Bona*.

1520. Eadem filium *Sigiſmundum Auguſtum* parit.

1523. *Iacobus Vinckelblochius* Gedanenſium concionator ſeditionis accuſatur. Cuius rei gratia Rex Gedanum petit; vbi ſupplicio afficiuntur multi.

1525. *Albertus* Marchio Brandeburgenſis Magiſter generalis ordini Teutonici Cruciferorum, poſt plurima bella & diſſidia, quæ illi cum Poloniæ regno interceſſerant, tandem *Sigiſmundo* reconciliatus cum eo in gratiam redit ab ipſoque primus Dux Pruſſiæ creatur & abiecto habitu rituali Cruciferorum filiam Friderici Regis Daniæ vxorem ducit. Suſpectum hæc res reddidit Regem ſummo Pontifici, quod abrogato videlicet in homine ab eccleſia Romana diſſentiente monachatu antiqui ſodalicii Cruciferici, cum eo ita benigne egiſſet. Ideo *Iuſto Decio* mandatum a Rege fuit, vt ipſum ea de re apud Pontificem excuſaret atque purgaret. Extant literæ *Iuſti* ad Regem, quibus docet, quo ſucceſſu hoc negotium Romæ geſſerit. Cæterum reuera neſcio, an vlli ex Principibus Germaniæ qui eam ſuſceperunt, Lutheri doctrina tantopere vtilis fuerit, quantopere regi Poloniæ *Sigiſmundo* fuit, qui eam eſt abominatus. Nam ſi ordo ille monaſticus Cruciferorum in Pruſſis perduraſſet, potuiſſent adhuc, vt pili in barba abraſa, iterum atque iterum illa bella funeſta & diuturna renaſci. At vbi ducalis Pruſſia Auguſtanam confeſſionem amplexa eſt, & propterea Dux eorum, exuta veſte Cruciferica, vxorem duxit, iam bella illa & ſemina bellorum a radicibus imis abſciſſa funditus corruerunt atque extincta ſunt.

1526. *Ludouicus* Hungariæ Rex, ſepoſito conſilio *Sigiſmundi* amantiſſimi ac prudentiſſimi patrui & ferociorum quorundam conſiliis abreptus, bellum contra Turcorum Imperatorem *Solymanum* mouit, quo ſe & Hungariam propugnaculum non poſtremum Chriſtianorum perdidit. Miſerat *Ludouicus* ante expeditionem iſtam ad *Sigiſmundum Trepkam* nobilem Polonum, rogatum, vt ipſum viſendi ſibi facultas daretur, quo cum eo de ratione ſuſcepti belli contra Turcam conferre poſſet. Sed *Sigiſmundus* Prutenica expeditione occupatus, ei hac in re morem gerere non potuit. Diſcedens igitur *Trepka*, veluti fatidico ſpiritu inſtinctus: *Iam ergo*, inquit, *ó Rex, fratris tui filium nunquam videbis, nec legationem ab eo audies.* Et ita accidit. Nam paulo poſt nunciatum eſt, *Ludouicum* Regem atque vna cum eo ipſum *Trepkam* armis Turcicis in pugna Mochacouienſi cecidiſſe. Credunt autem plerique *Sigiſmundum* offenſum fuiſſe, quod ei *Ludouicus* ab initio diſſuadenti hoc bellum non obtemperaſſet. Eodem anno Duces Mazouiæ *Stanislaus* & *Iohannes* immatura ætate decedunt, ſicque ducatus Mazouiæ Poloniæ regno plene ceſſit.

1530. *Sigiſmundus Auguſtus Sigiſmundi* filius Rex Poloniæ eligitur ac coronatur, ac deinde vna cum patre 18. annos regnat.

1531. Bellum cum Valachis, quod noſtri Oberſtinenſe vocant, cuius occaſio hæc fuit: *Petrus* Palatinus Valachiæ infeſtis armis in Pokutiam irruit coloniamque Sniatinum & vicina quæque cædibus & incendiis replet; contra quem *Sigiſmundus* exercitum, duce *Iohanne Tarnouio*, mittit. Poſuerat is caſtra ad Oberſtinum pagum loco natura munitiſſimo. *Petrus* autem colles editiores occupauerat; vnde ſeſe viſendum præbuit noſtris. Habuit autem numeroſum exercitum, id eſt militum ad quinquaginta millia. Nam Turcos & Hungaros quoſdam ſibi adiunxerat. Inſtructio aciei exercitus Polonorum ſingularis plane fuit & artificioſiſſima, ingenio atque induſtria *Tarnouii* excogitata, cuius deſcriptionem & typum in lib. noſtro Campiductoriæ expreſſum habes. Præcipua tamen cauſa noſtris victoriæ fuit illud, quod non ab ea parte, qua ſperabant Valachi, pugnæ copiam prudentiſſimus noſter campiductor dedit. Sperabant illi, vt plerumque ſolet, a fronte concurſuras acies; & iam, patefacta in latum caſtrorum porta, in armis reſulgentes ſtabant, prætenſis haſtis, & gladiis ſtrictis, tanquam iam prælium inituri. Verum, ne quis pedem ferre extra caſtra auderet, antequam dux copiarum iuberet, grauiſſime interminatum fuerat. Igitur Valachus cunctatione Poloni in prælio ineundo animaduerſa, ratus metu id noſtrorum fieri, caſtra eorum per auerſam portam adoriri decreuit. Qua in ſententia ſuſceptoque conſilio vt eum noſtri [illegible] quæ in extrema acie, quam vallarem vocant, ſtabant, in eum expedire arma & vires experiri. Prodeunt *Balicius*, *Matthias Wlodecus*, *Sienauius* & alii. Pugnant vtrinque acriter; iſti conſiſi virtuti, illi multitudini. At vbi Valachi primos conatus ſuos, qui fortiores eſſe ſolent, in illam partem contuliſſent & ita latera ſua anteriori portæ phalangum ſuarum obuertiſſent, noſtri nacta occaſione, exoneratis machinis bellicis, deſtinatis ictibus ita eorum latera petunt, vt etiam ipſa bombardarum maiorum orificia & rotas, quas ſecum trahebant, attingerent ac perfringerent. Itaque exorta in medio eorum maxima conturbatione, cohortes illæ firmiſſimæ, quæ a fronte ſeſe illis ab initio oppoſuerant, in eos medios iam inſiliunt iamque eorum vmbilicos petunt. Ita & a fronte, & a tergo excitata pugna, atque in medio lateribus reuulſis, trepidare & in metu verſari cœperunt Valachi ſtratagematis noſtrorum artificium admirantes. Ita vndique magis ac magis in noſtris inualeſcente fu-

A.C. 1507. furore bellico, plane turbantur hoſtes, ſternuntur atque in fugam vertuntur. Cumque iam, ſolutis ordinibus, nec caput nec cauda exercitus eorum amplius agnoſcererur, a noſtris paſſim contrucidantur. Ipſe Palatinus vulneratus vix euaſit. De Logopheto & numero cæſorum Valachorum Turcorumque, deque captiuis ac triumpho, quo fuit exceptus *Tarnouius*, apud alios luculenter ſcriptum reperies.

1546. *Martinus Lutherus* moritur. Cuius mortem ſtatim conſequutum eſt bellum *Caroli V.* cum principibus Germaniæ. Sed non eſt mei inſtituti exterorum res geſtas conſcribere. Poſt illud bellum rediens *Albertus* Dux in Pruſſiam per Poloniam & tranſiens Poſnania, ſecum accepit viros doctos Euangelicos: *Martinum Gloſſam* Magiſtrum ſtudii Cracouienſis, *Ioannem Seclucianum*, & *Samuelem* monachum Dominicanum. Iſti Regiomonti commorati, libellos complures lingua Polona per Poloniam de religione ſparſerunt. Et hæc fuit origo eccleſiarum reformatarum in Polonia.

1548. *Sigismundus primus* Rex Poloniæ iam vitæ & gloriæ ſatur, non dico moritur, ſed ad beatiorem vitam, regnumque melius, imperio Poloniæ pacatiſſimo relicto, ipſo die Paſchæ hinc lætus migrat. Vixit 81. annos regnauit fere quadraginta duos. Moriturus admonuit grauiter circumſtantes, qualiter ſe gerere deberent in gubernanda Repub. Sed *Sigismundum* Auguſtum filium potiſſimum quomodo allocutus ſit, placet adiicere. *Tibi quidem, mi fili*, inquit, *deinceps mater & ſorores & maxime Reſpub. curæ eſſe debebunt. In te ſpes omnes omnium ſitæ ſunt, quas* [illegible] *Nam nihil quidem nobis debet Polonia: ſed nos illi multo plus. Quippe quæ nos maioresque noſtros poſthabitis quibusdam illuſtrioribus & elegantioribus, & fortaſſe etiam potentioribus, ſibi reges aſſumpſit & ſumma fide, ſtudio, obſequioque coluit. Te autem, quemadmodum ipſe noſti, adhuc puerulum regio diademate inſigniuit. Ad eius igitur ſalutem & dignitatem viciſſim te voluntatem tuam, ſtudia & conatus omnes adiungere inprimis æquum eſt. Id vero ita demum recte facies, ſi omnibus te æquabilem, familiarem vero non niſi grauiſſimis & ſapientiſſimis quibusque præbueris: ſi nullius ius & innocentiam neque gratia, neque odio cuiusquam opprimi ſines.* Hæc vbi effatus eſſet, cunctis plorantibus, animam expirat: ſepeliturque in delubro Baſilicæ Cracouienſis, quod vocant regium ſacellum. Quis & quantus fuerit hic, ex epitaphio monumento eius inciſo cuiuis cognoſcere licet. Id autem tale eſt: DIVVS SIGISMVNDVS IAGELLONIVS POLONIÆ REX, ET LITHVANIÆ DVX MAGNVS, SCYTHICVS, VALACHICVS, MOSCHOVITICVS, PRVSSICVS VICTOR AC TRIVMPHATOR, PATER PATRIÆ IN HOC MONVMENTVM A SE MAGNIFICENTISSIME ERECTVM ILLATVS REQVIESCIT. A.C. 1507.

CAPVT XI.

Sigismundus Auguſtus.

Anno ab orbe condito	*5510.*
Anno a nato Chriſto.	*1548.*

Sigismundus Auguſtus porrectum a Diuo patre ſceptrum regium accipit, vel potius olim datum ſecumque communicatum ſolus tenet. Cumque togata prudentia maxime excelleret, ſapientiſſime, quoad vixit, regnum adminiſtrauit. In matrimoniis tamen non fuit felix. Nam *Elizabeta* *Ferdinandi* Romanorum, Hungariæ & Bohemiæ Regis filia, quam duxerat, nulla prole relicta, ſequenti anno qui fuit 1545. mortua eſt. *Barbaram* deinde Lituanam, ex ſtirpe *Radiuilorum*, quæ primum *Gaſtoldo* nupſerat, in matrimonio habuit. Sed & hæc nondum ſuperſtes fuit. Eam autem inuita regina *Bona* matre & proceribus aduerſantibus duxerat. Mortua Vilnæ in eccleſia D. *Stanislai* honorifice tumulatur. Tertio vt, ſi fieri poſſet, prolem haberet & amicitiam cum Ferdinando redintegraret, aliam filiam eius *Catharinam*, quam *Franciſcus* Dux Mantuæ viduam reliquerat, germanam ſororem *Elizabetæ* in matrimonium ſibi conſociat. Nuptiæ anno Domini 1553. Cracouiæ cum magna omnium ordinum hilaritate & applauſu celebrantur. Sed tandem, cum nulla ſpes ex ea ſuſcipiendæ prolis ſupereſſet, *Maximiliano* fratri Romanorum Imperatori in Germaniam eam honorifice remiſit. Non ita multo poſt, quam eam duxerat, Regina *Bona* eius mater in Italiam, aduerſante Senatu, diſceſſit, non ſine magno mœrore filii & filiarum eius. Ita enim ei valedicere videbantur & complexu eius lachrymabundi hærebant, ac ſi eam poſtea nunquam viſuri eſſent. Affirmabat quidem illa & ſancte promittebat, curata valetudine, ſe reuerſuram; ſed paulo poſt in Italia eſt mortua, theſauris magnis relictis, quos poſtea magna cum difficultate a *Philippo* Hiſpaniarum Rege vindicabant ſucceſſores. Diſceſſura mater annulum filio donauerat, cum gemma admodum pretioſa, quæ ſtella vocabatur. A.C. 1548.

1552. Gedanum Rex *Auguſtus* ſplendido comitatu & pompoſo apparatu proficiſcitur, quo etiam Dux Pruſſiæ *Albertus* Marchio Brandeburgenſis venit. Venerunt & proceres Regni Poloniæ & Magni Ducatus Lituaniæ: inter quos *Iohannes* Comes de *Tarnow* Caſtellanus Cracouienſis, *Iohannes Kmita* Palatinus

A. C. 1548. nus Cracouienſis, *Nicolaus Radiuinus* Dux in Olika Palatinus Vilnenſis, & alii complures. Habitæ ſunt deinde deliberationes de rebus Pruthenicis & ipſius Reipub. Gedanenſis meliore adminiſtrationis forma & forſan Liuonici belli, quod poſtea ſubſecutum eſt, ibi quædam probuleumata facta ſunt. Magnifice Rex *Auguſtus*, vt rarus hoſpes, dominus & hæres, habitus eſt Gedanenſibus; nec abſque muneribus ampliſſimis ipſe & eius ſenatus dimiſſus fuit. Tandem abunde honoratus in Lituaniam abiit per Regium montem; vbi ſimiliter cum ſumma alacritate ab *Alberto* duce Pruſſiæ ſene venerando honorificentiſſime exceptus, & tractatus eſt. Periculum tamen vitæ magnum tum Rex adiit. Nam, cum more Germanico magno bombardarum reboatu ſalutaretur, caſu quodam, aut ignorantia artificis, cum ignitam pilam tubus mortarii euomiſſet, ea fere ipſum attigiſſet, niſi, DEO ſic prouidente, equus illius ex loco ſuo opportune paululum deceſſiſſet; armigero tamen eius *Viſnouecio*, qui eum pone ſequebatur, caput pila volans abſterſit. In gubernatione Reipub. hic rex mira dexteritate vſus eſt, cuius rei multa documenta produci poſſent, idque inprimis, quod ipſo regnante rarus fuit ex principibus Chriſtianis, regibus & Monarchis, qui fluctuante mundo ob controuerſiam in negotio religionis Chriſtianæ aliquod naufragium non ſit paſſus. *Carolus* ipſe *quintus* Imperator prudentiſſimus fuit & tamen in Germania & Hiſpania multum vidit effuſum ſanguinis Chriſtiani, ſi non ipſo imperante tamen certe conniuente. Sic in Anglia quot quantæque perſecutiones, in Galliis item quot quantæque lanienæ & bella parricidialia extiterunt! Hoc incommodum nec *Ferdinandus Caroli* frater euitare potuit, quin in Bohemia & Auſtria eius rei triſtiſſima aliquot exempla ipſe ediderit. Solus *Sigismundus Auguſtus* inter Chriſtianos Principes ea in re palmam meruit. Nam, cum totus fere orbis Chriſtianus, vt dictum eſt, furenter nomine religionis quateretur, ille tamen Poloniam & Lituaniam ſanguine ciuium fœdari non eſt paſſus. Minabatur ille interdum, a legatis Pontificis exagitatus; ſed tamen interea inter alia Ducem Pruſſiæ & vrbes eius prouinciæ ex præſcripto confeſſionis eorum viuere paſſus eſt. Quin & Polonis ſuis a Romana eccleſia deficientibus ea in re moleſtus non fuit & non modo confeſſionem fidei ab eis exhibitam amanter manibus ſuis ſuſcepit; ſed etiam concionatores eorum interdum audiuit & in aula ſeruauit. Ex quibus fuere *Ioannes* quidam, *Coſminius* & *Laurentius Praſnicius*. Et profeſſus quidem eſt ille, ſe Romanæ Eccleſiæ obſequentem eſſe; tamen incentores ſacrorum bellorum & præſertim concionatores aſperius claſſicum canentes ciuiliaque bella cientes peius cane & angue odio habuit eosque ſæpe ſeueriter increpauit. Meminerat enim prudentiſſimus princeps maiorum ſuorum mores & inſtituta, qui malebant ſemper cum Tartaris experiri aleam cruentiſſimi belli, quam communem parentem patriam vndique a ferociſſimis Barbaris per circuitum ſeptam, ciuilibus & parricidialibus bellis implicare. Hic etiam Princeps duas res maximas in Repub. effecit id eſt Poloniæ & Lituaniæ vnionem & legum executionem: quæ ita impoſſibilia ad præſtandum cunctis in Polonia maioribus noſtris videbantur, vt etiam multi ſenatores prudentiſſimi rerumq; peritiſſimi ſæpius dictitarent; cum vnio Poloniæ Lituaniæque & executio legum fiet, permiſſurus ſe, vt ſibi laqueus collo iniiciatur.

1563. Warſauiæ comitia indicuntur, in quibus poſt multas deliberationes priuilegia ea de re antiqua & potiſſimum Alexandri regis explicantur & diligentiſſime declarantur.

1569. Lublini vnio illa Magni ducatus Lituaniæ cum regno Poloniæ executioni demandatur. Reclamabant quidem huic rei quidam ex proceribus Lituaniæ, vtque præſentia ſua id non confirmarent, valedicentes Regi diſceſſerant. Sed abſentia illorum non obſtante Rex in conſcientiæ foro non fore prius ſe liberum dixit, niſi ea, quæ maiores ſui ſolenniter promiſerant iureque iurando confirmauerant, reipſa præſtitiſſet. Itaque ſempiterna memoria digniſſimus princeps antiquæ poſtulationi & pactioni ſatisfaciens quasdam Lituanorum prouincias, ad Poloniam ſpectantes, a *Cazimiro Iagellonis* filio aliisque principibus auuiſas, regno Poloniæ adiunxit, vniuit, atque, vt ſic vſitate loquuntur, incorporauit.

1568. Comitia fiunt magno omnium ordinum concurſu, vbi alterum adynaton, ſeu impoſſibile iudicatum & incredibile idem *Auguſtus* perfecit; executionem nimirum legum & maxime earum, quæ de occupatione bonorum regalium ſancitæ ſunt. Miſſi ſunt ergo reuiſores & poſtea luſtratores, (his enim appellationibus iſti ab iis, qui Regi a commentariis erant, nominabantur) per vniuerſas prouincias regni, qui iureiurando obſtricti cogebantur omnia fideliter oculis ſuis perluſtrare, perluſtrataque Regi deferre: perlata autem Rex autoritate ſua totiusque regni, executioni mandabat. Ibi etiam quarta pars redituum omnium Regalium fiſco Reipub. eſt applicata & annatæ Epiſcopales eidem deſtinatæ; vt inde exercitus ad defendendas prouincias Ruſſiæ, aut aliam quamuis ob cauſam, vbi neceſſitas efflagitaret, aleretur. Multa ſunt & alia prudenter & circumſpecte ab hoc Rege ſancita: ſed

A. C. 1548. hæc erant præcipua. Cum enim videret *Si-
giſmundus Auguſtus, ſe abſque poſteritete ex
hac vita deceſſurum, loco poſteritatis hoc ſo-
re duxit, vt memor paternæ edmonitionis, ſub
finem Ipſius patris vitæ, charisſimam patriam
ordini bono reſtitutam relinqueret. Qua-
propter omnem dedit operam, vt ea, quæ pro-
auus eius *Wladislaus Iagello* ſancte cum regno
pactus erat, *Cazimirus* auus confirmauerat, *Si-
giſmundus* vero pater & patrul *Iohannes Al-
bertus* & *Alexander* ſtipulatione quadam in-
teruenienta promiſerant, id ipſe reipſa præ-
ſtaret & perficeret. Duas germanas ſuas ſo-
rores *Sigiſmundus Auguſtus* in matrimonium
collocauit; elteram Suecorum Regi, alteram
vero Brunſuicorum Duci. Tertia virgo le-
ctisſima prouidentia diuina aſſeruata fuit, vt
temporibus difficillimis præſidium patriæ eſ-
ſet. Hanc enim tandem *STEPHANVS pri-
mus* Rex Poloniæ in matrimonium duxit.

Deſcriptio Reipub. Babinenſis exbilarandi lectoris gratia.

Per idem tempus res faceta & plena lucun-
ditatis e quibusdam nobilibus in terra Lubli-
neuſi excogitata fuit. Inſtituerant iſti ſocie-
tatem quandam, quam Rempub. Babinenſem
vocabant: eo quod loci cuiusdam *Babin* dicti
dominus & poſſeſſor is fuit, quo autore po-
tisſimum illa Reſpub. ſtabilita florebat. Si-
gnificat autem vox *Baba* patria lingua anum &
Babine id, quod ad anum pertinet. Iam io-
cos luſusque, aniles nugas vulgo vocare ſolent.
Itaque locus ille vetuliare neglectus ac pene
deletus prætereuntibus riſus materiam non
tam ſua exilitate, quam appellatione, ſæpe lar-
ge ſuppeditabat. Homines igitur lepido &
amœno ingenio præditi, occaſione arrepta a
loco & loci poſſeſſore Rempub. Babinenſem,
id eſt ſedem principalem omnium qui miſcen-
tur ſermonum facetorum, iſtam ſocietatem
appellarunt. Vt autem hæc ſocietas magis
conſpicua redderetur, imitati ii, ex quibus ipſa
conſtabat, ipſios Reipub. Polonæ conſtituen-
dæ rationem, Regem & Senatum ſibi deligunt;
Archiepiſcopos, Epiſcopos, Palatinos, Caſtel-
lanos, Præſectos oppidorum & militiæ, Can-
cellarios & alia id generis munera gerentes ac
magiſtratus ſibi deſignant & creant. Deſe-
rendi autem has dignitates & munie impo-
nendi hunc morem tenebant. Quemcum-
que in conuiuiis & conuentibus celebrioribus
obſeruaſſent in aliquo genere dictorum aut fa-
ctorum præter modum ac decorum excellere,
eum maxime idoneum ad obeunde munera ei
rei conſentanea cenſebant. Verbi gratia:
Multus erat quiſpiam in ſermone de ſubli-
mibus rebus & eius conditioni minime con-
uenientibus, hunc aut Archiepiſcopum aut
aliquem magnum Satrapam faciebant. Si
quis vel ſermone lapſus, vel aliam ob cauſam
paradoxon aliquid ſeu perdifficile creditu in
medium attuliſſet; hunc aut rhetorem, aut can-
cellarium Reipub. ſuæ conſtituebant. Si
A quis Thraſonice gloriabatur, quod fortiter &
audacter ſe geſſiſſet in aliquo conflictu, aut de
rebus bellicis ſupra modum non ſuo tempore,
nec ſuo loco garriebat; hunc præfectum co-
piarum, aut equitem auratum creabant lite-
raſque ſuper ea re confingebant, cera & ſigil-
lo obſignatas, quas non contemnendis viris,
ſibi tamen ſimilibus deſerendes tradebant; qui
aſſurgentes eas accipiebant & quadam cum
reuerentia ad eum ad quem ſcriptæ erant, de-
ferebant. Is autem cogebatur officium illud
ſuſcipere; vel, ſi illud dedignabatur, ab omni-
bus riſu excipiebatur. Et quo moroſius ſe
gerebat quis renuendo ac recuſendo eiusmo-
di honores, tanto magis ab illis irridebatur, &
B feſtiue aulicis dicteriis ex compoſito tam diu
exagitabatur traducebaturque, donec edomi-
tus collum ſubmitteret. Quare ad mores
corrigendos, ad ſermones caute miſcendos,
ad ciuilitatem modeſtiamque in iunioribus
formandam iocus & vrbanitas illa plurimum
pertinebat. Et erant ita naſuti cenſores vitæ
ac morum illi optimi duces huius ſocietatis, vt
nullus phyſicus effectus humanos & poten-
tias animæ ita exacte definierit, nullus ethices
profeſſor de vitiis & moribus ita explicaue-
rit, nullus phyſiognomus ex vultu, geſtu, in-
ceſſu & intuitu ita hominum naturem cogno-
uerit, vt illi (ſic enim eos hoc loco vocare
libet) diuini patres. Et tum aliquis eis noui-
cius per iocum in ſocietatem offerebatur, tunc,
C veluti deliberaturi, tardius eum recipiebant.
Prologuatur, inquiebant, *detque primum ſpeci-
men aliquot ſuæ indolis; tum videbimus ad quod
officium erit maxime idoneus.* Nam & ad in-
feriora quædam ea res deſcendebat. Si quis
enim de canibus, de feris, de falconibus, non
tempore ſuo, aut loco paulo fuſius verba fa-
ciebat, hunc ſtatim aucupem & venatorem Ba-
binenſem faciebant. Si quis autem de re-
ligione ſupre modum ad menſam diſſerebat,
mox eum concionatorem Babinenſem pronun-
ciabant. Si quis ex ſententia Romanæ eccle-
ſiæ, aut cuiuſpiam alterius ſectæ, ſupra mo-
dum zelo flagrabat, aut etiam acerbius ea de
D cauſa in alios inuehebatur, mox eum inquiſi-
torem hæreticæ prauitatis Babinenſem decla-
rebant. Si quis de equis & eorum proprieta-
tibus verboſius diſſerebat, ſi de œconomicis
rebus, admixto præſertim mendaciolo aliquo,
vt fit plerumque inter comeſſandum, curio-
ſius loquebatur, mox eum vel magiſtrum e-
quitum, vel regium œconomum Babinenſem,
ad exemplum magni procuratoris Cracouien-
ſis creabant aſſurgentesque interdum, in ipſa
menſa honores illos eis deferebant. Vsque adeo
autem iſta ludicra Reſp. inualuerat, vt rarus
eſſet in ipſo regni ſenatu, in clero, inter aulicos,
in-

A. C. 1548.

inter alios ordines regni, cui non aliquid tale aſpergeretur. Sic alios capitaneos; alios copiarum ductores; alios infantes Hiſpaniarum; alios Fae totum, alios turbines Babinenſes vocitabant. Res iſta denique ad *Sigismundum Auguſtum* regem perlata eſt; de qua non ſine magna delectatione ſæpius multa audiuit. Et cum iniecta eſſet mentio aliquorum procerum qui inſigniti erant eiusmodi honoribus, interrogauit, an etiam Regem in ea Republica haberent. Cui reſpondiſſe fertur ipſe capitaneus Babinenſis, qui præ aliis ſupra modum vultu, aſpectu ipſo & ſermone facetus erat: *Abſit*, inquit, *a nobis cogitatio iſta vt, te viuente, ſereniſſime Rex, & ſuperſtite, de alio rege eligendo cogitemus aliumque creemus. Tu & hic, & apud nos Rex eſto.* Riſit placide humaniſſimus & benigniſſimus Rex, nec vllum ſignum indignationis dedit; imo verbis, quæ addidit, riſum omnium auxit. Cæterum, cum aliquando quidam paulo grauius de regno *Alexandri* magni, deque Perſarum, Babyloniorum & Romanorum monarchia in conſeſſu horum hominum diſſereret. Tum quidam ex eis ſermonem excepit. *Quid*, inquit, *antiquitatem iactas & amplitudinem illarum monarchiarum? Noſtra Babinenſis antiquior & Græca & Perſica & denique omnibus eſt.* Quia *Dauid* de ea dixit: *Omnis homo mendax*; & hoc eſt fundamentum atque eſſentia eius. Ergo in ea *Darius, Alexander magnus* & totus mundus includitur. Cunctis ſeſe inuicem intuentibus, hic ſermo ab omnibus cum applauſu exceptus eſt. Iactabant autem, ſe habere priuilegia a regibus & Imperatore, atque etiam ſummo Pontifice, quibus eorum Reſpub. confirmaretur. Iam ſi quis acerbe aliquod verbum in alium torſiſſet, aut mendacium cum damno alterius & læſione dixiſſet, hunc nequaquam idoneum ad capeſſendos honores in ſua Repub. iudicabant. At qui vrbane abſque damno cuiusdam aliquid comminiſcebatur, hunc non modo laudabant, ſed etiam officio aliquo cohoneſtabant. Locum porro comitiorum ſuorum iocoſo vocabulo GELDAM appellabant, a Gedanenſibus mutuata voce, qui popinam ſuam GELDAM vocant. Sed apud nos inconditum garritum multitudinis congerronum ea vox ſignificat. Et erant homines illi, qui duces erant illius ſocietatis, prudentes & magnæ exiſtimationis apud quosque bonos & apud ipſum Regem. Imo *Petrus Caſſouius* officium iudicis terreſtris Lublinenſis iam longo tempore ſumma cum laude ſuſtinuit, & nomine prouinciæ Lublinenſis in nuncium terreſtrem ad comitia generalia non ſemel electus eſt. Duo autem potiſſimum ex hoc numero, hic videlicet *Caſſouius*, qui Cancellarius & *Pſomka*, qui præfectus Babinenſis vocabatur, adeo amabiles erant, ut etiam in deliciis a pleriſque principibus viris haberentur. Nullaque conuiuia, nullæ nuptiæ iudicabantur felices & iucundæ, quas illi beati ſenes ſua præſentia non cohoneſtarent. Viuit adhuc alter eorum *Caſſouius*: *Pſomka* vero ante biennium mortuus eſt placida & Chriſtiana morte. De quo eiusque morte cum in celebri quodam conuiuio mentio fieret, poeta quidam haud vulgaris, a proceribus inuitatus, Epitaphium mortuo, & quidem ex tempore, ſcripſit, quod tale eſt.

Nomen loci comitiorum Babinenſium.

Epitaphium D. Pſomkæ fundatoris ſocietatis Babinenſis.

Plurima ſi cuiquam debet Reſpublica, Pſomka
Debet, in hac viridi qui requieſcit humo.
Namque ſodalicium ſanxit, fundamina cuius
Conficti abſque dolo ſunt fuerantque ſales.
Creſce ſodalicium; quod ſi tibi noſtra probantur
Carmina, me gremio, iungito, quæſo, tuo.

1557. Pontem Varſchouiæ exemplo *Traiani* Imperatoris, qui quondam in Iſtro ſimile quid fecerat, *Auguſtus* Rex in iſtula miro, ac pene Dædaleo opere fabricat. Cui ne incendium fortuitum nocere poſſet, idque accidere, quod ante ſexcentos annos ponti *Caroli Magni* in Rheno acciderat, *Anna Regina* ſoror *Sigismundi* & vxor *Stephani primi* regis Poloniæ propugnaculum ad alteram ripam ex viuo lapide erexit, eiusque portæ Epigramma tale inſcribi curauit, quod nobilitatem ſtirpis eius & ipſius *Auguſti* admodum efficaciter exprimit:

ANNA IAGELLONIA POLONIÆ REGINA,
MAGNORVM REGVM: CONIVNX, SOROR, FILIA,
HOC OPVS, &c.

Tametſi autem, & ante, & poſt ſuſceptum ab eo regnum *Sigiſm. Auguſtus* inſuorum ſe, vt filium patris, fortunatiſſimi bellatoris, decuit, demonſtrauerat & multum militaribus viris & inſtrumentis ad bellum pertinentibus delectabatur, armamentariumque plenum machinis fuſilibus vt haberet, ſollicite curauerat: tamen, quia vetus dictum eſt: *Virum, qui annum cum tribus vxoribus egit, Martem iam non habiturum ſocium*; ideo ſuam famam extendere alia via aggreditur; nimirum *Friderici tertii* Imperatoris exemplum imitatus, qui, cum animaduertiſſet infelicem ſe bellatorem eſſe aduerſus *Matthiam Huniadem* Hungariæ regem, pacis artibus & induſtria malum illud corrigere & compenſare ſategit. Nec tamen etiam in bellicis rebus ſua laude fraudari debet *Auguſtus*. Commemorabo igitur ex-

A. C. 1548. expeditiones eius bellicas, & victorias eius auſpiciis partas.

1557. Aduerſus *Guilelmum Furſtembergium* magiſtrum Liuoniæ ordinis Teutonici bellum iuſtiſſimum hoc anno ſuſcepit, centenisque millibus equitum & peditum lectiſſimis tam Polonorum, quam Lituanorum Ruſſorumque comitatus in Liuoniam, ipſum ſe ducem belli præbens, deſcendit; eo quidem animo, vt omnino prælium cum hoſte committeret, quo Archiepiſcopum Rigenſem conſobrinum ſuum, à potentia Magiſtri liberaret. At *Furſtembergius* ſibi conſuluit. Cum enim tantam & ducis, & exercitus alacritatem & pugnandi quaſi ardorem animaduertiſſet, ſupplex veniens ad Regem, vna ſecum Archiepiſcopo adducto, pacem efflagitat præliumque B deprecatur & ſe vna cum vniuerſo ordine & prouinciis ſuis in fidem & clientelam Regis dedit. Ita tum *Auguſtus* intra vnum menſem maximum bellum & incepit, & confecit. Productum fuit bellum vario Marte inter Pruſſia. cum Magiſtrum & Polonos fere per ducentos annos multumque ſanguinis cruentus Mars ibi fudit infinitæque animæ ad Orcum ſunt miſſæ. At *Auguſtus* Dei beneficio eum, Liuoniæ Magiſtru æque potente vt Pruſſus fuerat hoſte, plures etiam latifundia in ſuo principatu poſſidente, breuiſſimo tempore bellum omne abſoluit, vel potius extinxit. Cauſa belli erat, vt dictum eſt, oppreſſio Archiepiſcopi Rigenſis, quem Rex liberare decreuerat. Huius autem oppreſſionis cauſæ fuerant literæ quædam interceptæ, quaſi ab Archiepiſcopo ſcriptæ de diſſipanda illa colluuie Cruciferorum, eo quod dignitatem domus Brandeburgicæ in ipſo Archiepiſcopo Rigenſi neglectui haberet, omnia ſibi munia arrogando. Ita intempeſtiua de prærogatiuis concertatio formam illam Reipubl. hominum tetricorum immutauit. At *Furſtembergius* poſtea ſibi pericula attraxit; quo in captiuitatem abducto, *Gottardus Ketelerus* Weſtfalus equeſtri genere natus, in eius locum ſurrogatus fuit. Hic cum aduerſam fortunam anteceſſoris ſui & tyrannidem Moſchi reformidaret & nulla ſpes auxiliorum aduerſus eum ab imperio aſ- D fulgeret, Regi Poloniæ fidelitatis ſacramentum ea lege præſtitit, vt ipſum contra Moſchum & alios hoſtes defenderet. Nam Curlandiæ & Semigaliæ Dux fuerat pronunciatus. Duxit autem is poſtea vxorem *Annam* Megelburgenſem antiqua ſtirpe regum Obotritorum progenitam.

1558. Inuidit Moſchus hanc gloriam Regi *Auguſto*. Itaque hæreditarii cuiusdam iuris prætextu numeroſo cum exercitu Liuoniam armis tentat. Torpatumque arcem Epiſcopalem & alias pleraſque ſuæ ditioni A. C. 1548. adiungit. Cuius ſuperbiam *Sigiſmundus* non A ferens, armis eum domare conſtituit. Hinc bella Moſchouitica orta ſunt; quæ vsque ad hæc tempora durarunt. Hoc eodem anno Rex Craſnoſtauiam, expediendorum quorundam conſiliorum cauſa, ex Lituania venerat. Hoc etiam anno *Albertus Nouicampianus* profeſſor Academiæ Cracouienſis moritur; qui qualis fuerit, & quam dignus, vt eum noſtris annalibus celebremus, ex eius epitaphio, quod Cracouiæ in templo indiuiduæ Trinitatis viſitur, cognoſcere licet. Habuit autem Poloniæ regnum ſub *Sigiſmundo Auguſto* viros eruditos plures ac præſtantiores, quam ſub vllo alio Rege. Inter quos digni potiſſimum memoria ſunt, ex theologis quidem & hiſtoricis, *Staniſlaus Hoſius*, & *Martinus Cromerus*. Ex oratoribus & optimarum artium ſcientia præditis *Staniſlaus Orichouius* florido genere ſcribendi præſtans, & *Andreas Fricius*, qui de Republica librum eruditum ſcripſit. Ex poëtis vero & manſuetioribus Muſis deditis *Ioannes Kochanouius*, *Andreas Triceſius* & *Iacobus Priluſius* iuris terreſtris peritiſſimus: qui parens omnium, qui nunc cauſas in Polonia agunt forenſes, merito dici poteſt.

Viri eruditi ſub Auguſto.

1562. Sub tempus Carniſpriuii (vt loquuntur) ſeu Bacchanalium, die Febr. 23. Moſchus Dux æſtuans ob felicitatem Regis, C coacto exercitu trecentorum millium Poloczkam obſidione cingit, ac partim formidine, partim conſiliis ad aſtum compoſitis per deditionem capit, theſauris incredibilibus inde aſportatis. Iudæos quos ibi inuenit, omnes baptiſmum abhorrentes in glaciem profluentis Dunæ compellit, cruſtaque glaciei circumſecta, ibidem eos demergere iubet. Polonis autem honos quidam eſt habitus. Vbi huius rei fama Varſauiam ad Regem comitia tum celebrantem delata eſt, iuſtus dolor cunctorum animus occupauit, & communi conſenſu decretum eſt, vt detur opera ne impune tyranno cedat.

1563. Expeditio ad Neuelam. *Florianus Zebridouius* ſupremus dux copiarum fuit. *Staniſlai* vero *Leſnioúolſcii*, *Staniſlai Zamoſcii* & *Ioannis Zborouii* ſumma virtus & fortitudo animi corporiſque innotuit. Nam cum agmen tantum mille quingentorum ducerent, tamen exercitum Moſchouiticum qui quadraginta millibus conſtabat, fortiter repreſſerunt & magna ex parte, dextra victrici profligarunt diſſiparuntque. Poſtea anno domini 1564 Magnus Dux Moſchouiæ detentis diutius oratoribus Lituanorum in Moſchouia, exercitum celeriter conſcripſit, quem, ab-

A. C. 1548.

abſolutis oratoribus, in Lituaniam populabundum miſit. Hic exercitus diuiſus eſt in duas partes: quarum vna Duce *Srebny*, qua Smolenskum itur, altera Duce *Souki*, qua Ploczkam, tendebat: qui *Souki* in campis Czaſnicienſibus ad Vlam fluuium caſtra metatus eſt. Quod cum *Nicolaus Radiuilus* Palatinus Vilnenſis, Dux exercitus Lituaniæ ſupremus & *Gregorius Chodkieuiceus* campiductor ab exploratoribus reſciuiſſent, hos ſtatim aggrediuntur, magnaque ex parte trucidant ac confodiunt; reliquos fugant: quorum multi per ſyluas & agros palantes, partim à colonis cæſi, partim aquis ſubmerſi ſunt. Triginta autem millia in ipſo conflictu occiſa eſſe compertum eſt. Ibidem *Petrus Souki*, ſupremus Dux exercitus Moſchonitici vulneratus, ſuga euadens à ruſtico quodam ſecuti (magno cum dolore Lituanorum, quod viuus captus non fuiſſet) occiditur. Vilnam delatus honoriſice in Ruthenorum eccleſia primaria ſepelitur. Altera porro exercitus pars, quæ Smolensko ad Orſcham cum Duce *Srebny* contendebat, audita ſuorum cruenta clade, metu perterrita, omni bellica ipſaque copioſiſſima ſupellectili abiecta, in pedes ſeſe coniecit turpique ſuga ſuæ ſaluti conſuluit.

Eodem anno 1564. in ipſo feſto diuæ Margaritæ, præfectus copiarum *Stanislaus Pacz* Archidapifer magni Ducatus Lituaniæ ac locum tenens (vt vocant) tunc temporis Palatini Vitepſcenſis, collegit ex Viteblienſi Palatinatu exercitum, adiuncta curia ſua & duobus centutionibus, aliiſque cohortibus, quibus ipſe præfecerat *Iſidorum* Signiferum Viteblienſem & *Ioannem Swiporod* Tenutarium item Viteblienſem, vt vſitatas appellationes vſurpem. Iſti cum duobus millibus equitum leuis armaturæ contra hoſtem Moſchum, qui tunc temporis *Iezeriskam* tredecim millibus armatorum grauiter oppugnabat, proceſſerunt, manusque acriter conſeruerunt & hoſtium perrupta acie, tormentis potiti ſunt. Inde vlteriorem exercitum, qui ſugam ceperat, inſequuntur. Aſſecuti, ſternunt ac contrucidant, nonnullos capiunt. Octo millia Moſchorum cæſa: cæteri, armis abiectis, quacumque potuerunt, ſuga ſaluti ſuæ proſpexerunt. Noſtri vero omnem ſupellectilem & vniuerſa hoſtium arma tormentumque quoddam magnum, tela ignea, vexilla, bombardas & id genus alia abſtulerunt, ſicque Dei benignitate incolumes ac ſpoliis onuſti, paucis ex ſuis in conflictu deſideratis, Wirepskam redierunt. *Georgius* autem *Towmak* Dux exercitus hoſtilis vix euaſit; qui poſtea, viribus reſumptis, tandem arcem Iezieriska acerrima oppugnatione & igneis telis expugnauit.

1567. *Ericus* Rex Suecorum cum ſex millibus Suedis in campis Kirempenſibus ab A exercitu Regis Poloniæ *Auguſti* profligatus fuit. Qua in re laudatur induſtria & virtus *Nicolai Taluoſii* Caſtellani Samogitiæ. Huius ſuorum cladis nuncio accepto *Ericus* in rabiem quodammodo verſus, multa tyrannice fecit. Nam & *Ioannem* fratrem Ducem tum Finlandiæ, cui nupta erat *Catharina* A *Auguſti* Regis Poloniæ ſoror, noctu in arce Amboten in Finlandia capit, & aliquot annos in vinculis tenet. Laudatur hic *Catharinæ* fides coniugalis, quæ memor mandati diuini in calamitate extrema marito non defuit, imo viliſſima quæque ſeruitia in captiuitate ei præſtitit. *Ericus* tandem ambiens matrimonium Reginæ Angliæ, cum paſſus eſſet B repulſam, impotentia animi actus & dolore victus, duxit Stocholmienſem fœminam, multaque inſolenter agens ſolio deiicitur & in eius locum frater eius *Ioannes* captiuus ſurrogatur. Circa eadem tempora *Ericus* Dux Brunſuicenſis cum viginti peditum ſignis, turmis aliquot equitum adiunctis, in Pruſſiam contendit, Gedanumque fruſtra obſedit. Cumque vlterius caſtra promouere vellet, à Duce Pruſſiæ *Alberto* Marchione traiectu Iſtulæ, ſicuti ei à Rege iniunctum fuerat, prohibetur. *Chriſtophorus* vero *Megelburgius*, qui poſt *Gulielmum* Brandeburgenſem Rigenſis Archiepiſcopus deſignatus fuit, ab eodem rege *Sigiſmundo Auguſto* in C vincula coniicitur. Creditum eſt, Regem ſuboleciſſe, vtrumque iſtorum turbas quaſdam dare cogitaſſe & agitaſſe conſilia quædam noua de Pruſſia. Memoria autem proditum eſt, Megelburgios duces originem ſuam ducere ex ſtirpe veteri Obotritorum regum gentis Slauonicæ; quorum poſtremus *Pribislaus* nominatur.

Ericus Dux Brunſuicenſis.

Chriſtophorus Megelburgius.

Poſtea aliquot annis cum Moſcho vario Marte decertatum eſt, magnis & paruis conflictibus: arces quoque vtrinque tentatæ ſunt. Dux quidem *Sangusko* præfectus copiarum Lituanicarum Vlam & Suſam arces Moſchorum infeſtauit ipſorumque hoſtium D vires debilitauit ſæpiusque parua manu ingentes eorum copias ſudit.

1572. Tandem vero Rex *Auguſtus*, firmato fœdere & ſtabilita pace cum Moſchorum Principe, recordatus ſe hominem eſſe & caſibus mortalium ſubiectum teſtamentum condit & cum aliquantulum langueret, medicorum variorum opera eſt vſus. Tandem Iulii menſis die octaua Kniſini in confinio Lituaniæ & Poloniæ moritur, obdormiens cum patribus ſuis, vt pagina ſacra loquitur. Corpus eius primo Tykocinum; demum

De cauſa eius mortis varii varia narrant & vix credenda.

poſt

A. C. 1548. poſt annum Cracouiam deportatum fuit. Vbi in eodem delubro cum patre ſepelitur. Eius autem monumento epitaphium tale eſt inſcriptum:

SIGISMVNDO AVGVSTO POLONIAE REGI, ET MAGNO LITVANIAE ET RELIQVAE SARMATIAE DVCI AC DOMINO. PRINCIPI CONSILIIS PROMPTISSIMO, FACTIS LENTISSIMO, MORIBVS PIENTISSIMO. VITAE BENIGNISSIMAE. ANNA INFANS REGINA POLONIAE, FRATRI BENE MERENTI, SVO SVMPTV POSVIT, ET SVIS IPSA LACHRYMIS CONSPERSIT. A. C. 1548.

LIBER OCTAVVS,

IN QVO CAPITA RERVM POST SIGISMVNDVM AVGVSTVM GESTARVM CONSIGNANTVR.

A. C. 1572. QVæ acta ſint poſt mortem *Sigismundi Auguſti*, & præſertim ſub *Stephano primo*, breuiter, comitiis celebratioribus deſcribendis, oſtendemus. Nam latiorem harum rerum expoſitionem, propter certas cauſas, in alıud tempus reiiciendam putauimus.

1572. Mortuo *Sigismundo, Auguſto* Rege, Kniſini menſis Iulii die 8. ibidem primus procerum conuentus eſt habitus & conſultationes de ſtatu interregni. Eodem anno generalia comitia procerum & equitum habita ſunt prope Varſauiam in loco Camenio dicto, cauſa eligendi Regis. Vbi aderant oratores Pontificis & Imperatoris Romanorum, Suecorum Regis & aliorum Principum. Vbi etiam conſœderatio inter Catholicos & Euangelicos ſancita; hoc eſt, lex, qua prohibetur, ne alter alterum nomine religionis iniuriis afficiat, aut in Reip. muniis, ſiue palam, ſiue occulte poſthabeat: (nam hoc *Pœnandi* verbum, quod ibi legitur, ſignificat) ſed vtrique in mutua pace viuant & politica concordia, expectantes donec tempus id, quod iuſtius erit, detegat. Hæc autem ſapientiſſime excogitata, nempe vt vitari poſſent motus & bella parricidalia, de quibus etiam nunc in Galliis audimos, ſancte & ſine dolo ſibi inuicem ſpoponderunt &, vt Reges quoque futuri, cum inaugurarentur, idem iureiurando comprobarent, conſtituerunt. Vnde verba illa in formula; Inter diſſidentes de religione pacem manu tenebo. Ideo & *Henricus* Gallus, & *Stephanus primus* hoc ipſum, cum inaugurati ſunt, præſtiterunt.

1573. *Henricus* Regis Galliæ frater, Andium Dux, nouus Poloniæ Rex electus menſe Maio. Oratores in Galliam miſſi adducendi in regnum noui Regis gratia.

1574. Aduentus *Henrici* noui Regis Cracouiam, ibidemque coronatio menſe Ianuario. Diſceſſio eiuſdem Regis e regno, audita Regis fratris morte poſt menſes quatuor. Expoſtulatio Polonorum cum eo acerba, quod tacite & occulte diſceſſiſſet. A. C. 1574.

1576. Comitia Cracouiæ; ad quæ *Stephanus Batorius* Transſyluanorum Princeps, ſtipatus comitatu ſpectatiſſimo veteranorum venit &, quemadmodum ſuperiore anno in conuentu Varſauienſi Rex electus & poſtea in Andreiouienſi confirmatus fuerat, ita hoc anno in Cracouienſi inauguratus fuit. *Comitia Cracouiæ 1576.*

1576. Comitia Tornniæ magna cum celebritate aguntur; vbi potiſſimum de Gedanenſibus agitantur conſilia; qua ratione poſſent ad officium reduci. Sed cum aut fiducia opum, aut verius à conſiliariis Imperatoris deprauati, nihil de conſiliis ſemel initis remitterent, criminis læſæ maieſtatis damnantur & proſcripti, ſeu, vt vulgo loquuntur, banniti pronunciantur & paulo poſt, decreto bello, animaduerſio eſt in eos conſtituta. Victoria Regis & clades illorum ad Derſauium deſcripta eſt à *Laſicio* & aliis. Reconciliati poſtea Regi & regno ducenta millia florenorum numerarunt, & conditiones oblatas acceperunt. Plurimum eos iuuit deprecatio pro ipſis apud Regem principum Germaniæ & quod complures ex eis viri graues demonſtrabant, procella vulgi ciuium tumultuantis compulſos ſe & alios non paucos deterioribus conſiliis adhærere neceſſum habuiſſe. *Comitia Toruniæ 1576.*

1578. Poſtquam ventum eſt Varſauiam ad generalia totius regni comitia, primo ipſo comitiorum die Moſchi Principis & Tartari iniuriis expoſitis, bellumne cum his, aut cum vtro horum velint, rogat Rex. Cum Moſcho bellum iuſſum: cum Tartaro dilatum. *Comitia Varſauia 1578.*

Iu-

A. C. 1578. Iudicia item tribunalia ante ab *Auguſto* expetita, ab *Henrico* vero permiſſa, à *Stephano* tum inſtituta fuere: nimirum vt tota Reſpublica ex ſuo corpore conſtitueret ſibi iudices, qui cauſas vltimæ inſtantiæ, vt vocant, iudicarent ac definitiua ſententia lites dirimerent. Hæc res nouo ferme adhuc Regi publici fauoris & beneuolentiæ plurimum conciliauit & iis, qui intimi Regi à conſiliis erant, gratiæ ſunt actæ, quod non diſſuaſiſſent Regi rem, quæ ſaluti Reipubl. futura erat. Introducti demum & auditi ſunt legati exterarum gentium & *Georgius Fridericus* Marchio Brandeburgenſis valetudinarii agnati ſui *Alberti Friderici*, *Alberti* ſenioris Ducis Pruſſiæ filii, curator conſtitutus fuit: qui mox fidelitatis ſolenne iuramentum Regi præſtitit. Aderant ibi & Pomeraniæ Ducum legati, qui Principum ſuorum nomine in Bithomenſem Leoburgenſemque tractum ius imperiumque Polonici regni agnoſcebant; earumque ditionum literas inueſtituræ (quas vocant) à Rege acceperunt. Reliquum tempus deliberationi de bello iam decreto adminiſtrando tributum eſt.

Comitia Varſauiæ 1579.

1579. Quo anno Polotia recepta fuit, eodem paulo poſt comitia Varſauiæ ſunt celebrata. Rex inde rediens magna cum lætitia exceptus, ſed non eadem tamen de ipſo omnium ſententia fuit. Varii enim varie eius conſilia & illuſtria facinora interpratabantur. Creditum eſt autem, ſuſpiciones quaſdam de illo ſparſas fuiſſe à quibuſdam, qui vrbanæ vitæ aſſueti, pacis tantum artibus præſtabant. Hi ſiquidem animum iam deſponderant, nec ſe emerſuros vnquam ſperabant; quod viderent, paſſim eos, qui militiam ſequebantur, prouehi ad honores. Quæ res cum fuiſſet obſeruata, eam ſuſpicionem Rex per Cancellarium oratione luculenta ex animis omnium eximere conatur. Hac igitur ratione diluta ſunt omnia capita criminationum: oſtenſumque, togatæ vitæ hominibus, qui vera virtute niterentur, more patriæ recepto ſemper reſtare aditum ad conſequendos honores & præmia: nec opus eſſe confugere ad illicita & inconceſſa conſilia ac labefactare fundamenta iacta rerum bene gerendarum. Hac oratione blanda placati eſſe ſunt viſi animi omnium itumque eſt in eam ſententiam, non agendum eſſe moroſius cum Principe, nec animum eius ſerenum & plenum ſpe felicis exitus incepti belli acerbioribus expoſtulationibus turbandum, vt, quo ardore animi rem inceperat plenam gloriæ & ad ſalutem incolumitatemque Reipublicæ inprimis ſpectantem, eodem in ea perficienda pergeret. Adornatur igitur expeditio iterum contra Moſchum. Interim autem cum Rex Vilnæ ſubſiſtit, *Naſſolimus* legatus Moſchi cum *Georgio Oſcilio* quædam conſilia ſuſpecta habet; quæ res peſſime *Oſcilio* ceſſit. Nam, patefactis conſiliis, ad ſupplicium rapitur. Ibidem Vilnæ *Paulus Vrbanius*, qui apud ſummum Pontificem oratorem egerat, reuerſus enſem Regi notis ceremoniis dedicatum a Pontifice obtulit. Dirigit deinde Rex iter ſuum Czaſnicium ad delectus habendos inde ad oppugnandum Veliſſium; tum vero Lukos, poſtremo Zauolociam. Tres iſtæ munitiſſimæ arces opera *Ioannis Zamoſcii* præfecti copiarum, conſilio autem ac felicitate Regis expugnantur. Nec cæterorum interea ſupprimo labores, pericula & cum contemptu vitæ ſuæ heroicos auſus; quorum etiam nomina in Chorographia noſtra expreſſimus. Situm porro horum locorum, adeoque totius illius regionis, tabula expreſſum habes in eadem Chorographia noſtra: quam tabulam literis ipſius regiæ maieſtatis requiſiti, ac iuſſi, nec non ab eius internuncio inuitati, ſuperiore anno exarauimus. Eodem anno ſub autumnum nouus quidam morbus, quique veteribus medicis & recentibus incognitus dicebatur, Europam eodem fere tempore peruagatus eſt. Quanquam non deſunt, qui affirment, idem morbi genus bis non ita multo ante, id eſt anno 1557. in æſtate & anno 1562. in autumno, bonam ſimiliter Europæ partem occupaſſe. Hunc igitur morbum & exercitus, & Rex ipſe, dum ex Moſchouia reuertitur, ſenſit. Natura morbi fuit talis, vt ab ima parte ſpinæ (quam vocant) cum rigore exorſus totum corpus perreptaret, ſupra modum debilem, quem inuaſiſſet, ex grauedine potiſſimum, reddens: tandem in febrem, niſi cito miteſceret, deſinebat. Sed & curatio eius difficilis. Nam ad inciſionem venæ non cedebat & medicamentis purgantibus materia copioſior ad pectus attrahebatur. Vnde ei medici, ſicut nec nomen proprium, ſic remedium vllum certum non inuenerunt. Ita Deus nouit humanum genus ſolo flatu oris ſui proſternere; adeo vt nihil ratio arſue humana tunc opitulari queat.

Nouus morbus.

Comitia Varſauienſia 1581.

1581. Redeunte Rege ab expeditione Wielikolukana effuſa eſt ei tota Varſauiæ ciuitas extra portas & maius gaudium obortum, quam antea. Vbi deſcendiſſet in templum, exceptus fuit ſolenniter cleri nomine ab *Andrea Patritio* oratione erudita & memorabili, qua teſtatus eſt Incredibile gaudium vniuerſorum; adeo vt etiam ad

A. C. 1581. aduentum eius campanæ in locis ſublimioribus appenſæ imitatæ vocem humanam ſono ſuo nomen eius modulantes exprimerent. *Stephane, Stephane, Stephane.* Per eoſdem dies alii oratores, hiſtorici, & poëtæ varios ingenii partus edidere. Ego vero tradidi ipſi Regi *Triumphum*, hoc eſt libellum, in quo victori vario poëmatum genere efformaueram & more priſcorum Romanorum etiam conſecraueram aras, columnas, Pyramides & arcus triumphales, exemplum cuiusdam Græci authoris in hoc imitatus. Elucubraueram etiam commentarios, quibus totam ſcientiam rei militaris in artem redegeram, quam variis exemplis hiſtoricorum & ſchematis pulcherrimis illuſtraueram. Hic liber per me regiæ maieſtati fuit traditus; non tamen eſt typis mandatus: quamuis ex regio mandato à deputatis reuiſus approbatusq; & maieſtatis regiæ teſtimonio diplomateque ſolenniter comprobatus fuerit. Continebantur enim in eo quædam arcana regni in negotio inſtructionis exercituum, quæ profanare neutiquam conſultum iudicaui. Sed ea quotannis magna cum diligentia adhuc artificioſius illuſtro atque expolio, adhibito conſilio magnorum virorum, qui diu inter ſtrepitus armorum verſati ſunt. Huius libri copiam qui ſibi fieri volet, ſciat eum apud me, dum vixero, & poſt mortem meam apud hæredes meos futurum, a quibus id facile impetrabit: adhibita tamen quadam ſponſione & cautione, ne temere euulgari poſſit. Et iam pluribus viris illuſtribus, ab ipſis requiſitus, eum ipſe curaui deſcribi.

Sequentibus diebus, cum inciperentur haberi comitia, ſimiliter à prouincialibus nuntiis excipitur Rex ampliſſima oratione, qua pro re bene geſta nomine totius Reipubl. ei gratias agunt. Gratitudo hæc quidem non diſplicebat Regi, veruntamen hortabatur & monebat, vt non lætarentur tantum victoria, ſed ea etiam vterentur eamque continuarent. Itaque, cum Duces belli conquererentur, Regem annuis expeditionibus & regreſſionibus impediri ac diſtrahi, milites confici & hoſti ſpacium reſpirandi dari, quo perpetuo bellum duci queat, in biennium tributum ſciſcitur. Præterea diſtincte conſcribuntur decreta, quæ ſpectant ad emendationem regiminis in toto regno: delecti etiam deputantur, qui, quæ vtiliora eſſent, cognoſcerent. Tandem, confectis conficiendis, nuncii prouinciarum valedicentes & omnia fauſta precantes Regi, duo rogant ab eo, rationem in poſterum eligendi Regis & compoſitionem inter ſtatus. Rex teſtatus eſt, ſe cohorreſcere, quoties ei in mentem veniret tumultuum electionum præteritarum & expaueſcere ad ea, quæ diſſidia inter ſtatum eccleſiaſticum & politicum trahere ſecum poſſent. Sed in vtraque re magnas ſe difficultates perſpicere. Curaturum tamen, quantum in ſe eſſet, vt in his Reipublicæ laboranti ſubueniatur proſpiciaturque. Hortaturque, quemadmodum & antea facere ſolebat, vt, ipſo abſente, paci & tranquillitati publicæ pro ſe quisque ſtudeat. Fauſta tandem quæque ac felicia precatur, tam iis, qui domi manſuri eſſent, quam qui in bellum ituri, vt mox lætabundi vtrique in mutuos complexus ruerent. Ad quam rem tantus plauſus à circumfuſis excitatus eſt, vt plauſum ipſum tanquam omen læti futuri ſucceſſus ac non diuturni belli plerique viri graues acceperint. Etſi autem deliberatio de modo eligendi Regis multa ſecum pericula trahit, præſertim ſi minus ſyncere tractetur; tamen reipſa periculoſius eſt chaos illud informe & anarchia, qualem ſuperioribus electionibus vidimus oculis noſtris. Quare, omiſſa occaſione maximi huius incommodi tollendi, metuendum eſt, ne in nos poſtmodum illa quadrent ac merito iactentur: *Sero veniunt Iſraëlitæ ad colligendum manna poſt ortum Solis; ſero afferuntur falces poſt meſſem, cum iam non niſi ſpicilegium reſtat: ſero pulſant fores quinque fatuæ virgines: ſero conantur intrare pigri per portam clauſam:* quando videlicet iam inter occidentales & orientales dominos diſtractum ſcinditur ſtudia in contraria vulgus.

Electionis inordinata incommoda.

In iisdem comitiis promulgata fuit ab Eccleſiaſticis correctio Calendarii, quæ Roma transmiſſa fuerat à *Gregorio* eius nominis XIII. Pontifice Max. Veteri inſtituto ac decreto ſacrorum conciliorum ab Alexandrinis, quod ibi antiquitus Mathematica ſtudia florebant, anni ſupputationem Romani & alii petebant. Ex horum ergo ſententia anno conſtituto, æquinoctium vernum 11. die Martii iam habebatur, eo quod nulla præmonitio facta eſſet de quinta circiter parte horæ; quæ, cum ſingulis annis ad explendas ſex horas illas deſideretur, propter quas quarto quoque anno dies vnus intercalatur, intra centum & viginti plus minus annorum ſpatium, vnum diem conficit. Vnde res eo deducta erat, vt, iam decem diebus à Concilii Niceni tempore confectis, iisque in anno redundantibus, Paſcha, & conſequenter feſta alia omnia, quæ mobilia vocantur quæque Chriſtianis celebratiſſima ſunt, ſæpiſſime ſpatio aliquot ſeptimanarum tardius haberentur, quam ipſius

Calendarii renouatio.

A. C. 1581.

A.C. 1581.

ipſius Niceni concilii, in quo de tempore Paſchatis Chriſtianorum conſtitutum eſt, mens fuerat. *Gregorius* igitur XIII. Pontifex Romanus, hunc errorem ſublatum volens, æquinoctium vernum, à quo mathematici annum incipiunt, ad 21. menſis Martii diem reiecit, decem diebus ex anno expunctis & amputatis; ita vt præterea ſolſtitium hybernum ſemper cum feſto natalis Domini concurrat; quemadmodum ab initio non ſine cauſa excogitatum ac ſtatutum fuerat. De hac redintegratione anni magna pars hominum bene ſentit & plerique Mathematici Academiæ Cracouienſis eam abſolute ac perfecte traditam ſcribunt. Eam & ego probo, quamquam video (ſi tamen iudicium extremum humano generi B vſuram huius ſeculi prius non abruperit) rurſus poſt centum & viginti annos vnum diem in anno redundaturum. Nam adhuc integer dies quarto quoque anno intercalatur, cum tamen, vt paulo ante attigimus, non ſex horas integras ſingulis annis, ſed quinque tantum cum quatuor circiter quintis vnius horæ partibus, præter trecentos & ſexaginta quinque dies, quibus ordinarius annus expletur, Solis curſus contineat. Ratio quidem huius correctionis ſolido fundamento nititur & eſt neceſſaria miramurque, cur Græcæ Eccleſiæ homines & noſtri Ruſſi huic ſanctioni contradicant. C Sed Græcos miſſos faciamus, qui mordicus ſua placita iamdudum retinere ac tueri didicerunt. De Germanis plerisque miror magis, quòd huic rei refragentur: cum ante promulgationem Calendarii iſtius vbique per Germaniam viri literati expeterent correctionem hanc, vt teſtantur complures ab eis ea de re libelli editi. Imo patrum noſtrorum memoria vir quidam Germanus in *Ptolomai* doctrina excellentiſſimus, *Ioannes Regiomontanus*, hac de cauſa Romam fuit euocatus, vt Pontifici ea in re nauaret ſuam operam; vbi ab inuidis æmulis veneno fertur ſublatus fuiſſe. D Sed ego coniicio, Germaniam non tam ob renouationem Calendarii angi, quam quod rem tanti momenti arbitrio vnius, vt ipſi aiunt, ſuſcipere debeant. Nam veterum conciliorum canonibus cautum fuiſſe demonſtrant, nihil tale tentandum, nec annum reformandum, absque concilii legitimi cognitione.

Eodem tempore ordo militiæ pedeſtris, exemplo legionum Romanarum, in Polonia inſtitutus fuit. Nam veteres Poloni, quia campeſtria incolebant, equis potiſſimû gaudebant. Porro munia pedeſtrium apud eos extraneus miles, non ſine magnis ipſorum ſumptibus, obibat. Vt igitur hoc incommodum vitari poſſet, miſſi fuerunt ad regias poſſeſſiones, qui ex robuſtiſſimis vice- A ſimum quemque in militiam legerent, & qui ita in militiam veniſſent, ab oneribus ruſticis ipſi & poſteri eorum immunes redderentur. Cautionem tamen hac in re à prudentibus audio deſiderari, ne hoc aliquando fraudi Reipublicæ eſſe poſſit.

Comitia Varſauiæ 1582.

1582. Vbi proxime præterita deſierant comitia Varſauiæ, inde hoc anno initium ſumſerunt: hoc eſt à conſultatione de ratione eligendi Regis & de compoſitione inter ſtatus. Addita etiam erat deliberatio de correctione vel modificatione tribunalitiorum iudiciorum & de Liuonia ordi- B nanda. Sed quia tum ſuſpicionum ſpineta inter ſtatus ſupra modum creuerant, non videbatur commodum inter illa aſpera carecta ſemina rerum bonarum iacere, & rem tanti momenti dubiis mentibus obiicere. Inuecta eſt demum de euocationibus ad forum incompetens altercatio, quæ tam multum temporis abſumſit, vt quæ prius erant propoſita, ad alia comitia differre neceſſe fuerit.

Comitia Varſauiæ 1585.

Verum is etiam qui in initio anni 1585. Varſauiæ celebratus fuit conuentus, eundem exitum ferme habuit.

C 1586. Biennio fere exacto, iam tempus ſequentium comitiorum appetebat & iam literæ, quibus indicebantur proxima comitia, per omnes partes regni perferebantur, probuleumataque prouincialium comitiorum in palatinatibus iam magna ex parte habebantur & nuncii terrarum deligebantur, cum ſubito de ægritudine ſimul & morte Regis veriſſima fama ſpargitur. Vsque adeo inopinanter accelerauit finis vitæ eius.

Mors Stephani Regis.

Cauſa mortis referebatur in exſiccationem domiciliorum cerebri, ob cogitationes vehementes & ſollicitudines de proximis comitiis, quibus ſarcire ſatagebat incommoda D ſuperiorum comitiorum; in quibus parum aut fere nihil effectum fuerat. Contra alii, exſiccationem domiciliorum cerebri lentum morbum eſſe oſtendebant; ſubitam autem mortem eius indicium eſſe acuto morbo correptum eum fuiſſe. Sed quæcunque tandem fuerit eius mortis cauſa, certe non modicas turbas & pericula Reipublicæ hæc mors ſecum affert atque denuntiat. Sed vt de tanti Regis morte aliquid ſingularius memoriæ prodamus, cum magis ac magis in horas inualeſceret morbus & permodica ſpes de eius vita ſeſe oſtenderet, interrogatus à circumſtantibus, quo pacto ſe haberet, reſpondiſſe fertur: Licere ſibi nunc vti verbis illis

diui

A. C. 1586. diui Tertulliani: *Quinquaginta quatuor annos peregi: ſcio quales dies fuerint; quales vero futuri ſint in poſterum, ignoro.* Admonitus tum ab hominibus religioſis, vt myſteriis ſacris de more procurari ſe pateretur, primo ne impediretur admonuit; deinde ad craſtinam diem negotium diſtulit. Interim ob morbi vim proſtratis iam viribus & hora mortis inſtante, verbis illis ex Dominico in cruce Eptalogio, ipſum Dominum imitatus, animam ſuam Deo reddidit: *In manus tuas, Domine, commendo ſpiritum meum:* die 12. menſis Decemb. occidente iam Sole. Fuit vir tam in pace, quam in bello excelſo & forti animo; iudicii magni, præſertim vbi ab affectibus liber erat; in victu & amictu parcus, ab omni iactantia & oſtentatione alienus; eruditione inſigniter tinctus; ſermonis latini valde ſtudioſus & prorſus Terentianus. Quod attinet conſtitutionem corporis, fuit quadratæ ſtaturæ ad proceritatem aſſurgentis; facie dignitatis plena; capillo nigro; ore venuſte reſtricto; colore fuſco ſimul & rubente; dente adeo albus, vt parem non viderim; quæ res eum meo iudicio valde amabilem reddebat; naſo ſubſimo, atque, vt breuiter dicam, *Attilæ* primo Duci Hungarorum ſimillimus, vt ex *Procopii* hiſtorici deſcriptione liquet. Natus eſt anno Domini 1533. ſexto Calend. Octobris. Vixit ad annum ætatis ſuæ quinquageſimum quartum: regnauit annos decem, menſes ſeptem, dies duodecim. A. C. 1586. Cum autem tres pœnæ epidemicæ a Theologis numerentur: fames, peſtis, bellum: & his deterior quarta addatur, turbatio ordinis in Republ. (nam ordine publico integro permanente, ſæpe illis tribus occurritur: at ſoluto in Republ. glutino *Caue ſibi* ordinis, primo bellum, deinde fames, ad *Polonia.* extremum & peſtis in immenſum graſſari ſolet) horum malorum nullum, regnante hoc Rege, Rempubl. Polonam, Dei beneficio, attriuit. Niſi quod in publico ordine & iudiciis comitialibus iampridem quædam deſiderabantur. Cui incommodo ipſe haud dubie proſpexiſſet, ſi ei vſuram vitæ huius ſupremus Rex regum & Dominus dominantium longiorem conceſſiſſet. Sed iam ad finem vitæ eius narratione perducta, finem quoque hic hiſtoriæ noſtræ faciemus.

ANNALES.

ANNALES STANISLAI ORICHOVI, OKSZI.

ADIVNXIMVS

VITAM

PETRI KMITAE.

JUXTA EXEMPLAR EXCUSUM

DOBROMILI

IN

OFFICINA IOANNIS SZELIGAE

ANNO DOMINI MDCXL

Aaaaa DEDE.

DEDICATIO PRIORIS EDITORIS
SIGISMVNDO
GRVDZINSKI,
SVPERILLVSTRI PALATINO
RAVENSI.

MVtari homines, mores eoſdem manere, experientia docet, antiquitas probat, hi Annales, quos tibi ſacramus, non obſcure notant. Nec a longe hic circulus ducendus. Nondum aureus ſol centenarium curſum peregit, cum tu videbis eadem, quæ nuper omnes vidimus: quæ cur id ita ſe habeat? dicerem ANAKYLISIN, quam multi obſeruarunt, Polybius optime expreſſit, ſed non ſatis hoc tam breui tempore omnia conſtant: potius genium & ingenium huius Reipublicæ noſco & agnoſco, quæ nulla re a fine ſuo impediri poteſt, & quæ ſimilis, diluit, diruitque obſtacula, quæ impediunt naturæ illius vim, tam lente, vt vix animaduertas; ſed tam fortiter, vt obſiſti non poſſit. Nec ignoro nullibi plura quam apud nos, bona & mala venena naſci. Non defuere aliqui, omnibus ſeculis, quibus CONSVS in corde & ore: ſed nec deerant, nec deſunt plures, qui malis conſultis animos dilacerarent, vt corpora verberibus, quod diuinus *Plato* dixit. Vidit hoc ante me *Dlugoſſus*, qui in ipſo veſtibulo hiſtoriæ ſuæ, dum ſe DIVO SBIGNEO, viuus mortalis, mortuo immortali inſinuat, nullam in orbe gentem inuidiæ obnoxiam magis queritur, idque cœlo & aſtris adſcribit. Bene vidit, ſed, pace magni viri dictum eſto, male iudicauit. Inuidia & adulatio vermes ſunt fimo infimo nati, nil illis cum cœlo & Polo. Opes ingentes in manibus horum, quibus adulari ſolet, faciunt, vt his qui dant adulatores: illis qui accipiunt inuidi, non deſint. Prætulit mihi facem *Miechouienſis*, vt hoc videam, ſentiam, dicam. Officiales nunquam permutari, inquit ille, communi bono poſtpoſito, priuatis commodis inhiant. Vbi priuatæ ſpes, & vnius in manu publicæ res, qui fieri poſſit, vt aſſentatio ſummo, inuidia æquali, vtræque Reipublicæ, non noceant? Nec latuit hoc Antiquitatem. Nam *Dlugoſſus* circa annum trigeſimum quintum ſupra milleſimum quadringenteſimum, & ſuffragiorum nobilitatis ad Magiſtratus, & ſucceſſionis in magiſtratibus meminit; quod, vti alia bona, eadem peſtis peſſumdedit. Sperare, vti licitum eſt, ita nil impedit, fore tempus, quo hæc melius habeant. Nunc ad te, & de te paucula. Quidni? iuſtam ad cauſam tria verba ſatis ſunt Ad te de *Oricbouio*. Negari non poteſt, & multos & præſtantes hiſtoricos habere gentem noſtram: tamen & id concedi mihi debet, eos, qui loco inferiore nati, & anguſtius educati, licet doctiſſimi fuerint, ea non habere in ſcriptis, quanquam nec dicere in Concilio, nec in Republica operari, quæ Illuſtres ſimul & docti. nunc de hiſtoricis. In hac claſſe ſunt, *Bernardus Vapovius*, *Herbultus* Caſtellanus Sanocenſis, & *Stanislaus hic Oricbouius*. qui cum ſpem honorum nullam habet, rapidius fertur, & plura, vt ſic dicam, ſaxa evolvit, non tam ſibi, quam lectori commodus. Plane exiguus illius hortulus POLITICON copioſius fert, quam aliorum ingentia prata & arua. Nam Quibus videtur non debere nos eſſe priſcæ virtutis, ô ſol quod tu genus hominum nunc adſpicis! Saltem videant patrum ſuorum mores; eorum ſi ſe filios eſſe nolunt, vt cedunt virtute, cedant patrimoniis, deſertores virtutis paternæ. De te quid? Familia natus ampliſſima ita te comparaſti, vt animum virtute, vultum modeſtia, vitam honeſtate ornares. Sic privatus optimi ciuis, Senatoris vero integerrimi publice nomen adeptus es. Crede mihi, cum hanc præclaram & à multis deſideratam hiſtoriam in lucem darem, percurriſſe me animo; quis libro honori, & cui liber ornamento eſſe poſſet. Nemini detractum volo, tibi tamen hoc monumentum, ære perennius, dicandum venit. In te omnia ſolida, & ſupra dubitationem, vident hi, qui recte vident. Quidni enim tu libro honori! Acceſſiſti ad Rempublicam vt vir optimus, duraſti vt Senator integerrimus, tuliſti quæ maximi, expectas, quæ ſummi. Quidni tibi liber ornamento! *Oricbouius* eam habet nominis claritatem, vt in vni-

verſo

erſo orbe ipſius ſcripta deſiderentur & complectantur, in hoc vero opere ſeipſo maior eſt, nec illi aliud quam longior hiſtoria deeſt. Alia ipſius opera ſummis Pontificibus, Imperatoribus, Regibus dicta ſunt; hoc præclariſſimum & legibus moribusque noſtris perneceſſarium tibi optimo & amantiſſimo Reipublicæ Senatori dicatum eſto. Sed nos de maximis tuis virtutibus olim clarius & amplius, nunc te Patriæ ſaluum, nobis tecum Patriam ſalvam optamus. Vale.

Tuus nexu & uſu.
D. D.

DEDICATIO AVCTORIS.

SIGISMVNDO AVGVSTO
DEI GRATIA
POLONIARVM, LITHVANIÆ, RVSSIÆ,
PRVSSIÆ, POMERANIÆ, MASOVIÆ, LIVONIÆ, SAMOGITIÆ, VOLHINIÆ, KIOVIÆ, PODOLIÆ, MAXIMO REGI.

NIhil minus conuenire videbatur, quam me in hac mea priuata, ruſticaque vita, ea ad M. V. ſcribere, quæ nobis diuinitus offeruntur, quæque in Polonia ſub M. V. iuſtiſſimo atque Clementiſſimo REGE, diuinitus aguntur. Nam ſi DEVS diſpenſator eſt temporum, vti certe eſt, quis non reprehenderit, conſilii mei cauſam, rationemque ignorans, me opera Dei diiudicare, & ea ſub grauiſſimo M. V. nomine poſteritati velle tradere? Itaque diu multumque cogitabam, primum, num hæc ſcripta mittenda M. V. forent, ne curioſum me rerum ſuarum inquiſitorem eſſe exiſtimaret. Deinde vero metuebam Deum ipſum cum viderem me illius prouidentiæ parem orationem non afferre. Sed cum M. V. vt illa ederem, imperaret; Diuini verò numinis clementia, vt generi humano bene conſultum ſit certo conſtaret, omni cogitatione & metu levatus fui. Statui ergo nos duas res in hac mortalitate noſtra præſtare oportere. Vnam, vt omnis vita noſtra, ad ſummum illum omnium bonorum finem Deum pertineat: Alteram vero, vt qui qualesue fuerimus, generatio etiam altera cognoſcat, & acceſſi ad res noviſſimorum dierum conſcribendas, in quibus notandis ac tradendis, & ad M. V. gratiam me perventurum, & à Deo Opt. Max. culpæ indulgentiam, pro mea voluntate impetraturum confido, cum hos noviſſimos dies. ad hanc ſolam regulam exigam, vt ex ipſorum curſu intelligam, quam longe abſimus à Deo, & quo exemplo erimus futuris temporibus. Hæc cauſa, hæc ratio, etiam eſt horum ſcriptorum meorum. Non enim hæc ſcripſi, vt vel M. V. vel cuiuis alteri me vendicare aut innoteſcere vellem. Sed quoniam tubam illam Evangelii Diuum Paulum, tantà autoritate canentem audieram, nouiſſimos eſſe hos dies, inſtareque tempora periculoſa, ſcire volebam, quantum hoc illius ſanctiſſimi viri præconium ad nos quoque Polonos attineat. Atque huius mei inſtituti, ampliſſimum cepi fructum. Nam non ita in ſpeculo apparent rerum formæ, quam in rebus præſentibus Polonicis cum Paulo promiſſa tempora apparere mihi ſunt viſa, quæ mihi fidem fecerunt veriſſimè prædixiſſe Paulum, Dies autem, id eſt, Nos malos eſſe, quibus ira pro meritis imminet diuina, quæ omnium ſucceſſum à noſtris conſiliis excludit, quæ effundit contentionem ſuper nos, & quæ aperte clamitat, inter nos verſari Anathema illud, quod occulte peſtem atque perniciem Poloniæ Regno molitur. Sapientiſſimi illi ac ſanctiſſimi veteres, quoties publica illis non ſuccedebant conſilia, toties dicere ſolebant triſtes: Non eſt in medio noſtri Deus, nec alter Moſes, Joſue, Dauid, quique cum poteſtate antiquitus erant, qui iram leniebant diuinam. Ex rerum noſtrarum incerto curſu, ad horum ſanctiſſimorum virorum exemplum inferat M. V. oculos, in res Polonicas præſentes; dicet profectò in medio noſtri Deum non eſſe. An ego Deum inter nos eſſe dicam, cum videam, nullo certo exitu conſilia publica terminari: cum tot quæſtiones Comitiorum ſine fine, quot annos numerem; cum illam parendi atque imperandi proportionem diſſolvi quottidie magis ac magis ſentiam. Profecto, Sereniſſime Rex, hæc rerum noſtrarum horribilis forma perterruiſſet ſanctiſſimos illos veteres, vt in cinere & cilicio pœnitentiam agerent, & rebus obviam irent, ac ſe ſuosque ante interitum corrigerent. Velim autem M. V. mihi ignoſcat, ſi de

 com-

communibus malis, communi more ad M. V. ſcribam, quod non facerem, niſi me ad id impelleret, conſcientia, vt ad M. V. ſcribam, in cuius manibus tot gentium, atque nationum vitam atque mortem Deus apud nos collocauit. Mitto autem hos Annales meos ad M. V. quemadmodum M. V. iuſſit, quos ego adhuc cum nemine communicaueram. Nam ipſe mihi hæc commentabar, vt haberem propoſitam ceu Tabellam, domi, in qua voluntatem Dei erga nos aſſiduè depictam viderem. Dignos vero puto, qui à M. V. legantur, non propter Orationem, quæ nimium rudis ac barbara eſt, ſed propter res ipſas diuina prouidentia ad nos permiſſas, quæ ſi ponderibus ſuis examinentur digna videbuntur eſſe, quæ veterum Oratorum ac hiſtoricorum ſtylo celebrentur. Reliqui Annales ſunt duo apud me domi, quos ad conuentum Lublinenſem ac inde ad profectionem M. V. in Lithuaniam deduco. Hos retinui, quod turba moleſtus eſſe M. V. nolui. Illos quoque mittam, cum id velle M. V. intellexero. Benè ac fèliciter valeat S. ac Sereniſſ. M. V. REGIA, cui me, ſtudiaque mea, ac res meas tenues ſupplex commendo; Datæ ex Zurovicze meo Paterno rure municipii Præmislienſis. Vigeſima quartâ, Menſis Septembtis, Anno Filii Domini noſtri 1554.

S. ac Sereniſſimæ M. V.

Fidelis Subditus

STANISLAVS ORZECHOWSKY. OKSZYC.

PRÆFATIO AVTORIS.

ANnalium ratio hæc eſt, ne res geſtæ memoria dignæ ex hominum vita abeant neglectæ, vtque actarum rerum præſcriptio acuat poſteros, ad idem vel fugiendum, vel expetendum, vt futurorum ſpem augeat, præteritorum confirmatio. Ac fuerunt in Polonia multi, qui ab incunabulis noſtræ gentis Polonicæ, maiorum res poſteris tradiderunt, & eas usque ad Sigismundi tempora deduxerunt, ex quibus magna exemplorum copia ad vitam degendam, in vtramque partem ſumi poteſt. Qui cum opere defuncti, vel hac curâ leuati quieſcant, ſuccedendum mihi putaui, ac derelicto ab illis operi ſuccurrendum, quamuis non eodem ingenio, quo fuerunt illi, fide tamen ſimili & voluntate, ne res in Polonia eorum ſtudio conſecutæ ac memoratu dignæ maneant in ſilentio, ac obliuione ceu nocte jaceant, ſepultæ. Itaque ab eo quo deſierant illi, res Polonorum geſtas literis ſeruabimus, & eas non ſolum poſteritatis memoriæ ſed etiam ſcribentium induſtriæ trademus, vt habeant à nobis, quod adhibito maiore orationis ſono, exædificent, ac locis, temporibus, conſiliis, actis atque euentis diſtinguant ac expolliant: quod nos præſtare voluimus, ſed neſcio an potuimus, contenti certe materiem rerum memorabilium in unum conferre ac comportare; Vnde ii, qui harum rerum deinde volent ædificium conſtruant hiſtoriæ. His itaque commentariis ſtatui omnium rerum, quæ SIGISMVNDO. Auguſto Rege in Polonia acciderunt, breuiter ac fideliter, vti religioſum teſtem decet, memoriam cumplecti. Quod etiam veteres Romanos factitaſſe legimus apud M. Ciceronem 1 Pontifices maximos res omnes ſingulorum annorum mandaſſe literis, contuliſſeque in album ac propoſuiſſe tabulam domi, vt poteſtas eſſet populo cognoſcendi, quid quoque anno actum Romæ geſtumque fuerat. Hunc ego morem ſequar, vt proponam meis ciuibus res nudas ordine, quas vel ipſe vidi, vel cum fierent probè audiui. In quibus proponendis illa prima & ſumma lex mihi erit, vt ne quid falſi ſcribam, deinde ne quid veri prætermittam, nec gratiæ aut ſimultati aliquid dem. QVOD cum ſim præfatus, Annus nos excepit Chriſti Dei noſtri 1548. quo Sigismundus Rex Cracoviæ mortuus eſt ipſo ſacro Paſchæ die, Anno regni vno & quadrageſimo, Ætatis verò ſecundo & octuageſimo. Ac de hoc quidem Rege ſcripſerunt multi non tantum hiſtorico, ſed Retorico etiam more. Erat enim vir ille abundans exemplis ac omni laude Rex illuſtris. ſed qui, genus quodnam eſſent Poloni, quibus Rex ille præfuit, pro eo ac res poſcebat explanarent, haud ſcio an fuerint vlli; cum tamen par eſſet, eos qui de *SIGISMVNDO* Rege ſcripſerunt, de regno quoque illius, cuiusnam gentis eſſet, ſcribere, neque pati homines errare, qui, dum de origine Polonorum ambigunt, obſcuram eſſe gentem Polonos putant, quorum vt tollatur error, operæ pretium videor facturus, ſi Annalium meorum initio docuero, quod genus hominum, aut quibus ab oris venerunt Poloni, atque in his regionibus conſederunt, in quibus nunc Regnum poſſident, diues & armis potens.

STA-

STANISLAI ORICHOVI
OKSZI
RERVM POLONICARVM
AB EXCESSV
D. SIGISMVNDI I.
ANNALIS PRIMVS.

De origine Polonorum ex Slavis

POlonos multi ex *Scythis*, non oulli ex *Germanis*, plerique autem ex *Slavis* ortos credunt: at *Scythas* Pnlnnos nnn eſſe, neque *Germanos*, refellit Polonnrum Patria inſitaque vnx, in qua nulla prorſus apparent *Scythici* atque *Germanici* Sermonis veſtigia. Nihil enim gentibus eſt tam intimum, tamque proprium, quam linguæ vis, atque commercium, quæ tametſi multis modis inſici poteſt, evelli tamen funditus e nobis nnn poteſt, quin ſemper ſtirpem atque nriginem ſuam redoleat. *Italos*, *Gallos*, *Hiſpanos*, diuerſas gentes eſſe ſcimus non finibus tantum, ſed etiam moribus, omnique cultu inter ſe differeotes; quorum tamen os & verba latioo ſnnte nriri, ac in varios ceu riuos deduci palam ſentimus; vnde de primogenia illorum origine exiſtimari poteſt. Ad quem modum cum in Lingua Polona neque *Scythici*, oeque *Germanici* generis veſtigium vllum inſit, Polnnos oeque *Scythas* neque *Germanos* eſſe prn certo proponemus. *Slaui* igitur Poloni ſuot, quo nomine ab amplitudine laudis omnes eæ gentes ſunt dictæ, quæ intra *Illyricum*, *Macedoniam*, *Dalmatiam* que incolunt. Et quoniam hi populi præter ceteros habiti ſunt bellicoſi, vtpote qui *Philippo Alexandro*que Ducibus nrbem Terrarum ſub iugum miſerant, ideo *Slauos*, hoc eſt, fama celebres & gloria plenos, ipſi ſeſe voce patria appellitarant; *Slaua* enim idem *Illyriis* eſt, quod gloria Latinis, atque huic nomini ad hæc vsque tempora genus illud *Slauorum* magnificum atque bellicoſum reſpondet. Non alin enim milite *Solimannus* Turcarum Rex nrbem nonc domat, quam *Slauonico*, qui illi ex *Macedonia* & *Dalmatia* cæteroque *Illyrico* comparatur. Ab iis ergo *Slauis* orti ſunt Poloni, id quod eadem Lingua declarat, quam nunc indicem ſequimur, quæ *Bohemis*, *Polonis* atque *Rutenis*, variatis licet modis, cum *Slauis*, hoc eſt cum *Macedonibus*, *Dalmatis*, vt cum eiusdem generis reliquis *Illyriis* eſt communis. Quæ docet omnes has gentes ex *Slauis* ortas eſſe. Has cum patriæ ſedes noo caperent, vel propter inopiam ſoli, vel propter motum belli, qui mortuo *Alexandro* ingeos in *Slauis* fuit, ex *Slauonica* gente ceu ex vna familia proſeminatæ ſunt, quæ omnes ad ſeptemtrionem profectæ domo, pars in ea loca veneruot, quæ ad *Tanaim* ac mare glaciale ſpectant, vbi nuoc *Moſchovia* eſt; pars ad mare *Baltheum* montemque *Carpatum* *Iſtulam*que flumen, Duce *Lecho* conſedit; quæ quondam *Lechia* vulgari mnre, nunc vero *Polonia* dicta, non à *Pole*, hoc eſt planitie, quemadmodum quidam nugantur, ſed ab eo, quod, quoniam durius

Argumento a lingua ducto

ſuerat prolatu, pro *Polachia*, *Polonia* commodiore nomine eſt appellata. Denique Slavorum pars *Lechum Lechi* ſratrem ſecuta ducem, *Morauiam* atque omnem *Bohemiam* poſſedit. Eodem caſu *Ruteni*, quos *Roxolanos* rerum Scriptores appellant, à *Slavis* profecti, ampliſſimas in Sarmatia Europæa regiones tenuerunt.

item a Priuilegio Alexandri M.

Atqui non ſolum index lingua ortum nobis prodit noſtrum, verum etiam *Alexandri* Macedonis Priuilegium Annalibus Boemorum vetuſtis poſteritati traditum, quo ſanè Priuilegio attribuuntur ab *Alexandro* fidei ac victoriæ ergo maioribus noſtris omnes hæ regiones quas nunc cum *Boemis* partitis prouinciis obtinemus. Et quoniam ex iis, quæ demonſtrauimus, conſtat, maiores ex Slauis *Cecho* & *Lecho Roxolanoque* Ducibus in hos oras veniſſe: fateamur *Cechum* atque *Lechum Roxolanumque Alexandro* Rege fortes ac præclaros Duces in re militari fuiſſe, atque has nationes in Sarmatia Europæa reliquiſſe, quibus *Macedonia* atque *Dalmatia* certiſſima veriſſimaque patria eſt. Qui Duces quod egregia virtute erant cogniti poſteris, non tantum regionem, ſed etiam nomen *Sarmatarum* dederunt, vt non ſolum *Poloni* ac *Roxolani* à *Lecho Roxolano*que, ſed etiam *Sarmatæ* à deuicta ab illis *Scytica* gente appellarentur. Pari ratione *Cechi* regiones ſubactas, tam Imperio, quam nomine poſſiderunt. Quamobrem imperium *Sigismundi* atque illius regnum (nam de hoc agimus) ampliſſimum latiſſimumque fuit, tanta ſane magnitudine, vt nullius regnum Chriſtianorum cum hoc finibus conferri queat, quod *Boryſtene* amne atque *Hypane* atque *Tyra* fluminibus, monteque *Carpato* ac *Odera* flumine terminatur, vt *Boryſtenes* ad ſeptentrionem, *Tyras* & *Hypanis* ad orientem, mons *Carpatus* ad meridiem, *Odera* verò ad Solis occaſum Regni Poloniæ ſint fines; quod conſtat ex *Polonis*, *Lituanis*, *Ruthenis* ac *Prutenis*. Ad hunc ergo modum *Slauonicam* gentem in ſeptentrione propagatam eſſe propalam eſt; Polonam verò non ſolum ex *Slauis* ortam, ſed etiam *Slauorum* præſtantiſſimam ac florem totius *Slauonia* eſſe, in qua vis *Macedonum* ac virtus *Dalmatarum* palam cernitur. Quod quam vere ſcribam res geſtæ huius inuicti Populi declarant. Hæc igitur ſunt cunabula gentis Polonicæ, vt Poloni ad *Slauonicum* hoc eſt ad *Macedonicum* atque *Dalmaticum* glorioſum referantur genus.

Origo Slauorum a Græcis

Sed hoc non eſt ſatis, neque enim Poloni ortus ſui autores ſupremos ponunt *Slauos*, eſſe, habent enim & illi ſuperius ad quod pertineant genus, ac parentes ipſi agnoſcunt ſuos, ad quos eadem lingua, quæ nobis indicio nunc eſt, Slauos quoque deducit.

Argumentum a lingua.

Nam cum vel in Ipſius Chriſti Dei noſtri titulo, quem is præ ſe tulit in cruce, trium Linguarum genus proponatur, *Hebraicum*, *Græcum* & *Latinum*, quod hæ linguæ tres in ſumma omnes linguas contineant, quibus Chriſtus Rex omnium gentium mirifice renunciatur, rectè A quæri videtur, *Slauorum* Lingua cuinam ex his tribus linguis ſubiungatur. Vt hac via verum ac ſupremum genus reperiant *Poloni*, omnes adſentientur, qui græce norunt, *Slauos*, inprimis autem *Polonos* appello, verba græca verbis Polonis comparata proferre, ſed non fracta nec mutila ac diminuta, neque hiantia quaſi dextra ſono, atque more currentia. His profecto obſcuris licet, certis tamen veſtigiis, *Græcam* linguam in *Polona* deprehendes, vt inde facilis fiat exiſtimatio *Polonos* eſſe natione *Slauos*, gente verò *Græcos*.

Ab ingenio

Jam ingenium, mores atque omnem vitæ cultum in *Polonis*, quo cum facilius compares, quam cum *Græcis*? Idem enim eſt naturale vtriusB que ſtirpis bonum, eadem ſolertia, idem acumen, par humanitas ac conſimilis interdum cum leuitate morum coniuncta facilitas, tum vero comeſſationes, atque ille mos certandi poculis ac bona inter potandum precandi in *Græcia* natus, atque inde in *Poloniam* a *Slauis* eſt importatus. Quæ res aperte docent, *Græciam Slauis* & *Polonis* ab illis profectis, Patriam eſſe, non *Scythiam*, neque Germaniam, vt falſo quidam exiſtimarunt. Nam *Scythæ* ad *Arabes* pertinent, qui originem ſuam ad *Iſmaëlem* referunt autorem. Germani quoque, in quorum lingua, leuiter licet, vt in corrupto ſolet, ſermo tamen recinit latinus, vt linguam ita genus cum Polonis non habent commune. *Scythas* ergò ad *Hebræos*, *Germanos* verò relegemus ad *Latinos*, ipſi noſtra C damus *græcis*, quorum vt ferimus vitia, ita virtutes quoque imitemur, vt *Græcorum* artibus eruditi, virtutibus vitia compenſemus, & ad prudentiam rerum fortitudinisque laudem, quibus præſtat genus noſtrum temperantiam, grauitatem, conſiliumque addamus, vt ex *Athenis* doctrinam atque eloquentiam, ex *Sparta* vero grauitatem & conſtantiam deportaſſe in Poloniam videamur. Atque hunc in modum Parentes ſuos reperit Polonia; in qua cum longo tempore SIGISMVNDVS regnaſſet, regnum decedens tradidit SIGISMVNDO AVGVSTO filio, qui tum agebat annum octauum & vigeſimum.

Sigismundus Auguſtus Rex.

Qui tametſi puer Rex deſignatus eſſet, nullam tamen partem Regni vivo patre attigit; quo mortuo Regnum accepit, quod illi vt patrium ita auitum fuit. Et quoniam res maximè memorabiles, quæ hoc Rege mox quam Regnum iniret, in Polonia acciderunt, ſcripturus ſum, admonet me res ipſa, vt pauca de ſumma illius vitæ decerpam, & ea præſertim, quæ hiſce D Annalibus adferent intelligentiæ lumen.

Ortus eius & educatio.

SIGISMVNDVS Auguſtus, natus fuit *Bona Sphortia*, Bari Duce, *Sigismundo* Patri, Calend. Auguſti, Anno Chriſti DEI noſtri, milleſimo quingenteſimo vigeſimo, a quo etiam menſe parentum omine nomen traxit. Erat hic diligentia matris à puero

doctus

1548. doctus, & doctrina puerili eruditus, habuitque exquiſitum ex Sicilia *Andream* Magiſtrum, qui iis artibus illum erudiuit, quas illa capit ætas, ſed impeditnm tempus illud ingenii formandi *Auguſto* fuit.

Matri diutius adhæret.

Mater enim hunc puerum habuit indulgenter, nec facile patiebatur illum a ſuo latere, etiam cum eſſet grandior, diſcedere. Qua ex re ille habebat non paruam vulgo inuidiam, quod cum magnam ſpem regni in illo homines collocaſſent, ac iam tum primo Dnx *Lituaniæ*, deinde Rex *Poloniæ* deſignatus eſſet, diutius tamen mulierum contuberniis adhæreſceret. Qua de re & in Comitiis per Senatures, & in expeditione contra *Dacos* apud *Leopolim* per equites Polonos cum *Sigiſmundo* Patre expoſtulatum fuit, perfici tamen non potuit, nt is de cnra matris, ante decem & ſeptem annos exiret. Tum enim demum ſegregatus à matre, vixit in cura hominis prudenris & nobilis *Petri Opalenski* Gneſnenſis Caſtellani. Quo magiſtro ille vſus in cognoſcenda R. P. ac in perſpiciendis hominum moribus, ſummam ſpem de ſe & Patri & Regno dabat. Et cum ætate ſpeque procederet, Lituaniæ Senatores agente & procurante *Nicolao Radziuilio*, ſummo

Lituaniam accipit.

ſtudio contenderunt, qno illi pater *Lituaniam* traderet, ſumma rei penes ſe relicta. Igitur SIGISMVNDVS Auguſtus Litua-

Matrimonium cum Eliſabeta,

nia à Patre accepta & *Eliſabeta* filia *Ferdinandi* Romani Regis vxore ducta, caſte integreque vixit, ac cum magna iuſtitiæ laude *Lituaniam* adminiſtrauit. Sed vt ſunt res hominum fluxæ & caducæ *Eliſabeta Vilnæ* moritur, ſummo cum dolure ac moerore omnium. Nullius enim Regis in Polonia matrimonium fuit, neque genere ipſo glorioſius, neque pecunia copioſius, neque benevolentia hominum iucundius, quam hoc erat cum *Eliſabeta* SIGISMVNDI *Auguſti* Regis. Virgo ipſa vultu venuſtiſſima, moribus honeſtiſſima, *Carolo* autem Cæſare Patruo & *Ferdinando* Rege Patre glorioſiſſima fuit. Et cum ſumma gratia illa eſſet apud omnes, apud Socrum tamen, quod illæ natura oderunt nurus, minime, vti ferebatur,

Obitus Eliſabetha.

gratioſa fuit. Itaque *Eilſabeta Vilnæ*, cum Rex apud Patrem *Craconiæ* eſſet, mortua eſt, & a Rege *Vilnam* abeunte ampliſſimo cum funere elata, regaliter eſt ſepulta.

Regis amores clandeſtini.

Verum enim vero Rex matrimonio ſolutus ac liber, vt ſunt adoleſcentium multi variique caſus, vitare non potuit, quin in illa vitia, quæ fert adoleſcentia, præceps rueret. Cum enim Pater in *Polonia* abeſſet, & illi in *Lituania* liberius vivendi fuiſſet poteſtas, facile in ſummo loco & otio adoleſcentia perſuaſit, vt amori indulgeret, qui tum illi primus offerebatur *Vilnæ*. Erat in *Lituania* ſummo loco mulier in *Radziuiliorum* antiquiſſima familia ex *Gregorio* Caſtell. Vilnenſ. nata, *Babara* nomine, forma atque vultu adeo venuſta, vt ex inuidia 1548. formæ pudicitiæ fama laboraret. Hæc cum A *Staniſlao Gaſtoldo* Trocenſi Palatino prima nupta fuit, quo breui tempore mortuo, manſit aliquandiu florens & illuſtris vidua. In qua cum ſumma eſſent omnia, & genus, & ætas, & forma & fortuna, tum morum comitas atque facilitas, multos procos habebat, cupientes ſui, quos illa dedignata maritos, non facile reperiebat, cuinam nuptum a matre patri ſuperſtite dari vellet.

Rex interea iuuenis, & ipſe forma & ætate præcellens, cum *Barbaram Vilnæ* manere, ac omnium ſermonibus celebrari audiret, primo fama impulſus, deinde aſpectu commotus, amare hanc cœpit ac enixe cupere. Sed cum mulier pudica ſuſpicionibus famam ſuam lædi nollet, ceſſit amori Rex,

Matrimonium clandeſtinum cum Barbara Radziuilia,

victusque manus dedit, ac clam patre vxorem hanc duxit. Quod Regis factum celatum primo eſt, ac bene diſſimulatum, quoB ad Pater viveret, vt tenui ſuſpicione factum id homines colligerent, priusquam rem aperte noſcerent. Patre vero mortuo Rex *Barbaram* publice vxorem declarat, ac illam *Vilnæ* in regium thalamnm propalam introduxit, ſociamque thori facit. Quæ res illi vituperationi fuit, quod priuata libidine, non publica autoritate vxores à Regibus duci, vulgo homines non probabant. Erant tamen plerique æquiores Regi, qui *Samſonis*, *Dauidis* ac *Salomonis* exemplis factum excuſabant Regis, qnos mulieres perdomuiſſent, ac ſub iugum miſiſſent.

Sed hoc loco, quaſi in curſu inhibeo ſtylum, neque vlterius vitam huius Regis perſequar, C quod quidem mihi multorum ſcriptorum exemplo, quos autores habeo, licet facere, qui de viuis Principibus aut non ſcripſerunt, aut quam parciſſime de illis ſcripſerunt, ne vel turpiter adularentur, vel grauiter illis aduerſarentur, qui poteſtate & rerum ſucceſſu ſublati, ampliores etiam humano faſtigio à ſcriptoribus affectarent honores: qualis in *Caliſthene Alexander* Macedo fuit. Quare vtar ea moderatione, vt quæ bona, quæne mala in hoc Rege fuerint, aliis poſt me memoranda relinquam. Illud tamen non prætereundum videtur, vnde de omni illius vita exiſtimandi copia ſcripturi-

Binæ virtutes Regis & vitia totidem.

bus detur, me duas in hoc Rege virtutes vulgo laudari, & duo itidem vitia reD prehendi animaduertiſſe. Virtutes enim illæ duæ diuinæ & egregiæ in hoc Rege ferebantur eſſe: primò Patientia incredibilis, deinde Clementia ita facilis, vt & contumelias & iniurias obtrectatorum, ac ſi Rex non eſſet, pateretur ac ferret, & eos, qnos pro poteſtate vlciſci læſus poſſet, beneficiis afficeret. Sed illa etiam duo ex contrario opponebantur his virtutibus vitia, quorum

vnum

1548. nenſi Archiepiſc. *Samuel Macieiovius*, Epiſcopus orationem habuit, in qua & civilia & bellica *Sigismundi* Regis ſtudia ſummatim expoſuit, genus item, atque mores non ſine gravi ipſius Concionis motu. Qua in re illud tamen fuit moleſtum, quod Polonicè *Samuel* verba fecit, quaſi ea oratio ad ſolos Polonos, nec etiam ad alienos, qui aderant, pertineret, ſed *Samueli* ita tum fuerat viſum, ut Polonum Regem apud Polonos ſermone laudaret Polono. Non deerant tamen, qui funebres laudationes *Sigismundo* latine ſcriberent, ut *Martinus Cromerus* Beceñ. & *Stanislaus Orichovius Okszyus*, qui etiam Apologiam pro illius exequiis ſcripſerat.

Epulum ſolenne, ubi carnes in menſa regia die Mercurii tum primum appoſita.

REX, juſtis Patri ſolutis, die Mercurii, Legatis ac Regulis, cæterisque Principibus epulum largiſſimum præbuit, quo in epulo carnes tum primum in regia menſa illo die ſunt viſæ, quod ante in Polonia acciderat nunquam. Offenderat ea res multos, quod Poloni patrio more quarta feria (ut vocant) carnibus non veſcantur, quod ea die Chriſtum pro peccatis noſtris a Juda venditum fuiſſe Judæis recordantur. Quod factum excuſavit Rex convivarum Germanorum reſpectu, apud quos ut dies ita cibi eſſent pares, neque quicquam apud Germanos inter piſcem atque feram die Mercurii intereſſet. Quibus tamen ita morem gereret, ut iis etiam, qui religione ejus diei tenerentur, piſces apponeret, ut quisque ederet, unde vellet. Ad hunc modum obtrectatoribus epuli ſatisfaciebat Rex.

De collocandis ſororibus Regis diſceptatur.

Actum deinde eſt, de Regis ſororibus collocandis, quarum petebant alteram Dux *Pruſſiæ*, alteram vero *Brandeburgenſis* Marchio. Qua de re in Senatu non idem omnes cenſebant. Quidam enim recte illas dari, quod & proci eſſent clariſſimi viri, & affinitas illorum futura eſſet decori regno. Cui Sententiæ ab Epiſcopis vehementer fuit reclamatum, quod non recte dari filias Regias deſertoribus Romanæ fidei contendebant; quare redirent in fidem Romanam illi prius, deinde virgines, ſi illis videretur, in matrimonium peterent. Hæc Sententia vicit, quod eo accedebant pacta quædam atque conventa *Sigismundi* Regis, in quibus hoc quoque erat præſcriptum, ne *Sigismundus* Pater, neve filius virgines regias nuptum alicui daret, inconſulto *Carolo* Cæſare. 1548.

Diſceſſus Legatorum & Principum.

Abſoluto funere, Legati & cæteri Principes, a Rege liberaliter dimiſſi *Cracovia* diſceſſerunt, nec multo poſt, *Albertus* Pruſſiæ Dux uxorem duxit *Brunſuicenſ.* Ducis filiam, quæ cum ex *Saxonia* in *Pruſſiam* ad illum ornatiſſime comitata duceretur, excepta fuit honorifice *Poſnania* ab *Andrea Gorkono* comite, Poſnanienſi Caſtellano, ac majoris Poloniæ Præfecto, triduumque magnifice ab illo habita, ad virum eſt profecta.

Bona Vidua Regia Maſoviam dotis loco ſibi conceſſam occupat.

Bona etiam Regina mox a funere viri *Cracovia* diſcedens *Varſaviam* cum filiabus in *Maſoviam* properavit, ut eam provinciam, quam dotalem illi vir fecerat, primo quoque tempore in ditionem ſuam acciperet. Cum enim ægre ferrent Poloni, tantam Provinciam dotalem *Bonæ* permitti, de illius dote alio transferenda, ſæpe egerunt cum *Sigismundo* Rege, quod verebantur, ne quo caſu *Maſovia* à Polonia ſepararetur, ſi dotalis *Bonæ* tota eſſet. Quare *Bona* Regina Rege ſepulto multum intereſſe arbitrata, quamprimum *Maſovia* potiri, quod ſæpe in commutatione regnorum parvis momentis magni caſus intercederent, non diſtulit tempus, ſed e veſtigio cum filiabus tribus *Varſaviam* proficiſci maturavit, ne quid mora poſſit illius obſtare doti. Ita Poloni, quod incolumi *Sigismundo* acerrime negarant *Bonæ*, id, illo mortuo, non gravatim illi conceſſerunt. Tanta apud Polonos valuit vel memoria Regis mortui, in quo ægro curando ſingulari *Bona* fuerat officio atque fide, vel prudentia ipſius Reginæ, qua in tractandis optimatibus Polonis ſumma ſemper fuerat uſa, ut id poſt concederetur viduæ, quod prius petente viro obſtinatius illi fuerat negatum. Interim Rex ipſe *Cracoviæ* manſit, ubi de conſtituendâ R. P. quæ agitari videbatur rationes inibat. Et quoniam in Polonia nihil a Rege abſque Senatu & abſque equeſtri ordine de R. P. agi poteſt. Ideo conventum Regni Rex *Petricoviæ* indicit, ad *Lucæ* ferias. Et quamvis dictum diem & Rex & cæteri ordines Regni obirent, tamen extrahebatur tempus ad calend. Januar. Anni ſequentis quo anno de R. P. magno rerum & animorum motu eſt actum.

Rex comitia indicit Petricoviæ.

ANNALIS SECVNDVS.

1549. COmitia habente SIGISMUNDO AUGUSTO Rege, Legati & Senatus frequens *Petricoviam* ad edictum veniunt. Cum autem hoc eſſet in more poſitum, ut novi Reges publice ſalutarentur, data erat *Joanni Sirakowski*, Siradienſis municipii Legato, cauſa Regem ſalutandi, qui in corona Legatorum apud Regem orationem habuit, cujus mentem ponam, nam ob prolixitatem ad verbum illam ponere conſilium non erat.

Oratio ad Regem ſub initium comitiorum.

SIGISMUN„DUM AUGUSTUM ſuffragio non extor„to, ſed libero à Polonis ideo creatum eſſe Re„gem, quod *Jagellona* familia ſummam ſemper habuerit iuſticiæ & bellicæ laudis opinio„nem, quam ſecuti Poloni cum & familiam &„ hominem probaſſent, eum quoque præter„ cæteros, defuncto Sigismundo Patre, apud„ ſe regnare voluerunt, ut ad ejus arbitrium„ judiciumque ſumma omnium rerum conſi„liorumque potiſſimum in Polonia rediret,„ qui ab illis viris fortibus & ſapientibus Re„gibus in eadem familia procreatus eſſet. Pro„inde illius officii rem eſſe, providere ne ſpe„ ſua laberentur Poloni, quod facile præſtaret, ſi„ illis quam ſimillimus eſſet, a quibus ortum„ duceret. Memor ergo eſſet & quibus ſucce-„ 1549.

1549. ,,deret, & quale Regnum à majoribus tradi-
,,tum acciperet, quam dives opibus, & quam
,,viris, armis ac victoriis potens. Neque vero
,,alia re in tantam magnitudinem Poloniam
,,veniſſe crederet, niſi quod in ea Reges nun- A
,,quam plus legibus poſſent. Quorum ejus-
,,modi ſemper fuiſſent imperia, ut non minus
,,ipſi parerent legibus, quam hominibus im-
,,perarent. Hac animi æquitate regnum in Po-
,,lonos antiquitus tenuiſſe, cum priſcos illos
,,Reges, quorum meminit vetuſtas, tum hos
,,*Jagellonos* recentes, qui omnes exempla pro-
,,didiſſent bene & ſapienter adminiſtrandi
,,Regni. Horum veſtigiis inſiſteret Rex, ſi in
,,Polonia Principis viri perſonam ſuſtinere, ne-
,,que quidquam, quod ipſo aut regno eſſet in-
,,dignum, vellet committere. Cohortatus
,,etiam Regem eſt, ut memor eſſet, illum non
,,cujusvis, ſed Polonicæ gentis Regem eſſe,
,,cujus cum incomparabilis eſſet libertas, ei rei
,,præcipuè ſtuderet, in idque potiſſimum in-
,,cumberet, quo Polonis libertatem bello &
,,pace præſtaret. Ad quam rem adjumenta de- B
,,monſtravit illi quamplurima. Docuit enim
,,qua ſapientia Senatum, qua præſtantia eque-
,,ſtrem ordinem, & quanta copia præditum
,,Regnum hodierno die à Polonis acciperet.
,,Poſtremo quæ Regum Poloniæ opes, & quæ
,,illorum eſſent vires, oſtendit, quæ non pecu-
,,niis, neque aliis ejusmodi incertis fortunæ
,,bonis continerentur, ſed illis ingentibus in-
,,victisque opibus, fide nempe & benevolentia
,,ſuorum; quibus duobus ſubſidiis facti Po-
,,loniæ Reges nihil ſibi unquam arduum neque
,,invictum putabant.,, Et ut in pauca oratio-
nem illam conferam, eo ſpectabat tota, quo Rex
novus ſciret, ,,miniſtrum communis liberta-
,,tis in Polonia ſe eſſe, non dominum, regna-
,,retque legis præſcripto, non libidinis arbitrio,
,,quæ ne plus in Polonia lege poſſet, cum omni
,,alia ratione, tum jureſurando ac fide Regum,
,,Polonis ſancitum & cautum eſſe.,, In hanc C
ſententiam vir ille peroravit, cui Rex per *Sa-*
muelem Maziejovium Epiſcopum & Cancella- *Reſponſio Regis.*
rium reſpondit, ,,ſe nulla in re defuturum,
,,majorum moribus atque exemplis, daturum-
,,que ſe operam, ut in omni ſuo munere Regio
,,juſtitia illius, pietas ac erga Rempub. fides ita
,,appareat, ut neminem merito ſui pœnitere
,,oporteret.,, Hæc a *Samuele* ut ab homine
docto pro Rege dicebantur ampliſſimè. Salu-
tato in hunc modum Rege, cum ille de Repub.
referret ac quonam modo conſultum Reipu-
blicæ in præſentia vellet, per eundem Cancella-
rium pronunciaret, Legati negarunt prius re-
ferri de ulla re oportere, quam de omni ſtatu
Regio eſſet relatum; de quo cum Rex deceſ- D
ſiſſet, ante omnia providendum eſſe, ne ea res
detrimento Regni foret. Itaque gravis illa & *Diſceptatio*
vehemens a legatis introducta fuerat de uxore *vehemens de*
,,quæſtio, oporteret ne ejus mulieris matrimo- *matrimonio*
,,nium ratum haberi, quam Rex inconſulto *Regis.*
,,Senatu ac clam Regno duxiſſet? Neque

enim ferendum eſſe ſine autoritate Senatus,, 1549.
uxores a Regibus duci, periculoſum eſſe affi-,,
nes & propinquos Poloniam habere, non quos,,
ipſa vellet, ſed quos Regum nuptiis habere co-,,
geretur. In hanc ſententiam commemora-,,
bantur exempla, quibus docebatur, Regum,,
nuptias privata libidine ſuſceptas pernicio-,,
ſas regno ſæpe fuiſſe, nec expeditiorem viam,,
ad exitium haberi, quam Regum connubia, ſi,,
absque autoritate illi, aut cum inimicis, aut,,
cum regnandi cupidis, aut cum indignis ho-,,
minibus conjunctionem & affinitatem ini-,,
rent. Quare ſummo ſtudio agebant Legati,,
ut illud matrimonium comitiis irritum eſſet,,
quod & uxor par non eſſet Regi, & nihil e-,,
molumenti ſecum adferret; Opus autem eſ-,,
ſet Polonis tali connubio, quod illos in diſ-,,
crimine & opibus juvaret, & adfinitatibus,,
novis ornaret; quorum nihil in illo matri-,,
monio ineſſet, quod mulier ſummo licet in,,
Lituania nata loco, & magnæ cognationis,,
ſubjecta tamen Regi parem Majeſtati Regiæ,,
affinitatem non adferret.,,

Acta hæc res ſæpius Legatorum nomine a
pluribus apud Regem eſt cum tanta rerum ver-
borumque motu, ut perorante *Petro Boratynski*, *Legatorum*
Equite Ruteno, Legati ad pedes Regis ſeſe ab- *ſupplicatio*
jicerent, ac fidem illius implorarent, illumque *humillima.*
per Majeſtatem Regiam ac per ſalutem Regni
orarent obteſtarenturque, quo hanc uxorem
dimitteret, & de alia ſibi pari cogitaret. Com-
motus ſupplici oratione Rex erat ita, ut & aſ-
ſurgeret, & aperto capite, diem ſe ſumturum
ad deliberandum, reſponderet. Quod ille tum
feciſſe dicitur, non quod illi certum, quod vel
ſtatim reſponderet, non eſſet: ſed, cum tam
ſubmiſſe ſibi ſupplicatum videret, ut Legati
quod poſt hominum memoriam in Polonia vi-
ſum non eſt ad pedes illi jacerent, cogitan-
dum ſibi etiam atque etiam putabat, quonam
modo tam ſupplicibus ſuis poſſet ſatisfacere.
Itaque re deliberata cum iis, quibus commu-
nicare de maximis rebus conſveverat, ea illi
ſententia potior eſt viſa, datam fidem uxori
ſervare. Quare die conſtituta cauſæ dictionis,
Senatus & Legati in curiam veniunt. Summa
expectatio erat omnium, ecquidnam ad illas
ſummas legatorum preces reſponſurus eſſet
Rex, qui non per interpretem, ut Regibus
mos eſt, ſed ipſe, ,,Non ſibi vitam chariorem *Regis ea de*
eſſe quam Rempublicam, reſpondit. Sed,, *re gravis o-*
cum vobis Reſpublica fide (inquit) mea ſtet,, *ratio.*
ſalva, quonam modo ea fides firma nobis e-,,
rit, ſi uxori juſſu veſtro fidem fregero? ,,
Non eſt, quod me vobis fidelem ſperetis fore,,
Regem, ſi vir uxori fuero infidelis. Qua-,,
re ut fidem jurejurando firmatam à me vo-,,
bis præſtari vultis, ita non debetis velle, ut,,
ejus fidei Sacramentum, quod uxori DEO te-,,
ſte dixi, vi fraudeve violem; præſertim cum,,
à Domino Jeſu palam dicatur, ac ita ſcriptum,,
legatur: (tum aperto recitavit illud ex libro),,
Quid prodeſt homini, ſi totum Mundum lu-,,
cretur,

1549.

„*cretur, anima autem ſua detrimentum faciat?* Qua propter cum legitimum mihi ſit „cum uxore connubium, vitam prius, quam „uxorem deſeram. Si quid autem in eo peccavi, quod ſine conſilio veſtro uxorem hanc „duxi, id ſane fide in me veſtra corrigi, ac ne „fiat in poſtetum poterit provideri. Nunc „vero id agamus, cujus cauſa huc convenimus, „has autem de matrimonio diſputationes miſ„ſas faciamus. Nam ego res omnes uxori poſt „putavi, quam retinebo, quoad non ſolum hæc „veſtis, qua amictus ſum, ſed etiam ipſa ſuper„fuerit vita.„

Inique fertur ab ſecus ſentientibus.

Gravis hæc Regis oratio fuit Senatui, Legatis etiam acerba, ut deſperatione pleni omnes ex Curia diſcederent. Senatus eerte autoritatem negligi querebantur, quod Rex ipſe ſibi Dux & Autor vellet eſſe. Cogitur ergo identidem eà de re Senatus: adſunt legati: dicuntur Sententiæ graves: fit expoſtulatio, Princepsq; *Nicolaus Dzirgovius* Gneſnenſis Archiepiſcopus ſententiam rogatꝰ dixit: „Non ſibi reſpon„ſum Regis dignum libero Regno videri, „quod in Polonia exemplum proderet ad imi„tandum perniciosum, uo Reges privato con„ſilio res, quas vellent ſuſciperent, ut eas pro „poteſtate, defenderent. Cenſuit ergo, dimit„tendam eſſe mulierem illam, quæ, quod clam „Regno, fide privata duceretur, uxor Regi non „eſſet. Quod ſi quid peccati in dimittenda „illa muliere contraheretur Regi, illud ſe di„viſurum, ut viritim peccati Regii partem, „quisque in Polonia pro ſalute communi ferat.

Nicolai Dzirgovii ſententia Regi contraria.

Jo. Dziaduski idem. ſententia accedit.

Hanc ſententiam *Joannes Dziaduski* Præmiſlienſis Epiſcopus ſolus ex Epiſcopis ſecutus eſt, qui illud matrimonium in arcano ſe„cretoque contractum, clandeſtinum, etiam per „ſummam contumeliam appellare non dubita„vit, ideoque irritum eſſe cenſuit, quod illi jus „tam divinum, quam humanum adverſaretur. „Denique etiam ſi fides illa rata eſſet Regi, ta„men frangendam eſſe Regni cauſa vel *Euri„pide* Poeta teſte, eujus hos ille de *Phœniſſis* „verſus recitavit. *Nam ſi violandum eſt jus, „regnandi gratia violandum eſt. In cæteris pie„tatem colas.„* His verſibus vir ille ſuadebat divortium. Quæ ſententia quamvis *Eteoclis* immanis tyranni fuiſſe dicatur: tamen ab illo Epiſcopo, quia populariter dicebatur, eum vulgi laude uſurpabatur; quaſi vero ullius rei cauſa jus violare Regibus aliquando ſit fas, aut idem omnino liceat Polono ac Chriſtiano Regi, quod licuit homini impio & tyranno *Eteoclı.* Sed habent hæc populares motus, ut falſas & impias ſententias in turba, modo ſint turbulentæ, facile pro veris ac piis amplectantur. In horum epiſcoporum ſententiam iverat maxima pars Senatus, quorum Principes fuere *Petrus Kmitha*, Cracovienſis, *Joannes Teuczyński* Sandomitienſis, *Martinus Sborowski* Caliſſienſis, *Nicolaus de Brudzovo* Lancicienſis, *Raphaël Leſczyński* Brzeſtenſis, Palatini, tum *Andreas Gorkanus* Poſnanienſis Caſtellanus & majoris Poloniæ Præfectus. Nam hi præter ceteros rem ad divortium deducere ſtudebant, tanta contentione animorum atque rerum, ut *Johannes Tenczyński* optabilius ſibi videri diceret, Solimannum Turcam Cracoviæ potiri, quam hanc reginam in Polonia haberi. Fuit ſane vir ille ſapiens & magnæ autoritatis, ſed quam ſapienter dictum hoc ab illo fuerit, ſine ſententia mea æque in medio exiſtimantibus pono.

Qui alii idem ſenſerint.

Sam. Macziejovii pro Rege Oratio.

Ex contraria parte *Samuel Macziejovius* Cracovienſis Epiſcopus ſuo loco dixit, „Non ſibi quidem factum Regis probari, ſed tamen„ non conſtare, quomodo illud poſſit mutari„ præſertim approbante Rege factum, ac ma-„ trimonium ſibi legitimum eſſe cum uxore pa-„ lam affirmante. Scio, inquit Samuel, me„ omnia Reipub. cauſa debere: ſed tamen DEo„ plus debeo, cujus de Sacramento nunc agitur.„ Si enim matrimonio Respub. læditur, pro-„ videndum cenſeo, ne illo irrito amplius„ a nobis lædatur DEus, qui matrimonia Re-„ gum cum matrimoniis privatorum pari„ honore æquavit, ac ita Regibus illa ut pri-„ vatis rata eſſe voluit. Quapropter ego nefas„ hoc Regi ſuadere nolo, ut hanc legitimam„ uxorem abjiciat, cui fidem coram DEo ſe de-„ diſſe confitetur. Epiſcopum ego me eſſe me-„ mini cui non licet peccata Regum viritim di-„ videre, quæ nunquam a Regibus admitteren-„ tur ſine exitio publico. Denique cum in hoc„ conſilio nos Epiſcopi ideo ſedeamus, ut Reli-„ gionem in Polonia defendamus, autores eſſe„ neque Regi neque privato cuiquam debemus,„ ut Sacramentorum religio in Polonia ad nu-„ tum popularem violetur. Quare feramus id,„ quod mutari jam non poteſt, erratumque Re-„ gis, quod reprehendimus, corrigamus, quan-„ tum poſſumus univerſi. Neque illud jam tan-„ ti putemus ut jam de ſalute Regni actum eſſe„ arbitremur. Ego autor Regi, ut hanc duce-„ ret, non fui, ſed quoniam duxit, vivat cum il-„ la, quandoquidem eſt illi complacita, modo„ jus æqualiter dicat, ac Regnum fortiter defen-„ dat. Mihi ſane cum hac Regina, ſat bonus is„ Rex erit. Itaque non multo ſecus faciendum„ cenſeo, cum de hoc facto Regis diſputo, ac„ cenſerem ſi eſſet mihi de pede nuper luxa-„ to dicendum. Dicerem enim, me auto-„ rem Regi non fuiſſe, ut is æqui cauſa luxaret„ pedem; ſed quoniam id jam accidit, curan-„ dum eſſe Regis pedem, non præcidendum„ cenſerem. Similiter nunc de uxore lo-„ quar Regis, non diſſolvendum eſſe matrimo-„ nium ſemel initum, id enim vetat religio &„ Sacramentorum jus, ſed moderandum illi a„ nobis eſſe. Quod qua ratione confici poſſit,„ dicam cum de ea re rogatus fuero.„ Hanc ſententiam ex Principibus fuerunt ſecuti *Andreas Zebrzydowski* Cujavienſis, *Johannes Droboiowski*, Chelmenſis, ac *Leonardus* Camenecenſis Epiſcopi; dum *Joannes Tarnovius* Cracovienſis Caſtellanus vir primæ poſt Epiſco-

Qui alii in hanc iverint ſententiam.

1549.

pos in Polonia ſententiæ. Cum autem neque Rex uxorem dimitteret, neque majori parti Senatus ea de re pareret, poſtulaverant a Rege Legati, quod illis arcane cum Senatoribus col- A loqui, ſemoto Rege liceret. Rex primo recuſare, quod cauſa non eſſet, cur colloquio abeſſet. Deinde exoratus, Senatum ſecreto Legatis dedit, in quo deplorarunt caſum atque orbitatem ,,Reipub. quod illi conſilium Senatus & auto- ,,ritas ita deeſſet, ut Rex de omni ſtatu Regio ,,ipſe per ſe, quæ vellet, ſtatueret, ac ſi ille vel ,,homo privatus, vel Rex ſolutus in Polonia eſ- ,,ſet. Cui quoniam ab initio non obſtarent Pa- ,,tres conſcripti, facere illos contra fidem da- ,,tam Regno, & contra jusjurandum, quo illo- ,,rum quisque arctiſſimo vinculo obligaretur ,,Reipublicæ.,, Dicebantur hæc à *Joanne Sirakowski*, cujus ſupra mentionem fecimus, ,,tanta orationis libertate, ut Senatores in illo ,,conſenſu ſibi non videri diceret, quorum au- ,,toritates apud Regem nihil valerent. Polonos ,,non uni homini, neque ſoli Regi Rempubl. ,,commiſiſſe, ſed Senatorum etiam fidei. Qui ,,cum ſint ſocii & adminiſtri reipublicæ ge- ,,rendæ, indignum videri a Rege quid- B ,,quam publice absque Senatu geri. Proinde ,,docerent Patres conſcripti Legatos, quonam ,,abiiſſet illa Senatoria autoritas, aut ſi adhuc ,,ſalva maneret, cur illa pro ſalute Reipublicæ ,,tanto in diſcrimine Reipublicæ non uteren- ,,tur, quo Rex novus poſſet a principio diſcere, ,,Regem in Polonia ſubjectum legibus & au- ,,toritati ordinum eſſe debere.,, Senatus Legatis ſatisfecit: ,, Nunquam neque conſilium ,,ſuum Reipublicæ neque fidem defuiſſe. Quod ,,autem de uxore Rex obſtinate in ſententia ,,maneret, id culpa fieri ipſius Regis, cui ex- ,,torqueri uxor non poſſet. Et quoniam omni ,,conatu tentarint Regem, nihilque ſibi reli- C ,,quum fecerint, præter ſupplicum preces, illis ,,ſe adhuc uſurum Senatus dixit.,, Itaque poſt multas & irritas actiones, atque preces datur cauſa *Andreæ Gorkano* Poſnanienſi Caſtellano Regem nomine Senatus orandi, quo ipſe ſibi matrimonium illud volens ac lubens abrogaret, ac de alio cogitaret. Qui paucis interpoſitis diebus, magna omnium ordinum frequentia orationem habuit ad Regem, illa audientia dignam;,, Precatus enim primo DEUM, ,,Opt. Max. eſt ut Regis mentem ſenſusque ,,in vota atque preces ſuorum inflecteret. Poſt ,,multa de libertate Polonicæ gentis diſſeruit. ,,Poſtremo multis exemplis docuit, quam ſum- ,,mæ ſemper fuerit virtutis atque ſolertiæ, in ,,tuenda Majeſtate Regni Polonicum genus, ,,cohortatusque Regem eſt, ut & præteritorum ,,meminiſſet & miſereretur præſentium, ſci- ,,retque mutatis perſonis idem genus in ſuo ,,Senatu eſſe, quibus mens & animus ad defen- ,,dendam Rempub. idem eſſet. Neque vero Se- ,,natum adhuc illum ita cogere dimittere uxo- ,,rem, quam majores noſtri coegiſſent *Caſimi-* ,,*rum* Regis avum hanc eandem ducere, ſed precibus ac precario cum illo agere; petere,, denique & orare, ne tam ſupplices preces &,, Senatus & Legatorum, qui illi ad pedes jacu-,, erunt, aſpernaretur, neque tam pertinax vellet,, eſſe & voluptatem exigui temporis ſempiter-,, næ dignitati anteferret. Scire ac meminiſſe,, Senatum, quam acres ſemper fuerint Poloni,, pro dignitate ſui Regni; quibus cum *Wladis-*,, *laus Jagello*, proavus Regis privilegium ad-,, verſum irrogaret, illi ſtrictis gladiis in Senatu,, coram Rege, illud conſciderunt. His exemplis,, majorum contra Regem patres conſcriptos,, nondum uti, ſed ſuppliciter agere ſe precibus,, non minis, contendere, quo a Rege levetur,, infamia Polonorum gentis, quam illi diſpar,, connubium Regis inferret.,, Hæc *Gorkanus* nimium apte ornateque dicebat, fuitque illius oratio maxime jucunda; erat enim quam plurimis rebus inſtructa. Sed acta agebantur. Rex enim perſtabat in ſententia, adeo ut cum *Petrus Kmitha* Cracovienſis Palatinus & ſceptriger Regni, vir ſummæ autoritatis ſuo loco quoque bene ingrederetur in cauſam ac diceret, errantes Reges ſimillimos Soli deficienti. Ut enim B Sol, defectu rerum conturbat naturam, ſic Rex errore conturbaret Rempub. Quæ cum diceret *Kmitha*, Rex hominem interpellat, deſineret porro moleſtus eſſe, ſe enim tam acrem diſciplinam amplius non ferre. Qua interpellatione & *Kmitha* conticuit, & cæteris ſilentium fuit, magnoque dolore omnes affecerat illa interpellatio. Vim enim inferri Senatoriis ſententiis putabant & ſpeciem habebat minime liberi Regni. Quare *Raphael Leſczyński*, Brzeſtenſis Palatinus, homo peradoleſcens, & a quo nihil minus tum expectabatur, quam illa plena autoritatis vox, quæ habebat liberam incuſationem & querelam, ſuo loco eſt queſtus, in li-,, C bera Repub. Senatoribus vocem eripi. Jam,, vero clariſſimum virum ac Principem Senatus,, interpellatum eſſe, hoc novum eſſe & non fe-,, rendum. Oblitus enim (inquit) mihi videris,, eſſe, Sereniſſime Rex, quibusnam hominibus,, imperes. Polonis, inquam, ſi forte neſcis; in-,, terpellas Clariſſimos viros, ac ſi tuo arbitratu,, ſit nobis de Repub. & dicendum & tractan-,, dum. Patre tuo fuerunt nobis ſententiæ libe-,, ræ, & ut te quoque Rege ſint, Respub. provi-,, debit.,, Affecerat gravis hæc incuſatio Regem, partim quod fuerat liberior, partim vero quod Rex hominis peradoleſcentis illa incuſatione violari ſe, non moveri putabat. Quapropter D confeſtim excuſavit Rex factum, ac ſe non ideo *Petrum Kmitham* interpellaſſe reſpondit, quod libere ſententias dici nollet. Sed cum toties teſtificatus jam eſſet, ſe adduci non poſſe, ut ab hac uxore divellatur, & alia concludatur; quorſum tandem attineret fruſtra niti contra, ac verba fieri, quibus res nulla reſponderet.

Hæc cum Rex tanta autoritate dixiſſet; finem attulit huic quæſtioni, quam excitaverat, atque hoc tempore vacaverat, non tam Reipubl. ac judiciis, quam his magnatibus, qui plurimū poſſebant;

Senatus absque Rege coactus.

Joann. Sirakowskii oratio liberrima.

Senatorum reſponſio.

Andr. Gorkani Oratio ad Regem.

Rex Petrum Kmitham dicentem interpellat.

Reprehenditur ob id a Raph. Leſczyńskio.

Rex factum excuſat.

Judicium autoris de toto negotio;

1549. poſſebant; qui dum ſe novo Regi quam eſſent potentes oſtentant, per cauſam uxoris rem ad interregnum deduci ſtudebant huncque prætextum turbarum habebant. Nam ni ita eſſet, A nunquam hæc invidioſa uxor; quæ tantos in Polonia his Comitiis faciebat clamores, anno inſequenti, ſumma adverſantium ſibi prius voluntate, Reginæ nomen, Regnique nacta eſſet coronam. Ac mea quidem ſententia uxorem hanc præterire omnino fuerat ſatius, quam aut attentatam poſtea deſerere, aut illius cauſa animos hominum ad futuras etiam ſeditiones incendere. Qui ita tum fuerant incitati, ut niſi *Samuelis Maczieiovii* Epiſcopi & *Jo. Tarnovii* Caſtellani, qui principes pro Rege ſteterunt, opes & autoritates obſtitiſſent, rem ad bellum civile illa contentione deduxiſſent. Nam & Senatores infenſis animis veniebant in Curiam, & vulgò Legati interregnum jactabant. Rex certe quidem ipſe quamvis multis & clandeſtinis & publicis vexaretur ob uxorem moleſtiis, ita tenax tamen fuerat propoſiti, ut Polonia facilius cum uxore excedere, quam ſine hac ibidem manere vellet. Habuiſſeque in animo dicebatur, B Regno in Comitiis depoſito, in Lituaniam proficiſci; quod ne faceret, ſumma *Samuelis* Epiſcopi & *Joannis Tarnovii* Caſtellani contentione, ægre ab illo impetratum fuiſſe: quod certe ſine exitiali Poloniæ caſu non poterat fieri.

Bona Regina contentionum cauſa.

Non modicam etiam materiem huic controverſiæ *Bona* Regina ſuppeditaſſe putabatur, cum ſe ſperni exiſtimaſſet. Subjecerat enim in Senatu homines potentes, qui matrimonium illud omnibus rebus, quibus poſſent, diſtraherent, & impedirent. Sed veteri proverbio, *non facile extorquetur clava Herculi.*

Vincit tandem Regis pertinacia.

Nam Rex partim ferendo, partim indulgendo, partim dando, facile poſtea vicit, ut certatim homines malevoli illi, illam mulierem, paucis exceptis, non multo poſt & Patronam Poloniæ C appellarent, & Regni DIADEMA illi imponerent. Tantum fuit in hac contentione non nullis ſtudium Reipublicæ, tanta cura fuit. Sed nos ad inſtitutum revertamur.

Legati perſeverantia Regis fracti, & ea pars Senatus, quæ pro Legatis magno ſtudio ſteterat, eo rem ducebant, quo Rex nihil de Repub. ſuo nomine ageret, neque jus diceret, neque bellum moveret, ſed cuncta in Republ. autoritate præſentis conventus ageret, quoad ab Senatu & ab Equeſtri ordine Reipublicæ eſſet proviſum.

Legati omnem Regi poteſtatem adimere conantur.

Quod ut ratione poſtulari videretur, eas conditiones in medium proferebant, quibus *Sigismundus* Pater Filio *Auguſto* Re- D gnum poſt ſe tradebat; inter quas illa quoque erat perſcripta, ut non prius *Sigismundo Auguſto* jus in Polonos eſſet; quam is *Lituaniam*, *Pruſſiam* & *Satoriam* cum Polonia conjungeret. Huic conditioni cum nondum ſatisfeciſſet Rex, debere illum pro ſuo jurejurando abſtinere ab omni adminiſtratione Regiæ. Hæc quæſtio gravior multo; quam illa de uxore fuit. Illa enim uxorem, hæc vero Regi ipſum adimebat regnum. Habuit autem hæc cauſa eosdem in Senatu Patronos, qui contra matrimonium Regis ſteterant: quorum ſententiæ reclamarūt illi iidem, qui Regis matrimonio impediri Rempub. noluerunt. 1549.

Jo. Tarnovii pro Rege Oratio.

Quorum Princeps *Joan. Tarnovius* Caſtellanus, vehementiſſime in eam cauſam invectus, “Mirari ſe dixit, quonam modo SIGISMUNDUS AUGUSTUS Rex à Polonis appellaretur, ſi illi in Polonos nullum jus eſſet? Ita ne tandem perturbare placet omnia, ut is, quem vivo Patre Regem appellavimus & ſalutavimus, & quem hoc eodem defuncto in majorum ſuorum loco collocavimus, cujus etiam vocatu huc convenim9, verbo non re nobis Rex ſit? ut eo ſemoto partes in Regno fiant, & plures pro uno Rege in Polonia exiſtant, ut tam pace quam bello incerta omnia nobis fiant. Etenim quæro ab iis, qui remoto Rege, autoritate hujus conventus Rempub. geri volunt, qui ſtatus regni, quæ ratio pacis, quæ belli apud nos erit? Præſertim, cum & in Senatu unius ſententiæ concluſioni nobis ſtandum ſit, & in bello uni alicui parendum. Quis quæſo Rege excepto, unus is erit, cujus autoritate domi & foris nitamur? Equidem id agi video, ut neque Senatus autorem habeat, neque bellum Ducem, quam rem quid aliud conſequatur, quam rerum omnium perturbatio non Hercle certe intelligo. Quare ego hanc ſententiam vehementer repudiandam cenſeo, neque ullo modo committendum, ut Regia poteſtas vel punctum temporis a ſuo ceſſet munere. Quantum vero ad conditiones Regi præſcriptas attinet, illas ego interpretandas ita cenſeo, ut expedit Reipublicæ. Quod ut expleat Rex opus illi eſt idoneo ad agendum tempore, neq; ſubito coeunt regna, ac in unum quaſi corpus redacta coaleſcunt. Opus ad eam rem eſt & tempore & actione non minus accurata, quam longa. Agendi pri- C us ſunt conventus, vocandi Lituani, conveniendi ſunt Pruteni, accerſendi *Satorii*, denique orandi, monendi ac omni ratione ad id omnes ſunt appellandi, ut conſentire ad communem ſalutem velint cum Polonis, ad idem eſſe gente atque lege cum illis. Quæ res neque unius diei eſt, neque unius actionis, neque hujus noſtræ ſeſſionis, ut tantæ res dicto citius a Rege confici queant. Equidem hac mente conditiones illas a *Sigismundo* Patre de Senatus ſententia *Auguſto* Regi datas fuiſſe memini, ut, ſi is nollet hanc curam ſuſcipere, quo illius diviſum Imperium quaſi unum exiſtat corpus, tum ea primo ab illo animadvertenda injuria D foret. At cum is ſummo ſtudio ad id quod promiſit, incumbat, ad eamque rem tempus petat, quis tandem illum conditiunculæ prætextu removendum a Repub. & In aliud tempus differendum putat? Eſt hoc quidem in conditionibus, fateor, præſcriptum, ut Rex ante omnia juvet imperium: ſed tamen ita intelligendum eſt id, quatenus illi ad eam rem ſuppeditaverit, non voluntas ſolum, ſed etiam facultas. Libera enim *Lituania* eſt, habet ſuas leges *Pruſ-*

1549. omnium Sanctorum eſt, Scholaſtici Ephebi, ex ejus ædis Schola, qui mendicato victum quæritant, cœperunt ad id alludere & lenam laceſſere. Lena probris ac contumeliis commota, quod alias crebro idem illi ab Scholaſticis illis uſu evenerat, queſta eſſe dicitur familiaribus *Andreæ Czarnkowski*; qui quod Præpoſitus ædis erat, domum juxta ædem habebat. Hujus famuli Lenæ querelis permoti arma capiunt, ac inermes Scholaſticos, intro in Scholam reſugientes perſecuti, alios interficiunt, alios vero vulneribus exanimatos relinquunt. Poſtridie mane re divulgata fit concurſus ad ædem, adſunt e Scholis atque ex Gymnaſio omnes ſcholaſtici, facinus indignum conclamant, ac cuncti Regem in arce petunt; nec jam familiam, ſed ipſum *Czarnkovium* cædis reum faciunt. Exoritur in arce clamor, ut in turba, & loco & Rege indignus, cum ſibi quisque Dux viæ & autor ſermonis eſſet. Quorum clamore exciti *Nicolaus Grabia* Vice-Cancellarius, & *Stanislaus Maczieiovius*, *Samuelis* frater ex atrio prodeunt, tumultuantes Scholaſticos ſupprimunt, ac illos objurgant, officiique admonent, vellent meminiſſe intus Regem eſſe, a quo ſi quid vellent, reverentia adhibita peterent per ſilentium. Scholaſtici repulſi ad cæſos revertuntur, ſublatos in humeros tollunt, ac in forum proferunt, teſtificantur cædem, ac per præconem de more conclamant, autorem cædis ipſum met *Andream Czarnkovium*. Pleno foro res agebatur, miſerabili cum ejulatu. Poſtremo ad veſperam interfectos ſepeliunt, moxque a funere ad domum *Nicolai Szatkowii* Gymnaſiarchæ contendunt; inſtant precibus atque minis, vellet cum Collegis cauſam illam ſuſcipere, neque tam crudelem cædem pateretur abire inultam. Adeſſe vindicem Regem ſcelerum; *Samuelem* etiam Epiſcopum, Scholæ Patronum præſto adeſſe, agerent modo libere, Deum ipſum huic cædi non defuturum. Quodſi cunctentur aut gratiam *Czarnkovii* ſequantur, ſe conſilium capturos, ac *Cracovia* diſceſſuros, Gymnaſio ac ſcholis relictis. Gymnaſiarcha rem ad collegas defert, ab illis conſilium petit, quid fieri vellent, ſed dum illi cunctantur, Rex publica vociferatione ſcholaſticos in arcem vocat, ac illis poteſtatem dicendi apud ſe facit. Queruntur per unum univerſi, quam indignis modis pridie rejecti fuiſſent, nec ad Regem admiſſi. Denique orant, & obſecrant, ne Rex pro ſua juſtitia jus libertatis ſcholaſticæ immunitatis pateretur abire inultum. Aderat *Czarnkovius*, qui vehementer ſe purgabat Regi, teſteſque in rem dabat, ſe domo abſuiſſe, dum cædes fieret; cœnaſſe foris apud ſacerdotem certum, nihil actum eſſe ſuo ſcitu neque juſſu. Erat hic *Czarnkovius* honeſto loco natus & magnæ cognationis, comis item atque doctus ac magna cum *Samuele* Epiſcopo familiaritate conjunctus, tum anno quinto poſt Poſnanienſis Epiſcopus. Hic ergo cum premeretur ſuſpicionibus, ac invidia communi Sacerdotum arderet, petiit a Rege, quo Rex inquiſitores in eam rem daret, cauſamque delatione certa cognoſceret. Rex Scholaſticis reſpondit, ſibi illorum factum diſplicuiſſe, quod obliti officii ſe illo clamore petiiſſent, apud quem faciles eſſent infimis etiam hominibus aditus; quo eſſet factū, cur excluſi & non admiſſi fuiſſent; nunc ſe ſcire ac rem cognoſcere, & ne impunita eſſet, magnopere providere. Sed quoniam *Andreas Czarnkowski* in collegio Sacerdotum eſſet, judicio illum Regio non teneri. Idcirco ejus facti quæſtionem integram ſe permittere in præſentia *Samueli* Epiſcopo, cujus juriſdictionis *Andreas Czarnkovius* eſſet. Recipit cognitionem cauſæ *Samuel*, Gymnaſium accerſit, ac ut ſcholaſtici adſint, edicit. Adſunt cum Gymnaſiarcha collegæ, e ſcholaſticis vero nemo; qui per literas, cur non adeſſent, cauſas perſcribunt. Sed tamen eo non veniſſe dicebantur, quod familiaris reo judex illis non placeret. *Samuel*, ut erat homo firmus & patiens, condonare ſe adoleſcentiæ imperitæ dixit, quod ad edictum non venerint. Interea autem Inquiſitores in *Andream Czarnkovium* dat, ac pro ratione juris omnia adminiſtrat. Fit inquiſitio, omnibus rebus acerrime inquiritur, teſtes ac judices dantur, tum locus atque tempus cum conjecturis conferuntur. Conſul etiam cum Senatu urbano cædis autorem quærit, juramentoque teſtes adigit; ad ſummum, nihil, quod ad inquiſitionem acerrimam attinet, prætermittitur. Quæ delata ad *Samuelem* fidem illi fecerunt *Andream Czarnkovium* extra noxam videri. Porro familia illius eadem illa inquiſitione cædis rea deprehenditur; qua delatione autores fuerant a rege comprehenſi ac in cuſtodiam dati, ut certo accuſatori pœnas cædis darent. Cæterum ſcholaſtici, quoniam ſemel reum cædis *Czarnkovium* conclamarant, in falſa inquiſitione perſeverantes, vinctos a Rege arguere nolebant, & quoniam illis non ſatis fiebat, ad deſerendam urbem, Gymnaſia atque Scholas, ad unum omnes conſpirant. Fuit hic ingens motus, nec æqua *Andreæ Czarnkovio* homini copioſo cum illa mendicitate contentio. Quando enim ille magis præſtabat nobilitate, opibus, gratia, tanto majore vulgo premebatur invidia. Scholaſticis vero illa miſericordiam conciliarat miſeria. Cum ergo in ſumma invidia eſſet, non ſolum *Andreas Czarnkovius*, ſed etiam *Samuel* Epiſcopus, & cum ſcholaſtici urbem jam desererent, *Tarnovius* Cracovienſis Caſtellanus, qui caſu tum aberat, ruri proximo, dat illi Rex negotium, motus componere ac Scholaſticos retinere, qui jam ab urbe maturabant proficiſci. Scholaſtici edicto convocantur in æde Franciſci, adſunt cum Gymnaſiarcha atque collegis univerſi. Epiſcopus etiam ipſe cum Sacerdotibus venit. Habetur a *Joanne Tarnovio* concio gravis, quo illis ſuadebat, ut a pertinacia deſiſterent, ſimulque illos eſt cohortatus, ne hujusmodi conſilia inirent, quibus Majeſtas Regia lædi poſſet, non fore impunitam cædem, teneri cædis autores, 1549.

lege

Scholaſtici importuniores ex arce repelluntur.

Rex ſcholaſticos convocat.

Czarnkovius inculpatus ſe defendit.

Cauſæ cognitio Samueli Epiſcopo permittitur.

Czarnkovius abſolvitur; famuli ejus rei deprehenduntur.

Scholaſtici ad deſerendam urbem conſpirant.

Rex eos retinere conatur.

A B C D

1549. lege modo agerent, & quieſcerent, idque curarent, cujus cauſa a parentibus *Cracoviam* miſſi eſſent. Inflectere *Tarnovius* juvenum ſenſus videbatur, quod illis cohortandis laudem reprehenſioni prudenter admiſcuerat. Sed cum *Samuel* orationem *Tarnovii* ſubſecutus cædem elevaret dicendo, auxit illorum dolorem, ut commotis ſimiles, ſeſe ex æde proripuerint, ac domum ſcholaſtico more conclamantes profectionem in craſtinum coſinrmarent. Bene igitur mane cum prima luce adſunt, una univerſi colloquuntur, profectionem parant, cives etiam, ut quisque notos ac familiares habebat, adeunt flentes, ſalutant ac valere jubent. Poſtremo magno comitatu egrediuntur ex urbe, illud carmen ſolenne concinentes: *Ite in orbem univerſum.* Plena erat urbs lamentatione atque fletu, honeſti etiam cives, matronæ atque homines ingenui, pro familiaritate ac hoſpitio viaticum offerebant tenuioribus, quos cum capſis, manticis ac ollis illis, quibus victum quæritabant pleniſſimis viis vidiſſes abeuntes. Majores natu negant miſerabilius quicquam hominum memoria in Polonia accidiſſe. Conticuerant enim Gymnaſia, ſquallebant collegia, obmutuerunt templa, ac omnes urbis partes afflictabantur illorum diſceſſu. Neque enim ex illa frequentia manſerat forte quisque, qui in templo Presbytero, vel in Gymnaſio ſcholave Magiſtro operam daret. Igitur *Cracovia* egreſſi, in Floriani venerunt ædem, cujus templum in Clepariano eſt. Hic ſacrificatum magno contentu, ac illud ſacrum ab illis eſt decantatum *Spiritus Domini replevit orbem terrarum.* Inde digreſſi inter initia viæ, humi ſtrati unanimes cecinere illud quoque: *Contere domine fortitudinem Eccleſiæ tuæ inimicorum.* Poſt flentes e complexu divulſi inita via patriam ſuam quisque repetiit, ac patrios reviſit lares. Pars etiam in Germaniam, pars in Pruſſiam atque Bohemiam profecti, partes *Lutheri* auxerunt, ſectamque illius quoque reverſi in Poloniam confirmarunt. Erant enim plerique illorum liberaliter inſtituti ac doctrinis exculti. Turpe hoc ac acerbum ſpectaculum fuerat Regi, quem fortuna ſpectatorem fecerat tantæ calamitatis, tantæque turpitudinis; quare proficiſcentes jam ex itinere mandato nonnullos illorum revocabat. Verum paucis ad diem reverſis, reliqui omnes magno animo cœptum ſequebantur iter, cauſam illius ſangvinis innoxii vindici permittentes DEo; certi, vindictam illam cædi nunquam in Polonia defuturam. Atque dici memini, nullam rem ab hac cæde in Polonia bene adhuc & feliciter nobis evenire, daturamque hujus cædis pœnam Poloniam viri ſapientes augurantur. Quorum divinationem quam aſſidua mala, quæ patimur, probent, ordo rerum docebit. Sed cum & Scholaſtici abirent, & illi qui citati comparuerant, abſoluti ad ſocios redirent, captos quoque ob cædem Rex dimiſit, ac liberos abire juſſit. Sed hoc loco prætereundum non eſt, quomodo intra finem

Scholaſtici univerſi abeunt.

Revocantur quidem a Rege.

alterius anni vertentis apparuerit ira numenq; divinum. *Regina* enim, *Strelimuſſæ* filia, (nam & ſcorto illi cujus cauſa cædes fuit facta id erat nomen) matrem lenæ ſuaſu interfecit, quod illam mater ſcortari vetaret. Itaque damnata parricidii ac inſuta in cutem pro parricidarum more, præcipitata in Iſtulam eſt. Lena etiam forcipibus laniata in idem flumen eſt abjecta. Ita DEus a facinoroſis tanto crudeliores pœnas exigit, quanto illis homines parcunt magis. Atque hic fructus legendis hiſtoriis eſt vel ampliſſimus, ut viciſſitudine temporum ac varietate malorum & mutatione rerum agnoſcamus iram vindicis DEi, & moniti cavere & admiſſa deplorare peccata ſciamus, quoniam Deus judex eſt Pſalmo teſte. 1549.

Vindicta divina.

Hanc cædem incendium arcis mox conſequitur, cujus dimidiata pars meridiem verſus arſit, quo ſane incendio periclitabatur Arx tota cum æde Stanislai albo tecta plumbo inſpectante Rege, ac nimium cum *Barbara* uxore intus trepidante. Sed atrienſium concurſu ac Regis præſentia, quæ urgebat enixius opem ferre, ſedata flamma, & arx defenſa fuit. Triſte rerum futurarum omen id eſſe videbatur, cum homines continuari mala & alia ex aliis gigni ac naſci viderentur. Nam & incendium anni præcedentis, & comitiorum motus, & ſcholaſticorum cædes conjecturam faciebant, hoc arcis quoque caſu moneri nos divinitus. Jam vero poſt tot infelices caſus, res conſimiles conſecutæ ducebant ad ſuſpicandum, fata Poloniæ tot caſibus portendi. Hoc enim anno Scythæ extremis Septemb. diebus Ruſſiam invadunt, prædas agunt, ac omnia ferro & igni vaſtant, & cum Reſpublica eo anno absque præſidio eſſet, quod neque ſtipendio, neque expeditione comitiis Reipub. fuerat proviſum, ſubſidium nullum erat, contra illam incurſionem paratum. Non deerant tamen ſtrenui viri, qui ultro manu facta carperent Scytharum ac impedirent agmen. Quorum duces erant *Bernardus Pretvicius, Joannes Herbultus, Alexander* & *Procopius Sieniavii* fratres. Verum cum hi nec viribus, nec copiis, hoſtibus pares eſſent, ſuſtinere non poterant. Quare Scythæ cum ſibi armis non obſiſteretur, *Peredmirkum* Caſtellum obſident, in quod *Visnioviecius* cum uxore ac cætera agreſti turba ex fuga ſeſe receperat. Defendebatur primo in ſumma caſtellum; ſed cum obſeſſis ſpes ſubſidii non eſſet, *Visnoviecius* deſperata ſalute deditionem pollicetur; juſſus excedere prodit, ac ſe ſuamq; uxorem onuſtam auro, quo videlicet gratior eſſet, captus Scythis tradit, quem illi deditum, mox compedibus vinxerunt, uxorem autem ad libidinem ſervarunt. Interim autem, dum *Visnoviecius* deditur, reliqui portas caſtelli claudunt, ac oppugnationem fortiſſime ſuſtentant. At Scythæ cum ex *Visnoviecio* capto cognoviſſent, in caſtello pleno ac referto propugnacula pauca, ac infirma haberi, ſpe prædæ incitati in caſtellum

Arcis incendium.

Scytharum invaſio.

Peredmirki Caſtelli obſidio.

Visnovieciii deditio.

1549. lum ferebantur,& eum expugnare noo poſſent, ſtraminibus atque ſarmeotis ſubiectis eaſtellum ineenduot, ae magna parte prædæ, quæ ſuper- A fuerat incendio, potiuntur. Qua ex re in ſpem venerant omnis Roſſiæ vaſtandæ & percurrendæ. Et ſane feciſſent, niſi *Joannes Tarnouius* Cracouienſis Caſtellianus ex præfectura ſua Seodomirienſi hoſtis ineurſione nunciata, e veſtigio exercitum feciſſet ex euocatis clienribus ae obæratis ſuis, ae eum hac mano ad Tarnopolim oppidum ſuum aceurriſſet. Qui adventu atque nomioe ſuo inſolentem hoſtem victoria repreſſit, ae vlterius progredi vetuit. Nec vero *Petrus Kmitha* Craeovienſis Palatinus, qui id temporis quoque in ſua Præmislienſi Præfectura eaſu erat, Reipub. defuit; raptim enim & ipſe maou facta Præmisliæ opem laturus, *Joannem Tarnovium* B erat ſubſecotus. Sed eum *Viſna* eertior fieret, hoſtes repreſſos, ita eum præda domum rediiſſe, vt profectio illorum ſimilis fugæ videretur, cauſam juſtam habuit ad reeeptum. Atque Ruſſia hoe anno elade ae vaſtitate opera *Joannis Tarnouii* liberata ſuit, qui lieet ſenex & annis grauis eſſet, nihil ſibi tameo ad celeritatem reliqui ſecerat, quin diem nocti jungendo periclitanti Reip. opem ſerret.

Io. Tarnouius Scythas reprimit.

Hoc ineommodo accepto dolebat Equeſter ordo, multumque habebat in ore & *Viſnouiecium* captum & *Peredmierkam* exuſtam & abjectam prædam, querebanturque paſſim homines aperte, nullum eſſe regnum, nihil certe neque ordine fieri, Rempub. ſine præſidio direptioni propoſitam eſſe atque incendio. Quas C ob res flagitare conuentum, ae comitia poſcere, quibus aliquando Reſpub. verteretor in commodiorem ſtatum; quæ & ſoris vexaretur ab hoſtibus, & domi eſſet ſine vllis legibus. Cum enim legati proximis comitiis vt ſupra oſtendi, neque de vxore, neque de iuſtitia à Rege quicquam impetraſſent, cum hac teſtificatione diſceſſerant, vt neque Regem, neque judiees illius in prouineiis Jus vellent dicere, quomodo fiebat, vt judices, cum jam conſediſſent, ab Equitibus judieiali loeo ſubmouerentur. *Stanislaus Matthaus* eerte *Stadnicius* de *Zmigrod* illius teſtificationis fiducia in *Lelowo* oppido, eum in illum iudex Craeovienſ. dioeeeſis *Petrus Dcmeinski* de *Petricouice* ſederet, illa exceptione ſorum declinauit, quod Regis autoritas Equeſtri ordioe nondum rata eſſet. Plena erat huiusmodi teſtificationum Polonia, dum paſſim per prouincias Judices in judicaodo loterpellarentur. Quo nomine Majeſtatis Regiæ plerique fiebant rei; inprimis aotem ipſe *Stanislaus Stadnicius*, qui tamen defendente *Martino Zborouio* Caliſſienſe Palatino ſoecero fuit abſolutus. Igitur com agitaretur Reſpublica, comitia euncti eſflagitabant. At Rex neque conventus agere neque comitia habere volebat, quod in illis Regia eooſilia ad arbitrium eluderent, conventumque pro theatro haberent, in quo ſe jactare ac oſtendere conſueſſent; hiſce ſe neque eooventum, neque comitia daturum reſpondebat. Et eum in ſummis Reipub. periculis eunctaretur Rex, *Nicolaus Dzirgovius*, Gneſnenſ. Archiepiſeopus, Regni Primas Cracouiam venit, Regem adit & monet, hortaturque quo agat conuentum, ae comitia habeat; quodſi cunctetur, aut ſi quid aliud ſequatur, ſibi eſſe in animo Reipublicæ non deeſſe. Cui Rex duriter reſpondiſſe fertur, non commiſſurum eſſe, vt ſe inuito comitia haberi poſſint. Archiepiſeopus cum obſtinatius manere in ſententia Regem videret, Cracovia diſceſſit, neque comitia vti denunciauit ſuo nomine habuit, ſiue Regis gratiam reſpieens, ſiue motum Regni timens, qui foturus erat eertus, ſi quidpiam ille inuito Rege de Republiea egiſſet. Hæc initia Regni SIGISMVNDI AVGVSTI fuerunt.

Equites Conventum flagitant.

In commoda ex abrogata Regi juris dicendi facultate.

Rex comitia dare renuit.

ANNALIS TERTIVS.

1550. ANoi præteriti motus admonebat Regem, vt comitiis tempus produceret, quod verebatur, ne ſe conſimiles turbæ alteris comitiis exciperent, quales erant primis. Qui A vero comitia flagitabant, reſpondebat, ſe nolle conventus pro ludo inſtituere, in quibus certi homioes plauſum Populi malo poblico captare conſueſſent. Manſit ergo Rex in ſententia, neque adduci potuit, vt comitia indiceret. At *Joannes Tarnouius* Cracouienſis Caſtellanus, cui Rex ſummam omnium rerum fidem tum habebat, cum Rempub. labi videret, egiſſe cum rege dicitur ac illi ſuaſiſſe, ne taotum animo indulgeret, vt priuatas ſuas injurias publieis Regni offenſionibus anteferret; tenuis ae iofirmi animi videri Regem, ſuccumbere injuriæ ae eam malo publico vlciſci velle. Quod ſi quid ex illa libertate agendi moleſtiæ in comitiis Rex caperet, conſolaretur id eum charitate Patriæ, tum dignitate libertimæ gentis, cui in Polonia præſideret; ſedatiora etiam in poſterum ſperaret ſibi fore cætera, cum Poloni non ſolum ſapientem Regem, ſed etiam patieotem ſe habere perſpicerent, qui & prouideret vtilia, & ferre adverſa patienter noſſet. Hoc leviſſimo admonitionis genere *Tarnouius* vſus, deduxit Regem de ſententia, perpulitque vt Rex adoleſcens plurimom de animo remitteret, ac *Tarnouii* ſuaſu ad quartum Nonas Maii comitiis diem ediceret, quam de more prouinciales conventus anteibant, in quibus mos eſt ab Equitibus Polonis ad comitia & Legatos legi, & poſtula- B ta edi. Acti igitur ſunt conventus longe diverſa ratione, quam anno acti erant ſuperiore. Nihil enim turbate ab Equitibus in iis actom fuit. Quin vero illa vxor, ob quam turbæ 1550.

Joannes Tarnouius Regem ad edicenda comitia permouet.

1550.

fiebant ſuperiores, in ſommam obliuionem omnibus conuentibus erat adducta. Illa mandatorum Prouincialium ſumma fuit: vt Leges omnes exſequeretur Rex, quarum longo abuſu maxima pars incommodo poblico fuerat antiquata. Cum iis mandatis Legati ad Regem *Petricoviam* veniunt, ac die prima comitiali Rex per *Samuelem* Cancellarium de more proponit, quanto in diſcrimine verſaretur, Polonicum regnum, cum aliud comitiis agatur, atque Reſpub. poſtularet, monere, orare etiam, vt cuncti ad Rempub. pariter incumberent, quam propter domeſticum motum absque præſidio eſſe, quam eſſet pernicioſum, accepta nuper in Ruſſia calamitas doceret. Regem eo animo eſſe, vt nulla in re deſuturus eſſet Reipub. quamcunque tandem in partem a Senatu vocaretur. Secundum hoc propoſitum Regis rogabantur Patres ſententiam, quorum princeps *Nicolaus Dirgouius* Archiepiſcopos ſententiam ſuam ab hoc propoſito auertit, & ad illius ſcripti inuidiam retulit, quo ſe Regem purgaſſe publice de comitiorum motu ſuperiore Annali oſtendimus. Cuius ſcripti aculeus ad contumeliam Senatus cum pertinere videretur, Archiepiſcopos de Repub. interrogatus, reſpondit. „Non ſibi eam rationem in Repub. probari, „quæ regnum vltra detrimentum, publicâ „etiam infamia afficeret; parum fuiſſe viſum „proximis comitiis; nullam partem Reipublicæ eſſe conſtitutam, niſi etiam Regiis literis „Senatus notaretur ad infamiam: quæ quod „latine eſſent ſcriptæ, exteros etiam homines „domeſticæ diſcordiæ teſtes facerent. Hortabatur itaque Regem, vt a talibus ſcriptis „deinceps abſtineret, altero commodiore ſcripto prioris ſcripti aſperitatem mitigaret, quo „& gratia exulcerata domi ſanaretur, & foris „nulla daretur de nomine Polono detrahendi copia.„ Hunc multi e Senatu fuerunt ſecuti, inprimis autem *Andreas Gorkanus* Poſnanienſis Caſtellanus, qui non obſcurè ſententia ſua *Samuelem* petebat, quod ex illius quaſi officina illa ſcripta prodierant, quibus aperte illius potentia notari videbatur ad inuidiam. Cui criminationi breuiter *Samuel* reſpondit, quem etiam Rex ipſe ſubleuauit, ſeque autorem ſcripti profeſſus a *Samuele* crimen remouit, ac in ſe illud deriuauit; quod tam verum eſſet, vt illud corrigi altero ſcripto minime vellet. *Joannes* quoque *Tarnouius* ſua ſententia hanc gratiam habuit Regi, quod non alio remedio, quam illo ſcripto, præteritorum comitiorum vulnera ſanarentur. Cuius ſcripti mens & ſenſus is eſſet, vt otium & tranquillitatem polliceatur omnibus Regia ditione atque dominatione deuinctis, quæ ſcripta eſſe habenda cenſebat obſidum loco, fidei atque clementiæ Regiæ. Proinde non modo reprehendendum Regem non eſſe, ſed etiam vehementer laudandum, qui illa Reipublicæ detrimenta non Regia poteſtate, ſed oratione manſueta ſanaret. Ita ſubleuatus ac defenſus *Samuel* illorum ſcriptorum inuidiam vitauit, quorum vtique autore Rege ipſe ſcriptor fuit, cuius rei indicio eſt oratio ipſa. Valuit enim vir ille ſcribendo, habuitque elegans latinè dicendi genus.

Comitia Petricouiæ habita.

Nic. Dirgouius litteras Regias carpit.

Andreas Gorkanus Samuelem ſtringit.

Jo. Tarnouius literas Regias probandas cenſet.

Abſoluto ſcripti crimine actum deinde per Legatos eſt de illis ipſis conditionibus præſtandis, de quibus etiam ſuperioribus comitiis actum fuit, quas quoad expleret Rex, tantiſper a jure dicendo abſtineret. Quibus Rex reſpondit; æquum ſibi non omnino videri, ob eas conditiones juſtitiam non fieri, in tantis præſertim hominum injuriis; quare velle ſe inſtituto ſuo cauſas Majeſtatem ſuam appellantium cognoſcere. Interea tamen relaturum etiam eſſe ad Senatum ſe de conditionibus præſtandis. Legati cum nihil proficere, neque his neque proximis Comitiis ſua poſtulata apud Regem viderent, & cum id incuria atque negligentia Senatus fieri putarent, cum Patribus conſcriptis amoto Rege, per colloquium hanc iniuriam expoſtulare volebant. Rex primo ſecretum colloquium recuſare, deinde cum Legati inſtarent vehementius, poteſtatem colloquii ſecedens cum Senatu Legatis fecit. In quo illi per *Nicolaum Siennicki*, Chelmenſ. Municipii Legatum, queſti ſunt " Patres conſcriptos, quantum de officio remiſiſſent, tantum etiam de autoritate„ amiſiſſe. Circumſpicerent Patres conſcripti„ vicina Regna, quæ breui tempore conuulſa autoritate Senatoria corruerunt, in quibus dom„ reges absque Senatu omnia poſſunt, Rempub.„ afflixerunt. Magnum & periculoſum opus„ eſſe, vni mortali multorum credere ſalutem„ tum etiam vnum in Republica pati, qui plus„ poſſet, quam omnes, eſſe hominum nihil cogitantium de ſalute communi, ex hac enim„ ratione exiſterent Tyranni, qui Reſpub. ſuas„ prædas ducunt eſſe. Cuius rei exempla vel ex„ proxima vicinia ſumi poſſent, vbi cum Reges„ præter autoritatem Senatus, ſimulant ſtudere„ Reipub. ex magnis minimas fecerunt. Quæ„ cum ſcirent, ac meminiſſent Patres conſcripti, facere illos inconſiderate, quod non ob-„ ſtarent Regi pro arbitrio regnare volenti.„ Atque ex omni memoria exempla ſumi„ poſſe, vnum hominem, qui potiatur rerum,„ inimicum eſſe libertatis reliquorum. Ita na-„ tura corrupta inter homines comparatum„ eſſe, vt is, penes quem ſumma rerum eſt, ſub-„ lata interceſſione in Repub. cupiat excellere.„ nec æqua parte contentus eſſe. Quæ cum„ ita ſint, Patres conſcripti adeſſent animis, &„ autoritatem Senatoriam integram retinerent,„ contra potentiam Regis, quam ſi ſemel con-„ temneret Rex, nunquam poſtea ne cupiente„ quidem Senatu in poteſtate Patrum illum„ fore ſperarent.„ In hanc ſententiam *Nicolaus Siennicki* verba fecit, cuius oratio admodum proba-

Legati juris dictionem Regis fruſtra inhibere conantur.

Legatorum cum Senatoribus amoto Rege colloquium.

1550.

1550. probabilis fuit; quadrabat enim rebus, tum etiam Germanica atque Bohemica exempla, quæ oratione Legaturum deſignabantur, perterreſaciebant Senatum. Quare de communi Senatus ſententia reſponſum eſt Legatis: „Senatui placere, nulla in re Reipub. deeſſe, hoc „ſe vnum tamen poſtulare a legatis, vt Regem „judieare æquo paterentur animo, naque con„ditionibus illis dudum præſcriptis, illum in „judicando inte1pellarent, neque judieia illi„us impeditent, ſore aliud tempus conditio„nibus explendis magis idoneum. Nunc ini„quum videri, in tantis iniuriis, quibus Rex „iudicando mederi poſſet, homines deſtitui.

Petrus Kmitha partibus Regiis accedit.

Hoc pro Senatu reſpondit *Petrus Kmitha* Cracouienſ. Palatinus, idem ille, qui ſuperioribus comitiis contra Regia judicia acerrime ſenſerat, vt & legati illo autore teſtificati ex Comitiis re infecta diſcederent, & ob eandem cauſam Polonia non multum ab interregno abeſſet. Quare cuncti, qui aderant, fremebant, & indignabantur illud factum, quod idem ille *Petrus Kmitha* repente mutaretur, vt candem rem his comitiis vehementer ſnaderet, quam ptoximis maximo conatu diſſuaſerat. Et eerte, (neque enim ſilentio eſt prætereundum) plurimum de exiſtimatione ſua veteri hac mobilitate ſententiæ amiſerat, quod ab eo factnm fuiſſe conſtabat, vt haberet ad Regis gratiam receptum, a quo cum aperte ob vxorem impugnatam negligeretur, ob eamque rem gratia illius vulgo vileſceret, ſententiam mutare potius, quam antoritatem amittere *Kmitha* maluit, quæ patua illi tum averſo ab illo Rege reſtabat. Quare vt autoritatem recuperaret, qua tenuloribus dominaretur, omni rationi his comitiis ſeſe Regi dabat, ac illi ſtudebat.

Judicia Regi permittuntur.

Legati cum viderent, ſumma voluntate Senatus judicia Regi permitti, deſtitutos ſe per *Joan. Syrakowski* queruntur, ac fruſtra hæc eadem in ſenatu iterant. Cæterum cum ſoli eſſent, ac nihil proficerent, orandi finem fecerunt, neque moleſti verbo judiciorum nomine Regi poſthac fuerunt.

Legum exſequendarum vnde initium faciendum.

Judiciis autoritate Senatus Regi petmiſſis Legati, de Integro rem commouerunt nooa diſputatione dignam. Egerunt enim: de execntione Legum, euius rei nomen cum non minus ambiguum, quam captioſum eſſet, alii alinm inſtituebant exequendi modum, aliis enim exequi placebat, ſolas leges ab *Joanne Alberto* & ab *Alexandre* regibus profectas, alii vero omnes in vniuerſum exequi oportere cenſebant. Summa contentione legatorum & Senatus pugnatum eſt, horum qui potior eſſet exſequendi modus; hoc enim certe quisque cenſebat, quod in rem ſuam fore videbat. Qui enim Principium exſequendi â *Joannis Alberti*, & ab *Alexandri* legibus ducebant, id inprimis ſpectaſſe dicebantur, vt *Samuelem* Epiſcopum Cancellariatum *Joannem* vero *Tarnouium* Caſtellanum Sendomirienſem Præfectura deiicerent, quod his duobus ſumma apud Regem gratia ſummaque autoritas magnam vulgo inuidiam conciliarat. Itaque eum lex in Polonia illis Regibus lata eſſet, ne Cancellarius Regni ex maioribus Epiſcopis ſit, non licere *Samueli* cum Cracouienſi Epiſcopatu Cancellariatum contra eam legem obtinere legati cenſebant.

Cancellariatus num recte cum Epiſcopatu Cracouienſi fuerit coniunctus.

Quæ lex nulla mihi quidem ratione niti videtur. Cum enim Cancellarii grauiſſimum ſit in Republica munus, in eo non ſolum dignitatem, ſed etiam fortunam ſpectare puto oportere, qua adjutus ad tantum munus ſit ille inſtructior. Nihil enim Cancellariatus aliud eſt, quam Vigilia Reipnb. aut officina quædam ingenii atque doctrinæ, ad quam adminiſtrandam multis opus eſt Cancellario adjumentis, non ſolnm ingenii, verum etiam fortunæ, vt quam plurimos idoneos ad tantum munus gratia & largitione habeat obſtrictos. Nam in tenui re, vt fides eſt anguſtior, ita & facultas adminiſtrandi muneris ſit infirmior. Et cum tantum in Cancellario ſit pnſitum, recte in Germania Princeps publici Conſilii Moguntinenſis Archiepiſcopus Romani imperii eſt Cancellarius. Idem fit Romæ, idem in Gallia & in Anglia, ac in cæteris bene ennſtitutis Ciuitatibus. Memoria etiam noſtra in Polonia, contra hanc Cancellarii fuerunt, multi clariſſimi viri, vt *Petrus Tomicius*, & *Joannes Choinicius*, qui in Epiſcopatu Cracouienſi ſumma cum dignitate Regis, magnoqua eum emolumento Regni Cancellariatum geſſere. Quod tamen in illis homines non moleſte ferebant. Tum enim Reipub. leges non legibus Respub. ſeruiebat; at nunc ſit ſecus, quando in perpetua Regni pace ac diuturnitate otii, turbulentæ quæſtiones, ac linguæ certamina conqueruntur de induſtria, quod in *Samuele* accidiſſe videmus.

Cancellariatus Samueli abrogatur.

In quo cum ſumma eſſent omnia, tamen tantum in otio potuit inuidia, vt certi homines ad aliquem iodignum atque infimum hominem ampliſſimum illud munus mallent peruenire, quam pati illum ſummum virum ae rebus omnibus excellentem illo fungi munere. Quare eum *Samuel* & magnam inuidiam ex matrimonio Regis, pro quo proximis comitiis ſteterat, haberet, & illum homines tantum præſtare nollent, lege illa de Cancellario inutili & tot exemplis antiquata Cancellariatum illi abrogabant.

Jo. Tarnouius quo jure Præfecturam Sandomirienſem obtinuerit?

Similia malevolorum vitia, in *Joanne Tarnouio* his comitiis extiterunt. Qui cum bello maximo *Daciam* perdomuiſſet, ac *Moſchouiam* maximis cladibus detrimentisque affeciſſet, *SIGISMVNDVS* Rex, victoriæ beneficentiæque ergo Sandomirienſem illi præfecturam ad vitam attribuerat. Quod tametſi adverſus illam legem erat factum, qua eavetur, vt illa præfectura omni obligatione libera arbitratu obtineatur Regio; tamen cum *Joannes Tarnouius* maximis hoſtibus periculoſiſſimisque bellis ſæpius Patriam liberaſſet, videtur ipſius Patriæ conceſſu ex æquo & bono contra legem obtinere illam præfecturam potuiſſe, vt

1550. vir ille vnica ſpes, dubiis Regni temporibus, hoc Priuilegio & Patrimonium ſuum afflictum, ac continuis bellis exhauſtum reficeret, detrimentaque illius reſarciret, & hoc eodem cum alacrior, tum etiam copioſior redderetur, ad pericula pro patria ſubeunda. Sed invidia æquum & bonum non videt: quæ cum *Joannem Tarnovium* eius præfecturæ nomine vrgeret, vehementius, *Tarnouius* non tam aliorum, quam ipſe ſui victor, tanquam alter *Epaminondas* ille Thebanos coram Rege breviter in corona expoſuit ſua in Rempub. merita, ob quæ illi præfectura illa fuerat a *Sigismundo* Rege attributa. Quod ſi quid in eo peccaſſet, poenam ſe legis capitalis non recuſare. Cæterum petere a Rege, & a Senatu Equeſtrique ordine, vt tam peccatum quam meritum compararentur ſimul inter ſe, quo ſciri poſſet, plusne mali ille obtinenda Sendomirienſi Præfectura quam boni tot devictis hoſtibus ex ea Præfectura Patriæ attuliſſet. Ita *Tarnonius*, vir ſimillimus illi *Epaminondæ* Thebano, cuius exemplum tum vſurpauerat, docebat, ſe in legem nihil peccaſſe; ſed ne quid obſtare legibus videretur, Præfecturam depoſuit, quam vtique ſumma Regis Voluntate poterat retinere, quæ anno poſt altero *Joanni* filio ex Germania a *Ferdinando* Rege redeunti attributa fuerat, libero ſuffragio, vt patri debitus honos ad filium potiſſimum beneficio regio perveniret. Ad hunc modum inuidiæ populari a *Joanne Tarnouio* ſatisfactum fuit. Memorabile ſanè exemplum, Principibus viris, vt rejiciendis potius quam appetendis honoribus velint eſſe in R. P. illuſtres. *Samuel* etiam Epiſcopus Priuilegio Cancellariatum tuebatur, quo illi comitiis *Sigismundus* Rex Cancellariatum cum Epiſcopatu Cracouienſi permiſerat.

Tarnouius præfecturam deponit.

Cum *Samuel* Epiſcopus & *Joannes Tarnouius* Caſtellanus legibus ſatisfeciſſent, docuiſſentq; inuidiam nihil in illorum parte moliri poſſe, executionem ad initium legum ſumma contentione referre ſtudebant. Quorum autoritates ſecutus Rex aduerſæ parti reſpondit, ſe ſuſcepto regno non juraſſe in has vel illas leges, ſed generatim in omnes, ſecundum hoc jusjurandum ſe leges executurum oſtendit. Verberauerat ea res pauore magno eam partem, quæ ceu laqueo captabat executionem: vt deſiſtere Regem executione illa plerique cuperent. Multi enim Senatorum & Equitum fuerunt, qui veteribus legibus erant obnoxii, quas ſi exequeretur Rex, poenam damnatos ſequi oporteret, vt infames eſſent. Ea enim mulcta præſcribitur eis qui Comitiis deponere, quæ contra leges obtinerent, admoniti e veſtigio nollent. Verum enim vero veteres illas ac perantiquas leges, ſi Rex in Polonia exequi vellet, totum illi Regnum neceſſario eſſet retexendum. Nam vt mores aliarum ætatum alii ſunt, ſic leges aliorum temporum aliæ videntur eſſe; & quemadmodum ridentur pueri, cum parentum calceos ſuo aptant pedi, ita jure ſunt irridendi, qui vetuſtas leges noſtro aptant tempori, quas partim vſus coarguit, partim aliquis Reipub. ſtatus inutiles fecit. *Joannes* certè *Tenczyński* Palatinus Sendomirienſ. vir natura peracutus & prudens acerrimus erat huius executionis impugnator, qui ſella ob ſenium illatus in Curiam cum eadem de re ſequentibus comitiis quoque ageretur, hæc præter cætera locutus fertur. "En jam morior, rapite me dum licet ac vivum ſepelite, ſi huius executionis quam inſtituiſtis principium vllum ante exitum inveneritis. Non ſentis, Rex, leges veteres cum moribus abiiſſe veteribus, & mores nouos a legibus gubernari nouis. Placet exequi leges vateres, placeat etiam de pœna nihil recuſari veteri, quam leges irrogant iis, qui contra illas commiſerunt. At cum ita poſcente Repub. multi multa conſuetudine longa, cui lex cedit, contra leges veteres accepimus; Credo ego fuiſſe aliquando in Polonia tempus, quando lex illa de Magiſtratibus & poſſeſſionibus regiis rebus erat vtilis regno; ſed caſus conſecuti, qui in Repub. multum valent, tacite illam legem antiquarunt, & etiam moribus ſanxerunt, perſeceruntque vt ne ea res fraudi eſſet, ſi ego aut quiſpiam alius in aliqua provincia magiſtratum contra legem, in qua incola non ſum, obtineam, aut ſi poſſeſſiones regias a veteribus Regibus meis majoribus obligatos habeam, ſalua exiſtimatione & pecunia mea. Quapropter eam ſemper tempori cedat lex, & legem vſus coarguat, cenſeo, vt ad *Joannem Albertum* & *Alexandrum* patruos tuos te referas, & ab illorum legibus initium exequendi ducas." His verbis vir acerrimo ingenio executionem a capite legum diſſuadebat, & ad leges a *Joanne Alberto* & *Alexandro* legibus latas referebat. Quæ illius poſtrema fuit oratio. Nam cum cominis vt dixi, inſequentis anni eadem hæc moribundus repetiiſſet, paucis diebus interpoſitis exceſſit e vita. Ita illa executio, quam initio omnes flagitabant, in dubium venerat, vt qua parte ſuſcipi poſſet, non liqueret. Legati certe plus ſibi ac Equeſtri ordini ab illa, quam patribus cavendum putabant, quod verebantur, ne illa executione in dubio illorum poſſeſſiones eſſent. Et quoniam, vt mihi quidem videtur, non tam publicum, quam privatum commodum illa contentione quærebatur, ideo hæſit hæc executio ad metas, nec quo digitum proferat, adhuc reperit, vt dictum *Joannis Tenczińsk*i ſapiens tempus ipſum comprobaret. Ac de executione quidem & de cæteris rebus his comitiis ita tum actum fuit, vt inchoata multa, nulla vero eſſent abſoluta, cum contentionis cauſæ, in priuatorum cupiditatibus incluſæ, vtilitatem communem a publico conſilio excluderet.

Rex omnes ab initio leges vult exequi

Graui oratione id impugnat Jo. Tenczyński.

1550.

Inter diſceptationum magnarum publicas curas interceſſit res parua dictu, ſed quæ ſtudiis

Clericorum potentia minuitur.

1550. diis partium in magnum certamen poſtea exceſſerat, magno detrimento maloque publico. Cum enim ob hæreſim magna inuidia arderet Sacerdotalis ordo, his demum comitiis illa vehemens inuidiæ flamma erupit. Nam cum ſacerdotum neque Zelum quorundam, neque potentiam omnium homines vulgo ferrent, ex longo tempore occaſiones quærebant, quo & vim eneruarent eius ordinis, & illum ad priſtinæ vitæ officium redigerent. Quod cum obſtante SIGISMVNDO Rege, qui ei ordini & indulſerat præcipue, & propter opes confidebat maxime, homines exequi non poſſent, SIGISMVNDO AVGVSTO demum Rege, occaſionem ſibi oblatam putabat, invadendi eum ordinem. Cuius rei magnam præbuit facultatem *Joannes Dziaduski* Jelito, Premisl. Epiſcopus, qui cum laudis eſſet cupidus, nec ad eam aliis artibus poſſet peruenire, eam inibat ad laudem viam, quo ex Lutherana cauſa, cum apud vulgus Sacerdotum, tum apud ſummum Pontificem creſceret. Quo ſanè conſilio ille multos præſtantes ingenio viros in Dioeceſi reos fecit, pleroſque ſacerdotiis exuit, non nullos etiam proſcripſit, a quibus *Stanislaum Orichouium* Rutenum eximium habuit, quem vexaret, ac Dioeceſi Præmislienſi exterminaret. Erat hic *Orichouius* a puero magnopere Philoſophiæ deditus, tum etiam religionem non fucatam, ſed veram & integram priuatim ac publice coluit ac docuit. Quod cum *Joannes Dziaduski* non ferret, aſper in *Orichouium* ſæpe & acer fuit. At *Orichouius* cum neque Epiſcopum neque coelibatum ſacerdos ferret, de amicorum ſententia ſtatuarat repudiato ſacerdotio, quo erat in Ecclesia Præmislienſ. complures annos functus, vxorem ducere, vt liber importuni hominis collegio, caſte in matrimonio viueret. Quam rem ille palam præ ſe ferebat, ita, vt *Viſna* in conventu rogatus ab Epiſcopo, vxorem ne duceret? ducturum propediem ſe reſponderet. Quo reſponſo Epiſcopus ita exarſerat iracundia, vt aqua & igni per tabellionem in eodem conuentu publice *Orichouio* interdiceret, ſi is vxorem contra interdictum duceret. *Orichouius*, cum & vxorem palam ambiret, e Gynæcio *Petri Kmitha*, *Sophiam Straſzonis* filiam, & Epiſcopus ob eam rem inſenſus admodum illi eſſet, cauſam hanc ad comitia Regni defert, ac in concilio Legatorum interdictum Epiſcopi recitat, petitque, quo cauſam illam reciperent Legati, ac ne paterentur Epiſcopos in bona atque caput hominum tam atrocibus ſævire interdictis. Legati cum Iniuria *Orichouii*, tum periculo communi cauſam ſuſcipiunt, ac Regem adeunt, agunt ac orant vniuerſi, ne Rex epiſcopos jus regium ſibi vſurpare in Polonia pateretur. Soli Regi convinctos rerum capitalium licere proſcribere ac illorum bona publicare, præterea nemini. Quod ſi tantæ Epiſcoporum poteſtati Rex non obſtaret, equitibus Polonis conſilium contra Epiſcoporum vim non defuturum. Dicebantur hæc ad Regem in corona a Legatis, quorum præcipui fuerunt *Petrus Boraſyński*, *Nicolaus Krzycki* & *Joannes Strakowski*, ad quorum accuſationem & querelam tacuerant Epiſcopi forte ex admiratione accuſationis liberæ. Tum enim primum Equites Poloni auſi ſunt contra ordinem Eccleſiaſticum liberam vocem publice mittere, quod ante hanc diem in Polonia factum nunquam fuit. Orabant etiam Regem, quo *Orichouium* ſuam cauſam conquerentem audiret; quod ægrè, obſtantibus Epiſcopis impetratum a Rege fuit. Cui poteſtate dicendi facta, cum ille pro matrimonio dicere exorſus, attento & benevolo Rege bene proceſſiſſet, ac ad nam partem veniſſet, qua de cœlibatu illi dicendum erat, Epiſcopi commoti ex ſellis proſiliunt, hominem interpellant, ac ne Rex audiat, orant. Indigna res videbatur in libero regno, coram Rege vocem hominibus eripi, nulla reuerentia Maieſtatis, neque ratione libertatis adhibita, quare cuncti, qui aderant, fremebant, vt ad veterem inuidiam plurimum odii illa interpellatione ordini ſacro accederet. Cum ergo interpellarent Epiſcopi, ac *Orichouium* loqui prohiberent, Rex iuſſit in conſilium, ac de conſilii ſententia per *Petrum Kmitham* pronunciat: *Orichouius* ita cauſam diceret, vt nullo verbo Epiſcopos læderet. Steterat in præcipiti res *Orichouii*. Paratus enim venerat, vt intercepta oratione nihil poſſet ex præparato dicere. Itaque conticuerat, nec, quo ſe verteret habebat. At cum pone ſtantes amici eum cohortarentur, adeſſet animo, neque mentem ſibi tanto in conuentu effluere pateretur. Ille erectus cohortatione, de integro initium dicendi fecit, & ex tempore orationem habuit, in qua breuiter vitam atque ſtudia, quæ in privata vita coleret, expoſuit, quorum illa ſumma eſſet,

"vt bono Rege, bonus ipſe ciuis eſſet, vt merito ab Epiſcopo interdicto illo infami notari non debuerit. Petebat ergo a Rege, quo ille ſuo decreto interdictum Epiſcopi tolleret."

At Rex de ſenatus ſententia tantiſper diſtulit cognitionem illius interdicti, dum alias quoque quæſtiones, quæ contra Epiſcopos afferebantur, cognoſceret. Interea Epiſcopi, quod verebantur ne ſublato per Regem interdicto, illorum minueretur autoritas, *Orichouium* ad colloquium vocarunt, ac illi cum ſex comitibus in curiam Gneſnenſis Archiepiſcopi poteſtatem veniendi fecerunt. Sed cum genus comitum illi non præſcriberent, *Orichouius Andrea Gorkani* adiutus autoritate & gratia ampliſſimos viros ſibi comites parauerat, vt *Nicolaum Radziuilium* Vilnenſ. *Martinum Zborouium* Caliſſienſ. *Nicol. Brudzouium*, Lancicienſ. *Raphaëlem Leſczyński* Brzeſtinenſ. Palatinos, ac ipſum *Andream Gorkanum*; quem duo filii *Lucas* & *Andreas* fuerant ſubſecuti. Hi privatorum hominum habitu, vti erat imperatum, intro in Curiam Archie-

Jo. Dziaduski Stanisl. Orichouium prohibet matrimonium inire.

Orichouius rem ad comitia defert.

Orichouius cauſam coram Rege dicens ab Epiſcopis interpellatur.

Orichouius ad colloquium vocatus venit comitatus veris ampliſſimis.

1550. piſcopi cum *Orichouio* ad colloquium venerunt. Res admiratione digna fuit, ampliſſimos viros pro *Orichouii* cauſa priuatorum hominum perſonam ſuſcipere. Tantum illi tum gratiæ apud ſummos viros inueterata inuidia ordinis Eccleſiaſtici conciliauerat. Interea loci Archiepiſcopus cum Epiſcopis ac cum multa Sacerdotum cuiuſque generis turba ſe congregauerat, nihil de aduentu illorum virorum ſuſpicans, ſed ſolum *Orichouium* cum paribus aduentantem expectans. Quem cum præter ſpem aduenire eum ampliſſimis viris Epiſcopi viderent, attoniti re inſperata, vix tandem recuperata voce dixerunt: Nolle ſe quicquam in illa turba cum *Orichouio* de rebus ſacerdotalibus agere. Hic *Gorkanus*, vt erat in ſumma modeſtia vir acerrimus; quid tandem, inquit, obſtat, quo minus agatis nobis præſentibus, quos ſex tantum, vt imperaſtis, adeſſe *Orichouio* videtis? Tum Archiepiſcopus, non tales, inquit, juſſeram. Quales vero, inquit *Gorkanus*? An non videmur vobis idonei, qui adſimus homini neceſſario? An vobis licebit intereſſe noſtris rebus, nobis veſtris non licebit? Dum hæc aguntur, concurſus fiebat, ac vulgo homines introrumpebant, vt obſiſti a janitoribus non poſſet. Quo quidem tempore mirificus fuerat *Joannes Dziaduski*, qui plenus confidentia *Gorkano* jurganti reſpondit illud Pauli: *Honorabile connubium in omnibus*, in Clericis locum non habere. Sed cum Epiſcopi nihil agere cum *Orichouio* vellent, qui venerant, grauiter offenſi, nulla ſalute reddita diſcedunt, ac palam ſe indignè habitos eſſe ab Epiſcopis queruntur. Legati hac Epiſcoporum voluntate cognita, primarios duodecim viros e collegio ad Archiepiſcopum miſerunt, qui illi denunciarent, equites Polonos *Orichouio* contra Epiſcoporum vim non defuturos, neque paſſuros, Epiſcopos in Polonia vitæ ac fortunarum dominos eſſe. Magnuſque is motus fuit, vt ex priuata contentione, publica cauſa exiſteret, magno non ſolum religionis, ſed etiam Reipub. detrimento, vt poſt apparebit. Cæterum *Joannes Tarnouius* Caſtellanus, cum inſtare Legatos aſſiduè pro *Orichouio* apud Regem videret, cum pro conſuetudine ſua, tum pro amicitia, quæ illi cum *Samuele* Epiſcopo ſumma fuit, mandato Regio vocat cauſam ad ſeſe, ac adhibito *Petro Kmitha* Palatino, excluſa multitudine apud *Samuelem* domi pacem inter *Orichouium* & *Joannem* Epiſcopum, tali conditione conciliat. Vt *Orichouius* non prius vxorem duceret, quam Pontifex Romanus eius ducendæ autor fieret, atque ita diſceſſum fuit, bona cum vtriuſque gratia. At Epiſcopi, vt ſpem vxoris *Orichouio* funditus adimerent, a *Petro Kmitha* contenderunt, ne virginem e Gynæcio vxoris ſuæ nuptam *Orichouio* daret; quod etiam eſt factum. Qua ſpe fruſtratus *Orichouius*, alio animum & amorem ſuum contulit, quæ res illi præter ſpem feliciter euenit. Nam cum

Hac re attoniti Epiſcopi colloquium detrectant.

Jo. Tarnouius rem componit.

Orichouius alio amorem confert.

Andreas Gorkanus & *Martinus Zborowski* Palatinus *Orichouium* cœpto deſiſtere nollent, A diligenter eum *Joanne Chelmio* Cracouienſ. municipii Equite honeſto & nobili per literas egerunt, quo ille vnicam natam ſuam *Magdalenam Orichouio* vxorem daret; quod etiam obtinuerat. Id, quoniam ad ſequentem annum pertinet, ſequenti quoque planum fiet annali. 1550.

Rex dimiſſo conuentu, nulla re conſtituta *Petricouia* diſcedens, iter ad vxorem habebat, quem officii cauſa erant ſecuti complures Senatorii ordinis, quorum Princeps fuit *Petrus Kmitha* Palatinus. Cracouiam vbi eſt ventum *Barbara* vxor obviam Regi alacris procedit, ac illi in æde Stanislai adventum gratulatur, hilarior multo, quam dudum, quod & comitiis ſecunda illi erant omnia, & coram adeſſe eos cum Rege viderat, qui illi prius adverſabantur maxime. Hanc viciſſim Rex quam poteſt officioſiſſime ſalutat. Poſt hunc illam venerantur Epiſcopi. Tum *Petrus Kmitha* ſua in illam ſtudia commendat, ac in clien- B telam ac fidem ſe illi dat. Idem faciunt cæteri. Gratum & jucundum ſpectatu hoc ſtudium fuerat Regi, cum videret vxorem ſuam, tanto eſſe in honore apud eos, qui illam ne vxoris quidem prius loco habebant. Eadem omnium Senatorum pars, quæ rebus dubiis *Barbaram* graviſſime erat deteſtata, ſecunda illius fortuna laudibus illam tum ferebat. Illi etiam, qui quod in familia illius erant, vt contagio quædam vitabantur, tum numero Patronorum habebantur, vt invicem infimis ſummi propemodum clientes eſſent. Tantum valent Regum opes, vt facile immutent homines, vt non cognoſcas eoſdem eſſe. Denique *Bona* Regina, quæ nequaquam illam volebat, mirum, cum videret firmas omnium conſenſu C filii jam eſſe nuptias, *Varſavia* & ipſa *Cracoviam* ſalutatum nurum miſerat, ac filiam appellauerat, ſtudia illi pollicens materna, amorem item atque curam; cæteraque, quæ liberis parentes promittunt. In hunc modum conuerſæ erant huic muliari res; nec vero ſoli, ſed etiam generi ipſius; *Nicolao* autem *Radziuilo* inprimis fratri illius patrueli, qui quod eius matrimonii conciliator fuiſſe putabatur, ſummo apud Polonos odio fuerat. At cum abiiſſet illa tempeſtas, tanto in honore in Polonia poſtea hic vir fuit, vt Principum multi illum Patronum adſciſcerent, nonnulli etiam ita illi inſeruirent, vt in equum adſcendentem ſublevarent, vt ſerui dominum. Igitur cum tempus illius invidiæ omne abiiſſet, *Barbara* autem ſumma gratia apud Regem & ſummo D honore apud omnes eſſet, quod per illam aditus ſermonis & gratiæ faciles ad Regem erant, pro ſe quiſque officiis ad illam certabat. *Petrus* certe *Kmitha* e *Wiſnicza* cum vxore regem ac *Barbaram* ſalutatum in *Niepolomicze* aduenerat, quo in loco in venationibus Rex erat. Gratus Regi adventus *Kmitha* fuit, tanto hercle gratior, quanto illius vxor *Barbara* Reginæ pro-

Rex ad Reginam proficiſcitur, cum pluribus Senatoribus,

Omnes Reginam exoſam antea venerantur.

Cognatio inter Reginam & Kmitha vxorem.

1550. propinqua cum eſſet, turbulento tamen illo tempore pro voluntate viri animo ab illa fuerat alieno. Nam tres filias ſuas illuſtris vir A *Kola* de *Daleow* Palatinus Ruſſiæ & exercituum Regnl Dux nuptum dederat; Vnam *Radziuilio*, quæ *Barbaram* Reginam; alteram *Herbulto Dobromilski*, quæ patrem *Barbara* itidem *Herbulta* vxoris *Kmitha* (inde *Kmitha* vxor fratris conſobrini Reginæ filia fuit) tertiam *Seniauio*, quæ hunc, qui nunc viuit, Palatinum Ruſſiæ genuerant. Ergo benigne habitus a Rega *Kmitha*, inuitat Regem, ac *Viſnicium* cum vxore vt venlat, orat. Coodicit Rex, ac ſe venturum feriis Bartolomæi pollicetur. Ad condictam itaque diem Rex cum vxore *Viſnicium* ad *Kmitham* venit. Aderat vna *Nicolaus Radziuilius*, Reginæ, vt dixi, patruelis frater. Quo quidem tempora magnifica liberalitate vſus fuiſſe *Kmitha* memoratur. Nam cum totum triduum largiter B Regem apud ſe habuiſſet, & cum illum ampliſſime cum vxore & *Radziuilo* muneraſſet, tum vero ex Satellitibus Regis non fere quiſquam ab illo indonatus abiit. Quâ ſanè ille munificentia omnes ſuperioris temporis offenſiones abolere conabatur. Et vt cumulatius augeret, ac Regi declararet, ſuam erga illum obſeruantiam, omnia, quæ in rem erant Regis, ac in honorem illius vxoris adminiſtrabat. Sed cum Rex nihil æque cupetet, quam vt aliquando vxorem coronatam haberet, ad eam rem ſtudium & operam illi *Kmitha* præſtabat. At cum non auderet comitia illius coronationis cauſa inſtituere, aliam viam invenit. Mos eſt io Polonia Regulos addictos Regno de integro cum nouo Rege fœdera facere, & fidem ſuam C jurejurando obſtringere, & certis cooditionibus accipitur a Regulis imperium. Quarum illæ ſunt præcipuæ, vt eosdem hoſtes ac amicos eum Rege Polono habeant, & ipſi ſob umbra Poloniæ Regis ſe latere, ac in tutela ac præſidio Regni jure fœderis poſitos ſe eſſe agooſcaot. Quod jus com a morte SIGISMVNDI neque Pomeraniæ neque Ruſſiæ Duces ab AVGVSTO Rege vſurpaſſent, hanc occaſionem Rex nactus indicit repetendis fœderibus diem, vt conuocatis Senatoribus, non ſolum fœdera faceret, ſed etiam vxorem præſentibus illis coronaret. Ad hunc diem magna pars Senatorum convenerat; D nonnulli taman, cum aliud agi aliud ſimulari præſentiſcerent, ioventâ cauſâ aberaot, neque adeſſe illi coronationi, vt propoſitum tenerent, volebant. Cum jam coronatio eſſet decreta, neque Senatus conſoltum de ea re vllum fieret, *Joannes Tencyński* Seodomirienſ. Palatinus, & *Andreas Gorkanus* Poſnanienſ. Caſtellanus perennes huius mulicris inimici aberant, ex Principibus autem fœderatis aderat nemo. Nam per legatos illi diem edicti obibant. Itaque ad V. Idus Decembris, nullo decreto, neque ſcito publico vxorem Regis Craconiæ in æde D. Stanislai frequenti Sena-

Kmitha Regem cum vxore conuiuio excipit.

Coronatio Reginæ.

tu *Nicolaus* Archiepiſcopus coronauit. Ita hic Archiepiſcopus, qui ſuperioris annl comitiis *Barbaram* ſua ſententia repudiauit, peccataque illius repudio contracta viritim diuidebat, hoc anno ipſam hanc, non vxorem tantum Regis appellauit, ſed etiam Reginam Poloniæ unxit, coronauit & declarauit. Hac via ad Reginæ nomen, Regnique coronam *Barbara* peruenerat, quæ tametſi jam tum langueret, tamen infirmitatem corporis, voluptate tanti honoris ſuſtentabat; dicere etiam ſolebat, ſe non curare, vt vna die plus coronationi ſupereſſet. Quæ eius oratio omen fati fuit, neque enim ſefellit ſpes illam. Nam menſe a coronatiooe ſexto, graui morbo, cui cancer nomen eſt, deceſſit. Poſtridie eius diei Rax in forum deſcendit ac pro Tribunali ante curiam regio more conſedit, fœderaque cum principum legatis fecit, ſpectante Regina ex aduerſa curiæ domo *Jordani Spithkonis de Zakliczino*, Regni theſaurarii, vnde in forum deſpectus facilis eſt. ·1550.

Mors Reginæ.

Dum hæc Cracoviæ aguntur, dies a rega dicitur *Nicolao Oleſnicio* viro Patrio Sectæ Zwinglianæ nomine, quod is inexpiabiles religiones in Remp. induceret. Erat hic in *Sienenſium* familia natus, vnde multi clati viri in Polonia fuerunt, ex quibus *Sbigneus* Cracouienſ. Epiſcopus, & vrbis Romæ Cardinalis, vt cæteros prætermittam, patrum memoria fuit, vir acerrimo ingenio, præſtanti etiam doctrina, in tuenda vero Republ. libertate tanta, vt CASIMIRO Regi huius Augoſti auo noua quædam & pernicioſa Reipub. molienti, non vt Senator Regis, ſed vt Regni pater reſiſteret. Cuius illud præter cætera facions memoratu dignum fertur. Cum enim CASIMIRVS bellis exbauſtus ex æde S. Stanislai ſanctius ærarium vellet auſerre, & jam ad Sacrarium accederet, *Zbigneus* Indutus lintea, religioſaque veſte, ob viam illi e ſacrario prodit, ac irruentem ſuſtinet. "Quo tandem, inquit, ruis, „ Rex? Sacrane vaſa pergis eripere? non pa-„ tiar equidem; quod ſi tu propterea *Boleslaum*, „ ages, en tibi ego adſum *Stanislaus*, ſed a vaſis, „ abſtineto. „ His verbis vir ille refutauit iratum admodum Regem, ac illum a pecunia illius ſani avertit. Multa ſunt huius viri prodita exempla, non ſolum â Polonis ſed etiam a Romanis ſcriptoribus. Is igitur *Sbigneus* huius *Nicolai* patruus maior reliquerat poſteris eum bonis exemplis abundantem, tum vero opibus florentem familiam, in qua natus *Nicolaus* ac liberaliter inſtitutus nulla in re patrio decori defuit. Verum cum is doctrinæ quoque ſtudio teneretur, Magiſtros nactus in Zwinglianam ſectam inciderat. Cuius Sectæ illa ſunt decreta: "In ſacrificio publico non cor-„ pus nequa ſanguinem Saluatoris Chriſti, ſed, „ panem atque vinum merum proponi. Sacer-„ dotium nullum eſſe. Miſſam idololatriam, „ eſſe, ceremoniam Baptiſmi extra aquæ vſum, „ ludum atque jocum eſſe. Jam jejunia, mo-„ nachos

Nic. Oleſnicius Zwinglianos fouet.

Sbignei, patrui eius maioris in patriam merita.

Nicolaus quomodo in Zwinglianos inciderit.

1550. „nachos ac Diuos non minos impie quam ſtulte eleuabant, & quæ ſunt modi iſtius cætera. Ad huiuſmodi prava decreta *Nicalaus Oleſnicius* Zwinglianis magiſtris docilem ſe præbuerat.

Franc. Stancarus.

Cum enim *Franciſcus Stancarus*, vir Itaius, damnatos huius ſectæ in *Lipovicia* Caſtello, vbi Epiſcopalis carcer eſt, verſaretur, ab *Samuele* epiſcopo vinctus, inde vero delapſus per funem ab *Stanislao Laſocio* Laociceoſi Subcamerario, & ab *Andrea Triceſſio* nobili adoleſcente armatis ſub eaſtello exceptus fuit, & ad *Nicolaum Oleſnicium* Pinczouium deductus; Quo loci cum ſe refecerat, cœpit errorem inſtaurare *Zwinglii*, In idque operam dare, vt abduceret *Oleſnicium* a religione paterna, & perſuaderet illi religionem externam. Cuius ad præſcriptum imagines e ſano tolli, cœnam pro vſitata peregrinam inſtitui, Saera, quæ monachi io eius oppidi ſano religionibus vetuſtis B adminiſtrabant, explodi jubet. Erat hoc ſanum cum adiuncta monachorum domo munificentia *Zbignei*, cuius ſupra mentionem fecimus, operoſe exſtructum, ac liberaliter ditatum, quod proſanare *Stancarus* properabat, cuius conſilium cum *Oleſnicio* videretur periculoſum eſſe, nequid inconſiderate faceret, vocat amicos ac conſilium adhibet; In quo variatis ſententiis, illa poſtremo vicit, vt imagines, cum reliqua ſuppellectili, ſaluæ in ſano manerent, monachi etiam veteri iuſtituto ſacra facerent, quod nihil earum rerum mutari tum poſſet impune: adeſſe Regem in proximo, Epiſcopos etiam Cracouia nondum diſceſſiſſe, fore hiſce rebus mutandis aliud tempus magis idoneum. In præſentia placere cœnam inſtitui, C idque fieret in arce privatim, non in ſano publice, quod in oppido ſubiectum eſt arci. Secundum hanc ſententiam permittunt *Stankaro* nouæ cœnæ modum præſcribere, ac illius vſum docere.

Stancarus nauam religionem primus in Poloniam inuenit.

Tum homo nefarius æque diuina ac humana contemnens, ceperat illorum adoleſcentium mentes, quorum erant plerique potentes ac nobiles, ac rerum nouarum cupidi; qui quod inſenſi erant Romanis Sacerdotibus, autore *Stankara* in Zwinglianas partes conceſſerant. Ita poſt Chriſti Religionem à Polonis ſuſceptam eo loci primum externa Religio Poloniam iuceſſit, adeoque popularis error is eſt factus, vt non ſecreto modo intra parietes, ac poſtes priuatos contemnerentur antiqui ritus; ſed in publico D etiam ac ſoro aulaque palam exagitarentur, nequicquam prohibentibus epiſcopis. Quorum autoritas *Orichouii* cauſa, licet longe diverſa, vulgo cœpiſſet vileſcere, prohibere non poterant, quin longius ſerperet hic amor, & animos hominum occuparet, magno cum totius Regni diſcrimine. Igitur cum naturale illud *Oleſnicia* familiæ ſtirpis bonum in *Pinczovia Stankarus* vitiaſſet, primo ſecrete bonorum indignationes exaudiebantur, deinde ad partes etiam & ad publicam querimoniam ceceſſit res. Incuſabantur grauiter a Senatoribus Epiſcopi, quod ſectis 1550. paterentur inſici Regnum, quorum officium A talibus malis occurrere ac impiis religionibus populum liberare. Obierat jam mortem *Samuel*, *Joannes* autem *Przerembſki* Proëpiſcopus in Cracouia erat, cui negotium ab Gneſnenſi Archiepiſcopo datur, quo *Nicolaum Oleſnicium*, evocaret, ac illi diem diceret.

Oleſnicius in judicium vocatur, ab Epiſcopis.

Adeſt ille ac diem cum multa familiarium & cognatorum turba obit. Aulici etiam frequentiam illi præbent. In quem cum Proëpiſcopus cum ſacerdotum collegio judex conſediſſet, ac multitudinem, quæ aderat, amoueri e judicio juſſiſſet, multis exagitatus probris, haud procul abſuit, quin violaretur. Vbi autem potentius jam eſſe id malum Proëpiſcopo apparuit, quam vt per illum ſedari poſſit, judicio deſtitit, ac rem integram B cum Epiſcopis ad Regem detulit. Queruntur apud Regem Epiſcopi, quam indigne contemneret judicia ordinaria, quamque immodeſtus in judicio Proëpiſcopi *Nicolaus Oleſnicius* fuiſſet.

Andreæ Zebrzydouii Oratio ad Regem.

Andreas etiam *Zebrzydovius* Cuiauienſ. Epiſcopus hunc accuſat grauiſſime, "orat & obteſtatur Regem, ne is pro maie-„ ſtate Regni pateretur, pietatem patriam inex-„ piabili religione commutari. Reſpiceret„ Germaniam, quæ quam diu Romanam fidem„ coluerat, tam diu nullum ciuile bellum vidit.„ At polluta hac fide & repudiata veteri, cum„ in Germania non plebs ſacerdoti, non ſacer-„ dos Epiſcopo, non epiſcopus Papæ paret im-„ perio, nec Cæſaris etiam dicto audientes eſſe„ Germanos. Ita à Deo comparatum eſſe, vt„ C Regia poteſtas, ex ſacerdotali poteſtate depen-„ deat, qua ſublata res regnaque ſtare non poſ-„ ſe, cum præ licentia nemo Regis, nemo ſa-„ cerdotis verecundiam habeat. Proinde orabant„ Regem, vt cum veſtigio tolleret quam pri-„ mum malum hoc; quod ſi negligeret, ſuam„ vicem magis quam Epiſcoporum pertimeſce-„ ret. Religionem enim DEI promiſſo, in„ omni Regni ſtatu, penes homines ſalu-„ ti deſtinatos, ſaluam manſuram; at re-„ gna prauis opinionibus ſemel ſedibus ſuis„ conuulſa, nunquam inſtaurari, neque reſtitui„ in antiquum poſſe.„ Stabat cum *Andrea Zebrzydouia* perorante epiſcopalis maieſtas, ac ſenatorum fauor, qui ex oratione illius magnum caſum regni miſerabantur.

Capita accuſationis Oleſnicii.

Commemoraverat enim magno ſilentio *Zebrzydouius* D ſingula, quæ in DEum ac in illius ſacerdotes *Oleſnicius* admiſerat, "vt artem ſacrificandi„ conſcriptam a *Stankaro* haberet, vt nec ſacrifi-„ caret, nec precaretur Deum patrio more, vt vaſa„ ſacra ex fano tolleret, vt ſacerdotes eius fani„ vexaret, vt pro illis ſacrificulos fugitiuos & ali-„ unde pulſos reciperet, vtque ad contemtum le-„ gum atq; magiſtratuum in regno cæteris exem-„ plo eſſet.„ Audiebat hæc pauore plenus *Oleſnicius*, pro quo verba fecit *Nicolaus Reius Oxa*, vt in tanto *Oleſnicii* periculo ſatis, vt videbatur, pro re.

Defenſio ipſius.

Conferebat enim crimen in monachos,

quorum

1550. quorum ſceleratam,atq; flagitioſam vitam cum
homines in oppido non ferrent,mirum non eſ-
ſe,ſi inde profugiſſent , ubi durare præconſci-
entiæ teſte non poſſent. Juſſus *Olesnicius* exce- A
dere , Rex ſingulorum ſententias exquirit ; &
quoniam idem fere omnibus viſum erat, eam
Sententia Joannis Tarnovii. ſententiam ponam , quam *Joannes Caſtellanus*
priſcæ ſeveritatis vir dixiſſe fertur;in hac enim
mens quoq; apparebit reliquorũ.Hic enim cen-
ſuit,“occurrendũ eſſe quamprimum huic tantæ
„confidentiæ , inprimis autem eos homines
„coercendo , qui pravis religionibus captas
„mentes,velut furialibus ſtimulis agerent ad
„omne nefas. Rem mali eſſe exempli , cœtus
„occultos fieri, conventicula privatim inſtitui,
„ac res comparari contra humanum ac divi-
„num jus. Quod ne fieret,majores,inquit,no-
„ſtri legibus cavebant, qui neque comitia, ne-
„que concilia ulla cœtusve coire volebant , abs-
„que edicto regis , quod nullum facinus ſit, B
„quod in multitudine diſſoluta non reperiatur.
„Vides,Sereniſſime Rex, quonam procedat li-
„centia. Homines adoleſcentes coeunt, de re-
„bus in ſecreto ipſi per ſe in occulto ſtatuunt,
„Religiones novas inſtituunt , veteres depo-
„nunt,ac ſpecie fallaci religionis pravæ legiti-
„mos epiſcopos contemnunt. Quod ſi fers, &
„pateris, Germaniæ caſum expecta,quæ nunc
„talium ſectarum dat pœnas , quam prava *Lu-*
„*theri* religio implevit bello & ſangvine civili.
„Nusquam in diſpari religione ſtabilem fi-
„dem Reges in ſe deprehendent. Fidei enim
„erga Reges fundamentum pietas in Deum
„eſt,quæ ubi vacillat, ibi quoque fides Regibus
„incerta eſt. Id metuens Pater tuus & ipſe cu- C
„rabat, & cæteris mandabat magiſtratibus, ut
„ſacra externa fieri vetarent. Sacrificulos hære-
„ticosque regno prohiberent, illorum libros
„conquirerent, comburerentque, ac commu-
„nem diſciplinam,DEum colendi præterquam
„more ſolito, abolerent. Videbat enim pru-
„dentiſſimus vir,nil æque diſſolvendæ R. P. eſ-
„ſe,quam ubi non patrio,ſed externo ritu DE-
„us colitur. Habes domeſticum exemplum,
„quod te hortetur, ut religionem , quam a ma-
„joribus per manus traditam accepimus , omni
„ratione nobis præſtes. Quod ſi qui ab illa de-
„fecerint , & coiiſſe aut conveniſſe cauſa ſacro-
„rum externorum deprehenſi fuerint, habes in
„hos leges,quibus hæretici afficiuntur, ac illo- D
„rum errores, quibus nomen divinum conta-
„minatur,vindicantur. His adſtringe & com-
„prime licentiam , neque patiare illam vires
„ſumere,tibi tuoque regno adverſos.„ Eadem
ſententia *Petri Kmitha* Palatini & cæterorum,
ut jam dixi, fuit. Sed cum nimis graves à Prin-
cipibus contra *Nicolaum Oleſnicium* ſententiæ
Temperatur a Valent. Dembinski. dicerentur,*Valentinus Dembinski* Biecenſ. Ca-
ſtellanus,vir mitis & prudens, cum leges, quas
Tarnovius citabat de hæreticis,acerbiſſimas ſci-
ret eſſe, magnopere cenſebat , „ ut Rex daret
„hoc clariſſimæ Familiæ,ignoſceret errori,mi-
„ſereretur adoleſcentiæ , non legibus,ſed ultro

ta clementia cum *Olesnicio* ageret , neve *Sie-*„ 1550.
nenſium præclaram gentem eximiam habe-„
ret , nec illi primo in Polonia hiſce legibus„
infamiam irrogaret. „ Ita hic e minori ordi-
ne Caſtellanus ſeveram *Joannis Tarnovii* ſen-
tentiam miti oratione temperaverat. Rex me-
diam ſecutus eſt, quam per *Joannem Tarnovi-* *Regis definitio.*
um pronunciavit , qui advocato *Nicolao Oleſ-*
nicio , nihil de ſeveritate ſententiæ ſuæ remit-
tens,docet, “quid meritus ille, quave pœna di-
gnus fuerit, ſi Rex manſvetudinis ſuæ vellet„
oblivisci. Tum ad ſeveritatem addit leges„
contra quas ille commiſiſſet, quas aperto vo-„
lumine recitavit. Et quamvis illius facinus„
animadvertendum eſſet , tamen in præſentia„
Regem clementiæ ſuæ meminiſſe velle , in„
poſterum vitaret offenſiones , *Franciſcum*„
Stancarum ab ſe removeret, Deum patrio„
more coleret , a ſacris peregrinis abſtineret„
Monachis & illorum ſacris in illo oppido non„
obeſſet,id mille aureorum vadimonio præſta-„
ret.„ Additum deinde amplius a Rege de hæ-
reticis eſt. Edicit enim,ut qui viri , quæve fœ-
minæ ſectæ alicujus deprehenſæ fuiſſent, de il-
lis ad legum præſcriptum municipiorum præ-
fecti ſumerent ſupplicium. Porro *Nicolaus*
Olesnicius , uti erat imperatum , confeſtim
Stancarum ab ſe ablegat ; qui profugus Regi- *Stancari exilium.*
um Montem petivit ; quo in loco cum plurimi
eſſent ſectatorum autores , quibus nulla conve-
nientia Religionis erat,in hisque *Andreas O-*
ſiander,ſectæ autor ſuæ,*Franciſco Stancaro* ob
diverſam ſectam eſſet infeſtus , admonitus a
Principis uxore inde profugit, quod Princeps
Oſiandri,uxor vero *Stankari* hæreſin tueban-
tur. Quare cum inſidiæ ab *Oſiandro* fuerant
Stankaro, ipſe ſibi conſuluit fuga. Verum e-
nim vero pulſo & *Pinczovio Stankaro* , ſucceſ-
ſerunt in illius locum fugitivi , quorum opera
illa ſecta ab *Stankaro* importata, latius ſerpen-
do in multas honeſtas familias propagata fue-
rat. Horum præcipuus fuerat *Martinus Cro-* *Mart. Crovicius Stancari ſectator.*
vicius , qui multis annis procurator bonorum
Petri Kmitha Palatini fuit. Hic ſacerdos cum
in Diœceſi Præmisliensſ. Eccleſiam Visnenſ. ad-
miniſtraret, in Zurovicio rure apud *Stanisla-*
um Orichovium, hoc ipſo tempore , dum hæc
Cracoviæ agebantur, uxorem duxerat *Magda-*
lenam Stanislai Pobiedzynski filiam ; ob
quam rem pulſus a *Joanne Dziaduski* Epiſco-
po *Pinczovium* profugerat , & vagus ac exul
cum eſſet,repudiata Religione,quam *Viſnæ* op-
pido Ruſſiæ colebat , Zwinglianas partes ſecu-
tus,ſacramentariam ſectam Pinczovii *Stanka-*
ri inſtituto docebat. Nec vero illud ſeminari-
um Zvvinglianum in Polonia unquam defu-
turum eſt. Cum enim ſummus Pontifex alias
res agat , Epiſcopi autem amiſſa propemodum
autoritate ſectis non obſtent, non eſt , quod
quis ſperet,alio ſtatu Poloniam fore, quam quo
nunc eſt Germania.

Sed nos in hoc ſpatio rerum penè præteri-
mus *Samuelis* epiſcopi,memorabilis viri,mor- *Vita & Mors*

1550. *Samuelis Maciejovii Epiſcopi Cracovienſis.*

tem; Et quoniam noſtræ ætatis cujusque generis exempla colligimus, referamus nos ad eum virum, qui in omni privato publicoque munere poterit eſſe exemplo. Itaque, ne vir memoratu dignus expers partis ſit noſtræ hiſtoriæ, commemoremus breviter illius vitam atque genus. Hic ergo gente *Vitulina*, familia vero *Maciciovia*, *Bernardo* patre, in municipio Lublinenſi natus fuit. Qui pater, qua nocte uxor parturiebat, cum domo abeſſet, per ſomnium admonitus eſſe dicitur, ut eum infantem, quem uxor ederet, *Samuelem* nominaret. Somno pater excitus, memor uxoris gravidæ ac partui vicinæ confeſtim ad illam mittit, qui nunciaret, ut ſi filium peperiſſet, *Samuelem* appellaret, uxor ſimul & filium parit, & nuncium audit viri, & illius juſſu natum *Samuelem* appellat. Hæc ego de illo a *Bernardo* Patre, quem colui ſenem, ſæpe audivi, atque huic Prophetico nomini hujus viri vitam ordine video reſpondiſſe. Qui cum a puero diligentia patris *Bernardi* doctus adoleviſſet, ad *Petrum Tomicium* Epiſcopum Cracov. ſe contulit. Cujus conſvetudine cum magnam ſpem de ſe quotidie daret, ac multum æqualibus præſtaret, Patavium ab illo Epiſcopo fuerat miſſus, qua in urbe *Romulo Amaſeo* Rhetori operam dedit, ac cæteris Philoſophiæ magiſtris. Quorum doctrina eruditus in Poloniam rediit, ac ejusdem *Tomicii* hortatu ad Rempub. acceſſit, *Sigismundoq́;* Regi pro more Poloniæ, magnus Secretarius fuit. Et cum nulla res apud *Sigismundum* eſſet tanta, quam ille autoritate tueri & conſilio regere non poſſet; primo Eccleſiæ Cracovienſ. Decanus, deinde Chelmenſis Epiſcopus ab illo Rege creatur. Et cum ætate procederet, induſtriaque illius magnarum rerum procuratione vigeret, Rex Procancellarium illum Regni fecit. Cujus muneris nomen, verbo deficiens, re in Polonia eum Cancellario idem eſt. Quod munus ille pro majeſtate Regis & pro dignitate Regni, cum adminiſtraſſet, majoribus a Rege dignus fuerat honoribus habitus. Itaque ex Epiſcopo Chelmenſi Plocenſ. Epiſcopus creatur, Cancellariatusque contra leges, ſumma omnium ordinum voluntate una illi a *Sigismundo* attribuitur, unde mortuo *Petro Gamrato* Cracovienſ. Epiſcopus, ab eodem Rege eſt factus. Igitur cum in tantum honorem aſcendiſſet *Samuel*, talem ſe geſſit, ut ſanctitate inter Epiſcopos, facultate vero inter Cancellarios præſtaret. Vita enim ante omnia fuit pudica, tranquilla & temperata. Huc accedebant culti & expoliti mores, in quibus nulla ſermonis importunitas, furor nullus, nulla inerat atrocitas. Adhæc patiens contumeliæ fuit, victor & néquaquam ultor invidiæ; quam acceptam ita diſſimulabat dolens, ut eos qui læſerant, comiter ac ſi non læſiſſent, appellaret, ac illis benigne interdum faceret. Quæ virtutis atque ingenii vis in illo, cum alias ſæpe, tum vero in illa invidia Regii matrimonii apparuit, quod *Samuel* illius autor fuiſſe putabatur, quod tamen vel ipſo Rege teſte fuerat ſecus. Quare cum immerito ille ob eam rem a malevolis dictis atque ſcriptis laceraretur, & eum autores noſſet, nunquam tamen cuiquam eorum propterea fuit infenſior: ita hic vir omnia popularis auræ incommoda frangebat patientia, ac modeſtia levabat: hæc privata in illo; illa autem erant publica. In concionibus gravis, in judiciis mitis, in aliorum vitiis indulgens homo fuit, Lutheranæ factionis homines magis perterrefaciebat minis, quam ſuppliciis afficiebat. Qua ex re nonnulli, aluiſſe illum in diœceſi hæreſin *Lutheri* affirmant, quod tamen non eſt, neque unquam probari potuit. Neque enim quicquam probabat eorum, quæ diſtant a recta fide. In ſumma ſanctus hic vir in Epiſcopatu & memoratu dignus fuit. In Cancellariatu quoque talem ſe præbuit, ut parem, haut ſcio, an aliquando ſuperiorem, in eo munere in Polonia haberet neminem; ſive illius fidem, ſive prudentiam, ſive eloquentiam conſideres. Quibus rebus ille tantum præſtitit, ut quidam ſoliti eſſent dicere: Si in DEorum cœtu Mercurius pro Jove loqueretur, non alio modo neque lingua, quam *Samuelis Maciciovii* loqueretur. Fuit enim vultu & geſtu, ac omni cultu in dicendo aptus & concinnus. Interpretem ſane Regum meliorem, cum hunc audires, non requireres; latine certe dicendo atque ſcribendo ita excelluit, ut *Hieronymus Gyantius* Cardinalis Senenſ. vir ingenio & judicio præſtans, qui tum erat Romæ Præpoſitus Signaturæ (ut vocant) ſancte affirmaret, non aliunde litteras latiniores Romam mitti, quam a Rege mitterentur Polono; quarum utique ſcriptor hic Cancellarius fuit. Non auderem id ponere hiſtoriam ſcribens, niſi ex illo, in cujus familia Romæ eram, ipſe audiſſem. Et tamen cum tantum præſtaret ordine ac munere; non ſe extulit, neque illa facultate, ad invidioſam potentiam eſt uſus, cum & apud *Sigismundum* & apud *Auguſtum* Reges primum gratia & autoritate valeret, ita, ut facile poſſet in illo ambitionis curriculo, ante alios ſumere ſibi partes priores, a quo tamen tantum abſuit, ut omnem ſuam apud Reges gratiam, communicaret cum cæteris ſui ordinis viris, quos ad pacem amplectebatur univerſos; ex quibus duos ſummæ autoritatis viros *Joannem Tarnovium* Caſtellanum & *Petrum Kmitham* Palatinum Cracovienſ. capitali diſſidentes interdum odio, magno conatu reponebat in gratiam, quod eos magno Reipub. damno diſſidere dolebat: qui quoque hunc honorem huic habuere tertio, ut illo judice cœptis deſiſterent, ac in gratiam ſæpe redirent. Quod ſi quando illi ad reconciliandum difficiliores erant, *Samuel* neutram in partem propendens fixus manebat, ſalva utriusque gratia. Hoc quale ſit, facilius exiſtimabit is, qui judicare poterit, quantæ ſit ſapientiæ inter eos verſari, ac uſum & benevolentiam utriusque retinere, qui quaſi in acie infeſtis armis in Repub. concurrunt. Quare cum *Samuel* utrique

parti

1550. parti acceptiſſimus eſſet, ferendo ac obſequendo perfecit, ut illos duos amiciſſimos ſibi viros, inter ſe conjunctiſſimos hinc decedens relinqueret. Hac igitur fama virtutum incredibilium cum *Samuel* floreret, nomenque illius miris laudibus admirabile eſſet, hoc anno *Petricoviæ* comitiis infirmari cœpit, ac cum inde languens Cracoviam rediiſſet ex valetudine in hydropen lapſus, cum neque quicquam prodeſſent medici, Sacramentis pie religioſeque ſumtis deceſſit Anno Chriſti 1550 ætatis ſecundo & quinquageſimo; conditus Cracov. in eo ſacello, quod in æde Stanislai ipſe ſibi vivus deſignaverat, & quod illo mortuo familiaris ejus *Andreas Przeslawski* Cracov. Canonicus abſolverat. Sic ergo vitam finit *Samuel Macieiovius*, cui ut conſimiles epiſcopos & cancellarios habeamus, optare ſane debemus. Huic ſucceſſere in Epiſcopatu *Andreas Zebrzydovius* Raduanus, in Cancellariatu vero *Joannes Ocziesky* Jaſtrzebicius. Fuit hic *Ocziesky* in familia equeſtri ac privata, & ne inter populares quidem ſatis nota, a paupere patre generatus. Cui cum generis ſplendor deeſſet, in virtute illi omnis ſpes fuit, qua tantum profecerat, ut dignitate multorum in Polonia obſcuraret genus. Solertia enim ſumma fuit, tantaque eloquentia ſive latinam ſive Polonicam res poſceret, ut ampliſſimas legationes Turcicas, Italicas, atque Germanicas ingenii & eloquii commendatione obiret. Hic, ut dixi, à parvis initiis fortunæ ac generis profectus in familia & diſciplina *Chriſtophori Szydlovviecii* Cracov. Caſtellani, ſingularis viri, ita adoleverat, ita ſe paraverat, ut nulla humani officii pars eſſet, in qua ille non excelleret. Nam inter juvenes comis, inter ſenes gravis, inter literatos doctus, inter diſertos facundus, inter facetos urbanus, denique inter agreſtes ruſticus homo fuit, ut facilitate ingenii *Alcibiadem* illum græcum certa vitæ parte in Polonia nobis referret. Cum ergo is ad omnem vitæ partem aptus, primum *Sigismundo* Patri, poſt *Auguſto* ejus filio, multis tam domi, quam foris ingenii documentis probatus eſſet, *Samuele* defuncto, hujus anni comitiis in cancellariatu fuerat ſuffectus; *Joanni Przerembski* Cracovienſ. Præpoſito Procancellariatu relicto, bono item viro, docto atque induſtrio, ut Samuelis diſcipulum poſſis agnoſcere. Ita hoc geminum in cancellariatu par *Samuelis* defuncti levabat deſiderium, cum homines viderent, duobus ſummæ induſtriæ viris, poſt *Samuelem* ampliſſimum illud Cancellariatus munus a Rege eſſe mandatum. 1550.

Joannes Ocziesky Samuelis ſucceſſor.

ANNALIS QVARTVS,

Qui in exemplaribus Typis impreſſis maximam partem omiſſus ex ipſo Autoris ſcripto Exemplari hic reſtituitur.

A. C. 1551.

Hic annus inſignis erit privatorum hominum periculis. Cum enim rei gerendæ, & uxoris humandæ cauſa Rex in Lithuania abeſſet, Comitia in Regno non erant, de quibus aliquid in hos annales referam. Privata igitur ſequar, non quævis, ſed quæ publica attigerunt moveruntque; quorū cauſa Romani Pontifices fuerunt; qui cum de rebus omnibus cenſerent ſtatuendi jus in Eccleſia penes ſe eſſe, multa hominibus gravia & difficilia impoſuerunt. Huc acceſſerunt artes illæ, ad exhauriendas opes exquiſitæ, quibus Romani quæſtui habent Eccleſiam Dei; quæ avaritia, regno gravis, perſvaſit tandem Polonis, Romani Pontificis poteſtatem negligendam eſſe, quum vulgari corrupto odio, tueri non poterant, urbis Romæ ſancita contra divinum & humanum jus. Itaque cum avaritia fœda, luxuria etiam turpi affligeretur ſacerdotalis ordo, & cum calix ademptus plurimum momenti ad Religionis veteres ritus repetendos faceret, Poloni vitam pudicam cum Religione antiqua a Sacerdotibus repoſcebant, quorum cupiditati adjuncta ſpes excitaverat animos illorum, ut nihil penſi haberent pro his rebus contra Papam facere & dicere. Ad quam rem patrandam multum adjuvabant Germaniæ exempla, quæ uxorem civili bello, calicem vero multo ſangvine vindicavit. Talibus exemplis cum exarſiſſent Poloni, haud ſecus quam diu clauſtris retentæ feræ, hoc demum anno erumpunt in Papam, atque in illius Romam. Et cum initum illud Papæ odium ſuperioris anni Comitiis vulgatum per Poloniam nudaſſet voluntatem hominum, diverſæ in Polonia ſectæ atque factiones fuerunt; cum amoto metu Pontificiæ poteſtatis, æque bonorum & malorum tolleretur diſcrimen. Cui malo non modicam materiam præbuit præter cæteros *Joannes Dziaduski* Jelitko, Præmislienſis Epiſcopus, qui vexato *Stanislao Orichovio*, ut ſupra demonſtravimus, occaſionem Equitibus Polonis dedit ad contemnendam Pontificiam poteſtatem, qua ſola pax & tranquillitas inter homines continetur. Quamobrem ut intelligatur, quam noceat humanis traditionibus divinas tolli, & ab Epiſcopis homines contra jus violari, ponam hujus rei exempla; *Stanislai* autem *Orichovii* imprimis, in quo id evidenter apparuit. Qui cum ſtatuiſſet uxorem ducere, idque comitiis proximis Petricoviæ teſtatum feciſſet, cum illi ea non daretur virgo, quam a *Petro Kmitha* Palatino petebat, eam Bacchanalibus hoc anno duxit, quam illi *Andreas Gorkanus* cum *Martino Zborovio* Palatino Caliſſienſi apud *Joannem Chelmski* Cracovienſis Municipii Equitem conciliaverant, *Magdalenam*, ejus ipſius *Chelmski* filiam, re & nomine virginem. Hæc *Orichovio* data eſt in matrimonium in Lſczino rure, Andrejovio vicino, apud *Remigianum* illius A. C. 1551.

Dominatum Pontificum excuſere conantur Poloni.

Matrimonium Orichovii.

1551. lius fratrem; quæ quaſi ex pacto ad minuendam Pontificis poteſtatem, cum Orichovio daretur, plurimum momenti adverſus cælibatum ſecum afferebat, quod cælibatum partim ſuperbe ſacerdotibus imperando, partim hunc eundem crudeliter ab illis exigendo, Papæ Regnum ſummæ arrogantiæ & non ferendæ potentiæ eſſe vulgo exiſtimabatur. Quantæ eſt enim illud arrogantiæ naturæ jura conari humanis decretis commutare? Quantæ vero potentiæ, appetitum procreandi ſacerdotibus non concedere, & uſum illius pœna capitis interdicere? Quapropter contra hanc tantam vim, qua divina & humana jura violabantur, tanquam machina quædam comparatur hæc *Orichovii* uxor, quæ eo genere fuit, ut inter primarias in Polonia familias paucas habuerit alienas: maternum enim genus illi gens *Zarembia* fuit, Nobilis & Patricia, paternum vero Domus *Chelmia* Equeſtris. His adventitiis copiis adjutus *Orichovius* cum ſuo nomine, tum uxoris genere, adeo ſacerdotium commoverat, ut illius connubio labeſcere hic ordo videretur. Cum tota Polonia harum nuptiarum nomen eſſet celeberrimum, illud perenne in ſacerdotes Romanos odium magnam flammam invidiæ hiſce nuptiis adjecerat, cum per ſe quiſque ſacerdotibus ſcortationem exprobraret, factum *Orichovii* oſtentaret, ac illum laudibus efferret, quod in Polonia primus auſus ſit contra Papæ cœlibatum libere pro matrimonio ſentire, ac facto præclaro docere, Antiſtitē turpis vitæ Papam eſſe. Hujusmodi jactabantur vulgo in circulis per fora & compita ſummo cum ludibrio ſacerdotii Papæque. Et cum hoc *Orichovii* facto obſtupuiſſent ſacerdotes, vix tandem *Dziaduski* Ielitho Præmislienſis Epiſcopus diu multumque ab inimicis ſollicitatus, diem illi dixit, quartam feriam poſt Paſchæ conductum. (Uſus ſum, rei explicandæ cauſa, iſtis verbis & uſitatis dierum ac feriarum nominibus;) Exigui ſpatii ea dies fuit, utpote tridui; adhæc locus incertus in edicto erat adſcriptus, quod eo conſilio Epiſcopus fecerat, ut ne quod ſpatium poſſet intercedere *Orichovio* & ſui colligendi, & Advocatos, amicoſque in judicium conducendi, cum & in quem locum ſe reciperet, neſciret, & anguſtia temporis minus multos ſecum adducere poſſet. Ad diem vero *Orichovius* cum ſciret ſibi rem eſſe cum judice gravi & acerbo, in omnes illius impetitiones intentus fuit. Quare certiores facit neceſſarios ſuos, quorum magnum numerum habebat, uti, ubi locorum cognoverint Epiſcopum ad eum diem fore, ut eo ſibi præſto forent. Et cum Epiſcopus pro die dicto Radimevvo excederet, ac Brzozovium magno itinere contenderet, ſperaretque *Orichovium* loco deluſum & tempore excluſum ad judicium non adfuturum, *Orichovius* ab exploratoribus edoctus illum conſequitur, ac in Dinovium oppidum pernoctatum proficiſcitur, quo in loco multi illi occurrerant, qui rumoribus veſtigia tergiverſantis Epiſcopi

In judicium vocatur Orichovius.

ſecuti, eo loci *Orichovium* exſpectabant. Hic non eſt omittendum, quomodo ſuos tuetur in omni fortuna & conſoletur Deus. Cum enim *Orichovius* beneficio apud *Stanislaum* & *Andream Vapovios* honeſtiſſimos adoleſcentes, ejus oppidi Dominos, cum amicis cœnaviſſet, ac inde digreſſus ſub noctem ſollicitudine plenus quieviſſet, & ſecum reputaviſſet, quam magnum, quamque periculoſum auſus fuiſſet facinus, tum etiam cogitaret, ſummam Epiſcoporum vim in Polonia eſſe, cui pareat Regia poteſtas, quam etiam horreat Senatus & Equeſtris Ordo, cui plerique talia auſi ceſsēre, *Joannes* autem *Laſcius* imprimis, qui ob uxorem in Germania ductam Polonia concedere exilii cauſa fuerat coactus, hæc animo *Orichovius* ſecum volutans, pavidꝯ quieverat. In quiete videt Epiſcopum horribili ſpecie, qui aſtans viſus eſt illi multis ſaxis quieſcentis caput appetere; & cum vani omnes ictus eſſent, nihilque terribile in viſum, quam habitus ruſticanus inſtantis Epiſcopi eſſet, *Orichovius* ictus declinans, cum ſpecie tetra & aſpera exhorruiſſet, de ſtrato ſeſe proripuit, ac ſemiſomnis fugere inde cœpit; quem circumſtrati amici commotum tenuerunt, nec de manibus quoad vigilaſſet dimiſerunt; quibus ille ad ſe ſe rediens narravit ſomnium, quo exterritus fugeret. Omnes bono animo eſſe jubent, vanas impetitiones Epiſcopi ſomnio portendi, & præter ſpem omnia meliora fieri. Buccina ſigno dato cæteris per diverſoria diviſis, equos inſcendunt, ac Brzozovium cum prima luce agmine veniunt. Epiſcopus dum in expectatione adventus *Orichovii* eſſet, trepidans pontes dejici, portas claudi, & omnes aditus Epiſcopalis Curiæ intercludi jubet; neque certum inveniri poterat, excludendine *Orichovii* cauſa id fecerit, quo ſimulatate, abſentem pro contumaci condemnaret, an inopia tutioris contra errorem conſilii aditus impedierit? Brzozovium ubi eſt ventum, *Orichovius* apud amicos oppido plenos, injurias Epiſcopi commemorat, docet, " ſe nullam,, extraordinariam Religionem appetiiſſe, ſed,, ea fuiſſe contentum, quæ omnibus Chriſtia-,, nis pateret; in qua, cum præcipuum uxor ſit,, Sacramentum, eam ſe duxiſſe, ne quid indi-,, gnum Chriſtiana profeſſione in ſe admitteret.,, Patientiam proponit ſuam, qui multo tempo-,, re injurias ſuas omnes atque contumelias Epi-,, ſcopi pateretur ac ferret, acerbitatem etiam,, illius demonſtrat, quod is eum in collegiis,, omni dignitate & honore dejicere vellet, nec,, poſſet; cauſam nunc ex nuptiis caperet, per,, quam illum pro hæretico ex Diœceſi exter-,, minaret. Injuriam ejusdem in contumelioſis,, interdictis, ac crudelitatem in circumſcriben-,, da die prædicat. Pro quibus rebus orat & po-,, ſtulat, ut ſibi adeſſe in judicio Epiſcopi contra,, vim velint, quo abſque vi metuque & inter-,, rogari & refelli, ac a judicio abire libere illi,, liceat.,, Conclamant cuncti ſeſe paratos eſſe, municipis ſui cauſam injuriaſque defendere, & 1551.

ſi vis

1551. ſi vis adferatur in judicio receptum præſtare. Hæc apud ſuos concionante *Orichovio*, ſacerdotes interveniunt, cum edicto ab Epiſcopo miſſi, quorum alter *Stanislaus Strachocina* Parochus *Orichovio* inquit: "Mandat Epiſcopus „miſſa turba ad judicium ut venias, ac meminiſſe velis, te ſacerdotem Epiſcopalis juris eſſe.„ Ad hoc Edictum clamor undique exoritur, nullam adeſſe vim, pacatos venire, æquum non eſſe in occulto judicia rerum capitalium facere, palam ageret, neque conſpectum fugeret. Inde omnes ad Epiſcopum tendunt, *Orichovio* in diverſorio relicto, hoc quidem conſilio, quo per colloquium præoccuparent Epiſcopi animum, ut meliore illo in judicio uteretur. Epiſcopus cum hoc ſolum ſpectaret, quo *Orichovium* everteret, nullam rationem illorum dicit, omnes excludit, verba etiam contumelioſa addit, quid ſibi illi vellent? Quidve illis negotii ſecum eſſet? ſuas res agerent ac aditu abſtinerent. Colloquio fruſtra tentato, *Orichovium* ex oppido accerſunt, ac illum ante curiam ſtatuunt, teſtificati reum adeſſe, ac nullo Comite intus ad Epiſcopum adire velle. Ipſe etiam *Orichovius* vociferabatur, præſentem ſe, uti abſentem neque judicari, neque condemnari oportere. Sed cum nihil prodeſſent, neque teſtificationes, neque preces, ad veſperam in oppidum redierunt, cum ab horâ tertiâ peruſti Sole, omnes fruſtra tentaſſent aditus. Poſtridie mane miſſi erant *Herburtones*, ac *Dunitones*, *Joannes* etiam *Starzechovius*, cum *Nicolao Orichovio* fratre germano, qui de ſcripto teſtificabantur, *Stanislaum Orichovium* diem dictum obiviſſe, neque contumacem fuiſſe, quod ſi pro abſente ab Epiſcopo condemnaretur, illum appellare ſuperiores poteſtates. Sed cum illi non admitterentur, neque teſtificatio a ſcribis Epiſcopalibus reciperetur, *Orichovius* de amicorum ſententia Sanokum petivit, ac coram ejus oppidi Præfecto *Petro Zborowski*, Sendomiriæ Caſtellano, teſtibus rei geſtæ datis, vim & iniquitatem Epiſcopi teſtificatus, ſingula in acta præſcribi curat. Quod eo conſilio fuerat factum, ne judicium Epiſcopi alioquin ſibi fraudi foret. Epiſcopus, ut ſtatuerat, *Stanislaum Orichovium* excommunicat, Hæreticum pronunciat, ac confiſcat, honoribusque privat, ac Diœceſi exterminat. Dici non poteſt, quanto dolore tum exarſerit Equeſtris Ordo. Publicata enim hac Epiſcopi ſententia, quaſi in ipſius regni incendio, deſperationeque omnium ſalutis, ruebant omnes, ac conſilia conferebant, nemoque erat, qui illius temporis calamitatem alienam eſſe arbitraretur. Si enim hoc jus in Polonia Epiſcopis eſſet, ut damnatos ab illis per fallacias, graviſſimas pœnas ſequi oporteret, quidvis ſatius eſſet perpeti, quam in tanta acerbitate immanitateque homines verſari. Jam non de *Orichovio*, ſed de ſe & fortunis homines extimeſcebant. *Orichovius* certior factus, ſententiam Epiſcopi Præmisliæ publicari die Solis, quæ lux 10. a judicio Epiſcopi fuit, in templum cum caterva amicorum ſacrificio intervenit, cui execratos intereſſe fas non eſt. Quem ſimul ac in templo ſacrificuli conſpexiſſent, conticuerunt omnes, ac ſacrificium intermiſerunt; e quibus ſacrificulus quidam, *Martinus Gallus*, prodit, cujus vices erant, execratos ſacris arcere, orat, ut templo excederet, neque ſacrum impediret, quod illo præſente agi fas non eſſet. Hic *Orichovius*, ac ſi neſciret, quæ tandem illa, & cujus eſſet execratio, rogat? Renunciat Epiſcopalem eſſe, quam etiam ex formula execratoria recitat. Tum *Orichovius* nihil moratus, altius ſubſellium conſcendit, ac primum a Deo precatus veniam, quod ejus templi graviſſimam ceremoniam violarit, circumfuſam turbam obſecrat, ne id, quod a ſe fieret, de induſtria factum crederent, ſe ſcire quam execrationes etiam iniquæ obſervandæ eſſent, ſed cum nullo unquam crimine, neque judicio convictus eſſet, licere ſibi putabat templum ingredi, ac ſacris intereſſe communibus. Tum multa concionabundus de iniquitate Epiſcopi, multa, quam commune eſſet illud periculum, conqueſtus eſt. Poſtremo cum peroraſſet appellatione pro ſuggeſto propoſita templo exceſſit, ac arcem conſcendit, ubi præconibus & teſtibus datis rem geſtam ordine, in acta præſcribi curat. Sub id tempus *Nic. Dzirgovius* Gneſnenſis Epiſcopus Petricoviæ concilium ſacerdotum habebat, cum quibus magno conatu contra ſectas conjurabat, adeo ut præter uſitatum Epiſcoporum jusjurandum, novum etiam adjiceret, quod inter ipſos etiam Epiſcopos multi eſſent, ſectis ſuſpecti, quo fiebat, ut illa etiam minuta ita adjurarent. "Tu credis aquam benedictam, invocationem Sanctorum, „& conſecrationem liberorum efficacem? „Credis purgatorium, Papam, miſſam, jejunia, „vota atque cælibatum? In hæc verba Sacramento Regali Epiſcopo reſpondebant: Credo. Quarum rerum, adjurationumque libri prodiêre, Autore quidem *Nicolao* Archiepiſcopo, ſed ſcriptore *Stanislao Hoſio*, Varmienſi Epiſcopo. Quoniam vero in illo concilio conſultum decretumque fuit, Epiſcopis cum hæreticis plane indictum bellum gerere, pecunia grandi ſacerdotibus imperatâ, Regem ſibi principio conciliare ſtatuunt, certi mulctam, quam Epiſcopi alicui ob ſectam dixiſſent, pœnamve injunxiſſent, eam exacturum Regem â condemnatis ad leges patrias: ad hoc tam incenſum inimicitiis, tamque infenſum hæreticis concilium *Stanislaus Orichovius* cum appellatione mittit familiarem ſuum *Joſephum Slepowronium*, qui cum incommodo concilio interveniſſet, offendit Archi-Epiſcopum & reliquos, paucis exceptis, *Orichovio* infenſos. Quæ appellatio non tantum lecta eſt, ſed ultra etiam Archi-Epiſcopus, nulla ſatisfactione accepta, de concilii ſententia pronunciat, recte & ordine *Orichovium* a *Joanne* Epiſcopo condemnatum videri, & ne qua *Orichovius* forte elaberetur morâ, Epiſcopum Regi pro Hæretico illum deferri

Veniens non admittitur cum comitibus.

Excommunicatur ab Epiſcopo.

1551.

A ſacris arcetur.

Conjuratio ſacerdotum contra hæreticos.

1551.

ferri jubet; ipſe etiam pro autoritate inſtat per literas apud Regem, quo nomen *Orichovii* recipiat, in delatumque animadvertat. Recipit delationem nominis Rex; ac ex Lithuania per A literas *Petrum Kmitham* Palatinum Cracovienſem & Præmislienſem Præfectum in delatum lege agere jubet.

Rex in Orichovium jubet lege agere.

Incxuperabilis fuit hujus temporis procella *Orichovii*. Nam & Archi-Epiſcopus a Coronatione *Barbaræ* in Regis gratiam redierat, & *Petrus Kmitha* privatim *Orichovium* oderat, ob liberius quædam in ſe dicta, atque ſcripta, & Epiſcopus ipſe gravis adverſarius aſſidue apud *Kmitham* inſtabat, ut quam primum in *Orichovium* pro mandato Regio animadverſionem inſtitueret. Propræfectum etiam *Kmitha Uladislaum Dieburski*, quibus poteſt rebus ad idem impellit, ut cum *Kmitha* Cracovia abeſſet, ille ejus nomine lege ageret, nec ullam moram ſupplicio interponeret. Dum hæc aguntur *Orichovius* ignarus edicti, tamque atrocis mandat. Regii, caſu in convivio fuerat apud ſpectatum hominem B *Joannem Pienaskonem* Equitem, hilarem in modum ab eo habitus, quo loci exemplum edicti Regii, ſecundum quod dare pœnas *Orichovium* oportebat, a Propræfecto miſſum, illi redditur. Qui tantam rerum ſuarum habebat fiduciam, ut cœteris atrocitate inſperati edicti exanimatis, ille vultum ſecundæ fortunæ ferens, nihil neque de animo neque de convivio remitteret. Itaque Propræfecto e veſtigio reſcribit, "nihil ducta uxore commiſſum eſſe, „quare illud edictum timeret, neque etiam ſine „cauſa timendum putaret, ageret modo pro „juſtitia ſua Præfectus *Kmitha*, a ferocique Epi-„ſcopo rationem judicii expoſceret, quod ſi ſe „recte & ordine ſe condemnaſſe reum docue-„rit, cauſam *Kmitha* juſtam fore animadverten- C „di.„ Cum exigua ſpes vitæ ſupereſſet *Orichovio* & eum Epiſcopus apud *Kmitham* Præfectum noctesq; diesque inſtaret, quo *Orichovium* interficeret, *Kmitha* tamen vel iniquitate judicii vel miſericordia Rei permotus, oblitus offenſionum, mora dies extraxit, cauſamque illam omnem ad comitia ſequentis anni produxit.

Kmitha rem protrahit.

Erat *Kmitha* ſicut adverſantibus aſper, ita, ſi crederes, idem placabilis, neque unquam hujus viri inimicitiæ alio exitu, quam ignoſcendo, finiebantur, ſatisque habebat is in minis docere, quam ulciſci læſus poſſet; raro ille alias repetebat pœnas. Dum *Joannes* Epiſcopus *Orichovium* hunc in modum proſequitur, ceu D æſtu quodam abreptꝰ in eum fuerat delatus duplicis odii ſcopulum, ut non ſolum privatam ſuam gratiam, ſed etiam publicam Epiſcopalem affligeret. Cum illo judicio infami, quo *Orichovium* circumveniret, illius autoritas in Diœceſi fieret quotidie infirmior, ne quidquam illo prohibente ſectæ pernitioſæ cœperunt in Diœceſin Præmislienſem ſenſim irripere.

Sectæ in Diœceſi Premislienſi.

Quarum illa fuit capitalis, quæ profecta ex *Martini Lutheri* fontibus, ac deinde *Zwinglianis* aucta erroribus in Germania labefactarat, quicquid erat in ea gente divini, & humani juris. Hanc in Poloniam importaverat *Franciſcus Stancarus* Italus, Mantuâ fugitivus, quam etiam Pinczovii apud *Nicolaum Oliesnicium* ſeverat, magno cum veteris Religionis detrimento.

Franc. Stancarus.

Quo homine edicto Regio inde ſublato, *Martinus Kiovicius*, *Franciſco Stancaro* ab *Olieſnicio* ſuffectus, hanc eandem hæreſin ibidem aluerat, atque inde hæreſin, tanquam noxium virus, in alias illuſtres familias diſperſerat. Quæ latius ſerpendo dum vires ſumpſiſſet, in Ruſſiam quoque, nullis ante contactam hæreſibus, penetraverat, ac in *Dubiecium* oppidum autore *Alberto*, quodam ignobili hæretico, influxerat, qui opibus *Stanislai Stadnicii* illius oppidi Domini contra Epiſcopalem vim tectus, errores Sacramentarios impune intrepideque ferebat, perfeceratque, ut *Stadnicius* liberos ſuos juſta uxore editos baptizaret Sacramentario ritu.

Stanislaus Stadnicius Albertum fovet.

Idem etiam ejusdem ſectæ præſcripto *Alberti* Magiſtri ſacrificium publicum in cœnam Helveticam commutaverat, Papam, Epiſcopos, jejunia, Divos, & qui ſunt antiqui ritus, communiter contempſerat, idque in oppido licenter agebat, exaudiente & pene inſpectante & proximo Brzozovio *Joanne* Epiſcopo: cui ut ſtomachum facerent, non quo illi ſacra præſtarent, plerique apud *Stadnicium* ſæpe agitabant cœnas illas Sacramentarias. Et cum Epiſcopus neque autoritate neque poteſtate a Diœceſi inhiberet tantum nefas, *Stadnicium* tamen, qua poſſet, aggredi ſtatuit, qui nihil ejusmodi ab Epiſcopo exſpectans mali, a Dubiecio Proſovium ad conventum edicto Regio fuerat tum profectus. Hunc abſentem Epiſcopus aggreditur, ac edicto, Dubiecii pro concione abſentem, per Sacrificulum citat, illique diem ex eo die tertium Brzozovii dicit.

Citatur ab Epiſcopo & damnatur abſens.

Incredibilis fuit hæcce feſtinatio ne homo nobilis, ingenioſus & Dominus, ſi dies longior fuiſſet dicta, ex itinere vocatus cauſam præſens diceret, & interrogatus lege coram ipſo reſponderet. Ubi dies cauſæ dictionis advenit citari Epiſcopus abſentem *Stadnicium* jubet, prodit vilis accuſator. Nobilis Rei Inſtigatorem vocant, attentat diem, ac reum citatione laceſſit, pro quo eum reſpondet Dubiecii oppidi Procurator; dicit herum Reipub. cauſa abeſſe, exiguitatem temporis conqueritur, ac brevitate diei circumſcriptum adeſſe non potuiſſe teſtatur; orat proferret tempus, nihil fore periculi in morâ ſi Epiſcopus cauſam in reditum heri rejiceret. Epiſcopus regerit, cum hæreticis breviter agendum eſſe, dignos qui amplientur non eſſe, abſint, ſive adſint, miſſis ambagibus condemnendos, tollendos, ac proſcribendos hæreticos eſſe. Procurator mirari ſe ajebat, quomodo herus ſuus, vir Patricius, Epiſcopi judicio in illis Brzozovienſibus latebris famam Patriam atque fortunas eſſet amiſſurus. Ad hæc Epiſcopus tace, inquit, neſcis Decretales noſtras? Ego, inquit Procurator, quid Decretales ſint neſcio, ſed quid infamia ſit, ſcio. Tu

abi,

1551.

abi, inquit Epiſcopus, nos jure agimus. Tum citari jubet reum: quem, cum non compareret, pro contumaci hæretico condemnat, excommunicat, infamem pronunciat, honoribus privat, ac bonis publicatis proſcribit. Judicio tam triſti tamque atroci afflictus Procurator ad uxorem heri ſui redit, quanto in periculo res ſit, docet. Mulier atrocitate ſententiæ exterrita, mutatis ad celeritatem jumentis certiorem maritum de Epiſcopi judicio facit. Deprehenſus in itinere *Stadnicius*, inſperato ictus malo, nihilominus Profovium pervenit, ex uxoris literis refert ad Conventum, “qua arte petitus ab Epiſcopo per dolum atque inſidias fuerit, tum etiam docet, quanto io periculo verſetur communis libertas, quæ cum jam pateret ad omnes Epiſcoporum contumelias, nihil ſpei reliqvum foret, ſi etiam Rex executor ad illorum judicia accederet. Condemnatos eſſe arte conſimili in Diœceſi Præmislienſi multos ſtrenuos viros, ut *Martinum Oxeczinenſem, Martinum Krovicium* anno ſuperiore, nuper etiam *Stanislaum Oricbovium*, qui confictis magis criminibus, quam ullis eorum meritis, ab illo Epiſcopo capitis eſſent damnati. Poſtremo ſe eisdem dolis appetitum, abſentem ab Epiſcopo condemnatum eſſe, ac Regno proſcriptum. Hæc vos feretis, inquit, Equites? Adeo Epiſcopis animæ viles noſtro permiſſu erimus, ut in exiſtimationem vitamque noſtram graſſentur iſti ſuo arbitratu? Parum videtur ſacerdotibus ſtupris, atque probris neſandis vicos atq; oppida noſtra ab illis contaminari, niſi etiam in exiſtimationem noſtram irruant? niſi nos honoribus ac fortunis exutos Regno proſcribant, ac executori Regi mactandos tradant? De hoſtibus externis propulſandis conſiliis proximis Petricoviæ deliberavimus: ſcilicet hoſtes nobis deſunt, quos longe acerbiores, domi in viſceribus noſtris ferimus, quam ulli ſunt foris Turcæ aut Scythæ, qui noſtris bonis fructibusque Regni ſatiati, quaſi nimiò cibò diſtentæ belluæ incurrunt in nos altores ſuos, ac noſtrum nomen omnibus injuriis atque contumeliis dilaniant. Hic obſiſtendum eſt omnibus quibus poſſumus modis & opibus. Sit antiquior apud nos ratio exiſtimationis retinendæ, quæ nobis fraude Epiſcopali eripitur, quam ejus deliberatio, quæ nobis ad deliberandum a Rege proponitur. Et cum ſic a majoribus inſtituti ſimus, ut infamiam non tantum ſervitute, ſed etiam morte ipſa pejus malum ducamus eſſe, quod ſervitus habeat conditionem miſeri hominis, infamia autem ad extremum perdict. Quod cum prudentiſſimi viri majores noſtri vidiſſent, judicium capitis atque exiſtimationis ne Regi quidem ſoli ſed publicis Comitiis, Baronibus etiam Regni, præſidente Rege mandandum eſſe voluerunt, ut nemo privato judicio vitam atque famam in Polonia amitteret. Ad hunc majorum morem in hac Epiſcoporum audacia tanta receptum habeamus Equites. Legatis etiam noſtris, ſecundum Privilegium *Jagellonis*, poſtulata edamus, quo diſſerte A cavetur, ne quis Eques Polonus, bona, vitam, atque famam amittat, niſi prius publico Comitiorum judicio, præſidente Rege, legitime a Rege fuerit condemnatus; ut hoc Privilegio & Epiſcopi redigantur in ordinem, ſeque ſuarum rerum finibus contineant, & judicia illorum contra hoc Privilegium facta, ſint ex ejus autoritate irrita.,, Hac oratione *Stadnicii* terror in conventu obortus mentes omnium convertit, & res ad illam deliberationem redegit, quo illorum Legati nihil prius in comitiis haberent ſalute & libertate communi, quæ judiciis illis Epiſcopalibus tolli palam videbatur. Quod tanto impenſius Equites Cracovienſis conventus Legatis dederunt in mandatis, quanto proximo Octobre (nam hæc agebantur Menſe Decembri) conſimile judicium de B *Conrado Krupka Andreas Zebrzidovius* Cracovienſis Epiſcopus, ejusdem ſectæ nomine fecerat; ſed tamen ratione longe diverſa. Præſtituerat enim *Zebrzidovius Krupka* ad cauſam dicendam certam diem, juſtum tempus, ac judicium legitimum, in quo nulla inerat feſtinatio, vis, neque temeritas ulla. In conſilium *Zebrzidovius* ſacerdotes publicos, ac Collegium Philoſophorum, Theologorum ac JCtorum adhibuerat: bis ampliatum, tertio condemnavit Reum, circumſtante corona eruditorum hominum, Epiſcopale Tribunal. Addiderat etiam *Zebrzidovius* lacrymas, quibus dicebat, ſe C invitum illo judicio fungi; quorum omnium nihil in *Joannis Dziaduski* judicio fuit, apud quem erat tertia domus ſolitudine, deſertum Tribunal, judicium deſtitutum omni humana frequentia, aliquot male veſtiti heruli, & cum his pauci inhoneſti ſacrificuli, qui nomina deſerebant, delatosque accuſabant. Et cum in illo Epiſcopo nocendi eſſet ſummum ſtudium; ideo in judiciis agebat omnia raptim, atque turbate, neque quomodo errantes ſanaret, ſed quomodo, quos oderat, male haberet & caperet, cogitabat. Quare accuſatis de hæreſi, neque periculi deprecandi, neque reſipiſcendi, neque etiam ſuperioris judicii appellationem retinendi ſpatium dabat, ſed in eodem perſeveraD bat. Et quamvis *Andreas Zebrzidovius* legitimo judicio *Conradum Krupkam* condemnaverat, tamen indignum videbatur cunctis, quamvis nocentes reos, Epiſcopalibus judiciis infames fieri. In eandem flammam invidiæ is quoque Epiſcopus *Krupca* judicio fuerat conjectus. Illud etiam adaugebat *Zebrzidovio* odium, quod ſuam Epiſcopalem curiam Cracoviæ armato præſidio muniverat, ac portis clauſis, unam januam perangustam reliquerat, qua *Krupca* dabatur poteſtas cum paucis in jus eundi; qui cum ſecum in judicium induxeret multos illuſtres Viros,

Marti-

Stadnicius rem ad conventum defert.

Conradi Krupca condemnatio.

1551.

Martinum videlicet *Zborovium*, Palatinum Caliſſienſem, imprimis acrem & vehementem in agendo virum, indignum viſu fuit in illo hominum ſplendore delectum ab Epiſcopo haberi, quare aut omnes, aut nemo eum Krupka introiret. Stantes ante curiam flagitabant; *Martinus* etiam Palatinus per *Stanislaum Stadnicium* & per *Hieronymum Oſſolinium*, Generos ſuos, diligenter monuit Epiſcopum, „primo, ut remotis armatis liberum præſtaret „*Conrado Krupca* judicium; deinde, ne de „jure Regio ſibi ille quicquam illo judicio „arrogaret; capitis enim & exiſtimationis „judicium juris Regii eſſe; denique ſi quidpiam ille expeteret magno illi id detrimento, Ordinique illius fore.„ *Zebrzidovius*, quoniam in Synodo Petricoviæ inter Epiſcopos ita convenerat, & audito Palatino, *Conradum Krupkam*, cum ad nomen non reſponderet, de concilii ſententia contumacem hæreticum pronunciat, execratur, confiſcat, & Diœceſi exterminat. Idem facit *Nicolaus Dzirgovius* Gneſnenſis Archi-Epiſcopus in Nobili adoleſcente *Chriſtophoro Laſſocio*, atque in *Jacobo Oſtrorogo*, Viro antiquiſſima familia nato, quem in Iſnicrovio excluſum, præ Comitum Nobilium turba, ejuſdem ſectæ reum condemnaverat. Ita Epiſcopi dum in Equites Polonos quaſi ſigno dato impetum faciunt, incredibili tumultu Poloniam perturbarunt, adeo, ut cum Rex Petricoviæ ad Calend. Februarii Comitia ediceret, conventuſque in Provinciis per Legatos ſuos de more prius ageret, nullus conventus fuerit, in quo de minuenda Pontificia Poteſtate poſtulata non ederentur. Circumibant enim circa conventus homines ab Epiſcopis oppreſſi, fidem Equitum Polonorum implorantes, *Stanislaus* certe *Orichovius*, qui calamitate ante alios inſignis fuit, Viſnæ in conventu, cum ibi adeſſet *Petrus Starzechovius* Leopolienſis Archi-Epiſcopus (ejus Provinciæ Præmiſlia eſt) afflictus luctu, flens conventum circumit, Equites appellat, "ac ne ſe Epiſcopo ad ſupplicium tradant, obſecrat, adeſſe jam Mandatum Regium, quo ſui interficiendi poteſtas *Kmitha* „Præfecto fieret: niſi celeriter ſubveniatur, „dandum eſſe carnifici jugulum, ac ſupplicium immerito ſubeundum.„ His lachrymis Archi-Epiſcopus excitus pro eo, ut ſenex & urbanus erat, reſpondit: "Sibi quidem talia Epiſcoporum judicia non probari, ſed tamen reſcindi in præſentia non licere, quæ ſuperioribus poteſtatibus jam rata eſſent, attamen daturum ſe operam, ut *Orichovii* cauſa ad Comitia Regni integra deferatur.„ Aderat internuncius a *Johanne Dziaduski* Epiſcopo, cum literis & mandatis ad conventum miſſus, nam ipſe invidiam veritus aberat. *Stanislaum* etiam ex Strachoim Parochum, ad abſentiam excuſandam miſerat ad conventum. Hic oppreſſus clamoribus cum prope violaretur, vix explicata fuga furtim ex conventu exceſſerat. Equites Rutheni electis Legatis diligenter *Orichovii* ſalutem commendaverant, & ut nulla de re in Comitiis prius ageretur, quam ut judicia Epiſcoporum ex autoritate abrogarentur, eiſdem mandaverant. Conſimilia poſtulata in aliis conventibus ab equitibus Polonis edebantur, & in incenſis hominum animis Comitia Regia expectabantur.

Res in conventibus agitatur.

Barbara Reginæ morbus & obitus.

Quicquid hoc anno Religionis cauſa turbatum fuerat, unum in locum conjecimus; nunc alias ejuſdem anni res ſequemur ordine. In quibus princeps *Barbara* Reginæ mors eſt; quæ mox a coronatione ægrotare cum cœpiſſet, ex diuturno labore morbi, cui cancer nomen eſt, ab umbilico pube tenus affecta, ægre vitam produxit ad octavum Idus Maji, quæ dies S. Stanislao ſacrata apud Polonos eſt. Quo quidem tempore ſumma obſervantia SIGISMUNDI AUGUSTI in præſtanda fide conjugali fuit. Cum enim uxor peſtifero afflictaretur morbo, magnaque pars illius putris eſſet, ille noctu & interdiu contra vim gravitatemque morbi nunquam deſtitit boni fungi officio viri, & cum illa loci tædio anxia eſſet, Rex latum currum fieri imperaverat, quo ægram *Niepolomitium* transportaret. Quem cum portæ urbis non caperent, pandere illas deſtinaverat, feciſſetque, niſi id agentem uxoris mors occupaſſet. Quæ cum gravi morbo correpta jam fœteret, ac omnes Rege excepto faſtidirent ægram, in Regia Cracov. vi morbi oppreſſa alto meridie deceſſit, quam eadem fide Rex curaverat mortuam, qua coluerat vivam. Humari illam Cracoviæ non placuit, quamvis multi cenſerent, quod ſepulturam ſibi Vilnæ fieri moriens mandaverat, ſive quod id religioſum pleriſq; eſt in patrio condi ſolo, ſive quod funus in inimica ad extremum ſibi Polonia nollet fieri. Rex pro eo ac rogatus fuerat, die quinta & vigeſima Menſis Maji medius & inter *Petrum Kmitham* & *Spitkonem* Palatinos, quam ampliſſime illam ſupremo die Cracovia Vilnam extulit, multiſque ornamentis mortuam decoravit. Tanta vero obſervantia funeris in proficiſcendo fuit, ut Rex nuſquam a loculo diſcederet, ſemperque præeuntem ſequeretur triſtis, & ſi quem in vicum aut in oppidum fuerat ventum, de equo deſcenderet. ac funus pedes comitaretur mœſtus, nec ullo ab hoc officio impeditus eſt imbri. Denique ſumma mœſticia, magno comitatu, pie religioſeque in Lithuaniam funus deportavit, ac Vilnæ in æde S. Stanislai apud paternos illius manes uxorem humavit. Inſigne eſt documentum Regibus hæc mulier, quam non deceat eos pro rebus caducis æternas ſubire offenſas. Quanto enim conatu hanc uxorem retinuerit Rex, ſupra eſt oſtenſum, tanto tamen certamine rem expetitam una illi eripuit dies, multo ſeminario diſſenſionum in Polonia relicto.

Hoc

1551.

Helias Walachia Palatinus a Chriſto deficit ad Mahometum.

Hoc anno *Helias*, maioris Daciæ, Wala-
chiam nunc vocant, Palatinus *Petri* filius, a
Chriſto D. defecerat, & ad Mahometum im- A
pium tranſierat. Cum enim is nihil ſibi tutum
in Dacia reliquiſſet, quod multos de Primori-
bus Dacum interſecerat, multos extorres fe-
cerat, tam manes mortuorum, quam minas vi-
vorum trepidus pauebat. Et cum cruciatu
timoris angeretur, accerſitum ſe a *Solymanno*
Turcarum tyranno ſimulat, nihil vlli quid men-
te agitaret communicans, convaſataque omni
paterna gaza, ſimulatione officii Conſtantino-
polin ad tyrannum proficiſcitur, Dacia *Ste-
phano* minori fratri relicta. Exceptus a *Soly-
manno Helias* benigne fuit, & cum aduen-
tus ſui cauſas, quas initio diſſimulauerat, edi-
diſſet, *Solymannus* hominis aduentu gauiſus B
eſt, quod ante eum diem tam clari nominis
princeps nemo erat, qui *ſponte* a Chriſto de-
ficeret, ac vltro nomen Mahometo daret. Ita
circumduci illum per aulam frequentem iu-
bet, ac palam ad ludibrium Chriſti oſtentari.
Ad extremum de tyranni atrio inter duos Baſ-
ſas, qui illius latera tegebant, prodit, ac aula in
media ingenti gratulatione militum Chriſti
nomen deponit, & Mahometi aſſumit, pro
Heliaque Mahometes acclamatione militari
ſalutatur. Et ne videretur Turcis eſſe ſuſ-
penſæ dubiæque fidei, crucem ligneam pedi-
bus ſubiectam ter inſpuit, ac totidem vicibus
conculcatam pede ab ſe vt execrabilem remo- C
uit. Dicitur abiurato Chriſto cum in cubicu-
lum conceſſiſſet, ſecreto ſeſe afflictaſſe, effu-
ſeque in occulto fleuiſſe. Id ego factum cre-
do. Quomodo enim ille in tam immani
ſcelere poterat obliuiſci paternam hanc,
quam prodebat, fidem eſſe? Jam conſcientia
irrequieta, quibus tandem vulneribus non cru-
entabat hominis impii mentem? quæ tanto
cœcata ſcelere, cum ad omnes ſtimulos ob-
duruiſſet, præcipitem illum etiam reluctantem
agebat in omnem vecordiam. Et quoniam *He-
lias* vltro *Solymanno* ſeſe dederat, ideo Sah-
mate honorem ob illo perfidiæ præmium tu-
lit. Qui honos vt merito ad illum delatus
videretur, comparato ex Scythicis militibus
exercitu, perfugam Ducem nactus, cui *Mor-* D
mura nomen fuit, cum inuſitatis itineribus
exploratores eluſiſſet, *Bratiſlauiam* oppreſſit.

Bratiſlauiam expugnat.

Erant in eo oppido fortiſſimi veterani, qui ho-
ſtem prius viſum quam auditum in mœni-
bus cum haberent, trepidi ad arma diſcurrunt,
ac irruentes agmine Scythas intra vallum ſuſ-
tinant. Poſtremo multa cæde vtrinque edi-
ta, vt pauci a multis ita imparati a paratis victi
ad vnum cæſique omnes ſunt. Oppidum
etiam ad ſolum a Scythis exuſtum eſt: grave
monumentum ignauiæ noſtræ. Magnam
enim calamitatem incuria noſtra hoc anno Po-
lonia accepit, non tam oppidi, quod jam a *Si-
giſmundo Auguſto* inſtauratum eſt, quam mi-
litum, quibus non facile Reſpub. cito habe-
bit pares. Erant enim illi viri ſtrenui & mi-
litia ac magnis victoriis Scythicis clari, tantum- 1551.
que vſum rei militaris habuiſſe putabantur,
vt ſigulis ſingulos exercitus maximis bellis tu-
to committeres. Scythæ oppido potiti, par-
taque victoria læti. Erat enim Ruſſia abſque
præſidio, Rex etiam in Lituania aberat, qui
præſens contra illam incurſionem ſubitam ſub-
ſidio fuiſſet; & niſi ſapiens vir ad coniecturam
rerum futurarum *Spitko Jordan de Zakticzyno*
Regni Quæſtor *Joannis Tarnouii* Caſtellani hor-
tatu mutuas pecunias in rem militarẽ ſumſiſſet,
hocque ſtipendio exercitum ex obviis militi-
bus conduxiſſet, Scythæ victoria impulſi gemi-
naſſent cladem, ac longius progreſſi eandem
hanc iteraſſent. Hoc principium perfidiæ in
Mahometis ſectam concedens *Helias* noſtro
malo dedit, quod tamen non diu ille tulit im-
pune. Nam cum ſuſpecta in Mahometem

E medio tollitur.

Solymanno illius eſſet fides, ſublatus breui de
medio ita Conſtantinopoli, vt illius neque vi-
ui neque mortui index eſſet. Ad hunc mo-
dum Polonia hoc anno vexabatur, tam domi,
quam foris. Ad hæc mala acceſſerat fœda
etiam fames, quæ multos mortales in Polonia

Fames & annonæ caritas.

& Lituania abſumſit, tantaque fuit annonæ
caritas, vt modius ſiliginis Cracouiæ ad
tres florenos perveniret. Eodem anno *An-
dreas Gorkanus* Poſnanienſis Caſtellanus ac
maioris Poloniæ Præfectus, Octobri menſe
Poſnaniæ moritur. Vir memorabilis, in quo

Andreæ Gorkani maiores, virtutes & obitus.

multa naturæ bona gloriæ ſplendor æquauit.
Huius familia antiquitus equeſtris fuit, *Vriele*
autore, qui primus in eam familiam Poſnani-
enſ. Epiſcopatum intulit. Inter patricias gen-
tes relata magno rerum ſucceſſu creuit. Cum
enim *Vriel* Epiſcopus *Lucam* fratrem Epiſco-
pali pecunia auxiſſet, facile illius ad Poſnani-
enſ. Palatinum adiuuit petitionem. Huic eius-
dem nominis *Lucas* naſcitur filius, *Andreæ* Pa-
ter, qui paternos honores adeptus auxerat pa-
trias opes, mira benignitate Fortunæ. Cum
enim e *Schamotulana* familia nobili & patri-
cia, vnicam Poſnanienſis Palatini filiam vxorem
duxiſſet, vnam fecit ex duabus domum, *Scha-
motulanumque* in *Gorkanum* cum omni re &
nomine infudit genus. Et cum ille ſolertia
adiuvaret fortunam, augebat rem, cum honeſta
rei familiaris cura, tum *Andreæ* filii nuptiis,
cum quo vnicam natam *Kurozuancii*, magni
patrimonii hæredem, collocauerat. Et cum
ſtudium in illo augeretur habendi, vxore de-
functa, Epiſcopus Cuiavienſis a *Sigiſmundo*
Rege factus, ingenti pecunia & patris & pa-
trui & filii & ſuas priſtinas opes cumulaue-
rat, quas decedens *Andreæ* filio reliquit, qui
ſcienter & moderate iis vſus, magno ornamen-
to Poloniæ fuit, Patrique in Poſnanienſi Ca-
ſtellanatu, & maioris Poloniæ præfectura ſuc-
cedens, illum orbem ſenatorium abſoluit, ſine
quo nemo in Repub. vir magnus habendus eſt.
Fuit enim primo vir ſapiens, poſt patriæ amans,
tum eloquens, poſtremo diues, ob quas res
elucebat in omni illius priuata & publica vita

1551. decus, honeſtas, laus, atque dignitas. Huc accedebat facile populare ſtudium, non ſolum priuatis beneficiis, ſed publicis etiam largitionibus A collectum; quibus ille rebus ad omnem opportunitatem gloriæ, domi & foris hominum voluntates adiunctas habebat. Nam & apud exteros gratia, & apud ſuos ſententia plurimum potuit, adeo vt nouis rebus ſtuduiſſe crederetur. Statura fuit mediocri, forma apta & temperata, & in omni ætatis gradu venuſta. Erat colore candido, vultu tranquillo & blando, oculos habuit cæſios, in quibus tamen inerat quidam Senatorius vigor. Caput tondebat, ſubmittebat barbam, quam cani condecorabant multi, veſtitu atque omni cultu elegans & concinnus fuit, vt nullius lenocinii in habitu, qui quidem viro videretur dignus, negligens eſſet. Studia liberalia exercuit cupide, ingenioſos ac B doctos, militares etiam viros, omnibus modis fouit, denique ambitione, libertate, & ſplendore vitæ Senatoriæ cæteros anteceſſit. Moritur anno ætatis plus minus quinquageſimo, multo ſui deſiderio in Polonia relicto. Reliquit tres filios, *Lucam*, *Andream* & *Stanislaum*, omnes Ephœbos; quorum adoleſcentiæ pro ſpe de illis concepta, ne quid officiat rerum copia, optandum eſt. In demortui locum Rex *Petrum Czarnkouium*, Poſnanienſ. Caſtellanum, *Joannem* vero *Koſcielecium* maioris Poloniæ Præfectum ſuffecit.

Cardinalis Georgii, Epiſcopi Varadienſis, geſta & crudelis obitus.

Etſi initio ſuſcepti operis animus non erat, res externas ſcribere, cum ad domeſticas vires non ſufficiant; tamen cum ſe in curſu offerant, quæ Poloniam attingunt, illa quoque C prætereunda non ſunt. Cuiusmodi eſt crudelis atque miſerabilis mors *Georgii* Varadienſis Epiſcopi, vrbis Romæ Cardinalis & Vngariæ Quæſtoris, quem vulgo Theſaurarium vocant; qui obſcuro ortus loco, magnam ætatis partem in familia Diui Pauli Eremitæ tranſegerat. Vnde ad maiora rerum initia ducentibus fatis egreſſus, in Regia *Joannis* maximas res Quæſtor adminiſtrauit, cui tantam fidem rerum omnium Rex ille habebat, vt moriens & *Iſabellam* vxorem, & *Joannem Sigismundum* filium illius mandaret ac committeret fidei; quorum impenſe curam ille geſſerat, perfeceratque, vt inter *Solymanni* & *Ferdinandi* arma poſitus magnam partem in Vngaria tot cladibus direpta atque diſſipata *Joannis* filio D vxorique illius conſeruaret, ac proditoris nomen ob fidem ferret, quod duobus infeſtiſſimis inter ſe hoſtibus *Solymanno* & *Ferdinando*, dum fidem mortuo Regi præſtaret, modo huic modo illi deditum ſe eſſe ſimulauerat, cum vtrique clam capitalis hoſtis eſſet, nihil niſi vxorem & filium defuncti Regis ad ſuam fidem pertinere exiſtimans. Quos dum tuetur, fallere promiſſis *Ferdinandum*, eludere autem dolis *Solymannum* jus eſſe faſque potabat. Quare, mirum dictu eſt, pro fida JOANNI Regi data, qua arte vtrumque tractauerit, & prout res ſe daret, modo harum, modo illarum eſſet partium. Quæ illius ars in fallendo incredibilis quam eſſet efficax, tum potiſſimum apparuit, cum *Ferdinandus* Budæ incluſam *Iſabellam* cum filio annum circumſideret. Cum enim *Georgius* vna incluſus vim *Ferdinandi* non ferret, fruſtraque fidem *Sigismundi* Poloniæ Regis *Iſabellæ* Patris imploraret, ad *Solymannum* Turcam receptum habuit, quem æquis & iniquis conditionibus ſibi conciliat ac magnis pollicitationibus ad auxilium ferendum impellit. Cuius aduentu exterriti Germani obſidionem dimittunt, & a Buda diſcedunt; quorum diſceſſu Reginam quidem *Georgius* & Regulum oppugnatione liberauerat, ſed Budam cum reliqua Vngaria amiſerat. *Solymannus* enim cum nullum præmium niſi *Budam* pro liberata Regina cuperet, eius potiundæ hanc rationem inſtituit. Filium *Joannis* pro hoſpitio & amicitia Patris ad ſe in caſtra afferri, ac vna cum illo Senatores Regni adeſſe jubet, vt in exercitu victore, ac illius ſeruatore incolumitatem gratularentur præſenti. Mater miſera ac luctu perdita fruſtra diu Vngaris adverſata, tandem atrocitate temporis coacta filium Tyranno, ovem videlicet lupo, per *Georgium* in Caſtra mittit, verita ne id illi negaret, quod mox ille auferret. *Georgius* ac cæteri Senatores, qui propter ætatem pueri in procuratione erant Regni, magnum ac optatum munus ad Tyrannum deferunt, Regulumque parvulum nutricis de ſinu depromtum in manus *Solymanno* tradunt. Quem ille obviis vlnis amplexus juſſis omnibus de Tabernaculo excedere, cum nutrice multa familiarius, quam Tyrannum decuit, de rebus Reginæ communicaſſe dicitur. A colloquio nutricem ſaluo præter ſpem puero per cauſam honoris Præfectum Janiciorum, (Agam Turcæ vocant) reducere in vrbem imperat, retentis Senatoribus in caſtris, quos Regulum ex vrbe in caſtra fuiſſe ſecutos demonſtratum eſt. Quorum vnus *Valentinus Turcus*, qui longe omnes Vngaros belli gloria & virtute ſuperabat, in Turciam fuit deportatus, ibique annis aliquot poſt in vinculis verberibus (vt fertur) necatus. Aga, vti erat imperatum, cum Janicerorum manu filium ad mœſtam & pauidam matrem defert, quæ iam conclamauerat, nihilque minus quam filium reducem a Tyranno expectauerat. Aga in tranſitu quo ibat vrbem præſidiis occupat, ac magno beneficio viuum matri filium reddit; at illi confeſtim vt vrbe excederet *Solymanni* verbis imperat, quod hæc illam contra vim *Ferdinandi* non poſſet tueri; *Solymannum* autem pupilli tutorem ſuum munus arbitrari, pro fide data Patri, non ſolum Budam, ſed cunctam Vngariam integram pupillo præſtare debere. Regina vt juſſa fuit, Buda excedit ac Lippam proficiſcitur. His dolis bonus ille tutor Budam ſuam fecit. Ac ita perpetuo habent ſucceſſum doli. *Georgius* enim quibus artibus Budam ſeruare volebat, iiſdem illam amiſit, nec tantum Vngariam, ſed cæteras quoque noſtras prouincias poſſedit. 1551.

Solymannus Budam per dolum potitur.

1551. ſedit. Verum enim vero capta Buda *Solymannus* cum in poſſeſſionem Vngariæ veoiſſet, nec de ea pupillo eederet, *Georgius* pœnitentia facti verſare ſe ac eonſilia inire cœpit, quo *Solymanno* pulſo Vngariam de integro recuperaret. Itaque repetit *Ferdinandi* gratiam, ac parta venia eum illo ioit cooſilia, conſpirat, ae hue evadit, vt *Iſabella* Regioa diadema

Vngaria Ferdinando Imperatori traditur.

Regni *Ferdinando* traderet, Vngaria cum filio exeederet, ae *Ferdinando* poſſeſſionibus filii paternis, quæ ampliſſimæ fuerunt, cederet. Pro quibus ac pro dote ſua Opolienſem Docatum a *Ferdinando* eaperet. Quibus de rebus cum ita conveniſſet, data vtrinque fide *Iſabella* eum filia ea Tranſylvania Caſſouiam proficiſeeretur, vt quemadmodum convenerat, pactis conventisque ſtaret. Quod & facit. Nam Caſſoviæ *Georgio* præſente & Diadema *Joanni Baptiſta Ferdinandi* exeteitus Præfecto tradit, & Vngaria eedit, ae inde in Poloniam, vt Opolium matnre perueniat ad *Sigismundum Auguſtum* Fratrem parat proficiſci. At *Georgius* cum videret, hac quoque vice ſpe ſua ſe lapſum eſſe, *Ferdinandumque* nec pactis ſtare, neque exercitus pro co ae promiſerat io Vngariam contra *Solymannum* mittere, & cum collegam quoque *Joannem Baptiſtam Gaſtaldum* ſibi in exercitu æquari moleſte ferret, redit ad ingenium & ad extremum vertit omnia. Iterum receptum habet ad *Solymanni* gratiam, quem aduerſus *Ferdinandum* de integro, magnis jacturis & pollicitatiooibus iopellit, conſilia *Ferdinandi* aperit, ae veniam præteritorum petit. Deprehenſus coniecturis primo *Georgius*, deinde literis eſt, quæ interceptæ ad Italum collegam deferuntur, qui apud Vnitium eum *Georgio* io exercitu pari poteſtate fuit. Oppidum hoc ab Alba Iulia in Tranſylnania miliari abeſt. Italns re eognita ae bene diſſimulata *Ferdinandum* eertiorem facit, quanto in diſcrimine res ſit, doeet *Ferdinandus* ſuis rebus timeos dat *Joanni Baptiſta* Negotinm *Georgii* ſilentio interficiendi; qui aſtu par Vngaro, tres Hiſpanos, promtiſſimum ad tale facinus patrandum genus, ad interficiendum *Georgium* clam mittit.

Georgius interficitur.

Ab his liberaliter *Georgius* appellatus, & illa noo inſolita Hiſpanis reuerentia productus, in eubiculo interficitur; poſt a cerviee caput abſcinditur ae *Ferdinando* refertur, reliquum corpus ferro laceratum inibi abiicitur, ae aliquot diebus inhnmatum negligitur. Cubicularii dno arma expedientes pro domioo vulneribus tardantur. Milites ne quam vim facerent, re inſperata occupantur, ac præſidio ab Italo prohibentur, qui interea, dum nox tranſigitur, edito ſigno, quod conuenerat, tormenti intus editæ glandis, paratus cum cohorubus ad ſubſidium erat, Hic exitus illius viri fuit, qnem fortuna ex humili loeo ad Regium pene faſtigium com prouexiſſet, hoc anno ante Chriſti natalem, grauiſſimo caſu conflictum, ſubito ex ſummo honoris & potentiæ gradu deiecit, cunctis ſeculis documento ſummis & infimis futurus, quam ipſa ſe detegat atque impediat fraus, & quam ſe illa ſuis indoat & capiat laqueis. Cum hoc tamen viro amiſſa Vngariæ reeoperandæ ſpes eſt, qnod principibus de medio ſublatis, nemo vir in Vngaria reſtet, nomine & meritis grauis, cum quo ſe reliquum vulgus ad auxilium & ad ſpem futuri temporis congreget. Hæc domi & foris geſta eo anno ſunt.

ANNALIS QVINTVS.

A.C. 1552.

Comitia habentur Petricouia.

IAm comitiorum tempus appetebat, cum Rex ad calendas Februarii Viina pro eo ac dixerat Petricouiam aduentaret, oon ignarus, qoantum turbarum ſe abſente in Regno ſibi contractnm eſſet. Prouidebat igitur animo, qui eomitiorum motus ſe excepturi eſſent, quod omnibus conuentibus per omnes Regni prouincias Equites Polooos acerbiſſima poſtulata, edidiſſe cogoouerat, Itaque Petricouiam venit, eodem ad dictum Senatores Legatique conueniunt. Summa expectatio erat, quarumnam partium in diſtructo regno futurus eſſet Rex. Erant ſolliciti Pontifices de jorisdictione, Equites vero de libertate, ad quamcunque partem Rex acceſſiſſet, eam cum detrimento alterius partis victoiem fore. Pontifices pietate, Equites libertate fidebant, quorum vtrique ſibi eum moribus, tum legibus caotum putabant. Taliter incenſis animis ampliſſimorum ordinum Rex Comitia auſpicatur, ſacrificiumque pro ſalnte & concordia Regoi de more Pontifices habere imperat. Hi Abbati Vitouienſi rem diuinam jubent facere, qui frequenti ae pleno templo die Purificationis Mariæ coram Rege ſacrificauit. Quo quidem tempore apparuit, quam ſaerniſanctæ etiam res vileſcant ipſorum hominum contemtu. Cum enim pro more & religione veteri verum integrumque Chriſti eorpus in ſaerifitio abbas attolleret: ad illudque ſublatum Rex cum Senatu & eum cætera turba venerabundus procumberet, complnres palam obuertebant ora. *Raphaël* certe *Leſczynski*, qui proximis comitiis Brzeſtenſem Palatinatum depoſuerat, per ſummum dinini Sacramenti contemtum ſteterat ante Regem pileatus. Quæ res offenderat multos, querebanturque vulgo homines in coospectu omnium magiſtratuum Regoi nomen violari, ae contaminari diuinum. Rex in hunc modum auſpicatus in concilio per *Joannem Oczieski* Caneellarium proponit, quibus cauſis adductus comitia indixerit, demonſtrat vicinos Scythas, Torcas & Dacas, adverſus quos nudatum eſſe præſidiis regnum docet, *Bratislauiam* quoque commemorat, cuius eauſa ignomioiam deprecatus, in diſſenſionem publicam ciuilem culpam confert. Denique hanc juber deliberationem eſſe, quo aduerſus vim & incurſiones hoſtium regnum

Propoſitio Regis de expeditione in Turcas.

1552. intari poſſet. Secundum hoc propoſitum Legati deliberent, ac in commune conſulant. Qui ſumto ad deliberandum ſpatio ſtatuunt, A non minus de externis hoſtibus propulſandis, quam de domeſticis motibus ſedandis agendum eſſe. Quare de domeſticis rebus prius cum Rege agendum eſſe, quam de ullis externis. Et quoniam poſt Poloniam conditam grauiſſima illa cauſa fuit, qua ampliſſimi ordinis Maieſtas conuellebatur, quo maiorem autoritatem res haberet, communi legatorum ſententia *Raphaël Leſzczynski* illi cauſæ Patronus deligitur, qui quod præter aliorum morem legibus parens e Senatorio ordine ad Equeſtrem redierat, opinionem virtutis habebat, ac præter cæteros amans patriæ & vir bonus ferebatur eſſe. Qui de ſcripto, (vt erat in conſilio Legatorum deliberatum) id mandantibus cunctis, "orat obteſtaturque Regem, vellet „meminiſſe ſuæ fidei regnum commiſſum eſ- B „ſe. Cuius a magnatibus cum violaretur „libertas, debere illum pro ſua ſalute poſtpo„nere res omnes. Non vim externam Polonis „metuendam eſſe, ſed intus incluſum malum „eſſe, quod in ipſis Reipublicæ hæreret viſceri„bus, quod a Rege neglectum vires ſumeret, „ac libertate communi violata, multos tyrannos „pro vno Rege in Polonia inſtitueret, qui auda„cia & impunitate ſubnixi Regiam poteſtatem „ſibi arrogarent. Intermittendam ergo eſſe o„mnem de aliis rebus deliberationem, huc vero „incumbendum, quo ex autoritate maleficium „domeſticum cum veſtigio quamprimum tol„latur." Et quoniam magnam autoritatem ad dicendum attulerat, audientiamque ſibi re noua & inuſitata compararat, multa animoſè C & acerbè de ſcripto, magna orationis libertate, pronunciat. "Nos te, Auguſte Rex, liberis „ſuffragiis Regem creauimus, tuæ fidei, quic„quid diuini & humani juris erat in Polonia, „mandauimus, tuæ ditioni poteſtatique Re„giæ vitam, exiſtimationem, fortunasque ſub„ſubiecimus noſtras. Huius poteſtatis Regiæ „nullum mortalium te habere ſocium volui„mus, neque adeo volumus; idque te autore „& Duce perficiemus. Cum hac ſpe & fidu„cia miſſi a fratribus noſtris huc aduenimus, „vt Regiam tuam Poteſtatem integram nobis „præſtes cum nomine communicatam. Et „vt magnatum poteſtas ex autoritate publica „intra ſuos fines per te his comitiis redigatur, „reprimaturque, quæ ad ſalutem hominum & D „ad conſeruationem inſtituta, ſubito ſe ad eius „peſtem perniciemque conuertit. Hæc ſum„ma legationis noſtræ eſt, vt Tibi ſoli pareant „Poloni, præterea nemini. Hæc mandata „nobis exhaurienda ſunt, priusquam vllam a„liam Reipub. partem attingamus.

Legati mala domeſtica prius corrigi volunt.

Oratio Raphaelis Leſczynski.

Eadem *Tarnouius* pro ſalute Populi, minime populariter agebat. Erat enim hic vir re magis quam oſtentatione popularis: raro aliquid coronæ ille dabat auræque populari, ſpectabatque non hoc, quod populus probabat, ſed quod populo vtile erat, malebatque de populi fauore periclitari, quam ſecunda illius fama, rem male populi gerere. Ideo alienus ab omni ſimulatione oſtentationeq; ſæpe pro re populi contra ipſum populum ſenſit ac dixit. Multa ſunt huius rei exempla in vtramque partem; ſed memoriæ cauſa vno & altero erimus contenti. In expeditione apud *Leopolin* contra Dacos, incredibili tumultu res exarſerat adverſus *Sigismundum* Regem, ita vt illum equites propemodum exautorarent. Quam rem cum peſtiferam regno futuram *Tarnouius* videret, ſic pugnauit, ſic multitudini a quibusdam concitæ reſtitit, vt illius temporis ſolus procellam ſuſtineret magno cum periculo. Cum enim vehementius equitibus reſiſteret, infeſtoque armatis campo, ingenti animo, non tam Regis quam regni cauſam ageret, minimum abfuit, quin periret concurſu & indignatione turbæ militaris. Conſimile exemplum idem edidit virtutis & conſtantiæ in *SIGISMVNDO AVGVSTO* Rege. Huic enim cum multitudo ob vxorem irata omnem vim ac poteſtatem regiam adimeret, vt ſupra demonſtratum eſt, impetum illum multitudinis ſumma cum inuidia ſuſtinuit, non vxorem, quam illo inſcio Rex duxerat, ſed ipſum tutatus regnum, quod corruere bello ciuili fuerat neceſſe, ſi ille tum multitudini laxaret habenas, ac pro multitudine contra tenacem propoſiti Regem ſtetiſſet. Ita hic dum multitudinem ſeruabat, fauorem multitudinis cum vitæ jactura repudiabat. At vieiſſim cum res poſcebat, ſtabat cum populo, nullique ad gratiam cuiusque ſeruato receptu, ſic populum defendit, vt nihil aliud quam populi cauſam noſſe videretur. Quod vel inprimis in hac cauſa acciderat, in qua Populus Polonus cum Epiſcopis de libertate & Religione, duobus Reip. fundamentis, his comitiis certabat, Inſigne optimatibus exemplum, vt non ſimulatione neque gloriæ oſtentatione, fictoque ſermone atque vultu, ſed veritate, fide, iuſtitia, atque vtilitate ſeſe multitudini venditent, vt pro re communi modo cupide progredientem populum comprimant, modo timide regredientem quaſi claſſico ad officium revocent, ne videlicet populus aut ſuperbia obedientiam excutiat, aut humilitate iniuriæ ſuccumbat. 1552.

Tarnouii integer in Rempl. animus.

Cum aſperè & acerbe a patribus & a legatis Epiſcopi vexarentur, vehementer illos iudiciorum pœnitebat, aliter enim, quam ſperarant, evenire videbant. Solus tamen *Joannes Drobojowski* Cuiavienſ. Epiſcopus ſplendebat aliorum Pontificum contumelia. Hic enim in Petricouienſi concilio, de quo ante dictum eſt, ſolus inter Epiſcopos mitius agendum eſſe cum equitibus Polonis, & ab illis tam atrocibus iudiciis, quorum tum inibatur ratio, abſtinendum cenſuerat. Cuius facti cauſa multi illi honores ab equitibus Polonis habiti, gratiæque illi ſunt actæ, quod rationem duxerit eius ordinis,

Jo. Drobojowski Ep. Cuiav. mitius cenſet quam cæteri Epiſcopi.

vnde

1552.

Jo. Dziaduski Præmiſl. Ep. increpatur a J. Tarnouio.

vnde & ipſe erat ortus. Cæteri Pontifices lacerabantur paſſim convitiis, inprimis autem ipſe *Joannes Dziaduski* Præmiſlienſ. Epiſcopus, cui *Joannes Tarnouius* ſalutandi cauſa ſeadeunti domi ſuæ. non vt Senatori & amico, ſed vt hoſti & priuato dextram porrexit, grauiterq; illum propalam increpauit, quod in Præmiſlienſ. diœceſi hominibus liberis ſeruitutem, probis infamiam, ingenuis exitium inſerret, idque ſolutius faceret, quam parem cum cæteris deceret. Epiſcopus meritis pulſatus convitiis directo ad *Nicolaum Dirgouium* Archiepiſcopum tendit, qui interea ſeſe domi cum Epiſcopis collegerat, queritur, quam indigne a *Joanne Tarnouio* fuerit habitus, & addidit, ſeſe indigna hæc vnum pro omnibus pati. Cui Archiepiſcopus commotus: Tu pro nobis pateris hæc? qui tantum malorum nobis pepereris, unde hæ in nos ortæ ſunt turbæ?

Orichouius Petricouiam proficiſcitur.

Dum hæc aguntur, *Stanislaus Orichouius* Rutenus certior factus, *Joannem* Premiſlienſ. Epiſcopum judiciorum publice Petricouiæ dare pœnas, & cum illo vna cæteros in ſumma inuidia eſſe Epiſcopos, occaſionem rei bene gerendæ dari ſibi ratus, non dimiſit tempus, præſensque Epiſcoporum odium ad ſuam ſalutem convertit, profectionemque Petricouiam inſtituit, & vt præſenti animo & ad agendum parato Epiſcopi illum ſcirent venire, literas præmittit ad Epiſcopos libere ſcriptas, quibus quam inique circumventus fuerit a Præmiſlienſi Epiſcopo, conqueritur; tum teſtatur, ſe niſi coactum ab Epiſcopis ad illorum adverſarios non tranſiturum. Has ille literas in hanc ſententiam latine conſcriptas Petricouiam præmittit; ipſe paucis interpoſitis diebus conſequitur. Sed cum profectionem illius multa tenerent, impeditumque inſidiis illi iter eſſet, *Herbultis* ſe coniungit, quorum egregiam fidem ac ſingularem in ſe voluntatem omnibus periculis cognouerat. Fuerunt autem hi, *Stanislaus* Caſtellanus, *Joannes* Sub-Camerarius Leopolienſ. *Valentinus* item Cracov. Canonicus & *Nicolaus* fratres. Cum iis aderant & alii complures nobiles viri, qui iter Petricouiam ad conuentum habebant. Horum præſidio contra occultam Præmiſlienſ. Epiſcopi vim fretus *Orichouius*, cum *Joanne* Patruele fido fratre pauitans, ac inſidias vitans, Petricouiam proficiſcitur, hoc conſilio, vt aut ab Epiſcopis infamia judicii leuaretur, aut omnia poſtrema coram Rege in comitiis experiretur. *Suleiouium* oppido Petricouiæ vicinum vbi eſt ventum, de amicorum ſententia, flectit iter *Wolborium*, & ad *Joannem Drobojowski* conſobrinum, Cuiaviæ Epiſcopum diuertit, ad quem Petricouiam ſcribit, certioremque illum de ſuo aduentu facit, orat ac petit, quo pro neceſſitudine & cognatione periclitantem exciperet, auxilioque & conſilio in tam neceſſario tempore juuaret: *Herbultos* etiam ad *Petrum Kmitham* Cracov. Palatinum ablegat, quod cum illo *Herbultorum* fuerat nupta ſoror

Kmitham ſibi conciliat.

literasque ad illum dat, ſuppliciter ſcriptas. Res illico percrebuerat, ac ſermo manauerat, *Orichouium* adeſſe, materiamque præſenti turbæ non modicam afferre. Agitant rem inter legatos *Petrus Boratinski*, *Hieronymus Oſſolynski*, *Joannes Pieniasko*, & *Adam Siemuszowski*, qui cauſam ſua ſponte incenſam inter legatos vehementius inflammant. Interim cum *Joanni Drobojowski* Epiſcopo ſatis jam calere videretur res, *Nicolaum Dirgouium* Archiepiſcopum adit, ac illi *Orichouium* ſuo iuſſu *Wolborium* ad ſe deuertiſſe nunciat, hoc conſilio, ne quid de improuiſo ille adueniens, de integro ad turbas adderet. Archiepiſcopus collaudato *Drobojouio* Epiſcopo jubet, vt comiter *Orichouium* apud ſe habeat, & Petricouiam accerſat. Facta poteſtate *Orichouius* accerſitur, ac fraterne ab *Joanne Drobojouio* excipitur.

Amice ab Epiſcopis excipitur.

Cui Archiepiſcopus de conſilii ſententia fidem publicam vltro per *Joannem Drobojovium* in ſcripto miſerat, manendi Petricouiæ & res libere agendi, quoad Archiepiſcopus aliter cenſuiſſet. Hanc fidem *Stanislaus Orichouius*, veritus primo omnium exiſtimationis jacturam, deinde ne quam opinionem timoris illa recipienda daret, per *Joannem* fratrem patruelem, & per *Joannem Pieniaskonem* Archiepiſcopo remiſit, cum his mandatis, ſe innocentia fretum Petricouiam veniſſe, nihilque commiſiſſe, quo vel magiſtratus reformidaret, vel illorum judicia horeret. Hæc fides cum mandatis Archiepiſcopo in Epiſcoporum cœtu redditur, quo quidem tempore *Andreas Zebrzydouius* Cracov. Epiſcopus, quem ſibi antea per literas *Orichouius* conciliauerat, cauſam *Orichouii* diligenter egit, monuitque Epiſcopos, multis collectis exemplis, ne *Orichouium* ſupplicem ſuum aſpernarentur. Commemurauit etiam, quanto detrimento ordini eſſet futurus, ſi ille ad adverſarios cum illa tranſiret cauſa. Qua oratione permoti erant epiſcopi, transegiſſetque eo die *Zebrzydouius*, niſi ex minoribus Sacerdotibus quidam factum impediſſent, ac indignum facinus apud Archiepiſcopum conclamaſſent, Cœlibatum *Orichouii* cauſa tolli, ac magnam feneſtram ad licentiam aperiri, dum deſpecta poteſtate ordinaria ingrederetur vitæ viam quam quisque vellet. Huiusmodi ſententiis impedita & extracta res illi fuit.

Fidem Publicam vltra ſibi oblatam remittit.

Sacerdotes quidam minores ſpem eius intervertunt.

Orichouius vbi videt de judicio Premiſlienſ. Epiſcopi nihil mutari, ſed omnes Sacerdotes ad ſuam inſtructus eſſe perniciem, cum frequentibus amicis, inprimis autem cum *Joanne* Cujavienſ. Epiſcopo *Joannem Tarnouium* adit, cui cauſam & calamitatem proponit, ac ſe in Polonia deteriore conditione, quam nocturni eſſent fures, apud illum conqueritur, quorum nemo indemnatus daret pœnas, ſe impetrare ab Epiſcopis non potuiſſe, vt ſibi lege condemnato interire liceret: non ſe veniam delicto orare ullam, ſed juſtitiam ac judicium, vt ſi quo, vxore ducta, ſe obſtrinxiſſet ſcelere, eas pœnas in legitimo judicio daret, quas leges

Orichouius cauſam ſuam Tarnouio commendat.

 juberent,

1552.

juberent. Orat ac obſecrat *Joannem Tarnouium*, vt pro ſua juſtitia atqoe clementia illum in fidem ac clientelam ſuam contra vim Epi- A ſcoporum acceptum tegat. *Tarnouius* bono animo huminem jubet eſſe, ac deſperare vetat, ac plenum ſpe ab ſe dimittit. Ipſe ad cœptum certamen redit, qui cum totus mente & animo in Epiſcopos inſtaret, *Andreas Zebrzydouius* Cracov. Epiſcopus in jurgio quærebat ab illo: Quo ergo, inquit, loco, *Tarnouie*, in Polonia fuero, ſi de hæreſi Epiſcopus nun iudicauero, Præconisnè an vero Epiſcopi? Cui *Tarnouius*: Aequius vero fieret, *Andrea Zebrzydouie*, te præconem in Polonia fore, quam me ſeruum. Hanc tantam *Joannis Tarnouii* in agendo vim & conſtantiam adjuuabant multi primores Patrum, in iis *Joannes Latalicius* Poſoanienſ. Palatinus ſenex & magnæ in Senatu autoritatis. Et cum mul- B ta ad eam ſeotentiam dixiſſet, illud etiam magna autoritate addidit. "Venerat, inquit, proxi-
,,mis cumitiis ad te queſtum *Stanislaus Orichouius*; tria vix protulerat verba, cum obmute-
,,ſcere cogeretur; quo quid calamitoſius dici
,,poteſt, quam tuo ſubdito cauſam apud Te Re-
,,gem in calamitate proloqui non licere? Hæc
,,non ſunt Poloni moris, Sereniſſime Rex, neque
,,ſunt veteres admioiſtrandi Regni Poloniæ ar-
,,tes, ſed ſunt Italicarum verſutiarum & exter-
,,næ calliditatis. Polouis Rex iuris & iudicio-
,,rum æqualitate eſt conſtitutus, vt omnes ex
,,æquo audiat & cauſa cognita in legitimo iu-
,,dicio vel condemnet vel abſolvat. Et cum
,,pares ſint vna lege & conmuni Rege nobis- C
,,cum, hoc tamen plus ſibi ſumunt, vt paribus
,,dominari, regnumque in nobis cupiunt obti-
,,nere. Quæ res cum libertatem & ſocieta-
,,tem regni tollat, prouidere debes, vt ne quem
,,ſocium juris tui Regii habeas, neque pote-
,,ſtatem tuam Regiam cum aliquo communi-
,,ces, vt tibi Præſidi atque Regi æqualiter omnes
,,ſubiecti ſimus, qui non ſolum finibus, ſed
,,etiam legibus eisdem in Polonia contine-
,,mur.

Tarnouii cum Zebrzydouio jurgia.

Jo. Latalicii in Epiſcopos oratio.

Epiſcopi cum ſe clariſſimorum virorum autoritatibus acerrime premi viderent, varia conſilia tuendæ dignitatis inibant, quæ illa contentione admodum imminuebatur. Itaque ſollicitudine ac formidine pleni, neque retinendæ, neque amittendæ jurisdictionis facultatem habebant. D In qua illarum trepidatiune *Andreas Zebrzydouius* Cracov. Epiſcopus cauſam habuit, non jam ad hortandos, ſed ad objurgandos liberius Epiſcopos, quod *Stanislaum Orichouium*, ſubſidii de induſtria aduerſariis traderent, qui calamitate ſua incitamento eſſet Senatui Populoque Polono ad oppugnandam Pontificiam dignitatem. Quare cenſuit *Orichouium* quamprimum recipiendum; quod niſi facerent, ſero illos nequicquam poſtea recepturos. Magnum pondus habebat *Zebrzydouii* apud Epiſcopos oratio: peropportune enim afferebat, congruebatq; cum tempore & cum re ipſa. Quam conſecuta *Petri*

Epiſcopi ad recipiendum Orichouium a Zebrzydouio & Kmitha perſuadentur.

Kmitha autoritas perpulit tandem Epiſcopos *Orichovio* æquiores eſſe, qui partim inſita clemen- A tia, partim *Herbultorum* precibus adductus, quos ad illum, vt ſupra docuimus, *Orichouius* ablegauerat, quantum conniti autoritate potuit, tantum apud Archiepiſcopum oblitus offenſionum contendit, ac illum monuit, "ne *Orichouii* v-,,
xore Rempub. perturbari, ac ſacerdotalem or-,,
dinem periclitari vellet; ſe initio vidiſſe, quas,,
turbas datura eſſet vxor *Orichouii*, ideo man-,,
ſuete cum illo in Præfectura ſua egiſſe, neque,,
delationi epiſcopali paruiſſe, neque pro edicto,,
Regio pœnas ab *Orichouio* exegiſſe: partim,,
quod hominem ob matrimonium interficere,,,
cuius nullum aliud facinus eſſet, crudele puta-,,
ret, partim, quod illum Reipub. conſeruare hu-,,
manum factum cenſeret. Idem ergo facien-,,
dum Archiepiſcopo ſuadebat, fore id illi vtile,,,
B cum ad multos Eccleſiæ vſus, tum vero ad,,
præſentes Regni motue componendos.,, Hæc pro *Orichouio* vir clemens in afflictos & miſericors in ſupplices magno conatu agebat *Kmitha*. Et quoniam his comitiis ille pro Epiſcopis contra hæreticos acerrime ſenſerat, ideo illius pro *Orichouio* plurimum apud Epiſcopos valuit autoritas. Itaque cum & *Andreas Zebrzydouius* pro *Orichouio* laboraret, & autoritas *Petri Kmitha* eodem accederet, datur in concilio cauſa *Joanni Drohqiouio* Epiſcopo *Orichouium* reuocandi, & in concilium conducendi. Et qoam vis ille poſt tot fruſtra tentatos aditus obfirmaſſet ad Epiſcopos non reuerti, tamen *Joannis Droboiowski* conſobrini ſui ſuaſu in Gneſ- C nenſ. Archiepiſcopi fidem redierat. Itaque die præſtituta, frequenti concilio in cœtum Epiſcoporum *Orichouius* venit, ac poteſtate dicendi facta, cum multa de ſua erga Rom. Pontificem obſeruantia diſſeruiſſet, confeſſionem fidei edidit, in qua, quam pie Deum coleret, & qua fide erga Rom. Eccleſiam eſſet, articulatim deſcripſerat. Attente auditus *Orichouius*, vehementer placebat Epiſcopis, quod in tanta atrocitate temporis, perturbationeque Religionis, optimo exemplo ſeſe ſubmitteret Pontificiæ poteſtati. Et cum ille ſpe ſua maiorem benevolentiam Epiſcoporum ſibi conciliaſſet, in eraſtinum fuerat reiectus. Interea loci Archiepiſcopue in Concilio Epiſcoporum deliberat, ac culpam *Orichouii* cum pœna Epiſcopi comparat, D multis partibus viſa eſt pœna culpam excedere; præterea Confeſſio ab illo edita relegitur, diligenterque ad Eccleſiæ normam ab omnibus exigitur. Nihil in ea alienum communi religione reperitur, vel ipſo *Joanne Dziaduski* Premislienſi Epiſc. teſte. A quo quærit *Andreas Zebrzydouius*, quam tandem cauſam habuiſſet in judicio ad tam atrocem ſententiam. Vxorem, reſpondit ille. Nihilne præterea? Nihil vero ait Epiſcopus. Tum *Zebrzydouius* cum indigne factum quoque ferrent cæteri, "At vxorem, inquit, Sacerdotem ducere, culpa quidem eſt,,,
ſed hæreſis non eſt, neque iiſdem poenis tibi,,
ſacerdotem conjugem, quibus hæreticum,,
homi-

1552.

Orichouius redit ad Epiſcopos.

Confeſſionem fidei illis tradit.

1552. hominem afficere licuit.„ Poſtremo eum nullum veſtigium ullius ſectæ in confeſſione *Orichouii* appareret, Epiſcopi de conſilii ſententia, *Orichouium* abſoluendum eſſe, decernunt, ac illi in Concilio per *Andream Zebrzydonium* Epiſcopum benigne reſpondent. Qui vt erat in dicendo copioſus ſententiam dixit ornatiſſimis verbis, multa commemorans, “quæ in *Orichouio* fuerint bona, generis, ingeniique ac doctrinæ, quæ tanti Archiepiſcopus faceret, vt nollet pro ſuo jure cum illo agere, quin verò illius audax facinus curaret in præſentia quo maximo poſſet remedio. Quoniam vero talium cauſarum jus ſummum cognoſcendi penes Pontificē Rom. eſſet, hoc plus Archiepiſcopum in præſentiarum non poſſe, quam vt abſoluto illi ſpatium detur culpæ apud Rom. Pontificem deprecandæ, quod placeret fieri annuum. Ipſe ad Archiepiſcopum mane adeſſet, poſtridie abſoluendus.„ Pronunciata hæc eſt ſententia grauiter ornateque a *Zebrzydouio* multo cum verborum honore. Aderat *Joannes Dziaduski* Epiſcopus Premisliensis, ad quem omnium ſpectabant oculi, quanam fronte ille ferret, atroces ſuas ſententias in tam placita decreta ab Epiſcopis commutari. Poſtquam *Orichouius* ſecum præter ſpem agi videt, Archiepiſcopo & cæteris epiſcopis quam maximas agit & habet gratias, ſeque illorum beneficii memorem & gratum fore oſtendit, vt in loco ab illis poſitum eſſe videatur, daturum ſe operam pollicetur, nominatim etiam culpam a *Joanne Dziaduski* deprecatur, ſiquam in illum illo contentionis tempore admiſerit. Qui triſtis capite demiſſo, terram intuens, nihil ad ſupplicem orationem *Orichouii* reſpondet, ſed in eadem triſtitia permanſit, ſiue quod dolorem & iracundiam ſilentio tegere, quam eloquio prodere malebat, ſiue quod tanto ſub oculos omnium accepto autoritatis detrimento pudorem fronte ſuſtinere non poterat. Poſtero die mane, vti erat pronunciatum, cum frequentibus amicis *Orichouius* Archiepiſcopum adit, ac ſeſe illi ad genua ſupplicum more, in corona ſubmittit, quem Archiepiſcopus lintea religioſaque veſte indutus, abſoluit, & cætera perficit, quæ eius ſunt moris. Denique hunc eundem reconciliatum jam Eccleſiæ, prandio adhibet, ac liberaliter habitum ab ſe dimittit. A prandio *Orichouius* lætus rerum ſuarum inſperato ſucceſſu, ne ingratus videretur recenti beneficio, recta ad domum *Petri Kmitha*, cum *Herbultis* & aliis neceſſariis ſuis pergit, quem vir mirificus *Kmitha* frequenti domo eſt complexus. Cui *Orichouius* ampliſſimis verbis agit gratias, quod adeo in vita fortunisque illius continens fuiſſet, vt cum jure poſſet, abſtinuiſſet tamen ab illo, moramque elabendi ex tot laqueis parcendo maxime illi dediſſet. Ad extremum apud Archiepiſcopum & apud cæteros Epiſcopos deprecator illius ſalutis fuiſſet. Confitebatur ergo coram, illius ſe beneficio viuere; daturumque operam pollicebatur, vt omni ſua vita, vti æquum eſt, ſalutis ſuæ autorem *Petrum* A *Kmitham* coleret. Dicebantur hæc in conuentu ab *Orichouio*, non ſine multorum qui aderant, & hæc audiebant, lacrymis. Memorabile exemplum omnibus iniquis iudiciis circumuentis proditum in *Orichouio* eſt, vt non deſperent inique damnati, ſemperque illud teneant ac habeant in promtu: *Non vidi juſtum derelictum.* Nemo patrum auorumque memoria in maiore periculo deſperationeque ſalutis, quam *Orichouius* in Polonia fuit; & tamen tot malis jactatus ſeruante DEO, præter omnium ſpem, ex magna jactatione in tranquillum portum fuerat ad extremum eiectus, magnoque rerum ſucceſſu recuperabat priſtinæ vitæ decus. Nam cum Premislienſ. epiſcopus non ſolum vita atque fortunis, ſed etiam Sacerdotio *Orichouium* exuiſſet, vt antea oſtenſum B eſt, Archiepiſcopus tamen perendie, quam abſolutus erat, reſtituerat in ordinem *Orichouium*, ac inter Sacerdotes ſuo loco illum collocauerat, juſſeratque deliberationi illi intereſſe, qua inibatur ratio juris Sacerdotalis tuendi: quæ quanto præter optata *Orichouii*, & præter epiſcopi judicata acciderant, tanto magis notatu memoratuque digna omnibus videri debent.

Orichouius abſoluitur.

Kmitham ſalutis ſuæ autorem agnoſcit.

Recipitur in Concilium Epiſcoporum.

Cum magna vulgi inuidia arderent Pontifices, *Nicolaus* Archiepiſcopus Concilium aduocat, ac ſummo ſilentio clauſa Archiepiſcopali Curia deliberat, ecquidnam de jurisdictione remitti Equitibus Polonis poſſet, qui eo rem trahebant, vt nemo ob hæreſin in Epiſcopali judicio reus cauſam diceret; In qua quoniam vitæ atque exiſtimationis contineretur certamen, Rex cum Senatu comitiis de illa cognoC ſceret, pro his legibus, quæ de capite Equitis Poloni ſolius Regis judicium in Polonia jubent eſſe. Quæ leges cum legibus Pontificum adverſarentur, magna non diſceptatione ſolum, ſed etiam altercatione, vtraque pars pro ſuo jure comitiis diu multumque apud Regem contendit. Cum ergo Epiſcopi in conſilio ſtatuiſſent, omni ratione jurisdictionem tueri, dant *Andreæ Zebrzydouio* Cracov. epiſcopo negotium eius cauſæ apud Regem perorandæ. Qui cum dignitate atque ingenio præſtaret, ſatis idoneus pro hominum ſtudio illi cauſæ futurus videbatur Patronus. Qui dato Sacerdotibus ab Rege Senatu primo conqueritur “nouiſſima tempora, quæ periculoſa fore tanto D ante vaticinatus erat Paulus, quæ eam vim haberent, vt Religio quoque Chriſti hominum affligeretur malitia. Qua in re illud tamen moleſtiſſimum eſſet, quod ipſorum hominum odio, res etiam ſacroſanctæ vna viluſcerent, quibus rebus cum ſumma contineretur vitæ, dubium non eſſe, illis ſublatis humanas quoque res dilabi atque tolli. Neque enim ſupereſſe ſpem vllam, ſublata religione vllum jus humanum in Polonia manſurum, quod extinctis rebus ſacris profanas quoq; res extingui ſit neceſſe. Qui enim negligeret DEVM ſacrarum rerum autorem,„

Epiſcopi Conſilia pacis ineunt.

Andr. Zebrzydouius pro eis coram Rege perorat.

1552. „torem, nunquam idem profanarum ducem
„reverebiturRegem,neque illius jurisdictionem
„pertimeſceret,qui diuinam contemnere didice- A
„rit. Quodſi propter Sacerdotes malos neglige-
„rentur res divinæ,quomodo ſtabunt res huma-
„næ propter Reges malos? Qui enim Sacer-
„dotes contemnit, quia mali ſunt, idem conte-
„mnit Reges, quia boni non ſunt. Neque enim
„Deos, ſed homines hominibus voluit DEVS
„præeſſe, ſæpe ſummum ius malis in bonos tri-
„buens. Itaque hanc pœnam inter homines
„peccati rſſe, vt juſtis iniuſti ſæpe dominen-
„tur, ſortibus imbecilles, modeſtis flagitioſi.
„Quare ſi vitia ſpectes, neque Reges idoneos
„putabis eſſe, quibus cœtus hominum & regna
„committas; ab vtrisque enim error, culpa &
„fallacia abeſſe non poteſt. Quanquam non
„ſe intelligere dicebat *Zebrzydouius*, vt præter
„cæteros homines in Polonia vitioſiſſimi ha- B
„bendi eſſent Sacerdotes. Si enim genus ſpe-
„ctes, pares eſſe genere cum cæteris; ſi vitam,
„contentum debere eſſe Regem, ſi tantum illi
„aſſequantur, quantum homines poſſunt; ſi mo-
„res, ſatis illos probari, ſi ab iis abſit ſcelus, cæ-
„tera pro communi vita in iis ferenda eſſe.
„Quod vero doctrinam attinet, illam non pro
„Regum, neque pro multitudinis imperitæ
„arbitrio, ſed pro Ecclesiæ placito epiſcopos
„præſtare debere. Rem Epiſcopalis iudicii eſ-
„ſe, quæ vſurpanda in Eccleſia DEI, quæ con-
„tra eſſent repudianda.„ Et quoniam non
orationes, ſed Annales ſcribimus, in quos multa
in pauca pro hiſtoriæ lege conferuntur, his ca-
pitibus præmiſſis non alienum fuerit ponere re-
liquam eius orationis partem, quam ille Epi- C
ſcopus egit moderate, & offenſione animi non
acerba. "Agitur cauſa coram Te, Sereniſ-
„ſime Rex, novo judicio, nouâ forma. Nos
„enim epiſcopi cauſam apud te dicimus, qui
„aliorum judices â DEO conſtituti ſumus. At
„quomodo accuſemur, audiuiſti. Nulla in ac-
„cuſando reuerentia Maieſtatis tuæ, nulla ob-
„ſeruantia dignitatis noſtræ, ab hominibus di-
„tioni tuæ ſubiectis & noſtræ curæ commiſſis,
„oratione adhibita fuit. Si obliuiſci volebant,
„nos eſſe Epiſcopos ſuos, at certe meminiſſe de-
„bebant, nos eſſe Senatores tuos, qui præci-
„pua pars tui Senatus ſumus. Sed cum ne-
„que vt Senatores, neque vt Epiſcopos de-
„cuit, nos illi tractarint, vides in oratione il-
„lorum quanta ſit facta labes, primo iniuſtitiæ,
„quia violarunt dignitatem noſtram; dein- D
„de impudentiæ, quia offenderunt maieſtatem
„tuam, cum nos epiſcopos ſuos, Senatores au-
„tem tuos modo hypocritas, modo lupos, te
„audiente, appellare non dubitrunt. Quod-
„ſi id illis jam de nobis licet, triſte id quidem
„impunitatis exemplum in nobis conſtituetur;
„ſed nemini magis, quam tibi, pertimeſcendum.
„Noſtra enim cauſa nobis etiam cadentibus
„ipſa per ſe ſtabit; nititur enim illa non vlla
„humana vi, ſed DEI prouidentia, qui Ec-
„cleſiam ſuam cum omni adminiſtratione

illius in Petra ſolida, hoc eſt in ſe ipſo, col-„ 1552.
locauit. De te tibi plurimum cogitandum„
eſt, ac multum in poſterum providendum,„
ne tua Maieſtas, quæ voluntate etiam hu-„
mana continetur, ab iis negligatur, qui re-„
uerentiam erga Eccleſiam DEI & erga nos„
illius miniſtros in tuo conſpectu funditus„
repudiarunt. Germania documenro tibi ſit„
ad omnes tales caſus, in qua non prius bel-„
lum exarſit ciuile, non prius Cæſar agita-„
ri, pellique inde eſt cœptus, quam ex Germa-„
norum animis reuerentiam omnem erga Epi-„
ſcopos extirpaſſet *Lutherus*. Qua ſublata ſer-„
pſit deinde res, quæ procliuis ad perniciem„
vna cum ipſo Cæſare labitur. Acerbioribus„
quotidie caſibus noſtræ celebrantur aures:„
Nunc in Germania vrbes expugnari, nunc„
publicas & res priuatas a ſeditioſis æſtimari,„
Fana diripi, vltro citroque coniurari, ac paſſim„
ad arma iri. Vnde hæc Germaniæ noua„
rerum facies? Non aliunde, quam ex con-„
verſione religionis & ex contemtu Pontifi-„
ciæ Dignitatis, quæ pacis & tranquillitatis„
cauſa inter homines diuinitus eſt conſtituta.„
Quæ quia in illa nobili & Chriſtiana quon-„
dam gente iam nulla eſt, quæ mala per hos„
annos Germania non vidit? qua Re-publi-„
cas & priuatas non amiſit? quod diuinum &„
humanum jus retinuit? quam ſpem deni-„
que ſuarum rerum habet illa meliorem? Hor-„
ribilia ſunt hæc, quæ commemoro, ſed tibi„
niſi occurris, eadem ſunt expectanda. Ia-„
cta ſunt fundamenta conſimilium malorum„
hiſce comitiis in Polonia: Explica Legatorum„
orationem & excute illam diligenter, quem„
tandem timorem DEI aut quem hominum pu-„
dorem in illa reperies? Recordare etiam, quid„
nuper in ſacrificio ab nonnemine (*Rapha-*„
elem autem *Leszynski* dicebat) admiſſum ſit,„
cum exhiberetur ſolenni ritu corpus Seruato-„
ris Chriſti DEI noſtri, tuque venerabundus„
ad illud procumberes, ille ſolus per ſummum„
Numinis Diuini contemtum ſtabat te ſpectan-„
te ante aram pileatus: contemſit hic ſimul„
& Chriſtum Regem cœli, & te Regem Terræ,„
tum Angelos occultos aræ miniſtros, ac homi-„
nes corpus illud ſacrum palam vna tecum ve-„
nerantes. Hæc ſunt initia in Polonia malo-„
rum omnium; quæ niſi prouides, tuum re-„
gnum peſſundabunt. Sed hoc loco opponi-„
tur nobis dulce ipſius libertatis nomen, qua-„
ſi vero iſta ſit libertas, & non potius ſumma li-„
centia, in qua modus nullus ineſt, quæ hu-„
manas res contemnit, diuinas vero faſtidio„
atque contumelia evertit, in qua jurgia, ma-„
ledicta, contumeliæ, ſeditiones, ac bella inſunt„
civilia. Vera enim illa & integra libertas„
immodeſta non eſt, neque immanis, neque„
ſuperba, ſed eſt modeſta, morigera, atque„
mitis. Quare non libertatem iſti, ſed exitio-„
ſam licentiam flagitant: Quid enim ſibi
aliud volunt, dum Pontificum juriſdictionem„
ſollunt, quam vt Rom. Pontifice ac„
nobis

1552.

„nobis remotis de medio, nemo ſit, qui ſacra „tueatur, & qui ſectis infici regnum non patia„tur. Denique ut hi, qui petunt, aliis graves, „ſibi vero ipſi effrenati ſint, & præcipites, ut „denique in tuo Regno nemo ſit pietatis autor, „& pacis nemo. Si enim nos exterminabimur, „ne tu quidem ipſe tuto hic permanebis. Nam „ſi is ordo, qui te Regem unxit, ac te Regio ſa„cramento inter Chriſtianos reges tulit, jus „ſuum amiſerit, noli ſperare tibi in Polonia „quicquam ſalvi fore. Judicare te de hæreſi „volunt, quid quæſo aliud agunt, quam ut „munus tuum Regium amittas, & noſtrum „Pontificium non retineas? Conſimilibus con„ſiliis Rex ille Hebræus ad adolendum thura „in ſacrificio fuerat adductus, qui tamen repu„diatus cum impio ſacrificio ab ipſo DEo le„pra fuerat percuſſus. Hujus Regis caſum, quæ„ſumus, extimeſcas & inter lepram & lepram, „metu illius Regiæ lepræ, ſacerdotum ſinito „eſſe judicium, inter quos ſummus ille Sacer„dos eſt Romanus Pontifex, cujus autoritatem „æternis pœnis DEus ſancivit, ut qui illius „non obedierit imperio, ſive magiſtratus ille, „ſive privatus fuerit, exterminandus ſit, Moſe „ipſo teſte, de populo DEi. Cum quo ſi parti„tas habueris in Polonia provincias, & ſi de il„lius nihil appetieris munere, teque intra tuum „munus & officium continueris, bene & feli„citer regnabis. Hæc te cogitare, & ante oculos „propoſita habere decet, pro nomine tuo Re„gio atque pietate tua Chriſtiana.„ Longior *Zebrzydovii* fuerat oratio, multoque fuit argumentis & exemplis inſtructior, utpote, quæ in concilio eruditorum hominum ante fuerat inſtituta, habitaque eſt ab illo Polonice. Sed ego dum latinis auribus ſervio, mentem illius ad formulam latinam breviter adſtrinxi.

Rex primo cunctatur.

Rex cum primæ ſententiæ Senatores in concilio diſſidere videret, magna difficultate afficiebatur, quam ſententiam pronunciaturus eſſet. Nam ſi Pontifices de hæreſi judicare nollet, privilegium ſe eripere ampliſſimo ordini intelligebat, cum jurejurando, tum etiam fide ſua interpoſita firmatum, eique ordini mandato DEi attributum: Si vero ſummum de hæreſi judicium Pontificium pateretur eſſe, cum in hæreſi omnia publica inſint crimina, verebatur, ne vel honorem ſuum cum Pontificibus partiretur, vel communibus legibus aliquod detrimentum inferret, quæ Rege excepto in Polonia neminem de capite, de fortunis, & de exiſtimatione Equitum Polonorum volunt judicare. Cum ergo in conſilio capiendo nimium anxius & dubius eſſet, proferebat tempus ſpatiumque interponebat, quo aliqua ratione concordia a partibus ultro iniri poſſet, & duos fere menſes patiebatur intercedere, quo hac mora diſſenſionem partium ſanaret. Qui dum remedium quærit, aſſenſum cohibebat, ac ſententiam diſſimulabat, partes etiam ipſas ad concordiam ſumma animi æquitate vocabat. Sed cum diu multumque agitando ac differendo, neque Pontifices de jure ſuo equitibus Polonis concederent, neq; equites Pontificibus quicquam præter leges de ſe licere vellent, Rex vix tandem aliquando per *Joannem Oczierski* Cancellarium pronunciat, de hæreſi Pontificum eſſe judicium arbitrari, atque id ſibi pro pietate & pro antiquis Poloniæ legibus æqvum videri.

Deinde ſententiam pro Epiſcopis pronunciat.

Hâc ſententia pronunciata reverentia quidem majeſtatis conticuerant Legati, & ii qui pro illis ſteterant Patres conſcripti; ſed tantus tamen dolor inceſſerat omnium animos, ut non ſecus ac certamine victi ex conſilio omnes diſcederent, querebanturque paſſim homines Poloniam ad cædem, ad direptionem Pontificibus a Rege propoſitam eſſe. Legati enim univerſi ad Pontifices publicè venerant, oratum, ut ne pro decreto Regio judicia confeſtim exercerent, ſed ſpatium darent Equitibus conſilii de concordia capiendi. Hæc in curia Archiepiſcopi per *Petrum Boratynski* legati ſupplices egerunt; quorum precibus adducti Pontifices annum jurisdictione vacuum paſſi ſunt intercedere, ut interea nemo ex equitibus Polonis ſectæ reus fieret, ſpatium deliberandi liberum illis eſſet, ut re communicata cum equitibus in conventibus Regni deliberarent publicè, quonam modo leges Poloniæ cum legibus Pontificiis poſſent convenire, ut ſinè præjudicio Patriæ legum obediatur a Polonis Pontificiæ poteſtati.

Epiſcopi ab Legatis exorati per annum unum a jurisdictione abſtinent.

Quod tametſi eſſet impetratum, multo tamen acerbioribus infenſioribusque animis ex comitiis diſceſſum fuit, quam eo fuerat ventum. Illa etiam inveterata ſacerdotum contemtio ita augebatur dolore, ut a Comitiis & ſectæ ad opprobrium ſacerdotum ab autoribus proſeminarentur, & Pontifices id fieri paterentur impune, cum ne decreto quidem Regio ſatis ſe tuto adverſari poſſe multitudini concitatæ intelligerent. Ita cum autoritas Pontificia in ſummam contemtionem veniſſet in Polonia, pietas primum antiqua corrumpi, deinde illa reverentia cœpta eſt vitiari, qua Regum etiam ipſorum inter homines firmæ habentur opes. In exitu Comitiorum communi ſcito pecuniæ fuerant ſtipendio imperatæ, nec aliud dignum memoria his comitiis erat actum.

Iſabella tradita Ferdinando Hungara in Poloniam venit.

Iisdem temporibus *Iſabella* Regina regno per pactiones *Ferdinando* Regi tradito, de quo ſupra eſt demonſtratum, Hungaria exceſſit, & Cracoviam Februarii menſe cum *Joanne Sigismundo* filio advenit; quam *Sigismundus Auguſtus* germanam uti decuit ſororem per *Joannem Bonerum* Chelmenſ. Caſtellanum ac ſummum civitatis Cracov. procuratorem excepit, compluribusque diebus lautiis ac muneribus ampliſſime habuit. Quam inde *Crepicium* verſus Oppolium profectam Rex intermiſſo *Petricovia* conventu Bacchanalibus adierat, ac illi coram ex tot periculis in Patriam reduci, incolumitatem gratulatus fuerat. Et cum illi Oppolienſis Territorii fructus ad rationem a *Ferdinando* redditam non reſponderet, eſſet-

1552. que anguſtior, quam qui tanti nominis Reginam cum filio ſuſtentaret, Rex inopiam ſororis de ſua copia ſublevaverat, ac complura territoria neceſſarii victus illi attribuerat, ut *Sanocum* in Ruſſia, & *Crepicium* in Siradia. *BONA* etiam mater de ſuo *Wielunium* illi addiderat, eoque ſubſidio annonæ ſolitudinem filiæ nepotisque aluerat.

Varia Iſabella Reginæ fortuna.

In hac autem Regina ſubitam commutationem fortunæ videre licuit. Cum enim eſſet *Joanni* Vngariæ Regi in matrimonium a *Sigismundo* Patre data, non multo poſt & virum & regnum amiſerat, ad eamque inopiam pactionibus *Ferdinandi* Regis atque *Georgii* Quæſtoris ſui venerat, ut niſi Rex frater ſubveniſſet, illa hominis ad miſeri morem omni nudata ope, victu etiam neceſſario caruiſſet. Quã illius ſortem, priusquam Cracovia ad virum diſcederet, vulgo homines prævideraut animo, ut cum *Sigismundus* Pater omnium judicio propterea reprehenderetur, quod illa ætate, illa forma atque dignitate, filiam incerto Regi ad incertas nuptias traderet. Scurra quidam Polonicus, valetudine mentis liberius dicax, cui etiam ad opprobrium vitæ *Stanczyko* nomen erat, carpens Regis factum, *Sigismundum* monuerit, ut antequam filiam in Vngariam extruderet, cauponam illi Cracoviæ repararet, in qua mox illa rediens Cauponariam faceret. Atqui hæc illius ſcurræ dicacitas omen fati fuit. Nam *Joannes* Rex diu multumque *Ferdinandi* peragitatus armis, non longo tempore illi matrimonio ſupervixit, & uxorem cum parvo filio reliquit, dote ac regno caſſam. Quæ amiſſis rebus omnibus ſe in Poloniam hoc anno receperat cum filio; illa miſericordia avunculi regis digno.

Memorabile factum infantis Regii.

De quo illud dignum memoria prætermittendum non exiſtimavimus. Cum enim ex pacto, ut ante dictum eſt, Regina diadema regni *Joanni Baptiſtæ, Ferdinandi* Exercitus Præfecto Caſſoviæ traderet, illudque evolveret, crux ex Diadematis faſtigio, incertum quo caſu, imprudentibus omnibus delabitur, ac ne ab inquirentibus inveniri poſſit, ſupprimitur. Itaque ad *Ferdinandum* Diadema cruce mancum auſertur. Hanc parvus filius nactus, vacuam ab arbitris matrem ludibundus adit, ac cur illa eſſet mœſta, rogat. Cui mater: quia tibi miſerrimo Regi ac mihi item miſeræ matri, ne diadema quidem Vngariæ reliqvum feci. Adhæc ille: "Tace, obſecro, mea mater, ac lacrymis abſtine, tenemus enim & nos adhuc diadematis partem, ac cum hoc dicto celatam crucem de ſinu profert & addit: "Noli deſperare mater, ad hanc crucem reliquas ejus partes aggregatum iri, ut apud quem hæc crux erit, ad eum quoque congregentur & partes olim huic cruci ſubjectæ quæ fuerunt." Singularis fuit in hoc puero ad virtutem indoles, quem cum videres, & vultu, & ſermone, & forma, & inceſſu omnique cætero cultu facile Regis filium eſſe diceres, magna quædam de ſe mirandaque promittentem. Ac videtur hic puer adſervari rebus a DEo fatalibus. Sed ſinamus fata Regum in occulto eſſe, neque conjecturis res in ſinu DEi abditas ſcrutemur, neque illas judicemus ante ſupremum fatorum diem. 1552.

Rex Gedanum proficiſcitur.

Conventu Regni confecto, multis de cauſis Rex ſtatuit, ſibi Gedanum eſſe adeundum, quarum illa fuit juſtiſſima, quod videret civitatem & ab Germaniæ fiſco palam ſollicitari, & priſtinæ animadverſionis recordatione clam incitari. Ideo huic rei prævertendum exiſtimavit, ne tanta & tam conjuncta nobis civitas aliquo motu novis rebus imperiisque ſtuderet. Acceſſit etiam Patrum controverſia cum plebe. Non ignorans ergo, quanta ex diſſenſionibus incommoda oriri conſveſſent, eo ſibi maturandum exiſtimavit. Sed cum ſola aulicorum manu ad urbem tam amplam & plenam proficiſci, cum neque ſatis tutum eſſe arbitraretur, neque ſuæ dignitatis eſſe ſtatueret, evocaverat ad officium itineris ampliſſimum quemque, ac equitatu delecto ſe inſtruxerat, circiterque Idus Junias ex Goſtinio cum hoc præſidio Gedanum profectus fuerat. Quæ copiæ etſi nunquam eſſent tantæ, ut eis contra vim intra urbem confideret, tamen magnum Regium nomen apud ſuos autoritatem habere exiſtimans, infirmioribus etiam auxiliis proficiſci non dubitaverat, atque omnem ſibi civitatem tutam fore, exiſtimabat. Neque aliter evenit. Cum enim appropinquaret urbi, omnis ſeſe multitudo ad ſalutandum effudit. Magiſtratus etiam præſinito equitum peditumque numero magna cum reverentia majeſtatis, prolatis ſubjectorum more clavibus, & ſe & civitatem in fidem & poteſtatem Regis permiſerunt, ſummaque fide receptum habuerunt, diſpoſitis adverſus populares tumultus per urbem cuſtodiis, quibus erant aulicorum ſtationes additæ. His præponebantur Senatores, qui vigilias nocturnas cum præſidiis invicem obibant. Diverterat autem Rex poſthabito prætorio in domum *Joannis a Werden*, qui eo tempore longe nobiliſſimus & ditiſſimus apud Gedanenſes fuit.

Gedanenſes metuentes ſibi a Rege in majorem eriguntur fiduciam.

Cæterum cum ſuſpenſa metu agitaretur civitas, quod & præteritorum reminiſceretur, & ex animi conſcientia timore occuparetur, *Joannes Tarnovius* Cracov. Caſtellanus *Joannem a Werden* de principibus nactus quadam notitia ſibi conjunctum, cum hoc ſecreto colloquitur, ac per illum levare metu civitatem nititur, ne qua aut rumoribus, aut pollicitationibus, aut falſis nunciis commutatio fieret voluntatis. Itaque multa humanitate complexus hominem, in occulto illi proponit, "Gedanenſes quam libera poteſtate inſtructum habeant Poloniæ Regem, in quo neque vis, neque contumelia ulla ineſſet in ſubjectos. Tum etiam addit, Poloniæ Reges Gedanenſium civitatem, quam ſemper aluiſſent, omnibusq; rebus ornaſſent, ac pari libertate cum Polonia eſſe voluiſſent. Ita factam eſſe & illorum fide, & Polonorum commercio, in Poloniæ regno florentiſſimam, opulentiſſimamque, ut habeant civitatem, cu-

jus

1552.

,,jus fortunam, cum qua tandem Germaniæ ,,civitate comparare vellent. Neque enim con- ,,ferendam eſſe Gedanenſium libertatem cum ,,calamitate Germaniæ præſenti, neq; hunc ſta- ,,tum cum illo comparandum. In illo enim ho- ,,mines ſubjecti & vaſalli appellarentur; in hoc ,,fideles, dilecti æqualitate juris ac communio- ,,ne utilitatis cum Polonis conjuncti, a quibus ,,in parem juris ac libertatis conditionem ſemel ,,recepti, nunquam alio quam fratrum & amico- ,,rum loco haberentur. Quod ſecus Germanis ,,accidat, in quos omnia exempla & cruciatus ,,eduntur, ſi quæ res ab illis non ad nutum aut ,,ad voluntatem præſidum ſacta ſit. Jure igi- ,,tur liceret illis gloriari, eos in optima Repu- ,,blica vivere, in qua poſiti nihil facerent invi- ,,ti. Quæ cum ita ſint, adeſſent animis, neque ,,alia conſilia aut homines reſpicerent, pertina- ,,cia etiam deſiſterent, neque juſticiam Regis ,,contumacia potius, quam obedientia tenta- ,,rent. Magnam eſſe vim, magnum nomen, in- ,,tra & extra urbem armis atque legibus arma- ,,ti Regis. Denique urbem poſitam in gremio ,,Poloniæ Regio imperio ita contineri, ut nus- ,,quam contra nutum regis ſeſe poſſet commo- ,,vere. Idcirco repudiarent inquietorum homi- ,,num improba & ſeditioſa conſilia, huc vero in- ,,cumberent univerſi, quomodo æquo & faven- ,,te Rege libera civitate atque pace & otio frui ,,poſſent, quandoquidem præter hanc alia cauſa ,,Regii adventus ad eos non eſſet.,, Ab his hæc dicta cognovi, qui ſermoni interfuerant. Hac oratione confirmatus Senator ille *Joanni Tarnovio* agit gratias, pollicetur que id, quod de illo audierat, reliquis ſe libenter narraturum, factaque poteſtate diſcedit, habuitque poſt hoc colloquium Rex faciliorem civitatem. Nam ante quamvis publice in Regem civitatis conſtaret fides: tamen privatim multæ quotidie offenſiones & contentiones ab illis ad noſtros afferebantur, ex quibus quo illi eſſent animo ſciri poterat. Nam neque decima quæque domus erat relicta armato absque milite, neque ad illorum præſidia tutus dabatur noſtris receptus, ita ut cum caſu *Anzelmus Goſtomski* florentiſſimus aulicorum a cœna rediens in ſtationem Germanicam incidiſſet, compluribus amiſſis, ipſe vix armis primo, deinde fuga evaſerit. Quo ſane tempore niſi *Petrus Boratynski Petri Kmitha* Magiſter qui fuerat familiæ, ſtationis præfectum tumultuantē repreſſiſſet, magnum periculum illa nox attuliſſet. Nam Præfectus poſtridie eo nomine ad Regem vocatus, & quâ tandem fiducia nocte præterita fuerit interrogatus animo præſenti reſponderat: Sibi à Magiſtratibus nocturnam curam civitatis mandatam eſſe, hâc conditione, ut ſi ipſe non ſuſtineret, campana ſignum per ſtationes faceret, ut civitas ipſa ad auxilium concurreret; quod ne accideret, in ipſa turba maxima, quam aulici noctu dediſſent, domum ſe *Petri Kmitha* Sceptrigeri abiiſſe, ac illum per *Petrum Boratynski* diligenter monuiſſe, ut is reprimeret aulicos

Offenſiones privata inter cives & aulicos.

Stanislai Orichovii Annalis quintus.

& urbem ab illorum contumeliis injuriiſque prohiberet, ne civitas incitata jus ſuum armis tueri neceſſe haberet. Hæc confeſſus abiit, A factumque illud impune tulit, ex cujus confeſſione conſtabat, Gedanenſes eo animo fuiſſe, ut armis tegerentur, ſi a Rege tuti non eſſent. Hoc totum incommodum *Joannes Tarnovius* colloquio vertit in bonum, perfecitque ut Rex tranquilliſſime controverſias civitatis dijudicaret. Cum enim prægravaret Patrum autoritas plebem, civitasque nimiam potentiam magiſtratuum minui vellet; Senatus prolatis privilegiis, quæ antiquitus autoritatem Patrum adverſus plebem muniebant, rem obtinuit. Rex enim decreto interpoſito Magiſtratum ſecundum privilegia poteſtatem obtineri juſſit, & privilegio novo magiſtratui de eadem poteſtate cavit, nimium conquerente & indignante plebe, jure ne an injuria, neſcio. Rex dijuB dicatis controverſiis ac vectigalibus urbanis ordinatis rationibusque ærarii inſpectis, etiam conſuluit, quomodo civitas ab Germania & ab Fiſco imperiali tuta eſſet, neque præter Regem Poloniæ, ullius alterius ditioni atque imperio pareat. Interim autem, dum Rex Gedanenſes res componit, ingens variarum gentium in urbem confluxit multitudo. Venerat etiam *Albertus* Pruſſiæ princeps, ac *Nicolaus Radzivilus* Vilnenſ. Palatinus, Olicæ Dux, qui navibus cum *Joanne Tarnovio* Caſtellani filio ſecundo Iſtulæ flumine tranſierat; cui portum ſubeunti obviam prodierant pedibus tam Regius quam urbicus Senatus, ampliſſimeque exceptus in urbem publicis gratulationibus fuerat introductus. Et cum urbs maritima homi- C num cujuſque generis pleniſſima ac refertiſſima eſſet, Rex multis ſpectaculis viſendum ſe ac cognoſcendum præbuit, in quibus erat vetus ille Trojæ ludus, quem ante urbem luſit, turmis duabus nobiliſſimorum juvenum, in quarum altera Rex ipſe cultu equo atque concurſu inſignis fuit, tricenisque equitibus hinc & inde commiſſis ipſe *Martinum Herbultum* equitem Rutenum Antagoniſtam habuit, quem æquore peragitavit toto, ac in campos patentes acer effudit, non ſine militari gloria, & acclamatione circumfuſæ per montem turbæ, qui leniter à ſummo declivis imminebat ludo, ac in latitudinem patens theatro locum præbebat. Rebus Gedanenſium ex ſententia compoſitis, cohortatus D eſt cives, ut majeſtatem ſuam comiter conſervarent, & ut libertate moderatè uterentur, neve ſibi illam præcipitem, reliquis vero civibus gravem facerent.

Rex Gedanenſium lites componit.

Spectacula edita.

Hinc converſus ad res Lithuaniæ ordinandas diſceſſit, ad XV. Calend. Septembr. ab *Albertoque* Pruſſiæ duce invitatus Regiomontem ex itinere petivit. Quam urbem cum adiret, & cum ante urbem princeps illi adventum militari more gratularetur, accidit, ut e mortario cupa per incendium tæda ac pice referta elideretur, ac projiceretur in ſublime artis oſtentandæ gratia; quæ cum & artem & oculos omnium

Rex Regiomontum abit.

Vita diſcrimen ſalvus evadit.

1552. um ſefelliſſet, neque ignem e mortario conce- piſſet, raro decidens caſu, cum Rex parvo momento exceſſiſſet, Regium armigerum oppreſſit, penes Regem ſtantem, ita ut caput disjectum Regem cerebro reſpergeret: Ita mirabili fortunæ beneficio periculum Rex vitavit, hicq; caſus tantum terrorem Polonis injecerat, ut niſi ſumma cum in omnes mortales, tum præcipue in Regem Poloniæ illius Principis fides omnes conjecturas a ſuſpicione removiſſet, id, quod caſu factum erat, ex præparato fuiſſe factum poterat ſuſpicari. Quem caſum princeps ille ægerrime tulit, morteque magiſtri artis errorem, niſi Rex obſtitiſſet, corrigere voluit. Ne quid tamen de illa voluptate & gratulatione fortuna diminuiſſe videretur, humanitate Regis fuerat perfectum. Qui ut doceret, quantam fidem principi rerum omnium haberet, ſumma voluntate Regiomontem ingreſſus largiſſimo gratiſſimoque Principis hoſpitio triduum lætatus eſt.

Walachorum deditio.

Cum eſſet Rex in ulteriori Pruſſia, nec dum B Regiomonte diſcederet, literis *Nicolai Sieniavii* Belſenſis Palatini, qui exercitui præerat, certior fiebat, omnes Dacos in deditionem poteſtatemque ſuam eſſe redactos. Hi erant ex Italis Romaniſque procreati, qui Duce *Lucio Valerio Flacco* cum Daciam occupaviſſent, in hiſque Regionibus uxores duxiſſent, ac conſenuiſſent, hos Dacos reliquerunt, qui eorum lingua *Romini* a *Romanis*, noſtra *Walachi*, ab *Italis* appellantur. *Wloszy* enim Polonis idem eſt, quod *Itali* Latinis; quorum Regio Moldavia, quaſi major Dacia vulgo nominatur. Hi natura, moribus ac lingua non multum a cultu Italiæ abſunt, ſuntque homines feri, magnæque virtutis; neque alia gens eſt, quæ pro gloria belli & fortitudine anguſtiores fines cum ha- C beat, plures ex propinquitate hoſtes ſuſtineat, quibus continenter aut bellum infert, aut illatum defendit. Habet ab ortu Mœſiam, ab occaſu Ruſſiam, a meridie Tranſylvaniam, a ſeptentrione Scythiam. Tantæ autem ſunt virtutis, ut cum omnibus his gentibus, quorum fines attingunt, eodem tempore ſæpe prælio contenderint, victoreſque fuerint. Nam *Stephanus*, qui patrum noſtrorum memoria Principatum in Dacia obtinuerat, una propemodum ætate & *Bajaſetum* Turcam, & *Matthiam* Vngarum & *Joannem Albertum* Polonum bello magno devicerat, magnamque calamitatem victis intulerat. Hi tamen præ multitudine D hoſtium, & præ anguſtia finium, non magis virtute, quam dolo contendunt, aut inſidiis nituntur. Nulla apud illos religio juris jurandi eſt, nulla promiſſorum neque pactorum fides; quibus illi rebus magis ad ſpeciem utuntur, quam ad aliquam neceſſitatem. Ad hancque rem, ubi in anguſto ſe vident, decurrunt, ut ſpatium elabendi habeant, quo a fraude auxilium petant. Itaque ſæpe compertum eſt, eos fidem ac jusjurandum finitimis invicem dediſſe, ut conjurati eorundem ſocii & hoſtes eſſent:

Hujus populi genus & ingenium.

nec vero foris ſolum hoc illi ſunt ingenio, ſed domi etiam conſimili perfidia conflictantur, 1552. quæ illi generi hominum innata eſt maxime. A Non illi fidem principibus præſtant, non principes illis juſte imperant, ſuſpenſa inter illos, incerta ſuſpectaque ſunt omnia: ob quam etiam cauſam multos noſtra, plures patrum memoria tyrannos illa gens tulit; nec mitiores nec humaniores veteribus Siciliæ tyrannis, quorum eſt præter cæteros nobilitata crudelitas. Inter quos *Stephanus*, ejus *Petri* filius, quem *Joannes Tarnovius* ad *Obertinum* vicit, ac *Helia* frater, quem ad *Mahometem* deſciviſſe ſupra eſt oſtenſum, ſingulari crudelitate fuit. Qui a fratre accepto imperio mox in omne crudelitatis genus erupit, nulla materia, neque occaſione ad crudelitatem prætermiſſa. Cujus ſingulatim crudeliter facta exequi longum eſſet; illud ſummatim ſatis ſit ponere, tanta hunc tyrannum immanitate fuiſſe, ut inter genera pœnarum mortem leviſſimum duxerit eſſe ſupplicium. Nam ut prætermittam hominibus innocentiſſimis præſectas aures atqoe nares, effoſſos oculos, exciſas lingvas, ſpoliata ac divaricata membra, & alia inaudita ad diuturniorem dolorem ſupplicia, excogitaverat etiam inter genera cruciatus plumbum fervens; quo in adverſum os conjecto affligerentur homines, tanta peſte intus concepta, ut ne cum præoptarent quidem ſtatim poſſent emori; & cum quotidie augeret intenderetque ſævitiam, nullumque modum crudelitati in ſuppliciis adderet, neque tempus vacuum ſupplicio dimitteret, diffugerant paſſim ex Dacia homines, compluresque Senatorii ordinis elapſi fuga in Poloniam venerat, ac ſtipendia in exercitu regio fecerant; quos omni conatu tyrannus ut illorum ſuppliciis exſatiraret animam, recuperare ſtudebat. Erat miſſus hoc anno ad renovandum fœdus a Rege ad Solymannum Turcam vir fide ac ingenio excellens *Valentinus Dembinski* Biecenſis Caſtellanus. Hic quamvis dehortantibus multis uſitato noſtris Legatis in Turciam itinere per Daciam ſtatuerat proficiſci, quod & illac compendium itineris ſciret eſſe, & nomen ipſum legati ſanctum inviolatumque apud omnes gentes apud fœderatos, præſertim magnam autoritatem habere putaret, apud tyrannum etiam. Hunc *Stephanus* ſibi objici a fortuna ratus illum in itinere aggredi & excipere ſtatuit, nec prius dimittere, quam a Rege illi redderentur omnes ad unum profugæ. Jam vero cum apud tyrannum nulla eſſet ſecreti fides, hæc illius conſilia emanaverant ad vulgus, ac ad aures ipſius etiam Legati venerant. Qui cum ſibi tanta perfidia iter incluſum eſſe videret, interea deſtitit, ac Cracoviam ſalvus intermiſſa legatione rediit. *Stephanus* ubi ſua ſequi eventum non vidit, deſperatis rebus ſtatuit ad extremum reliquis Senatoribus, qui remanſerant, interfectis, repudiata fide catholica, exemplo fratris, in *Mahometis* ſectam concedere ac Turcis Daciam prodere.

Occaſio defectionis Walachorum, Stephani tyrannis.

Stephanus Legatum Regis Poloniæ intercipere conatur.

Ad

1552. Ad eam impietatem deſperationemque ſalutis, certos ex Turcia magiſtros, duas etiam Turcicas meretrices aſſiduè circum ſe habebat, a quibus averſus a Chriſto & depravatus ex tyrannide in *Mahometi* fidem ibat proclivis. Cæterum Senatores ac reliqui de tyranni conſiliis judicantes conjectura adeunt ad *Nicolaum Sieniavium* exercitus regii in Ruſſia præfectum per illos, quos ex Dacia profugiſſe ac in exercitu regio illo Præfecto meruiſſe docuimus; ab illo petunt "auxilium, ut maxime neceſſario „tempore Daciæ ſubveniret, ac cum exercitu „ad Tyram flumen, qui Ruſſiam a Dacia dividit, propius accederet; fore ut interfecto propediem tyranno omnis Dacia in ditionem „atque poteſtatem Regis Poloniæ veniret, ſi „*Sieniavius* vel autoritate ſua atque exercitus, „vel nomine regio reliquos Dacos deterreret, „ne alium principem præter eum, quem Rex „Poloniæ daret, reciperent, ejusque nomen & „autoritatem ſequerentur: orare atque obſecrare, ne ſupplices aſpernarentur, neve bellicoſiſſimam provinciam, pro qua Poloni multa & gravia bella geſſerunt, repudiaret, quam „ſine vulnere ditionis Polonicæ in præſentia „poſſet facere; unum ſe petere ac deprecari, ut „ſi ille pro elementia ac manſvetudine Regis „ſui ſtatuiſſet, Dacos eſſe recipiendos, ne illis „aliũ Dominum imponeret, præter eum, quem „apud ſe in caſtris haberet, *Petrum Dacia* Pincernam gente & natione Dacum.„ Hæc exules Daci ſecreto ad pedes projecti in occulto, magno fletu à *Sieniavio* petebant.. *Sieniavius* tametſi intelligeret ſuas partes eſſe omnia agere ad præſcriptum, & ad ſummam rerum conſulere Regium non ſuum munus eſſe, tamen ob exiguitatem temporis, cum ex tanto intervallo adeundi ad Regem poteſtas illi non eſſet, veritus, ne ſi ſpatium intercederet, commutatio aliqua apud Dacos fieret voluntatis, & ipſe occaſionem rei bene gerendæ prætermitteret, re in conſilio communicata cum primorum ordinum centurionibus, facturum ſe eſſe omnia pro majeſtate Regis ſui, quæ in rem illorum forent, pollicetur. Ipſe ex eo loco cui *Jarmolince* nomen eſt, fiducia rei bene gerendæ caſtra mover, ac ad Tyram (Dneſtrum noſtri vocant) idoneo caſtra loco ponit. Interea de *Sieniavii* voluntate certiores a ſuis facti Daci, cum his Dacis, qui in caſtris noſtris erant, tempus interficiendi Tyranni conſtituunt, & quam occultiſſime illius admaturant necem, accelerantque, ne qua rumoribus conſiliorum fieret proditio. Huic non deſuit fortuna conſilio. Tyrannus enim cum hanc inſtituiſſet perdendorum Senatorum viam, ut ad VI. Idus Septembr. vocatos ad convivium omnes interficeret, illi diem prævertunt, ac illius anticipant conſilia. Noctu enim ad flumen *Prut* ſolitarium Tyrannum nacti, qui ut animi cauſa cum meretricib⁹ navigaverat, ita ad idem flumen poſito tabernaculo, cum iiſdem quieverat, cum ſeptem & decem Satellitibus, quos cuſtodiæ cauſa circum ſe habebat. In hunc de tertia vigilia cum indulgentius ſervaretur, impetum faciunt, ac telis tyrannum introrſus petunt, qui ſomno clamore cuſtodum excitus, arcu atque ſagittis Dacorum impetum ex tabernaculo fortiter ſuſtinuit ac pugnavit, cum diffugiſſent cuſtodes, ita acriter, ut a forti viro in extrema ſpe ſalutis contra multitudinem pugnari debuit. Et cum tabernaculum plurimum illi momenti ad ſalutem afferret, triginta fortiſſimi Dacorum de equis deſiliunt, ac pedibus tabernaculum diripiunt, tyrannumque invadunt. Hic tyrannus cum vis fieret, miſerando cum ejulatu ex ira in preces verſus, ſupplex deprecabatur necem, identidemque clamans; Parcite, parcite, veniam date, ac me ſervate, aurum quod adeſt, capite. Et cum nihil orando proficeret, Dacique telis moribundum conficerent, in hac voce defecit: Ergo occidite. Hujus abſciſſum cervici caput de integro trunco adſuitur, ac ita ad paternum ſepulcrum mittitur, illucque illatum nulla funebri pompa, ut tyrannum decuit, ſepelitur. Interfecto tyranno, tantaque peſte hominum levata, CCC. de primoribus Dacum ad *Sieniavium* in caſtra venerunt, ſeque in deditionem recipiat petiverunt, ac omnem Daciam in fidem & poteſtatem regiam permiſerunt, unum modo petentes deprecantesque, quod etiam prius feciſſent, ut ne quem alium illis principem attribueret, præter eum *Petrum Pincernam*, qui in caſtris apud illum eſſet. *Sieniavius* cum videret rem jam ad extremum perductum eſſe caſum, ne quod ſpatium genti mobili ad aliud conſilium capiendum daret, ſtatuit e veſtigio Daciam recipere, quæ illi manibus propemodum ipſius fortunæ offerebatur divinitus. Itaque producit hunc, quem poſcebant, *Petrum*, ac illum in conſpectu noſtri exercitus Daciæ principem declarat, ſummamque in Dacos poteſtatem obtinere jubet. Hunc Daci tam hi, qui advenerant, quam qui in caſtris confectis ſtipendiis erant, ad pedes projecti ingenti gaudio atque fletu Dominum ac Principem Daciæ ſalutant, illique ſe in fidem ac poteſtatem dant. Erat enim hic vel ipſius *Sieniavii* teſtimonio vir bonus, juſtus ac pius, & qui ex deterrima ſervitute in optatam libertatem Daciam poſſet transferre. Interea Senatores, qui reliqui erant in Dacia, quorum principes erant *Sturdza* magnus Daciæ Procurator, *Mogila* Magiſter Equitum, illos CCC. qui in caſtra venerunt primi & ipſi ſubſecuti, ne ultimi novum principem ſalutare adveniſſe viderentur, ad *Sieniavium* adventabant, certioremque illum de ſuo adventu faciebant. *Sieniavius* ut pro dignitate ſua & exercitus ac Regis ſui adminiſtraret, *Paulum Seczygniowski* magnæ virtutis adoleſcentem cum cohorte una equitum honoris cauſa obviam illis miſit, adjunctis illi CCC. equitibus Dacis, qui tyranni fuga ſtipendia in exercitu noſtro faciebant, iis præficit *Moſochum* fortiſſimum Dacorum. Interea dum *Sturdza* ac *Mogila* & reliquorum Daciæ 1552.

Walachi auxilium Polonorum contra tyrannum implorant.

Expeditum Sieniavii conſilium.

Tyrannus interficitur.

Sieniavius Dacos in deditionem recipit.

Petrum Pincernam eis dat Principem.

1552. Daciæ Senatorum adventus in expectatione apud *Sienavium* eſt, mater Tyranni interfecti, ſive nece filii permota, ſive tyrannide delectata, illos depravat & ab itinere avertit, hucque A eos impellit, ut poſthabito *Petro*, *Zoldam* quendam, cum quo erat nupta Tyranni ſoror, PrincipemDaciæ facerent, neque illum *Petrum*, qui ab *Sieniavio* dabatur, reciperent; quod etiam, ut ad perfidiam Dacorum mobilis mens eſt, faciunt, *Zoldamque* Daciæ principem conſtituunt. In magnis anguſtiis res poſita fuit, quæ expediri niſi ſumma celeritate non potuit. *Seczygniovius* ubi alias res ſperaſſe, aliis ſe occurriſſe videt, cum *Moſocho* ſubſtitit, neque illos, quibus obviam erat miſſus, adit, quin verò ad eos quatuor nobiles Dacos mittit, cauſam quæſitum, undenam hæc ſubita exſtitiſſet commutatio voluntatis, ut ex hoſpitibus hoſtes ſubito exiſterent, aut cur in deligendo principe voluntati unius mulierculæ potius privatim obtemperarent, quam publicè Poloniæ Regis autoritatem ſequerentur; atque reliqua addit, quæ ad eorum ſanandas mentes pertinere vi- B debantur. Quos cum illi domi apud matrem tyranni in vico *Schipot* dicto conſpexiſſent, conclamant, ſpeculatum ad ſe veniſſe, conantes loqui prohibent, ac in catenas conjiciunt. *Seczygniowskius*, quique cum illo erat *Moſochus*, ubi nihil ab illis, quos miſerant, referri vident, id quod erat, rati, ſuos nuncios captos ac retentos eſſe, ne mora his caſus res plures acciperet, albente jam cœlo vicum ac ædificium ſumma vi invadunt egregio opere munitum. Quod fortiſſime pugnantibus illis, qui intus erant, cum expugnare non poſſet *Paulus Seczygniowski*, horreum adjunctum jubet incendi, quo incendio neceſſario conflagrandum fuerat, qui intus erant, omnibuſ, cum eodem tempore ne- C que ignem neque impetum ferre poſſent. Itaque præſenti malo coacti, priusquam flamma domum occupaviſſet, foras egreſſi, & ſe & *Zoldam Seczygniovio* dediderunt, quos ille cuſtodiis ac catenis vinctos ad *Sienavium* in caſtra pro hoſpitibus hoſtes victos ducebat. Interim *Sieniavius* expectatione adventantium Dacorum ſuſpenſus, ac qui caſus *Seczygniovium* cum *Moſocho* excepiſſent incertus, cum *Petro* principe deſignato, tranſiit Tyram. Nam adhibitis in conſilium inprimis docto ac pio viro *Leonardo* Camenecenſ. Epiſcopo, quem toto hoc tempore in caſtris ſtativis ſecum habebat, poſtea *Matthia Wolodkone* Camenecenſ. municipii Præfecto, qui rei militaris peritiſſimus ha- D bebatur, tum reliquis centurionibus formulam componit, ſecundum quam *Petrus* Princeps deſignatus cum omni ſenatu ſuo Poloniæ Regi fidem ac jusjurandum daret, priusquam principatum iniret, cujus capita hæc erant: " ut „pacem ac fidem & obedientiam Polono Regi „præſtaret, ut eosdem hoſtes & amicos cum „Rege haberet, ut præſens ipſe, ſi qua graviora „bella inciderent, auxiliis atque opibus ſuſten„taret, ut ad quotidianos belli uſus equitum

Daci animum mutant.

Sed vi ad deditionem compelluntur.

Juramentum fidelitatis a Walachis præſtitum.

ſeptem millia Regi ſubmitteret, ut nulla pri-„ vata, neque publica pacta atque fœdera incon-„ ſulto Polono Rege faceret, ut promiſſa Polo-„ niæ Regno antiquitus ab Daciæ Principibus„ rata haberet, ut mox inito Principatu, coram„ legato Regio ad id miſſo, eadem hæc juraret.„ Huc addit obteſtationem graviſſimam, ut ſi fidem hanc fallerent, ut ne ſalvi ſervatique ſint cum liberis, parentibus ac uxoribus ſuis. Conſcripta, hæc formula de conſilii ſententia in conſpectu exercitus noſtri *Petro* ac reliquis Dacis de ſcripto recitatur, qui num in hæc verba jurare vellent, rogati omnes, juraturos ſe eſſe reſponderunt, ac propoſita ſolenni more ſacra cruce omnes cum *Petro* Principe procumbunt, ac in hæc verba jurant. Hac ſanctiſſima Polono Regi data fide *Petrus* Princeps a *Sieniavio* poſtulat, quo ſe Regis Poloniæ juratum clientem cum præſidio Polonico in Daciam quam primum mitteret. Quod ſi faceret, & *Petri* autoritatem apud omnes Dacos amplificaret, & Poloniæ etiam Regis opinionem confirmaret, tantas videlicet eſſe illius facultates, ut non ſolum in fidem clientes recipere, ſed etiam tueri receptos poſſit. *Sieniavius* vir magni conſilii, magnæque virtutis, ne ullo negotio tam ſecundis rebus deeſſe videretur, ex omni exercitu fortiſſimos centuriones cum equitum cohortibus deligit, quibus imperat, ut *Petrum* deducant, illique præſidio in Daciam ſint. Hi autem fuerunt *Stanislaus Tarlo*, *Zamoyski*, *Bernardus Pretvitius*, *Nicolaus Sienavius* filius. His adjungit *Antonium Moram* Hiſpanum, cum peditum delecta manu. Cum hoc præſidio *Petrus* facta poteſtate ingreſſus Daciam, iter Socaviam habebat, quo loci gentis principalis ſedes eſt. In tranſitu fit ei obviam *Paulus Seczygniowski* cum *Zolda* æmulo, & cum illis civibus, quibus juſſus obviam ierat, & quos expugnata domo captos ad ludibrium propemodum fortunæ ducebat, ut quos hoſpites honorificè adducturus erat, eos ignominioſe hoſtes duceret, atque in ea re ſtrenuam Reipub. operam navaret. Hos in poteſtatem *Petro* dat, quos ille ſupplices pro juſtitia & clementia ſua omnes conſervavit. Hocque principium in Daciam adveniens manſvetudinis ſuæ dedit ſolo *Zolda* ad infamiam affectati principatus naribus mutilato, quod ita notati apud Dacos infames habeantur, ut ad principatum nequeant adſpirare. Hæc deditio a *Nicolao Sieniavio* Regiomontem Regi nunciata parum grata illi accidit, ſecum reputanti, quam ad omnem motum fortunæ gens illa eſſet mobilis, quæ neceſſitate coacta non ulla voluntate addicta ipſius fidem eſſet ſecuta. Tum etiam quod illam gentem Turcis ſciret eſſe vectigalem, verebatur, ne illa recipienda Turcicum bellum ultro acceſſeret, aureoque hamo piſcaretur; quo *Auguſti* Cæſaris proverbio improbantur minima commoda non minimo empta diſcrimine. Nec verò Rex ſolus hoc nuncio ita affectus fuit, ſed nonnulli etiam Senatorii ordinis, cum quibus conſenſit

1552.

Petrus præſidio inſtructus Daciam ingreditur.

Rebelles benigne ſuſcipit.

Regi ingratus eſt is nuncius.

1552. conſenſit turba omnis, inſolens belli, diuturnitate otii. Itaque exaudiebantur etiam illæ voces, dedendum Turcis *Nicoalum Sieniavium*, ſi quid illius ope grave regno accideret, citabanturque ex Romana vetuſtate *Spurius Poſtumius* & *C. Mancinus*, quorum deditione conſimilis audacia Rômæ olim fuerat expiata. Contra vero cenſebant alii, inprimis autem ſummus bello vir *Albertus* Pruſſiæ Dux, qui exhilaratus nuncio, cohortatus eſſe Regem dicitur, ut benignitatem fortunæ agnoſceret, quæ illi ne optanti quidem ſponte ſua tantas res confeciſſet, eamque gentem in ditionem ejus redegiſſet, quam majores ſui armis redigere nunquam potuerunt. Fore hanc rem Poloniæ ſaluti, ac præſidio adverſus omnem vim Turcicam. Habendam ergo gratiam DEo cenſebat, qui potius a nobis, quam contra nos tam potentem armis gentem ſtare voluit. Perfidiam etiam gentis excuſavit Tyrannide fera & immani, quæ eum ipſa natura omni fide ſit caſſa, mirum non eſſet, ſi in ea poſiti homines omni ratione ad libertatem contenderent, cujus omnes appetentes ſumus, conditionem autem ſervituris odimus; qua ut liberemur dolus & virtus ejusdem momenti res apud nos ſunt: fore Dacos æquo & favente Domino fideles & immobiles ſubjectos. Poſtremo omnes opes, ac facultates ſuas, ſe ipſum denique ad omnes uſus tuendæ ac retinendæ Daciæ Regi obtulit. Adeſſet modo Rex animo, priſtinæque virtutis majorum ſuorum memoriam retineret, Daciamque divinitus ſibi oblatam fortiſſime ſuſtineret, ac hæc bona eundem qui obtuliſſet ſervaturum DEum ſperaret. Hæc ego dicta ab Aulicis ut accepi, ita poſui, quæ vulgo ſequebatur militaris favor: *Joannes* certè *Tarnovius*, qui ſigna cum hac gente contulerat, victorque fuerat, agnoſcebat, donum illud Regi Polono oblatum eſſe divinitus. Cæterum *Nicolaus Sieniavius*, exercitusque illius conſeneſcebant mœrore, cum viderent ſuam operam ingratam accidiſſe Regi, tantoque dolebant magis, quanto illorum obtrectatores apud Regem eos criminabantur, ac ſi dediſſent damnum aut malum. Poſtremo Rex hoc animo Regiomonte in Lithuaniam diſceſſiſſe ferebatur, ut qui ſe Daciam neget dedititiam habiturum. 1552.

ANNALIS SEXTVS.

ſeu potius

CONSILIA ET CONCIONES

anno 1537.

in maximo totius Poloniæ conventu apud Leopolin de Republ. habitæ.

L*ECTOR. Si temporis ordinem ſequi voluiſſemus, hic Sextus Annalis præponi debuit. Præceſſerunt enim geſta illius exceſſum D. SIGISMUNDI annis undecim, a quo* Orichovius *priores quinque Annales incepit. Nam hæc anno Chriſti 1537. acciderunt SIGISMUNDUS vero inter Divos relatus anno 1548. Sed quod Autor ea, quæ operibus præmitti ſolent, ante illos quinque priores collocavit, huncque ſeorſim nacti ſimus, non viſum eſt, ejus rationem turbare. Denique, bonum ubique in loco, ut vetus verbum eſt. Vale, fruere, ſimilis eſto.*

A. C. 1537. *Poloni convocantur ad bellum Valachicum.*

REX bello Valachico decreto, comitiis abſolutis, trina de more literarum ſignificatione Polonis, ut ad diem viſitationis Mariæ apud Trebowla oppidum Ruſſiæ armati adeſſent, edixerat. Verum, cum per legatos, qui componendæ pacis gratia a *Ferdinando* Romanorum Rege ad Valachum miſſi fuerant, Rex diutius Cracoviæ detineretur, ad conſtitutum diem & locum cum exercitu venire non potuit. Itaque pace infectâ, legatis dimiſſis, ipſe ſummis Julii menſis caloribus, hoc eſt, ſexta Julii Cracovia diſcedens Leopolim profectus eſt; Quo in loco omnibus coactis copiis nil potius habebat, quam ut primo quoque tempore ad hoſtem tenderet. Sed hæc conſilia illius multi graves varlique in Repub. motus fefellerunt. Cum omnia laberentur in deterius, non princeps ſubditis, non ſubdlti principi certis legibus ac firmo benevolentiæ vinculo conjungerentur, idque non legatorum opera, neque Senatus diligentia in comitiis corrigi poſſe nobilitas animadvertiſſet, non jam de gerendo bello, ſed de conſtituenda Republica deliberatiunē ſuſcipere cœpit, ita ut non prius hoſti occurreretur, quam omnia contra leges commiſſa in integrum reſtituerentur. Fremere cuncti contra patres, in eos culpam omnes conferre, quod eorum negligentia in tantas difficultates Reſpubl. devenerit, durum præterea imperium, intolerabilem dominationem Regiam ſibi videri, Deos hominesque teſtari, ſe in bellum non prius ituros, quam ſcirent, pro qua re pugnaturi eſſent, Regnum eſſe ſine jure, ſine lege,

A. C. 1537.

Turba interna expeditionem impediunt.

nihil

1537.

nihil valere fas moremque majorum, ſed omnia potentiorum libidini eſſe ſubjecta. Nihil eſſe quod exſpectarent, nihil quod amplius libertate amiſſa ſibi adverſus externum hoſtem defendendum putarent. His atque talibus querimoniis incenſa & exagitata Nobilitas, omnem de gerendo bello, ut dixi, cogitationem depoſuit, & ad eam partem acceſſit, qua nitebatur ſalus Reipub. Quare privatim & publice cum Rege & Senatu ipſo cauſam communem tanto ſtudio egit, ut nullum eſſet in Repub. tempus, quo majoribus motibus res aliqua agi putaretur. Modo Senatum in campum extra urbem educens, modo in oppido cogere, orare, obteſtari, minari denique, ut labenti Reipub. ſuccurrerent, & ne quid caperet detrimenti, providerent. Itaque cum res incenſis inimicitiis in publico univerſæ Poloniæ conventu a prudentiſſimis hominibus ita concionibns publicis eſſet exagitata, ut vetus defendendæ Reipub. exemplum revocatum ad veterem illum Græcorum Romanorumque morem videretur. Viſum eſt non inutile fore, ſi ſummorum virorum fides, prudentia ac ſingularis in tuenda Repub. conſtantia mandaretur literis, ne negligentia obliterata interiret. Quare ſeruata illorum ſententia latinè ſicut acta ſunt, fide bona ſingula ſunt reddita.

Nobilitatis pro emendatione Reip. ſtudium & diligentia.

Primus conventus ante urbem.

PRimus apud Divum Georgium ante Leopolim in campo nobilitatis cum Senatu congreſſus fuit, in quo multa de ſumma Reipub. dicta & acta ſunt. Verum ea a nemine excepta & notata interciderunt. Reliqua vero, quæ ſubſecuta, diligenter literis ſervata ſunt. Cum enim in hoc primo congreſſu multa poſtulata Nobilitatis a Senatu fuiſſent ad Regem relata, Nobilitati vero ad ea per Caſtellanum Poſnanienſ. qui nomine Regis reſponderat, non ſatis eſſe factum videretur, petierunt a Senatu, ut in campo apud villam Boiska ex urbe prodire vellent, in eo de Republ. deliberaturi. Senatus æqua petenti Nobilitati annuit, & ad locum & ad tempus conſtitutum ſe affuturum benigniſſime promiſit. Die 22. menſis Auguſti, ut erat conſtitutum, Senatu cuncto in campum vocato, frequentiſſimo omnium conventu *Petrus Zborowski* Caſtellanus Malogoſtenſis nobilitatis nomine ita locutus eſt.

Secundus conventus ante urbem.

Oratio Petri Zborowski.

„Etſi ſciam, me oneri ab univerſa regni No-
„bilitate mihi impoſito imparem eſſe: tamen
cum illa inſtaret, ſubterfugere illius manda-„
tum neque volui, neque potui. Vereor enim,„
ne ſi illius ſtudio non eſſem obſecutus in dif-„
ficillma Reipublicæ cauſa tardior ad eam ſub-„
levandam eſſe viderer. Cum ergo rem tantam,„
neque ingenio complecti, neque facultate ſuſ-„
tinere poſſem, hac tamen ſola ratione fidem,„
meam erga Rempubl. & debitum ſtudium,„
atque obſervantiam teſtari volui, ſi ea, quæ u-„
no omnium conſenſu mihi mandata ſunt, vo-„
bis referrem. Sæpe id a vobis per legatos ve-„
ſtros cum alias, tum maxime in comitiis pro-„
xime Cracoviæ habitis, petiimus, ut pro veſtra„
in Repub. fide daretis operam, ne libertas no-„
ſtra firmata legibus, ac omni recta ratione,„
communita, aliqua vi lædi ac violari poſſit.„
Quod a vobis impetratum non eſſe, Legati„
noſtri in vos culpam omnem, vos contra in„
Legatos transfertis, cum & illi libere de Re-„
pub. vobiſcum ſe agere non poſſe, & vos plu-„
ra ab illis, quam eſſet illis a nobis mandatum,„
exigere velle dicant. Qua ex re quantum de-„
trimenti respub. capiat, videtis. Itaque non„
jam per Legatos, ut ante, vobiſcum de liber-„
tate & legibus noſtris egimus, ſed ipſimet in„
hunc locum convenimus, ut non amplius Se-„
natus de Legatis neque Legati de Senatu ju-„
re poſſe queri videantur. Quare agimus nos„
ipſi cauſam noſtram, cujus nuper Senatu fre-„
quenti, magnoque omnium ordinum con-„
ventu, in arce apud majeſtatem Regiam præ-„
clara jecimus fundamenta. Qua in re illud ta-„
men miramur, non ad omnia poſtulata Domi-„
num Caſtellanum Poſnanienſ. nomine Regio„
nobis reſpondiſſe. Itaque cum hæc ad ſum-„
mam Reipub. pertinerent, repetenda apud„
vos duximus, ut quis eſſet veſter in Repub.„
ſenſus, ſcire poſſimus. Ac primum illud le-„
gibus ac libertati noſtræ maxime neceſſari-„
um eſſe videtur. Bellum ſuſcepimus; reli-„
cta privata domeſticæ rei cura ad Rempub.„
propugnandam parati hic adſumus; ſed cur„
adeſſe opus fuit nondum certè videmus. At„
enim hoc Regiæ Majeſtati univerſa nobilitas„
debet, ut periclitante Repub. quandocunque„
vocata ſit, neceſſario adcurrat & hoſtiles a re-„
gni finibus arceat inſultus. Eſto ſanè. Sed„
cum hoc tempore fines imperii nemo occu-„
pet, nemo nobis hoſtiliter immineat, an bel-„
lum indici debuerit videte. Scitis profecto„
hoc unicum remedium contra difficillimos„
Reipub. caſus a majoribus noſtris ſemper eſſe„
ſervatum, ut bellum publice nunquam decer-„
neretur, niſi cum potentior aliquis hoſtis Re-„
gnum invaderet; cui, ſi aliter defendi non„
poſſit, tum ad illud confugiendum eſt, quod„
Lex concedit & ſuadet neceſſitas, ut bellum„
decreto publico ſuſcipiatur, illudque tam diu„
geratur, quam diu hoſtis intra fines regni fu-„
erit. Fugato verò & pulſo hoſte lex nos a bello„
gerendo liberat; illud tamen gratiæ cauſa ac„
ſingularis erga principem ſuum fidei majores„
noſtri addiderunt, ut ſi Rex extra regnum„

1537.

bellum

1537. ,,bellum gereret,quinis marcis in ſingulos ha-
,,ſtatos datis bellum publice ſuſciperetur & ita
,,adverſus regni hoſtem extra fines Poloniæ u-
,,na cum ipſo Rege egrederemur. Hæc ſunt duæ
,,legitimæ belli gerendi cauſæ, ſine quibus
,,nullum tempus eſſe debet,quo bellum decerni
,,aut expeditio indici publice poſſit. Quare
,,cum hoſtis intra Regnum non ſit, pecunia
,,de more non numerata,dubitare nemo poteſt,
,,bellum ſine cauſa eſſe decretum. Nos maxi-
,,mis ſumtibus&magno rerum noſtrarum diſ-
,,pendio huc profecti ſumus, atqui in tantis
,,injuriis R. P. æquiore animo eſſemus, ſi æ-
,,qualiter omnes hæc incommoda ferremus;
,,verum quibusdam Palatinis & nonnullis Ca-
,,ſtellanis, multisque ex ordine nobilium im-
,,munitas contra leges data, cum a publica ex-
,,peditione liber eſſe nemo debeat. Neque
,,eos illud excuſare poteſt, quod Dominus Ca-
,,ſtellanus Poſnanienſis reſpondit, eos tantum
,,immunes videri, quibus immunitas diplo-
,,mate Regio data ſit. Nos vero majeſtatem
,,Regiam nemini legitime id dare potuiſſe ar-
,,bitramur, cum neque ipſi abeſſe lex permit-
,,tat, neque ægrotos atque ſenes aliter bello
,,liberet, niſi alios habeant, qui eorum no-
,,mine publicam expeditionem bellicam
,,obire poſſint. Itaque palam eſt, neminem
,,immunem eſſe debere, neque Regem Lex
,,abeſſe permittit,neque ægrotis atque ſenibus
,,omnino immunitatem concedit. Quare
,,cum jam conſtet, iſtos præter jus & æqvum
,,abeſſe,nulla tam juſta cauſa eſſe potuit, quæ
,,illos a bello excuſare poſſit. Nam quod Do-
,,minus Caſtellanus Poſnanienſis ideo domi
,,manere juſſus eſt, ut majoris Poloniæ fines
,,ab Germania defenderet, non ſatis hæc juſta
,,ac legitima cauſa manendi viſa eſt. Quo e-
,,nim pacto exiguus ille militum numerus il-
,,lam Poloniæ oram tuebitur? cum illi ipſi, qui
,,illa loca incolunt, cum domi præſentes ſint,
,,ab Germanicis excurſionibus illam Poloniæ
,,partem ſe tueri non poſſe dicant. Vide-
,,bitur jam profecto, quod leges mosque
,,majorum in hoc bello gerendo ceſſarunt,
,,nihilque legitime factum, nova & inſo-
,,lita omnia. Nam quo in bellum profecti
,,ſumus, alii jam pridem ad diem locumque
,,conſtitutum adſunt, alii domo vix egreſſi
,,ſunt; nos verò eorum adventum expectan-
,,tes,hic cum magno detrimento & incommo-
,,do noſtro atque amicorum noſtrorum, quos
,,frumento & rebus neceſſariis exhauſimus,
,,conſedimus. In Regem ejus culpam trans-
,,ferunt, quod is miſſis in Provincias literis
,,multos a profectione remoratus ſit, cujus
,,rei teſtes in nobis ſunt quamplurimi. No-
,,vo modo, inuſitato more hæc fiunt; quibus
,,niſi occurramus, nihil eſt quod Remp. ſal-
,,vam diu putemus fore. Quid enim eſt,quod
,,eam conſervare poſſit; ſi nihil valebunt le-
,,ges, nihil conſtituta Majorum, ſi bellum
,,nulla neceſſitate publica indicetur. Alii

immunitatibus bellicis, alii dilationibus,,, 1537.
a bello ſibi abeſſe licere putaverunt, &,,
Rempubl. nudatam ſuo præſidio hoſti reli-,,
A querunt. Ita fiet, ut Rempub. quam jam,,
vix tenemus,nullam omnino habeamus. An,,
in hoc ſolum & non in aliis violatam eſſe li-,,
bertatem noſtram queri poſſimus? Quid il-,,
lud,quod multis per vim bona & fortunæ ad-,,
emtæ ſunt? certe ſi in jure publico nulla,,
fortunis noſtris ſpes relicta eſt; quid eſt,quod,,
amplius ſperare debemus? Reſcinduntur de-,,
creta,violantur privilegia; indicta cauſa da-,,
mnamur, bonis noſtris pellimur, ſola Regii,,
mandati autoritate fortunis omnibus priva-,,
mur. Sed in tantis injuriis & publica Regni,,
Poloniæ querimonia, quem potiſſimum cen-,,
ſebimus, in quem culpam omnem confere-,,
mus? Præter vos habemus neminem. Vos,,
enim in his ſedibus honorum & dignitatis,,
tutores ſuos Respub. conſtituit. Vos patro-,,
B nos legum & majeſtatis ſuæ autores voluit.,,
Quare ſpoliata Respub. veſtro patrocinio,,
oppreſſa verò Senatoria autoritate in tantas,,
miſerias devenimus. Ideo rogamus ut pri-,,
ſtinam dignitatem & Senatoriam autorita-,,
tem reſumatis, & dignitatem Reipubl. cum,,
libertate noſtra defendatis. Eximite nos ex,,
his laqueis, quos neſcio quod fatum Reipub.,,
in nos noſtrasque fortunas induit. Metrica,,
quam vocant,eſt inventa, ut hoc colore no-,,
ſtris bonis æquius exuti videamur eſſe. Re-,,
gia majeſtas non Metricam ſed regeſtra Can-,,
cellariæ, ut ſunt appellanda putat; nos quo,,
nomine vocetur, non quærimus, ſed eam,,
certe hactenus nocentiſſimam experti ſumus.,,
Teſtis eſt *Bolleſtraszycki*, qui ne bonis patriis,,
C atque avitis ſpolietur, in optima ſua cauſa,,
miſere metuit. Quid de *Kietlinski* dicam?,,
& multis aliis, quorum poſſeſſiones ac for-,,
tunas hæc Metriea reddidit dubias. Quare,,
cum undique tantis difficultatibus Rempub.,,
circumdatam eſſe videatis,expergiſcimini ali-,,
quando,ut patriam præſenti & futuro pericu-,,
lo liberetis. Hæc jam mala, quæ dixi, noſtra,,
videt ætas; ſed illa etiam futura timere & in-,,
primis providere debemus. Succeſſor Regiæ,,
Majeſtatis electus & coronatus Sereniſſimus,,
Rex futurus eſt: in hoc educando & ad futura,,
regni gubernacula inſtituendo ſumma cura,,
& diligentia adhibenda eſt. Plurimum enim,,
intereſt,quibus cum adoleſcens vivat,quo do-,,
leat,quo gaudeat, quibus delectetur ſtudiis.,,
Dubium enim non eſt, eum talem in guber-,,
D nando regno futurum, qualis educatio præ-,,
ceſſerit. Atque utinam is ad hunc exercitum,,
deductus fuiſſet a Patre, cognoviſſet proſe-,,
cto, in qua Repub. eſſet regnaturus, quibus,,
artibus eam eſſet conſervaturus: hos ſub-,,
ditos, hoc robur Reipublicæ ſuæ, hic,,
aperte & palam conſpexiſſet, quod ſatius,,
fuiſſet, quam in mulierum cœtum & puella-,,
rum grege Cracovienſibus choreis & canti-,,
bus indulgere. Quamobrem petimus a vobis,,

cuncti

1537. ,,cuncti,ut detis operam, quo ſua Majeſtas di-
,,gnis bono rege artibus & honeſta diſciplina
,,ita inſtituatur, ut dignus tanto regno,& ido-
,,neus ſummo imperio eſſe videatur. Scitis, A
,,quæ mala per improbas educationes Princi-
,,pum in multas Respub. invecta fuerint, quot
,,nationes, quot integræ gentes corruptis mo-
,,ribus Principum interierint. Unam ex mul-
,,tis proferam Vngariam vicinam, quæ educa-
,,tione juvenis *Ludovici* Regis funditus corru-
,,it. His exemplis motiti proſpicere debemus,
,,ne quid nobis ſimile accidat. Sed jam juve-
,,nem regem honeſtis artibus bonorum in con-
,,victu ita muniamus, ut paratus ad Rempub.
,,accedat;illam paternis atque avitis artibus gu-
,,bernet. Quodſi hæc neglecta fuerint, veren-
,,dum eſt,ne ea mala re ipſa experiamur,quæ ex
,,vicinis ipſi audimus. Quare toto conatu in
,,Rempub. incumbite, omnes partes ejus cir-
,,cumſpicite, ea quæ paucorum annorum læſit
,,negligentia,integra nobis reſtituite. Ita fiet,
,,ut optimis legibus conſtituto atque firmato B
,,regno,in tranquillitate mutuaque benevolen-
,,tia cum Sereniſſimo Rege noſtro vivamus,
,,ejusque ſucceſſurem,dignum tanto Patre fili-
,,um,dignum hac repub. regem expectare poſ-
,,ſimus, quod ut quam primum fiat, petimus.

Cum *Petrus* Małogoſtenſis Caſtellanus, finem dicendi feciſſet, juxta circumſtans multitudo clamore ita ſe de Repub. ſentire ſignificavit. Hunc ſecutus *Xieski* ita locutus eſt:

Oratio Xieskii.

,,In quanto Respub. verſetur diſcrimine,
,,*Petrus Zborowski* copioſe graviterque expo-
,,ſuit, qua in re illud mirandum minime eſt, ſi
,,his incommodis ex commutata Reipub. ra-
,,tione affecti ſumus. Nam Patrum memo-
,,ria, quod ego longioris ætatis beneficio me- C
,,miniſſe debeo, horum omnium malorum,
,,quæ noſtra videt ætas, jam tum in Republ.
,,ſpargebantur ſemina. Peregrini influebant
,,mores,diſciplina mosque primus externis ni-
,,rebatur inſtitutis. Quare jam tum divini
,,illi viri, Princeps Senatus *Tarnovii*, *Kmitha*
,,aliique ex primoribus familiis metuebant ca-
,,ſus Reſpub. Hæc mala omnia tanquam ali-
,,quam tempeſtatem futuram videbant, & ne
,,acciderent, ſummis viribus obſiſtebant.
,,Quæ ego ideo commemoravi, ut eorum
,,exemplo ad defendendam Patriam liberta-
,,temque communem vos paratiores & prom-
,,tiores redderem. Poteſtis, inquam, majo-
,,rum veſtrorū ſuſtinere gloriam,quam illi vo-
,,bis ceu ampliſſimum quoddam virtutis ſuæ D
,,patrimonium reliquerunt. Hanc enim illi
,,præcipuam laudem putabant, ut in libera
,,morerentur Patria, & ut eam vobis quam
,,florentiſſimam rebus omnibus relinquerent.
,,Hæc autem nil vos moverunt, ſed victi ava-
,,ritia atque luxu, quæ ſemper maxima everte-
,,runt imperia, deſeruiſtis Rempubl. & eam
,,Senatorio Patrocinio orbatam reliquiſtis.
,,Hæc niſi corrigatis, niſi omnes cogitationes
,,veſtras ad Rempubl. conferatis, verendum
nobis profecto eſt, ne illa amiſſa nos ſtare diu,, 1537.
incolumes poſſimus. Quare relicta priva-,,
torum cura inſerte oculos in Rempub. atque,,
omnes ejus partes introſpicite. Videbitis in,,
ea ſalvi nil, publica violata, privata crepta eſſe,,
reperietis. Vos his malis mederi debetis.,,
Vos jura, leges, libertatemque denique,,
nobis reſtituatis oportet & hanc eſſe ſum-,,
mam laudem putate, quam ex conſervata Re-,,
pub. habebitis.,,

Cum *Xięski* breviter peroraſſet, *Valentinus Dabieński* ſurrexit, & in hanc ſententiam verba fecit:

Oratio Valentini Dabieński.

Etſi qui ante me dixerunt, ita de ſumma,,
Reipublicæ locuti ſunt, ut eorum oratio ſin-,,
gula notaret vulnera, & quomodo his meden-,,
dum ſit,oſtenderet; tamen hoc ipſum ampliſ-,,
ſimus equeſter ordo per me repeti voluit, ut,,
illud ipſum, quod ante ſæpe in conventibus,,
coram, & in comitiis per Legatos à vobis,,
petebat, nunc præſens ipſe a vobis impetra-,,
ret. Pollicebamini publicè & privatim,,
veſtro patrocinio Rempub. nunquam cari-,,
turam, nullum tamen adhuc eſt veſtrum,,
factum, quod preces noſtras aliquid mo-,,
menti apud vos habuiſſe teſtari poſſit:,,
imo quaſi omnium rerum ignari nihil,,
vos videre, quod in Repub. corrigendum,,
ſit, aperte confeſſi eſtis. Hoc quorſum,,
pertineat, nondum ſane perſpicimus. Il-,,
lud quidem negari non poteſt, Rempub. a,,
vobis negligi. Nam ni ita eſſet, non ſic de,,
Repub. ſentiretis. Vobis ſolis ignota ſunt,,
mala noſtra; vobis tantum in Polonia pere-,,
grinantur aures. An etiam illud vobis in-,,
cognitum & inauditum eſſe dicetis, quod,,
viro clariſſimo & nobiliſſimo ordinis ve-,,
ſtri *Stanislao Odrowas* Palatino Podoliæ,,
videntibus ſentientibusque vobis bona ere-,,
pta ſunt? Quæ gens, quæ natio tam,,
remota fuit, ad quam illius facti fama,,
non pervenerit, quæ hoc facto non in-,,
gemuerit, quæ communi humanitatis ſen-,,
ſu non indoluerit? Veſtræ tamen noſtras,,
miſerias non capiunt aures; vos ſoli ex omni-,,
bus eſtis reperti, qui nullum in Repub. pec-,,
catum corrigendum eſſe putetis. Huc ac-,,
cedit,ut jura, leges, bona fortunasque noſtras,,
tacentibus conniventibusque vobis amitta-,,
mus. Neque illud dici poteſt ob admiſſum,,
in Regiam Majeſtatem delictum Palatinum,,
Podoliæ bonis fortunisque exutum. Si e-,,
nim is deliquiſſet, lueret juſtas ac debitas,,
Regi pœnas; ſed non ea ratione, qua pu-,,
blica violata eſt libertas. Ita enim illius jus,,
cum noſtro conjunctum eſt, ut unum ſine,,
altero nec ſtare, nec ruere poſſit; cui rei ſi,,
vos autoritate Senatoria obſtitiſſetis, nun-,,
quam in has miſerias deveniſſemus. Sed hoc,,
malum a vobis neglectum latenter ſerpendo,,
totam invaſit Rempublicam,pervertit Leges,,,
Privilegia diſcerpſit; *Lithyńskich* fortunis,,
omnibus exuit,*Kaſanowskich* indicta cauſa,,
ejecit-

1537. „ejecit. Miſſos ſaclo exteros, quibus peſtem
„exiliumque certum minatur. Dicite mihi,ſi
„poteſtis,ſalvam eſſe Rempub. & in ea nihil
„corrigi oportere. Quid? anne illa quidem ad A
„perniciem via ſatis idonea vobis videtur? Re-
„galem Majeſtatem multa bona regalia rede-
„miſſe ſcitis. Quos Præfectos, quos magi-
„ſtros urbibus atque oppidis redemtis præ-
„fecit? Homines partim peregrinos, par-
„tim nobis incognitos, partim ad eas præ-
„fecturas gerendas, qui in illa Provincia non
„tantum poſſeſſionis habent, quantum liceat
„illis pedem ponere; quo fit, ut ad inferen-
„dam nobis injuriam promtiores ſint. Quid
„enim facias illi, qui præterquam quod in-
„poſſeſſionatus ſit, nil citationes tuas, nil
„jus publicum metuit, cauſam omnem ci-
„tatus ad Regalem Majeſtatem rejicit? ita
„autoritate ſuæ Majeſtatis interpoſita, multi
„voluntate perſequendæ litis cum ſpe obtinen-
„dæ amittunt, & in optima ſua cauſa litem B
„deſerunt. Sapientiſſime id a majoribus con-
„ſtitutum fuit, ut nemo ex genere Ducali ali-
„quid in Regno Poloniæ poſſideret. Time-
„bant enim illi, ne multitudo Principum in
„anguſtum redigeret libertatem noſtram.
„Videatis, cum a veterum ſententia diſcedi-
„mus, quæ pericula adeamus. Duces in Re-
„gno majores noſtri, quo liberiores eſſent,
„ferre non potuerunt; nos peregrinos homi-
„nes, Præfectos ignotos feremus? Regem
„illi & Senatum legibus obedire volebant;
„nos iſtos homines novos oppidorumque
„Præfectos ſolutos legibus ac ſupra leges eſſe
„patiemur? Neminem illi niſi poſſeſſiona-
„tum præeſſe Præfecturis volebant; nos ege-
„nis atque alienis regnum in oppidis ac Pro- C
„vinciis noſtris concedimus. At in hac bo-
„norum regalium redemtione non tantum
„hæc incommoda, quæ commemoravi, pati-
„mur, ſed vel maximo damno Reſpub. affici-
„tur. Regia Majeſtas bona redemit eorum no-
„mine, qui facere idem nobiſcum debebant;
„at nil hoc tempore videmus. Nemo enim
„in hac expeditione eſt, qui ſuæ Majeſtatis
„nomine pro bonis redemtis in hoc bellum
„profectus ſit. Hoc exemplum cæteri bono-
„rum regalium poſſeſſores imitati, manſerunt
„domi quamplurimi; nos miſeri domo,conju-
„gibus & liberis noſtris relictis, agris pro
„armis oppignoratis,huc profecti ſumus; do-
„mi interea illi manentes,rei ſuæ ſtudentes,pe-
„cuniam colligunt, hoc conſilio credo, ut nos D
„omnibus rebus in bello exhauſtos egenos ac
„miſeros domum redeuntes excipiant, & id,
„quod relictum fuerit ex bello,emungant.Hæc
„an æqua ſint,an etiam legitima,judicate.Qua-
„re cum videatis, quid corrigendum, quidve à
„vobis reſtituendum ſit, ſuſcipite aliquando
„cauſam Reipublicæ; vim legum,autoritatem
„judiciorum defendite. Præfecti oppidis &
„Provinciis ut digni & integri ſint,curate;nos
„fortunasque noſtras in Senatoriam curam ſuſ-
cipite. Nolite pati, nos ſervire alicui, ni-„ 1537.
ſi legibus, quibus volumus & debemus.„
Dixi.„

Cum *Dabieńſki* finem feciſſet, *Joannes Si-rakowski* ita ſecutus eſt:

Etſi omnia, quæ de Repub. dici debebant,„ *Oratio Joannis Sirakowski.*
per eos, qui ante me dixerunt, vobis palam,„
& aperte expoſita ſunt: tamen cum unius-„
cujusque noſtrum in Repub. nota vox eſſe„
debeat, ego quoque in hac corona ſurrexi, &„
ut ea, quæ de republica ſentirem, & ea quæ„
juſſus eſſem, dicerem. Omnibus prioribus„
concionibus id unum a vobis petiimus, ut ſi„
quid ſit commiſſum contra leges,id opera ve-„
ſtra in integrum reſtituatur. At quo pacto„
quaque ratione id fiet,cum in ipſo Senatu, in„
ipſa Curia, quam arcem legum & domici-„
lium libertatis majores noſtri eſſe volebant,„
violatum jus publicum eſſe videamus? A„
quibus, ſi quæritis? A vobis, qui publi-„
ci conſilii autores & tutores Patriæ eſ-„
ſe debuiſtis. Vos, ne quid de liberta-„
te noſtra diminueretur, ne quid contra„
leges fieret, providere par erat. At nunc„
tantum abeſt, ut aliorum vim a legibus no-„
ſtris repelleretis, ut etiam ipſi in his graviſſi-„
me offenderitis. Magiſtratus multos, pro-„
vincias non paucas contra leges obtinetis.„
Quo pacto aliorum audaciam comprimetis,„
cum vos ipſos regere non poteſtis? Quo-„
modo legibus aliis obedire præcipietis, ſi vos„
ipſi legum præcepta & monita contemnitis?„
Vobis hanc legem prius præſcribatis, ſecun-„
dum quam alios vivere vultis. Malum„
eſſe dicitis, non parere legibus; & recte pu-„
tatis; quod omnis oratio, ſi effectus diſ-„
ſenſerit,vana & inanis habetur. Corrigen-„
dum eſſe, ſi quid erratum eſſet, concedi-„
tis; recte ſane. Sed vos ipſos, ut prius cor-„
rigatis, oportet. Bona ademta nobis reſtitui„
putatis, & quæ vos Patriæ ademiſtis, non„
reſtituetis? Palatinatus, Caſtellanatus, Præfe-„
cturæ, Cancellariatus, jura, leges, poſſeſſio-„
nes,hoc totum patrimonium Reipublicæ eſt,„
quæ vos contra jura obtinetis. Quare ſi„
Rempubl. ſalvam eſſe vultis, hæc illi reſtitua-„
tis neceſſe eſt,quæ illi contra leges ademiſtis.„
Quod,ſi non feceritis, nibil eſt, quod Remp.„
corrigi poſſe putetis. Quare vos oramus &„
obteſtamur, ne hanc Patriam veſtram com-„
munem ornamentis ſuis denudetis. Hos ma-„
giſtratus,quos vobis pro meritis tribuit, ca-„
pite. Si qoid vero injuſta alicujus autoritate„
vel gratia vobis datum eſt,id illi ultro reſtitui-„
te, neq; illam cogite ad illud poſtremum con-„
fugere remedium, quod illi majores noſtri li-„
teris,Syngraphis, ac ſigillis ſuis conſignatum„
reliquerunt,illudque vernacula lingva *Kaptu rek* appellarunt. Quod credo ab illis excogi-„
tatum fuiſſe, ut nemo tam ignavus,tam illo-„
rum diſſimilis in Repub. inveniretur, qui illo„
fœdere,ſi lis in Repub. oriretur, ad tuendam„
libertatem communem non invitaretur. Sed„

1537. ,,nos perſvaſi ſumus, nihil eſſe,quod nobis ju-
,,ſta & æqua petentibus a vobis negari poſſit.
,,Itaque nunc jam accedemus ad Rempub.
,,ut creata atque recreata vires ſuas & or-
,,namenta bonorum & dignitatis ſuæ re-
,,cuperare poſſit. Sed vos incipite, ut dixi,
,,& ea,quæ non legitime poſſidetis, illi reddi-
,,te. Hac ratione optime Reipublicæ conſu-
,,letis. Dixi.

Orationem ſuperiorem *Pardzniczewski* ta-
liter ſubſecutus eſt:

Pardzniczewskii Oratio.

,,Non jam per legatos, ſed ipſi uno ore u-
,,niverſi a vobis petimus, ut nobis ſenſum de
,,Repub. veſtrum aliquem aperiatis. Delectat-
,,ne vos Reipub. ſtatus, quem vos oculis ve-
,,ſtris ſubjectum & explicatum eſſe videtis?
,,Equidem ſi hac mente vos eſſe ſciremus,
,,victi abiremus hoc ex campo, neque in di-
,,verſiſſimis veſtris ſententiis locum eſſe ullum
,,precibus putaremus. Quid diſſentimus, aut
,,cur non mox communi opera Rempub. ex
,,his difficultatibus & periculis liberamus?
,,Veniat vobis in mentem majorum veſtro-
,,rum, qui hæc tanta reddiderunt concordia.
,,Hac una ratione,quam illi certam vobis re-
,,liquerunt,noſtra, ſi neceſſe erit, omnia,quæ
,,amiſimus, facile recuperabimus. Itaque ſi
,,quid ante erratum ſit, ſi quid commodi pri-
,,vati amor fecerat, illum hoc jam tempore
,,deponamus,& obliti omnium, ſolam Remp.
,,hoc tempore curemus. A Regia Maje-
,,ſtate unanimi conſenſu petamus, ut no-
,,ſtra ſtudia adjuvet, & expleat, Remp.
,,legibus gubernet, jura libertatemque no-
,,ſtram foveat & conſervet. Hoc pacto & no-
,,bis & Reipub. a vobis ſatisfactum eſſe vide-
,,bitur. Dixi.

Oratio *Gomoliñskii*, Notarii Siradien-
ſis:

Oratio Gomoliñskii.

,,Si damna ac incommoda vos latebant
,,Reipub. ſi de his antea dubitabatis, nunc
,,omnem dubitationem ſublatam & omnia
,,explorata vobis videtis. Nihil jam vos ex-
,,cuſare poterit; nec erit, in quem alium cul-
,,pam referatis. Quicquid enim de libertate
,,noſtra detractum eſt, id evidentiſſimis ratio-
,,nibus & teſtibus planum vobis fecimus. Et
,,ne vobis vires in Repub. defendenda deſint,
,,nos hic adſumus, omnem operam, curam, di-
,,ligentiam in juvanda Repub. deferimus.
,,Quid reſtat igitur? Illud certè, ut ſumta
,,Senatoria gravitate nobiſcum una in Rem-
,,pub. incumbatis, idque palam vos velle de-
,,claretis. Hoc tempore a Regia Majeſtate
,,petamus, illi jura, leges, privilegia noſtra
,,monſtremus, ut quanta minutio omnium
,,horum facta ſit, videat, & id, quod detractum
,,ſit libertati noſtræ, reſtituat nobis: quod il-
,,le non gravatim faciet. Quid enim hoc
,,Rege mitius? quid clementius? quid ſan-
,,ctius unquam fuit? Verum, quo res com-
,,modius confici poſſit, deligatis vos ex ordi-
,,ne Senatorio aliquot, nos etiam hoc ipſum
faciemus, ne turba Regi moleſta ſit. Per hos,,
paucos ex omnibus ordinibus delectos cau-,,
ſam ſuæ Majeſtati noſtram exponemus. Nam,,
quod ad proxima Comitia trahi putetis, cauſa,,
non eſt. Cur enim id per Legatos noſtros cu-,,
rabimus, cum id ipſum nos tranſigere com-,,
mode poſſimus? Aut cur meo legato charior,,
rerum mearum cura, quam mihi ipſi, eſſe de-,,
beat? Quamobrem id, quod omnes vos at-,,
tingat, excutiamus primum, & id, quod ſaluti,,
Reip. obſtat, recuperemus. Conſtituite ergo,,
primo domi Rempub.; hoc ſi feceritis, du-,,
cite nos in hoſtem, quem vultis; has haſtas,,
hæc arma, ſalva domi libertate, viros habere,,
dicetis.,, Dixi.

Cum *Gomoliñskii* breviter peroraſſet,
Thaſzycki prudentiſſimus & diſertiſſimus
ſenex, magno omnium ſilentio ita exorſus
eſt:

Oratio Joannis Thaſzycki.

Reſpub. ſi loqui poſſet, hac voce uteretur,,
qua nos ſuperioribus concionibus uſi ſumus;,,
ſed cum id non poteſt, nos illius mentem ac,,
ſententiam vobis retulimus Collectis enim,,
omnibus provinciis, eundem omnium ſen-,,
ſum in Repub. invenimus. Neque illud dici,,
poteſt, non omnium hanc eſſe ſententiam: cir-,,
cumſtant nos undique, ut videtis, audiunt ſin-,,
gula, quæ noſtræ fidei ab illis commiſſa ſunt.,,
Verum enim vero in hac perturbatione re-,,
rum omnium illud nobis acerbiſſimum acci-,,
dit, quod uno eodemque tempore in has mo-,,
leſtias Sereniſſimus Rex inciderit ſenex. Ho-,,
ſtis & Reſpub. hunc conquieſcere non ſinit.,,
Hic quidem arma, illa leges ab eo poſtulat.,,
Quibus rebus tam diverſis, tanquam mutuo,,
diſſidentibus, uno tempore ſatisfacere difficil-,,
limum eſt. Si enim ſenectuti parcimus, ar-,,
matum hoſtem metuimus: ſi in hoſtem ten-,,
dimus, Rempub. deſerimus. Qua in re etſi,,
quod deligendum eſt, ſtatuere non ſit facile,,
in hoc tamen nobis dabitur venia, ſi charita-,,
tem Patriæ anteponamus. Fatemur illam in-,,
famiam calamitate ſuperiore ſociorum & ami-,,
corum noſtrorum *Pokucienſi* conceptam, non,,
eſſe ferendam; indignamur ſervum noſtrum,,
ruptis ſervitutis ergaſtulis, arma impia ad-,,
verſus nos induiſſe: tamen etiam illud dolen-,,
dum magis. Audiet enim hoſtis diſſenſiones,,
noſtras, Regem non bellandi animo Cracovia,,
profectum eſſe intelliget. Qui enim pedita-,,
tus, quæ turmæ militum, quæ arma, quæ tor-,,
menta Regem proficiſcentem comitata ſunt?,,
Adhæc Palatinos Caſtellanosque plurimos,,
domi manere juſſit, hac cauſa, ut Po-,,
loniæ fines ab Germanis cuſtodiant. Quod-,,
ſi illi ſenes præſidio impoſiti ſatis mu-,,
niti ſint, cum conſtet Valachum in Vnga-,,
riam partem ſui exercitus miſiſſe, cauſam non,,
videmus, cur ab Germania Reſpub. quam ab,,
Vngaria tutior eſſe debeat. Sed ut de-,,
mus, præſidio illam Poloniæ oram indiguiſſe,,,
hoc certè Regia opera privata eſſe debuit. In,,
hoc enim ſunt Præfecturæ Regiæ a Republ.,,
datæ, 1537.

1537. ,,datæ, vt inde Rex præfectis ſuis fines Regni
,,communiat. Sed vt ad rem redeam, quo,,
,,animo hoſtem futurum potatis, vbi ab explo- A
,,ratoribus, quorom hie magnus eſt numerus,
,,cognouerit, Regem ita in hoc bellum eſſe
,,profectum, vt nihil ſibi hoc tempore metu-
,,endum ſit? In quibus anguſtiis Respub. con-
,,ſtituta ſit, videtis. Hine hoſtes, hioe patria
,,noſtra operam poſtulat noſtram; ibi armis,
,,milite, copiis res gerenda eſt; hic iegibus,
,,libertate ac jodiciis Respub. conſtiruenda eſt,
,,Igitur eum ambas res ſufferre ſimul non poſ-
,,ſumus, ioeipiamus ab ea, ſme qua neque ſo-
,,ris, neqoe domi recti quicquam eſſe poteſt.
,,Rempub. collapſam erigamus, erectam opti-
,,mis legibus, atque maiorum inſtitutis con-
,,firmemus. Tum demom pro illa arma, for-
,,tunas, vitam poſtremo noſtram, ſi opus fue-
,,rit, hoſti obiiciamus. Quid enim ſibi hæ B
,,arma, hi equitatus, quos ocolis cerniris,
,,voluot, quam vt Reipub. arceamus hoſtem?
,,Quamobrem eurate prius atque efficire, vt
,,ſit id, quod defendendum ſit. Nam ſi domi
,,ſalui nihil ſit, omoes noſtri impetus foris ina-
,,nes cenſendi ſunt. Dixi.

Oratio *Martini Zborowski* Pincernæ Cracouienſis:

Martini Zborowsky Oratio.

Vetus & pervulgata eſt hæc Reipub. que-
,,rela, ſic in ea diſcrepare omnia, vt nullis
,,legibus nullo modo contineri videatur. Si
,,enim in eam diligentius introſpiciatis, pertur-
,,batam peregrinis conſiliis invenietis; in
,,ea nihil poſſe leges, ſed omnia ira mutata,
,,vt non legitimos Magiſtratus, Palatinos,
,,Caſtellanos, Præfectos, habeamus; ſed eos C
,,coacti feramus, quos nobis ſors & fortuna
,,dederit. Itaque hac conſuetudine intro-
,,ducta, in hac publica expeditione exercitus
,,noſtri ſine ductore, ſine Capitaneo ſunt. Et
,,adhuc quidam nos reprehendunt, quod in
,,his malis Reipub. extinctis atque ſublatis le-
,,gibus, nos vivere ſpiritumque liberum du-
,,cere audeamus. Verum, qui hoc dicunt, in
,,medium prodeant, leges noſtras inſpiciant,
,,nos doceant, quid iniquum, quid contra le-
,,ges petamus. Nulla noſtra in Repub. vox
,,vnquam fuit, quæ non ex ipſis Legum no-
,,ſtrarum fontibus educta eſſe videatur: Vt
,,Reipub. leges, quæ violatæ ſunt, reſtituan-
,,tur, Magiſtratus contra leges maodati red-
,,dantur, hoc nos petimos, hoc a vobis & a Re-
,,ge ſummis precibus contendimus. Hoc D
,,jam ſit iniquum, etiam iniquum ſit io Re-
,,pub. viuere. An Sutoribus, ſabris, & vilis-
,,ſimis hominibus libertate frui licebit?
,,huic militiæ, quod robur & firmamentum
,,Regni Poloniæ eſt, leges ſuas ſaluas præſta-
,,re non licebit? Soline nos in Repub. ſervie-
,,mus? Soli legibus & libertare carebi-
,,mus? Quis unquam peregrinus in ſua Pa-
,,tria tam contemtus fuit, qui in Polonia
,,principem locum non tenuerit? qui in Ma-
,,giſtratus & ſacerdotia noſtra non invaſerit?
Maiores noſtri Palatinatus, Caſtellanatus,, 1537.
Præfecturas vice patrimooii nobis relique-,,
runt; tamen ex his pulſi ab Italis, eiecti a,,
Germanis in minima Patriæ noſtræ parte, ſi-,,
ne jure, ſine legibus conſedimus, & inferiores,,
peregrinis reputati ſumus. Harum rerum,,
nulla eos tangit miſericordia, quod in libera,,
patria peregrinis ſubjecti ſumus, quod illi,,
nobis anteponantur, qood libertate & legi-,,
bus everſis in publicis Reipubl. miſeriis illi,,
dominantur ſoli. Rempub. virtute maiorum,,
partam amiſimus, quam niſi recuperemus,,
hæc Respob. dio ſtare noo poteſt vllo mo-,,
do. Nam adhuc qoocunque modo erratum,,
eſt, vobis volentibus facile corrigi poteſt;,,
verum ſi neglectum hoc malum longius ſer-,,
pendo vires ſumſerit, nullum nocendi finem,,
faciet. Jam ergo audiſtis quid in Repub. cor-,,
rigeodum ſit; notata & explicata a nobis ſunt,,
ſingula. Viam & modum ad ea reſtitueoda,,
demonſtrauimus vobis ita, vt ſi vos adnixi fu-,,
eritis, jura, leges, magiſtratus, omnia orna-,,
menta ſua Respubl. facile recuperabit.,,
Dixi.

His omnibus dictis & actis videbatur adeſſe tempus, vt Senatos, quid ad ea poſtulata Nobilitatis reſpondendum eſſet, conſuleret; vt re in Senatu priuatim deliberata publice nobilitati reſponderetur. Verum Nobilitas tempus veniſſe arbitrata, quod quid quisque Senator de Repub. ſentiret, ſcire poſſent, vt publice rogati ſententias dicerent, orant. Cui ſenteotiæ primum reclamatum eſt: erat autem, vt Senatui videbatur, iniqua & noua: tamen cum tota circumſtans multitudo inſtaret, tergiverſaodi non erat locus.

Senatores rogantur quisque ſententiam.

Primus *Joannes Tarnouius* Caſtellaous Cracouienſis rogatus, ſummum ſtudium & tantam Nobilitatis in Rempub. coofeſſionem ſingularibus collaudat verbis. Summa iſtius Orationis erat, *Non eſſe ad eam rem tempus ve dimiſſo bello & neglecto hoſte, nunc de legibus, judiciis ac priuatis controverſiis diſceptetur. Ridiculum eſſe inter caſtra, inter arma, de ſtatutis & huiusmodi rebus diſſerere.* Itaque rem omnem ad comitia trahebat proxima, & omnium animos adverſus hoſtem transferebat. Longa fuit Oratio hæc & copioſa, ſed ſæpius interpellata, ſæpius intercepta fuit; rectene, an ſecus, neſcio. Hoc certiſſimum eſt, perturbatis hominum mentibus perſuadere & conſulere, difficile eſſe. Nondum dicendi finem fecerat, cum ingens ſubito coorta eſt tempeſtas. *Petro Kmitha* Palatino Cracouienſi, qui ſecundus in ordine in dicenda ſententia fuit, vix dicere incipienti tanta vis nimborum ingruit, vt nobis cœlum concionemque noſtram ex oculis eriperet. Turbata concione, ſoluta corona ſenatoria, in illa obſcuriſſima nocte & grauiſſima procella, facile illud malum diu celatum & animis multitudinis clauſum tum erupit. Equis multi in mediam inſiluere. Primores e Senatu jactati in turba

Joannes Tarnouius primus dicit.

Petrus Kmitha tempeſtate ingruente inhibetur.

1537.

Senatores male habentur a multitudine.

fuerunt, tantamque tempus licentiam dabat,
vt ſi famæ credendum ſit, multi nudatis gla-
diis in turba diſcurrerent. Quoſdam prin- A
cipes Senatus armati vocabant. Verum illa
ipſa ſæviſſima tempeſtas, quæ ad facinus non-
nullos firmabat, Dignitatem Senatoriam tu-
tata eſt, indutique Senatores, cum ſe aliquan-
do ex turba illa evolviſſent, equis, quos ſors
& fortuna dabat, conſcenſis, in vrbem ſe cele-
riter receperunt. Res mira profecto & mira-
bilis, vt ſtatuere facile non poſſis, bonine an ma-
li plus illud tempus Reipub. attulerit. Po-
ſtridie nobilitas nuncios ad Regiam Maie-
ſtatem & ad Senatum mittit, rogans, vt in
eundem campum regrederentur, & quod he-
ri tempeſtate diſturbatum eſſet, continuarent.

Tertius conventus in vrbe.

Senatus, quod heſternam concionem ſuſpe-
ctam habuit, egredi nolebat, ſed vt die ſequen-
ti nobilitatis Legati in vrbem convenirent, B
petiit; quod Nobilitas facile ſuſcepit. Die
itaque 24 Auguſti, Senatus & nuncii ad ædem
S. Franciſci collecti inter columnas, qua porti-
cus magna fontem cingit, conſederunt; in
quibus primus *Petrus Zborowski* Caſtellanus
Malogoſtenſ. Nobilitatis nomine ita exorſus
eſt.

Oratio Petri Zborowski.

"Si quando a Diis immortalibus petiiſtis,
„vt eſſet aliquod tempus, quo Senatoriam pru-
„dentiam, autoritatem, fidem demonſtrare
„poſſetis, id vobis hoc tempore diuinitus da-
„tum atque oblatum eſſe videtis. Neque enim
„nunc rem aliquam vilem & abiectam, ſed
„Rempub. & libertatem noſtram, in fidem &
„autoritatem veſtram contulimus. Hic enim
„campus ampliſſimus & honeſtiſſimus vobis C
„datus eſt, in quo vos omnes vires virtutis
„& induſtriæ veſtræ oſtendere poſſitis. Quæ
„enim alia Senatoris boni laus eſſe poteſt, quam
„ſi is in difficillimo Reipub. tempore Rem-
„pub. juvarit, defenderit atque conſeruauerit?
„Hac mente vos eſſe, ac ſemper fuiſſe, tum ſu-
„perior tum præſens concio indicat. In qua
„vos vna nobiſcum ſolliciti, periculum a Re-
„pub. legibus & libertate noſtra repelliſtis.
„Grata nobis eſt in malis noſtris hæc ſingu-
„laris veſtra erga nos voluntas, quæ hoc effi-
„cit, vt in ſumma rerum omnium deſperatione
„aliquid jam ſperare incipiamus. Oſtendiſtis
„enim nobis nuper in campo præclaram reti-
„nendæ Patriæ dignitatis & libertatis noſtræ
„opem. Cum enim vir clariſſimus *Joannes* D
„*Tarnouius* ſtudium collaudaret noſtrum, &
„poſtulata noſtra juſta & æqua concederet,
„hunc eundem ſenſum eſſe veſtrum omnium
„in Repub. dubitare nemo debet. Et ſi illa du-
„bitatio tollatur, neque nos a vobis vlla in re
„diſſentimus. Cum enim in campo hoc a
„vobis contendiſſemus, vt daretis operam, vt
„omnia, quæ juſta & legitima a vobis poſtu-
„laremus, ea a ſe benigniſſimus Rex exorari
„pateretur; tum *Joannes Tarnouius* hac de
„re ita diſſeruit, vt cum nobis omnia fere con-
„cederentur, tamen ad ea tranſigenda idone-
um tempus adeſſe negabat. Verum ſi nulla,, 1537.
alia dubitatio in hac cauſa præter hanc eſt, ea,,
a vobis diligenter cognoſcenda: vt neque,,
temere a vobis in re probata diſſentiamus,,
neque vos in optima noſtra cauſa alienum a,,
dignitate veſtra nobiſcum ſentire putetis. Si,,
enim tempus cauſæ noſtræ obſtare credere-,,
mus, neque locum eſſe in anguſto tempore,,
poſtulatis noſtris putaremus, taceremus. Ve-,,
rum, cum nihil ſit, quod vel ab opportuni-,,
tate temporis, vel ab commoditate loci con-,,
cedi oportuit, quod hoc tempore conceſſum,,
nobis non ſit, neſcio cur aliam occaſionem,,
conſtituendæ Reipubl. quæratis; præſentem,,
vero prætermittere nolumus. Sic enim ego,,
cenſeo, in re quæ celeriter tranſigi & cito con-,,
fici debet, tria ineſſe oportere; breuitatem,,
facilitatem, & temporis opportunitatem.,,
Qualia in hac cauſa ſint, breviter conſidere-,,
mus: Et vt de breuitate poſt dicam, quis eſt,,
qui neget, proximis comitiis ita acta & clau-,,
ſa eſſe omnia, vt pauca ſuperſint, quæ dere-,,
licta & in aliud tempus eſſe rejecta videntur?,,
niſi forte illa Comitia fuiſſe quis neget. Re,,
perti enim ſunt quidam, qui hoc affirmare,,
non dubitarent; quibus ſatisfaciet res ipſa.,,
Quis enim neget, illa demum comitia vere,,
dici oportere, quorum acta & decreta ſunt,,
ſortita ſuum effectum? Ideo cum ſciamus,,
comitiorum decreto ſuſceptum eſſe bellum,,
& monetam qui probarent, electos, & alia,,
permulta rata & firma eſſe, quæ nunquam,,
fuiſſent, niſi illa comitia præceſſiſſent, cumque,,
ita maximam partem poſtulatorum noſtro-,,
rum autoritate comitiorum terminaverimus,,
hæc quæ reſtant, pauca & modica ſunt, & vo-,,
bis volentibus factu facillima. Quid enim,,
negotii eſt, quæ inique ademeris, reſtituere; &,,
quæ violaueris, reficere? Neque ad eam rem,,
judicio & longa diſceptatione opus eſt, ſed,,
verbo vno, & nutu Regio. Neque eſt, quod,,
aliud tempus alium cognoſcendæ rei locum,,
magis idoneum quæramus. Hic eſt Rex,,
hic Senatus, hic rei, hic judices. Quæ omnia,,
ſi contemnimus, verendum nobis eſt, ne,,
non incommodum tempus, ſed cauſam ju-,,
ſtam & æquam contemſiſſe videamur. Su-,,
pereſt jam, vt tempus ipſum inſpiciamus.,,
Nemo Rempub. leges, libertatem, in ſum-,,
mum periculum adducta eſſe neſcit. Nonne,,
videtis, nondumne ſentitis, quot & quantis,,
malis circumuenti ſimus? Quis enim eſt, qui,,
poſſeſſionum ſuarum dominum ſe dicere au-,,
deat? qui aliquod præſidium innocentiæ ſuæ,,
in legibus habeat? Euerſa & ſublata ſunt o-,,
mnia: indicta cauſa plectimur, poſſeſſioni-,,
bus noſtris ejicimur, & ea quæ habemus vici-
nitate Reg. Majeſtatis anguſtiora poſſide-,,
mus: & adhuc vos tantis Reipubl. curandæ,,
incommodis tempus non adeſſe, contendi-,,
tis? Et certe ſi vos amor Patriæ & aliqua,,
Reipub. tangeret miſericordia, hanc cauſam,,
non prius e manibus dimitteretis, quam,,

omnia

1537. „omnia Reipub. vulnera ſanaretis. Verum
„ſi toto conatu in Rempub. incumbetis, bi-
„duo vobis ad hanc rem opus eſt. Si enim no- A
„ſtræ leges adhuc aliquid valent, facila in pri-
„ſtinam vindicabuntur libertatem, Ex qui-
„bus omnibus illa omnium ſaluberrima &
„cœlitus delapſa lex eſt: vt omnes æqua-
„les in Repub. ſimus, & vt vicini noſtri æ-
„qualitate juris, vt concives colligati inter ſe
„ſint. De genere Ducum nemo in nobis ſit,
„nihil in hac Repub. poſſideat. Sapienter hic
„maiores noſtri viderunt, malam eſſe in Re-
„pub. pluralitatem principum, ſed eam eſſe
„Rempub. optimam, in qua vno legitime &
„ſecundum jura noſtra imperium tenente,
„cæteri obediunt, & inter ſe æqualiter vivunt.
„Itaque hac eadem moderatione & continen-
„tia Regum vxores in hac Repub. vivere ſo-
„lebant; & ſic ingrediebantur in Poloniam, B
„non vt in ea regnarent, ſed vt conſortes re-
„galis thalami fierent. Nulla penes has
„publica poteſtas, regimen publicum nullum;
„& breviter; hæc illarum ſumma erat Philo-
„ſophia, vt ira commotum Regem contra ſub-
„ditum placarent, & eum ad miſericordiam
„deducerent. Sed noſtris temporibus omnia
„ſecus eueniunt. Tantum Regina poteſt,
„quantum vult; tantum vult, quantum lu-
„bet; nullis certis finibus Philoſophia eius
„circumſcripta eſt. Sed totam Rempub. com-
„plexa nullis terminis definit jus ſuum. Huc
„accedit, vt metuendum ſit, loco Regis plu-
„res duces propediem nos habituros: quod
„ne temere prædixiſſe videamur, hinc futura
„colligite. Regina quatuor habet, ni fallor, C
„filias; hæ, vt illarum dignitates poſtulant,
„Regibus & Principibus dabuntur nuptum.
„An putatis has bonis, quæ nunc poſſident,
„carituras? Hæc ergo vos differenda, & in
„aliud tempus rejicienda putabitis? Exper-
„giſcimini per Deos immortales, & anguſtias
„temporis aliquando incuſare deſinite. An
„ad res priuatas temporum nobis ſatis eſt,
„ad conſtituendam Rempub. ad depellendam
„ſervitutem tempus nullum habebimus?
„Itaque jam videtis ad reſtituendam liberta-
„tem & conſtituendas leges opportunitatem
„temporis nunc eſſe maximam. Hanc nos
„accipiamus quam primum, & ea dum adhuc
„licet, vtamur. Charam habemus patriam;
„tueamur leges, & ſiquid in eis erratum ſit, D
„non dimittamus tempus, ſed illud quam pri-
„mum corrigamus; ne, dum tempus ex tem-
„pore quærimus, prius Respub. pereat, quam
„illi medicinam adferamus. Dixi.

Cum *Petrus Zborowski* finem dicendi fe-
ciſſet, eius oratione Senatus commoueri vi-
ſus eſt. Ita enim appoſite erat locutus, vt
oratio eius cum ratione temporis conſentire
vehementer videretur. Hunc ſequutus *Thar-
zycki* ſenex, qui ob ſingularem prudentiam
& maximarum atque plurimarum rerum v-
ſum, magnam in concionando autoritatem,
& in conſulendo vim habebat; Hic ita lo- 1537.
quutus eſt.

Quibus incommodis premetur Respub„ *Oratio Ioan. Thaszyczki.*
ex *Petro Zborowski* aperte intelligere potui-„
ſtis. Et certe niſi quamprimum labentibus„
legibus ſuccurrimus, nullam Rempub. habe-„
bimus. Quis enim ignorat, legem animam„
Reipub. eſſe, qua ſublata Respub. ſalua eſſe„
non poteſt? Hac enim vivit, hac regitur, ab„
hac eius omnes deriuantur ſenſus. Quare„
inuenti ſunt reges, delectus Senatus, conſti„
tuti judices, qui ne leges vacillent in Repub.„
ne violentur, ne titubent, caueant. Legum„
enim patroni ſunt Reges, legum cuſtodes Se-„
natus, legum miniſtri judices. Et quo ma-„
jor Reipub. res eſt, eo pluribus indiget cuſto-„
dibus. Nemo unquam fuit tam ſapiens cun-„
ctis ſeculis repertus, vt ſolus in Repub. ſuffi-„
ceret, vt eam ſine aliorum ope recte gubernare„ B
poſſet. Quis enim, qui & Rempub. variis„
motibus agitari & ſævis impelli negotiorum„
fluctibus videat, eam ſine ingenii & induſtriæ„
viribus tueri, & ſine aliorum adminiculis gu-„
bernari, poſſe putet? Proinde ſapientes v-„
num quidem in Repub. regere, ſed plures ju-„
vare Rempub. volunt. Quibus nos ſimiles„
in cuſtodienda Repub. eſſe debemus. Vide-„
tis quæ negotia, quam varii caſus & ancipi-„
tes in hac Repub. oriantur; ita vt ſolus ſa-„
pientiſſimus Rex tantum onus vix aut ne vix„
quidem ſuſtinare poſſit. Itaque, quod etiam„
priori concione a vobis poſtulauimus, idem„
nunc etiam efflagitandum duximus, vt Re-„
gia Majeſtas talem habeat Senatum, qui Rem-„
pub. regere poſſit; quod ille facile aſſequetur„ C
ſi in comitiis idonei viri in Senatum legentur„
& his magiſtratus mandentur, quorum ſpe-„
ctata virtus & induſtria bonorum virorum„
teſtimonio comprobata ſit. Varum cum nul-„
lum regnum invenire liceat, quod vacuum„
opere publico ſit; e Repub. videretur, ſi tres„
Senatores & tres ex equeſtri ordine elige-„
rentur, qui integritate, fide, pruden-„
tia, vigilantia Rempub. aſſidue ſuſtinere poſ-„
ſent, & tanto oneri pares & idonei forent;„
qui quotidianis Ragis conſiliis ex Senatus ſen-„
tentia & conſenſu adhiberentur; qui Regi præ-„
ſto adeſſe deberent; hos præclaros legum„
noſtrarum cuſtodes, & Rex idoneus in Re-„
pub. gubernanda ſocios & conſocios habe-„
ret. Illis ſcientibus tota gubernaretur Res„ D
pub. hos cuſtodes legum, hos tutores liber-„
tatum, hos procuratores juſtitiæ, & æquitatis„
noſtræ haberemus. Et ſi diligentes in Re„
pub. fuerint, procurationes ceſſabunt & que-„
relæ, & noſtras omnium fortunas liberabunt„
metu; ita vt tam in publicis, quam in priua-„
tis rebus Respub. illorum firmata præſidio„
jus ac libertatem ſuam & dignitatem facile„
retineat. Itaque rogamus & monemus vt„
cogitationes veſtras ad Rempub. conferatis„
illi ſoli hoc tempore ſerviatis, leges illius„
omni ex parte muniatis, eas legitimis Sena„
tori-

1537. „toribus,idoneis magiſtratibus deferatis.Quod
„ſi feceritis, ſaluam & omnibus rebus flo-
„rentiſſimam præſtabitis Rempub. Quod vt A
„quamptimum fiat, rogamus. Dixi.

Sic loqnutus *Thaſzycki*,nemo ſuit qui ab eo diſſentiret, ita vt faciliorem dicendi locum *Martino Zborowski* relinqueret, qui poſt eum ſic loquutus:

Oratio Martini Zborówski.

„SI quis ſorte legum & coofuetudinis no-
„ſtræ gnarus miratur, qui fiat, quod hæc Res-
„pub. quæ quodam tempore florentiſſima fuit,
„nune tota comminuta ſit; is niſi horum cau-
„ſam rationemque eognouerit, culpam o-
„mnem in vos conſerat, neceſſe eſt. Si enim
„in Senatum inſpexerit, Palatinis, Caſtellanis,
„Cancellariis, Marſchalcis repletum Senatum
„videbit. Vos de bello, de pace cernere, vos
„dare jnra, leges diſpenſare, & breuiter nihil
„in Repub. ſine autoritare veſtra ſtatui & de- B
„cerni audiet. Quamobrem, ſi quid In Re-
„pub. erratum ſit, præter vos accuſabit nul-
„lum. Quis enim eſt, qui, cum ſciat, vos ex
„omnibus Prouinciis delectos eſſe, ideo, vt
„Rempub. opera & conſilio juvetis, vos culpa
„carere dicat, ſi in Repub. viderit aliquid eſſe
„titubatum? nullum enim in Repub. factum
„aut decretum nolentibus ant neſcientibus
„vobis eſſe debet. Ita, vt ſi quid unquam contra
„leges fieri videatis, hoc omnibus veſtris vi-
„ribus prohibere debeatis. Hoc enim munus &
„officium Senatoris eſt, noſſe Remp. tueri leges,
„æquitatem tenere, libertatem communem,
„ne fluctuet & labarur, ſuſtinere, vigilare præ-
„terea. Multæ enim inſidiæ legibus, multi liber-
„tati noſtræ tenduntur laquei; ita vt merito C
„vos ſoli ex bene geſta Repub. laudem, & ſiquid
„ſecus acciderit, reprehenſionem reportetis.
„Neque vos huius culpæ partem Regiæ Maje-
„ſtati imputare poteſtis. Nouimus conſuetu-
„dinem Regii conſilii, manſuetudo & æquitas
„optimi Principis nobis nota eſt. Nihil ille invi-
„tis, nihil inconſultis vobis ſtatuit; ita vt ſiquid
„ad Senatum de Repub. referatur, vobis anti-
„quo more ſententiæ dicendæ concedat locum,
„& inde collectis omnium veſtris ſententiis, ipſe
„poſtremus, quam ſequatur & quam reiiciat o-
„ſtendat. Ex quo palam eſt, Sereniſſimum Re-
„gem ſummam autoritatem ſuam veſtris tem-
„perare ſententiis. Nam ni ita eſſet, fruſtra
„ſententias veſtras exquireret, ſi eo aoimo in
„concilium veniret, vt nulla in re vobiſcum D
„coonſentiret. Quare illud nobis conceda-
„tis oportet, vt ſi quid alicui ademtum eſt,
„ideo ademtum eſt, quia vos adimi voluiſtis.
„Quare violatum eſt aliquid? Quia vos vio-
„lari paſſi eſtis. Quare leges ſunt collapſæ?
„Quia vos eis non ſuccurriſtis. Quare nunc
„nos ſerui ſumus? Quia liberos nos eſſe no-
„luiſtis. Hine jam, vt videmus, illæ noſtræ
„oriuntur miſeriæ. Nihil valent in Senatu
„noſtræ preces: legati noſtri in Senatu con-
„temnuntur, comitiorum decreta conſcindun-
„tur: quæ vultis, nobis conceditis, quæ vol-
tis, negatis. Quæ & quot decreta in præte-„ 1537.
ritis comitiis facta ſunt? Quid proferre po-„
teſtis, præter leuiſſima quædam, quæ ſuum„
ſortita ſunt effectum? Vnum ea multis pro-„
feram. Magiſtratus & Saeerdotia contra leges„
ne cui mandentur, decretum eſt. Hoc decre-„
tum, quam vim, quem effectum habuit? Obſer-„
uatumne per annum? Minime. Menſe vno?„
Nequaquam. At ſaltem triduo? Ne id quidem„
Vix dum extra Cracouiam noſtri protulerant„
pedem, cum ſummi Magiſtratus, ampliſſima„
Sacerdotia contra leges & decreta data & con-„
ceſſa ſunt. Sileamus hoc tempore de magi-„
ſtratibus: videamus, quibus opima ſacerdotia„
poſt illa comitia promiſſa ſunt. Alicuine de„
Repub. vel optime merito, aut nobilitate ge-„
neris, aut doctrina claro? Nullo modo. Sed„
fiſtulatores, tibicines, tympaniſtæ diripue-„
B runt hæreditatem patrimonii noſtri, decreta„
publica violarunt. Nos contemta turba &„
abjecta, nobis noſtra ſeruamus decreta. Vos„
dico aperte, horum omnium malorum eſtis„
cauſa: nam ſi vos voluiſſetis, manſiſſent ſalua„
comitiorum decreta, neque vlla tam magna„
vis eſſe potuit, cui vos per autoritatem Sena-„
toriam reſiſtere non potuiſſetis. Et adhuc ad„
malorum noſtrorum cognitionem præſens„
non ſufficere tempus, ſed longiori opus eſſe„
contenditis. Quod tempus, quæ eſt iſta co-„
gnitio? An non omnia plana, ita ſunt aper-„
ta, vt non oculis cerni, ſed manibus tangi„
poſſint? Quis enim ignorat ademta multa„
violata eſſe non pauca, commutata omnia?„
Vos ad hæc reſtituenda tempus eſſe non pu-„
C tatis, ſed nobis pro legibus literas, pro liber-„
tate promiſſa neſcio quæ oſtenditis. Verum„
quid literis, quid promiſſis in re apertiſſima &„
vetuſtiſſima opus eſt? Diplomate enim Re-„
gio res novæ, vt diuturnæ ſint, indigent;„
hæc vero decreta vetera & majorum ſunt in-„
ſtituta, & nulla re alia indigent, niſi vt ita in„
Repub. vivamus, quemadmodum veteres„
præcipiunt leges. Hoc enim illorum præ-„
ceptum eſt, vt vnus ſit Rex, vt ſint legitimi„
magiſtratus, vt juſte judicetur, & ſuum cui-„
que reddatur, vt liberi ſimus, vt ſeruiamus„
nemini. Quare non literas, ſed libertatem„
noſtram juxta legum præſcriptum, a vobis„
repetimus. Cur hoc, quod hodie reſtituere„
debetis, alio tempore a vobis expectabimus?„
D cum ſemper ſit tempus, quo nos liberos in Re-„
pub. eſſe convenit. Rempub. ergo talem no-„
bis hoc tempore reſtituatis, qualem in fidem„
& curam veſtram accepiſtis. Vos enim, vt ſapi-„
enter *Thaſzycki* diſſeruit, cuſtodes libertatis„
noſtræ; ſi nobis & Reip. ſatisfacere vultis, hæc„
nobis reſtituite, quæ negligenter amiſiſtis. Dixi.

Cum *Martinus Zborowski* peroraſſet, omnis circumſtans multitudo rogabat Senatum, vt quid quiſque ſentiret, palam & aperte oſtenderet. Itaque *Joannes Tarnouius*, etſi non rogatus, reſpondit, ſe non aliud de Republica ſentire, quam quod nuper in campo oſtendiſſet.

Qua-

1537. Quapropter cauſa non erat, cur bis de eadem re diceret. Quæ vero ejus ſententia fuit, ſuperius oſtenſum eſt. Itaque omnes in *Petrum Kmitham* Palatioum Cracouieoſem oculos conjecerunt; qui magna expectatione & ſumma omnium attentione ſic exorſus eſt:

Oratio Petri Kmitæ.

,,Si mihi nuper in campo de Repub. loqui
,,licuiſſet, hoc biduo meam in Rempub. vo-
,,cem vos expectare paſſus non eſſem; Quod
,,enim tempus magis idoneum Senatoria de-
,,monſtrandæ diligentiæ eſſe potuit, quam il-
,,lud, quod tota auditore Polooia, quæ eſſet
,,mea io Repub. mens & ſententia teſtari po-
,,tuiſſem? Verum hunc laudis fructum ſæva
,,præripuit temporis procella, quæ nos non lo
,,illa hominum frequentia, ſed io his nnoc co-
,,lumnis & tectorum anguſtiis de rebus ma-
,,ximis ſententiam dicere coëgit. Qua in re
,,me tamen conſolatur, quod etſi non eadem
,,frequentia ſepti ſumus, idem tamen ſtudium
,,in Rempub. omnium veſtrum eſſe videamus.
,,Quare in optimam ſpem venio, nos itá
,,hodierno die acturos de Repub. vt eadem oo-
,,bis pacem & tranquillitatem, & ex hoſte cer-
,,tam victoriam allatura ſint. Duas enim ad-
,,huc controverſiæ noſtræ animaduerti partes
,,eſſe; ex quibus, vt ego puto, cum multa con-
,,cedi, nonnihil etiam remitti poſſit, cauſam
,,non reperio, cur ioſanabiles hoc tempore diſ-
,,ſenſiones noſtras eſſe putemus. Nam cum
,,altera controuerſiæ noſtræ pars invidia bo-
,,norum ademtorum videatur: altera vero actá
,,præteritorum comitiorum autoritate Senatus
,,& Legatorum veſtrotum ſancita rata eſſe cu-
,,piat: vtrique rei, quoniam me loqui voluiſtis,
,,ſatis facere conabor. Qua de ré ita loquar, vt
,,vobis ſatis conſtet, quam de libertate fortu-
,,niſque veſtris ſententiam feram; eam videli-
,,cet, quam de me vos ferre velim. De hac
,,enim libertate, de his legibus hic quæritur,
,,quibus nos quoque ſumue aſſecuti, quod in
,,hac Repub. aliquid eſſe noſtrum dicere poſ-
,,ſumus. Hanc æqualitatem juris, quam vos
,,defenditis, non oppugnabimus, cum extra
,,hanc nobis nihil ſalvi poſſit eſſe. Nam etſi
,,dignitate Senatoria ſuperiores; libertate cer-
,,te communi pares vobis ſumus. Iisdem
,,enim legibus, voo neceſſitudinis vinculo v-
,,trique adſtricti ſumus. Itaque definite pu-
,,tare, aliud eſſe veſtrum commodum, aliud
,,veſtrum periculum: nihil eſt, quod de vobis
,,ſtatuimus, quod io nos ipſus non redundet.
,,Vos poteſtis dolere, nos ne ſimili doloris ſen-
,,ſu afficiamur, oportet cauere. Quamobrem
,,cum ita nobis omoia communia ſint, acce-
,,damus ad Rempub. & eius omnem partem
,,colluſtremus oculis, & ſi qua laborare videtur,
,,illi præſentem medicinam communi opera, ſi
,,poſſumus, afferamus. Qua in re hanc tamen
,,adhibete moderationē, vt, quod ſapiens ſua-
,,det, tempori nos accommodemus, illique in re-
,,bus omnibus pareamus, ſine quo nihil in Rep.
ſanctum nihil diuturnum decerni aut conſti-,,
tui poteſt. Quod ſi ſequamur, facile has diſſen-,,
ſiones animorum vitabimus. Nam & hoc per-,,
commode cadit, quod multi dantur ad mutu-,,
am beneuolentiam reditus. Si enim æquo ani-,,
mo rem nobiſcum æſtimare volueritis, inve-,,
nietis multa profecto eſſe, quæ animos ve-,,
ſtros placare, & vobis, imo nobis ſatisfacere,,
debeant. Quis enim eſt, qui non recte conteo-,,
dere vos putet io educatione ſereniſſimi Re-,,
gis junioris ſalutem eſſe poſitam Reipub.?,,
Ex hoc enim Reſpub. & noſtra tota depeode-
bit libertas: hinc noſtras hauriemus leges:,,
hinc fluent judicia: iſtis fontibus juſtitiæ vis,,
& æquitas benignitaſque continetur. Ita-,,
que quo major Regiæ benignitatis eſt excel-,,
lentia, eo oobis incumbendum eſt diligentius,,
vt ſereniſſimus Rex junior optimis artibus &,,
diſciplinis regalibus a puero imbutus, dignus,,
ſapientiſſimo patre filius, & idoneus ſummo,,
imperio eſſe videatur. Juvenes eoim cum me-,,
tu & diſciplina ſoluti in Voluptatem prolap-,,
ſi fuerint, finem delinquendi non cito faciunt.,,
Habemus ſapientiſſimum, prudentiſſimum fi-,,
lii patrem; is dies atque noctes nihil aliud,,
cogitat, quam vt poſt ſe talem relinquat fi-,,
lium, qui majorum ſuorum reſpondeat vir-,,
tuti. Ideo dubitare nemo debet, Regiam Ma-,,
jeſtatem in educaodo filio ita diligeotem eſſe,,
vt hæc ſpes, quam ille incredibilem de ſe a-,,
pud omnes excitat, non fallat. Quis adeo,,
ſtupidus eſt, qui vos juſta poſtulare negare au-,,
deat, cum Metricam, quam vocant, non abo-,,
lendam quidem, ſed ſic obſtruendam ceoſe-,,
tis, ne eam autoritatem, quæ omnibus jam,,
metuenda eſſe cœpit, amplius habeat? & ne,,
cui in re vlla aliquo ſit nocumento aut in-,,
commodo, ſed tantum Regiæ Majeſtati in-,,
veotarii loco ſit. Sed majus vos quidem animo,,
complexi ita Regiæ excellentiæ præſtantiam,,
ornandam & adjuvandam putaſtis, vt Se-,,
natum legitime electum conſilio adeſſe veli-,,
tis. Et certe recte imperare, bene Rempub.,,
gerere, jura dare, æquitatem tueri, res ardua,,
& omnium difficillima. Quare inveotus,,
eſt Seoatus, vt in graviſſimis Reipub. feren-,,
dis oneribus hos ſocios & conſortes glorioſi,,
laboris Rex habeat. Itaque quales Seoatores,,
Reſpub. habeat, plurimum intereſt. Quem,,
enim incuriam introducere, quem autorem,,
publici conſilii eſſe velitis, eius vita tibi inſpi-,,
cienda prius. Ao tu hunc Rempub. gerere,,
poſſe dices, qui ſe ipſum regere neſciat?,,
Quamobrem oe nullis artibus inſtructi, nul-,,
lo vſu rerum præditi, ſed rudes atque iner-,,
mes, haoc ad Rempub. accedant, operæ pre-,,
tium fore videtur, vt quemadmodum poſtu-,,
latis magiſtratus non niſi in comitiis man-,,
dentur. Tum etiam Regia beneficentia de,,
vita & moribus, quem legere voluerit, edo-,,
cta, certius Magiſtratus mandare & io loco,,
beneficia ſua collocare poterit. Sic enim fiet,,
vt boni viri meritis ac debitis afficiantur ho-,,

1537. ,,noribus, & indigni ad honores obrepere noo
,,audeaot. Neque illud etiam reiicieodum
,,eſſe ceoſeo, ſed inprimis admittendum, quod A
,,Majeſtatem Regiam nusquam ſolam eſſe
,,vultis, ſed illi tres Senatores, tres ex equeſtri
,,ordine adjungitis, vt hi nunquam a latere e-
,,ius diſcedant. Vetus enim & pervulgatum
,,eſt; vbi multa conſilia, ibi eſſe multam ſalu-
,,tem. Quare hoc modo probe conſtituto
,,concillo, quis negabit ita perſectam eſſe Rem-
,,pub. vt eas res cum dignitate & mutua bene-
,,volentia merito juvare debeamus; neque il-
,,lud impeditur. Quod ad Regiam Majeſtatem
,,attinet, hoc ipſum pro ſumma ſua præſen-
,,tique in hanc Rempub. clementia, curabit, ne
,,merito quis de ea queri poſſit. Præterea Se-
,,reniſſim. Rex hoc metu nos liberat; ne quid
,,detrimenti ex ea parte Respub. capiat, proui-
,,debit. Videris jam profecto cauſas, cur diſ- B
,,ſeotire velimus, nullas eſſe; ſi omnia, quæ
,,tempus patitur, benigniſſime nobis Regia
,,Majeſtas concedat. Nam & ea, quæ io co-
,,mitiis & Senatus & Legatorum noſtrorum
,,ſententia ſunt acta, veſtræ permittit volunta-
,,ti. Hæc oratio vobis munificentiæ Regiæ
,,argumento eſt, cum magoa ſignificatione
,,egregiæ voluntatis. Idcirco, vt videtis, acta,
,,transacta, conceſſa ſunt vobis omnia. Et
,,quo hæc nobis cautiora ſint, diplomate
,,Regio hæc confirmata habebimus. Nam
,,hac io re a vobis vehementer diſſentio, qood
,,hoc diplomate vos egere non putatis; quod
,,& ipſe coocederem, ſi Sereniſſ. Rex perpetuo
,,nobis ſtaret incolumis. Verbum certe illi-
,,us magnum & firmum nobis eſſet priuile- C
,,gium; Regis enim verbum non retrocedit.
,,Sed qoo incertior eſt omnis vita, eo, dum
,,licet, Benigniſſimam Regis in nos benefi-
,,centiam perpetuam eſſa cupere debemus.
,,Quare his opus eſſe cenſeo, vt eo pacto &
,,cautiora nobis ſint omnia, & optimi princi-
,,pis liberalitas perpetuis illuſtretur monu-
,,mentis. Quamobrem jam aliquando qoeri
,,deſioamus. Nam quod ad libertatem noſtram
,,pertioeat, ab optimo Principe nihil non ex-
,,orauimus; conceſſa ſunt omnia, quæ concedi
,,poterant; ita, vt ſi quid hoc tempore a Sere-
,,niſſimo Rege impetrare non potuiſſemus, id
,,jam non voluntati Regiæ, ſed tempori tri-
,,boeodum eſt. Quis enim tam improbus
,,eſt, vt bona contra æquum ac bonom adem-
,,ta reſtituenda eſſe neget? Fatemur, concedi- D
,,mus, ita eſſe oportere; ſed hic exoritur illa
,,grauis & ardua quæſtio, recterne an injuria
,,ademta dicantur, quod judicibus, legibus,
,,actisque publicis expoſitum eſt; ad quam rem
,,longo tempore tranquillo ac quieto animo
,,opus eſt. Silent enim leges ioter arma.
,,Igitur cum Respublica nos alio vocet, nuoc,
,,cujus gratia huc ventum eſt, hoc agamus. Ho-
,,ſtis adeſt, ardet Ruſſia, Respub. ſine præſidio
,,ſine milite relicta eſt, cui primo qnoque tem-
,,pore ſuccurrendum eſt. Annon audiſtis ge-

mitus ſociorum & amicorum noſtrorum?,, 1537.
qui amiſſis conjugibus ac liberis, pulſi ex pa-,,
tria, miſerrimi omnium vobis ſopplices ma-,,
nus tenduni: a vobis conjuges, liberos, pa-,,
triamque repetunt. Vos autores ſuæ ſalutis:,,
vos vindices libertatis eſſe clamitant. Non,,
æquum eſt eos diſſenſionibus noſtris eſſe cala-,,
mitoſos & miſeros. Liceat illis armis veſtris, ſi,,
conjuges, ſi liberos non poſſunt, ſaltem ſepul-,,
tam cinere excitare patriam, & eam integram,,
cum noo liceat, exuſtam & adbuc fumantem,,
intueri. Hoc vos facere æquum, hoc a vobis,,
fraternitas noſtra communis impetrare debet.,,
Secure in hoſtem ibimus, & ſi concordes ari-,,
mus, vicimus. Eo pacto victores & amicis Pa-,,
triam reſtituemus, & Remp. defendemus, ho-,,
ſtem vlciſcemur; hanc poſtremo nouam Pa-,,
triam & novis triumphis cumulatam redde-,,
mus, vnde nomen gloriamque perennem &,,
Patriæ & regi comparabimus. Dixi.

Cum Palatinus Cracovienſis peroraſſet, nemo fuit, qui non præclaram ejus orationem diceret fuiſſe; quata majori omnium ſilentio audita eſt. Et hæ prima fuit, quæ perturbatas Nobilitatis mentes placauerat, & perfecit, vt in ſequentibus Conventibus placabiiiores eſſent eorum animi & tractabiliores. Nihil eſt enim, quod claros in Repub. viros populo conciliet magis, quam facilitatis erga inferiores, æquabilitatisque gratiæ ſimulatio, quod in eius nratione facile apparuit. Cum ille enim incitatos nobilitatis animos accepiſſet, ſumma C in dicendo modeſtia & manſuetudine vſus, ſic cauſam communem egit, vt & Senatorio ordini autoritatem & ſuæ oratiooi compararet fidem. Hæc itaque placuit omnibus, vt eum frequens Senatus ſecutus eſſet. Verum cum res ad veſperam eſſet extracta partim concionibus, partim poſtulationibus, quæ vltro citroque in conventu agitabantur, actio tota ad diem VII. & XX. Menſis Auguſti rejecta eſt; qui cum illuxiſſet, ad Diui Franciſci ædem Senatu convocato, in æde illa magna omnium ordinum frequentia alter noſtris temporibus Neſtor incipit: *Quartus conuentus intra vrbem.*

Niſi ouper præcipitatus oppreſſiſſet nos,, *Oratio Joan. Tbaſzycki.*
Sol, nullas vt puto reliquias haberemus. Sic,,
enim jam lo cauſam publicam ingreſſi fui-,,
mus, vt priſtinæ recuperandæ libertatis ratio,,
D optime nobis conſtare videretur. Nam cum,,
publice poſtulata noſtra recitarentur, in mul-,,
tis nobis aſſenſi eſtis, & illa, quæ diſceptatio-,,
ne accuratiore indigere videbantur, io tem-,,
pus magis commodum reiicienda putaſtis. Ve-,,
rum cum nos exiſtimemus, oullam rem tam,,
eſſe arduam, tam difficilem, quæ difficilis ſit,,
voleotibus: rogamus, ne dimittatis tem-,,
pus, ſed ſtatim ſingulis poſtulatis noſtris ex-,,
plicatis, ſatisfaciatis Reipub. Qua in re ita,,
faciles & obſequentes nos vobis præſtabimus,,
vt nulla in re præſertim æqua a vobis diſſen-,,
tiamus,

1537. ,,tiamus,& breviter ſingula proponam, in qui-
,,bus diſſentire videbamur. Ac primum ſlu-
,,berrima illa Reipub. lex de mandandis ma-
,,giſtratibus audiatur. Hæc depravata conſve- A
,,tudine noſtrorum temporum penitus abro-
,,gata lex eſt, quam nos in comitiis ita revoca-
,,mus,ut nemini deinceps aliquid contra leges
,,mandetur , & cui mandatum fuerit, abroge-
,,tur. Quare ſi alia comitis autoritatem habere
,,vultis , qui aliquid contra hoc decretum obti-
,,net,quod lex cogit,id ultro reſtituat. Tamen
,,ut amore Reipub. non cupiditate adductos,
,,hanc cauſam agere nos exiſtimetis , de his ad
,,comitia differri patiemur , in quibus quod li-
,,ceat,cognoſcetur , & id ſtatuetur,quod lex &
,,æquitas poſtulat. Qua in re illud a vobis pe-
,,timus,ne ſecus, quam lex loquitur, ſermo le-
,,gis accipiatur. Simplicitas enim legibus ami-
,,ca eſt,leges enim aperte noſtræ nobiſcum lo-
,,qvuntur , hac vulgari intelligentia contentæ
,,ſunt : cavillos exquiſitos , interpretes ſubtiles
,,& abditos ſenſus fugiunt conſulto. Quanto B
,,enim major eſt ſubtilitas , tanto minor eſt ve-
,,ritas. Quare hoc ſenſu vulgari eos loquentes
,,audiamus, & optimi eorum erimus interpre-
,,tes,ſi ſic ut illi præcipiunt,vivemus. Itaque
,,ſic de Magiſtratibus leges intelligantur , ut
,,verba & ſimplicitas legis expoſtulat. Sed jam
,,accedamus ad hæc, quæ vehementer premunt
,,Rempub. Vectigal novum eſt conſtitutum,
,,nulla autoritate publica , decreto publico nul-
,,lo, & ita factum , ut nullum prorſus emolu-
,,mentum ad Rempub. inde perveniat. Etſi
,,verum quærimus , omnia hæc vectigalia pu-
,,blica ſunt privata præda certiſſima. Multas
,,iſti hujus aucupii concinnarunt arcas,invene-
,,runt ſcripturas , conſtituerunt cameras, ita ut
,,nulla mercatura tam ſordida ſit , quæ illorum
,,effugiat laqueos ; de cepis , rapis , anſeribus, C
,,gallinis penditur vectigal ; omnes illorum
,,vectigales ſunt, rapiunt hoſpites , mutilant
,,ſuos,accolas,incolas,parcitur nemini. Nam in
,,his ſcripturis, quas vulgus cameras appellat,
,,vectigalia exercent homines ut plurimum e-
,,geni,avari,prodigi,qui ſumma rapacitate,bre-
,,vi tempore ad amplas pervenerunt fortunas,
,,ut ſubito ex inopibus copioſos , ex egenis di-
,,vites,ex pannoſis purpuratos factos eſſe vide-
,,as. Hi onuſti præda & ſpoliis opimi convi-
,,vantur,potantur,ſcortantur,atq; ut eis ſumtus
,,ſuppetant etiam de injuſtiſſimis quibusdam
,,rebus ut dixi vectigalia exigunt. Quibus
,,Respub. commota incommodis, his vectiga-
,,libus exonerari ſe cupit. Si enim ad publi-
,,cam utilitatem vectigalia inſtituuntur , meri-
,,to etiam,ſi illi noceant, abrogantur. Verum, D
,,cum ob ſingularem Regiæ Majeſtatis in nos
,,clementiam , obſervantia erga illam noſtra
,,omnibus modis teſtata eſſe debeat; hoc illi
,,vectigal permittimus ut vita illius ſuperſtite
,,illo utatur : ita tamen,ut & modus exigendo-
,,rum vectigalium Publicanis præſcribatur, &,
,,quibus de rebus pendendum ſit , oſtendatur.

Deinde, ut ea quæ domi ſuæ quisque educat,,, 1537.
ſint libera. Hoc nobis concedi æqvum eſt,,,
nobis inquam, qui armis,virtute,conſilio ſus-,,
tinemus dignitatem & ſalutem Reipublicæ.,,
Videtis , in quibus poſſumus , quam æqui &,,
faciles ſumus. Cum tam multa veſtræ per-,,
mittimus voluntati, vos quoque noſtris flecti,,
precibus æqvum eſt. Multis bona ſine cita-,,
tione, ſine judice, ſine jure ademta. Hic me-,,
tus univerſam conturbavit Rempub. hoc me-,,
tuunt, hoc trepidant omnes. Unum nobis,,
jus,una libertas , unum ſocietatis noſtræ vin-,,
culum eſt ; quod parum eſt,ex qua parte ſolvi,,
incipiat. Nam undecunque ſolvatur,reliqua,,
diſſolvi neceſſe eſt. Itaque hæc differenda,,
non ſunt,ſed danda opera, ut diſſoluta colliga-,,
tur libertas. An non ſentitis noſtrarum le-,,
gum ſalubritatem , quam colere, quam admi-,,
rari decet? Has enim aliæ gentes expetunt,,,
his ſeſe ſubmittunt,illis vivere cupiunt. Ma-,,
zovia noſtra Provincia , & quæ novo ſocieta-,,
tis jure nobis adjuncta eſt , petit a nobis , quo,,
liceat illi veſtro beneficio Polonis legibus li-,,
bertatem tueri ſuam,& ut hoc vos illi a Sere-,,
niſſimo Rege impetretis,poſtulat. Quare quis,,
hanc pulcherrimam Rempubl. ſanctiſſimas,,
leges,non ex omni ratione defendendas pu-,,
tabit, quas ſuſpiciunt externæ gentes,cupiunt,,
ſocii,complectuntur omnes? Nolite quæſo,,
pati rapinis veſtris & injuriis tam ſanctam,,
contaminari Rempub. & ejus clariſſimum,,
nomen apud omnes nationes tanta turpitudi-,,
ne notari. Curate ergo,ut hæc fama quæ pul-,,
lulat opprimatur , & ne extra fines Poloniæ,,
evolet,providete. Nam ſi hoc neglexeritis,,,
cognoſcent finitimi Reipub. noſtræ gemi-,,
tus, & lacrymæ noſtræ permeabunt Ocea-,,
num. Dixi.,,

Oratio *Petri Zborowski* :

Petri Zborowski Oratio.

Quantas percipiamus moleſtias ex hac Rei-,,
pub. cauſa,neminem veſtrum ignorare arbi-,,
tror ; & certe nos, qui huic cauſæ omnium con-,,
ſenſu præfuimus,nihil curamus magis, quam,,
ut redire in gratiam cum equeſtri ordine poſ-,,
ſitis,& ut ſublatis omnibus diſſenſionibus in,,
concordia & mutua benevolentia vivamus,&,,
hanc adhibeamus diſciplinam , ut & vos pro,,
veſtris meritis gradus honoris & dignitatis,,
veſtræ retineatis : & nos libertatem noſtram,,
commodiſſime recuperaremus. At , dum ad,,
hanc rem omni conatu incumbimus,in ſuſpi-,,
cionem deſertæ cauſæ venimus. Quod multi,,
nos,adducti generis aut utilitatis ſpecie , re-,,
miſſius cauſam agere publicam putarent , im-,,
prudentiam noſtram accuſabant , quod nos aſ-,,
ſentiremus ; vos dedita opera rem protrahere,,
diutius,de bello nihil curare, lacrymis & pre-,,
cibus non commoveri, & breviter,nos vobis-,,
cum colludere, exiſtimabant : quorum nos a-,,
nimos licet graviter commotos , ita tractavi-,,
mus,ut & fidei noſtræ , quam illi in graviſſi-,,
mis cauſis habent ſpectatam & cognitam, o-,,
mnia tribuerent, & his, quæ a vobis diceren-,,

1537. ,,tur,crederent. Itaq; hoc perfecimus, ut vecti-
,,gal M.R.& vobis Magiſtratibus hoc equidem
,,modo, quo *Thaſzyki* diſſeruit, permitterent.
,,Itaque facite,ne quid de fide & diligentia ve-
,,ſtra ſuſpicari poſſint. Quod ita aſſequemur,
,,ſi ea pro quibus tanto ſtudio laboravimus, im-
,,petraverimus. Præterea,ne animi noſtri diu-
,,tius ſuſpenſi ſint, jam hodie nobis, cur hic
,,convenimus, cauſam oſtendite. Jam diutius
,,enim durare hic non poſſumus, lacrymis ſo-
,,ciorum & amicorum hinc ejicimur, quos re
,,frumentaria exhauſimus. Quo circa finem
,,jam his diſceptationibus noſtris imponamus,
,,& recuperata libertate, legibus ſalvis, conſti-
,,tuta Repub. de hoſte & bello cogitemus.
,,Dixi.

Cum jam *Thaſzycki* & *Zborowski* pe-
rorafſent, ſilentium eſt conſecutum. De-
inde cum unus in alterum oculos injiceret,
Senatores inter ſe capita conferunt. Quid
ad hæc nobilitatis poſtulata reſponderent, non
habebant. Nam adhuc dubitabant,utrum Re-
gia Majeſtas hoc modo vectigal ſibi concedi
vellet,& num ad ea, quæ ſibi ſtatim reddi no-
bilitas poſtulabat, ſatis paratus eſſet Regis a-
Senatus Regem rogat ſententiam. nimus. Quamobrem quosdam Senatores ad
Regem, qui tum in arce, quæ muro oppidi
cingitur, fuit,mittunt, ut quid ad ea reſpon-
dendum eſſet, Senatui diceret. Inter quos
princeps fuit *Spitko Tarnovius* Regni Poloniæ
Quæſtor. Interea dum illi redeunt Senatus
cum equeſtri ordine in æde Divi Franciſci
ſolliciti exſpectabant. Ubi tandem tempore in-
terjecto Senatores redeunt, & magna exſpe-
ctatione hæc reſponſa per *Spitkonem* refe-
runt.

ReſponſioRegis per Spitkonem Tarnovium. ,,Neminem eſſe in Repub. neque eſſe de-
,,bere, qui major patronus legum & diligen-
,,tior libertatis publicæ cuſtos ſit,quam Regia
,,Majeſtas; inde facile omnes intelligent;quod
,,Regia Majeſtas id nobilitati concedat,de quo
,,nuper inter Senatum & nobilitatem conve-
,,nerat. Et ut hoc grato ſuſcipiant animo R.
,,M. velle. Verum quantum ad vectigalia at-
,,tinet,hiſce ſe privari,æqvum ſibi non videri,
,,præſertim cum hoc multis Senatoribus teſti-
,,bus planum facere poſſit, ſibi illud vectigal
,,datum & ab omnibus conceſſum eſſe. Qua-
,,propter cum Regia Maieſtas, ea quæ ſemel
,,alicui dederit, nunquam poſtea revocet,æ-
,,qvum eſſe,ut ille quoque ea,quæ illi a Repub.
,,data ſunt,poſſideat. Graviter autem hoc fer-
,,re Regem, quod ſine cauſa alieno tempore
,,tantis afficiatur moleſtiis. De bonis vero
,,ademtis hoc tempore tranſigi non poſſe
,,reſpondit. Verum commodiori Reipub.
,,tempore omnia æqua ac legitima futura pro-
,,mittit. Quantum verò attinet tabulas acto-
,,rum,quas vulgo *Metricam* vocant, ita Regiæ
,,Majeſtati videri, ut quæ in ea continentur
,,autentica ſint, ſed deinceps nulla publica acta
,,ac decreta in eam referri. Summa Reſponſi
,,Regis hæc fuit.

Hæc cum nobilitas accepiſſet,ſubito exarſit, 1537.
ita,ut jam non,ut ante,murmuraret, ſed aſperis
Equites vehementer irritantur. clamoribus ſuum ſignificaret dolorem,ſe aper-
A te circumveniri; Regia voce libertatem tolli.
Cum enim nuper Senatus Metricam hanc,
quam metuebant omnes ut plurimum, nullam
habituram autoritatem promitteret, vix triduo
interpoſito omnia Senatus promiſſa Regia vo-
ce ſublata eſſe. Atque ita tota concio commo-
ta fuit,ut in circulis occaſum legum & orbi-
tatem Reipub. paſſim deflerent, nihil cum
Senatu ſtabile conſtitui, nihil ſe certi in
Repub. poſſidere, ſed omnes fortunas ſuas hac
metrica in dubium eſſe revocatas. Irritati er-
go denuo omnium animi, & quos preces &
Senatus benignitas placaverant, eos in tantum
Regis reſponſum exacerbaverat, ut veluti tur-
bulentum mare novis ventis commoverentur
violentius. Sic tum Nobilitatis animi, Sena-
torum prudentia aliquantum mitigati, denuo
B commoti erant. Re ergo in ſummam conten-
tionem adducta Nobilitas per *Thaſzycki* que-
Equites Senatum incuſant. ſta eſt vehementiſſime; "ſibi aperte illudi,,
cum Senatu nil poſſe certi ſtatui, cum id,,
quod decernerent, irritum redderet Majeſtas,,
Regia. Fruſtra ſe agere conventus, fruſtra,,
Senatum vocare, fruſtra ad Senatum de Re-,,
pub. referre. Cupere ſe,ut jam nobilitati o-,,
ſtenderet, quid de Repub. ſperaret, & quam,,
ob cauſam eſſent Regis literis ad hoc bellum,,
evocati.,, Senatus cum arderet invidia, preci-
bus, cum aliter non poſſet, flectere nobilium
Senatus Equites placare conatur. animos conatus eſt, "ne quid ſecus,quam o-,,
porteat, de benignitate Regia exiſtimarent,,,
rogabat. Se publicæ cauſæ Patronos apud,,
Regiam Majeſtatem futuros, Senatores o-,,
C mnes polliciti ſunt; craſtinam diem modo,,
exſpectarent, ut cauſa cum Majeſt. Reg. com-,,
municata in concilio benignius quam modo,,
nobilitati reſpondere poſſit.,, Quapropter,,
ſuſpenſi nova ſpe omnium animi, & Senatus
Quintus conventus intra urbem. eſt dimiſſus, & inde diſceſſimus. Poſtridie
mane convenerant in ædem Divi Franciſci, u-
bi Senatus tenebatur ad meridiem fere expe-
ctare multitudinem. Ubi cum conſediſſent
Caſtellanus Cracovienſ. ita ad nobilitatem lo-
cutus eſt.

Joannis Tarnovii Oratio. Tempore hoc toto, quo hae de re agi cœ-,,
ptum eſt,Senatores omni opera apud Majeſta-,,
tem regiam adniſi ſunt, ut preces & poſtulata,,
veſtra apud Majeſtatem Regiam locum ha-,,
berent. Heri graviter queſti eſtis,quod Sena-,,
D tus negligentius veſtram cauſam apud Maj.,,
Reg. ageret: Nos certe non ſolum hac ſuſpi-,,
cione, ſed alia quaecunque liberi apud vos eſſe,,
cupimus. Neque enim in hoc ordine aliquis,,
tam improbus inveniri poteſt, qui rem com-,,
munem aliquo fuco aut colore deteriorem,,
reddere velit; præſertim cum ita omnes leges,,
ſcriptæ ſint, ut nemo calumnia aut aliquo aſtu,,
his nocere poſſit. Idcirca ea omnia,quæ a Reg.,,
Maj. in tranſactis comitiis petebatis, & quæ,,
vobis Majeſtas ſua negaverat, ea omnia nunc,,
appro-

1537. „approbat, pro communi veſtro conſenſu, &
„petitionibus veſtris. At verò, cum res novas
„intuliſſetis, quæ longiore tempore & accura-
„tiore deliberatione egent, mirum non eſt, ſi A
„tanta nos afficiant ſollicitudine, ut conquieſce-
„re facile non poſſimus. Etenim res, quæ æter-
„nitatem ſuam habere debent, firma ini-
„tia neceſſe eſt habeant: in quibus conſtituen-
„dis, ſi hominum variæ ſunt mentes & ſenten-
„tiæ, minimè mirandum eſſe arbitror, cum de
„rebus magnis & præſertim novis, liberi ho-
„minum debeant eſſe ſenſus, & ut id, quicquid
„in deliberando profertur, boni & æqui conſu-
„lamus, & multorum prolatis ſententiis in eam
„potiſſimum deſcendamus, quæ nobis una ex
„multis & verior, & certior eſſe videatur. Ita-
„que hoc a vobis petimus, ne quid ſecus de no-
„bis, quam noſtra erga vos fides & ſumma be-
„nevolentia poſtulat, ſuſpicemini; ſed ita exi-
„ſtimetis de nobis, ut par eſt de his, qui & B
„dignitati Reip. & utilitati veſtræ quam maxi-
„me conſultum eſſe velint; præſertim cum
„hæc res nobis vobiſcum ſit communis, in
„qua nos ſine magno noſtro malo peccare nul-
„lo modo poſſumus. Quod verò poſtulata ve-
„ſtra attinet, cum eo approbante Senatu ea ita
„confirmat, ut etiam ea quæ in comitiis non eſ-
„ſent finita, hic ſuum ſortiantur effectum.
„Præter hæc ſunt etiam nonnulla, quæ etſi in
„legibus deſcripta non ſunt; verum quia ad di-
„gnitatem Reipub. pertinent, ea Regia Maj.
„non rejicienda putat, ſed inprimis admitten-
„da: ut eſt educatio Sereniſſ. Regis Junioris.
„Nam tametſi ſua Majeſtas putat, ſe ita edu-
„cationem filii ſui inſtituiſſe, ut ea Principe di-
„gniſſima eſſe videatur; tamen ſiquid adhuc
„corrigendum ſit, id communicatis conſiliis
„ſignificandum ſibi poſtulat. Studium verò C
„veſtrum, & ergs ſuam Majeſtatem hæc præ-
„clara voluntas R. M. gratiſſima eſt. Quantum
„vero ad limites, & ad alia hujuſmodi attinet,
„in quibus nobilitas injuriam ſibi fieri putat;
„etſi Regia majeſtas id fieri minime vellet;
„tamen ſiquid actum aut admiſſum ſit, id ſua
„Majeſtas emendabit. Quod vero ad vectigal
„attinet, de quibus rebus iam ſæpe inter nos
„diſceptatum eſt, quod a ſua Majeſtate intellexi-
„mus, id paucis referam. Regia Majeſtas ſic
„exiſtimat, omnia ſua vectigalia, omnes deni-
„que proventus Reipub. eſſe, quia in Rege tan-
„quam in capite Reipub. merito includuntur.
„Deinde verò cum ſemel id ſuæ Majeſtati da-
„tum & conceſſum ab omnibus ſit, id ſine cau-
„ſa adimi juſtum non videtur. Nam id ſuæ D
„majeſtati datum fuiſſe inde ſciri poteſt. Cum
„enim coacto in Piotrkow conventu R. M.
„totum Senatum juramento adigeret, ut libere,
„non oratum eſſe vectigal ſe meminiſſe fate-
„retur, hoc ita ſancte dixerunt jurati. Nam
„quod ejus rei nullam notam, nullas denique
„literas accepiſſet, hanc cauſam attulit. Si, in-
„quit, ejus rei literæ mihi accipiendæ erant,
„aut meo, aut illorum ſigillo eas communiri

oportebat. Si meo, poterat eſſe ſuſpicandi„ 1537.
occaſio, literas non Senatus, non Nobilitatis„
voluntate, ſed mea eſſe conſignatas. Præter-„
ea, res mali fuerat exempli, ſi Rex ſuo ſigillo„
quicquam ſibi tribuat. Eorum vero ſigillis„
opus non erat, cum præter uſitatam conſvetu-„
dinem ageretur. Itaque maluit juramento„
conſiliariorum eſſe contentus, quam fidem„
veſtram ſigillis in dubium vocare, ac rem ma-„
li exempli in Rempub. inducere. Præterea Re-„
gia Majeſtas ſic putat vectigalia multis æter-„
no tempore dediſſe ſe, & ſemel data nunquam„
revocare. Cur itaque quod a vobis ſemel da-„
tum eſt, & conceſſum, ademtum Reipub. eſſe„
velitis, cauſa non eſt. De pecoribus, quæ quiſ-„
que domi educat, & boum cenſum, qui voca-„
tur *Powoloſczyzna*, admittit R. M. liberum„
eſſe. Nam quod omnia nobilitatis mercimo-„
nia telonio liberantur, id jam non ad Rempub.„
ſed ad privatorum commoda videtur pertine-„
re. Neque enim negotiantur omnes, publi-„
cum vero id exiſtimatur, quod ad omnium u-„
tilitatem pertinet. Itaque hoc ut ſimus con-„
tenti, Regia Majeſtas poſtulat. De Metrica„
vero ſic ſua Majeſtas reſpondit: majores ſuos„
Patres, fratres hac uſos fuiſſe, in qua multa„
non ſolum, quæ ad privatas perſonas, ſed etiam„
quæ ad Rempub. attinebant, referebant, mul-„
ta illic ducatus Pruſſiæ, multa Mazoviæ„
deſcripta ſunt; quæ ſi caſſarentur, ruere hæc„
cum illis poſſent. At cum Respub. æqualita-„
te juris præcipuè contineatur, providendum„
eſt, ne hæc res aliis proſit, aliis noceat. Illo„
vero inani metu, omnes vos liberat, quod in„
bonis regalibus cognoſcendis aliquam auto-„
ritatem habeant ſigna, quibus regales poſſeſ-„
ſiones cognoſci poſſunt; ut ſunt bellicæ ex-„
peditionis onera, & alia multa, quæ bona re-„
galia eſſe indicant. Itaque curandum eſt, ut„
nemini noceat, at utilis ſit æque omnibus.„
Itaque ſua Majeſtas, quod ad privatorum bona„
attinet, ea uti non vult, ſed ex ea privatorum„
bona hæreditaria ne ſint, judicabuntur, ut in„
legibus eſt deſcriptum. Quantum verò hæc„
Metrica valeat, aut quid illi tribuendum ſit, id„
de communi Senatus ſententia & nunciorum„
in proximis ſtatuetur comitiis; & ne cui„
noceat, in omnes partes providebitur. Si„
enim ita providebitur, ut aliquid illi tribuatur„
æqvum eſt, illa uti; ſin minus, ſanè rejiciatur„
dummodo communis ſit omnium ſententia.„
Illud verò, quod poſtulatis, ut limites ea ra-„
tione fiant, qua poſtulaſtis, ſua Majeſtas re-„
ſpondit: etſi confirmatio Regia inutilis eſſe„
non poteſt, quin potius neceſſaria; tamen cum„
hoc ita placeat, negare ſe nolle, & hoc volun-„
tati cujusque permittit; ut utatur confirmatio-„
ne, aut non utatur ut voluerit. Hæc ſunt, quæ„
per nos a Regia Majeſtate impetrata vobis„
ſunt; de aliis verò, ut de injuriis privatorum„
de his exactiore cognitione opus eſt. Itaque„
hoc ad comitia proxima ſua Majeſtas rejici-„
endum eſſe putat; & præſertim de *Odrowaz*„

1537. ,,cui pollicita eſt ad conventum generalem
,,cognitionem cauſæ, & Dominus *Odrowaz*
,,reſpondit: ſe eſſe contentum. Quod rogatis
,,de nobis, ut vobis indicaremus, quam ob cau-
,,ſam huc convenimus, cauſa non videtur, cur
,,id quæraris. Nam id a biennio ſcitis, diſſolu-
,,tam eſſe provinciam, vaſtatos agros hoſtili in-
,,curſu. Hoſtis cognoſcit ab exploratoribus,
,,ſibi hoc tempore a nobis nihil metuendum
,,eſſe; de quo ut vindicta ſumi potuiſſet, co-
,,mitia præterita erant inſtituta; in quibus cum
,,de defenſione contra injuriam hoſtis præcipuè
,,deliberabatur, etiam ad extremum bellum de-
,,cretum erat. Itaque rogamus vos, memores
,,laudis & gloriæ, quam majores noſtri nobis
,,reliquerunt, deleamus iſtam maculam, ſupe-
,,riore amicorum noſtrorum calamitate nomi-
,,ni noſtro impoſitam. Verendum eſt, ſi inju-
,,rias noſtras hoc tempore perſecuti non fue-
,,rimus, ne cæteri ad inferendam nobis inju-
,,riam promtiores ſint. An neque vos illa com-
,,movent, quod cum magno gemitu hic deſi-
,,deamus, bona illorum exhauriamus, domos
,,exinaniamus, & hoſtilem in modum amicos
,,& fratres noſtros ſpoliamus? At fortaſſe ca-
,,lamitatem hanc æquiore ferent animo, ſi hac
,,re illorum ſaluti provideri poſſit, ſi ex hoſte
,,illorum & noſtro pœnas debitas ſumſiſſe nos
,,conſpexerint. Itaque hac in re, hanc adhibe-
,,te diligentiam moderationemque, ut ſeniores
,,prudentia ſua Reipub. conſulant: juniores
,,vero illorum ſequantur ſententiam; ita fiet,
,,ut domi Reſpub. optimè conſtituatur, & foris
,,ab hoſtium impetu fortiſſime aut ſaltem ut-
,,cunque defendatur. Dixi.

Quamvis autem Caſtellanus Cracovienſis tali orationis lenitate aſperitatem pridiani Regii reſponſi mitigare & placatiores Nobilitatis animos reddere laboraret: tamen cum Rex vectigalia poſſideret, metricam non abrogaret, ademta in præſentia non reſtitueret, ademtas multorum fortunas pernicioſo & inuſitato jure teneret; graviter eam rem Nobilitas tulit. Et cum anguſtiæ templi capere totam Nobilitatem non poſſent, ita ut commode audirentur orationes; in campo apud Divum Georgium de Repub. agi voluerunt, ut ita liberius & commodius omnes ſentire ac loqui de Repub. poſſent. Quamobrem ad tempus præſcriptum locum conventus conſtituerant, in quo ſoli, ſine Senatu, quid facto ſit opus in medium conferrent. Die itaque penultimo Auguſti in campum conveniunt, loca illa, quæ circa ſunt, maximo hominum concurſu complentur. Unde cum tanta multitudo adeſſet, ut commodè res tractari non poſſet, tota Reſpub. in provincias eſt diviſa, & electi ſunt ex ſingulis provinciis, viri conſilio & autoritate præſtantes, qui in æde Divi Georgii, excluſa multitudine, ſeorſim in illo receſſu de Repub. deliberarent, & ad ſingulas provincias quidquid decreviſſent, referrent, ut illorum decreta ſic demum rata eſſent, ſi autor populus fieret. Res biduo ſumma contentione acta eſt. Variè ſententiæ, variæ defendendæ Reipub. rationes inveniebantur. Quo tempore illa præclara & propria Polonorum laus claruit magis, nullas ita magnas injurias, nullum tam altum eſſe dolorem, qui hujus ſanctiſſimæ gentis a ſuo principe alienare poſſit animos. Nam qua moderatione animi & quâ fide in publico mœrore & communi omnium gemitu fuerint, facile oſtendit illorum plebiſcitum, quod ultimo menſis Auguſti ex campo recta in arcem inferiorem profecti, Regi obtulerunt. Quod ego latinè ideo non verti, ut oratio & virtus hujus ſanctiſſimæ gentis ex vernacula lingva cognoſci melius & intelligi poſſit. Sed jam hoc Plebiſcitum audiamus.

Nobiles ante urbem absq; Senatu conveniunt.

[*Cum Polonica hic inſeri ob characterum Polonicorum in typographeis noſtris defectum non potuerint, eadem latine ad verbum reddita exhibemus.*]

Nobilitatis Scitum per Generoſum Martinum Broniowsky Notarium terræ Leopolienſis.

Rex Sereniſſime atque Clementiſſime. De articulis, de quibus conveniri nos inter & Senatores & in Comitiis & hic loci non potuit, qua de re veniam a V. R. M. ut Domino noſtro clementiſſimo rogamus humillime, ſatis jam actum eſt cum Senatoribus per propoſitiones & declarationes. Nil aliud, quam damnum afferunt propoſitiones & declarationes & exactiones mire augent. In articulum de novo vectigali contra leges & immunitates noſtras nos ut fideles ſubditi V. R. M. ut legibus noſtris, libertati & privilegiis, quibus detraxit novum vectigal, ſatisfieret expeditius, conſenſimus ut V. R. M. illo uteretur quoad vixerit. Audivimus reſponſum V. R. M. inprimis per Caſtellanum Cracovienſem, nempe V. R. M. confirmatum id cupere contra jura & libertatem noſtram, neque in eo, quod conceſſimus, velle acquieſcere. Utrum id a nobis legatisque fuerit conſtitutum ex Statutis patet; in quibus de novo hoc vectigali refertur, id ſolummodo V. R. M. & Senatum auctores agnoſcere. Opponimus ipſi Statutum Regis Alexandri B. M. fratris V. R. M. cap. XV. Et quia id a V. R. M. & a Senatu modo, ſine nobis noſtrisque legatis eſt conſtitutum, neque nos in id conſenſimus, etiam illud pendere non tenemur, nec id a nobis, nec a ſubditis noſtris exigi poteſt. Qui vectigal hoc imperavit, id imperavit ſubditis ſuis, non nobis noſtrisque ſubditis: ſicut id cognoſcere licet ex Statuto iſto, quod vectigal per V. R. M. & per Senatum V. R. M. non debeat exigi, niſi a ſubditis V. R. M. & a Senatu: id quod etiam ſuperioribus factum eſt comitiis, cum V. R. M. cum Senatoribus vectigal conſtitueres & imperares ſuis ſubditis, quod etiam ſoli ſubditi V. R. M. dant, nosque pendere non tenemur, ſaltem ſecundum jura, Privilegia & immunitates noſtras. Statuto iſti novo de transgreſſoribus *atroci & ſevero, quod a V. R. M. & a Senatoribus latum eſt per nos & legatos noſtros ut ratum habere-*

1537. haberetur, uolumus nos ipſos noſtroſque ſubditos ſubjicere ac ſi id in nos & per nos foret latum. Item quod ad Metricam attinet, quemad- A modum a V. R. M. Domino noſtro clementiſſimo petiimus vt authentica non foret vt antea, nec ullius noſtrum bona a V. R. M. redderentur dubia, neque litera in præjudicium cujuſquam ſcriberentur, ita id etiam a V. R. M. nobis jam eſt per Caſtellanum Poſnanienſem promiſſum, vt, ſicuti petiimus, V. R. M. jam conſtituerit, ne Metrica vlterius haberetur pro authentica: de quo V. R. M. gratias tum diximus. Verum nunc denuo ex reſponſo nobis reddito intelligimus V. R. M. rem iſtam de Metrica ad Comitia differre velle. Graue id videtur incommodum nobis fidis V. R. M. ſubditis, quod res iſta ad finem perduci hic non debeat, cum facile definiri queat, imo jam terminata fuerit pro- B miſſo & ſententia Regia V. R. M. Nam ſi hæc Metrica autoritatem habere debeat, erit ea diſpendio juribus, privilegiis & immunitatibus noſtris. Non rogamus vt V. R. M. eam velit abolere, quia V. R. M. eſt neceſſaria ad res Pruſſicas & Mazowicas & ad prouentus Regios, ſed vt V. R. M. ea non velit vti, ſicuti fecerunt antehac parens & frater V. R. M. Nam alteri expediuntur literæ, alteri minime, cujus rei fecimus experimenta vice plus ſimplici. Dignitates & officia Regni quod concernit, rogauimus vt mandarentur ſecundum jura & immunitates noſtras in Comitiis generalibus & quæ quis tenet contra leges & privilegia vt iis cedat juxta hunc articulum. Senatoribus, Conſiliariis, antiquiſſimo nobis amicitiæ vinculo junctis id indulſimus vltra ju- C ra & privilegia noſtra, vt gradus honoris & officia, quæ contra jura obtinent, retineant vita illorum ſuperſtite aut ad exceſſum Regis; quibus ſtetiſſemus promiſſis, ſi immunitatibus noſtris privilegiiſque iis in rebus, vbi iis detractum fuit & in fraudem earum actum, ſatisfactum eſſet, vt nempe Senotores eo avidius & ardentius pro executione legum noſtrarum ſuarumque intercederent apud V. R. M. Sed cum non videamus neque aſſequi mente poſſimus quæ cauſa ſit Senatoribus, cur executioni legum noſtrarum non invigilent, prætereaque negotia nuſpiam expediantur, animus eſt etiam non ſecedere a juribus & privilegiis noſtris, quæ his obſtant promiſſis. Venimus ad ea quæ commiſſa ſunt contra privilegium Vladiſlai Iagellonis, quod nemini Ducum & ex genere Ducali ea- D ſtra, & deſcendenti civitates pro tempore & in ævum non conferemus. Regina Sereniſſima redimere vult bona V. R. M. arces & vrbes, & poſſet ea ſibi retinere quanquam non in ævum, tamen quoad vivet vt audivimus: id tamen juribus & privilegiis noſtris directe aduerſatur, quod ipſius R. M. ea velit retinere quoad inter mortales ſuperſuerit. Non ſine cauſa hæc lex a maioribus noſtris & a maioribus V. R. M. eſt conſtituta. Fortaſſe magni viri principeſque perſonæ valde diuexati fuerunt a majoribus noſtris viciniſque ſibi æqualibus & magis affecti forte injuriis cum inſigni dolore rerumque ſuarum diſpendio bona ſua relinquere & negligere ſunt A coacti; alius in favorem cujuſpiam, alius ob egeſtatem, alius verecundia ductus, vel quod rerum ſuarum nullum videret facturum ſe compendium. Oramus itaque precibus humillimis, vt antehac etiam petiimus, ne Regina Sereniſſima vllum deinceps redimat fundum, vtque id, quod jam emerit, relinquat V. R. M. & V. R. M. id retineat, Capitaneique poſſeſſionati vt alibi præficiantur. Nam poſt mortem Reginæ Sereniſſimæ multa poſſent oriri incommoda in Republ. quod quilibet facile mente concipere poteſt, per alienationem juris alicujus perſonæ. 1537.

Multa alia leges & privilegia ſunt, Rex Sereniſſime, & Clementiſſime, quæ executionem B requirunt, de quibus monuimus & in Comitiis & hic a tempore non exiguo; quemadmodum etiam nihil agimus aliud, quam quod ſcribimus atque cum reuerentia ſententiam noſtram declaramus. Simpliciſſimus autem idemque ætate minimus, ſi modo loqui ſciret, ea caperet quorum nos ignaros eſſe cupiunt. Nolumus pacta vlteriora reſponſaque multiplicare prius quam cuilibet quæſtioni debito modo fuerit reſponſum. Id vnum ſaltem nos ſubditi fideles V. R. M. humillime rogamus vt jura & privilegia noſtra omneſque immunitates integra nobis conſeruentur & defendantur. Nam multa nobis infertur vis & injuria juris defraudatione per capitaneos, publicanos aliosque præfectos V. R. M. & Senatorum V. R. M. Rogamus & C obteſtamur, vt vi fiat juſtitia, prætereaque ne vlterius cum his malis conflictari cogamur. Oramus itaque V. R. M. vt V. R. M. velit nos contra has injurias & afflictiones defendere, neque permittere, vt iſta nobis accidant contra jura & privilegia noſtra. Jura enim noſtra ita præcipiunt, nos iis, qui contra jura noſtra poſſident quicquam, aut committunt, nullam debere obedientiam. Ad Conventum generalem quod attinet, quem inſtituere V. R. M. placuit, quemque nos vt fideles ſubditi V. R. M. obedientia ducti celebrauimus, V. R. M. vt Dominum noſtrum Clementiſſimum, quemque pro Domino noſtro agnoſcimus, rogamus, vt V. R. M. nobis velit aperire atque ſignificare, num V. R. M. hoſtes in Regno habeat expeditionemque facere velit: nos jam dudum D fuimus parati, ituri cum V. R. M. ſi pecunia nobis detur in vrbibus præcipuis provincialibus, quod V. R. M. non fecit; nihilominus nos vt ſubditi obedientes nos huic negotio ſubtrahere nolumus promtiſſime ituri cum V. R. M. ſi hic V. R. M. pecuniam ſolvere nobis voluerit ſecundum privilegia noſtra. Igitur V. R. M. rogamus, ne nos vlterius morari velis, verum id facere, quod V. R. M. placet. Nam non ſumus obſtricti, ſecundum leges & privilegia noſtra hic commorari tanto noſtro & eorum in quorum fundis conſtituti ſumus, diſpendio, petimusque V. R. M. vt tandem his rebus V. R. M. finem

1537. *ſinem imponere velit. Nam nos quidem nullos amplius conuentus inſtituere volumus, ſed juribus & privilegiis noſtres inſiſtemus, nec vlla in re ab iis ſimus diceſſuri.*

Hoc Plebiſcito Regi dato non videbatur conſultum, vt ſine deliberatione Nobilitati reſpooderetur. Quo circa reſponſum dilatum eſt. Itaque ad diem ſeptimam res in Senatu agitata eſt. Ad extremum vocata multitudine & Rege in gradibus, quibus ad illius arcis particulam ſcanditur, ſedente, Caſtellanus Cracovienſ. Regiæ Majeſtatis nomine ita exorſus eſt:

Reſponſio Regis per Jo. Tarnovium.

„Neminem eſſe arbitror, qui ſine cauſa rem ſæpius exagitatam repeti & iterari putet: quod ob aliam cauſam ſua Maieſtas facit, quam vt omnes ſuſpiciones non bene adminiſtratæ Reipub. fugiat. Et hoc vnum ſua Maieſtas ſemper ſtuduit plurimum, vt in cuſtodienda & augenda Repub. Regum eorum, qui ante ſe regnauerunt, inferior eſſet nemine. Multis enim tum bellicis tum domeſticis laudibus ita juvit Rempub. vt nulla in ra neque domi, neque foris, regalis ſapientia & defendendæ Reipub. diligentia digna tanto Rege, deſideraretur. Quod cum ex aliis multis, tum vel ex hoc colligi poteſt, quod non morbus, non infirmitas retardare poterat, vt aliquando eius in Repub. opera & cura deſideraretur. Sed in lectulo ægritudine correptus jus dicebat; ita vt nullum tempus in Repub. eſſet, in quo regium officium deſiderari aut requiri poſſet. Hac mente ſicut ſemper in Repub. fuit ab initio, ita in eadem ad finem Imperii ſui permanere voluit, vt animos ſubditorum benevolentia & æquitate imperii ſibi adjungeret. Quid enim aut Regali Celſitudine aut ſubditorum commodo aptius eſſe poteſt, quam æquitate Principis & ſubditorum obſeruantia, vtrinque conciliata beneuolentia? In hac ſententia Maieſtatem Regiam cum omni retro acto tempore, certum eſt perſeveraſſe, tum hoc præſenti maxime. Nam cum quædam præteritis ſua Maieſtas temporibus vobis permiſit, nunc etiam quantum ratio temporis, & legum autoritas permittit, inprimis vobis ſatisfacere cupit; vt ita quiſque facile intelligere poſſit ſuam Maieſtatem legibus gubernare Rempub. legum ſe patronum & defenſorem profiteri. Quod vt liquido apud omnes conſtare poſſit, ſua Maieſtas, quæ poſtulata veſtra fuerint, quæ deinde a ſua Maj. impetrata breuiter & aperte vobis referre juſſit.

I. Primum Poſtulatum veſtrum fuit, quod Rege Poloniæ mortuo denunciatio Interregni vniverſalis fieret more maiorum, vt eo modo omnes & Regem mortuum eſſe intelligant, &, quem in locum mortui ſufficere vellent, cogitent. Hoc cum de Repub. & ad publicam dignitatem pertineat, ſua Maj. approbare dignata eſt.

II. Præterea inſolitis exactationibus vos onerari in villis & oppidis queſti eſtis; & alias reſponſum fuit, priuilegia, quibus id liceret, cognoſci oportere; tamen hac re Maieſtas Regia tam diu vos liberat, quam diu in comitiis proximis, quomodo id fieri debeat, cognitum fuerit.

III. Illud etiam poſtulatum eſt, ne moneta diutius in Ruſſiæ provinciis cudi permittatur, & quæ vbique excuſa ſit, quam proba ſit, examinetur. Regia Majeſtas jam cudi eam vetuit, & eam, quæ excuſa eſt, probari juſſit; vt inde facile, quæ proba, quæ improba fuerit, sciri poſſit.

IV. Quantum vero ad illud pertinet; ne cui niſi jure victo bona adimantur; id cum juſtitiæ ratio & legum ſanctio poſtulet, ita ſua Majeſtas fieri promittit.

V. Illud vero, quod ad redimendum bona regalia attinet, ita placet, vt non niſi datis & numeratis pecuniis bonorum fiat ceſſio.

VI. De citationibus ita rectum eſſe videtur, vt in qua prouincia Majeſtas Regia fuerit, in ea legitime fiant, modo ab hac conſtitutione comitia fiant libera.

VII. Quod a Regia Majeſtate petiiſtis, vt res, quæ ſpirituales, quæ ſeculares fuerint, clariſſimis notis & ſignis deſcriberentur; videtur Regiæ Majeſtati, hanc rem egere cognitione accuratiore, quare ad comitia proxima rejicienda eſt.

VIII. Petiiſtis etiam, ne aliqua contrarietas in noſtris legibus ſit; etſi hæc legum natura ſit, vt vna non deſerat alteram, tamen ne aliqua ſit in jure ſuſpicio, ſua Maieſtas providebit.

IX. De Abbatiis vt Polono nobili aut Polono ſaltem, ſi nobilis defuerit, conferantur, ſua Majeſtas id confirmat & approbat.

X. Scribæ terreſtres vt ſecundum quod lex jubet ipſi in judiciis & actis publicis interſint, æquum eſt; vicarios autem habeant bonos viros, nobiles poſſeſſionatos, ita Regiæ Majeſtati, vt petiiſtis placet.

XI. Sæpe hoc in Comitiis, ſæpe in Senatu agitatum eſt, nunc etiam commemoratum: Prælatos & Sacerdotalis ordinis homines expeditionibus bellicis teneri. Hæc res na illorum jura & privilegia violet, conſiderandum eſt. Itaque hac de re nihil certi ſciri poteſt, niſi prius immunitates ſpiritualium, quales fuerint, cognoſcantur.

XII. Præterea iniquum vobis videtur, bona ſecularia adtribui ſpiritualibus; quare ſua Maj. hac in re ita, vt vultis, ſtatui juſſit; vt ſi ſpiritualis bona ſecularia poſſideat, jure ſaecularium expeditiones bellicas obeat, & ſi abſens fuerit, illa amittat.

XIII. Fraternitates quas *Cechy* vulgo appellant, in præſentia dimittere æquum eſt, cum de his non cognitis illorum priuilegiis nihil ſtatui poteſt.

XIV. Latitudo viarum & deſcriptio vt fiat in

1537. in oppidis & ciuitatibus, mandatum eſt, & in conventu mandabitur amplius.

XV. De captivo Nobili in oppido, ſi Capitaneus cum civibus non conſenſerit, vt Is in caſtro detineatur, & liber ſit a civili carcere, atque ea pœna puniatur, quam Regia Maj. decernet. Nam quod petiris, vt ſi a Maj. Regia fuerit cognitum, innocentem eſſe captum, vt cives temeritatis luant pœnam, in hac re conſiderandum eſt, ne audaciſſimis hominibus quidvis faciendi licentiam demus, & hac ratione illos ad omne nefas armemus. Itaque deliberandum eſt, ne ebrii & intemperantes homines hac ratione audaciores fiant. Quare in comitiis amplius deliberandum eſt, vt hæc res proſit omnibus, noceat nemini.

XVI. Quantum vero ad literas Pruſſiæ & ducatus Zatorienſis & Oſwięcienſis pertinet, vt illi quoque nobiscum expeditiones bellicas obeant: hac in re nihil ſua Majeſtas ſtatuare poreſt, niſi prius cauſa illorum cognoſcatur, quare ſibi hanc immunitatem vendicant.

XVII. Inhibitiones in judiciis ne fiant, id ita placet, vt non dentur, neque ſernentur, & ſi cui conceſſæ fuerint, ne judex iis teneatur.

XVIII. De Mulieribus nobilium & Ignobilium ne in oppidis judicentur, ſed in jure noſtro, id placet.

XIX. Vt Palatini fungantur ſuo officio, Magiſtratus ita, vti præſcriptum adminiſtrent: Regia Majeſtas hoc idem vult. Quodſi noluerint, citentur ſecundum quod ſtatuto cautum eſt.

XX. In conventu generali, ne quid noui ſtatui ſine autoritate Senatus & Nunciarum terreſtrium poſſit, ſuæ Majeſtati placet.

XXI. De Vice-Cancellario & Cancellario eligendo in proximo conventu ſtatuendum eſt.

XXII. Quod poſtulatis ne plebei in Eccleſiaſticos ſtatus & dignitates admittantur, conſentit Regia Majeſtas.

XXIII. Ciues bona terreſtria poſſideutes ita ſua Maj. Regia poſſidare vult, vt mortuis illis hæredes bona illa nobilibus vendant infra biennium; quod ſi facere neglexerint, illa amittant.

XXIV. De Vectigalibus ſiue Teloneo ſatis jam dudum dictum eſt, qua ratione id ſua Majeſtas poſſideat. Vos contenti eſſe debetis, vt pecora & armenta cura veſtra educata absque tributo, quod *Powoloſczyſna* vulgo dicitur, ſint libera.

XXV. De Magiſtratibus & officiis, vt petiiſtis, ita ſuæ Majeſtati, vt in conventu generali conferantur, placet. Sed hoc in ordine ſpiritualium, ut recte fiat, providendum eſt. Nam aliquo ſpirituali mortuo, quatuor menſes ſua Majeſtas ad conferendum liberos haber, quibus exactis Pontificis Maximi in conferendo jus ſuccedit. Quare verendum eſt, ne propter diuturnitatem temporis, quo comitia abeſſent, beneficia externis hominibus a ſummo Pontifice conferantur.

XXVI. Extraneos & peregrinos ha & arces & oppida quæ poſſident, ſua Majeſtas poſſidere permittit, vt demum illis ipſis mortuis, nulli peregrino id liceat. 1537.

XXVII. Judæi in oppidis Nobilium degentes a Palatinorum jure ſint liberi & Priuilegio communi vti illis, ſi velint, ſit liberum.

XXVIII. De Terminis agrorum, quos vulgus *Graniciet* vocat, ſit ita, vt vultis, confirmatum; tali modo, vt ſit in arbitrio cujusque vti, vel non.

XXIX. De *Metrica* illud ſuæ Majeſtati placuit, vt nullius deinceps bonis hæreditariis noceat, neque in bonis regalibus cognoſcendis aliquam autoritatem habeat. Verum cum multi ſint, qui eam abrogandam, multi qui retinendam cupiant; in iſta animorum diuerſitate, quid ſtatuendum ſit, videre difficile eſt. Itaque ex Repub. eſſe videtur, vt id ad comitia rejiciatur, ibique de conſenſu omnium ſtatuatur, quid illi tribuendum & quid derogandum ſit.

XXX. De bonis Reginalis Majeſtatis, contra Privilegia & ſtatuta noſtra ea a ſua Majeſtate poſſideri vobis non placet. Regiæ Majeſtatis hæc bona ſuam Reginalem Majeſtatem, vita illius ſuperſtite, poſſidere vult; qua defunctæ ad Rempub. devolui & regno reſtitui dubitare nemo debet. Nam ſi hoc Majeſtati ſuæ non licebit, vtiliusne Reipub. fore putatis, ſi pro his bonis quæ habet, in Italia bona potius, quam in Polonia ſibi compararet? vos ſtatuite. Quæ res ne alicui, noceat, ſic ſua Majeſtas cauit, vt his bonis poſſeſſionati capitanei præficiantur. Quantum ad arces pertinet, quos Reginalis Maj. poſſidet, omnibus præfecti ſunt hi, qui in nomen Regiæ Majeſtatis juraverunt, & de eius nomine illas arces poſſident.

XXXI. Referendarii non judicabunt amplius, ſed tamen cum opus fuerit, querelas audient; Spirituales iterum a ſecularibus abſtinebunt judiciis, niſi forte cauſa illis pro aliquo ſpirituali in judicio dicenda ſit.

XXXII. De *Cortiſanis*, in hos nova pœna ſtatuenda non eſt, ſed veteribus legibus temeritas illorum coërcenda.

XXXIII. Penſiones ſine conſenſu Patrum raras fieri ſua Majeſtas aſſenſa eſt; ſi vero qui fuerint, qui contra fecerint, in eos lege Cortiſanica vt advertatur, æquiſſimum eſſe videtur.

XXXIV. Privilegia bonorum hæreditariorum quisque, cum ita opus fuerit, exhibebit, quod in ſtatuto præſcriptum eſt.

XXXV. Præterea quod poſtulatis, vt in comitiis ſingulis hebdomadis duos dies ſucceſſivos habeat Regia Majeſtas, quibus cauſis & privatorum controverſiis præſit Regia Majeſtas; id ita ſe facturum promiſit.

Hæc ſunt quæ veſtra poſtulata ad Regiam Majeſtatem fuerunt, partim in veteribus præſcripta legibus, partim nova. In quibus omni-

1537. ,,bus ea æquitate animi fuit Regia Majeſtas,
,,vt aut omnia veſtro arbitrio permiſerit, aut
,,pauca excepta ita moderatus fuerit, vt eorum A
,,partem cum ſibi ſumeret, eam etiam ipſam
,,concederet; vt hac ratione, ſeditiones de
,,medio tollantur, & vos ſibi omnes beneficen-
,,tia hac Regia liberalitateque coojungeret.
,,Et ſi quis æquus judex, & cui publica tran-
,,quillitas & amor cordi eſt, rem ſecum dili-
,,gentius reputare voluerit, inveniet profecto,
,,nihil a ſua majeſtate Regia prætermiſſum,
,,quod dignum optimo Rege, & benigniſſimo
,,Principe eſſe videatur. Vobis etiam con-
,,venit, tantam erga vos benevolentiam gra-
,,tumque Principem veſtrum complecti a-
,,nimo. Veniat vobis io mentem majorum
,,veſtrorum, qoi eam libertatem, qua nonc
,,fungimur, ea jura qoibus nunc vivimus,
,,omnia fide, benevolentia, cura à Regibus Prin- B
,,cipibusque ſuis obſervaverunt. Teſtatur hoc
,,Privilegium *Ludovici*, alias *Loys*, in quo
,,eam, quam nuoc habemus libertatem ma-
,,joribus noſtris dedit. Ait enim ſe ob ſingu-
,,laria in Rempub. majorum noſtrorum me-
,,rita, & in ſe liberalitatem illam dare in fœ-
,,dus & teſtimonium erga gratos ſubditus. Re-
,,galis munificentiæ ſempiternum. Sed quid
,,vetera rapeto? Patrum memoria *Jagello* Rex,
,,Auus Sereniſſimi Domini noſtri, multis con-
,,ceſſis priuilegiis, ſingularem majorum no-
,,ſtrorum erga ſe teſtatus eſt fidem. Quare,
,,cum tot eximia ſunt, quæ nobis majores no-
,,ſtri pro documento reliquerunt; turpe oo-
,,bis videri debet, ab illorum coofuetudine diſ-
,,cedere, ſed glorioſum & vtile ſit domeſticis C
,,admoniti exemplis, fide debita ac perpetua
,,benevoleotia, & nos priocipi, & nobis prin-
,,cipem conjunxerimus. Cuius rei cupidiſ-
,,ſimam ſuam Majeſtatem ſemper fuiſſe nemo
,,ambigere debet. Quid ille a vobis invitis
,,extorſit? Quid eſt, quod ille nobis rogan-
,,tibus ſibi ſumſerit? Sic toto ſui tempore
,,Regni vixit, ſic ſe erga vos geſſit, vt beni-
,,gnitate potius quam imperio vteretur. Te-
,,ſtis eſt nudius tertius ſuæ Majeſtatis ad vos
,,de defendenda Repub. relatio. Nihil per ſe
,,ſine voluntate veſtra agendum putavit; ſed
,,rem omnem ad vos detulit, voſque auto-
,,res & principes hujus conſilii eſſe voluit.
,,Com enim hoc anni tempore opera veſtra
,,communi ſe Rempub. juvare ita commo- D
,,de non poſſe videret, oeceſſario alia defen-
,,dendæ Reipub. ratio invenienda eſt. Nam
,,re infecta domum diſcedere, videte, quan-
,,ta infamia, quam deoique vobis peroicio-
,,ſum ſit! Verendum enim eſt, ne ſi in hoc
,,bello nulli fuerimus, reliqui nominis noſtri
,,hoſtes contra nos audaciores ſint. Audiſ-
,,tis, quæ jam excurſionibus in montanis acta
,,ſunt; multæ villæ domino *Stadnicki* exu-
,,ſtæ, multæ populatæ ſunt. Itaque Valachus
,,exuſſit Prouinciam, vaſtauit agros fratrum

& amicorum noſtrorum; nos hæc conte-,, 1537.
mnimos, hæc æquo aoimo feremus? Si idem,,
A Pruſſiæ, idem Poloniæ accidat, negligemus?,,
Verendum profecto eſt, ne ſi ita omoia con-,,
temnimus, ſimol & omnia amittamus. Si,,
enim initiis oon obſtiterimus, poſtrema quo-,,
modo defendemus neſcio. Quare Regia,,
Majeſtas Deos hominesque, vos denique ipſos,,
teſtatur, ſe nulla in re deeſſe oeque defutorom,,
Reipub.; monet præſens, & omnes calamitates,,
ioimicorum demonſtrat, quæ quo mious de-,,
pellantur non per ſe ſtetiſſe; quibus id ra-,,
tionibus fieri poſſit, ſe oſtendiſſe. Etenim,,
memoria tenemus bello Pruſſico, cum exer-,,
citus ejus regno collectus amplius durare,,
propter anni tempus non poſſet, tributo per,,
nos conceſſo & imperrato pecuniario Rem-,,
pub. eſſe defenſam. Nunc etiam quid expe-,,
B ctamus amplius? An vt omni nudatam Pro-,,
vinciam præſidio relinquamus? Nihilne,,
vos gemitus fratrum, nihil infamia nominis,,
mouet? quæ dolenda vobis profecto eſt, ſi,,
quid eſt vobis patriæ virtutis & ordinis; Ne-,,
que illud dici poteſt, vos iniquitate imperii,,
Regii ad extinguendum incendium tardiores,,
eſſe. Si enim ſua Majeſtas ſemper. vt vim,,
inſerret nemini, laboravit, ſed ea taotum po-,,
tentia vteretur, quam illi & lex & mos ma-,,
jorum dabat; hac mente eum ſemper fu-,,
iſſe & eſſe velle, vt vos omnes ſciatis & cæ-,,
teris, qui abſunt, narretis, poſtulat. Quod,,
ſi quis tam iniquus, tam impius inveniatur,,
qui turbare Rempub. alieoare ab optimo,,
principe animos ooſtros non dubitet; vide-,,
C at quid agat, quid inceptet conſideret. Quid,,
enim noo faciatis, qui omnem conjunctio-,,
nem & neceſſitudinem, qua vobis princeps,,
vos principi coojuncti eſtis, violare aude-,,
at? Hæc vos cogitate, hoc vt fiat provide-,,
re æquam eſt. Nullum enim Regis com-,,
modum, nullum ſubditorum malum pri-,,
vatum eſt. Sic enim in bene conſtituta Re-,,
pub. omnia coooexa ac conjuncta ſunt, vt,,
quicquid partem in vnum accedat, id in al-,,
teram redundet, neceſſe eſt. Monuit nuper,,
ſua Maj. hoſtem erectum victoria & diſſen-,,
ſionibus noſtris confirmatum imminere to-,,
ti Ruſſiæ; quem vt armis pellatis, fratres,,
& amicos veſtros ab iocendio & vaſtitate,,
aliquando liberetis, ſua Maj. diligenter ad-,,
D hortata eſt: Cujus rei ſpes nulla eſt in hac
pecuoia ciuitatibus ab oppidis a ſua Maj.,,
imperata. Nam hoc ſtipendium magnum,,
exercitum alere non poteſt. Tria millia, quin-,,
genti pro defenſione Reipub. conſcripta ſunt,,
quibus hæc pecunia per novem menſium,,
ſpatium ſufficere non potarat; ita vt de,,
ſuo quoque triginta millia Regalis ſua Maj.,,
addere coacta ſit. Quare moveat vos fratrum,,
noſtrorum miſeria, moveat impendens con-,,
ctæ Ruſſiæ calamitas: & cum omnes nuoc,,
ſubvenire labefactatæ Reipubl. commode
non

1537.

„non poteſtis, aliquid ſaltem conferatis, quo Respub. defendi poſſit. Neque id a vobis pro imperio ſua Maj. exigit, ſed hoc totum, ut cum gratia a vobis impetret, poſtulat. Illud verò, quod ad crimen læſæ Maj. pertinet, paucis accipite. Iniqvum vobis videtur, vos Juri Cæſareo, præſertim cum veſtras leges habeatis, aliquibus in rebus ſubjacere; etſi id quidem verum ſit, in illo ipſo Jure eſſe ſummum jus & ſummam injuriam; tamen ita, ut vultis, ſua Maj. aſſenſa eſt. Nam & nos leges habemus, in quibus de crimine læſæ Maj. diligentiſſimè cautum eſt; quæ minime abrogatæ ſunt, & præterita crimina latis jam legibus, non ferendis, puniuntur. Si verò poſtea videbitur, ut illis aliquid derogetur, id de communi omnium conſenſu ſtatuendum erit. Queſti eſtis, multos Palatinos, plures etiam Caſtellanos in hâc expeditione deſiderari: Regia Maj. ita reſpondit: Quicunque domi manere juſſi ſunt, eos non ſine juſta & legitima cauſa manſiſſe. Nam cum nunc omnes domo abſimus, providendum erat, ne Respub. & in aliis partibus aliquod detrimentum caperet. Si qui vero ſunt, qui ſine privilegio & Regiæ Maj. conſenſu in hâc expeditione non ſint; cauſa non eſt, cur non ſecundum leges in eos adnimadvertatur. Hæc ſunt, quæ vobis referre Regia Maj. juſſit.

Equites ſecedunt & de reſponſione deliberant.

Cum finem dicendi Caſtellanus Cracovienſis feciſſet, Nobilitas a Rege poſtulat, quo concedat, Nobilitatem ſecedere, & quid ad hanc rationem reſpondendum ſit, deliberare. Quod cum Regia Maj. conceſſiſſet, inter columnas, quibus fons Monaſterii illius cingitur, conſederunt. Quo in loco quibus modis exagitata res ſit, referant alii; mihi ſatis eſt, quæ publicè ad Regiam Majeſtatem reverſi, qui in loco ſupra dicto operiebatur, dixerunt, ea referre. Quare *Splawski*, cui negotium cum *Thaſzycki* datum erat, ut Nobilitatis nomine ad Regem loqueretur, ſic incipit.

Oratio Splawski nomine Equitum.

„Etſi, Sereniſſimè Rex, per magnificum Caſtellanum Cracovienſ. nudius quartus Majeſtas tua denunciare dignata eſt, quod terere tempus deliberationibus & hujusmodi controverſiis non velit; tamen videmus, novam rem in conflictationem adductam eſſe, nempe ut de defendenda Repub. deliberaremus. Nos, ut ſæpe Maj. Tuæ retulimus, illius aliam neſcimus rationem præter hanc, ad quam hic decreto Majeſtatis Tuæ convocati ſumus. Proinde obnixè petimus, ne diutius Majeſtas Tua nos hic deſidere patiatur, & nobis hodie, quid tandem facto opus ſit oſtendat; cum durare diutius hic nullo modo poſſimus. Quantum verò ad poſtulata noſtra attinet, quibus Majeſtas Tua pro ſingulis ſua ergo nos ſubditos fideles clementia, benigniſſime aſſenſa eſt, ingentes agimus & habemus gratias. Illa autem, quæ Majeſtas Tua ad conventum generalem rejicienda cenſuit, quæſumus, ne & his aliqua fiat dilatio. Nam nos ab illo ſcripto noſtro quod Majeſtati tuæ nuper porreximus, nullo pacto diſcedere volumus. Habet in illo Majeſtas ſua totam ſummam deſcriptam, & concluſam; quam ut clementia & gratia Majeſtas T. excipiat, rogamus. „

Oratio *Nicolai Thaſzycki.*

Nic. Thaſzycki Oratio ad Regem nomine equitum habita.

„Intelleximus, Sereniſſime Rex, ex Domino Caſtellano Cracovienſi, quo animo & qua clementia erga nos ſubditos tuos Tua Majeſt. ſit; a quo nemo diſſentit. Fatemur enim laboribus, ſumtibus, conſiliis ſuis adjutam & ſemper conſervatam Rempub. Quamdiu hoc Regnum ſteterit incolume, tam diu in illud tuæ Majeſtatis immortalia exſtabunt beneficia. Illuſtraſti regnum, auxiſti Rempub. nos ita ornaſti, ut in hâc re omnes, qui unquam regnarunt, facile viceris. Quare, quod ea dignitate, eâque gloria apud omnes gentes ſumus, hoc tibi debemus, hoc tibi acceptum ferimus. Verum enim vero qua Tu in nos & in Rempub. propenſione animi fueris, tales nos ſemper etiam præſtitimus; in quibus Tu merito omnes vires Regalis munificentiæ Tuæ oſtendere poſſis. Quæ bella unquam, tam aſpera, tam periculoſa geſſiſti; quis hoſtis tam potens bello Te laceſſivit, in quo Tu fidem, laborem, conſtantiam denique noſtram ſingularem non cognoveris? Teſtis eſt Valachia, quam tu gravi & difficillimo bello afflictam, virtute & armis noſtris tibi ſubjeciſti. Teſtis eſt Pruſſia, quæ, qua erga Te fide & obſervantia fuerimus, experta eſt. Multa præterea & diverſa genera bellorum facile declarant, & tuam erga nos præſtantem clementiam, & noſtram erga te fidem excellentiſſimam. Nam quod Magnificus Dominus Caſtellanus virtutem majorum noſtrorum ſingularibus ornaverit laudibus, meritò ille quidem; ſed nos inferiores illis nunquam, ſed pares & virtute & animo fuimus. Et ut unum ex multis proferam: Pruſſiam præter leges & majorum inſtituta, ſumtibus militiæ, noſtris denique corporibus tutati ſumus. Quod cum faciebamus, non Prutenis, ſed tibi Domino noſtro, præſto fuimus; Te armis cervicibusque noſtris, obliti legum Patriæ noſtræ ac libertatis, in eo bello defendimus. Hanc virtutem nobis, tanquam ampliſſimum patrimonium a majoribus noſtris relictam, ita ad hunc usque diem ſemper retinemus; ut in fide noſtra, & tua erga nos clementia omnia & Reipub. & libertatis noſtræ præſidia poſita habeamus; & ſi facultates noſtræ ferrent, ad omnia imperata ſua obſequenter nos præſtaremus. Candida enim erga Te corda gerimus, nulla infucata malevolentia. Idem animus eſt, qui ſemper fuit; Te Regem & Principem noſtrum confitemur. Hujus fidei erga Te noſtræ obſidem dedimus, qui Sereniſſimum filium tuum Tibi ſucceſſorem nobis poſt Te Regem eſſe voluimus. Si quis vero inter nos eſt, quem aliquis dolor ex aliquâ re læſerit, id facile cle-

1537.

„mentia&tuaRegia liberalitate mitigari poteſt; noſtrum verò erga te ſtudium & hanc animorum conſenſionem, ut benigno & propitio ſuſcipias animo, rogamus. Dixi.

His dictis & actis Concio dimiſſa eſt. Regia verò Majeſtas, cum concionibus amplius tempus terere nollet; publice per Caſtellanum Cracovienſem dixit: Se ſingulos Palatinos ad ſingulas Provincias miſſurum, qui Nobilitati, quod Rex eos facere vellet, indicarent. Quapropter triduo interjecto, poſtquam hæc acta ſunt, literis per ſtativas dimiſſis, omnibus Provinciis, cuilibet ſeorſim, loca ſeparatim ad quæ convenirent, præſcripſit. Ad quos cum Palatini veniſſent, monuerunt Nobilitatem, ut de Repub. conſulerent, tempus gerendi belli deeſſe, Rempub. ſine milite, ſine ſtipendio eſſe; & ne quid Respubl. detrimenti caperet, providerent. Verum, cum in omnibus Provinciis unus eſſet ſenſus, ad nullam rem Nobilitatis animi adduci poterant. Se veniſſe ajebant, non ut tributum darent, ſed ut cum hoſte pugnarent. Si libertatem, leges, Rempub. integram haberent, eorum operam fortem & conſtantem Reipub. hoc tempore non defuturum. Hoc reſponſo ab omnibus provinciis accepto, Palatini in oppidum ad Regem redierunt. Rex verò cognita Provinciarum ſententia, cum aliud non poſſet, de ſolvendo bello cogitare cœpit. Accerſitis ergo per literas omnibus provinciis; eis in arce jam dicta ex loco ſuperiore his verbis commeatum abeundi domum dedit. Regis autem nomine, Caſtellanus Cracovienſ. ita locutus eſt:

Rex Palatinos ad Provincias mittit.

Sed nihil efficitur.

Rex Comitia diſſolvit.

„Sereniſſima Regia Majeſtas, cum ſciret, hoſtili incurſu vaſtatam eſſe Provinciam, vaſtatos agros fratrum & amicorum veſtrorum, opem alia illis ratione ferre non potuit, quam ut vos omnes ad tuendos Regni fines, & defendendum fratres & amicos noſtros convocaret: ut ita & damna accepta reſarciret, & infamiam ab ignobili hoſte nomini noſtro illatam virtute & armis veſtris repelleret. Quam ſpem conſiliorum & cognitionum ſuarum, neſcio quod Reipub. fatum impedivit. Cum multa huc veniens præter opinionem inveniſſet, quæ turbare Rempub. viderentur; illis ante omnia providendum eſſe putavit. Neque enim domi perturbatis rebus, foris laude aliquid dignum geri poteſt. Itaque hoc toto tempore, quo Leopoli ſumus, in id incubuit, ut Rempub. prius domi conſtitueret, quam illam ab externo hoſte defenderet. Quà ex re nullam laudem atque utilitatem privatam ſibi ipſi quærebat; ſed ut regnum a majoribus ſibi traditum, in eàdem exiſtimatione ac concordia, qua ſemper fuit, conſervaret. Hac re commotus ad vos retulerat, cum hoc tempore expeditioni publicæ commodè non poſſimus vacare; conferendo ſaltem aliquid Reipub. ſubveniremus. Neque hoc pro imperio a vobis exigebat, ſed ut miſericordia adductus ſuccurreret afflictis ſociis veſtris atque amicis; quorum miſeria & calamitas Rempub. ſingulari infamia notavit: cui ut ſua pietate ſuccurreret, fecit, quæ potuit omnia. Quod ſi vos tantæ benevolentiæ minus grati eſtis, (ſic enim jam dicendum eſt) Deo ipſi Opt. Max. cum hominibus non poteſt, egregiam ſuam voluntatem relinquit teſtatam. Dies hic nonus & quadrageſimus eſt, cum altercando tempus conſumimus. Oportunitatem gerendi belli conterere voluimus; quod eſt jam factum. Reliquum omne tempus ad bellandum minime eſt aptum. Nam frigora, imbres & aliæ hiemis tempeſtates imminent, quæ & ipſe Tartarus, duriſſimus miles, fugiens ſe jam colligit, neque hoc jam tempore arma movet. Quod Regia Majeſtas animadvertens, aliis ſibi opibus & conſiliis ad defendendam Rempub. opus eſſe intelligit. Itaque cum jam propter anni tempus, ut dixi, hac publica expeditione juvare non poſſit Remp. vobis omnibus commeatum abeundi dat, & domum vos redire jubet. Ipſe dignitatem hujus regni, quæ ſemper apud omnes gentes floruit, & exiſtimationem tuebitur; ita ut res & facultates ipſius ferent. Satis conſtat in hoc regno Regi vectigalia eſſe parva, nec eſſe tanti, ut ſine opera veſtra Rempub. defendere poſſit. Itaque Regia Majeſtas omni ope & opera veſtra deſtituta, ſic ut poterit, reſiſtet. Vos jam, ut dixi, hoc bello liberat: hoc tamen pacto, ut ſi major aliqua vis & periculum Rempub. invaſerit, prima literarum præſentatione ad diem dictam & locum conſtitutum præſto ſitis. Atque illud poſtremum à vobis ſua Regia Majeſtas petit, ut in redeundo, ita modeſti & continentes ſitis, ut cum adventus veſter multis calamitati fuerit, reditus noceat nemini. Nam vaſtare agros, in bona amicorum noſtrorum irruere, & in ea hoſtiliter ſævire, hoc vobis licere jure non putetis. Regia tamen Majeſtas ita, ut decet, quibus tantæ injuriæ eſſe factæ dicentur, opem & auxilium legitimum pollicetur. Dixi."

Thaſzycki miſſus ut gratias pro data commeatu Regi ageret, nihil cunctatus, hoc modo exorſus eſt:

Thaſzycki gratias agit pro commeatu, nomine equitum.

„Quod nobis, Clementiſſime ac Sereniſſime Rex, tam benigne commeatum domum abeundi dederis, ingentes agimus ac habemus gratias; & quod noſtra in hoc noſtro commeatu poſtulata clemens ac libens quidem comprobaveris; quædam verò, quæ hic tranſigi non poterant, ad comitia futura rejeceris; id totum nos abs te principe ſapientiſſimo factum æqui ac boni conſulimus. Sic enim nobis de tua in nos, & in Rempub. clementia perſuaſiſſimus, ut commodis neque noſtris, neque Reipub. unquam ſis defuturus. Quare illud enixe à tuâ Majeſtate petimus, ut tu ipſe, cauſam noſtram defendas, atque ita in comitiis futuris tractes; ut ea pro quibus tanto ſtudio a tua Majeſtate contendimus, ſuum ſortiantur effectum. Quod attinet ad expeditio-

nem

1537. „nem bellicam, illud ante omnia opus eſt, ut
„hos milites, quos cernis, robur & firmamen-
„tum Regni exiſtimes. Hoc illud eſt ærarium
„inexhauſtum imperii tui: hi nervi pietatis A
„tuæ; quos ita diſpenſabis, ita denique tracta-
„bis, ut eos conjungas, quantum potes, maxi-
„me, nunquam autem ſepares. Quis enim i-
„gnorat diviſio imperii in quantum Reipub.
„nocuerit? Quâ in re ſatis nobis exemplo ſit
„CASIMIRUS pater tuus; qui quod Regni vi-
„res disjunctas habuerat, quanta calamitate, a-
„pud *Chonice* victus, afflixerit Rempub. non
„commemorabo hoc tempore. Recens exem-
„plum Vngaria nos admonere poteſt; quæ
„quantis quotidie jactetur malis, relicta ſtupris
„& incendiis, ſine lege, ſine jure, tua Majeſtas
„ſecum ipſe recordabitur. Cui non tantum ab
„hoſtibus armatis fuit periculum, quantum a
„circumfuſis ubique ſeditionibus: in quas mi-
„ſerias nunquam illi deveniſſent: ſi æqualiter
„pace & bello vixiſſent. Itaque cum tam do- B
„meſtica quam externa nos moneant, ut æqua-
„liter in hâc Repub. ſi eam ſempiternam eſſe
„cupimus, vivamus; illud ut fiat a tua Majeſtate
„obnixè petimus. Iniqvum enim videtur, alios
„in caſtris verſari, alios domi in luxu & otio
„degere. Ita fit, ut alii in otio fiant beati, com-
„moda ſua augeant; alii in caſtris ſint miſeri,
„vitam & fortunas ſuas omnes pro communi
„ſalute in diſcrimen adducant. Quæ res qua-
„lia in Repub. odia excitare poſſunt, tua Maj.
„intelligit. Hoc enim a natura omnibus ani-
„malibus tributum eſt, ut ſibi melius malint,
„quam alteri. Mures pro parvo grano frumen-
„ti ſæpe certant, & alia ejusmodi multa. Quo
„enim animo eum putemus, cui id oneris,
„quod omnibus ferendum eſt, uni ſoli impo-
„nitur? Neque in auriga id laudamus, ſi uno
„equo onuſtum trahat currum, alterum vero
„otioſum ducat. Hæc ideo a me tam copioſe
„commemorata ſunt, ut tua Maj. intelligat, C
„nos disjunctos debiles, conjunctos vero for-
„tiſſimos futuros. Quare una voce petimus,
„ut omnes vires Regni diſſolutas in unum col-
„ligas, easque augeas; ut & illos, qui ſe a com-
„muni Repub. tuenda eximunt, ad ejus feren-
„da onera adducas. Ita erit, ut communem
„Rempub. conjunctis viribus, & auxiliis for-
„tiſſime defendamus. Jam tandem valeat tua
„Majeſtas, ſit nobis diu felix, & incolumis;
„& tempora Regni tui ut DEus Optimus
„Maximus quam longiſſima eſſe velit, omnes
„precamur. Dixi.

Equites quo animo abierint.

Bello ſoluto, Poloni mœſtiſſimi omnium,
domum redierunt. Nam cum pro libertate
omnibus viribus fruſtra, ut illis videbatur, con- D
tendiſſent; re infecta in hac expeditione do-
mum diſcedere, acerbe graviterque ferebant.
Qua in expeditione illud mirabile acciderat,
quod una mens eſſet omnium, & omnes in
bello durare, nec re infecta domum redire vel-
lent. Nihil illa valebant, quæ omnibus ſolent
eſſe chariſſima; ſed conjuges & fortunas omnes
tum contemſerunt. Nihil eos vaſtata & ardens
Ruſſia, nihil ſordidati ſocii, nihil lacrymæ &
luctus Provinciæ movebant. Nulla horum
mentio, ſermo nullus de his: libertatem, jura,
leges, omnia ſtrepebant colloquia: in circulis,
compitis, Eccleſiis publice & privatim Rem-
pub. eſſe amiſſam dolebant. Et cum ita armati
atque inſtructi adeſſent, ut omnibus exercitibus
omnium Regum & Imperatorum pavori eſ-
ſent, tamen illos invictos viros ita tum dolor
movebat, ut illos non tubarum ſonitus ad pu-
gnam, ſed ad legenda ſtatuta & privilegia co-
gnoſcenda gallorum excitarent cantus. Mane
non haſtas, ſed leges; non ſcuta ſed ſtatuta cir-
cumferri videres; concurſare in oppido, con-
ventus agere percrebro: præterea primores
partium Senatum ingredientes, eisque patriam,
conjuges, liberos, fortunas omnes committere.
Quid ego nunc commemorem, quam ſollicita,
quam ad omnes rumores eſſet erecta Nobili-
tas; in mutuis ſalutationibus primum quære-
batur, quid actum in Senatu ſit, quid decretum
in conventu; num bona ademta reſtituta, num
contra leges commiſſa abrogata ſint. Cum ve-
ro rem totam ad comitia trahi alter alteri refer-
ret; ſic metu exanimati ſunt, ut actum eſſe
de legibus & libertate dicerent. Quod enim
ipſi à Rege impetrare non poſſent, ſuos legatos
nihil minus effecturos ſperabant. Quo circa
hoc nuncio mœſti erant pueri, dolebant juve-
nes; quem ſi deſcribere pergo, ſuccumbam
oneri, neque minima ex parte illud conſequi
potero. Quare hoc ipſum faciam, quod ille pi-
ctor in immolanda Iphigenia fecerat; ut cum
Agamemnonis luctum penicillo imitari non
poſſet, celandum caput ejus putavit, ut ſecum
quisque quantus ſit dolor ille exiſtimaret. Sic
& ego etiam involvam dolorem communem,
aliisque judicandum relinquam; quo in dolo-
re fuerint hi, qui ſervire nemini, imperare
omnibus didicerant; cum vocem legum ex-
tinctam, libertatem eſſe omnem oppreſſam di-
cerent. Sic enim tum ea jactabantur in popu-
lo; verè ne, an contra, neſcio. Ego certè, cum
præcipuam hiſtoriæ laudem veritatem eſſe ſci-
am; non quid factum f. *rectum*, ſed quid in bel-
lo actum ſit, attendere debeo. Dolebat itaque
Equeſtris ordo, & omnes ut victi ex acie, ſic
ipſi ſpe fruſtrati, a Leopoli diſcedebant. Præ-
terea ad hunc dolorem ſummum ille incredi-
bilis acceſſerat; quod illa ſcuta, illas haſtas, illa
agmina, quæ timebat Germania, formidabat
Aſia, metuebat Scythia, ſine effectu domum re-
dirent. O miſera & infelicia tempora! Cen-
tum & quinquaginta lectiſſimorum virorum
millia citra vel ultra ad Leopolin (ſic enim di-
cebatur,) eo ſplendore atque apparatu fruſtra
conuenerunt. Hi enim fortiſſimi Equitatus,
hæc enim fortiſſima bello corpora fuerunt; ut
poſt hominum memoriam nullus exercitus in-
ſtructior aut apparatior fuerit. Neque me hac
in re fallit amor patriæ, ſi ea refero, quæ a
prudentiſſimis & eruditis viris tam exteris, 1537.

1537. quam civibus acceperam. Verum is talis ac tantus domeſticus exercitus, remoratus diſcordia, apud Leopolin conſedit. Et dum leges ſibi reſtitui, libertatem reddi poſtulat, ita duobus menſibus in Ruſſia manſit; ut non inde diſcederent, quam alter alteri confirmaret, ſe ita leges libertatemq; tutaturos, ut ſi aliter non poſſent, vitam potius, quam leges libertatemque desererent. Sed hæc fuiſſent tolerabilia, ſi illa ferri aliquo modo poſſent. Cum enim Valachum majores noſtri ſervum hæreditarium nobis reliquiſſent, & cui afflicto & proſtrato illas ipſas compedes, quibus ſe exuerat, induimus; nunc rurſus noſtræ ſolverunt diſſenſiones, aut eum in nos civilis armavit error. Sed querelæ faceſſant, cum nihil proſint; quibus ego ideo utor liberius, quia mihi doleo, mihi ipſi ſcribo. Verum ſi forte aliquo caſu hæc in manus hominum pervenerint, ab omnibus hanc petam veniam, ut me has conciones ſic tractaſſe exiſtiment; ut nihil neque falſi affinxerim, neque veri detraxerim. Præterea ſcio, hoc onus impar meis viribus fuiſſe; & in quo tractando, divina illa *Ciceronis* laboraſſet eloquentia. Quo circa ab omnibus poſtulo, ut

Proteſtatio Autoris de ſtudio veritatis

multo magis de his viris, quam a nobis eloquentes introducti ſunt, ſuſpicentur. Neque enim hoc mihi ſumo, ut ſubtilitatem *Petri* A *Zborowski*, modeſtiam *Thaſzycki*, vim in dicendo *Martini Zborowski*, aut ingenio complecti, aut imitatione conſequi poſſem. Quid dicam de duobus Principibus Senatus? quibus in turbulentiſſimo tempore prudentior & conſtantior nemo fuit: ita ut diverſa ratione ſummam & ingenii & prudentiæ adipiſcerentur laudem. Alter enim ſubmiſſa modeſtia, facili & benigna oratione omnes populares ſedabat; ventos & graviſſimas Reipub. placabat procellas. Alter vero toto conatu incumbens, cum ſecundis navigare non poſſet, adverſis ventis vela tulit; & quo non ſuccedebat velificatio, vi & impetu orationis portum petebat. Quare ignoſcant mihi omnes, qui hæc legent, ſi eloquentiſſimorum virorum in dicendo præ- B ſtantiam mea ad amuſſim non indicat oratio. Nam non Eloquentiæ, ſed veritatis laudem hic quærimus. Deinde vero hæc congeſſi, non ut in vulgus ederem; ſed ut tempus fallerem, & hac meditatione, otio & inertia langventem animum exercerem. 1537.

VITA PETRI KMITHAE de Wiſnicze Palatini Cracovienſis.

Præfatio ad Lectorem.

HÆC *vita Kmithæ ab* Orichovio *ſcripta non eſt; ſed tamen à viro non malo, & non usquequaque indocto ſcriptam ipſe cognoſces & agnoſces: certè, quod maximè in hiſtoria quæritur, veritas & libertas hic tibi patebunt. Si quid improbare, mi Lector, volueris, tuo jure & more facias, per me licet: ego nec interceſſor nec deprecator ero. Satis ſit mihi ea te non celare, quæ te doctiorem & meliorem facere poſſent. Adjunximus illam Annalibus* Orichovii, *quod* Kmitha *toto hoc tempore, quod* Orichovius *deſcripſit, Reipublica non interfuit ſolum, ſed præfuit, & rerum quæ laudari & quæ culpari debent, pars magna fuit. Vale.*

VITA PETRI KMITHAE.

CAPUT I.

De Virtutibus Kmithæ.

PETRUS KMITHA de Wiſnieze, *Kmitharum* generis ultimus, de familia *Srzeniavitarum*, quæ flumen cum cruce pro inſigni gentilitio defert, *Stanislao Kmitha* Patre, *Catharina Tarnovia* matre genitus fuit. Literis latinis & varia lectione doctus, primos ætatis A annos in Germania & apud MAXIMILIANUM Cæſarem in militia, in morum cultu, & Germanica lingva perdiſcendâ exegit. Inde ad aulam SIGISMUNDI I. Regis Poloniæ ſe contulit. Is eum & proceritate ſtaturæ, & oris dignitate, & animi magnitudine, & dicendi copia ac induſtria præſtaret, Marſchalcus curiæ Regiæ creatus eſt, poſt ad magnum Marſchalcatum Regni evectus, utrumque ex ſua, Regis & Regni dignitate geſſit. Cæteros Magiſtratus,

Google

tus, videlicet Caſtellaniam Voinicenſem, poſt Palatinatum Sendomirienſem mox Cracovienſem vna cum ejus Capitaneatu ordine cepit. Præfecturas etiam Scepuſienſem, Golenſem, Præmislienſem, cum poteſtate juris dicendi obtinuit.

Majorum ſuorum, qui ab initio usque per multas ætates magnis in Regno honoribus perſuncti ſunt, rebus etiam geſtis clari fuerunt, virtutes ac ſortia facta imitatus Reipub. contra omnes caſus hoſtilesque incurſus præſens ſemper affuit; hoſtesque a Regno communibus cum cæteris viribus repreſſit. Quam ad rem ordinem equeſtrem ſumma benevolentia ſibi conciliauit, viros fortes fouit, doctos amavit, matrimonii honeſtatem ac fidem pudice ſervavit, in amicos officioſus, adverſantibus aſper, cedentibus placabilis, graves offenſiones minima deprecatione condonans, pudore & temperamento linguæ duriſſimos inimicos frangens & molliens. Hæreſes quæ multiformes ac prodigioſæ ex Germania in Poloniam invaſerunt, execratus eſt. Ipſe in vna ſancta Catholica Apoſtolica fide, rituque veteri Eccleſiæ Romanæ, cæteris etiam Magnatibus ad hæreticos deſciſcentibus immobilis permanſit. Gaudebat videri & eſſe pius, religioſus, Catholicus, ejusque rei ſigna aperta dedit. Nam & jejunia ab Eccleſia inſtituta ſervavit, Deum pie caſteque coluit, Sanctos DEI, quo par eſt honore, eſt proſecutus, omni quadrageſima pœnitentiam diligenter egit, ſe ad ſacram communionem digne ſumendam magna cura præparando, Miſſas & omnia diuina officia attente ac religioſe audivit. Templum in *Wiſnicz* ex muro ad honorem & laudem DEI Opt. Max. exſtruxit, manſionarios dotavit; vaſa ſacra & veſtes, ad decorem illius templi donavit, arcem etiam illic nouis muris reſtaurauit, ædificiis, habitaculis, picturis, Regumque ac majorum ſuorum imaginibus illuſtrauit, turribus, bombardis, machinis, armis munivit.

Legationes poblicas ad Cæſarem *Carolum*, ad *Ferdinandum*, ad *Joannem* Regem Vngariæ, ad conuentus imperiales, ad Duces & principes Germaniæ multo comitatu obiuit, pacem & fœdera procurando, multo verborum ornatu ſuadens, vt compoſitis bellis ſuis domeſticis, arma ac vires ſuas non in viſcera ipſorum, ſed in Chriſti nominis hoſtes, facta generali expeditione converterent, Regno Poloniæ auxilia ferrent, Vngariam & amiſſa regna Chriſtiana recuperarent, hæreſes exterminarent, & in ſancta catholica Apoſtolica fide conſtanter perſeverarent.

Controuerſias, injurias, hoſtilitates inter conſines Poloniæ, Vngariæ, Boheniæ Regum Populos pro finibus, furtis, cædibus, damnis, exonas, Regis & Regni nomine diremit, pacemque & gratiam vtrinque reconciliauit.

Graſſatores Polonos plebejos & nobiles, qui ſumto habitu & nomine Vngatico confinia Poloniæ & Vngariæ latrocinio ſcelerato prædabantur, facto diligenti ſcrutinio capitis ſupplicio affecit, & oram illam pacauit.

Scepuſium intra bellum *Joannis* & *Ferdinandi* de Regno Vngariæ contendentium, ab invaſione & prædis integrum & incolume conſervavit, *Joanni* Regi Vngariæ contra Regem *Ferdinandum* in contentione de Regno Vngariæ fauit. Quæ tamen res non ex ſententia ſucceſſit, nam ex *Scepuſio*, cujus ille Præfecturam obtinuit, cum *Antonium Rinconem FRANCISCI* Regis Gallorum oratorem, pecuniam, tormenta bellica, & aliquantam militum manum ad Regem *Joannem* ducentem & per Regis *Ferdinandi* ditionem clam perrumpere ſatagentem deduceret atque adjovaret, Cives Caſſouienſes & Bardejouienſes (Almani hi ſunt) eductis armatis cohortibus in anguſtiis locorum *Rinconem* & *Kmitham* hoſtiliter adorti ſunt. Sed hi ferro iter ſibi aperientes periculum euaſerunt, amiſſis tamen e ſuis aliquot viris militaribus & tormentis bellicis. Quæ cives illi vna cum equo *Kmithæ* ademto per forum in triumpho cum clamore & ſcommatis, tanquam re bene geſta circumduxerunt. Cæterum cum hi ipſi Caſſovienſes & Bardejovienſes ad mercaturas & negotiationes ſuas domo egredi ac venire in Poloniam ob metum *Kmithæ* non auderent, reconciliationem per Regem *Ferdinandum* apud *Sigismundum* Regem Poloniæ, & apud *Kmitham* quæſierunt. Ad quam tamen, cum ea per *Sigismundum Erberſtain* Conſiliarium *Ferdinandi* inchoaretur, cum Proceribus Polonis *Kmitha* non venit: remittens tamen nonnihil de ſeveritate animi, in gratiam Regiam per *Joannem Taſzycki* Judicem terræ Cracovienſ. & per alios honeſtos homines ſuique ſtudioſos, rem illam tranſegit. Arbitrii cives illos ad facienda damna, & *Vernerum* Magiſtrum ciuium cum nonnullis aliis primariis ciuibus ad carcerem condemnarunt. In quo vna die duriter habiti, poſt emiſſi, ſupplices ad pedes *Kmithæ* proſtrati veniam rogarunt, & ad ſua abierunt.

Conuiuia crebra, ſumtuoſa, ſed ebria egit. In his delectabatur convivas vino obruere ebriosque facere, paribus cum eis certans poculis. Inter quæ donare ſolebat militaribus viris equos, veſtes, annulos, torques, pecuniam & cætera id genus donaria, quæ orationis ſuæ jucunditate acceptiſſima illis faciebat.

Hominibus calamitoſis & injuria preſſis, conſilio & ope, cum apud Regem, tum in judiciis ſubveniebat, pauperibus, egenis, monachis, hoſpitalibus, ſcholis Eleemoſynas largiter donabat.

CAPVT II.
Avaritia Kmithæ.

HAs tantas virtutes ingentia vitia æquabant, vel ſuperabant, Odium, aſperitas animi, cupiditas, crudelitas, legum Regni prava interpretatio, & ad Rempub. ſub prætextu

boni

boni publici perturbandam eum ſactioſis conjurationes, propter quas nulla comitia omnino habita, nulla conſilia Regum in bono ordine & defenſione conſtitui poterant.

Decimas Eeeleſiis jure divino & humano debiras invitus ac maligne dabat, peeuniam probis conventam, aut non ſolvebat, aut diu retentam exiliter ſoluebat.

Villas monaſteriorum conductas tenuit, ex quibus fructu ampliſſimo pereepto non quod pactum ſuit, ſed quod & quantum eupiditas permiſit, ægre misereque ſolvebat.

Apud Eccleſiaſticos & apud cæteros ereditores, qui vel verecundarentur, vel oon auderent ſuam repetere pecuniam, intentione non ſolvendi eommodatam ſumebat; quos poſtea vel dueendo tempus, vel joeando & mulcendo eludebat.

Judæos deplumabat, commotis & concitatis in eos in eomitiis Regni elamonbus nunciorum equeſtris ordinis, vel ad reſtringendum eis mercaturæ licentiam, vel ad ſurta inhibenda & publicanda, vel ad vſuras minuendas ac tollendas, vel ad ſerenda bitera & ſigoa in veſtibus glauci eoloris.

Ad hæc averteoda Judæi collata in commune peeunia ingentia ei munera afferebaot.

Hac eadem ratione mercatores Craeouienſes emungebat, propoſito ac promulgato rumore de permitrenda ex totius conventus decreto libera Judæis omnis generis mercatura, quod ſcilieet Judæi paruis lucris contenti merees ſuas minoris, quam Chriſtiani mereatores vendere ſolerent. Hinc hi ipſi merearores rebus ac lucris ſuis metuentes munera magna *Kmitha* dabant, qoo vetus mos mercandi eonſervaretur & Judæi in priſtina eorum reſtricta mercatura continerentur.

Similiter in eomitiis ſecit, vt inſtante vniverſo regno Judæi e Polonia ejicerentur, propter ſurta & fraudes eorum in Chriſtianos, mox chriſtiani mercatores vt pellerentur Judæi; Judæi contra ne expellerentur vtraque pars munera dabant, *Kmitha* quidem majora, cæteris conſiliariis & nunciis equeſtribus minora: quibus ille veluti inſtrumentis ad hujusmodi nequitias & ſycophantias vtebatur. Et hoc eſt illud ex eadem fidelia duos parietes dealbare.

Ad eundem modum ciuitatem Craeouienſem vindemiabat. Nam omni anno aliquos e plebe in Senatum ac in numerum conſulum eligebat, in eo non ſpectans nec honeſtatem generis, nec induſtriam, non vſum rerum, non virtutes, non conditionem ſtatus, ſed qui plus numerarunt, ſellularios, ſartores, ſutores, piſtores, lanios, eaupones, homines idem verſutos & ſibi addictos ad dignitatem conſularem, ac Senatoriam; pro pecuniis promonit. Cum quibus honeſti conſules non ſunt dignati io Senatu ſedere, ſed aut ſubtrahebant ſe ab illorum conſortio aut officio Senatorio abibant, renuociabant: ne eogerentur illorum acta probare, aut iis reelamantes, odium & perſeeutionem ſubire *Kmitha*.

Senatum etiam ipſum Craeovienſem coëgit, partim blanditer, partim minis ac terrore, donare ſibi nunc aurum & argentum, nunc eupas & pecuniam ac monilia preeioſa. Nonnunquam etiam per ſpeciem erediti non parvam ab eis pecuniam mutuatus eſt, quam nunquam tamen eis poſtea reddidit.

Adhæc eum nonnulli ex ciuibus præcipue Cracovienſibus quæſitas haberent a Nobilibus villas ae poſſeſſiones in jure militari ſundatas, ex quibus pro jure Regni expeditio bellica Reipublicæ debebatur, hos *Kmitha* volens deſpoliare commovit contra eos hos iſtos equeſtris ordinis nuneios, qui magno clamore in comitiis inſtiterunt, vt iidem cives, viri probi, poſſeſſionibus illis ex decreto conventus privarentur: ſcilicet quod hi ipſi ciues eum ex mercatura viverent, vina potionesque amphoris, & merees ſuas eubitis venderent, alioqui non eſſent, qui eum nobilitate vna militare, & in acie eontra hoſtes dimieare deberent, quos queſtus, voluptas, ignavia, puſillanimitas timidos ſugitivosque arguerent.

Quæ res cum invidiam civibus illis peperiſſet, ferveretque eontentio illa, territi eives ad eomitia ob id vocati, quisque pro ſe dona ae pecuniam *Kmitha* & cæteris inſidiatoribus obtuleruot, & obturatis oribus elamantium abſoluti diſceſſerunt. Sic hi lupi tondent oves miſeras.

CAPVT III.

Serui ac Domeſtici Kmithæ.

AVla, clientes, ſeruitores, mioiſtri inquinatiſſimi fuere. Erant enim qui ſe illi addicebant, nobiles ac plebeii homines egentes, aleatores, potatores, prodigi, temerarii, homicidæ, qui in malis cauſis ſeveritatem legum metuentes, apud eum deliteſeebant, & ob ſolam impunitatem nulla ei mercede ſerviebant. Quod licet *Kmitha* pius ipſe ac religioſus eſſet, catholicumque ſe exhiberet, hæreticosque execraretur, ipſos tamen hæreticos, quod opera eorum vteretur, aliquandiu apud ſe fouit. *Stanislaum Orzechowski* Sacerdotem Decanum Præmislienſem ac Plebaoum, *Jacobum Jeſſonitam Przyluski* Notarium Plebanum, *Martinum Kiowicki* Notarium Plebanum vxoratos, falſarios, ac perjuros homines, qui vti oves morbidæ non ſolum aulam ejus, ſed multos in terris Craeoviæ, Sandomiriæ, Ruſſiæ nobiles ac plebejos nefaria Picardorum hæreſi infeeerunt. Quos ipſos ſacerdotes poſtea *Kmitha* ipſe a ſe expulit, & perſecutus eſt. Sed habebat inſuper in coria ſua alias ſeculares homines, Atheos, multis vitiis contaminatos, *Jurkum, Album Petrum, Boranowskium, Kumelskium, Broniewskium, Odolinskium, Sczerbas, Pelkas, Dambicias*, Judices, Subjudiees Rabularum gregem verſutos quidem illos ac malitioſos

tioſos prævaricatores, cæterum ſpecie aliqua probitatis veſtitos doliſqne ad perterrendos ac emungendos homines, ad turbas contra Regem excitandas, & ad cauſas prave judicandas, inſtrnctiſſimos.

CAPVT IV.
De Injuſtitia in Magiſtratu.

JVſtitiam in Magiſtratu, quemadmodum voluit, adminiſtrabat; quam licet aliquando non tam ſummo jure, quam æquitate pro tenuioribus contra potentiores temperaverit, eam tamen non ſemper, non vnicuique, non eodem tenore adminiſtravit.

Functio ejus Capitanealis in terra & Præfectura Præmislienſi & omnis vicinia ejus ſæva tyrannis erat. Nam cædes & homicidia clientum ſuorum & cæterorum nobilium hominum contra leges occiſorum funera arbitraria babuit, quanti ea voluit, æſtimauit, nec meritis pœnis homicidas illos affecit. Occiſus eſt in domo ſua *Drobo-icwski* per *Pelkam* ſcelere ac invaſione nefaria, cui poſt cædem & fugam ad ſe reverſo fauit *Kmitha*, & pœnam capitis ac honoris, interpoſita legitimo judicio mora, avertit, & ad compoſitionem pecuniarum reduxit.

Occiſus eſt *Laurentius Wojakowski* Judex Præmislienſ. cliens *Kmitha* a *Joanne Rozborski*. Eum homicidam exulem infamem judicio damnatum *Kmitha* in integrum reſtituit, ac ſibi adjunxit. *Nicolao Orzechovio* Sylvas excidit, vſum *Sani* fluminis per vtramque bonorum ejus ripam fluentis vi ademit, matri ejus *Broniſſia*, item *Kiaſicio*, Sliwnicio, Oſtrowscio eundem fluvium *Sanum* a bonis eorum avertit, & piſcatoribus Præmislienſibus certa pecunia locauit.

Stanislaum Jaskmanicki, Joannem Starechowski, Andream Krukiennicki a ſylvarum Regiarum vſu contra eorum Privilegium prohibuit.

Drojowſciis campos ſementarios per vim ademit. *Venceslaum Sliwnicki*, & *Jacobum Krasnicki* ferro ac igne perſecutus bona ac fortunas eorum vexauit, vaſtavitque.

Catharinam Czaſzynska primariam fœminam, alienis perlucris, hisque a *Petro Brzeſcianſki* efflagitatis, ſævo judicio bonis paternis atque avitis exuit, ſed & plures alios ejusmodi perlucris acerbe afflixit, ac profetipſit.

Moſciſcenſium & *Nizankovienſium* Oppidanorum jus ac libertatem oppreſſit. Villicos etiam ac bonorum ſuorum procuratores ac Vicecapitaneos duros homines habuit, qui vicinos quoscunqoe gravibus injuriis ac damnis afficiebant.

Hac ejus tyrannide cuncti nobiles terræ Premislienſis averſi *Kmitham*, quem ante amarunt, poſt inviſum habebant.

Vita Petri Kmitha,

CAPVT V.
De Turbis in Repub. contra Regem.

QValis autem in adminiſtranda Repub. fuerit, aut quantum ei intempeſtivo ſtudio & ſtultitia profuerit nocueritue, tam ex ſupra ſcriptis, tam ex his, quæ ſequuntur, actionibus ejus facile judicari poteſt; Creditus quidem eſt publicæ rei amator eſſe; ſed ab his, qui turbulento, vt & *Kmitha*, ingenio fuerunt, & quicquid Respub. ſit penitus neſcierunt. Et ſub priſcis illis Senatoribus *Petro Tomicio* Epiſc. Cracov. & *Chriſtophoro Szydloviecio* Caſtellano Cracov. qui ambo erant cancellarii, duo lumina Regni ad Reipub. gubernacula ſedentibus ſtatus eiusdem Reip. ſi non optimus, in illa plebis inobedientia tolerabilis tamen erat. Hi enim duo ſapientiſſimi conſiliarii Regi aſſidentes tranquillitatem Regni cuſtodierunt, homines quietos in Senatum elegerunt, Plebem vero ſurere & publicam rem turbare non permiſerunt. Varum his Rectoribus vita defunctis maxima mutatio facta eſt. Nam vt *Tarnovius*, *Kmithe* ipſo turbulentior, nunc omittatur, *Kmitha* ad ampliſſimos regni magiſtratus per Reginam evectus Ducem ſe omnibus factioſis præbuit, equeſtremque ordinem vti leviſſimum ac ſtultum, ita in Repub. inquietum ad ſe traduxit, & per ejus temeritatem, quæ voluit, tum priuatim, tum publice in omnibus comitiis Regni fecit, & rem eo deduxit vt ex Repub. hoo mala peſſimam reddiderit. Ipſi vero equeſtri ordini tantam potentiam quæſivit ad omnia publica negotia turbanda & confundenda, vt his obſtantibus nec Rex, nec lex, nec jus, nec fas, nec publica honeſtas aliquid etiam nunc valeat; nec regnum ordinari nec defenſio certa conſtabiliri, nec judicia exerceri, nec comitia concludi poſſint.

CAPVT VI.
Statuta Regni a vitiis correcta & abrogata.

IS igitur *Kmitha* in comitiis regni Anoo Domini milleſimo, quingenteſimo trigeſimo quarto *Petricouia* absque Rege (Vilnæ tum Rex erat) actis leges ac ſtatuta Regni quæ perplexa & pugnantia inter ſe erant, judicibusque varios ac incertos ſenſus juxta verſutas Rabularum ioterpretationes ad decerneodum afferebant, ea, inquam, ſtatuta ex ejusmodi errore & perplexitate per præcipuos iuris peritos, ſpirituales ac ſeculares ex toto Regno delectos a longo tempore magno Regis ſumtu maximo equeſtris ordinis rogatu ac deſiderio correcta & in æquabilem juris formam redacta, *Kmitha* cum aliis idem ſecum ſpirantibus voto ac ſententia ſua ſuſtulit, per-

ſuaſiſque, vt communi totius illius conuentus decreto abrogarentur, priora vero illa originalia ſtatuta, vt erant, in ſuo tenore permanerent. Id quòd ea intentione hic inſidiator juſtitiæ alienæ fecit, vt cauſas & contrarias juſtitias & injuſtitias de jure litigantium pro affectu, & pro moneribus veteribus his ſtatutis vtens judicaret, ac verſaret prout vellet. Quam abrogationem legum huiusmodi correctarum approbarunt & cæteri conſiliarii & nuncii terrarum, quorum *Petrus & Martinus Zborowski*, factioſi homines, antesignani fuere. Viſa ſunt enim illis ſtatuta illa vetera rebus eorum vtilia, atque accommodata.

A

Sed & alia multa indigna in eo ipſo conventu, & priuatim in domibus Magnatum ſub illa abſentia Regis a Regno compracticata fuerant in Reipub. & in Regis perniciem, quorum effectos in ſequentibus anni 1536. Comitiis Cracouienſibus & in caſtris ad Leopolin in bellica totius Regni expeditione apparuerunt, *Kmitha* per plebem, inſtigante Regina, etiam veluti turbine ac dæmone quodam Regno Poloniæ infeſto, ſeſe hia inſanis practicis immiſcente & occaſionem majorem his malis præbente. Hæc enim mulier mortuis *Tomicio* & *Scydlouecio* duobus ſapientiſſimis Rectoribus Regni, ſtatim totam Potentiam imperandi & confundendi omnia ad ſe transferens, Epiſcopatus, Palatinatus, Caſtellanatus, & cætera Regni officia vendere cœpit, feneſtramque hominibus ambitioſis malis artibus præditis, Reipub. ignaris, nihil de Republica meritis, ſibi Regique Ignotis, patefecit ad Magiſtratus invadendos, ac a ſe petendos, viris probis, meritis, prudentibus, ſpretis & rejectis. Hæc *Lataſicium* vanum ac temulentum hominem, *Gamratum* adulterum, *Buczacium* fornicatorem, *Lucam Gorkanum* avariſſimum fœneratorem, *Izbienskium* homicidam, *Branickium* rabulam, *Noſcouium* mercatorem *Dzierzgovium* ſtupidum, & telluris inutile pondus, *Leonardum Ciſram*, *Drojeuium* hæreticum, *Vchanium* fantaſticum ardelionem ac hypocritam, peſtem perniciemque Eccleſiæ ad Epiſcopatum promovit. Hæc peregrinos externosque Italos, *Alphonſum Palamedem*, *Andream de Valentinis*, *Alexandrum Annibalem*, *Scipionem*, *Carolum Metellum*, *Vittos*, *Franciſcos*, Scortatores, Sodomitas, cinædos, atheos, epicuros, & cæteros impuros mercatores ac Simoniacos, qui Regnum ante exſuxerunt ad Eccleſias Cathedrales & Collegiatas, ad Plebanias ac ad reliqua opulenta ſacerdotia & eorum penſiones introduxit. Non diſſimiles his & ſeculares Conſiliarii, quos Regina promovit, fuerunt, quorum piget ſentinam commovere.

B

C

D

Hæc mulier odia inter proceres, opibus, clientelis, autoritate vigentes inflammabat. Alterum exacuens in alterum quemadmodum id vidimus inter *Kmitham* & *Tarnouium* magno Reipub. malo.

CAPUT VII.

De motu graui propter Cancellariatus.

SEcuta ſunt ſub finem Anni Domini 1536. generalia Regni Comitia ad diem Sancti Martini Cracouiæ indicta, ad perjuria & falſa teſtimonia, ad homicidia ſiſtenda, ad juramentum a Rege juvene per ſubditos accipiendum, ad conſultandum de vlciſcendo Valacho, qui paulo ſuperiori tempore Ruſſiam igne & ferro populatus eſt, ac ad pecuniam in exercitum ab omnibus conferendam. In his comitiis *Kmitha* una cum aliis turbulentis res & negotia publica ſtulte tractans, graviſſima in regem odia fœdosque ac ignominioſos Regno motus ſuſcitauit. Quibus initium & cauſam ambitio Cancellariatoum Regni tum vacantium præbuit. Vacarunt enim poſt mortem *Tomicii* & *Szydlovecii* ambo ſimul Cancellariatus, qui ſunt magnæ in Polonia reputationis, & non niſi in magnis Regni comitiis ex præſcripto ſtatuti conferuntur. Conferuntur autem ſeu conferri debent, alter Eccleſiaſtico viro ad id idoneo, vni ex Epiſcopis minoribus, aut Camenecenſi aut Chelmenſi aut Premiſlienſi, ſeu alicui ex ordine Canonicorum, homini docto, induſtrio, prudenti, eloquenti, fideque ac probitate prædito; alter vero Cancellariatus datur alicui ex ſecularibus viris, præter Palatinos & Caſtellanos majores, cujus induſtria, prudentia, fides & probitas ſpectata ſit & probata. Sed non facile eſt invenire, etiam in maximo cœtu hominum, viros ad hæc officia gerenda idoneos, juſtos & non avaros. Qui enim ſunt avariſſimi, hi hoa magiſtratus maxime ambiunt, & per factiones plebisque ſubordinatos clamores rapere conantur. Hos Cancellariatus tum vacantes ambiebant multi, elam alii, alii aperte, ſed plures ex ſecularibus. *Kmitha* eodem ad id ſtimulante & quiritante apud illos, quod hos toto præterito tempore, primarii Epiſcopi, & ſummates Palatini, aut Caſtellani contra leges Regni geſſerint, ac in ſua ipſorum poteſtate detinuerint. Veniſſe jam tempus, quo jus regni & lex de Cancellariis lata, & cum cæteris legibus violata, ia jus tandem ac in executionem reducatur. Igitur varii varias hac de re practicas pro ſe quisque faciebant. Erat eo tempore *Joannes Choiński*, Epiſcopus Ploœenſis, Juris vtriusque Doctor in literis diuinis & humanis egregrie doctus, ac eloquens, promti ingenii & exacti, vir judicio, vultu, vita, morum honeſtate ac religione conſpicuus, juſtitiæ amator ac cuſtos. Is per illud tempus, quo Rex in Lituania ab Anno Chriſti 1528. ad annum vsque 1536. commoratus eſt in curia Regia, agens Vice-Cancellarium *Tomicii* & *Szydlovecii* in Regno degentium, obiens

obiens negotia omnia externa ac domeſtica, quæ tum magna ae diſſicilia eveniebant, egregie uti alter *Tomicius* expediebat & ob id gratus Regi erat: Reginæ contra, quod & elarus A & magnanimus eſſet, & quod eo ad cupiditates ſuas uti non poterat, invisus fuit.

Sed & *Cricius* Archiepiſcopus Geſnenſ. invidit *Choinicio* famam prudentiæ & nominis claritudinem. Similiter *Kmitha* cum factioſis; quod metuerat, ne Rex *Choinicium* ipſum Cancellarium crearet, ſumma vi ipſi *Choinicio* adverſus fuit. Hi igitur invidi, Regina, *Cricius*, *Kmitha*, cum ſuis dabant operam, ut *Choinicium* non ſinerent obſtantibus Regni conſtitutionibus Cancellarium creari; ſed eum ipſum Cancellariatum ad *Petrum Gamratum* Epiſcopum Premislienſ. deſerri contendebant.

Erat autem *Gamratus* ex terris ſubmontanis Patre plebejo ortus, ſed qui poſſeſſionibus coemtis a nobilibus & uxore ducta nobili, nobilis eſt reputatus. B Is initio *Erasmi Ciolek* Epiſcopi Plocenſis Romæ diu degentis Marſchalcus erat, nullis literis imbutus, corpore vaſto ac procero, in ſacerdotiis aucupandis fortunatus ac prodigus. Ex Italica Cortiſanorum diſciplina, prava conſcientia, impoſturis, adulteriis, ſtupris famoſus. Hunc talem hominem Regina conſtellatione genethliaca inter eos congruente, inconſulto quodam impetu, *Kmitha* eum promovente, omnibus fortunis ornandum ſibi deſumſerat, & paulo ante Premislienſem Epiſcopum a ſe factum, Cancellarium regni creare inſtitit, quod eum ſibi in hoc officio ad nutus ſuos obſecuturum eſſe exiſtimaret. *Cricius* etiam in gratiam Reginæ, cui ſe addixerat & odio *Choinicii*, quo is a cancellariatu repelleretur, haſce de *Gamrato* creando practicas cupide amplexus eſt, C & in curia Regis neglecto Archiepiſcopatu præſens ipſe *Cricius* manere ſemper decreverat, à quo *Gamratus* omnem ſcribendarum literarum rationem, legationes, ac reſponſa dictata a *Cricio* veluti ex fonte atque a Pædagogo hauriret.

Sic re de *Gamrato* conſtituta; Regina, *Cricius*, *Kmitha*, crebro Regem pro ſigillo *Gamrato* dando fatigabant. At Rex cum nec verbo, nec ſigno eis anuuens rem tacitus duceret, Regina rurſus cum ipſa per ſe, tum per *Cricium* & *Kmitham* inſtigabat nuncios equeſtris ordinis, quo a Rege contenderent, Cancellariatus ſecundum ſtatuta regni minoribus conſiliariis, nominatim verò *Gamrato* conferri, alioquin comitia illa concluſionem non habitura, cum non conſentirent, nec ad contributionem exercitui ad ulciſcendum bello Valachum conferendam, D nec ad juramentum a filio Rege juvene ſubditis præſtandum. Id quod a Regina nuncii turbulentiſſimi illi homines cupidiſſimè arripuerunt. Cum autem Rex hanc nunciorum petitionem ſolito ſilentio duceret, eo quod *Gamratum* hoc officio non dignum videret, mox odium in regem coortum eſt, & *Kmitha* Reginaque rem exaſperante colligi ac ſcribi cœpta

Vita Petri Kmitha.

ſunt in aliis Cracovienſibus comitiis, & Regi exprobrari gravamina, quæ Regnum a Rege contra Rempub. pateretur. Quorum hæc præcipua fuere: Scilicet, quod jus & privilegium eligendo Regi in electo Sigismundo Auguſto Rege juvene Regis filio violatum ſit.

De telonio novo Regi adimendo.

De teloniis novis Nobilitati & civitatibus conceſſis.

De teloniatoribus Regiis impoſſeſſionatis.

De gravaminibus & rapinis teloniatorum.

De ademtis bonis Nobilium jure prius non victorum.

Quod citationibus Regiis ad curiam homines citarentur.

Quod Abbates & Præpoſiti Monaſteriorum plebeji crearentur.

Quod Sculteti ſpiritualium bellum non ſerviunt.

Quod bona terreſtria ſeu militaria Eccleſiæ immunitati ſunt adſcripta, per quod ſervitium bellicum eſt diminutum.

Quod fraternitates Civitatum noxiæ ſunt Nobilibus.

Quod nobiles pro delictis in civitatibus captivantur.

Quod terræ Pruſſiæ *Zator* & *Osviecim*, ex quibus Rex tributa percipit, bellum cum regno non ſerviunt.

Quod Rex inhibitionibus ſuis judicia perturbat.

Quod Rex ad bellum Nobilitatem educit, cum hoſtis nullus eſt.

Quod cives & plebeji ad Eccleſias Cathedrales inducantur.

Quod cives & plebeji homines, bona militaria poſſident.

Quod Cancellariatus magnis Dominis contra ſtatuta conferuntur.

Quod plerique Palatini & cæteri officiales plura ſimul officia incompatibilia contra jus publicum obtinent.

Quod arces & Præfecturæ peregrinis conferuntur.

Quod literæ ac privilegia ex libris Cancellariæ deſcripta, non faciunt fidem de bonis & poſſeſſionibus regiis.

Quod Regina multa bona regiæ menſæ ademit, ut ea reſtituat, & dote ſua ſit contenta, & deinceps bona regia a Nobilibus non redimat.

Palatinatus Ruſſiæ datus *Stanislao de Sprowa*, homini in Ruſſia impoſſeſſionato, Caſtellaniæ Leopolienſis Belzenſis Polanecenſ. datæ hominibus illic impoſſeſſionatis; Præpoſitura Eccleſiæ Cathedralis Cracovienſis, data Italo, *Andrea de Valentinis*, Medico regis; Canonicatus Cracovienſ. & Præpoſitura Pultovienſ. data *Carolo* Italo, Plebania in Pruſſovice data *Alexandro* Italo Cithacædo.

Stanislao Odrowaſz Palatino Podoliæ Capitaneatus Leopolienſ. ademtus contra privilegium ad vitalitatem.

Contra *Kazanowski* Judicem Lucovienſ. vadia triplicata impoſita.

Zarembie oppidum Grabow ademtum.

Nicolaus Chorazycz Kielnski, *Boleſlraſcyeki*, *Dersniak*, *Bielinski* pro bonis citati; *Litinskim* villa Litina ademta.

Crimen læſæ Regiæ Majeſtatis latæ per interpretationes extenditur, prout in Caſtellano Biechovienſi accidit, qui *Lubranskium* nuncium cum legatione, ad conventum, in via occidit.

Multæ præterea querelæ de injuriis privatis a Capitaneis conſiliariis, ab officialibus, a civitatibus, ordini equeſtri illatis conſcriptæ fuerunt; ſed ſumma omnium in his quatuor articulis ſerebatur, ut Rex Telonio privaretur, ut Regina bonis regiis, per eam ex oppignoratione redemtis privaretur. Ut officiales Regni ex eorum officiis ac magiſtratibus deponerentur, ut *Zborowski* & *Gamratus* Cancellarii Regni crearentur.

Cumque ea contentio de his articulis ſupra ſcriptis, prope jam condicta, compoſita ac ſedata videretur, in illis comitiis, Rege ad cætera omnia conſentiente, cum ad hos ultimos quatuor articulos conſentire nollet, ſubito vehemens ira ac indignatio veluti turbo quidam nuncios illos in rabiem, ut quæ jam concordata ac compoſita fuerant, irrita omnia fierent. Quos etiam nuncios vehementius exagitavit judicium de *Odrowaſz* factum, & Cancellariatus præter ſpem *Joanni Choiński* Epiſcopo Plocenſi datus, ita ut nec juramentum a Sereniſſimo Rege juvene filio Conſiliariis præſtitum audire, nec de ulciſcendo Valacho hiſcere voluerint, ſed concitato curſu, honeſtatis ac officii ſui erga Regem Dominum ſuum obliti, ira furentes & minas ſpirantes, non Regi valedicto nec conventu concluſo diſceſſerint.

De quo quidem *Odrowaſſi* judicio & diſtributis cancellariatibus, quoniam horum mentio eſt facta, quo res ut acta eſt, ſciatur, attingendum hic breviter videtur.

Perſuaſum certumque Regina cum ſuis habebat, quod Rex ad aſſiduas ac importunas ejus preces Cancellariatum regni daturus fuiſſet *Gamrato*, qui ſpei jam indubiæ plenus popoſcit a *Choinicio* Cancellariæ perito libros Cancellariæ, Notarioſque ac Scribas peritos, quos illi *Choinicius* liberaliter ſe daturum obtulit. Nam non putabat, hoc officium mandari ſibi debere, eo quod & ſtatutum & Reginam & alios plurimos præcipuè verò terrarum nuncios obſtare ſibi videret; At Rex tacitus, cognitam habens *Choinicii* doctrinam, magnitudinem animi, prudentiam in conſilio, & rerum magnarum uſum, hunc ipſum Cancellariatum illi ſervabat. Adveniente itaque die diſtribuendorum officiorum, frequens cum adeſſet Senatus, *Petrus Kmitha* Palatinus & Capitaneus Cracovienſ. Regni Marſchalcus aſſurgens Regis juſſu verba hæc cum faceret: ſacra Reg. Maj. Dominus noſter clementiſſimus, ſciens hunc morem, a majoribus ſuis Sereniſſimis Regibus Poloniæ obſervatum, ut præcipua Regni officia, uti

A ſunt Cancellariatus, Marſchalcatus, Campiductoratus, Theſaurariatus, quoties vacarent, non niſi in comitiis Regni conferrantur, noluit ſua Maj. in hac præſenti Cancellariatuum diſtributione contra hunc vetuſtum ac a ſe ſervatum morem novi quidquam admittere; cui ſatisfaciens etiamnum Cancellariatus in præſens vacantes in his comitiis regni conſiliariis ſuis, quos dignos ad id judicavit, diſtribuere conferreque decrevit. Cognitam itaque habens Maj. ejus regia doctrinam, juriſprudentiam, rerum magnarum uſum, eloquentiam, fidem ac integritatem, veſtræ Reverendiſſ. Dominationi (ad hæc verba aſſurgit *Gamratus*, credens illa ad ſe dici, Rege illi dicente: *Sedeatis, non vos eſtis*, pudore confuſus conſedit,

B Marſchalco interim ad *Choinicium* verba continuante) Reverendiſſime Domine Epiſcope Plocenſis, creat ejus Majeſtas Reverendisſimam Dominationem veſtram Regni ſui Cancellarium, & ſigillum ei per me tradit creditq; ejus Maj. quod Reverendisſima Dominatio veſtra munus hoc publicum amplisſimum ita geret, quemadmodum integritas & ſpectata ejus fides, & Regis Regnique dignitas expoſcit. Quod ego Reverendisſimæ Dominationi veſtræ feliciter evenire cupio. Et tradito ei in manus ſigillo in eandem ſententiam pauca perlocutus, ad *Paulum Wolski* Vice-Cancellarium creatum, ſigillum ei minus tradidit. Varie tunc affectos erat videre cum cæteros conſiliarios, ac nuncios furioſe clamoſos, alios quidem gaudentes, alios dolentes. Tum verò hos duos Epiſcopos, quorum

C alter de ſtulta ſpe dejectus, fabula hominum fuit; alter vero præter ſpem evectus honorem ac laudem eſt conſecutus. Et ad inſperatum illud Regis factum, *Choinicius* aliquandiu obſtupuit. Cæterum videns hæc geri DEi voluntate, in cujus manu cor Regis eſt, egit Regi gratias, quod ampliſſimam hanc dignitatem ad eum detulit, quod eum dignum judicavit, quem cæteris præferret, cui ſua & Regni arcana crederet. Agnoſcere ſe tanto muneri imparem, & ob id nunquam hunc magiſtratum cupiviſſe, neque verbum ullum, ut ſibi mandaretur, Regi dixiſſe. DEum ſe & Regem teſtem habere. Non averſandam tamen ſibi eſſe gratiam ac volun-

D tatem Regis Domini ſui, neque contra ire voluntati divinæ, præbenti exercendæ ſibi virtutis ac benè merendi de regno materiam; operam ſe ſuam in ſancto adminiſtrando officio Deo & cunctis hominibus probare velle. Offenſa hinc erat ac irata Regi Regina propter Cancellariatum *Choinicio* collatum, & per plures dies ad Regem

gem venire noluit. Æſtuabat igitur gravi odio apud pleroſque *Choinicius* duabus de cauſis, tum quod Cancellariatum contra ſtatuta ceperit, tum quod contra temeritatem ſubditorum ac nunciorum terreſtrium pro Rege & pro conſervanda autoritate Regis magno ſemper animo reſtiterit, putatusque fuit elati animi homo, ac nobilitati infeſtus, qui tametſi ſeverior in vultu verbisque appareret, re tamen ipſa humanus & clemens erat, Regnique in concordia, tranquillitate & in bono ordine ac obedientia conſervandi ſtudioſiſſimus. Quem poſtea vix dum elapſo dimidio anno, cognito ejus in cuſtodia Reipub. optimo animo mutata voluntate amarunt etiam hi, qui irati illi erant, & Cancellariatum illi inviderant, lætatique ſunt, habere ſe talem libertatis Regni Jurisque publici cuſtodem, qui contra Reginæ machinationes, quas illa per *Gamratum*, ſi Cancellarius is crearetur, aggreſſura putabatur, intrepide ſeſe opponeret. Hæc opinio ſeu ſuſpicio de regina & *Gamrato* per amicos *Choinicii* Senatores eo neſciente injecta ſuit inter equeſtrem ordinem, quæ illum (ſemper eſt inconſtans, ac mutabile vulgus) in propoſito facile mutavit, & odium a *Choinicio* in Reginam ac *Gamratum* avertit.

De *Odrowaſſii* judicio priusquam dicatur, operæ pretium eſt de fortuna ejus, initiis & ſucceſſibus aliqua referre.

Erat *Odrowaſz* non multo ante Reginæ beneficio factus Palatinus Podoliæ, Leopolienſisque & Samborienſis Capitaneus. Is deſponſaverat ſibi *Annam* virginem, ſororem Ducum Maſoviæ ſteriliter defunctorum, in quibus ſtirps regum maſcula a *Piaſto* usque continuata defecit. Hæc virgo Dux poſteaquam Maſovia per mortem Ducum devoluta ad Regnum eſt, incorporata habebat illic in Maſovia quasdam poſſeſſiones, ad ſuſtentandam ſe, donec innupta eſſet, non in hæreditatem, ſed in uſum fructum a Rege ſibi aſſignatas. Hac virgine ducta uxore *Odrowarz* & accepta a Rege jam Domino Maſoviæ dotali pecunia, noluit, uti juvenis & a ſtultis perſuaſus, cum uxore poſſeſſionibus illis cedere, niſi easdem Rex ab eis redimeret, & niſi pro jure legitimæ ſucceſſionis ſatisfaceret. Monitus a Rege pluries per literas & nuncios humaniter, ut bonis illis, quæ nullo ſibi iure vendicaret, excederet. Verum cum parere mandatis nollet, & titulum ſibi inſuper ducalem uſurparet, pœnalibus mandatis inde eſt exactus, & ad judicium comitiorum Regni citatus, læſæ Majeſtatis eſt damnatus, & Capitaneatu Leopolienſi privatus, ex Samborienſi verò Capitaneatu, quem oppignoratum tenuit, per Reginam redemtus; licet utrumque jure quod vocant, advitalitio Reginæ beneficio reſervatum antea ad vitam habuerit. Flebat *Odrowarz* in illo judicio, flebat uxor ejus, proſtrati ad pedes Regis & Reginæ clementiam obſecrantes.

Idem nonnulli ex Senatoribus pro ſupplicibus orabant, quorum alter per ætatem, altera per ſexum & conſilli inopiam errare cum excuſatione poterant. Miſerabilis facies illius judicii fuit; miſereri fortaſſe Rex potuiſſet; ſed Regina nullis nec precibus nec lacrymis moveri potuit, quæ ad bona *Sambor* ſummè feſtinabat. Ea judicii, ut videbatur, acerbitas, ut ſunt hominum mutabiles parvis etiam rerum momentis voluntates ac ſententiæ, & ad male interpretandum rectè acta proclives, non modo nuncios illos equeſtres Regi adverſos, ſed & pleroſque conſiliarios etiam hos, qui ſententiis ſuis *Odrowaſium* damnarunt, ac univerſum Regnum fama ſeſe late diffundente adeo in Regem & Reginam exacerbavit, ut ex eo tempore non niſi dira quæque in eos ſpirarent. Eratque tum acerba omnium querela, Regem leges, immunitates, advitalitates, Privilegia, jus ac libertatem regni violare, Jusjurandum ſubditis non conſervare, Reginam quos illi collibuerit, bonis Regiis ſpoliare, officia ac Magiſtratus Regni indignis conferre, & pro libidine omnia confundere, actum jam & conclamatum eſſe de jure ac libertate regni, neque aliud cupiviſſe, tunc militarem ordinem & pleroſque ex ordine Senatorio, quam ut primo quoque tempore omnes ſimul in caſtra bellica congrederentur, ad jus & libertatem regni clamore, temeritate ac tumultu multitudinis recuperandam. Hinc conſilia ac conjurationes pernicioſæ in cunctis Palatinatibus Regni per cerebroſos ac loquaces homines practicabantur; & ex eo tempore benevolentia inter *Kmitham* & Reginam propter *Odrowaſium* in odium converſa eſt.

Solutis ſic, ut ſupra ſcriptum eſt, comitiis illis Cracovienſibus & non concluſa in his Regni ordinatione, neque contributione, ad exercitum ulciſcendi Valachi cauſa ſcribendum, Rex evocata edictis ſuis ad bellum Valachiæ univerſà Regni nobilitate ad *Leopolim* ſe contulit, loco illic ad conveniendum caſtris indicto, animo & intentione terrendi cogendique nobilitatem ad conferendam in exercitum alendum pecuniam; cujus tamen nobiles ne mentionem quidem apud ſe fieri paſſi ſunt.

Adeo obſtinatis & ira accenſis in Regem animis, eo etiam numero convenerant, eo apparatu, quo etiam cum Turco confligere potuiſſent. Verum pro armis literas, privilegia, libros legum ac ſtatutorum, calamos ac ſcripturas in manibus circumferebant; querelas, rixas, diſputationes, conciones

furioſas adverſus Regem & Reginam, conſiliariosque primarios de jure Regni, de legibus violatis, de libertate oppreſſa, deque cæteris rebus in conventu Cracovienſi ante A aliquot menſes tractatis, in caſtris illis ad Leopolim iterabant, agebantque. Quarum turbarum Anteſignani & inſtrumenta *Kmitha* fuerunt. *Petrus Zborowski*, Caſtellanus Malegoſtentinus, *Martinus Zborowski*, frater ejus, Pincerna Regis. *Joannes Taſzycki*, judex terræ Cracovienſis, *Xieski*, *Valentinus Dambiński*, *Sierakowski*, *Parzniczewski*, *Gomolinski*, *Splawski*.

Et licet Rex per primarios conſiliarios reſpondiſſet, omnia quæ præſtari tum in caſtris poterant, ſe exequi velle, cætera verò, quæ niſi viſis privilegiis fieri non poterant, in proxime futuro conventu Regni, deliberatione cum Senatu habita, facturum ſe promiſerit, illi tamen juſtis Regis rationibus locum non darent, magisque ac magis furerent, nec in Valachos ulturi injurias progredi B vellent, Rex eos e caſtris illis, poſt ingentia damna Ruſſicis per eos illata, domum redire permiſit. Qua ſeditione ac temeritate ſua Valacho Podolium, cæſo illic præſidio noſtro, vaſtandam iterum, & Turco Valachiam occupandi cauſam præbuerunt. Quam ille anno ſequente impoſito illi una cum novo Waiewoda jugo Turcico in ſuam ditionem redegit. Sic hoc antemurale Regni Turcis proditum *Petro Kmitha* tantarum turbarum autori & nobilium inobedientiæ acceptum referendum eſt.

Extant conſcriptæ hæ ipſæ furentium hominum conciones in ipſis caſtris ad Leopolin habitæ, ita ut dictæ ſunt, per hominem turbulentum & ſeditioſum *Stanislaum Orzechowski*, *Petri Kmithæ* ſervitorem, qui declamatoribus C illis, & eorum inſanis concionibus veluti belle ac ſapienter perorantibus multum tribuere videtur. Quæ quidem querelæ & conciones, cum de cæteris rebus, tum de jure publico violato ac oppreſſa communi omnium libertate his verbis extenſæ, quibus dictæ & conſcriptæ ſunt, videntur rerum ignaris ingentia gravamina & veluti Tyrannis fuiſſe. Contra quæ ſi reſponſa videres, videres Regem omni fere culpa vacare. Nam Theloneum Regium vectigal eſt, quod Nobilitas mercaturis utens, pendere Regi ſubterfugiebat. Bona etiam Regia, quæ ex oppignoratione redimebantur, juſte ab uſurariis redimebantur.

Rex etiam cætera bona Menſæ ſuæ Regiæ non vi, ſed jure ac juſtè a miniſtris dententori- D bus per ſufficientiſſimas probationes recuperabat. Quod vero homines violenti & culpabiles citatione curiali citabantur, id ſemper jure ac more veteri injuriatis licitum fuiſſe.

Officiales autem regni homines honeſtiſſimos ac benè meritos exautorare & degradare nullo modo licebat.

In creandis verò Cancellariis homines malicioſos bonis præferre, dedecus Regni & res extremæ dementiæ eſſet.

Odrowaſium propter inobedientiam erga Regem & Maſoviæ ſibi titulum Ducatus uſurpantem rectè punitum eſſe.

Pruſſiam, Oſviecimum, ac Zator ſponte ſua Regno adhæſiſſe, hac lege tamen ut ab oneribus Regni liberi eſſent.

Ex his paucis, quæ videntur eſſe præcipua, facile eſt judicare, quod reliqua omnia per Equeſtrem ordinem poſtulata minuta ſint, & prope inanis, ut pigeat, quid ad ea a Rege reſponſum ſit commemorare, & quod injuſte ob ea is Rex ſit accuſatus, qui Regni hujus Poloni ſub prioribus Regibus afflicti ac dilacerati reſtaurator ac pater patriæ erat. Etenim ſub nullo priorum Regum Poloniæ Regnum ipſum majore religione, fide, juſticia, cultu, fama, gloria, Senatus Majeſtate, conſilio, ſplendore, pace, victoriis, legationibus, Regum fœderibus, matrimoniis, congreſſu, amore, benevolentia cæſarum, libertate & divitiis domeſticis, libertate ſubditorum adeò floruit, atque ſub hoc uno Monarcha omnium maximo; qui lætis ſucceſſibus ac felicitate divinitus ei data, illud adeo illuſtravit, ut par cæteris ampliſſimis Regnis exiſtimaretur. Sed hæc tanta bona ſua populus ſtultus intelligere non potuit.

Sic viſum fuit DEO Regem bonum ac ſanctum, ne felicitas ejus omni ex parte beata ac perfecta eſſet, malitia ſubditorum ſuorum exerceri. Cui Cæſar CAROLUS Quintus, Rex *Fendinandus*, Rex *Joannes* Vngariæ, Principes Germaniæ, Turcus etiam per literas & nuncios condolentes & eum conſolantes, adeſſe venireque cum potentia ſua ad coërcendam hanc tantam ſubditorum malitiam promittebant. Sed maluit Rex elementia ac lenitate ſubditos ſuos ad cor ac ad officium reducere. Verum improbitas vinci nullo beneficio poteſt, Nam paulo poſt in aliis aliquot conſecutus Comitiis Regni, *Kmitha* & *Tarnovio* plebem ſeu equeſtrem ordinem inſtigante, decreto ſeu Plebiſcito conventus abrogata fuit, Regi poteſtas cauſas & controverſias omnes judicandi. Prætextus hujus rei erat, tanquam judicia illa ex nutu ac libidine Reginæ fierent, quaſique Rex ætate jam ac ſenio delirans, non poſſet, quid in unaquaque cauſa rectum eſſet, pronunciare. At valebat Rex ſanæ mentis judicio, ita ut officium boni ac juſti judicis deſiderari in ſe paſſus non eſſet. Cauſas etiam in lecto æger jacens, egregiè expediebat, aſſidentibus illi nonnullis probis Senatoribus, Regina etiam, ut juſtitia injuriatis expedita fieret, cooperante. Sed alio turbatores ſpectabant, qui quietos ac imbecillos homines, bonis ac poſſeſſionibus, vi aut judicii iniquitate ſpoliarant, & ob id Regis judicium pertimeſcebant.

Proindè

Proinde vt impune, & quam diutiſsime alieno fruerentur, Regi poteſtatem judicandi abrogarunt.

Sed neque hoc malitia eorum contenta erat, inſtiterunt etiam poſtea in aliis comitiis, tam conſiliarii, quam nuncii terrarum, vt Rex regno ſe abdicaret, & Regi filio illud traderet, qui tum in Lituania maſcaris ac vanitati deditus nihil, quod Principe dignum eſſet, agebat, Tartaris confinia Lituaniæ intra annum vndecies vaſtantibus. Ea diuiſio Regni expoſcebatur, partim vt *Tarnouius*, vt *Kmitha*, vt *Samuel Macieiowski*, Epiſcopus Cracouienſ. & Cancellarius, Rege filio dominante, regnarent ipſi; partim vt remoto Rege ſene a regni adminiſtratione vna & Reginam etiam remouerent. Quæ tamen de regno recte adminiſtrando longe magis, quam hi ipſi cancellarii, ſollicita erat, & cui feliciter omnia quæ a viciois & ab hoſtibus timebantur, ſuccedebant, præterquam a ſubditis inſidiatoribus domeſticis. Quorum Rex prauos conatus & filii Regis leues progreſſus videns, non fecit, quod poſcebatur, & ſceptrum donec vixit, tenuit, Satis inquiens eſſe illis temporis ad omnia poſt mortem ſuam in Regno ſubuertenda: cuius tamen ſolius vel ſomniantis felicitas vtilior regno erat, quam eorum accurata omnis adminiſtratio. Cuius poſtea mortui cuncta nobilitas cum dolore & deſiderio reminiſcebantur, cum vidiſſent neglecta a Rege juuene judicia publica eſſe, Regnumque inhoneſto eiusdem Regis Lituanico matrimonio ad ſummam infamiam & dedecus coniectum eſſe. Et hæc quidem tam indigna abrogatio videlicet judiciorum & abdicatio regni, à *Tarnouio, Kmitha*, & a *Samuele Macieiowski* Epiſcopo excogitata & fabricata fuere. Quos reliqui omnes ſunt ſecuti, fatis malignis eos in perniciem Regni trahentibus.

CAPVT VIII.

De Animi Magnitudine Petri Kmithæ, contra Regis Matrimonium.

QVod quidem Regis iuuenis matrimonium Lituanicum, cuius ſupra mentio facta eſt, cum ad laudem pertineat *Kmithæ*, non eſt ſilentio prætereundum; contra quod ille vti turpe ac inhoneſtum reſtitit, ſeque in eo verum Regii honoris ac Maieſtatis Regni Poloniæ amatorem apud nos declarauit, & verum ac fortem *Kmitham* ſe eſſe teſtatus eſt. Etenim *Sigiſmundus Auguſtus* Rex ipſe juuenis, habens a patre Rege traditam Lituaniæ adminiſtrationem, Vilnæ agens & in conuiuiis, maſcaris, luxu inter adulatores diſſolute viuens, captus fuit amore viduæ *Barbaræ*, quæ *Georgio Radziuilo* patre Caſtellano Vilnenſi nata erat, & domi educata apud matrem, quæ male ſemper audiuit, maritoque juniori *Gaſtoldo* collocata matrem turpitudine ſuperauit. Eo vero mortuo, Rex duxit eam vxorem clam, & nullo legitimo modo aut ordine inconſultis Rege ac Regina parentibus, inconſulto Senatu, inſciis omnibus regni ordinibus, fidem ei conjugii dedit. Cujus nuptias aulicis quibusdam ſuis, qui & amoris impatientia & opum ſtudio flagrabant, cum propter turpitudinem diſſuaderet, tamen ipſi ſibi diſſuadere non potuit, ſed ea ducta omnem turpitudinem in ſe tranſtulit, & honorem ac dignitatem ſuam à maioribus ſuis acceptam, & laudem ac gloriam, qua ſemper ab initio floruit, obſcurauit, & omnes Regni ordines in ſummum luctum & dolorem coniecit. Quod quidem matrimonium non Deo autore non virtutum amore, non vllo legitimo & debito ordine contractum fuit, ſed diabolo inſtigante, per veneficia matris, per incantationes mulierum longa quæſitarum, & per reliquas diabolicas artes ac fraudes quæſitum fuit & comparatum. Quod Regi Patri mortem accelerauit, matrem Reginam a filio abalienauit, & in Italiam abire coëgit, & ſororibus Reginulis opinionem bonam diminuit, & regnum infame & exteris deſpicabile reddidit. De quo vniuerſi Regnicolæ obſtupuerunt, exteri homines & Principes vehementer admirati ſunt, & qui amici & beneuolentes, aut ſanguinis, vel alterius cuiuspiam ſocietatis vinculo deuincti fuerant, ingentem dolorem, inimici vero & maleuoli, & laudi gloriæque Polonæ inuidi, maximam voluptatem ac lætitiam ceperunt.

Rex, & *Nicolaus Radziwil* Marſchalcus Lituaniæ, nuptæ huius Regiæ frater patruelis, qui matrimonii huius perficiendi pars magna erat, cum viderent ſine Senatorum Regni conſenſu matrimonium illud ratum non eſſe, & neque omnes, vt conſentirent, induci poſſe, duos præcipuos *Samuelem Macieiowski* Epiſcopum Cracouienſem, Regni Concellarium & *Ioannem de Tarnow* Caſtellanum Cracouienſem exercituum Regni Capitaneum adorti ſunt. Quos variis rationibus & promiſsis, vt aſſenſum præberent, pellexerunt, ſperantes fore, vt cæteri facile conſentirent illis duobus in partes ſuas adductis. Mirandum eſt, quod qui præcipuum in Repub. locum tenerent, & honoribus ampliſsimis ornati eſſent, & tales ſe eſſe ſemper videri voluiſſent, quaſi Reipub. amantes eſſent, apud hos, huiusmodi corruptelas locum habuiſſe, vt cum nihil illis aut ad honorem, aut ad felicitatem deeſſet, obliti tamen fidei & officii, actus iurandi, quo ſe principi & Reipub. obſtrinxerant, ſpe quorundam commodorum, coniugium illud approbarent. Qui mox, mortuo Rege Patre, miſſo in Lituaniam cum literis nuncio, ſuaſerunt Regi filio, vt ſublato iam hoc vno omnium obice, maximo Rege Patre, arbitratu ſuo Rex ageret. Vxorem ac nuptam ſuam, publice ad ſe in aulam ſuam acciperet & ei cohabitaret. Quo ille nuncio de mor-

de morte Regis Patris accepto, non ingemuit, ſed vt illi ſuaſerant, tabellario latitare in hoſpitio juſſo, & morte Regis Patris per triduum occultata, vxorem turpem ac veneficam miſſis pro ea aulicis & optimatibus Lituanis e ſuburbio Vilnenſi in arcem ad ſe deduci & vxorem ac Reginam nominari atqua haberi ab omnibus ſuis edixit. Quo perfecto, A tum demum producto e tenebris tabellario illo, veluti tum primum accurriſſet, mortem Regis Patris annunciari fecit. Quod autem *Tarnouius* matrimonium hoc inhoneſtum probauit, ac defendit, Regemque in eo confirmauit, putatus eſt id feciſſe, non beneuolentia erga Regem juvenem, ſed dolore ac maleuolentia in Patrem eius Regem & matrem Reginam, quos ob negatum ſibi ab eis Capitaneatum Cracouienſem, *Kmitha* vero ejus inimico datum, ſumme oderat, & ſubinde Regem filium oblata hac matrimonii turpitudine ſperni a ſubditis, pellique e Regno ſubdola hac arte voluit, ambiens ipſe ex promiſſo Aſtrologorum, ſe in locum Regis ejecti, Regem electum iri. Quod cum ei non pro- B ceſſiſſet, euectis non paucis ſuorum Regis junioris beneficio ad dignitates & Poſſeſſiones, dignis & indignis, aperte Regem ipſum magis odiſſe cœpit, & factis conſpirationibus, grauia ei impedimenta ingeſſit ſemper, & omnia deinceps comitia diſſolui ſine vlla concluſione procurauit, & multis contumeliis per nuncios equeſtris ordinis, quibus veluti canibus rabidis abutebatur, Regem manſuetum in iiſdem comitiis indigniſſime affecit.

Macieiowius vero licet intelligeret turpem eſſe hunc Regis Regnique caſum, tamen cum reditus Epiſcopatus eius Cracou. in ſumtus ei non ſufficeret, conciliatam ſibi habere Regis voluntatem matrimonii huius approbatione voluit, ad omnia, quæ vellet, a Rege con- C ſequenda. Multos itaque ex ſuis ad magiſtratus & officia publica euexit, & amplis fortunis auxit; duodecim item millia Florenorum ſtationis per plures annos ex Gedano retentæ, donari ſibi a Rege impetrauit. Multa inſuper bona menſæ Regiæ datis ſuper ea priuilegiis & pecunia accepta diſtribuit, vendidit, ac diſſipauit, & alia id genus ſuorum amore a recto abductus indigna. Adeo etiam ſumtuoſus habuit Patrem, Matrem, Fratres, ſorores, adeoque guloſos ac voraces, vt in eum luxum non modo facultates eorum, ſed ne reditus epiſcopatus ſufficerent. Quæ in vita eiusdem epiſcopi latius ſunt perſcripta. At *Kmitha* nihil horum de hoc matrimonio indigne egit, ſed Regi magno animo vti fide- D lis conſiliarius & amator Regni reſtitit, matrimoniumque illud ratum habere noluit, reſcindereque adnixus eſt. Verum, cum id, niſi Rex regno pelleretur, perficere non poſſet, Rege vxorem turpem deſerere nolente *Tarnouioque* & *Macieiowio* eum defendente ac confirmante, *Kmitha* donec vixit, abalienato a Rege fuit animo, & a curia conſiliisque eius ſe ſubducebat, vnde laudem boni & fortis viri & Reipub. amatoris eſt conſecutus. Illi contra duo odium & execrationem ſibi compararunt, & turpes ac ſpreti habiti ſunt.

CAPVT IX.

A De Simultate & inimicitia eius cum Ioanne Tarnouio.

ET licet cum cæteris omnibus concorditer & amanter vixerit, cum *Ioanne de Tarnow*, auunculo ſuo, Caſtellano Cracouienſi & exercituum Regni Poloniæ Capitaneo generali, grauiſſimas ſimultates à iuventute ſuâ mutuo exercuit, infeſtisque ac implacabilibus odiis alter alterum magno Reipub. malo perſecutus eſt. Cauſa odiorum orta in iuuentute amborum erat, quod *Tarnovius* (*Kmitha* tum in curia Regis in Lituania erat) bona Sczebrzeſzyn, quæ vterque ad ſe deuoluta arbitratus eſt, vi occuparat. B Quæ res graues inter eos inimicitias excitauerat. Putabatur & hæc altera cauſa odiorum inter eos fuiſſe, quod *Tarnouius* ambitione Regni teneri diceretur, ad quod conſequendum Rotmagiſtros, Centuriones militum, Præfectos, milites, nobiles, Caſtellanos, officiales, quos poterat, ſibi conciliabat, qui circa illum, quod Dux belli eſſet, non inuide ſeſe congregabant. *Kmitha* hoc ei non concedens homines itidem ad ſa pari numero ac potentia, humanitate, menſa, officiis, largitione trahebat, & impedimenta occulta contra *Tarnouium* ſtruebat. Ciuitatem etiam Cracouienſem ſedem Regni cum Rex *Sigiſmundus* Primus, Rex grandæuus in Lituania ægritudinibus conflictabatur, in ſuas partes ad- C duxit, claues & portas ciuitatis cuſtodiri, & quæ ad propagandum opus ſunt parari ac muniri ordinauit, quo in euentu mortis Regiæ nemini niſi ipſi *Kmithæ* veluti Palatino & Capitaneo loci ciuitatem liberam aſſeruarent: & ob id exiſtimatus eſt, regnum etiam, vt & *Tarnovius* affectaſſe. Qui tamen ad invicem inter ſe comparati, *Kmitha Tarnouio* homini ſuperbo, iracundo, iniuriam nunquam obliuiſcenti, implacabili, affectibus laboranti, & in conſiliis de Repub. in ſingulos annos mutabili ac vario, ab intelligentibus Senatoribus, quoad regni adminiſtrationem præferebatur.

Acceſſerat & alia cauſa, quæ iras atque odia eorum magis accenderat, ambitio ac D Magiſtratus cupido. Ambiebat vterqua, vt ſupra ſcriptum eſt, Capitaneatum Cracou. vacantem poſt mortem *Chriſtophori Szydlovecii*; quem Capitaneatum vterque propter eminentiam & merita ſua deberi ſibi putabat. Sed Regina *Kmitham* ſibi addictum *Tarnovio* veluti tumido & magna quadam

animo

animo uuluenti prætulit, eique Capitaneatum hunc a Rege dari impetrauit. Quo facto ſuo Regina udia eorum vetera, quæ iam prope A extincta videbantur, reſuſcitauit, & implacabilia effecit. *Tarnouium* vero vehementius a ſe abalienauit, multaque udia & ipſa ſibi & Regi marito & Regi filiu parauit. Cæterum ea repulſa adeo vſſit *Tarnouium*, vt irarum plenus *Ferdinando* Hungariæ & Bohemiæ Regi ſeſe pro ſubditu addiceret, & in Buhemiam, vbi quædam bona Eccleſiæ per hæreſin olim adenita ſibi coemerat, emmigrare ſumma vi cuntenderet, & Præfectura exercituum Regni Poluniæ publice & priuatim crebris Regni comitiis ſeſe abdicaret. Quæ res magnam ei leuis ac impotentis animi notam peperit, & nun parum de exiſtimatiune B eius detraxit.

Hiſce ſupra memoratis rebus animis eorum exulceratis alter alterum non ferro, ſed ſuperbia, tumore, contemtu, tum in ſenatu & in ſententiis ſenatoriis, tum in iudiciis cauſarum vlciſcebatur, & alter alterius ſeruitores, familiares, amicus adhærentes, in cauſis eorum contruuerſis perſecutus eſt, vt alter alteri ægre faceret. Quam ad rem procuratures, cauſidicus, rabulas, litigatores, iuris ac iuſtitiæ ſubuerſores, iudices etiam vterque ad ſe trahebat, alebat, eunſilia verſuta ac practicas funeſtas ad mutuo nocendum inibat.

Funeſtum erat videre, hos duus Sarmates, C pares genere, ætate, nominis claritudine, pares opibus, clientelis, conſilio, animu, magiſtratibus, pares rebus geſtis, ſanguinis etiam vinculu coniunctos, dum neuter alteri cedere vellet, adeo implacabilibus odiis mutuum ſeſe vlciſci. Fatu quodam ac ſidere aduerſo ad has tam pertinaces inimicitias nati eſſe ambo videbantur. Quas cum neque Rex, neque Senatus, neque Reſpublica, nec Religiu, nec amici tollere poſſent, eas murs, quæ tollit ac finit omnia, *Kmitha* horum altero ex humanis ſublatu ſuſtulit, & greges illus rabularum, nocentiſſimarum hominum, diſpulit ac diſiecit.

CAPVT X.

De morte Kmithæ.

MOrtuus eſt autem Cracouiæ in arce, longa ægritudine conſumtus, ſacramentis umnibus Eccleſiaſticis procuratus, pœnitens, cuntritus, confeſſus, communicatus, fiduciam ſalutis in miſericordia DEI repunens, dumu ſua & rebus bene diſpoſitis pridie Calend. Nouembr. Anno Salutis noſtræ 1553. *Ætatis ſuæ 76.* ſepultus in Eccleſia Cathedrali Cracouienſi in ſepulchro maiorum ſuorum; ad quos appoſitus requieſcit, expectans reſurrectionem mortuorum.

Vita Petri Kmithæ.

CAPVT XI.

De vxoribus & Finito Kmitharum genere.

VXures duas habuit, alteram *Annam*, *Lucæ de Gorka* Caſtellani Puſnanienſis & Capitanei maioris Poloniæ generalis filiam; qua ſteriliter defuncta alteram ſuperduxit *Barbaram*, filiam Ioannis *Herbult Dobromilski*, ex qua etiam nulla prole ſuſcepta *Kmitha* ipſe, qui vltimus & prupagandæ familiæ ſuæ ſpes vnica erat, ſteriliter mortuus eſt, in quo ſtirps maſcula *Kmitharum* ex tracta eſt & terminata, ingenti nobilitatis dulore, ampliſſimo patrimunio *Barzys* & *Stadniciis* nepotibus ſururum ſuorum filiis relicto.

Ne mirere, lector, *Kmitharum* genus defeciſſe, ne cur defecerint, cauſas inveſtigare contendas, cum uccultа ſint DEI iudicia; ſed ſi prupter peccata dixeris, & quod DEVS nolit ex tyranno tyrannos naſci & creſcere ſuper terram, nun multum a vero aberratis. Cæterum communis eſt ſors hæc *Kmithis* cum cæteris magnis in Regnu familiis, quæ ante non multos annos cum umni ſtirpe maſcula interierunt. Quarum hæ præcipuæ fuerunt: Familia *Dambno*, *Buczac*, *Hodecz*, *Haliciorum*, *Colarum*, *Struſorum*, *Rithuaniorum*, *Rzeſzouiorum*, *Iaroslauiorum*, *Scydloueciorum*, *Krzepiciorum*, *Gamratorum*, *Srzenskorum*, *Zabrzezinskorum*, *Gninskorum*, *Gaſtoldorum*, Ducum Maſuuiæ, Ducum Zatoriæ, Oſuiecimiæ, Sileſiæ.

Sed & Regia dumus *Iagellea*, *Tarnouia* etiam vna cum cæteris familiis breui poſt eodem fine propter iniuſticias interituræ ſunt; ſiue quod omnia in mundo ſeneſcant, ac intereant, & nil exſtet, ſub Sole diuturnum præter ſolam Virtutem, & famam bonam aut malam, quam horrent viui ſimul & poſt fata Tyranni. Non eos mortuos quibus moriendum erat, dole, magis plange vicem noſtram, vicem Regni in ſummu periculo poſiti, quod viris magnis, iuſtis, prudentibus ſpoliatum D eſt. In quorum loca ſucceſſerunt filii ſui prodigi, alieni appetentes, degeneres, homines ſuperbi, arrogantes, ſeditioſi, doloſi, Eccleſiarum & Reipub. prædatures, ſtulti, Reipub. ignari, hæretici, plaſphemi, fidei Catholicæ deſertures, falſi Chriſtiani, Iudæis, Turcis, Saracenis nequiores, effrenatæ mentis, adeu perculſi, quos tradidit DEVS in ſenſum reprobum.

Annun certa ſunt hæc ſigna Regni citu perituri, quandoquidem receſſit a nobis Dominus, & abſtulit a nobis Regem, Pontificem, Prophetam, Sapientem, conſiliarium & vultu venerabilem, & dedit nobis principes pueros,

puerisque ſimiles & effœminatos. Idem confudit conſilia noſtra, & Spiritum diſcordiæ ac vertiginis in mentes omnium immiſit, ex- A cœcauit, vt videntes ac ſcientes regnum per ſeditionem domeſticam amittamus, vt tradat nos Deus propter peccata noſtra in ſeruitutem genti crudeli, genti immundæ, genti cuius linguam non intelligimus.

Leuate ergo capita veſtra, o Proceres Poloni!
Quia in proximo eſt perditio veſtra.

LECTOR Amice. Puto te in hac ſcena vidiſſe, quibus plauſum & quibus ſibilum dares. Mei iudicii non eſt eo te ducere, quo ipſe eo, vel ſi iudicii eſſat, modeſtia certe non patitur, cui ego quauis hora rem ſacram facio. nec dubito te aduertiſſe, cum pauculi in vtraque parte ſe iactent, plurimos in tam frequenti Repub. otioſos ſpectatores fuiſſe. O peſſimum hominum genus & peius cane & angue.

Quid enim illi non præſtarent, ſi probi eſſent? Quia vero hæc ætas etiam eorum feraciſſima fuit, nec minori ab illis malo Reſpub. adfecta, pœnam in illos, a diuino Solone ſancitam adſcribere hic non abs re viſum.

In legibus illis antiquiſſimis, quæ Athenis axibus ligneis inciſæ ſunt, quasque latas ab eo Athenienſes, vt ſempiternæ manerent, pœnis & religionibus ſanxerunt, legem eſſe *Ariſtoteles* refert, ſcriptam ad hanc ſententiam:

B Si ob diſcordiam diſſenſionemque ſeditio atque diſceſſio populi in duas partes fieret, & ob eam cauſam irritatis animis vtrinque arma caperentur, pugnareturque; tum qui in eo tempore eoque caſu ciuilis diſcordiæ non alterutra parte ſeſe adiunxerit, ſed ſolitarius, ſeparatusque a communi malo Ciuitatis ſeceſſerit, is domo, Patriæ, fortunisque omnibus careto, exul extorrisque eſto.

FINIS.

EPISTO-

ILLUSTRIUM VIRORUM

EPISTOLÆ

IN TRES LIBROS

DIGESTÆ

OPERA

REVERENDISS. DOMINI

D. STANISLAI

CARNCOVII

EPISCOPII VVLADISLAVIENSIS ET POMERANIÆ

IN LVCEM EDITÆ.

RECVSÆ AD EDITIONEM EVVLGATAM

CRACOVIÆ

ANNO M. D. LXXVIII.

STANISLAUS CARNCOVIUS
EPISCOPUS VVLADISLAVIENSIS ET POMERANIÆ
BENIGNO LECTORI.

OMnes illi, qui ſuas, aut aliorum Epiſtolas, diuerſis quidem temporibus, ac per rerum varietate ſcriptas, in publicum dare conſueverunt, eo conſilio mihi rem tantam facere videntur, vt vel lectori venuſtam quandam Orationis elegantiam in illis commendatam afferant; vel quod maius eſt, non contemnendam vtilitatem, quam ad Eccleſiam Dei, ant ad Rempublicam pertinere exiſtimant, tanquam digito monſtratam exhibeant. Quorum vtrumque vt præclarum eſt, ita magno voluntatum animorumque conſenſu ab omnibus expeti ſemper æquisſimis de cauſis debebit. Id, cum ego iampridem perſpectum haberem, hoc unum & maximum in edendis hisce alienis Epiſtolis ſpectandum ſum arbitratus, vt varios optimorum conatus, labores, vigilias in tuenda Orthodoxorum hominum pietate & omnibus Reipublicæ partibus, literis poſteritati conſignarem, vt qui optime de Eccleſia & Republica mereri vellent, magnum ſe adiumentum ex hac lectione conſecuturos exiſtimarent; certoque ſcirent, non humani conſilii magnitudine & excellentia Regnorum potentisſimorum & omnium Rerumpublicarum gubernacula ſustineri, ſed diuinæ prouidentiæ virtute & Angelorum illius fidelisſima cuſtodia regi & conſeruari. Ad quos proxime accedunt ſummi Pontifices, Cardinales Epiſcopi, Reges & Principes, quos omnes reuera maiores Angelos & terreſtres quosdam Deos non immerito dixeris. Quandoquidem horum conſiliis Eccleſia Dei, omnisque Reſpublica legitime inſtituta, veluti cardinibus quibusdam ſuſtentata, maxime fulcitur ac roboratur. Credo quidem ego nemini iſtorum, quorum hic leguntur Epiſtolæ, vnquam in mentem venire potuiſſe, fore aliquando tempus vt ederentur: ex eo vel maxime, quod plurima in eis, imo fere omnia, magno quidem iudicio, manu tamen celeri, familiari & prope domeſtico ſtylo, prout locus & tempus ferebat, conſcripta ſunt. Quorum ſinguli ſi res graues, & illuſtrem quandam ad ſcribendum ſuſcepiſſent materiam, longe maiora & uberiora, ac propemodum admiranda ſui ingenii monimenta edidiſſent. Quanquam & hic ſua debita laude fruſtrari non debent: cum humiliore quidem ſtylo, & Epiſtolis accommodato, res tamen gravisſimas ac conſilia ſaluberrima, præſertim periculoſisſimis Eccleſiæ & Reipublicæ temporibus ſunt complexi, ſuosque egregios conatus, ac præclarisſima ſtudia, in vtramque aperte declararunt. Quæ, cum diligentius apud me reputaſſem (quamvis aliquantulum ſubuerebar, ne & contra officium feciſſe & ipſorum animos offendiſſe videar) omnibus examinatis, & ſubductis rationibus, potius imprudentiæ crimen Incurrere volui, quam penitus negligentia committere, vt tot tantorum virorum illuſtres conatus perpetua obliuione delerentur. Quod proculdubio brevi futurum ſuſpicabar: cum ſæpe multumque apud animum reputarem clarisſimos quosdam ac prudentisſimos huius Reipublicæ noſtræ Senatores non ita pridem vita functos, & ſuæ exiſtimationi & Reipublicæ commodis plurimum detraxiſſe, cum divinas illorum cogitationes ſcriptis & codicillis contentas homines illiterati & rerum imperiti igni concremaſſent. Non caret ſua apud nos laude LASCIVS ille Gneſnenſis Archiepiſcopus, qui totius Regni Priuilegia in vnum volumen colligenda exiſtimauit. Nec reprehenſione dignus eſſe videtur GORSCIVS Cracouienſis Canonicus, qui magno profecto labore, ac indefeſſo ſtudio omnes, quas vndique conquirere

rere

rere potuit, prudentiſſimorum virorum legationes vltro citroque ſuſceptas & epiſtolas, libris triginta comprehenſas, in vnum corpus compegit. Quæ ſi interiiſſent, magno & incredibili damno Reſpublica affecta fuiſſet. Quorum lectio quantum mihi, hoc præſertim vtriusque interregni tempore, ad confirmandum reipublicæ ſtatum pene fluctuantem profuerit, ipſe mihi ſum conſcius. Quandoquidem ex illis multa per me mutata, & ad rem præſentem publicamque neceſſitatem accommodata ſunt, quæ prima fronte plurimis quidem noua & inaudita eſſe videbantur; eadem tamen Reipublicæ vtiliſſima & ſaluberrima fuiſſe, euentus comprobauit. Nequaquam hoc tempore Tomicius, Choienius, Schidlouecius, & multi alii apud nos tanta nominis celebritate claruiſſent: niſi illorum res geſtæ, conſilia, & ſenatus conſulta, pervigili opera huius viri ab obliuione vindicarentur: & tam bonorum omnium in Rempublicam ſtudia, quam peruerſos malorum hominum conatus, hucvſque ignoraſſemus, niſi ille congeſtis vndiquaque ſcriptis ipſorum voluntates patefeciſſet. Iure inter cætera laudatur CROMERVS noſter, qui maturo & peracri iudicio, nonſolum Iurium & Priuilegiorum, verum etiam pactorum & fœderum, cum externis Principibus, ex Archiuo Regio totam rationem recollegit. Omitto interim noſtros, cum & cæteros non ſine magna laude id feciſſe certum ſit, Bembum videlicet, Sadoletum, & alios quamplurimos. Quibus quod citra omnem reprehenſionem licuit, idem mihi eorum exemplo licere putaui. Adiiciendum etiam curaui meum Epiſtolarum librum. Non quod me tantis, & toto orbe celebratiſſimis viris parem eſſe exiſtimem: ſed quod hæ literæ vt plurimum ad me datæ, & ad noſtras reſcriptæ ſunt. Debet igitur iam perſuaſum eſſe omnibus, quale fuerit meum in edendis alienis Epiſtolis ſtudium ac conſilium: quod eiusmodi eſt, vt cæterorum ſtudia, conatus ad iuuandam & ornandam Rempublicam excitarem: frigidosque ac languentes ipſorum animos confouerem. Si propoſito noſtro (vti ſpero) euentus reſpondebit, & ea res plurimum vtilitatis, ornamenti, & adiumenti afferet; te, benigne lector, pro tua animi moderatione & ingenuo candore, nonſolum operam hanc noſtram approbaturum, ſed etiam ab aliorum obtrectationibus (qui aliter quam par eſt de rebus iudicare ſolent) vindicaturum non dubitamus.

Vale.

EPISTOLARVM
LIBER PRIMVS.

Epiſtola I.
PIVS PAPA V.
Venerabili STANISLAO Epiſcopo Wladiſlauienſi.

Epiſcopos adhortatur, vt in Comitiis Religionem Catholicam fortiter defendant.

VEnerabilis Frater, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Solicitudo paſtoralis admonet, & temporum conditio nos cogit, cum iſtius Regni Comitia aut iam futura eſſe, aut non ita pridem incepiſſe intelligamus, vt fraternitatem tuam, ſicuti cæteros quoque fratres iiſdem Comitiis interfuturos, hortemur ad officium ſuum, Catholicæ fidei defenſioni, tam neceſſario B tempore, præſtandum. Scimus enim, hæreticorum, atque Eccleſiaſtici ordinis aduerſariorum, eam eſſe conſuetudinem, vt oblata ſibi huiuſmodi conuentuum occaſione, ſemper aliquid contra religionem Catholicam atque huius ſanctæ ſedis, quæ omnium Eccleſiarum caput & magiſtra eſt, maieſtatem atque obedientiam ſubtrahendam moliantur. Quorum pernicioſis conatibus, quo autoritate apud Regem valde potes, doctrinaque & eloquentia polles, eo conſtantius ac fortius obſiſtere atque obuiam ire debebis. Id autem tibi cæteriſque fratribus coëpiſcopis noſtris eo faciendum eſt confidentius, quod chariſſimi nobis in Chriſto filii Regis ea voluntas nobis ſignificatur, & illud catholicæ religionis ſtudium, vt in eius defenſione a tot nobiliſſimis progenitoribus ſuis Catholicis Regibus nunquam degeneraturus eſſe credatur: vt ſi C quid (quod Deus auertat) in illis Comitiis acciderit, ex quo religio catholica Apoſtolicæ ſedis autoritas aliqua ex parte læſa fuerit, id non Regi ipſi imputandum a nobis ſit, ſed aut timori, aut negligentiæ veſtræ aſſignandū. Quod ſi quod etiam periculum vobis eccleſiaſticam libertatem aduerſus impios Hæreticorum conatus defendentibus A immineret. vnanimiter obſiſtentes, ne a patribus illis noſtris degeneretis, qui ſanguinem ſuum pro eiuſmodi cauſis ſæpe profuderunt, etiam moriendo debetis oſtendere, vos in communi Eccleſiæ Catholicæ damno veſtrum ſpecialiter aliquid non amare. Audi enim, frater, omnium Apoſtolorum Principem dicentem. Si quid patimini propter iuſtitiam, beati eritis. Crede mihi, vitam, quam idcirco accepimus, vt eam pro Dei honore veræque religionis cultu libenter omnipotenti Deo offeramus, ſi neceſſitatis cauſa exigat, ſecurius pro eodem Deo relinquimus, quam retinemus. Præſtabit autem vires omnipotens redemtor noſter fraternitati tuæ, præſtabit cæteris fratribus in eodem conuentu affuturis, ſi modo vos dignum vobis, hoc eſt, Catholicis Eccleſiarum Paſtoribus, animum ſacerdotalemque vigorem capietis. B Quam ad rem familiarem tuam ita hortamur, atque excitamus, vt nec maiore animi noſtri ſtudio, nec ardentiori deſiderio hortari atque excitare poſſimus. Meminiſſe te quidem officii tui credimus, nec commiſſurum putamus, vt vllo aut metu aut ignauia ſacerdotalem dignitatem deſeras: ſed noſtrum tamen ipſi officium prætermittere noluimus, ſcientes, vt tibi de tuo, ſic nobis de noſtro, æterno illi iudici rationem reddendam fore. Et quia ſatis conſtat, malos ſacerdotes populorum eſſe ruinam, manifeſtiſſimaque res eſt, tot hæreſum mala non aliunde, quam a prauis corruptiſque clericorum moribus, originem habuiſſe: ideo Fraternitatem tuam monemus, & per viſcera miſericordiæ Dei obteſtamur, vt ſicuti dignum eſt officio ſuo, ad cleri ſui mores corrigendos omni vigilantia incumbat, ſibique perſuadeat, ad reuocandam veterem Eccleſiæ dignitatem, propter hanc ipſam morum in clericis viris corruptionem in ſummum omnium fere hominum contemptum adductam,

nul-

nullum aliud præter hoc remedium inueniri poſſet. Veriſſima enim eſt illa beati Gregorii prædeceſſoris noſtri ſententia, io qua ſacerdotalem ordinem cum intus ceciderit, foris quoque diu ſtare non poſſe affirmauit. Cadunt enim intus ſacerdotes, cum iuſtitia, caſtitate, integritate, honeſtateque morum derelicta, contraria ſuæ profeſſioni inſtituta moreſque ſectantur. Intus autem cadentes foris ſtare non poſſunt, propterea quod populus, qui in his, qui ſibi præſunt, noo tam doctrinaoi attendit, quam ſacta ac mores contemplatur & ſpectat, vbi eos, quorum integritas ſibi ad bene honeſteque viuendum exemplo eſſe debebat, deprauatis corruptiſque viuere moribus videt, facile illorum exemplo ad deteriora conuertitur. Corrigendi autem mores nulla melior iniri poteſt a Fraternitate tua ratio, quam ſi omni tua induſtria elabores, vt, quæ tam piè ac prouide in ſancta generali Tridentina Synodo decreta fuerunt, ea diligenter fideliterque in tua Eccleſia ſeruari cures. Quam ad rem ita te hortamur atque incitamus, vt nihil æque cupiamus, ac te hac in re & Dei honori & officio tuo, & deſiderio noſtro ſatis facere. Et quamuis ſperabamus, pro eo, quod fidei tuæ creditum eſt, munere, te minime prætermiſſurum eſſe, quin Eccleſiæ tuæ in re tam ſalutari prouideres: tamen, quamuis curreuti tibi, fraternæ hortationis noſtræ tanquam calcar admouendum duximus. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris.

EPISTOLA II.

PIVS PAPA V.

Venerabili Fratri STANISLAO, Epiſcopo Wladiſlauienſi.

Eius in Religione Catholica zelum laudat, & vlterius commendat.

SPei, quam de te habuimus, abs te ipſo tuæ adminiſtrationis initio gaudemus eſſe reſponſum. Quod enim *Synodum Diœceſanam* celebraſti, in qua curaſti, vt totus clerus profeſſionem faceret fidei Catholicæ, quod ſeminarium ex decreto *Concilii Tridentini* inſtituiſti, & de menſæ tuæ redditibus dotaſti, quod in hæretico illo eiiciendo mandatum noſtrum tanta cura executus es, ieciſti muneris tui præclara admodum fundamenta. Ex iſtis porro præteritis officiis tuis in ſpem non dubiam venimus de futuris; ad quæ præſtanda non egere te cohortatiooe confidimus. Sed tamen quia merita tua apud Deum creſcere cupimos, & exemplom tuum finitimis Epiſcopis ad imitandum propoſitum fore ſperamus, vt, quanta maxima pores cura & diligentia creditas tibi oues paſcere ac tueri, & eas, quæ aberrarunt, ad ouile dominicum reducere ac ſanare ſtudeas, adhortamur. De iis quæ mandato tuo a nobis poſtulauit familiaris noſter *Georgius TICINIVS*, qoid tibi conceſſerimus, ex eius literis cognoſces. Confidere Fraternitatem tuam volumus, nihil te vnquam fruſtra a nobis deſideraturum, quod quidem ſaluo officio noſtro concedi poſſit. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris.

EPISTOLA III.

PIVS PAPA V.

Venerabili Fratri STANISLAO, Epiſcopo Wladiſlauienſi.

Papa Eccleſiæ Varmienſis periculum dolet eiuſque curam ab Epiſcopis exigit.

CErtiores facti non ſine magno animi noſtri dolore, *Eccleſiam Varmienſem* dilecto filio noſtro *Staniſlao* tituli Sancti *Clementis Presbytero Cardinali Varmienſi* nuncupato abſente, nonnullo in periculo amittendorum bonorum ſuorum verſari, quibus occupandis quidam iſthic, praua quadam incenſi cupiditate, inhiare dicuntur, valde pro ea, quæ nobis ab omnipotenti Deo commiſſa eſt, Eccleſiarum omnium ſolicitudine, animo commoti ſumus. Itaque faciendum nobis eſſe exiſtimauimus, vt has ad Fraternitatem tuam lireras illico daremus, quibus te, ſi modo ea vera ſunt, quæ accepimus, ad omnia eius Eccleſiæ iura, prouentus, ac poſſeſſiones, conſilio, autoritate, ſuffragationeque tua tuendas, & quantum in te eſt, incolumes atque integras præſtandas hortamur. Illud etiam Fraternitatem tuam curare cupimus, vt eius ipſius Eccleſiæ ab Sereniſſimo Poloniæ Rege, & ab ampliſſimo Regni Senatu, maior aliquanto ratio habeatur, quam quanta adhuc habita eſſe dicitur. Quod quamuis ipſam, pro eo, quod deber rebus Eccleſiaſticis tuendis, officio, diligenrer facturam eſſe ſperemus: tamen eo aoimi noſtri ſtudio ab ea petimus, vt vel in hoc ipſo, quanti nos ſanctamque hanc ſedem Apoſtolicam faciat, eam declarare nobis velimus. Id enim officium, præterquam quod erit æquitate bonitateque tua digniſſimum, nobis præterea gratiſſimum acceptiſſimumque eſt futurum: cui nos officio quibuſcunque paternæ noſtræ erga ſe voluntatis indiciis, idonea occaſione oblata, libenter ſemper reſpondebimus. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris.

EPISTOLA IV.

PIVS PAPA V.

Venerabili Fratri STANISLAO, Epiſcopo Wladiſlauienſi.

Licentiam ei Papa concedit, vt cauſas criminales in Senatu tractet.

CVm, ſicut accepimus, tu, qui vnus ex Senatoribus chariſſimi in Chriſto filii noſtri *Sigiſmundi Auguſti Poloniæ Regis* illuſtris exiſtis, & in eius Senatu frequenter cauſæ criminales tractari ſolent: idcirco nobis humiliter ſupplicari feciſti, vt tibi iu cauſis criminalibus in eodem Regio Senatu tractandis intereſſendi, & in illis votum dandi, licentiam & facultatem concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur tuis honeſtis votis fauorabiliter annuere volentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, tibi, vt cauſas criminales in dicto Regio Senatu, etiam vbi pœna ſanguinis venit imponenda, audire, tractare, in illiſque te immiſcere abſque alicuius cenſuræ vel pœnæ Eccleſiaſticæ aut cuiuſvis irregularitatis incurſu libere & licite poſſis, & valeas, dummodo ſententiam ſanguinis ipſe non feras, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium licentiam concedimus & facultatem, non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Dasum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris.

EPISTOLA V.

PIVS PAPA V.

Venerabili Fratri STANISLAO, Epiſcopo Wladiſlauienſi.

Papa Fricium hæreticum e Caſtro Volberio expellere iubet.

Nob

NOn ſine graui animi noſtri moleſtia nuper accepimus, quendam *Andream Fricium* hæreticum in tuo Caſtro Vulborio iuriſdictionem exercere. Quare cum id peſſimi pernicioſique exempli ſit, magnumque ſaluti animarum periculum & incommodum afferre poſſit; præſertim, quod pecus totum ouile corrumpere facile poteſt: ad te ſtatim ſcribendum duximus, teque plurimum hortamur, & requirimus in Domino, tibi etiam in virtute Sanctæ obedientiæ mandantes, vt illico eundem *Andream* hæreticum ex ipſo Caſtro expellas atque eiicias, eumque officio, quam Sculteriam vocant, priues, id ipſum ei confeſtim adimas. Neque enim conuenire, neque nullo pacto expedire cenſemus, vt quis hæreticus in loco quopiam Catholico iudicis aliudue publicum munus exercere poſſit. Quod quidem te pro tui officii debito, curaque ac diligentia, qua in cuſtodiendo grege tuo tibi omnipotentis Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia credito, ne exitioſa hæreſum labe inficiatur, eſt adhibenda, ſolicite facturum confidimus. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris.

EPISTOLA VI.

PIVS PAPA V.

Venerabili Fratri STANISLAO, Epiſcopo Wladiſlauienſi.

Puerorum Seminarium in Ciuitate Wladiſlauienſi erectum approbat, certaque iura conſtituit.

CVm, ſicut nobis nuper exponi feciſti, tu, tanquam bonus & diligens paſtor, inhærendo Decretis Sacri Concilii Tridentini, vnum puerorum ſeminarium in ciuitate tua Wladiſlauienſi erexeris & inſtitueris, illudque maiori ex parte de bonis Eccleſiæ tuæ dotaueris, quod ob raritatem & defectum ſæcularium doctorum religioſis ſacrarum literarum profeſſoribus, pro pueris in illo reſidentibus inſtruendis & promouendis, valde indigere dignoſcitur: Quare nobis humiliter ſupplicaſti, vt ſuper his opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, tibi, vt quibuſcunque quorumuis ordinum, etiam mendicantium, regularibus profeſſoribus, de licentia ſuorum Superiorum, tam ad commodum & vtilitatem erudiendi & inſtruendi pueros eiuſdem Seminarii, quam etiam ad prædicandum verbum Dei & Catholicam doctrinam Chriſti fidelibus in Ciuitate & Diœceſi tua Wladiſlauienſi, dummodo, quando prædicationis officium exercuerint, illi in domibus Eccleſiarum ſeſe recipiant, & in eis, & non alibi diuertant, vti, eoſque habere & tenere poſſis, ipſique regulares profeſſores, tam eidem Seminario, vt præfertur, inſeruire, & operam ſuam præſtare, quam officium prædicationis huiuſmodi exercere, libere & licite valeant, autoritate Apoſtolica, tenore præſentium, licentiam concedimus & facultatem, non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, nec non ſtatutis & conſuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis ordinibus prædictis quomodolibet conceſſis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris.

EPISTOLA VII.

GREGORIVS PAPA XIII.

Venerabili Fratri STANISLAO, Epiſcopo Wladiſlauienſi.

Merita eius laudat, ipſique gratiam annunciat.

INcredibilem nobis voluptatem attulit fama inſignis pietatis, innocentiæ, eloquentiæ, rerum peritiæ, & **A** præſtanti iſto loco & munere dignæ vigilantiæ tuæ, egregiaque operæ, tum catholicæ religioni, tum Regni illius rebus hactenus nauatæ. Nec dubitamus, te omnibus in rebus tui ſimilem futurum. Scripſimus has literas Fraternitati tuæ, vt eſſent teſtes noſtræ paternæ erga te voluntatis. Quid autem a te cupiamus, cognoſces ex venerabili Fratre Vincentio Nuntio noſtro, eique omnem fidem tribues. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris.

EPISTOLA VIII.

GREGORIVS PAPA XIII.

Venerabili Fratri STANISLAO, Epiſcopo Wladiſlauienſi.

B *Georgius Radiuilus ad Epiſcopat. Vilnenſ. commendatur.*

FEcimus non grauate id, quod Fraternitas tua a nobis poſtulabat, vt dilectum filium *Georgium Radtuilum* Venerabili Fratri *Epiſcopo Vilnenſi coadiutorem*, & vbi Deo videretur, ſucceſſorem daremus. Ad id nos adduxerunt multæ grauiſſimæque cauſæ, quas ampliſſimi viri, quos in tuis literis nominas, nobis propoſuerunt. Cætera ex nuncio noſtro cognoſces, omnemque ei fidem habebis. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris.

EPISTOLA IX.

STANISLAVS HOSIVS Cardinalis Varmienſis SIGISMVNDO AVGVSTO Regi Poloniæ.

C *Regem pra aduerſariorum machinationibus monet, Religionique Catholicæ ſtudium & conſtantiam commendat.*

PRoprium ſemper hoc fuit Regum ac Principum Catholicorum officium, non ſibi de cauſis fidei iudicium arrbgare, ſed quæ ſemel eſſent in Conſiliis Epiſcoporum Oecumenicis, præſertim de fidei doctrina, conſtituta, ea tueri & defendere, nec vt quiſquam de eis, non dicam iudicare, verum etiam diſputare, vel quicquam eorum quæ decreta eſſent in dubium vocare auderet, permittere, grauiſſimis etiam pœnis propoſitis, ſi quid ſecus ab aliquo tentatum foret. Cum itaque ad inſtantiam *Imperatorum Caroli & Ferdinandi* beatæ memoriæ, & omnium *Regum & Principum Catholicorum*, (inter quos etiam fuit diuus ille parens Maieſtatis veſtræ, cuius in fide Catholica conſtantia toto celebratur in orbe, **D** quin & ipſa *Maieſtas veſtra*, quæ, ſicut hactenus fecit, ſic deinceps etiam pientiſſimi ſui parentis veſtigiis ſemper incede) *Concilium Tridenti* fuerit indictum & celebratum, ad quod ipſa quoque veſtra Maieſtas Oratorem ſuum legauerat, virum & nobilitate generis, & doctrina pietateque illuſtrem, R. D. *Valentinum Herborium Premiſlienſem Epiſcopum*, qui decretis Concilii nomine *Maieſtatis veſtræ* ſubſcripſit, & eis conſenſit; cum etiam hæc ipſa S. Concilii decreta *Parczouiæ* in frequenti Senatu, per illuſtriſſimum D. *Cardinalem Comendonum*, tunc legatum Apoſtolicum, *Maieſtati veſtræ* fuerint oblata, ſimul vt S. ſedis Apoſtolicæ autoritate fuerant approbata, & ea *Maieſtas veſtra*, tanquam obſequens Eccleſiæ filius, magna cum reuerentia receperit: Quæſo Maieſtatem veſtram, vt ipſa

ipſa ſecum expendat, quale ſit eorum conſilium, qui nouam quandam illi fidiculam obtrudunt, & etiam iudicio *Maieſtatis veſtræ* comprobari volunt; quin & A illud audent poſtulare, ne quid Epiſcoporum, ſed hæreticorum iudicio tribuat omnia. Qualem autem fidiculam offerunt? eam certe, quam nonſolum Chriſtiani, verum etiam ipſi rident Germani Lutherani, & eam vocant *ocream Polonam*, quemadmodum in libello germanico, cuius verba in *Comitiis Lublin* ipſe *Maieſtati veſtræ* legi, perſcriptum eſt. Itane iam delendus nobis erit e Symbolo Apoſtolico, quod indies recitamus, Articulus ille, credo ſanctam catholicam, & illius loco ponendus, credo in non ſanctam & foetidam ocream Polonam? Mirum eſt autem, quod videri volunt illi belli homines approbari a te confeſſionem, vel vt verius dicam confuſionem Auguſtanam, cum in ea diſertis verbis hæc ſcripta B contineantur: ſecundum Euangelium, ſiue vt loquuntur, de iure diuino, nulla iuriſdictio competit Epiſcopis, hoc eſt, his quibus commiſſum eſt myſterium verbi & ſacramentorum, niſi remittere peccata, item cognoſcere doctrinam, & doctrinam diſſentientem ab Euangelio reiicere, & impios, quorum nota eſt impietas, excludere a communione Eccleſiæ. Quin & qui ſuis confeſſionem hanc ſcripſit digitis, & etiam toties mutauit, atque ad extremum, ſicut ex *Chriſtiano Lutheranus*, ſic ex *Lutherano* factus eſt poſtea *Caluinianus*, in libello, quem de hoc ipſo argumento conſcripſit *Philippus Melanchthon*, ſpiritos miniſterium Principibus adimit, ſed externæ tantum diſciplinæ conſeruandæ officium illis tribuit, in his, quæ ad primam tabulam pertinent, & cuius verbum iſti, qui nouam fidiculam offerunt *Maieſtati veſtræ*, tanquam Dei G verbum adorant, vt grauiſſimi idololatriæ criminis argui merito poſſint. *Caluinus* etiam ipſe negat Principes ciuili exercitatione poteſtatem habere; ſed eorum partes eſſe dicit, legibus & edictis religionem ſuſtinere: iudicandi vero partes illis adimit, & Ambroſii factum, qui nunquam laicis, vt de cauſis fidei iudicarent, permittere voluit, atque Theodoſium Imperatorem ex communione piorum eiecit, vehementer probat. Ambroſium laudat *Caluinus*, quod Epiſcopali ſua iuriſdictione contra *Theodoſium Imperatorem* vſus fuerit: & iſti, qui *Caluini* diſcipuli videri volunt, negant vllam habere iuriſdictionem Epiſcopos; ſed etiam in ouili Chriſti per vim vſurpaſſe ſibi dicunt. Sic iſti neque *Caluiniſtæ* neque *Lutheriſtæ*, ſed *Suiſtæ* ſunt, hoc eſt ſuæ cuiuſdam opinionis & fidei: ſi modo fides appellari debet, quod eſt extra vnam fi- D dem. Nam tale quid, perfidiam potius, quam fidem appellari debere, docet Hilarius. Nec enim iſti *Suiſtæ*, quod *Luthero* vel *Caluino*, ſed quod ſibi ipſis videtur, hoc pro verbo Dei volunt adorari. Videntur autem iſti Suiſtæ me perſtringere in præfatione ſua, quod ego libellum *veſtræ Maieſtati* dicauerim, in quo diſſenſiones, Heſiones Hæreticorum inter ſe deſcripſerim. Quod ego factum eſſe a me non diffiteor in primo libro contra *Brentium*. Sed obſecro per Deum immortalem, videat *Maieſtas veſtra*, quanta ſit vis veritatis, quemadmodum etiam per hoſtium veritatis iugula nonnunquam erumpat. Semel & iterum Catholicum vocant, qui librum hunc Maieſtati veſtræ dicauit. Quid autem aliud ea re, quam impios Hæreticos ſe eſſe profitentur? Cum itaque vel propria ipſorum Hæreticorum confeſſione Catholicus ille ſit, quem ipſi perſtringunt in præfatione ſua, quia erit, qui *Catholicus* & *Orthodoxus* dici & eſſe cupit, qui non Catholici potius, quam alicuius Hæretici doctrinam ſibi ſequendam eſſe perſuaſum habeat? Quanto minus quem Chriſtianum, Catholicum, & orthodoxum Regem eſſe ſcimus, ea de re dubitare debet? Quam autem impudens hoc mendacium, quod conſentire ſe, qui *Caluini* ſiue *Bezæ* perfidiam profitentur, cum *Lutheranis* affirmant; cum inuicem maiori odio proſequantur ſe *Lutherani* & *Caluiniani*, quam ipſos etiam *Chriſtianos*, quos illis Papiſtas libet appellare. Legat, qui volet, *Germanorum Lutheranorum libros, Flacii Illyrici, Nicolai, Galli, Alemani Heſuſii, Ioannis Veſtphali, Iacobi Vigandi, Cyriaci Spangenbergii, Matthæi Iudicis, Ioachimi Merlini*, qui nunc *Epiſcopum* ſe *Regiomontanum* profitetur, & aliorum multorum, qui nunc memoriæ non ſuccurrunt, contra *Caluinum* & *Bezam*, quem *beſtiam* appellant, conſcriptos, & quomodo conueniat inter *Lutheranos* & *Caluinianos* facile perſpiciet; non aliter certe quam inter murem & catum, inter ouem & lupum. Sed quid opus eſt Hæreticorum libros legere? cum illud in confeſſo ſit, quod *Merlinus Dantiſcanos Superintendentes* & miniſtros pro Hæreticis habet. Idem *Dantiſcani* ſentiunt de *Merlino*. Quin & ipſi Dantiſcani atque Torunenſes miniſtri mutuo ſe vocant Hæreticos, nec aliam apud vtroſque fere, præter hanc vnam veritatem, repetire licet. Tenet procul dubio memoria *Maieſtas veſtra*, quid de Comitiis, fratribus, viris nobilitate primariis, de *Suerino*, de *Aulaco* ſtatuerit *Merlinus*, quemadmodum eos non Senatu modo mouerit; ſed ex ipſa etiam *Pruſſia* quoſdam ſubmouerit & eiecerit authoritate ſua plusquam Epiſcopali, propter hanc ſolam cauſam, quod impiam *Caluini Bezæque* Sectam profiterentur. Appellauerat *Aulacus* ad *Maieſtatem Veſtram* a *Merlini* ſententia; & certe graues rationes produxerat, quam ob rem æque tollerari ſectam ipſius *Caluinianam* ſiue *Bezanam* oporteret, atque *Lutheranam*, cum priores *Lutherani* a *Chriſtianiſmo*, quem Hæretici Papiſmum vocant, defecerunt & ideo priores etiam ex Eccleſia exterminandi ſunt; ſed nullum ex appellatione ſua fructum tulit, quin, qua de re graues quærimoniæ fuerant apud me ſub ipſum diſceſſum meum ex Diœceſi mea, per *Maieſtatem veſtram Merlini* ſententia confirmata dicebatur, nullus vt *Aulaco* deinceps locus eſſet in *illuſtriſſimo ducis* conſilio. Quis autem ſatis mirari queat, cum ſemel *Maieſtas veſtra* ſententiam tuliſſe videatur, in ſenatu ſiue conſilio ſubditi Ducis non eſſe ferendos *Caluiniſtas* ſiue *Beziſtas*, quod, qui ſunt eiuſdem impiæ ſectæ, non contenti, quod in Senatu *Maieſtatis Veſtræ* tollerantur, audeant inſuper a Chriſtiano, Catholico & Orthodoxo Rege poſtulare, vt impiam eorum doctrinam approbet, Chriſtianam reiiciat, & qui nihilo ſunt *Caluiniſtis* deteriores, *Trideiſtas* ex terris imperio veſtræ Maieſtatis ſubiectis eiiciat? Audeo dicere peiores, & minus ferendos eſſe, *Caluiniſtas & Beziſtas*, quam ipſos etiam *Trideiſtas*. Nam præterquam quod non ignorat Maieſtas Veſtra, quales erga Regem ſuum in *Galliis*, quales erga Reginam ſuam in *Scotia* ſe *Caluiniſtæ* geſſerint, quos motus conciтauerint, quantis cladibus, quantis infortuniis illa Regna mactauerint; *Trideiſtæ*, quod peccant, ſimplicitate quadam peccare videntur, edocti a Luthero, nihil eſſe recipiendum, præter ſcripturas, (quod etiam affirmant

mant in præfatione ſua Suiſtæ) cum non viderent in Scripturis nomen Trinitatis, nomen perſonæ, nomen eſſentiæ de Deo dictum, nomen homouſii, Deum trinum & vnum, quem in fine præfationis confitentur Suiſtæ Lutheri ſententiam ſunt amplexi, nec ſibi quicquam eſſe credendum putaverunt, quod Scripturis iſtis comprehenſum non eſſet. At quid eſſe poteſt Scripturis iſtis apertius? Accepto pane dixit Jeſus: Hoc eſt corpus meum; accepto calice dixit: Hic eſt ſanguis meus. Potuit ne clarioribus verbis veritas Chriſti corporis & ſanguinis in *Euchariſtia* demonſtrari? Et huic tamen impii Calviniſtæ repugnare non dubitant, non dubitant mendacii veritatem arguere, non dubitant a veſtra Maieſtate petere, vt hoc tam impium dogma confirmet: quod ipſam, quæ pietas illius eſt & religio, nunquam eſſe facturam certo ſcio. Nec enim clam eſt Maieſtatem veſtram, quæ Regum, quæ vero ſunt ſacerdotum propria. Nec illud neſcit, quam graues pœnas dederit *Saul Rex*, cum ſibi ſacerdotis munus vſurpaſſet. *Core, Datam & Abiram* nunquam tantas blaſphemias, quales iſti belli homunculi, nouæ fidiculæ conditores, protuliſſe leguntur: qui eundem cum ſacerdote *Aaron* & *Moſe* Deum nouerunt, pari lege & religione viuentes, vnum & verum Deum, qui colendus atque inuocandus fuerat, inuocabant; ob hoc tamen ſolum, quod ſibi, quæ propria ſunt ſacerdotum, vſurpabant, ſtatim dirupta eſt terra ſub pedibus eorum, & aperiens os ſuum, deuorauit illos cum tabernaculis ſuis, & vniuerſa ſubſtantia eorum, deſcenderuntque viui in infernum operti humo. *Oza* quoque *Rex*, vt nihil dicam de *Oſia*, quem Suiſtæ quoque ſilentio prætereunt, cum arcam, quæ minari ruinam viſa eſt, ſuſtentaſſet, quam nemini tangere præter ſacerdotes fas erat, repentina morte ſtatim ob ſolam hanc rem eſt extinctus. Horum igitur exemplis, qualia plura commemorare poſſem, niſi vererer ne quod faſtidium M. V. adferrem, facile V. M. deterrebitur, ne conſiliis iſtorum nouæ fidiculæ conditorum, qui nomina ſua non adſcripſerunt, loci quicquam det. Inſpexi Libellum, quem obtrudunt M. V. vidi, quod in eo *Theodori Bezæ doctrina* continetur. Nam eodem argumento ſcriptum Bezæ libellum Latinum legeram in Caſtro Eccleſiæ meæ Varmienſis, *Heilſpergk*. Non fruſtra Maieſtatem veſtram admoueram ante biennium, vt quos ille bipedum & quadrupedum omnium nequiſſimos huc miſerat Synagogiſtas, eos ſi grauioribus ſuppliciis afficiendos non putaret, ſaltem ex Regni ſui finibus excedere primo quoque tempore iuberet; quod facile ſuſpicabar, tale quid eos parturire, quale nunc etiam peperiſſe videmus. Vt autem ſciat M. V. qui vir ſit iſte *Beza*, ſcribitur a viris fide dignis, quod omnem vitam ſuam in luſtris & ganeis, & in omni libidinis genere traduxit, ut indicat hoc epigrammaton liber per eum editus, in quo Catullos, Tibullos & Martiales laſciuia, petulantiaque ſua, ſi non ſuperare, ſaltim æquare videtur. Qui cum in Conventu Poſſiaco tam diſtare Chriſti corpus ab Euchariſtia, quam cœlum a terra, publice dixiſſet, lepide quidam e ſodalibus eius: Quomodo credat, inquit, eſſe corpus Chriſti in Euchariſtia, qui vix Deum in cœlo eſſe credit? Hic eſt ille *Beza*, qui Ducem illum fortiſſimum *Guiſium*, prælia Domini præliantem in Galliis, cum alia ratione vinci non poſſe videret, ſubmiſſo ſicario non magis nomine quam re ipſa *Poltrono*, per ſummum ſcelus proditorie confodiendum curauit. Nec ſatis habuit hoc tam atrox facinus patraſſe; verum etiam edito libello parricidium hoc defendere, laudare, tituloque pietatis ornare veritus non eſt.

A Quin & inſidiatoris illius tam horrendum flagitium cum facto *Moſis*, qui *Ægyptum*, & *Davidis*, qui *Goliath* interfecit, comparare, & cum, quod meruerat, ſupplicium de ſcelerato ſicario ſumptum fuiſſet, *Poltronem* inter *Martyres* referre non dubitauit. Poteſtne vel cogitari ſcelus aliquod atrocius? At ille minime contentus fuit tam immane factum parricidæ laudaſſe; verum alios etiam ad imitandum aliud eius exemplo accendit, ac fas eſſe docuit, fallere fidem, heris inſidiari, & eos quoquo modo tollere, iuxta illud: Dolus, an virtus, quis in hoſte requirat? Sed quid ego plura ſcribam de *Beza* hoc, quo nihil vnquam terra produxit ſceleſtius? Hic enim eſt fax incendiorum omnium, fonſque caputque malorum omnium, quibus florentiſſimum quondam *Galliæ*

B *Regnum* tot iam annos eſt afflictum: qui propterea miſit huc Synagogiſtas ſuos, vt eundem efficerent huius quoque Regni Maieſtatis veſtræ ſtatum, & in eaſdem illud calamitates abducerent. Quodſi maxime pius & orthodoxus eſſet libellus, qui ſcriptus ab eo, veſtræque Maieſtati, neſcio per quos eſt oblatus; tamen vel propter hanc ſolam cauſam, quod ab homine tot flagitiis infami ſcriptus eſt, eum vt reiiceret M. V. ſuadere non dubitarem. Nunc tanto magis id facere debet, quod nihil eo magis impium & blaſphemum legiſſe vnquam videor. Neque orabo M. V. vt ne peſtilentibus hiſce quorundam conſiliis apud ſe locum eſſe velit, ne de conſtantia illius in vera Chriſti religione dubitare videar. Hoc tantum ab illa maiorem in modum peto, quando quidem ita ſcriptus

C eſt hic libellus, vt rudium animos facile poſſit inficere, nec eo peſtilentius quicquam eſſe poteſt, vt ne publice poſſit, prohibere velit. Sic enim orbi facile declarabit vniuerſo, quod ab hoc genere blaſphemiarum abhorreat, & eorum ſpem debilitabit, qui ſibi neſcio quid promittunt de M. V. quaſi permiſſura ſit, vt in *ocream Polonam* credatur. Quantam autem ea res apud homines laudem & gloriam, apud Deum vero gratiam eſſet M. V. conciliatura, ſi publice profiteretur in his Comitiis, nihil eſſe quod quiſque ſperaret, nouam aliquam fidiculam a M. V. obtineri poſſe, ſe in his quæ Patrum ſunt acquieſcere, nec ab his vnquam diſcedere velle; ſi præterea dignitates, præfecturas, & munera publica, non aliis quam Catholicis mandaret. Quam vt illi men-

D tem Deus inſpiret, ſimul vt eam quam longiſſimo tempore ſaluam & incolumem conſeruet, & horum Comitiorum felicem exitum tribuat, Maieſtatem illius Diuinam precari non intermitto.

EPISTOLA X.

STANISLAVS HOSIUS Cardinalis Varmienſis SIGISMUNDO AUGUSTO Regi Poloniæ

Regi gratias agit, quod Commiſſarium ad Elbingenſes in cauſa religionis miſerit, eumque obſecrat ut in fide Catholica ſit conſtans.

Sacra & Sereniſſ. Regia Maieſtas

Domine, Domine clementiſſime.

ITerum atque iterum ingentes ago gratias S. M. V. quod *Commiſſarium* ſuum ad *Elbingenſes* miſerit, per quem officii ſui admonerentur. Multum enim eam rem attuliſſe fructum intelligo. Nec enim prohibentur amplius homines, quo minus ad Chriſtianam Eccleſiam ingrediantur, & aperte confiteri Chriſtum incipiant,

cipiant, vt bona ſpe ſim, quod eum paulatim agnoſcent, vel recognoſcent potius. Nam quod hactenus plerique non ſunt aperte C[illegible]riſtum confeſſi, nullam aliam eius rei A
cauſam inuenio, quam quod perſuaſum illis fuerat, in Lublinenſibus Comitiis duas eſſe perfidias approbatas, Auguſtanam & Hehennem. Itaque multis perſuadebatur, quæ prius Elbingi per Commiſſarios V. M. acta fuerant, ſi non contra, ſaltem præter voluntatem illius facta fuiſſe. Iuſſus erat populus bene ſperare: quæ cum ſpes eos feſellerit, iam eſſe mitiores facti videntur. Etiam e Senatu proximo die Dominico duo S. Concioni dicuntur interfuiſſe. ſed & Superintendens abdicare ſe munere quo fungitur velle renunciatur, quod vtinam cito faciat! Quamuis in eadem illa Dominica non abſtinuiſſe dicitur, a conciliis in puri verbi Dei miniſtros a me legitimo paſtore miſſos: quod quoniam illi fortaſsis prohibetur, putat ſe ſuum, ſi diis placet Euangelium, quod non aliunde quam ex probris, mendaciis & maledictis conſtat, prædicare non B
poſſe. Magnam & apud homines gloriam & apud Deum gratiam V. M. conſequetur, ſi perrexerit, quemadmodum cepit, nec de ſua tam pia ſententia dimoueri ſe patiatur. Nam deliberatum eſt omnibus ciuitatibus ad M. V. ſuos iterum mittere. Prætenduntur quidem aliæ cauſæ: verum hæc inter præcipuas fore videtur, vt liceat illis per M. V. abnegare Chriſtum & idolum Islebienſe adorare. Fortaſsis autem ad Regni Comitia rem reiicient, vbi ſe ſuffragatores plures habituros confidunt. Sed ego pro mea fide & obſeruantia erga Maieſtatem veſtram hortor illam & moueo, ſupplex etiam oro, ne cuiuscunque tandem conſiliis a via recta, quam ſemel eſt ingreſſa, ſe deduci patiatur. Quin etiam in ipſis Comitiis, vbi maior eius rei necéſsitas incumbit, aperte Chriſtum coofiteatur, vnum Deum, vnam fidem habere ſe palam dicat: Quic- C
quid eſt extra vnam fidem hanc, quæ Patrum quoque noſtrorum eadem fides fuit, id ſe non fidem ſed perfidiam eſſe iudicare; quamobrem non modo non approbaturam, verum neque permiſſuram perfidiæ genus vllum; quin etiam velit ſe deinceps vel honores, vel præfecturas, vel quæcunque tandem alia munera publica mandaturam, niſi Chriſtum aperte confeſſus fuerit, & omni perfidiæ ſiue Lutheriſtæ, ſiue Calniniſtæ, ſiue Trideiſtæ, ſiue Anabaptiſtæ nuncium remiſerit. Certo Maieſtati veſtræ polliceor, ſi talem in proximis Regni comitiis ſe declarauerit, nec vlla circuitione vſa fuerit, quod intra breue tempus, relictis idolis, quæ ſua verba Dei verba vocari & tanquam Chriſti Euangelium adorari volunt, ad Chriſtum in Bethlehem natum magna ex parte redibunt omnes. Sed cum vident homines ex vna parte mittere *Theodorum Bezam* D
Synagoniſtas, ex altera vero patte, quæ mihi vicinior eſt, quod memoria noſtra noſque ab his qui ſegregauerunt ſemet ipſis factum eſt hactenus Apoſcopus verius, quam Epiſcopos quoſdam creari, qui Lutheri verbum ſub titulo Dei verbi propagandum curent, putant id approbante V. M. fieri. Sic miſeri dementuntur, deque M. V. iudicant, quod eodem loco Lutheranos & Caluinianos, quo Chriſtianos, qui Papiſtæ nunc vocantur, habeat. Per viſcera miſericordiæ Dei quæſo M. V. ne velit hanc multorum opinionem de ſe confirmare: ſed palam profiteatur, ſe nullum Deum noſſe, præter Deum patrum noſtrorum, nec vllum Dei verbum ſcire, præter id, quod annunciatum eſt 600. annis his quibus Polonia Chriſti recepit Euangelium. Hoc ſi fecerit, ex multorum animis ingentem ſcrupulum, qui male eos habet, reiiciet, & felicem Regni ſui ſtatum conſequetur: quem ego oon procul ab interitu abeſſe video, niſi nos oculis miſericordiæ ſuæ Chriſtus reſpexerit, & hanc Veſtræ Maieſtati mentem dederit. Quod vt faciat, vt illuminet vultum ſuum ſuper nos, conuertat nos, & auertat iram ſuam a nobis, ſupplex miſericordiam eius imploro.

EPISTOLA XI.

STANISLAVS HOSIVS Cardinalis Varmienſis STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi.

Huic gratulatur ob delatum ſibi Epiſcopatum, ſimulque officii Eccleſiaſtici admonetur.

Reuerendisſime Domine, Salutem & obſequiorum commendationem.

D*Ominum Koſſobucium* propinquum R. D. V. cum huc ad me veniſſet, vidi lubens: ſed is multo fuit mihi gratior, poſteaquam ex eo certior ſum factus, R. D. V. *Epiſcopatum Wladislauienſem* eſſe delatum. Quam tantam honoris, dignitatis, fortunarumque acceſsionem, R. D. V. gratulor, ac vt illi feliciter eueniat, vtque ea maximo cum Eccleſiæ & Reipublicæ commodo diu fruatur incolumis, ex animo cupio. Sed non minus gratulor & illud, quod eius potiſsimum opera perfectum eſſe audio, vt ius tandem ſuum conſequerentur Dominicani fratres, & monaſteriū de manu *Gedanienſium* vindicarent. Quod ſi non diſsimile decretum obtinere mihi quoque licuiſſet, in cauſa non diſsimili aduerſus *Elbingenſes*, fuiſſet hæc mea gratulatio maiori etiam aucta gaudiu. Cæterum ferenda & perferenda etiam eſt mora hæc quantumvis diuturna. Delectatus autem ſum huius propinqui R. D. V. familiari ſermone, cum præſertim illud mihi ſæpius confirmaret, prouiſuram illam eſſe modis omnibus, vt *Gedanenſ.* Ciuitas ad ſanitatem & officium, ab his erroribus, in quibus nunc miſere verſatur, tandem aliquando reoocari queat. Cuius rei ſi quod initium anteceſſores illius dediſſent, iam fortaſsis per Dei gratiam fructum aliquem nobis ex hac eorum diligentia capere licuiſſet, & ego quoque meos *Elbingenſes* facilius ad Eccleſiæ gremium reducere potuiſſem. Quod adhuc effectum iri ſpero, ſi mutuas nobis inuicem operas nauauerimus. Quod ad me attinet in hoc præſertim tam pio negocio, quicquid R. D. V. præſtare potero, faciam ſemper lubens. Cuius me priſtino amori commeudo. Datum ex Caſtro meo Wartemburg, die 11. Iulii 1567.

EPISTOLA XII.

STANISLAVS HOSIVS Cardinalis Varmienſis STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi.

Mentem ei ſignificat de radicitus tollendis Catholicæ religionis aduerſariis.

QVæ renunciari volui per ſeruitorem illius *Reuerendisſimi Dominationi veſtræ*, non aliunde profecta ſunt, quam ex optimo meo erga illam animo, fuitque mihi valde gratum ex illius literis cognoſcere, quod eodem animo R. D. V. acceperit. In vrbe, ſicut mihi ſcribitur, non deſunt ex variis locis, qui R. D. V. negotium exhibere conentur. Sed ſpes eſt eos nihil profecturos. Exemplum edicti Cæſarei legi. Tale quiddam conabatur etiam pater eius, cum eſſem apud Maieſtatem eius Nuncius Apoſtolicus. Cum autem ego peterem ne faceret, vt aut omnes eiiceret Sectas aut ferret omnes, ne

videretur vnam aliquam approbaſſe, ceſſit voluntati meæ. Mihi valde probatur illa *Hilarii* ſententia: quod fides non eſt niſi vna, quicquid autem eſt extra vnam fidem hanc, perfidia eſt non fides. Perfidiam autem approbare quam deceat Principem Catholicum, ille viderit: niſi forte ipſe perfidiæ ſe contemnare velit, ſi quam aliam, præter eam, quam ſequitur ipſe, fidem approbauerit. Aut Auguſtana Confeſſio perfidia eſt, aut quam ſequimur nos Chriſtiani: niſi forte duas fides habere velimus, ſicut nuper duos Chriſtos nobis *Triadoclaſtæ* confinxeruut, vnum falſum, quem vocant *Papiſticum*, qui ſit Patri coæternus, coæqualis, & conſubſtantialis, & alium verum, ſicut ipſi volunt, natum annos 1567. Si tollendæ ſunt Sectæ, radicitus tollendæ ſunt. Tollatur primum radix: quæ non eſt alia, quam Auguſtana confeſſio, quam *Philippi verbum* vocat *Oſiander*, & infelicitatem *Witembergenſium* deplorat, magiſtrorum præcipue, qui coguntur abiurare Chriſtum, & iurare in verba Philippi. Quoad hæc radix euulſa non fuerit, nulla ſpes eſt, earum finem aliquem futurum. Cur non æque debeat eſſe verbum Dei, quod *Zuinglius* vel *Caluinus*, quod *Balthaſar Pacimontanus*, quod *Svvenckfeldius*, quod *Seruetus*, & eius diſcipulus noſtræ gentis homo, ſed non noſtræ fidei, *Gregorius*, docent? Cum præſertim ipſe Philippus a ſuis diſcipulis arguatur, quod in præcipuis doctrinæ locis, partim ad Papatum, partim ad Caluini dogma defecerit. Quam igitur confuſionem, qui ſuis eam digitis conſcripſit, autor ipſe damnauit, neſcio quomodo poſſit eam Princeps Catholicus approbare. Nam aliarum Sectarum condemnatio, huius autem ſolius toleratio, ſpeciem quandam approbationis habere videtur. Ad alia reſpondebo ſuo tempore, niſi quod eius generis pleraque ſunt, vt melius R. D. V. quam mihi cognita eſſe queant, & a nullo quam a ſe ipſo conſilium rectius petere poſſit. Quod ſupereſt, opto R. D. V. diu bene & feliciter valere. cuius me fraternæ beneuolentiæ commendo. Datum ex Caſtro meo *Heilsberk*, die 1. Octob. Anno Domini 1567.

EPISTOLA XIII.

STANISLAVS HOSIVS Cardinalis Varmienſis STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi.

Queritur de infelici Relig. Cathol. ſtatu, & curam de recuperanda libertate & iuris dictione reſcribit.

QVerimonia R. D. V. de noſtra, qui paſtores vocamur, negligentia, ſicut pio & vere Catholico Epiſcopo digna, ſic & iuſtior eſt quam vellemus. Et reuera, ſi fuiſſet hoc ſtudium in nobis, quod eſſe debebat, minus nunc Eccleſia laboraret. Vocatio noſtra quid a nobis exigat, prorſus obliti videmur: præcipue vero qui præfuerunt ante R. D. V. *Eccleſiæ Wladislauienſi*, quales paſtores fuerint, quam curam ſui gregis geſſerint, obſcurum non eſt. Nunc in magnam ſpem eriguntur multi boni viri, quandoquidem eius Eccleſiæ gubernacula R. D. V. tradi vident, futurum vt meliore loco ſint omnia: cum præſertim, quam fuerit ſolicita de recuperando in ciuitate Dantiſcana monaſterio, vt etiam aliquis in illa Ciuitate verbo Dei ſit locus, teſtatum ſit omnibus. Credat R. D. V. ſi, quo tempore primum de lucrifaciendis Chriſto *hœdis meis Elbingenſibus* laboraui, talem collegam in Pruſſia habuiſſem, qualem fore R. D. V. certo perſuaſum habeo, nunquam Chriſti iugum *Elbingenſis* Ciuitas excuſſiſſet, nec inuita me ſuum Epiſcopum agnouiſſet. Quod quo minus faceret, magno mihi tunc impedimento fuerunt *Dantiſcani*: qui qualem Epiſcopum tempore illo habuerint, nihil eſt neceſſe me ſcribere, cum ipſa ſciat melius. Eramus tres in his Pruſſiæ terris Epiſcopi: ſolus ego, quod erat mei muneris, præſtare tamen vtcunque conabar, cum in duobus illis collegis non modo nihil præſidii, verum etiam plus eſſet impedimenti. Puto me non ignota R. D. V. ſcribere. Quo maiorem in ſpem nunc adducor, quandoquidem Deo bene iuuante ſumus habituri inter nos conſilia, futurum, vt ea quem volumus progreſſum & exitum conſequantur. Conſilium hoc, quod ad me R. D. V. miſit, valde mihi probatur, & eo vti deliberatum habeo. Quin & ingentes ago gratias R. D. V. quod hanc operam nauare mihi grauata non eſt. Omni officii & obſequii mei genere per omnem occaſionem officium hoc illius compenſare conabor. Verum ad publica redibo. Nam hæc ad priuatas tantum vtriusqoe noſtrum Eccleſias pertinere videntur. Quod ſcribit, vocationem noſtram, tempus, & publicum executionis actum inuitare nos, vt de recuperanda iuriſdictione noſtra cogitationem ſuſpiciamus: libenter aſſentior hac in re R. D. V. Vtinam autem adduci poſſit ſacra *Maieſtas Regia*, vt, (quod ego ſupplex illius *Maieſtatem* ſæpe rogare ſoleo) non in ſola cauſa fiſci, verum & in cauſa Chriſti, quæ primas partes ſibi vendicare debebat, executionem aliquam fieri vellet. Sed quod omnis iuriſdictio noſtra nobis eſt adempta, plerique culpam omnem conferunt in eum, qui ſolam hanc executionem, quæ nunc fit, vrgere maxime videbatur. Quod ego non dubito, quin is optima mente fecerit. Erat enim illi magna ſpes oſtenſa, futurum, vt ſalua nobis eſſent omnia iura & priuilegia noſtra, & qui contra ea veniſſet, in eu iuxta patrias leges executio fieret. Quantum autem poſtea decidimus ab illa ſpe, R. D. V. quæ præſens in illis Comitiis adfuit, nam ego Tridenti tum eram, melius quam ego ſcire poteſt: quamuis clamet hoc etiam res ipſa. Quamobrem, quod ſentio, dicam. Solus eſt Deus, in quo recte ſpem noſtram defigere poſſimus, cum omni ſimus humano conſilio deſtituti. Video dignitates & præfecturas non fere mandari niſi hæreticis: qui quo plures in Senatum alleguntur, hoc ego minorem ſpem concipio, recuperaturos nos aliquando, quod ſemel amiſimus. Vtinam in peius non proficiant omnia! Nam quæ ſpes eſſe poteſt, vt executioni mandentur patriæ leges in Chriſti capitis & corporis fauorem latæ, ſi contra patrias leges illas honores & publica munera non aliis fere quam hæreticis conferuntur? Qui quando plures aſciſcuntur in Senatum, tanto maioribus viribus Chriſti cauſam oppugnabunt. Duplicem proponi viam ex R. D. V. ſcriptis intelligo, qua poſſimus recuperare iuriſdictionem libertateſque noſtras. Quarum vna eſt, vt ad inſtantiam omnipotentis Dei & Chriſti filii eius citentur omnes violatores: Altera, vt ad delationem Epiſcoporum. Prior illa noua eſt, nec vnquam lecta vel audita prius a me: magis ad extremum illud iudicium pertinere videtur. Ac vehementer metuo, ne viam hanc inſiſtant Moſchi & Tartari, ne per eos nonſolum hæretici violatoreſque templorum, verum etiam & nos paſtores, qui parum fuimus

in

in eis cuſtodiendis diligentes, ad inſtantiam omnipotentis Dei citenior. Poſterior vſitata quidem eſt, nec mihi diſplicere poteſt: verum prius illud expendi vellem diligentius & accorarius, quæ ſit ſpes, quod volumus, perficiendi. Cum *Petricouiæ* fuiſſem ante biennium, venit ad me *Reuerendisſimus D. Archiepiſcopus Gneſnenſis*, vna cum R. D. *Epiſcopis* aliquot, inter quos etiam aderat is, qui nuper mortuus eſt R. D. *Wladiſlauienſis Epiſcopus*. Aderat & illuſtr. *Cardinalis Commendonus*: publice dixit ille defunctus lingua materna, quantum ego memoria tenere poſſum, in hanc ſententiam: Quanto maiore conatu reſtiteritis hæreticis, & hæreſes extinguere ſtudueritis, tanto plus illæ ſument virium. Et factum eſt quod ille prædixit. Nam quod hæreticis placuit, legis vigorem obtinuit, etiamſi multo maxima Senatus pars, quin & ex Nonciis non pauci reclamauerint. Et tamen eo tempore neque *Palatinos Cracouiæ & Poſnaniæ*, neque *Capitaneum* generalem habuit *Maior Polonia*. Itaque non video, cur nunc eſſe meliori ſpe debeamus, quam illo tempore; niſi forte quod Epiſcoporum concordiam fore confido maiorem, quorum diſcordia præcipua cauſa fuit & religionis & Eccleſiæ iuriſdictionis euertendæ. Magnam ex ea re voluptatem capio, quod R. D. V. non ſicut anteceſſorem illius, odii & maleuolentiæ: certamen cum R. D. Archiepiſcopo ſuſcepiſſe video. Nec eſt vllum certamen, quod ſit Epiſcopis glorioſius, quodque magis illos deceat. Quo magis probo ſententiam illius, quæ Synodum vrgendam eſſe cenſet. Quoniam vero onuſtum illius vrgendæ mandatum habeo, R. D. *Archiepiſcopi* fuerit hoc negocium: exploret mentes *Coepiſcoporum* ſuorum, deque illorum conſilio diem & locum habendæ Synodo conſtituat. Quod mihi facere non licet, cum non ſit mihi mandata legatio, niſi durante Synodo. Quin etiam cum fuiſſet apud me R. D. *Nuncius Apoſtolicus*, qui mihi Breue legationis ad Synodum obtulit, ipſe hortatus eſt me, ne quid ea de re cuiquam ſignificarem, priusquam ad diem & tempus habendæ Synodo conſtitutam veniſſem. Quodſi coacta Synodus fuerit, quocunque tandem loco vel tempore viſum fuerit R. D. Archiepiſcopo vna cum ſuis Coepiſcopis, modo me Deus incolumem ſeruet, quamuis non valde lubens, veniam tamen. Ibi de rebus omnibus, de quibus ad me R. D. V. ſcripſit, rectius deliberari poterit. Magnum Procuratorem iam habemus, & ſi non illum, de quo metuebat R. D. V. tamen alium plusquam hæreticum, ſi vera ſunt, quæ mihi nudius tertius ex aula reuerſus narrauit D. *Caſpar Geſchkaun*, qui fuit *Abbas Oliuenſis*. Ad Regiam Maieſtatem ſcripſeram diligenter, & ab hoc bello ſuſcipiendo ſum dehortatus: verum ea iuſtas cauſas attulit, quamobrem aliter illi facere non licuerit. Commendo me fraternæ beneuolentiæ D. V. R. *Heilsbergæ* 6. Nouemb. 1567.

Epiſtola XIV.

STANISLAVS HOSIVS Cardinalis Varmienſis STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladiſlauienſi.

Eidem gratulatur de ſibi oblato Epiſcopatu & Eccleſiæ Rom. curam gerit.

SEsqui menſis iam eſt prope, quod factus fui certior, renunciatam in vrbe fuiſſe *Wladiſlauienſem Epiſcopum Reuerendisſimum* D. veſtram: quo nomine quamuis paulo ante gratulatus illi fuerim; tamen & nunc iterum atque iterum gratulor, & quod a Domino factum eſt, id cum ipſi R. D. veſtræ tum Eccleſiæ ipſius, atque adeo toti *Prouinciæ* vel *Regno* potius feliciter euenire cupio. Non minus gratulor, quod egregia in ſe voluntate Sanct. D. N. eſſe ſcribit, & præclaram de illa opinionem concepiſſe. Quod autem factum id eſſe mea commendatione ſignificat, fieri poteſt. Nam & nonnulli *Cardinales*, præſertim *Sabellus & Simonetta*, idem ad me ſcripſerunt. Sed vino vendibili, quod aiunt, non opus eſt ſuſpenſa hedera. Quamobrem nihil eſt, quod hoc nomine mihi gratias agat: Sui cuique mores fortunam fingunt; ſua quemque virtus commendat. Quæ ſicubi non adeſt, inanis eſt cuiusuis tandem alterius commendatio. Nihil eſt aliud a me factum, quam quod veritati teſtimonium perhibui. Iam duodecim & amplius annos interceſſiſſe puto, quod magna ſemper inter nos fuit familiaritas. Nam præclaros dotes, quibus eam Deus affatim cumulauit, ſemper in R. D. V. feci plurimi. Quas quin conuerſura ſit ad Eccleſiæ ſalutem & tranquillitatem, equidem nil dubito. Quod autem ſe meis conſiliis vti velle ſcribit in Eccleſia gubernanda: vellem, vt eſſet in me tantum conſilii, quod etiam R. D. V. impartiri poſſim. Sed ita ſum eo deſtitutus, vt nec Eccleſiæ meæ rationibus quemadmodum conſulam, ſcire queam. Quæ ſint acta cum hædis meis Elbingenſibus, ex Venerabili Domino *Valentino Kuczborſcio*, *Eccleſiæ* meæ *Canonico*, R. D. V. cognoſcet, cui deſcripta miſi omnia. Furit Satanas, quod eripi ſibi multos bolos e ſuis faucibus videt: & cum alia ratione ſe Dei verbum impedire non poſſe cernat, cædem ſpirare iam incipit, & minas quaſdam denunciare. Quas tamen pili non facit S. Societas Jeſu: quia vltro videtur in eiusmodi cauſa mortem oppetere parata. Sed interea bone Deus! quorſum tandem nobis res rediit? etiam in Regia Ciuitate confiteri Chriſtum, & eius Euangelium prædicare, liberum non eſt: ita vt niſi procideris coram Islebienſi Baal, & eius verbum adoraueris, vitæ periculum tibi denuncietur. In proximis feſtis Natalitiis multo maior pars interfuit in Sacris & Concionibus Chriſtianorum, quam Lutheranorum. Quod ferre Satanas & miniſter eius non poteſt: quem ego cuperem eiectum ex illa Ciuitate; verum id ſine magno tumultu fieri non poſſet. Ac diſſuadet Societas, ne curem eiiciendum, quod paulatim futurum ſperat, vt a Satanæ miniſtro deficiant homines, & ad Chriſtum redeant. Quem habeo Concionatorem Elbingæ, magis indies atque magis amari dicitur a multis. Nam eſt admirabili quadam tolerantia & manſuetudine: & quantumlibet fremat Satanas & eius miniſter, ille nihil ad ſe pertinere putat. Fert omnia patienter. Iam tandem fructum ſperare incipio vocatæ Societatis huius ad me. An autem & hoc mirabile non accidit, quod quo die fuit *Gedani* monaſterium in libertatem aſſertum, & ſuis legitimis poſſeſſoribus reſtitutum, eodem & *Elbingæ* cœpit Euangelium Chriſti prædicari, & miſſa celebrari? Cum nihil minus ego cogitarem, quam quod idem eodem tempore *Gedani* futurum eſſet. Fortaſſe Deus vult vtramque ciuitatem vtriusque noſtrum opera ſibi lucrifieri. Vtinam autem ille dies nobis illuceſcat aliquando, quo tantum animarum lu-

lucrum facere poſsimus! Qua quidem in re mutuas nobis operas præſtabimus. Si quid erit in me conſilii, lubens cum D. V. R. communicabo, dummodo ipſa quoque mihi ſuum conſilium impartiat. De *Fricio*, quod aliud conſilium R. D. V. item, non habeo, quam vt ſi, quem ſemel negauit Chriſtum, eum denuo confiteri noluerit, mandatis Apoſtolicis pareat. Synodum omnino celebrandam cenſeo. Nam præterquam, quod *Prouincialis* quoque *Synodi Gneſnenſis* decretis non ſemel cautum eſt, tertio quoquo anno ſynodum haberi debere; etiam *Oecumenici Concilii* decretum hac ipſa de re interceſsit, ſimul & Sanctiſſ. D. N. mandatum: vt ego non videam, quo modo poſsint effugere *Prouinciæ Gneſnenſis Epiſcopi*, quo minus Prouincialem Synodum celebrent. Cæterum de tempore Synodi congregandæ probatur mihi R. D. V. ſententia, nec eam habendam, antequam ſint abſoluta Comitia, cenſerem. Illud quoque ſatis laudare non poſſum, quod R. D. V. de reconciliandis diſsidentium inter ſe voluntatibus tam eſt ſolicita. Nam niſi id perfectum fuerit, reuera nec ego video, quo fructu Synodus celebrari queat. Quamobrem omnes neruos hac in re ſuos contendat. Nullum Deo poterit ſacrificium præſtare gratius. Qua de re conuenerit inter tres, qui principem inter Epiſcopos Regni locum obtinent, in eorum ſententiam quin alii quoque libenter ſint ituri, mihi dubium non eſt. Ad inſtantiam Dei omnipotentis vt citetur aliquis, mihi nunquam placuit. Ad extremum Iudicium hæc reſeruanda ſunt. Plus aliquid addam: nec hoc adhuc apud me ſatis conſtitutum eſt, an expediat aliquem citari, niſi prius certo conſtet, fructum aliquem ex ea re nos conſecuturos. Quemadmodum autem id certo conſtare poſsit, neſcio. Nam & quæ certo promittuntur, certo non præſtantur. Eſt autem id cumprimis dolendum, quod in comitiis minoribus, quæ particularia appellantur, nullas propemodum partes habere videntur Epiſcopi, vel ſi qui ſunt illis adiuncti, Laici Senatores Catholici: quos iam, proh dolor! ad paucos redactos videmus. Si poſſet horum autoritate perfici, maior vt nunciorum pars ex Catholicis eligeretur; eſſem aliqua ſpe, noſtra conſilia meliores progreſſus in maioribus Comitiis habitura. Quod ſupereſt, opto R. D. V. diu bene & feliciter valere: cuius me fraternæ beneuolentiæ diligenter etiam atque etiam commendo. Datum ex Caſtro meo *Heilſperk* 9. Ianuar. Anno Domini 1568.

Epistola XV.

***STANISLAVS HOSIVS** Cardinalis Varmienſis **STANISLAO CARNCOVIO** Epiſcopo VVladiſlauienſi.*

Cuius Epiſcopatum votis proſequitur, & conſilia ad coercendos hæreticos ſuppeditat.

Eſt quod agat R. D. V. Deo gratias, pro tot beneficiis, quibus ab eo ſe tam illuſtribus affectam eſſe profitetur. Nam re vera par felicitas memoria noſtra vix vlli mortalium contigiſſe videtur. Vt enim honor is illi non immerenti delatus ſit; tamen & hæc ipſa merita, quibus ipſe debebatur, Dei ſolius dona ſunt: Quæ vero quatuor horarum ſpatio confecta fuiſſe ſcribit, rara ſunt & præclara. Quicquid malorum per totos quatuor & amplius annos in Eccleſiam ex Epiſcoporum diſsidiis inuectum eſt, id ex ea per quatuor horarum conſultationem hanc, & arctiſsimam inter eos amicitiam ſtabilitam, omne prorſus exterminatum iri ſperamus. Et eſt quod etiam ordo noſter vniuerſus Deo gratias agat, qui miniſterio R. D. V. tam breui ſpatio temporis, tantam in Eccleſia Salutem operatus eſt. Supereſt, vt vnanimes diuinam illius maieſtatem precemur, vt hoc diuturnum eſſe velit & ſtabile. Neque dubito, quin Regiæ quoque Maieſtati cum primis gratum ſit, quod hæc R. D. V. conſilia tam feliciter illi ceciderunt. Verum & hoc laudo, quod ſine pompa ingreſſa eſt in Eccleſiam ſuam: quamuis aliud quiddam eam initio cogitaſſe narrabatur. Magis etiam laudo, quod in quibus aliquid eſſe præſidii videt, eos prehenſat, vacillantes in fide confirmat. Vehementer etiam reformatio mihi probatur, de qua ſcribit R. D. V. Si nos ipſos iudicaremus, non iudicaremur à Domino. Probatur etiam illud, ieiunia, ſupplicationes, preceſque publicas indici. Nec minus probatur, quod habet præclaros Concionatores, quos ad ciuitates hæreſibus infectas mittere decreuit. Synodum etiam indictam eſſe placet. Ad quam vt proficiſcatur V. D. *Valentinus Kuzborſcius Eccleſiæ* meæ *Varmienſis Canonicus*, etſi opera hic illius futura mihi eſſet neceſſaria, abſit tamen vt eum impediam. Sed illud etiam atque etiam R. D. V. ſecum expendat, an expediat, vt hoc tempore de prouentibus Eccleſiarum *Gedanenſium* inquirat: ſaluo prudentiori illius iudicio mihi videretur a ſpiritualibus potius, quam a temporalibus exordium eſſe ſumendum. Cum *Fricio* contractum non improbo. Conſiliarium autem habere nullum poteſt meliorem eo, quo vtitur R. D. V. *Stanislao Dambrouio*. Cætera per V. D. *Kucborſcium*. Cæterum illud ſilentio præterire non poſſum, quod miſſus eſt mihi libellus quidam de Supplicio Gentilis. Pluribus verbis præfatur in eo pater ille Sanctus *Theodorus Beza*, quo nihil ætas hæc noſtra vidit impurius. Inter alia notat me, quod ego *Maieſtatem Regiam* de coercendis *Blaſphemiis* cogitantem, a rectis conſiliis pro viribus auocare ſim conatus. Quod mihi falſo tribuit. Nunquam enim id a me factum eſt. Quin autor fui *Regiæ Maieſtati*, vt omnium hæreticorum ex æquo, non autem vnius aut alterius ſectæ, blaſphemias coerceret. Metuebam enim, ſi tantum vna vel altera Secta profliganda foret, ne tanto plus vitium reliquis accederet, & earum toleratio ſpeciem tacitæ cuiuſdam approbationis habere videretur. Quamobrem ſatius fore ducebam, ſi minus profligari poſſent omnes, vt ferrentur omnes, quo mordentes, & comedentes inuicem, conſumerentur ab inuicem. Scitum enim eſt illud: quod bellum hæreticorum pax eſt Eccleſiæ. Quanto magis autem hæreticis diſplicere conſilium hoc meum intelligo, tanto minus illius me pœnitet. Quamobrem in ea ſententia ſum adhuc: prius vt coerceantur blaſphemiæ Lutheriſtarum & Caluiniſtarum, deinde qui ſunt ex illis prognati, ſeque dociles eorum diſcipulos præſtiterunt, ac aliquanto plus profecerunt, (nec enim omnia Deus prioribus illis reuelauerat) *Trideiſtarum*, & *Anabaptiſtarum*. Si vero priores ferendos putat *Maieſtas Regia*, ferat etiam eorum ſobolem, ne videatur illos canoniſare velle, tanquam Dei verbũ ſit eorum doctrina, cui contradicere vel eam condemnare fas non ſit. Hortatur fax illa ſeditionis

Theo-

Theodorus *Beza* Maieſtatem Regiam. & obteſtatur, vt
coërceat blaſphemias iſtas *Trideiſtarum* & *Anabaptiſta-*
rum, monet idem & Principem *Tranſyluanum*, & *Regni* A
Proceres, & neſcio quos *Trecios*, *Laſicios*, *Sarnicios*, quos
paſtores vocat, vt in curam hanc toto pectore, quod aiunt,
incumbant: quibus etiam ſcribit, ſe ſubmittere Synago-
niſtas. In quos ego primum exemplum aliquod edi vellem
a *Maieſtate Regia*. Neque ſatis mirari poſſum, quod Lu-
theriſtas & Caluiniſtas iam hæreticos minimè iudicari vi-
deo, ſed ſolos Trideiſtas & Anabaptiſtas. An propterea
quod ii magis ad ſeditionem nati videntur? At ego video,
qui *fœdus Smalcaldicum* inierunt, & contra pientiſſimum
Carolum Imperatorem arma patricidialia ſumpſerunt, qui
nunc etiam in Galliis ſuperſtite Rege ſuo, cui fidei ſubie-
ctionisque ſuæ iuſiurandum præſtiterunt, Regem ali-
um elegerunt, & ſicut antea Cathedram contra Cathedram
conſtituerant, ſic nunc contra ſceptrum erexerunt, eos
non *Trideiſtas* & *Anabaptiſtas*, verum *Lutheriſtas* & *Cal-* B
uiniſtas eſſe. Quamobrem hos prius Maieſtas illius coër-
ceat, qui patres ſunt, qui ſunt ſonsque caputque malorum
omnium, deinde minus erit cum eorum prole negocii;
cum enim tenerior hæc adhuc ſit, minus difficulter doma-
ri poterit. Quis autem dedit hanc poteſtatem *Beza*, Syna-
goniſtas vt mittat in Poloniam? Credibile non eſt, quan-
tum hæc tanta licentia & audacia animo meo cruciatum
afferat. Si tale quid in iſtis Regia Maieſtas ſtatueret,
qualia facta ſcimus de *Serueto Geneuæ*, vel *Bernæ* nuper
de Gentili, ſempiternam nomini ſui laudem compa-
raret. Nunc *Ioachimus Merle*, qui propter ſeditio-
nem *Regiomonte* pulſus erat, ante annos plus minus 14.
Braunſuiga vocatus venit, ac Evangelicas quaſdam veri- C
tates attulit, quæ mihi non parum inuidiæ conflarunt,
de quibus coram plura D. *Valentinus Kucborſcius* re-
feret. Nec eo contentus, virulentum quendam libel-
lum edidit *Regiomonti*, quo ſuis interdicit, ne quam
cum Chriſtianis, quos Papiſtas vocat, conſuetudinem
habeant, propoſito *Diui Ioannis* exemplo, qui cum
Ceryntho nihil habere comune voluit: præcipue vero
remis, quod aiunt, velisque ſocietatem Ieſu fugiant, nec
ſuos liberos in diſciplinam eis tradant, de quibus
etiam fabellam quandam narrat. Videtur ad ſeditionem
hic homo natus, & eſt *Illyricanæ* factionis, vnus ex rigi-
dis Lutheranis, quos iam nec ipſi ferre poſſunt in ſuis di-
tionibus molliores Lutherani. Quantum hic homo in-
cendium ſit concitaturus in his terris, quandoquidem
in primo ſtatim ingreſſu virus hoc ſuum effudit, fa-
cile R. D. V. pro ſua prudentia coniicere poteſt. D
Scripſi ad vtrumque *Ducem* & *Seniorem* & *Iuniorem*, &
grauiter cum illis expoſtulaui: Reſponſum adhuc non
accepi. Sed ea de re plura per D. *Kucborſcium*: nunc
ea tantum obiter ſignificanda putaui. Quod ſupereſt,
opto R. D. V. diu bene & feliciter valere, cuius me bene-
uolentiæ diligenter commendo. Datum ex Caſtro meo
Heilsperg 24. Februarii Anno 1568.

EPISTOLA XVI.

STANISLAVS HOSIVS Cardinalis Varmienſis STA-NISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladiſla-uienſi.

De miſera Eccleſia Romana conditione, imprimis de Elbin-genſium pertinacia prolixe queritur.

Mihi quidem non poſſunt niſi vehementer probari,
quæ ſunt hactenus acta per D. V. R. ad eos Chriſto
lucrifaciendos, qui ſe per ſummum ſacrilegium ab il-
lius corpore ſepararunt. Quodſi, qui ſuperioribus
A annis ad eiusdem Eccleſiæ gubernacula ſedebant, par
ſtudium in hac re nauaſſent, minus curæ ſolicitudi-
nis & laboris D. V. R. reliquiſſeet, fortaſſis &
mihi. Nam quicquid eſt malorum in Elbingenſi
ciuitate, quæ iuriſdictioni meæ Eccleſiaſticæ ſubiecta
eſſe deberet, non aliunde ad illam, quam a *Dantiſcana*
manauit, quæ multis annis Epiſcopo caruiſſe videtur:
quod nonnunquam etiam ipſi queſti ſunt *Dantiſcani*.
Verum de præteritis conſilium non eſt. Nihil autem eſt
eo verius quod ſcribit R. D. V. miſeram nunc Epiſcoporũ
eſſe conditionem: de vi queruntur, qui vim afferunt ipſi.
Qui templa violant, ſacerdotes & paſtores legitimos ex
illis eiiciunt, ſacra vaſa diripiunt, prouentus etiam
Eccleſiarum omnes auferunt: illi ipſi vim afferri ſibi vo-
ciferantur, quando legitimi paſtores, vt per vim ablata re-
B ſtituantur, laborant. Deinde vero, non iam doceri volunt
oues a paſtore, ſed paſtori docendi formam præſcribere;
quod mihi fit ab *hædis* meis *Elbingenſibus*. Perſuadet ſibi
Burgimagiſter, ſe plus in ſcripturis intelligere, quam non
ſolum Epiſcopus eius Ciuitatis intelligat, verum etiam tota
Catholica Eccleſia. Poſteaquam vero iugum Epiſcopo-
porum excuſſerunt, Regiam quoque Maieſtatem non plu-
ris faciunt. A nemine cogi, ſed ipſi cogere volunt omnes:
nec magis Epiſcopo, quam ipſi Regiæ Maieſtati parere de-
trectant. Et hanc vocant libertatem, non agnoſcere pote-
ſtatem vllam, quod cuique viſum eſt, id impune facere,
quam cuique viſum eſt fidem, vel perfidiam potius ample-
cti. Si quis quærat malorum horum cauſam in ſcripturis,
C reperiet: In diebus illis non erat Rex in Iſrael; ſed vnus-
quisque, quod ſibi rectum videbatur hoc faciebat, hoc
credebat. Vellet modo Regia Maieſtas, alius eſſet ſtatim
rerum ſtatus in Polonia & in Pruſſia, & ſaluis omnium iuri-
bus & libertatib9, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei
Deo præſtarentur. Vno ore vnanimes honorificemus o-
mnes Deũ & Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Sicut vnus
Deus, ſic vna fides eſſet, vnus etiam paſtor & vnum ouile.
Quæ per D. V. R. acta ſunt in ſua diœceſi valde probo; ſed
non plus eam profeciſſe, quam me, cum non diſſimili ra-
tione cum hædis meis Elbingenſibus egiſſem, doleo. Maior
eſt iſtorum hominum pertinacia, quam vt ſanæ doctrinæ
loci quicquam dare velit. Aliis remediis opus eſt, quæ
quod non probentur illi D.* mirari ſatis non poſſum,
cum quod ille colit *idolum Geneuenſe*, ſiue quis illud *Io-*
annem Caluinum ſiue ſucceſſorem eius *Theodorum Bezam*
D eſſe dicat, vterque libellos ediderit de hæreticis a Ciuili
Magiſtratu puniendis, & iure gladii coercendis; neq; ſcri-
pſerint, modo verum exemplo quoque docuerint, id ita
faciendum eſſe. Nam quid in *Michaelem Seruetum* ſtatue-
rit *Caluinus*, orbi teſtatum eſt vniuerſo. Nec minus & il-
lud notum, quid factum de *Gentili* noſtro fuerit apud *Hel-*
ueticos: qui cum articulos quoſdam diſputandos in pu-
blicis locis affigi feciſſet, primum in carcerem coniectus,
nec ita multo poſt *Bernæ* ſupplicio capitis affectus eſt.
Itaque non ab illo D.* ſed a fratre eius rectius hæc ſcribi
potuerunt, qui cum *Serueti* ſui *Gentilis* diſcipulus eſſe
dicatur, vere poteſt cum ſuis condiſcipulis queri, quod
Caluiniſtæ non ſcripturarum rationibus, verum articu-
lis & faſciculis rem agunt contra ſuæ ſectæ magi-
ſtros. Vt interim illud ſilentio preteream, quod
veri

veri *Lutheriſtæ* non *ſtylo*, ſed *ſceptro Magiſtratus*, *Caluiniſtas* reſutandos eſſe docent, nec vſquam in ſuis terris receptum illis dant. Tam illis abominanda Caluiniſtarum ſecta videtur. Mirum eſt autem, quod licet *Caluinianis*, qood licet Lutheranis, non idem licere debere Chriſtianis. Cupiebam & ego cum hædis meis colloqui priuatim de iſta præclara Confeſſione Auguſtana, quam tanto ſtudio expetunt, ſed colloquium detrectarunt, nec allud mihi reſponderunt fere, quam, ſic volumos. Quem autem ſibi Superintendentem elegerunt, hominem indoctum, vt audio, ſed interea bene loquacem, & ad commouendos animos & excitandam ſeditionem cumprimis idoneum, cum quidam ex pueris meis alloquutus erat, vt me conueniret, & reſponſum hoc ab eo tulit: ſibi nil eſſe mecum negocii; tum puer: Non agnoſcis, inquit, Epiſcopum tuum? Non ab illo ſum vocatus, ait, ſed a Magiſtratu, qui mihi Cathedram conceſſit in monaſterio. Puer vero meus: Quid ſi doceres, inquit, illum, fortaſſis ei perſoadere poſſes, vt eandem quam tu doctrinam ſequeretur. Non patitor, inquit, ille ſe doceri. Quod ad iuriſdictionem noſtram attinet, ſuſpenſam, aut ſublatam, neſcio. Sed ſi qoid eiusmodi quu iure quaue iniuria ſtatutum eſt, contra nobiles tantum vt non exerceretur ſtatutom eſſe puto. Quod R. D. V. ſcire melius poteſt. Quanqoam illi non ſpiritualem noſtram, ſed Regiam Iuriſdictionem ſublatam cupiunt, & ſicut omnes Papæ, ſic & Reges eſſe volunt omnes, vt ſimus ſine lege, ſine Rege, ſine ſacerdotio, ſine ſacrificio, ſine Deo. Hic eſt Scopos, ad quem collimat Satanas. Nam quæ eſt iuriſdictio noſtra? Cognoſcere de doctrina, & excludere impios a communione piorum. Hoc etiam ipſa ſatetur Auguſtana confeſſio. At ipſi ſe iam pridem excluſerunt a nubis, quos impios eſſe perſuaſum habent: nec vnquam ſibi vel vinum vel cereuiſiam ſapere melius dicunt, qoam cum cenſuris Eccleſiaſticis innodati ſunt. Quamobrem vt excommunicemus illos, hoc eſt, vt ſententiam, qoam ipſi contra ſe tulerunt, confirmemus, facile tulerint. Sed vt penes Regem aliqua ſit autoritas & poteſtas, quo liceat illi iuxta Regni conſtitutiones cuntra tales procedere, egregii iſti iurium & libertatom deſenſores ferre non poſſunt. Excusſimus, aiunt, Pontificum iugum: excutiamus & Regis. Neque enim eſt in ſcripturis magis fundata Regum quam Pontificum iuriſdictio. Sic in Germania, ſic in Gallia, ſic in Scotia ſactum hoc inſelici noſtro ſæculo videmus? Quod ſi vult Regia Maieſtas, vt idem fiat in Polonia, quominus illius voluntati ſatisfiat, quis egoſum, qui poſſim prohibere? Fatentur hoc etiam ipſi hæretici, quod res ad *Anarchiam* euadere velle videatur. Tam ego nollem Regem habere tyrannom, quam quiſquam alius: Sed ſi multi forent Reges atque tyranni ferendi, qui, quod fieri, pro dolor! videmus, non magis humana quam diuina iura conculcarent omnia, mallem vnum. Interea tamen, quod ab exercenda iuriſdictione ſua ſpirituali cogitat abſtinere, dum Comitia prius abſoluantur, non improbo. Quis enim vſus illius exercendæ fuerit, ſi nolla eſt executio ſperanda? De *Trideiſmo* quoque eiiciendo non video cur magis laboret, quam de ſectis aliis extirpandis: quin illius ego ſeutentiam valde probo, qui dixit, Bellum hæreticorum pax eſt Eccleſiæ. Mordeant & comedant inuicem, vt tanto citius conſumantur ab inuicem. De *Auguſtana Confeſſione* præcipuam eſſe vellem R. D. V. curam. Nam ſicut orthodoxa doctrina de S. S. Trinitate fundaA mentum eſt Papatus, hoc eſt Eccleſiæ Chriſtianæ: ſic fundamentum Sathanatus, hoc eſt conuentus malignantium, eſt præclara iſta Auguſtana Confeſſio. Quamobrem vt hoc fundamentum ſubrui poſſit, omnes nobis machinæ ſunt adhibendæ: quo ſaluo, ſaluæ manebunt omnes aliæ hæreſes, quamlibet hæ ſint horrendæ. Si licuit Luthero vel *Philippo*, qoem eſſe conditorem aiunt *Auguſtanæ Confeſſionis*, ab orbis totius Chriſtiani Papatu ſeceſſionem facere, & aliam nouam quandam fidem comminiſci, quam verbum Dei vocarunt; cur non licuerit idem *Zuinglio*? cur non *Suenckfeldio*, *Serneto*, *Gregorio noſtro*? quorum doctrina æque poteſt verbum Dei vocari atque *Lutheri* vel *Philippi*. *Buccerus* cum inſolenter admodum & imperioſe rem gerere *Lutherum* vidiſſet, qui doctrinam ſuam tanquam Dei verbum & Euangelium adorari, nec ab B ea quenquam diſcrepare vellet, in hæc verba prorupit aliquandu: Si exigit, ne quis vlla in re a ſe diſſentiat, probet ſe eſſe Deum. Ego vero ſcripſi Regiæ Maieſtati, ſi vellet nouam fidem concedere meis hædis Elbingenſibus, vt illis permitteret *Gregorianam* potius: nam fruſtra fieri per plura, quod poteſt fieri per pauciora, nam ad illam peruenietur ad extremum: & habere Maieſtatem illius tantundem poteſtatis ad *Gregorianam* vel *Mahumetanam*, qoantum ad Auguſtanam confeſſionem concedendam. Deinde, ſatius me iudicare, vt habeant aliquam Confeſſionem in *Polonia* natam, quam in *Germania*, ne magis ad Imperii terras quam ad Regnum Poloniæ pertinere videantur. Ac poſſe nos illud e Symbolo delere, *Credo ſanctam Catholicam Eccleſiam*, & illius loco ſcribere, *Credo ſanctam Polonam Eccleſiam*, Fore C nobis id glorioſius. Quanduquidem eo perducta res eſt, vt glorioſum videatur a Chriſto diſcedere, & ab eius corpore ſeparari. Sat ſcio, quod ſecus quibusdam, etiam ordinis noſtri viris, viſum fuit in Comitiis *Lublinenſibus*. Nimirum vt duæ tantum Sectæ proſcriberentur, *Lutheriſmus* autem & *Caluiniſmus* canoniſaretur. Quod autem ſcribit R. D. V. de admiſſione neſcio qua Comitiorum, viuendi & credendi ſuo arbitratu, meminerunt etiam *Elbingenſes* in ſcripto ſuo, quod mihi transmiſeruot, eius rei. Sed ego de admiſſione hac nihil hactenus certi cognoſcere potui. Quæſo R. D. V. qualis ea fuerit, clarius explicare mihi velit. Quod, vt Gedanenſes in viam veritatis reuocet, laboraturam ſe ſcribit, valde fuit gratum ex literis R. D. V. cognoſcere. Poſteriorem illam rationem amplectandam potius eſſe putarem, quæ ſi D non ſucceſſerit, erit locus actioni, quam eis intentare cogitit. *Torunii* quid factum ſit, cum ibi præſens adfuiſſem, in Comitiis noſtris, non dubito, quin R. D. V. ex *Domino Krzyconio*, qui tum Oratorem ad nos *Regiæ Maieſtatis* agebat, cognouerit. Nunc aliter negotium ceſſiſſe gaudeo. Magna eſt Burgimagiſtrorum iſtorum inſolentia, qui ſe pro Papis gerunt, quam non ſolum Chriſtiani, verum nec ipſi ferre iam poſſunt Lutherani. Quod *Szymaconio* ſuo dederit in mandatis, vt negocium contra hædos meos Elbingenſes non minus diligenter curet, quam ſi R. D. V. proprium eſſet, magnam habeo gratiam. Sum adhuc intra ſpem & metum. Duos eo pueros miſeram, ſub Maii menſis finem vnum, poſtridie Pentecoſtes alterum. Quem non iuſſi diutius

quam

quam 24. horas expectare. Is reuerſus eſt abſque mandatis, & unam aut alteram epiſtolam attulit. Scripſit mihi quidam, quod cum Regem petiuiſſet, reſponſum hoc tulerit: Non eſſe quicquam temere faciendum, nec repente eiiciendum, ſed paulatim inde amouendum, ne ſeditio aliqua oriatur. A Quando venturum ſit iſtud paulatim, neſcio. Sed maluiſſem prius illud mandatum de *Superintendente* eiiciendo non fuiſſe miſſum. Scribitur autem & hoc à quodam, quod mandata pœnalia dabuntur; ſed utrum illis parituri ſint *Elbingenſes*, vehementer dubitatur. Fortaſſis alia mandata *Cleſeldius* attulit, qui cum reuerſus ex aula, per oppida mea proficiſceretur, abſente me, gloriatus in ſingulis oppidis fuiſſe dicitur, quod omnia confeciſſet ex animi ſententia. Si volet *Reuerendiſſ.* D. V. puerum expectare, quicquid allatum erit, per eum ſcribam. Niſi quod is vehementer urget celerem expeditionem. *Merlinus* in vicinia, ne maiores etiam nobis turbas det, metuo. Nam eſt unus ex *rigidis Lutheranis*, qui jam nec in *Germania* fere tolerantur. Subinde magno clamore detonat in *Papiſtas*: *Hi ſunt illius floſculi Sanctiſſimi Diaboli noſtri Papa, Dominus noſter Diabolus Papa*, quemadmodum ex libello, quem R. D. B V. mitto, cognoſcet uberius. Mitto ſimul & Inſtructionis eius partem, quæ pertinet ad *Merlinum*, quæ data fuit D. *Solicouio*, primum ſoli ante Paſcha, deinde cum D. *Caſtellano Gedanenſi* in exequiis, poſtremo nunc addito tertio collega D. *Palatino*. Mitto & literarum exemplum ad Regentes ſcriptarum, quæ tamen illis redditæ non ſunt. Sic non minus onuſtus literis ad R. D. V. redibit puer illius, quam ad me venit. Mitto præterea libellum ſub nomine Ducis poſt mortem illius editum, de duorum Epiſcoporum electione *Sambienſis* & *Pomeſanienſis*. Actum fuit de Regentibus nomine Maieſtatis Regiæ, ne nomen Epiſcoporum electis à ſe tribuerent. Ecce autem ſimul ut iuſta funebria peracta ſunt defuncti D. *Ducis*, *Merlinus* in honorem Regiæ Maieſtatis libellum hunc edendum curauit. Qui qualis ſit, ipſa R. D. V. ſecum expendat. In hunc uſque diem detinui puerum hunc R. D. V. ut ſcire poſſem, quidnam eſſet à me C profectum in aulam. Opto R. D. V. bene valere. Cuius me fraternæ benevolentiæ diligenter etiam atque etiam commendo. Datum ex Caſtro meo *Heilſperg*, die Sancti Ioannis Baptiſtæ Anno Domini 1568.

EPISTOLA XVII.

STANISLAUS HOSIUS Cardinalis Varmienſis, STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladiſlauienſi.

Gedanenſium fidem promiſſam in dubium vocat.

Ago gratias R. D. V. quod mecum, quæ ſunt iſthic acta, communicauerit. Quando verba *Gedanenſium* lego, quibus fidem & ſubiectionem ſuam erga Maieſtatem Regiam prædicant, venit mihi illud in mentem: Vox quidem vox Iacob; Quando quæ acta ſunt audio, ſuccurrit illud: Manus autem manus Eſau. Deum precor, ut nobis lætum D huius fabulæ cataſtrophen eſſe velit. Quod ſupereſt, opto R. D. V. diu bene & feliciter valere, cuius me fraternæ beneuolentiæ commendo. Datum ex caſtro meo *Heilſperg* 11. Novembr. Anno Domini 1568.

EPISTOLA XVIII.

STANISLAUS HOSIUS Cardinalis Varmienſis, STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladiſlauienſi.

Comitia Elbingæ celebrata ſignificat, & quæ in illis fuerunt peracta, breuius exponit.

QUo die veneram *Elbingam*, ubi mandato *Regiæ Maieſtatis* per nos Comitia celebrata ſunt, per *Friduualdum*, qui modo non eadem hora proficiſci dicebatur ad R. D. Veſtram, literas ad illam dedi. Quas eam accepiſſe non dubito. Nunc quæ ſint iſtis Comitiis acta, R. D. V. deſcripta mitto. Fueram admonitus ex aula, ne quid in religionis cauſa mouerem, neue moleſtiæ quicquam aut difficultatis illius ergo cuiquam exhiberem. Quod mihi ſane nouum acciderat, Epiſcopo mandari, ne quid agat in religionis cauſa, quaſi diceretur illi, ne ſis Epiſcopus, ſed conſiliarius tantum. *Sebaſtiano* maluiſſem id mandari, qui ſubinde blaſphemas voces contra Chriſtum eiaculari dicitur. Sed poſtea cum verba literarum diligentius expendiſſem, hoc mihi fuiſſe præceptum interpretabar, ut res religionis, quo loco ſunt, relinquerem, neque prohiberem, quo minus vel *Sebaſtianus*, vel quicunque tandem alius ex Satanæ miniſtris, Chriſtum, ſicut cœpit, blaſphemare pergeret. Cui mandato parui. Quid enim facerem, cum vires ad prohibendum nullas haberem? Quin ego potius in magna beneficii parte ponerem, quod ſub Elbingenſibus Burgimagiſtris, in ciuitate Chriſtiani, Catholici & Orthodoxi Regis, abſque euiuſquam impedimento mihi liceret, quod licet in ciuitatibus immani Turcarum Tyranno ſubiectis, Chriſtiano ritu ſaltem in uno Parochiali templo Deum colere: quo minus qui vellet Antichriſtum Iſlebienſem adoraret, & illius verbum tanquam Dei verbum reciperet, impediui neminem. Sed cum audirem, declamationes fieri contra Maieſtatem Regiam, quæ noua faceret in his terris omnia, quæ noua quadam & inſolita forma Commiſſarios ſuos in has terras miſiſſet, qui non ſeruato legitimo proceſſu, Burgimagiſtros loco ſuo mouiſſent: cumq; poſtularetur à me, quo memor loci, quem in his terris teneo, pro viribus, priuilegiis & libertatibus eorum pugnarem, & me murum pro illis opponerem, eorum exemplo, qui locum hunc ante me tenuerunt; tenere me non potui, pro fide, quam Chriſto Deo meo, deinde Sereniſſimo quoque Regi meo debeo, quin aliquam religionis mentionem facerem. Nec enim aliam refutandi clamores horum hominum rationem inuenire potui. Spero, quod ea res nullam iſthic mihi ſit offenſionem paritura. Quandoquidem & pro cœleſtis & pro terreni Regis mei dignitate pugnaui, & communem omnium trium *Epiſcoporum*, qui ſunt in *Pruſſia*, cauſam, ut potui, defendi. Nunc illud R. D. V. latere nolo, quorundam opinionem eſſe, confirmatam iri confuſionem Auguſtanam in his tribus ciuitatibus; dummodo ne quis impediat, quo minus in cauſa fiſci, quæ pridem decreta fuit in Regni Comitiis, executio tandem aliquando ſuum effectum ſortiatur: ab his enim ciuitatibus exordium ſumere Maieſtatem Regiam velle. Quod cum erit factum, minus cum aliis negotii futurum. Quæſo R. D. V. quandoquidem ingens de illa fuit multorum expectatio, quod ipſa, Deo ſuam gratiam impartiente, Regnum Iſrael eſſet reſtitutura, contra ſectas omnes viriliter pugnatura, & ut huic multorum expectationi ſatisfacere conetur, & extrema cum primis contexat, nec niſi perfectis omnibus, quæ ad priſcam fidem conſtituendam pertinent, conquieſcat. Sed hac de re coram, ſi Deus volet, pluribus. Quod ſupereſt, opto R. D. V. diu, bene, & feliciter valere, cuius me fraternæ beneuolentiæ diligenter commen-

do. Datum ex caſtro meo Heilſperg 5. Januarii 1569.

Epistola XIX.

STANISLAUS HOSIUS Cardinalis, Varmienſis, STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislavienſi.

Eccleſiaſticorum bonorum, & præcipue Monaſterii Gedan. deuaſtationem ſignificat, & pro eo auxilium expetit.

ADuerſus executionem video agendum eſſe molli brachio. Sed vehementer metuo, ne viciſſim promoueat res noſtras Deus molli brachio. Nam neque Hoſpitalium, neque Collegiorum, ſiue Eccleſiarum, neque Deo dicatarum virginum bona ab hoc neruo tuta ſunt. Multos acerbe admodum queri audio. Sed me maxime miſeret monaſterii virginum in ciuitate *Gedanenſi*, quæ ſolæ propemodum cum templo ſuo, ex illo cinere Chriſtianitatis & Catholicorum reliquiis, Catholicæ ſupereſſe videntur adhuc. Nam dici vix poteſt, quantis vexentur moleſtiis, & quantas difficultates perferre cogantur. Nunc ab aula vocantur in ius de bonis Monaſterii, quæ habent in tractu Capituli mei *Tolkmitenſi*; nunc expilantur à prædicantibus *Lutheranis*, qui decimas earum per vim auferunt; nonnunquam à nobilibus vicinis, qui pratis & ſiluis eas exutas cupiunt. Videturque hoc ab omnibus operam dari, ut locus ille ſacer per ſummam hominum licentiam celeriter defectus, in hæreticorum poteſtatem veniat, atque adeo ſacratæ virgines, voto in contrarium commutato, non modo Monaſterio cedant, verum etiam vitam ſequantur (quod iam nouum non eſt) propoſito ſuo contrariam, vel ut apertius loquar (ſi modo ſic Epiſcopo apud Epiſcopum loqui fas eſt) ex Monaſteriis faciant luſtra & lupanaria. Multis aliis præterea, & quidem grauibus iniuriis eas vexari audio. De quibus omnibus dicet is, qui reddet has meas R. D. V. Eſt enim earum proviſor. A qua majorem in modum peto, ut illis tanquam reliquiis Catholicorum in illa ciuitate mature ſuccurrat, ſimul apud Maieſtatem Regiam efficiat, ut monaſterium hoc virginum, quod unicum eſt in illa ciuitate, magnaque rei domeſticæ difficultate premitur, tam ab executione, quam aliorum ſiue ciuium, ſiue nobilium iniuriis, tutum & defenſum eſſe queat. Nulla enim poſſet accidere hæreticis maior voluptas, quam ſi viderent, eas bonis temporalibus exui, & eis occaſionem dari ad vota commutanda. Fortaſſis autem venirent ea bona in alicuius poteſtatem, qui minus eſſet Catholicus. Sic eſſet futurum, ut & virginum atque adeo Catholicorum omnium animus labaſceret, & hæretici tanto maiores criſtas ſumerent, viresque confirmarent, ad Chriſtianam Religionem graviter oppugnandam, cujus alioqui vix eſt in illa ciuitate veſtigium. Quod ne fiat, à R. D. V. Epiſcopo Catholico & illius ciuitatis ordinario, proſpectum iri non dubito. Ac ut ita faciat, iterum atque iterum ab illa maiorem in modum peto. Quod ſupereſt, opto R. D. V. diu eſſe incolumem & felicem, cuius me fraternæ benevolentiæ commendo. Datum Heilsbergæ 24 Junii 1569.

Epistola XX.

STANISLAUS HOSIUS Cardinalis Varmienſis, STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislavienſi.

Petit ut Cromero, deſignato in eius abſentia vicario, conſiliis adſit.

NOn ignorat R. D. V. quid mihi oneris impoſuerit Maieſtas Regia. Quod ego cum detrectare non poſſem, recipere in me neceſſe habui, & cum iuſſus eſſem præterea accelerare iter hoc meum, ita res meas comparaui, ut iam fere ſim in procinctu, nec aliud expectem, quam, ut ſcire poſſem, quo in loco cum R. D. Nuncio conuenire debeam, qui mihi in itinere occurret, & ea quæ opus fuerit, exponet. Interea obibit hic vices meas R. D. *Cromerus*, & res *Epiſcopatus* huius adminiſtrabit. Cum autem R. D. V. ſit *Epiſcopus Pomeraniæ*, quæ non poſtrema *Pruſſiæ* pars eſt, fretus illius beneuolentia erga me ſingulari, commendo illi diligenter Eccleſiam hanc meam una cum ſubditis meis omnibus, atque ab illa maiorem in modum peto, ut eorum quieti, paci & tranquillitati conſulere, ac, ſi quando res poſtulauerit, eis conſilio auxilioque ſuo adeſſe velit. Nec minus commendo vicarium hunc meum, qui qui vir ſit, R. D. V. non ignorat. Quæſo, velit eum adiutum in omnibus, quibus opem & autoritatem illius implorauerit, quo melius & utilius munere ſibi commiſſo perfungi queat. Intellexi vero & illud, quod R. D. V. iterum mittatur Gedanum, una cum aliis D. Commiſſariis. Fortaſſis etiam Elbingam veniet, nam & ibi multa ſunt, quæ D. Commiſſariorum præſentiam deſiderant. Quamobrem, ſi eo venerit, quæſo, velit hoc operam dare, ut mihi tamen ſpiritualis mea juriſdictio ſervetur integra, nec tantum ſibi ſumat illius ciuitatis Magiſtratus, ut ſimul & Rex & Epiſcopus & Papa, ac plus quam Papa eſſe velit. Quod ubi ſit, nec animarum ſaluti bene conſulitur, nec ciuitatis tranquillitas conſeruatur. Qua de re agetur, cum R. D. V. alloqui hoc tempore licebit. Deum precor, ut redux incolumis incolumem illam videam. Interea me illius priſtino amori & fraternæ beneuolentiæ diligenter commendo. Quicquid Romæ degens in gratiam & in rem R. D. V. facere potero, faciam ſemper lubens. Datum ex caſtro meo Heilſperg die 12 Aug. 1569.

Epistola XXI.

STANISLAUS HOSIUS Cardinalis Varmienſis, STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislavienſi.

De negligentia in ſcribendo Epiſcoporum queritur, de ſucceſſibus Gedani gratulatur, mentem de calice petito aperit, & tandem pro conuertendis curam ex officio gerit.

DE diuturno ſilentio, nihil erat, quod ſe purgaret R. D. V. præcipue ſub illud Comitiorum tempus, quo quibus fuerit curis diſtracta, nemo eſt qui neſciat. Mihi vero ternis illius literis, quibus de rebus omnibus copioſe me certiorem reddidit, abunde ſatisfactum eſt, præcipue cum tanta confidentia mecum egerit. Ego vero me daturum operam polliceor, ut huius confidentiæ Reverendiſſimam D. V. pœniteat nunquam. Illud vero diſſimulare non poſſum, non paruum ex ea re dolorem me accepiſſe, quod cum ad omnes fere Regni Epiſcopos de grauiſſimis rebus ad religionem pertinentibus literas dediſſem, totos fere tres menſes, nemo me reſponſo dignatus fuit. In quam id partem acciperem, neſciebam. Hoc menſe tandem primum à Regni Primate, deinde à Reverendiſſima D. V. literæ mihi redditæ ſunt, non illæ quidem valde iucundæ, ſed quæ me nihilominus varia ſuſpicantem, & magna ſolicitudine affectum non nihil recrearunt. Metuebam enim graviora de illis ipſis etiam, qui duces religionis apud nos eſſe debent, cum hic varia narrentur, quæ valde nos anxios reddebant. Longiorem tamen illius epiſtolam accepi. In qua etſi nihil erat, quod me delectare poſſet, legi tamen eam valde lubens; verum de ea poſtea.

De

De ſucceſſibus Gedani R. D. V. gratulor: Nec mediocrem ex ea re lætitiam capio, quod io hunc ſtatum res tandem eſt perducta: deinceps quietiora ſperanda ſunt omnia.

De Burgrablo Gedanenſi ſemper hoc fuit meum iudicium, quod ab Eccleſia Dei, quam illis Papatum vocare viſum eſt, propterea, quod legitimam poteſtatem Eccleſiaſticam agnoſcit, minus eſſet alienus quam alii multi. Fortaſſis autem vix eſt alius in Magiſtratu Gedanenſi, qui propius ad nos accedat. Quod autem ille de calice petit, ſi certum eſſet, eius conceſſione Senatum populumque Gedanenſem adductum iri, vt reiecto Islebienſi & Geneuenſi Antichriſto, ad Chriſtum, cui iam ab annis aliquot nuncium remiſit, rediret, equidem & manibus & pedibus obnixe contenderem, vt concederetur; ſed quid alibi fuerit conſequutum, poſteaquam conceſſus eſt calix, videmus. Cuius autem ea de re teſtimonium pondus habere maius debet, quam Dudetil nunc Hæretici, ſed pro Catbolico tamen habiti, priusquam fœminæ cuiusdam amore cœperat inſanire. Dixit is, cum eſſet in *Petricouienſibus Comitiis*, non ſemel in publicis etiam congreſſibus laboratum in concilio fuiſſe, vt *Germanis* calix concederetur; ſed per quos labor hic ſuſceptus eſt, eos vehemeoter conſilii ſui pœnituiſſe. Nam cum ſpes fuiſſet oſtenſa, quod per hanc viam Lutherani multi ad Chriſtianam fidem eſſent redituri, non modo nihil tale factum eſſe, verum etiam contrarium eueniſſe potius. Nam ex Chriſtianis plerique facti Lutherani ſunt, ex Lutheranis vix quisquam repertus eſt, qui non maiore pertinacia perfidiam ſuam tueretur. Sic nec Interim Cæſareæ Maieſtatis, quæ plus etiam aliquid, neſcio qua autoritate, permiſit, nec conceſſio calicis per Pontificem facta, penes quem eius rei poteſtas eſt, quicquam attulit adiumenti ad hæreticos ad officium reuocandos. Quin maiora ſunt inter ipſos hæreticos conſequuta ſchiſmata, quam ante conceſſionem eiusmodi fuerunt, & ad quiduis audendum multo ſunt facti propenſiores. Vellem autem ſcire, cur calix petatur. An ſub altera tantum ſpecie Chriſtus integer eſſe non creditur? Poteſt autem hæreſis eſſe magis horrenda, quam ſit hæc, quæ tot ſeculis non viuum corpus, quod ſanguine carere non poteſt, ſed mortuum cadauer (totus cum hæc ſcribo contremiſco) ſumptum a Chriſtianis in Euchariſtia fuiſſe contendit? Quorſum autem ventum eſt per Deum immortalem, poſteaquam de calice litigari cœptum eſt? Rem ipſam amiſerunt, qui tantopere de calice litigarunt. Altercationibus iſtis eo progreſſum eſt, vt veritas amitteretur, vt verum & viuum Chriſti corpus, verus & viuus Chriſti ſanguis in Euchariſtia præſens adeſſe negaretur. Verum hac de re verſus quosdam Germanicos R. D. V. mitto, quos ipſa per occaſionem ad Burgrabium Gedanenſem perſerendos eurabit. Equidem non video, quid aliud in calice petendo, quam ab Eccleſia diuiſionis initium quæratur, cum tamen Dominus Deus noſter non diuiſionis, non diſſenſionis, ſed pacis & dilectionis Deus ſit. Sicut ipſe Chriſtus diuiſus non eſt: ſic hæreditatem ſuam, Eccleſiam ſuam diuidi non vult. In huius præſertim ſacramenti vſu, quod ſignum charitatis & ſymbolum eſt vnitatis. Quodquot extiterunt hæretici noſtro ſeculo, non aliunde quam a calicis vſu diuiſionis initium fecerunt. Neque noſtro ſolum, verum & ſuperiore ſeculo, & in *Boëmia* & in *Morauia*, non aliunde quam a calicis uſu diuiſionis exordium factum eſt. Quæ poſtea fuerint conſequuta, cum eum propria quadam libidine vſurparunt, R. D. V. per Morauiam tranſiens oculis ipſa ſuis vidit. Fatetur hoc Anteſignanus noſtri temporis hæreticorum, quod non ob aliam cauſam, quam in deſpectum Eccleſiæ de calice potari velit. Quæ ſi ſtatueret ſub vtraque communicandum eſſe, vellet ſub vna vel ſub neutra, & eos omnes anathema pronunciaret, qui ſub vtraque communicarent. Quanto melius faceret *Burgrabius Gedanenſis*, ſi ſecum ipſe cogitaret, iam a ſexcentis plus minus annis non aliter quam ſub vna ſpecie Gedanum communicatum eſſe. Egone maiores meos condemnabo, qui ſic vſi ſunt hoc venerabili ſacramento? Condemnabo & ſanctum *Adalbertum* & S. *Stanislaum*, qui nobis Euangelium Chriſti ſanguine ſuo ſignatum reliquerunt, a quibus non aliter quam ſub vna ſpecie ſacramentum Euchariſtiæ miniſtratum fuiſſe conſtat? Tradam eos orco, qui tot ante ſeculis vixerunt, quod contra expreſſum Dei verbum venerint? Vel eos cœcitatis arguam, qui vel ipſa luce clariorem ſcripturam non intellexerunt? Quin ego me potius halucinari credam, qui mihi plus in ſcripturis interpretandis tribuam, quam oportet? orbis totius iudiciu meum anteponam? cum præſertim tot iam interceſſerint *Oecumenica Concilia*, in quibus nullum eſſe de calice neceſſario ſumendo præceptum, declaratum eſt. Eccleſiam audire me iuſſit Chriſtus, quam etiam in Symbolo credere me profiteor. Sempiternum autem væ comminatus eſt prophetis inſipientibus, qui ſequuntur ſpiritum ſuum, & nihil vident. Nolo eſſe Propheta inſipiens. Nolo ſequi ſpiritum meum, qui falli poteſt & fallere. Sequar eum, qui promiſſus eſt Eccleſiæ Spiritum Sanctum, quam illo regente nunquam errare poſſe certo ſcio. Quamobrem ſanctiſſimam hanc parentem meam qua decet pietate reuerebor. Quæ de diuinis rebus ipſa ſentit, ſentiam. Quæ de humanis præſcribit, faciam. Quæ prohibet, citra dubitationem vllam fugere conabor. Sic ſecum potius ratiocinari deberet *Burgrabius*, quam vt maiore eum inſtantia calicem peteret, ex quo, bibat aliquis aut non bibat, modo Eccleſiam ea de re ſtatuentem audiat, parum ad ſalutem refert. Non bibunt ex eo infantes; neque tamen propterea contra Chriſti præceptum veniunt, qui dixit: Bibite ex hoc omnes, qui certum eſt & indubitatum, ſi diem ſuum extremum clauderent in illa ſua innocentia, quod hæreditatem Regni coeleſtis conſequentur. Bibit ex calice Iudas, quem etiam ipſe Chriſtus manibus ſuis illi porrexit, eſt nihilominus condemnatus. Verum hac de re ſatis. Vehementer autem R. D. V. gratulor, quod quasdam Pomeraniæ Ciuitates de manibus hæreticorum vindicauerit. Vtinam eandem illi felicitatem Deus tribuat in *Gedanenſi* quoque ciuitate, vt & illa poſſit ad Chriſtum, quem tot annis deſeruit, reuocari, & eo adduci, vt eiiciat Antichriſtos illos, qui ſicut pridem *Papiſtæ*, ſic poſtea neque *Regiſtæ* eſſe voluerunt. Neque minus fortiter contra *Regem*, quam contra Papam, præſentibus etiam & modo non audientibus Regiæ M. Commiſſariis declamarunt. Quod ſi feciſſet Catholicus aliquis, iam pridem ſupplicium de eo ſumptum eſſet: Sed hæreticis omnia licent, haud aliter, quam ſi ſacroſancti ſint. Nemo eos audet attingere; quin quod illis placuit, id in Comitiis legis vigorem obtinet, etiamſi maior ſit pars contradicentium. Quam ego patriæ meæ tantam calamitatem ſatis deplorare non poſſum! Viuere videmur abſque lege, abſque Rege, & hoc agi cernimus, vt ſimus ſine ſacerdotio, abſque ſacrificio, & per conſequens abſque Deo.

Quod hœdorum quoque meorum R. D. V. curam non abiecerit, ago gratias; Vellem autem, quod adeſſet *Elbingæ* tum Coadiutor noſter, cum eo Commiſſarii Regiæ Maieſtatis aduenerint.

De Conſtitutionibus, quas in Synodo ſua edidit, ſic rem accipiat: Certos quoſdam Cardinales fuiſſe deſignatos, qui de dubiis cognoſcerent, quæ ex decretis *Tridentinæ Synodi* ſunt exorta. Inter eos ego principio non eram, poſtea vero juſſit *Pontifex*, vt adeſſem ipſe quoque, & affui jam bis. Quoad igitur mea non intererat, R.D.V. voluntati morem gerere non potui. Nunc autem cum vnus & ipſe ſim, quibus eiusmodi rerum cognitio mandata eſt, dabo operam, ſimul vt in vrbem redero, quod breui ſpero futurum, vt voluntati. *Reuerendiſſimæ D. Veſtræ* ſatisfiat. Reſponſum ad cenſuram legi. Nec in eo quicquam reperio, quod mihi non probetur. Simul, vt Romam ſuero, Deo bene iuuante, reuerſus, dabo operam, vt voti ſui compos R. D. V. fiat. Etiam R. D. *Olomucenſis Epiſcopus* voluit conſtitutiones ſuæ Synodi itidem confirmari, deque rebus non magni momenti, negocii nonnihil exhibitum fuit. Cum autem per morbum, quo totos tres menſes grauiter laborabam, ex ædibus meis prodire mihi non liceret, miſſus eſt ad me, qui meam ſententiam de quibusdam dubiis exploraret. Inter quæ fuit de *Agenda*, quod vocabulum non fuit intellectum; ſed ſimul vt explicaui quædam, Domini Epiſcopi voluntati ſatisfactum eſt. Idem etiam R. D. V. euenturum ſpero.

Vellem autem vt R. D. V. legeret Colloquium Lutheranorum inter ſe, quod fuit ante biennium *Altemburgi* habitum. Quod Latina & Germanica lingua extat. Tum etiam cuperem illud *Burgrabio Gedanenſi* communicari. Si facultatem eiusmodi librorum legendorum non habet R. D. V. mihi ſignificet: dabo operam, vt ei facultatem impetrem a Sanctiſſ. D. N. ſaltem pro hoc libro. Quod ſupereſt, opto R. D. V. diu bene valere. Datum Tyburi die 7. Octobr. 1570.

EPISTOLA XXII.

STANISLAUS HOSIVS Cardinalis Varmienſis, STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi.

Infelicem Eccleſiæ Catholicæ ſtatum dolet, & quomodo creſcentibus adverſariis reſiſtendum, Religionisque autoritati ſuccurrendum, deliberat.

LEgi non ſine magno dolore meo longiorem Epiſtolam R. D. V. quæ mihi tamen tanto gratior accidit, quanto copioſius & apertius perſcripſit omnia, quæcunque cognitu fuerunt neceſſaria. Video, quod reſpicit nos adhuc oculis miſericordiæ ſuæ Deus, & ad pœnitentiam vocat. Quam ſi pro peccatis noſtris egerimus, bona ſpes tenet animum meum, quod avertet iram ſuam a nobis, & ſi converti voluerimus, eius, quæ nunc agi cœpta eſt Tragœdia, meliorem opinione multorum exitum concedet. Mihi vero dubium non eſt, quod jam inde a multis annis ea conſilia coqui cœperunt, quæ proximis ſuperioribus Comitiis in lucem prodierunt. Sed eſt, quod immortales agamus Deo gratias, quod eum tamen, quem ſpe iam deuorauerant inimici Crucis Chriſti, progreſſum eorum & exitum non habuerunt. Merito quidem nobis Deus iraſcitur; ſed quæ eſt illius immenſa bonitas, non eſt illi viſum adhuc in ira ſua continere miſericordiam ſuam. Annus jam agitur fortaſſe 15. cum in *Comitiis Varſouienſibus* tale quid, quale nuper in eodem loco, tentatum eſt. Dicebatur tum Cracouia * adventare, & erat in finibus *Maſouiæ Petrus Paulus Vergerius* in oppido A *Ducis Dzialdow*, iamiam advolaturus ipſe quoque. Non dubito, quin teneat memoria R. D. V. quod conueneramus in vnum Epiſcopi cum clero, qui tum præſentes eramus. Et quamuis viſum fuerat, vt ego pleraque Regiæ Maieſtati dicerem in Senatu; mutato tamen poſtea conſilio, ſeorſum aliquot Epiſcopi conueneramus ad Maieſtatem Regiam, & omnium nomine verba fecit D. *Zebridouius Epiſcopus Cracouienſis*, qui certe præclare tum ſuo munere functus eſt. Ac dixit (libet enim illius verbis vti:) E ſuperiore loco veniunt iſta conſilia, quæ tractantur in loco, ſiue vt ipſe dicebat, circulo inferiore a Nunciis. Dum priſcam fidem everti, & nouum Evangelium recipi, poſtulant, quum & hoc, inquit, ex eodem loco procedit, quod * quod Vergerius, quod *Lyſmaninus*, quod ceteræ peſtes eiusdem generis, ad Comitia venire dicuntur. Nam eſſe vocatos aiunt, vt nouam nobis reli- B gionem conſtituant. Negabat Princeps, ſe conſcio talia fieri, cui credere nos oportuit. Sed circumferebatur eodem tempore quædam Epiſtola *Pauli Vergerii*, qua *Maieſtatem Regiam* hortabatur, vt relicto *Chriſtianiſmo*, quem ipſe *Papiſmum* vocabat, amplecteretur *Lutheraniſmum*, quem *Euangelium* appellabat. Simul offerebat ſe, quod cum *Lippomano*, qui tum erat *Nuncius Apoſtolicus*, diſputare vellet, ipſa *Regia Maieſtate* iudice, de quibusdam articulis, quos in ſuis Prolegomenis aſſeruerat *Brentius*, quod legitimi iudices in cauſa religionis eſſent Principes, & quiuis etiam e populo, non autem Epiſcopi: quod nulla præterquam Scripturarum autoritas valere deberet: quod nihil traditionibus tribuendum ſit: quod Eccleſia non ſit ea, quæ fuit hactenus exiſtimata, jam inde a 500. annis, quam Catholicam & Apoſtolicam vocamus, cui præeſt *Romanus Pontifex*; ſed ea, quam hoc noſtro tem- C pore *Martinus Lutherus* erexit. Ac ferebatur libellus hic manibus multorum, & auide legebatur. Quin & in Senatu quandam ſententiam protulit, quam ad verbum in eo libello ſcriptam reperi, cum Heilsbergam rediiſſem. Nam quoad Varſouiæ fui, nihil præter *Vergerii præfationem* videram. Neque ſciebam tum de Prolegomenis *Brentii*. Sed cum Regiomonte libros quosdam hæreticos afferri mihi iuſſiſſem, adiuncta fuerunt illis etiam hæc Prolegomena, & quidem dono mihi data, quæ mihi non paruum laborem attulerunt, cuius me tamen pœnituit nunquam. Atque vtinam, qui tam auidi legunt Prolegomena Brentii, non fuiſſent grauati noſtram quoque Confutationem, ſemotis affectibus, legere! Fortaſſe minus Vergerii conſilio tribuiſſent. Quid autem in illis *Comitiis Petricouienſibus* anni 65? Putatne R. D. V, quod, præter ſcientiam & voluntatem *Regiæ Maieſtatis*, D eundem in locum, vbi præſens aderat Regia Maieſtas, vna cum ſenatu populoque Regni vniuerſo, vna cum *Nuncio Apoſtolico & Oratore Cæſareæ M.* conuenerunt variarum ſectarum hæretici, & publice diſputarunt de rebus quibusdam, quas horret animus dicere. Nam & illud in diſceptationem vocabatur, num Chriſtus eſſet verus Deus & Dei filius? Ego metuebam, ne terra nobis dehiſceret: neque me tenere potui, quin ſcriberem Regiæ Maieſtati, maluiſſe me, quod diſputaretur, num *Sigismundus Auguſtus* eſſet verus *Rex*, qui talia pateretur; quam num Chriſtus ſit verus Deus & Dei filius? Denunciaui ſimul, niſi deſiſterent ab iſtis blaſphemiis, autoritate *Maieſtatis* illius compulſi, quod mihi decretum eſſet ex iſtis Comitiis

fugere,

fugere, nec expectare dum fulmen ſuum de cœlo Deus demitteret, & tam de facientibus quam de conſentientibus iuſtum ſupplicium ſumeret, fortaſſis autem etiam iuſtos cum A impiis perderet. In ſumma, nullum vnquam vel in *Polonia* vel in *Lituania* Conuenticulum habitum fuiſſe puto, præter ſcientiam & voluntatem Principis. Et fuit procul dubio ſpes hæreticis oſtenſa, modo conuenirent in vnam aliquam fidiculam, & ea ſola luderent, non difficulter eis conceſſam iri. Felicis memoriæ *D. Samuel Maccouius Epiſcopus Cracouienſis* multum apud Maieſtatem Regiam gratia & autoritate valuit. Eo viuo, quod quidem ego ſciam, non fuit huc audaciæ progreſſum, vt de noua fidicula, quam approbaret Regia Maieſtas, cogitaretur. Sed ſimul vt ille vita functus eſt, eum vixdum etiam extremum ſpiritum efflaſſet, quod *Pinczouiæ* factum eſt, R. D. V. non ignorat, ex eo tempore cœperunt iſta coqui conſilia. Sumptum eſt autem exordium a terris Pruſſiæ: anno 56. fuerunt habita Mariæburgi Comitia. Poſtulabat Regia Majeſtas iuxta morem tum obſeruatum, pecu- B niarum ſubſidium. Ecce autem Nuncii noſtri Poloniſare & ipſi cœperunt, ac longe aliis de rebus quam de quibus propoſitio fuit facta, ſermonem iniecerunt. Priusquam enim in aliquod pecuniarum ſubſidium conſentirent, permitti ſibi legitime ſacramentorum vſum, & neſcio quod purum Dei verbum poſtularunt. Multum eo tempore fuit a me laboratum, verum ita diſceſſum eſt a Comitiis, nullum vt ſubſidium pecuniarum decerneretur; fuerunt autem habita Comitia menſe Maio. Subſequuta ſunt alia pro feſto *D. Michaelis*. Ad ea quoque venit Nuncius Regius cum pulcherrima inſtructione. Narrabat enim, Maieſtatem Regiam nunquam eſſe facturam, vt ab auita religione diſcederet, & vllam aliam permitteret: itaque ne de religione diſceptarent in Comitiis, verum de rebus, a Nuncio propoſitis, deliberationem ſuſciperent. Paritum eſt e veſtigio, & conſenſerunt omnes in pecuniam quam cupiebat Regia Maieſtas. Fortaſſis autem vtrorumque C Comitiorum acta R. D. V. mittam, cum Romam rediero, nam ad manum hic non habeo. Fueram tum in optimam ſpem erectus, qua plenus, poſt habita *Grandetina Comitia*, veneram ad *Comitia Varſouienſia*. Videbam autem in illis circa plurima ſatagere *Gedanenſes*, & muſſitabatur neſcio quid conceſſum illis iri, ſi minus totam Auguſtanam Confeſſionem, ſaltem calicis communionem. Egi cum Regia Maieſtate ea de re. Negauit ſe vel cogitare quidem tale quid. Reuerſus igitur ſum ad Eccleſiam meam plenus magna ſpe, nihil in religione mutatum iri; cum præſertim in receſſu Comitiorum illorum ſcriptum fuerit, eum pro hoſte patriæ & perturbatore publicæ pacis habendum eſſe, qui poſt illa Comitia aliquam Eccleſiam occupare, nouasque ceremonias in ea inſtituere auſus eſſet. Ecce autem, vix duo menſes interceſſerunt, cum *Gedani, Elbingæ, Torunii*, Dominica Oculi, D noua facta ſunt omnia, idque vno & eodem die, in omnibus illis tribus ciuitatibus. Sic tamen, vt *Gedani* duæ tantum minores Eccleſiæ, *Torunii* vero & *Elbingæ* vna, per Satanæ miniſtros occuparetur; *Parochialem* autem & alias maiores Eccleſias non ſibi vendicarunt, niſi ipſo die Sanctorum omnium, quo tempore vocauit ad ſe *Parochum & officialem Ferberus*, & ei mandauit, vt in die Sanctorum omnium, ac cæteris deinceps diebus, ſacra ſua abſolveret ante diem. Nam ſimul vt illuxiſſet, futurum vt Evangelica miſſa cantaretur, & Papiſticæ deinceps nullus locus daretur. Sic initium Sataniſmi factum eſt in terris *Pruſſiæ*, quanto cum animi mei dolore, R. D. V. (quæ curarum & ſolicitudinum mearum fuit conſcia, quas pro virili ſua leuare conata eſt,) memoria tenet procul dubio. Scripſeram ad aulam ſemel & iterum. Nihil mihi prorſus reſpondebatur. Nec audiebatur quicquam, quod hæc autoritate Principis facta fuiſſent, de qua tres fere totos annos celabar. Cum autem *Nuncium* agerem *Pontificis* apud *Cæſarem*, tum primum ea de re ſcriptum aliquid ad me fuit. Videt itaque R. D. V. quod pridem iſta meditata ſunt; & a *Pruſſiæ* ciuitatibus exordium factum eſt, & aliud publice decretum, quin etiam typis mandatum (impreſſo Regio quoque ſigillo) fuit in illis Comitiis, aliud in ſecreto conſilio concluſum, quod in *Pruſſia* paulo poſt executioni mandatum, publicum autem illud ludibrio fuit habitum. Nam cum veniſſent *Vilnam Gedanenſes*, poſt abiectam Religionem Chriſtianam & mutatos Eccleſiæ ritus, non ſolum pro hoſtibus patriæ & perturbatoribus pacis publicæ non ſunt habiti, verum etiam tanto honore fuerunt affecti, quanto prius nunquam. Cuius rei non dubito quin recentem habeat R. D. V. memoriam. Sed eſt quod agamus Deo gratias, quod in ſuperioribus Comitiis, quæ proxime * habita præceſſerunt, inter eos, qui diſceſſerunt a Chriſtiana fide, & neſcio quam Auguſtanam perfidiam (nam fides niſi vna ſit, fides dici non meretur) excogitarunt: tanta eſt exorta diſſenſio, vt maiore mutuo quam Chriſtianorum, quos Papiſtas vocant, odio flagrare videretur. Qui ſi conuenire potuiſſent in vnam aliquam perfidiam, non eſt dubium, quod eius approbationem ab eo, qui nullam habet vel approbandæ, vel reiiciendæ doctrinæ fidei poteſtatem, pridem non difficulter obtinuiſſent. Inde tot conuenticula, & poſtremum illud * in quo defuncti illius hæreticorum anteſignani autoritate, prius approbata fuit quorundam calculo, neſcio quæ *Bezana* perfidia, quæ Cracouiæ typis mandata fuerat, quam lecta vel ſaltem viſa fuiſſet: per tumultum res acta eſt, vt ſpecies aliqua conſenſus obtrudi poſſet. Quem tamen fuiſſe nullum conſtat, niſi quod ad tempus conſenſus fingebatur, qui Regiæ Maieſtati poſſet obtrudi, quo facilius fuco quodam illi facto, approbationem illius obtinere poſſent. Vix vlla fuiſſe credo Comitia, in quibus tale quid hoſtes Euangelii non tentarent apud Maieſtatem Regiam a 20. his annis, niſi quod reſponſum hoc procul dubio tulerunt, prius vt conuenirent in vnam fidem, vel perfidiam potius, poſt illa Comitia * quorum priore loco memini, cum quidam ſubditus meus, vir nobilis, *Palatini Mariaburgenſis* defuncti gener, admonitus a me fuiſſet, vt ne permitteret coniugem ſuam in communione ſacramenti Euchariſtiæ a cæteris diſſidere, facturum alioqui me, vt eum præfectura mouerem. Poſt vnum & alterum menſem venit ad me, maiorem in modum precatus eſt, ſaltem vt eum pateret in Præfectura ad proxima Regni Comitia. Nam e ſocero ſuo ſe didiciſſe, quod Regia Maieſtas omnino deliberatum haberet, in proximis Comitiis de religione certi quid ſtatuere. Quicquid autem in illis Comitiis decretum foret, ſe libenter acquieturum. Reſponſum hoc a me tulit: Me contrarium ex ore *Maieſtatis Regiæ* cognouiſſe, diſertis verbis illam pronunciaſſe, quod ea, quæ ſunt Pontificis, vſurpare ſibi nollet, nec quicquam in his, quæ ad religionem pertinent, innouare cogitaret, huic illius Maieſtatis verbo credere me. Quin & hoc addidi: ſi, quod vt credam adduci non poſſum,

 Maieſtas

Maieſtas illius, aduerſus receperam in Eccleſia Dei ſidei doctrinam, aut aduerſus ritus per eam approbatos, aliquid ſtatueret, me non admiſſurum eiusmodi ſtatuta in Eccleſiam ditionemque meam: prius eo loco quo ſum, prius ſortunis omnibus, prius & vita me ceſſurum, quam vt ad eiusmodi ſtatura conſentirem. Cum eſſet apud me per duos fere menſes *Cleſeldius*, quo tempore iuri *Culmenſi* reuidendo nauabamus operam, conſtanter affirmauit ipſe quoque, quod Regia Maieſtas omnino pollicita fuerit, ſe recepturam Confeſſionem Auguſtanam. Et propterea *Vilnæ* nouum templum ædificauerat, vt ibi prædicaretur Euangelium, non ſecundum *Matthaum*, vel *Marcum*, *Lucam*, & *Ioannem*, ſed ſecundum *Lutherum*. Quin & in Comitiis noſtris proximis Elbingenſibus cum eſſem, venit ad me *Breitſneiderus*, ac dixit: Scio, quod non aliam ob rem mihi magis es infeſtus, quam quod a te diſſentiam in doctrina religionis; Verum ego tibi ſancte promitto, quandoquidem certum eſt, Maieſtatem Regiam in his quæ inſtant Comitiis aliquid in cauſa religionis conſtituere velle, me quæcunque conſtituta fuerint, alacriter ea recepturum. Ego vero: Certum eſt, inquam, quod nihil tale Maieſtas eius faciet, quæ non ſemel mihi ſancte promiſit, quod quæ ſunt Pontificis, ea ſibi nolit arrogare, nec de mutanda religione quicquam cogitet. Verum ego proficiſcar, inquam, ad illa Comitia, quam ibi fidiculam condere velitis, viſurus. Ex his omnibus facile colligere licet, quod pridem iſta cudebantur, quæ ſuperioribus Comitiis in lucem prodierunt: niſi quod ſectariorum conſenſus in vnam perfidiam, deinde prior vt aliquid ea de re ſtatueret *Caſarea Maieſtas*, expectabatur. Et in proximis Comitiis *Lublinenſibus* hæc omnia fere quæ nunc ſcribo renunciata per me fuerunt *Regiæ Maieſtati*. Dixi paſſim in *Pruſſia* ſpargi, quod noua quædam fidicula in his Comitiis condi deberet, hanc potiſſimum ob cauſam ad ea me profectum eſſe, quod qualis ea futura eſſet, cognoſcere, ſimul & hæreticorum impia conſilia, quoad poſſem, impedire vellem. Nam niſi fuiſſet hæc opinio multorum animis impreſſa, quæ me quoque non nihil dubitare de conſtantia Maieſtatis illius faceret, non facile potuiſſem adduci, vt propter alias cauſas in hac tam affecta & ætate & valetudine mea, tam parum opportuno tempore, magno cum vitæ meæ diſcrimine, tam periculoſum iter ſuſciperem. Reſpondit mihi Maieſtas eius, Me non debere credere vulgi ſermonibus: nihil tale ſibi in mentem veniſſe vnquam: ſe conſtanter in Confeſſione fidei Catholicæ, quam a maioribus ſuis accepit, ad extremum vſque ſpiritum ſuum permanſuram. Ex quibus illius verbis non mediocrem conſolationem acceperam. Simul exhibui *Maieſtati* illius, quorundam *Flaccianorum* confeſſionem, quam recens ediderant in ditione Cæſaris. In qua confeſſionem Auguſtanam, quam profitentur, qui ſunt ſub *Electore Principe Saxoniæ*, vocant *ocream* quandam ſiue *calceum Polonum*. Vocant & *pallium*, quo teguntur omnes hæreſes, non ſolum *Synergiſtarum*, *Maioriſtarum*, *Adiaphoriſtarum*, & ſi quæ ſunt aliæ, quas ipſi Lutherani mirabiliter inter ſe diſſecti profitentur; verum etiam Calviniſtarum. Nam ſub *Electore Calvini* doctrinam non condemnari, propter *Philippi* reuerentiam, qui mortuus eſt Caluiniſta, quamuis eam etiam non approbare videantur. Abſit autem, dixi, vt in calceum Polonum credatur apud nos! Nam neceſſe foret, articulum illum tollere: *Credo Sanctam Eccleſiam Catholicam*, & eius loco ponere; *Credo in calceum Polonum*. Sic enim fidiculam eorum, qui ſunt ſub *Electore*, vocant Germani Lutherani, qui nunc appellantur *Flacciani*. Talis autem fidicula quædam eſt etiam nunc in Polonia. Nam eodem loco habentur apud nos Caluiniſtæ, quo Lutheriſtæ. Imo paucos Lutheriſtas, omnes fere cernere licet Caluiniſtas, qui mendacii veritatem arguunt, & audent Chriſto dicere: Non eſt verum, quod dicis, hoc eſſe corpus tuum. Simul autem oſtendi, quid hi, qui ſunt ſub *Electore*, ſentiant de *Flaccianis*, quibus *Manichæorum* & aliorum quorundam horrendas hæreſes impingunt. Sic ipſi mutuo ſibi ſunt, inquam, hæretici, nec vnquam verius dicunt aliquid, quam cum ſibi mutuo nomen & appellationem hæreticorum tribuunt. Hæc eſt in eorum ſcriptis veritas certiſſima, quam indubitanter credo. Quid autem opus eſt aliorum ſententiis, quando ſic ipſi de ſe inuicem pronunciant? Credamus vtrique parti, & poſtea, quod *Paulus* monet, vitandos eſſe hæreticos & fugiendos, id quod eſt in proverbio, velis remiſque faciamus. Hæc me dicentem *Regia Maieſtas* placide audiuit, delectarique ſermone hoc meo viſa eſt, ſimul & in eam me ſpem erexit, vt eam nunquam eſſe facturam crederem, vt de nouanda religione cogitationem aliquam ſuſciperet. Sed ſicut olim vigilante *Iuda* dormitarunt *Apoſtoli*; ſic nunc dormitantibus his, qui in Apoſtolorum locum ſucceſſerunt, & oſcitantibus, vigilaſſe Chriſti proditores videmus, & in illud nos periculum adduxiſſe, ex quo nondum quidem euaſimus, ſed quod reſpirandi tamen, & quid conſilii capiendum ſit cogitandi, tempus aliquod nobis datum eſt; magnas hoc nomine Deo gratias agere merito debemus. Nunc ergo quærit a me R. D. V. quid conſilii capiendum, & quo modo ſit impiis hæreticorum conatibus obuiam eundum. Cum autem ipſa præſens iſthic adſit, & rerum omnium ſtatum, quin & mores hominum habere melius perſpectos debeat, & quæ ſit eos tractandi ratio commodiſſima non ignoret; nihil eſt quod a me petat, quod ipſa domi habet: ſed ego tamen quid hac ipſa de re *Reuerendiſſimo Domino Archiepiſcopo*, qui idem hoc a me poſtulabat, ſcripſerim, R. D. V. tranſmitto. Aliud quod dem conſilii neſcio. Nam quod etiam Sanctiſſimi D. N. auxilium implorare cupit, vellem expreſſiſſet, qualenam auxilium velit. Solet quidam Epiſcopus crebro dicere, quando quidem nihil eſt in Pontifice præſidii, neceſſe fore, vt aliis rationibus Eccleſiæ conſulatur, vt hæreticorum ferocitas quibuscunque modis mitigetur: Sed is tamen, quale præſidium habere vellet a *Pontifice*, nunquam explicauit. Equidem non dubito, quin S. D. N. ſi qua illi via & ratio oſtendetur, qua religio reſtaurari, & afflictæ Eccleſiæ ſuccurri poſſit, officium a ſe ſuum requiri nunquam eſſet paſſurus. Ego quoque pro eo ſtudio, quo ſemper fui, tuendæ & conſeruandæ Catholicæ religionis, nihil eſſem curæ, diligentiæ, laboris prætermiſſurus, vt grauiſſimis hiſce moribus, quibus patria mea laborat, adhiberi remedium, & ab interitu, quem impendere video, ſeruari poſſit.

Quod R. D. V. concilii nationalis meminit, de eo quoque tacta fuit mentio, cum eſſem apud Maieſtatem Regiam in *Comitiis Lublinenſibus*, cui dixi: Quando quidem ante paucos annos habitum eſt *Oecumenicum Concilium*, ad quod illius Majeſtas *Nuncium* ſuum miſerat, qui manu ſua decretis concilii ſubſcripſit, nomine Maieſtatis illius tanquam orator, & eis aſſenſum præbuit, non licere jam de nationali concilio cogitare, & a placitis orbis Chriſtiani diſcedere, atque ab illo ſe velle ſeparare. Reputaret ſecum, ſi poſt celebrata

Regni

Regni Comitia *Palatinus* aliquis, vel in *Craconienſi*, verbi
gratia, vel in *Sendomirienſi* terra, ſcorſum Ordinem eque-
ſtrem congregaret, & in eo conuenticulo, quibus de rebus
iam decreta Maieſtatis illius interceſſiſſent in maioribus Re- A
gni Comitiis de conſenſu omnium Ordinum, iudicium de
illis fieri vellet, ut vel approbarentur, vel reiicerentur, vel
corrigerentur, quemadmodum id eſſet acceptura? Atqui
multo grauius commiſſum iri facinus, ſi cum ipſa ſemel
Concilii Tridentini decretis per oratorem ſuum ad illud
miſſum aſſenſerit, deinde & acta omnia concilii, per Lega-
tum Apoſtolicum ſibi nomine *Sanctæ ſedis Apoſtolicæ* ob-
lata, receperit, nunc a totius Eccleſiæ gremio ſe quodammo-
do ſeparare, & in angulo quodam orbis Chriſtiani, de nouo
concilio indicendo, cuius rei nullam habet poteſtatem, de-
que noua fidicula condenda deliberationem ſuſciperet. Vi-
ſa eſt *Maieſtas* illius hoc ſermone meo permoueri, niſi quod
crebrius audit hæreticos quam Catholicos, cum eorum ſit
maior vigilantia. Ex quo fit, ut ſi quam in rectam ſenten-
tiam ſit perducta, facile de ea ſe dimoueri patiatur. Mirari
ſatis non poſſum, cum toties mihi Maieſtas illius tam aſſeue-
ranter promiſerit, quod neque de nationali concilio, neque B
de mutanda religione quicquam cogitet, adhuc eam muta-
re nihilominus, & paulo momento huc illuc impelli, cum
tamen & in iſtis proximè prætcritis Comitiis, & in ſupe-
rioribus aliis, non ſemel confeſſa fuerit, quod non ſit ſui mu-
neris, de religione quicquam ſtatuere, multo minus conci-
lium ea de cauſa congregare. Cum etiam ignorare non
poſſit, quo fructu ante annos plus minus decem congrega-
tum fuerit in *Gallia* concilium, cui præſidebat puer & fœ-
mina, præclari (ſi Deo placet) in cauſa fidei iudices! Quod
ſimul ut fuit abſolutum, ſtatim eſt ciuile bellum, & quidem
horribile, conſequutum. Cæterum probatur mihi vehemen-
ter, quod apud eos, qui primum inter Nuncios locum obti-
nebant, R. D. V. laborauit, ut ſcriptum illud, quod cum
omni æquitate & pietate pugnat, ne reciperent. Neque lau-
dare ſatis poſſum, quod à *Potuoronio* dictum fuit. Utinam
autem haberemus multos iſtorum ſimiles, quos in ſua epi-
ſtola nominat R. D. V. qui tamen omnes deflexerant ali- C
quando de recta via, nec à Lutheri doctrina viſi ſunt abhor-
rere. Sed eſt ingens Deo gratia, cuius beneficio tactum, ut
in viam redirent, & in illis comitiis pro Religione Chriſtia-
na ſe murum opponerent, contra illius hoſtes. Eſt autem
adhuc alius quidam in *Maiori Polonia*, vir ex primaria no-
bilitate, qui multum valet ingenio, in literis quoque felici-
ter eſt verſatus, prudens & omni humanitate perpolitus,
Abraham Sbaſcius. Qui cum inter hæreticos bonam æta-
tis ſuæ partem traduxerit, ſingulari Dei gratia jam emerſit
ex eorum tenebris, & claram Euangelii lucem aſpicere cœ-
pit. Miror autem, quod ab omnibus functionibus publicis
abhorret, cum tamen ad eas idoneus cumprimis eſſe videa-
tur. Hunc quoq; cenſerem, *Domino Archiepiſcopo* & *Coëpi-
ſcopis* ejus, omnibus modis eſſe fouendum, & omni beni-
gnitatis genere proſequendum, ſimul admonendum, ut &
ipſe capeſſat aliquando Rempub. & in proximis comitiis
minoribus eligi ſe nuncium patiatur. Qui ſi coniunctus D
fuerit cum tribus aliis, qui & ipſi, etiamſi non omnes æque
docti, prudentia tamen excellere videntur, proculdubio
magno nobis uſui futurus eſt. Eſt autem hæc nunquam ſatis
prædicanda Dei benignitas, quod qui fuerunt aliquando *Sau-
li*, & cum eo perſequebantur Eccleſiam Dei, eorum corda
ſic flexit in illis comitiis, ut eos nunc *Paulos*, & electa miſe-
ricordiæ vaſa factos videremus, & maiore zelo nunc Eccle-
ſiam defendant, quam etiam illi ipſi, quibus gregem ſuum
ſanguine ſuo redemptum Chriſtus paſcendum commiſit.
Quam præclare vero de Eccleſia Dei R. D. V. mereretur,
ſi modis omnibus contenderet & elaboraret, ut iſtos Chri-
ſtianæ fidei tam ſtrenuos propugnatores *Regia Maieſtas*
dignitatibus & præfecturis ornaret; quo ſic omnibus fie-
ret manifeſtum, illius Maieſtatem in Chriſtianos quam in
Caluinianos maiore ſuæ voluntatis inclinatione propen-
dere.

Quod ſcribit R. D. V. de compoſitione facienda inter
ſtatus, non ſatis intelligo quid ſibi velit. Nam ſi de fide
compoſitio fieri debet; quando fuerit facta conventio in-
ter Chriſtum & Belial, fiet conventio inter Chriſtianos &
Lutheranos ſive Caluinianos. Quoties iſta compoſitio ten-
tata eſt in finitimis nationibus? & ſemper deteriore loco res
fuerunt. Vix dum anni duo interceſſerunt, quod habitum
eſt *Altemburgi* colloquium, cui præſidebat nouus quidam
Pontifex, *Guilhelmus Saxoniæ Dux*, & Commiſſarii *Prin-
cipis Electoris Auguſti*. Fuit colloquium hoc, non inter Chri-
ſtianos & Lutheranos, nec inter Lutheranos & Zwinglia-
nos, aut alterius ſectæ homines, ſed inter ipſos Lutheranos,
qui Lutheri verbum eodem loco quo Dei verbum habent, &
eſt communis hic apud eos loquendi modus: Verbum Dei &
Lutheri, Chriſtus & Lutherus, Paulus & Lutherus, ut non
modo Paulo, ſed ne Chriſto quidem ipſo Lutherum inferio-
rem cenſeri velint. Unam partem vocant *Flaccianos*, qui
ſunt actores, alteram partem *Philippianos*, vel *Eberianos*,
quos illi reos faciunt, & eo nomine graviter accuſant, quod à
verbo Dei & Lutheri diſceſſerint, quodque Auguſtanam
Confeſſionem adulterauerint, nonnullis verbis additis, aliis
vero detractis, quibusdam etiam mutatis. Tanta contentio-
ne res inter eos acta eſt, ut utrique alteris facti ſint plus
quam hæretici. Nec ullam æque claram & manifeſtam in eo
libro, quo colloquium illud deſcribitur, legi veritatem atque
hanc, quod utraque pars plus eſt, quam hæretica. Itaque diſ-
ceſſerunt ex eo colloquio, magis inter ſe diſſidentes, & maio-
ribus mutuis odiis ardentes, quam venerant. Si facultatem
hanc habet R. D. V. vellem, ut acta illa legeret *Altembur-
genſis* colloquii, & cum aliis nonnullis oſtenderet, tum præ-
cipue *Regiæ Maieſtati*, ut videret quid ipſi, qui ſunt ex pro-
feſſo Lutherani, de confuſione iſta Auguſtana ſentiant.
Quoque *Saxonici* Theologi non recipiunt eam quam *Ele-
ctoriales* probant, Electoriales contra non recipiunt, quæ
fuit *Cæſari* oblata anno 30. quod eam ad *Manichæi* ſectam
inclinari dicunt: nec obſcure ferunt, quod pleraque in ea
mutauerint. Cuius rei poteſtatem penes *Philippum* fuiſſe
contendunt, quod *Flacciani* conſtanter negant. Quamob-
rem utraque confuſio, & ea, quæ fuit *Cæſari* oblata anno
30. & ea, quæ poſtea a *Philippo* fuit aucta & emendata, Lu-
theranorum ipſorum iudicio hæretica eſt. Qui produci
poſſent teſtes, vel iudices potius, magis fide digni, non vi-
deo. Interea tamen ad iſtam confuſionem inclinare pleri-
que dicuntur, quam ipſi hæretici *Lutherani* utriusque par-
tis hæreſeos condemnant. Et qui *Bezanam* perfidiam pro-
ximis ſuperioribus menſibus excudi *Cracouiæ* curauerunt,
gloriantur & ipſi, quod ſint Confeſſionis Auguſtanæ. Quin
& *Valdenſium* ſectam, eodem confuſionis Auguſtanæ pallio
tegi volunt. Itaque nihil eſt, quod cogitetur de compoſi-
tione in cauſa religionis facienda, cum etiam ipſi Lutherani
nunquam Caluiniſtas vel Valdenſes dignos iudicauerint,
quibus cum de compoſitione tractarent. Tam horrenda
ſemper illis & execrabilis eorum hæreſis viſa eſt, quam
non ſtylo, vel lingua, ſed ſceptro potius magiſtratus refutan-
dam eſſe docuerunt. Quin etiam eorum communione
ſuos

ſuos interdixerunt, & eis in ſuæ ſectæ ciuitatibus receptum dari prohibuerunt, quod etiam *Ioannes à Lasko* non uno loco queritur, cum per Saxoniam iter faceret, hoſpitio ſe quandoque receptum non fuiſſe. Tam abhorrent ab hac peſtilenti ſecta Lutherani. Cum interea tales hi, vel Lutheranis tam deteſtabiles, in Senatu Regio prima loca propemodum obtineant, & præ cæteris apud Maieſtatem Regiam gratia & autoritate valere dicantur. Si vero compoſitio debet fieri de decimis; equidem non video, cur non potius executio Regni ſtatutorum, quam compoſitio fieri debeat. Quandoquidem illa clara ſunt de illis ſtatutorum verba, nulla ut eſſe poſſit ambiguitas, nec ullius interpretationis egeant, deinde vero, decimæ quoq; ſunt juris diuini, cum in Euangelio expreſſe mandetur, non eſſe illas omittendas. At de iis, quæ ſunt juris diuini, nullam habet non modo ſecularis ſed nec ſpiritualis poteſtas, ſecus aliquid ſtatuendi poteſtatem. Veruntamen ſi neceſſario faciendum alterutrum, ut aut de religione, aut de decimis compoſitio fieret, mallem de poſteriori quam de priori, niſi quod ſine magno ordinis noſtri detrimento eiuſmodi compoſitio fieri non poteſt. Quoties autem promiſit Regia Maieſtas ab aſſere ad aſſerem executionem ſe facere velle? At ubi nunc eſt iſta executio? Poſteaquam ad Chriſti cauſam, ad S. religionem, ad ea quæ debentur Chriſti miniſtris iura & priuilegia (quæ ut aliorum iura in libro Statutorum æque continentur) ventum eſt, altum ſtertit executio. Qua vero de cauſa? quia non placet hæreticis. Nam quod hæreticis placuit, legis vigorem obtinere ſemper debet. Nulla vero 15. his annis comicia fuerunt, in quibus hæretici, quod voluerunt, non obtinuerint. Bone Deus, in quæ tempora me ſervaſti? Stupeo, cum ipſe mecum conſidero, quantus apud nos timor Diaboli, quantus Dei ſit contemptus. Huius diuitias bonitatis & patientiæ & longanimitatis contemnimus, & ſecundum duritiem noſtram, & impœnitens cor theſauriſamus nobis iram in die iræ, nec ſalubribus conſiliis, quæ per Spiritum eius ſuggeruntur, loci quicquam damus. At illum tanti facimus, ut nihil tam abſurdum eſſe queat, quod, ſi ille per membra ſua faciendum ſiue decernendum ſuggeſſerit, non illico pedibus in ſententiam eius eamus. Sed hæc eſt ad interitum via, quem non procul à patria abeſſe video. Nam & in *Galliis* propemodum ita eueniſſe cernimus, dum qui rerum potiebantur, etiamſi Chriſtianiſſimi vocari volebant, quoties tamen ſe Chriſtianos aperte profiteri debebant, ita ſe gerebant, ut nec in hanc, nec in illam partem inclinare viderentur. Hæreticis dignitates & præfecturas mandabant, quod eos offendere nollent, nec hanc opinionem de ſe concipi vellent, quaſi plus Chriſtianis quam Caluinianis fauerent, inde natum eſt poſtea ciuile bellum. Nam cum hæretici præcipuis ciuitatibus præfecti fuiſſent, & magnam eſſent rerum omnium poteſtatem conſecuti, ſicut antea Pontificem Romanum de cathedra ſua deturbare; ſic Regem quoque, cui iureiurando fidem ſuam obſtrinxerant, de ſolio ſuo deiicere conati ſunt, & alium in locum eius elegerunt, cui Ludouico XIII nomen dederunt. Iiſdem prorſus veſtigiis incedunt noſtri, & ad interitum præcipites ruunt. Quod ſi *Chriſtum* aperte tum *Rex* profeſſus fuiſſet, & in ſolo Deo, non autem in iſtis humanis tantum, vel Diaboli potius præſidiis, fiduciam ſuam poſitam habuiſſet, nunquam ad ciuile bellum hoc ventum fuiſſet. Mirum eſt autem, quorum exitus non poſſumus non exhorreſcere, quod eorum facta nihilominus imitamur, & nos tum demum tutos fore confidimus. Quid igitur faciendum eſt? Deum precemur, ut miſereatur noſtri, illuminet vultum ſuum ſuper nos, ab iſta nos tanta cœcitate liberet, mentis oculos, quos peccata noſtra nobis ademerunt, nobis reſtituat, conuertat nos, & auertat iram ſuam à nobis. Quod ſupereſt, opto, R. D. Veſtram diu eſſe ſaluam & incolumem, cuius me beneuolentiæ diligenter etiam atq; etiam commendo. Datum ex *Suburbio Romano* apud *S. Angelum* die 14 Octobr. 1570.

Epistola XXIII.

STANISLAVS HOSIVS Cardinalis Varmienſis, STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi.

Curam pro labanti Eccleſia Catholica diligenter continuat.

EGo vero mihi tantum non arrogo, melius ut perſpectas habere me credam vias & rationes, quibus labanti apud nos Eccleſiæ ſuccurri poſſit, quam R. D. Veſtra. Quamvis enim ætate ſum prouectior, & inter omnes Epiſcopos vocatione prior, tamen ex quo tempore ſum factus Epiſcopus, quandoquidem non ſolum ab aula ſemper, verum & ab ipſo Regno perſæpe longius abfui, nec ingenium Principis æque cognitum habeo, quibus rebus moueri maximè poſſit, ut hi, qui ſemper ad latus eius verſati ſunt. Facile poteſt perſpicere R. D. V. quod me magis ab illa, quam illam à me ſalubre conſilium expectare deceat. Scripſi nihilominus, quæ mihi viderentur, non ſolum R. D. Veſtræ, verum & ipſi Regiæ Maieſtati, neque conſiliarium tantum, verum & ſecretarium egi. Nam & inſtructionem ſcripſi, quam dari Nunciis ad minora comitia mittendis cuperem. Quemadmodum autem hæc accepta fuerint in aula, nondum ſcio. Quamuis enim nullam hebdomadam intermittam, qua *Regiæ Maieſtati* non ſcribam, quod etiam quamlibet æger feci ſemper, tamen vix quarta, nonnunquam & quinta & ſexta hebdomada mihi reſcribitur. Utinam autem adduci poſſet *Regia Maieſtas*, vt id faceret, quod ab ea ſupplex petiuit nimirum vt palam Chriſtum confiteretur, ſeque non alium Chriſtum agnituram unquam, præter eum, qui fuit agnitus 600 iam annis in *Polonia*, coram omnibus teſtatum faciat. Hæc mihi ſola eſſe videtur ratio, qua rationibus Eccleſiæ vel potius Regni totius proſpici poſſit. Qamuis & ea mihi probetur, quam in ſuis ad me literis R. D. V. perſcribit. Niſi quod fuit hoc à *Paulo III.* quoque ſuperioribus annis tentatum, neque tamen ſatis ceſſit feliciter. Nam fuerunt eius literæ ſtatim typis excuſæ, cum quibusdam *Vergerii* ſcholiis, quod R. D. V. tenere memoria puto. Quis autem cauebit, ne fiat idem etiam nunc? Placet itaque mihi, quod ipſa ſuadet R. D. Veſtra, ne prius illius conſilia patefiant, quam indicta Regni comitia fuerint. Si quid aliud interea ſuccurreret R. D. Veſtræ, faciet me poſtea certiorem.

Quas autem literas *Reuerendiſſima D. Veſtra* putat in manus meas non perueniſſe, de concordia tentata inter *Chriſtianos* & *Zwinglianos*, hæ mihi redditæ ſunt. Quid autem reſcriberem, non habebam. Quamuis reſcripſiſſe tamen ad nonnulla videor. Sed ne nunc quod reſcribam aliud habeo, præterquam illud: Quæ participatio Iuſtitiæ cum iniquitate? quæ ſocietas luci ad tenebras? quæ conuentio Chriſti ad Belial? quæ pars fideli cum infideli? qui conſenſus templo Dei cum idolis? Nulla res alia maius exitium attulit Eccleſiæ, quam quod neſcio quæ ſpes oſtendebatur ſemper futuram conuentionem inter Chriſtum & Belial. Quod niſi certo perſuaſum habuerimus, eſſe Chriſtum quem colimus nos, eſſe Belial quem colunt qui diſceſſerunt à nobis, & idem vt alii quoque Catholici perſuaſum habeant, omnes effecerimus,

&

& omnem conciliandi Belial cum Chriſto ſpem illis præciderimus; quin ita ſimus animati, prius vt fortunas noſtras omnes, prius vt vitam etiam cum ſanguine profundere ſimus parati, quam in vllam eiuſmodi conuentionem ſiue conciliationem conſentiamus. Quemadmodum afflictis Eccleſiæ rebus ſubueniri queat, non habeo. Hæc quod ad concordiam attinet, breuis eſt reſponſio mea, nec aliam expectet a me. Confiteri Chriſtum, confiteri Chriſtum oportet, ſi ſalui eſſe volumus, absque vlla tergiuerſatione. Nihil vt nobis a Belial prorſus metuamus, ſed ſicut Chriſtum Chriſtum, ſic Belial eſſe Belial, nec vllam inter eos conuentionem fieri poſſe certo nobis perſuadeamus. Nunc proh dolor, videre quoſdam licet, qui plus a Belial quam a Chriſto ſibi metuunt & vtrumq; ſibi propitium habere ſtudent. Hæc res perdit Eccleſiam, perdit & Regnum vniuerſum. Coadiutorem noſtrum R.D.V. probari, gaudeo; nam illius iudicio plurimum tribuo. *Gedani* ſi primum regnum Dei quæſitum fuiſſet, fortaſſe meliore loco nunc eſſent omnia. Nullum adhuc, ex quo tempore diſceſſi ex Polonia, nuncium accepi lætiorem, quam hunc, quod Dominus *Barzi Palatinus & Præfectus Cracouienſis* deſignatus eſt. Det illi Deus ſpiritum conſilii & fortitudinis, & ſeruet eum multos annos. Epiſcopali iurisdictione pridem in Pruſſia priuati ſumus omnes. Vtinam eam reſtitutam aliquando videremus, reſtituerent & Regia! Quod ſupereſt, Deum precor, vt R. D. V. diutiſſime ſeruet incolumem & felicem, cuius me fraternæ beneuolentiæ etiam atque etiam commendo. Datum Romæ 13. Ianuarii 1571.

EPISTOLA XXIV.

STANISLAVS HOSIVS Cardinalis Varmienſis STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi.

Legatum, rem Eccleſiæ in Polonia agentem, ad omnem beneuolentiam commendat.

CVm proficiſceretur in Poloniam Illuſtris & Reuerendiſſim. *D. Cardinalis Commendonus*, S. Sedis Apoſtolicæ de Latere Legatus, officii mei eſſe putaui, literarum mearum comitatu iſthuc euntem proſequi, ac illum, non quod ita res poſtulet, ſed quod ita mos ferat, R.D. Veſtræ commendare. Quem ego virum propter multas cauſas, præclaraſque dotes, quibus eum Deus affatim cumulauit, feci ſemper facioque plurimi. Nec potui patriæ noſtræ non gratulari, cum talis ad eam legatus ſumma cum voluntate S. D. noſtri, ac publica quadam omnium gratulatione, fuiſſet deſignatus. Quo vetuſtior autem mihi cum illo vſus intercedit, ac multis officiis vtriuſque conſtituta neceſſitudo; hoc magis perſpectam ac exploratam habere videor prudentiam illius, & in rebus gerendis dexteritatem. Quo nomine maiorem etiam in ſpem erigor, futurum, quod hæc illius in patriam noſtram profectio, cum ipſi Regno, tum toti Reipub. Chriſtianæ futura ſit ſalutaris. Quam ſpem meam, vt rebus impletam videre poſſimus, opus habet eorum ſtudiis, qui cum poteſtate verſantur in patria noſtra. Inter quos cum non poſtremum locum R. D. Veſtra obtineat, maiorem in modum ab illa peto, vt Illuſtriſſ. D. Legatum, rem totius Reipub. Chriſtianæ agentem, ſtudio ſuo beneuolentiaque adiuuet, conatuſque ipſius omni ſua ope operaque fouere promouereque velit. Neque enim dubito, quin is magnum aliquod operæ precium facturus ſit in patria noſtra, ſi conſentientes conatibus ſuis eorum voluntates habuerit, qui conſiliariorum in ea munere funguntur, & Chriſtianæ religionis ſunt tenaciſſimi. Quam quo maiore vi conatuque contendunt extirpatam hæretici, hoc ardentiore ſtudio in eam defendendam debent incumbere Catholici. Quod ego mihi de R.D. Veſtra plane perſuadeo, quod nullo loco Catholici Senatoris muneri, & officio ſit defutura. Quod ſupereſt, opto R. D. Veſtram diu bene feliciterque valere, cuius me beneuolentiæ diligenter etiam atque etiam commendo. Datum Romæ 13. Octobris Anno Domini 1571.

EPISTOLA XXV.

STANISLAVS HOSIVS Cardinalis Varmienſis STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi.

Eccleſiaſticorum in ſcribendo negligentiam ægre fert, Comitiorum præſentium finem intimat, & religionis propoſitam compoſitionem ſerio diſſuadet.

QVamuis tardiores, quam cupiebam, tanto mihi tamen gratiores acciderunt R. D. V. literæ. Quanto maior eſt infelicitas mea, quod qui ſunt ordinis noſtri, non fere meis reſpondent, vt me quoque fruſtra ſcribendi labore ſentient. Eſſe tamen aliquem gaudebam, qui me ſuo reſponſo dignaretur, meque de rebus his certiorem facere non grauaretur, quæ ad communem patriæ noſtræ ſtatum pertinere videntur. Finem Comitiorum præteritorum daturum initium iis, quæ nunc habentur, pridem augurabar, cum literas, quas *Receſſus* vocant, anni prioris legiſſem. Et puto me miſiſſe *Reuerendiſſimæ D.* Veſtræ, quæ ſcripſeram ea de re *Maieſtati Regiæ*. Faxit Deus, vt horum Comitiorum finem fuiſſe lætiorem audiamus, quam qualem in præteritis annorum aliquot vidimus. Sed quamdiu Chriſtum aperte confeſſi non fuerimus, quamdiu vel metus vel pudor id nos facere prohibuerit; tamdiu quem volumus Comitiorum exitum, ſperare non poſſum. Vult habere *Maieſtas* Regia quieta *Comitia*, ne faciat ex illis Concilia. Nam de rebus ad concilia ſpectantibus, quod etiam anno ſuperiori dicitur vltro conceſſa, non eſt eius perſonæ, quam Deus impoſuit illius *Maieſtati*. Satis multa iam habuimus Concilia, & quod proximis ſuperioribus annis fuit congregatum, id miſſo ab eo Oratore ſuo, quæ pietas eſt Maieſtatis illius, iam ſatis approbaſſe videtur. Cum præſertim illius acta, qua par fuit reuerentia, ex manu Illuſtriſſimi *D. Legati*, in eo conuentu, qui fuit *Parczouiæ* habitus receperit, & eis aſſenſum præbuerit. Quamobrem, quæ de religione compoſitio & concordia fieri poſſit inter Ordines, aut debeat, equidem non video. Vel vicinorum exemplo diſcere potuimus, quem fructum iſta Compoſitio per varia colloquia, quæ ſunt habita etiam inter eiuſdem, hoc eſt Lutheranæ perfidiæ homines, attulerit. Multo magis diſcordibus & exacerbatis animis ab illis colloquiis, quæ Lutherani ipſi habuerunt inter ſe, diſceſſum eſt ab vtraque parte, quam ad ea ventum fuerat. Et nunc *Geneuenſes & Brunſuicienſes* miniſtri grauiter queruntur, quod vnde cœpit initium Dei & Lutheri (ſic enim ipſi loquuntur, nimirum Paulum imitati, qui dicit nonnunquam Dei & Chriſti; illi vero Chriſti loco ponunt Lutherum, vt ſibi cum Chriſto in Bethlehem nato nihil eſſe commune, planum faciant, & illius loco potius Antichriſtum Iſlebienſem ſe colere velle non obſcure ferant) queruntur itaque quod, vnde Lutheri verbum, quem pro Chriſto colunt & adorant, ſumpſit exordium, in ea ciuitate, nimirum *Vitembergenſi*, nuper ſit Catechiſmus editus, qui *Lutheri Catechiſmum* prorſus euertat, & eorum dogmata ſtatuat, quos ille ad finem vſque vitæ ſuæ grauiſſime ſemper fuit perſecutus, & non ſtylo refutandos, verum ſceptro magiſtratus coërcendos eſſe docuit. Hunc fructum attulit

ea compoſitio, de qua tractatum fuit in *Altemburgenſi colloquia*. Quod vero *Poſiaci* habitum fuit in *Gallia* conciliabulum, in quo *Papam* agebat fœmina & puer, quam graues ex eo calamitates conſecutæ ſint, per totos vndecim annos, R. D. V. non ignorat. Quamobrem nihil opus eſt compoſitionibus iſtis, multo minus *Nationalibus Conſiliis* quæ nonnulli dicuntur expetere. Quæ *Patrum* ſunt, ea teneamus, quemadmodum in omnibus *Oecumenicis* Conciliis a piis omnibus dictum eſſe legimus. A quorum placitis ſi diſceſſerimus, & ſecus quam illi de verbo Dei iudicandi poteſtatem nobis arrogauerimus, contentionum harum finis erit nullus. Tractent Nuncii de rebus ad Rempublicam pertinentibus; quæ vero ſpectant ad religionem, de his ad Epiſcopos cura pertinet, vt illi dent operam, vt ea, quæ ſunt in Concilio *Tridentino* conſtituta, ſeruentur inuiolata. Sic ſi ſuo quisque functus erit officio, nec in alienam meſſem falcem immiſerit, & celeriorem & magis optatum Comitiorum exitum *Regia Maieſtas* eſt habitura. Quæ ſi permiſerit, vt impune liceat credere cuique quicquid libet, nec nomine religionis ad ullum tribunal reuocetur, eadem ratione permittet etiam neceſſario, vt cuiq; liceat facere quod libet, & quamlibet atrox facinus aliquis deſignauerit; nullius tamen iudicis tribunal metuat. Mihi vehementer probatur, quod hæreticis datum eſt reſponſum. Atque vtinam in proximis ſuperioribus Comitiis datum ſimile fuiſſet! nunc fortaſſe moleſtiis iſtis careremus. Eſt autem ſingularis Dei gratia, quod etiam *Lituani*, qui tamen alieniores a fide Catholica fuiſſe videbantur, coniuncti cum ordine noſtro fuerunt. Ex his autem, quæ ſcripſit ad me *Illuſtriſſimus Cardinalis Legatus*, intellexi, quod in religionis cauſa tuenda, nullus fuerit inter omnes, qui noſtri ſunt ordinis, grauior, fortior, & conſtantior R.D.V. Quo nomine plurimum illi gratulor, & eram hoc illius de R. D. V. teſtimonium exhibiturus Pontifici, ſed mors illius, quo minus id facerem, impediuit. Ex aliis quoque literis R. D. V. fuit mihi pergratum, quæ ſunt terrarum *Pruſſiæ* nomine acta, ea cognoſcere. Quod R. D. Veſtra, idem ego ſentio. Nubecula fuit, neque dubito, quin iam pertranſierit. Quod ſupereſt, opto R.D.V. diu bene feliciterque valere. Datum Romæ die 10. Maii 1572.

EPISTOLA XXVI.

STANISLAVS HOSIVS Cardinalis Varmienſis, STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi.

Mortem Regis dolet curamque Reipub. commendat.

IN hoc acerbiſſimo, ac omnino vix conſolabili dolore meo vel mœrore potius, quem ex immatura Sereniſſimi Regis noſtri morte prope incredibilem accepi, non poſſum R. D. V. pluribus ſcribere. Sum ego animo in varias cogitationes diſtracto, & extremæ alicuius calamitatis metu debilitato. Sed hoc tamen, quin orarem, rogarem etiam & obſecrarem, tenere me non potui, vt in his communibus miſeriis, in hac ægra & prope jam depoſita Reipub. ſalute R. D. V. partes illius conſilio prudentiaque ſua tuendas defendendasque ſuſcipiat, ac illas præclaras dotes, quibus eam Deus affatim cumulauit, quas in illa ſummas eſſe vidimus, ad præſentis periculi vim tempeſtatemque depellendam conuertat, vt quem ex illius prudentiſſimis conſiliis patria noſtra, cum eſſent meliora tempora, fructum capere conſueuerat, eiusdem nunc prudentia animique magnitudine, rebus inclinatis, ad priſtinam illam gloriam, auitumque ſplendorem reuocetur. Quam ad rem vt cordibus veſtris ſpiritum charitatis & vnitatis pater ille miſericordiarum, & Deus totius conſolationis defundat, ſupplicibus

A votis implorare non deſino. Quod etiam publicis orationibus indictis & promulgatis pro ſuo munere S. D. N. fieri per omnes vrbis Eccleſias mandauit. Quam autem cuperem, vt vnde forma chriſtianæ religionis ad alias gentes emanare conſueuit, indequoque ſucceſſoris in Regnum eligendi rationem petere velitis ac pari celeritate felicitateque, qua nos *Pontificem Max.* vos iſthic *Regem* eligatis, qui iuſtitia & veritate, ab omnibus prorſus ſeparationis conſiliis alienus. Miſit mihi *Maternus Cholinus* Catecheſes D.R. Veſtræ typis excuſas, quamuis nondum abſolutas. Quæ mihi magis etiam probantur, quam illæ, quas edidit *Coadiutor* noſter. Habent enim cum doctrina magnam pietatem coniunctam. Quod ad Chriſtianam doctrinam tuendam & propagandam tantum adfert ſtudium, non poſſum non laudare, cum proprium hoc ſit Epiſcopi munus, eiusmodi rebus vacare. Proſperet Deus pios conatus D. V. R. Datum Sublaci 8. Auguſti 1572.

EPISTOLA XXVII.

B *STANISLAVS HOSIVS Cardinalis Varmienſis STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi.*

Elbingenſium temeritatem ſignificat, vindictam, Regemque nouum mox eligendum petit.

PRæſagiebat animus meus neſcio quid, cum hædos R.D. Veſtræ in Eccleſia Parochiali *Gedanenſi*, quod antea facere non fuerunt auſi, ſummam aram occupaſſe cognouiſſem, futurum, vt eodem exemplo mei quoque hædi Elbingenſes aliquid non diſſimile tentarent. Ecce autem, quod metuebam, euenit. Nam quos ego fideles Dei miniſtros in Eccleſia mea parochiali Elbingenſi collocaueram, eos, qui quarto abhinc anno Regiæ Maieſtatis læſi criminis inſimulati fuerant, quin & proſcripti, cum ad ciuitatis gubernacula reuocati fuiſſent, a duobus lictoribus deductos, a finibus ſuis eiecerunt, & ſacram ædem in ſuam poteſtatem redegerunt. Quæ res maiorem, quam dici queat, animo meo perturbationem attulit. Quæſo,
C quantum poteſt, adiuuare me velit, ne ferant hoc tantum facinus impune. Quid autem impedit, quo minus illius contra eos ſtatuti fiat executio, quod *Kaptur* vocatur: Vt viritim omnes inſurgant, per vim e ſedibus ſuis pulſos reſtituant, & per quos tantum ſcelus patratum eſt, in eos omne ſupplicii genus expromant: vt exemplo ſint aliis, ne deinceps ſimile quid pattare, pacemque publicam perturbare audeant. Iterum atque iterum R. D. Veſtram oro, vt hoc ſibi negotium eſſe curæ velit. Quousque autem tollitis animas noſtras? Cur non adhibetis omnem operam, vt eum videre tandem aliquando poſſimus, quem Deus elegit? vt ad Regni gubernacula ſedeat & contra ſui nominis hoſtes Eccleſiæ Catholicæ propugnationem ſuſcipiat? Iſta mora veſtra tam diuturna, vehementer metuo, ne magnum aliquod Regno detrimentum afferat. Nos hic ſupplices Deum precamur, vt cito quem elegerit oſtendat, ad ſui no-
D minis gloriam, & Eccleſiæ regnique tranquillitatem. Quod ſupereſt, opto R. D. Veſtram diu feliciter beneque valere, cuius me fraternæ beneuolentiæ commendo. Datum Romæ vltima Februarii 1573.

EPISTOLA XXVIII.

STANISLAVS HOSIVS Cardinalis Varmienſis, STANISLAO CARNCOVO Epiſcopo Wladislauienſi.

Pro electione Regis ſibi communicata, gratias agit. Canonicum ad Regi gratulandum in Galliam miſiſſe commemorat.

TErnas accepi ſimul R. D. V. nonis Auguſti literas, quarum primæ 14, ſecundæ 17 Maii datæ fuerunt.

Tertiarum

Tertiarum dies non fuit adſcriptus. Ingentes agò gratias R. D. V. quod me de noui *Regis* electione tam diligenter fecerit certiorem. Eſt quod agamus Deo gratias, cuius beneficio ſactum eſt, vt *Regem* talem habeamus, qualem anno A ferè toto ſupplices ab eo dari nobis petiuimus, acerrimum *Catholicæ fidei* propugnatorem. Semper is apertè Chriſtum in terris confeſſus eſt coram hominibus; Ecce viciſſim eum Chriſtus nunc in cœlis confeſſus eſt coram patre ſuo. Quodquè ſcriptum eſt: Et dominabitur a mari vsq; ad mare, quamvis non de illo ſcriptum eſt, in illo tamen compleri voluit. Dominatur enim per Dei gratiam à mari *Baltico*, usque ad mare *Euxinum*. Quod vt eum ipſi tum *Regno* ipſius, & *Ecclesiæ* vniuerſæ ſelix, fauſtum, & fortunatum eſſe velit ille ipſe, qui ſuit horum conſiliorum autor, Deus, ſupplices eius miſericordiam implorare debemus. Equidem bona ſpe ſum, futurum ſtatum Religionis deinceps apud nos loco meliore; nam proximis ſuperioribus annis nihil erat quod ea de re certi quicquam polliceri nobis poſſemus. Sit nomen Domini benedictum! Ego quorundam Cardinalium conſiliis adductus, *Stanislaum Reſcium* Eccleſiæ meæ *Canonicum* in *Gallias* miſi, qui gratularetur illius Maieſtati nouam B hanc dignitatem, fidem illi ſubiectionemque meam debitam deferret, deinde modis omnibus dehortaretur, ne ſubſcriberet iſti conſpirationi aduerſus Dominum & aduerſus Chriſtum eius factæ. Qua de re quamuis *Nuncio* ſuo, viro docto, prudenti, & pio, ad *Regem* iſtum deſignato, mandata ſanctiſſ. D. noſter dederat, tamen & ego muneris mei eſſe putaui, vt de iis rebus *Regem* & *Dominum* meum, tanquam fidelis ſubditus, conſiliarius, Cardinalis etiam & Epiſcopus admonerem. Cum præſertim admonitionem hanc meam pondus apud illius *Maieſtatem* non mediocrè habituram, nonnulli dicerent, quod aliqua de me eſſet in regno *Galliæ* præclara opinio. In Domino confido, nihil deſignatum hunc *Regem* eorum facturum, de quibus tanto ſtudio contendunt Chriſti perduelles hæretici. Opto R. D. V. diu feliciterque valere. Datum Sublaci 7 Auguſti Anno Domini 1573.

EPISTOLA XXIX.

***STANISLAVS HOSIVS** Cardinalis Varmienſis,* C
***STANISLAO CARNCOVIO** Epiſcopo Wladislauienſi.*

Eccleſiæ curam laudat, quam vt apud Elbingenſes ſimul adhibeat, monet, quorum atrox facinus commemorat, eosque punire exigit.

PErſcriptum eſt huc ad me *Cracouia*, quod R. D. V. quasdam actiones & ſtatuta *Gedanenſia* prælo mandari curauerit. Quamuis autem, cuius ea ſint generis ignorò; quoniam tamen religionis maximè negotium agi exiſtimo, plurimum hoc nomine R. D. V. gratulor, quod tantam ſuì gregis curam gerat, vt is Satanæ fraudibus diſperſus, ad vnum Chriſti ouile poſſit congregari. Sed quoniam *Elbingenſium* quoque hœdorum meorum cauſa communis eſt, & in eadem naui vtraque ciuitas nauigare videatur, à R. D. V. maiorem in modum peto, vt in ea quoque Chriſti cauſam tuendam defendendamque ſuſcipiat, & ſi quem contra hœdos ſuos procuratorem conſtituet, eundem quoque cauſæ meæ contra *Elbingenſes* inſtigatorem eſſe velit. Meminit procul dubio D. V. R. quibus rationibus hoc interregni D tempore paci publicæ fuerit ab omnibus ordinibus conſultum, quæque fuerint in eos pœnæ conſtitutæ, qui ſub interregno aliquid auderent innouare. Porro Elbingenſes hœdi mei, ſicut antea iura diuina, ſic nunc etiam iura ſanctionesque humanas audacter & impudenter innouare, atque adeo proterere & conculcare non ſunt veriti, & quos a me conſtitutos habebant veros veri Dei ſacerdotes, eos per ſummum ſcelus ciuitate ſua turpiter & ignominioſe eiecerunt. Quo facto pœnis conſtitutis ſunt obnoxii, quarum ego tamen executionem ab illius *Maieſtate*, cum in Regnum venerit, extorqueri nollem; ſed hoc tantum ab illa impetrari cuperem, vt ſicut illi *Regis Catholici* ciuitate Catholicos ſacerdotes turpiter & nimis imperioſe eiecerunt; ſic viciſſim eorum miniſtri à Catholico *Rege* Catholicique Regis ciuitate eiiciantur, & in eorum locum legitime conſtituti ſacerdotes reponantur. Aliam ego pœnam hoc tempore non exigo; quamuis hic eorum impotens & intolerabilis dominatus longe maiori animaduerſione plectendus eſſe videatur. Sed hanc tamen vt ne poſſint effugere, omnibus viis & rationibus à Reuerendâ D. V. obuiam iri cuperem. Scio, quod apud electum *Regem* plurimum gratia & autoritate valebit. Quo facilior erit id, quod ab illa peto, perficiendi ratio, cum & Regia *Maieſtas* promptum & alacrem animum adferre ad eam rem viſa ſit, cum illi *Reſcius* meus meo nomine de *Ieſuitarum* reſtitutione ſupplicaret. Magno me à R. D. Veſtra beneficio affectum interpretabor, & iſtius officii mei memoriam colam, quoad me Deus ſuperſtitem eſſe voluerit, cuius me beneuolentiæ commendo. *Romæ* 16 Octobris 1573.

EPISTOLA XXX.

***STANISLAVS HOSIVS** Cardinalis Varmienſis,*
***STANISLAO CARNCOVIO** Epiſcopo Wladislauienſi.*

Miſerum Regni ſtatum dolet, & intimatam Regis electionem adhuc ſuperſtite Rege, abhorret.

QUis ſit patriæ noſtræ ſtatus, ex aliórum antea literis cognoueram. Sed quod me ſuis quoque R. D. Veſtra certiorem de eo fecerit, valde mihì gratum accidit. Quam in iſtis calamitates, quas in ſuis literis commemorat, incidiſſe doleuter admodum tuli. Quibus ſactum eſt, ut poſt Chriſtianiſſimi Regis ex Polonia diſceſſum, nullas ab eo literas acceperim; ſed ne ſermones quidem ullos ſere, cum tamen ante biennium nemo prædicaretur magis, quam R. D. *Wladislauienſis Epiſcopus*, & fuit eius nomen & apud nos & ubique celeberrimum. Poſtea quam autem *Rex* diſceſſit ex regno, tantum fuit de eo ſilentium, vt obliterata propemodum eius memoria videretur. Quod Eccleſiæ ſuæ tantam curam gerit, vt in ea ſacerdotes idoneos habere queat, gratulor, vtque voti ſui compos efficiatur, opto. Probari R. D. V. ſtatum *Diæceſis* meæ, gaudeo. Arces & oppida munitiora nullus habet Epiſcopus in Regno, ſed nec templa melius ædificata: Cæterum reditus tenuiores ſunt multorum opinione. Quod benè tractata ſit a Coadjutore, gaudeo. Quod Epiſcopalia munia obierit, ago gratias. Nam a multis annis non fuit, qui officio hoc fungeretur, poſt meum iſthinc diſceſſum. Huc allatum eſt, quod iam eligendo Regi diem conſtitueritis: quæ res vtinam feliciter vobis cedat! Sed quomodo poſſitis alium eligere, cum ſuperſtitem adhuc Regem habeatis, nec ab eo iureiurando, quo vos illi obſtrinxiſtis, ſoluti eſtis, equidem non video. Cur autem huc miſſus aliquis non eſt, vt peteret abſolutionem à iureiurando? ſed vos ipſi vos abſolvitis, quod ne *Pontifex* quidem facit. Eſtis *Reges* omnes? eſtis plus quam *Pontifices* omnes? Nos hic Deum precamur, vt ſchiſma prohibeat, ne pro uno Rege duos aut tres habeatis; quandoquidem magno inter vos diſſidio laboratis. Quid autem eſt, quod peccata noſtra non merentur? Deus miſereatur noſtri, illuminet vultum ſuper nos, & conuertat nos, & auertat iram ſuam a nobis! Cupio R. D. V. diu benè feliciterque valere. Datum Romæ 19 Nouembris 1575.

Epiſtola XXXI.

***STANISLAUS HOSIUS** Cardinalis Varmienſis,*
***STANISLAO CARNCOVIO** Epiſcopo Wladiſlanienſi.*

De felici Regis electione, populique concordia lætatur.

MUlti iam menſes intercеſſerunt, quod à R. D. Veſtra A
nullas accepi literas, & videbitur id fortaſſis aliqua culpa: actum eſſe, quod eis, quas ad me dederat initio vertentis huius anni, non reſponderam. Sed cum rem, quemadmodum acta ſunt, cognouerit; omni me culpa procul dubio liberabit. Nam & literas R. D. Veſtræ S. D. N. obtuli, & quam ſcripſerat ad me, legi. Quid reſpondendum eſſet quæſiui, ſilere iuſſus ſum. Et eſt in his locis adhuc per Dei gratiam obedientia, quam vix ulla iam apud vos eſſe dicitur. Habet igitur iam ſilentii mei rationem. Deinde, quod ad me ſcripſerat R. D. *Archiepiſcopum* hortarer vel dehortarer ab aduerſa parte, fuit mihi ſcriptum, ut R. D. Veſtram potius ab inſtituto ſuo reuocare conarer. Quod ego tamen nec in unius, nec in alterius partis gratiam feci. Nunc medius paries maceriæ ſolutus eſt, qui diuidebat inter nos. Quod ſingulari DEI miſericordia factum eſſe interpretor; ut qui poſterius Rex electus eſt, ſine cæde & ſangvine & ſine grauiore motu aliquo, quod ſibi divinitus delatum eſt, Regnum quiete & pacificè poſſideret. Quod illius pietati & ardenti tuendæ conſeruandæque Chriſtianæ fidei zelo, vitæque totius inte- B
gritati Deum tribuiſſe, certò perſuaſum habeo: nam hæc omnia mirabiliter in eo prædicantur. Sit nomen Domini benedictum, quod unum tandem corpus facti ſumus omnes, nec ſunt inter nos iam amplius ſchiſmata. Nolo autem inficias ire, me defuncti *Cæſaris* partium fuiſſe, quod cum ſemel illi fidem meam obſtrinxiſſem, non eſſe viri conſtantis exiſtimaui, alium præter illum Regem agnoſcere, ne duabus, quod aiunt, ſellis ſedere videretur. Deinde verò, longè alius hic eſt rerum ſtatus, quam apud vos: omnes apud vos *Pontifices*, omnes Reges, quin & alii Dii volunt eſſe omnes, dum ſuam opinionem, ſuum quisque verbum, Dei verbum haberi, & tanquam Dei verbum adorari vult, & pro libidine ſua ſtatuit, quicquid animo illius inſederit. Nos autem hic unius ductum ſequimur omnes, a cujus iudicio diſcrepare magnum eſſe nefas ducimus. Quamobrem quoad is *Sereniſſimum Stephanum Poloniæ Regem* C
non agnovit, nec nobis id facere fuit licitum. Poſteaquam vero, Deo miſerante, qui melius aliquid prouidit pro nobis, non cogitantibus nobis, ſublata ſunt impedimenta, quæ quominus *Sereniſſimus Princeps* hic *Poloniæ* Rex a cunctis agnoſceretur obſtabant, & unus ille, cuius ductum ſequimur, cœleſtis Regis de Rege noſtro iudicium ſecutus, Maieſtatem eius Poloniæ Regem approbauit: Ego quoque, qui diem hunc magno cum deſiderio expectabam, ſummâ cum alacritate ſententiam illius, qui Chriſti vices in terris gerit, ſum ſecutus, & in fidem poteſtatemque Regis huius me lubens contuli. Quod ſi tardius aliquanto factum eſt à me, quæſo, velit hanc meam cunctationem, quæ iuſtis ex cauſis euenit, apud *Maieſtatem* ejus excuſare: & me ſerui- D
tutemque meam diligenter illius Maieſtati per omnem occaſionem commendare. Opto R. D. V. diu bene feliciterque valere. *Romæ* die 8. Novembris 1576.

Epiſtola XXXII.

***STANISLAUS HOSIUS** Cardinalis Varmienſis, **STANISLAO CARNCOVIO**, Epiſcopo VVladiſlauienſi.*

Pro commendatione Regi facta, refert gratias, felixq́ Regimen, Eccleſiæ verò adverſantibus, lapſum precatur.

QUòd me R. D. Veſtrâ *Regiæ* Maieſtati tam diligenter comendauerit, ſimul quod minus feſtinanter in illius me fidem contulerim excuſauerit; ingentem habeo gratiam, per omnem occaſionem relaturus. Ex aliorum quoque literis cognoui, quod *Maieſtas* ejus pro ſuâ prudentiâ & æquitate meam hanc excuſationem, tanquam juſtam accepit non invita. Quò nomine plurimum illius *Maieſtati* debeo, tantoque majore animi cum alacritate, fide, diligentia, in omnibus illius *Maieſtati* ſemper inſeruiam, quæcunq; mihi mandare dignata fuerit. Quod ad hœdos meos *Elbingenſes* attinet, facile perſpicio, minimè nunc eſſe tempus opportunum, ſerio aliquid aduerſus eos agendi. Deum hic ſupplices precamur, ut quos habet *Regia Maieſtas* in *Pruſſia* non ſolum ſuæ, verum & *diuinæ Maieſtati* rebelles, eorum refrenatam audaciam reprimat, ac pro tot ſceleribus, quæ debentur illis, pœnas exigat. Quod etiam ex magna parte iam factum eſſe magna cum voluptate accepimus, ac bona ſpe ſumus, jam rem ad optatum exitum eſſe perductam. Quod ſi factum eſt, vel ſimul ut factum fuerit, quæſo coniungat ſe cum R. D. Nuncio, quo per ſummum ſcelus ereptas ab illis Eccleſias reſtituendas curet. Quod citra motum aliquem fieri poſſe perſuaſum habeo. Cum præſertim conſtitutum Interregni tempore fuerit, ne quid eo durante tale deſignare quisquam auderet. Eſſent quidem digni, de quibus grauiora ſupplicia ſumerentur; Sed quæ nunc ſunt tempora, quamlibet dolenter feramus, tamen aliquid oportet. De ſingulari erga Deum pietate religioneque *Maieſtatis Regiæ*, mira prædicantur hic ab omnibus. Quæ me tanto maiore Maieſtatis illius ſtudio inflammant. Videtur is nobis referre *Sigismundum* illum primum, ad cuius ut annos perueniat, neq; minus feliciter totidem annis, ut ille, regno ſuo præſit, ad Apoſtolorum & martyrum ſepulchrà prouoluti, ſupplices hic DEum precamur. Quod cum R. D. Nuncio in gratiam redierit, magna cum animi mei lætitia cognoui. Mihi vir eſſe pius, prudens, & integer videtur, neq; vulgari doctrina præditus. Quandoquidem ſolutus eſt paries illi maceriæ, qui diuidebat inter nos; omnis etiam diſſenſionum cauſa ſublata eſt, ut ſicut ſententiis, ita & animis, iam eſſe nos maxime coniunctos oportet. Synodum iam eſſe abſolutam credo, & eum, quem optamus, exitum conſecutam. Eſt, quod agamus Deo gratias, qui faſtum Gedanenſium ciuium compreſſit, & optatam de illis victoriam conceſſit. Non dubito, quin R. D. Veſtra diligenter curatura ſit, ut *Olivenſe* monaſterium reſtauretur, & quæ vel illi, vel aliis etiam Eccleſiis per ſummum ſacrilegium erepta ſunt, eà reſtituantur. Quod ad R. D. *Nuncium* attinet, etiamſi redire velle is dicatur, ego tamen, ut illi facultas hæc ne concedatur, modis omnibus contendam & elaborabo. Nam illius præſentia reuera valdè nobis eſt neceſſaria. Quod ſupereſt, opto R. D. V. benè valerè. Datum Romæ die 5. Julii 1577.

Epiſtola XXXIII.

***STANISLAUS HOSIUS** Cardinalis Varmienſis, **STANISLAO CARNCOVIO** Epiſcopo Wladiſlauienſi.*

De felici Synodi Prouincialis abſolutiône gratulatur, Eccleſiæque ſtudium laudat.

QUod pridem exoptatam à multis *Prouincialem Synodum* tandem aliquando feliciter abſolueritis, eſt quod agamus Deo gratias, ſimul & his, qui cum in hac Synodo præſiderent, ſumma in ea perficienda ſtrenuam operam nauarunt. Inter quos non poſtremæ partes R. D. V. (quæ plurimum in ea re laboraſſe ſcribitur, cui præclarum etiam

eius

eius rei teſtimonium dat R. D. Nuncius) fuiſſe ferun- tur. Quo nomine plurimum illi gratulor. Mihi vehementer hæc Synodus placuit. Nam quod initium factum eſt ab anathematiſanda ſcelerata confœderatione aduerſus A Dominum & adverſus Chriſtum eius; interregni tempore facta, quin ad eam rem diuinitus inſpiratæ mentes veſtræ fuerint, non dubito: In qua ſingularem animi fortitudinem & conſtantiam oſtendiſtis. Dum aperte Chriſtum conſeſſi, quicquid aduerſatur ejus fidei anathemate feriendum eſſe indicaſtis: iam, quod eam, quæ debetur ab omnibus S. D. N. ſubiectionem & obedientiam detuliſtis: quod acta S. Synodi *Tridentina* ſine ulla exceptione recepiſtis: quod veſtræ quoque *Synodi* decreta non prius eſſe rata voluiſtis, quam à ſancta ſede confirmata fuiſſent, & iuxta veterem in Eccleſia Dei morem, ab omnibus Catholicis obſeruatum, iam inde à multis ſeculis omnia iudicio illius ſubieciſtis, quam hæc omnia pie, catholicè, & orthodoxè facta ſunt! iterum atque iterum & hanc prudentiam & pietatem gratulor, atque ut executioni mandentur aliquando, quæ piè ſancteqoe ſancita ſunt, opto; cum nullus legum ſit uſus, ſi nulla fuerit earum executio. Ve- B rum, hoc opus, hic labor eſt. Egi de rebus his omnibus cum S.D. noſtrò, & de confirmandis Synodi decretis, & de ratione executionis faciendæ; Sed quoniam hi dies iam inſtabant, quibus calores urbanos multi fugiunt, inter quos ego quoq; non poſtremus eſſe ſoleo, cum ſemel tantum ea de re tractaſſem, reſponſum hoc accepi à *Sanctiſſimo*, videri ſibi, ut hæc tractatio in aliud tempus reiiceretur, & in aduentum nuncii, qui deſignatus a clero, ad S. ſedem hunc eſſe dicitur. Exiguam igitur hanc moram R. D. Veſtra non moleſtè ferat. Cui magnam habeo gratiam, quod acta Synodi fideliter transſcripſit & ad me miſerit. Fecerunt autem *Dominationes* veſtræ pro officio ſuo, quod non prius eius *Synodi* acta promulganda duxeritis, quam eſſent ab *S. Sede* hae approbata. Ego nihilominus multa eius exemplaria deſcribenda curaui, & ea eum *Illuſtriſſ. Cardinali Morono, Tridentino* & *Sabello*, tum aliis nonnullis legenda ex- C hibui. Nam nihil magis eupio, quam ut legantur hic ab omnibus. Simul ut adveniſſe Nuncium veſtrum eognouero, cum in hunc locum urbanos æſtus fugiens ſeceſſerim, ſtatim in urbem, modo me Deus incolumem ſervet, redibò, & quicquid erit officii mei, facere non prætermittam. *Illuſtriſſ. D. Commendonus* multò antè diſceſſerat; Sed ei nihilominus acta *Synodi* deſcripta mittam. *Gedanenſium* ceruices iam eſſe nonnihil inclinatas, lubens accepi: quas ſi denuò volent erigere adverſus Dominum & adverſus Chriſtum ejus, quid aliud reſtabit, quam ut frangantur? Quod ego tamen illis euenire nollem; ſed magis vt convertantur & viuant. Sed eorum blaſphemias & ſacrilegia ferre diutius Deus non poterit. Quod contributionem decreueritis, laudo. Mihi quoque certam eſſe pecuniam imperatam audio, qua tamen de re nemo mortalium ad me ſcribit. Sed quoniam de *Polonorum* Hoſpitali in urbe erigendo laboro, ſi fieri poſſet, ut cum bona gratia *Regiæ Maieſtatis* eam pecuniam in hunc uſum conuertere mihi liceret, D in magni id beneficii parte acciperem. Neque dubito, quin ea res plurimum adferret ad gratiam Dei conciliandam, ſine quâ nihil eſt, quod recte quicquam geri poſſe putemus. Non ſolus eſt miles, qui lacertis pugnat, nec in fortitudine equi, neque in tibiis viri beneplacitum eſt Deo; qui niſi congreſſus fuerit in præliis noſtris, manumque ſuam dexteram extenderit, irritus eſt conatus mortalium omnis. Quamobrem & in Dei milites, hoc eſt, in pauperes, qui precibus ſuis pro nobis pugnant, aliquam contributionis partem conferendam eſſe cenſerem. Erit præclare collocata, & magnas addet vires pugnantibus; certamque victoriam adferet. Hac de re quæſo per occaſionem agat cum *Regia Maieſtate*, ſimul ei meo nomine ſupplicet; ac illius me gratiæ diligenter commendet quæſo. Cui ut felicem conſiliorum omnium progreſſum & exitum largiatur; Deum precari nunquam intermitto. Quod ſupereſt opto. R.D.V. diu bene feliciterquè valere. Datum Sublaci 10. Julii Anno 1577.

Epistola XXXIV.

JOHANNES FRANCISCVS, Cardinalis Commendonus, STANISLAO CARNCOVIO, Epiſcopo Wladislauienſi.

Hic gratulationem ob ipſi Epiſcopatum deſignatum accipit.

QUieunque ad me de D. V. R. deſignatione ſcripſerunt (ſcripſerunt autem plurimi, atque ii maximi, quorum eſt præcipua integritatis & religionis laus) ita mihi eam commendauerunt, ut in ejus virtute, grauitate, induſtria, ſtudio Catholicæ religionis ſingulari; magnam ſpem reuelandæ ac planè reſtituendæ iſtius *Prouinciæ*, cui præpoſita ipſa eſt; collocatam habere videantur. Itaque video, mihi multo in ejus honore magis lætandum, hoc conſenſu atque hac approbatione bonorum, quam ipſi opera & autoritate mea ad conſequendam Apoſtolicam confirmationem opus fuiſſe. Quo mihi minus moleſtum accidit, abfuiſſe tum me ab urbe, cum de D. Veſtrâ R. actum in Senatu eſt. Gratulor igitur D. Veſtræ R. non quidem Epiſcopatum ipſum, qui haud ſcio, an plus oneris & laboris habeat, quam amplitudinis, ſed hoc *Sereniſſimi Regis* iudicium, hanc de ipſa optimorum virorum ſpem, atque expectationem, quam ego etiam ſuperaturam D. V. R. confido, ſi huc virtutis, ingenii atque induſtriæ ſuæ neruos intenderit. Quam mentem quia non niſi diuino beneficio comparamus, ego D. Veſtræ R. meis precibus apud Deum nunquam deero.

Epistola XXXV.

JOANNES FRANCISCVS, Cardinalis Commendonus, STANISLAO CARNCOVIO, Epiſcopo Wladislauienſi.

Religionis curam ei commendat.

AD literas D. V. R. ſuperioribus menſibus ad me ſcriptas ego antea non reſpondi, quod, cum abeſſem ab vrbe, quo quotidie cogitabam, de iis literis ante cum *Illuſtriſſimo Cardinali Varmienſi* atque cum ipſo etiam *Sanctiſſimo* D. N. agere ſtatueram, quam ad D. Veſtram R. reſcriberem. Quod cum Romam redii, vtrumque feci. Collaudauit S. D. Noſter magnopere fidem D. Veſtræ R. & ſtudium catholicæ Religionis, quod elucet in ſuis literis. Et profecto ad tantarum rerum ac negotiorum onus, quod ſuſtinet ſua S. in tantis temporum aſperitatibus, haud leue ſane pondus accedit cura & ſolicitudo clariſſimi iſtius Regni; cujus incolumitati ac ſaluti proſpectum cupit, & quantum in Sanctitate ſua erit, etiam proſpiciet. D.V.R. pergat ordinis ſui dignitatem, & religionis cauſam tueri. Id eſt enim publicis patriæ ſuæ commodis conſeruationique ſeruire: qui unus eſt iſtorum animi bonorum, iſtius induſtriæ & prudentiæ, quam ei elargitus eſt Deus, profecto proprium curriculum, ad eam amplitudinem atque gloriam, quæ expetenda eſt graviſſimæ iſti perſonæ & *Epiſcopi* & *Senatoris*. Me, ſi quid erit, in quo labore, ſtudio, opera mea iſtis rebus vſui eſſe poſſim; magno tamen munere afficiet D. Veſtra R. ſi mihi ſignificabit. In quo intelliget me voluntate & ſtudio erga præſtantiſſi-

ſtantiſſimam nationem, nc illis ipſis quidem concedera, qui iſtius Reipub. participes ſunt. Inprimis profecto dignitatis & laudis D. V. R. cupidiſſimum eſſe ſentiet. Quam Deus diutiſſime cooſeruet incolmem. *Romæ* 25. Novembris 1570.

EPISTOLA XXXVI.

IOANNES FRANCISCVS Cardinalis Commendonus, STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladiſlauienſi.

Felices Concilii effectus optat, Eccleſiæ fata dolet, & in Poloniam ſe venturum promittit.

ACcepi his diebus a D. Veſtra R. literas menſe Aprili ſcriptas. Ad eas, in quo mihi communes ſunt cum Illuſtriſſimo D. *Cardinali Sabello*, qui mecum volumen *Dioeceſani* D. Veſtræ R. *Concilii* inſpexit, non habeo quod magnopere reſcribam, tum quia res de concilio confecta iam eſt, tum quia nemini magis nota eius virtus, conſtantia, diligentia in Catholica religione atque Eccleſiaſtica diſciplina labefactata, collapſaque reſtituenda & conſtituenda, quam mihi, vt ſicut illa, de quibus ad eam ipſi ſcripſimus, approbaturam, effecturam, & in optimam partem accepturam eſſe plane confido: ita mihi ab ea, niſi ratione & præclaro Reipub. ſtudio ſactum eſſe, non ſolum mihi exploratum eſt, ſed etiam ipſi *Illuſtriſſimo Domino Sabello* perſuaſum. Itaque nihil mihi in ea re aliud eſt reliquum, quam, quod facio, Deum precer, vt quæ D. Veſtra R. pie prudenterque ſanciuit, ea firma inuiolataque maneant. Quod certe ſperare nobis licet, D. Veſtræ R. ſtudio adque induſtria fretis. Quæ de mea in D. Veſtram R. voluntate & benevolentia commemorat, mihi gratiſſima acciderunt. Qui ſicut illam plurimi facio merito ſuo: ita diligi me ab ea, meumque in ipſam animum perſpectum ac illi cognitum eſſe vehementer lætor. Cuius certe declarandi nullam onquam occaſionem ego prætermittam. *Polonica* res, quod, vt ſcribit, deteriores quoditie fiant, prauitate ac fraude hæreticorum, equidem incredibiliter doleo, tum quia ea fuit, dum iſtis in locis eſſem, & ipſius *Regis*, & reliquorum præterea omnium erga me humanitas & beneuolentia, vt gratus non ſim, niſi incolumitas & ſalus iſtius Regni, mihi ſummæ curæ ſit: tum etiam quia S. D. noſtri miſſu, poſtquam *Cæſaream Maieſtatem* convenero, rurſus mihi in *Poloniam* eſt veniendum. Quod ſane iter longum, & multis incommoditatibus difficile ac laborioſum, iucundum mihi erit, ſi reuiſis ex interuallo veteri amicis, ac gente amantiſſime de me merita, aliquem meus aduentus fructum Reipub. attulerit. In quo mihi D. Veſtræ R. conſilium ſtudiumque non defuturum certo ſcio. Quam Deus valentem diu ac incolumem ſeruet. Veronæ 27. Junii 1571.

EPISTOLA XXXVI.

IOANNES FRANCISCVS Cardinalis Commendonus Legatus, STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladiſlauienſi.

Eius aduentum Varſauiæ deſiderat.

BInas literas D. Veſtræ R. accepi, quarum priores mihi maturi adventus ſui ſpem faciunt; in poſtremis dubitare ſe, quid ſibi agendum ſit, ſcribit. Quam dubitationem ſublatam paulo poſt eſſe puto, nouo de Comitiis nuncio, quæ repente in menſem Martium dilata ſunt. Et vtinam ad eam diem habeantur, nec ex alio in alium ſemper menſem reiiciantur. De D. Veſtræ R. adventu id habeo nunc, quod ſcribam, futurum eum mihi gratiſſimum, & ipſo congreſſu & complexu D. Veſtræ R. & conſuetudine & communicatione rerum, quibus hoc tempore ſalus & incolumitas huius Regni contineri videtur. Quibus quantum momenti allatura ſit præſens prudentia, & ſtudium D. Veſtræ R. non me fugit. Quo magis opto illam Varſouiæ videre, quod commodo ſuo & rerum ſuarum facere poſſit. Nam de peſtilentia, quæ in hac vrbe eſſe dicitur, quantum ego intelligo, multo plus eſſe in ſermonibus, quam in re. Deus D. Veſtram R. conſeruet valentem. Datum Varſouiæ 21. Ianuarii Anno Domini 1572.

A

EPISTOLA XXXVIII.

IOANNES FRANCISCVS Cardinalis Commendonus, STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladiſlauienſi.

Conſiliis & officio eius bona precatur.

B ANgelus ille, cuius alloquio atque congreſſu recreatam ſe ſcribit D. Veſtra R. multa mihi de illius conſtantia, & præſtanti in Rempub. animo ſignificauit. Omnino in veſtra conjunctione, virtute, fide, maximum communis ſalutis & incolumitatis momentum eſſe poſitum video. Deus conſilia veſtra fortunet. Si D. Veſtra R. crebras ad me literas mittet hoc tempore, faciet mihi rem longe gratiſſimam. Quam Deus incolumem valentem conſeruet. Suleouiæ 11. Auguſti 1572.

EPISTOLA XXXIX.

IOANNES FRANCISCVS Cardinalis Commendonus STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladiſlauienſi.

Citius aduentum deſiderat.

NArrauit mihi multa *Gratianus* de D. Veſtræ voluntate, cum erga me, tum erga Rempubl. Fuerunt omnia mihi pergrata; illud vero gratiſſimum, quod D. Veſtra R. ſpem mihi ſui videndi fecerit. Qua de re ego illam ſummopere rogo. Nihil eſt enim, in quo magis quam in ſermone & congreſſu ſuo ſim acquieturus. Quicquid tamen actura ſit, ab ea peto, vt mihi ſubito ſignificet. Curet valetudinem ſuam. Audio enim eam ſibi minime parcere: cum tamen in ipſius ſalute maxima pars publicæ ſalutis vertatur. Plura non ſcribam, omnia ſermoni noſtro reſeruans. Deus Dominationem V. R. conſeruet, Suleoviæ 8. Septembris. 1572.

C

EPISTOLA XL.

IOANNES FRANCISCVS Cardinalis Commendonus Legatus, STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladiſlauienſi.

Quem in ſtudiis erga patriam curſu excitat.

D INuidiam patriæ & Reip. cauſa ſuſceptam, gloriæ ſibi D. V. R. ducat, & confidat, fore, vt breui, eius pietate ſtudioque erga patriam perſpecto, in amorem & laudem ſuam vertat. Neque enim iſta aſſiduitas, cura, labor, iſta denique virtus carere inuidia poſſunt. Itaque inſiſtat ſuis conſiliis, & fidat Deo, qui ſalutares D. V. R. conatus non fruſtrabitur. Mihi Dominationis V. R. literis in hac ſolitudine ac receſſu meo, nihil accidere poteſt iucundius. Nec profecto ſolum ea cauſa, quod nunquam ſint ab re aliqua graui & vtili Repub. inanes; ſed etiam D. V. R. amore erga me, ac diligentia mirifice delector. Quam libenter ei referrem, ſi, quod ſcriberem, hic haberem. Deum precor, vt eam valentem conſeruet. Suleouiæ 13. Octobris 1572.

EPISTOLA

EPISTOLA XLI.

IOANNES FRANCISCVS Cardinalis Commendonus Legatus STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi.

Petit vt eum de ſua & Reipublica valetudine certum faciat.

CVm *Dambrouii* noſtri familiaris ad D. V. R. properaret, nolui prætermittere, quin eam quam officioſiſſime ſalutarem, deque mea valetudine certiorem facerem, qua quidem ab aliquot diebus aduerſa vtor. Vereor autem ne in tantis Reipub. occupationibus D. Veſtra R. minus bene valeat: quod certe mihi tum ſua, tum publicæ ſalutis cauſa eſſet permoleſtum. Rogo igitur, vt de ſua& de Reipub. valetudine pro ſua erga me beneuolentia, certi aliquid nunciet poſt communia hæc majorum & minorum Comitia: tametſi audio abſuiſſe *Lituanos*. Mihi rem fecerit quam gratiſſimam, ſi de his omnibus, & de oratoribus imprimis, quid tandem nobis decretum ſit, admonuerit me B D. Veſtra R. cui omnia precor felicia. Suleouiæ Cal. Nouembris 1572.

EPISTOLA XLII.

IOANNES FRANCISCVS Cardinalis Commendonus Legatus STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi.

De infelici Reipub. ſtatu queritur, conſolationem autem ex conſtantia Staniſl. Epiſc. ſumit, cuius continuacionem commendat.

EXpectatæ mihi fuerunt D. V. R. literæ, ex quibus auebam cognoſcere, & quæ Varſouiæ acta ſunt, & quæ de his D. V. R. eſſet ſententia. Me quidem illa magno dolore affecerunt, quod video plerosque pravarum opinionum ſtudiis deceptos, omnem ſtatum Reipub. perturbare velle. Solatio tamen mihi eſt Dignitatis Veſtræ R. virtus, conſtantia, fides, qua & præſentibus fortiter reſti- C tit, & abſens de remediis diligenter cogitat; de quibus & de aliis rebus permultis magnopere velim, ſi cum D. V. R. loqui liceret. Quam ad rem ſi ipſa vti voluerit *Volborienſi* opportunitate, vt biduum eſſe vna poſſimus, rem faciet mihi gratiſſimam, &, vt ſpero, non inutilem publicis rebus. *Epiſcoporum* virtus, & maxime *Archiepiſcopi* conſtantia, mirabiliter me conſolata eſt. Neque enim timere videmur poſſe, ne cauſæ ſuæ non adſit DEUS, ſi modo nos nobis & muneri & fidei noſtræ non deerimos. Plurimum præſidii poſitum eſt in D. V. R. cum pietate in Deum, tum charitate in patriam, reliquisque ornamentis, quibus eum cumulavit Deus. Quæ quidem, quo plura ſunt; eo diligentior ratio ab ea repetetur. Ego pro meo ſingulari animo in D. V. R. eam rogo, vt ſe putet huic tempori reſervatam eſſe, atque inde ſe ipſam ſtudeat ſuperare. Totam animo amplectatur Rempub. & ne quid D ea detrimenti accipiat, ſui maxime officii, ſuarum maxime partium eſſe exiſtimet, prouidere. Ego eius adventum Volboriam expectabo. Interea ab illa peto, vt quid homines de illa fœderis forma loquantur & ſentiant, me per literas facias certiorem: Quam Deus conſeruet ac tueatur. Suleoniæ 11 Februarii 1573.

EPISTOLA XLIII.

IOANNES FRANCISCVS Cardinalis Commendonus Legatus STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi.

Gratias agit pro factorum communicatione, & ulteriorem correſponſionem expetit.

SOlicitum me ex his, quæ ante acceperam, vehementer D. V. R. literæ levarunt, ex quibus nec vera eſſe quæ A ferebantur cognoui, & plane intellexi D. V. R. conatibus, & præclaris de Repub. conſiliis adeſſe Deum, qui certe tantam D. V. R. & in Catholicam religionem & in patriam pietatem nunquam deſeret. Ago vero illi gratias, quod me de iis fecerit certiorem. Et ab illa magnopere peto, vt ſi quid habuerit, quod me ſcire velle exiſtimet, ſcribere ad me non gravetur. Expecto an aliquid reſponſi mihi *Plocia* afferatur a Domino *Nuncio*. Et ſi quid D. V. R. iis de rebus intelliget, de quibus Nuncium accerſiui, ad me confeſtim vt ſcribat, vehementer illam rogo. Nam me valde cura illa ſolicitum habet. Deus D. V. R. nobis & huic regno maximo neceſſario tempore conſeruet. Suleouiæ 3. Octobris 1573.

EPISTOLA XLIV.

B *IOANNES FRANCISCVS Cardinalis Commendonus Legatus STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi.*

Gratulatur de conſilii Epiſcopi felicitate.

QVæ mihi D. V. R. ſcripſit de felicitate ſui conſilii, fuerant mihi tanto jucundiora, quanto magis timueram, ne quid ea res quorundam animos offendiſſet. Sed Deus manifeſte adeſt D. V. R. conatibus. Quod adeo fit, quia nihil ipſa ſpectat aliud, quam patriæ ſalutem. Ego quod ei nunc ſcribam non habeo; niſi me Deum aſſidue precari, vt D. V. R. mentem atque conſilium regat, eamque valentem conſeruet. Suleouiæ 27. Octobris 1573.

EPISTOLA XLV.

IOANNES FRANCISCVS Cardinalis Commendonus STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi.

De perturbata Religione dolet, Deo & prudentia Epiſc. confidit.

ETſi de D. V. R. ita ſentiam, vt ſperem in tam perturbata Repub. nullam eſſe horam ſui temporis inanem a ſapienti vel actione vel cogitatione officii; ego tamen qui de rebus veſtris abſens perinde ſolicitus ſum, ac præſens fui, angor vehementer, quod meis literis doloris tantum ſignificationem, dare, nihil præterea poſſim. Quid enim ſcribam ad D. V. R. quod non confectis rebus, intempeſtiue, importuneque iſthuc perueniat. Video ex plurimorum literis omnia deſperationis pleniſſima. Verum ego, etiamſi & multi & multa adverſentur, non deſpero. Tantum pono in prudentia, & pietate D. V. R. cui conſilium, cui animum non defuturum confido: tantum in veſtrorum Catholicorum hominum religione, & D populi innocentia, totum vero in Deo, Quem ſane niſi exſurrecturum, & ſuam cauſam iudicaturum crederem, nihil eſſet quod me in hac vita delectaret. Scripſi nuper ad Illuſtrem D. *Andream Zborouium*, itemque ad D. V. R. *Zborouium* rogaui, vt cum ea ſua communicaret conſilia, vt vnanimes in patriam ſalutem incumberent. Sed præteriere jam idus Majæ, quarum qui fuerit exitus, adhuc nos latet. Deum precamur, vt feliciter vobis & vniverſæ Chriſtianæ Reipub. euenerint. Ego porro D. V. R. rogo, vt me perinde amet, atque a me amatur. Sicque omnibus in rebus ſuo ſtudio & mea opera ſemper vtatur. Bene valeat D. V. R. Romæ in Vigilia ſanctiſſ. Corporis Domini noſtri Ieſu Chriſti Anno ejuſdem 1575.

Epistola XLVI.

IOANNES FRANCISCVS Cardinalis Commendonus STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi.

De tranquillitate Reipub. reſtituta gratulatur.

QVod iam pridem a D. Veſtra R. nihil literarum accepi, nun tam miratus ſum (etenim impedita & itinera & tempora fuere) quam moleſte tuli, me beneuolentiæ eius fructu diu caruiſſe. Ac ne ego quidem ad eam æque pridem ſcripſi eadem de cauſa. Nunc parta, vt putamus, pace, ac re iſta publica tranquillitati reſtituta, & mihi facultate oblata, redeuntis in *Poloniam* Domini *Zamoſcii*, quem Rex cum literis ad S. D. N. miſerat, prætermittere nec volui, nec debui, quin D. Veſtræ R. gratularer hanc ſpem, quæ repente affulſit, conſtituendæ Reipub. & Catholicæ pietatis, diſciplinæ per ſuperiorum annorum licentiam collapſæ reſtituendæ, Rege iſta virtute, iſta animi & conſilii præſtantia in hanc laudem incumbente, & D. Veſtra R. honoribus, gratia, autoritate, cum apud Regem ipſum, tum apud omnes florente, cuius quidem conſiliis manifeſte adfuit diuinum Numen, quod ei cuncta in gloriam vertit. Quo minus dubitare hic quenquam patior, quod ego & indicaui ſemper & prædicaui, ea veriſſimis nixa rationibus, atque optima mente ſuſcepta fuiſſe. Nunc ea de Rege audimus, in eam expectationem adducti ſumus, vt pro Regis ſalute nobis aſſidue orandus ſit Deus, quo incolumi, quin ad priſtinum florem iſtiue rediturum ſit Regnum, dubitare non videremur poſſe. D. Veſtram R. valere cupio & antiquum eius in me amorem mihi conſeruari. Romæ, nonis Nouembris 1576.

Epistola XLVII.

VINCENTIVS LAVREVS Montisregalis Epiſcopus STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi.

Colloquium cum Rege habitum ſignificat.

BInis R. D. V. literis, vnis de 7. alteris 16. Menſis Maii Pircouii datis, reſpondere tantiſper ſuperſedi, dum Regem commode alloquendi eſſem nactus occaſionem, quæ non antea quam hoc mane ſeſe obtulit. Nolui ego deeſſe, quin Regi pro munere meo cuncta, quæ ad ipſius incolumitatem & dignitatem tuendam & augendam attinet, ſignificarem: ille præſtantiſſimo optimoque quo præditus eſt ingenio omnia boni æquique fecit, ingentemque in iis beneuolentiam, fidem & obſeruantiam D. V. R. erga ſe maxime agnouit, & comprobauit, ſtatuitque eam poſt ſuum a pago Niepolemice reditum in hanc Vrbem ad ſe accerſere, deque ſummis (vt conſueuit) præcipuisque rebus conſulere. Huiuſmodi ego Regis propoſitum, vt vehementer laudaui, ita dabo operam, ne improborum hominum inuidia interrumpatur: ſperoque R. D. Veſtram non modo in vanum non currere, ſed etiam religioſiſſimi Epiſcopi egregiique Senatoris officio ſalubriter fungi. Opto R. D. V. bene ac diutiſſime valere, meique in Sanctiſſimo Altaris ſacrificio memorem eſſe. Datum Cracouiæ 18 Maii 1574.

Epistola XLVIII.

VINCENTIVS Epiſcopus Montisregalis STANISLAO CARNGOVIO Epiſcopo Wladislauienſi.

Literas ſibi miſſas accepiſſe renunciat, & de mutua beneuolentia gratulatur.

HOdie R. D. V. literas 14 Decembris *Wolborii* datas accepi, cum quibus complicata in eodem fa- A ſciculo præter alia erant etiam exempla earum, quibus D. V. R. *Sereniſſimum Regem* accurate & ſapienter monet, imo verius vrget, vt ſuum in *Poloniam* reditum ante tempus in *Warſouienſi* conuentu præſcriptum acceleret. Idem quoque (quod fieri poteſt) ab *Illuſtriſſimis Cardinali Lotharingo* & *Niuernenſium Duce* contendit. Qua in re vt ſummum ego R. D. V. erga religionem & Rempub. ſtudium agnoſco: ita certo mihi perſuadeo, Regem omnes eſſe rationes initurum, quibus pacata *Gallia*, huc tempeſtiue aduolet. Quum præſertim non ſolum priuatis, ſed publicis etiam literis ſatis compertum habeat, alium quam ſolam ſui ipſius præſentiam retinendæ ac ſeruandæ *Poloniæ*, modum inueniri non poſſe. Quod aduerſarii moliuntur, ex ſcheda ad me miſſa ac aliorum literis cognoui. Noſtri magna ex parte contra cauſæ bonitate, ac DEI im- B mortalis auxilio confiſi, præcipuas animis paulo, quam par eſt, remiſſioribus res gerunt. Quapropter diuinum numen aſſidue rogandum eſt, vt afflictis pene rebus ac in magno diſcrimine poſitis opportune opem ferat: quod futurum plane confido. Ex alteris literis 8 eiusdem menſis ad me ſcriptis, magnam ſane cepi conſolationem: cum D. V. R. mutuam inter nos beneuolentiam, imo potius pietatem ſartam tectam tueri ſancte polliceatur. Quam bene ab feliciter valere cupio. Datum Squierneuicii 17. Decembris 1574.

Epistola XLIX.

VINCENTIVS Epiſcopus Montisregalis STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi.

Verum Religionis zelum in Eccleſia Cruſuicienſi exhibitum magnopere laudat.

C HEri a tabellario redditæ mihi ſunt literæ, quibus D. V. R. me certiorem fecit, ſe, quo Eccleſiæ *Cruſuicienſi* cultui proſpiceret, omnes *Canonicos*, quorum munus longo fuerat tempore intermiſſum, edicto conuocaſſe, ac in quendam iuris doctorem, ſua munia abhinc decennio aſpernantem ac etiamnum contumacem, juxta ſacrorum canonum decreta animaduertiſſe, illumque priuaſſe Canonicatu, in cuius locum homo idoneus ac egregius ſtatim (vt par erat) ſuffectus eſt. Quapropter R. D. V. vehementer optat, vt ego hominis quidem rei ac damnati, quem a me opem imploraturum eſſe ſuſpicatur, importunitatem & verbis & re comprimam, & repellam: ſibi vero integram Eccleſiis ſuis conſulendi poteſtatem relinquam. Ego R. *Domine*, in hac temporum calamitate ſummam certe capio conſo- D lationem, cum præcipuos Eccleſiæ Paſtores id potiſſimum ſtudere video, vt palantes oues ad domini caulas reducant, morbidas eiiciant, rebelles vel caſtigent, vel omnino a ſe ablegent, infirmas roburent, ac cunctas demum diuino pabulo alant, luposque ab ouili quam longiſſime arceant. In quam ſane curam cum R. D. V. non ſine magna nominis ſui laude, potiſſimum incumbere, vt eaque die noctuque meditari intelligam: iſtam profecto ſolicitudinem, vigilantiam, ſtudium, ac pietatem non modo amplector, ſed pro meo munere, quoad fieri poteſt, promouere iſtumque animum ſancte & glorioſe currentem incitare etiam contendam, daboque operam, vt meum (Deo iuuante) officium ab ſe deſiderari nunquam

quam

quam patiar. Quamobrem tantum abeſt, vt R. D. Veſtra in hac, cæteriſque in rebus liberam Eccleſiæ proſpiciendi autoritatem ſibi impediri a me timeat: vt etiam & ſartam tectam & auctam atque amplificatam a me A ſuam in ſibi perſuadeat velim. Quod ſi interdum, ne ſuum cuique tribuere denegem, appellationes nonnullas (quod tamen in D. V. R. iudiciis nunquam factum eſſe memini) minime reiicio, eas certe niſi coactus admittere non ſoleo: in quibus ea nimirum, qua debeo, obſeruantia RR. Præſulum iuriſdictionem ac dignitatem pro viribus defendo, omniaque ex præſcripto ſacroſancti *Tridentini* Concilii, cuius iura relaxandi facultas nemini vnquam Legato concedi hactenus ſolita eſt, accurate & diligenter examinanda, ac decernenda tantum permitto. Quamuis igitur de huiusmodi cauſa nondum aliquid ad me ſit delatum; me tamen quicunque eius rei gratia huc acceſſerit, nunquam profecto adducet, vt quod decere intelligam, non ſtudioſe præſtem. Neque quempiam ſ-ctorum compendii ſui cauſa, quod non licet, vllo modo ſinam. Quod reliquum eſt, D. V. R. bene ac feliciter valere cupio. Datum Squierneuicii 5. Januarii 1575.

B

EPISTOLA L.

VINCENTIVS EPISCOPVS Montisregalis, STANISLAO CARNCOVIO Episcopo Wladislauienſi.

Obitum Cracon. Canonici dolet, & Palatini Syradienſ. virtutes laudat.

EX literis D. V. R. mihi à nobili ejus puero hodie redditis, triſtem accepi nuncium obitus *Stanislai Dambrouii*. Qui cum in *Cracouienſi* Eccleſia *Canonici* munere religioſe & inculpate diu perſunctus eſſet, deque Catholica religione & vniuerſa Repub. ſemper bene mereri ſtuduiſſet, nunc & æterna recte factorum remuneratione perfruitur, & apud omnes Collegas ſuos, vniuerſumque Eccleſiaſticum Ordinem magnum ſui deſiderium reliquit. Quo nomine hunc ego dolorem ex amici caſu magnopere lenio, confidoque D. V. R. quæ egregium ac prudentem ſenem vnice dilexit, non mediocriter iri conſolatum, fir- C mam & certam ſpem viciſſim habentes, *Ieſum Chriſtum Dominum ac Deum Opt. Max.* qui nobiſcum eſt vsque ad conſummationem ſeculi, Eccleſiæ ſuæ ſponſæ nunquam defuturum; quin (vbi neceſſitas poſtularit) ex lapidibus, etiam ne dum ex tot inſignium, ac religioſiſſimorum hominum huius Regni, ſeminario filios Abrahæ eſſe ſuſcitaturum. Excellentes Magnifici D. Palatini *Syradienſis* virtutes tanti ego facio, vt ei cunctos rerum ſucceſſus proſperos felicesque ſemper optem: vtque has in magni clariſſimique nominis Senatorem optime de Repub. meritum turbas excitari, moleſte profecto ferebam; ita eas nunc ſedatas eſſe vehementer gaudeo. Qua in re præſtanda vigilans ac ſapiens R. D. V. cura, & Deo accepta, & vere Chriſtianis Principibus horumque omnium capiti S. D. N. gratiſſima eſt D omnino futura. Quam ſibi (ut debeo) magnopere gratulor. Cupio D. V. R. bene ac feliciter valere. Datum Squierneuicii X. Januarii 1575.

EPISTOLA LI.

VINCENTIVS LAVREVS Episcopus Montisregalis, STANISLAO CARNCOVIO, Episcopo Wladislauienſi.

Verum huius Religionis ſtudium ſincere laudat.

EX literis, quas D. V. R. non ita pridem ad me dedit, atque ex nonnullorum etiam ſermone intellexeram, ſe Eccleſiam ſuam propemodum vniuerſam viſitaſſe, eamque multis in locis infectam hæreticorum & improborum hominum labe purgandam curaſſe, templum Diui Adalberti pene collapſum inſtauraſſe ac conſecraſſe, & pleraq; alia ad A Dei immortalis gloriam & Catholicæ religionis incolumitatem conſeciſſe. Idem quoque de Venerabili *Archidiacono Pomeraniæ*, à ſe huc hodie ad me ablegato, plenius audiui. Equidem præclarum iſtud animi ſui erga religionem ſtudium egregiamque ac præſtantem voluntatem, vt debitis extollere laudibus nullo vnquam tempore deſinam; ita omni officiorum genere proſequi, ac promouere pro meo munere nunquam intermittam. Ac profecto ſpero ſibi diuinum Numen perpetuo aſſuturum, quo à ſe cœpta Illius Eccleſiæ reformatio iuxta ſacroſancti *Concilii Tridentini* præſcriptum, tandem perficiatur, ſitque in poſterum aliarum huius Regni Eccleſiarum veluti forma atque exemplar. Cæterum quæ ſuo nomine ab ipſo Venerabili *Archidiacono* mihi diligenter expoſita ſunt, ea melius & commodius inter nos conferemus. Idque breui futurum confido, quum in hanc vrbem ad comitia veniet D. V. R. quæ ſibi perſuadeat velim, me præcipuam ſuarum rerum omnium, quam debeo, rationem ſemper habiturum. Cupio D. V. R. bene & feliciter valere. Datum Varſouiæ 7 Octobris 1575.

EPISTOLA LII.

VINCENTIVS LAVREVS Episcopus Montisregalis, STANISLAO CARNCOVIO Episcopo Wladislauienſi.

Cuius beneuolentiam grato animo aſſumit, cur amque Reipub. prædicat.

HOdie puer D. Veſtræ R. eius ad me literas reddidit cum grauiſſimis verbis ſententiiſque refertas, tum plenas officii & humanitatis. Ex his ego in hoc perturbato rerum ſtatu magnam ſane capio conſolationem, quod D. V. R. eam dignitatis atque incolumitatis meæ curam ſuſcipere contendat, vt non prudentibus modo ac ſalutaribus conſiliis, ſed rebus etiam omnibus oblatis, me iuuare non deſinat. Qua in re ſingularem animi ſui & erga Apoſtolicam ſedem pietatem atque obſeruantiam, & in me beneuolentiam ac charitatem vt libentiſſime agnoſco, ita gratiſſimo (vt par eſt) animo complector, & omni ſtudio atque officio, dum viuam, ſum proſecuturus. Video ſe, prout religioſiſſimum Præſulem ac præſtantiſſimum Senatorem decet, maxime ſolicitam eſſe de *confœderatione Varſouienſi* in pactis inter Regni Ordines & nouum Regem initis comprehenſa. Verum aduerſus eam atque alia omnia, quæ quouis modo verè Religioni ſanctæ Catholicæ Romanæ Eccleſiæ inſtitutis, ac Regni legibus aduerſarentur: Reverendiſſ. Dominus *Archiepiſcopus* ſuo, Epiſcoporum omnium, ac Catholicorum Procerum ſecum facere volentium nomine pro virili & conſtantiſſime (vt ſolet) conteſtato reclamauit, ſuperioresque alias id genus proteſtationes cunctas innouauit. Quin iuribus Eccleſiarum ſartis tectis tuendis maiora etiam præſtitit, quam in antecedente electione factum fuerat. Quod ad locum habitationi meæ accommodatum attinet, certe mihi mirum in modum ridet aut *Volborium* aut *Soleiouium*, eo præſertim nomine, quod R. D. V. vel præſens vel vicinus præſto eſſem. Sed illud facile in ſuſpicionem adduceret vtrumque noſtrum; hoc præter eandem ſuſpicionem, mihi etiam ob ſolitudinem, hoc tempore tutum nequaquam videtur. Quapropter hic tantiſper conſiſtere decreui, dum alio migrare compellar, ſperoque Dei omnipotentis opem mihi non defuturam. Datum Varſouiæ ultima Decembris 1575.

Epistola LIII.

VINCENTIVS LAVREVS Epiſcopus Montisregalis, STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi. Libellum decreta Synod. Vladisl. complectens, accepiſſe ſignificat, Religionisq; Epiſc. ſtudium votis proſequitur.

HOdie mihi redditæ ſunt literæ D. V. R. ac ſimul capita in Synodo Prouinciali proponenda, libellus A item typis excuſus, *Diœceſana Wladislauienſis Synodi* decreta complectens. Hunc etſi aliis formis impreſſum à ſe olim acceperam, grato tamen animo nunc accipio. Vt enim lectio repetita magis placet; ſic munera ſacras res continentia, bis data gratiora eſſe nimirum ſolent. Capita Synodi, quæ Concilii Tridentini præſcripto conſentanea, & ad vſum iſtius Eccleſiæ accommodata ſunt, ea ſi D. V. R. qua pollet autoritate & animi pietate omnia exequenda curabit, faciet profecto rem æternis præmiis à diuina bonitate compenſandam. Atque una magnam initura eſt gratiam à Sanctiſſ. D. N. & ab univerſo Poloniæ clero. Nec dubito, quin ad rem ſalutarem R. D. Archiepiſcopus & cæteri collegæ Antiſtites pro ſuo quisque munere, & in Eccleſiam Dei ſtudio ſe præcipuos adjutores profiteantur. Ego vero vbi locorum ſum (quoad potero) ſacræ Synodi conficiendæ adminiſter etiam ero. Quod ſupereſt, cœleſtem Regem B aſſiduè precor, vt quæ ejus conceſſu & munere Eccleſiæ vſum talenta R. D. V. data ſunt, ea iſtic tantum acquirant, vt ipſi vberem copiam, & abundantiam ſuppeditent ad religionem Catholicam locupletandam &c. Datum Wratislauiæ 27 Februarii 1577.

Epistola LIV.

VINCENTIVS LAVREVS MontisregalisEpiſcopus, STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi. Iubilæi prorogationem, tum Indulgentiam & Bulla promulgationem notificat, quod vt idem faciat, & Eccleſiam ad Iubilæum vere præparet, ex officio eum admonet.

CVm *Wratislauia* conſiſterem, ex literis R. *Præpoſiti Plocenſis* intellexi, *Sereniſſimum Regem* compluresque Catholicos proceres atque aulicos, Sacroſancti Iubilæi donum conſequi minimè potuiſſe, quod tunc plerique ferè omnes ſpatiis temporis excluſi, numerum dierum, quibus C templa viſitanda erant, nequaquam explerint. Nolui ego deeſſe, quin pro meo munere in gratiam Regiæ Maieſtatis tempus prorogationis, in ſex alios menſes a S. D. N. impetrandū curarem. In ipſo igitur meo in hanc vrbem aduentu, Breue prorogationis accepi, de quo Regiam Maieſtatem meis literis certiorem reddidi. Hortatusq; ſum, vt in maximis belli difficultatibus more aliorum Regum ſuorum anteceſſorum ad opem diuinam confugeret, ſeque & exercitum ſuum (Catholicos ſcilicet milites) cœleſti hoc recondito in Catholica Eccleſia theſauro locupletaret, quo citius ac promptius queat optatam victoriam à præpotente Deo obtinere. Ipſi autem Reuer. Præpoſito tum de Indulgentiarum ratione deque Bulla in Cœna Domini, nomine Reverendiſſ. Primatis typis iam excuſum miſi libellum. Cui exemplum ipſius Breuis adiunctum eſt. Tum negotium dedi, vt Regem de ſingulis informaret, atque eniteretur, vt D indulgentia, ac ſimul Bulla in Cœna Domini in publica concione coram eius Maieſtate explicetur ac promulgetur. Nos hic præſente Sereniſſima Regina duabus concionibus, vna pridie natalis diei Sancti Ioannis Baptiſtæ, altera eodem ipſius feſto à Venerabili Pultouienſis Collegii Rectore habitis, vtriusque promulgationem & exactam explicationem curauimus, atque inde ſex menſium tempus in vna quaque Eccleſia & diœceſi incipiendum eſſe denunciamus. Ipſius nunc Breuis exemplum in eodem libello deſcriptum mitto D. V. R. quam pro ſuo ingenti in religionem Catholicam ſtudio, certum habeo, in ſua Eccleſia & Diœceſi ſolenni aliquo feſto idem primo quoque tempore effecturam eſſe. Ad Iubilæi vero gratiam obtinendam vnicum templum & tria in eo altaria tantum triduo viſitari debent. Quamobrem quotquot eius muneris expertes vsque ad hoc tempus fuerant, id paruo labore ſibi comparare poterunt. Cum autem ad Indulgentiarum adeptionem neceſſario requiratur vera cordis contritio, qui non ita (ut par eſt) pœnitentes ſacrum iubilæum antea celebrarunt, nunc ſe ad id parare commodius poterunt. Itaque omnes in publicis concionibus monendi eſſent, vt ſe cœleſtis huius doni participes redderent. Quum primum vero vnà cum eiusmodi indulgentia ipſam quoque in Cœna Domini *Bullam* à R. D. V. promulgatam eſſe intellexero, id meis literis S. D. N. confeſtim ſignificabo. Cupio D. V. R. bene & feliciter valere. Datum Varſouiæ die 10 Iulii M D LXXVII.

Epistola LV.

VINCENTIVS LAVREVS Epiſcopus Montisregalis, STANISLAO CARNCOVIO, Epiſcopo Wladislauienſi. Propoſitionis capita in Synodo prouinciali Regi oblata accepiſſe reſcribit, Epiſcopi v. huius viſitationem Eccleſiaſticam laudat.

NOn ita pridem accepi literas D. V. R. III. hujus Menſis die *Wolborii* datas, ac ſimul totius propoſitionis capita, articulatim diſtincta nomine Synodi Prouincialis, Regi oblata, Regisque ad ſingula reſponſum. Illud mihi inprimis gratiſſimum ſanè fuit, quod R. *Ioannes Demetrius Solicouius* de flagranti Regiæ Maieſtatis erga Eccleſiaſticum Ordinem ſtudio abunde teſtatur. Id etſi mihi cognitum atque perſpectum antea fuerat, viri tamen ornatiſſimi graui teſtimonio confirmatum neſcio quomodo altioribus in animo meo radicibus nunc defixum eſt. Vehementer equidem optabam (quod etiam in Synodo contenderam) ueipſe *Solicouius* eiusdem Synodi ad Regem Orator, idem apud ſummum *Pontificem* munus non recuſaſſet. Nam præterquam quod ſuæ dignitati non parum conſuluiſſet; profecto de Reuerendiſſimæ D. V. in Dei Eccleſiam meritis, non aliud judicii mei ſpecimen è Pontificia quam ex Regia, aula capere potuiſſet. Pium R. D. V. in locis Sacris viſitandis inſtitutum magnoperè laudo. Et cum otioſa maximè ſibi videtur D. V. R. nunquam tamen minus otioſa eſſe ſolet. In iſta enim peregrinatione puriſſimis Deoque acceptis precibus, Regi & Reipub. nec externis magis quam domeſticis hoſtibus laboranti opem fert, monaſteriis ſanctitatis opinionem ſua præſentia auget, monachorum vitia inquirit, exemplo & doctrina corrigit atq; emendat. Nihil demum prætermittit, quo pietatem ſuam perpetuo actuoſam reddat. Hoccine otium appellat? Ego autem aborem corporis & animi contentionem toti huic Eccleſiæ & Reipub. maximè vtilem nomino. Expecto quid ad me de Caluomonte ſcribat, rectane Monachorum diſciplina, vitæque ſanctimonia Crux Seruatoris noſtri colatur, an vitioſa & corrupta illorum conſuetudine, non minus, quam Deiparæ imago, apud Clarum montem commaculetur? De hoc Claromonte nomine totius conuentus duo obſcuri ſodales nuper ad me venerunt, & eas ipſas, quæ cum hiſce meis ſunt, literas attulerunt, ſupplicesque à me petierunt, vt conuentus commodo & dignitati proſpicerem. Sancte ego pollicitus ſum, me vtrique conſulere velle, ſed alio, atque illi optabant, modo. Correctionem miſeri recuſabant. Ego contra, emendationis capita à R. D. V. ipſis lata, Sacris Canonibus

Google

nibus eorumque inſtitutis prorſus conſentanea, religioſe ab omnibus obſeruanda eſſe iuſſi, ac per literas mandavi. Tandem iureiurando adſtricti multa trementes retulerunt, quæ a meo ſcriba ad verbum diligenter perſcripta ſunt. Hæc quidem, & vna exemplum meæ Epiſtolæ ad ipſum Conuentum datæ, Diploma etiam (quo eundem Conuentum & omnia *Wladiſlauienſis Diœceſis* monaſteria viſitandi corrigendique autoritatem ad D. V. R. detuli) præterea mearum quoque facultatum exemplar mea manu & ſigillo munitum, omnia in hunc faſciculum addita ſunt. Non dubito D. V. R. pro re, loco, & tempore adhibituram eſſe omnem rationem, & curam, & laborem, quo ſanctum hoc emendationis negotium ad optatum finem perducatur. Breui (vt ſpero) prouincialis ſynodi decreta ad nos remittentur. Ea occaſione nobis oblata, & Antiſtites & Abbates, atque interea * de ſuo quemque officio accurate & diligenter noſtris literis monebimus. Diu valeat felix D. V. R. Datum Warſouiæ die 15 Iulii 1577.

Epistola LVI.

VINCENTIVS LAVREVS Epiſcopus Montisregalis STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladiſlauienſi.

Inquiſitionem monaſterii Clarimontis approbat, poſtulatamque Reip. curam promittit.

QVæ D. V. R. in monaſterio Clarimontis cauſa religionis inuiſendo ad Monachorum emendationem curauerit, tum ex ipſius inquiſitionis ſcripto, tum ex commodo ſermone familiaris V. R. D. copioſe intellexi. Video profecto ſe pro ſuo flagranti in Eccleſiam Dei ſtudio, quod potuit pie, accurate & prudenter præſtitiſſe. Nec miror, ſe breuiſſimo temporis interuallo, arduum ſane reformationis negotium conficere nequiuiſſe. Id enim eiusmodi eſt, vt non niſi longiore mora, & præſentis pœnæ formidine, atque aſſidua alicuius viri eiusdem ſodalitatis cura & inſpectione, ad optatum finem perduci queat. Nam etſi ſodales propoſita correctionis capita accepiſſent, ob corruptam tamen morum diſciplinam exequi omnino neglexiſſent, niſi præſentia & autoritate ſui Præfecti ad id adigerentur. Inter Monachos igitur vir honeſtus, & inſtitutorum eiusdem ordinis experiens deligendus eſt, cui negotii executio committeretur. Reuerendiſſima autem D. V. (ad quam breui miſſurus ſum Diploma, quo ſibi non modo illud monaſterium, ſed omnia etiam in ſua Diœceſi conſiſtentia reformare licebit) monachos illos ad ipſa correctionis capita accipienda iure compellet. Cætera vero, de quibus cunctos Reuerendiſſimos Regni Antiſtites a me monendos cenſet, diligenter & accurate perficiam, quum primum Synodales Conſtitutiones a Sancta Sede Apoſtolica confirmatæ ad nos remiſſæ fuerint, idque intra binos ad ſummum menſes futurum ſpero. Quo tempore occaſione oblata honeſtis omnibus rationibus contendendum eſt, vt *Sereniſſimus Rex* ad ipſarum conſtitutionum executionem autoritatem ſuam Regio diplomate interponat, quo ad Dei gloriam, Eccleſiæ Catholicæ incolumitatem & totius Polonæ nationis ſalutem & ornamentum res toti Reipub. ſalutaris tandem conficiatur. Datum Warſouiæ die 11 Iunii 1577.

Epistola LVII.

VINCENTIVS EPISCOPVS Montisregalis STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladiſlauienſi.

Religionis ſtudium commendat mutuumque officium ſuum promittit.

SCio ego, in *Polonia* & Reuerendiſſimam D. V. ampliſſimo Epiſcopi & Senatoris munere fungi, & me illius A perſonam gerere, qui Chriſtianorum omnium caput & Pater eſt a Chriſto inſtitutus. Eundem vtrique finem propoſitum eſſe intelligo: nimirum Catholicæ religionis & Reipub. huius ſalutem & incolumitatem. Ad id autem aſſequendum dum alter alterum mutuis officiis iuuare contendit, eam adhibere moderationem debet, vt publicæ vtilitati tantum conſulens, omnem priuati commodi ſuſpicionem fugiat. Et quidem a maioribus noſtris accepimus, nullam neque iuſtiorem, neque grauiorem cauſam neceſſitudinis poſſe reperiri, quam publicam muneris ſocietatem. Hanc vero neceſſitudinem inter nos ſic conſtitutam eſſe arbitror, vt nullis (quæ vlla ſuſpecta eſſent) donorum adminiculis egere videam. Quamobrem non dubito, D. V. R. pro ſua pietate ac prudentia æqui boni facturam. Nollem enim hac via mihi præcidi, & Eccleſiæ Dei inſeruiendi, & D. Veſtram R. pro meritis B iuuandi atque ornandi libertatem. Cætera de *Venerabili Canonico Wladiſlauienſi*, diſerto ac fidiſſimo conſiliorum noſtrorum interprete & internuncio, audiet D. Veſtra R. Quæ diu valeat felix. Datum Warſouiæ 15 Auguſti 1577.

Epistola LVIII.

VINCENTIVS EPISCOPVS Montisregalis STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladiſlauienſi.

Monaſteriorum miſeram conditionem ei notificat; fretus autem eius Religionis ſtudio, inuiſendi munus ei imponit.

AVdimus, quod dolentes referimus, in plerisque huius Regni monaſteriis illam, quæ quaſi delapſa de cœlo eſt ad ſanctimoniam, vitæ regulam, fere ab omnibus negligi, ſacras domos olim ſanctiſſimis doctiſſimisque C viris refertas ac diuinarum virtutum alumnas, penè conuelli, fundos ac bona a maioribus per manus tradita (quibus veræ pietatis ac religionis tanquam ſeminarium ali, & ſuſtentari debet) vel venire, vel alienari, vel ad profanos vſus conuerti. Id vero non tam iniuria temporum, quam eorum qui monaſteriis præficiuntur culpa, contingere animaduertimus. Et quanquam hic in Synodo prouinciali nunc celebrata multa pie, ſancte & ſalubriter ſancita ſunt, quibus omnia ad veterem illam regulam examuſſim dirigantur; ea tamen ad optatum finem perduci nequeunt, niſi ſapientum ac præſtantium virorum ope & autoritate executionem habeant. Cum itaque pro noſtro Apoſtolicæ legationis munere in eam rationem incumbamus, id potiſſimum ſtudeamus, vt ipſius prouincialis Synodi canones ac oecumenici Tridentini Concilii præſcripto (quoad eius fieri poteſt) inuiolate ſeruentur, Paternitatem tuam præcipue delegimus, D cui ob ſingularem eius pietatem, eruditionem, & Eccleſiaſticarum rerum vſum, noſtras in re tam præclara & ſalutari conficienda partes tribueremus. Nouimus, quantum ſtudii in tollendis *Wladiſlauienſis* Eccleſiæ tuæ lapſibus poſueris: Nouimus, quantos labores ac ſumptus iam impenderis, impendasque in diem ad puerorum ingenuorum ſcholas erigendas atque ornandas, quantaque humanitate ac benignitate religioſos, doctosque homines ad te allicias, foueas ac ſuſtentes: Nouimus, quantam adhibeas rationem & curam, & diligentiam, vt mores cleri emendes, corrigas, & ad veteris diſciplinæ inſtitutum reuoces. Profecto non dubitamus, quin omnia tuæ Diœceſis Monaſteria (cuiuscunque ordinis illa extiterint) inuiſendi munus ſis non modo libenter

ſuſcepturus, & pie, accurate, ac diligenter executurus, ſed
vt ad aliorum quoque omnium emendationem, aliquando
animum intendas, minime recuſaturus. Nos igitur qui
ad infra ſcripta per Sedis Apoſtolicæ literas (ad quarum
inſertionem non tanemur) plenam habemus poteſta-
tem, Paternitati tuæ munus noſtrum deferentes, commit-
timus, vt monaſteria tam virorum quam mulierum
Prioratus, præpoſituras, & loca regularia quorumuis ordi-
num, etiam mendicantium, etiam exempta, dictæque Se-
di immediate ſubiecta, vel quouis alio priuilegio ſuffulta, eo-
rumque capitula, conuentus, vniuerſitates, collegia &
perſonas tam ſeculares, quam regulares, quam regulares
etiam (vt præfertur) exemptas, & ea quidem intra finis
tuæ Diœceſis tantum exiſtentia, nec non Monaſterium
Clatimontis fratrum S. *Pauli* primi *Eremitæ* ſub regula
S. Auguſtini viuentium in Diœceſi *Cracouienſi* colloca-
tum (quoties tibi videbitur) viſites, atque in illorum ſta-
tum, formam, regulas, inſtitura, regimen, ſtatuta, conſue-
tudinem, vitam, ritus, mores, & diſciplinam, tam coniun-
ctim, quam diuiſim, & tam in capite, quam in membris,
diligenter inquiras, nec non Euangelicæ & Apoſtolicæ do-
ctrinæ, Sacrorumque canonum & generalium conciliorum
decretis, ac ſanctorum Patrum traditionibus atque inſti-
tutis inhærendo, quæcunque mutationa, correctione, e-
mendatione, reuocatione, renouatione, atque etiam ex in-
tegro editione indigere cognoueris, pro re, loco, & tem-
pore, reformes, mutes, corrigas & de nouo etiam condas,
condita ſacris canonibus non repugnantia confirmes, ab-
vſus quoscunque tollas, regulas, inſtitutiones obſeruatio-
nes, & eccleſiaſticam diſciplinam vbicunqua illæ exciderint,
modis aongruis reſtituas, & redintegres, praedicti concilii
Tridentini decreta (vbi nondum introducta ſunt) propo-
nas, & cuſtodienda præcipias, ipſasque perſonas tam ſecu-
lares quàm regulares, etiam exemptas ad debitum & ho-
neſtum vitæ modum reuoces, ac quicquid inde ſtatueris
& ordinaueris, perpetuo obſeruari facias. Ad ea autem
aliaque omnia & ſingula, in præmiſſis quomodolibet ne-
ceſſaria & opportuna, dicendi, gerendi & exequendi, autori-
tate Apoſtolica nobis attributa harum præſentium tenore
plenam & liberam facultatem & poteſtatem eidem paterni
tati tuæ toto legationis noſtro tempore duraturam im-
partimur. Non obſtantibus eorum omnium & ſingulo-
rum priuilegiis, ſub quibuscunqua formulis verborum
conceptis, ac mare magnum appellatis, etiam in ſundatio-
ne obtentis, nec non conſtitutionibus, & regulis etiam iu-
ratis, atque conſuetudinibus vel præſcriptionibus etiam
immemorabilibus, & ſtatutis contrariis quibuscunqua.
Datum Petricouiæ Gneſnenſis Diœceſis. Anno a natiui-
tate Domini 1577. die 25. Menſis Maii, Pontificatus S. D. N.
Gregorii Papæ XIII. Anno ſexto.

Epistola LIX.

MARTINVS CROMERVS
STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi.

Cuius beneuolentiam atque præclara merita laudat.

A Multis equidem annis propenſum Reuerendiſſimæ D.
V. atga me animum perſpexi, & ipſe eam colui &
amaui. Sed tamen hoc tempore magis faui, fateor, R.
D. *Premislienſi Epiſcopo*, vt ad vacantem Epiſcopatum
Wladislauienſem eueheretur, nec mihi defuerunt certe hu-
ius voluntatis & fauoris mei cauſæ, quas hic comme-
morare neceſſe non eſt. Dominationi quidem V.
R. nunc ſatisfactum iri exiſtimabam, ſi ea illi ſucce-
deret cum ſpe vlterioris euectionis. Sed quando aliter
A Deo, cuius arbitrio fiunt omnia, & Regiæ Maieſtati placu-
it, id quoque magnopere gaudeo. Nec ſolum beneuo-
lentia, verum etiam iudicio. Nam iis dotibus ac virtu-
tibus præditam eſſe D. V. R. ſcio, vt ea cum Reipub. &
Patriæ noſtræ communi & vniuerſæ Eccleſiæ multum
opis afferre, tum Eccleſiæ illi imprimis cum digni-
tate & vtilitata præeſſe poſſit. Nec dubito eam, qua
aſt pietate, in eo diligenter elaboraturam eſſe. Pro-
inde & ipſe euectionem iſtam fauoremque Regium, &
Eccleſiæ *Wladislauienſi* talem Epiſcopum gratulor,
quem ſuperiorum temporum cicatrices obducturum eſſe
ſpero & opto. Plura nunc non poſſum; Opto autem, vt
Deus Opt. Max. initiis iſtis, & ipſis R. D. V. conſiliis,
atque conatibus proſperos det ſucceſſus, cuius gratiæ
ma quem diligentiſſima etiam atqua etiam commendo.
Cætera de R. Domino *Archidiacono Gneſnenſi* ea cogno-
B ſcet. Cracouiæ 6. die Iulii 1567.

Epistola LX.

MARTINVS CROMERVS
STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi.

Huius virtutes laudat, & Reipub. curam commendat.

NOn arbitror D. Veſtram R. ex eo genere hominum
eſſe, quos corrumpunt laudes, nec ſinunt exorians
virtutum ac recte factorum german adoleſcere, & ad fru-
gem maturitatemqua peruenire; ſed ax eo potius, in qui-
bus eæ vicem irrigationis obtinent. Vulgatum eſt illud:
Laudata virtus creſcit. Tanto alacrius igitur D. V. R.
bena cœpta proſequi debebit, quanto magis videt piis &
præclaris ſtudiis atque conatibus ſuis laudem apud Deum
& homines, non eſſe defuturam. Dabitque operam, ne
fallat expectationem hominum, quam de ſe ipſa concita-
C uit, & quaſi fideiuſſorem pro ſe dedit recte, pie &
ſapienter fungendi muneris ſui. Nec terreatur occurren-
tibus difficultatibus. Prouehet ac proſperabit conatus,
quos ipſe indidit, Deus. Si modo non in finem nos re-
pellit propter peccata noſtra. Vellem ſuccederet id, quod
D. V. R. per Cancellarium tentaſſe fertur. Nec tamen
prorſus inutilis erit, vt equidem iudico, repulſa. Me qui-
dem opinio non feſellit de ſucceſſu. Inde autem de ſen-
ſu quorundam recte ea coniecturam faciet, quantumnis
verborum in ore natorum ſundatur. Concordiam ego
opto magis, quam ſpero, hoc ſtatu rerum. Fieri tamen
poteſt, vt arma quæ comparari a nonnullis feruntur, eam
concilient, quo facilius pacem ferant. D. Veſtra R. vel
Diœceſi ſuæ peculiariter proſpiciat & conſulat, ſi in com-
mune toti prouinciæ conſuli hoc tempore non poteſt. Ta-
metſi ne hæc quidem adhuc tanquam deplorata deſeren-
da eſt. Hac non ſucceſſit, alia tentandum eſt via. Ha-
D bet D. V. R. deſiderii ſui ſtudiique conſortes alios Epiſco-
pos, quorum ego ſenſus tenere mihi videor. Sed non
omnes duces copiarum eſſe poſſunt, nec primas fabulæ
partes agere. Sed ago vela contraham. Bene valeat D. V.
Reuerendiſſima. Cracouiæ 21. dia Nouembris Anno
1567.

Epistola LXI.

MARTINVS CROMERVS
STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi.

*Mutuis ei in rebus Eccleſiaſticis Conſiliis, vt ipſe petiit, be-
neuolentiam ſuam oſtendit.*

Etſi

ETſi a pumice, quod vulgo dicitur, aquam petit D. V. R. cum conſilium rerum magnarum gerendarum, & vel ad Rempub. noſtram, vel ad Eccleſiam pertinentium a me petit, ipſa abundans conſilio & iudicio; tamen vel inſcitiæ culpam ſubire malo, quam deeſſe pio eius deſiderio, a qua me amari intelligo. itaque alacris vel in mare aquam fero. Prudentiæ D. V. R. eſt, ſtudium, conatum & obſequium boni conſulere, & ſi quid minus rectum, minusue accommodatum temporibus & rationibus ipſius a me proficiſcitur, repudiare. De *Fricio* dixi, quod ſentio. Non modo ob imminentia Comitia, verum poſt ea peracta, dum hic eſt, qui eſt, ſtatus rerum apud nos, cum quod is non ſpondet nobis, facile perfici poſſe aliquid ejusmodi, tum quod non expedit irritare crabrones. Et fieri poteſt, vt liberi ipſius matris, quam patris ſimiliores exiſtant. De ipſo enim exiguam ego ſpem habeo, ne dicam nullam. Pontifici max. vellem fuſius D. V. R, redderet rationem conſilii ſui, ſuis literis potius quam per alium. Neque ita certo promitteret, ſe facturam eſſe, quod jubetur, ſed ita demum, ſi expenſis cauſis, cur id commode fieri non poſſit; nihilominus faciendum id eſſe ſi Sanctitati eius videretur. Habet non diſſimilem cauſam Illuſtriſs. Cardinalis in Diœceſi ſua, executionem autem expeditiorem, ni fallor. Tolerat tamen hominem. Tametſi magiſtratu eum mouit, quo pater eius functus eſt. Nec ſane eadem ratio debet eſſe hæreditariorum ac temporariorum miniſteriorum & miniſtrorum. Quod autem D. V. R. per iſtam occaſionem, quam ego neſciui, ſic *Fricium* admonuit, laudo factum. Deinceps etiam varie ipſum tractet licebit, partim vt pater, partim vt dominus, infundatque in vulnus eius oleum & vinum ſecundum doctrinam Euangelicam, ſine diſputatione tamen. Ad menſam ne adhibeat, propter offenſionem multorum, & vt exiſtimationem ea ſuam tueatur. Quod ad *Seminarium* & *Abbates* attinet, non intelligo, quid D. V. R. ſuo nomine agi velit cum *Pontifice*. Habet ea decreta *Concilii Tridentini*. Habet ex iis poteſtatem delegatæ Sedis Apoſtolicæ in exemptos. Habet etiam exemplom io *Poſnanienſi Dioeceſi*, vt audio. Proinde in Synodo poterit aliquid conſtitui. Sic factum eſt etiam in *Varmienſi Diœceſi*, quanquam præſente Legato *Commendono*. Congreſſus iſte vt ad optatum & publice ſalutarem exitum perducatur, opto adhuc magis quam ſpero. Vt vt autem erit; erit, ni fallor ex re ac dignitate D. Veſtræ R. Datum Cracouiæ 14 Ian. 1568.

EPISTOLA LXII.

MARTINVS CROMERVS STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladiſlavienſi.

Breue apoſtolicum, & tres libros colloquiorum cum gratulatione aliqua mittit.

Studium & obſequium meum ſedulum R. D. V. reuerenter imprimis defero.

ETſi non eſt quod ſcribam nunc D. V. R. a qua reſponſum ad quadrageſimales meas literas vna cum deſcriptione mea Poloniæ expecto; tamen cum *Breue* pontificium a Nuncio Apoſtolico ad D. Veſtram R. tranſmittendum acceperim, non committendum mihi eſſe exiſtimaui, quin vel inanes meas literas ei adiungerem, pro mea erga ipſam obſeruantia. Quamquam non erant eæ prorſus inanes. Continebunt etiam gratulationem. Gratulor itaque D. V. R. talem ſucceſſum conſiliorum, & actionum ſuarum in ouili, quod ex peregre cum aliis magnis & ſapientibus viris, tum ipſi Pontifici max. probantur. Quod ea partim ex hoc Breui illius, partim e benigna conceſſione eorum, quæ ipſa petiuit, a Sede Apoſtolica perſpiciet. Scripſit enim mihi *Ticinius*, facile impetrata eſſe pleraque omnia. Conflabit hoc ipſi, ni fallor, inuidiam apud quoſdam, quibus poſtulata ipſorum negata ſunt, & durius etiam fortaſſe reſponſum eſt. Verum ea inuidia fortiter contemnenda eſt, & magis ac magis incumbendum, vt vltima primis reſpondeant, neque de via decedendum propter ſuperbas & malignas obtrectationes, quibus non iniuſta fortaſſis repulſa & reprehenſione dolor inuſtus continere ſe non poteſt, quin erumpat. Mitto etiam D. V. R. tres primos libros colloquiorum meorum de religione iam excuſos, nondum tamen in vulgus editos. Quartus expectatur, qui in tempore quidem miſſus, tardius tamen ad Typographum peruenit. Nunc excuditur. Vbi ad me peruenerit, percurret etiam ad D. V. R. Interim ea hos boni conſulat, & per otium, ſi videbitur, perlegat. Addo & Breue Apoſtolicum, quod Nuncio huic ad me datum eſt. Bene valeat D. V. R. Crac. die feſto Corporis Chriſti 1568.

EPISTOLA LXIII.

MARTINVS CROMERVS STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladiſlavienſi.

Abſentiam eius a Gedanenſibus dolet, ſub finem felicem pacis concluſionem optat.

EA eſt propenſio voluntatis R. D. V. erga me, idque viciſſim ſtudium meum erga ipſam, & obſeruantia, vt mihi neque interualla locorum, neque peregrinatio neque occupationes obſtare debeant, quo minus ad eam ſcribam, nonnunquam teſtificandi officii mei gratia. Quod quidem ex hoc quaſi exilio iam iterum facio. Feciſſem ſæpius facerem que, ſi D. V. R. Gedanum rurſus perficiendi inchoati negotii publici cauſa veniſſet. Abeſſe eam autem inde, Reipub. cauſa doleo, ipſius vero D. V. R. gratia, non doleo. Nam vt fama hic eſt, & quidem ab exteris ad nos permeans; durius & acerbius nunc ibi agitur, quam vt Reipub. noſtræ expedire, aut benignitati Regis & gentia noſtræ conuenire videatur, quamque ferat tempus eius ciuitatis, aliis incommodis nunc afflictæ; Cuius me miſeret, licet non admodum propenſæ in me. Neque immerito fortaſſis perpetientis ea, quæ patitur. Quid quod non expedit, eam ad deſperationem adduci? Sunt hi qui id moleſte non ferunt, & non modo aures arrigunt; verum etiam diligenter de omnibus ſciſcitantur. Equidem cum non ignotus eſt mihi ſenſus animi D. Veſtræ R. non dubito aliter acturam eam fuiſſe, ſi adfuiſſet, ſi modo vera ſunt, quæ hic feruntur. Quod ad *Elbingam* & res Eccleſiaſticas attinet, nihil ſpero hoc tempore, ne in poſterum quidem multum, niſi Deus aliter Eccleſiæ ſuæ proſpexerit. Quo minus me delectat impoſita mihi in illis oris prouincia. Videor mihi proſpicere tempus illud in *Pruſſia* & *Polonia*; quando locus erit illi Semiſtychio: Et bene qui latuit, bene vixit. Sed eſt mihi adhuc pœnitentiæ locus. Pacificatio hæc noſtra, quorſum ſit euaſura, paucis ſpero diebus ſciemus. Nunc quidem non male de ea ſperamus. Vtinam autem & commodo S. Regis & Reipub. noſtræ pax ea coeat. In quo nos non deſumus officio noſtro. Bene valeat D. V. R. Stetini die 6. Nouemb. 1570.

alii,qui id itidem nullo ſuo periculo facere potuerunt. Præſertim eum oon per tumultum multitudinis res ageretur. Vtut eſt, præſtat tamen ad iſtum modum, quam infectis rebus,diſceſſum eſſe. Multa eſſent ſcribenda ſeu verius reſcribenda; ſed eo me labore leuauit ipſamet D. V. R. quandoquidem excurſuram ſe eſſe ad me pollicetur. Nec fortaſſe deerit occaſio,nempe conſecrandi *R. D. Culmenſis*, cui ſuadeo vt hoc petat à D. V. R. Igitur congreſſi,de iis & omnibus inter nos,conferre poterimus. Illud in præſens prætermittendum non eſt. Synodum inſtitui in iſto quaſi interregno non cenſeo.Actum erit.Recuſandi cauſæ eſſe poſſunt, interdictum Pontificis Max.& ſtatutum quod controuerſiæ inter ſacrum & profanum ordinem, Regis arbitrio componi debent. Nec eſt autem tutum DD. Epiſcopis hoc tempore diutius abeſſe à ſuis diœceſibus. Perueſtigandum eſt autem, num quis ex noſtro ordine ſuggeſſerit hoc conſilium.Reſponſum *Torunenſe*,& ipſe *Cleſeldianum* eſſe arbitror. Mirum eſt autem a primoribus id eſſe approbatum. Sed nullus eſt tam malus liber, ex quo non aliquid boni excerpi poſſit. Sat prudenti. De ſtudio erga ſe meo, non eſt quod mihi gratias agat D. V. R. Merito fit, & mutuum fit. Neque hic ego inuidiam extimeſco. Dat.

Epistola LXVI.

MARTINVS CROMERVS,
STANISLAO CARNCOVIO, Epiſcopo Wladiſlauienſi.

Initio eius inſe beneuolentiam prædicat; poſtea unionem inter diſſidentes de religione imminentem,multis argumentis diſſuadet.

GRatularer D. Veſtræ R. ſucceſſum actionum ſuarum in Conuentu iſto *Warſouienſi* nupero, niſi hoc ipſi eſſet perpetuum, nec aliud expectandum ſit a ſano in Repub. ſenſu, & recto de rebus maximis iudicio, eum præſtanti facundia coniuncto. Quanquam ea nunc ſunt tempora, quibus non omnia recta vulgo probantur,& conſilia ad gratiam magis, quam ad vtilitatem publicam ſolidam inſtituta in conſultationibus requiruntur. Nec tamen eo condimento iſtæ caruêre,quantum ego animaduertere potui. Quod autem me participem ſuæ laudis facit, eſt hoc ipſius eximiæ erga me beneuolentiæ(candoris dicerem,ſi,quod mihi tribuitur agnoſcerem)niſi forte ei præclarum opus acceptum ferendum eſt, qui præſtanti artifici qualemcumque anſam dedit,id arte & ingenio elaborandi. Vellem autem in religionis quoque rebus ſimilem euentum conſilia D. V. R. habuiſſent. Et habuiſſent fortaſſis (niſi me fallunt coniecturæ)ſi actioni illi ea præſto ad extremum fuiſſet. Nam ſi remoto duce,tam nauiter ſe tamen geſſerunt in certamine plerique centuriones & milites, vt non tam darent manus quam cederent tempori; quid factum eſſet ſi quis eis animum ſimul & conſilium addidiſſet? Dux & autor nobis defuit ad victoriam. Ac de principe quidem ego quoque cum D. V. R. ſentio. Idem ſuſpicor, nonnullis ſuperioris temporis,actionibus & ſcriptis, dictisque adductus. De * meliora mihi hactenus pollicebar. Perfricta ſemel frons eſt,vt audio;non adeo tamen opinor,quin aliquid adhuc loci relictum ſit,vel reuerentiæ, vel æmulationi vel timori. Sed præterita corrigenda ſunt potius quam reprehendenda. Corrigi autem poſſe videntur vel irrita fieri ea, quæ quaſi per vim acta ſunt,contra antiquas, & vſu receptas, & regum autoritate approbatas leges, & confœderationes iuratas,nec retractatas, reclamantibus etiam nonnullis Senatorii Ordinis viris, profanis iuxta atque eccleſiaſticis, & nunciis nobilitatis, ita vt coſpiratio ea verius, aduerſus Dominum & Chriſtum eius, quam confœderatio fuiſſe videatur, ſi cui Ordini, aut vtilitati publicæ incommoda eſt aut præiudicat. Quod quidem ita eſſe,non eſt demonſtra- A tu difficile; D. autem Veſtræ R. imo cuiuis non prorſus obtuſos ſenſus habenti perſpicuum. Sed quoniam ea requirit etiam iudicium meum, obtemperabo vt ſoleo, ſaluo meliori ipſius iudicio. Vt *Rex* tueatur pacem inter diſſidentes de religione, iuſtum eſt. Cætera ſuperuacanea & iniqua, quæ ad religionem attinent. Seditiones timentur exemplo aliorum populorum. Recte ſane. Cæterum ſtultum eſt,ea conſiderantes,cauſas illarum (nempe tales pacificationes) non animaduertere, neque exitus perhorreſcere. Fueruntne enim vſquam vllis pacificationibus contenti hæretici? Fortaſſe quamdiu imbecillas habuere vires. Cum autem pacis præſidio ſeſe aliquantulum confirmaſſent,nihil non auſi ſunt,& facta infecta reddiderunt omnia, nec vllum ſibi aduerſarios deprimendi ſtatuêre modum. Et alibi quidem apertius maximo omnium dolore & luctu. In *Germania* gliſcit adhuc malum,nec cauſam ignoramus, cur non erumpat. Theologi quidem,ſeu verius Matæologi eorum, B hoſtiliter inter ſe digladiantes iam claſſicum canunt. Et tamen ibi diuerſæ religiones,non mixtæ, ſed locis, religionibus & dominationibus direptæ ſunt. Luce meridiana clarius eſt, non ibi ſeditiones excitari, ubi iudicia (moderata) exercentur; ſed ubi ea ſilent, & ſacere,ac profiteri cuique, quod libet,licet. Et eas vix vſquam à Catholicis, ſemper autem ab hæreticis excitatas eſſe conſtat,etiam ibi, vbi nulli ſunt Catholici. Cur autem ii,qui negant pœnis vllis quenquam a ſua quæuis impia & abſurda religione reuocandum eſſe,ipſi non modo Catholicos,ſed etiam alios, diuerſum a ſe ſentientes,hæreticos, inter ſe non tolerant? Quod ſi toleraturos ſe promittunt, *Babylonem* certe ædificant confuſionis & omnis impietatis aſylum. Cuius fructus peracerbos vtinam ipſi non breui decerpant, aut vtinam ſoli. Nam quod omnibus paſſim licere volunt, cur non liceat etiam ipſorum ſubditis? Quod ſi fiet,breui ipſis exorientur *Carolſtadii, Munceri, Sartores Reges, Ziſca, Procopii*, & alia C eiuſdem modi audacium & perditorum hominum portenta. Non deerunt ſane *Adamitæ, Picardi, Libertini, Anabaptiſtæ*, concionatores ſeu potius concitatores. Atque adeo *Sacramentarii Heluetii*, qui partim religionis, partim gentis inſtituto, ad pileum vocabunt plebem, laborum & ſeruitutis ferè pertæſam. Noo deerunt ei duces,etiam ex ipſa nobilitate; quemadmodum nec alibi defuerunt. At non abrogatur iſto fœdere dominis poteſtas & iuriſdictio in ſuos ſubditos. Scilicet in aliis cauſis præter religionem. Quid autem ſi contendent improbi, religionem illam eſſe ſuam, non prætextum religionis? Qua fronte autem aut quo iure puniet quis quempiam in ſpiritualibus, cui datur hoc fœdere licentia rerum omnium ſpiritualium, quæ quidem religione continentur? Annon pugnant hæc inter ſe? Annon autem oppreſſio Catholicæ religionis, ſeu verius euerſio omnis religionis quæritur, & ad perennes turbas atque interitum Reipub. iſto ſpecioſo confœderationis titu- D lo via ſternitur? Quid enim obſtabit,quo minus audaces aliquot homines,cuiuſuis ſectæ, templa occupent in ciuitatibus Regiis, inuito vel inſciente Magiſtratu aut reliquo populo? Quid autem quo minus improbus Magiſtratus inuito populo priuatis rationibus ſuis, aut abſurda aliqua hæreſi adductus id faciat,& ſiue Catholicos, ſiue alterius ſectæ hæreticos inde per vim & latrocinium eiiciat? Annon factum id eſt, cum alibi tum in ciuitate inferioris *Germaniæ*, *Munſtero*, & *Antuerpiæ* ni fallor. Laxentur habenæ

Gedani

Gedani Anapabtiſtis, videbimus ſtatim quid futurum ſit. Porro cum petetur a nouo Rege iſtius confœderationis confirmatio, quid aliud agent Catholici, quam tacite religionem ſuam damnabunt, alienas religiones ſuæ æquiparantes, A cum non niſi vnam veram eſſe oporteat? Annon debilitabunt eo facto ſuorum animos, eoque adducent, vt ii nihil intereſſe putent, qua quisque religione, atque adeo num qua præditus ſit? Hic verò ſurſum ac deorſum miſcebuntur omnia. Iam ſi fœdus iſtud eſt, æquabile eſſe debet omnibus, qui ſe eo obſtringunt. Eſtne autem id æquabile, quod Ordini Eccleſiaſtico omnia ſimul in dubio relinquit, ſiue adeò prorſus aufert? Promittitur quidem compoſitio de aliis differentiis in futuris Comitiis; Cur autem non omnia ſimul, aut compoſita, aut ſuſpenſa ſunt? Qualem vero putamus fore illam compoſitionem? Nempe talem, qualis eſt iſta confœderatio, minis & vi extorta. O pietatem & iuſtitiam hominum! qui nunc primum lucem veritatis & Euangelii ſe aſpexiſſe gloriantur. O libertatem inæqualem! quæ verbis iactatur, re euertitur. Quorſum autem ſpectat illud, quod ſequitur: Iudiciorum formam eam ratam eſſe iubemus, quam ſibi quilibet Palatinatus domi conſti- B tuit, aut deinceps conſtituet. Annon ad diſſœderationem (vt ita loquar) magis quam ad confœderationem? Vnire nobis alios contendimus, & nos ipſi inter nos diſſidia alimus? Quin igitur ſemel omnes pariter antiquas leges & receptos mores valere iubemus? & ad priſca illa tempora redimus, vt non ſolum vocitemur, ſed re ipſa quoque ſimus *Sporades*, nullam certam habentes Rempublicam? Quæ ſanè certa & ſtabili iuſtitia & religionis autoritate potiſſimum continetur. Multa prætereo, ne Epiſtolæ modum excedam, & ne memorem monère videar. Quid ergo inquies? Bellumne ciuile paci præferemus? Iſta quidem non pax aut confœderatio, ſed certa ſeruitus eſt, & exterminatio rectæ religionis. Non abnuamus ſane confœderationem: modo ſit ea æquabilis, & antiquis confœderationibus atque ſtatutis non deroget. Id autem ita fiet, vt arbitror, ſi durante interregno, quam quisque de nobilitate, & quæque C ciuitas & communitas nouam religionem (Chriſtianam tamen) publice uſurpauit, & uſurpat, in ea ne perturbetur, nec pœnis vllis obnoxius ſit aut obnoxia, neque viciſſim diuerſæ religionis homines perturbet, nec templa vlla, decimas & prouentus, ad veterem religionem quam Papiſticam vel Romanam nonnulli vocant, & ad Sacerdotes eius antiquitus pertinentia & pertinentes, quispiam per ſe vel per ſuos quouis colore & prætextu, interuertat aut occupet, nouosuè cultus, vel conciones & concionatores ſine autoritate Epiſcopi in iis ipſis templis inſtituat. Cuilibet autem poſtulanti de iniuria ſibi vel Eccleſiæ ſuæ facta, iuſtitiam de ſe, ſuisque ſine fraude, dolo, procraſtinatione adminiſtret. Ne adigat etiam quisquam ſubditos ſuos, multo minus regios aut alienos, ad mutandam publicè veterem religionem. Cæterum Epiſcopis, & aliis Eccleſiaſticis perſonis, in ſubditos ſuos poteſtas & iurisdictio ſua in omnibus ſalua & illibata D maneat. Atque hæc tantiſper rata ſunto, donec nouus Rex regnum adminiſtrare cœperit: ibi tunc quod quisque ex vſu ſibi eſſe iudicauerit, ab eo petat. Bene valeat D. V. R. Heilsbergæ 17 die Februarii 1573.

EPISTOLA LXVII.

MARTINVS CROMERVS,

STANISLAO CARNCOVIO, Epiſcopo Wladislauienſi.

De repudiata confœderatione gaudet, Religionisq; conſtantiam & concordiam ſuadet.

ET Chriſma & Oleum lætitiæ Sacerdos meus à D. V. R. mihi attulit. De vtroque magnas ago gratias. Gaudeo repudiari conſpirationem. Nec tamen ſine metu ſum. Quanto magis eà oppugnatur, tanto magis enitentur aduerſarii, vt rata maneat, aut vt ſuarum partium Regem habeant. Proinde & cautos, & cordatos vos eſſe oportet. Tu ne cede malis, ait ille, ſed contra audentior ito. Valeat in *Stanislao Stanislai* animus, ſed Sbignei fortuna. Non tam deploratæ adhuc res ſunt noſtræ, quam putat amborum ſucceſſor formidoloſus. Cenſuit is quidem ſibi ſolia ficus reſpondens fratribus, ſed fruſtra. Reſumet, ſpero, animum redargutus molliter. Nec tam cauteriatam opinor eſſe conſcientiam, vt ruat in deſperationem. Cæterum vos qui ſpirituales eſtis, ſupportate, & inſtruite huiusmodi in ſpiritu lenitatis. Reuerendiſſimis DD. *Gnesnenſi* & *Plocenſi* gratulor. Eſtisne autem concordes? Cuperem equidem omnes! Elaborandum ſane eſt; alias conſumetis vos inuicem & perdetis patriam, Eccleſiam nequaquam. Eſt enim ea ædificata ſuper firmam petram, ita vt neque venti vlli, neque flumina eam ſubruere queant. Imo tempeſtatibus ea firmatur, & aduerſitatibus creuit. In ſimultatibus iſtis ſiue æmulationibus, ſiue inimicitiis, momenta cauſarum nunc penſitanda non ſunt; ſed re potius demonſtrandum, vter ſapientior, & patriæ religionis amantior ſit. Ceſſiſſe hic, viciſſe erit. Et glorioſius erit, non ſolum apud eos, qui nunc ſunt homines, ſed etiam apud poſteros. Republica tamen & Eccleſia saluis. . . [illegible]i autem velle quempiam, neque pium neque noſtrum. Nec ſcio, an ſine graui incommodo Reipub. hoc tempore id fieri poſſit. Sed de his ſatis. Neque enim dubito de æquitate, humanitate, pietate & prudentia D. V. R. Conſtitutiones Synodales placent mihi. Multa ſunt in eis non vulgaria, & ſermo autem terſus eſt. Heilsbergæ 4 die Aprilis 1573.

EPISTOLA LXVIII.

MARTINVS CROMERVS,

STANISLAO CARNCOVIO, Epiſcopo Wladislauienſi.

Hiſtoriam interregni & electionis petitam recuſat, Regique Henrico aduenienti obuiam ire decernit.

GRatus mihi fuit aduentus *Alberti*, multis & exoptatis ſcripturis onerati. Retentus autem is eſt à me diutius, propterea, quod aliis occupationibus impediebar, quo minus poſſem omnia cum iudicio perlegere, & reſcribere. Quamuis autem nec dum tam cito expectationi D. V. R. ſatisfacere poſſem, non remorabor tamen eam diutius, propè vti ſpero inſtante aduentu *Regio*. Hiſtoriam interregni & electionis non eſt, quod R. D. V. aut quisquam alius à me expectet. Decedit mihi cum acceſſu ætatis in dies magis ac magis vigor animi, memoria, & vires corporis. Quæ vero mecum communicauit D. V. R. ea me magis deterrent, quam incitant, vel adiuuare poſſe videntur. Sic enim ab ea conſcriptus eſt commentarius rerum geſtarum, vt nemo auſurus ſit ei manum apponere, & luculentiore ſtylo perſequi; quod de C. Cæſaris commentariis memoratur. Proinde cenſeo, ne D. V. R. diutius opus hoc ſuum, & fructum laboris ſui honeſtiſſimi patriæ noſtræ & exteris nationibus inuideat. Equidem illud mihi deſumpſi, ſi quem forte næuulum in eo relegendo deprehenderem, eum abraderem, vel curarem. Quod quam exacte præſtem neſcio. Maturandam eſſe autem editionem iudico: nunc enim erit opus acceptius, dum res geſta recens eſt, nec omnibus ſatis nota. Poſſet autem alicunde falſi aliquid obrepere, & in animis

in animis hominum inueterare. Niſi forte inuidiam timet D. Veſtra R. quam ego in edendis annalibus meis non timui: fumo flamma proxima eſt. Regi aduenienti decreui tam procul non prodire obuiam; quandoquidem non at- A tinget *Pruſſiam*. *Poloniam* autem meam mitto ad D.V.R. vt eam ante aduentum eius cum iudicio perlegat, & ſi dignam iudicabit, Regi meo nomine offerat, aut ſi ipſa nolit, familiari meo, quem Cracouiam mittere cogito, in eo non deſit conſilio & ope ſua. Bene valeat D. V. Reuerendiſſima. Heilbergæ 6. Octobris 1573.

Epistola LXIX.

MARTINVS CROMERVS
STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladiſlauienſi.

Apologiam Coadiutoria ſua mittit, Religioniſque ſtudium Epiſcopo ſignificat.

Eſi dedi nuper famulo *D. Coſſi* literas ad D. V. R. tamen cum *Porembium* cognatum & familiarem meum *Cracouiam* mitterem; nolui deeſſe officio meo ſcribendi ad ipſam, ne modo quidem. Vidi Epiſtolam D. V.R. & B Proteſtationem *Plocenſis Nobilitatis* excuſas *Cracouiæ*. Pergratum fuit vtrumque, eiusdem, ni fallor, autoris opus. Mihi inſcriptam eſſe Epiſtolam, non moleſte fero. Potuit tamen ea alicui alii inſcribi, honoratiori me. Sed habet ea ex ſeipſa ſatis commendationis atque dignitatis. Curo hic eam in Germanicam transfundi, quo plurium manibus tractetur, & aliter perſuaſos rectius inſtruat. *Porembio* dedi Epiſtolam ad S. Regem electum, Epiſcopi conuenientem, & excuſantem abſentiam iſtinc meam. Erit in arbitrio D. V. R. per quem eam reddi velit. Quoniam autem de fauore ipſius mihi omnia polliceor; mitto ipſi Apologiam Coadiutoriæ meæ, vt ſit ad manum, ſiquid forte aduerſarii mei mouerint. Tametſi intempeſtiuum id nunc fore arbitror. Suppetent procul dubio D. Veſtræ R. plura & firmiora argumenta, & amici, qui ipſi adſtipulabuntur, nobisque vel in gratiam ipſius non deerunt. Equidem vt C nunquam munus hoc ambiui; ita neque modo magnopere moror. Sed honori tamen & exiſtimationi meæ deeſſe non debeo. Cætera Deo committo, qui quod inſciente me cœpit, quieſcente me facile perficiet, portis inferorũ nec quidquam repugnantibus. *Poloniam* ſub prelum dare cogito in Germania, ſi itidem videtur D. Veſtræ R. Quæ bene valeat. Heilsbergæ 18 die Ianuarii 1574.

Epistola LXX.

MARTINVS CROMERVS
STANISLAO CARNCOVIO, Epiſcopo VVladiſlauienſi.

Orationes legatorum ſibi miſſas reſcribit accepiſſe, ſimulq; Reipubl. periculum auguratur.

Gratæ mihi acciderunt literæ D. V. R. per hunc tabellarium miſſæ. Quibus cognoui, vbinam ea ſit modo, & quo conſilio abſit à Comitiis. Neque inexpectatæ eæ venerunt. Nec tamen attulerunt ſecum faſciculos, quos *Thomas* meus Cracouia ſe ad ipſam miſiſſe mihi ſcripſit. Vbi ii aberrarint, neſcio. Gratæ etiam fuerunt Orationes D Legatorum, pro ſuis Principibus regnum non ſine ingentibus pollicitationibus petentium, & Proteſtatio Ducis *Alanconii*. Nihil horum habebam. Nam ſuffragia Senatorum paulo ante acceperam. Deus bone, qualia & quam diuerſa? Quid expectandum eſt à belua multorum capitum? Quid nobis fiet? præſertim non ceſſantibus Tartaris ac Turcis. Equidem niſi me fallunt coniecturæ, *Piaſtum* regem fore (& quidem vt inſuſpicabilem, vt Sapientis verbo vtar) auguror, aut duos certè per ſummam confuſionem & tumultum. Deus reſpiciat nos, qui ſolus in ſummo diſcrimine poſitos ſeruare poteſt. D. V.R. quod abeſt ac deeſt difficillimis Reipub. temporibus, non dubito ei conſtare rationes ſuas. Voculas quidem hominum vitare vt queat, vereor; Dialogo autem à me miſſo, cogitationes & rationes D. V. R. diſtractas eſſe nollem. Non in hoc quidem eum miſi; ſed vt ſoleo lubens omnia cum D. V. R. communicare. Quod & ipſa viciſſim ad eundem modum facit. Videntur autem collocutores vel non omnia ad amuſſim expendiſſe, vel nonnulla conſulto reticuiſſe. Quid ad nos? Ecce autem, vix hæc ita ſcripſeram, accepi aliud exemplum Epiſtolæ Pal. *Culmenſis* ab eo ipſo Epiſcopo, qua ſcribit is, ab una parte Cæſarem regem eſſe electum, diſſentientibus pluribus. Ac dubitat is, quorſum res euaſura ſit. Nunc euentus conſilium D. V. Reuerendiſſimæ comprobat, quid factura ſit D. V.R. Quæ bene valeat. Heilsbergæ 19 die Decembris 1575.

Epistola LXXI.

MARTINVS CROMERVS
STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladiſlauienſi.

Felicem anni progreſſum optat, ac ipſi quod à Comitiis electionis maxime turbulentis abfuerit, gratulatur.

Tabellarius Cracouienſis, qui mihi literas D. V. R. ante aliquot ſeptimanas attulerat, cum Orationibus Legatorum, an redierit, & ipſi meas viciſſim reddiderit, neſcio. Ægrotauit enim hic, & nec dum ſatis ſanitati reſtitutus, diſceſſit. Quanquam autem nihil nunc habeo, quod ſcribam eidem D. V. R. nec ſcio vbi ea ſit; tamen cum puerum meum mittam *Warſouiam*, quin etiam Cracouiam fortaſſis, non committam, quin eam hac epiſtola mea viſam, & noui huius anni, multorumque deinceps decurſum lætum & proſperum ipſi, pro mea erga ipſum obſeruantia, optem. In rebus non optimis patriæ noſtræ communis delectatur nunc, ni fallor, D. V. R. conſilio ſuo, quod abfuit a comitiis præteritis & Electionibus (ſic enim mihi ſcribere libet) turbulentis. Nec immerito fortaſſe. Verum neſcio annon ſint, qui ipſi occinant illud Euangelicum: Domine, ſi hic fuiſſes, &c. Equidem diuinitus id ita factum eſſe arbitror, vt in pernicioſiſſimo iſto regni diſſidio non deeſſet. Qui cum neutri parti adhæſiſſet, omnibus omnia fieret, & maiore autoritate diſſidentes reconciliaret, hominumque quaſi ventorum atque turbinum flatibus ac reflatibus, vti *Æolus Vergilianus*, moderatus, optatam tranquillitatem Reipub. noſtræ reſtitueret. Hic quidem nunciatur, D. V. R. ad *Piaſtinos* (ſic enim vocantur) ſeſe adiunxiſſe. Expedit, ſi bona opera nauanda eſt Patriæ. Non incommode autem & illud cecidit, quod ii duos potius, quam vnum eligere maluerunt, & ab inſtituto ſuo diſceſſerunt. Bene valeat D. V. R. Heilsbergæ 10 die Ianuarii 1576.

Epistola LXXII.

MARTINVS CROMERVS
STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladiſlauienſi.

Amorem & animi candorem in ſcriptis hactenus exhibitum breuiter excuſat.

EQuidem iudicio errare poſſim. Homo ſum, in amore non fallor. Ab aſſentatione ſemper longiſſime abfui. Proinde nolim exiſtimet D. V. R. me prioribus epiſtolis meis quidquam auribus ſuis dediſſe. Scripſi, quod ſenſi, & ſcripſi incitandi ipſius gratia, quo ea primis ultima attexeret, & Patriæ laboranti opem afferret. An autem id factum ſit, non ipſius, neque meum, qui amore falli poſſum, ſed incorruptæ poſteritatis erit iudicium. Neque in hac parte fauori, vel odio priuato apud quemque bonum virum locum eſſe debere iudico. Sed quiduis aliud agendum fuit, quam fricandum & exacerbandum vulnus peritis & ſapientibus medicis. Verum ego longius, quam par eſt, prouehor. Amor in cauſa eſt. Cum amico amanter & libere, vt ſolitus ſum, loquor. Bene valeat D. V. R. Heilsbergæ 21 die Februarii 1576.

EPISTOLA LXXIII.

MARTINVS CROMERVS
STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi.

Quod ipſe in comitiis fidem Catholicam tam fortiter defenderit, his valde lætatur.

MAgna me voluptate affecit heri Reuerendus D. *Rozrazeuius*, cum ex literis ipſius cognoui, quam grauiter & conſtanter D. V. R. Religionem Catholicam, ſalutemque ac dignitatem Ordinis noſtri Eccleſiaſtici in Senatu & Comitiis primo loco tutata ſit. Nec tamen nouum id mihi accidit, nec iis, puto, qui *Andreiouia* congregati fuerunt, inexpectatum. Spero autem, eos memores fore pollicitationum ſuarum, totius Poloniæ nomine factarum. Quas D. V. R. velut ſponſor & fideiuſſor nobis factus, iure merito ſumma contentione exigere ab ipſis debet. Huc accedit, quod primum ea nunc locum in Senatu tenet, retinebitque, ſpero, niſi forte mauult ei proximum. Mitto, quod cum ea ſuo merito plurimum valeat gratia apud Regiam Maieſtatem, ad gloriam Dei, incolumitatemque eius ordinis, qui eſt firmamentum Reipub. ea potiſſimum vti, eique ne ingratus ſit aduerſus ſingularem Dei erga ſe benignitatem, perſuadere debet, ſi is optat, vt tam felicibus regni ſui initiis ultima reſpondeant. Ipſe enim affirmat: Quicunque honorificauerit me, glorificabo eum; qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Hæc ita mihi profudit non neceſſaria admonitio, ſed gaudium & ſpes rerum bene euenturarum in iſtis comitiis, & ſumma mea erga D. V. R. obſeruantia. Quam diu ſaluam & incolumem eſſe opto. Heilsbergæ 6 die Nouembris 1576.

EPISTOLA LXXIV.

MARTINVS CROMERVS
STANISLAO CARNCOVIO, Epiſcopo Wladislauienſi.

De huius prudentia, confœderationisque retractatione gaudet.

REcte & laudabiliter fecit D. V. R. quod in eam domum, cuius oſtium non patebat, per feneſtram non aſcendit. Non pœnitet eam, credo, conſilii ſui. *Secura* A *mens*, ait Sapiens, *iuge conuiuium.* Sic Deus voluit, cum honore & vtilitate, vt ſpero D. V. R. Diligentibus ſane Deum omnia cooperantur in bonum. Sed de hoc ſatis. Acta Synodi grata mihi acciderunt. Nondum ea legi. Mitto autem viciſſim D. V. R. decreta ſiue conſtitutiones noſtras nuperas. Quod confœderatio impia retractata eſt à vobis, bene factum. Principio obſtandum fuit cum ei, tum nouis iudiciis. Quid autem monſtri parient nobis futura comitia? Nihil equidem cudo nunc. Breuiarium abſolutum eſt, opus non ferax gloriæ. Hiſtoria an recudatur neſcio. Quin credo non recudi. Neque enim Typographus alii Poloniam tradidiſſet, quam prope biennium apud ſe tenuit; ſed hiſtoriæ eam adiunxiſſet. Nihil morarer moram illam, ſi ea tam mendoſe prius edita non fuiſſet. Agenda quid moleſtiæ *Cholino* pepererint, non intelli- B go. Dubito an alteri parti manum admouerint. De rebus *Pruſſicis* nihil eſt quod ſcribam. Incerta omnia ad nos è caſtris perferuntur, quin & finguntur, & in vulgus ſparguntur a male feriatis hominibus, & ſuæ nationi vel clam fauentibus. Vicini mei tolerandi ſunt temporis cauſa. Ego cum meis vix rapinas & alia belli incommoda euitabimus. Bene valeat D. V. R. Heilsbergæ die 20 Iulii 1577.

EPISTOLA LXXV.

VINCENTIVS LAVREVS Epiſcopus Montisregalis, Sedis Apoſtolicæ Nuncius,
STANISLAO CARNCOVIO, Epiſcopo Wladislauienſi.

Verum huius Religionis ſtudium laudat, & vlterius commendat.

C QVod D. Veſtra R. Eccleſiæ ſuæ officii ordinem ad præſcriptum S. Romanæ Eccleſiæ ſeruandum præſcripſerit, libellum viſitationis Eccleſiæ ſuæ ad me miſerit; nihil horum equidem nouum fuit. Quotidianum enim pene mihi eſt, aliquid audire de D. V. R. pietate, deque ingenti in ſacram religionem ſtudio. Sicut neque illud etiam admiror, parem ſe in exequendis Synodi *Petricouienſis* decretis diligentiam ac ſolertiam afferre. Vtinam reliqui omnes Antiſtites hoc exemplo præeuntem collegam imitentur. Meis autem literis D. Præpoſito *Wladislauienſi* datis, D. Veſtram R. vt iiſdem comitiis adeſſet, vehementiſſime ſum cohortatus, monuique (cum ſacroſancta religio propemodum afflicta in maxime religioſo Antiſtite cum bonis omnibus bonam præſidii partem collocet) mea ſponſione S. D. N. & Illuſtriſſ. *Cardinali Varmienſi* facta D pene, vt ad comitia veniret, obligatam eſſe. Quæ quod ea de re nihil ad me ſcripſerit, doleo. Etiam atque etiam hortor & obſecro, vt præſtita a me fide ſe liberare non prætermittat, atque in hoc ſuo Eccleſiæ Dei tuendæ atque amplificandæ curſu, hoc pernecesſario tempore, inſtantibus ipſi Eccleſiæ malis prohibendis, cum perpetua huc nominis laude per tempus accurrat. Quod reliquum eſt, opto D. V. R. bene ac feliciter valere. Datum Warſouiæ die 24 Decembris 1577.

EPISTOLARVM LIBRI PRIMI FINIS.

EPISTO-

EPISTOLARVM VIRORVM ILLVSTRIVM LIBER SECVNDVS.

Epistola I.

MAXIMILANVS II. Imperator Romanorum

STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladiſlauienſi.

Obitum Regis Poloniæ Sigismundi Auguſti lugens, vt in eligendo nouo Rege filiorum ſuorum ratio habeatur & ſuadet & rogat.

PArtim ex Nnnciis noſtris, quos miſeramus ad inuiſendum *Sereniſſimum Regem Poloniæ Sigismundum Auguſtum*, propinquum & conſobrinum noſtrum chariſſimum, quem ægrum eſſe acceperamus, partim ex ipſius Regiæ Maieſtatis literis decimo ſeptimo die Iunii ad nos ſcriptis, eandem ex morbo conualeſcere, priſtinamque ſanitatem recuperare cœpiſſe cognoueramus. Idque nobis ſingularem lætitiam attulerat, quod ſperaremus, Maieſtatem illius, egreſſam Warſouia, ob eam loci mutationem, valetudinem ſuam recreaturam atque confirmaturam eſſe. Poſt paucos deinceps dies, cum ad nos præter opinionem noſtram B triſtiſſimus peruenit illius mortis nuncius, quantum nobis ea mors & obitus Regis, multiplice vinculo propinquitatis nobis, familiæque noſtræ Auſtriacæ coniunctiſſimi atque chariſſimi, luctum & mœrorem attulit, pluribus commemorare nolumus. Id enim aperte videmus, multum eius Regis morte, inclito *Poloniæ Regno*, multum Senatui, nobilitati, omnibusque in vniuerſum ordinibus ac ſubditis, multum & nobis Regnisque ac prouinciis noſtris, vt pote quæ non ſolum bona vicinitate, ſed etiam perpetua charitate mutuo coniuncta fuerant, multum denique Reipub. Chriſtianæ defenſionis ornamentique deceſſiſſe, vt non immerito luctus hic nobis cum R. P. V. & cum omnibus illius regni Ordinibus communis exiſtat. Verum tamen cum omnes, quicunque naſcimur, vniuerſali mortis lege teneamur, eius inprimis meminiſſe Deoque omnipotenti voluntatem noſtram oportet ſubiicere. Cuius C ſanctiſſimo conſilio id placuit, vt Maieſtatis illius Regiæ ſpiritum, exutum iſto corpore, in beatam vitam æternamque patriam cœleſtem vocaret. Proinde ab hoc luctu, etiamſi iuſto ac debito, vt nobis temperemus, diuinæque voluntati acquieſcamus, conuenit. Poſtquam autem res illius regni eo deuenerunt, nihil dubitamus, quin ea præcipoa maximaque cura Dominorum Senatorum, Nobilitatis, omniumque illius clariſſimi Regni Ordinum futura ſit, vt ei Reipub. ſuo *Principe* orbatæ, quam optime prouideatur, bonamque ſpem habemus, eos interim neceſſitudinis noſtræ ac vinculi propinquitatis, quæ nobis cum illius Maieſtate interceſſerat, tum antiquæ dominiorum noſtrorum, cum illius Regni prouinciis coniunctionis, quæ ſemper vtrinque firmiſſime commodiſſimeque colebatur, iuſtam rationem habituros eſſe. Præſertim cum ea res non ſolum nobis Illuſtriſſimisque filiis noſtris decori & ornamento foret; verum etiam illius inclyti Regni, ſimul- D que Regnorum ac prouinciarum ſaluti, tranquillitati, paci & integritati mutuæ, legum quoque priuilegiorum & libertatum omnium Ordinum tam ſpiritualium quam ſecularium conſeruationi: quæ ſi ab alio quoquam, ab *Illuſtriſſimis* profecto *filiis* noſtris ſalua & integra ſeruarentur. His addi poſſunt opitulationes & auxilia, quæ a dominiis noſtris hæreditariis, contra omnem hoſtem & ne- A ceſſitatem, Ordines illius Regni certo ſibi polliceri poſſent. Ea vero maxima cura filiorum noſtrorum ſemper eſſet, vt concordiam & charitatem (quæ omnis dominii vires & firmamenta ſunt maxima) inter Ordines Regni augeant, omnemque nobiſcum, tam in iuſtitia, quam in cæteris actionibus æquabilitatem ſeruent. De R. quoque P. V. id, quod eius officium conuenit, pro eiusdem ſingulari erga nos *Illuſtriſſimosque filios* noſtros beneuolentia, nobis bene pollicemur, propter eius autoritatem, qua inter Senatores omnesque Regni Ordines pollet. Neque dubitamus quicquam quod R. P. V. noſtram & chariſſimorum filiorum noſtrorum cauſam ita commendatam habitura, ſuoque fauore autoritateque adiutura ſit, ne ſpe opinioneque noſtra, quam de illa concepimus, fruſtrati eſſe videamur. De nobis id R. P. V. certo ſibi polliceri poteſt, eam omnem operam, quam nobis hac in re præſtiterit, & B Reip. illi nequaquam damnoſam, & ſibi ipſi non incommodam fore. Pro noſtro enim erga R. P. V. ſtudio & beneuolentia, & pro ſolita erga bene meritos gratia, eiusmodi rationem eiusdem perſonæ ſuo tempore habituri ſumus, vt eam beneuolentiæ declaratæ, operæque in hac noſtra & Illuſtriſſ. filiorum noſtrorum petitione ſumptæ nunquam pœniteat. Cuius negotii Oratores propediem illuc mittere propoſuimus, qui R. P. V. cæterisque Senatoribus & Ordinibus Regni, hanc noſtram rectiſſimam mentem ac petitionem, ſimulque cætera, quæ hanc ad rem pertinent, explicent copioſius. Nunc vero propere de luctu noſtro & hiſce rebus per Reuerendum nobisque dilectum *Martinum Gerſtman* Iuris Doctorem, *Decanum Wratislauienſem* Conſiliariumque noſtrum, R. P. V. ſignificandum putauimus. Cuius etiam verbis vt fidem adhibeat, rogamus. Cætera illis Oratoribus noſtris commendabimus, ex quibus eadem planius R. P. V. cognoſcet. Quod C reſtat, ſtudium & beneuolentiam noſtram Cæſaream eidem R. P. V. clementer offerimus, eamque bene valere quam diutiſſime cupimus. Viennæ 21 Iulii Anno Domini 1572.

Epiatola II.

MAXIMILIANVS II. Imperator Romanorum

STANISLAO CARNCOVIO,

Epiſcopo Wladislauienſi.

Staniſlaum Lezenſcium ad Polonos miſſum, cauſamque filii Erneſti commendat.

REuerende, deuote, ſincere nobis dilecte. Freti Deuotionis Veſtræ in patriam ac Rempub. ſincero ſtudio, nobisque perſuaſum habentes, Deuotionem Veſtram erga nos inclytamque noſtram Auſtriæ domum haud male affectam eſſe, commiſimus præſentium exhibitori, Spectabili & Magnifico ſincere nobis dilecto, *Staniſlao Lezenſcio*, vt noſtro nomine D nonnullis de rebus, ad publicum Regni iſtius bonum & ſalutem pertinentibus, cum Deuotione Veſtra agat, ſimulque noſtrum erga eandem benignum propenſumque animum declaret, vti ex ipſo coram intellectura eſt. Ideoque Deuotionem Veſt. amanter beneuole hortamur & requirimus, vt non modo eidem

Stanislao Lezenſcio plenam in his, quæ noſtris verbis dicturus eſt, fidem præſtare; verum etiam in eum, quo conſilia noſtra omnia tendunt, nouæ Electionis euentum (neque enim aliter quicquam noſtra ex parte agi volumus) ſe in iuuanda noſtra, ac filii noſtri chariſſimi, *Sereniſſimi Erneſti* cauſa, cum Regni iſtius ac Reipub. Chriſtianæ, cuius merito bonis omnibus prima ratio habenda eſt, ſalute & tranquillitate haud dubie coniuncta, talem exhibere velit, vti de ſolita ſua integritate plane confidimus. Nobis viciſſim ſedulo curæ erit, ne Deuotionem Veſtram eius rei vnquam pœniteat. Cætera præfatus *Lezenſcius* eidem referet. Ad quem nos remittentes, Deuotionem Veſtram recte diuque valere cupimus. Datum in Arce noſtra Regia Pragæ die trigeſima Menſis Martii, 1575.

Epistola III.

IOANNES Electus Rex Hungariæ
STANISLAO CARNCOVIO Oratori apud Cæſaream Maieſtatem.

Cauſam pacificationis ei commendat.

REuerende Domine, amice nobis ſincere grateque dilecte, ſalutem & ſelicium quorumcunque ſucceſſum. Miſimus ad D. Veſtram R. vltimam reſolutionem noſtram in cauſa pacificationis & conciliationis inter nos, & *Sacram Cæſaream Maieſtatem & Regiam Rom.* ſub ſigillo & chirographo noſtro editam; eam tamen ipſam volumus apud vos reſeruari, & exemplum tantum inſertorum articulorum *Sacratiſſ. Cæſareæ Maieſtati* & aliis oſtendi, vt ſi forte res finem ſortiri non poterit, apud potentiſſimum Imperatorem benefactorem N. Cl. nobis grauedinem & periculoſam indignationem adferat. Tractabit autem D. V. R. cauſam diligentia, qua poterit, maxima. Id quod facturam illam minime ambigimus. Noſque faciet per hunc *Ioannem Braſſay* Secretarium noſtrum quamprimum de ſtatu rei certiores. Laborum D. V. R. atque curarum non obliviſcemur, ſi diutius viuere licebit. Quam rectiſſime & diutiſſime valere optamus. Dat. in Ciuitate noſtra Alba Iulia 15 Iunii 1564.

Epistola IV.

IOANNES Electus Rex Hungariæ
STANISLAO CARNCOVIO Oratori apud Cæſaream Maieſtatem.

De militum Cæſareorum in Hungaria hoſtilitatibus denuo patratis queritur.

REuerende Domine, amice nobis ſincere dilecte. Salutem & lætorum quorumcunq; optatum ſucceſſum. Cum *Melchiorem Balaſſa* & reliquos Capitaneos ac milites *Sacratiſſimæ Cæſareæ* ac *Regiæ Maieſtatis Romanorum* nouas munitiones erigere, decimarum & contributionum exactiones in ditione noſtra tentare nouaſque occupationes facere conari, & ſimul dominii noſtri *Hungarici* auulſionem a nobis fieri palam videamus, idque ſub induciis, & commiſſariorum vtrinque delectorum tranſactionibus & tractatibus; non poſſumus non tacite nobiſcum reputare, quorſum iſta vergunt. Hic tranſactiones atque iudicia per commiſſarios celebrantur; illinc vero hoſtilia, violentiæ, & graues iniuriæ innouantur. Quæ ſi iuſſu *Sacratiſſ. Cæſareæ & Regiæ Maieſtatis* fiunt, ſummopere miramur. Neque arbitramur incautos ad ea tam abſurda conniuere nos oportere; & tamen temere nihil hinc mouendum ſtatuimus. Itaque eum cauſa noſtra in quo ſtatu exiſtat, aut tanta retardatio egregii *Ioannis Braſſay* Secretarii noſtri, quem in poſthac ante menſem & aliquot dies expediuimus, vnde contingat, non intelligamus, referatque imprimis noſtra, pernoſcere, quid de nobis iſthic agatur, rogamus D. Veſtram R. velit per ipſum *Ioannem Braſſay*, vel ſi is iſthic immorari debebit, per hunc Nobilem *Ioannem Lutozerſcium* cubicularium noſtrum, rerum noſtrarum ſtatum palam ſignificare, vt nos quoque, re cognita, vſibus noſtris & regni noſtri proſpiciamus. D. Veſtra R. fecerit rem gratam & perneceſſariam, oblatiſque occaſionibus fauenter & beneuole reponendam. Quam rectiſſime diutiſſimeque valere optamus. Dat. in Ciuitate noſtra Alba Iulia 21 Iulii 1564.

Epistola V.

SIGISMVNDVS AVGVSTVS Rex Poloniæ
STANISLAO CARNCOVIO, apud Sereniſſ. Romanorum Regem Oratori.

Quod obitum Cæſareæ Maieſtatis parentis notificauerit, agnatiſque illuſtriſſ. ſolatio adfuerit, grata mente accipit.

PRobamus hanc diligentiam D. tuæ, quod nos de obitu S. Cæſareæ Maieſtatis, parentis noſtri deſideratiſſimi, in tempore fecerit certiores. Etſi enim mors Maieſtatis illius non poteſt nobis non acerba exſtere, propter multas & neceſſitudinis noſtræ priuatæ cum Maieſtate eius, & ipſius Chriſtianæ Reipub. cauſas; tamen tempeſtiue nos de ea re factos eſſe certiores, fuit nobis pergratum a D. tua. Exiſtimamus autem, non prætermiſiſſe D. tuam in hoc genere, id quod officii noſtri eſſe intelligit, vt videlicet dolorem noſtrum, quem ex morte atque obitu Maieſtatis illius, tum priuatim cepimus, tum publice, apud Maieſtatis illius liberos omnes, imprimis vero apud *Sereniſſimum Principem Dominum Regem Rom.* teſtatum fecerit, *Maieſtatemque & Maieſtates* eorum in hoc luctu conſolata fuerit. Quem quidem facile ſuſpicari poteſt D. tua, nobis cum ipſis ex æquo pene communem eſſe, nimirum, cum nos quoque non minus quam illi, parentem amiſerimus, non ſolum noſtrum, ſed etiam totius Reipub. Chriſtianæ. Quod ſi forte a D. tua prætermiſſum adhuc eſt; volumus, vt eo officio quamprimum perfungatur diligenter, ac præterea quicquid a nobis proficiſci poterit ad leniendum hunc mœrorem atque adeo orbitatem Maieſtatis & Maieſtatum ſuarum, dicet D. tua nihil nos prætermiſſuros eſſe, quod ad fraternam noſtram erga Maieſtatem & Maieſtates eorum beneuolentiam pertinere vnquam videbitur. Expectaturos etiam, quid is Nuncius, quem inde miſſum venire ad nos intelleximus, quem inde miſſum venire ad nos intelleximus, nobis adferat, vt quicquid Maieſtatem & Maieſtates eorum velle intellexerimus, nobis adferat, id ſummo ſtudio ſuſceptum a nobis, & perfectum eſſe videatur. Datum in Parczow.

Epistola VI.

SIGISMVNDVS AVGVSTVS Rex Poloniæ
STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi.

Correctionem ſibi ab Epiſcopo factam grata mente accepiſſe dicit.

ADmonitionem hanc D. Veſtræ per literas illius ad nos factam, grato animo, vti a Senatore probo, accipimus. Arbitramur enim, eam ex fide ſua erga nos ac debito officii ſui eſſe profectam. Agnoſcimus, nos eſſe

hominem,

hominem, peccato vti & cæteri homines obnoxium, præſeosque noſter ſtatus non paruam aoimi & conſcientiæ noſtræ diſtractionem nobis affert. Cui qua ratione A ſit obuiam eundum, arbitramur, non minus id ad officium Veſtrum, vti Epiſcoporum noſtrorum, pertinere. Quod vero religionis Chriſtianæ ionouàtionem in his Comitiis facere nos conſtituiſſe ſcribit, de eo vti nunquam cogitauimus, ita maiorem nobis inſeruot iniuriam improbi homines, qui nos hoc nomine traducuot. Nec enim ignoramus, quid & nobis conueniat, & quid Deo ac Eccleſiæ ipſius ſanctæ debeamus. Dat.

EPISTOLA VII.

HENRICVS ANDIVM Dux STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi, & ALBERTO LASCIO Palatino Syradienſi.

Literas, quibus ipſi ſignificatum fuit, ſe Regem Poloniæ creatum eſſe, hilariter accepiſſe, ſcribit.

REuerendiſſ. Epiſcope *Wladislauienſis & Pomeraniæ*, & Illuſtris *Alberte Laſci Palatine Syradienſis*. B Maxima voloptate nos affecerunt literæ veſtræ a Nobili & Generoſo *Georgio Hannouio*, ad quintum Calendas Iunias nobis redditæ. Eoque maxime ſingularis & eximia erga nos beneuolentia veſtra, hoc tam felici & fauſto nuocio fuit comprobata; quod frequeotiſſimo Senatorum & Equitum nobiliſſimo conuentu, nos plurimorum tandem ſuffragio & communi pene voto, *Regem Veſtrum* creatum iri exſtimatis. Quo cum vos addduxerit tam honorifica nominis noſtri commendatio, vt veſtræ florentiſſimæ, & bellicoſæ gentis imperio nos dignos cenſueritis; Eos (opinor) qui tales ac tam illuſtres regias dignitates, aliis artibus, quam quæ fortem & generoſum decent Priocipem, auide nimis ambierunt, prudenter eſtis aſpernati. Sæpe etenim ad ſimile imperium diſſimiles admiſit Imperatores male cauta natio. C Sed ſumma hæc dirigit Deus Opt. Cui primum maximas referemus gratias; Vobis deinde, qui ſtudiis officiiſque veſtris, tam bene de nobis eſtis meriti; Poſtremo qoam de nobis expectationem concitaſtis, eam non ſolum ſoſtinere ac tueri, ſed & conceptam augere, nos eo maxime confidimus, quod nobis ducibus, Veſtri Imperii potentiſſimi hoſtes, viribus ac virtute veſtra debellaodi ſint. Quornm andacia nobis imperii Veſtri fines protrahendi, occaſio futura eſt. Cætera quæ ab Epiſcopo Valenciæ & aliis Regiæ Chriſtianiſſimæ Maieſtatis legatis nomine ooſtro ſunt promiſſa, curabimus, ac quam primum *Vaſcones Sclopetarios* ad vos transuehi, vt *Litwanis* præſto eſſe poſſint. Si quid præterea veſtri gratia a nobis requiratur, Oratores Veſtri nos certiores facient. Quorum aduentus magno tenemur deſiderio. Beoe valete, & nos qua cœpiſtis beneuolentia proſequimini. D Datum ex Caſtris Ropellanis pridie Calendas Iunias 1573.

Veſtri amantiſſimus
Andium Dux.

EPISTOLA VIII.

HENRICVS Electus Rex Poloniæ STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi.

Pro Electione in Regem Poloniæ maximas refert gratias.

NOn exiſtimo, me id aſſequi poſſe, vt quam ex veſtra de me in *Poloniæ Regem* facta Electione, lætitiam gloriamque cepi, eam vlla oratione ſatis complecti poſſim. Eſt eoim iſtius a Deo immortali mihi conceſſi, A & a vobis in me collati beneficii magnitudo tanta, propter celebre illud & ad perpetuam memoriam factum in Comitiis veſtrum de nobis iudicium, quo nos tanto Regno digniſſimos iudicaſtis, vt nec gratiam ſatis cumulate vnquam me relaturum affirmare poſſim. Ago tamen & habeo ſummas & maximas, ac quas denique poſſum immortales gratias, precorque, vt id Regnum ex ipſius dignitate & amplitudine, ex noſtra maiorumque noſtrorum feliciſſimorum Principum virtute & maieſtate a nobis id adminiſtretur. Quod nos ita certe perfecturos ſperamus, vt non modo huius electionis vos non pœniteat; ſed etiam victam ſtudio, cura, & felicitate noſtra expectationem veſtram agnoſcatis. Cæterum quanta tibi Reuend. D. dignitas mea fuerit; quod fuerit ſtudium tuum in me ornando & amplificando; quæ vis & facultas orationis tuæ, etſi res ipſa ioquitur, cognoui tamen ex omnium meorum ſermonibus & literis. B Itaque nihil eſt tantum, quod ego non tua cauſa facturus ſim, cum ſtudioſe, tum libenter. Atque vtinam breui illum diem optatiſſimum videre poſſim, quo tibi præſenti, pro tuis erga me ſtudiis, feliciterque poſitis laboribus, meum itidem ſtudium declarare poſſim. Quod vt breui perficiam, meque Regno veſtro aliquando reddam, ita me expedio, vt, quamprimum Legati veſtri adveoerint, proficiſcar, quod & iis literis, quas ad ampliſſimos Poloniæ Ordines per D. *Bazinum* noſtrum *Chriſtianiſſimique Regis* Domini ac fratris noſtri conſiliarium ſcripſi, accurate a me expoſitum eſt, quibus & illos hortor, vt interim dum aduenio firmatis in finibus præſidiis ex ea maxime parte, quæ *Moſcouiam* ſpectat, & domi pace compoſita, res in tuto ab iis retineantur. Cuius rei ſolicitudinem eum tu Reverendiſſ. Domine, pro tibi innato erga C patriam amore, etiam ad te pertinere volueris, facio profecto lobeoter, vt eo nomine plurimum tibi gratuler. Perge itaque, qua cœpiſti in Patriam pietate, religiooe, & ſapientia, & erga nos fide & beneyolentia: nihil florentiſſimo Regno vtilius, nihil mihi gratius accidere poteſt. Vale. Deus te diutiſſime conſeruet. Script. Turonibus 17 Iulii A. D. 1573.

EPISTOLA IX.

HENRICVS Electus Rex Poloniæ STANISLA CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi.

Aduentum eius in Regnum Poloniæ conſtitutum, ſignificat. omnem fidem promittit.

HOc tantum ſtudium Ordinum Regni Poloniæ & magni Ducatus Lituaniæ, quod nos potiſſimum inter cæteros Regem crearint, gratiſſimum oobis eſt. D Cui vt noſtris erga Rempub. Veſtram meritis reſpondeamus, & tantæ de nobis expectationi ſatisfaciamus, operam dabimus. Hunc finem, ad quem omne ſtudium, omoes cogitationes, & actiones noſtras, in Regno gerendo & adminiſtrando dirigamus, cum nobis propoſuerimus, tum vero in iis, quæ ab Oratoribus Chriſtianiſſimi Regis, fratris noſtri, ac noſtris cum Ordinibus, in Comitiis Electionis noſtræ, pacta ac conventa, ac etiam iis, quæ a vobis vtilitatis publicæ cauſa conſtituta ſunt, & nobis nomine omnium veſtrum ab Oratoribus oblata confirmandis & explendis, quo animo erga Regnum Poloniæ ſimus, declarare voluimus. Quibus de rebus pleoius Oratores

veſtros ad vos ſcripſiſſe arbitramur. Si quid vero præterea Ordines a nobis commodi publici cauſa deſiderabunt; id nos, quamprimum in Regnum venerimus, perficiemus. Ad quod vt quamprimum venire poſſimus, quemadmodum ab Oratoribus veſtris admoniti ſumus, omnem diligentiam adhibebimus. Verum cum tempus hucusqua propter tardiorem Oratorum veſtrorum, quibus varia in itinere impedimenta obiecta fuerant, aduentum extractum ſit, & difficoltatem itineris, propter frequentes menſibus hiſce pluuias, moraturam nos iudicemus, non niſi ad 15. Decembris diem aduentum noſtrum ad fines Regni, vobis pro certo polliceri poſſumus. Cum autem *Conuentus Francoſordienſis* nobis iter hinc verſus Poſnaniam per imperii ditiones demonſtrarit, eo recta proficiſcemur. Quæ cum Ita ſint, & iam dies *Coronationis* noſtræ in Comitiis *Electionis* dicta inſtet, poſtulamus, vt Coronatio noſtra, per eos omnes, quibus id moribus ac inſtitutis Regni incumbit, ad 17. Ianuarii differatur. Quam diem, ex ratione noſtri itineris, commodiſſimam fore exiſtimamus, & de qua deſignanda, ad vos a nobis relatum per literas Regibus & Principibus confœderatis cum Regno Poloniæ, quorum legationes velimus intereſſe Coronationi noſtræ, vt hac occaſione, quemadmodum nobis Oratores veſtri conſuluerunt, commode & cum dignitate noſtra ac Regni, tractatus de renouandis fœderibus inchoari poſſint, ſignificauimus. Si quæ tamen cauſa granis impedierit, quo minus dici hæc dies Coronationis noſtræ poſſit, poſtulamus, vt nos de ea, quæ ab Ordinibus dicetur, certiores quamprimum reddatis. Vt nos quoque de illa Regibus & Principibus confœderatis, ad quos ſcripſimus, ſignificare mature poſſimus. Bene valere Siric. Veſtram cupimus. Pariſiis 23 Septembris 1573.

EPISTOLA X.

HENRICVS Electus Rex Poloniæ

STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislanienſi.

Rambouiletum Conſiliarium in Poloniam mittere ſeribit, qui cum Legatis Polonicis transacta referre debet.

ACcipies ea *Nicolao Rambouilleto*, Chriſtianiſſimi Regis fratris noſtri Conſiliario intimo, & cuſtodiarum præfecto, Regiique Ordinis Equite, Ceuomanorum gubernatore, quam ob cauſam cum prius in Poloniam legare cum decreuiſſemus, diutius retinuerimus. Quod nimirum ideo accidit, vt certius ad vos referret de omnibus, quæ nunc cum legatis veſtris facta & transfacta ſunt. In quibus mihi ſatisfactum eſt. Ac valde lætor, nihil amplius ſupereſſe quod profectionem noſtram remoretur, quam omni feſtinatione maturabimus. Eum autem interim, quemadmodum conſtitueram, iſtuc prætermittendum duxi, teſtificandæ ſeparatim meæ erga te voluntatis & beneuolentiæ, ob eximiam operam, quam in me eligendo Rege præſtitiſti. Cuius quidem meriti memoriam, nulla obliuio obliterabit, ſed gratum Principem eo obſequio, te deuinxiſſe experieris, in omnibus quæ ad te pertinere poſthac intellexero: Quemadmodum aa *Rambouileto* plenius intelliges, cui velim fidem perinde ac mihi ipſi habeas. Vale. Pariſiis 25 Septembris Anno Domini 1573.

EPISTOLA XI.

HENRICVS Electus Rex Poloniæ

STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislanienſi, cæterisque SPECTABILIBVS ac MAGNIFICIS DOMINIS.

Polonorum fauori & amori Rex nouus ſe commendat.

A EX literis, quas nobis vir N. *Koſſobucius* a vobis reddidit, & ex mandatis, quæ copioſe & ornate omnium veſtrum nomine nobis expoſuit, facile intelleximus, quanta fide & quam magna cura & ſolicitudine per vos omnia quotidie gerantur, quæ ad ſalutem Reipubl. & dignitatem noſtram Regiam pertinent. Ad ſingula autem illa capita maximi momenti, de quibus ex mandatis veſtris certiores facti ſumus, quæ ſit animi noſtri ſententia, audietis ab eodem *D. Koſſobucio*, quem ad vos remittimus. Cui, vt viro probo, & omnium veſtrum ſtudioſo, intimos animi noſtri ſenſus penitus nudauimus. Interea hortamur vos, vt qua ratione cœpiſtis, eadem pergatis occurrere improborum nonnullorum conatibus, qui patriæ parum amantes, rerum nouarum cupidi, nihil aliud curant, quam tranquillitatem publicam, & quæ optima conſtituta & decreta ſunt, perturbare & perfringere. Sed B prudentia & ſingulari ſapientia veſtra futurum confidimus, vt nihil ſe artibus ſuis & callidis atque occultis conſiliis profeciſſe maleuoli homines, magno cum ipſorum dolore, ſentiant. Vos omnes bene ac feliciter valere cupimus, & Deum precamur. Datum Weiſembourgi oppido Germaniæ 7 Decembris 1573.

EPSSTOLA XII.

HENRICVS Electus Rex Poloniæ

STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislanienſi.

Huius beneuolentiam magnopere laudat, omnemque gratiam promittit.

QVæ in mandatis a R. Paternitate Veſtra ſingulariter habuerat, nobilis vir Dominus *N. Koſſobucius*, ea nobis C diligenter, ſumma fide, copioſe atque ornate expoſuit. Ex quibus hoc vnum inter cætera præcipue intelleximus, nos a R. P. Veſtra vnice amari, diligi, noſtram exiſtimationem ac Regiam dignitatem vobis chariſſimam eſſe, voſque nullum de nobis bene merendi finem facere. Qua ea re magnam & incredibilem prope cepimus voluptatem. Nam cum plurimum interſit in vita humana cui debeas, mihi certe beneficium accipere ab Epiſcopo religioſiſſimo & omni genere doctrinæ atque virtutis præſtantiſſimo, non modo iucundum eſſe debet; verum etiam ad nominis mei gloriam magnopere videtur pertinere. Non loquar ad gratiam: Nec enim debeo. Nec eos viros bonos vnquam putaui, qui ad iſtam artam eſſent eruditi. Dicam igitur hoc ingenue atque ex animi ſententia, multos eſſe in Polonia præclaros viros, quorum multa omnis generis in me beneficia extant; Sed quem D R.P.V. vel meritorum magnitudine, vel officiorum conſtantia, vel omni laude anteponam, habeo profecto neminem. De referenda autem vobis gratia cogitationes omnes dies noctesque lubenter ſuſcipio, ac ſpero futurum aliquando, vt R.P.V. quicquid in me contulerit, ſciat ſein bene memorem & gratum Principem contuliſſe. Quemadmodum præcipue mandauimus eidem *D. Koſſobucio*, vt noſtro nomine amantiſſimis verbis referret R. P. V. Cuius prudentiæ & ſapientiæ omnia noſtra in Polonia negotia commendamus, & quam bene valere cupimus, & a Deo Opt. Max. precamur. Datum Weiſſembourgi oppido Germaniæ 9 Decembr. 1573.

EPISTOLA

Epiſtola XIII.

HENRICVS Electus Rex Poloniæ STANISLAO CARNCOVIO, Epiſcopo Vladiſlauienſi.

Cauſas protracti aduentus ſignificat.

FAcile nobis perſuademus, Status ac Ordines Regni ſuſpenſos eſſe expectatione aduentus noſtri. Cum & ab Oratoribus Regni, ad nos miſſis, ſæpius admoniti fuerimus, & ipſi facile per nos coniicere potuerimus, neceſſitates & pericula Reipublicæ maxime expoſcere, vt nos quamprimum in Regno ſiſtamus. Itaque cum vltra opinionem noſtram, & expectationem veſtram, aduentus noſter extractus ſit, eius rei cauſas vobis communicandas putauimus. Primum igitur in conſtituendis ac ordinandis, tum patrimonii noſtri, tum vniverſi *Regni Galliæ* negotiis, nonnihil temporis conſumpſimus. Cum enim imperium militare, nobis a fratre commiſſum, adminiſtrauerimus; non tam abiicienda eius, nobis adminiſtratio, quod noſtra dignitas, & charitas erga patriam non patiebatur, quam ex ordine reddenda, ac deponenda, & de omnibus frater noſter certior faciendus fuit. Deinde vero morbus noſter, ac matris noſtræ interceſſit. Quæ grauiſſimæ cauſæ, etſi nos non impediſſent; tamen interim dum de ſecuritate ac commoditate tranſitus noſtri, cum *Cæſarea Maieſtate*, ac Principibus Imperii tractabatur, ac nuncii citro vltroq; commeabant, nobis in Gallia expectandum fuit, niſi non neceſſario bello orbem Chriſtianum implicare vellemus. Demum vero cum Chriſtianiſſimus Rex frater noſter, nos euntes in Poloniam proſequeretur, Vitriaci in morbum inciderat. Quod tamen incommodum fratris noſtri, optime de nobis meriti, non plus diebus tribus nos retinuit. Poſtremo cum à fratre, etiam tum decumbente, diſceſſiſſemus, & omni diligentia contenderemus, vt ad diem XV Decembris ad fines Regni, quemadmodum ante vobis ſignificauimus, perueniremus; hoc incommodi accidit, vt peſte infecta vrbe *Keiſerlauter*, & aliis quibusdam locis in itinere verſus *Moguntiam*, quod nobis conuentus *Francofordienſis* demonſtrarat, alio itinere longiore, iter facere *Moguntiam* neceſſe habeamus, & nonnihil in *Lotharingia*, vt nobis *Cæſareæ Maieſtatis* Commiſſarii, ad nos deducendos per imperium miſſi, conſuluerant, interim dum pro nobis, & comitatu noſtro commeatus adminiſtrabatur, ſubſiſtere neceſſe habuerimus. Atque iis quidem ex rebus *Sinc.* Veſtra intelligere poteſt, non leues cauſas, quo minus deſiderio noſtro veniendi quamprimum in Regnum ſatisfaceremus, nos impediiſſe, atque item illud iam nobis ſpem perveniendi mature *Cracouiam* ad Coronationem, ſic ea, quemadmodum ſcripſimus ante ad vos, ad XVII Ianuarii indicta eſt, præciſam eſſe. Qua de re & Sin. Veſtram & alios Regni Conſiliarios, certiores reddere voluimus, facile nobis perſuadentes, cum ſumma veſtra ſtudia, in deferenda ad nos Regia dignitate, cognouerimus, moram non multorum dierum, vltra diem dictam Coronationi, dum noſter aduentus expectatur, vobis non fere moleſtam. Cæterum nuper à Proceribus *Lituaniæ* & *Conuentu Vilnenſi* ad nos ad *Tabernas Alſatas*, literæ allatæ ſunt, quibus nobis ſignificant, *Moſchorum* Principem tribus exercitibus collectis, magnum Ducatum *Lituaniæ* duobus, tertio *Liuoniam* aggredi conſtituiſſe, quod illi *Andreas Taranouius*, internuncius a vobis ex Comitiis Electionis miſſus promiſerit, niſi venerimus ad diem Sancti Martini, vos noua Comitia Electionis, quibus ratio illius haberetur, indicturos. Quo in periculo etſi *Lituanis* non defuturos Ordines Regni ſciamus; tamen ne deſint, & illorum ſaluti conſulant, hortamur. Nos id, quod a nobis petebant, quodque abſentes facere potuimus, fecimus, vt eos pecunia iuuaremus, ac *Ram-*
A *boüileto* mandaremus, vt quadraginta millia Francicorum illis numeret. Cum autem ſciamus, internunciura illum, vltra præſcriptum legationis, Moſcho de nouis comitiis, vt certiores facti ſumus, nunciaſſe; confidimus Ordines Regni, factum hoc illius non laudaturos. A Principibus Imperii & ciuitatibus amice excipimur, & honore afficimur, ſperamusque quod commode & ſine vllo impedimento, hoc iter per Germaniam conficiemus. Bene valere Sinc. Veſtram cupimus. Datum Landaui X Decembris 1573.

Epiſtola XIV.

HENRICVS Electus Rex Poloniæ STANISLAO CARNCOVIO, Epiſcopo Wladiſlauienſi.

Ad conſtantem huius beneuolentiam Rex ſe commendat.

LAudare atque amare non poſſumus diligentiam Veſtram eximiam & ſedulitatem, cum ſumma fide & ſingulari quadam erga nos beneuolentia coniunctam.
B Sic certe vetera officia & merita nobis quotidie augentur & cumulantur, vt verendum nobis ſit, ne magnitudine & amplitudine beneficiorum obruti, nunquam ſatis grati & memores eſſe & videri poſſimus. Verum quia ingenui hominis eſt, (vt quidam recte ait) cui multum debeas, eidem quoque plurimum velle debere; non dubitabimus R. Paternitatem Veſtram hortari, vt qua celeritate & alacritate animi in viam iſtam bene de nobis promerendi ingreſſa eſt, eadem conſtanter pergat incedere, nec vllis laboribus & moleſtiis ab inſtituto curſu ſe reuocari patiatur. Id ita omnino futurum ſperamus & confidimus. Præſertim cum ex literis Veſtris poſterioribus, & ex mandatis, quæ nobis nomine Veſtro ſumma fide expoſuit familiaris Veſter, facile nobis ſit perſpectum, nihil tamen curæ eſſe P. V. quam vt omnia, quæ ad Regiam noſtram dignitatem conſtituendam & ſtabiliendam pertinent, adeo rata & fixa ſint, vt nulla vnquam vi, nulla fraude, nullis denique artibus labefa-
C ctari & conuelli poſſint. Nos autem, prudentiæ Veſtræ & ſapientiæ bene conſcii, non dubitamus, quin omnia Deo iuuante ex animi noſtri ſententia feliciter ſuccedant. Cuius rei laus magna ex parte a vobis profecta in vos redundabit, quemadmodum ad R. V. P. ſcripſimus antea, & nunc ei, qui has literas vobis redditurus eſt, multis verbis ſignificauimus. Huic igitur de nobis apud vos dicenti & mandata noſtra exponenti fidem vt adhibeatis, vehementer rogamus, & a Deo Opt. Max. petimus, vt Sinc. V. diu ſaluam & incolumem tueatur. Datum Steinem 22 Decembris 1573.

Epiſtola XV.

HENRICVS Electus Rex Poloniæ STANISLAO CARNCOVIO, Epiſcopo Vladiſlauienſi.

Rex aduentum in Poloniam his annunciat.

D CUm nobilis & generoſus Vir *D. Sebaſtianus Grabouecius* in Poloniam proficiſceretur, noluimus eum diſcedere ſine noſtris ad vos literis. Etſi nihil nobis plane occurreret ſcribendum præter illud, quo propius ad Regnum noſtrum accedimus, eo nos maiore ſtudio & vehementiori cupiditate teneri, videndæ & amplectendæ R.P. Veſtræ,

cui

Cur tam ſero internuntium ad eos mittat exponit, eique dum ipſe abſit ſollicitam Reip. curam commendat.

MItto ad inclytos Regni noſtri & magni Ducatus *Lituaniæ* Ordines, Iacobum *Faium Deſpeiſſeum* Conſiliarium noſtrum, vt eo internuncio poſſetis deinceps omnia, quæ nobis & Regno noſtro vtilia in mentem vobis venient, libere & frequenter nobis cōmunicare, tantiſper dum a vobis aliquos legatos expectamus. Quid cauſæ ſit, cur tam ſero eum miſerimus, vobis ipſe exponet. Id certe velim vos in animum inducere, iſtud neque negligentia noſtra, neq; malo erga vos animo omiſſum fuiſſe; ſed aliis de cauſis, & præcipue quód itineris noſtri ratio, & eorum, quæ in via negotia ſe obtulerunt, non tulit, vt id celerius facere poſſemus. Hoc ideo dicimus, non tam vt tibi id perſuadeamus, quā vt habeas quod ſubditis noſtris, qui fortaſſe de mora noſtra queri poſſent, reſpondeas. Nam vt concederemus (quod abſit) aliquid hac in parte negligentia noſtra prætermiſſum eſſe, certum habemus, fidem tuam & propenſionem erga nos tantam eſſe, vt tu id ſponte tua erga cæteros ſubditos noſtros excuſares, & curares ne propter id aliquid de ſua erga nos deuotione diminuerent. Hanc ergo fidem, imo maiorem erga nos a te expectamus, non ſolum nobis, ſed etiam vobis vniuerſæq; Reipub. profuturam. Nec enim prudentia tua ignorare potes, quin, ſicut animorū tam mei erga vos, quā veſtri erga me diuiſio, & vobis & nobis nocere maxime poteſt: ita coniunctione eorundem, & dignitati noſtræ, & tranquillitati publicæ veſtræ, & fortaſſe totius orbis Chriſtiani, bene conſultum iri. Si certe nihil aliud, at ſaltem Epiſcopalis dignitas tua te monet, vt huic rei ſedulam naues operam. Quod te certè facturum eſſe confido. Cætera ſcies ex Deſpeiſſeo, cui velim credas vt mihi ipſi. Vale 23 Septembris 1574.

Epistola XX.

HENRICVS Rex Galliarum & Poloniæ STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi.

Monitus de reditu in Poloniam, curam Regni huius etiam ſe abſentem gerere poſſe adſirmat.

PLures eodem prope tempore, à Sinc. Veſtra literas accepimus, ex quibus de perturbato Regni iſtius noſtri ſtatu cognouimus. Et cauſam quidem in profectionem noſtram ad hoc alterum Regnum noſtrum capeſſendum hoc modo neceſſario ſuſceptam reiicere, vt cæteri omnes faciunt, videtur. Monet præterea nos, vt primo quoque tempore iſtuc redeamus, ac difficultates in eo coortas noſtra præſentia componamus. Cauſæ profectionis noſtræ cuiuis, vt arbitramur, iam ſunt notiores, quam vt de iis quicquam a nobis hoc tempore ſcribi debeat. Quin redituri ſimus iſto, cur quiſquam dubitare debeat, cauſam videmus nullam. Cuius rei tempus, etſi a nobis non eſt præſtitutum; non ideo nos, quid nobis agendum ſit, minus conſtitutum habemus, & quid muneris dignitatisque noſtræ ratio poſtulet, ignoramus. Noſtrum eſſe agnoſcimus, iſtius Regni curam, quam maximam poſſumus, gerere, pro vobis, communique totius Reipub. ſalute excubare, vigilare, ne quid detrimenti ſumma rerum capiat prouidere, improborum ac factioſorum hominum conatus reprimere. Hoc agimus, hoc cogitamus vnum, in hoc toti ſumus. Quare veſtrum quoque eſt, veſtris ſtudiis, omni cura, diligentiaque eoſti, vt, quod nos Deo adiuuante efficere conamur, vt ſcilicet pacate, tranquille, ſecure vitam agatis, neque concordia veſtra vllis vnquam profligatorum hominum artibus dirimatur, hoc vos idem agatis, huc veſtra conſilia referatis. Equidem de nobis, deque noſtro in vos omnes amore nullum vnquam dubitandi locum vobis relinquimus, neque vnquam committemus, vt non eos nos A eſſe perſpiciatis, qui & antehac fuimus atque eſſe debemus. Atque hac mente cum ſimus, tantum nobis de diuino fauore gratiaque pollicemur, quantum ipſe in eos Reges ſolet conferre, qui quicquid agunt, ad laudem ipſius, Eccleſiæ conſeruationem, patriæque ſalutem referunt. Nihil itaque agunt, qui ſola improbitate adducti, noſtræ gloriæ inuident, eamque ad alios transferre conantur, quibusque hoc præterea eſt propoſitum, vt Eccleſiam Dei, quacunque ratione poterunt, vexent. Oratoribus veſtris quidnam reſponſi dederimus, Sinc. Veſtra cognoſcet ex R. *Hieronymo* Comite *Rozdrazouio* Præpoſito *Plocenſi* Regnique iſtius noſtri maiori Secretario. Deo commendamus Sinc. Veſtram. Datum Rhemis in felici inauguratione Regni noſtri Galliæ 14 Februarii 1575.

Epistola XXI.

HENRICVS Rex Galliarum & Poloniæ STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi.

B *Clandeſtinum ex Polonia abitum, per legatos ſibi exprobratum, rationibus defendit, & recte de ſe ſentiri nihilque immutari poſtulat.*

PEruenerunt tandem Oratores veſtri ad nos, tardiſſime quidem, & quinto fere menſe à Conuocatione Veſtra *Varſonienſi.* Eos nos humaniter excepimus, libentiſſimeque audiuimus, &, ut tum in itinere noſtro neceſſe fuit, ad vos iterum remiſimus. Alios audimus a *Lituanis* nobis mitti; ſed ii nondum ſunt apud nos. Tam vehemens quidem legatio præter ſpem, atque opinionem noſtram nobis accidit, in qua ſcilicet exiſtimationis noſtræ ratio minor, quam decuit, habita eſt: minor etiam, quam poſtulabat amor, ac beneuolentia noſtra erga Regnum iſtud noſtrum. Cui cum plurimum debeamus, ſine grauiſſima ac pene extrema neceſſitate ab illo recedere non potuimus, vt ex literis noſtris tum publicis, tum priuatis intelligere potuiſtis. At eius rei neminem veſtrum feceramus, fateor, certiorem. Quid mirum? cum vobis omnibus pariter deberemus, aut C noſtrum conſilium omnibus aperire, aut certe nemini. Illud quam periculoſum fuerit, omnes intelligunt. Neceſſario itaque quod à nobis geſtum eſt, ea ratione geri debuit. Accedit huc pietas patriæ, cui exitium impendebat, niſi ei mature eo modo obuiam iſſemus. Quod ſi tantus amor Regni huius noſtri auiti eo nos impulit, quod tamen vt vt ſe res habuiſſet, nunquam non potuit eſſe noſtrum, quo tandem animo nos eſſe cenſetis erga noſtrū iſtud, cui ob ipſius de nobis iudicium, ſingularemque beneuolentiam, nos quodammodo magis deuinctos eſſe agnoſcimus. Non itaque leues exiſtimari debemus, ſi, quod pietas, isque locus, in quo nos Deus, pro ſua benignitate, collocauit, vt faceremus, poſtulauit, id nos, vt noſtrum fuit, præſtitimus. Hortamur itaque Sinc. Veſtram, ne de nobis aliud ſibi perſuaderi patiatur; quam æquum eſt de eo Principe exiſtimari, cui Dei timor, ſalusque ſui Regni ſemper ob oculos verſatur. Reddemus, ut ſperamus, Deo Optimo Max. D debitum, reddemus & iſti Regno de nobis optime merito nobisque chariſſimo. Satisfaciemus vobis omnibus, & conſcientiæ nominique noſtro. Modo Sinc. Veſtra vna cum aliis Regni iſtius noſtri Conſiliariis, de quorum omnium prudentia, & conſtantia, ac in nos amore, & fide nequaquam dubitamus, nos eos eſſe qui ſumus, animum inducat, atque in hanc rem potiſſimum incumbat, ne perditorum hominum nefariis conſiliis Regni iſtius noſtri tranquillitas à ſæ-

vientibus tempeſtatibus exigatur, eoque Reſpub. demittatur, vnde exitus erit nullus. A Deo petimus, vt vobis omni tempore adſit. Bene valeat Sinc. Veſtra. Dat. Rhemis in felici inauguratione Regni noſtri Galliæ 14 Febr. 1575.

Epistola XXII.

STEPHANVS BATHORI, Vaiuoda Tranſſyluaniæ
STANISLAO CARNCOVIO, Epiſcopo Wladislavienſi.

Summam Polonorum erga ſe animorum propenſionem è legatis intellexiſſe dicit, eoſque ad pacis ſtudium adhortatur.

REuerendiſſime Domine, amice nobis honorande: Salutem & beneuolentiæ noſtræ commendationem. Ex Dominis Legatis, à Statibus Ordinibusq; ampliſſimis *Regni Poloniæ, Magnique Ducatus Lituaniæ* huc miſſis, ſummum ſtudium ſummamque animi erga nos eiuſdem propenſionem, intelleximus. Quæ quidem apud nos tanti eſt, quanti ea eſſe debet, quæ videlicet ſponte a clariſſimo viro proficiſcitur, cui pace publica, ſaluteque patriæ nihil antiquius eſt. Optandum eſſet, alios quoque eo pacis ſtudio teneri, ad quod præter alias grauiſſimas cauſas, vel ipſa religio Catholica omnium maxime ſacratos viros excitare debet. Quæ vigente pace effloreſcit, artiumque ſtudia ſeminaria & ornamenta rerumpublicarum excoluntur, cum ex aduerſo, belli tempore exploſis legibus, ſublata item religione, luctu & planctu omnia miſceantur. Quare rogamus D. Veſtram R. ne quidquam remittat de ſuſcepto conſilio; nec moueatur aduerſariorum ſiniſtro iudicio, qui nihil penſi habent, modo legibus antiquis Regni Poloniæ, libertateque Nobilitatis cum ſumma Regni pernicie oppreſſa, id, quod male aggreſſi ſunt, perficere queant. Quin imo tales homines pro ſuo officio ſuaque autoritate bonis rationibus ad concordiam reuocare D. V. R. conabitur. Quare D. V. R. ſummam laudem apud omnes ſibi parabit, noſque hac ſua conſtanti voluntate adeo ſibi deuinciet, vt quum maxime. Porro rebus publicis hic cum Dominis Legatis abſolutis, iisque quæ ad huius Regni incolumitatem & quietem ſpectant procuratis, breui Polonico nos accingemus itineri. Interea bene valere D. V. R. ex animo optamus. Datum in ciuitate noſtra Meggies 1 Februarii 1576.

Epistola XXIII.

STEPHANVS Electus Rex Poloniæ
STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislavienſi.

Beneuolentiam erga ſe grata mente agnoſcit, conſilium de diſtribuendis muneribus probat, & aduentum ſuum, ex quo coronationis dies conſtitui poſſit, intimat.

BInæ nobis redditæ ſunt a Sinc. Veſtra literæ, quarum priores ſummam voluntatis & ſtudii ſui erga Rempub. teſtificationem, alteræ vero præclariſſimum conſilium de diſtribuendis muneribus & honoribus Regni continent. Quod ad priores attinet, dici non poteſt, quam gratiſſimum officium Sinc. V. nobis fuerit, quod ſponte nullaque noſtra antea beneuolentia incitata, ſuam ſententiam in celeberrimo conuentu declarauerit, in eoque reliquis ſe præcipuum ducem præbuerit. Quo quidem ſtudio Sinc. Veſtræ magnam rebus noſtris acceſſionem factam, nutanteſque hominum animos plurimum confirmatos eſſe, vnus ex Legatis Regni nobis copioſe, atque cum ſingulari commemoratione virtutum eiuſdem indicauit. Quapropter eidem gratias agimus maximas: nec vero vel tam noſtra cauſa, quam Reipub. cui Sinc. Veſtra præ cæteris magna cum laude & omnium applauſu conſuluit. Qua ex re merito immortalem gloriam Sinc. V. ſibi apud omnes peperit; maxime autem viros Eccleſiaſticos, quibus defen- A ſa libertate Nobilitatis, procurataque ſalute Reipub. patriam inteſtinis malis Ordinem ſacratum ab imminentibus periculis eripuit. Decet autem Ordinem Eccleſiaſticum omnibus temporibus talem ſe præſtare, vt reliquis cum vita inculpata, tum moribus ſpectatiſſimis antecellat, inque quiete publica ſuam dignitatem & ſalutem ſitam eſſe cogitet. Cuius curam cum iam Sinc. V. in ſe receperit, ac plane perfecerit; hortamur eandem, velit idem ſtudium in conciliandis aliorum hominum animis ſtudiiſque conferre. Porro perplacet Sinc. Veſtræ ſententia, vt alterius epiſtolæ caput breuiter attingamus, de diuidendis honoribus, de quibus nos ante aduentum noſtrum nihil ſtatuere debere ſuaſit. Quod quidem etſi iam antea conſtitueramus facere: tamen libenter ſequemur optimum conſilium eiuſdem, nempe cui de cuiuſque erga Rempubl. meritis probe conſtet. Cæterum Sinc. Veſtra ſibi perſuadeat, nos & ſibi, & in B gratiam eius, fratribuſque propinquiſque ſuis beneuolentiam & gratiam noſtram abunde declaraturos. Quod ad profectionem noſtram in Poloniam attinet, eam ſecunda die Martii ſuſcipiemus. In qua nihil prætermittemus, quod ad celeritatem pertinebit. Porro in Comitiis *Andreouienſibus Coronationi* breuiſſimus erat conſtitutus dies, ad quem iſthuc impoſſibile erat peruenire. Pactis enim octaua die Februarii iureiurando præſtito ſolenniter firmatis, neceſſarium erat in conſtitutionem Regni huius negotiis aliquot dies conſumere, ne ſcilicet per abſentiam noſtram inopinatus aliquis caſus Regnum hoc alioqui diuerſis hoſtibus expoſitum opprimere poſſit. Quin imo etiamſi eodem die pactorum firmatorum iter ingreſſi fuiſſemus; non tamen ad eum diem conſtitutum, propter temporis breuitatem itinerisque longinquitatem, peruenire potuiſſemus. Qua de re commodius Senatus decernere poterit, cum ad fines Regni accedemus, facta temporis computatione diligenti. Be- C ne valere Sinc. Veſtram ex animo optamus. Datum in ciuitate noſtra Alba Iulia 20 Februarii 1576.

Epistola XXIV.

STEPHANVS Rex Poloniæ
STANISLAO CARNCOVIO, Epiſcopo Wladislavienſi.

Ad conuentum Regni Petricouiam ipſum vocat & de conſiliis diſſentientium doceri cupit.

TArdius quam conſtitueramus *Cracouia* diſceſſimus, quod poſt diſceſſum Sinc. Veſtræ nouæ nos difficultates excepiſſent. Qua de cauſa conuentus Regni paulo diutius extractus eſt. Verum omnia demum cum nunciis terreſtribus concluſa & conſtituta ſunt. Cum vero iam in itinere ſimus, & perendie Petricouiam venire conſtituerimus, hortamur Sinceritatem Veſtram, vt nos de rebus & conſiliis eorum, qui adhuc a nobis diſſentiebant, certiores reddat. Nam Sinc. Veſtram ſedulo curaſſe, pro ſua erga nos & Rempub. fide, ac prudentia, vt ea perſpecta & explorata haberet, D plane confidimus. Deinde vero a Sinc. Veſtra poſtulamus, vt ſine vlla mora ad nos *Petricouiam* veniat, vt eius conſiliis de rebus, quas priuſquam proficiſcamur *Petricouia Varſouiam*, perficere in animum induximus vti poſſemus. Nec vero diu illic ſubſiſtere volumus. Itaq; non dubitamus, Sin. Veſtram cunctatione ſua negotia noſtre & Reipub. ac inſtitutum iter noſtrum non moraturam. Bene valeat Sinc. Veſtra. Predborii 3 Iunii 1576. Regni 1.

Epistola XXV.

STEPHANVS Rex Poloniæ

STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladiſlauienſi.

Laudato Epiſcopi ſtudio & fide, Gedanenſes rebelles ad officium redigendos eſſe ſtatuit, quos Oliuenſe monaſterium miſere deuaſtaſſe ſcribit.

BInas eodem tempore a Sinc. Veſtra literas accepimus. Quibus cum conſtantius erga nos ſtudium teſtatur, tum ſuæ erga perſonam noſtram, vniuerſamque Rempub. vigilantiæ ſedolitatisque fidem ac diligentiam abunde declarat. Quæ nobis eo acciderunt iucundiora, quanto ab his, quæ animo noſtro voluimus, minus diſcedere videantur. Etſi enim locorum interualla nos ſeparent conſiliorum tamen atque cogitationum ſimilitudo adeo coniungit, vt non alia quam quæ animo pridem conceperamus literis Sinc. V. exprimantur, a noſtroque Sinc. V. iudicium nihil plane diſcreper. Cuius erga nos, dignitatemque noſtram ſicut ab ingreſſu ipſo in Regnum, præclara eximiaque ſemper extitit voluntas; ita hæc conſiliorum ſolertia perſpicacitateque eam ſe exhiber, vt merito de Sinc. Veſtræ erga nos animo, maiora nobis indies polliceamur. Dolete quidem, tamdiu hoc negotium extractum eſſe, ſatis non poſſumus, nec nobis accidere quicquam optatius potuiſſet, quam ſi ſtatim lenioribus rationibus, vel cum eæ non ſuccedarent, neceſſariis obuiam iri huic malo licuiſſet, quod tum nobis omnia oportuniora, hoſti vero difficiliora fuiſſent. Nunc vero premunt nos variæ difficultates. Deum tamen, exactiſſimum rebellionis omnis vindicem atque vltorem, in cauſa iuſtiſſima nobis non defuturum ſperamus. Non parum itidem præſidii eum in Sinc. Veſtram venturum minime dubitemus, de his vberius agendi coram dabitur oportunitas. *Budzinius*, quem Sinc. V. ad nos miſit, nobis fuit pergratus, & ab eo quæ nos cognoſcere conducebat, libenter intelleximus. Cuius cum erga patriam, tum perſonam pietatis atque fidei quam par eſt gratitudinem declarauimus, & quo ad perpatuo ſibi deuincendam patriam, alacrior & promptior redditus, meliorem operam nobis nauaret, honorario eundem afficere voluimus. Bene valeat Sinc. Veſtra. Datum Bidgoſtii 21 Februarii A. D. 1577.

Poſt ſcriptas accepimus *Gedanenſes* Oliuæ Monaſterium igne ac machinis admotis prorſus diruiſſe, imerfecto etiam vno Sacerdota, & altero ſeruitore Domini Abbatis, tribus ſacerdotibus in captiuitatem abductis, alios nudos & mala mulctatos ac cruentatos reliquerunt. Hæc certe talia ſunt, vt vix ab ipſis Scytis acerbiora ſperari poſſent. Miror tamen adhuc aliquos eſſe, qui nobis benigniſſimi patris filios ſuos caſtigantis, exemplum proponant, culpamque omnem in noſtram (vt ipſi volunt) intempeſtiuam exacerbationem potius, quam improborum ciuium longam temeritatem, altequa conceptum in nomen Polonum odium referaot. Sed vt vt ſint, qui aut liuore aut errore ita labantur, nos tamen non deſperamus da æquiſſima cauſa tum noſtra tum Reipub. dummodo Poloni priſtinæ virtutis memores ac ſuæ Nobilitatis & autoritatis veri æſtimatores eſſe velint &c.

Epistola XXVI.

STEPHANVS Rex Poloniæ

STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladiſlauienſi.

Cum Maioribus Conſiliariis deliberaturus, eosdem Wladislauiam conuocaſſe ſignificat.

CIuitas noſtra *Neuenſis*, dedit nobis ſupplicem libellum, Cuius quæ ſententia ſit, vt planius Sinc. Veſtræ conſtaret, euodem hiſce noſtris literis inſeruimus. Quas etiam idcirco ſcripſimus ad Sinc Veſtram, vt illa quid ſit optimum hac in cauſa facto, ad nos perſcribat, deeoque informet. Videtur & illud Sinc. ſignificandum eſſe, nos, cum pro tempore & cauſa Reip. locum idoneum Conuocationi Maiorum Conſiliariorum, ad 23. Martii neceſſario indicendæ, quæreremus, deſignaſſe ex eorum ſententia, qui locorum opportunitatum erant periti, Wladiſlauienſem Ciuitatem ditionis Sinc. V. Quæ cum cæteris commodis, ad tantum frequentiam tuendam, hæc quoque duo commoda maxima habet, quod & proxima ſit huic prouinciæ, in qua nos intereſt Reipub. cauſa hoc tempore verſari, & alluatur Iſtula ad omnes res neceſſarias, abunde ſuppeditandas flumine opportuno. Hoc idcirco Sinc. V. ſcripſimus, ne illa putet quicquam nos aliud, in hoc conſilio capiendo, quam Reipubl. & neceſſitatem & commodum ſpectaſſe. Qua ex re, ne vllo, aut Sinc. Veſtra, aut eius ſubditi, incommodo afficiantur, prouidebimus. Quippe cum ſtatuerimus, nullum eo militem adducere; ſed eum maioribus tantum Conſiliariis noſtris de Repub. deliberare. Quod ſupereſt, Sinc. Veſtram valere cupimus. Datum Bidgoſtii 16 Febr. 1577.

Epistola XXVII.

STEPHANVS Rex Poloniæ

STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladiſlauienſi.

Gedanenſium contumaciam, parta licet ab ipſis victoria, nondum fractam eſſe, a Tartaris autem quod non admodum timeri debeat, perſcribit.

PLenius & certius iam cognouimus de prælio a noſtris cum Gedanenſibus commiſſo. Victoria diuina benignitate a noſtris eſt parta, ſummo tamen labore & virtute militum noſtrorum, quibus paucis, cum maiori quam quadruplo hoſtium numero, res fuit, & cum bene armato ac tormentis maioribus inſtructo. Si tardabimus, putamus eos ſibi ſupplementa a Ciuitatibus *Anſeaticis* & aliunde comparaturos, vnde de nouo quaſi rem fore gerendam; Si vero celeritate vtamur, breui nos iſtius belli reliquias conficere poſſe. De *Tartarico* periculo cum cogitamus, videmus eos cum habeant equos ſtrigoſos non poſſe ditiones noſtras, niſi ſub meſſem, aut paulo ante inuadere. Præterea etiam credimus, iam a Turcarum Imperatore mandata ad illos de pace ex pactis ſeruanda data. Cuius iniuſſo id factum apparet, ex eo, quod nullus *Bialogrodenſium* & aliorum *Tartarorum* Cæſaris Turcarum in hac excurſione adfuerit. Præterea ſignificatum nobis eſt, venire ad nos a Tartaro legatum. Ita vt ex dilato hoc *Gedanenſi* negocio, propter incertos de Tartaris nuncios, tunc cum verum periculum aderit, ita vt nunc diſtinetemur ancipti periculo nec, *Ruſſiæ* terris auxilium iuſtum ferre poſſemus: Perfecto autem hoc negotio, paucis vt credimus diebus illuc cum numeroſiore exercitu venire poſſemus. Id quod certe Deo volene faciemus, eoque recta contendemus, ac efficiemus, ne is perfidus hoſtis in poſterum noſtris nocere poſſit, ac ſi Deus iuuerit forſaſſe etiam vindictam perfidiæ de illo ſumemus. Facere ſane id enitemur. Nunc vero verſus Gedanum 28 die huius menſis contendemus. Hortamur igitur Sinc. Veſtram vt copias quas nobis promiſit quamprimum mittat. Facturam id Sinc. Veſtram pro ſingulari erga nos obſeruan-

tia confidimus. Quam bene valere cupimus. Datum Warſouiæ 23 Aprilis 1577.

Epistola XXVIII.

STEPHANVS Rex Poloniæ
STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladiſlauienſi.

Vrgentibus rerum difficultatibus, vt in ſubſidium ærarii certa pecuniæ ſumma a clero propediem conficiatur decerni cupit.

De ſinceta ac conſtante S. Veſtræ erga Nos ac Remp. pietate non dubitamus. Scimus etiam Sinc. Veſtram, Senatorem prudentiſſimum & diu in negotiis Reipob. verſatum, optime videre, qui ſit præſens huius Regni ſtatus, quæ, vrgente illie a Tartaris, hinc a perduellibus bello, difficultates. Cum igitur præſenti ope Reſpub. indigeat, hortamur vt Sinc. Veſtra operam det, vt in ſubſidium ærarii non aliqua contributio, quæ & quantum conficeret incertum eſſet, & non niſi longo temporis interuallo exigeretur, ſed certa ſomma pecuniæ, quæ quamprimum nobis repræſenretur, decernatur. Curaturam id ſummo ſtudio S. Veſtam confidimus. Huic vero Sinc. Veſtræ ſtudio Nos quoque pari beneuolentia ſatisfaciemus. Bene dinque valere Sinc. Toam volo. Datum Brodniciæ 11 Mai. 1577.

Circa diſceſſum huius Cubicularii, rediit ad nos Dominus Secretarius maior, qui & literas R. D. V. nobis reddidit, & oretenus omnia retulit. Quemadmodnm aotem ab Initio, ita nunc quoque agnoſco promptum R. D. V. bene merendi ſtudium, omneſque actiones ac conſilia, cum noſtro adeoque Reipub. incremento eſſe coniuncta. Quo nomine D. V. R. grarias agimus, noſtramque gratiam de meliori nota commendamus. Cras Deo duce nos hic mouebimus, & recte *Marienburgum* deſceodemus. Cuperemus enim occaſione vti, antequam nouis copiis aucti animum reſumant.

Epistola XXIX.

STEPHANVS Rex Poloniæ
STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladiſlauienſi.

In oppugnando Gedano quid rei geſtum ſit, ordine narrat.

Etſi in animum induxerimus, Laternam initio expugnare, tamen de noſtra ſententia decedere nos fuit neceſſe, quod nunciaretur nobis de promiſſis quorundam *Gedanenſium*, de redeundo ad officium. Cum ad *Gedanum* acceſſimus, prima die ſtatim ex munirionibus, quæ ſub vrbe erant, hoſtes in vrbem compulimus, tormenta admouimus. Poſtridie *Veierus* longius milliari a noſtris caſtris aduerſum Laternam ex altera ripa *Lenwca*, cum ſuis Germanis ſe collocarat. Inde induciæ a rebellibus impetratæ. Quindecim dies colloquiis conſumpti: nihilo meliores facti rebelles: finitis inducia penultima Iunii fuit velitatio ſub mœnibua: hoſtes nunquam longe a muro elici potuerunt, concurrerunt cum iis tirones pedites Poloni, nihilominus virtute inferiores non erant. Tertia Iulii, negligentiane an proditione excubiarum Germanicarum factum, vt ad *Veteri Stationes* hoſtes ante lucem aduenirent nauibus, priuſquam ab aliis ſentirentur, Germani ſegnius rem geſſerunt, ita vt tormenta quædam ad quatiendam Laternam ad ripam *Lenwca* poſita, præcipitarent in aquam hoſtes. Reſtiterunt pedites Poloni, etſi centum & quinquaginta tantum iſthic eſſent; & ii tirones non beneiuuantibus Germanis repulſi, ſi *Veierus*, vt probus miles, nihil non ageret, omnibuſque periculis ſe exponeret, ac ſuos ad reſiſtendum ſtrenue hoſti adigeret: aduentante poſt in ſubſidium *Generoſo Martino Cazanouio* cum equi-
A tibus haſtatis, hoſtes pulſi ex *ſtatione Veierana*, vt cum trepidantes naues conſcenderent, vna, cum non paucis militibus, ſubmergeretur. Ex noſtris tamen non adeo multi perierunt, ac prorſus haud plures quam hoſtes, vtrinque ad centum cæſi. Inde nos cum videremus illos nulla ratione, quam vi ad officium reduci poſſe, conſilium cepimus, vrbem iam ſerio oppugnare. Qua expugnata, compedes vrbi iniectas, vere aliquis poſſit dicere. Traducimus igitur exercitum ad Laternam per inſulam minorem. Flumen ad *Glouam* in Neringam traiiciemus, Deum orantes vt nobis ac Reipub. adſit. Hodie cum mutaremus caſtra; hoſtes ex vrbe exceſſeraot, ita tamen, vt prope ad ipſas portas ſe continerent: equites triginta qui longius progreſſi erant, vix non a decem tantum in præcipitem fugam acti, quorum vnus occiſus eſt, alter haſta traiectus. Nec pedites potiores fuere. Pedes quidam noſter gregarius turrim ligneam ſuccendit. Quid dein-
B ceps geretur, Sinc. Veſtræ pro occaſine ſignificabimus. Bene valere Veſtram Sinc. cupimus. Datum ex Caſtris noſtris ad Gedanum 15 Iulii 1577.

Epistola XXX.

STEPHANVS Rex Poloniæ
STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladiſlauienſi.

Ad componendas in Pruſſia res vt itineri ſe accingat & Commiſſarii munere fungatur, monet.

Latere Sinc. Veſtram nolumus, nos iam poſt tractatus iſtos, quos nunc cum Oratoribus Germanicis habuimus, in eo eſſe, vt iuxta deliberationem & concluſionem *Wladiſlauienſem* cura *Ducis Pruſſia* & ditionum ipſius Illuſtriſſ. *D. Marchioni* ab *Anſpach* committat, & vt iam ea in re Commiſſarii noſtri in terras illas mittantur, qui
C cum Ordinibus terrarum illarum conferant, & rem ac negotium totum perficiant, & ad debitum effectum deducant. Inter quos Commiſſarios cum Sinc. Veſtram adeſſe quoque cuperemus, non quod illam non ſciamus noſtri & Reipub. cauſa multa hoc tempore non ſuſtinuiſſe, ac maioribns curis & impenſis illam onerari vellemus; ſed quod neminem alium melius ac vtilios negotium hoc obire poſſe exiſtimemus, & pro illius prudentia ac negotiorum iſtorum experientia, qua illam Deus inter alios præcellere voluit. Itaqoe ſi hoc commode ſine magno diſpendio & iactura rerum Sinc. Veſtræ fieri poreſt, hortamnr Sinc. Veſtram noſtri & Reipubl. caoſa, hoc munus Commiſſariale in ſe ſuſcipiat, & in terras illas vna cum aliis ſub finem Octobris deſcendere non grauetnr. Numeroſo comitatu non opus eſſe S. Veſtræ ad iter illud perficiendum exiſtima-
D mus; imo quanto minori ſuorum numero illud abſoluere poterit, vellemus vt id perficiat, vt etiam poſthac eo celerius ad nos in Conuentum Regni, qui fortaſſe ſub illud tempus quoque celebrabitur, redire, ac relationem omnium facere poſſet. Rem vt neceſſariam, ita nobis gratam & toti Reipub. huic perutilem Sinc. Veſtra faciet. Quam bene valere cupimus. Datum Mariæburgi 26 Septembris 1577.

Epistola XXXI.

STEPHANVS Rex Poloniæ
STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladiſlauienſi.

Quis ad Synodum mittendus ſit conſulit, queriturque de Gedanenſium fraude.

GRatiſſimo animo accepimus ea, quæ nobis Sin. tua ſignificauit de concluſa Synodi celebratione. Rem eam exiſtimamus Eccleſiæ DEI, nobis & Reipub. fore vtiliſſimam. Cupimus autem quamprimum ſcire, de die, tempore, ac loco celebrandæ Synodi, vt iſtæ more ac conſuetudine veteri ablegemus Nuncium noſtrum, qui ea cum Ordine Sacro, nomine noſtro communicaturus ſit, quæ illi committemus. Quem autem Sinc. tua cenſeat ablegandum, vtrum perſonam Eccleſiaſticam an vero Secularem, nobis conſilium det, vnus etiam an bini ſint mittendi, cupimus a Sinc. tua cognoſcere. Quæ bene valeat. Datum Bidgoſtii 20 Ianuarii 1577.

Roſenbergus cum certis pacificationis conditionibus *Gedanum* ſub fide remiſſus, vt in oćtiduum re concluſa rediret, fidem fregit, eriſipelatis morbo ſe correptum eſſe mentiens, & quamuis per quendam Syndicum reſponſum reportari promittat, tamen nemo non videt, omnes eorum aćtiones vanas & fraudulentas, ad extrahendum ſaltem tempus eſſe accommodatas.

Epistola XXXII.

IOANNES III. Suecorum Rex

STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi.

Oratorem ſuum ad Senatum & Ordines Poloniæ Lithuaniaque miſſum commendas.

Salutem, beneuolentiam, ſingularem benignam noſtram propenſionem. Reuerende, ſincere nobis dilećte. Certis noſtris in negociis ad vniuerſos Regni Poloniæ, Magni Ducatus Lituaniæ, Senatores & Conſiliarios fidelem hunc noſtrum *Nobilem Andream Lorichium* ablegantes, ei mandauimus, vt noſtro nomine vobis ſalutem plurimam impartiret, oſtenderetque noſtrum in vos animum, voluntatem & ſtudium, de quo cum frequentibus ipſius literis, tum accurata fidelis noſtri ſeruitoris *Laurentii Rilſcii* iſthinc ad nos redeuntis relatione, certiores facti ſumus, imprimis gratum eſſe, eaque omnia vt bene poſuiſſe vos ſentiatis effećturos. Alia etiam nonnulla vobiſcum communicanda ei adiunximus, quibus in omnibus ei vt fidem indubiam habeatis, noſtraque negotia autoritate & opera veſtra promoueatis benigne poſtulamus. Bene ac feliciter valete. Ex arce noſtra Stegeburgo 26 Iulii 1572.

Epistola XXXIII.

IOANNES III Suecorum Rex

STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi.

Vt negotium ſuum promouere & ex voto tandem perficiendum curare velit, magnopere rogat.

SAlutem & ſingularem noſtram beneuolentiam. Magnifice nobis imprimis dilećte. Vtrumque Magnificentiæ V. notum eſſe non dubitamus, & quibus in rebus, apud inclyti Poloniæ Regni, Magnique Lituaniæ Ducatus, Senatum & Ordines, aliquot iam annos magnis noſtris impenſis agimus, & quid reſponſi hactenus ab eis tulerimus. Poſtulamus non niſi quæ noſtra ſunt, & quæ ad nos chariſſimamque coniugem noſtram iure pertinent. Sed nequicquam agimus. Semper enim nouæ excuſationes, forte temporis tantum trahendi cauſa, afferuntur. Quod cum in magnum noſtrum præiudicium, rerumque noſtrarum incommodum cedat, a Magnificentia Veſtra, de cuius in nos ſingulari voluntate ac ſtudio, vt optima quæque nobis polliceamur, cum multa iubent, tum fidelis nobis dilecti in Polonia Oratoris noſtri *Andreæ Lorichii* ad nos diligenter perſcriptæ literæ plurimum nos confirmant, magnopere petimus, vt qua eſt prudentia, integritate & dexteritate, negocia noſtra, de quibus etiam ad Senatum Ordinesque Regni Poloniæ ac Magni Ducatus Lituaniæ ſcribimus, quæque dićto Oratori noſtro explicanda & conficienda in mandatis dedimus, faciliora reddere velit. Quod Magnificentiæ veſtræ nobis commodatum officium apud nos, in earum rerum erit numero, quæ nobis gratiſſimæ ſunt, noſque nihil magis velle, quam occaſionem nobis dari propenſum & beneuolum animum Magnificentiæ Veſtræ viciſſim declarandi, certo ſibi Magnificentia veſtra perſuadeat, magnopere rogamus. Eandem recte & feliciter valere cupientes. Ex R. noſtra Stockholmia pridie Calendas Auguſti 1574.

Epistola XXXIV.

ANNA Infans Poloniæ

STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi.

Officia ſibi & Reipublicæ præſtita ſummis mactat laudibus.

INtelleximus ea omnia, quæ verbis P. V. & per literas, & per familiarem ſuum ſignificauit. Illud etiam perſpećtum & exploratum habemus, quod, vt antea ſemper, ita & nunc, P. V. commodis Reipub. ſtudet, ac erga nos eam animi propenſionem gerit, quæ optimo grauiſſimo Senatori tutorique noſtro conuenit. Quæ omnia a P. V. grato animo accipimus, & conſilium eiuſdem prudens ac ſaluberrimum amplećtimur, ſeduloque a Deo precamur, vt omnia Reipub. negotia ita moderetur, quo ad laudem & gloriam nominis ſui & huius afflićtæ Reipub. incolumitatem cedant. Certo nobis perſuadentes, P. V. eo animo erga Rempub. affećtam eſſe, vt nihil magis optet, atque illius ſalutem & tranquillitatem. Quam quidem ſi vnquam alias conſilio ſuo iuuit, nunc certe dum eam fluctuari & de ſalute periclitari videt, eo maiore conatu, ab interitu vindicare debebit. A Deo Opt. Max. mercedem laborum & meritorum ſuorum relatura. Datum Warſouiæ 20 Decemb. 1575.

Epistola XXXV.

ANNA Infans Poloniæ

STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi.

Eundem, quem in prioribus literis, fauorem & æſtimium teſtatur.

SAtis abunde intelleximus ex literis P. V. vigilantem curam ac præclaras cogitationes, conatus, & conſilia de ſalute Reipub. quæ, vti optimum & prudentiſſimum Senatorem, patriæque iſtius amatorem decet, per R. P. V. inchoata & ſuſcepta ſunt. Quo nomine a Deo ſingulare præmium, ab hominibus vero immortale nomen referet. Nos in Dei nomine omnia ex ſententia & arbitrio P. V. facimus. Vtinam hoc cedat ad iſtius Regni & omnium noſtrum incolumitatem! Quod attinet illum hominem, quem P. V. conuenerat, quandoquidem ille nullum locum rationibus ac perſuaſionibus P. V. optimi grauiſſimique Senatoris dedit, veremur vt ſcripta quoque noſtra grauius pondus ſint habitura. Datum Warſouiæ 18 Febr. 1576.

Epistola XXXVI.

SOPHIA Infans Poloniæ, Brunſuicenſis Dux

STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi.

Rege Fratre defuncto, vt Iagellonidum memoriam & famam tueatur, Annæ vero ſororis pupillæ curam ſuſcipiat, humaniſſime rogat & vrget.

ARcano quodam prouidentiæ diuinæ conſilio accidiſſe arbitramur, quod in tanto tamque acerbo luctu noſtro, hoc infortunium aduerſæ valetudinis grauiſſimique morbi, quo totum hunc quadrantem anni detinemur, diuinitus nobis acceſſerit, cuius morbi atrocitas cum alia multa commoda, tum id quoque, quod pro ſingulari ſolatio reputamus, per vim prorſus nobis eripuit. Propoſueramus enim hiſce temporibus ad vos amicos noſtros, communemque noſtram patriam venire; ſed neque id facere, neque Sereniſſ. Regis in Chriſto mortui corpus videre, nequa pauperculam illam deſertamque pupillam Reginulam ſororem noſtram chariſſimam inuiſere poſſumus. Id quoniam Dei Opt. Max. in cuius poteſtate ſua ſunt vniuerſa, voluntate accidit, quicquid ab illius ſanctiſſimo arbitrio proficiſcitur, æquo animo accipere conuenit, cum ea ſpe quod ille clementiſſimus Pater nos aliquando in his aliisque mœroribus conſolaturus, valetudinemque meliorem & facultatem iſtuc quam primum veniendi nobis daturus ſit. Non dubitamus ergo & impræſentiarum ea de cauſa nos apud gentem veſtram excuſatos fore, & in poſterum, ſi, quod optamus, diuina clementia nobis conceſſerit, tali animo & alacritate a vobis omnibus ſuſcipiendos, qualem per literas nobis amice promiſiſtis, & qualis merito conuenit magni Regis ſorori & illius præſtantiſſimi Regis filiæ, ei denique homini qui commodo & honeſtate huius Reipub. Polonæ nihil habet neque carius neque antiquius. In illa enim & natæ & educatæ ſumus: atque ita in omnibus nos geſſimus, ſicut tanti Regis filias decebat. Quod autem *Iagellonia* familia regnum apud vos vltra ducentos annos cum ſumma laude geſſit, plurimumque vobis & maioribus veſtris commodauit, æquum eſſe videtur, vt nos quoque honeſta eiusdem poſteritas, debitam gratiam, beneuolentiam, iuſtitiamque a vobis referamus. Et quemadmodum maiores noſtri nunquam ſinceram conſtantiſſimamque fidem maiorum veſtrorum deſiderarunt, ipſeque Sereniſſ. Rex Dominus & Frater noſter clementiſſimus, eadem de vobis Senatoribus ac tota nobiliſſima Gente Polona, ſpe, fiduciaque concepta vitam ſuam obſignauit; ita nos quoque non aliud quicquam nobis de vobis omnibus pollicemur. Quoniam vero præcipua noſtra ſollicitudo eſt de *Illuſtriſſ. Reginula Anna* ſorore noſtra chariſſima, inopem illam, miſerabilem deſertamque pupillam & infelicem puellam, cuinam alii poſt Deum immortalem commendemus conuenientius, quam prudenti conſilio, beneuolentiæ, curæ auxilioque R. P. V. neſcimus. Quamobrem petimus, vt tu, Reuerendiſſime Pater, autoritate prudentiaque tua, vt pote qui e præcipuis Senatoribus Regni vnus es, id cures ac efficias, ne iuſtitia noſtra, quæ iam pluribus populis & regionibus notior futura eſt, in vlla re detrimentum patiatur, atque vt extremæ voluntati *Sereniſſimi Fratris* noſtri ſatisfiat. Hoc enim cum apud omnes nationes firmiſſimum ſanctiſſimumque ſemper habeatur, etiam apud *clariſſimam nobiliſſimamque gentem Polonorum*, ſuam dignitatem, integritatemque habiturum eſſe credimus. Et quemadmodum Polona gens aliis plerisque virtutibus ac officiis facile quaslibet nationes æquat aut ſuperat; ita & in hoc actu, quem plurimi hominum ſpectant & exitum eius præſtolantur, non aliam ſe nobis, vt ſperamus, declaratura eſt. Itaque R. P. V. memor erit procul dubio Dei omnipotentis, & eius iuſtitiæ, ſimulque beneficiorum, quæ vel *Sereniſſ. Rex* Dominus Frater noſter in eandem R. P. V. vel piæ ſanctæque memoriæ Parens noſter in eiusdem patruum olim contulit. Proinde non permittet inprimis ingratis ac impiis hominibus Regis Dominique ſui, Chriſtique Diuini iam defuncti famam & nomen bonum ſcriptis verbisue laceſſere aut proſcindere. Deinde inopem illam Reginulam ſingulariter commendatam habebit, eiusque rebus ita conſulet, vt quisque agnoſcat nequaquam apud R. P. V. memoriam & obſeruantiam *Sereniſſ. Regis* Domini & Patroni, ſimulque familiæ noſtræ præclariſſimorum maiorum eſſe mortuam. Maximam enim ſpem in Deo Opt. Max. reponimus, quod nos illorum poſteritatem neutiquam a ſua clementia prouidentiaque ſit reiecturus. Ille quemadmodum pupillorum patronus eſt optimus, ita & hanc R. P. V. curam, benignitate ſua rependet cumulatiſſime. Nos quoque pro ea beneuolentia, ope, conſilior, cæterisque beneficiis omnibus, quæcunque vel ſorori noſtræ chariſſimæ, vel rebus noſtris R. P. V. præſtiterit, eiusmodi gratiam & compenſationem eidem eiusque familiæ promittimos, vt eum facti nunquam merito pœniteat. Quod autem antea & maturius ad R.P.V. non ſcripſerimus, ne nobis vitio vertat, rogamus. Varii enim multique rumores huc ad nos adferebantur, quaſi hoc facere minime liceret, & quid hoc nomine cæteri præſtantiſſimi Principes Chriſtiani perpeterentur. Manu quoque noſtra quod non ſcribimus, ne R. P. V. ægre ferat petimus, morbi enim vis obſtitit. Vtinam R. P. V. diu ac feliciter valeat. Datum in Arce noſtra Schoningenſi 3 Aprilis 1577.

Epistola XXXVII.

CHRISTOPHORVS BATHORI Vaiuoda Tranſyluaniæ.

STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi.

Eius & Reipublicæ Polonæ ſtudium in ſe plurimi faciens, aſſiduo literarum commercio frui optat.

LIteras R. D. Veſtræ, beneuolentiæ & humanitatis plenas accepimus. Etſi autem & in officio Coronationis, & aliis quam plurimis & maximis rebus *Sereniſſimo Regi Poloniæ* fratri noſtro obſeruandiſſimo, ſumma fide præſtitis, perſpecta nobis iam pridem eſt virtus & laus ſumma D. V. R. tamen quia nihil etiam nunc remittit, imo in eodem ſtadio alacrius currit, D. V. R. dignam arbitror eius laudem etiam ad ſummam poſteritatem tranſmitti. Vtinam ſicuti animo conceptum habemus, ita liceret noſtrum amorem noſtramque voluntatem coram declarare, & iucundiſſimo conſpectu & conſuetudine illorum perfrui, qui ſuperioribus temporibus, perturbatum Regni illius ſtatum ſapientiſſimo ſuo conſilio, in tranquillum vt reſtitueretur, duces ſe præbuerunt. Cuius nunc optatiſſimo fructu perfruuntur.

mur. Coram quidem eiuſmodi ho:nines, ſi poſſiblle eſſet, videre percuperem, & eorum iucundiſſima conſuetudine frui: Sed cum id negatum ſit, hoc tantum rogo, vt per literas amicitiam mutuam, cuius veriſſimas & grauiſſimas cauſas habemus, colere ne prætermittamus. Qui enim Patriæ ſalutem amant, & *Sereniſſimo Regi Poloniæ* fratri noſtro obſeruandiſſimo, fidelitatem in omnibus præſtant, illi ſunt mei amici, illos loco fratris colo, ac inter alios R. D. V. me commendatum eſſe cupio. Ad nos quod attinet, Dei Opt. Max. clementia, & bona fruimur valetudine, & pacatum quietumque Regni ſtatum habemus. D. V. R. cupimus quam optime & diutiſſime valere. Datum Albæ Iuliæ die 24 Iulii Anno Domini 1576.

EPISTOLA XXXVIII.

ALPHONSVS Dux Ferrariæ
STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi.
Viros nobiles ad eum ſalutandum miſerit.

REuerendiſſime Domine in Chriſto Pater. Equiti *Guirino, Alexandro Baranſonio*, ac *Aſcanio Giraldino* Nobilibus meis præcipue mandaui, vt D. T. meo nomine inuiſerent, eamque certiorem redderent, de ſingulari mea erga illam beneuolentia, deque non medioeri deſiderio, quo teneor D. T. R. quacunque occaſione ſummam voluntatis meæ propenſionem ſignificandi. Quo officio quia illi diligenter, vt confido, perfungentur. D. T. R. rogo, vt verbis illorum plenam fidem adhibeat, precorque Deum Optimum Maximum, vt eandem felicem conſeruet. Datum Ferrariæ Nonis Octobris 1575.

EPISTOLA XXXIX.

ALBERTVS FRIDERICVS, Marchio Brandenburgenſis, Dux Pruſſiæ
STANISLAO CARNCOVIO, Epiſcopo Wladiſlauienſi.
Regis mortem luget, ad maturandam nouam electionem hortatur, & vt ipſe a comitiis ne excludatur, petit.

OFficia noſtra amica, & quicquid grati præſtare poſſumus, Reuerende in Chriſto Pater, amice nobis perchare. Maxima animi perturbatione (proh dolor) cognouimus, *Sacram Regiam Maieſtatem Poloniæ* &c. Dominum noſtrum Clementiſſimum & conſanguineum, parentis chariſſimi loco ſemper habitum, *Kniſchinii* die huius menſis VII, ſecunda hora pomeridiana ex hac vita diſceſſiſſe. Qui nuncius non propterea tantum perquam acerbus nobis accidit, ac mœrore incredibili nos perculit, quod hac nondum ſatis matura aut confirmata ætate noſtra, Regem, Patronum, conſanguineum ac parentem ſimul amiſerimus longe clementiſſimum ac beneficentiſſimum, cuius protectione, patrocinio, ope & conſilio nos nunc intempeſtiue, plane deſtitutos eſſe intelligimus, verum ob hoc vel multo magis, quod hic Maieſtatis illius Regiæ ex hac vita diſceſſus in tempus inciderit longe periculoſiſſimum, turbarumque ac motuum plenisſimum. Neque enim, quæ pericula inclyto Poloniæ Regno non a Chriſtiani tantum nominis hoſtibus, verum ab aliis quoque finitimis ac vicinis gentibus impendeant, ignari ſumus. Merito igitur Deum quantis poſſumus precibus ſuppliciter inuocamus, vt is tantæ amplitudinis Regnum cum omnibus terris illi incorporatis in diuinam protectionem ſuam clementer velit ſuſcipere, atque id aduerſus quæcunque pericula & quoſcunque Satanæ ac mundi furores ad diuini ſui nominis gloriam perpetuo integrum ac florens conſeruare, maximeque inclyti Regni Ordinibus fraternam ac diuturnam concordiam, in qua ſola omnis ſalutis ac tranquillitatis publicæ retinendæ ſpes cooſiſtere videtur, pro diuina ſua benignitate largiri. Quam ad rem cum nihil magis ſit neceſſarium, nihilque præſtabilius, A quam vt in defuncti Regis locum Rex nouus, cum Chriſtianæ fidei profeſſione, tum rerum gerendarum vſu ac dexteritate tanto faſtigio quam digniſſimus, communibus Ordinum Regni ſuffragiis, ſecundum ſtatuta Regni quamprimum ſufficiatur: Idcirco Reuerendiſſ. P. Veſtram, quæ inter Proceres Regni autoritate, conſilioque plurimum pollet, perquam amanter rogamus, vt pro ſua qua Regno Poloniæ deuincta eſt fide, in hanc curam toto corpore ac animo velit incumbere, vt ne legitima ac ordinaria electio noui Regis, qui Chriſtianam religionem profiteatur, cæteris virtutibus, quæ in tanto Rege merito requiruntur, probe ſit inſtructus, diutius extrahatur, cumque penes Reuerendiſſ. *D. Archiepiſcopum Gneſnenſem*, veluti totius Regni Primatem, conuocandorum hanc ad rem Ordinum poteſtas ſit, pari ſtudio R. P. V. petimus, vt maturam Ordinum conuocationem autoritate, apud R. illius Pat. velit vrgere, atque non minus hoc etiam efficere, ne B nos ab Electione, in qua non minus quam in cæteris generalibus Regni conſultationibus ac conſeſſibus locus ſuffragiumque noſtrum ex pactis perpetuis nobis competit, excludamur. Quod vti omnino futurum confidimus, ita viciſſim pro virili operam noſtram recipimus, vt quicquid in nobis eſt ingenii, induſtriæ, iudicii atque conſilii (quod quidem exiguum eſſe ingenue fatemur) id totum ad publicum inclyti Regni ſalutem tranquillitatemque inſtaurandam ſtabiliendamque conferimus, ac tam R. P. Veſtræ quam vniuerſis Regni Ordinibus faciamus teſtatum, ſtudio Rempub. iuuando nos flagrare mirifico, ac neutiquam commiſſuros, vt eorum quæ in cliente & beneficiario fideliſſimo & amico ac fratre coniunctiſſimo merito requiruntur, quicquam iure vnquam poſſit deſiderari. Quod reliquum eſt, R. P. Veſtram, de qua nobis optima quæque liberaliter pollicemur, quamque animo plane fraterno & beneuolentia complectimur ſingulari, diu quam rectiſ- C ſime valere optamus. Datum Regiomonti 16 Iulii 1572.

EPISTOLA XL.

IACOBVS VCHANIVS Archiepiſcopus Gneſnenſis
STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi.
Occaſione Varſouienſium Comitiorum de Synodo prouinciali, vt & de conuentibus diæceſalibus ſe cogitaſſe refert, ipſiusque deſuper ſententiam rogat.

IN reditu meo domum à conuentu illo noſtro *Caſcenſi*, iniecta eſt animo meo noua, quin potius vetus, & aſſidue pectus meum exedens cura, de rebus noſtris Eccleſiaſticis, ante eum conuentum Warſouienſem, quem ad proximum Epiphaniæ feſtum indiximus, quoquo modo componendum, vt quum mihi inter alia grauiſſima Reipub. negocia, de inſtaurandis iuribus, & libertatibus, omnium ſtatuum Regni deliberatio ſuſcipi debet, ad eum quoque iura ac libertates Eccleſiaſticæ, malignitate præcedentium tempo- D rum conuulſæ, vt deferri & vna cum aliis inſtaurari poſſint. Tempus namque ipſum, & rerum ratio, cum cæteris omnibus opportunitatibus, quæ ad actiones iſtas concurrunt, monere & vrgere videntur, nequaquam eſſe prætermittendam nobis occaſionem iſtam, qua ſemel amiſſa, fortaſſis nulla poſthac huic ſimilis aderit. Et licet adeſſet, non eſſe tamen ſapientis iudicatum eſt, tempore commodo alicuius rei bene gerendæ, oblato, aliud

commo-

commodius expectare. Et ideo nec mihi iſtud ſilentio prætermittendum fuit, maxime hortantibus & diligenter inſtantibus fratribus meis, ex Collegio ſiue Capitulo Eccleſiæ meæ *Metropolitanæ Gneſnenſis*, vt hiſce de rebus ſeri- A am deliberationem ſuſciperem. Mouet quippe eoſdem, ſicut & reliquos omnes ex cœtu noſtro Eccleſiaſtico iſta adeo diuturna Eccleſiæ Dei iniuria, vrget & exulcerat conſcientia, quam quiſque illorum in defendendis iuribus Eccleſiaſticis, per iuſiurandum adſtrinxit. Sed imprimis nos, tanquam præſides & rectores Eccleſiarum grauiſſime appellant, ex neglecta & proiecta iſtarum rerum cura, quæ ad nos pro muneris noſtri ratione, potiſſima ex parte delata eſſe videtur. Quamuis nemo illorum ſicuti & reliquorum omnium ſit, qui neſciat, quid per omne ſuperius tempus hac in re egerimus, quos quantoſque labores, cum indignationibus atque odiis hominum acerbiſſimis, ſumptibuſque noſtris maximis ſuſceperimus. Verum nulli adhuc illorum, ſicut & nobis ipſis ſatiſfactum eſſe videtur, antequam res ad eum quem ſperamus & optamus exitum deducatur, nimirum recuperationem & inſtaurationem iurium Eccleſiæ adempto- B rum. Ob id volunt, rogant, & per omnia ſacra obſecrant atque obteſtantur, ageremus adhuc atque inſiſteremus diligentius. Sperant namque, imo pro certo habent, ex Dei benignitate conatus noſtros non in irritum caſuros, ſiquidem ita inſtituentur, vt res & tempus poſcit. Non enim illis nec nobis ipſis probaretur, aliis repoſcentibus ſua, nos de noſtris imo Dei atque eius Eccleſiæ rebus ſilere. Verum quoniam ad hoc tam graue & magni ponderis atque laboris negocium recte & ex utilitate ſuſcipiendum, maturo conſilio & firmo præſidio opus eſſe omnes arbitramur, quod abſque communi omnium Ordinum ſtatus noſtri Eccleſiaſtici aſſenſu haberi non poteſt, ea propter viſum eſt nobis hic omnibus, aliquid de Synodo Prouinciæ iſtius vniuerſæ cogitare, vt in ea res iſtæ proponantur, vt quemadmodum ad omnes ſpectant, ita omnium etiam conſiliis & auxiliis ſuſtententur. Cuius Synodi cogendæ ſub illud ipſum tempus, & in eundem locum C *Warſouienſis Comitii*, ſeu conuentus magna videtur eſſe opportunitas: Idque ex more maiorum noſtrorum, qui de ſuis controuerſiis, publice aliquibus de rebus, cum ſecularium ſtatu excitatis, in publicis eorum Comitiis per ſuam Synodum tranſigebant. Itaque & nos de noſtris pari ratione experiri oportere. Et quidem ſub iſto *Warſouienſi Comitio*, quo ſicut ego, ab longa rerum experientia, tum non obſcuro aliorum iudicio aſſequor, nihil commodius & aptius nobis, & rebus ipſis accidere potuit, cum ad eas proſequendas, tum odia & ſuſpiciones aliorum deuitandas, vbi animaduerterint, nihil nos clanculo, neque ſeorſum ab illis, de rebus noſtris velle agere, neque etiam cenſuram publici arbitrii, defugere velle. Non eſt itaque cunctandum, vt Synodum iſtam quanto celerius cogamus. De qua quid veſtra R. P. ſentiat, & num illi habendæ tempus, atque locus iſte, quem ſupra indicaui, congruat, vel ſi quid, præter D hæc, ſalubrius, & rebus iſtis, quas nobis proponimus, accomoditius ipſa perſpicit, quæſo vt pro ſuo erga rem communem Eccleſiaſticam ſtudio, mihi libere perſcribat. Quo ex illius ac reliquorum item fratrum noſtrorum Reuerendiſſ. Dominorum Epiſcoporum ſententia, de ipſa prouinciali Synodo indicenda quid certi ſtatuere poſſimus. Verum antequam ea indicetur, viſum eſt nobis, ſuadentibus atque expoſcentibus id ipſum fratribus noſtris Capitularibus, de more antiquo *Synodum Archidiœceſis* iſtius habere, quam etiam poſtridie feſti Sanctorum Innocentum hic *Vneiouii* ob peſtem, *Gneſnæ* & aliis vicinis in locis graſſantem, iam indiximus. Idque eo conſilio, vt ea omnia quæ ad Synodum prouincialem recte inſtituendam, omneſque res in ea, & illo vniuerſo cœtu Senatorio, ſi ita neceſſitas tulerit, tuto & ſalutariter gerendæ pertinere videbuntur, tempeſtiue componantur & ſtatuantur. Ne poſtea, ſi quid geramus, in deliberationibus illis obortum fuerit, ad fratres ſuos & illorum informationes, vt ſolent, prouocandi, & inde res omnes perturbandi occaſionem habeant. Quodſi idem P. V. R. in ſua Diœceſi facere viſum fuerit, non minimum momenti Synodo ipſi & omnibus reliquis actionibus, ab ea dependentibus attulerit. Deliberabit ergo ſecum V. R. D. & deliberationis iſtius, maxime de conſtituenda Synodo prouinciali, ſententiam mihi, quanto celerius fieri queat, perſcribere dignabitur. Quam tandem bene & longum valere cupio. Datum Vneiouii die 4 Nouembris 1572.

EPISTOLA XLI.

IACOBVS VCHANIVS Archiepiſcopus Gneſnenſis STANISLAO CARNCOVIO, Epiſcopo Wladiſlauienſi.

Cum morbo impeditus ipſe Comitiis intereſſe nequeat, vt ibi ſparta ſua fungatur, rogat Epiſcopum.

SI quod vnquam tempus curam noſtram (qui ſpirituales appellamur) de rebus Eccleſiaſticis poſtulauit, hoc certe, quod inſtat, eiuſmodi eſt, quo & bona Eccleſiaſtica magna in parte deuaſtata iam ſunt, & deinceps etiam homines turbulenti, vires ſuas intenderunt, ad nocendum penitus Eccleſiæ Dei. Quod ego cum viderem, magno ſtudio atque voluntate hiſce Comitiis intereſſe conſtitueram, ibique vna cum Reuerendiſſ. D. Veſtris, fratribus meis chariſſimis & obſeruandiſſimis, de opitulando rebus Eccleſiaſticis conſultare. Verum morbus, qui in ipſo itineris procinctu me corripuit, ab eo me prohibuit. Excuſaui quidem iam ipſe abſentiam meam apud S. R. M. per literas, a R. tamen D. V. etiam peto, C quod me apud ipſam excuſare dignetur. Hunc enim ipſum morbum meum hoc magis etiam auget, quod tum, cum maxime intereſt, ad Comitia venire non poſſum. In ea vero animi perturbatione nullam aliam conſolationem inuenio, præterquam quod R. D. Veſtram in eo conuentu affuturam ſciam, cuius ſingulare erga me ſtudium ſemper expertus ſum, ſingularemque diligentiam in tuendis rebus Eccleſiaſticis, ac vigilantiam in munere ſuo Pontificio atque Senatorio perſpexi. Quas ad res cum accedat inſignis induſtria, ingenium, eloquentia, & de rebus iudicium, quæ omnia, cum apud cæteros omnes, tum apud Principem ipſum D. R. Veſtræ gratiam & autoritatem conciliarunt, minime dubito, R. D Veſtram, in eo conuentu, tantis, tamque diuinis donis præditam, Eccleſiæ Dei, & ætati meæ ſenio iam confectæ firmiſſimæ columnæ inſtar futuram. Pro quo primum ſibi certo polliceatur à D Deo Opt. Max. quam ampliſſimum præmium, deinde vero illud etiam, quod cum non ita multo poſt, aut mihi aut cuipiam alteri ſucceſſerit gradumque altiorem aſcenderit, laborum & meritorum ſuorum in Eccleſiam Dei & Rempub. vberiores fructus cum laude ſua referre poterit. Quod ego R. D. V. tanquam fratri & amico mei iam pridem amantiſſimo, mihique chariſſimo à Deo Opt. Max. ex animo percupio. Quod ſi D. R. Veſtra voluerit & in Eccleſia Dei & in Repub. optatiſſima quæque videre, & eo quod iam

Deus

Deus Opt. Max. R. D. Veſtræ pro ipſius dignitate conſtituit, breuique dabit quiete & iucunde frui voluerit, æquum,ac etiam ipſi R. D. Veſtræ neceſſarium eſt, his rebus in tempore proſpicere, vt ne furor quorundam quiequam tale peruincat,quod futurum eſſet in præiudicium & detrimentum Eccleſiæ & huius primæ ſedis in hac prouincia. Et ne exemplum malum in poſterum præbeatur,quod alias etiam fortaſſe deinceps eiusdem vocationis obruere poſſit. Sæpenumero enim R. D. Veſtra experta eſt, quanta ſit inconſtantia voluntatis hominum atque amicitiæ. Quis ſcit,an in poſterum tam facilem rationem, ad explicandas res R. D. Veſtra habitura ſit, quam nunc ex hiſce circumſtantiis, facile hoc præſtare poteſt. Præſertim cum nunc nulla ſuſpicio R. D. Veſtræ apud quenquam metuenda ſit,quæ cuique perſuadeat,id eam facere rei ſuæ priuatæ cauſa. Quin potius omnes intelligent, id eam pro officio ſuo propter bonum publicum, quod adhuc ſemper fecit, ſuſcipere. Quod ſi hoc tempore res aut perſonæ Eccleſiaſticæ aliquid detrimenti caperent, fortaſſe id etiam iis, qui extra culpam ſunt, adſcriberetur. Cum ea R. D. Veſtra iſtis hominibus ducem & adiutorem ſe præbuerit, quicquid inde ſiue boni ſiue mali promanauerit, cum exiſtimatione R. D. Veſtræ videtur eſſe coniunctum. Maxime vero cum R. D. Veſtra & mihi & cæteris hominibus confirmauerit & perſuaſerit, ſe inter cæteras res Reipub. neceſſarias etiam iis, quæ Eccleſiæ Ordinique Eccleſiaſtico neceſſaria eſſent, apud S. R. Maieſtatem prouidiſſe & cauiſſe, nobisque omnibus ſpiritualis ordinis hominibus Principem hunc præſidio, adiumento atque adminiculo fore. Quod ne ego quidem dubito, Deumque Opt. Max. oro, vt tam propitium, tamque benignum ducem & autorem ſe præbeat. Quo ex eis laus atque gloria ſua & bonum publicum augeatur. Quoniam vero fortaſſe R. D. Veſtram hiſce literis meis diutius detinui, ignoſcat mihi quæſo. Non minus enim ex rei ipſius neceſſitate, quam R. D. Veſtra ipſa etiam per ſe accuratius perpendere poteſt, quam ex ſincero meo erga ipſam ſtudio id profectum eſt. Rogo autem R. D. V. quo me de omnibus iis, quæ iſtic fiunt & futura ſunt, quantum quidem me ſcire liceat,certiorem faciat. Quoniam vero iſthic ad diſputandum de iudiciis campus futurus eſt, contendat R. D. Veſtra,quo iſti non legitimi progreſſus in iudiciis vltimæ inſtantiæ, per Equeſtrem Ordinem in ſingulis territoriis facti & conſtituti, quibus ab Ordine noſtro Eccleſiaſtico, cum magna teſtificatione intercesſum eſt, ex bonis Eccleſiaſticis iure tollantur, ſicut iam per *Henricum Regem* ſublati ſunt. Cuius ſublationis R. D. Veſtræ exemplum mitto. Nam alioqui conſenſus Spiritualium ad conſtituendas res nouas non requireretur. Quod ſi hi progreſſus rati eſſe deberent, profecto non ſolum ea libertas Ordinis noſtri, verum etiam magna pars bonorum Eccleſiaſticorum præſertim Epiſcopalium amitteretur. Nam quidam prætextu iſtorum iudiciorum in contumaciam magnas mulctas obtinuerunt. Quod supereſt,me R. D. Veſtræ beneuolentiæ atque amori fraterno commendo. Datum Louicio 10 Octobris 1576.

EPISTOLA XLII.

PHILIPPVS PADNEVIVS, Epiſcopus Cracouienſis,
STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladiſlauienſi.

Quid ad meliorandas res Eccleſiaſticas Catholicorum, & ad infringendos Euangelicorum conatus, conſilii capiendum ſit, cum eo communicat.

FAcile perſpicio, nos excluſos eſſe temporis anguſtia, quo minus vnum aliquem in locum conueniamus, iam enim dies conuentuum particularium inſtant; veruntamen per literas conſilia communicemus, quandoquidem coram non licet. Ego certe optimam ſpem concipio de rebus Eccleſiæ Dei,fore,vt meliore loco ſint. Nihil hic aduerſarii moliuntur, quod periculum nobis creare, vel negocium faceſſere poſſit, non ſunt tam potentes, vt putantur. Concordia nobis opus eſt,ad quam cum alios tum præcipue N. cohortetur. Ego facile omnium iniuriarum mearum obliuiſcar,modo is in tuendis libertatibus Eccleſiæ conſtans ſit. Iudicia noua Catholici æque ac Euangelici vrgent, non alio conſilio,quam vt nos decimis ſpolient. Hinc ſunt illæ lachrymæ. Præterea ſumma cura adhibenda eſt, ne in Abbates aliquid ſtatuatur,neque enim id agunt aduerſarii, vt Abbates Reipub. fructuoſiores reddant, verum vt intelligant, quo doloris ſenſu primum gradum violatæ libertatis Eccleſiaſticæ feramus, vt ſi minus acres nos in repugnando perſpexerint, maiore impetu nos Epiſcopos adoriantur, ac divexent. In quo cauendum eſt diligenter,vt ne à iuriſdictione ordinariorum eximantur. Hoc enim freno ſoluto, futurum eſt, vt & ipſi abſque lege diſciplinaque viuant, & bona monaſteriorum vel diſſipent, vel perpetuis oneribus implicent. Qua de re ſcribat P. Veſtra R. ad Illuſtriſſimum Cardinalem Commendonum. Dat.

EPISTOLA XLIII.

MARTINVS Epiſcopus Wradiſlauienſis
STANISLAO CARNCOVIO, Epiſcopo Wladiſlauienſi.

Præſentiam illius in Comitiis valde deſiderari ſignificat, & explicata legationis ſuæ cauſa, vt Archiducem Erneſtum maxime commendatum habeat, precatur.

MAgna ſane infelicitate mea & Legationis noſtræ præſentis incommodo accidit, quod *Reuerendiſſ.* & *Illuſtriſſ.* D. Veſtram, cuius ſummum ſemper pietatis zelum, patriæ amorem, & prudentiæ ſtudium admiratus ſum, ne videre quidem hactenus licuerit. Equidem perſuaſum mihi habeo, D. V. R. & Illuſtriſſ. non minori vultus ſui humaniſſimi iucunditate & integerrimi animi beneuolentia,pro ea,qua eſt naturæ bonitate, me amplexaturam, quam ſuperioribus annis *Wladiſlauiæ* cum eſſem & in minoribus adhuc ordinibus exiſterem, vbi me tot tantisque beneficiis ita honorificentiſſime ampliſſimeque cumulauit, vt me ad omne genus ſtudii atque officii arctiſſimis quaſi vinculis conſtrinxerit ſibique deuinxerit. Iam ad me perlatum eſt,D. Veſtram R. & Illuſtriſſ. *Volboriæ* valetudinis cauſa commorari. Vtinam eo loci fuiſſet, dum ego, ignarus cuius illud oppidum eſſet, non ſine feſtinatione, diurni itineris conficiendi cauſa, tranſirem. Quod ſi vero id temporis iſthic iam erat, nulla maior profecto moleſtia animum meum afficere poteſt, quam in ipſo ingreſſu Regni tantum optatiſſimi congreſſus commodiorem fortunam ademiſſe. Cæſarea etiam Maieſtas peculiari mandato clementiſſime mihi iniunxit, cum D. V. R. & Illuſtriſſ. de præcipuis Legationis noſtræ partibus & diligenter & confidenter agere. Dum enim omnia Cæſareæ Maieſtatis conſilia eo ſpectent, vt inclyti huius Regni patria & auita libertas, dignitas, gloria atque incolumi-

columitas, nec non finitimorum Regnorum ac totius Chriſtianæ Reipub. ſalus conſeruetur, eorumque maxime Senatorum, Regni Procerum atque Nobilium, ſtudia Cæſarea Maieſtas intuetur, quorum ſpectata in Rempub. exiſtit A fides, integritas atque induſtria. Quibus virtutibus cum D. V. R. atque Illuſtriſſ. conſpicuam ſe præbeat, potiorem ſane habemus fere neminem D. Veſtra R. atque Illuſtriſſ. cuius ſapientia rectius vti poſſemus. Cæterum, quia propter valetudinem hiſce Comitiis intereſſe nequit, eandem maiorem in modum rogamus, vt cum multi viri graues ac ſapientes, felicius abſentes quam præſentes interdum Reipub. conſuluerint, D. Veſtra R. & Illuſtriſſ. in hoc genere inſeruiendi patriæ ſuæ, prudentiæ ſuæ ſpecimen edere, ſibique certo perſuadere velit, quicquid hiſce temporibus beneuolentiæ in Sacram Cæſaream Maieſtatem, vel eius Sereniſſimum filium *Archiducem Erneſtum* contulerit, perpetuam & immortalem tam præclari ſtudii fore memoriam: Idque omni Cæſareæ benignitatis munificentia, quouis loco & tempore & occaſione liberaliſſime compenſandum. Dominus Deus R. & Illuſtriſſ. D. Veſtram pro communi patriæ ſalute & Eccleſiæ tranquilli- B tate, diu ſeruet ſoſpitem atque incolumem. Warſouiæ datæ cum feſtinatione 26 Nouembris 1575.

Epistola XLIV.

PETRVS ZBORAVIVS Palatinus Cracouienſis STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi.

Ad conciliandam inter Ordines Regni concordiam vt Varſouiam veniat, enixe contendit.

PErcommode accidiſſe puto, vt ea, quæ longam requirere videbantur Epiſtolam, per familiarem R. D. Veſtræ nunciarem. Omnibus enim, quæ hic aguntur, interfuit, & quo indigeat remedio, animaduertit. Is igitur etſi omnem meum de Repub. ſenſum apud R. D. Veſtram explicaturus ſit; adiungendam tamen teſtem meæ voluntatis epiſtolam exiſtimaui. Non quo certiora ea, quæ in mandatis ſunt videantur; ſed quod etiam atque etiam D. R. Ve- C ſtram hortarer, rogarem, obteſtarerque, ne tam graui periculoſoque Reipub. tempore ipſi deeſſe velit, quam prudentiſſimis ſuis conſiliis ſæpius & ſubleuauit & ornauit. Quare ſi extremo hoc concluſionis tempore R. D. Veſtra *Warſouiæ* affuerit, cum Equeſtrique frequentisſimo & Reipublicæ ſtudioſisſimo Ordine ſe coniunxerit, magno Rempub. beneficio ſe ſciat affecturam, perpetuæque laudi & gloriæ ſuæ optime conſulturam, bonorum omnium beneuolentiam conciliaturam, ac contra inimicos præſidium ſibi comparaturam. Hæc eo conſilio ſcribo, vt probem Equeſtrem Ordinem iuſtisſimæ cauſæ addictum eſſe; non ita tamen omnino pertinacem, quin ad media deſcendat. Quamobrem ſummopere oro obſecroque, ne R. P. Veſtra pulcherrimam hanc conſeruatæ patriæ laudem, vindicaturæ libertatis ſingulari prudentiæ & admirabili virtuti ſuæ debitam ac reſeruatam in hoc graui paroxiſmo negligere velit. Duce & autore ad concordiam ineundam D nobis opus eſt, quam dum P. Veſtra R. confecerit, quod omnino ſpero futurum ſi adfuerit, perpetuam merebitur laudem. Bene diuque valeat. Warſouiæ 7 Octobris 1576.

Epistola XLV.

PETRVS ZBORAVIVS Palatinus Cracouienſis STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi.

In ancipiti Electionis exitu quod in conuentu Proſſouienſi ſtrenuum aduerſus Cæſareanos conſilium ſuſceptum fuerit narrat, & vt huic calculum ſuum adiiciat, petit.

PRo eo ſtudio, quo P. Veſtram R. teneri boni publici cauſa intelligo, nulla ratione poſſum adduci, vt credam eam perturbatiſſimo Electionis *Warſouienſis* exitu non vehementiſſime angi, ac ſummopere ſolicitam eſſe, ne ciuilis ea diſcordia animorumque diſſenſio grauem calamitatem, ne dicam grauius, Reipub. afferat. Quæ omnia eo acerbiora ei videri exiſtimo, quod ea pro ſua prudentia eum ſchiſmatis iſtius videat autorem ſui ordinis, qui concordiæ & ſalutis dux eſſe debebat. Ego etiamſi grauiſſimum dolorem ex hac Reipub. perturbatione capiam, multa tamen ſunt quæ me conſolantur, imprimis conſcientia recte facti, deinde ardens multorum optimarum partium ciuium ſtudium, qui & præſtanti mentis acumine, peruerſa quorundam conſilia perſpicientes, tenebras ſibi pro luce offundi non patiuntur, & inuicto ac excelſo animi robore præditi, ad ferendam Reipub. opem firmiter conſpirarunt. Itaque frequentiſſimo hoc *Proſſouienſi Conuentu* nihil aliud actum, quam vt omnes, qui *Warſouienſi Electioni* non interfuerant, ſi Rempub. ſaluam cuperent, firmisſimo concordiæ nexu animis colligatis dignos ſe Reipub. ciues præſtarent. Actæ ſunt publice nobis gratiæ, ſtudiumque noſtrum in Remp. ab omnibus collaudatum: pecunia ad conſcribendum militem vltro promiſſa, & primo quoque tempore ad vrbis *Cracouienſis* præſidium defenſionemque tanquam ad commune reſtinguendum incendium, cum fuerit opus, conuolaturos ſe omnes ſpoponderunt, ac *Andreiouiam* ſub ſignis ſe venturos cuncti affirmarunt. Cæterum Oratoribus ad Cæſarem deputatis, & iis, qui ipſorum nomine militem conſcribunt, nunciatum eſt, niſi à propoſito diſceſſerint, daturos ſe diligentem operam, vt intelligant, non defuturos eſſe, qui fortisſimo animo contra factioſos & pernicioſos ciues Reipub. defenſionem ſuſcepturi ſint, quique improbum ipſorum conatum non ſecus quam hoſtium furorem, impedire posſint. Ceſſit quoque vrbe factioſus ille veterator * ; vrbs vero diligenter eſt præſidiis firmata. Hæc quædam paulo prolixius confuſiusque ad R. D. Veſtram perſcripſi. Sed ignoſcat mihi vellem, homini plurimis occupationibus implicato, & iuſto dolore incenſo. Quamobrem ſuadeo, obſecro & hortor, vt Reipub. partes ſuſcipere velit, eamque ſaluberrimis ſuis (vt conſueuit) conſiliis confirmet, ac præſentia ſua iuuet. Plura in eam ſententiam ſcriberem, ſi ardens R. D. Veſtræ in Rempubl. ſtudium, & ſuamet ſponte promptisſima voluntas, id ipſum requireret. Fungetur tamen longioris epiſtolæ officio D. *Caſtellanus Zarnouienſis*, qui non ad deferendas ſolum meas literas, ſed etiam ad exponenda ea omnia, quæ hic acta ſunt, operam ſuam liberaliſſime pollicitus eſt. Velim igitur fidem ipſi adhibeat, de meaque viciſſim erga ſe vt certo & firmisſime ſibi perſuadeat, vehementer cupio. Datum Proſſouiciæ pridie Cal. Ian. 1576.

Epistola XLVI.

PETRVS ZRORDVIVS Palatinus Cracouienſis STANISLAO CARNCOVIO, Epiſcopo Wladislauienſi.

Mora

Moræ in ſcribendo veniam precatus, ægre fert abſentiam eius a Comitiis, & Piaſtum aliquem Regem fore nunciat.

DOleo, me tanto temporis ſpatio meum amorem recentibus officiis non renouaſſe, nec obſeruantiam eidem debitam detuliſſe. Quod etſi ex *Conuentu Stecizenſi* conſtitueram facere, literisque meis inuiſere; ſed in cauſa occupationes & repentinus diſceſſus fuerunt, quo minus deſiderio meo ſatisfacere potuerim. Ita enim alte radices egit amor erga P. V. vt euelli non facile queat. Hoc enim poſtulat a me præſtans in illuſtri & excelſo loco poſita virtus P. V. & vehemens ſtudium in tuendo bono publico. Cauſas abſentiæ cognoui de familiari P. Veſtræ R. Quæ etſi videantur mihi iuſtæ; verum tamen ad conſecrandum nomen poſteritati, & ad conciliandam hominum gratiam, ſi vnquam alias, hunc P. V. R. campum tutiſſimum habuit. Vt enim verum fateat, quidam Prælati ex iis, qui hic ſunt, ſe accommodare ingeniis hominum neſcire videntur. Quod maximis in artibus, quæ vniuerſorum in conſideratione verſantur, habendum eſt. Cæſareani quamuis omnem lapidem mouent, etiam cum ſumma indignitate; dici tamen non poteſt, quam aliena & auerſa ſint hominum ſtudia, ita vt ſatis ſuperque mali eſſet in Repub. ſi nihil præter accideret. Ad Piaſtum homines inclinantur; verum poſtquam ad nominationem ventum fuerit, metuo vt conueniamus. Dat.

EPISTOLA XLVII.

ALBERTVS LASCIVS Palatinus Siradienſis

STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladiſlauienſi.

Confœderationis difficultates victas, & Plocenſem Notarium, rei melius gerendæ gratia, nouis honoribus mactatum eſſe, Regem vero ipſum videndi deſiderio duci ſignificat.

MVlta quidem R. D. Veſtræ ſcribenda forent, quid actum hucusque fuerit, in rebus & negotiis Legationis noſtræ; præcipue vero in confirmatione Confœderationis: quibus rationibus Rex noſter optimus, ab hæreticis collegis noſtris oppugnabatur, quasque difficultates & moleſtias mecum *R. D. Poſnanienſis*, & *D. Marſchalcus*, rationibus & priuilegiis cum illis certando ita pertulerim, vt parum etiam abfuerit, quin ferro deinceps decertaremus; Sed de his coram latius. Nunc iterum tirunculi noſtri inuidia quadam exagitari videntur, partim propter res bene geſtas D. V. R. partim propter Domini *Notarii Plocenſis* huc ad Regiam Maieſtatem ablegationem. Quamobrem vt omnia apertius ageret D. Notarius, conſului, illique in priuato conſilio apud Regiam Maieſtatem locum obtinui, certo mihi perſuadens, illum nulla in parte erraturum: quemadmodum certe non ſolum non errauit; ſed omnia cum ſumma animi prudentia & dignitate peregit ac abſoluit. Quæ omnia quomodo acta ſint, ex ipſomet D. Notario copioſiſſime & luculentiſſime D. Veſtra R. cognoſcet. Hoc tamen vnum prætermittere non poſſum, quin R. D. V. nunciem, Regiam Maieſtatem maximo deſiderio D. Veſtræ R. videndæ teneri. Cognouit enim tum ex me, tum ex aliis D. Veſtram R. ſumma in rebus gerendis prudentia & conſilio, cæterisque animi innumeris dotibus præditam eſſe. Quarum quidem laus quemadmodum veriſſima, ita facilima eſſe ſolet. Præcipue R. D. Veſtræ morum ac vitæ integritatem ita vt par eſt, commendare ſoleo. Sed ne veritatis ergo adulari videar, finem facio, vnicum ſuperaddens, D. Veſtram R. gratiam Regiæ Maieſtatis etiam inuitis omnibus, breui cognituram eſſe. Rumpantur ilia Codro præ inuidia; Nos virtutem ſequamur. Ad hæc melius, vt nobis multi inuideant, quam pauci miſereantur. Dat. Pariſiis.

EPISTOLA XLVIII.

STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladiſlauienſi

CONSILIARII TERRARVM PRVSSIÆ.

Electionis comitia, ea quod ſe inſciis ſuſcipiantur, irrita pronunciant.

MVlti ad nos deferunt, indicta eſſe Comitia ad eligendum Regem, *Byſtriciam* pagum, non procul a Ciuitate *Lublinenſi* ſitum, literasque *Knyſſini* editas per totum Regnum circumferri & publicari, nobis inſciis, non vocatis, nec conſentientibus. Dolenter ſane ferimus, hæc ita fieri contra pacta, fœdera & priuilegium Incorporationis terrarum Pruſſiæ, quo expreſſe cauetur, nos ius eligendi Regis habere perinde atque alios incolas Regni. Adhæc non videtur eſſe ex re Reipub. quod ſeparatim & diuerſis in locis Conuentus agunt *D. Maiores Poloni*, *Louicii*, *Sredæ*, *Radzieiouii*; *Minores* vero *Cracouiæ*, *Knyſſini*, valdeque timemus, ne propter diuerſa conſilia & ſtudia impingamus ad aliquem lapidem, ſeu errorem, qui fuerit coniunctus cum detrimento Reipub. Quod vt ne accidat, P. Veſtræ R. voluntatem omnium noſtrum declarandam putauimus, nos in indicandis Comitiis, atque adeo toto iſto actu electionis, nullius alterius autoritatem eſſe ſecuturos, præterquam *Reuerendiſſ. D. Archiepiſcopi Gneſnenſis*, tanquam *Primatis Regni*, cui hoc ius antiquo iure & more Regni competit. Nam vt ſarta tecta iura & priuilegia noſtra eſſe volumus; ita non eſt voluntatis & propoſiti noſtri, vt ius ſuæ R. P. quouis modo & ratione, a quoquam violetur. Qua de re ſcripſimus quoque ad Dominos Conſiliarios Regni. Bene ac feliciter valere D. Veſtram R. cupimus. Dat. Laſſini.

EPISTOLA XLIX.

STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladiſlauienſi

HIERONYMVS COMES à ROZRAZEW Secretarius Regni maior.

Finem Comitiorum non expectaſſe dolet, deque vltimo congreſſu & Regis diſceſſu eum certiorem facit.

GRatularine D. Veſtræ R. de ſuo ante Comitiorum finem hinc diſceſſu potius, an condolere debeam, rationes, quæ pro vtraque parte poſtmodum conſecutæ ſunt, me dubium reddunt. Gratulor enim quod ſpumantem quorundam inuidiam ſua abſentia non nihil temperaſſe viſa ſit; Excrucior vero plurimum, quod vbi pro nomine Chriſti eiusque ſancta iuſtitia, perſecutionis aliquid in gaudio & exultatione perferendum fuit, vanis inuidiæ territamentis ſpretis, non adfuerit, ampliſſimisque hiſce de Eccleſia Dei ac Republicæ bene merendi occaſionibus pri-

vaia iir. In qua tempeſtate rerumque vacillatione cum integritate & fide pollentis Senatoris induſtria, & ſtudium erga patriam elucefcit, tum vel maxime Zelantis Epiſcopi vtilis & omnibus bonis exoptanda apud Regem modernum eſt præſentia. Inſtat vltimus iam congreſſus, quem proxlmo die in arce habituri ſumus, in quo de *Livania & Pruſſiæ* Commiſſionibus conſultabitur. Quo negotio abſoluto *Rex* in *Niepolomice* migraturus eſt, vbi dubio procul cum eo de rebus commodior occaſio conferendi dabitur. Quæ ſi non maior quam hucusque nobis conceſſa fuerit, vereor ne cum aliquo Regis & Reipub. incommodo id fiat. Datum Cracouiæ.

Epistola L.

STANISLAO CARNCOVIO,
Epiſcopo Wladislauienſi,

HIERONYMVS COMES à ROZRAZEW
Secretarius Regni maior.

Miſſus vt Regi ſuadeat abdicationem regni, ſe non moraturum mandataque ex fide exſecuturum eſſe promittit.

COnſtitueram expectare reſponſum ex *Magno Ducatu Lithuaniæ*, hoc enim Reipub. vtile, neceſſarium, ac conueniens eſſe putaui; Verum cum intelligerem, ſæpe recta facta ſiniſtris cauillationibus proſcindi, admonitus a P. Veſtra R. iter inſtitutum proſequar, præſertim cum *Droievius* iam præcucurrit. Nec multum moror hominum ſermones, conſtabit mihi fide patriæ debita, ſicque me per Dei gratiam in munere mihi commiſſo geram, vt nemo iuſtam cauſam reprehendendi habere queat. Quamobrem omnibus modis & rationibus contendam, vt bona gratia abdicet ſe, contentus paterno regno, & gloria electionis, ſi non vult aut non poteſt nobiſcum manere, eamque gratitudinem de ſe bene meritæ genti referat. Deus P. Veſtram R. diutiſſime florentem & incolumem conſeruet. Datum Pilznæ Bohemorum vltima Nouembris 1574.

Epistola LI.

STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi

VALENTINVS KVCZBORSCIVS Archidiaconus Pomeraniæ.

Studio defendendæ religionis æſtuans, animum contra Lutheranos obfirmat, & quomodo refellendi ſint docet, id quod tamen ex ſolis Scripturis fieri poſſe negat.

FOrtaſſe parum prudenter facio, qui mea R. D. Veſtræ obtrudo. Sed nouit Deus, me quicquid eius facio, hac ſola ſpe facere, vt meum iuuandæ Eccleſiæ ſtudium, Deo & R. D. Veſtræ probem. Quis enim eam adiutam nolit, cuius & alumnus & ſeruus eſt? Offerant ergo alii aurum vel argentum; ego quod poſſum offero: quandoque infirmiora noſtra neceſſariora ſunt, ac ſi vel caprarum pelles offerrem, non eſſent tamen impluuio Eccleſiæ velando inutiles. Quæſo ne quid arroganter a me R. D. V. factum putet. Nam in ſimplicitate cordis mei feci omnia. Quæ de ſuo ſtudio erga Eccleſiam Dei ſcribit, ea vt mihi noua non ſunt, ita R. D. Veſtræ diuturna imo perpetua eſſe cupio. Dominus rogandus eſt, vt confirmet, quod in illa operari dignatus eſt, & quod in ea cœpit, bonum opus perficiat. Quin Satan ſit Satan, & cogitationes R. D. V. perturbet, nihil dubito. Non poteſt non agere opus ſuum. Pugnam hanc experiuntur perſæpe cum alii omnes pii viri, tum hi potiſſimum, qui ſunt a Deo excelſo loco collocati, veluti lucernæ ſupra candelabrum lucentes. Quare magnanimos eſſe oportet, & reſiſtere fortiter huius aduerſarii telis igneis, dominus autem robur ſufficiet. Militia eſt vita noſtra. Qui ſi de mundo eſſemus, mundus quod ſuum eſt diligeret; Quoniam vero nos odit, ſignum eſt certiſſimum, non eſſe nos de mundo. Quæ res vel ſola dulcorare debet omnes labores noſtros, & pericula noſtra omnia. Dicebat quidam vir pius: *Cum Deo ſubmiſſe & humiliter, cum Satana vero agendum ſuperbe.* Nam ſi quis ei reſiſtat, muſca eſt; ſi cedat, leo fit & vrſus inſidians, ceraſtes in via, & ſerpens in ſemita. Beatos nos exiſtimat Iacobus, ſi in tentationes inciderimus, & eas ſuſtinuerimus. Operantur enim patientiam, & ſunt hæ non obſcuræ gratiæ Dei ſignum. Quo magis autem tentamur; hoc celerius nobis laborantibus opem fert Deus, qui nunquam neque dormitat neque dormit, quod ſi aliquando obdormiſcere videtur, hoc facit, vt noſtrum orandi ſtudium excitet, vtque nos ardentius auxilium illius imploremus. Nunquam vero permittit nos tentari ſupra quam poſſimus, ſed facit cum tentatione eouentum, vt ſuſtinere queamus. Hæc non ideo ſcribo, quaſi R. D. Veſtræ præeam, cui ſat ſcio exercitatos in eiuſmodi rebus eſſe ſenſus; verum vti moneam, ne malis cedat, vel animum deſpondeat. Vetus eſt multorum querela de paſtorum diſcordia, quæ perdit res noſtras, & conuellit Eccleſiæ ſtatum. Interea nemo illius autor eſſe videri vult; ſed culpam omnem conicit in alios. Deus faxit, vt ſanctam hanc inter R. D. Veſtras animorum conſpirationem videamus! non tantum certe poſſent audendo aduerſarii noſtri, & eſſet nobis expeditior ad res non male conſtituendas via. Nos, quod noſtrum eſt, rogare & obſecrare poſſumus vt patres. Deum certe precamur, vt ſpiritum bonum det omnibus, & faciat omnes eſſe vnius moris in domo.

Quale reſponſum dederit Illuſtriſſ. ac R. D. Cardinalis, non ſatis memini; & difficile eſt conſulere abſentem, cui non ſunt omnia ſatis perſpecta. Talis eſt autem apud nos rerum ſtatus, nunquam vt eodem modo ſe habeat; ſed nunc in hanc partem inclinet, nunc in illam quaſi præceps ruat. Eſt autem ita, vt ſcribit R. D. Veſtra, iam non verbis, quæ pridem data ſunt nobis, ſed rebus ipſis opus eſt, vt Princeps declaret, quam bene velit Eccleſiæ illiusque Miniſtris. Huic fortaſſe profuerit vir aliquis grauis ex vrbe miſſus. *Altemburgenſe* colloquium legam lubens. De *Auguſtana* vero *confeſſione* ita ſemper dici audiui, quod in cauſa Rex propendere videatur, quæ fuit primum anno 30. in Comitiis Auguſtanis Cæſari *Carolo & Imperii Statibus* oblata. De qua *Ferdinandus* dicere ſolebat, quod non parum ab ea differat, quæ nunc paſſim circumfertur typis peruulgata. Nam initio multa retinebat Lutherus Catholica, quæ poſtea ab ipſomet, & ab eius poſteritate ſunt reiecta. Illam vero confeſſionem ſeruari autenticam, apud *Cancellarium Germaniæ Archiepiſcopum Moguntinum.* Noſtri

vero

vero hæretici, quia de illa turbas in Germania excitari audiunt, iam non *Auguſtanam*, ſed *Sendomirienſem* approbari a Rege vellent. In quam etiam *Picardi* & A *Sacramentarii* conſenſiſſe dicuntur. Sic eſt enim conſutus hic calceus, vt cuiusuis pedi ſit commodus. Ego vero cenſeo obſiſtendum eſſe, ſtatim initio, modis omnibus, ne Rex vllam nouationem permittat. Si enim aliquam permiſerit, iam noſtrum erit, aut eam conuellere diſputando, aut in eam conſentire, vel certe exilium pati. Conuellendi perdifficilis eſt ratio, non modo quod per hunc modum colloquio rationali & futuro ſchiſmati eſſet via facta, cuius in *Germania* & *Gallia* vbique periculoſum exitum vidimus; Sed quod ſuis ſcripturis & his apertis ſuas hæreſes conuelli poſtulant nouatores. Certum autem id eſt, non omnia expreſſis Scripturis eſſe comprehenſa, ſed quædam veluti ſecretiora, quæ olim rudioribus, & gentilibus peruulgari non licebat, vel implicite, vt aiunt, in Scripturis contineri & notari potius quam explicari, vel certe viua voce a patribus eſſe poſteritati tradita, & ad futuram ſucceſſionem transmiſſa. De quo diſputandi genere, quoties mihi venit in mentem, toties totus contremiſco vehementerque commoueor. Nam quid olim tali diſputatione fuerit profectum in colloquio *Lipſico*, *Badenſi*, *Bernenſi*, *Marpurgico*, *Auguſtano*, *Monaſterienſi*, *Vormacienſi*, *Ratisbonenſi*, & aliis, obſcurum non eſt. Nimirum huc tandem res euaſit, vt cum noſtri quamlibet doctiſſimi viri non poſſent, omnia nudis, vt hæretici volebant, ſcripturis ita tueri, vt ipſi etiam vulgo probarentur, ſtatim falſæ doctrinæ ſunt coniuncti, & maxima eſt rerum omnium, imprimis vero religionis, mutatio ſecuta. Nam illico ſacrificium & ſacerdotium abrogatum, ſacra omnia conculcata, Eccleſiæ profanatæ, pulſi Eccleſiarum miniſtri, & vbique maxima fuit deſolationis vaſtitas introducta. Hæc certe conſequi neceſſe fuerit, ſi nos ad nuda ſcripturæ verba cogi permiſerimus. Conſentire autem (qui ſecundus fuit huius permiſſionis fructus) abſit vt velimus vnquam. Mori vel exulare præſtat, quam in horrido ſchiſmate viuere, cuius grauiſſimas ſemper ab autoribus pœnas Deus expetiuiſſe in ſcripturis legitur. Reſtat ergo, vt veteres nouis & his incertis ſedibus commutemus, & alio ſub ſole iacentem patriam quæramus. Quod ſi eſſet his legibus diſputandum, quas olim *Nectarius* & *Siſinus* propoſuerat Theodoſio, vt non modo ſcripturis nudis, verum etiam vetuſtatis teſtimonio & piorum Doctorum conſenſu, noſtra confirmemus, tum demum nullo negotio tolli poſſent omnes hæretici. Verum hoc maxime cauerunt ſemper & cauent etiamnum hæretici, ne quando his legibus diſputare cogantur. Ad nudam autem ſcripturam prouocarunt ſemper, & nunc D etiam prouocant. Quo ſane perquam plauſibili argumento, plurimos ſibi deuinciunt, & ad ſe traducunt. Nulla eſt ergo alia conſeruandæ religionis via, quam ſi obſiſtatur quam maxime, ne ſit vllus nouationi locus. Sed longius progreſſus quam volebam & deſtinaram initio. Libet etiam in iis ſpiritualibus cum illa per literas miſcere ſermonem, quando coram non datur. Quæſo vt garrulitatem meam boni conſulat, & certo ſibi perſuadeat, me pro illa quamlibet indignum deprecatorem eſſe apud Deum. Dominus illi augeat & multiplicet dona ſua, in ſalutem credentium. Dat.

Epistola LII.

STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi

VALENTINVS KVCZBORSCIVS Archidiaconus Pomeraniæ.

De afflicta Eccleſia Romana ſollicitus, quomodo huic ſuccurrendum, anxie deliberat.

VTcumque me conſilium perſæpe deſtituit, vtilibus rebus neceſſarium, neque enim cuiusuis eſt bona conſilia dare; nunquam tamen per Dei gratiam vel ſtudium deſtituet ſeruiendi R. D. Veſtræ, vel frequens ad Deum pro illa oratio, quo poſſit implere miniſterium ſuum, vtque labor ipſius non ſit inanis in Domino, ſed cum apparuerit paſtor ille paB ſtorum, accipiat pro labore ſuo immarceſcibilem coronam repromiſſam in cœlis. Dominus dirigat corda & corpora noſtra, in charitate Dei & patientia Chriſti! De illo, qui R. D. V. factus eſt in Satanam, mihi quidem nihil accidit noui. Videbam, quod non poſſet ex ſpinis colligere vuas, neque ex tribulis ficus. Et memini, me aliquid *Wolporii* dixiſſe R. D. V. *Auguſtinus* quodam loco ſcriptum reliquit de Monachis, nunquam ſe vidiſſe meliores, quam qui in Monaſterio profecerunt; ſed contra nunquam deteriores, quam qui extra Monaſterium defecerunt. Vehementer autem doleo, quod quem enutriuit & exaltauit, ab eo ſpernitur. Quod ſi tantum in perſonam illius peccaret, vtrumque tamen ferendum C & condonanda eſſet priuata iniuria publico bono. Cæterum ſi Eccleſiæ Dei obeſt & factus eſt domui Iſrael in ſcandalum, non video quomodo ferri poſſit. Caput artis eſt, dixit quidam, docere quod facias. Vnde in lege os turturis ad aſcellas eius retorqueri iubetur, ne ſeparetur os ab opere, & opus noſtrum non diuidatur ab ore. Sed ceſſo philoſophari, ne forte faciam, quod illi ſolent, qui pleno ventre de ieiuniis diſputant. Placet autem conſilium R. D. V. vt remoueatur quamprimum ſine turba. Religionis periculum vehementer me ſollicitum habet. Licet non ita multos viderim adhuc, quos tetigeris ea cura. Quidam ſibi neſcio quæ tempora felicia pollicentur. Alii adhuc ſaluis rebus & extra contentionem poſiti, perquam tamen timide loquuntur de religione. Alii placari poſſe putant nouatores concedenda Auguſtana perfidia. Sunt qui per hunc modum extinctas hæreſes, pacem vero publicam futuram inter ſtatus opinentur & ceſſatura inteſtina odia. Quaſi vero ignis tollat ignem, & non magis accendat; aut non melius ſit ipſos inuicem mordere hæreticos inter ſe, quorum bellum pax eſt Eccleſiæ. Equidem conſilii mei nondum me pœnitet. Nec muto ſententiam. Nam quæ vidi in *Germania*, *Bohemia*, *Anglia*, *Hungaria*, & alibi fieri, (vidi autem non coram oculis intuendo, ſed in eorum libris legendo, qui ſui temporis res geſtas literis mandarunt poſteritati) ea non iam nobis impendent, ſed fores noſtras pulſant. Quod ſi in tuenda Chriſti cauſa, non eadem erit

erit mens Epiſcoporum omnium, illicet periimus, & actum eſt de Catholica fide. Vtinam nobis Ciuitas Sancti aliquam afferat opem! A qua ſi quis mittendus eſt, eius hæ præcipuæ partes erunt, præſtare illa omnia, quæ ſuis literis R. D. V. complectitur. Nec dubito, quin eadem Cardinali ſcripſerit. Quem patriæ ſuæ Chriſtique gloriæ non eſſe defuturum, certo mihi perſuadeo. Ego vero admonebo ſæpius, vt ſi quis mitti debet, mittatur vir grauis, maturo iudicio, & minime volgari autoritate præditus. Nam leuiculos mitti, nihil eſt aliud, quam cauſam prodere; ſumptum non neceſſarium facere; & nos ridendos hominibus propinare. Non dubito, quin ſit Cardinalis in optimam partem accepturus, quicquid ſcripſero. Vtinam nobis Regni Comitia tardiſſime veniant, a quibus tantum religioni metuo, quantum a præſentiſſimo veneno. Iam enim ſecuris ad radicem arboris poſita eſt. Nondum video, quid polliceri nobis poſſimus, vel de conſtantia Regiæ Maieſtatis in tuenda fortiter Catholica fide, vel defutura aduerſus hoſtes religionis victoria. Faciendum erit tamen quod fieri poterit. Deo reliqua committenda. Qui non plus a nobis requirit, quam quantum vigilando, laborando, & obſtando præſtare poſſumus. Vt aulam R. D. V. viſat, non diſplicet; ſed præparet animam ſuam ad tentationem. Nam per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, debemus nos exhibere ſicut Dei miniſtros, & illius tantum gloriam quærere, qui creauit nos ſibi in gloriam ſuam. Fortaſſis autem & noſter excurret eo poſt Paſcha, ſic enim fertur, quamlibet is diſſimulare dicatur. Quod itaque ſupereſt, Deum precor, vt R. D. Veſtram diu ſeruet incolumem & felicem. Cuius me gratiæ commendo. Datum Cracouiæ vltima Martii 1571.

Epistola LIII.

STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladiſlauienſi

PRÆLATI CANONICI ET TOTVM CAPITVLVM CATHEDRALIS ECCLESIÆ CRACOVIENSIS.

Quod confœderationi ſe non ſiuerit implicari, ſummis laudibus extollunt.

CVm primum Nuncium accepiſſemus, de ea confœderatione, per quam cuperet Satan, quicquid vsquam eſt in orbe blaſphemiarum & abominationum ad nos deriuare, ſic e veſtigio commoti, atque conturbati ſumus, vt vix cuiquam ad credendum veriſimile videri poſſit. Nam etſi a principio adhuc, ex illis in perniciem noſtram inſtructis vnguibus leonem æſtimauimus, ac id circo Nuncios noſtros ad eum conuentum miſeramus, vt ab ipſius primis incunabulis, nobis religionique noſtræ præcaueremus; tamen fieri poſſe non putauimus, vt in illo conuentu, tam molli, ac tam leui ipſius rictu, fides, pietas religione concidere debuerit. Nam ad hæc omnia, ſemel euertenda, nihil ea confœderatione potuit excogitari aptius, aut accommodatius. Verum cum audiſſemus & quanto religionis ac pietatis ardore D. Veſtra R. huic iſti confoederationi reſtiterit, & A quanta animi magnitudine flagitantium aſſenſum, preces, odia, & minas ſuperarit, dici non poteſt, quanta lætitia cumulati fuerimus: nihil enim Pontificio munere dignius, nihil maiorum manibus gratius, nihil Reipub. fructuoſius fingi aut cogitari poſſe exiſtimauimus, quam religionem a maioribus traditam ſancte atque integre conſeruare. Sic olim *Matthias*, ſuccumbentibus licet & cedentibus cæteris, legem Dei fortiſſime vindicauit. Sic *Helias* Iudæis deficientibus, atque a religione diuina recedentibus, pro gloria Dei fortiter ſtetit, & conſtanter certauit. Sic *Daniel* nec ſolicitudine regionis alienæ, nec perſecutionis aſſiduæ infeſtatione deterritus eſt. Sic *tres pueri*, nec armis, nec minis fracti, contra ignes Babylonios fideliter obſtiterunt. Sit ergo hæc D. V. R. cum iſtis ipſis diuinis hominibus communis laus & gloria. Quam nulla vnquam hominum obliuio, aut temporis diuturnitas obliterare potuerit. B Nos certe quantas poſſumus maximas D. V. R. agimus atque habemus gratias, quod hæc iſta eius præſtans virtus & excellens pietas, per omnia huic loco, huic ordini, huic dignitati, huic muneri ſacroſancto reſponderit. Sed ſimul etiam ſummopere oramus, vt eandem pietatem, eandemque animi magnitudinem ad exitum conſeruet, neque ſe vllis precibus aut minis vinci patiatur. *Qui enim tolerauerit vsque in finem, hic ſaluus erit*, dicit in Euangelio Dominus; & in Apocal. *Eſto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.* Hoc ſi D. V. R. fecerit, nihil neque ſanctius, neque iuſtius, neque vtilius facere poterit. In quo vt eam Dominus adiuuet, & fidei robur ſuppeditet, miſericordiam eius implorabimus. Neque huic vnquam tam bonæ tamque ſanctæ cauſæ, ſtudiis & voluntatibus noſtris defuturi ſumus. D. V. R. diutiſſime cupimus eſſe ſaluam & florentem, illiusque gratiæ nos iterum commendamus. Cracouiæ 6 Martii C 1573.

Epistola LIV.

STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladiſlauienſi

PETRVS SCARGA Societatis Ieſu S. D.

Libellum à ſe nuper editum dono mittit.

REuerendus *D. Iarczeuius Decanus Vilnenſis* poſteaquam acta nobis S. Synodi prouincialis & labores D. V. R. pro Chriſti Eccleſia, expoſuit, inter cætera mihi retulit, vidiſſe ipſam meum, quem ad lucrandos ſchiſmaticos noſtros D *Ruthenos*, hoc anno edidi, libellum Polonicum, & acceptum ab ipſo apud ſe retinuiſſe. Quod vbi accepi, reprehendere cœpi meipſum, quod non ante eum ad R. D. Veſtram miſerim. Itaque & factum excuſare, & rem neglectam nouo officio corrigere conſtitui. Parum mihi dignum videbatur, libellum parui momenti, ex quo nullam delectationem ſperabam, ipſam fuiſſe capturam, ad virum & antiſtitem tantum mittere. In illo quidem Latino contra quendam Sacramentarium edito, non intermiſi, quin cum primo ſtatim tempore, per *D. Aduocatum Vilnenſem* ipſi offerrem, quo bonam forſitan meam voluntatem ad inſectandos

dos lupos iſtos teſtari apud R. D. Veſtram videretur. Sed in eo, qui propter *Ruthenos* tantum & *Schiſmaticos* rudiores oditus eſt, non putabam idem mihi eſſe faciendum. Cæterum, ne quid ſit, quod non ſummam noſtram obſeruantiam erga ſupremum fidei Catholicæ in hoc regno propugnatorem & defenſorem, declaret, hunc eundem libellum Veſtræ R. D. cum alia præfatione mitto. Vtinam aliquid dignum inueniremus, quo noſter erga ipſam, qui in Deo eſt affectus, abundantius erumperet. Quanta debemus R. D. Veſtræ in publicis, & quæ ad omnes ſpectant beneficiis, effari non poſſum. Nam ipſa & Rempub. difficillimis temporibus in conſtituendo & coronando tam inclyto & Catholiciſſimo Rege, non adiuuit ſolum; ſed & maximo vel certe extremo periculo diuina ope liberauit, & Eccleſiam DEI ad omnem SS. cultum diuinum recuperandum, in ſummam ſpem erexit. Quicquid & in Synodo tam præclara geſtum, quicquid ſanctum, & ad Eccleſiæ reſtaurationem pertinens conſtitutum eſt, omnes V. R. D. acceptum ferunt. Conſeruet nobis Deus omnipotens V. R. D. diu felicem & incolumem, cujus me gratiæ humillime commendo. Vilnæ 17 Iulii 1577.

Epistola LV.

STANISLAO CARNCOVIO, Epiſcopo Wladislauienſi,

STANISLAVS RESCIVS Secretarius Illuſtriſſimi Cardinalis Hoſii.

Epiſtolas & Orationes, in Regis inauguratione habitas, mittit.

Mitto R. D. Veſtræ libellum quendam Epiſtolarum & Orationum in hac Regis inauguratione habitarum, quas in vnum collectas, cum à nobis plerique rationem rei geſtæ cognoſcere deſiderarent, ex Illuſtriſſ. Cardinalis noſtri conſilio, cum illi & Panegyricus, & reliquæ noſtrorum hominum orationes mirabiliter placerent, in hac etiam vrbe proſtare volui, vt amicorum deſiderio ſatisfieret, & quibus inuiſa eſt hæc electio, via illa calumniandi, ac omnia pro libidine comminiſcendi præcluderetur. Nec me ſane pœnitet ſuſcepti conſilii. Leguntur hæc omnia auidiſſime, cum ob narrationis certitudinem, tum quod Latine & eleganter ſcripta ſunt. Quo nomine patriæ meæ gratulor. Ad cuius dignitatem pertinet, vt orbis vniuerſus videat, quam optimo conſilio, maturoque iudicio vſi ſint electores noſtri, & quam dilucide ac moderate ſcriptis comprehendere facta ſua norint. A D. Veſtra R. peto, vt hoc meæ ſeruitutis grato animo accipiat, & me inter ſibi addictiſſimos ſeruitores connumeret. Nihil in omni vita mea mihi gratius contingere poterit. Iam 30 dies agitur, quod ex patria noſtra nullas quiſquam literas accepit. Quid ſit in re, ignoramus. Opto R. D. V. bene valere, meque illius gratiæ commendo. Dat. Romæ.

Epistola LVI.

STANISLAO CARNCOVIO, Epiſcopo Vladislauienſi,

STANISLAVS RESCIVS Secretarius Illuſtriſſimi Cardinalis Hoſii.

De Synodo ex voto finita communem teſtatus lætitiam, vt ad erigendum hoſpitale Polonicum ab opulentioribus pecunia præſtetur, curam operamque eius ſollicitat.

Quod me literis ſuis humaniſſimis appellare, deque Synodo celebrata, & cæteris patriæ noſtræ rationibus certiorem facere R. V. D. dignata eſt, ingentes ago & A habeo gratias, agamque dum viuam. Quo minus enim expectata mihi venit hæc epiſtola, hoc me, vel potius nos omnes quos eadem patria genuit, maiore gaudio lætitiaque cumulauit. Fatebor autem, quod res eſt. Non eramus ſine metu, ne R. D. Veſtra propter illam ſtudiorum & voluntatum in eligendo Rege diſſenſionem Illuſtriſſ. Cardinalis & familiarium eius ac neceſſariorum omnium memoriam abiecerit; quo gratiores acciderant hæ literæ, quæ nos iſto metu ſuſpicioneque liberarunt. Quæ de Synodo ſcribit R. D. Veſtra, non puto magis hoc tempore lætum nuncium accidere bonis omnibus potuiſſe, quam quod poſt tot annorum curricula, in ſumma, quid de Rege Gedanoque fieret, omnium expectatione, tam ſalutare patriæ noſtræ negocium, & Eccleſiæ Dei vniuerſæ neceſſarium, eum quem ſcribit exitum eſt conſecutum. In quo promouendo, ſcio quæ fuerint partes R. D. V. Nam de præclaris conatibus illius, ſæpiſſime Illuſtriſſ. Cardinali B meo Reuerendiſſ. D. Nuncius Apoſtolicus, vir omni maior exceptione iudiciique maturitate, perſcripſit. Et earum etiam literarum exempla vidimus, quæ inter Epiſcopos de Synodi celebratione vltro citroque mittebantur. Det Dominus pro hac pio & vigilanti paſtore digna ſolicitudine R. V. D. vitam quam meretur, & conſeruet animum quem dedit. Legit autem Illuſtriſſ. D. Cardinalis huius Synodi acta ſane cupidiſſime, & Illuſtriſſ. D. Cardinali *Morono* legenda exhibuit. Qui præclare cum patria noſtra actum eſſe iudicat, quod in his Regni quaſi crepundiis, nondum repreſſa rebellium hæreticorum audacia, res omnium præclariſſimas pro religionis patriæque noſtræ ſalute conſecutas eſſe videt. Heri me quoque alius quidam magni nominis Cardinalis diligenter admonuit, vt illi quoque legendi copiam facerem, & facturus ſum ſtatim, vt ea mihi *Sublaco*, vbi nunc ruſticatur Illuſtriſſ. D. meus, remiſerit. Quid autem de illis, tum & de confirmatione, C cum S. D. N. egerit, faciet ipſe literis ſuis R. D. V. certiorem. Sit benedictus Deus! Obſeruatur oculis lætiſſima quædam Reipub. forma, poſteaquam & Regia pietas, & Eccleſiaſticorum vigilantia, in hanc vnam ſententiam conuenit, vt ex vniuerſo Regno pereundi licentia auferatur. Pro cuius etiam hic ſalute in omnibus fere vrbis Eccleſiis & antea ſemper ad Deum vota fundebantur, & nunc eodem ſtudio contentioneque laboratur. Oratorem Regiæ Maieſtatis expectamus. De nominationibus aget cum illius S. Illuſtriſſ. D. Cardinalis meus, vt primum ea de re Maieſtatis eius mandata acceperit. Vtinam aliquando tamen maior cautio adhibeatur in his eligendis, quibus debent conferri Eccleſiaſtica beneficia; minor de nobis fieret hæreticorum querimonia. Quam recte magnus ille Rex *Franciſcus* dubitabat, an oblatam à Pontifice nominandi facultatem ſuſcipere eaque vti deberet! Sciebat ille, quantum in bonis paſtoribus ad imperia conſeruanda præſidii eſſet, tantum eſſe in iis eligendis periculi & difficultatis. D Puto nihilominus futurum, vt & illius Maieſtatis deſiderio ſatisfiat, & ego poſſim R. D. V. voluntati obtemperare. Contributionem, quam S. Synodus decreuit, optime collocatam eſſe, nemo dubitat. Meretur hoc pii Regis in Eccleſiaſticum Ordinem propenſio, & præſens patriæ noſtræ ſtatus requirit. Vtinam omnes Eccleſiaſticos reditus pari vtilitate, reliqui omnes Eccleſiaſtici diſpenſarent. Poſteaquam autem

autem S. Synodo viſum eſt, Epiſcopatum Varmienſem ad 500 florenos condemnare, etſi Cardinalis adhuc ignoret, an ipſe, an Clerus eius pecuniam hanc numerare debeat; maiorem in modum cuperet, vt Maieſtas illius Regia hos 500 florenos hoſpitali Polonico, pro quo nunc Cardinalis laborat, vt in hac vrbe peregrinorum noſtræ gentis cauſa erigatur, donet. Iam enim eouſque progreſſum eſt, vt Eccleſiam & aliquot humiles caſas, illi adiacentes, a Pontifice deputatas habeamus ad extruendum hoſpitale. Sed maiore ad eam rem pecunia opus eſt, quam vt eam ex ſuis anguſtiis præſtare poſſit Cardinalis. Itaque colligenda ſunt præſidia, quo poſſit opus tam neceſſarium perfici. Quantum R. D. V. valet gratia & autoritate, tantum quæſo contendat & elaboret, vt Illuſtriſſ. D. Cardinalis pium inſtitutum opulentiorum liberalitate ſubleuetur. Rem faciet ſua pietate dignam, & eorum orationibus compenſandam, qui hoc beneficio futuris temporibus gaudebunt. Quibuscunque hoc verbis a R. D. V. poſſem impetrare, his me omnibus vſum exiſtimet, ſibique perſuadeat, hanc meam petitionem eſſe omnium grauiſſimam. Opto R. D. V. bene valere, meque illius gratiæ etiam atque etiam diligenter commendo. Datum Romæ.

Epiſtola LVII.

STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Vladislauienſi

ANTONIVS GRACIANVS Secretarius Illuſtriſſimi Cardinalis Commendoni.

Vt ad reprimendos hæreticorum inſultus, diſceſſum ſuum differat, maximopere petit.

IN eo ſcripto, quod Hæretici Senatui obtulerunt, quod mihi nunc eſt lectum, tantum veneni ſub inuolucris verborum continetur, vt plus hoc ſcripto ab iis poſtuletur, quam vnquam aut in *Germania*, aut in *Gallia*, aut in ipſa etiam *Saxonia* conceſſum iis ſit. Nam non ſolum exitioſam religionis licentiam illo Orationis artificio complectuntur; ſed etiam omnes ſectas cum Catholica religione confundunt & exæquant. D. V. R. quam diu huius rei actio durabit, diſcedendi cogitationem per Deum abiiciat. Nullo etiam tempore magis eius operam & ſtudium Respub. deſiderauit. Ego conſtitui non diſcedere, antequam aliquid cognouero de his, quæ hodie aguntur in Senatu. Deus D. V. R. conatibus adſit. Datum Domi.

Epiſtola LVIII.

STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi

SENATVS GEDANENSIS.

Officioſiſſime gratulatur ipſi de munere Epiſcopali.

EX Dei Opt. Max. prouidentia, & Sacræ Maieſtatis clementiſſima gratia R. D. V. Sacro Epiſcoporum Ordini nuper adſcriptam eſſe, tam ex publica fama, quam Conſularium internunciorum honorifica commemoratione, tum ipſius etiam R. D. V. literis, incredibili cum voluptate intelleximus. Quibus quidem literis R. D. V. cum voluntatis, tum veteris beneuolentiæ perſcripta ſententia, non potuit nobis eſſe non gratiſſima. Eoque maiorem ex illis lætitiam tulimus omnes, quo magis eum honorem, qui abs R. D. præclaris virtutibus, prudentia, dignitate meritisque depoſci videbatur, eidem ſumma cum autoritate & beneuolentia tributum eſſe cognouimus. Vehementer itaque gratulamur, cum vniuerſo Epiſcoporum Ordini, totique Reipub. de tanti viri acceſſione, tum ſigillatim R. D. V. cui id tam illuſtre virtutis præmium, & ſtatus Eccleſiaſtici ornamentum ampliſſimum, perpetuo fauſtum florentiſſimumque euenire cupimus, Deumque immortalem ſedulo precamur, velit eum decretum honorem, ad nominis ſui diuini gloriam ſempiternam, veræ religionis propagationem, & communem tam Eccleſiæ quam Reipub. ſalutem confirmare. Id quod tanto præclarius futurum nobis plane perſuademus, quanto ipſa R. D. V. hoc ipſum munus gratius habet, cum propter Reuerendiſſ. patrui felicis memoriæ recordationem, tum familiæ ſuæ & Reuerendiſſ. anteceſſorum impreſſa Sedi iſti veſtigia. Quibus quidem veſtigiis quo tenacius R. D. V. cum omnium beneuolentia inhæſerit, eo nos auidius innitemur, vt pari cultu atque obſeruantia R. D. V. complecti voluiſſe videamur. Cæterum quod in ea ampliſſimi honoris acceſſione R. D. V. de ipſius quoque in nos remque publicam noſtram conſtanti propenſione & voluntate prolixius pollicetur, quantas omnino poſſumus, eidem R. D. V. gratias agimus maximas. Ac de noſtra quidem, per literas poſtulata, cum animi promptitudine, tum in adminiſtranda Repub. moderatione, eo minus quicquam in nobis viciſſim deſiderari patiemur, quo magis, partim ipſi intelligimus Reipub. veluti animum in moderata amicorum & iuris æquabilitate conſiſtere, ſineque ea nihil in Repub. conſtans, nihilque diuturnum eſſe ſolere, partim officii noſtri rationibus ſedulo admonemur, vt omnibus in rebus eam inprimis, quæ præſcripta eſt cunctis Rempub. adminiſtrantibus, æquitatem ſeruemus. Accuratiſſima autem dabitur à nobis opera, vt omnibus modis obſeruantiæ, qualis venerabili Sedi Wladislauienſi, eiusq; anteceſſoribus, ex hac Repub. conſtanter tributa fuit, eum primis R. D. V. cuius in nos æquas propenſæ beneuolentiæ partes plurimi ſemper fecimus, parem vel vberiorem etiam promptitudinis noſtræ ſtudiorum & officiorum ſignificationem etiam atque etiam probemus. R. D. V. iterum iterumque perquam officioſiſſimis verbis rogantes, velit in ea ſummæ beneuolentiæ, propenſionis, cum internunciis noſtris, tum nobis, & vniuerſæ Reipub. per literas facta, ſignificatione, diutiſſime benigniſſimeque perſeuerare. De Monaſterii rationibus, quæ poſtremum R. D. V. poſtulauit, muneri noſtro non defuiſſe, cuperemusque, vt eadem æquitate, quæ integris ſenſibus ſubiecta, & hic exhibita fuit, aperte innocentiæ noſtræ & exiſtimationi in ea actione conſultum fuiſſet; Verum ea iuſto Dei iudicio committenda ſunt. Quod ſupereſt, R. D. V. ampliſſimi honoris auctione perpetuo ſaluam, & imprimis florentem eſſe cupientes. Datum Gedani XXVI Auguſti Anno Domini M D LX.

EPISTOLARVM LIBRI SECVNDI FINIS.

EPISTO-

EPISTOLARVM VIRORVM ILLVSTRIVM LIBER TERTIVS.

Epiſtola I.

PIO QVINTO Pontifici Maximo STANISLAVS CARNCOVIVS, Epiſcopus Vladiſlauienſis.

Pro conceſſo Epiſcopali munere gratiis perſolutis, quam curæ cordique illud ſibi ſit, exponit.

BEATISSIME PATER.

MAgna hæc eſt dignatio Sanctitatis Veſtræ, quæ me, A indignum & minimum Sacerdotem, ex alto culmine dignitatis reſpexerit, & in partem ſollicitudinis Eccleſiæ periclitantis in *Diœceſi Wladiſlauienſi*, ad munus *Epiſcopale*, nullis meis meritis, vocarit confirmaritque. Ex quo intelligo, quid ea de me ſentiat. Sane iudicium hoc grauiſſimum & maximum Sanct. Veſtræ de me præpono omnibus honoribus & ſedibus, ac diuitias in eius comparatione nihil eſſe duco. Quis enim in terris Sanct. Veſtra, dignitate, & poteſtate maior? innocentia, aut vllo genere laudis, præſtantior? Cuius ſanctitatis fragrantia & odor bonus totum orbem repleuit. Quamobrem non eas, quas debeo, ſed quas poſſum, maxima cum humilitate & ſubmiſſione, ago & habeo Sanct. Veſtræ gratias, Deum Opt. precaturus, vt B populo Chriſtiano, cuius tutela & ſecuritas ſalute & incolumitate S. Veſtræ continetur, eam diu ſanam, florentemque præſtet. Enitar autem pro virili mea, ne iſtud eius iudicium & conceptam de me expectationem fallam. Et licet difficillima ſit Epiſcopatus mei adminiſtrandi ratio, tot hæreſibus virulentiſſimis in eum incumbentibus; quantum tamen per me præſtari potuit, in ipſo in prouinciam ingreſſu non neglexi, Synodum Diœceſanam coegi, ac vt totus clerus Diœceſis meæ profeſſionem fidei Catholicæ ſub iureiurando, iuxta Decreta Concilii Tridentini faceret, obedientiamque S. Veſtræ præſtaret, curaui. Seminarium inſtitui, cenſuque ex prouentibus Epiſcopatus mei, ac nonnullorum Abbatum dotaui, mandato S. Veſtræ ſatisfaciens. Porro de *Fricio* ita conſtitui, quia patrociniis Illu- C ſtrium Virorum, in vnam ſectam ſecum conſpirantium, ita munitus eſſe videbatur, vt à me bonis ſpoliari ſine aliqua ſeditione non potuerit, obſtantibus præterea tribus aduitalitatibus à *Ioanne Droicuio* anteceſſore meo, cum approbatione Capituli conceſſis; malui iacturam ærarii mei facere, contractu ſecum inito, vt certa pecuniarum ſumma à me accepta bonis omnibus in Epiſcopatu meo renunciaret. Quod Sanct. Veſtram ex R. D. *Ruthgerio* Nuncio ſuo vigilantiſſimo copioſius perſpecturam arbitror. Reliqua exponet Sanct. Veſtræ meis verbis *Georgius Ticinius*, Sereniſſimi Regis mei apud S. Veſtram Agens, cui nonnulla à Sanct. Veſtra pro vtilitate Eccleſiæ meæ poſtulanda commiſi. Quamobrem vt illi faciles aures & benignum aſſenſum S. Veſtra præbere dignetur, maiorem in modum ſup- D plico. Dat.

Epiſtola II.

PIO QVINTO Pontifici Maximo STANISLAVS CARNCOVIVS, Epiſcopus Vladiſlauienſis.

De nouo inſultu ab Eccleſiæ Rom. hoſtibus timet, eique reſiſtendo ſe parat, & obfirmat.

BEatiſſime Pater. Maximas & immortales gratias ago pro paterna erga nos, Ordinemque noſtrum Sanct. Veſtræ cura, quæ nos tanquam ex ſpeculo præuidendo tempeſtatem futuram, benigne ac clementer hortatur ad officium tuitionis defenſioniſque religionis Catholicæ, in A qua ſalus omnium noſtrum & Ordinis noſtri conſtituta eſt, pro eo ac merito debemus, præſtandum, præſertim tempore Comitiorum, quo maxime aduerſarii noſtri Eccleſiam Dei impetere ſolent. Et vitauimus nos quidem diuina adiuuante gratia periculum; ſed iis nondum defuncti ſumus. Repreſſi quidem ſunt conatus aduerſariorum, ſed non fracti nec oppreſſi. Itaque quo diutius reſidet vulnus furoris in animis eorum, hoc magis nobis inuigilandum & cauendum eſt ab illis. Totus iſte impetus conuertetur in nos aliis Comitiis, quæ proxime celebrabuntur. Quamobrem conſilio, autoritate & auxilio S. Veſtræ nobis opus eſt, vt id omnes vnanimiter agamus, quod ſit ex re, dignitate atque vtilitate Eccleſiæ Dei. Ego quidem pro tenuitate B ingenii mei ad recte conſtituendas res plurimum conducere arbitror, vt quamprimum Synodus Prouincialis cogatur, aut Conuentus Epiſcoporum cum collegiis Cathedralium Eccleſiarum, propter multas cauſas. Quæ omnia & alia Eccleſiæ neceſſaria, pro quibus Sanct. Veſtræ humillime ſupplico, Sanct. Veſtræ Illuſtriſſ. D. Cardinalis *Sabellus Warmienſis* ac D. *Georgius Ticinius* exponent. Dat.

Epiſtola III.

GREGORIO XIII Pontifici Maximo STEPHANVS Poloniæ Rex &c.

Studia ſua & obſeruantiam Sedis Apoſtolicæ, religioniſque Catholicæ tuendæ conſtantiam, imo regnum etiam ſuum C fauori & protectioni Pontificis commendat.

BEatiſſime Pater & Domine, Domine clementiſſime. Poſt oſcula pedum beatorum, Regnique mei ac Dominiorum meorum commendationem. Quod, poſteaquam in Dei nomine Regni Poloniæ gubernacula, per ſolennem vnctionis ac coronationis meæ inaugurationem, cepi, nullos hactenus ad Sanct. Veſtram oratores miſerim, qui faſces meos regios Sanct. Veſtræ, Chriſti Dei noſtri Vicario ſubmitterent, meumque nomen apud Sanct. Veſtram, vnicum ſedis Apoſtolicæ præſidem, inter reliquorum Catholicorum Regum nomina profiterentur, ne, quæſo, exiſtimet, neue ſibi perſuaderi patiatur Sanct. Veſtra, alia de cauſa factum eſſe, quam meis primum Regnique mei occupationibus ſummis, deinde vero etiam non nihil impeditis hoc tempore D itineribus vſitatis ad Sanct. Veſtram. Quid eſt enim, quod alioqui aut prius aut libentius facerem, quam vt ego, qui per Dei gratiam Catholicus ſemper vixerim, nunc ſumma Dei benignitate in hoc Regiæ dignitatis faſtigio conſtitutus, apud Sanct. Veſtram, ſummum vniuerſalis Eccleſiæ Pontificem, nomen meum profiterer, in iſto orbis terrarum theatro, inter tot anteceſſores & æquales meos Reges Chriſtia-

nos, quorum memoria in benedictione eſt, & laus in Eccleſia Sanctorum? Verum eius rei facultatem eripuerunt mihi interea, vt dixi, tempora Regni mei maxime neceſſaria, quæ tamen ipſa, opinor, breui eam mihi reſtituent, ac meum A deſiderium ſummum, in ipſo huius mei Regni initio ſalutandi de more Sanct. Veſtram per Oratorem meum, ad exitum, quod ſpero, optatiſſimum deducent. Nunc quoniam initia iſta Regni mei in quaſdam eiuſmodi difficultates inciderunt, vt non minus fortaſſis illthic facta conſiliaque mea, quam hic quoque facta conſiliaque nonnulla Sanct. Veſtræ in ſuſpicionem vocari videantur, equidem quod ipſe vltro facio, vt de Sanct. Veſtra nihil, quod non ſit cum illius pietate & religione, cumque adeo Sedis iſtius Apoſtolicæ dignitate coniunctum, perſuaderi cuiquam patiar, idem a Sanct. Veſtra his meis literis peto & quæſo, vt ſi quid forte iſthuc alienum à perpetuo meo erga hanc ſanctam Sedem ſtudio & obſeruantia, ad Sanct. Veſtram afferatur, ab hominibus exiſtimationi meæ periniquis, (quandoquidem, niſi his virtuti inimicis temporibus, nunquam mihi profecto alias vereri in mentem veniſſet) id totum Sanct. Ve- B ſtra pro ſua prudentia reſpuat, & ſpernetur, certum habens ac perſuaſum, me conſtantiam religionis Catholicæ meæ, quam libenter admodum profiteor, ad extremum vſque ſpiritum per Dei gratiam conſeruaturum eſſe. Atque hæc quidem de rebus meis. Quod autem præterea præſentem ſtatum Regni mei attinet, perficiat quæſo Sanct. Veſtra, vt cum omnium reliquorum Regnorum atque Imperiorum Chriſtianorum libertates curæ habeat, eaſque paterno prorſus affectu proſequatur, tum ipſius quoque Reipub. Polonæ, non magis meo, quam ipſius Sanct. Veſtræ nomini devotæ & addictæ, libertatem tueatur & defendat. Commendo Regnum dominiaque mea omnia in gratiam & protectionem Sanct. Veſtræ. Datum Warſouiæ die 5 menſis Iulii Anno Domini 1576.

Epistola IV.

GREGORIVS P. P. XIII.
STEPHANO Poloniæ Regi.

Ad præinſertas literas amiciſſime reſpondet & quævis bona ſibi & Eccleſiæ ominatur.

Chariſſime in Chriſto fili noſter, Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

QValis ſit *Maieſtatis* tuæ pietas, inque Catholica religione tuenda Apoſtolicæque Sedis & Chriſti Vicarii dignitate atque autoritate, vt par eſt, agnoſcenda & colenda, conſtantia, cum multorum ſermonibus & fama ipſa, tum ex celebri illa profeſſione, quam tuis verbis fecit apud nos Orator tuus, multo ante, quam ad Regiam iſtam dignitatem peruenires, apertiſſime cognouimus, opinionemque illam, quam tum cepimus, amantiſſima ſemper de te cogitatione retinuimus. Poſtquam autem in ampliſſimo Regiæ digni- D tatis gradu locatus es, perſuaſum nobis fuit, te Deo atque huic ſanctæ Sedi, pietate eo deuinctiorem eſſe futurum, quo es munere ipſo atque officio propinquior. Omnis enim Regis vera ac ſolida laus & in hac vita felicitas, in eo ſita eſt, ſi velit ſuam omnem autoritatem, poteſtatem, conſilia denique omnia Deo, per quem Reges regnant, inſeruire, in ſanctiſſimo nimirum eius cultu tuendo, latiſſimeque propagando. In quo ſperauimus tuam operam nemini vnquam Catholicorum Poloniæ Regum fidei & virtuti ceſſuram. Hoc igitur noſtrum conſtans de tua pietate iudicium, tuis nunc literis confirmari, quæ noſtræ bonorumque omnium expectationi ampliſſime reſponderunt, ſummopere lætati ſumus, diuinæque bonitati gratias, quantas poſſumus, maximas agimus, teque vt filium chariſſimum amplectimur. Quod vero Oratorem, ad eam, quam ſolent omnes Reges Catholici, obedientiam præſtandam nondum miſeris, temporum difficultate id accidiſſe, & nos hucusque interpretati ſumus. Cum venerit, libentiſſime eum videbimus, honorificeque, vt decet, accipiemus. De noſtra autem erga te voluntate falſis ſermonibus te non eſſe permotum laudamus, ſicut & nobis nihil, quod eſſet ab optimo & Catholico Rege alienum, de te perſuaderi paſſi ſumus. Conſilia enim & rationes noſtras ita ſemper Deo autore dirigere ſolemus, vt nemini prorſus iudicium aliquod, ne minima quidem re, inferamus. Regnum vero iſtud, *Maieſtatem* tuam, reſque tuas omnes ita commendatas habebimus, ac tanta charitate amplectemur, ut facile intelligere poſſis incolumitatem veſtram cum Chriſtiani orbis ſecuritate coniunctam eſſe, à nobis vere exiſtimari. De tua viciſſim *Maieſtate* ſic nobis pollicemur, daturum omnem operam, vt nullum pii ac vere Catholici Regis officium ab ea deſiderari poſſit. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 7 menſis Nouemb. 1576. Pontificatus noſtri anno quinto.

Ant. Bucapadulius.

Epistola V.

GREGORIO XIII. Pontifici Romano
STANISLAVS CARNCOVIVS, Epiſcopus Wladiſlauienſis.

C *In felici Regis Henrici electione, male ſentientium technas fuiſſe ſuperatas nunciat, ſibique ſuffraganeum adiungi humillime precatur.*

BEatiſſime Pater. Redditæ ſunt mihi literæ Breuium à S. V. Quibus, commemoratis officiis meis in Eccleſiam Dei, me hortari dignatur, ad vehemens ſtudium eidem exhibendum. Quo nomine maximas, & immortales S. V. gratias ago, omnemque operam dabo, vt mandatis eiusdem per me ſatisfiat. Equidem in ſumma Eccleſiæ Dei hoc tempore interregni perturbatione, immenſa clementia diuina erga nos, votis, ſupplicationibus atque orationibus S. Veſtræ accedentibus, quod toti orbi notum nobisque ſignificandum eſt, apparuit. Quod conſenſu omnium Ordinum, prima die, qua per tribus ſiue, vt noſtri vocant, Palatinatus in ſuffragia de eligendo Rege itum eſſet, incredibili dictu ex tam frequentiſſimo Senatorum & numeroſiſſimo Equitum conuentu, ex tot candi- D datis Regiæ ſtirpis & faſtigii, vix ducenti ſupereſſent, qui diuerſum ſentirent, vnumque ex omnibus votis & deſideriis omnium in eum inflammatis, Illuſtriſſ. *Ducem Andium*, *Regem Polonorum* ederet proclamaretque, eluſis quorundam aduerſariorum noſtrorum conatibus, qui in hac incubuerant, vt hæreticum Regem nobis & Eccleſiæ Dei darent. Quam ad rem varia retium genera tetenderant. Inter quæ ſortes teſtimonio diuino, vt illi dicebant, comprobatas adinuenerant. Sed laqueus contritus

eſt

eſt, & nos liberati ſumus. Quæ S. Veſtræ, licet hoc iam ab aliis perlata eſſe exiſtimo, ſignificanda tamen putaui, vt dulcedine diuinæ gratiæ pectus S. repleatur. Navaui ego quidem eo in negocio Eccleſiæ Dei & patriæ meæ, iudicio omnium, non minimam operam. Pro qua non magna ſolum aggredi, ſed mortem etiam ipſam oppetere, ſi modo ſalus eius per me repræſentari poſſit, adiuuante diuina gratia non dubitabo. Cæterum cum inter tot curas & occupationes, quibus pro bono Reipub. atque adeo Eccleſiæ Dei diſtringor, ſæpius me abeſſe ab Eccleſia mea contingat; S. Veſtræ humiliter ſupplico, vt ex ſua benignitate & gratia venerabilem *Andream Bylionium*, Cantorem Cruſuicenſem, & Canonicum Wladislauienſem, doctum, pium, ac integritate vitæ conſpicuum, in ſuffraganeum Eccleſiæ meæ, retentis Sacerdotiis creare dignetur. De quo latius Sanct. Veſtra ea *Illuſtriſſimo Cardinali Hoſio* cognoſcet. Dat.

Epistola VI.

GREGORIO XIII. Pontifici Maximo

STANISLAVS CARNCOVIVS Epiſcopus Wladiſlauienſis.

B

Quod ſe iubilæi Romani, quantumuis abſentem, participem fieri voluerit Pontifex, eximio gaudio ſuffuſus immortales agit gratias.

DIcere ſatis nequeo, quanto ſtudio ac deſiderio videndæ vrbis cum alias ſemper, tum vel maxime hoc ſanctiſſimo vniuerſoque orbi expectatiſſimo iubilæi anno, flagrauerim. Nam primum quidem officii mei debitum, ad venerandum, coramque quam ſuppliciſſime agnoſcendum Sanctiſſ. religionis Chriſtianæ caput, Chriſtique Vicarium, magnopere me iam olim incitabat & impetebat. Deinde vero communis totius orbis maximeque piorum omnium ad hauriendas ſalutares aquas, hoc tam exoptatiſſimo tempore ſingulari Dei Opt. Max. & Sanct. Veſtræ benignitate erumpentes ac ſcaturientes, frequentiſſimus concurſus, eo me incredibiliter inflammabat, rapiebatque, ac procul dubio abripuiſſet iſthucque pertraxiſſet, C niſi tempus hoc deſideratiſſimum in tam perturbatiſſima ac periculoſiſſima Reipub. noſtræ tempora, quæ me ab inſtituto meo prohibuerunt, incidiſſet. Intercepta igitur penitusque deſiderio meo negata eius rei facultate grauiſſime ferebam, tanta & tam rara felicitate me defraudari. Ecce autem Reuerendiſſimus Dominus meus *D. Vincentius Laureus* Montis Regalis Epiſcopus, Sanct. Veſtræ in Polonia Nuncius (cuius ego pietatem, ac ſingularem omnibus in rebus prudentiam, induſtriam, dexteritatem, ac in omnes muneris ſui partes vigilantiam, nunquam ſatis admirari nedum prædicare poſſum) deſiderii mei æque ac ſui conſcios, naturæ ſuæ bonitate impulſus, quod ego ne optare quidem audebam, tantum abeſt vt ſperarem, ſe ſibi ac mihi apud Sanct. Veſtram impetraſſe, vt tanto ac tam illuſtri dono, perinde ac ſi præſentes adfuiſſemus, perfrui liceat, mihi renunciat, meque eorum nomine & autoritate D Sanct. participem eſſe iubet. Quod cum mihi præter omnem ſpem expectationemque meam accidiſſet; incredibile eſt, quanto & quam inſperato animum meum gaudio atque lætitia perfuderit, deſideriumque lenierit. Omnia me hercule, quæ cuique in vita lætiſſima accidere poſſunt, ſi in vnum conferantur, nequaquam tantum momenti ad exhilarandum animum, & conſcientiæ conſolationem habere poſſunt, quantum hoc nuncium mihi attulit. Quod gaudium meum ſempiternum fore, & ſpero & opto. Quoniam vero hoc tantum & tam inopinatum Sanct. Veſtræ beneficium in me minimum, cupidiſſimum certe illius ſeruum collatum, non ſolum gratiarum actionem, ſed etiam animi gratitudinem omnem exuperat, A non ego pro eo, quas par eſt, ſed quas mortale pectus capere poteſt, & ago & habeo gratias. Illud certe contendam, vt quantumcunque ex ea Sanct. Veſtræ benignitate, animo meo virium diuinitus additum fuerit, id totum in Eccleſiæ Dei & Sedis Apoſtolicæ, pro qua vitam etiam profundere mihi optabile eſt, defenſionem ac propagationem ſedulo impendam: proque diuturna ſalute, incolumitate atque felicitate Sanct. Veſtræ Deum Opt. Max. (quamuis indigniſſimus.) ſupplex, quoad viuam, precabor aſſidue. Dat.

Epistola VII.

GREGORIO XIII. Pontifici Maximo

STANISLAVS CARNCOVIVS Epiſcopus Wladiſlauienſis.

B *Regiam dignitatem primo Cæſari, deinde vero Infanti Annæ delatam eſſe ſignificat, id quod ne Cæſar ægre ferat, nec aliquid iuris ſibi quærat, Pontificem rogat, vt apud Cæſarem intercedat.*

QVi fuerit exitus *Comitiorum* noſtrorum, ad *Warſouiam* creando Regi non ita pridem habitorum, vel ipſa fama ad S. Veſtram perlatum eſſe minime dubitamus. Præpropera ſiquidem Primatis noſtri *R. D. Archiepiſcopi Gneſnenſis* cum aliis perquam paucis renunciatione factum eſt, vt *S. Cæſarea Maieſtas* contra leges & libertatem noſtram, maxima parte Senatus, & vniuerſis fere, qui ex ordine Equeſtri eo frequentes conuenerant, inuitis maximeque aduerſantibus, extra locum ad eam rem publico decreto conſtitutum, *Rex Poloniæ* renunciaretur. Vnde illud neceſſario ſtatim conſecutum eſt, vt illi, qui libertatem patriæ opprimi iniquiſſimo ferebant animo, eius vindicandæ cauſa, ad *Sereniſſimam Infantem Annam*, ex clariſſima Sereniſſimorum Regum noſtrorum optime de Repub. noſtra C meritorum progenie, Regiam dignitatem ſummo ſtudio atque contentione deferrent, eamque Illuſtriſſimo viro *Stephano Tranſyluaniæ Principi* deſponſarent, ſimulque de vi legibus libertatique communi per paucos illata, ad vniuerſas Regni prouincias publice referrent, locum & tempus cognoſcendum ea de re vniuerſis deſignarent. Quo cum frequentiſſimi, de communi ſalute atque libertate multum ſolliciti, hoc tempore conueniſſemus, maximo omnium conſenſu id, quod pro ſalute atque libertate omnium actum erat, approbauimus atque confirmauimus. Ex quo in certiſſimam ſpem venimus, fore, vt a domeſtica diſſenſione nil amplius nobis metuendum ſit. Vnum etiam quod ſubueremur, relictum eſt, ne *Cæſarea Maieſtas* ex eo, quod per Reuerendiſſ. D. Archiepiſcopum, *Regis Poloniæ* nomine, appellata ſit, aliquid iuris ſibi quæſitum eſſe arbi- D tremur, neue ſibi ac nobis aliquid negotii (quanquam ſua ſapientia, & in tuenda Chriſtiani nominis concordia, pace ac tranquillitate perpetuum ſtudium & conſuetudo nos de eo bene ſperare iubet) hoc nomine faceſſat. Quam ad rem nuſquam certius remedium, quam in ampliſſima S. Veſtræ autoritate repoſitum eſſe iudicamus. Quamobrem ad eam ſupplices confugimus, ab eaque maximis precibus contendimus, dignetur pro ſua pietate & Reipub. Chriſtianæ charitate, *Sac. Cæſar. Maieſtatis* animum in veteri erga nos gratia atque beneuolentia, perpetuoque pacis & tranquillitatis ſtudio, atque conſuetudine ſua continere; ne (quod omen Deus auertat) non ſolum *Poloniæ Regnum*, quod totius Chriſtianitatis contra tot barbarorum impetus eſt ve-

lut propugnaculum, ſed etiam vniuerſam Chriſtianitatem inde periclitari contingat. Faciet Sanct. Veſtra rem non minus pietate ſua dignam, quam ſalutarem & neceſſariam, nobisque & vniuerſo *Poloniæ Regno* longe gratiſſimam, & ſempiterno atque immortali præmio a Deo Opt. Max. remunerandam. Datum in Conuentu Andreiouienſi 4 Non. Februarii.

Epistola VIII.

GREGORIO XIII Pontifici Maximo
STANISLAVS CARNCOVIVS Epiſcopus Wladislauienſis.

Decreta Concilii Tridentini in Synodo prouinciali eſſe accepta nunciat, idque a Pontifice confirmari petit, & vt Regem ad ſuſcipiendum harum conſtitutionum patrocinium excitet, obſecrat.

SVperiorum temporum iniquitate, continuisque Reipub. noſtræ perturbationibus effectum eſt, vt ne B Sacroſancti Tridentini Concilii Canones atque Decreta, quod iam pridem fieri oportuit, vsque ad huc publica totius iſtius prouinciæ autoritate reciperentur. Nunc tandem vt primum aliquanto tranquillius tempus diuina benignitate nacti ſumus, nihil mihi maiori curæ fuit, quam vt Reuerendiſs. D. *Vincentium Laureum Montis regalis Epiſcopum*, Sanct. Veſtræ Nuncium, in id ſummo ſtudio incumbentem, pro viribus adiuuarem, vt quemadmodum iam ante aliquot annos in Diœceſi mea ſactum eſt, ita hoc tempore in tota hac prouincia ab omnibus ſumma ſacro ſancti Concilii Tridentini autoritas agnoſceretur, omniaque ad ipſius præſcriptum penitus accommodarentur. Synodo igitur Prouinciali per Reuerendiſs. D. Archiepiſcopum coacta, cui etiam R. Dominus Sanct. Veſtræ Nuncius cum ſumma autoritate atque dignitate C præfuit, id quod tamdiu a nobis deſiderabatur, ſtudioſe cupideque perfectum eſt. Nec iam amplius quicquam deſideratur, quam vt ea, quæ iam conſtituta ſunt, omnes religioſiſſime obſeruent & exequantur. Quam ad rem ſumma Sanct. Veſtræ autoritas perquam neceſſaria eſt. Quare acta atque inſtituta Synodi iſtius ad Sanct. Veſtram mitto, illique non ſolum meo, ſed etiam totius Cleri nomine ſubmiſſe ſupplico, quo ea autoritate ſua confirmare dignetur. Ita enim totius Synodi conſenſu decretum eſt, vt ne prius promulgentur quam his Sanct. Veſtræ autoritas acceſſerit. Supplicamus etiam S. Veſtræ quo *Sereniſſimum Regem* noſtrum, quamuis per ſe in cauſam Eccleſiæ Dei ſatis propenſum, ad ſuſcipiendum quantum in ſe erit Sacroſancti Concilii Decretorum Prouinciæque ipſius Conſtitutionum patrocinium hortari & incitare dignetur. In eo enim ad obtinendum ius D Eccleſiaſticum, veterisque diſciplinæ reſtitutionem plurimum ſitum eſt. Deus Opt. Max. Sanct. Veſtram quam diutiſſime feliciſſimam beatiſſimamque conſeruet. Dat.

Epistola IX.

STANISLAO HOSIO Cardinali Varmienſi
STANISLAVS CARNCOVIVS Epiſcopus Wladislauienſis.

In viſitatione ſuæ Diœceſeos miſeram omnium rerum conditionem reperiſſe, aliquibus tamen remedia attuliſſe ſcribit.

CVperem, vt omnia conſilia mea in regenda Eccleſia Diœceſis meæ ſuſcepta, iudicio grauiſſimo Illuſtriſs. A Paternitatis Veſtræ probentur. Idcirco quid in hoc miniſterii ſacri exordio a me geſtum, & quod veluti fundamentum iactum ſit actionum, Illuſtriſſ. Paternitati Veſtræ protinus deſcribendum putaui. Viſitationis munere pridem intermiſſo, cum ii, quorum id erat proprium, non eam quam oportebat, Dominici gregis curam gererent, ſed vnumquemque vias ſuas ſequi permitterent; factum eſt tandem, proh dolor! vt minor eſſet Paſtorum in Eccleſiis recte gubernandis, & in vita honeſte traducenda, populoque ad pietatem inſtituendo vigilantia. Quin etiam exiſtimabant plerique, nihil eorum ad ſe pertinere, ſibique factam eſſe liberius viuendi poteſtatem. Quandoquidem nemo fuit, qui ab illis rationem geſti officii repoſceret. Sic nimirum dormientibus patribus familias, venit inimicus homo, & in agro bono ſuperſeminauit Zizanium, quod ſuccreſcens, verbi Dei ſemen oppreſſit, B ſuumque fructum orbi produxit, hæreſes nimirum, humani generis peſtes maximas, & in vita hominum quiduis agendi licentiam. Quam ſecuta eſt e veſtigio tanta populi Dei a pietate auerſio, & ad hæreſes conuerſio, quantam oculis ipſi noſtris, magno cum animi noſtri dolore cernimus. Quamobrem nobis, quamlibet indignis, quorum alioqui officio incumbebat onus huius prouinciæ, viſum eſt, vt cunctatione prætermiſſa, viſitaremus Diœceſim, & morbis illius diligenter exploratis, opem illi, quam poſſemus afferre conaremur, nihil eorum prætermittentes, quæcunque munus hoc noſtrum a nobis poſtulare videretur. Quod a nobis factum eſt, ſumto a Cathedrali eccleſia initio, vbi multa reperi, cathedram absque doctore, tribunal Epiſcopi absque iudice vicario, ſubſellia Confeſſariorum absque confeſſa- C riis, chorum absque pſalmodia, altaria absque miniſterio, Scholam ſine Rectore, Hoſpitalia Pauperum ſine Proviſoribus & Prouiſione, Prælatos atque Canonicos paucos, eosque absque Regula, Clerum absque diſciplina, ciuitatem ſine ordine, reliquos in vita & moribus diſſolutos, Templum rimarum plenum, arcis ædificia, & locum habitationis Epiſcopi ruinoſum. Quid plura? excepta ſolitudine, nihil boni præterea. In Diœceſi nihil meliora vidi: *Radeonii Andream* hæreſiarcham Synagogam ſuam habentem, conuenticula cogentem, miniſtros inſtituentem & deſtituentem, ſcholam nobilium puerorum ab eodem erectam eſſe, populumque in præcipuis ciuitatibus Regiis, *Brzeſtenſi*, *Nieſchouienſi*, *Radeouienſi*, *Bidgoſtienſi*, & aliis per ſatellites eius ad defectionem a Catholica fide ſolicitari a nobilibus, qui ſe ab Eccleſia Dei ſegregarunt, templa in eorum poſſeſſionibus D ademta, alia profanata; a Catholicis vero reditus Eccleſiaſticos & decimas vſurpatas: in Parochiis iuris patronatus Regii Præfectos ſummam exercere poteſtatem: Monaſteria plerisque in locis, *Radeonii*, *Neſouiæ*, *Iniulatislauiæ* deſerta, Sacella & Oratoria, *Predecii*, *Conalii*, *Ingulatulauiæ* in arce *Cruſuicenſi*, ſine vllo miniſterio: multas Parochias ſacerdotibus vacuas. In bonis Epiſcopalibus reperi multa templa vetuſtate collapſa, ſubditos variis grauaminibus oppreſſos, a Præfectis expilatos & exhauſtos, bonorum Eccleſiaſticorum fines acciſos. In Eccleſia *Cruſuicienſi*, vbi aurea Cathedra fuerat, duos tantum Presbyteros vicarios officia obeuntes. In ſumma gregem Chriſti palantem absque Paſtores,

Paſtore, lupis expoſitum. Hoc duntaxat boni ſupereſſe videbatur, quod Hæretici varie diſſecti, inuicem digladientur, quorum alii *Trideiſtæ*, alii *Fraterculi* ſeu *Picardi*, alii A *Caluiniſtæ* atque *Lutherani* nominantur. Cæterum pugnas & certamina mea cum aduerſariis coram *Cuſborſcius* referet. Longum enim eſſet ſingula perſcribere.

Miſera ſane conditio nunc eſt omnium noſtrorum Catholicorum Epiſcoporum. Hæretici, qui in poſſeſſionem noſtram venerunt, præſcribunt nobis leges, nolunt nec verbo nec facto a nobis violari, benignitate, clementia, fauore, beneficiis ſecum agendum eſſe putant. Quod ſi vlterius progrediare, ſiue literis mandatorum Regiorum inhibendo, ſiue ad tribunal Regium, vel ius noſtrum euocando, ſtatim clamant, vim ſibi fieri, rem agi non de Religione, ſed de libertatibus Regni, eas in ſe oppugnari, pacem tranquillitatemque publicam turbari, ſeruitutem induci. Interea vero, omnia ſibi permittunt, quæ ad euertendum nos faciunt. Subſannant, illudunt, famam & exiſtimationem ſermonibus, libelliſque famoſis proſcindunt, populum ſe- B ducunt, miniſtros conſtituunt, templa occupant, profanant, reditus Eccleſiaſticos ſibi vſurpant, & alia omnia arbitratu ſuo faciunt; nulla nec legum, nec noſtri ordinis, nec Regiorum edictorum habita ratione. Quamobrem Epiſcopali munere hac temporum iniquitate perfungi, rem omnium difficillimam eſſe iudico. Nunc video, quibus periculis ac laboribus obnoxium ſit hoc munus, quantum diſtrahat ab illa tranquillitate animi, quam experimur, dum omnibus curis vacui diuina meditamur; quam optabilior ſit vita priuata; quam hæc grauiſſimis atque plurimis ſollicitudinibus referta; quamque neceſſarium ſit, Epiſcopum ſanctorum virorum precibus adiuuari, & aliorum multorum conſiliis auxiliiſque niti. Olim, dum omnes in vna domo habitaremus, cum conſenſu, dum omnes parerent, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſubiecti eſſent, facilis & expedita erat Eccleſiæ Dei regendæ & adminiſtrandæ ratio, erat enim vnum directum iter ad eam regendam, C canones videlicet; Nunc ordine ſublato, iuriſdictione extincta, canonibus in exilium actis, iuribus noſtris in nulla parte ſaluis & integris, cultu diuino profanato, violatis ſacroſanctis Eccleſiis, noua Cathedra contra Cathedram erecta, falſis doctoribus permiſſis, quo pacto bonus & vigil paſtor aliquid operæ pretii facere poſſit, non video. Viſis tamen & conſpectis his morbis Eccleſiæ, pro ratione temporis & loci, quoad recte potui, adhibui remedia. Collocato enim in Cathedra Doctore *Leonardo*, ordinaria poteſtate viro probo *Borukouio* mandata, in locis inſignioribus, *Breſtii, Neſouiæ, Radzouii, Bidgoſtiæ*, viris doctis atque piis diſpoſitis, Oeconomo bonorum Epiſcopalium generali creato, Magiſtris Scholæ atque diſcipulis, qui Eccleſiæ Dei deſeruirent, conſtitutis, tum etiam hoſpitali pauperum prouiſione data, reliqua ad Synodum diœceſanam reiici, quam primo quoque tempore indicendam conſtitui. Hæc D eſt tota ratio conſiliorum & factorum meorum. Deum Opt. precor, vt actiones noſtras aſpirando præueniat, & adiuuando proſequatur. Idem vt faciat Illuſtriſſ. P. Veſtra ac pro me Deum Opt. Max. exoret, etiam atque etiam rogo. De Synodo prouinciali, ſi quem ea fructum afferre deberet, concordia pacis conſtituenda eſt inter Epiſcopos. Ea vero vel priuato paucorum congreſſu fructuoſe tractari & perfici poteſt. Dabo operam, vt Reuerendiſſ. N. & N. ſibi reconcilientur. Quo conſtituta & ſtabilita amicitia & beneuolentia coniunctis animis ad rem Eccleſiæ Dei agendam incumbamus. Dat.

EPISTOLA X.

A *STANISLAO HOSIO Cardinali Varmienſi*

STANISLAVS CARNCOVIVS Epiſcopus Wladiſlauienſis.

In regno Poloniæ omnia legibus, inprimis eccleſiaſticis, eſſe ſoluta, in eoque nulla adminiſtrata iuſtitia eccleſiam premi, queritur.

Mirari ſatis non poſſum tam ingens quorundam aduerſus nos fratres ſuos, nunquam de ſe, deque Repub. communi male meritos odium, qui dum ſibi ipſis, ac vniuerſis quibuſuis, quamuis infimæ conditionis hominibus, iuris ſui perſequendi rationem ſaluam & integram conſeruant; nobis ſolis, non poſtremi certe in Republicæ B Ordinis hominibus nominatim, ad conſequendum ius noſtrum omnem viam rationemque præcludunt. *Armeni, Græci, Iudæi, Turcæ*, ius ſuum & iuſtitiam in hac Repub. noſtra conſequuntur: ſolus Ordo ſacratus, ſola Chriſti cauſa, nec forum nec iudicem ſuum habet. In quo nihil aliud agunt, quam vt nos deinceps etiam e Repub. penitus, & Chriſtum Catholicamque fidem excludant, eiiciantque. Videre iam licet in pleriſque Parochiis Catholicorum, quas aduerſarii occuparunt vel profanarunt, infantes abſque baptiſmate mori, pleroſque abſque Sacramentis & verbi Dei pabulo decedere, in agris more pecudum ſepeliri, reliquos abſque lege, abſque Deo viuere. Pro his tot & tantis criminibus, nulli nec Epiſcopo, nec Regi, neque cuiquam de populo agere cauſam licet. Quo factum eſt, vt nemine prohibente, plebs ad enormia crimina atque adeo in ipſum Atheiſmum præceps ruat labaturque. Specioſum nomen compoſitionis non iam ad diminuendum, ſed ad C tollendum ius noſtrum vſurpant, ipſamque de Comitiis in Comitia, id autem eſt, ad Calendas Græcas reiiciunt. Sed compoſitione illis opus eſſe videretur, qui de iure ſuo dubitant. Ius certe noſtrum omnibus ſeculis tam certum, clarum, manifeſtumque fuit, vt nemo niſi impudentiſſimus, de illo vnquam dubitauerit: Claræ ſunt leges, quæ de iuriſdictione noſtra latæ ſunt, a *Cazimiro magno, Ludouico Loiſt, Wladislao Iagelone, Cazimiro tertio, Ioanne Alberto, Alexandro, Sigismundo primo Rege*, quo regnante, certa genera cauſarum, ſeu (vt Iure conſulti vocant) caſus, qui proprie ad forum ſpirituale ſpectant, deſcripti extant in Conſtitutione anni 1537. Etſi iuriſdictionem noſtram non ab hominibus, ſed ab ipſo Deo traditam habeamus, de qua ſicut tranſigere non poſſumus, ita id attentare, nefas & ſacrilegium exiſtimamus; Aduerſarii vero noſtri neque humanis legibus ſe teneri volunt, quin imo nobis in- D uitis & reclamantibus, nouas conſtitutiones ad tollenda iura noſtra cudunt. Vi geritur res, vincimurque non iuſtitia cauſæ, neque *Antagoniſtarum* numero, ſed pertinacia aduerſariorum. Quod etſi graue ſit & intolerabile, minime tamen nouum in tanta temporum iniquitate accidit, vt homines ex alieno damno ac detrimento, ſuum augere commodum & emolumentum cupiant. Solus Rex, quem Deus ad ius ſuum cuique tribuendum & conſeruandum conſtituit, quique iure iurando ſe id facturum Ordini noſtro vel inprimis confirmauit, nos a tam graui & inſigni iniuria atque oppreſſione vindicare, nobiſque ad obtinendum ius noſtrum viam demonſtrare

atque munire debet. Id autem efficiet, ſi aut priſtinam iuriſdictionem noſtram nobis integre reſtituerit, aut aliam perſequendi iuris noſtri rationem certam demonſtrauerit. A Quod omnibus modis apud S. R. Maieſtatem nobis contendendum eſt. Hoc enim tempus præſens, hoc publicus executionis actus, quo iura omnium executioni mandentur, hoc vocatio noſtra a nobis poſtulat & requirit. Sed neſcio qui fiat, quod & Rex tempori ſeruire videtur non Domino, & aduerſarii noſtri ad nos perdendus longe vigilantiores ſint, quam nos ipſi ad nos conſeruandos. Vtinam Deus clementiſſimus nos aliquando reſpiciat, & miſereatur noſtri! Dat.

EPISTOLA XI.

STANISLAO HOSIO Cardinali Varmienſi STANISLAVS CARNCOVIVS Epiſcopus Wladiſlauienſis.

Archiepiſcopum Gueſnenſem, reliquis Epiſcopis inſalutatis & diſſentientibus, Warſouiæ, alieniſſimo plane loco & tempore, Synodum prouincialem cogere velle, notum facit.

REuerendiſſimus Dominus *Archiepiſcopus Gneſnenſis* B *Synodum Prouincialem Warſouiæ* pro feſto trium Regum, tempore quo comitia Regni celebrabuntur, præter ſcitum & voluntatem noſtram, habendam decreuit, & literas vniuerſalium (vt ad nos perferrentur) non ſolum per diœceſim propriam, verum etiam noſtras, nulla ſignificatione eius rei nobis facta, transmiſit. Equidem grauiter pro eo ac debemus, ferimus, ita nos a R. D. Archiepiſcopo cogi in ordinem, vt abſque conſilio & aſſenſu noſtro, contra morem maiorum, & inſtituta Canonum, coacta Synodo ad arbitrium voius, neceſſitas nobis imponatur, cum aduerſariis iniquiſſimo loco & tempore de ſumma rei decertandi. Quo enim tempore & loco, licentia, & potentia maior aduerſariorum, quam ſub interregno, idque in Comitiis? Non diffugimus nos quidem pro lege domini, pro priuilegiis & libertatibus Eccleſiæ Dei, freti iuſtitia cauſæ, cum aduerſariis congredi, quin imo & ſanguinem profundere; ſed aliud eſt proteſtatione pugnare, C aliud ad certamen hoſtem elicere. Nos quidem prouocati pugnabimus; Sed ſi aduerſarius loco ſe non mouerit, tutius eſt abſtinere a pugna, quoad Rex Catholicus eligatur. Nunc autem cum idem locus certamini noſtro edicitur, qui eſt Comitiis Regni aſſignatus, quid aliud quæri videtur, quam vt inermes cum armatis, incompoſiti cum adunatis etiam reluctantes, committamur, ipſisque certam propemodum victoriam tradamus. Equidem ita arbitramur, & certo nobis perſuademus, nunc in certamen de iuribus cum aduerſariis ſponte propria prodire, nihil aliud eſſe, quam cauſam Dei prodere. Adhæc neſcimus plane, quid iis in mentem venerit, qui cogendæ hoc tempore Synodi R. D. Archiepiſcopo autores fuerunt, cum eam vigente Rege non modo non coëgerint; ſed ne voluerint quidem valentibus ac vrgentibus nobis. His & aliis multis cauſis adducti, ſcripſimus Suæ R. P. vt ab ea D cogenda abſtineat: quarum literarum exemplum Illuſt. ac R. P. V. mittimus. Quod ſi ea ſententia Illuſtr. ac R. V. P. probabitur, rogamus, vt pro ſua autoritate, quam in Eccleſia Dei habet, prouideat diligenter, ne quid Eccleſia Dei hoc nomine detrimenti capiat. Nos enim ſolenniter proteſtamur, nunquam fuiſſe voluntatis & conſilii noſtri, vt hoc tempore Synodus celebretur; Alioqui, ſi quid ſecus acciderit, teſtamur Deum, non penes nos eius rei culpam hæſiſſe. Quæ omnia maiori prudentiæ Ill. Pat. V. expendenda & prouidenda, pro fide, quam Eccleſiæ Dei & ſanctæ Sedi Apoſtolicæ debemus, relinquimus. Cuius amori &c. Datum Warſouiæ.

EPISTOLA XII.

STANISLAO HOSIO Cardinali Varmienſi STANISLAVS CARNCOVIVS Epiſcopus Wladiſlauienſis.

Andium Ducem Henricum, Poloniæ Regem electum eſſe refert, electionisque acta ſummatim commemorat.

QVod ab omnibus piis expetitum eſt, & in quo ſalus non modo Reipublicæ noſtræ, ſed etiam Eccleſiæ Dei verſatur, id iam tandem Deo Opt. Max. negotium noſtrum promouente, obtinuimus, vt Principem Catholicum *Illuſtriſſ. D. Andegauenſem Ducem* ſimus habituri. Incubuerunt quidem totis viribus hæretici, & nullum non mouerunt lapidem, vt vel *Suecum* vel *Piaſtum* aliquem ex ſuis nobis obtruderent; ex compoſitoque rem in quintam vſque ſeptimanam protraxerunt, vt dilabente Nobilitate Catholica, potentiores eſſent. Vicit tamen Catholicorum pars, *Plocenſibus* maxime ac *Maſouiis* adiuuantibus. Nam cum tam frequentes conueniſſent, vt multitudine ſua dimidiam ferme partem ſuffragiorum habituri eſſe viderentur, eo ipſo die, videlicet quarta Maii, quo per Palatinatus eſt in ſuffragia itum, aliis Palatinatibus inter ſe diſſidentibus, ipſi vnanimi conſenſu Illuſtriſſ. *Andium Ducem* in Regem declarant. Hos ſunt ſecuti *Podlachii*. His autem per cæteros Palatinatus Catholici velut baſi cuidam ac fundamento innixi, hæreticis non modo potentiores, ſed etiam quodammodo formidabiliores extiterunt. Vbi autem quota demum die, hoc eſt octaua Maii (nam tot in altercationibus aliis Palatinatus conſumſerunt) in conſenſum Senatus ventum eſt, ac ex omnibus terris numerus candidatorum ac ſuffragiorum literis obſignatis oblatus, *Lituani* vero *Volinii*, ac *Bratſlauienſes* nihil eiuſmodi feciſſent, ab omnibus rogati ſunt, vt idem facerent, qui in partem concedentes, parum inter ſe collocuti, redeunt, ac vltra omnium expectationem (nam Auſtriaco fauere dicebantur) *Gallicarum* partium ſe C eſſe declararunt. Ita quatuor candidati apparuerunt, hoc eſt *Illuſtr. Archidux Auſtriæ Erneſtus*, *Andium* item *Dux*, *Suecus* quoque, ac *Piaſtus*. Et potens quidem *Piaſtorum* factio, præſertim in maiori Polonia erat; Sed miro a quibusdam artificio eluſa eſt. Nam cum præcipui eius factionis, viros nonnullos illuſtres, neque tamen eos, quos animis deſignauerant, nominarunt; quidam ex Gallicis, vt perſonam detegerent, ſe quoque hac prærogatiua vti velle proclamarunt, ac perſonas aliquot ex nobilitate obſcuras nominarunt, ita vt numerus Piaſtorum ad duodetrigeſimum excreuiſſet. Quamobrem vbi in Senatu ſunt pronunciati, riſu ſtatim ab omnibus ſunt excepti. Interim autem *Zamoſcius Capitaneus Belzenſis* non cogitata quidem, ſed opportuna eos aggreditur oratione, vt ſe omnes hi *Piaſtones*, ſuſcepturine eſſent Regnum, ſi ita Deo viſum fuerit, publice declararent. Si id facerent; caſtris ab vr- D be excederent: cum, illis, qui Regnum ambiunt, electioni ſibi intereſſe per leges non licere, ſcirent. Omnes itaque nominationi renunciarunt. Hac itaque ratione *Piaſtus* ob ignobilitatem ſuam euanuit. Reliquis dati ſunt a Senatu aduocati: *Auſtriaco* videlicet Reuerendiſſ. *D. Epiſcopus Plocenſis*, *Palatinus Mariaburgenſis*, ac *Caſtellanus Lublinenſis*; *Andegauenſi* vero, me, ac *Sendomirienſem Palatinum*, *Caſtellanum* item *Gedanenſem* decreuerunt; *Cracouienſi*, *Podoliæ & Rauenſi Palatinis*, *Sueci* partes attributæ. Poſt longas tandem diſputationes *Auſtriacus* eo ipſo die reiectus. Cum *Sueco* altera die plurimum fuit negotii, partes eius iſtis Palatinis non modo tuentibus,

ſed

ſed etiam mordicus tenentibus. Sed cum *Magnificus Sa-
mogitiæ Capitaneus* grauiſſima oratione vitia illius detexiſ-
ſet, fregit eorum potentiam, ita vt accedentibus tam
Senatorum quam totius Nobilitatis precibus, ſole iam A
ferme occidente in partes *Galli* conceſſerint. Ac Reue-
rendiſſ. quidem D. Archiepiſcopus pro veteri conſue-
tudine iam Regem renunciaturus erat; ſed quia inho-
neſtum videbatur, tantum Regem ac Principem ſub no-
ctem renunciari, in diem Lunæ renunciatio reiecta. Qua
demum adueniente, plurimum nobis negotii a *Palatino
Cracouienſi* in caſtris ſuis ſe cum hominibus ſuæ partis con-
tinente, nec in Senatum venire volente, exhibitum fuit. Di-
uina tamen gratia ſuffragante, cum per nuncios ſuos con-
ſenſum ſuum nobis ſignificaſſent, per Archiepiſcopum *Hen-
ricus Andium Princeps*, miro ac toto terrarum orbi memo-
rando omnium conſenſu, *Rex eſt renunciatus*. Publicatio
tamen eius dilata, donec de conditionibus oblatis, cum O-
ratoribus de iuribus, priuilegiis, libertatibus prærogatiuiſ-
que omnibus conſeruandis tranſigatur. Hæc D. V. ſumma-
tim ſignificanda eſſe duxi, vt animum eius exoptata Catho- B
lici Principis voluptate explerem. Datum Warſouiæ.

Epistola XIII.

*STANISLAO HOSIO Cardinali Varmienſi
STANISLAVS CARNCOVIVS, Epiſcopus Wladislauienſis.
Turbarum & calamitatum multitudine ſe pene obdormiſſe,
ſed exitatum tamen eſſe & ad Synodum Diœceſeos ſuæ,
ſarciendarum ruinarum gratia, animum appuliſſe ſcribit.*

QVi ſit ſtatus & quæ facies Reipub. noſtræ his calamito-
ſis temporibus, Illuſtriſſ. D. Veſtram & ipſam per ſe
ſatis intelligere, & multorum nunciis atque ſermonibus ad
eam perferri certum perſuaſumque habeo. Ne illud quidem
eam latere arbitror, in tanta Reip. tempeſtate, quæ mea præ-
cipua fuerit calamitas, vel ab inuidia, vel à maleuolentia per-
uerſorum hominum profecta. Itaque minime mirum illi vi-
deri exiſtimo, quod tanto interuallo nullos ad ſe dederim.
Siquidem animus meus ex tam grauiſſimo Reipub. caſu,
præcipuo quodam vulnere perculſus, ac grauiter exulcera- C
tus, à commemorandis tam communibus, quam propriis
miſeriis abhorrebat, nec magis quicquam, quam otium, qui-
etem, tranquillitatem, ſolitudinem atque ſilentium amabat.
Ac niſi officium, & patriæ charitas incredibilis obſtitiſſet,
parum abfuit, quin vel doloris mei magnitudo, vel ſalutis
Reipub. in tam diſſolutâ diſciplinâ, deſperatio animum me-
um à publicis negotiis in perpetuum remouiſſet, ſoliuſque
Eccleſiæ & Religionis ſtudio, quo vnico toto hoc tempore
omnium moleſtiarum mearum vſus ſum remedio ac ſola-
tio, me addixiſſet. Et certe non committam deinceps, vt ab
eo ſtudio, Reipub. negotia, perinde atque antea, niſi quan-
tum ea ſeiungi non poterunt, me abripiant. Sed ne in ea
quidem parte tantum ſolatii, quantum optarem, reperio,
conturbata & conuulſa ſunt, ac etiamnum à peruerſis ac
perditis ingeniis per ſummum ſcelus ac impietatem per-
turbantur ac conuelluntur omnia. Quibus mederi in tanta
hominum licentia & impunitate, perquam difficillimum D
eſt. Nihilque tamen tam arduum tamque difficile eſſe pot-
eſt, quod auxilii à præpotente Deo promiſſi certa ſpes non
releuet ac leniat. Qui fretus & adnixus, omnem meam cu-
ram & cogitationem, ad ſarciendas Diœceſis meæ ruinas
conuerti. Faxit Deus, vt is Conuentus Reipub. ſalutarem
exitum habeat, noſque ſaltem ex tanta diſſenſione & per-
turbatione ad concordiam & ordinem reuocet. Magna pars
electionem vrget, non minor *Henricum Regem* expectare
vult. Approbet Deus quod optimum ſit, & nobis & toti
nomini Chriſtiano. Dat.

Epistola XIV.

*STANISLAO HOSIO Cardinali Varmienſi,
STANISLAVS CARNCOVIVS Epiſcopus Wladislauienſis.
Inuidiæ ceſſiſſe ſe, nec electioni nec aliis rebus hactenus adfu-
iſſe dicit, nunc tamen laboranti Reipub. laturus opem, a
Cardinali conſilium auxiliumque petit.*

IN tam perturbatiſſimo ac calamitoſo Reipub. noſtræ
ſtatu, quæ mea præcipua fuerit calamitas, quin Illuſtriſſ.
ac Reuerendiſſima D. V. tum ex meis, tum ex aliorum lite-
ris intellexerit, non dubito. Vnde illud quoque eam pro
ſua prudentia ſuſpicari atque adeo intelligere potuiſſe exi-
ſtimo, me tam aduerſo meo caſu perculſum, & in tantam
inuidiam apud imperitam multitudinem, inuidorum atque
maleuolorum opera adductum, a tam difficilibus & pericu-
loſis Reipub. negociis abſtinere debuiſſe, itaque a me o-
mnino factum eſt. Nam vt a cæteris, quæ poſt Regis a nobis
diſceſſum acta ſunt; ita etiam ab hiſce Electionis Comitiis
abſui. Quorum quinam ſit exitus R. D. Veſtram multo
ante, quam hæ ad eam peruenient, vel ex fama ipſa cognitu-
ram certo mihi perſuadeo, ac quo minus ea ſcribam, incre-
dibilis animi perturbatio atque ſolicitudo vetat. Video e-
nim, video & horreo, & Rempub. & Eccleſiam Dei, teme-
ritate & pertinacia eorum, qui multitudinem conſilio &
autoritate regere atq; moderari debebant, in extremum diſ-
crimen eſſe adductam. Nec dum tamen ei malo remedium
afferri poſſe (ſpe diuini auxilii fretus) deſpero, in eamque
rem omni ſtudio totiſque viribus, vel cum extremo vitæ
diſcrimine incumbam. Ill. ac R. D. Veſtram & conſilio
ſapientiſſimo, quo præ cæteris abundat, maxime & precibus
religioſiſſimis hoc tempore (quod eam pro ſua in Patriam
charitate atque ſalute facere & facturam eſſe certiſſimum
habeo) nos ſedulo adiuuet, etiam atq; etiam oro & obſecro.
Dat.

Epistola XV.

*STANISLAO HOSIO Cardinali Varmienſi
STANISLAVS CARNCOVIVS Epiſcopus Wladislauienſis.
Tandem diſcrimini Reipubl. ſe occurriſſe, animoſque homi-
num ſic compoſuiſſe arguit, vt Stephano Rege electo, omnia
in vado eſſe videantur, vixque vnum & alterum reſtare
Procerum, qui ad concordiam hortandi ſint.*

QVæ in Conuentu *Warſouienſi* acta ſunt, ſuperioribus
meis Illuſtriſſ. D. Veſtræ ſignificaui, nunc reliqua
quæ conſecuta ſunt, accipiat. Imperaueram ego mihi, ſiue e-
ius rei cauſa, vt inuidiæ, quam diſceſſu *Regis Henrici* ini-
quiſſime contraxeram, dolorem ſine ſanguine mitterem, vel
quod nullum ſalutarem exitum Reipub. tali tempore vide-
rem, vel quod ita Deo Opt. Max. qui voluntatum noſtrarum
primus & ſummus gubernator eſt, ſpectator potius, quam
actor totius iſtius actus, poſterioris interregni eſſem. Ve-
rum cum animaduertiſſem Rempub. periculoſiſſime in du-
as partes diſcerptam, eiuſque totius mali clero Ordinique
Pontificio cauſam adſcribi, ac vltra illud vetus religionis &
inuidiæ malum, nouam quandam flammam, qua conflagra-
remus, excitatam eſſe, incitatoque furore, ad pœnas ex Ar-
chiepiſcopo aliiſque noſtratibus ſumendum, *Andreouiam*
vniuerſam nobilitatem concurrere, amplius mihi cunctan-
dum non putaui; ſed potius pro ſalute patriæ, pro autoritate
& dignitate Ordinis noſtri, in medias etiam furoris ciuilis
flammas me conieci. Videbam enim iiſdem ipſis accuſato-
ribus ac iudicibus graue quoddam & intolerabile malum,
apud irritatum populum, maxima præſertim cauſa, nobis
impen-

impendere. Quo vbi primum veni, diſpari oratione, quam a nobis tanquam accuſatis expectabatur, animum inſlammatum repreſſi, culpam neque penes Archiepiſcopum, neque penes Senatum, neque alium quenquam, ſed penes illos ipſos A reſidere docui, ambitionem atque peccata hominum, illorum omnium malorum cauſam & fontem eſſe demonſtraui. Ita accuſatores illi rei facti, accuſatione omiſſa, ad ſeipſos potius purgandos, ſuaque defendenda conuerſi ſunt, ac non modo nihil acerbius in Ordinem noſtrum conſtituerunt; quin potius vitam fortunasque noſtras noua confœderatione communierunt. Hinc demum cognitum eſt, nos diuinitus illi negotio ſeruatos eſſe. Ac conſtitueram ego quidem, ſi aliquo modo fieri poſſet, ipſe nulli parti addictus, in meliorem aliquem portum rem totam adducere. Verum cum vidiſſem admirabilem quendam contra *Germanos* pro *Hungaro* vniuerſæ plane Reipub. quæ tum frequentior quam vnquam antea conuenerat, conſenſum, nec poſſe rem moueri ſine grauiſſimo Reipub. motu, ac tertia quadam vtriſque illis longe periculoſiore factione, communicato cum Magnifico Domino *Palatino Sendomirienſi* con- B ſilio, qui tum in iisdem ædibus mecum opportune erat, concordi hominum conſenſui ceſſi. Quem incredibili quadam concordia & pace, tanquam ſigno diuinitus dato, confirmatum vidi, & quem illi ipſi Legati, qui a Sacra C. *Maieſtate Andreiouiam* venerant, admirabantur, atque illud prædicabant, magni redempturam fuiſſe *Sacram C. Maieſtatem*, ſi tam auerſa ſtudia hominum, quæ promptiſſima eſſe falſo multorum falſis nunciis credebat, mature cognouiſſet: neque ſe unquam exiſtimaſſe, tam ardentes libertatis ſuæ propugnatores ac vindices *Polonos* eſſe. Itaque & in *Dudicium*, nouos quoſdam tumultus *Cracouia* cientem, ipſi Legati ſacræ Cæſareæ Maieſtatis literis ſuis inſurrexerunt, cuius exturbandi cauſa, vrbisque eius conſtituendæ, vniuerſa nobilitas Andreiouia Cracouiam profecta eſt. Reliqua, quæ hic geſta ſunt, melius ex receſſu eius Conuentus, C quem Illuſtriſſimæ D. Veſtræ mitto, ſingula cognoſcet. Nunc Illuſtriſſ. D. V. quam non minus acerbum hunc patriæ noſtræ caſum abſentem mouere quam nos præſentes, nihil dubitamus, erunt partes, poſt ſanctiſſimas preces, quibus nos apud Deum immortalem iuuare non deſinit, apud S. D. noſtrum impetrare, quo ſua autoritate apud S. C. Maieſtatem illud obtineat, ne iniquiore animo id ferat, quod vel Dei Opt. Max. voluntate, vel naturæ quadam diſſenſione cohærere non poterat, neue cauſam & occaſionem Reipub. Chriſtianæ in aliquod periculoſum diſcrimen coniiciendæ dare velit, ſed vt potius prudentia ſua ſummaque animi æquitate voluntati diuinæ cedat. Soluto Conuentu *Andreiouienſi*, partim publico, partim priuato nomine ad Reuerendiſſ. Cracouienſem excurri, quem facile ſponte ſequentem ad concordiam cohortatus ſum. Quod idem cum R. D. Archiepiſcopo facere inſtitui. Quem vt itidem Illuſtriſſ. D. Veſtra ad concordiam ſuis literis hortari dignetur, etiam atque etiam D vehementer rogo. Niſi enim pertinax hoc ſtudium ſuum remittit, verendum eſt, ne eadem ruina & autoritatem Primatus ſui extinguat, & rem Eccleſiaſticam ad extremum obruat. Nam cæteros rem inclinatam non difficile ſecuturos video, ac non mediocrem ſpem futuræ pacis & tranquillitatis concipio. Datum.

Epiſtola XVI.

STANISLAO HOSIO Cardinali Varmienſi
STANISLAVS CARNCOVIVS, Epiſcopus Vladiſlauienſis.
Factum ſuum à Cardinali non probatum excuſat, & Neo-Electum de eximiis virtutibus commendat.

EX literis R. D. V. intellexi, factum meum in præſenti Reipub. noſtræ ſtatu ſibi minime placere, quod ipſi etiam mihi minime mirum videtur. Siquidem ipſe quoque ab initio non tam ſtudio conſilioue quam neceſſitate quadam adductus, in eam ſententiam, quæ R. D. V. non probatur, deſcendi. Equidem rebus in tantum diſcrimen adductis, ego, qui iam antea decreueram, quantum mihi liceret, a Reipub. negociis me ſubmouere, facile mihi temperare poteram, cum neutram partem ſatis probarem, vt ab vtraque remotus, euentum expectarem. Sed rei periculique magnitudo me commouit, vt tali tempore Reipub. deeſſe, cum ſumma impietate coniunctum eſſe exiſtimarem. Quid igitur feci? *Andreiouiam*, cum magna ſpe rei in integrum reſtituendæ profectus ſum. Eo conſilia cogitationesque meas dirigebam. Poſteaquam vero in maximo illo frequentiſſimoque armatorum, & vim libertati publicæ præcipue ab Ordine Eccleſiaſtico allatam, frementium, neminem reperi, qui factum eorum, qui violentæ R. D. Ar- B chiepiſcopi renunciationi reſtiterunt, non magnopere laudaret, pro eoq; ſe mori velle periculoſum perniciosumq; eſſe iudicaui. Itaq; neceſſitati parui, teſtatus ſæpius me euentum illius conſilii præſtare nolle, valdeque pertimeſcere communem cum omnibus fortunam. Cuius per Dei gratiam nihil adhuc eſt, quod pœniteat. Nam ante complures dies ad peruestiganda ea, quæ de eo, quem nobis Dei Opt. Max. voluntas regem deſignauit, ferebantur, miſi obuiam ad fines vſque *Podoliæ Solicouium* noſtrum. Is mihi pro re certiſſima confirmat nihil deeſſe in eo Principe, quod formam regis optimi, reique publicæ noſtræ accommodatiſſimi deſiderari poſſit. Religionis veræ ſinceritatis ſtudium, prudentiam, animi magnitudinem, grauitatem, excellentem bonarum literarum peritiam, cæteraſque inſignes animi atque ingenii dotes in eo eminere ac elucere. Is autem *Leopoli* iam ſuperata, intra proximos octo dies ſe *Cracouiam* C cum omnibus impedimentis peruenturum ſcripſit. Ex altera parte quid fiat R. D. V. ex aliis cognoſcere non dubito. Orandus eſt Deus Opt. Max. vt pro immenſa ſua miſericordia ex tanta tempeſtate nos in tranquillitatem vindicet. Reuerendiſſimam D. V. quam optime ac feliciſſime valere percupio. Datum Cracouiæ.

Epiſtola XVII.

STANISLAO HOSIO Cardinali Varmienſi
STANISLAVS CARNCOVIVS Epiſcopus Wladiſlauienſis.
De moliminibus & Archiepiſcopi Gneſnenſis & S. Cæſareæ Maieſtatis, Electioni Stephani Tranſyluaniæ Principis aduerſantium metuens, percupit vt Pontifex autoritatem ſuam interponat Cæſaremque à belli inſtituto reuocet.

ETiamſi nullas tanto interuallo ab Illuſtriſſ. & R. D. V. accepi, facile tamen ſuſpicor, ex tanta Reipub. noſtræ perturbatione, quam ea de rebus noſtris ſollicito & anxio ſit D animo. Itaque non dico officium, ſed pene pietas ipſa à me flagitat, vt eam de his, quæ hic aguntur, quantum mihi per ſummas occupationes meas licet, certiorem faciam. Ante vnum menſem ex *conuentu Andreiouienſi* dedi ad Illuſtriſſ. & R. D. V. literas, quibus perſcripſi, quanto ſtudio quantoque conſenſu tam inuſitatus memoria noſtra Ordinis Equeſtris concurſus renunciationem *Sereniſſimæ Infantis Illuſtriſſimiq; Tranſyluaniæ Principis* approbauerit. Quorum coronatio eodem tempore in incertam alterius aduentus ſpem ad 6. Non. indicta fuit. Quoniam vero ob tarditatem eorum, qui illi regnum differebant, vt tum adeſſet fieri non potuit, eadem ad 7. Id. April. prorogata eſt. Interea vero

Orator

Orator cum quibuſdam ex noſtris, qui ad ſe miſſi fuerant ab illo venit, gratitudinem Regni ad ſe delati teſtificans, conditioneſque ſibi propoſitas iureiurando confirmatas in ſcriptis offerens. Literæ etiam & publice & priuatim ad complures allatæ ſunt, quibus aduentus ſuus, ad ſines Regni *Sniatinum* ad 20 diem Martii nunciatur. Scriptæ etiam ſunt ab eo literæ, ad eos, qui aduerſam factionem pertinacius ſecuti ſunt, imprimis vero ad R. D. Archiepiſcopum, qui ad vltimam Martii *Louicium* Conuentum indixerat. In quo non niſi *Palatinus Rauenſis* cum aliquot *Maſouiis nobilibus* affuit. Nam *Mareſchallus regni* eo animo illuc venerat, vt eos ad conſenſum omnium, quem ipſe quoque iam complexus eſt, pertraheret. Sed D. Archiepiſcopus nihil de ſua ſententia remittens, ac neque precibus neque monitionibus, tam publicis quam priuatis, loci quicquam relinquens, alterum etiam Conuentum ad 7 Id. Aprilis *Warſouiam* indixit. Hæc ideo ad Illuſtriſſ. & R. D. V. perſcribo, vt ea cognoſcat, quam grauiter & pertinaciter, vel ad bellum ciuile in Polonia excitandum, vel ad ſuum ipſius interitum reique Eccleſiaſticæ flammam D. * neſcio quæ in felicia fata vrgeant. Et certe ſi *Caſ. Maieſtas*, de qua nihil adhuc certi adfertur, aliqua ratione ſui ſimilis, id autem eſt prudentiſſima & pacis ac tranquillitatis ſtudioſiſſima, eſſe deſierit, non nobis ſolum, ſed vniuerſæ etiam Chriſtianitati exitum luctuoſiſſimum ea res adferat neceſſe eſt. Itaque quod ab Illuſtriſſima & R. D. V. ſuperioribus petii, idem etiam nunc ab ea vehementer contendo, procuret, ac pro ſua ſingulari non in patriam ſolum, ſed etiam in vniuerſum Chriſtianum nomen charitate atque pietate apud S. D. N. perficiat, quo is autoritate ſua *Cæſaream Maieſtatem* a tam funeſti atque exitioſi belli inſtituto retrahat & reuocet. Ad quem nos, eadem de cauſa legatos noſtros, cum humaniſſimis atque honorificentiſſimis mandatis miſimus. Illuſtriſſimam ac R. D. V. optime valere percupio. Datum Cracouiæ.

EPISTOLA XVIII.

STANISLAO HOSIO Cardinali Varmienſi
STANISLAVS CARNCOVIVS, Epiſcopus Wladiſlauienſis.

De Reipublica tranquillitate gaudens, qua ratione Canonicorum ſuæ Diœceſeos anguſtiæ ei conſultum iuerit exponit, idque vt ratum fiat, Pontificis autoritatem exoptat.

QVæ hic ſuperioribus temporibus acta ſunt, quæque nunc aguntur, aliorum literis atque nunciis ad Illuſtriſſ. D. V. præferri minime dubito. Itaque ego hoc tempore illud vnum, in quo omnia mihi ineſſe videntur, ſeribendum eſſe exiſtimaui, Rempub. noſtram ex tanta tamque diuturna ac periculoſa tempeſtate ſingulari Dei Opt. Max. benignitate, non humanis certe conſiliis, tam breui tempore in optatum portum veniſſe. Iam enim non ſolum prouinciæ, ſed etiam homines atque ordines fere vniuerſi, qui nuper ſtudiis atque voluntatibus, de eo quod caput eſt, inter ſe diſſidebant, in idem conſentiunt, ipſumque Reipub. corpus nuper diuiſum coaleſcit, & ſolidius efficitur. Neque vero eſt quiſquam, niſi ſit valde malitioſus, cui principis ipſius virtus atque ſapientia non admirabilis atque optanda videatur. Qui legatum, quem iſthuc ad teſtificandum ſuum erga ſedem Apoſtolicam ſtudium atque obſeruantiam primo quoq; tempore miſſurus eſt, animo deſignauit, & eum iam iamque nominabit, dummodo illi tranſitus iſthuc pateat. Sed fata, vt ego quidem mihi perſuadeo, viam aperient. Eccleſiæ meæ Wladiſlauienſis per ſummam temporum iniquitatem, iuriſque ſui in decimis exigendis obtinendi difficultatem reditus ita iam ſunt acciſi & extenuati, vt vix iam ex Prælatis & Canonicis illius aliqui reperiantur, propter maximam viuendi difficultatem, qui apud eam reſidere velint. Quod cum pro mea in Eccleſiam Dei ſtudio atque officio mihi moleſtiſſimum eſſet, neque vllam aliam rationem reperirem, qua huic rei conſulere poſſem; coactus ſum aliquot villas in diſtributiones quotidianas, ad præſcriptum Concilii Tridentini, collegio illius attribuere. Quod factum meum quoniam ſine S. D. N. autoritate firmum & ſtabile eſſe non poteſt, Illuſtriſſimam D. Veſtram oro, vt gratia atque commendatione ſua apud ipſum perficiat, quo id ex autoritate ſua in ampliſſima (vt dicitur) forma, comprobari & confirmari iubeat. In quo contra cupiditatem eorum, qui mihi ſucceſſuri ſunt, cauendum eſt. Quoniam enim hi, qui ante me Eccleſiæ iſti præfuerunt, aliquoties eas villas Corepiſcopis (vt vocant) pontificalium munerum ſuorum vicariis vſui dederunt, ne iſto prætextu inſtitutum hoc meum aliquando reuocetur, cautio eſt. Ac quo tanto firmior ſit iſthæc dominatio, inter cætera, qui in adeundo Epiſcopatu iureiurando Epiſcopi confirmare ſolent, hoc ipſum quoque de ea non reuocanda aut perturbanda, autoritate S. D. N. referri iubeatur. Quam cauſam, vt Eccleſiæ vtilem atque neceſſariam, ita Illuſtriſſ. D. Veſtræ exiſtimo fore minime moleſtam minimeque difficilem. De quo ſcripſi etiam ad Illuſtriſſ. D. Cardinalem *Commendonum*. Illuſtriſſimam ac R. D. Veſtram quam diutiſſime ſalvam atq; incolumem eſſe percupio. Dat.

EPISTOLA XIX.

STANISLAO HOSIO Cardinali Varmienſi
STANISLAVS CARNCOVIVS, Epiſcopus Vladiſlauienſis.

Vt receptio decretorum Concilii Tridentini, ſolenni Synodo facta, à Pontifice confirmetur, Cardinalis ope effectum iri ſperat, atq; paucula de Regis militia ad Gedanum ſubnectit.

TAndem aliquando diuino præſidio adiuti cum R. D. Nuncio, qui vna cum R. D. Archiepiſcopo Synodo præfuit, perfecimus, vt Sacro Sancti Concilii Tridentini decreta publice totius Synodi autoritate, ſine vlla exceptione reciperentur, omniaque ad eorum præſcriptum primo quoque tempore conformari iuberentur. Quod vt conſtans ac perpetuum ſit, ſanctiſſimæ Sedis autoritate diligentique inſpectione & animaduerſione opus eſt, qua de re ad S. D. N. hortatu R. Nuncii ſcripſi, acta ſiue decreta Synodi iſtius à ſua Sanctitate confirmari, & meo & totius Synodi nomine petii, quorum etiam exemplum Illuſtriſſimæ ac Reuerendiſſ. D. V. mitto, valdeque rogo, quo petitionem hanc noſtram apud ſuam Sanctitatem gratia atque autoritate ſua adiuuet. Ita enim a tota Synodo decretum eſt, vt ne ea prius promulgentur quam a ſua Sanctitate confirmata fuerint. Ad Gedanum poſt priores meas de victoria exercitus Regiæ Maieſtatis, nil adhuc quod quidem ſciam, innouatum eſt. Regia Maieſtas copias tum voluntariorum quam mercenariorum militum, quæ ex diuerſis locis conueniunt, Mariæburgi expectat. Illuſtriſſimam ac Reuerendiſſimam D. V. quam optime ac diutiſſime valere percupio. Dat.

EPISTOLA XX.

IOANNI FRANCISCO Cardinali Commendono
STANISLAVS CARNCOVIVS Epiſcopus Wladiſlauienſis.

Conſilium ſuum de reſtituenda diſciplina eccleſiaſtica probari, & hac de cauſa illum in Polonia expectari debere gauiſus, vt Synodi conſcribendæ autoritate munitus veniat, ſuadet.

MUltipiici ſine gaudio & lætitia lectis literis Illuſtr. D. Veſtræ affectus ſum, nam & laborem hunc quaſcu.cunque noſtrum, quem in reſtituenda veteris Diœceſis noſtræ diſciplina ſuſcepimus, ampliſſimo teſtimonio ac pe- A ne paterno fauore Illuſtr. P. Veſtrarum approbari vehementer ſum lætatus, & ſignificatio ea amoris & beneuolentiæ Illuſtr. D. Veſtræ erga me, qua & conſtantiam diligentiamque in rebus Eccleſiæ tuendis atque propagandis noſtram approbat, & de ſuo erga me animo & voluntate mihi omnia prolixiſſime pollicetur, ſumo gaudio & voluptate animum meum perfudit. Tum vero illud erat, quo lecto ſuſtuli manus, atque Deo immortali ſummas egi gratias, nobis plane feſſis hocque Reip. ac perturbatæ religionis onere ferendo defatigatis, Illuſtr. P. Veſtram tanquam præſentiſſimum numen cœlitus in hoc regnum demitti, qui maximam eius oneris partem ſubeat, rebusque noſtris inclinatis & afflictis præſentiſſimam operam ferat. Ac cum cætera omnia triſtes quosdam & lugubres exitus polliceantur, offenſionisque diuinæ haud obſcura ſigna præ ſe ferant, hæc vna res iucundisſimam ſpem ſalutis, Deique in nos beneuolentiæ fiduciam porrigit, eum principem in B hæc loca mitti, cuius prudentia, conſilio, autoritate, fide, gratia omnia recte componi poſſint. Quo quidem nomine, vt Deo Opt. Max. gratias agimus; ita in Illuſtr. P. Veſtræ felicem aduentum læti vota concipimus. Velim autem vt ad reliqua immortalia Ill. P. Veſtræ erga me beneficia, hoc vnum addat, vt eum hac Warſouiam proficiſcetur, *Wolboriam* diuertat, ibique rebus omnibus noſtris, qualescunque illæ ſunt, vt ſuis propriis vtatur. Magno me beneficio hac ratione ab Illuſtr. P. Veſtra affectum putabo. Ego interea Wladislauiam quorundam negociorum in Eccleſia mea componendorum cauſa proficiſcar. Quod vero ad meum iudicium, quod magis beneuolentia ſua, quam merito meo Illuſtr. P. Veſtra a me inquirit, attinet, nullum profecto præſentius aut ſalubrius ad ſananda religionis ſanctæ vulnera remedium puto, quam vt primo quoque tempore Synodus prouincialis, cuius omnes boni ſummo ſtu- C dio tenentur, congregetur ac peragatur. Quod quanquam ex noſtris quidam, Eccleſiaſticis præſertim viris, fieri nolint, tamen ad deuaſtatas Eccleſias reſtituendas, & ad veterem diſciplinam nunc plane diſſolutam revocandam, & ad hæreticorum prauos conatus reprimendos, nulla aut commodior aut expeditior via eſſe videtur. Nam circumſpectis rebus omnibus in humanis præſidiis, quibus hactenus magna diligentia vſi ſumus, nihil tamen perfecimus. Spes tamen in ſolo Dei præſidio, ac præſidum Eccleſiaſticorum diligentia & labore omnis poſita eſſe videtur. Quare Illuſtr. D. V. pro ſua maxima pietate det operam, vt Concilii cogendi ad nos veniat, qua multos etiam ac reluctantes cogere ac ad officium impellere poſſit. Hac enim ratione & nos disſidentes in mutuam concordiam reuocare, & ad conuentus & comitia ex ſalute Reipub. obeunda viam planiorem ſternere poterit. Quæ non aliam ob cauſam fortaſſe non minus felices ſucceſſus habebant, quam quod non multum concordibus ac conſentientibus animis & ſententiis viri Eccleſiaſtici ad ea conueniebant. Præter- D ea in eadem Synodo vias & rationes omnes perquiremus, qua ratione ſaluberrima decreta Sacroſancti Concilii Tridentini, quibus omnis antiqua diſciplina reſtituitur, moderatione aliqua adhibita duorum articulorum, de non reſidentia & pluralitate beneficiorum, ad effectum & executionem deduci poſſint. Tum demum ſi quid præterea nobis præſidii ab humano auxilio acceſſerit, id totum in lucri loco computabimus, cum illa ſuperiora, mea quidem ſententia, & ad placandam iram diuinam, & omnem diſciplinam Eccleſiaſticam ex fundamentis erigendam & ad vniuerſam Eccleſiæ Dei ſalutem plurimum momenti habere videantur. Quod ſi Illuſtr. P. V. effecerit, egregius profecto fructus huius ad nos illius aduentus extabit. Nam & rebus noſtris afflictis & inclinatis ſummam opem feret, & Eccleſiam Dei ſummo beneficio afficiet, & perpetuam ſui apud nos memoriam relinquet. De aliis rebus coram prolixius & liberius poſtea. Sereniſſ. Rex noſter accelerat Comitia, & ad medium menſis Octobris cogenda inſtituit: quibus Ill. D. V. intereſſe, plurimum Chriſtianæ Reipub. expediret. Verum hæc melius Illuſtr. P. V. pro ſua incredibili ſapientia iudicabit. Cuius me amori & beneuolentiæ etiam atque etiam vehementer commendo. Dat.

EPISTOLA XXI.

***IOANNI FRANCISCO** Cardinali Commendono*

***STANISLAVS CARNCOVIVS** Epiſcopus Wladislauienſis*

Splendidum Regis ingreſſum eiusque Coronationem, & quid hæretici fruſtra moliti fuerint, deſcribit.

DIuturni ſilentii mei, quo hactenus erga Illuſtr. P. V. ſum vſus, cauſam, non negligentiæ meæ, ſed partim difficultatibus ac moleſtiis, quibus me ſemper expoſitum eſſe non ignorat, partim etiam rerum acerbitati, adſcribat quæſo. Vt enim obſeruantiam meam erga Illuſtr. D. V. omni officiorum genere teſtatam eſſe cuperem, ita quoque tempeſtate ac fluctibus Reipub. noſtræ, illam perturbari minime vellem. Nunc tamen & liberior factus & lætiora nactus, vſuram tanti temporis compenſare ſtudebo. Quo deſiderio animique auiditate aduentum Regis expectabamus, eadem plane venientem excepimus. Nam & in finibus maioris Poloniæ, a Nobilitate illa gratanter eſt acceptus, & hic aduentanti frequenter & ſplendide a Proceribus Regni, iſtiusque oræ Nobilitate obuiam eſt itum. Adeo vt ingreſſu ſuo ſplendorem Magnificentiamque Regum præteritorum atque adeo expectationem noſtram ſuperaſſe dicatur. Proceſſerunt obuiam & hæretici. Sed tamen hi poſtridie, multa latenter machinati ſunt, quibus in longius tempus coronationem protraherent. Illa enim, quæ electionis tempore in caſſum tentarunt (vt legum correcturam iudiciorumque formulam nouam) ante coronationem expedire volebant. Studium tamen Catholicorum vicit, vt omnibus reiectis, Dominica Quinquageſimæ, cum ſummo omnium hominum applauſu ſit coronatus. Circa Iuramentum nonnihil eſt tumultuatum. Nam poſtquam iuxta formulam in Pontificali deſcriptam iuraſſet, voluit * vt iuramentum ab hæreticis conceptum ex ſchedula iuraret, ſed à nobis eſt ſtrenue repulſus, & Rex iuxta formulam Statuto comprehenſam me præeunte iurauit. Quo finito, * tumultuari cœpit, ad eiusque clamorem * accurrerat, ac nonnulli alii, Regemque confœderationis admonebant. Quorum importuno clamore victus, verba hæc Domino Archiepiſcopo nihil iſta morante, ſed ſacro Ordine ſuo proſequente, protulit: Pacem inter disſidentes de religione conſeruabo, ſaluis tamen iuribus Regni. Quam clauſulam adiecit nobis admonentibus & de iuribus noſtris ſolenniter proteſtantibus. Hac in re nobis atq; adeo Eccleſiæ Dei Illuſtriſſ. & Magnificus *D. Capitaneus Samogitiæ* ſtrenuam nauauit operam. Poſtridie in foro publico à Ciuibus Craco-

Cracouienſibus iuramentum recepit: indeque recta ad nuptias *Domini Andreæ Zboronii* profectus eſt, quibus & altera die interfuit. Iam vero illud commodi referimus, quod nihil contra nos aduerſarii machinantur. Et quantum quidem conicere poſſum, langueſcunt; nec tantopere confœderationem illam ſuam vrgent, pudore, vt exiſtimo, victi, proteſtatione *Plocenſium* vicus illius detegente. Et mirum certe eſt, quantum hæc proteſtatio furorem illorum hebetauerit. Articuli quoque illi, quibus Regia potentia aſtringitur, ne dicam conuellitur, euaneſcunt: ac breui in fumum abituros ſperamus. Vrgens quidem hæretici Comitia, vt ſua illa præclara ad euertendam Eccleſiam Dei excogitata iudicia obtinere poſſint: Sed *Plocenſes* atque *Maſouii* reſiſtunt, Comitiaque eiuſmodi negant eſſe, in quibus agi poſſit de omnibus, ſed tantum ad determinatum actum, hoc eſt Coronationem, indicta. Arbitramurque alios, & tædio & conſtantia principis victos, illis conceſſuros. Quid multa? quemadmodum antea animis conciderãmus, & peſſima quæque nobis ominabamur; ita nunc veluti certiſſima oblata ſalute confirmamur, ac in eam ſpem erigimur, fore aliquando, vt nobis in Polonia (ſi Deus omnipotens Principi longiorem conceſſerit vitam) pax & tranquillitas Eccleſiæ optatiſſima illuceſcat. Habemus enim Principem, Catholicum, pium, prudentem, iuſtum, inuictamque quandam animi magnitudinem, vel ipſo vultu præ ſe ferentem: qui, vt nunc nonnihil hæreticis concedat; vbi tamen ſolium ſuum confirmauerit, acerrimum illum religionis Catholicæ propugnatorem fore non dubitamus. Dat.

EPISTOLA XXII.

IOHANNI FRANCISCO Cardinali Commendono

STANISLAVS CARNCOVIVS Epiſcopus Wladiſlauienſis

Radiuilo Senatore ab Eccleſia defenſione multum laudato, ad fratrem ipſius deflectit, quem vt a Pontifice in Epiſcopatus ſuffraganeatu confirmetur, impenſe commendat.

CVm Illuſtri & Magnifico *D. Nicolao Chriſtophoro Radiuilo, Marſalco Magni Ducatus Lituaniæ*, viro clariſſimo & bonarum partium Senatore, ea mihi intercedit coniunctio, quæ cum mihi honorifica, tum conſiliis bonis Reipub. & Eccleſiæ Dei ſemper vtilis fuit. Huius ego genus ac ſplendorem familiæ non commemoro, quippe quæ Illuſtr. ac R. P. Veſtræ non eſt obſcura. Sed certe tantus mihi ſemper ipſe per ſe viſus eſt, vt in eo admirer zelum & feruorem fidei Catholicæ, acumen ingenii, libertatem ſupra ætatem in ſententia dicenda. Illud vero non poſſum reticere, quod nulla vnquam bonorum memoria obliterabitur: huius vnius opera, ſtudio, virtute, autoritate, ſuſtentatam & adiutam Eccleſiam, cum ſæpe alias, tum maxime *Pariſiis*, quando Legatus Hæreticorum, ad confirmandam peſtiferam confœderationem Regem Electum vrgentium, Inſanam pertinaciam ac furorem ſolus fortiter refutauit, ac repreſſit. Cum vero hic iam Rege præſente in ſenatu factioſi homines eandem contilenam canerent, quam pulcre ſtetit hic noſter *Radiuilus*! quam conſtanter ſpartam ſuam tutatus eſt! quam grauiter, quam acriter, quam vehementer, nos ſequutus, illos concutit! Hæc non ſine ſumma laude diuinæ elementiæ commemoro, quæ nobis hunc hominem parte hæretico natum defenſorem atque conſeruatorem Eccleſiæ produxerit. Qui non modo ſeipſum, ſed etiam omnes fratres ſuos Eccleſiæ Dei reconciliauit. Hic nuper egit mecum accurate, vt fratrem *Georgium* iuuenem omni laude præſtantiſſimum, ac ipſius negocium Illuſtr. ac R. P. Veſtræ commendarem. Negocium eſt tale: *Reuerendiſſ. D. Epiſcopus Vilnenſis*, homo iam grauis annis, vt ſibi & Eccleſiæ de ſucceſſore idoneo proſpiceret, maturo conſilio diuina quadam voluntate eum muneris ſui collegam ſibi adiunxit. Nunc id agitur, vt eam ſenis Epiſcopi prudentem voluntatem, Eccleſiæ Dei vtilem, S. D. N. aſſenſo & approbatione ſua confirmare velit, quod ſe commodiſſime Illuſtr. ac R. P. Veſtræ autoritate & beneuolentia conſequi poſſe ſperat. Quod quidem ego, ſimul atque accepi, non tam bene merendi de illo viro atque eius clariſſima & Eccleſiæ coniunctiſſima familia, ſtudio, quæ tamen cauſa eſſet honeſtiſſima, & iuſtiſſima; ſed magis cauſæ ipſius æquitate ductus atque adeo Eccleſiæ charitate impulſus, hanc inſtitui poſtulationem ad Illuſtr. & R. P. Veſtram. Quam ſummopere precor, vt cum rei æquitatem perpenderit, & noſtrum ſtudium cognouerit, ne non tam nobis, quam Eccleſiæ noſtræ, quam magno in hac cauſa beneficio cumulauit, deeſſe velit. Cui quidem, ego nunc vere gratulari poſſum, quod ex qua familia grauiſſimum vulnus acceperat; nunc ex eadem præſentiſſimum remedium ac ſubſidium habitura videatur. Neque leuis hæc felicitas ex eo loco id muneris ei, qui facile princeps eſt, in Repub. vltro offerri, hoc præſertim tempore, vbi poteſtas autoritatem facile tuetur, & hiſce hominum moribus, dum ad exemplum principum totus componitur orbis. Quod in *Lituana* gente maxime valet, quæ autoritate primorum virorum ducitur. De ipſo quidem iuuene non multa, ſed vera dicam, eum eſſe probe, pie, honeſte educatum: ita vt facile eo ingenio talibus moribus locum, dignitatem, & hanc ſpartam tueri & ornare poſſit. Cæterum hoc Illuſtr. ac R. P. Veſtræ teſtimonium virtuti eius dare poſſum, me nunquam iuuenem vidiſſe magis compoſitum ad pietatem & honeſtatem. Huc accedit adeo ſingulare amantiſſimorum fratrum ſtudium, ſingularis in Eccleſiam Dei pietas, vt etiam domum paternam, quæ *Vilnæ* hactenus eſt receptaculum ac ſentina omnium hæreticorum, Eccleſiæ ſe donaturos, hæreticos pulſuros, & omnibus modis illis vbique incommodaturos recipiant. Vniuerſitati quidem Societatis Ieſu, per quam magna fit religionis propagatio, is idem Illuſtr. & Magnificus *D. Nicolaus Chriſtophorus* vnam ex poſſeſſionibus ſuis non poſtremam reditibus offert, donat, aſcribit. Hæc qualia & quanta, Illuſtr. ac R. P. Veſtra bene intelligit. Nam quod videtur maxime negocium hoc impedire, ætas ſcilicet huius iuuenis, nondum adeo regimini huic idonea, hunc defectum ſua S. ex plenitudine poteſtatis, propter euidentem vtilitatem Eccleſiæ Dei adducta autoritate Illuſtr. P. V. ſupplere facile poterit. Præſertim cum in euentum mortis Epiſcopi, ſuffraganei ſui, viri prudentis ac honeſtiſſimi, collegii conſiliis vti poſſit. Quod cum ita ſit, Illuſtr. ac R. P. V. quo maiore poſſum, ſtudio, oro, rogo, obſecro, vt eam curam, diligentiam, operam, imprimis Eccleſiæ, deinde fratribus clariſſimis ac toti prouinciæ, mihi denique ipſi, qui tantopere in hac cauſa laboro, nauare velit, autoritateque ſua perficiat, quo ſine negocio, negocium hoc confirmationis apud S. D. N. expediatur. Hoc tale & tantum beneficium acceptum, referent Eccleſiæ Dei fratres ipſi. Poſtremo meipſum Illuſtr. ac R. P. V. in perpetuum obſtrictum reddet. Dat.

Epistola XXIII.

IOANNI FANCISCO Cardinali Commendono

STANISLAVS CARNCOVIVS,
Epiſcopis Wladislauienſis.

Luſtratione Diœceſeos ſua aliisque curis eccleſiaſticis quantum diſtineatur, exponit.

LIteræ Illuſtriſſimæ D. Veſtræ Calendis Iunö datæ, nudius tertius demum mihi redditæ ſunt. Nec mirum, toto enim hoc tempore poſt feſtum Paſchæ vsque adhuc in perluſtranda & peragranda Diœceſi mea verſatus; & ad extremas vsque Baltici maris oras progreſſus ſum. Quam etiam cauſam Illuſtr. D. V. exiſtimet, quod tanto interuallo ad eam ſcribam. Neque vero Idus Maö me ab hoc inſtituto reuocare potuerunt. Facile enim iam antea præuideram eum illarum exitum futurum fuiſſe, qui fuit. Intelligebam etiam in ea inuidia, quam mihi diſceſſio Regia conflauerat, quantum ponderis & autoritatis conſilia mea habitura eſſent. Itaque cum viderem operam meam temporibus Reipub. vel inutilem vel non neceſſariam, omne ſtudium meum ad inſtaurandas Eccleſiæ religionisque ruinas conuerti. Et credat mihi velim Illuſtr. D. Veſtra, maximum me ex eo muneris mei fructum conſolationemque cepiſſe. Nam in tanta rerum omnium perturbatione, tam periculoſo Reipub. tempore, ſublata e medio omnium legum magiſtratuumque autoritate, in ſumma licentia & impunitate, contra omnem opinionem, ea quæ ſtante etiam Repub. deſperata videbantur, ſingulari Dei Opt. Max. beneficio, partim reſtituta, partim in ſpem optimam erecta ſunt. Vt eam facile intelligam, ſi nos ipſi, quibus gregis cura commiſſa eſt & demandata, officium noſtrum ſedulo faciamus: non multum certe ad cauſam religionis præſidia humana eſſe deſideraturos. Illud autem re ipſa perſpexi, nihil eſſe quod ad reſtituendam priſtinam incolumitatem & dignitatem Eccleſiæ æque pertineat, quam vt
C muneribus Eccleſiaſticis viri doctrina & moribus idonei præficiantur. Quod quam facile ſit apud nos, Illuſtr. D. Veſtra non ignorat. Nam vt deſint, in quibus hæc mediocria vel ſaltem tolerabilia reperiantur: ii tamen ob tenuitatem ſacerdotiorum adduci non poſſunt, vt vno certo loco ſedes figant, & muneri ſuo ſedulo incumbant. Sed ea, quæ ſua ſunt, plerique omnes conſectantur. Eccleſiæ vero vel deſeruntur, vel a valde paucis adminiſtrantur. Quid futurum ſit, proximus *Warſouienſis Conuentus* ad 5. Non. Octobris indictus (ad quem nunc accingor) decernet. Illuſtriſſimam D. V. Deus Opt. Max. omni felicitate florentiſſimam quam diutiſſime conſeruet. Dat.

Epistola XXIV.

IOANNI FRANCISCO Cardinali Commendono

STANISLAVS CARNCOVIVS Epiſcopus
Wladislauienſis.

Poſt diſceſſum regis ſe inuidia maxime laborare, omnia in Repub. peruerſe agi, nouamque Regis electionem adornari refert.

D AMor meus in D. Veſtram prope ſingularis, & iucundiſſima ſuæ conſuetudinis recordatio, cum ad *Illuſtriſſimum Dominum Cardinalem* ſcriberem, non paſſa eſt me ad eam nullas dare. Non autem arbitror eam ignorare, poſt Regis a nobis diſceſſum, quæ vel Reipub. noſtræ, vel mea præcipua cura ſuit conſecuta. Quin parum ab-
A fuit, quin inuidia in me, vel ab inuidis vel a maleuolis & peruerſis hominibus concitata, conflagrauerim. Nacti enim videbantur improbi & perditi eam opportunitatem, qua me, qui ſalutarium conſiliorum acerrimus auctor ſemper extiterim, opprimere poſſe arbitrarentur. Sed me plurimum conſolabitur ſemper conſiliorum factorumque meorum conſcientia, quæ apud me pluris eſt & erit ſemper, quam eorum peruerſa malitia, quæ ſuapte vanitate iam concidit. Ad rerum vero mala quod attinet, valde ſollicito ſum animo. In ſummum enim diſcrimen ſalutis & libertatis communis rediſſe videmur, vnde ſine ſingulari gratia & præſidio diuino emergere non poſſumus. Diſſenſionis enim domeſticæ omnia ſunt plena, multitudo ſpreta Senatus autoritate omnia miſcet. Nihil ſalutaribus Conſiliis loci reliquum eſt. Temeritas plus quam ratio valet, & in ea tamen rerum omnium perturbatione,
B quod in *Steticenſi Conuentu* non ſucceſſit, ad electionem Regis maxima multitudinis pars properat. Non deſunt qui iudicio ſaniore ſunt, qui Regis reditum expectare maluit. Ad tot & tanta mala ſananda conuentus a Reuerendiſſ. D. Archiepiſcopo ad 5. Non. Octobris *Warſouiam* indictus eſt. Quo vereor, ne valde pauci & fruſtra conueniamus. Sed a medicis dum vita eſt, ſpes eſſe dicitur. Quid igitur & nos meliora ſperare vetat? &c. Datum.

Epistola XXV.

IOANNI FRANCISCO Cardinali Commendono

STANISLAVS CARNCOVIVS Epiſcopus
Wladislauienſis.

De miſeranda rerum facie queſtus, illius culpam in Archiepiſcopum transfert; quod autem iubilæi Romani fructu mactatus fuerit, gaudium & gratum animum teſtatur.

QVanto ſtudio atque contentione pro Repub. Eccleſiaque Dei ſemper pugnauerim, quamque fortiter ac conſtanter pernicioſis atque peruerſis hominum vel ſtultorum & improborum reſtiterim conſiliis, Illuſtr. ac R. D. V. ſuperiore interregno ſatis cognitum perſpectumque eſſe arbitror. Quid vero inde malorum poſt regis a nobis diſceſſum reportauerim, quantas iniurias, calumnias atque contumelias ſubierim, cum ex meis, tum ex aliorum literis atque ſermonibus, fama denique ipſa, eam ſatis exploratam habere certo mihi perſuadeo. Itaque cum intelligerem in tanta hominum inuidia atque maleuolentia, conſilia mea parum fidei atque autoritatis habitura: a tam difficilibus & periculoſis Reipub. negotiis in tanta præſertim animorum varietate ac diſſenſione, omnino mihi abſtinendum eſſe hoc tempore exiſtimaui, & abſtinui: Vtinam vero deinceps idem ſalua Reipub. atque Eccleſiæ cauſa (quod vix optare, nedum ſperare audeo) mihi liceret. Nam quid hiſce *Warſouienſibus Comitiis* actum ſit, quique eorum exitus fuerit, multorum literis atque nunciis, fama denique ipſa, antequam meæ iſthuc peruenirant, perlatum eſſe certo ſcio. Eo iam tandem deuentum eſſe videtur, quod euenturum aliquando Illuſtr. ac R. D. V. (ſi iterum rem ad interregnum redire non magno interuallo contingeret) diuinabat. Atque vtinam ſaltem id nulla Ordinis noſtri culpa accidiſſet: potuiſſemus

ſemus enim vel ſola innocentia conſiliorumque noſtrorum conſcientia nos ipſos conſolari; nunc ne id quidem nobis reliquum eſſe video. Agnoſcam etenim & fatear neceſſe eſt, erratum eſſe, atque grauiter erratum ab Ordinis noſtri principe, dum omnibus fere aduerſantibus ac repugnantibus, admodum paucis ſibi aſſiſtentibus, Rex ab eo renunciatus eſt. Vnde vniuerſus Equeſtris ordo grauiter exacerbatus & exulceratus fremit, altero que Rege creato, ad arma conclamat, ac omni malo Ordini noſtro acriter minatur. Ac niſi ipſe Deus Opt. Max. nos reſpexerit, actum iam eſt de omni Ordinis noſtri iure atque dignitate. Pro qua vel cum extremo vitæ diſcrimine omnia tentare & expedire decreui. Faxit modo Deus Opt. Max. vt idem collegis meis in mentem veniat, ac in iis, quæ Eccleſiæ ac Reipub. quam maxime ſalutaria fore videbantur, nobis inter nos conueniat. Sanctiſſ. D. N. per literas ad R. D. *Vincentium Lauream* Epiſcopum Montis regalis, S. ſuæ in Polonia nuncium, communiter miſſas, ſanctiſſimum Iubilæi fructum, B mihi tanto interuallo abſenti, non ſolum nullo meo merito, ſed etiam me, quamuis cupidiſſimo, inſcio tamen communicauit. Quod ego in maximi & ampliſſimi muneris loco a ſuo S. animo perquam gratiſſimo accipio, agnoſcoque etiam R. D. Nuncio homini mihi amiciſſimo, & in his, quæ ad munus ſuum pertinent vigilantiſſimo cautiſſimoque, qui id ſibi atque mihi impetrauit, hoc nomine me plurimum debere. Qua de re ad Sanct. ſuam literas quoque dedi, quas Illuſtr. ac R. D. V. in teſtificanda animi mei gratitudine, autoritate atque oratione ſubſequatur & adiuuet. Simulque petitionem illam meam, de qua binas eodem exemplo (quo de his perferendis certior eſſem) ad Illuſtr. ac R. D. V. dedi, apud ſuam Sanctitatem promoueat, vehementer etiam atque etiam oro. Ego vero viciſſim in omnem referendæ ſibi gratiæ occaſionem me ſemper intentum, fore polliceor ac C recipio. Ac vt omnia Illuſtr. ac R. D. Veſtræ ex animi ſententia cedant, a Deo Optimo Maximo ſupplex precor, aſſidueque precabor. Dat.

EPISTOLA XXVI.

IOANNI FRANCISCO Cardinali Commendano

STANISLAVS CARNCOVIVS Epiſcopus Wladiſlauienſis.

Ex nimis feſtinata Regis denominatione quid turbarum & detrimenti, inprimis Ordini eccleſiaſtico, obnatum, ſua autem interuentu ſedatum fuerit, narrat; quod compoſitioni huic deſit, vt preces ſuas apud Pontificem adiuuare velit, amica contendit.

IN quantum diſcrimen Respub. noſtra proximis *Warſauienſibus Comitiis*, præpropera R. D. Archiepiſcopi noſtri, in renunciando Rege acceleratione, adducta fuerit, & a me ſtatim Illuſtr. ac R. D. Veſtræ ſubin- D dicatum fuit, & aliorum literis atque nunciis, fama denique ipſa ad eam ſatis abunde perlatum eſſe, non dubito. Eo profecto iam ventum erat, vt non externa ſolum *Germanica & Turcica*, ſed etiam ac multo magis domeſtica, horreremus arma. In noſtrum quidem Ordinem tantum exarſerat multitudinis furor, vt iam paſſim bona Eccleſiaſtica hoſtilem in modum, compluribus ex noſtris vix ipſis latitantibus, vaſtarentur. Quod dum ad me vndique perferretur, vita ipſa me hercule iam mihi incipiebat eſſe moleſta. Itaque etſi iam antea a Reipub. negociis hoc tam infelici ſuo tempore propter inſignem hominum malitiam atque improbitatem abſtinere decreuiſſem; tantorum tamen malorum metu incredibili excitus, A continere me non potui, quin hoc tempore ad *Conuentum Andreiouienſem*, quo nil diuinius Reique publicæ noſtræ ſalutarius excogitari potuit, & ipſe venirem, & quam plurimis aliis, qui mihi recte de Repub. ſentire videbantur, conueniendi autor eſſem. Quo cum incredibilis & noſtris temporibus inuſitata præſtantiſſimorum Equitum de ſua atque Reipub. ſalute atque libertate valde ſollicitorum, & ad decertandum pro ea paratiſſimorum multitudo ex omnibus prouinciis conuolaſſet, tanta eorum fuit concordia, tantus ad tuendam ſalutem atque libertatem patriæ conſenſus, quantum poſt hominum memoriam in tanta multitudine tantis de rebus extitiſſe veriſimile non eſt. Nam cum de eo, quod caput erat, primis ſtatim ſuffragiis, ita inter ſe conſenſiſſent, vt ab vno dicta ſententia, in eam omnes pedibus iuerint, nec quiſquam repertus ſit, qui vel vnico verbo repugnauerit, aliis plurimis & maximis de rebus B biduo vel ad ſummum triduo, inter eos conuenit. Caput autem illud erat, vt eo, qui a R. D. Archiepiſcopo contra ius & libertatem communem omnibus, fere repugnatibus erat renunciatus, reiecto, *Sereniſſimæ Infantis Annæ, & Ill. Tranſyluaniæ Principis* renunciatio, ne ipſa quidem ſatis legitima, omnium conſenſu approbaretur, firmaque ac rata ab omnibus eſſe iuberetur. Cætera vero, quæ ad idem conſtantiſſime defendendum, ac ne quid alicunde Respub. detrimenti accipiat, prouidendum pertinent, prudentiſſime prouiſa conſtitutaque ſunt. Mihi certe, qui ibi ſolus ex Epiſcopis, cum cæteris tutum non eſſet, affui, præter omnem opinionem, ab omnibus maximus honos, Deo Opt. Max. innocentiam meam protegente, ac remuneraote, habitus, plurimumque ponderis atque autoritatis intuenda concordia, mitigandisque multitudinis furoribus, mea habuit oratio, adeo vt id, quod integris rebus ab vniuerſo ordine noſtro C perfici non potuerit, a me vno in tanta ordinis noſtri flamma, haud ita difficile perfectum ſit, vt tandem ad componendum de omnibus ordinis noſtri iniuriis cum ordine Equeſtri, certum nec ita longum tempus publico omnium decreto conſtitueretur. Perfectum & illud eſt, vt direptiones & deprædationes bonorum Eccleſiaſticorum publica autoritate coërcerentur. Quæ omnia a me non humanis ſtudiis vel conſiliis, ſed ſingulari Dei Opt. Maximi benignitati attribuuntur. Quæ cum præſens in tanto hominum talium Conuentu palam nobis affulſerit, in certam ſpem venimus, fore, vt etiam Respub. noſtra ex ipſo iam interitu, ac veluti naufragio emergat, ac ſeſe colligat. Et certe ab eo, quod periculoſiſſimum erat, malo, domeſtica ſcilicet diſſenſione atque diſcordia, tutior iam mihi deinceps futura videtur. Nam complures iam ex his, qui in Cæſaris partes ſecuti fuerunt, vltro reſipuerunt, vt omnino ſperandum ſit, reliquos etiam, vbi co- D gnouerint ea, quæ hic acta ſunt, idem facturos. Nunc etiam diuerti ad *R. D. Epiſcopum Cracouienſem*, qui iam publice declarauit, ſe de ſententia ſua decedere, & ad communem omnium conſenſum accedere. Idem etiam de R. D. Archiepiſcopo, etſi is non ita pridem obſtinatior mihi viſus erat, mihi polliceor. Vnum illud pertimeſcendum eſſe videtur, ne S. Cæſarea Maieſtas ex renunciatione ſui, aliquid iuris ſibi quæſitum eſſe, falſo ſibi perſuadeat, idque vi & armis (quanquam Oratores ſui, qui ad hunc Conuentum miſſi fuerant, quorum princeps *Razembergius*, omnia nobis benigne pollicentur) perſequi velit. Vnde quantum mali vniuerſæ Chriſtianitati immineat, Illuſtris R. D. V. ipſa

 per

per ſe pro ſua prudentia facile intelligit. Ad cuius animum mitigandum & ab eo avocandum nusquam nobis certius perfugium eſſe videtur, quam in Sanct. D. N. gra- A tia atque autoritate, ad quem publico totius Conuentus iſtius mandato ea de re perſcripſi. Vt autem Illuſt. ac R. D. V. haſce meas publico nomine ad ſuam S. ſcriptas gratia & autoritate ſua pro ſuo in Rempub. noſtram ſingulari ſtudio atque charitate apud ſuam S. adiuuet, vehementer ab ea etiam atque etiam peto & quæſo. Coronando Regi 4. Martii dies conſtituta eſt. Illuſtr. D. V. quam diutiſſime &c. Bozeunio.

Epistola XXVII.

IOANNI FRANCISCO Cardinali Commendono

STANISLAVS CARNCOVIVS Epiſcopus Wladislauienſis.

Obtrectatoribus ſuis valere iuſſis, vt Archiepiſcopus, Pontificis autoritate, ad Synodum indicendam coga- B *tur, ſic exigentibus fatis, optat.*

EX omnibus, quæ mihi adhuc in vita iucundiſſima contigerint, illud mihi pulcherrimum optatiſſimumque accidit, quod Dei Opt. Max. imprimis decreto, deinde etiam S. Sedis Apoſtolicæ autoritate Sereniſſ. Regis noſtri imperium, cuius ego me auctorem, id autem eſt coronatorem, libenter agnoſco & profiteor, tandem ſit comprobatum. Non ſum enim neſcius, quam multi non ſolum hic, ſed iſthic etiam fuerint, qui conſilium factumque hoc noſtrum non minus ſalutare quam neceſſarium, ad conflandam mihi inuidiam, ſiniſtre, ne dicam malitioſe, ſunt interpretati. Ac ne nunc quidem deſunt, qui iſthinc ad adverſæ factionis duces ſcribant, eorum opera cauſam Eccleſiæ ac religionis Catholicæ eſſe confirmatam. Quod quam verum ſit, ego certe intelligere non poſſum, facerent certa conſultius, ſi talia iactare, malumque vtcumque ſepultum mouere, ac in gratitudine ſua ſtudia laboresque aliorum C hebetare deſiſtant. Satis etiam illud mihi ex eorum, qui iſthinc ſuperioribus temporibus veniebant, nunciis atque ſermonibus perſpectum eſt, quo ego iam pridem contra omnes, vel inuidorum vel maleuolorum ſermones, ab Illuſtr. D. V. ſatis prudenter atque conſtanter eſſe defenſam. Quod quam mihi gratum ſit, & re & verbis nunquam teſtificari deſinam. Non ſolum officio noſtro, totque & tantis Eccleſiæ noſtræ neceſſitatibus, ſed etiam hominum profanorum vocibus flagitantibus, Regeque ipſo pro ſuo in bonum Eccleſiæ ſtudio, nos qui in proximis *Torunenſibus Comitiis* perpauci affuimus, adhortante, impulimus R. D. Archiepiſcopum ſane tergiuerſantem ad indicendam Synodum totius iſtius prouinciæ. Quæ quantopere iam olim fuerit neceſſaria, nemo non videt. Expectandum igitur eſt, vt hoc inſtitutum primo quoque tempore perfi- D ciendum Sanct. D. N. autoritate, ſiue per literas ſiue per nuncium Reuerendiſſimus Dominus Archiepiſcopus incitetur. In quo Illuſtriſſimam D. Veſtram ſtudium atque operam ſuam Eccleſiæ Dei vltro nauaturam eſſe mihi certiſſimum eſt. Quam Deus Optimus Maximus ſaluam atque incolumem, omnique felicitate florentem conſeruet Dat. Wolborii.

Epistola XXVIII.

IOANNI FRANCISCO Cardinali Commendono

STANISLAVS CARNCOVIVS Epiſcopus Wladislauienſis.

Regem, in conſilium antea adhibitis Senatoribus, Geda- A *nenſes contumaces profligaſſe, & euerſo ab iis monaſterio Oliuenſi, vrbis obſidionem decreuiſſe perſcribit.*

PRiores meas vltimis diebus Ianuarii datas, quibus ad eas, quas tum ad I. D. V. acceperam, ad I. D. V. peruenisſe perſuaſum habeo. Cum autem poſtea nihil tale haberem, quod illi a me ſcribi oportere exiſtimarem, vsque adhuc in ſcribendo abſtinui. Nunc vero ea, quæ hic recens acta ſunt, Illuſtr. D. Veſtræ ſcitu non indigna eſſe iudicaui. *Sereniſſimus Rex* noſter, cum multum diuque in *Gedanenſibus* ad officium reuocandis fruſtra laboraſſet, neque eos indulgentia ſua plusquam paterna, plurimum de iure ſuo propter ſummum pacis ſtudium remittendo, ad aliquas conditiones, quæ quidem ſibi ſine magna ſua indignitate tolerabiles eſſent, perducere potuiſſet, inuitus B tamen ad ſerium belli conſilium deſcendere neceſſe habuit. Itaque ad 23. Martii ea de cauſa *Primarios Senatores Wladislauiam*, vbi mea cathedra eſt, conuocauit, ex eorumque ſententia bellum contra eos perduelles decreuit. Qui Conuentus etſi mihi propter facultates meas, ſuperiorum temporum ſumptibus valde attritas, non ſatis commodus videretur, occaſionem tamen ad exercendam Regis pietatem atque religionem, quam tempus ipſum ad eam rem conſecratum (quod etiam Rex ipſe in eo loco potiſſimum deligendo ſpectaſſe videbatur) ſummam mihi dabat, cupidiſſima ſum amplexus. Nec quicquam prætermiſi ex iis, quæ ad id pertinere videbantur. Cuius curæ atque ſollicitudinis meæ maximum me hercula non ego ſolum, ſed omnes etiam pii atque Catholici viri qui tum aderant, ceperunt fructum. Iucundiſſimum enim fuit videre, Regem minutiſſimas quasque Eccleſiæ Ceremonias, quibus tota illa ſeptimana refertiſſima eſt, cum ma- C gna veneratione obeuntem, ac inter cætera illud multis etiam præ gaudio lacrymas excuſſit, cum ad imaginem Crucifixi venerandam primum Dominica Palmarum ſub dio in tanta promiſcua multitudinis frequentia, deinde etiam die Paraſceues ingemiſcentibus & frementibus Hæreticis, ſupplex genibus volueretur. Iucundiſſimum & illud mihi fuit, cum die Cœnæ Domini poſt meam de Sacerdotio & Sacrificio nouæ legis concionem, iterum ex manibus meis ſacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum religioſiſſime ſumeret. Taceo cæteras tam diurnas quam nocturnas totius illius temporis ceremonias, ex quibus nihil omnino ab eo prætermiſſum eſt. Ecce autem vix aliquot poſtea intercesſerunt dies, cum eius ſuæ pietatis atque religionis præſens, inſigne ac pene incredibile a Deo Opt. Max. reportauit præmium. Cum enim & Dei & i- D pſius hoſtes, incredibili faſtu elati, furoreque incitati, magno cum peditum, tum equitum armatorum exercitu, nauibus etiam aliquot inſtructis, tormentisque bellicis oneratis: ad opprimendam noſtrorum manum, quæ numerum mille & octingentorum peditum & equitum ſimul non excedebat, ad *Derſchouiam* oppidum a *Gedano* quinque noſtris miliaribus remotum, cum certiſſima ſpe triomphi, ſilentio noctis contendiſſent, etiam imbellium magna multitudine ex vrbe, vel ad ſpectaculum victoriæ, vel ad ſpem prædæ effuſa, prima ſtatim luce, non longe ab eo oppido, primo ſtatim noſtrorum impetu tormentis aliquot maioribus, nec quicquam per eos exploſis, in fugam conuerſi, partim a

ſuiſ-

ſuismet equitibus protriti, partim a noſtris in lacus & piſcinas foſſasque compulſi & obruti, partim in fuga ſpatio trium milliarium noſtrorum cæſi atque profligati ſunt, ita vt expeditionibus vix quiſquam, ex equitibus non multi effugerint. Numerus cæſorum à noſtris vsque adhuc certo iniri non potuit, lacus enim & piſcinæ cadaueribus refertiſſimæ etiam nunc expurgantur; ipſorum tamen hoſtium teſtimonio, conſtat octo millia ex eis deſiderari. Ex noſtris complures ictibus bombardarum ſunt ſaucii; non valde tamen multi per Dei gratiam deſiderantur. Has iſti miſeri & in Deum & in Regem perfidiæ ac rebellionis ſuæ dederunt pœnas, grauiores etiam procul dubio daturi, niſi reſipuerint, ſupplicesque primum a Deo, deinde etiam à Rege veniam petierint. Sed vereor ne tot & tantorum ſcelerum grauiores pœnas ſatis poſcentibus in perniciem & interitum ſuum obſtinati eſſe pergant. Nam præterea, quæ in vrbe etiam antea, & ſtatim in iſtius rebellionis principio in Sacerdotes & Virgines ſacras, in templa, resque ſacras atque monaſteria impie crudeliter ac nefarie perpetrarunt, ſuperioribus diebus Bacchanalibus monaſterium ampliſſimum & antiquiſſimum *Oliuenſe*, in quo tot fuerunt Principum Pomeraniæ ex ſanguine Regum Poloniæ monumenta, magna vi per aliquot dies impie ſeſe fatigantes ſolo æquarunt. Quod eorum facinus inſigni triumpho (in quo Monachi aliquot, qui occiſi non erant, ducti ſunt, veſtibusque ſacris non ipſi ſolum milites, ſed etiam beſtiæ ornatæ inceſſerunt) nobilitatum, cum barbaricam etiam impietatem ſuperet, metuo ne vltimum ab eis depoſcat ſupplicium. Rex ipſe iam eo contendit. Ad eum copiæ voluntariorum vndique confluunt, oppugnatio vrbis apparatur. Quæ quocumque modo in poteſtatem redacta fuerit, non dubito, me omne ius meum templaque profanata in ea vrbe recuperaturum. Quicquid autem deinceps factum fuerit, Illuſtr. ac R. D. Veſtram faciam certiorem. Dat.

EPISTOLA XXIX.

IOANNI FRANCISCO Cardinali Commendono

STANISLAVS CARNCOVIVS, Epiſcopus Wladiſlauienſis.

Felicem Synodi exitum ſignificat, & Tridentini in ea recepti concilii nonnulla capita mutata confirmari petit.

SYnodus noſtra diuinitus, vt ego arbitror, inſpirata eum, quem tam diu deſiderauimus, habuit exitum. Omnia enim Sacroſancti Concilii Tridentini decreta, ſine vlla exceptione, ab ea ſunt recepta. Clerus tamen de certis ipſorum capitibus moderandis, non ſolum non repugnantibus, ſed etiam adiuuantibus nobis per nuncium *Sanct. D. N.* ſupplicatus eſt. Quoniam vero acta & decreta ipſius Synodi, non prius ab ea promulgari ſunt iuſſa, quam Sanct. D. N. autoritate fuerint confirmata, viſum eſt R. D. *Vincentio Laureo* Montis regalis Epiſcopo, Suæ S. Nuncio, qui vna cum Reuerendiſſ. Archiepiſcopo Synodo præfuit, egregiamque in ea operam nauauit, vt ego, cuius ſtudii atque operæ ſpectator ipſe fuit, totius Synodi nomine de eo S D. N. ſupplicarem. Itaque feci. Non dubito Suam S. quod maxime Prouinciæ huic expedire iudicauerit facturam, ad eamque rem Illuſtr. D. V. conſilio & patrocinio ſuo, nobis pro ſuo in nos ſtudio vltro affecturam. Exemplum decretorum Synodi Illuſtr. D. Veſtræ cum Illuſtr. *Cardinali Varmienſi* commune mitto. Quæ hic aguntur tum ex A prioribus meis tum ex iis, quæ iſthuc hoc tempore non infrequentes currunt, Illuſtriſſima D. V. cognoſcet. Nec fere quicquam tale, quod quidem adhuc ſciam poſt cladem Gedanenſium accidit. Illuſtriſſimam Dominationem Veſtram quam diutiſſime ac feliciſſime valere percupio. Dat. Petricouiæ.

EPISTOLA XXX.

VINCENTIO LAVREO Montis regalis Epiſcopo, Nuncio Sedis Apoſtolicæ

STANISLAVS CARNCOVIVS Epiſcopus Wladiſlauienſis.

Recentiſſima Pontificis mandata qua fide exequatur, exponit.

LIteræ R. D. Veſtræ duplici nomine mihi fuerunt gratiſſimæ, tum quod alteras S. D. N. ſecum attulerunt, quibus mirum in modum ob tam ſingulare & mihi valde optatum illarum argumentum recreatus & exhilaratus B ſum, tum quod me officii mei, quo mihi nil antiquius eſſe poteſt, admonuerunt. Quamobrem vtroque nomine R. D. Veſtræ magnas & ago & habeo gratias. Ad *Coadiutorem Epiſcopi Vilnenſis* recens deſignatum, cuius nomine me obligatum agnoſco, ſcripſi diligentiſſime, eumque vt expectationi de ſe concitatæ, fideique pro ſe datæ ſatisfacere contendat, vehementer hortatus ſum. Neque dubito eum officio ſuo nullo loco defuturum, virtutemque & induſtriam ſuam facile probaturum ac declaraturum. Ad meum autem ipſius munus quod attinet, equidem quantum vires meæ diuinitus ſuffultæ ferre poſſunt, id ago ſedulo, hoc præſertim tam turbulento & periculoſo tempore, ne quid prætermittam, quod vel ad Deum Opt. Max. propitium efficiendum, vel ad cultum diuinum propagandum, vel ad ruinas religionis ſarciendas pertineat. Vniuerſam prouinci-C am meam nunc luſtro & peragro, ea quæ propter aſſiduas Reipub. occupationes intermiſſa & deſiderata fuerant, compleo & compenſo. Ad *Conuentum Stetizenſem* quod non iterim, multis & grauibus, ac vt ego mihi perſuadeo iuſtiſſimis & ſalutaribus rationibus adductus feci. Quod me ſuo tempore R. D. V. facile probaturum confido. Reuerendiſſimam D. V. quam optime valere percupio. Datum.

EPISTOLA XXXI.

VINCENTIO LAVREO Epiſcopo Montis regalis

STANISLAVS CARNCOVIVS, Epiſcopus Vladiſlauienſis.

A luſtratione Diœceſis ſuæ ſe rediiſſe, aliaque vi officii & mandati Pontificii peregiſſe ſcribit, & pro diplomate expiatorio ſcelerum gratias agit.

TAndem vniuerſa Diœceſi mea vsque ad extremas *Baltici* maris oras peragrata & perluſtrata, *Wladiſlauiam*, non ſine magna Dei Opt. Max. benignitate, ſaluus & incolumis redii. Cuius peregrinationis meæ, tantum abeſt vt me pœniteat, vt maximum ac præſtantiſſimum muneris mei D fructum, ex ea me conſecutum eſſe exiſtimem. Eos mihi ſucceſſus Deus Opt. Max. (cui immortales ſint gratiæ) laboribus & conatibus meis dedit, vt ea, quæ vel hominum incuria, vel temporum iniuria, adeo erant collapſa, vt de his reſtituendis deſperaretur, partim iam inſtaurata ſint, partim animum meum in ſpem optimam erexerint. Multa à me extirpata & diſſipata, multa plantata & irrigata,

non

non pauca ex ſiniſtra in dextram inflexa ac erecta ſunt. His igitur Deum Opt. Max. incrementum daturum, & ſpero & ſupplex opto. Hæc ego, quia curæ & cordi eſſe R. V. D. ſcio, eidem paucis ſignificanda exiſtimaui. A Ne illud quidem prætereundum mihi viſum eſt, me in ea peregrinatione mea viſendi R. D. *Coadiutorem Varmienſem Eilsbergam* vſque excurriſſe, ab eoque redeundo R. D. *Culmenſem* ex præſcripto mandati Apoſtolici conſecraſſe. Sed de his & aliis omnibus cum ad *Warſouienſem Conuentum* venero, pluribus coram. Pro diplomate expiatorio ſcelerum mihi a R. D. V. benigne conceſſo, magnas eidem & ago & habeo gratias. Deus Opt. Max. Reuerendiſſ. D. V. ſaluam & incolumem quam diutiſſime conſeruet. Dat.

EPISTOLA XXXII.

VINCENTIO LAVREO Epiſcopo Montis regalis

STANISLAVS CARNCOVIVS, Epiſcopus Vladiſlauienſis.

Amice excitatus vt comitiis interſit, grauiſſimis cauſis eo ſe prohiberi contendit. B

CVm ex ipſiusmet R. D. Veſtræ, tum ex familiaribus mei literis clariſſime perſpexi, id, quod iam antea multis ex rebus mihi fuit perſuaſiſſimum, quanto & quam conſtanti ſtudio, gratia atque beneuolentia R. D. Veſtra me complectatur, quamque egregie de mea tum erga ſe, tum in Eccleſiam Dei voluntate, conſtantia & animi promptitudine ſentiat ac ſibi firmiſſime perſuadeat. Nam profecto niſi R. D. V. & in me animo eſſet amiciſſimo, & de me optime ſentiret ac iudicaret, nequaquam tantis & tam grauibus de rebus tam apertiſſime & confidentiſſime mecum, cum coram non poſſit, per eum, cuius ego fidem atque virtutem omnibus in rebus perſpectiſſimam habeo, communicaſſet. Quo mihi neque gratius neque optabilius quicquam accidere potuit. Maximasque illi ac immortales hoc nomine & ago & habeo gratias, ac quantum in C me eſt quoad potero contendam, vt ne eam vnquam ſui tam præclari in me animi atque iudicii pœniteat. Ac me hercule hoc tam dubio Reipub. noſtræ tempore, nihil mihi fuit prius neque antiquius, quam vt iſthuc primo quoque tempore accurrerem, ac quantum in me eſſet ingenii, conſilii atque induſtriæ, ſumma fide, diligentia, atque dexteritate Eccleſiæ atque Reipub. pro meo ſummo in vtranque ſtudio atque officio nauarem. Iamque ad eam rem omnia mihi erant conſtituta & præparata. Sed multæ ſunt & grauiſſimæ cauſæ, quæ me ab eo inſtituto reuocarunt, ac prohibuerunt, quas nunc recenſere viſum non eſt, vt inter cætera taceam valetudinem perquam debilem, & perpetuis curis, cogitationibus atque moleſtiis exhauſtam & labefactatam, quæ neque temporis neque loci iſtius, ad omnes iniurias cœli expoſiti, in quo nunc conſilium publicum haberi ſolet incommoda, ſine extremo vitæ diſcrimine perferre potuiſſet. Quamobrem conſultiſſimum mihi viſum D eſt, integras & animi & corporis vires melioribus, & ad iuuandam Eccleſiam Dei commodioribus temporibus reſeruare. In quorum occaſionem ſemper intentiſſimus ero. Ac eum primum ea affulſerint, vitam etiam pro ſalute & incolumitate Eccleſiæ libentiſſime impendam. Interea vero, de aſſiduis ad Deum precibus & ſupplicationibus, tam publicis quam priuatis, quibus iram diuinam placare, cum vniuerſo clero & ſubditis meis non ceſſo, neque remittam, donec reſpiciat nos & miſereatur noſtri. Sed hæc pluribus R. D. V. familiaris mandato meo exponet, conſiliique atque iudicii mei eam certiorem faciet. Quam vehementer oro & quæſo, ne quid aliter quam res eſt, accipiat & interpretetur. Reuerendiſſimam D. Veſtram Deus Opt. Max. ſaluam, felicem atque incolumem conſeruet. Dat.

EPISTOLA XXXIII.

VINCENTIO LAVREO Epiſcopo Montis regalis

STANISLAVS CARNCOVIVS Epiſcopus Wladiſlauienſis.

Hortatu eius ad bene merendi de eccleſia ſtudium, calcar ſponte currenti additum eſſe adfirmat, ſed munus Pontificis ex Iubilæo tranſmiſſum nondum accepiſſe ſe ægre fert.

MErito profecto in Illuſtriſſ. ac R. D. V. ingratus videri poſſem, ſi non iterum ac ſæpius eidem ingentes & immortales agerem gratias pro tanta ſua in me beneuolentia, gratia ac etiam beneficentia, quæ in dies magis ac magis ſeſe effundere non ceſſat. Quod tum ex Archidiaconi mei ſermonibus, tum ex binis R. D. Veſtræ atque familiaris literis, prolixiſſime intellexi. Quibus neque gratius neque iucundius quicquam animo atque auribus meis accidere potuit. Ex quod illud conſequi R. D. V. certo ſibi velim perſuadeat, vt ego quoque qui iam pridem ad meum erga R. D. V. ſtudium atque obſeruantiam nihil addi poſſe exiſtimabam, magnam quotidie in animo meo acceſſionem fieri ſentiam. Et quamuis meopte ſtudio atque officio in omnem de religione Catholica & Sede Apoſtolica bene merendi occaſionem, ſummo deſiderio perpendam; verum tamen fatear neceſſe eſt, non mediocre ad eam rem calcar mihi accedere, cum tam prudentem, ſtrenuum ac vigilantem ducem, inſpectorem atque incitatorem præſentem habeam, quem & animo & conſilio atque induſtria ad rem bene gerendam promptiſſimum paratiſſimumque videam. Quamobrem ipſe quoque, quantum cura, ſtudio, opera atque diligentia, per quamcunque occaſionem conſequi potero, non committam vt R. D. V. vel in Eccleſiam vel in ſe ipſam ſtudium atque officium meum deſideret vſquam. Faxit modo Deus Opt. Max. vt expectationi ac deſiderio noſtro, rerum euentus ſubſequatur. Ex his, quas modo a R. D. V. accepi, intellexi, præclarum ac Magnificum mihique longe exoptatiſſimum munus à S. D. N. per Illuſtr. ac R. D. V. mihi æque ac ſibi impetratum, eſſe miſſum. Quod, neſcio quo caſu, ad me non peruenit. Non dubito tamen, quin apud R. D. V. integrum mihi maneat, eiusque copiam breui habiturum me certo confido ac percupio. Pro ea vero gratia, opera atque officio, quam tum in eo impetrando, tum in me ad ampliſſimum atque feliciſſimum fructum ex eo percipiendum informando R. D. V. mihi præſtitit, quibus verbis agam gratias non hercle reperio, animo certe quantas maximas poſſum complector & habeo. Vtque Deus Opt. Max. ex infinitis gratiæ ſuæ theſauris, pietatem hanc R. D. V. compenſet, eamque ſaluam, felicem atque incolumem quam diutiſſime conſeruet ſupplex exopto. Dat.

EPISTOLA

EPISTOLA XXXIV.

VINCENTIO LAVREO Montis regalis Epiſcopo, Sedis Apoſtolicæ ad Regem Poloniæ Nuncio,

STANISLAVS CARNCOVIVS Epiſcopus Vladiſlauienſis.

Inſtitutum eius, quod minus ſecunda fortuna vſus in ſolitudinem ſeceſſerit, probat; ſed quod Confœderationi, Cæſaris bono conflatæ, fauere videatur, incommodum aliquod ipſi auguratur.

NOn ſine magna animi mei, vt leuiſſime dicam, moleſtia, ex familiari intellexi, quid R. D. V. ſolicitum habeat: valdeque illius & in cauendo prudentiam, & in perferendo animi fortitudinem atque conſtantiam laudo. Ad locum autem quod attinet, video eo ipſum, in quo nunc eſt, vt ad cætera non incommodum, ita ad euitandas iſtius pullulaſcentis mali cauſas eſſe incommodiſſimum. Id cur ita ſentiam, ſi Epiſtolæ credere auderem, pluribus rationibus, quas tamen ipſam B R. D. V. facile intelligere non dubito, oſtenderem. Itaque cum in eiuſmodi malis nullum certius remedium eſſe poſſit, quam ſolitudo, *Monaſterium Suleiovienſe*, iam antea ab iis, qui eodem munere, quod ipſa nunc ſuſtinet, functi ſunt, probatum mihi valde placet. Mihi quidem nihil optabilius accidere poſſet, quam ſi illi hoſpitio meo *Volborienſi*, per hominum maleuolorum iniquiſſimas ſuſpiciones (quibus nunc plena ſunt omnia) vti liceret. Sed quid & illi & mihi (quanquam ego ad ſtultorum ſermones atque opiniones ſatis iam mihi occalluiſſe videor,) cauendum ſit, facile pro ſua prudentia Rever. D. Veſtra intelligit. Quemcunque tamen locum elegerit, vt & opera & re atque facultatibus meis, pro arbitrio ſuo vtatur, mihique imperet, vehementer & peto & quæſo. Inter cætera tot & tanta temporis iſtius mala, quæ animum meum C acerrime exagitant, nec conquieſcere ſinunt, non minimum illud eſt, quod *Confœderationem* iſtam peſtiferam ab Ordine noſtro in conditionibus *Cæſareæ Maieſtati* propoſitis rate approbari videam. Quod ego certe pro mea in Eccleſiam Dei ſtudio atque officio nulla ratione tacere, nec poſſum nec debeo, locoque & tempore ſuo intercedam & me pro viribus opponam. R. quoque D. Veſtra pro mea erga illam fide rogo prouideat, ne ea res ſibi apud Sedem Apoſtolicam fraudi fiat. Datum.

EPISTOLA XXXV.

VINCENTIO LAVREO, Epiſcopo Montis regalis,

STANISLAVS CARNCOVIVS, Epiſcopus Vladiſlauienſis. D.

Quemadmodum Archiepiſcopi errores, Eccleſiæ plurimum nocitui, corrigi poſſint & debeant, ſuppeditat.

QVæ hic a nobis geruntur, quæque ex *Tranſſyluania* de conditionibus regni acceptis ac iureiurando confirmatis, deque Regis ad fines regni ad 20. huius menſis diem aduentu affirmetur, aliorum literis atque nunciis ad Illuſtr. ac R. D. V. perferri minime dubito. Mihi profecto illa duo præcipue curæ ſunt, ſeduloque a me prouidentur: Primum, vt ne quid religio, reſque Eccleſiaſtica, in ea rerum perturbatione detrimenti accipiat; deinde vt ne quid prætermittatur, quod ad pacem atque concordiam inter ciues conciliandam pertineat. Ac profecto, vt vt ſe res habet, haud infeli- A citer eiuſmodi conatus nobis ceſſiſſe videntur. Nam & ad rem Eccleſiaſticam retinendam, vt in malis ſatis præclara a nobis iacta ſunt fundamenta, & ad communem eiuium conſenſum non minima facta eſſe videtur acceſſio. Iamque fortaſſe inter omnes etiam conuenire potuiſſet, ſi R. D. Archiepiſcopus aut conſenſiſſet, aut ſaltem quieuiſſet; Sed is, neſcio quo conſilio, indicendis nouis Conuentibus animos hominum ſuſpenſos tenere, & a communi conſenſu retrahere inſtituit. In quo ita pergit eſſe obſtinatus, vt nullum tot peritionibus atque monitionibus tam publicis quam priuatis, in eo relinquat locum, vnde quantum non in ſe ſolum, ſed in vniuerſum Ordinem noſtrum excitet odii atque inuidiæ flammam, R. D. Veſtra ipſa per ſe facillime exiſtimare poteſt, quæ iam iam B (credat hic mihi R. D. Veſtra velim) erupiſſet, niſi a me, non ſine magna contentione, contineretur. Satis iam, ſatis profecto, antea Ordo noſter ſuapte inuidia flagrabat, nunc iam merito noſtro perparum abeſt (niſi etiamnum prouidemus) quin conflagret. Neque enim poteſt Primaris autoritas apud nos ruere, quin eadem mole vniuerſum Ordinem noſtrum in eandem ruinam ſecum trahat. Quod ſi nunc vniuerſi concordes & conſentientes non occurrimus ac prouidemus, actum eſt profecto in perpetuum de omni iure noſtro. Quare R. D. Veſtram maiorem in modum oro & obſecro: primum quidem, vt ipſa (quod facile ſpero) ad 8. Aprilis coronando Regi prorogatum, hic adeſſe non negligat; deinde vero vt Rev. D. Archiepiſcopum ac Epiſcopos omnes, vt idem faciant, pro autoritate ſua ſerio adhortetur: illic enim Ordini C noſtro aut reſiſtendum, aut certe cadendum erit. Ego me hercule vnus tantam molem, etiamſi maxime vellem, ſuſtinere non potero. Nihil prætermittent Hæretici, quod ad infringendam & conuellendam Ordinis noſtri autoritatem pertineat: frequentia & conſenſu noſtro nunc quam maxime opus eſt. Hunc autem aut R. D. Veſtra, aut certe nemo præſtare poteſt. Ego, vbi quod in me eſt præſtitero, conſcientia conſiliorum factorumque meorum, quantumcunque mala perferenda erunt, facile me conſolabor. Illuſtr. ac R. D. Veſtram ſaluam & incolumem quam diutiſſime viuere percupio. Cracouiæ.

EPISTOLA XXXVI.

VINCENTIO LAVREO, Epiſcopo Montis regalis,

STANISLAVS CARNCOVIVS Epiſcopus Vladiſlauienſis.

Metum ſuum de Catholicæ religionis diſcrimine nunc minui gaudet, cum Regem aduenientem tum aliis virtutibus, tum religione inprimis Romana clarere, acceperit ex literis.

QVod ſuperioribus, ad quas nihil adhuc mihi reſponſum eſſe non poſſum non mirari, Illuſtr. ac R. D. V. indicaueram, me hic nulla alia de re magis eſſe ſollicitum, neque quicquam diligentius prouidere, quam ne qua fraus inter Ordinique noſtro, vel potius Eccleſiæ Dei, a perpetuis ſuis inſidiatoribus fiat;

idem etiam nunc, argumento ex re capto, ſibi ſigni-
ficandum eſſe exiſtimaui. Heri redditæ ſunt mihi
literæ a *Solicouio* meo, quem Regiæ Maieſtati ad fines
vsque *Podoliæ* obuiam miſeram, eo potiſſimum nomi- A
ne, vt ipſe coram cognoſceret ac perſpiceret, ne quid
in eo ipſo religioni Catholicæ Romanæ ſubeſſet peri-
culi: addidi etiam mandata de cauendo iuri Ordini-
que noſtro. Miſi & presbyreros, quibus ad ſacrifi-
candum in itinere vteretur. Quid & quanta prædi-
catione his de rebus ſcripſerit *Solicouius*, R. D. Veſtra
ex ipſis literis, quas R. D. Archiepiſcopo mitto, abunde
intelliget: Summa hæc eſt: Negat ſe virum ſolio reglo
digniorem Reiqnepub. noſtræ aptiorem, magisque
idoneum vidiſſe, ac vix etiam optari potuiſſe; adeo
prudentiam illius, enimi magnitudinem, grauitatem
& ſummam omnibus in rebus dexteritatem admira-
tur. Ad religionem vero quod attinet, & omnium
eorum, qui illi adſunt, ex noſtris Catholici teſtimonio
religionis Catholicæ verum, ſincerum cultorem eſſe,
confirmat. Et ſtatim vt presbyteros nactus eſt, ſe B
præſente eum ſacrificio Miſſæ non ſine magna pietatis
ſignificatione interſuiſſe: Quin etiem cum de eo
ſecum ſermonem inſtituiſſet, reſpondiſſe: per Dei gra-
tiam neminem adhuc in ſua ſamilia hæreticum in-
ventum eſſe: Cum etiam *Solicouius* inieciſſet de con-
fœderatione inter cæteros articulos ab eo confirmata,
deque Ordinis Eccleſiaſtici contra eam (vt vulgo dici-
tur) proteſtaione, ſe id omne æquisſime laturum.
De decimis etiam addidit, eas nimirum & diuino &
humano iure Ordini noſtro deberi. Plura etiam
Solicouius & per eum, quem ad me remiſit, de eo &
ſe breui omnia coram promittit. Ipſa vero *Regia
Maieſtas* ſcripſit, ſe ita contendere, vt cum omnibus
impedimentis ad ſeriam quintam, poſt Dominicam
Palmerum *Cracouiam* perueniet. Quoniam vero C
Illuſtr. ac R. D. Veſtre iam ſatis perſpicit, ſi aduerſa
factio *Cæſareæ Maieſtatis* etiam partes vrgeat, ipſam-
que *Cæſaream Maieſtatem* ad perſequendum ſuum
inſtitutum impellat, eo rem deductam iri, vt crude-
liſſimo Marte de ſalute Reipub. atque Eccleſiæ decer-
nendum ſit: Vehementer etiam atque etiam oro,
omni ratione, in eam curam & ſtudium incum-
bar, vt R. D. Archiepiſcopo perſuadeat, quo in
eo ſuo conuentu pacis & concordiæ autor & ſuaſor
eſſe velit, ſeque quam primum ad nos conferat. In
eo enim ſolo ſecundum Deum in tantis malis ſpes
omnis reliqua eſt: idem cæteris etiam, qui iſthuc
conuenient, R. D. Veſtra quam diligentiſſime ſuadeat,
valde ab ea peto & quæſo: quin etiam ipſa ad nos
approperet rogo. Reuerendiſſimam V. D. ſaluam
atque incolumem quam primum videre percupio. D
Datum Cracouiæ.

Epistola XXXVII.
*VINCENTIO LAVREO, Epiſcopo
Montis regalis,*
*STANISLAVS CARNCOVIVS,
Epiſcopus Vladiſlauienſis.*

*Vt ſimultates, temporum vitio inter ſe contractæ,
tollantur hortatus, de Regis virtutibus, quarum
ipſe αὐτόπτης fuiſſet, plena fide teſtatur.*

EX duabus Illuſtr. ac R. D. Veſtræ Epiſtolis ſatis
aperte (quod ingenii ſui, animi atque candoris eſt)
intellexi, ipſum neſcio quid offenſionis ſuperioribus
temporibus, quæ quidem per ſe ipſa varia ac turbulenta
fuerunt, in me concepiſſe, idemque de meo in ſe animo
ſuſpicari. Et ad R. D. Veſtram quod attinet, vehe-
menter equidem doleo, ex ipſius erga me mihi ſatis
perſpecto amore atque beneuolentia, quam ego, vt
debui plurimi ſemper feci, quicquam aliquando remiſ-
ſum fuiſſe, eamque amicitiæ noſtræ iacturam maxi-
mam eſſe duco. In quo tamen illud me plurimum con-
ſolatur, quod ipſamet R. D. Veſtra (quæ animi ſui
magnitudo, charitatisque Chriſtianæ abundantia eſt)
quicquid id fuit offenſionis, quod animo ſuo me inſcio
conceperat, vltro iam depoſuiſſe ac deleuiſſe videam:
vnde ego mihi facile perſuadeo, fore, vt quemadmo-
dum ager ceſſatione fertilior, & arcus remiſſione
contentior redditur, ſic animum R. D. V. ſublata ea
quæ interceſſerat offenſione, deinceps erga me fore
propenſiorem, atque ita ſuperioris temporis beneuo-
lentiæ ſuæ vſuram qua carui, facile ſarciri & compen-
ſari poſſe. Ad me autem quod attinet, nemo eſt
profecto vsquam gentium, qui bona fide affirmare
poſſit, vel minimam ſignificationem offenſionis cu-
iusquam aduerſus R. D. Veſtram in me datam eſſe; ac
ne dari quidem potuit, cum offenſionem nullam vn-
quam ſuſceperim. Quicquid mihi id fuit, ex quo aliquid
offenſionis exiſtere potuiſſet, id cauſæ atque temporis
illius; non autem maleuolentiæ cuiusquam proprium
eſſe iudicabam. Itaque facile patiebar R. D. Veſtram
in ea a me diſſentire, de quo non ſolum inter fratres,
ſed etiam inter paruulos, atque liberos neutiquam
conueniebat. Nec mirum aut nouum quicquam in eo
accidit. Libertatem enim iudicandi de rebus diuerſitas
ſtudiorum ſemper conſecuta eſt. De me certe illud
ſancte confirmare poſſum, nihil me aliud in his, quæ
ſuperioribus temporibus a me acta ſunt, ſpectaſſe,
quam quod in omnibus actionibus meis ſpectare &
ſoleo & debeo: quo nimirum ſalua conſcientia mea,
cui repugnare neſas eſt, Eccleſiæ Dei Reique publicæ,
atque patriæ meæ, quæ in extremum diſcrimen adducta
fuit, quantum in me eſſet opitularer, eamque ab in-
teritu certiſſimo vindicarem. Cum igitur inter nos
offenſionis nulla iuſta ſubſit cauſa, reliquum eſt, vt
ſublatis omnibus ſuſpicionibus, quæ a vera amicitia
alieniſſimæ eſſe debent, R. D. Veſtra me priſtina gratia
atque beneuolentia ſua proſequatur, de meque ſibi per-
ſuadeat, me ſui, vt antea ſemper fueram, eſſe, & deinceps
fore ſtudioſiſſimum atque obſeruantiſſimum. De
ipſo autem Principe ſi R. D. Veſtra me quærit; is certe,
vt cæteris omnibus heroicis virtutibus inſignis, ita
religionis Catholicæ ſtudioſiſſimus atque obſeruantiſ-
ſimus eſt. Quod tanto confidentius teſtari atque præ-
dicare poſſum, quod eum palam in conſeſſu Senatorum
(ex quibus nonnulli fuerunt hæretici, occaſionemque
ei rei præbuerant) diſertiſſime ex Sacris literis Sancto-
rumque Patrum autoritate contra Arianos atque Lu-
theranos diſputantem, eorumque calumnias reſellen-
tem cum ſumma animi lætitia audiuerim. Credat hoc
mihi R. D V. velim, tot & tantas eſſe huius Principis
virtutes, vt cui eum comparem, nedum ex iis, qui nunc
ſunt

ſunt principibus, ſed vix etiam ex ſuperiorum memoria repetiam. Quod non ſolum R. D. V. ſed vniuerſum etiam Chriſtianum nomen Deo Opt. Max. actionibus ſuis ſucceſſum aſpirante breui veriſſimum eſſe cogno- A ſcet. Rev. D. Veſtram Deus Opt. Max. ſaluam atque incolumem diutiſſime conſeruet. Datum Totunio 22. Octobr. 1576.

EPISTOLA XXXVIII.

VINCENTIO LAVREO Epiſcopo Montis regalis

STANISLAVS CARNCOVIVS Epiſcopus Vladiſlauienſis.

Rogat, vt perſuadere velit Archiepiſcopum, quo tandem conſentiat in Synodum prouincialem maxime neceſſariam.

EX literis Roma allatis, & ex ſermonibus certorum hominum cognoui, legationem R. D. Veſtræ eſſe prorogatam. Quod mihi ſane opportune valdeque neceſſario iſtius prouinciæ tempore factum videtur. B Quamuis enim iam antea intelligebamus, quantopere Synodus iſtius prouinciæ eſſet neceſſaria, hoc ipſum tamen in proximis *Torunen*[illegible] Comitiis plane perſpeximus. Quod cum Sereni[illegible] etiam Rex animaduerteret, pro ſuo in Eccleſiam Dei ſtudio, eius primo quoque tempore indicendæ autor & ſuaſor nobis ipſe fuit. Itaque & ſtatim per literas & poſtea per nuncios, ex quibus ego quoque vnus fui, perſuaſimus *R. D. Archiepiſcopo* nonnihil cunctanti, vt ad eam cogendam animum adiiceret. In quo ne diutius moretur, autoritate R. D. Veſtræ incitandus atque impellendus eſſe videtur: Qua in re R. D. Veſtram officio ſuo non defuturam, quin potius ad rem tam præclaram atque neceſſariam ipſam præſto affuturam, ac quod ego ſane velim, illi præfuturam certum habeo. Neque enim dubito, quin ea intelligat, quantopere id & ab officio noſtro & C a vita atque moribus Ordinis noſtri, & ab afflicto rei Eccleſiaſticæ ſtatu iam olim flagitetur. Miſiſſem R. D. Veſtræ præcipua iſtius capita, niſi ea a R. D. Archiepiſcopo, cui a me tradita ſunt, miſſa iam eſſe exiſtimarem. Illuſtriſſima ac R. D. Veſtra bene ac feliciter valeat. *Wolborii.*

EPISTOLA XXXIX.

VINCENTIO LAVREO Epiſcopo Montis regalis

STANISLAVS CARNCOVIVS Epiſcopus Vladiſlauienſis.

Gedanenſes vi expugnaſſe Oliuenſe monaſterium, multaque proterue egiſſe ſcribit, petitque vt hæc ad Pontificem deferantur.

OFficii curæque humeris meis incumbentis ſolicitudo facit, vt dolorem meum pene incredibilem, D quem ex impietate nefarioque *Gedanenſium* ſcelere, cum iam antea, tum hoc tempore præcipue capio, Illuſtr. ac R. D. Veſtræ, cui eadem, quæ & mihi, ſummæ curæ eſſe ſcio, communicem. Hi enim cum paulo ante a S. Regia Maieſtate, Principe pacis ſtudioſiſſimo, inter cætera, quæ erant vix tolerabilia, ſummam Auguſtanæ Confeſſionis libertatem ſibi concedi petiiſſent, neque illis ſatis aperte de eo reſponſum eſſet, etiam cætera, quæ iam pro ſumma Principis indulgentia conuenire cœperant, ſuperbiſſime repudiauerunt, ac vix aliquot dierum ſpatio interiecto, quaſi in vlciſcendam religionem Catholicam, non contenti his, quæ iam ſtatim in principio rebellionis, furore perciti, in Sacerdotes, Virginesque ſacras, Templa Catholicorum, quæ etiamnum ſuperfuerant, exercitu armato atque inſtructo ad *Monaſterium Oliuenſe*, quod vno milliari Germanico ab vrbe diſtabat, contenderunt, Monachisque & famulis Abbatis aliquot, quos ibi inuenerant, interfectis, reliquis in vincula coniectis, Monaſterio temploque ampliſſimo & in Polonia *Ciſtercienſis Ordinis* antiquiſſimo, exſpoliato, rebusque omnibus ſacris æque atque profanis direptis, ad extremum muris ipſis templi atque monaſterii, admotis machinis bellicis, puluereque ſulphureo ſubiecto, euerterunt, ac per triduum impie ſeſe fatigantes, ſolo æquarunt. His perpetratis, quaſi re præclare geſta, cum ſolenni triumpho ducentes aliquot Monachos manibus poſt terga reuinctis, non ſolum ipſi quantum illis ſuppetebat, veſtibus ſacris induti, ſed etiam ad maiorem religionis rerumque ſacratiſſimarum contumeliam atque ludibrium, bouem omni eo habitu, quo ſacerdos ad ſacratiſſimum Miſſæ ſacrificium indui ſolet, veſtitum ducentes in vrbem reuerterunt, ſummaque gratulatione ab his, qui in vrbe remanſerunt, excepti ſunt. Hæc talia ſunt, quæ & impietatem & piorum dolorem omnem ſuperant. Perſcripta autem mihi ſunt ab his, quos ibi habeo fidiſſimos, qui ea omnia eminus contemplati ſunt. Peto autem, vt ea Illuſtr. ac R. D. V. S. D. N. perſcribat: periculum enim eſt, ne ſacrilegæ iſti, qui ſe tantis ſceleribus obſtrinxerunt, præſidia a ſui ſimilibus contra S. Regiam Maieſtatem, quæ amplius talia ferre nequaquam, vel poteſt, vel debet, quærendo, non ſolum vicinas, ſed etiam remotiores Chriſtiani nominis prouincias, perturbent. Itaque quoad fieri poteſt, tam peruerſis eorum conſiliis in tempore obuiam eundum eſt. Conſilium de Synodo prouinciali primo quoque tempore indicenda non ſolum a R. D. V. ſed etiam ab omnibus, qui Eccleſiæ Dei bene cupiunt, probari, & tamen frigere video, ac niſi R. D. Veſtra in eam rem incubuerit, Reuerendiſſimumque Dn. Archiepiſcopum autoritate ſua impulerit, diu etiam deſideratum iri facile perſpicio. R. D. Veſtram quam optime ac diutiſſime valere percupio. Dat.

EPISTOLA XL.

MAXIMILIANO Romanorum & Hungariæ Regi

STANISLAVS CARNCOVIVS Epiſcopus Vladiſlauienſis.

Quod Tranſyluaniæ Princeps contra pacta inuaſerit ditiones Maximiliani, id & ſe & Regem ſuum multum dolere oſtendit, ſeque, qui iſtius pacti miniſtram operam præſtitiſſet, rei non ſincere geſtæ excuſatum cupit.

DIci non poteſt, quantum dolorem acceperim, cum ad *Sereniſſimum Regem* meum perlatum eſſet, Illuſtr. *Principem Tranſyluaniæ*, omnium eorum, quæ cum *S. Cæſarea Maieſtate V.* & Sereniſſimi Regis mei, & illius nomine egi, oblitum, in ditiones *Maieſtatis Veſtræ* cum exercitu irruptionem feciſſe, vrbesque aliquot atque arces ad deditionem faciendas obſidione compuliſſe; cum quod ea res plurimum conſilia *Maieſtatis Veſtræ* perturbatura eſſe, quæ ad hoc vnum conuerſa erant, vt Remp. Chriſtianam tot tempeſtatibus iactatam in aliquo pacis atque tranquillitatis portu

iam tandem collocarent, tum etiam quod vereor, ne inde ſuſpicio rei parum ſincere geſtæ, vel in Sereniſſimo Rege meo, vel in me ipſo reſideat: Et quod quidem *Seren. Regem* meum attinet, is non *S. Maieſtati Veſtra*, ſed toto orbi terrarum teſtatum faciet, ſe pro ſua ad ſtabiliendam Rempub. Chriſtianam propenſione, nihil æque magis concupiuiſſe, quam vt ſublatis omnibus belli cauſis inter *S. Cæſaream Maieſtatem Veſtram* & *Principem Tranſyluaniæ*, nepotem ſuum pax æquis conditionibus conſtitueretur, quo coniunctis animis hoſti nominis Chriſtiani facilius reſiſtere queat. Nulla enim re magis vires illius augeri cernebat, quam hac animorum disiunctione. Nihil itaque illi moleſtius, nihil acerbius accidere potuit, quam pacis fundamenta, quæ iacta fuerant, per Illuſtr. nepotem ſuum rurſus labefactari, literasque ſtatim ad illum dedit, quibus illum & fidei datæ commonefacit, & ab incepto reuocat, vt plane & ſtudio & fide huic negocio *Sereniſſ. Rex* meus abunde ſatisfeciſſe videatur: ſique in his fides extitiſſet, in quibus eſſe debebat, non prius ab incepto deſtitiſſet, donec rem ad optatum finem deduxiſſet. Hunc animum *S. Regis* mei cum probe tenerem, nihil ſtudii, nihil diligentiæ prætermiſi, quo *S. Maieſtas Veſtra* ad eas conditiones deſcenderet, quæ vtriusque dignitati, & paci communi optime conſulere videbantur. Qua in re tam facilem M. V. agnoui, vt nihil magis quam pacem cupere videretur. Cuius rei apud *S. Regem* meum optimum illi teſtimonium dedi: iamque me ſpes optima tenebat, niſi a *Sereniſſ. Rege* reuocatus fuiſſem, ad finem omnia deducturum, cum *Maieſtas* *Veſtra* illa iam conceſſiſſet, quæ prioribus temporibus vel maxime negotium faceſſebat. Plenusque hac ſpe ad *Sereniſſ. Regem* meum redii, certo id affirmans, reliqua paruo negotio confecta iri. Hic quæſo *S. Cæſarea Maieſtas* Veſtra reuocare ſibi in mentem negotii huius progreſſum dignetur: nihil profecto reperiet, quod vel minima ſuſpicione fidem meam aſpergere poſſit. Nihil meo marte, ſed omnia ſecundum præſcriptum Principis geſſi, nec ex coniecturis, ſed ex literis illius animum atque voluntatem eliciebam, ab iis ne latum quidem vnguem diſcedebam. Miſſum eſt mihi mandatum in forma pleniſſima, & poſtulata perſcripta. Quo progreſſus eſſem, vbi conſtitiſſem, diligenter omnia perſcribebam, nunquamque illi pacem ſuadere deſtiti. Hinc *S. Maieſtas Veſtra*, niſi fallor, abunde perſpicere poterit, & *S. Regem* meum optimo animo, atque voluntate ad tractandum hoc pacis negotium deſcendiſſe, & me ea fide atque diligentia, quæ animum probum decet, egiſſe. Quod ſi quis adeo iniquus fuerit, qui me vel hoc nomine apud *Maieſtatem Veſtram* traducere voluerit, huic ego ita reſpondebo: Quæ in manu mea fuerunt, ſtudium, laborem atque diligentiam ad tractandum hoc negotium abunde præſtitiſſe; quæ in Principis eſſent poteſtate, præſtare non potuiſſe. Si fides in Principe extitiſſet, eſſet profecto aliquid, in quo laboris atque ſtudii laudem retuliſſem: is quoniam officio ſuo defuit, in me culpa refertur omnis. Vt iam non tam ſtudio, labore ad tractandum illud negotium, quam diuinatore opus fuiſſet, qui mihi, an ea princeps eſſet obſeruaturus, ante prædiceret. Longiori fortaſſe Epiſtola *S. Maieſtatem Veſtram* detinui, quam Principem magnis & arduis Reipub. Chriſtianæ negotiis occupatum decuit; humanitatem tamen M. V. expertus me facile apud M. Veſtram excuſatum fore confido: dabit hoc dolori, quo conficior, quod mihi iſthinc eſt nunciatum, me apud M. Veſtram rei non ſincere tractatæ ſuſpicione laborare. Quod cum mihi per ſe ſatis graue ſit, tum vero vel hoc nomine grauiſſimum, quod in publica totius Chriſtianitatis cauſa, quod apud eum Principem, quem erga me clementiſſimum fuiſſe perſpexi, fides mea periclitetur, quam cum omnibus in rebus ſemper, tum præcipue in publicis, ſancte conſeruare cupio. Finem ſcribendi faciam, dum hoc petiero primum, vt me non minori fide atque ſtudio negotium hoc geſſiſſe, deinde omnia ea contra voluntatem Sereniſſimi Regis mei, præterque ſcitum meum accidiſſe exiſtimet. Datum.

Epistola XLI.

SIGISMVNDO AVGVSTO
Regi Poloniæ
STANISLAVS CARNCOVIVS
Epiſcopus Vladulauenſis.

Deum eſſe placandum & a vitiis abſtinendum, ſi Comitia ex voto finiri velit, libere hortatur.

EAm ego ſemper naturæ bonitatem *Sacræ Maieſtatis Veſtræ* eſſe perſpexi, vt honeſtis quorumcunque perſuaſionibus conſiliisque non inuita locum dederit; vt non temere feciſſe videar, ſi hac ſpe ductus, *Sacram Maieſtatem Veſtram* de nonnullis admoneam, hoc præſertim tempore, quo nobis ad ſuſcipiendas grauiſſimas de Repub. deliberationes Comitia indixerit. Et mirum ſane multis videtur, quid ſit, quod cum crebro nobis iſta Comitia, non ſumptuum, non laborum, non denique vitæ vlla ratione habita, *Sacra Maieſtas Veſtra* indicat, non tamen is eorum eſt euentus, vt inde ad *Sacram Maieſtatem Veſtram Remquepub.* aliquid gloriæ aut commodi perueniat. Iratum equidem ac infenſum eſſe nobis Deum, facile hinc omnes agnoſcimus, eamque rem nobis veluti obicem quendam ad res bene gerendas exiſtere. Verum quæ huius offenſionis cauſa ſit, explicare videtur eſſe difficilius. Quidam enim terrarum Nuncios accuſant, quidam in Senatores ipſos culpam reiiciunt, alii totius etiam populi corruptos mores criminantur: diuerſi denique diuerſe varieque ſentiunt. Ego vero non tam populum, quam rectores populi, ac ipſos Principes (quorum culpa in pœnam ſubditorum redundare ſolet) incuſandos exiſtimo. Atque vt ingenue dicam, quod ſentio, ſi S. *Maieſtas Veſtra* optat (quemadmodum optare illam non dubito) Comitiorum aliquem referre fructum, prius in animi ſui penetralia deſcendat, conſcientiamque ſuam diligenter examinet, habeatne quid eiusmodi, quo diuinum numen offendatur, & vtrum talem vitam ducat, qualis Regem Chriſtianum, hoc eſt, Chriſtum Dei deceat. Equidem non ſine graui dolore fatendum atque commemorandum eſt, verum eſſe illud: Cum alia omnia Principum vitia, tum vel maxime opera carnis in oculos hominum incurrere. Omnes norunt. Quid iuuat plura ſcribere? Vitium impuritatis Deus omnipotens quantopere deteſtetur, exemplo Dauidis Regis ſatis docuit, cui, etiamſi agnoſcenti culpam & deprecanti, adeo graues pœnas irrogauit, vt filium quoque proprium hoſtem infeſtiſſimum redderet. Ac ille quidem Rex

Hebræus, adulterio protinus homicidium adiecerat; Chriſtianus autem Rex maius quoddam facinus, quod grauitate atrocitateque omnia peccata ſuperat, moliri dicitur, nempe, vt in proximis Comitiis Eccleſiæ Catholicæ religionem mutet, eamque viam futuris neſcio quibus nuptiis ſternat. Qua ex re, quantum ipſe dolorem capiam, nequeo dicere. Per viſcera miſericordiæ Dei, Rex Sereniſſime, te oro & obteſtor, vt mutes vitam, ſi vis habere vitam, religionem Eccleſiæ Catholicæ violare caueas. Regem non Epiſcopum te eſſe memineris. Exemplo potius optimi patris, maiorumque tuorum piiſſimorum, religionem priſcam & fidem Catholicam tam in Regno quam io animo tuo, integram conſeruare contendas. Hoc enim ſi Sacra Maieſtas Veſtra fecerit, non ſolum Comitia diuino fauore fructuoſa reddiderit, ſed noſtrum quoque Ordinem Eccleſiaſticum, & omnes ſimul orthodoxos viros ſubditos tuos recreauerit: imo pios omnes, omnium locorum ac temporum homines, & ipſos Dei angelos ingenti gaudio lætitiaque affecerit: me certe, hominem Maieſtatis eiusdem ſemper ſtudioſiſſimum, non mediocri ſolatio iucunditateque perfuderit, qui nunc dies ac noctes ſolicitus, triſtiſſimo animi angore contabeſco: id vnum in votis habens, vt me Deus omnipotens prius ex hac vita mortali eripiat, quam illum horrendum & luctuoſum Reipublicæ interitum aſpiciam. Datum.

Epistola XLII.

HENRICO VALESIO Electo Regi Poloniæ

STANISLAVS CARNCOVIVS Epiſcopus Vladislauienſis: & ALBERTVS LASCIVS Palatinus Syradienſis.

Nunciant, quod in Regem Poloniæ electus ſit, renouantque memoriam promiſſorum.

CVm poſt longas ac difficiles deliberationes heſterna tandem die per tribus, ſiue vt noſtri vocant Palatinatus in ſuffragia de eligendo nouo Rege itum eſſet, difficile dictu, quam incredibilia erga *Sereniſſimam Celſ. Veſtram* plurimorum emicuerint ſtudia. Ex tam enim frequentiſſimo Senatorum, ac numeroſiſſimo Equitum conuentu, vix quarta pars remanſit, quæ alio ſuam contulit voluntatem. Vnde in ſpem haud dubiam venimus, ad ſummum infra triduum, quod ſanandis diuerſæ ſententiæ fratribus inſumetur, *Sereniſſ. Celſ. Veſtram* omnium Ordinum conſenſu, in Regem noſtrum, Deo optimo pulcherrimum hoc ac toto orbe terrarum celeberrimum negotium promouente, declaratum iri. Hæc nos Sereniſſ. Celſitudini Veſtræ ſignificanda eſſe duximus, vt te ita ad gubernacula Regni præpares, quo conceptæ de te exiſtimationi ſatisfacias. Scire enim debes, nos, atque adeo Nobilitatem omnem Polonam, ſola nominis tui totum orbem terrarum peruagante fama adductam, te ſibi in Regem exoptare, vt priſtinam illam bellicis artibus a maioribus ſuis quæſitam, & ad ſe tranſmiſſam gloriam retinere poſſint. Habebis Regnum florentiſſimum: habebis fortiſſimorum Equitum exercitus numeroſiſſimos: qui te nacti Principem tum præclaris ac omnibus heroicis virtutibus ornatum, omnibus hoſtibus ſuis ſe formidabiles fore non dubitant. Tametſi enim Regnum hoc noſtrum & multos & potentes habet hoſtes: quoties tamen nobis Reges bellicoſos habere, toties quoque ex his triumphare contingit; ita vt ſub aduentum ſtatim tuum, terrore apud hoſtes plena fore omnia certo nobis perſuadeamus. Cum igitur tanta ac talis ſit noſtrorum de Sereniſſ. Celſ. Veſtra expectatio: curandum illi eſt, vt in eam cogitationem incumbat, quo vniuerſo orbi teſtatum faciat, Polonos in eligendo Rege virtutem tantum ſolam & nominis æternitatem ſpectaſſe. Ad eam rem illud inprimis pertinebit, vt ſe *Sereniſſ. Celſ. Veſtra* itineri præparet, quo venientibus ad ſe Oratoribus obuiam venire, ac ſi fieri poſſit, in finibus *Galliarum* ſe exhibere queat. In *Liuoniam* quoque *Sclopetarios Vaſcones*, iuxta Oratorum promiſſa, primo quoque tempore tranſmittat, vt *Lithuanis* contra *Moſchum*, cum quo induciæ infra duos menſes exſpirant, præſto adeſſe poſſint. Speramus autem, quod vel vtrumque vel alterum ex nobis ad *Sereniſſ. Celſ. Veſtram* cum hac ab omnibus bonis expectata legatione amandabunt. Quem nos laborem cum patriæ, cui optima quæque optamus, tum *Sereniſſ. Celſ. Veſtra*, cuius virtutem ac nominis famam auidiſſime amplexi ſumus, cauſa, libentiſſime ſuſcipiemus. Tandem nos & ſtudia noſtra deditiſſima *Illuſtriſſima Celſ. Veſtra* commendamus. Quam diutiſſime ſaluam & florentem ad ſalutem noſtræ, atque adeo totius Chriſtianæ Reipublicæ conſeruari cupimus. Datum.

Epistola XLIII.

HENRICO VALESIO Electo Poloniæ Regi

STANISLAVS CARNCOVIVS Epiſcopus Vladislauienſis.

Maxime è re regni eſſe, vt aduentum ſuum maturet, cum literis hiſce eum per Kaſſobucium monet.

DIci non poteſt, quanta me lætitia affecerint literæ *S. R. Maieſtatis Veſtræ*, in quibus ſtudii ac diligentiæ meæ in promouenda Electione ſua, cum illuſtri gratitudinis ſignificatione honorificam mentionem facere dignatur. Agnoſco inſitam & apud nos tantopere prædicatam Maieſtatis Veſtræ humanitatem; ſed quemadmodum me *S. M. Veſtra* cauſam ſolo patriæ amore ductum ſumma fide ac diligentia tutatum eſſe negare non poſſum: ita mihi aliquid ſupra cæteros ſumere non audeo; cum diuinum potius illud quam humanum fuerit factum, quando *Maieſtas Veſtra* in tanta morum ac linguarum diuerſitate, in tanta animorum de religione diſſidentium varietate, admirabili quodam & omnibus ſeculis memorando conſenſu in Regem noſtrum eſt renunciata. Vnde in ſpem haud dubiam venimus, quod primis vltima reſpondebunt: & Deum Opt. Max. vti pulcherrimi iſtius ac toto orbe celeberrimi negotii autor extitit; ita etiam Maieſtatis Veſtræ conſilio in adminiſtrando Regno moderatorem fore non dubitamus. Vtinam tantummodo dies nobis aliquando illuceſcat ille, vt Maieſtatem Veſtram in Regnum ſuum aduentantem intueri, ac deſiderium noſtrum ingens iucundiſſimo & exoptatiſſimo eius aſpectu ſatiare poſſimus. Quod vt primo quoque tempore fieri poſſit, Deum aſſiduis precibus rogamus. Sunt enim multa, quæ ſi Maieſtas Veſtra aduentum ſuum tardauerit, periculum Regno huic creare

poſſe videntur. Tametſi autem, pro noſtra in patriam amore, ac R. Maieſtatem fide, non deerunt ad ea propulſanda omnium ordinum ſtudia; tamen quam difficilis hæc res ſit in abſentia Maieſtatis eius futura, ipſa iudicare poteſt. Vt autem meam conſtantiſſimam erga ſe voluntatem Maieſtas Veſtra cognoſcat, mitto ad eam Generoſum *Nicolaum Koſſobuciam*, fratrem & conſanguineum meum, vt illi omnia pericula, atque viciſſim conſilia noſtra nomine noſtro explicet: vt inde, quid ſit in rem iſtius Regni, facilius ſtatuere poſſit. Fuit is quidem mihi hoc tempore valde neceſſarius, quod eius opera in multis & arduis negotiis vtor: tamen quoniam ad explicanda ea & fides erga Maieſtatem Veſtram & rerum noſtratum experientia requirebatur, eum potiſſimum mittendum cenſui, qui & Maieſtati Veſtræ eſt deuotiſſimus, & rerum ac legum Polonicarum peritiſſimus. Quamobrem illam obnixe rogo, vt illi omnibus in rebus, quæcunque meo nomine aget, fidem adhibere dignetur. Communicaui etiam ea Illuſtriſſimo *D. Guidoni à Lanſſach* Chriſtianiſſimi Regis ac Maieſtatis Veſtræ Oratori, viro cum in rebus gerendis exercitatiſſimo, tum in tractandis hiſce Maieſtatis Veſtræ negotiis induſtrio ac fideliſſimo. Non dubito autem, quin Maieſtas Veſtra ex omnia pro ſuo innato animi candore benigne ſit acceptura. Quod reliquum eſt, me & obſequia mea addictiſſima S.R. Maieſtati tuæ commendo. Dat.

EPISTOLA XLIV.

HENRICO VALESIO Electo Poloniæ Regi

STANISLAVS CARNCOVIVS Epiſcopus Vladiſlauienſis.

De aduentu regio & coronationis die ſibi ſignificato gaudet.

ACcepimus literas Maieſtatis Veſtræ Regiæ optatiſſimas, ex quibus de aduentu Maieſtatis Veſtræ & de aliis rebus ad præſentem ſtatum Reipub. pertinentibus intelleximus, vehementerque gauiſi ſumus, Regiam Maieſtatem Veſtram, iam tandem ad ſuum Regnum felicibus auſpiciis iter ingreſſam. Ac de die aduentus ſui nos certiores facere voluit, vt ne amplius dubitationi locus vllus relinqueretur. Equidem Deum Opt. Max quo poſſumus maximo animi ardore exoramus, vt Regiæ Maieſtatis Veſtræ iter fortunet, ſoſpitemque huic Regno ac incolumem reddat. Hoc enim Regiæ Maieſtati Veſtræ affirmare poſſumus, in maxima lætitia ac cumulandum gaudium conſpectum Maieſtatis Veſtræ nobis deeſſe, quem ſemel nacti, quietem vel potius ſalutem Reipub. noſtræ nacti ac conſecuti videbimur. Multa enim ſunt, quæ ipſius præſentiam requirunt. Cæterum non poſſumus non vehementer laudare factum Maieſtatis Veſtræ Regiæ, quod de die Coronationis aliiſque rebus ad Senatum retulerit, (etſi enim ex ratione itineris Maieſtatis Veſtræ omnia metienda cenſebamus; tamen gratiſſimum nobis accidit cognoſcere ex ipſa, quis ſit ea de re Maieſtatis Veſtræ ſenſus, & quæ ſit ſententia, cui nos libenter aſſentimur:) tum etiam de vocandis Fœderatis & Feudatariis Principibus ad Coronationem, vt illi fœdera innouent; hi vero pro debito ſuo homagia Regno & Maieſtati Veſtræ præſtent. Quamquam R. D. Archiepiſcopo Gneſnenſi tanquam Primati Regni, hoc ab omnibus Ordinibus iniunctum ſuit; tamen vt etiam ab Regia Maieſtate Veſtra inuitentur & admoneantur, permagni intereſſe videtur. Quod ſupereſt, obſequia mea addictiſſima &c.

EPISTOLA XLV.

HENRICO Regi Poloniæ

STANISLAVS CARNCOVIVS Epiſcopus Vladiſlauienſis.

Modum regni adminiſtrandi demonſtraturus, tum Cromeri Poloniam mittit eamque ſtudioſe legendam commendat, tum quid de prouinciis Poloniæ, & imprimis de Pruſſia, noſſe par ſit, explicare ſatagit.

ETſi mihi dubium non eſt, quin Deus Opt. Max, quo autore gubernacula Regni huius adeptus es, eam gratiam tibi largiturus ſit, vt recte regere & gubernare poſſis populum ab eo tuæ curæ commiſſum; tamen vt mea erga te fides & officium conſtet, & vt teſtatam faciam propenſionem meam, nonnulla ad te de eo genere ſcribere cogitabam: & vt *Cromerus*, in iudicio grauiſſimo, hoc idem faceret, diligenter monui. Dum hoc ago, & profectionem meam tibi obuiam, mandato Senatus Regni, apparo: miſit ad me *Cromerus*, pro eo ac me amat, Poloniam ſuam, vt eam reuiderem, & tibi nomine eius offerrem. Feci libenter, libros legi, ac iterum relegi. Dignum certe Rege munus. In his enim libris non ſolum formam Reip. Regni, & legum noſtratum accuratiſſime deſcripſit, omnemque modum eius adminiſtrandæ complexus eſt; verum etiam ſitus locorum, fluuiorum, portuum, arcium, ciuitatum ita ad viuum expreſſit, vt non ſcripſiſſe, ſed oculis cuncta ſubieciſſe videatur. Et leges tu quidem illos libros de Repub. cum ea diligentia, qua merito debes. Verum tamen in tanta varietate rerum, ſubinde animum tuum ad illam cogitationem vniuerſe reuocabis, quonam modo tot populos, ſpatiis terrarum, linguis, legibus, moribus disiunctos, ſine magna difficultate (neque enim difficultate carere potes) optime regere, & gubernare poſſis. In quo hæc tibi præſcriptio ſeruanda eſt, vt in certa capita, veluti in claſſes, totam regendi, & adminiſtrandi Regni tui rationem conferas & reuoces. Vnum caput, quo iure vſa eſt Polonia tum, cum idololatræ principatum obtinebant. Nam eo tempore, abſoluta poteſtate vnus gerebat omnia, exceptis duodecim Palatinis, qui deiecti ſunt. Tempore vero Chriſtianorum principum, hæc tibi diſtinctio obſeruanda eſt. A *Mieczlao* primo Chriſtiano Principe, vſque ad *Cazimirum* magnum, & *Ludouicum*, non optima fuit in Polonia conditio & libertas. Adhuc enim Equeſtris ordo premebatur ſeruitutis oneribus. A *Ludouico* vſque ad tempora *Sigiſmundi* Regis optimus fuit ſtatus Reipub. nam omnia regebantur a Regibus ex ſententia Senatus: libertatibus tam Eccleſiaſticis quam Secularibus Reſpublica hæc claruit: leges optimas libertatis vindices habuit: induſtria & pace floruit. Alterum caput conſtitue tibi, de iure Prouinciarum Regni: in quo ſpectabis, quo

quo tempore quæque a Regno auulſa, iterum ad corpus eius rediit. Hoc enim modo coguoſces, alias armis quæſitas, alias ex pactis & fœderibus Regno adiunctas eſſe. *Lituania a Iagellone* Rege perpetuo fœdere iuncta & incorporata; *Ruſſia* armis *Caſimiri* magni in prouinciam redacta, formam Reipob. noſtræ induit. *Pruſſia*, quæ pene ab ipſis primordiis Regni armis Polonorum ſubacta, tandem a *Cruciferis* intercepta, poſtea, regnante *Cazimiro* III. in Regni corpus inſita, vti & pleræque prouinciæ Regni, ex quibus hoc imperium tuum conflatum leges, coaluit. *Maſouia* vero, *Samogitia*, *Kyouia*, *Volbinia*, *Circaſum*, *Podlachia* atque *Linonia*, quo tempore & quomodo ad vnitatem Regni acceſſerint redierintque, ex diplomaribus, quæ in archiuo publico aſſeruantur, facile diſcere potes. Tertium caput habebis, Ciuitatum maiorum *Pruſſicarum*, quæ peculiari & præcipua quadam prærogariua, quam aliæ ciuirates Polonicæ, gaudent. Hue referes Couſtitutiones a Regibus & Commiſſariis ſancitas. Quartum de iore feudalium Principum, vt ſunt *Duces Pomerani*, *Dux Pruſſia*, *Marchiones Brandenburgenſes*, *Domus Anſpach*, *Dux Curlandia*, *Palatinus*, *Valachiæ*. Vltimum caput pacta & ſœdera cum externis continebit: ſcilicet, eum domo *Auſtriaca*, cum *Rege Hungariæ*, *Bohemiæ*, cum *Rege Daniæ*, *Sueciæ*, eum domo *Marchionum Brandenburgenſium*. Ad eum locum referes hoſtes tuos, ſegetem laudum tuarum, *Moſchum*, *Tartarum* & *Valachum*, qui fide leues, contra pacta & fœdera in dominia & ditiones tuas ſæpe irrumpunt: In tanra varietate rerum, in eum locum, tanquam ad ſcopum, conſilia regendi Regni referes. Hoc ſi facies, & vniuerſum eorpus Reipub. Regni vuo intuitu contemplatus fueris: erede mihi, non dico difficulter, ſed facillime, & cum qoadam iucunditate auimi, Regnum hoc amplum, cum ſumma laude, & ad perpetuam nominis tui gloriam adminiſtrabis. Fuſius ego hæc tradere volui, ſed legea epiſtolæ transgredi uolo. Res tibi *Cromerus* ſobminiſtrat: ego vſom ipſum oſtendo. Sed quorſum ſpectat tam alte repetita regendæ Poloniæ ratio? eo nimirum, vt viſo vniuerſo corpore, membra ſingula facile eurea. Membrum non volgare Regni eſt *Pruſſia* prouincia, quæ nulli nec opportunitate portuum, nec ſplendore ac multione Ciuitatum, nec fertilirate ſoli cedit. Habet emporium nobiliſſimum *Gedanum*: habet munitiſſimas Ciuitates, & arces. Eius prouinciæ bene gerendæ & adminiſtrandæ in corpore hoc Regni, ſumma tibi ratio habenda eſt. Atque hoe magis, quo uonnullis in rebus habere videtur ſuas leges & conſuetudines: tales tamen, quæ perpetuo nexu illud membrum huic eorpori adiungant. Vna eſt & communis electio Regum, vna corouatio, vna confirmatio iurium, vna libertas, vnum conſilium, idem conuentus, honorum & dignitatum par conſortium, Iudiciorum quidem & conſuetudinum quorundam diſpar ratio, vnum tamen corpus, vna Respub. vna fides, vuum Baptiſma, vnus Devs, vna gena, vnus populus, vno nomine omnes Poloni cenſemur. Omnes illæ terræ ſunt de corpore Regui, intra fines Regni conſiſtunt a primo parente Polonorum *Lecho*, & eius ſucceſſoribus armis ſubactæ: ab originibus & veteribus indigenis, ad internecionem ſublatis. Teſtantur hæc annales noſtri: teſtantur monumeuta literarum, & fundationes templorum, Ecclesiarum, oppidorum, arcium, couſtructiunes monaſteriorum. Fuit quidem tempus, quo *Cruciferi a Conrado Duce Maſouiorum*, contra inſideles euocati in viſcera dominorum ſuorum arma conuerterant; ſed a maioribus noſtris bello fracti, regnante *Cazimiro* III. excuſſo iugo ſeruili, ad Reges Polonorum, vti veros dominos, redieruut. Hæc tu ex Priuilegio eorum latiſſime cognoſces, quod hiſce inſerui. Hæc de iure Regni breuiter ſcripta ſufficiant. Nunc, quid tibi in ea prouincia regendæ potiſſimum curandum ſit, paucis animaduerte. In hac tua prouincia res maxime aguntur. Importatio & exportatio mercium, vectigalia, imperium maris. Ad omnem tamen occaſionem rei bene gerendæ in omnes partes nulla opportunior Gedano Ciuitas eſt. In hac vt imperium tuum firmes, omni ratione curare debes (quod tamen ſine præiudicio iurium fiat) ante omnia Regalia tua manu tene, omnem autoritatem tuam Regni in integrum reſtitue, omnes æquo iure gaudere iube. Dat.

EPISTOLA XLVI.

HENRICO VALESIO,
Poloniæ Regi,

STANISLAVS CARNCOVIVS,
Epiſcopus Vladislauienſis.

Nimiam honorum largitionem & profuſionem, nullo habito delectu, inconſultis Senatoribus, dignis æque ac indignis hactenus præſtitam, diſſuadet.

FVit hæc olim inſignis Regum Poloniæ laus & præclara conſuetudo, vt cum ab aliquo ampliſſimi Senatorii Ordinis viro in iis rebus, quæ vel ad publicam vtilitatem, vel ad dignitatem Regiæ Maieſtatis pertinebant, monerentur, grato animo acciperent. Hoc idem ego, ſi bene humanitatem atque elementiam Maieſtatis Veſtræ noui, de ipſa firmiter mihi polliceor. Pererebreſcit romor, Sacram Maieſtatem Veſtram multis multa conſerre, nullo habito delectu meritorum, Indignosque præmia de Repub. bene meritis præcipere. In quo & nimiam liberalitatem, quam ipſi profuſionem appellant, reprehendunt, & iudicium Maieſtatis Veſtræ in iudicium vocant. Quamobrem S. Maieſtatem Veſtram oratam velim, vt & in largiendo modum teneat, & exiſtimationis habendam rationem ſibi putet. Cenſerem, vt Sacra M. Veſtra habeat aliquos Senatorii Ordinis viros, quorum conſilio non ſolum in his, verum etiam in Repub. adminiſtranda vtatur, vt ne priuato magis arbitrio quam publico Senatus conſilio, cuius magnam maiores noſtri voluerunt eſſe autoritatem, Rempub. regere videatur. Sic profecto & amoris plurimum Sacra Maieſtas Veſtra apud ſobdictos ſibi conciliabit, & exiſtimationi eiusdem optime conſultum videbitur. Quod ſupereſt, Deum Max. oro, S. M. Veſtram R. ſaluam & florentem diu nobis conſeruet, omniaque ipſius conſilia ſecundet. Dat.

HEN-

Epistola XLVII.

HENRICO Galliarum & Poloniæ Regi
STANISLAVS CARNCOVIVS,
Epiſcopus Vladislauienſis.

De ipſius diſceſſu è Polonia queſtus, quanto eius deſiderio omnes teneantur exponit, eumque vt rebus in Gallia compoſitis, in Poloniam redeat, obſecrat.

Dluturni ſilentii mei, quo hactenus vſus ſum, cauſa fuit mœrot ſummus, quem ex inſperato diſceſſu S. R. M. V. cepi. Atque haud ſcio, an quiſquam mortalium ſit hoc tempore me ioſelicior. Hic enim omnium ordinum homines S. R. Maieſtatis Veſtræ diſceſſus rationem a me, neſcin quo conſenſu opinionum, repetuot, & plerique culpam omnem eius rei in me conterant. Sed in hoc maximo dolore, qui non procul abeſt a ſummi luctus acerbitate, id me conſolatur, quod ea non ex animi maleuolentia proficiſci videam, verum ex incredibili amore erga S. & Chriſtianiſſ. Maieſtatem Veſtram. Dici enim nun poteſt, quantum deſiderium S. R. M. Veſtra diſcedens in animis eorum reliquerit. In memoriam nunc revocant omnia dicta factaque, tum ſingularem humanitatem & animi magnitudinem prædicant: reſponſa & alias præclaras ac heroicas virtutes tantum abſentis S. R. M. Veſtræ recordantur, quantum præſentis vix intelligebant. Et licet mihi nunc linguæ centum ac ſexcentæ, præterea rationes ſuppeterent, quibus hoc factom S. R. M. Veſtræ probare conarer; maior taman doloris vis eſt, quam vt ab eis exhauriant orationibus a nobis adductis excuſari poſſit. Huc accedit metus impendentiom malorum, qui animos hominum de interitu rerum ſollicitos tenet. Quamobrem per viſcera miſericordiæ Dei ſupplex S. M. Veſtram oro ac obteſtor, ita ſe comparet, vt compoſitis rebos Galliæ ad nos Regnomque ſuum tadeat, ſi nos, ſi Eccleſiam Dei, ſi Regnum hoc, quod eſt propognaculum totius Chriſtianitatis, ſaluum & integrum eſſe velit. Factum quidem hoc tale etit, vt laude ac gloria omnium gentiom, memoria omnium ſeculorum digniſſimum fore videatur. Omnia hic pacata S. R. M. Veſtra inveniet: quanquam, vt in mari nauis conſtituta immobilis ſtare non poteſt; ſic in Repub. Regni S. M. V. a nauclero ad tempus deſtituta, fieri non poteſt, quin aliqua parte commoueatur. Deum Optimum Maximum aſſiduis orationibus precor, vt Sacram & Chriſtianiſſ. Maieſtatem Veſtram diutiſſime ſaoam, incolumem, florentem pacis & belli laudibus ſeruet. Datum.

Epistola XLVIII.

HENRICO, Galliarum & Poloniæ Regi,
STANISLAVS CARNCOVIVS, Epiſcopus
Vladislauienſis.

Vt Regno Poloniæ, ex abſentia ipſius pene agonizanti, ſuccurrat, impenſiſſime & ſolidiſſimis argumentis ſuadet, quin, nouam electionem modeſte minatus, de velociſſimo in Poloniam reditu Regem per Deum etiam obteſtatur.

QVandoquidem ea eſt rerum noſtrarum conditio, vt iam amplios nec mala ipſa, quæ ob abſentiam Maieſtatis Veſtræ magis ac magis patimur, nec deſideria quoque noſtra, videndæ quamprimum in hoc Regno Maieſtatis Veſtræ, ferre poſſe videamur: tum autem, quandoquidem omnibos iam propemodum tentatis rebus, nihil tamen hucoſque conſequi potnimus,
A quod ad lenienda qoquo modo, tum hæc, tum illa, pertinere poſſe videretur; faciam quod bono Senatori & fideli Maieſtatis Veſtræ ſubdito conoenire ad extremum exiſtimo, vt poſt cætera omnia officia, quæ hactenus Sacræ Maieſtati Veſtræ in hoc Regno, omni meo ſtudio, & omnibus viribus præſtiti, & quod maxime potero, etiam deinceps præſtabo, illam denique hoc tempore fidem Maieſtati Veſtræ & patriæ meæ debitam exſoluam, vt per hanc epiſtolam Maieſtatem Veſtram, de omni meo ſenſu iterum atque iterum faciam certiorem. Vt ſi nihil aliud, ſaltem exter hæc epiſtola teſtis ſidei meæ erga Rempublicam & Sacram Maieſtatem Veſtram. Nihil hic querar, quod me tamen vehementer non excruciare non poteſt, ita rationes diſceſſus a nobis Sacræ Maieſtatis Veſtræ fuiſſe ab initio inſtitutas, vt cæteris M. Veſtræ rebus, ac rationibus omnibus, ſimulque adeo rebus ac rationibus Reipubli-
B cæ huius, non ita quemadmodum oportuerat, conſultum fuerit: Nihil querar. Quid enim queri iouat, tot iam elapſis rerum aut gerendarum, aut certe corrigendarum opportonitatibus? Dicam potius, quod mihi hoc tempore dicendum, & qood a Sacra Maieſtate Veſtra, in ipſa intimi Regii animi ſui penetralia, etiam recipiendum eſſe puto, eo rem adductam eſſe, vt Regni quidem huius conſeruandi nulla via alia ſupereſſe, nulla, nulla vnquam alia ratio excogitari poſſe videatur, præter hanc vnam, quæ eſt in ſolo celeri Maieſtatis Veſtræ ad nos redim conſtituta.

Itaoe ergo, inquiet Maieſtas Veſtra, effluxit, o Poloni, ex animis veſtris mei memoria? Vſque adeona obliti eſtis sui amoris erga me, aut conſtantiæ ipſius veſtræ? Nihil quæſo eiusmodi Maieſtas Veſtra vere-
C atur: nihil etiam eiusmodi in animum admittat ſuum. Nam & ipſa amatur procul dobio a bonis omnibus, & nemo eſt omnium, qui nouam illam Regis (quod tamen vix enunciare audeo) electionem, non tanquam præſentiſſimum ipſum rerum omnium interitum refugiat ac reformidet. Quid igitur eſt? Nimirum Regnum in maximo periculo eſt: Non tam quidem adhuc ab hoſte externo, quam quod multo præſentius malum eſt, ab inteſtinis ipſis diſſenſionibus atque diſſidiis, quibus ita exagitarunt, nunc cum maxime, vt omnia ſumma, media, infima, in extremum adducta diſcrimen videantur: Poſſeſſiones noſtræ non legitimis diſceptationibus, ſed manu armata vindicantur: Vitam noſtram, quam olim vel Regia ſola autoritas inermis
D tuebatur, none ne armis quidem ipſa ſatis tegunt: De fama ac hoaore Ciuium, quod iudicium Regum tantunmodo fuit adeo proprium, more popularis ſtatus Reipub. homines æquales noſtri ſibi ſinunt: Religio, quod caput eſt, ſummi Dei, ruit alto a culmine, nullo vindice ac defenſore. Quæ quidem cum ita ſe habeant, atque etiam hoc deterios, quod res ipſa nullis vnquam verbis ſatis poſſunt adæquari; idcirco fit, vt Regiam S. Maieſtatis Veſtræ præſentiam omnes deſiderent: & cum S. Maieſtati Veſtræ integri propemodum anni ſpatium ad ſe revertendi conceſſerint, ſatis ſe ſuo officio erga Maieſtatem Veſtram perfunctos arbitrantur

Digitized by Google

tur, interimque adeo videre quoque ipſi geſtiunt, quantopere Maieſtas Veſtra eos ipſos, quantopere ſalutem huius Regni, quantopere officium ſuum Regium, cuius nobis obſidem dedit iusiurandum ſuum, charum ha- A beat. Et certe, ſi quis modo ea ſecum reputet, quæ per Regis abſentiam Regnis ipſis, tum a factionibus domeſticis, tum ab hoſtium impreſſionibus poſſe viderentur euenire, næ is hanc quoque abſentiam tam diuturnam S. Mai. Veſtræ, quod pace illius dictum volo, nimiam fortasſis eſſe iudicabit. Sed Deo Opt. Max. & immortali immortalis ſit gratia, quod tamen hucusque Regnum hoc ac Respub. ſalua ſit & incolumis. Nam nos quidem qui in Repub. ſumus, ſaluos eſſe & incolumes vix poſſumus dicere, rebus noſtris in eiusmodi diſcrimen adductis: multo autem minus polliceri nobis poſſumus, Rempublicam quoque ipſam, ſicut hactenus ſingulari Dei beneficio ſtetit aliquo modo poſt diſceſſum Sereniſſ. Maieſtatis Veſtræ incolumis; ita porro diuturniorem M. Veſtræ abſentiam, nullum eſſe incommodum accepturam. Hoc enim ſi B nos quidem perſuadeamus nobis, inepti plane ſimus: Sin Maieſtas Veſtra ſibi perſuadeat, tum profecto Deum ipſum apertisſime tentare videatur. Itaque eo, vt dixi, res redacta eſt, vt aut redeundum ſit primo quoque tempore ad nos Seren. Maieſtati Veſtræ, aut nobis ipſis, de vita, ſalute, fortunis noſtris, coniugumque ac liberorum, quibus vxor & liberi contigerunt, aut quibus non contigerunt, de ſalute noſtra ipſorum Reipublicæque, qua vna omnes omnium charitates eſt complexa, neceſſario ſit dimicandum: non ſine nota quadam, quod omen procul abeſſe cupio, ipſius Maieſtatis Veſtræ, totiusque Gallici & Valeſii nominis. Habet igitur Maieſtas Veſtra, in poteſtate ſua vitam, & mortem Reipub. noſtræ: habet ſalutem & interitum Regni huius: & quidem habet ita, vt vertenda ſolummodo manu, ſic vel ſic vtrumuis præſtare C poſſe videatur. Si nos perdit Maieſtas Veſtra (quod abſit!) videat quæſo quam excuſationem apud præſens ſeculum facto ipſi ſuo prætexat: quid vniuerſæ poſteritati, de ſe narrandum relinquat. Vel ſi hæc forte quempiam minus mouent, videat quæſo, quid aut conſcientiæ ipſe ſuæ quotidie reſpondeat, quam effugere nemo vnquam potuit: tot vero quam tandem rationem olim reddat, apud tribunal ipſum ſummi Dei, cum Iudex ille iuſtus ac ſeuerus venerit, iudicandis viuis pariter ac mortuis. Sin nos Maieſtas Veſtra, quod equidem malo ominari, ita conſeruat vt accepit, id autem eſt, ſi ad nos redit, in hoc enim ſunt omnia; tum vero mihi, vt ſemel dicam, laudes omnium ante ſe Regum laudatorum adæquaſſe, nonnullorum etiam longe ſuperaſſe videbitur. Hoc autem D eſt illud, quod Maieſtas Veſtra plane conſequetur, quo ſemper excellenti iſto, & omnibus paſſim cognito ac perſpecto, ad omnem gloriam impetu ſuo, non obſcure viſa eſt contendiſſe. Quamobrem oro S. Maieſtatem Veſtram per hunc ipſum igniculum, ad omnia præclara facinora Sacræ Maieſtati Veſtræ diuinitus inditum, vel potius per Deum ipſum immortalem, qui eiusmodi igniculum, pectori S. Maieſtatis Veſtræ inſeuit, per eum inquam Deum, qui Maieſtatem Veſtram multis periculis ereptam, in ſummis duobus regalis dignitatis ſoliis, breuiſſimo tempore ita collocauit, vt huius tamen Regni noſtri curam, ante curam reliquorum omnium Regnorum Maieſtatis Veſtræ commendarit: ſupplex, inquam, oro S. Maieſtatem Veſtram, vt omni mora poſthabita, equis quod dicitur & velis contendat, & quamprimum ad hoc noſtrum extinguendum incendium accurrat. Quod quidem incendium eiusmodi eſt, vt ſi quid Maieſtas Veſtra ceſſet, nulla amplius ratione, ne per ipſam quidem Maieſtatem Veſtram, etiamſi maxime cupiat, reſtingui poſſe videatur. Equidem poſt mortem Sereniſſimi ſui fratris erat fortasſis abſenti Maieſtati Veſtræ nonnihil metuendum, ne hæreditarium illud Regnum Maieſtatis Veſtræ detrimenti aliquid acciperet: Itaque ad reſtinguendum tunc illud incendium, quod ſibi certum mente ac cogitatione ſua Maieſtas Veſtra adumbrarat, propere cucurrit, vbi tamen adueniens, omnia per Dei gratiam, meliore quam ſperarat loco reperit: Nunc in hoc Regni noſtri, vel tui potius ô Rex, (tu enim illud & vltro appetiſti, & ſumma noſtra voluntate in fidem tuam collatum ſponte recepiſti;) In huius igitur Regni non ficto, neque adumbrato, ſed & certisſimo & manifeſtisſimo & præſentisſimo incendio, quidnam ſibi faciendum eſſe putet Maieſtas Veſtra dubitabit? Ego vere illud Sacræ Maieſtati Veſtræ iam nunc audeo, omni interpoſita aſſeueratione confirmare: Niſi Maieſtas Veſtra ad nos redit primo quoque tempore, nos quidem aut animam ſane ipſam, quam iam agimus, exhalemus, aut ſi quid, alium certe leuandorum morborum noſtrorum medicum inuiti cogimur aduocare, quorum vtrumque Maieſtati Veſtræ inuidioſum admodum, vtrumque etiam perpetuis in vita angoribus expiandum fuerit. Quid dico in vita? Illi etiam ipſi remorſus conſcientiæ, cuius eſt poſt hanc vitam, vita verisſima facto hoc Maieſtatis Veſtræ mirifice exagitarent, ipſamque adeo Maieſtatem Veſtram nunquam conquieſcere ſinerent. Nunc iam quidem, ne a temporibus noſtris remotiora inueſtigem, *Moſchus* me hercule ipſe barbarica, quadam elatus inſolentia, diſceſſum hunc Maieſtatis Veſtræ fugam audet publice appellare: eamque adeo a Maieſtate Veſtra ſuſceptam eſſe dicit, metu ſcilicet, ac terrore potentiæ ſuæ, cui ſcilicet Maieſtas Veſtra cum omnibus Gallicis Polonicisque copiis parem eſſe poſſe non exiſtimauerit. Sunt etiam alii, qui ita dictitant, exſangue illud corpus *Sigismundi Auguſti* Regis noſtri, vel vmbram potius funeris illius Regii (ignoſcat mihi quæſo Maieſtas Veſtra, ſi ad eam perfero, quæ vſpiam de ea ſolent circumferri) plus omnino per illud prope integrum interregni biennium momenti habuiſſe, ad nos omnibus impendentibus periculis liberandos, hoc ſolo, quod nobiscum inhumatum ſteterit; quam Maieſtas Veſtra viua, vigensque ad nos eosdem, paucisſimis iſtis menſibus conſeruandos valere videatur. Idque propter diſceſſum modo abſentiamque ſuam. Dabitne igitur quæſo Maieſtas Veſtra diutius hanc

Moſcho hoſti, hanc etiam facetis ſcilicet & vrbanis iſtis hominibus conſolationem? aut vero huccine tantum dolorem nobis fidelibus ſubditis, ac clientibus ſuis, qui partes Maieſtatis Veſtræ ſemper etiam cum ſummo & vitæ & honoris noſtri periculo ſecuti ſumus, & aliis propemodum omnibus Maieſtas Veſtra Sereniſſima vnquam infliget? hanccine Regibus Galliæ, maioribus tuis, qui ſæpe externis præſidiis fuerint, te ſubditis tuis opem negaſſe? eam inquam ouram Maieſt. Veſtra iniuri patietur, vt ſciens ac volens gloriam ipſam ſuam & maiorum in ignominiam commutaſſe, & quæ hactenus bono plane, non tam ſuo quam publico gerenda ſuſcepit, ea vel caſu, vel etiam, quod abſit, arte quadam, regio ſuo genere prorſus indigna & ſuſcepiſſe & geſſiſſe videatur? Auferant hæc quæſo, & in vltimas vſque terras deportent venti omnes, & ne veſtigium quidem vſpiam cogitationum eiuſmodi relinquat vllum! Quin tu potius Sereniſſime Rex, ſi ſedes, ſta; ſi ſtas, ingredere; ſi ingrederis, curre & te nobis quamprimum in Polonia repræſenta. Oſtende tantummodo nobis faciem tuam, & omnia recreabuntur. Molis quidem, vt dixi, & magnis difficultatibus inuolutum eſt Regnum hoc per tempora; verum ſicut omnibus propemodum his initium dedit diſceſſus tuus: ita reditus tuus, quod quidem opto, maturus ſubito omnibus his finem adferet. Nihil enim eſt adhoc per Dei gratiam ita deſperatum, quin vel ſola Maieſtatis Veſtræ præſentia (ſi modo nobis contingat, vt eam cito videre hic poſſimus) ſanari poſſe videatur. Deo igitur autore ita ingredere, & eodem bene fauente curre, vt te nobis in Polonia primo quoque tempore repræſentes. Quod ſi primus ille Maieſtatis Veſtræ ad nos aduentus erat, vt meminit procul dubio Maieſtas Veſtra, & optatiſſimus nobis, & illi ipſi glorioſiſſimus, quem aduentum poſtea diſceſſus iſte nobis luctuoſus, ipſi etiam vt arbitramur Maieſtati Veſtræ ſuisque omnibus parum lætus fuit, conſecutus erat: ſane reditus hic eius, quem tantopere deſideramus, & nobis longe optatior, & Maieſtati ipſi Veſtræ vniuerſoque Gallico, atque adeo *Valeſio nomini* in omnem æternitatem multo glorioſior. Quem cum infinitæ aliæ res magnifice nobis condient, tum ipſum ſane temporis interuallum, quo conſpectu M. Veſtræ caruimus, reddet nobis vltra quam dici poſſit auguſtiorem & magnificentiorem. Dat.

EPISTOLA XLIX.

HENRICO Galliarum & Poloniæ Regi Chriſtianiſſimo

STANISLAVS CARNCOVIVS Epiſcopus Vladislauienſis.

Pergit inſtantiſſime precari, vt Rex quam maturrime in Poloniam redeat, & inter alia, Eccleſiæ periculum auertat.

QVæ erga Maieſtatem Veſtram ſtudium & obſequium noſtrum in Electione Veſtræ Maieſtatis apparuerit, quæ etiam poſtea veſtra in ipſam ex intimo corde profecta obſeruantia in multis variiſque indiciis duxerit: illud ex aliorum certis veriſque ſermonibus Maieſtatem Veſtram intellexiſſe, hoc vero in ipſius M. Veſtræ experientia eductus, recenti memoria penitus adhuc hærere, infixumque eſſe arbitramur; ſtudium enim & admirabilem Veſtræ Maieſtatis nobis etiam adhuc incognitæ amorem celeberrima nominis ipſius
A fama in nobis excitabat. At vero poſtquam Deo annuente Maieſtatem Veſtram ouantes excepimus, atque cognouimus etiam ſingulares ac vere paternos Veſtræ Maieſt. in nos omnes affectus: & ipſæ Regiæ virtutes antea quidem rumore ad nos perlatæ, iam vero tum a nobis ipſis plenius cognitæ peculiarem Veſtræ Maieſt. obſeruantiam in animis noſtris perfacile conciliabant. Nunc igitur cum iſta duo, quorum prius alterum, abſque altero nos M. Veſtræ ſtudioſiſſimos efficiebat, quæ modo ſimul coniuncta, non eandem, imo longe maiorem noſtram obſeruantiam, magis ac magis augerent, auctamque conſeruarent: Iis ſane M. Veſtra ſibi de nobis certo perſuaſum habere poteſt atque debet, quod ſi vnquam amantes & ſtudioſi Mai. Veſtræ fuimus, nunc profecto cum nutu & regimine prouidentiæ diuinæ
B M. Veſtram nobis in Regem ac Dominum, & Patrem patriæ aſſumpſimus, eandem procul dubio erga M. Veſtram flagranti inceoſam amore obſeruantiam retinemus, quæ merito Regi prudentiſſimo, quæ Domino optimo, quæ denique dulciſſimo Patri patriæ debetur. Quapropter cum nos peculiariter iam pridem Veſtræ M. addictos eſſe ſciremus, & penitius, quod noſtrum in Repub. exigeret a nobis officium, deſpiceremus; operæ pretium nos facturos iudicauimus; vt communicato ſimul conſilio, mutuas ad M. Veſtram mitteremus literas. Illud præcipue M. Veſtræ ſignificantes, quod hac turbulentiſſima in Regno Maieſtatis Veſtræ apud nos tempeſtate exorta ad ſedandas ventorum procellas, & optatiſſimam tranquillitatem tandem aliquando comparandam, eſſe maxime neceſſarium exiſtimauimus. Grauius quidem & acerbius minusque tempeſti-
C uum illud fortaſſis M. Veſtræ prima fronte videbitur: ſed cum in eo dignitas M. Veſtræ ac inprimis religionis orthodoxæ integritas, Eccleſiæ ſanctæ propagatio, denique totius Reipub. ſalus, omniumque noſtrum incolumitas, verſetur & poſita ſit; hoc nos ad maiorem rei fidem & autoritatem conciliandam, paribus votis animisque ſinceris Veſtræ Maieſtati perſcribimus, ne forte ab aliis, qui tantum velint placentia loqui, contrarium aliquid, & immortali gloriæ M. Veſtræ aduerſum, cum ſummo rerum noſtrarum diſcrimine, ſignificetur. Itaque nos pro ea, quam Veſtræ Maieſt. debemus, fide & obſeruantia certiorem ipſam reddimus, hunc eſſe nunc rerum ſtatum, & ita transverſe agi hominum ſtudia, vt niſi Sereniſſ. Mai. Veſtra ad nos venire primo quoque tempore, vel voluerit, vel potuerit, nec nos, nec qui-
D quam alius, quantumuis Maieſt. Veſtræ ſtudioſiſſimus, Seren. M. Veſtræ dignitati conſulere poſſit. Si præſens ipſa M. Veſtra, aucta Regni Gallici dignitate ac opibus, apud nos in tempore adfuerit, facile omnia componet & compeſcet, Regnum in optimum ſtatum breui temporis interuallo redigere poterit. Non enim deerunt, qui M. Veſtræ fidem & operam ſuam non ſint probaturi: His autem, ſi quorum conſilia alio ſpectant, animus concidet. Abſente autem Maieſtate Veſtra & ex literis & ex nunciis ad ſe miſſis cognoſcet & colliget, quanta ſit aduerſorum ventorum vis, qui eo vehementius incumbunt, quod gubernator ad nauim reditu-

rediturus non exiſtimetur. Ideoque illis etiam ab iis, quibus nihil eſt gubernatoris dignitate antiquius, obſiſti non poteſt. Quamobrem Maieſtatem Veſtram quanto poſſumus maximo ſtudio oramus & obteſtamur, ne ſibi & dignitati ſuæ deeſſe velit, nec tam per literas aut nuncios agendum, quam ſibi ipſi tempori veniendum eſſe exiſtimet. Alterum eſt, quod nequaquam a nobis coram Veſtra Maieſtate reticendum videtur, omnibus Eccleſiis, vniuerſoque clero maximum impendere periculum a nouis iudiciis per omnes Palatinatus tantum conſenſu Secularium approbatis & inſtitutis, contra quæ vt a M. Veſtra neceſſarium & ſalubre aliquod remedium obtinere poſſimus, vel hoc ſaltim, pro quo *R.D. Rozdrazeuius* noſtro nomine M. Veſtram rogabit, & nos cum clero vniuerſo petimus & obſecramus, quod non prius in tutelam ſubſidiumque noſtrum proferemus, antequam vigentiſſima (quam Deus auertat) ad id faciendum neceſſitate compellamur. De reliquo a Deo precamur, Maieſtatis Veſtræ rationes ita comparet, vt eam cito ſanam & rebus omnibus florentem, maxime noſtra conſolatione in Regno Poloniæ videre poſſimus. Datum.

EPISTOLA L.

STEPHANO Electo Regi Poloniæ, Principi Tranſyluaniæ

STANISLAVS CARNCOVIVS Epiſcopus Vladislauienſis.

Regnum ipſi decretum & oblatum deuote gratulatur, ſpem facit fore, vt ſuaſu ſuo diſſidentes animorum motus componantur.

IAm ſtatim ab eo tempore, quo primum Maieſtatem Veſtram *Comitiis apud Varſouiam* habitis, Regem renunciatum eſſe accepi, (ipſe enim ab eo conuentu pluribus & grauibus de cauſis abfui,) immortales hoc nomine Deo Opt. Max. egi gratias, maximoque deſiderio teſtificandi ſui erga Eam ſtudii atque voluntatis, ſimulque gratulandi tanta dignitate flagrabam: Sed ab eo tamen non paucis, nec leuibus, iiſque iuſtiſſimis de cauſis abſtinere neceſſe habui. Attamen quod verbis non licuit, re ipſa S. M. Veſtræ abſenti & priuatim & publice ſatis abunde præſtiti, nec quicquam prætermiſi, quod ad confirmandam, ſtabiliendam, omniumque conſenſu amplificandam imperii ſibi diuinitus delati autoritatem pertinere exiſtimaui. Cuius rei cum in *Conuentu Andreiouienſi* firmamentum poſitum fore intelligerem, omni ratione contendi, ac, quantum in me fuit, ſedulo & coram & per literas, tum ſingulis quibusque, tum prouinciis vniuerſis, pro officio meo hortandis, rogandis, omnibusque rationibus incitandis, effeci, vt quam frequentiſſimi ad decidendem de ſumma Reip. atque libertatis communis, quæ in *Comitiis Varſouienſibus* temeritate quorundam excitata erat, controuerſiam, eo conuenirent, & ad eam rem cæteris ipſe, qui tertium in Senatu obtineo locum, pro mea in Remp. charitate, cum eos, qui me antecedunt, ab eorum tarditate atque cunctatione abducere non potuiſſem, dux & autor fui: mature ad locum Conuentus omnes anteceſſi, quo contra multorum opinionem atque expectationem, tanta multitudo, ex tam longinquis prouinciis lectiſſimorum Equitum, ad decertandum pro ſalute atque libertate patriæ paratiſſimorum, & omnibus rebus inſtructiſſimorum confluxit, quanta memoria noſtra a nemine ex noſtris viſa eſſe dicitur. Sed illud longe mirabilius eſt, quod in tanta multitudine, tanta fuit animorum conſenſio atque conſpiratio, vt ne vnus quidem repertus ſit, qui vel in primis ſuffragiis a cæteris diſſentire vellet. Vt primum enim a me ea dicta eſt ſententia, quæ M. Veſtram Regem renunciatum, Sereniſſimæque Infantis connubio deſtinatum, laudaret, ſummoque ſtudio approbaret; inuentus eſt nemo, qui eam non amplecteretur, in eamque pedibus non iret, &, quod maximum eſt, qui pro ea vitam & ſanguinem profundere paratus non eſſet. Eſt igitur, *Sereniſſime Rex*, primum quidem, quod nos ipſi, quorum ſalus atque libertas agitur, Deo Opt. Max. maximas atque immortales agamus gratias, qui in re tanta, & in tantum diſcrimen temeritate quorundam adducta, tam præſens tamque ſalutare nobis obtulerit remedium. Certiſſimum enim & perſuaſiſſimum habemus fore, vt tam præclari, tamque celebris ac vna mente atque voce conſentientis Conuentus iſtius fama, toti Reipublicæ noſtræ concordiam, pacem atque tranquillitatem apud omnes, non ciues ſolum, ſed etiam exteros pariat & afferat. Deinde vero eſt quoque, quod M. Veſtra eidem præpotenti atque immortali Deo eaſdem nobiſcum agat gratias, qui ad tantam Maieſtatis Veſtræ laudem, gloriam atque dignitatem, tot & talium hominum mentes atque voluntates præ cæteris tot & tam illuſtribus, tamque potentibus M. Veſtræ competitoribus, inſpirauerit atque impulerit. Itaque velim M. Veſtra ſibi perſuadeat, ſe non tam humanis ſtudiis aut conſiliis, quam ſingulari quadam diuina prouidentia Regem factam eſſe, quod M. Veſtræ ex his, quæ hic acta ſunt, coram digito me demonſtraturum polliceor, quod illi, cum ob alias egregias ac illuſtres virtutes, tum propter ſingularem pietatem, religionisque Catholicæ ſtudium atque integritatem, & in ea tuenda atque inſtauranda diligentia, quæ multorum ſermonibus celebris eſt, diuinitus contigiſſe, apud me certiſſimum eſt. In quo eam tanto ardentiorem deinceps fore, quanto ampliore atque illuſtriore præmio, vel propter ante actam vitam ſe ornari, vel in futurum tempus ad id diuinitus excitari videat. Itaque ego ſtatim ab initio tanto honore atque dignitate ad M. Veſtram delata vehementer gauiſus ſum, & nunc eodem omnium conſenſu confirmata & approbata tanto magis gaudeo, illique vere & ex animo gratulor, ac vt his ampliſſimus & auguſtiſſimus honos illi æque ac nobis felix, proſper & fauſtus ſit, votis in eam rem conceptis, & priuatim & publice, cum omnibus meis Deo Opt. Max. ſupplico: ac vt M. Veſtram ſaluam atque incolumem, & omni felicitate florentem apud nos primo quoque tempore (id enim res noſtræ maxime flagitant) ſiſtat, maximis & aſſiduis precibus exopto. Quod reliquum eſt M. Veſtræ fidem, officium, & ad omne genus obſequii maximam animi promptitudinem atque alacritatem defero, meque totum ſuæ gratiæ, quam diligentiſſime ſumma animi ſubmiſſione commendo. Nolim autem M. Veſtram illud quicquam moueat retardetue, quod quidam ex collegis meis Epiſcopis ante renunciationem Maieſtatis Veſtræ aduerſam factionem ſecuti fuerint, & in eo propo-

propoſito adhuc perſtiterint. Hi enim & iam vltro reſipiſcunt, & ad eos ad communem omnium conſenſum, quem ipſi ſe expectare dicebant, pertrahendos, ipſe hinc recta excurram, facileque, vt ſpero, quod volo, perſi- A ciam & obtinebo, ita vt eam totius Ordinis Eccleſiaſtici M. Veſtræ ſtudium, atque fidem certo polliceri non dubitem. De cæteris quoque nihil eſt, quod M. Veſtram ſolicitam habeat. Omnia quæ ad pacificationem pertinere videbantur, a nobis omni ratione prouiſa conſtitutaque ſunt. Legati atque literæ ad ſummum Pontificem, Cæſarem, cæterosque Chriſtianos Principes, & ad omnes Regni prouincias decretæ ſunt, nullaque mora mittentur. Maieſtati Veſtræ iterum & ſæpius ex animo celerem, felicem & fauſtum ad nos aduentum precor & exopto. Andreiouii penultima Januarii 1576.

Epistola LI.

STEPHANO Electo Regi Poloniæ
STANISLAVS CARNCOVIVS
Epiſcopus Vladiſlauienſis.

Spe regii aduentus delinitus, ea vt ne excidat, pro vniuerſa Polonia exoptat.

NVdius quartus venit ad nos Orator Maieſtatis Veſtræ cum *Starechouio* & *Radeionio* noſtris. Quorum aduentus vti fuit omnibus expectatiſſimus, ita fuit mihi longe gratiſſimus atque iucundiſſimus. Ex eis enim id, quod auidiſſime cupiebam ac deſiderabam, intellexi: primum quidem M. Veſtram ſaluam atque incolumem eſſe, omniaque ſibi ex animo ſuccedere: deinde vero ea omnia, quæ illi a nobis per Legatos noſtros erant propoſita, ab ea perhumaniter atque benigne eſſe accepta, iureque iurando ac literis atque tabulis ſuper ea re cum ſumma fide atque autoritate confectis, quæ nobis per eos redditæ ſunt, ſancita eſſe & confirmata. Neque vero verbis ac literis ſolum, ſed etiam re ipſa fidem atque animum M. Veſtræ erga me compro- C barunt, de celerique ad nos aduentu ſpem optimam nobis fecerunt. Quibus nunciis cum neque gratius neque iucundius quicquam hoc tempore mihi accidere potuerit, nulla mora M. Veſtram de eiſdem certiorem faciendam, lætitiamque & gratitudinem noſtram illi ſignificandam exiſtimaui. Porro in quot & quantis difficultatibus atque periculis hoc tempore Reſpubl. noſtra verſetur, quantisque vrgeatur neceſſitatibus, M. Veſtram ipſam per ſe pro ſua prudentia, præſentique rerum noſtrarum ſtatu ſatis intelligere minime dubitamus. Nec illud quidem eam præterit, ad ea omnia vnicum idque certiſſimum remedium atque ſolatium in celeritate aduentus Maieſtatis Veſtræ eſſe poſitum. Quem quod non leuibus, vt nos quidem nobis perſuademus, de cauſis retardari præter ſpem & opinionem noſtram ne- D ceſſe fuerit, non mediocri me hercule, ex eo afficimur moleſtia atque deſiderio, nos præſertim, qui ex remotioribus etiam Regni partibus ad diem Coronationi M. Veſtræ conſtitutam huc conuenimus. Quamobrem M. Veſtram maiorem in modum etiam atque etiam petimus & quæſumus, vt quam maxime poteſt, ſine tamen vitæ ſalutisque ſuæ diſcrimine, ad nos contendat. Quod eam pro ſuo in nos Remquepub. noſtram ſtudio, ſingularique charitate facere, tantoque magis ac magis facturam eſſe confidimus. Nos vero præterea nequaquam otioſi M. Veſtræ aduentum præſtolabimur: ſed communi conſilio ea omnia agemus, prouidebimus, & quantum in nobis eſt efficiemus, quæ ad Reip. noſtræ, imperiique M. Veſtræ concordiam, pacem, tranquilli- A tatem ac ſecuritatem pertinere videbuntur. Maieſtatem Veſtram Deus Opt. Max. ſaluam atque incolumem & omni felicitate florentem primo quoque tempore in conſpectu noſtro ſiſtat. Datum Cracouiæ 8. Februarii.

Epistola LII.

STEPHANO Electo Regi Poloniæ
STANISLAVS CARNCOVIVS
Epiſcopus Vladiſlauienſis,
nomine Conuentus Andreiouienſis.

Propter periculum ab Aula Cæſarea imminens, quam poteſt maxime, Regis aduentum vrget.

NVncium triſte & periculoſum, idque certiſſimum, *Vienna* modo allatum eſt, a Cæſarea Maieſtate articulos & conditiones, quæ ſibi a ſuæ factionis hominibus in deferendo Regno per Legatos proponeban- B tur, reiectis tamen quibusdam, quæ ſibi difficiliores videbantur, 23. huius menſis publice, quamuis aliqui ex Legatis reclamarent, iureiurando eſſe confirmatos. Quid hoc tempore facto & conſulto opus ſit, & in quo rerum ſumma potiſſimum conſiſtat, M. Veſtra intelligit. Nos vero quemadmodum antea plurimum in celeritate aduentus M. Veſtræ poſitum eſſe cenſuimus, ac per literas & per nuncios noſtros a M. Veſtra de accelerando itinere ſedulo petiimus: ita ac multo maxime hoc tempore eandem oramus & obteſtamur, vt relictis, ac ſubſequi iuſſis omnibus impedimentis ipſa M. Veſtra, quanta maxima celeritate poteſt ad nos accurrat & aduolet. Factura rem Reip. ſuæ, ac noſtræ in omnes partes maxime ſalutarem ac neceſſariam. Deus Opt. Maximus iter Mai. Veſtræ acceleret, eamque ſaluam & incolumem primo quoque tempore nobis ſiſtat. Dat.

Epistola LIII.

STEPHANO Electo Regi Polonia
STANISLAVS CARNCOVIVS
Epiſcopus Vladiſlauienſis.

Conſultum eſſe iudicat, ad Archiepiſcopum Oratores mittere Rex vt ne grauetur.

HEri *Kozlouius* ad nos venit, literasque Maieſtatis Veſtræ mihi reddidit. Ex quibus intellexi M. Veſtram fines Regni, quod felix fauſtumque ſit, iam attigiſſe. Vnde quanto gaudio atque lætitia affectus ſim, incredibile eſt. Tali enim tempore noſtro, neque ſalutarius magisue neceſſarium quicquam, non ſolum mihi, ſed etiam omnibus iis, quibus Reip. ſalus ac tranquillitas curæ eſt, nunciari potuit. Itaque tam lætum nuncium nulla mora in omnes etiam remotiſſimas Regni partes, D per meos tabellarios, ad recreandos & confirmandos hominum animos ſpargendum curaui, certo confirmans M. Veſtram paucis diebus *Cracouiæ* affuturam: Quod ita fore ex his, quas ad M. Veſtram ante aliquot dies publice dedimus, certo mihi perſuadeo, idque hoc ipſe maxime neceſſarium eſſe iudico. Quod autem per Oratorem Maieſt. Veſtræ primo quoque tempore faciendum eſſe cenſui, vt Maieſtas Veſtra aliquem ex Dominis *Herburtis* ad Reuerendiſſ. D. Archiepiſcopum, & omnes eos, qui in *Conuentu Warſouienſi* hoc tempore affuturi ſunt, mittat, idem vt fiat nunc etiam oro. Nam pro ea propinquitate

atque

atque neceſſirudine, quæ Dominis *Herburtis* cum Reverendisſimu D. Archiepiſcopo intercedit, plurimum ponderis eam legationem habituram intelligo, ac vt tanto plus etiam habeat, adiungendum cenſeo Oratorem Maieſtatis Veſtræ. Deus Opt. Max. Maieſtatem Veſtram quam ſelicisſimam & quam celerrime nobis ſiſtat. Datum Cracouiæ.

EPISTOLA LIV.

***STEPHANO** Electo Regi Poloniæ*

***STANISLAVS CARNCOVIVS**,*
Epiſcopus Vladiſlauienſis.

Vt inter legatos, quos ad conuentum Warſouienſem mittendos eſſe in prioribus ſuaſerit, Palatinum Sendomirienſem eſſe curet, ad expediendum quidquid reſtet diſſidii, conſultiſſimum putat.

QVantum momenti in eo *Warſouienſi Conuentu* poſitum ſit, vel ad ſanandos hominum animos, vel ad occurrendum his, quæ etiam mihi imminere videntur, malis: ex his, quæ publico nomine *R. D. Eraſmus Debinius*, Decanus Cracouienſis, Maieſtati Veſtræ referet, Maieſtas Veſtra facile, vt arbitror, coniiciet. Itaque ad ea proximis ſuperioribus, quas *Kozlouio* dedi de Legatis illuc mittendis ad Maieſtatem Veſtram perſcripſi, non mihi ſolum ſed aliis etiam, quorum ego iudicio multum tribuo, conſultisſimum fore viſum eſt, ſi *Maieſtas Veſtra* effecerit, vt eius legationis Magnificus *D. Palatinus Sendomirienſis* princeps eſſe velit. Qui qualis vir & quam in omnibus his rebus, quæ vel ad conciliandos, vel ad perſuadendos hominum animos pertinent, paratisſimus & inſtructisſimus ſit, M. Veſtræ nequaquam obſcurum eſſe exiſtimo. Ego certe dum ea diligentius cogito, facile adducor, vt confidam fore, vt aut hic ſua gratia, conſilio, ſingularique erga ſalutem patriæ ſtudio, atque ea, quam ſummam apud omnes habet, fide & autoritate id, quod cupimus & optamus, efficiat & obtineat, aut certe alius mortalium nemo. Illud autem potisſimum contendendum eſt, ne Conuentus iſte diutius trahatur, atque adeo vt *R. D. Archiepiſcopus*, qui caput illius eſt, *Cracouiam* primo quoque tempore pertrahatur. Quod nos quoq; noſtris, quos eo mittimus, præcipue iniunximus. Ad Maieſtatem quoque Veſtram quod attinet, non dubito, quin Ea pro ſua prudentia, & rerum vſu præclare intelligat, quantum vel ad alliciendos, vel ad optimam ſpem erigendos hominum animos interſit, vt eam quam optimo & quam maximo animo eſſe omnes agnoſcant. Et certe his, quæ ſibi per eum, quem ad Eam nunc mittimus, referentur, intelliget, nihil eſſe quod eam perturbare debeat; quin potius vt in rebus tam afflictis, non parum eſſe quod gaudeat. Hæc ego ad Maieſtatem Veſtram non eo ſcribo, quod quicquam de animi ſui magnitudine addubitem, de quo nihil mediocre cogito, aut mihi polliceor; ſed vt meo in ea re ſtudio atque deſiderio ſatisfaciam. Faxit Deus Opt. Max. vt Maieſtatem Veſtram quam primum quam felicisſimam mihi conſpicere liceat. Dat. Crac.

EPISTOLA LV.

***STEPHANO** Electo Regi Poloniæ*

***STANISLAVS CARNCOVIVS** Epiſcopus Wladiſlauienſis, & **PETRVS ZBOROVIVS** Palatinus Cracouienſis.*

De aduentu minime tardando vlterius Regem exhortatur.

DVm aduentum Maieſtatis Veſtræ perquam cupidisſime expectamus, ſummoque illius deſiderio flagramus, fama ad nos peruenit, non illa quidem autore ſatis certo, ſed nec tamen valde obſcuro, Maieſtatem Veſtram *Leopoli* diutius, quam rerum atque temporum noſtrorum ſtatus poſtulet, incertum quo conſilio, ſobſiſtere ac immorari in animum induxiſſe. Quod etſi neque ex his, quæ ad eum ſcripſimus, ac per certos nuncios noſtros referri mandauimus, neque ex ipſiusmet literis, quas complures paruo interuallo accepimus, veriſimile nobis videatur: quoniam tamen clarisſime videmus, quantum vel boni in celeritate aduentus Maieſtatis Veſtræ ad hanc imperii ſui ſedem, vel incommodi atque periculi in tarditate poſitum ſit; facere non potuimus, quin Eam hac de re literis meis commonefaceremus. Tantum enim abeſt, vt amplius etiam Maieſtatis Veſtræ aduentum retardandum eſſe cenſeamus, vt nihil Reipub. noſtræ temporibus ſalutarius magisue neceſſarium optari potuiſſe videatur, quam ſi Eam iam antea in ſolio regio collocare potuiſſemus. Quod ipſam etiam M. Veſtram per ſe (quæ ſua prudentia eſt) ſatis intelligere minime dubitamus. Quare Maieſtatem Veſtram maiorem in modum rogamus & obſecramus, ne patiatur ſe vlla ratione adduci, quo minus ad nos iter ſuum, ſine ſuo tamen ſuorumque incommodo, quam maxime poteſt, acceleret. Quod quantopere ſuis æque ac noſtris rebus atque rationibus expediat, re ipſa Maieſtas Veſtra comperiet ac experietur. Ac ne illud quidem, quod ad rem eam pertinet, quam quod maxime M. Veſtram latere volumus, addo iam eos qui huc ex remotioribus etiam Regni partibus conuenerunt tædere, vt niſi ſpe celerioris aduentus M. Veſtræ retinerentur, iam pridem dilapſi fuiſſent. Quorum M. V. non poſtrema certe ipſorum merito habenda eſt ratio. Deus Opt. Max. Maieſt. Veſtram ſaluam & incolumem, & quam felicisſimam quam primum ad nos perducat. Datum Cracouiæ.

EPISTOLA LVI.

***STEPHANO** Electo Regi Poloniæ*

STANISLAVS CARNCOVIVS
Epiſcopus Vladiſlauienſis.

Ad regium vrbis ingreſſum, temporis ſanctiſſimi, quo Chriſti paſſi memoria recolatur, rationem habendam eſſe monet.

ETſi ex tam frequentibus ad Maieſtatem Veſtram literis atque nunciis noſtris certisſimum habeam, Eam iter ſuum Cracouiam ſtudioſe acceleraturam: tamen quoniam ex inſtituto Eccleſiæ Catholicæ eiusmodi inſtent tempora, quibus omnes pii abiecta omni rerum profanarum cura, religioni totos ſeſe tradere, ſtupendaque Dei ac Domini noſtri erga vniuerſum genus humanum beneficia recolere ſolent, & debent; apprime neceſſarium mihi viſum eſt, Maieſtatem Veſtram præmonere & orare, quo eam itineris rationem ſuſcipiat, ſicque ad nos contendat, vt ſi forte celerius non poterit, ſaltem feria quarta poſt Dominicam Palmarum vrbem ingrediatur. Nam reliquis tribus diebus ante Paſcha quicquam profanum vel agere vel cogitare, nedum pompis ad ambitionem comparatis occupari, earumque ſtrepitu piorum mentes ſanctisſimis cogitatio-

 ni-

nibus cultuque diuino occupatos perturbare, religio eſt. Huc accedit (vt de me, qui ſum Epiſcopus dicam) quod cum *R. D. Epiſcopi Cracouienſis*, qui valetudinarius eſt, rogatu ipſius vices, in his, quæ non niſi a Pontifice pertractari exercerique poſſunt obeam, illis ipſis diebus plurimis & maximis atque ſacratiſſimis functionibus atque ceremoniis, quæ nullo modo prætermitti poſſunt, nec quiſquam alius hic reperitur qui eas perficiat, futurus ſim occupatiſſimus: ita vt nulla ratione Maieſtati Veſtræ, quod & ſua dignitas & meum officium poſtulat, voluntas vero atque ſtudium deſiderat, obuiam prodire mihi licitum iri videam. Quin etiam vel ipſius Maieſtatis Veſtræ cauſa plurimum intereſt, vt in ipſo ſacratiſſimo tempore & ab itineris moleſtiis conquieſcat, & mentem ſalutaribus, ac ſacroſanctiſſimis diuinæ gratiæ atque beneficii pleniſſimis religionis Chriſtianæ myſteriis reficiat, ac ſe talem, qualem omnes, qui ſibi bene cupiunt, optant, aduerſarii vero ſui minime vellent, id autem eſt religionis Catholicæ ſtudioſiſſimum declaret. Quæ omnia Maieſtatem Veſtram ipſam per ſe pro ſua prudentia atque pietate cogitare ac prouidere, eorumque ſummam rationem habituram eſſe confidimus, ac vt habeat, etiam atque etiam peto & quæſo. Deus Optimus Max. Maieſtatem Veſtram quam feliciſſimam quam celerrime ad nos perducat. Datum Cracouiæ.

EPISTOLA LVII.

STEPHANO Electo Regi Poloniæ STANISLAVS CARNCOVIVS Epiſcopus Vladislauienſis & Pomeraniæ.

Diſſerit de vnctionis Regum coronandorum dignitate, vi & efficacia, cui vt Rex ſe deuote paret & præmuniat, ex officio hortatur.

CVm de numero eorum Epiſcoporum ſim, ad quos coronandi Reges ritus & ceremoniæ in hoc Regno pertinent, & iam ipſa dies inſtet, qua oleo ſancto vngendus, ac diademate Regio coronandus ſis, Sereniſſime Princeps, non alienum ab officio meo eſſe putaui, ſi te de nonnullis rebus, quæ tibi cognitu ſunt neceſſariæ, ac quomodo affectum te eſſe oporteat, admoneam. Ac inde principium ſermonis accipiam. Regna infidelium ac barbarorum a Chriſtianis regnis ſuperari Dei vera cognitione, legibus, inſtitutis, libertate certum eſt. In illis enim inter Regem & populum medium nullum eſt, nec audet quiſquam ipſius Regis libidini obſtare. In Chriſtianorum vero Regnis alia ratio & inſtitutio eſt: Nam inter Chriſtianos Reges & Chriſtianum populum medius eſt Sacerdos. Is medium locum propterea obtinet, quia populum iam non Regis, ſed Dei factum, Regiæ is fidei committit, & per manum tradit, quam eius fidem iuriſiurandi obſtringit religione, bene precatur ſeu benedicit illi, oleo eum vngit & conſecrat. Cuius vnctione infunditur illi virtus & gratia Dei, gladium Regi ex altari ſumptum dat, diadema capiti imponit. Atque is ipſe Sacerdos, qui iureiurando fidem Regis obſtringit, qui Regem vngit, qui conſecrat, aſſidet Regi, in conſilio adeſt arbiter, & moderator omnium eius actionum. Beatus Rex, beatum Regnum, quod habet a Deo Sacerdotem & Prophetam, qualis fuit Dauid, qui Nathanem, Ezechias, qui Iſaiam, habuerunt: & ante hos Moiſes Aaronem, Ioſue Eleaſarum, arbitros & moderatores, magiſtros item & doctores legis ac voluntatis diuinæ. His viis, hac ratione Reges Chriſtiani Regna & ſolia ſua adeunt, vt con-
A ſtet, Regna Chriſtiana ab illo dari, qui eſt Rex Regum, & dominus dominantium: qui cui vult, & in quem inclinat corda populorum, huic Regnum conferi, eumque Regem ſuper populum ſuum conſtituit. Primum itaque Chriſtianus Rex ſe in templo ad altare ante Deum, & qui eius vicario fungitur munere Sacerdotem ſiſtat oportet, honoremque eum Sacerdoti habeat, quem iuniorem ſeniori, minorem maiori, inferiorem ſuo ſuperiori, filium patri habere par eſt. Ideo vero Principem metu & religione Dei præditum eſſe oportet, quod & eius in terris vicem obtinet, & vnctus oleo ſacro, aliiſque ceremoniis initiatus & conſecratus Domino conſiſtit. Ne autem exiſtimes inanem hanc eſſe & parum efficacem in Coronando Rege conſecrationis ceremoniam: vetus eſt mos inungendorum Regum & Prophetarum. Magna vis eius eſt. Mutat enim & in alium
B virum conuertit vnctum. Legimus ſacros Regum libros, in quorum primo de Saulo Rege vncto ita ſcriptum eſt: Poſt vnctionem mutatus eſt in alium virum. De Aarone vero, quod vnctus oleo ſacro principatum inter populum obtinuit. Moiſes quoque impoſitione manus in caput Ioſuæ illum veluti diuino ſpiritu afflatum ad gubernacula populi incitauit. Legimus & illud Hieremiæ, & in eius a Diuo Hieronymo explicatam ſententiam: Confluent ad bona Domini, ſuper frumento, vino & oleo. Quibus verbis fidei noſtræ Sacramenta Corporis & Sanguinis Chriſti, & Olei in ſanctificationem denotantur ac deſignantur. Non nouum autem, nec inuſitatum eſt, diuinitus Spiritu Sancto per miniſterium Sacerdotis donari homines, quos idoneos rebus maximis in Repub. gerendis & po-
C pulis gubernandis Deus eſſe vult, ſine cuius afflatu, nihil maioris momenti alicuius fieri poſſe illo exemplo probari poteſt: Cum Moiſes tabernaculum ad exemplar a Deo propoſitum faciendum inſtituiſſet, ita locutus ad populum ſcribitur: Ecce (inquit ille) vocaui ex vobis filium Huri, & impleri eum ſpiritu Dei & ſapientia in omni opere, quidquid fabre fieri poteſt, ex auro, argento, ære, marmore, & gemmis, vt faciat cuncta, quæ præcepi. Si vilis opifex impleri Spiritu Dei, ad opus extruendum neceſſe habuit; multo magis dux populi eius. In *Gallia* durat vaſculum, quod columba cum Oleo Sanctificato, ad coronandum *Clodoueum* Regem tempore *Remigii* Sanctiſſimi Epiſcopi roſtro attulit: nec in eo vnquam Oleum ſanctificatum ad coronandos Reges deficit. Qua inunctione confertur et-
D iam Regibus Francorum gratia ſanandi morbi, arte & induſtria medicorum incurabilis, qui Scrophulæ appellatur. *Guilhelmus* etiam *Angliæ Rex*, qui antea tyrannus erat, vnctione Olei ſacri factus eſt mitiſſimus ac Sanctiſſimus Princeps. *Norwegiam* quoque ſibi non potuiſſe per centum annos a cædibus Regum temperare, antequam ii vnctione myſtica conſecrarentur, poſtea autem nemo auſus eſt, manus mittere in Chriſtum Domini. Et *Dauid* vir & Propheta Dei cum tetigiſſet fimbriam veſtimenti *Saul* Regis, poſtquam ad ſe reuerſus eſt, non ſine quadam reprehenſione id a ſe factum profitetur, eo quod *Saul* eſſet Chriſtus Domini, & ve-

ſtem

ſtem eius temerare nefas, & ſcelus eſſe putaret. In tantu cultu & veneratione, ob ſacram vnctiunem apud eos habiti ſunt Reges. Habent enim ii aſſiſtentem gratiam & Angelurum ſuperiorum maiorem cuſtodiam, quam cæteri habere dicuntur. Sunt enim Duces populi, & vicem eius in terris gerunt. Hæc cum ita ſe habeant: moneo, hortur, & maiorem in modum rugo, vt cum magna pietate & deuotiune, honore & reuerentia, ad hanc ſacram vnctionem accedas, ac te communiune Corporis & Sauguinis Domini præmunias, quu non ſulum eam gratiam, qua ipſe ſanctificaberis, accipias; ſed etiam donum Spiritus Sancti, quo adiutus populos fidei tuæ commiſſos, rite, legitime, ac facila gubernare poſſis & valeas. Quod vt tibi Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui eſt verus ſacerdos & rex a Deo patre cunſtitutus, per miſericordiam ſuam concedat, vniuerſus populus, clerus, ac nos Epiſcopi, quorum oris & manuum officiu, ac miniſteriu viſibili ipſe licet inuiſibilis, ſecreta te poteſtate benedicit & conſecrat, ſupplicibus precibus contendimus. *Cracouiæ.*

EPISTOLA LVIII.

STEPHANO Regi Poloniæ

STANISLAVS CARNCOVIVS

Epiſcopus Vladiſlauienſis.

Autor eſt vt conſilium ſuum veniendi Wladiſlauiam mutet, & tractatus cum Gedanenſibus exprobrat.

SI pietatis ergo *Wladiſlauiam*, vbi eſt Cathedra Epiſcupatus mei, ad feſta Paſchalia S. Maieſtas Veſtra venire couſtituit; nihil eo cunſilio ſalutarios & ſanctius. Eſt enim lucus ſolitarius, ab omni ſtrepitu multitudinis vacuus; quaſi ad contemplationem factus videretur. Circum circa maximis nemoribus eſt cinctus. Qua enim parte *Ploſcum* arcem & ciuitatem Maieſtatis Veſtræ ſpectat, ſex milliaria ſyluarum & nemorum interiecta ſunt. Capitanearum & oppidum *Kowale* trium, *Brzeſtenſem* vero duurum milliarium ſylua ab eo luco diſtinguir. Ex aduerſo hoſpitale quondam pauperum poſitum eſt. Ager ſterilis in vaſta ſolitudine, vnde nec ipſi c ues victum habere puſſunt. Si igitur, inquam, ea de caoſa venire propoſuit, vt deuotioni ac pietati vacet (qua dempta nihil illi loco commoditatis reliquum eſt) laudo proboque cunſilium M. Veſtræ, ac eorum, quurum ſuaſu id ipſum in animum induxit: & ego Sacram Maieſtatem Veſtram, vti Regem & Dominum meum, vnctum & Angelum Domini, obuiis vlnis accipiam. Videbit Sacra Maieſtas Veſtra ſacerdotes Dumini, viros huneſtæ vitæ, pios & deuotos, die noctеque pro ſalute Maieſtatis Veſtræ & incolumitate Regoi vota facientes. Siu propterea, vt in eo loco Conventum Senatorum agat, huc præſertim tempure pœnitentiæ; nihil; vt ego quidem iudico, inconſultius. D Nam uon ſolum uneri fiet & ſibi & clero meo, omnemqoe eorum deuotionem conturbabit: verum etiam omaibus Senatoribus, qui eo conuenient, incommodabit. In foro nec panes inueniuntur, ſtabola pro equis nulla, uppidum pauca habet ædificia, villæ remotæ ab oppidu diſtant. Er qood mirum videtur, ad ripam *Viſtulæ* inter fluuios puſitum uppidum, nusquam tamen maior penuria piſcium. Ego certe dum eu proficiſcor, vix quatuur, aut ad ſummum ſex hebdomadarum ſpacio iſthic manere poſſum, ub difficultatem & indigentiam rerum neceſſariarum. Hæc omnibus nota ſunt, & ipſa Maieſtas Veſtra ita eſſe in veritate comperiet. Sed de eo hactenus. Neque iu dubium vuco conſtitutum M. Ve- A ſtræ. illud cum Propheta dico: Omnia tua ſunt Domine; tuum eſt regnum & imperium. Tua, Domine, eſt terra, & vniuerſi qui habitant in ea. Faciat Maieſt. Veſtra, quod ei uptimum videtur in oculis. Vtinam eo animo officia mea accipiat, quu a me proficiſcuntur. Illud vnum rogo, & pru miſeris huminibus ſubditis ſupplico, vt eorum paupertatis melior ratio habeatur, quam hactenus habita eſt. Prædia deprædata, hominibus vis illata, res abreptæ, ignoſcat mihi Maieſt. Veſtra, male hoc nomine apud ſuos ſubditos audit. Et vt cætera ſilentiu prætercam, illud iu ure eſt hominum, quod inter milites nulla ſit diſciplina, nullum rerum precium conſtitutum, in facultates huminum graſſentur; prætetea in itinere, quud a comitatu Maieſt. Veſtræ premantur. Ita fit, vt qui ex præſentia Maieſt. Veſtræ gaudere debeant, perſæpe triſtari & gemere cogantur: & cuius ope B defendi dabeanr, illius conniuentia iniuria ſibi inſeratur. Neque equidem miror, optimis conſiliis Maieſtatis Veſtræ euentus uun reſpondere: lachrymæ pauperum & ſubditurum deſcendunt in maxillas eorum, ex maxillis aſcenduot in cœlum. Præterea illud auget dolorem meum, quod Maieſt. Veſtra in tractatibus cum *Gedanenſibus* videtur poſthabuiſſe cauſam Chriſti Domini. Declarat huc tam larga permiſſio Confeſſionis Auguſtanæ. Inſpiciat Maieſtas Veſtra Confœderationem. Inveniet exempta eſſe templa iuris patronatus Maieſt Veſtræ Ragiæ, quæ huic Cunfœderationi minime ſubiacent & ſubiacere debent. Hic eſt ſcopus meus, hæc vocatio mea cultum & hunorem diuinum in diœceſi mea promouere. Quod ſi hunc Maieſt. Veſtra permiſſione data in nihilum redigit, videat quæſu in quem tela coniiciat. Non mea hæc eſt hominis, ſed Dei iniuria. Nec C exiſtimet M. Veſtra tardiorem fore Duminum Deum in vindicanda læſa Maieſtate ſua: quam eſt M. Veſtra ſolicita in vlciſcenda rabellione Gedanenſium! Dulur meus & zelus erga Eccleſiam Dei hæc expreſſit. Inanes ſunt labores & ſumptus mei, ſi Maieſt. Veſtra gloriæ & cultus diuini paruam aut plane nullam rationem habeat in ciuitate Gedanenſi. Iactent alii merita ſua, & ego in infirmitate mea gluriari poſſum. Sed gloriari nolo, mercedem pro laburibus meis æternam, non temporaneam expecto. Quod ſi feruens fuerit M. Veſtra in tuenda Catholica fide, non ſolum facultates terrenas, ſed vitam etiam ipſam pro dignitate M. Veſtræ prufundere ſum paratus: Siu eo fine fruſtratus fuero, omnis labor & ſumptus etiam minimus grauis mihi erit, & ipſa vita acerbior morte. Dat. *Wolborii* 1577.

EPISTOLA LIX.

CHRISTOPHORO BATORI Palatino Tranſyluaniæ

STANISLAVS CARNCOVIVS

Epiſcopus Vladiſlauienſis.

Moram, in ſcribendi munere factam, excuſat, & fauori ipſius velificatus, plurimum ſe ei commendat.

IAm pridem & meopte erga illuſtriſſimam D. Veſtram ſtudio, & ipſius admonitu ſæpius etiam ad eam ſcribere cupiebam; ſed me Sacræ Regiæ Maieſtatis atque Reipub. negociorum atque occupationum vis

aa

Commentarum interregni a ſe ſcriptum cenſura ſubmittit, & prolixius perſequitur factam Henrici Regis electionem.

COgitanti mihi & vetera memoria repetenti, ex omnibus beneficiis Regno a Deo Opt. datis & conceſſis, nullum nec ad gloriam illuſtrius, nec ad vtilitatem maius, nec ad parfectionem pulcherrimi operis magis abſolutum, nobis & Regno huic contigiſſe videtur, quam quod eius gratia negocium alectionis promouente, conſenſu omnium Sereniſſ. Principem *Henricum*, fratrem Chriſtianiſſimi Ragis Galliarum, *Andium Ducem*, in Regem noſtrum elegarimus. Vere enim iudicando nemo mortalium facileſcredebat, vt tot nationes lingua, moribus, lagibus, ſtudiis, voluntatibus, religionibus, inter ſa diſſidentes, in vnum, aumq; externum, terra mariq; diſiunctiſſimum conuenirent. Ex tam anim Senatorum & equaſtris Ordinis conuentu frequentiſſimo, iam tum, cum in ſuffragia itum eſſet, vix quarta pars alio voluntates ſuas contulerat, ita vt nulli iam dubium foret, eum & non alium quenquam nobis regnaturum B fuiſſe. In quo eligendo, quoniam ceſſarunt omnia impedimenta & difficultates, rediitq; in ſumma licentia charitas, prudentia, ordo, modus, obſequium: a Domino factum credimus, & eſt mirabile in oculis omnium. Quo magis tam inuſitatam & inauditam clementiam ſilentio præterire nos minima oportet, quin imo omnes immenſas Deo Opt. gratias agere decet, qui non ſolum nos, Ragnumq; hoc ab interitu & opprobrio vindicauit, ſed etiam ſalutem Reip. noſtræ, libertatemqua Regni, qua præ cæteris gentibus gloriamur, ſartam, tectam repræſentavit. Vt igitur tale & tantum beneficium in animis & memoria hominum non ſolum vigeat, ſed etiam ad poſteros transmittatur, eisqua exemplum ad imitandum prodatur, conſeci Commentarium interregni, quem D. V. R. mitto, & ab ea (quæ primas, vt olim *Saluſtius* in Romana, ſic illa in hiſtoria noſtra, ſumma enm laude nominis per vniuerſum orbem obtinet) maiorem in modum petu, vt eum colophonem hiſtoriæ addat. Et initia quidem, progreſſus, quid quoquo loco actum ſit, ex eo ipſo Commanario deprehendes: cæterum de ratione Conſiliorum & progreſſu electionis nonnulla R. P. V. ſcribenda decreui.

Equidem in omni electione hæc tria a directoribus prouidenda eſſe exiſtimo. Primum, vt ii qui eligunt, ſine vllo metu aligendi poteſtata vtantur: Deinde vt recto iudicio, ordine debito & modo legitimo: Poſtremo, quod eſt omnium maximum, vt cum ſummo timore Domini ad electionem accedant. Ea omnia in electiona Regis noſtri, ſumma fide, cura, & diligentia a Senatoribus prouiſa & facta eſſe repertes. Principio enim confi- D nia Regni præſidiis firmanda; deinde pacem domaſticam, conſtitutis iudicils extraordinariis, aſtringendam decreuerunt; poſtremo, modum & rationem eligendi Regis tam popularem adinuenerunt, a qua nullus eques excluſus, nullus circumuentus aſſa videretur. Diem & locum Comitiorum, habito de more & lege inter ſe conſilio edixerunt. Sed quia omnes vnum oppidum capera non poterat, de mandato Senatus per officiales Regni ſingulis Palatinatibus oppida & pagi adiacentes pro diuerſoriis diſtributi ſunt. Ad communia vero conſilia capienda daſignatus eſt ager prupe Ciuitatem pace publica ſacratus. Erat campus late patens, in quo extenſum erat tentorium ingentis amplitudinis, circumquaq; ambiebant tentoria Palatinatuum, ſiue terrarum. Conuenit A frequentiſſimus Senatus, & numeroſiſſimus equitum exercitus. Poſtquam igitur externorum Principum in maiori tentorio auditæ ſunt legationes, & ab vniuerſis conclamatum eſſet, vt declarante & proponenta *Archiepiſcopo Gneſnenſi*, velut *Primate Regni*, ad eligendum Regem procederetur, factum eſt, vt decernente eo ex ſententia Senatus, vnusquisque ſe ad tentorium terræ, ſiue Palatinatus ſui, iuxta præſcriptum, receperit. Iuere quoqua Epiſcopi & Senatores, ac quem quisque locum de more & conſuetudine in terris & Palatinatibus viuente Rege habebat, eundem tum defuncto obtinebat. Hymno itaque ad inuocandam Spiritus S. gratiam in ſingulis Palatinatibus decantato, videret Paternitas V. R. mirifica hominum ſtudia in *Henricum*, Regis Galliarum fratrem, propendentia, videret alios lachrymas fundere, & vota pro eo nuncupare, alios haſtas liliis inſignire: B audiret diuerſis in locis voces poſtulantium eum reſonare: alios ita in ſuffragia tuere, vt actum eſſe putarent de Republica, niſi is eligeretur. Tantus inerat animis ardor, eum incredibili cupiditate coniunctus, tanta vis amoris mentes hominum accenderat. Poſtquam igitur Senatores cum iis, qui erant ab equeſtri ordine ad audiendas legationes deputati, poſtulata & capita earundem retulerunt, equites ſuo quisque loco ſententiam libere, nullo eos impediente aut ſermonem interrumpente, a maximo usque ad minimum, cum cauſarum etiam explicatione, diaerunt, præeuntibus & informantibus Senatoribus, a quibus conciliabantur ſententiæ, & ad minimum numerus candidatorum redigebatur. Tandem finitis ſententiis, nomen candidati & nomina equitum, ac numarus ſuffragiutum in ſcripturam redigebatur, & C ſigillis eorum, quo cum maiore fide Senatui exhiberetur, obſignabatur. Manebat tamen cuique poteſtas mutandi ſententiam. Ralatæ ſunt deinde ſcripturæ, ſigillis obſignatæ ad maius tentorium, in conſeſſum Senatus: lecta & recitata ſunt nomina Candidatorum, itemq; numerus & nomina ſuffragatorum vniuscuiusque. Si numerus ſuffragiorum ſpectetur, vicit *Henricus* omnes, & adeo quidem vicit, vt cæteri omnes pariter eum non adæquarent. Sed cum in electionibus liberis ad maxime cauendum eſſe videatur, vt non ferrum, non aurum, non acclamatio, ſed recta ratio, publica vtilitas, & perſuaſio locum habeat, res deducta eſt ad iudicium, & ad calculum examenque rectæ rationis. Ego autem id factum eſſe reor, ad amplificandam & eo magis illuſtrandam Regis electi laudem & gloriam, quo manifeſte conſtaret, eum D non caſu & fortuna, non vulgari aut iuuenili impetu, aut temeritate vel fauore, ſed interpoſita autoritate & iudicio grauisſimo, Regem eſſe creatum. Cum multum diuque deliberaret Senatus, quæ ratio eſſet ineunda examinis, nulla melior viſa ea, qua *Græci* & *Romani* olim, ac vt audio, nunc *Veneti* in deliberationibus grauisſimis, tam actionum publicarum, quam cauſarum forenſium vtuntur. Editi ſunt Aduocati, ſingulis Candidatis Senatores (ex quorum numero ego quoque aram) qui eorum partes, ſeruato cuique ſuo honore, tutari ſunt. Res acta aſt eisdem iudicibus, quibus & teſtibus. Non erat illud certamen adulationis,

nis, ſed veritatis: certabat ratio cum ratione, argumentum cum argumento, cauſa cum cauſa. Expendebantur rationes honeſtatis, commodorum, incommodorum & periculorum. Rigidum ſane & acre examen, ſed nobis ac Reip. noſtræ neceſſarium, quo libertas, ſalus, & ſecuritas Reip. Regni fundabatur. Erant nonnulli Primores Regni, viri claritate familiarum præſtantes, & omni genere laudis conſpicui ad gubernacula Regni nominati, & multos habebant ſuæ cauſæ fautores. Quamuis autem ii virtuti ſuæ confiderent, ſed vt ne cenſura de abſentibus haberetur, & quod imperaturus omnibus, non ſolum ex noſtris, ſed ex omnibus eligendus eſſe videretur, vltro & ſponte ſua ante inceptum examen ſuffragiorum prærogatiua ſeſe abdicarunt. Porro, poſt conflictum rationum & argumentorum, ex his, qui *Henrico* ſuffragabantur, nemo: qui vero aliis Candidatis, plerique de ſententia ſua deceſſerunt, & ſuffragia ſua in electum tranſtulerunt. Qui autem ex his tenaciores ſui propoſiti erant, (vide ſingulare exemplum fraternæ charitatis) cum aſſurrexiſſet Senatus, precesque & autoritatem interpoſuiſſet; factum eſt, vt ii fraternæ charitati honorem haberent, & mutatis ſententiis ſuis *Gallorum* Regis fratri adſtipularentur. Sic illa die concordia, Regis noſtri virtute, noſtro conſilio quæſita eſt. Poſt talem conſenſum poſtulatum eſt ab Archiepiſcopo, vt electum de more renunciaret Regem, ad quod is paratus erat. Sed quia ea die ſol vergebat ad occaſum, ne quid ea res mali ominis haberet, petentibus aliis, renunciatio in diem perendinum dilata eſt. Actum eſt id pridie Pentecoſtes. Interceſſerunt dies ſacri Pentecoſtes, quibus tuba Euangelii per vniuerſum mundum intonuit. Stuporis ſane & admirationis res plena eſt. Quis enim vnquam audiuit, vel legit prorogari, non ſolum in dies aliquot, ſed in horam conſenſum electionis, cum vnum punctum & momentum temporis magnam conuerſionem animorum afferre ſoleat? Sed voluit Deus Opt. Max. prædeſtinationis ſuæ immutabilem voluntatem hac conſtantia voluntatis noſtræ clareſcere. Die lunæ ſequenti, nihil de voluntate & ardore animi imminutum. Quamobrem nulla interpoſita mora, cum de aliis inter nos non conueniret, de *Henrico* in Regem renunciando nihil controuerſiæ erat. Itaque R. D. Archiepiſcopus, & electo Regi, & Reipublicæ, totique Chriſtiano orbi fauſta præfatus, *Henricum Andium Ducem* ſolenni ritu *Regem* renunciauit. Quam renunciationem, quæ & quales acclamationes, egregiæ voluntatis ſignificatrices ſubſecutæ ſint, res eſt ita nota, vt non indigeat longiori ſermone. Totus ille campus reſonabat gratiarum actionibus, clangore & ſonitu tubarum, omnes priuatim & publice, domi & foris vehementer lætati, fauſta & felicia Regi ſuo ex animo precabamur. Eadem die acciti ſunt *Gallici oratores*, ad tractandum de conditionibus oblatis, quæ licet luculentæ eſſe viderentur, non tamen tantæ, vt prius de iis verbum faceremus, quam in perſonam Regis conuentum fuiſſet. Ex quo apparet, noſtros in Rege eligendo non ſpectaſſe commoda, quæ offerebantur; ſed qualis Princeps futurus eſſet. Conuentum de conditionibus. Die demum quarto, de more & conſuetudine, *Marſchalci Regni* renunciatum in conſilio a Primate, de omnium ſententia Regem publicarunt, cum promulgatione edictorum, per vniuerſum Regnum.

Quantum iterum ea die lætati ſumus, quantas Deo Patri omnium miſericordiarum & publice, magnoque ad templum concurſu, & priuatim per omnes domos gra-
A tias egimus, omnes norunt, qui adfuerunt. Decebat nimirum, vt vltima primis reſponderent, vt hoc negotium deſineret in gratiarum actione, cum initium cepiſſet ab inuocatione Spiritus Sancti. Flere magis libet præ gaudio, quam dicere, cogitanti mihi de ardenti deuotione noſtrorum. Multi Senatorii & Equeſtris Ordinis Viri, antiquo more, Sacramento Corporis & ſanguinis Domini ſe procurarunt: multi condonatis offenſionibus & iniuriis ſuis Reip. in gratiam redierunt. Hic ego R. P. V. mirabilem & inuſitatam ac plane diuinam electionis huius rationem, quantum verbis conſequi potero, oſtendam. Si Deus ſpecie viſibili in terras delatus, ab hominibus digne excipiendus eſſet, rem neceſſariam omnes indicarent, vt præpararentur animi hominum ad pietatem, reconciliarentur inter ſe diſſidentes, pax priuatim & publice coleretur, ſacerdos & omnis clerus o-
B raret, turba infantum ac multitudinis ieiuniis ſe affligeret, Duces populi & reliqui Sacramentis ſe procurarent, quo caſtis mentibus, veſtiti charitatis luce, iuſtitiæ margaritis ornati, nitidi honeſtate, Deum digne exciperent. Simili certe ratione & ſtudio ad electionem Regis a nobis proceſſum eſt, hac mira varietate virtutum repurgati, ad eligendum Regem acceſſimus, vaſa noſtra ſordibus vitiorum exhauſimus, offenſas mutuas & odia depoſuimus, ſacrificia contriti & humiliati cordis obtulimus. Non iudicauimus nos idoneos, vt ipſi ex nobis faceremus electionem, eoque cupiebamus aliquo ſigno doceri de voluntate Dei, qui ſumma hæc dirigit, qui nouit omnia vtiliter diſpenſare, a quo ſolo proficiſcitur omne donum optimum, & omne datum perfectum. Exaudiuit Dominus preces noſtras, & voluntatem ſuam nobis declarauit, primum excitando foris famam nomi-
C nis electi noſtri, deinde amorem illius nobis inflammando. Vide miraculum. Qua hora de eligendo Rege cœptum eſt, eo ipſo temporis puncto & momento tot nationes lingua, moribus, & locis inter ſe disiunctiſſimæ, in vnius perſonam voluntates ſuas contulerunt. Quid? poteratne diuinæ voluntatis certius edi teſtimonium, quam quod vno & eodem tempore corda & voluntates hominum in vnum conuerteret? Non erat hæc res humani conſilii, ſed Dei opus: ad cuius nutum & mandatum repente ex nihilo ſubſtiterunt excelſa cœlorum, profunda fluctuum, vaſta terrarum. Libeat ex his intueri diuinæ benignitatis erga nos clementiam. Duo mala maxime omnium poſt mortem Regis metuebamus, bella ab hoſtibus, ac motus domeſticos inter ciues. Corrupta enim morum & artis militaris diſciplina; con-
D tumacia & dedignatio parendi in eorum locum ſucceſſerat. Suſtulerant ergo tum animos hoſtes, nec iam nobiſcum de ſua libertate, ſed de noſtra ſeruitute certabant. At nunc melius, quam ſperabamus, gratia Dei omnia eueniſſe videmus. Rediit terror & metus hoſtibus: obedientia, obſequium noſtris. *Moſchus* ſe tenet, *Valachus* pacem petit, *Turca* nuſquam alias legationem magis amicam cum delatione auxiliorum, quam nunc, miſit. Quid mirer magis? prudentiamne, fidem, curam, diligentiam Senatus, an vero obſequium & moderationem equeſtris ordinis? Statim enim audita morte Principis,

quaſi

quaſi conſpiratione facta, conuentibus actis in Palatinatibus quique ſuis, conſtitutis extraordinariis iudiciis, vt ne qua vis aut cædes fieret, pacem domeſticam firmarunt, & finibus Regni militie ſtipandiario, qui arte militari & viribus pollerent, proſpexerunt, quorum plerique amore patriæ voluntarie militarunt: alii vero, qui ingenio & conſilio præſtarent, ad Comitia Regni profecti ſunt, quorum tanta reuerentia erga Senatum enituit, vt in eligendo Rege nullum conſilium ſeparatim, nec per ſubmiſſas aliquas perſonas agerent, ſed communia conſilia haberent. Adde, quod ad electionem procedere noluerint, niſi declarante id ex Seoatus ſententia Archiepiſcopo, tanquam Primate Regni, cui proprie competit, conſilii ordinem & progreſſum electionis proponere. Conſtabat Marſchalcis ſuum officium. Nam præter ius rogandi ſententias, mandante Senatu diſtribuebant hoſpitia, & pacis publicæ cuſtodes erant. Quæ quidem ita ſancte ab omnibus culta eſt, vt ante & poſt edictum de mandato Senatus promulgatum, nolla cædes, nullum iurgium commiſſum eſſe diceretur. Libet hic commemorare inſigne factum duorum equitum, qui sntiquas inter ſe inimicitias gerebant, cum alter alterum in campo parenti conſpexiſſet, paocis id animaduertentibus, ſtrictis gladiis ad ſe concurreruot. Et cum iam manus conſerturi eſſent, ſubſtitit vterque, tali ſermone ad ſe vſi: niſi me renocaſſet temporis huius ratio, & amor pacis publicæ, ferrum inter me & te finem inimicitiarum hac hora feciſſet. His dictis vterque nullo accepto vel inflicto vulnere receſſit. Videt R. P. V. in ipſo calore iracundiæ magnam moderationem animorum. Conſtabat etiam in eo actu cuique ſoa libertas. Nam vnius cuiusque nomen & ſuffragium in ſcripturam redigebatur, vt nec caodidatus fraudaretur ſuffragio, nec is qui ſuffragium ferebat inani libertatis nomine gauderet. Neque vero quisquam ſatis digne hodare poteſt, quod in territoriis, ſiue Palatinatibus iuncti fuerint Equeſtri ordini Senatores, quibus hæc prouincia iniuncta erat, vt in ſuo quisque territorio ſiue Palatinatu omnes rationes honeſtatis & commodorum sd informandos alinrum animos exponeret, ſententiasque conciliaret. Viderat enim prudentiſſimus Senatus, nulla ratione facilius poſſe conciliari diuerſitatem & contrarietatem ſententiarum, quam prudentia & autoritate Senatorum, qui melius cognitas habent rationes ſtatus Reipub. neceſſitatis, periculorum & commodorum, ſecutus autoritatem cuiusdam aſſerentis: in populari ſtatu Rerumpubl ita demum a vulgo rite mandati Magiſtratus & officia, cum iunioribus interſint ſeniores, quorum illi reguntur conſilio. Ac mea quidem ſententia hoc conſilium Reipubl. noſtræ ſalutem peperit. Cui antem verius competit directio ſiue moderatio omnium actionum tempore interregni, quam Senatui? dico vnito. Neceſſe eſt enim sd hoc, vt ſit ordinata multitudo, vnum aliquem eminere. Sed quis potius emineat, quam is, qui ætate, conſiliu, prudentia, loco & dignitate cæteros vincit? Natura hoc ita fert, & conſtitutio Reipubl. ooſtræ. Conſtat enim Rege, Senatu & equeſtri ordine. Et illa quidem officia ſunt Senatorum, viuentibus Regibus, alia Equeſtris ordinis. Sane mortuo Rege, tribunalia & iudicia, quæ oomine Regis vigorem obtinent, ceſſant & ſilent, autoritas certe Senatoria, ſi vnquam, certe eo tempore difficili ac periculoſo in repræſentanda ſalute, & in dandis ſanis & ſalubribus conſiliis elucescere, & pro ratione iuriſiurandi præ cæteris eminere debet. Sane tam R. Primatis, quam Senatorum Regni tanta vigilantia emicuit, vt ſeptimo poſt mortem Regis die, triginta plus minus Senatores Looicium veteri more conuenirent, ad conſultandum de Rapubl. alii vltro, alii literis inuitati. Cernit R. P. V. corpus Reipub. noſtræ capite quidem, hoc eſt, Rege carens, viuum tamen, non mortuum: videt, quomodo in ſalute Reipobl. tuends omnia membra conuenirent, ſuum quodque negotium agit, non ſe in alterius officium ingerit. Miles a finibus hoſtem arcet, officiales, ſiue Magiſtratus Regni, mandante Senatu, officia obeunt, Senatus lancem, libram, & regulam agendorum tenet, Primas Regni omnibus actionibus e ſententia Senatus moderatur & dirigit, reliqui parent. Ex quibus omoibus ſuperius commemoratis manifeſtiſſime conſtat, quod nos eum Regem elegimus ſuo loco, ſuo tempore, ad normam & præſcriptum omnium ordinum Regni, ſummo iudicio, noo tumultuarie: elegimus ſine vlla difficultate, non inuiti, nec coacti, non pauci, ſed vniuerſi, non vnius ſtatus, ſed omnium ordinum conſenſu, non neceſſitate, ſed voluntarie, ſine fraude & dolo. Dolus enim & fraus cum timore Domini, fictio cum veritate & charitate, temeritas cum conſilio, non commiſcetur. Elegimus ax abundsntia amoris, cum ſumma hilaritate, inſtinctu, vt credere par eſt, Spiritus Sancti. Fuerit ſane qoiſpiam detractor actionum Spiritus Sancti, & diuinæ voluntati non obtemperans, honoris Regii atque laudis noſtræ inuidus, qui dicat rem fuiſſe inſtructam. Quamuis & recens memoria facti, & hæc tota ratio eligendi Regis apertam calumoiam facile refutat; tamen augeamus ſuſpicionem, vt diligans inquiſitio adhibeatur, excutiamus receſſus & latebras animorum. Quæram ex eo, a noſtris, an ab extraneis res inſtructa eſt. Si ab extraneis, quomodo veriſimile eſt, quenquam tot nationes, ſpatio terrarum diſiunctiſſimas, linguis & moribus inter ſe diſſidentes, non ſulum obira, ſed etiam ad voluntatem ſuam pertrahere potuiſſe: ſin a noſtris, abſit, vt hue de fratribus credamus. Nonnulli extranei homines, curſibus ſois ac literis ſcriptis leuiuſculos rumores & ſuſpiciones inter nos ſparſerant. Deus bone, quam acriter inquiſitum eſt in ſcripta, facta, & dicta hominum? Graue erat, acerbum, & oculis non ferendum ſpectaculum, cum in conſeſſu & conſpectu vniuerſorum viri nobiles, & optime de Republ. meriti nullo teſte, nullo argumento, nullo iudice, alieno loco & tempore, ex ſola ſuſpicione in crimen vocarentur. Nec tamen inquiſitiones & vexationes huiusmodi, quas noſtri R V G appellant, fructu ſuo caruerunt. Nam eum non modo nullum crimen ſed nec ſuſpicio quidem in aliquo ex his hæſiſſet, factum eſt, vt alius de alio bene ſentiret & confideret. Ac mea quidem ſententia, ſi quis diligentius rem inſpexerit, reperiet, nihil plus momenti ad expedien-

diendum hoc negotium attuliſſe, quam quod mitigatis affectibus, reſecatis ſuſpicionibus, vacui præiudicatis, ſine dolo & fraude, pure, cum timore Domini ad eum actum acceſſimus, ac veluti turbata aqua oculus A nihil videre, poſtquam lutum reſederit omnia penetrare poteſt: ita nos ſummotis ſuſpicionibus veritatem, tanquam lucem, aſpeximus. Hæc eſt vera & ſimplex rei geſtæ narratio, hæc conſiliorum ratio. Hic actus, mea quidem ſententia, æterna memoria digniſſimus eſt, quo nihil illuſtrius, nihil vtilius, nihil pulchrius & perfectius eſſe poteſt. Nihil in eo abfuit, quod adeſſe debuit, nihil adfuit, quod abeſſe debuit. Abfuit metus & quælibet vis, abfuit confuſio, abfuit dolus & fraus: adfuit libertas ſuffragiorum, adfuit deliberatio & iudicium rectum, adfuit ardens ſtudium & ſumma concordia, adfuit pietas & deuotio. Magnum nos certe fructum cum incredibili gaudio in theatro totius orbis cepimus libertatis noſtræ: cum eum optimum ex optimis Chriſtiani orbis Principibus Regem & moderato- B rem Reipubl. noſtræ elegimus. Aliis populis Reges edit ſucceſſio, caſus, fortuna, ſors: nobis eum conſilium ſanum, iudicium rectum, libera voluntas, & chara vnitas, opus vere Spiritus Sancti, electam gemmam totius Chriſtiani orbis (pace aliorum dixerim) edidit. Non hic ſanguinis coniunctio, non vicinitas, non fœdera, non officiorum ratio valuit. Non quæſiuimus etiam Regem domi, & in gremio gentis nationisque noſtræ: hic nobis optimus & coniunctiſſimus, qui optimus & Reipubl. noſtræ præ cæteris vtiliſſimus eſſe videbatur. Quod *Henrico Andium Duci* merito contigit. Quis enim eo eſt ſplendore familiæ clarior, nobilitate virtutum præſtantior, vſu & experientia rerum exercitatior, qui maiora ætate ſua magnarum virtutum edidit ſpecimina. Regnum *Galliæ* vicaria poteſtate Chri- C ſtianiſſimi Regis Galliarum fratris, feliciſſime adminiſtrauit, rebelles fortiſſime pugnans vicit, pacem publicam conſtabiliuit, diſciplinam rei militaris reſtituit. In quo modeſtia, iuſtitia, pietas, & omnis chorus virtutum ſedem & domicilium fixiſſe perhibetur. Cumque habeamus hos ſponſores & fideiuſſores, atque adeo pignora, ſperamus, diuina freti benignitate, bene cœpta ad optatum exitum deductum, & omnia noſtra atque illius conſilia, actionesque cœlitus gubernatum iri. Nihil iam reſtare videtur, niſi vt Deus Opt. ſaluum & incolumem ad nos deducat. Ego certe pro aduentu illius, quemadmodum ipſe orare non deſiſto, ita clerus per Diœceſin meam, iuxta formulam a Paternitate V. R. conſcriptam, continue orat, & confido in Domino, D eum fore Ducem itineris, qui autor fuit honoris. Hæc prolixius quam inſtitueram Paternitate V. R. ſcripſi, & eidem fortaſſe moleſtus fui: quod P. V. R. patriæ ac Reipublicæ cognouerim amantiſſimam, nota eidem omnia conſilia volui, vt a me haberet veritatem hiſtoriæ. Ego enim omnibus his interſui, & ſtatim poſt mortem Regis ad Reuer. D. Archiepiſcopum, Primatem Regni, tanquam ad moderatorem harum actionum accurri, eumque præſens conſilio & opera iuui. Maioremque in modum Reuerendiſſ. Paternitatem Veſtram rogo, vt in eo actu poſteris transmittendo elaborandum ſibi omnino putet. Quo nomine nos omnes, tota *Polonia*, & poſteritas Reuerendiſſ. Paternitati Veſtræ plurimum debere profitebimur. Datum Wladislauiæ, 21. Septembris 1573.

Epistola XLVII.

STANISLAVS CARNCOVIVS
Epiſcopus Vladislauienſis.

MARTINO CROMERO
Coadiutori & deſignato Epiſcopo Varmienſi.

Regi in Pruſſiam iter molienti vt ſuis conſiliis adſit, maxime e re fore autumat.

QVæ *Varſouiæ* agantur, quidque deinceps Sacra Regia Maieſtas agere conſtituerit, Reuerendiſſ. D. Veſtra ex his, quæ illi mitto, literarum exemplis facile intelliget. Mitto etiam illi exemplum literarum a Rege ad Ordines terrarum Pruſſiæ datarum, quibus illis ita poſtulantibus, præmittitur, vt ex autoritate Regiæ Maieſtatis conuentum etiamnum habeant *Mariaburgi*, ſub ipſum tempus aduentus ſui ad eandem vrbem. Quo me quoque ſuam Maieſtatem comitari fortaſſe neceſſe erit. Vt autem Reverendiſſ. D. Veſtra ſuæ Maieſtati illic aduentanti occurrat, pro mea erga illam beneuolentia ſuadeo & hortor, atque ita facturam ſuopte ſtudio atque conſilio certum habeo. Itaque cætera ad congreſſum noſtrum reſeruo, hoc vero tempore, quod illi paulo confidentius per literas communicandum eſſe exiſtimem, illud eſt a conſiliis rebellionis iſtius *Gedanenſis*, ſuſpicatur Regia Maieſtas, & nobilitatem quidem illius regionis (quanquam ſe ſui eſſe cupidam ſatis ſtudioſe præ ſe ferat) omnino alienam eſſe, aut ſaltem id fieri ita executionis atque vnionis odio. Ita Reuerendiſſima D. Veſtra faciet rem, & Regiæ Maieſtati gratam, & ad pacificationis conſilia, vtilem & opportunam, quando ſibi cum his agendum ſit, ſuum ſenſum atque conſilium ſuæ Maieſtati perſcripſerit. Datum.

Epistola XLVIII.

STANISLAVS CARNCOVIVS
Epiſcopus Vladislauienſis

MARTINO CROMERO
Coadiutori & deſignato Epiſcopo Varmienſi.

In comitiis, licet ſat turbulentis, Regis in Catholicam religionem ſtudium imprimis claruiſſe lætatur.

QVod tanto interuallo ad Reuerendiſſ. D. Veſtram ſcribo, non mirabitur credo, ſi cogitauerit, in quantis occupationibus, moleſtiis, atque difficultatibus me hic verſari adhuc fuerit neceſſe. Neque vero admodum habebam, quod ad eam ſcriberem.

Totum

Caſimiri inhærendo, quacunq; ratione hoc ipſum negotium atque actionem in dubium reuocare velit: Idcirco nos habito reſpectu legum & ſtatutorum de coronatione factorum, diligenterq; conſideratis ipſius Priuilegii verbis, animaduertentes quæ, abſurda inde ſequerentur, ſi quis illud ita intelligendum eſſe exiſtimauerit, vt ad ſolum Dominum Archiepiſcopum omnem coronandi facultatem ita aſtrictā eſſe vellet, vt nullo caſu alium quenquam id facere poſſe affirmaret: hoc ipſum Priuilegium autoritate conſtitutionis Conuentus præſentis ita interpretamur, declaramus, ac decernimus, eamque ipſius eſſe mentem omnino, iudicamus, "*quod ſcilicet Reuerendiſſ.* "*Domino Archiepiſcopo volente & valente, nemo alius præ*"*ter eum Regem coronare aut debet aut poteſt.*" Quod ſi quis præter hanc interpretationem & declarationem noſtrum illud Priuilegium aliter intelligere aut interpretari voluerit, præſentique conſtitutioni atque decreto noſtro aduerſari auſus fuerit: is pro hoſte, & turbatore Reip. habeatur, iuxta conſtitutionem Conuentus Andreiouienſis. Datum Cracouiæ die 25. Aprilis, Anno Domini 1576.

EPISTOLA LXII.

IACOBO VCHANICIO Archiepiſcopo Gneſnenſi STANISLAVS CARNCOVIVS Epiſcopus Vladiſlauienſis.

Inuitat eum, vt Louicium venire, & nihil nouatis rebus Senatui ibidem habendo, vi Primatus ſui, præeſſe velit.

IVs & poteſtatem morte Regis, conuocandi Senatum penes *Archiepiſcopum Gneſnenſem* eſſe, ab eo tempore, ex quo Regni initium cepit, cum vetuſtus mos longiſſimi temporis ſpacio receptus, tum antiquiſſima, & recentia decreta electionum aperte teſtantur, quæ diſertis verbis nullius alterius arbitrio, præterquam Archiepiſcopo Gneſnenſi ordinem conſilii, & progreſſum in electionibus tribuunt. Hinc eſt, quod ſemper ſoliti erant decedente Rege conuocare Senatum, & ex ſententia Senatus locum & tempus eligendi Regis deſignare: ac vt ne quid interea detrimenti Respub. caperet, prouidere. Datum hoc eſt excellentiæ dignitatis Primaticæ: tributus eſt hic honos ſpirituali atque adeo Eccleſiaſtico ordini, vt vnus in ſenatu eſſet, qui haberet poteſtatem cogendi Senatum ad inopinatos & inſperatos caſus, ſi quando prompto & expedito conſilio indigeret Respub. Hoc iure & poteſtate vſus eſt, vt alios mittam, *Zbigneus* Archiepiſcopus Gneſnenſis & Primas, qui ſtatim poſt mortem *Ioannis Alberti*, qui *Torunii* defunctus eſt, *Louicium* ad ſe conuocauit Senatum. Hac eadem poteſtate P. V. R. recto iudicio, vt ego arbitror nos conuocauit, iamque adeſt Magnificus D. *Palatinus Siradienſis* & *Lanciciensis*, & alii ſunt in itinere, quo magis miror P. V. R. nulla nec noſtri & aliorum fratrum huc properantium, nec boni publici ratione habita, ſe hinc ad ſereniſſimam Infantem *Piaſſecium* pagum intempeſtiua nocte proripuiſſe: locumque & ſtationem ſuam, in qua eum Respub. collocauit, hoc tam difficillimo tempore deſeruiſſe, orbamque Rempub. atque adeo nos ſine capite reliquiſſe: ad quod omnium Principum legationes, & Reipub. negotia referri, & vnde vigor in alia membra deriuari debet. Quæ mala & inconuenientia hic ſequentur, nemo eſt qui non videt. Quamobrem rogo P. V. Reuerendiſſ. vt ab ea profectione abſtineat, & *Louicium* ad capienda conſilia de Rep. reuertatur. Nam quod P. V. Reuerendiſſ. Sereniſſimam Infantem *Kniſſinum* deducere vult, expectet ſua Seren. totius Senatus ea de re ſententiam; præſertim cum non ſit periculum in mora. Qua de re ad S. ſuam ſcripſi, ne quid inconſulto Senatu faciat. Louicio.

EPISTOLA LXIII.

IACOBO VCHANICIO Archiepiſcopo Gneſnenſi STANISLAVS CARNCOVIVS Epiſcopus Wladiſlauienſis, ſuo & aliorum Epiſcoporum Torunii in Comitiis congregatorum nomine.

Cauſſas ipſius de non cogenda Synodo Prouinciali refutat, eiusque conuocationem vrget.

CErtum iam ac perſuaſum nobis fuit, Reuerend. Paternit. Veſtram prioribus literis noſtris admonitam atque rogatam de indicenda Synodo prouinciali, quam iam pridem tot & tam graues cauſæ Eccleſiæ Dei, ſacrorumq; Canonum inſtituta flagitant, ſeriam cogitationem ſuſcepturam fuiſſe: verum ex ipſius literis intelleximus, aliter ſibi de eo, quam nobis, videri. In eis Reuerend. Paternitas Veſtra collegit cauſas, cur ab ea ceſſandum atque abſtinendum ſibi videatur. Quæ tamen cum a nobis ſatis diligenter eſſent perpenſæ & examinatæ, tantum abeſt (quod cum bona gratia Reuerend. Paternitatis Veſtræ dictum ſit) vt nobis faciant, vt, ſi aliæ grauiores non eſſent, vel has ipſas ad indicendam Synodum ſatis iuſtas & magnas eſſe exiſtimaremus. Nam quod tempus ab eo nunc alienum eſſe ſtatuto quodam prouinciali aſſeritur, facile perſpicimus, ſtatutum illud commoditatem ſpectaſſe non autem neceſſitati, cui omnes leges cedunt, terminum præfixiſſe. Quot autem & quantæ neceſſitates ſynodum hanc flagitent, ſi minus antea Reuerend. Paternitas Veſtra intelligere potuit, in proximis comitiis ſi affuiſſet, intellexiſſet profecto. Animaduertiſſet enim, in quanto periculo atque diſcrimine res Eccleſiaſtica verſetur, quibus conſiliis atque machinationibus ab aduerſariis oppetatur, quæ inſidiæ ab eis Ordini noſtro parentur, denique quid omnes boni æque ac mali, amici atq; inimici, in nobis deſiderent, quibusque præſidiis nobis ſit opus. Ex quibus Reuerend. Paternitas Veſtra ipſa per ſe facile iudicauiſſet, ad occurrendum tot & tantis, partim iam prementibus, partim imminentibus malis, in hoc communi omnium conuentu, in quo potiſſimum ad ſalutem Eccleſiæ diuinitos conſilia ſuggeri & ſuppeditari ſolent, vnicum eſſe perfugium. Quod ſi id cauemus, ne decreta *Concilii Tridentini* exequi neceſſe habeamus, id certe ſaluo officio atq; conſcientia noſtra facere non poſſumus. Si enim Eccleſiæ catholicæ membra ſumus, aut filii eius eſſe volumus, id quod ab ea ſiue de doctrina, ſiue de moribus recte & legitime conſtitutum eſt, ſine periculo ſalutis æternæ vel recuſare vel negligere neque poſſumus, neque debemus. Quod ſi quid ab ea tale conſtitutum decretumue eſt, quod prouinciæ huic non ſatis recte accommodari poſſe videatur, exiſtimandum certe nobis eſt, eam non nouercam, ſed matrem benignam atque indulgentem eſſe, facileque noſtri habituram rationem, ſi modo quid id ſit, quod nobis durum & huic prouinciæ non ſatis commodum eſſe videatur, illi demonſtrauerimus, præſertim vero ſi id communi omnium conſilio atque autoritate publica factum fuerit. Quin etiam de eo, quod potiſſimum nos vrgere videbatur, literæ a ſummo Pontifice per collegium Eccleſiæ *Cracouienſis* iam impetratæ ſunt, quibus id certo modo remittitur & relaxatur, multitudinique ac tenuitati ſacerdotiorum prouinciæ iſtius conſulitur. Quo minus etiam de nobis, de cæteris, ſi quæ talia reperiuntur,

Totum enim Comitiorum tempus variis ac inutilibus altercationibus conſumptum eſt, nec ſere quicquam conſtitutum, quod ſane non ſine magno Regis ac optimi cuiusquam dolore accidit. Confirmationem Priuilegiorum Eccleſiæ *Varmienſis* omnium, quamuis ampliſsima verborum forma eſſent concepta, a ſacra Regia Maieſtate obtinui. Eius pietas, & ſingulare religionis ſtudium, indies magis ac magis ſe oſtendit, qua ego potiſsimum annixus, non ſine magna plurimorum inuidia, metuque infringendæ executionis, *villas Monialium Gedanenſium* recuperaui. Iuuabat tum audire præclaram illius & pietatis plenam, de donis Deo ſemel donatis, in alios vſus non conuertendis in decernendo, orationem. Admonitu meo cum cæteris Epiſcopis, mandata de templis iuris patronatus ſui prolanatis, in priſtinum ſtatum reſtituendis, adiecta non leui mulcta in eos, qui non ſtatim parere voluerint, dari iuſsit. Et quod magis mirum eſt, quodque ſcribere ſuppudet, concilii Tridentini Decretorum multo obſeruantior eſt, quam nos Epiſcopi. Neminem enim ad Eccleſias iuris patronatus ſui præſentare vult, niſi qui Presbyter ſit, aut ſaltem qui ſe intra annum præsbyterum fore obſtringat. Itaque ſedulo nobis precandus eſt Deus Opt. Max. vt hoc ipſius in religionem Catholicam ſtudium magis ac magis augeat atque confirmet. R.D.V. quam optime ac feliciſsime valeat. Datum.

EPISTOLA LXIX.

STANISLAVS CARNCOVIVS
Epiſcopus Vladiſlauienſis
IOANNI HERBORTO de FVLSTIN
Caſtellano Sanocenſi.

Obtrectatores maleferiatos deteſtatus, ad extinguendam inuidiam, curas & labores ſuos, in eligendo Rege bona fide exantlatos, recenſet.

Mirari ſatis nequeo illorum hominum ingenia, qui hoc potiſsimum in vita curandum ſibi proponunt, vt optimorum virorum præclare facta derogent, ſtudiaque eorum & induſtriam in Republ. ſiniſtre interpretentur. Nihil enim tam egregium & laudabile fieri poteſt, quod non lingua ocioſorum hominum, aut virtuti alienæ inuidentium contaminet, imo, quanto quid præclarius & glorioſius vnquam inuenitur, tanto magis inuidiæ fit obnoxium. Id profecto ego ipſe, cum alias ſæpiſsime, tum præcipue poſt obitum Sereniſſ. Regis *Sigismundi Auguſti*, hoc turbulentiſsimo & periculoſiſsimo tempore, quo maximos labores, grauiſsimasque curas Reipubl. cauſa pertuli, ſatis re ipſa experior. Qua in re licet animi mei ſinceritas indigne aduerſariorum proſcindatur ſermonibus, facile tamen me ipſum recte factorum conſcientia, & clariſsimorum virorum, quibus idem ſæpiſsime vſu veniebat, recordatione conſolor. Quoniam vero totius temporis huius res geſtas memoria repetens, te inprimis reperio non modo Senatorem prudentiſsimum grauiſsimumque; verum etiam actionum & conſiliorum meorum teſtam locupletiſsimum, operæ precium eſſe duxi, de hoc toto negocio, eiusque partibus ad te ſcribere, ſeriemque ac tractationem eius repetere, vt & ea, quæ habes cognita, recognoſcas, & ſi quæ te fugiunt, quæ conſiliorum meorum rationes attineant, ea planius e A meis ſcriptis quam ex aliorum ſermone percipias. Spero autem tibi periculorum quoque illorum Reipub. laborumque noſtrorum communium recordationem non iniucundam fore. Ac primum quidem in mentem mihi venit illius temporis, quo poſt mortem Sereniſſ. *Sigismundi Auguſti* Regis fuimus vna, quin & diem ipſum memoria teneo: nam ad VIII. Idus Ianuarii *Varſouiam*, ſequenti deinde die in Senatum conuenimus. Quo tempore anxios & ſollicitos homines vidiſti, ea de cauſa, quod nec eligendi noui Regis, nec belli & pacis, atque adeo totius Reipubl. adminiſtrandæ gubernandæque rationes tenerent: Superiorum temporum nullum exemplum, nec in recenti memoria hominum, nec in legibus ſcriptis, nec in annalibus veterum reperiri. Electio- B num quoque ratio, quæ ſacris canonibus præſcripta eſt, ad noſtram hanc accommodari vix poſſe videbatur. Auxit difficultatem diffidentia, quam partim externi Oratores diurna manſione, & frequenti locorum mutatione, partim *Biſtricienſia Comitia* diſſoluta ſuſcitauerant. Quo factum eſt, vt non ſolum nos occultæ ſimultates, verum etiam nobilitatis animos aduerſus Senatum variæ ſuſpiciones exagitarent. Hæc facies, hic habitus animorum, hic erat tum rerum ſtatus. Quo tempore te quoque valde conturbatum fuiſſe vidi. Dictæ ſunt in Senatu ſententiæ, dixi ego quoque meam. Nihil hic a me dictum velim arrogantius. Quis offuſam caliginem ex oculis hominum diſpulerit, & lucem rebus intulerit, laborantique Reipubl. conſilio ſubuenerit, id ego aliorum iudicio relinquo. Illud vero dico, C quod etiam te meminiſſe puto, me talem ſententiam per Dei gratiam dixiſſe, quam ordo equeſter ſummo cum aſſenſu animique hilaritate amplexus eſt, & vniuerſus Senatus iudicio grauiſsimo, paucis fere adiectis, comprobauit ac ſecutus eſt. Confeſtim, orta quaſi noua luce, omnium voluntate & conſenſu electi ſunt viri clariſsimi, *Petrus de Sborow* Palatinus Sandamirienſis, *Ioannes de Tomice* Caſtellanus Gneſnenſis, his quoque vtrunque noſtrum adeſſe voluerunt. Conuenimus in locum habitationis defuncti Regis, vbi prandere ſolitus fuerat. Rogatu veſtro ſententiam a me ſemel dictam iterum repetii. Impetrauimus a te, vt ſingula deſcriberes. Feciſti non inuitus. Totam illam rationem eligendi Regis ad quatuor capita prudenter & dilucide reduxiſti. D Scriptum illud in Senatum attulimus, quod lectum & autoritate publica confirmatum eſt. Multorum animos verbis meis confirmatos fuiſſe vidiſti, cum dicerem: Rempublicam ſuis viribus ſtare, non vita Regis, nec cadere morte eiusdem: viuere eam fide, conſilio, & prudentia eorum, quibus ſe viuente Rege credidit: habere Senatum, qui libram tenet rerum agendarum, habere Principem Senatus, qui cæteris præit in ordine publici conſilii & progreſſu electionis, Marſchalcos, Theſaurarios, Cancellarios, Duces exercitus, Capitaneos, Magiſtratus, & cætera corporis Reipubl. membra eſſe in autoritate Senatus.

Itaque

Itaque ſummis eorum, quæ tum facienda cenſui, hæc erat: vt iudicis per Prouincias & territotis autoritate Reipubl. exerceaotur, miles conſcribatur, tradantur exercitus imperatoribus, & ſi vis maior ingruerit, omnes ad arma ſint parati, præſidia in arcibus in confiniis collocentur, augeatur numerus militum *Ticocini*, ad cuſtodiam gazæ Regiæ. Conſtituta pace domi & foris, locum commodum, & tempus idoneum Comitiis, ad eligendum Regem, Senatus ea lege deſignet. Poteſtas detur veniendi omnibus, ad quos ius eligendi ſpectat. Securitati viarum Capitanei, ſeu Vice Capitanei proſpiciant. Qui ad electionem profecturi ſunt, in itinere ab inferendis damnis per exequutores & iudices ad id eligendos, qui iuſtitiam ſine ſtrepitu iuris ſummarie adminiſtrent, coërceantur. Poſtquam ventum fuerit ad locum electioni deſtinatum, Marſchalci populum per tribus, ſiue palatinatus diſtribuant, ſicut *Samuel* quondam in *Maſphat* fecerat, vt in Regum libris habetur: ciuitates & pagos Palatinatibus aſſignent. His ſic recte, quoad fieri poteſt, conſtitutis, ad electionem noui Regis procedatur. Cuius eligendi promptam & expeditam rationem eſſe, & principio in Comitio Oratores externorum Principum audiantur; deinde, auditis legationibus, Primas Regni, cuius ore interregni tempore Reſpubl. loquitur, nomina Candidatorum edat ſeu proponat, rationes honeſtatis, commodorum & incommodorum, diſertis verbis, cum ſumma fide, ita, vt ab omnibus intelligatur, exponat. Si conuenerimus in vnum (quod vtinam fiat) *Archiepiſcopus Gneſnenſis*, tanquam Primas, Regem ex conſenſu omnium renunciet, largam benedictionem, ex abundantia charismatum dignitatis ſacerdotii & paſtoralis officii, ſolenni more impertiat & precetur. Renunciatum Marſchalci per edicta publica promulgent. Quod ſi diuerſæ fuerint ſententiæ, dixi ex lege & conſuetudine veteri, nulli alteri ius competere conciliandarum ſententiarum, quam Archiepiſcopo, tanquam Primati, tam diu, quoad omnes vel certe maxima pars conuenerint. Quod quamuis multis argumentis demonſtrarem, ac *Illuſt. D. Andreas Comes Gorcanus*, Caſtellanus Miedzirzecenſis, ſororis tuæ maritus, idemque terrarum Maioris Poloniæ Nuncius, *Colenſi* omnium Maiorum Polonorum voluntate atque conſenſu id ipſum comprobaret: (Qualis enim ea Reſp. eſſet, in qua vnus aliquis cæteris omnibus non præiret?) Veruntamen cum viderem, multum in eo eſſe difficultatis, vt vnus ei rei ſatisfacere poſſit: facile aſſenſus ſum, vt, ſaluo iure Primatis, aliimodi quærerentur ad conciliandam ſententiarum diuerſitatem. Qua de re ſententiam *Mag. D. Petri Sborouii*, Palatini Sandomirienſis probaui, qui cenſuit, vt præſtantes aliquot viri, tam e Senatorio, quam Equeſtri ordine deligerentur, qui Sacramento iureiurandi adſtricti, capto conſilio, vnum aut alterum, quem maxime Reipubl. vtilem fore arbitrarentur, annotarent, & collectis rationibus, pro eo, quem probarint, eas ſcripto comprehenſas, Senatui Equeſtrique ordini legendas examinandasque proponerent. Aſſenſus quoque ſum *Hieronymo Oſſolinio* Caſtellano Sandomirienſi, vt quandoquidem vnus locus omnes capere nequeat, poſt factam propoſitionem, auditasque externorum Principum legationes, Reuerendiſſ. Domini, Archiepiſcopus, Epiſcopi, & Palatini, ad Palatinatus ſui nobilitatem ſe conferrent, ſententias ipſi dicerent, veritatem earum conciliarent, & numerum Candidatorum ad minimum redigerent, deſcriptumque ad Senatum referrent. Sortibus eam rem committere mihi viſum non eſt, cum ob alias cauſas, tum vel maxime, quod inſolens & temerarium eſſe videatur. Qua de re nonnullis exhibui ſcriptum inter opuſcula D. Thomæ. De acclamationibus quæ mea fuerit ſententia, tenes vt arbitror. Nam vſurpaui verba gloſſæ ea canonibus: Acclamationibus Chriſtum Saluatorem noſtrum eſſe damnatum atque crucifixum. Nec referre, ferrone an acclamationibus res agatur, nam vtrobique vis regnat, non recta ratio. Illudque ſæpe inculcaui, vt in electione Regis non aurum, nec ferrum, nec ſors, nec acclamatio, ſed recta ratio, iudicium ſanum, vtilitas publica regnet & dominetur. Confœderationem nouam quam ſim deteſtatus, non eſt quod pluribus commemorem. Refutabam ego impium Pſephysma, tum ſtatutis & confœderationibus antiquis, & Catholicorum conſenſu diuerſo, tum argumentis, quibus demonſtrabam, euerti eam veterem diſciplinam, religionemque Chriſtianam, mutari Rempubl. anarchiamque induci. Controuerſias ſtatuum in aliud tempus reiiciendas ſuaſi, ad arbitrium Regis, iuxta ſtatutorum præſcriptum, diiudicandas. Interea vero, vt moderatio aliqua fieret (ſaluo tamen iure omnium) tam diu duratura, quoad Rex nouus eligeretur. Exceptis articulis religionis, de quibus non ſolius Regni iudicio, ſed vniuerſalis Eccleſiæ decretis ſtari oportere. De iurium correctione quid ſenſerim, ſatis, opinor, in libello, qui a me de emendanda Republica editus & prelo ſubiectus eſt, expoſui, quem etiam M. D. V. ipſe dedi. In quo illud reprehenſione quibusdam videtur dignum, quod tantopere ordinis noſtri dignitatem & libertatem extulerim. Nouis iudiciis cur non præbuerim aſſenſum, ea cauſa fuit, quod iis maieſtatem & poteſtatem Regiam conuelli, Rempublicam mutari, ſacrum ordinem euerti, dignitatem Senatus imminui viderem. Hæc eſt nuda, vera, & ſimplex, vt probe noſti, conſiliorum meorum narratio, quorum mihi conſtant rationes, easque ab omnibus bonis & prudentibus viris probari compertum habeo. Taceo hic itinera mea ex eo tempore, quo Sereniſſ. Rex mortuus eſt, Reipubl. cauſa ſuſcepta. Pridie eius diei, quo nuncius mortis ad R. D. Archiepiſcopum peruenit, veni Louicium, ab eiusdem R. D Archiepiſcopi latere nusquam diſceſſi. Poſt peractum enim Louicii Senatorum conuentum, Radeouiam primum, deinde vna cum illo in agrum Varſouienſem, poſtea Colum, tum in Caſcenſem pagum, deinde mandato Senatus Lomzam profectus ſum. Quid plura? in perpetua cuſtodia & vigilia Reipub. manſi, cum magno valetudinis & rerum mearum diſpendio. Hæc ego verboſius ad te ſcripſi, quo cum mihi & in Italia communia ſtudia, & in patria ſæpius eadem de Repub. conſilia fuerunt, vt cognita conſiliorum meorum ratione, haberes quid

Digitized by Google

quid diceres, ſi quando in vituperatores meos incidiſſes. Sunt enim plerique, qui dum ſe vinci ab aliis ſtudio, opera, diligentia, & officiis in Rempub. ægre patiuntur, recte facta bonorum in reprehenſionem vocant. Interim te ſaluum ac incolumem, rebusque omnibus florentem valere percupio. Datum.

Epistola LXX.

***STANISLAVS CARNCOVIVS**, Epiſcopus Vladislauienſis ad **MASOVIOS**.*

Explicatis aliquot Poloniarum muneribus, iuribus & libertate, concordiam, futuris Comitiis maxime neceſſariam, illis enixe commendat.

EX vniuerſalibus quidem literis, quæ à Colenſi Caſcenſique Conuentibus editæ ſunt, abunde poteſtis intelligere, quid hic Conuentus, quem nunc agitis, quid Respub. quidue Domini Senatores ipſi a vobis fratribus ſuis poſtulent. Verumtamen cum ob negociorum quorundam Reipub. adminiſtrationem, in propinquo eſſem, Conuentumq; iſtic fieri cognouiſſem, pro meo in Rempub. ſtudio facere non potui, quin aliquid literarum ad vos darem. Ea namque animi mei erga Rempub. promptitudo eſt, vt vbicunque de bono Reipub. conſulratur, ibi & ipſe magnopere optarem intereſſe, afflictis illis opem pro viribus meis daturus. Id quoniam coram agere nunc mihi non vacat, ſaltim per literas vobiſcum de rebus neceſſariis colloquendum putaui. Quæ autem ſcripturus ſum, ea ex mea perſona, vtpote ad fratres meos ſcribam, perſuaſum habens, vos hæc ipſa æquo animo a me tanquam à fratre accepturos, & in bonam partem interpretaturos eſſe omnia. Tam frequentes Conuentus, quos & D. Senatores & vos cogitis, certo ſunt indicio, quantopere vtrique bono Reipub. cupiatis. Quod ſtudium quamdiu in hominibus noſtris inextinctum permanſerit, interitus vllus Deo propicio metuendus non erit, ideo quod DD. Senatorum ductu & hortatu eam curam, cogentes Comitia, & de Reipub. bono conſultantes, agitis, non poſſum non vehementer probare. Eſt equidem cur omnipotenti Deo agamus gratias, & nosmet conſolemur ipſos, quod ex conuentu quoque illo Caſcenſi omnes Regni Senatores cum concordia & animorum conſenſu diſceſſerimus. Et profecto quicquid difficultatum aut perturbationum ſubortum nuper fuerat, id totum non ex malo animo aut negligentia noſtra profectum eſt; ſed inde potius, quod a nobis conſilia neque ſimul capta neque viciſſim communicata fuiſſent. Quod cum iam factum ſit, magna de cætero ſpes eſt, omnes actiones per Dei clementiam finem habituras eſſe optimum. In ea vero mutua conſiliorum ignorantia, quod pro veteri conſuetudine, ſententiis terrarum Poloniæ maioris acceſſeritis, id D. Polonis, maioribus & ſuperioribus terris fuit eſtque gratiſſimum. Nam etſi Regionibus appellationibusue differimus, vnum tamen omnes ſumus, bonaque ſpes eſt diuinitus, nunquam eo calamitatis & mali deuenturam eſſe noſtram Rempub. vt inter eos ſchisma vel diſſidium exiſtat, cum ſciamus nos omnes indiſſolubili vinculo eſſe coniunctos. Ne tamen eo perueniatur vnquam, D. Senatores pro officio prudentiaque ſua cauentes, ad retinendam vnitatem (quam concordia, charitas, bonusque ordo comitatur) nihil eſſe tempore interregni magis neceſſarium exiſtimant, quam vt vnus ſit, qui primatum obtinens, omnium Reip. actionum moderator ſit & rector, qualis autem ea Respub. eſſet, in qua aliquis primum non præiret cæteris, non autem plures? vbi enim duo ſunt cum æquali poteſtate, ibi tertum diſſidium. Id ne vnquam accidat, prudentiſſime a maioribus noſtris Regni Primatus inſtitutus eſt, nempe, quod non plures, ſed vnus ſit, non ſolum actionum publicarum dux & autor, verum etiam ſententiarum determinator ac definitor omnium. Is autem ideo ſacerdotalis eſt ordinis, quod in ſacerdotem Regni affectati ſuſpicio cadere non poteſt. Huc accedit, quod in eo non tantum vnitas, ſed etiam publica libertas ſit poſita. Nam quotiescunque Princeps iniquus iura & libertates, in quas iurauit, ſeruare noluerit, ſolus Regni Primas, qui a Regibus iusiurandum accipit, eisque Regiam coronam imponit, comitia poteſt indicere, populosque contra iniquum Principem, tanquam ad commune incendium extinguendum conuocare. Magna hæc eſt profecto libertas, quod contra Principem huiusmodi frenum, per quod in officio retinetur, habeamus. Præterea Rempub. hanc noſtram ſic a maioribus inſtitutam accepimus, quod ea inter nos fratres inſignia partita ſit. Dominis enim Polonis minoribus, fratribus noſtris datus eſt theſaurus, corona Regia, Magiſtratus quoque nunc ad illos importati ſunt, eo ad coronandum Reges conuenimus, ibi Principes noſtros ſepelimus. Magnus hic illorum honor, magnum dignitatis decus. Nobis quoque maioribus Polonis id monumentum pulcherrimum, appello excellentiam dignitatis, relictum eſt, quod penes nos ſit Primatus Regni. Non perſonæ Archiepiſcopi, quatenus eſt Archiepiſcopus, ſed maioris Poloniæ terris attributus, vt nullus Princeps præter hanc prærogatiuam coronari queat. De qua quidem re teſtatum nobis reliquit in hiſtoria ſua Dlugoſius. Primati autem, quemadmodum viuo regnanteque Principe, tanta & autoritas, & Comitiorum indicendorum poteſtas competit: ita tempore quoq; interregni, ad omnia negocia dux & autor idem, non quisquam alius habendus eſt, non ſine tamen Dominorum Senatorum voluntate atque conſilio. Quam quidem prærogatiuam & libertatem publicam D. Senatores, fratresque noſtri minores in conuentu Colenſi tuentes, Primatem non quenquam alium quam Archiepiſcopum Gnesnenſem agnouerunt, illi ad omnia gerenda primas ac præcipuas tribuendo partes, quemadmodum id ex illorum ſcriptis cognoſci poteſt. Proinde vos rogatos velim, vt cum illis, quemadmodum antea, ita nunc quoque conſentiatis. Niſi enim vetus conſuetudo integra conſeruata fuerit, verendum eſt, ne vt in aliis publicis actionibus, ita in hac Electione plurimum confuſionis exoriatur. Ab vno enim pendet vnitas, a pluribus disparitas. Quemadmodum & in exercitu, ſi Duces duo fuerint, per diſcordiam amittitur victoria. Hic Articulus ad præparationem Comitiorum eligendo Regi deſtinatorum, viſus mihi eſt maxime neceſſarius. Et cum in eam, quæ breui futura eſt, conuocationem nuncios e medio veſtri miſſuri eritis; id eis mandetis rogo, quo prærogatiuam tam libertatis publicæ, quam religionis Catholicæ, ac Ordinis Eccleſiaſtici, cuius amatores hactenus extitiſtis, tum etiam maioris Poloniæ, vt ſalua & integra permaneant, diligentiſſime ſeruent atque tueantur. Vtinam bene feliciterque valeatis. Datum.

Epiſtola LXXI.

STANISLAVS CARNCOVIVS Epiſcopus Wladislauienſis IOANNI CYRO ad S. Vincentium Wratislauiæ Abbati.

Monaſterio Strzelnenſi ſe Canones præſcripſiſſe ſignificat & ne huic rei aduerſetur, quin commoda eius monaſterii promoueat, ſedulo monet.

CUm non ita pridem pro officio meo, ex præſcripto Sacrorum Canonum, Conciliique Tridentini Decretorum, Diœceſim meam perluſtrarem, ad Parochiam quoque Monaſteriumque Strzelnenſe deſcendi, vbi ad ipſarum quidem ſacrarum virginum, atque earum Præpoſiti vitam & mores, diſciplinamque regularem quod attinet, nihil fere maiore aliqua reprehenſiune dignum inueni. Cæterum quod Monaſterii illius ſecuritatem, conniuente Præpoſito tum vel maxime vacante Monaſterio, ordinemque electionis ſpectat, omnia penitus deſideraui. Nam animaduerti, Immo ſuperioribus temporibus re ipſa expertus ſum, Monaſterium illud cupiditati hominum ambitionibusque, ac B omnibus generis iniuriis, vt ſunt iniquiſſima tempora, eſſe maxime expoſitum. Itaque ad occurrendum & proſpiciendum hiſce malis in poſterum, tum etiam ad ipſum Monaſterium ad præſcriptum Sacroſancti Concilii Tridentini confirmandum, conſcripſi certos Canones, quos illi loco maxime neceſſarios iudicaui, partim ex Decretis Concilii Tridentini ſelectos, partim ex veteri conſuetudine, ſacrorumqoe Canonum inſtituto depromptos. Hos Præpoſito atque virginibus illis, non ea ſolum quæ mihi iure meo competit, ſed etiam R. D. Nuncii Apoſtolici, mihi per ipſum in omnia Diœceſis meæ Monaſteria in ampliſſima, vt dicitur, forma communicata autoritate obſeruandos, propoſui atque mandaui. Quibus vt ſatisfiat, omni mea cura, ſtudio atque autoritate contendam. Quoniam vero ſuperioribus temporibus expertus ſum, R. D. V. ad vſurpandum ius ſuum eiuſmodi ſtudiis atque conatibus meis, qui ad tuendam integritatem iſtius Monaſterii referebantur, C aduerſari ſolitam eſſe; pro vtilitate eius Monaſtorii rogandam & monendam eſſe exiſtimaui, vt deinceps in animum inducat ſuum, me nihil aliud quærere, quam Monaſterii illius ſalutem, vtilitatem atque ſecuritatem; ac vt pro officio pietateque ſua, quam Eccleſiæ Dei locoque illi debet, ſalutares conatus meos non ſolum non impediat, ſed etiam pro viribus adiuuet. Non poſſum ſane ſine magno dolore commemorare ea, quæ ſuperioribus temporibus a R. D. V. in eo ſunt facta, & tamen, ne quid tale deinceps fiat, commemorem neceſſe eſt. Ante aliquot annos mortuo Præpoſito Faliſeuio viro integerrimo, cum ego Pecherſcium & ætate & moribus illi parem ſuffectum eſſe cuperem, R. D. V. ambitione & gratia Siracouii, cui ego tum ob immaturam ætatem, tum ob Simoniæ labem, quæ palam erat deprehenſa, aduerſabar, victa, vt is Monaſterio præficeretur perfecit. Quo non ita multo poſt mortuo, pecunia, quam ille in Simoniam expenderat, per eius cognatos a Monaſterio cum D graui ipſius damno atque iactura per vim & iniuriam eſt extorta. Iam vero eum nuper iterum de legitime eligendo altero Præpoſito ſollicitus eſſem, & aliquot probos & graues ſacerdotes virginibus propoſuiſſem, R. D. V. contra eos cuiuſdam famoſi hominis Gluchouii patrocinium ſuſcepit, qui iam iam per vim Monaſterium occupauiſſet, niſi a fratre meo, cui præſidium Monaſterii dum Præpoſitus legitime eligeretur demandaueram, reiectus eſſet, qui nondum etiam, vt audio, quieſcit. Tacco ea, quæ ego ad tuendum ius & libertatem iſtius Monaſterii feci, ac etiam A nunc facio, cum interea R. D. V. quod cum bona illius gratia dictum velim, toto Abbatiæ ſuæ tempore, nihil omnino quod ad Conuentus iſtius vtilitatem pertineret, fecerit, ac ne ſemel quidem aliquando iſtud Monaſterium inuiſerit. Complures iam virgines cum deſiderio profeſſionis, cum non eſſet qui eam ab illis acciperet, mortuæ ſunt. Nunc etiam cum aliquæ a me petiiſſent, vt vel eius rei cauſa eo venirem, D. V. R. ne id facerent obſtitit ac prohibuit, non ſine magna tum ipſarum virginum, tum etiam mea iniuria. Quamobrem R. D. V. monitam eſſe velim, vt a tam pernicioſa contentione deſiſtat, ne, dum ipſa nihil facit & mecum & de Iuriſdictione contendit, Monaſterium cum omni iure & libertate ſua in extremum diſcrimen adducat. Quod ego certe pro meo officio & in Eccleſiam DEI ſtudio non patiar. Ac niſi petitionis huius monitionisque meæ rationem habere voluerit, ignoſcet mihi ſi de eo ad S. D. N. retulero, opemque & præſidi- B um ſuæ ſanctitatis atque cautionem iuri & libertati loci illius implorauero. Quod vti inuitus facere cogerer, ſic confido de prudentia D. V. fore, vt id facere neceſſe non habeam, D. quoque V. R. non ſolum mecum non contendat, ſed etiam ad vtilitatem illius Monaſterii conſpiret: quod ſi contendendum eſt, cura, ſtudio, opera atque diligentia ad ſalutem atque incolumitatem conuentus illius, contendamus atque certemus, in quo ſane æquo animo vel a R. D. V. vincar, vel eam vincam. Parcanii 18 Septembris 1577.

Epiſtola LXXII.

STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladislauienſi.

NICOLAVS KOSSOBVCIVS Secretarius Sacræ Regiæ Maieſtatis.

C *De religionis Catholico-Romanæ conſeruandæ, vindicandæ & reſtaurandæ ratione, nec non de modo conuertendi ad eam hæreticos commentatur.*

INter innumera Dei erga genus humanum beneficia nullum profecto maius, nullum excellentius cogitari poteſt religione ipſa, Præſul ampliſſime. Nam vt alia prætermittam, quæ ex hoc tam præclaro Dei munere in nos redundant, vtpote quod nos ſola religio a cæteris animantibus ſecernat, quod diuerſos populos diuerſis legibus atque moribus vtentes in ſocietate retineat; quid quæſo pulchrius, quid optabilius homini circa hæc terrena obuerſanti, corpuſque interitui, animam vero damnationi æternæ obnoxiam habenti, quid inquam præſtantius contingere potuit, quam dari ſibi a Deo rationem? qua & terrena hæc deſpiciat, & corpus animamque ſuam ab interitu vindicet, vt ſupra hæc ca- D duca atque mortalia ſeſe eleuans, totum ſe animo in DEum transferat, illique ſemper adhæreat. Magnum hoc eſt profecto beneficium, & an maius eſſe poſſit, neſcio. Per hoc enim corruptibilitas noſtra (vt Apoſtolus ait) incorruptibilitatem, per hoc mortalitas immortalitatem conſequitur, per hoc denique homo Deo, creatura creatori coniungitur. Quamobrem nemini mirum videri debet, ſi tam conſtanter per multos ſententiæ ſuæ,

quam

quam de religione ſemel imbiberint, adhærere videamus. Ingeneratum eſt enim vnicuique a natura perfectionis apprehendendæ deſiderium. Quiſquis aut ſeſe ita comparauerit, vt perfectionem ſuam, atque illa, quæ omnia ſumma ſunt, in religione verſari exiſtimet, mirum quam difficile ſe ab ea, quam ſemel optimam iudicauit, abduci patiatur. Non ille opes, non dignitates, non liberos, non vxorem, non denique vitam ipſam tanti habet, vt non prius hæc omnia ſibi quam religionem eripi ſuſtineat. Hæc itaque dum mecum cogito, mirari plerumque mihi ſubit, non admodum prudentem aliquorum perſuaſionem, qui diſſenſiones has religionis ferro tantum ac flamma cohiberi ac ſiſti poſſe exiſtimant, cum citius humanam naturam diſſoluere, quam ingenitum hunc religionis amorem ex animis hominum euellere poſſint. Propterea hæc eſt Præſul ampliſſime curandi ratio, omniumque medicorum iudicio iam pridem reprobata, qui externa, vel vt illi vocant, localia non adhibent remedia, niſi prius internorum habuerit rationem: Vbi hæret malum, ibi hæreat & remedium. Vbi morbi, ibi & curationis ſit initium. Patere quæſo Præſul ampliſſime, me hominem, etſi genere vitæ a vobis diſſitum, religionis tamen conſtantia ordini veſtro coniunctiſſimum, patere inquam, apud te hac de re libere loqui, Non vt doceam, cum ipſe præceptis regendæ Eccleſiæ Dei vberrime abundes; ſed vt quis ſit aliorum in hac re ſenſus intelligas. Quicunque ordinem veſtrum Pontifex ampliſſime intuetur, ſingulorumque prudentiam ac doctrinam conſiderat, non poteſt non fateri, nullum vnquam tempus in Polonia fuiſſe, quod haberet Epiſcopos vel doctiores, vel rerum gerendarum peritiores. At is rurſum, ſi oculos ad has diſſenſiones religioniſque confuſionem conuerterit, nunquam ita deploratas atque perditas eſſe res Eccleſiæ, atque nunc ſunt, fateatur neceſſe eſt. Quando enim vnquam in Repub. noſtra tantis odiis inter ſe ſtatus certarunt? Quando alia fides præter Catholicam hoc eſt, Romanam, eſt prædicta? Quo tempore tot templa profanata? altaria euerſa? ſacerdotes Domini polluta? miniſteria denique diuinitatis tremenda irriſa? Nihil me hercle horum in Polonia, maiorum noſtrorum tempore eſt auditum, nihil vnquam eiusmodi admiſſum, in quo vel ordinis veſtri dignitas, vel Eccleſiæ Dei autoritas periclitari videretur. Nunc primum hæc mala hoc noſtro infeliciſſimo ſeculo, cum maximo nominis noſtri dedecore, ac libertatis publicæ, conſcientiarumque noſtrarum periculo conſpicimus. Quid vero eſt cauſæ obſecro, vt tot Epiſcopos tanta prudentia, tantaque grauitate habentes, iis malis nequaquam obuiam eamus? an vero nobis autoritas deeſt? minime, cum præcipua pars Reipub. ſitis, proximumque poſt Principem locum in Senatu obtineatis. An vero ſtudium vel voluntas? at ne id quidem, cum nihil vobis magis curæ, quam vt repurgatis hiſce erroribus, Eccleſiam Dei priſtino nitori reſtituere poſſitis. Hæ ſunt cogitationes veſtræ, hi conatus, hoc ſemper omnibus Comitiis a Principe expetiiſtis, vt iam tandem aliquando cauſam Dei eiusque Eccleſiæ agere inciperet. Nemo itaque vel negligentiam veſtram accuſare, vel ſtudium deſiderare poteſt. Sed cur tamen pulcherrimi conatus hi veſtri in caſſum abeunt? Cur omnia mouentes nihil promouetis? Tametſi non dubito, fore nonnullos, qui hæc non æquis auribus ſint accepturi, dicam tamen quid ſentio, & dicam cum Propheta ſancto: Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere. Ante lucem ſurgitis, quia ſine Deo, qui eſt lux vera, quæ illuminat omnem hominem, in mundum venientem, ſurgitis. Quomodo itaque tenebras diſpellere vultis, cum vobis lux illa, quæ in tenebris lucet, non luceat? vbi non eſt lux, tenebræ ſint oportet. Quid eſt homo, niſi pars quædam mundi? quid autem mundus, niſi tenebræ? In tenebris itaque verſamini, qui in humano tantum confiditis præſidio. Dei donum eſt fides, quid hic hominem inuocatis? An dubitatis, eum Eccleſiam ſuam tueri poſſe, ſine auxilio potentum huius mundi, qui eam aliquot ex plebe abiectorum opera fundauerit? Gentes ille immaniſſimas, quæ Deum ignorarunt, ſola pauperum prædicatione ad agnitionem veri Dei conuertit, & Chriſtianos aberrantes, ſed qui tamen lucem Euangelii deguſtarunt, niſi Regum vel Principum præſidio ad viam veritatis non reuocabit? Faceſſat procul hæc quæſo ab animis hominum piorum cogitatio, vt eum humano auxilio egere exiſtiment, qui in potenti ſua dextera concluſa habeat omnia. Cogitate per Deum immortalem illa tempora, quando Arianicus furor totum turbabat orbem, quid tunc ſanctiſſimi Pontifices illi egerint, humanumne inuocauerunt auxilium? an vero diuino confidentes, ſuumque opus agentes, patienter omnia pertulerint? Legimus quidem peſtem illam ita late ſeſe diffudiſſe, vt & Regum & Imperatorum aulas occuparet, nullaque eſſet Chriſtiani orbis pars, in qua peruerſiſſimi illius dogmatis ſectatores non regnarent, vt nulla prorſus vis eorum potentiæ reſiſtere videretur, & tamen lues illa poſtea eſt compreſſa, vt nullum, vel certe exiguum illius extaret veſtigium. Eritne autem aliquis tam inſanus, qui humana opera, & non ſingulari Dei beneficio illud incendium, quo totus ardebat Oriens, extinctum fuiſſe fateatur? Legat quiſquis vult illius temporis hiſtoriam, inueniet profecto miſeram tum fuiſſe Catholicæ Eccleſiæ conditionem, fractaſque plane illius vires. Quid enim per Deum immortalem erat, quod furor ille veſanus non violaſſet? Templa per vim occupabantur, Epiſcopi Catholici alii in exilium agebantur, alii in neruum abducebantur, nonnulli crudeliſſime necabantur. Et in quorum vitam ſæuire non licebat, criminibus falſis onerabantur. Cerneres crudeliſſimos illos Arianicos non Pontifices, ſed Carnifices, non ſecus ac immaniſſimas aliquas belluas in necem Sacerdotum Domini incurrere, &, vt ſe ſanguine Catholico explerent, non templis, non aris parcere. Nulla tum fuerat humani auxilii ſpes, nullum in homine præſidium. Cum autem Eccleſia Catholica omni ope humana deſtituta fuiſſet, & iam iam interitura videretur, ecce diuinum affulſit auxilium, tempeſtateque ſedata, pax atque tranquillitas optatiſſima illuxit, Arianis vel ad veritatem Catholicam redeuntibus, vel mutuo certamine concidentibus. Sed quid hac de re D. Hieronymus contra Luciferianos ſcribat, licet inferere: ingemuit totus orbis (inquit) & Arianum ſe eſſe miratus eſt. Periclitabatur nauicula Apoſtolorum, vrgebant venti, fluctibus latera tundebantur, nihil iam ſupererat ſpei. Dominus excitatur, imperat tempeſtati, beſtia moritur, tranquillitas redit. Manifeſtius dicam: Omnes Epiſcopi, qui de propriis ſedibus fuerant exterminati, ad Eccleſias redeunt. Tunc triumphatorem ſuum Athanaſium Aegyptus excepit, tunc Hilarium de prælio reuertentem Galliarum Eccleſia complexa eſt, tunc ad reditum Euſebii lugubres veſtes Italia mutauit. Huc vſque Hieronymus. Hac eadem ratione Neſtoriani, hac Macedoniani ſunt profligati, hac denique omnes Hæreſes ex Eccleſia Dei perierunt. Vt plane pudere deberet eos inſigniter, qui præſentium malorum finem ab humanis tantum ex-

pectant manibus. Sed forſan exiſtimabit aliquis, me Eccleſiæ conſuetudinem, qua in Hæreticos animaduertere ſolet, damnare: abſit hoc a me, vt de eius autoritate dubitem, quam Spiritu Sancto tegi atque gubernari non dubito, in qua Chriſtus ſe perpetuo manſurum pollicetur. Quam ob id D. Paulus columnam & firmamentum veritatis appellat. Quicquid illa probat, probo. Quicquid improbat, improbo. Neque id ago, vt vel Principum Catholicorum gladium hebetari vellem, vel nemioem ad bonum cogi debere exiſtimem. Cum & Principes non ſine cauſa gladium portare ſciam. Quem ſi hic vibrare non poſſent, nusquam poterunt, & voluntatem coactam proceſſu temporis aliquando fieri liberam, pœnisque homines non tam ad bene ſaciendum cogi, quam a male faciendo prohiberi non ignorem. Non id inquam ago, vt fundamentum hoc omnium Rerumpub. diſciplinam (quæ nulla eſſe poterit, ſi hominibus quiduit audere impune liceret) conuellam; ſed quod Hæreſes flamma tantum & ferro tollantur, & quod ad reformandam Eccleſiam Dei, pacemque ac vnitatem reſtituendam, nihil præter tam ſeueram & auſteram animaduerſionem requiratur, id vero eſt quod conſtanter nego, id quod reprehendo. Stat a me Anglia, quæ tot millibus Hæreticorum partim ferro, partim igni abſumptis, nihilo meliorem religionis ſtatum experitur. Stat & Gallia, quæ niſi mitius cum Hæreticis agere cœpiſſet, prius ſui ipſius, quam Hæreſeon exitum conſpexiſſet. Maledictus, inquit Propheta, qui ponit brachium ſuum hominem. Quod ſi id in humanis verum eſſe comperimus, quid in diuinis? Ea enim, quæ Dei ſunt, ſolis humanis præſidiis firmare velle, quid aliud eſt, quam diuinæ detrahere poteſtati atque potentiæ, quaſi ille vel neſciat, vel non poſſit? Iamne vides Præſul ampliſſime, quod ad ſedandas religionis diſſenſiones humano tantum eniti præſidio, eſt ante lucem, hoc eſt, ſine Deo ſurgere. Et tamen volumus, vt DEVS operibus tenebrarum benedicat, vt ea proſperet, quæ maieſtatem ſuam offendunt, potentiamque imminuunt. Agite quicquid vultis, contendite quantum poteſtis, vrgete libertates Eccleſiaſticas, vrgete Priuilegia Regni; nihil tamen efficietis, fruſtra a vobis omnis conſumetur labor. Quid ita? quia præpoſteram morbi huius curationem aggredimini. In medulla hæret malum, & vos cortici inhæretis. Animi eſt iſte morbus, non corporis. Sæuite quantum vultis in corpora, niſi animos curaueritis, vt in illis Lucifer ille verus oriatur, qui eos & in Deum & in proximum inflammet amore, nunquam diſſenſionum finem conſpicietis, ante lucem ſiquidem ſurgitis. Sed ſi conſilia veſtra euentu ſuo non fruſtrati cupitis, quid idem Propheta dicat, attendite. Surgite poſtquam ſederitis, cum locum quietis & pacis inueneritis, vt tuto & ſecure conquieſcere poſſitis, id eſt, cum animos hominum ſtudiis pietatis atque virtutis ita præparaueritis, vt doctrinam ſanam recipere poſſint; tum demum conſilia veſtra explicate, tunc demum ad externa præſidia confugite, aliter nihil egeritis. In maleuolam ſiquidem animam non intrabit ſpiritus ſapientiæ. Legatione pro Chriſto fungimini, ait Apoſtolus. Cuius itaque locum obtinetis, eius quoque facta imitemini oportet, ſi vultis pro veris miniſtris verbi DEI, & diſpenſatoribus myſteriorum eius, vt eſtis, haberi. Vobis dictum eſt: quemadmodum miſit me Pater, ita & ego vos mitto. Iam vero quomodo Chriſtus doctrinam Patris cœleſtis propagarit, noſtis. Non ille armato ſtipatus exercitu, non auro, non gemmis ſplendens apparuit; ſed pauper in pauperi tugurio natus totum terrarum orbem ſuæ ſubiecit poteſtati. Quæ vero fuerunt illius arma tam potentia, enſisne, an flamma? minime. Fatetur ille quidem ſe in id veniſſe, vt gladium mitteret & ignem in terram, ſed cum illa ſpiritualiter ſit prolata, noſtras in necem aliorum manus armare non poſſunt. Nemini vim intulit, neminam coegit, vt ſequeretur; ſed quia potens erat in verbo, potens in opere, aſſiduusque in oratione, tanta fecit, quanta nemo vnquam Regum vel Imperatorum facere potuit. Hæc ſunt fundamenta prima Eccleſiæ, Præſul ampliſſime, verbum Dei, opera bona, & orationes: his Chriſtus eam fundauit, his eam quoqua vos tueamini oportet. Vbi vbi hæc vigent, viget etiam fides, viget Eccleſia; vbi autem corruerint, ruunt quoque alto a culmine illa. Idque adeo verum eſt, vt ſi illa tempora, quibus Hæreſes præſentes pullulare cœperunt, repetere voluerimus, inueniremus profecto, non prius eaſdem in Poloniam irrepſiſſe, donec iſta tria interciderint. Reduc quæſo in memoriam, quales tum concionatores fuerint, annon tam aniles fabulas magis, quã verbum Dei prædicarunt? Reduc & mores tam Eccleſiæ præſidum, quam & reliquorum, inuenies profecto tum pudicitiam, caſtitatem, deuotionem, cæterasque virtutes a domo Dei exulaſſe, vix tenue quoddam & inane fidei nomen relictum fuiſſe. Inermem itaque Eccleſiam Dei Satanas reperiens, totis viribus incubuit, vt eam ſede ſua moueret, ac de eo dignitatis gradu, in quo eam Deus collocauit, deiiceret. Quod quamuis nunquam obtinebit, orauit enim Chriſtus pro præſide illius, vt nunquam fides ſua deficeret, & portæ inferi ex promiſſione diuina adverſus eum non prævalebunt: in quanta tamen mala illam induxerit, ſine maximo animi dolore commemorare non poſſumus. Quamobrem ſi vobis cordi eſt, Præſul ampliſſime, vti eſſe debet, ſpeculatores enim vos Dominus domui ſuæ dedit: ſi vobis inquam cordi eſt, pacem illam atque tranquillitatem, quæ ante has Hæreſes regnabat, Eccleſiæ Dei repræſentare, ad ea vos principia retrahatis oportet, a quibus recedendo in tot mala incidiſtis. Inſurgunt Hæretici, creſcunt odiis, creſunt potentia; Eccleſia vero DEI afflicta ingemiſcit. Sed vnde quæſo hæc mala? Iratus eſt Dominus, & exarſit furor illius contra nos. Dereliquimus enim vias Domini, & ſequimur voluntates noſtras. Eiecimus iuſtitiam, & operamur iniquitatem. Vt vere illud Prophetæ de nobis dici queat: non eſt veritas, & non eſt miſericordia, & non eſt ſcientia Dei in terra, maledictum; & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, ſanguis ſanguinem attigit. Propterea luget terra, & infirmatur omnis, qui habitat in ea, gloriaque noſtra verſa eſt in ignominiam. Cum itaque peccata noſtra diuiſerunt nos a Deo; proiicientes malum operemur bonum, & ad thronum miſericordiæ confugiamus. Humiliati itaque ſub potenti manu Dei, abiectisque omnibus terrenis cogitationibus, totis viribus in id incumbite, vt quam plurimos operarios in vineam Domini mittatis, qui verbum Dei iuxta Catholicæ Eccleſiæ ſenſum, ac ſanctorum Patrum conſenſum prædicent, & populum de peccatis opportune vel importune arguentes ad pœnitentiam adhortentur, ſi forte miſereatur noſtri DEVS, & diſpulſa errorum caligine, ſplendidiſſimum veritatis lumen nobis exhibeat. Et quoniam vos lucem mundi DEVS conſtituit, ſatagite,

gite, vt ad inſtar candelæ accenſæ mundo luceatis, vt ſectatores bonorum operum effecti, & nos, qui a media plebe ſumus, ad pietatem inuitare, & veſtram vocationem certam facere poſſitis. Vt videntes homines opera veſtrâ bona ac doctrinæ conſcientiam, Deum eſſe in vobis pronunciare poſſint. Hoc eſt illud ſcutum fidei, quod nos D. Paulus contra tentationes Diaboli recipere iubet, in quo omnia nequiſſimi tela extinguuntur. Hoc Eccleſia Dei ſe tutata eſt ſemper. Hoc ſcuto, ceu gladio, omnes Hæreticos proſtrauit ac profligauit. Hoc quoque vos in manum prius ſumite, tum demum ad illud externum confugite. Hanc rationem reſtaurandæ Eccleſiæ Dei ſecuti ſunt Patres in Tridentino Concilio diuinitus congregati. Nam ita Canones illos diuinos ſuos de myſteriis fidei noſtræ ediderunt, vt non ſolum quæ ad fidem & cultum externum ſeu ceremonias pertinebant; ſed etiam quæ ad correctionem morum ſpectant, abunde ſint perſecuti. Tuam quoque hic laudem ſilentio præterire non poſſum, Præſul ampliſſime. Qui initium Epiſcopatus tui, vti verum paſtorem decuit, ab his ipſis rebus ſis auſpicatus, vt qui per Eccleſias prouinciæ tuæ optimis ac doctiſſimis viris conſtitutis, ſeminario quoque Wladislauiæ inſtituto ac ditato, ad corrigendos deprauatiſſimos cleri tui mores, animum intenderis, pulcherrimum ipſi ad omnem virtutem exemplum ex ſe præbens. Vt nunc primum te præſidenta & deuotio in vrbem illam rediiſſe & pietas in ea domicilium collocaſſe videatur. Quamobrem licet præ cæteris Diœceſis tua Hæreticorum communi labe abundet, admiratione tamen pietatis ac virtutis, vigilantiæque tuæ ducti, non modo quietos ac modeſtos ſe erga te exhibent: ſed etiam veri Epiſcopi nomen tibi tribuentes, ita obſeruant, amant, atque colunt, vt nonnulli ex ipſis vltro tibi Eccleſias reddiderint. Hæc eadem tua pietas, in muncreque ſuo explendo diligentia, admirandum te in Senatu reddidit. Tu enim cæteris Epiſcopis conniuentibus, & ſua tantum curantibus (quid enim vatum dicere prohibet?) tu inquam vnus extitiſti, qui quid a te Pontificia dignitas, quid Senatoria autoritas expoſceret, non ignorans, Principem in voluptates ruentem ac Reipub. gubernacula negligentem, grauiſſima, & Epiſcopo ac Senatora digna Oratione admonere, atque adeo durioribus verbis reprehendere non dubitaſti. Quæ vitia in Repub. inuexarit, quam fœde ac turpiter Regiam dignitatem libidine contaminarit, quomodo ſenatoriam dignitatem atque autoritatem, rerum ſumma ad obſcuros homines delata eneruauerit, atque eo ipſo Regni ſuamque mobilitatem prodiderit, vt denique ex Regio dominatu, cuius vis atque poteſtas legibus apud nos temperata exiſtit, in Tyrannidem deflexerit, libere iuxta ac prudenter illi commemorando. Qua quidem te tantam tui apud omnes admirationem excitaſti, vt etiam alterius partis homines, alias ordini veſtro religionique infenſi, te tanquam aliquod numen ad ſalutem huius regni datum venerentur. Inter quos Illuſtr. & Mag. Petrus a Sborow Sendomirienſis Palatinus, vir in ea familia natus, quæ ad tuendam libertatem Regni huius diuinitus data aſſe videtur, cuius opera Princeps olim noſter in legatione ad Selimum Turcarum Imperatorem ſumma cum laude ac dignitate vſus eſt.

Is, inquam, talis ac tantus vir animum iſtum tuum intrepidum, vocemque liberam, ita ſtatim amplexus eſt, A vt ſe tibi totum ab eo tempore addixerit, & hoc difficillimo interregni noſtri tempore conſilia ſua tecum, ad ſalutem huius Regni conſeruandam coniunxerit. Mitto alios, nam ſingulos enumerare longum eſſet. Notum etiam omnibus bonis tibi ſtudia ſua deferentibus, quod vel in Colenſi illo maioris Poloniæ conuentu celeberrimo, magna cum laude, ac nominis æternitate expertus es. Nam cum non ita pridem in Conuentu Radzicouienſi nebulo quidam, famoſo edito libello nomen tuum proſcindere, ac apud ordines Regni traducere conaretur, & neſcio quorum in necem tuam conſpiratorum Inimicitias dennunciaret, quantus, Dii boni, virorum proborum & de Repub. bene ſentientium ad te Colum proficiſcentem concurſus factus eſt, vitam ſuam & ſanguiB nem pro tua ſalute, in qua Reipub. ſalutem verſari intelligunt, exponere volentium? Qua propter cum Illuſt. & Magn. Andreas Comes à Gorca Caſtellanus Miedzirzecenſis, vir & ſplendore familiæ vetuſtiſſimæ, & maiorum ſuorum propriaque virtute clarus, & Reipub. nomine tibi coniunctiſſimus; eum, inquam, apud ampliſſimum equitum ordinem nomine tuo de famoſo illo libello conquereretur, ac quæ obiiciebantur, purgaret atque dilueret, ab omnibus ſtatim conclamatum eſt, tuam virtutem, tuamque integritatem ita omnibus eſſe probatam, vt difficile ſibi aliquid mali de ea perſuadere patiantur. Nebulonem ac latronem eum eſſe, qui te optimum Senatorem manifeſtiſſimis calumniis etiam ſuppoſito libello, onerare auſus ſit. Cum, ſi vir bonus eſſet, quod pernicioſum Reipub. ſciret, palam ac publice indicaret. Hæc ego ideo C commemoraui, vt vel tuo exemplo diſcant alii, quantum vobis in pietate vigilantiaque veſtra præſidii ad conciliandos animos hominum, componendaſque religionis diſſenſiones poſitum ſit. Cum ea exiſtat hominum natura, vt facilius ſe ab his duci patiantur, quorum vitam & mores cum doctrina conuenire videant. Vtinam vero & aliis eadem mens eſſet, vt Eccleſiæ Dei, cuius pane aluntur, diligentius inuigilarent, neque ſe tam profunde rebus terrenis immergerent. Non tam late profecto virus hoc ſerperet, neque tantum odium in viris ſecularibus contra ordinem veſtrum creſceret. Leuante Moyſe in Cœlum manus, vincebat Iſraël, dicit ſcriptura, dimittente autem, vincebat Amalech. Sic quoque cum olim Sacerdotes Domini leuarent in cœlum manus, hoc eſt, ea, quæ Dei eſſent, cogitarent, florebat eorum dignitas, vigebat autoritas. At vbi animum a rebus cœleſtibus ad rerum terrenarum cogitationem tradu D xerunt, ſpernitur autoritas, iacet abiecta dignitas. Religio autem eo nutu labefactata concidit. Quod ſi relictis iſtis rebus terrenis, quæ & iram diuinam prouocant, & veſtram autoritatem labefactant, ea quæ ſecundum Deum ſunt, amplexi fueritis: ac nos ita rexeritis, vt in mandatis diuinis ambulantes, opem illius in ſpiritu & veritate inuocemus, dubio procul Dominus & dignitatem veſtram vobis reddet, & ſedatis hiſce procellis ac tempeſtatibus, pacem iucundiſſimam Eccleſiæ ſuæ reſtituet. Miſericors enim eſt Dominus, non deſpiciet membra ſua, ſi ſe vti capiti noſtro conformauerimus. Conuertet ſe ad nos, ſi nos

quoque ad eum conuerterimus; ſiu autem, peccatis noſtris ſortaſſe ita exigentibus, Deus nos in ruinam dare conſtituit; vt vobis tamen erit pulcherrimum, ae ad omnem memoriæ æternitatem accommodatiſſimum, ſtationem ſuam non deſeruiſſe, munereque ſuo, vti decuit, perſunctos eſſe. Habes Præſul optime, quid a vobis omnes pii hoc tempore calamitoſo expectent. Et profecto, niſi me amor ſententiæ meæ fallit, aut hæc eſt vera certaque reformandæ Eccleſiæ ratio, aut præterea nulla. In hac ſententia vt te magis confirmes, propone tibi ob oculos quæſo gentem Hebræam, quæ typus Eccleſiæ noſtræ fuit. Nunquam ea ſeſe ex ſeruitute propriis viribus, nunquam humano auxilio in libertatem aſſeruit; ſed tum demum Deus illi compedes laxauit, tum demum iter expediuit, dulciſſimosque patriæ fines ac auguſtiſſima templi limina conſpicienda præbuit, cum peccata ſua agnouit, pro illisque pœnitentiam agens, omnem ſalutis ſuæ ſpem in illo collocauit. Quoniam vero ei genti omnia in figura contigerunt, dici non poteſt, quam vehementer animum res ab ea geſtæ his deploratiſſimis temporibus confirment atque corroborent. Cum præſentia mala, quæ conturbant Eccleſiam Dei, in ea gente præfigurata eſſe videantur. Quamobrem cum legerem Pſalmum 68. quo Propheta inducit Hebræam gentem calamitates ſuas deplorantem, quando direptis Hieroſolymis Babilonem in ſeruitutem abducta fuit; cum, inquam, eum Pſalmum legerem, atque ea omnia Eccleſiæ noſtræ accommodarem, mirari ſatis non potui, quam vere Propheta ſanctus præſentem Eccleſiæ ſtatum non adumbrauerit tantum, ſed ſuis coloribus ad viuum, vt aiunt, expreſſerit. Multum itaque illo delectatus, eum explicaui, ea omnia, quæ Propheta ſanctus ſub perſona gentis Hebrææ loquitur, ad Eccleſiam per Anagogen referens. Quod quam apte præſtiterim, aliorum eſto iudicium. Hanc explanationem tibi mitto, Præſul ampliſſime, tum vt meam animi gratitudinem pro tuis ſummis in me beneficiis declararem, tum vt te ad hæc Comitia Regni, in quibus de eligendo ſuturo Rege, hoc eſt, de ſalute totius Reipub. atque adeo Eccleſiæ Chriſti agi debet, proficiſcentem, aliquo munere pietate tua digno proſequerer. Quid autem & huic turbulentiſſimo tempori accommodatius, & tuis conſiliis, quæ tu tranquillitate Eccleſix, Reipublicæque ſalute, dies noctesque animo verſas, vtilius a me offerri potuit, quam illuſtre hoc Eccleſiæ Dei ſub perſona gentis Hebrææ in duriſſima Babyloniorum ſeruitute exiſtentis exemplum. In quo tu ceu in ſpeculo contemplari poſſis, nihil hic ab humano conſilio, nihil ab humanis manibus eſſe expectandum: ſed a Deo pax atque tranquillitas Eccleſiæ petenda, eo modo, quo ipſe orari vult, hoc eſt, facta condigna de ſceleribus pœnitentia. Quamobrem & de reformatione Eccleſiæ apud te tam prolixe diſſerui, quod tota illa diſputatio, & ab hoc tempore non eſt aliena, & cum hoc Pſalmo conſentire videtur, in quo Eccleſia Dei magnis calamitatibus preſſa, non in humanas reſpicit manus, non ſua explicat conſilia; ſed omnem ſalutis ſuæ ſpem in Deum reiicit, eiusque ſe tutelæ tradit atque committit. Peto autem Præſul ampliſſime, vt quicquid id eſt muneris, quod quidem exiguum eſſe ſcio, eo animo accipias, quo a me tibi offertur, hoc eſt, candido & ſincero. Deus te florentem diu ſeruet atque incolumem, ad honorem Eccleſiæ ſuæ, & ſalutem Reipub. noſtræ. Datum ex Zenibog, rure meo paterno, 1. Decembris Anno Domini 1572.

Epistola LXXIII.

STANISLAVS CARNCOVIVS Episcopus Wladislauienſis

GEORGIO CLEFELDO Elbingenſi, Burgrabio Gedanenſi.

Quod debeat abſtinere ab arrogato iure Patronatus aliisque rebus Eccleſiæ, pluribus perſequitur.

PErfertur ad me non dubiis autoribus, quod te in munus meum paſtorale ingeras, miniſtros inſtituas ac deſtituas, Synodos, ſeu verius conuenticula cogas, ipſe doceas & prædices, formam docendi non ſolum tuis miniſtris, verum etiam Sacerdotibus a me conſtitutis præſcribas, leges figas & refigas, iuris denique ſeueritatem & minas adhibeas. Auget quoque dolorem illud, quod in ipſo tuo diſceſſu ad Regiam Maieſtatem proficiſcens, loco tui Proëpiſcopum vxorem tuam, in ludibrium fortaſſe noſtri & Eccleſiæ Dei, conſtitueris. Quanquam illa, vt audeo, in fide a te diſſidet. Eſt enim ſectæ Caluini, cum te omnes pro Lutherano habeant. Itane tuo iſto Epiſcopatu abuteris? Liquet ſane, quantum a veris falſa diſtent, & quam indigne tibi autoritatem hanc arroges. Quæro enim, a quo tibi tradita ſit hæc poteſtas? a Regene? atque Rex eam poteſtatem, qua ipſe caret, tradere non potuit. A Conciliisne? atqui Conciliorum autoritate prohibetur, ne in vna ciuitate duo ſint Epiſcopi. Quod ſi ad ius *Culmenſe, Saxonicum*, & *Imperatorium* reuocas, inuenies illic, officia Burgimagiſtrorum & Epiſcoporum eſſe diſtincta. Agnoſce igitur, quam hoc vnum & exitiale ſit, quod nulla firma baſi fundamentoque nitatur. Hactenus ego magna profecto modeſtia, manſuetudine, (vt ne dicam beneficentia) erga te ſum vſus, vt te Dei Eccleſiæ lucrifacerem: ſed contumaciam & ſupercilium tuum diutius ferre neque poſſum, neque debeo. Quamobrem te grauius iam ac ſeuerius admonendum eſſe duxi, ne in alienam meſſem falcem mittere, officiique tui fines transgredi pergas. Atque ne ignorantiam poſſis prætexere, licet tu omnem ſcientiam te deuoraſſe iactes, ſententias quaſdam e diuinis literis & ſanctis Patribus depromptas tibi mitto. Ex quibus cognoſces, non Burgimagiſtris, neque ſutoribus aut ſartoribus, neque fœminis, curam animarum, & ius ligandi atque ſoluendi, ſed ſolis Sacerdotibus conuenire.

Deuteronomii 17. Si difficile & ambiguum iudicium eſſe perſpexeris, inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & non lepram, & iudicium intra portas tuas, videris verba variare, ſurge & aſcende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, veniesque ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quæresque ab eis, qui indicabunt tibi iudicii veritatem, & facies quodcunque dixerint, qui præſunt loco, quem

Ad Sacerdotes, non ad Burgimagiſtros.

elegit

elegit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, & ſequeris ſententiam eorum, nec declinabis ad dexteram neque ad ſiniſtram. Qui autem ſuperbierit, nolens obedire Sacerdotis A imperiò, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, ex decreto iudieis morietur homo ille, & auferet malum de Iſrael, cunctusque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumeſeat ſuperbia.

Sacerdotis, non Burgimagiſtri.

De manu ſpeculatoris, hoc eſt Epiſcopi, non Burgimagiſtri ſe Deus requiſiturum ſanguinem pereuntis dixit. Non ergo pertinet ad Burgimagiſtros animarum cura.

Fili hominis, ſpeculatorem dedi te domui Iſrael: & audies de ore meo verbum, & annunciabis eis ex me. Si dicente me ad impium, morte morieris, non annunciaueris ei, neque locutus fueris, vt auertatur a via ſua impia & viuat, ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem eius de manu tua requiram. *Ezechiel. 3. & 33.*

Interroga ſacerdotes, non Burgimagiſtros. Nunc Burgimagiſtri volunt docere non ſolum ſacerdotes, verum & Epiſcopos.

Hæc dieit Domious exercituum: Interroga ſaeerdotes legem. Quæ (*Aggei 2.*) verba Hieronymus explicans; Coosidera, inquit, ſacerdotum eſſe officii, de lege interroganti reſpondere.

Apoſtolis, non Burgimagiſtris, data eſt poteſtas ligandi & ſoluendi conſcientias.

Quæcunque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo; & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo. *Matth. 18.*

Sacerdotis, non Burgimagiſtri. Ex ore ſacerdotis, non Burgimagiſtri.

Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem ex ore eius requirent. Angelus enim Domini eſt exercituum. *Malachia 2.*

Nunc omnes non ſolum Burgimagiſtri, verum & opifices volunt eſſe Apoſtoli, Propheta, Doctores, quin & fœminæ.

Ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios vero Euangeliſtas, alios autem Paſtores & Doctores, ad coofirmationem Sanctorum in opus miniſterii, in ædificationem corporis Chriſti. *Epheſ. 4.*

Nunquid omnes Apoſtoli, nunquid omnes Prophetæ, nunquid omnes Doctores? *1. Corinth. 13.*

Præpoſitis non Burgimagiſtris obedire iubet. Præpoſiti non Burgimagiſtri peruigilant, quaſi rationem pro animabus reddituri.

Obedite Præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis, ipſi enim peruigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes. Hoc enim non expedit vobis. *Hebr. 13.*

Epiſcopos non Burgimagiſtros poſuit regere Eccleſiam Dei.

Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo. *Actor. 20.*

Paſcite, qui in vobis eſt, gregem Dei. *1. Pet. 1.*

Presbyteris hoc dictum eſt, non Burgimagiſtris.

D. Chryſoſtomus lib. 3. de ſacerdotio, poſteaquam Regno tanto Sacerdotium excellentius eſſe docuit, quantum ſpiritus & carnis interuallum eſſe poteſt, ita de Sacerdotibus loquitur: Qui terram, inquit, incolunt, atque in ea verſantur, iis commiſſum eſt, vt ea, quæ in cœlis ſunt, diſpenſent, iis datum eſt, vt poteB ſtatem habeant, quam Deus optimus neque Angelis, neque Archangelis datam eſſe voluit. Neque enim ad illos dictum eſt: Quæcunque alligaueritis in terra, erunt & ligata in cœlo, & quæcunque ſolueritis in terra, erunt ſoluta & in cœlo. Habent quidem & terreſtres Principes vinculi poteſtatem, verum corporum ſolum. Id autem, quod dico Sacerdotum vinculum, ipſam etiam animam contingit, atque ad cœlos vſque peruadit. Vſque adeo, vt quæcunque inſerne Saeerdotes confecerint, illa eadem Deus ſuperne rata habeat, ac ſeruorum ſententiam Dominus confirmet.

Nunc Burgimagiſtri dicunt, ſe poteſtatem habere vinculi, quod non ſolum corpora, verum & animas contingit, ad ſe conſcientiarum examen, ad ſe curam animarum ſpectare.

C De Iohanne Chryſoſtomo narrat Simeon Metaphraſtes, qui vitam eius deſcripſit, quod cum Gaianas, vir præpotens, ab Imperatore petiuiſſet, ſuæ quoque partis hominibus, hoc eſt, Arianis, vnam e ſacris domibus concedi, reſpondiſſe Chryſoſtomum, non licere Imperatori aliquid audere in rebus Eccleſiaſticis, ſi velit eſſe pius. Nec obtinuit Gaianas, quamuis bellum eſſet minatus, quod etiam poſtea mouit, & eſt in eo trucidatus, Deo pœnam de impiis conatus illius ſumente.

Nunc Burgimagiſtri ſibi licere volunt, quod non licet Imperatori.

Gregorius Nazianzenus eos, qui cum poteſtate & imperio verſabantur, alloquens: Accipi-D te, inquit, liberam orationem. Chriſti lex ſubiicit vos meæ poteſtati, meoque tribunali. Gerimus enim principatum & nos. Addam & hoc, quod maiorem & perfectiorem principatum gerimus, niſi forte ſpiritus carni, cœleſtia ſubeſſe terreſtribus debent. Suſcipe vocem liberam: Scio quod ouis es mei gregis. Hæc ille in oratione, quam habuit ad ſubditos timore perculſos, & Imperatorem iraſcentem.

Ouem ſui gregis vocat Imperatorem.

Quod non licens Oſea, multo minus licet Gedanenſi & Elbingenſi Burgimagiſtro.

Mane intra tuos terminos Burgimagiſter.

Ioannes Chryſoſtomus, explicans illum locum de Oſia: Ingreſſus eſt, inquit, ſancta ſanctorum &c. Rex eum eſſet, ſacerdotis Principatum vſurpat. Volo, inquit, adolere incenſum, A quia iuſtus ſum. Sed mane intra tuos terminos. Alii ſunr rermini Regni, alii Sacerdotii: hoc Regnum illo maius eſt. Neque enim ex his, quæ videntur, hic declaratur Rex, neque e gemmis illi affixis, neque ex auro, quo amictus eſt, debet æſtimari Rex. Ille quidem ea, quæ ſunt in rerris, ſortitus eſt adminiſtranda; cæterum Sacerdotii Ius e ſupernis deſcendit. Quæcunque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata in cœlo. Regi ea, quæ hic ſunt, commiſſa ſunt, mihi cœleſtia, mihi cum dico, Sacerdotem intelligo.

Nunc etiam cœleſtia ſibi Burgimagiſtri vſurpant.

Ac paucis interiectis: Regi corpora commiſſa ſunt, ſacerdoti animæ. Rex maculas corporum remittit, Sacerdos autem maculas peccatorum. Ille cogit, hic exhortatur. Ille neceſſitate, hic conſilio. Ille habet arma ſenſibilia, hic arma ſpirirualia. Ille bellum gerit cum B barbaris, mihi bellum eſt aduerſus dæmones. Maior hic Principatus. Propterea Rex caput ſubmittit manui Sacerdotis, & vbiq; in veteri ſcriptura Sacerdotes inungebant Reges. Verum Rex ille ſua tranſiliens ſepta, modumque Regni transgreſſus, conatus eſt aliquid addere, atque ingreſſus eſt templum cum autoritate, incenſum addere volens. Quid igitur Sacerdos? Non licet tibi Oſia adolere incenſum. Vide libertatem, vide mentem ſeruire neſciam, vide cœlos attingentem, vide libertatem incoercibilem, vide hominis corpus & Angeli mentem, vide humi ingredientem, & in cœlo verſantem. Vidiſti Regem, nec vidiſti diadema. Ne mihi dixeris eſſe Regnum, vbi eſt legum transgreſſio. Non licet tibi Rex adolere incenſum, non eſt fas venire in ſancta ſancto- C rum. Tranſcendis ſepta tua: quæris tibi non conceſſa, eoque quod accepiſti perdes. Non licet tibi adolere incenſum, ſed Sacerdotibus iſtud datum eſt, non tuum hoc eſt, ſed meum.

Quæris tibi non conceſſa Burgimagiſter, caue ne quæ accepiſti, perdas.

Excluſit ille Pontifex Imperatorem & ab Eccleſiaſtico iudicio; nunc ingerunt ſe Burgimagiſtri.

Conſtantius, quo nihil fuit inconſtantius, rebus Eccleſiaſticis ingerere ſe cupiebat, ac liberius in ſententiam ſuam pertrahere. Verum is, cum a quodam ab eo miſſo diligenter ſollicitaretur: Non ita ſe habet, inquir, Eccleſiaſticus Canon, nec vnquam accepimus talem a patribus traditionem, quam ipſi a beato & magno Apoſtolo Petro acceperunt. Quod ſi omnino Imperator curam ſuam pro Eccleſiaſtica pace interponere quærit: fiat Eccleſiaſtica Synodus D longe a Palatio, vbi nec Imperator præſto eſt, neque Comes ſe ingerit, neque iudex minatur, & vbi ſolus timor Dei ad omnia ſufficit &c.

Oſius vero Cordubenſis Epiſcopus multo liberius etiam, datis ad Conſtantium literis: Deſine quæſo, inquit, & memineris te mortalem eſſe, reformida diem iudicii, ſerua te in illum diem purum, ne te miſceas Eccleſiaſticis, neque nobis in eo genere præcipe; ſed potius a nobis ea diſce. Tibi Deus imperium commiſit; nobis quæ ſunt Eccleſiæ concredidit. Et quemadmodum qui tuum imperium malignis oculis carpit, contradicit ordinationi diuinæ; ita & tu caue, ne quæ ſunt Eccleſiæ ad te trahens, magno crimini obnoxius fias. Date (ſcriptum eſt) quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ Dei Deo. De vtroque, præter alios qui ſcripſerunt Eccleſiaſticam hiſtoriam, narrat hæc Athanaſius ipſe, ſcribens ad ſolitariam vitam agentes.

Nunc inſulſi Burgimagiſtri dicunt Hoſio Varmienſi, Staniſlao Wladiſlauienſi: Ne te immiſceas rebus Eccleſiaſticis, neq; nobis in hoc genere præcipe, ſed potius a nobis ea diſce.

Et paucis interiectis, Athanaſius ipſe loquitur: Si iſtud eſt iudicium Epiſcoporum, quid commune cum eo habet Imperator? Quando a condito æuo auditum eſt, quando iudicium Eccleſia autoritatem ſuam ab Imperatore accepit, aut quando unquam hoc pro iudicio agnitum eſt? ſed neque patres iſtiuſmodi res Principi perſuadere conati ſunt, nec Princeps ſe in rebus Eccleſiaſticis curioſum præbuit. Paulus Apoſtolus habebat amicos in Cæſaris familia, & per eos in literis ſalutabat Philippenſes, non tamen eos in iudicio ſocios aſſumpſit. Nunc autem nouum quoddam ſpectaculum ab Ariana hæreſi editur. Conuenerunt in vnum Hæretici & Imperator Conſtantius, &c.

Multo minus a Burgimagiſtro.

Si non Princeps, multo minus Burgimagiſter.

Nouũ quoddam ſpectaculum a Luther. hæreſi.

Oſium Cordubenſem imitatus Ambroſius Mediolanenſis, cum Imperatoris nomine mandaretur, vt traderet Baſilicam Arianis, reſpondit: Nec mihi fas eſt tradere, nec tibi accipere Imperator expedit. Domum priuati nullo potes iure temerare, domum Dei exiſtimas auferendam? Allegabatur, Imperatori licere omnia, ipſius eſſe vniuerſa. Reſpondet Ambroſius: Noli te grauare Imperator, vt putes in ea, quæ diuina ſunt, te Imperiale aliquod ius habere. Noli te extollere, ſed ſi vis diutius imperare, eſto Deo ſubditus. Scriptum eſt: Quæ Dei Deo, quæ Cæſaris Cæſari; ad Imperatorem pertinere Palatia, ad Sacerdotem Eccleſias. Publicorum tibi mœnium ius commiſſum eſt, non ſacrorum. Rurſus mandat: Debeo & ego vnam Baſilicam habere. Non tibi licet illam habere. Quid tibi cum adultera? Adultera enim eſt, quæ non Chriſto legitimo coniugio copulata eſt. Hæc *Ambroſius Ep. 33.*

Sicut nunc nihilo melioribus Lutheranis.

Mandat Imperator, non permittebat Ambroſius: Nunc vult Burgimag.

Si non habet in diuina ius Imperator, multo minus Burgimag.

Publicorum mœnium ius conceſſum eſt Burgimagiſtro, non Sacrorum.

Alio loco dicit idem Ambroſius: Imperator bonus, intra Eccleſiam, non ſupra Eccleſiam eſt. In oratione quam habuit in Auxentium.

Adultera eſt eccleſia Luterana, ſicut fuit Ariana.

Idem Ambroſius ad Valentinianum Imper. ſcribens: Dalmatius me Tribunus & Notarius, mandato, vt allegauit, clementiæ conuenit tuæ, poſtulans, vt & ipſe Iudices eligerem, ſicut elegiſſet Auxentius. Nec tamen expreſſit eorum nomina, qui fuerunt poſtulati, ſed id addidit, quod in Conſiſtorio eſſet futura certatio arbitro pietatis iudicio tuæ. Cui reſpondeo, vt arbitror, competenter. Nec quiſquam contumacem iudicare me debet, cum

Nunc etiam Burgimagiſter vult eſſe ſupra Eccleſiam;

hoc

hoc aſſeram, quod auguſtæ memoriæ pater tuus non ſolum ſermone reſpondit, ſed etiam legibus ſuis ſanxit: in cauſa fidei, vel Eccleſiaſtici alicuius Ordinis, eum iudicare debere, A qui nec munere impar ſit, nec iure voluit diſſimilis. Hæc enim verba reſcripti ſunt, hoc eſt, Sacerdotes de Sacerdotibus voluit iudicare. Quin etiam, ſi alias quoque argueretur Epiſcopus & morum eſſet examinanda cauſa, etiam hanc voluit ad Epiſcopale iudicium pertinere. Quis igitur contumaciter reſpondit elementiæ tuæ. Ille qui te patri ſimilem eſſe deſiderat, an qui vult eſſe diſſimilem? Niſi forte vilis quibusdam tanti Imperatoris exiſtimatur ſententia? cuius & fides confeſſionis conſtantia comprobata eſt, & ſapientia melioratæ Reipub. profectibus prædicatur. Quando audiſti clementiſſime Imperatot, in cauſa fidei laicos de Epiſcopo iudicaſſe. Ita ergo quadam adulatione curuamur, vt Sacerdotalis iuris ſimus immemores, & quod Deus donauit mihi, hoc ipſe aliis putem eſſe credendum. Si docendus eſt Epiſcopus a Laico, quid ſe- B quatur? Laicus ergo diſputet, & Epiſcopus audiat? Epiſcopus diſcat a laico? At certe, ſi vel Seriptutarum ſeriem diuinarum, vel vetera tempora retractemus, quis eſt, qui abnuat in cauſa fidei, in cauſa inquam fidei, Epiſcopos ſolere de Imperatoribus Chriſtianis, non Imperatores de Epiſcopis iudicare? Eris, Deo fauente, etiam ſenectutis maturitate prouectior, & tum de hoc cenſebis, qualis ille Epiſcopus ſit, qui laicis ius ſacerdotale ſubſternit. Pater tuus, Deo fauente, vir maturioris æui, dicebat: non eſt meum iudicare inter Epiſcopos; Tua nunc dicit clementia: Ego debeo iudicare. *Epiſtola 32.*

Etiam Imperatoria lege ſancitum, vt in cauſa fidei, vel Eccleſiaſtici Ordinis, non iudicet, niſi qui ſit eiusdem ordinis.

Hec vere dici poſſunt de ſancta memorie Sigismundo Rege. Nunc Burgimagiſtri volunt, vt Epiſcopus diſcat a laico, quam doctrinam populo eradere debeat.

Si de Imperatoribus, multo magis de Burgimagiſtris debent Epiſcopi iudicare, non de Epiſcopis Burgimagiſtri.

De Valentiniano hoc ſcribit idem Ambroſius, quod, cum eum erroris poſtea pœnituiſſet, tantam deuotionem erga Deum noſtrum induerat, atque tanto in Ambroſium ſuum incubuerat affectu, vt quem antea perſequebatur, C poſtea diligeret: quem ante vt aduerſarium repellebat, poſtea vt patentem putatet. Hoc ipſum facturos Gedanenſes & Elbingenſes in Deo ſpes eſt, cum eos Deus de poteſtate tenebrarum eripuerit, & Euangelii ſui lucem illuſtrauerit, cum ex Lutheranis facti fuerint Chriſtiani.

Quod nunc dicit R. Maieſtas, dicit Burgimagiſter Gedanenſis & Elbingenſis, ego debeo iudicare, cuius doctrinæ prædicatorem ad nos mittere debeat Epiſcopus.

Conſtantium Imperatorem etiam Hilarium ſic legimus alloquutum: proclamo tibi, inquit, O Conſtanti, quod Neroni locutus fuiſſem, quod ex me Decius & Maximianus audirent. Contra Deum pugnas, ſæuis, ſanctos perſequeris, prædicatores Chriſti odiſti, religionem tollis, tyrannus non iam humanorum, ſed diuinorum. Hæc tibi a me atque illis ſocia & communia ſunt. Tu vero nunc propria tua acci- D pe. Chriſtianum te mentiris, Chriſti nouus hoſtis es. Antichriſtum præuenis, & arcanorum eius myſteria operaris, condis fidem, contra fidem viuens: Doctor profanorum es indoctus: piorũ ſubrepis nomine, blandiens occidis, ſpe-

Sicut Ariani, ita & Luterani Chriſtianos ſe eſſe mentiuntur.

cie religionis impietatem peragis: Chriſti fidem, Chriſti mendax prædicator, extinguis.

Et aliquot paginis interiectis: Hoc nunc a te Conſtanti requiro, in qua tandem fide credas? Ego enim nunc fidem tuam ignoro, per demutationis tuæ tempora, quibus quisquam in vnum blaſphemiæ baratrum deſcendens per gradus præcipites cucurrit. Namque poſt primam veræ ſidei Synodum congregatam, rurſum Antiochiæ Concilio fidem tibi renouas. Sed accidit tibi, quod imperitis ædificatoribus, quibus ſua ſemper diſplicent, vt accidere ſolet, vt ſemper deſtruas, quod ſemper ædifices. Et in ſequenti libro: Certe voces exclamantium a tua manſuetudine exaudiri decet. Catholicus ſum, nolo eſſe Hæreticus. Chriſtianus ſum, non Arianus. Et melius eſt mihi in hoc ſeculo mori, quam alicuius potentia dominante caſtam veritatis virginem corrumpere.

Hoc nunc dici poſſet Confeſſioniſtis: In qua tandem fide creditis, cum toties fides Auguſtana ſit mutata.

Chriſtianus ſum, non Luteranus.

Cum *Barſes* Valentis Imperatoris Præfectus hortaretur *Eulogium*, vt ſe cum B Imperatore coniungeret in doctrina fidei: nunquid, ait, vna cum imperio etiam ille Pontificum eſt conſecutus. *Teod. lib. 4. cap. 18.*

Nunquid inſulſi Burgimagiſtri Pontificatum vna ſum hoc munere ſuo conſecuti ſunt, dum volunt, vt Epiſcopus cum illis in doctrina fidei conſentiat.

De *Anaſtaſio* Imperatore narrat *Georgius Cedrenus*, quod Epiſcopum *Armantum* ad ſe vocatum hortatus eſt, vt ad ſuam factionem deſciſceret. Cui, reſpondit Epiſcopus: Tu potius ad Orthodoxos tranſi. Ne, dum hominum imperitorum opiniones, Seueri, Eutychii & Dioſcori amplecteris, æterno igni addicatis, ſimulque apprehendens Imperatoris chlamidem: Hæc ait, veſtis nequaquam te poſt mortem ſequetur, O Imperator, ſed ſola comitabitur te pietas, ac virtutum habitus.

Sicut nunc inſulſi quidã hortatur Epiſcopum, vt relicta Chriſtiana confeſſione ſequatur Auguſtanam, hoc eſt, vt Chriſtum neget, & Antichriſtum Luterum pro Deo colat.

C

Miſſam fac Eccleſiam, quam Chriſtus redemit ſuo ſanguine. Indoctus es, & rationandi ignarus: neque vllum Eccleſiæ decretum perfecte intelligis, tantum impoſturis & ſcurrilibus calumniis fatuos terres. Satis tibi ſit dignitatis, quod Imperator es: Antiſtes Eccleſiæ vocari noli.

Miſſam facite Eccleſiam indocti & Burgimag.

Leo Iſaurus Conſtantinopolitanus Imperator cum imaginibus bellum ſuſceperat, & eas e templis eiecerat. Contra quem ſcribens *Ioannes Damaſcenus* his verbis vſus eſt: Cum iam inde ab initio plurimi Sacerdotes & Reges a Deo dati fuerint, qui & ſapientia & pietate, nec dicendi magis facultate excellerent, cum præterea Synodi plurimæ fuerint D ſanctorum Patrum, qui diuinitus erant inſpirati, cur nemo tale quid facere aggreſſus eſt? Non patiemur, vt nos aliquis nouam fidem edoceat. Ex Syon enim egredietur lex, ait per Prophetam Spiritus Sanctus, & verbum Domini ex Hieruſalem. Non patiemur, vt

Cum ex quo tempore Chriſti fidem recepit Gedanum & Elbinga, multi fuerunt Burgimagiſtri, viri pietate præſtantes, cur nemo tale quid facere aggreſſus eſt. Et non patiemur vt Imperator, multo minus & Burgimagiſtri.

Non patiemur, vt nunc alia religio foueatur, quam antea. Multo minus Conſularib9. Multo minus Burgimagiſtrorum.

alias aliter ſentire, temporumq; viciſſitudine fidẽ variare liceat, quo ſic ea his, qui ſunt extra Eccleſiam, ridiculum & iocularequiddam eſſe videatur. Non patiemur, vt ea Regis ſubiaceat decretis, qui conetur morẽ a Patribus traditũ euertere. Non eſt enim piorum Regum, ſanctiones Eccleſiaſticas ſubuertere. Non Patrum hæc, ſed latronum & prædonum ſunt, quæ per vim extorquentur, non autem fiunt libera perſuaſione. Teſtis eſt eius rei Synodus, quæ fuit iterum Epheſi congregata: quæ nunc etiam Prædonica nomen obtinet, cum Regia manu fuerit extorta, quando B. Flauianus interfectus eſt.

Multo minus ad Burgimagiſtros. Ergo de conſcientiis iudicare non pertinet ad Burgimagiſtros. Multo minus Burgimagiſtrorum.

Ad Epiſcoporum Synodos hæc pertinent, non ad Reges. Quemadmodum dixit Dominus: vbi congregati fuerint duo vel tres in nomine meo, ibi ego ſum in medio eorum. Non Regibus ligandi & ſoluendi poteſtatem dedit Chriſtus; ſed Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus & paſtoribus & Doctoribus. Hæc ille in primo libro. In eo vero, qui proxime ſequitur: Non eſt Regum præſcribere leges Eccleſiæ. Vide quid dicat diuinus Apoſtolus. Sed alios quidem dedit Deus in Eccleſia, primum Apoſtolos, deinde Prophetas, tertio Paſtores & Doctores, ad ædificationem Eccleſiæ, non addidit Reges.

Multo minus Burgimagiſt. Non Burgimagiſtris.

Et iterum: Obedite Præpoſitis veſtris & ſubiacete. Ipſi enim peruigilant pro animabus veſtris, tanquam rationem reddituri. Et iterum: Mementote Præpoſitorum Veſtrorum, qui locuti ſunt vobis verbum, quorum contemplantes conuerſationem, imitemini fidem.

Imitemini fidem Præpoſitorum, non Burgimagiſtrorum. Multo minus Burgimagiſtri.

Non ſunt vobis locuti verbum Reges, verum Apoſtoli, Prophetæ, Paſtores & Doctores. Cum Dauid præcepiſſet Deus, vt ſibi curaret ædificandam domum, dixit ei: Non tu mihi domum ædificabis, quandoquidem vir ſanguinum es. Reddite vnicuique debitum, clamat Paulus, cui honorem, honorem, cui timorem, timorem, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal. Regum cura eſt, vt bene ſit Reipub. Vt autem Eccleſiæ recte conſtitutæ ſint, ad Paſtores & Doctores pertinet.

Diſcrimen inter Politicam & Eccleſiaſticam poteſtatem. Prædonum eſt & latronum, non Burgimagiſtrorum alienæ functionis inuaſio.

Eiuſmodi alienæ functionis inuaſio, prædonum eſt & latronum fraetes. Saul diſcidit pallium Samuelis. Quid accidit ei poſtea? ſcidit Regnum ipſius Deus, & dedit illud Dauid Regi manſuetiſſimo. Eliam Ieſabel perſecuta eſt, & linxerunt ſues atque canes ſanguinem ipſius. Herodes ſuſtulit Ioannem, & a vermibus eroſus extinctus eſt. Et nuper B. Germanus non vita ſolum, verum & doctrina illuſtris, alapis cæſus & in exilium relegatus eſt, & alii multi Epiſcopi & Patres, quorum nomina neſcimus. An hoc latronum & prædonum facinus non eſt? Dominus noſter cum adiiſſent eum ſcribæ & Phariſæi, vt tentarent, quo poſſent eum irretire laqueo ſermonis, quærebant ex eo; Num licet cenſum dare Cæſari? Reſpondit eis: Exhibete mihi numiſma. Cum autem illi protuliſſent; Cuius, inquit, habet imaginem? illis reſpondentibus, Cæſaris: Reddite, inquit, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari; quæ autem Dei, Deo.

Paſtores habemus & non Burgimagiſtros, qui conſtituant Eccleſiæ ſtatum.

Paremus tibi libenter, o Rex, in his, quæ pertinent ad præſentis vitæ negocia, qualia ſunt vectigalia, tributa, & id genus largitionum acceptiones, quarum rerum penes te poteſtas eſt. In Eccleſiaſtico vero ſtatu conſtituendo habemus Paſtores, qui locuti ſunt nobis verbum & ritus atque inſtituta eccleſiaſtica nobis expreſſerunt.

Ab orbe condito. Luterus tectum demolitus eſt; Zuinglius parietes. Ecce nunc boni Trideiſta, exemplũ iſtorum ſecuti fundamentum etiam ipſum euellunt.

Non transferimus terminos ab Orbe condito nobis præſcriptos, quos poſuerunt Patres noſtri; ſed retinemus traditiones quemadmodum accepimus. Nam ſi cœperimus eccleſiæ ſtructuram vel in minimo demoliri, paulatim vniuerſa moles corruet. Ac paucis interiectis: Non recipio Regem, qui per tyrannidem ſibi Sacerdotium vſurpat. Non Reges acceperunt poteſtatem ligandi & ſoluendi. Et iterum poſt pauca: Non aſſentior, vt Regum legibus gubernetur eccleſia, ſed Patrum potius traditionibus, ſiue ſcriptæ ſint, ſiue non ſcriptæ.

Multo minus Burgimagiſtrorum.

Theodorus atq; *Studita*, cum idem faceret ſucceſſor huius Leonis & cognominis, qui & ipſe quæ ſunt Eccleſiaſtici muneris vſurpare ſibi conabatur, ſic eum allocutus apud *Theodoritum* legitur: Ne tentes nunc, o Imperator, Eccleſiaſticum ſtatum diſſoluere. Ait enim Apoſtolus: Quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia, primum Apoſtolos, deinde Prophetas, tertio Paſtores & Doctores, ad perfectionẽ ſanctorum. Non dixit, Reges.

Multo minus Burgimagiſtros.

Tibi quidem, o Imperator, ciuilis ſtatus & exercitus commiſſus eſt. Hæc igitur cura, Eccleſiam Paſtoribus ac Doctoribus, vt ait Apoſtolus, derelinque. At ſi non vis hoc facere, ſi quis peruertendæ fidei noſtræ cauſa de cœlo aliquid nobis nunciauerit, ipſum non audiemus: tantum abeſt, vt te audituri ſumus. Hæc *Theodoretus* in vita *Niceta*.

Quod iſti tamen faciunt contra præſcriptum ſuæ confuſionis, deque doctrina ſibi iudicium ſumunt.

Etiam Auguſtana confeſſio Epiſcoporũ hanc eſſe iurisdictionem ait: remittere peccata, item cognoſcere doctrinam: & doctrinam diſſentientem ab Euangelio reiicere: & impios, quorum nota eſt impietas, excludere à communione Eccleſiæ, & commiſceri prohibet poteſtatem Eccleſiaſticam & ciuilem.

Eraſmus in Epiſtola, quam ſcripſit contra Pſeudoeuangelicos: Excuſſum eſt iugum humanarum conſtitutionum; ſed vbi ſunt qui ſubmiſerunt ceruicem ſuaui iugo Domini. Et interim conſtitutiones humanæ conſtitutionibus humanis, imo parum humanis mutantur. Titulus modo mutatus eſt, vocantur enim verbum Dei. Cęterum, res adeo nihilo eſt mitior, vt complures boni viri præferant vltroneum exitium iſti magnifice decantatæ libertati.

Deſcriptio magiſtratus Euangelici. An tale quid etiam Gedani & Elbingæ, videre non licet.

Atq; adeo proceres quidam & anteſignani iſtius factionis, cum nondum ad Epiſcoporum dignitatẽ, opes & ditionem peruenerunt: tamen eiuſmodi ſpeciem de ſe præbent, vt ego me malim in Epiſcoporũ, quam in iſtorum poteſtatem tradere, ſi detur optio; malimque potentiſſimi Cæſaris ferre iugum, quam quorundam Magiſtratuum Euangelicorum.

gelicorum, quamuis humili ſorte. Sic excutiunt iugum hominum, qui veſtro Euangelio ſubmittunt ceruicem: magis vereor, ne plerique pro graui iugo hominum portent grauius iugum Diaboli. Excuſſa eſt obedientia Epiſcoporum, ſed ita, vt ne profanis quidem Magiſtratibus pareatur. Olim Chriſtiani ſub Ethnicis Principibus quiete viuebant, ſtudioſe cauentes, ne quam ſeditionis occaſionem darent, exhibentes honorem cui debebatur honor, vectigal cui vectigal, tributum cui tributum. Hortabantur Chriſto initiatos, vt idolatris etiam Magiſtratibus obtemperarent, pro illorum incolumitate Deum quotidie orabant. At iſte populus tam Euangelicus, etiam Turcarum Principi deteſtabilis, quem ait ſeditioni natum. Quos ſubinde tumultus excitat, quoties & quam leuibus de cauſis procurrit ad arma? ne ſolis quidem Eccleſiaſtis ſuis obtemperant: niſi dicant blanda auribus. Profligant etiam ſi liberius in vitam illorum inuehantur, aut opinione diſſentiant. Initio tantum non Deus erat illis Lutherus: nunc iisdem prorſus delirat, quod nouum de Euchariſtia dogma non recipiat. Nouam vero libertatem Euangelicam, impune facere ſentireque, quod cuique libitum eſt.

Euangelicorum, hoc eſt Lutheranorum deſcriptio.

Recepit Philippus eius diſcipulus, autor Augustanæ Confeſſionis.

Canturiatores in præfatione quintæ centuriæ, antequam lux verbi diuini illuceſceret in Germania, regnantibus tenebris Pontificiis & monaſticis, vnicus ille Romanus præſul poteſtatem ſibi ſumebat: leges etiam Politicas non modo reformandi, ſed etiam delendi, ſubſtitutis ſuis decretis & decretalibus, id quod ſuperis atque inferis notum eſt. Quid vero nunc fit? Pro vno Pontifice, innumeri ex Politicis eminentia locorum atque munerum ſuffultis atque elatis exiliunt, qui vicem alternantes, nunc a forenſibus in Eccleſiaſticos tranſcendunt, & non contenti ſuis metis, religionum formulas, Eccleſiis, cum ſceptro gladiis, & fulmine Iouis exhibent. Colores vero varii allinuntur, quod Magiſtratuum ſit officium, cuſtodem vtriusque tabulæ agere, altercationibus modum ſtatuere, proſpicere publicæ paci, remouere ſeditioſa capita. Et quis poteſt eos fucos omnes commemorare, quibus conantur plurimorum oculos faſcinare, & faciunt quod libet. Et vna atque altera charta intellecta, Magiſtratus politici, qui Euangelio Chriſti nomen dederunt, plurimis in locis præſtigiatoribus & corruptelis locum dignitatemque præmiis debent: quos etiam ideo eo magis complectantur, quod eos ſibi promtius ſeruire, conniuere & adulari cernunt. Confeſſoribus veritatis os obſtruunt, paucos excutiunt libros, ne typis excudantur vetant, adulteratoribus autem veritatis vox libera eſt. Prælaborant & omnes ſpiritus maligni eorumque organa, vt quam latiſſime diſpergantur peſtiferi illi libri inſeruiunt. Filii huius ſeculi audaciſſime formas religionum ex ſuo cerebro fundunt & formulas ſcribunt, quas miniſtri verbi Dei imperioſe obtrudunt. In eas enim anguſtias iam Eccleſia Dei, proh nefas, redigitur, dormitantibus Paſtoribus paſſim etiam prodentibus, & ſponte tradentibus ſuum miniſterium Politicis viris: vt non raro tumidi rabulæ quidam forenſes ſeſe non intra ſepta ſua rerum mundanarum continentes: aliique res ad Paſtorum officia pertinentes, nefarie & impie ad ſe rapiant. Et plane, ſicut olim Pontificii proceres in Eccleſia ſcelerate Regna huius mundi inuaſerunt: ita nunc viciſſim Politici, illotis quaſi manibus in gubernationem illam ſpiritualem verorum miniſtrorum Dei, legitimeque ſuo officio fungentium irrumpunt, ſeque vtroque gladio inſtar Anti-Chriſti accingunt, cum nec vnum quidem ſuum recte adminiſtrare norint. Hæc in præfatione quintæ centuriæ. In præfatione vero ſeptima: Inclinate parumper aures veſtras ad vocem Regis cœleſtis; quia miniſtros Dei ingenti faſtu arcetis ſæpe, ne vobis veritatem loquantur. In hanc regulam præſcribit & ſancit. Date Deo, quæ ſunt Dei, & Magiſtratui Politico (nam Cæſar hic in genere ita accipi debet) quæ ſunt Magiſtratus Politici. Verba illa, quod inquit, ſunt quæ differentiam faciunt inter res, quæ conueniunt Deo ſoli, & quæ Magiſtratui Politico propria ſunt. Diſcernit ibi vnigenitus Dei filius religionem complectentem verbum Dei, & cultus mandatos, & deinde leges atque res Politicas. Diſtinguunt vocationes Eccleſiaſticam & Politicam. Inſuper prohibet, ne confundantur, & vt cuilibet ſuum, hoc eſt, quod ei proprie competit, relinquatur. In nouo quidem Teſtamento ſemper diſtincta fuerunt officia Magiſtratuum Politicorum, qui corpora & res externas atque mundanas gubernant, & Doctorum verbi Dei, quibus cura tradendi verbum Dei, & adminiſtrandi Sacramenti a Chriſto inſtituta eſt delegata. Et nihil habet perplexi iſta ſententia filii Dei. Reges gentium dominantur, vos autem non ſic. Proinde falcem in alienam meſſem mittunt, & alienam functionem temere inuadunt, ſanctumque ſanctorum intrant, quemadmodum Oſias. Qui cum ſint Politici Magiſtratus, aut ipſorum ſerui, tamen magno ſupercilio audent nouas religionum formas componere, easque Eccleſiæ miniſtris offerre, tali cum imperio: ni applaudant ſine contradictione ſe ſuo ſceptro ipſos expulſuros, aut punituros, id quod etiam factitatum absque omni miſericordia.

Hac nunc libertas expetitur.

Reiecto Papa vno multi Papæ nati. Politicos Pontifices ne Lutherani quidem ferunt, tantum abeſt, vt ferant Chriſtiani.

Etiam ipſi Lutherani ferre non poſſunt, & ferant Chriſtiani?

Gedanenſ. & Elbingenſ. Burgimagiſtri.

Intra ſepta ſua rerum mundanarum ſe Burgimagiſtri contineant, nec res ad Paſtorum officia pertinentes nefarie & impie ad ſe rapiant.

Diſcrimen vocationis Eccleſiaſticæ & Politicæ. Ne confundantur.

Falcem in alienam meſſem immittunt Gedanenſes & Elbingenſes Burgimagiſtri. Pœnam Oſiæ metuant.

Nouam religionis formam Eccleſiæ miniſtris offerunt.

Eiusdem generis querimonias legere licet apud Heſuſium quoque, qui fuit Magdeburgi Superintendens. Sed inde poſtea pulſus, vna cum aliis, niſi quod honoris gratia, tecto tamen ille carpento, noctu deportatus eſt, alii vero carbonario curru multis armatis circumſepti. Sic ſuos Papas Euangelicos tractant iſti Politici Pontifices. Nam idem & *Roſtochii*, & *Heidelbergæ*, & *Geneuæ*, & aliis multis in locis factum. Domeſtica ſilentio

præterire malimus. Sic iam excuſſo vnius Papæ iugo, multi Papæ nati ſunt, non ſolum Euangelici, verum & Politici. Sic enim eos A vocant Centuriatores. At ſicut olim fuerunt hæretici, qui dicerent: Quod non volumus ſanctum eſt; ſic nunc dicunt iſti: Quod volumus, Dei verbum eſt & Evangelium Chriſti. Nec ad Chriſti regulam, ſed ad ſuos affectus ſidei doctrinam ſibi tradi cupiunt. Volumus, aiunt, Auguſtanam, nolumus confeſſionem Chriſtianam: Illa Dei verbum eſt; non hæc.

Et verum eſt, ſi Lutherus & Philippus ſe prius Deos eſſe probauerint.

Hæc ſunt, quæ ad te ſcribenda putaui. Deum precor, vt tibi det meliorem mentem. Datum Volborii.

EPISTOLA LXXIV.

IOANNES FRANCISCVS Cardinalis Commendonius STANISLAO CARNCOVIO Epiſcopo Wladiſlauienſi.

Mutuam amicitiam firmaturus, literas ab eo miſſas ſe B *accepiſſe teſtatur.*

VEteres literas D. V. R. *Laureto* rediens accepi, quæ me mirifice oblectarunt. Nam in communi gaudio tum Regiæ virtutis, tum bene & feliciter actæ Synodi propriam D. V. R. operam gloriamque agnoſco: ex qua ego ſane vberem capio fructum veteris iudicii mei, quod de D. V. R. ſemper præclare ſenſerim. Quamobrem præter veterem neceſſitudinem noſtram nouo quodam, proprioque beneficio me modo ac illa affectum eſſe intelligo, nihilque non illi debere. De quo plura *Albertus Stanieuius* amicus, & vetus familiaris meus, cui fidem habeat D. V. R. meque amet, ac bene valeat. Tuderto, 8. Septembr. 1577.

EPISTOLA LXXV.

STANISLAO HOSIO Cardinali Varmienſi STANISLAVS CARNCOVIVS Epiſcopus Wladiſlauienſis.

Refert, cauſa Regis ex literis Pontificis plurimum acceſ- C *ſiſſe, nec dubitare ſe, quin diu deſiderata Synodus prouincialis optatum exitum ſit habitura.*

NOn ego quidem multas, plures tamen vnis, anno ſuperiore ad Illuſtriſſimam ac R. D. V. dedi, quas redditas non eſſe minime miror. Valde enim difficili atque infeſto itinere illis penetrandum erat. Ac ne illud quidem mihi mirum videbatur, quod Ill. D. V. his, quas initio anni dederam, non reſpondiſſet. Nam & eas ipſas ad Ill. D. V. perlatas eſſe dubitabam, & in his, quæ mihi ab eo poſterius redditæ fuerunt, non obſcuras ſignificationes dabat ſui animi in nos, qui Sereniſſimi Regis partes ſecuti fuerimus. Nunc cum iam Deus Opt. Max. ſententiam noſtram decreto ſuo comprobauit; lætamur ſane, eodem ſtudia atque voluntates hominum eſſe conuerſas. Sanctiſſimi certe D. N. literæ tam clementer tamque paterne ad Sereniſſimum Regem ſcriptæ, diuini iſtius decreti promulgationem in ſe continere nobis videntur, plurimumque D animi Sereniſſimo Regi ad defendendum res Eccleſiaſticas addiderunt. Cuius adhortatione atque impulſu nos, qui *Torunenſibus Comitiis* interfuimus aliquot Epiſcopi effecimus, vt tandem R. D. Archiepiſcopus, quamuis cunctanter, ad cogendam multum diuque a nobis flagitatam vniverſæ iſtius prouinciæ Synodum adduceretur, quæ vt primo quoque tempore exitum ſuum ſortiatur, S. D. N. auctoritas ſiue per nuncium apud ipſum interpoſita facile perficiet. At quam ſtatim adhibendam Ill. D. V. ſua ſanctitate auctorem atque impulſorem fore certiſſimum habeo. Illuſtriſſimam D. Veſtram quam diutiſſime ac feliciſſime valere percupio. Datum.

EPISTOLA LXXVI.

IOANNI FRANCISCO Cardinali Commendono.
STANISLAVS CARNCOVIVS Epiſcopus Wladiſlauienſis.

Exponit tum quod neminem pœniteat Regis nuper electi, tum quod huic Regi Gedanenſes iam dederint pœnas contumacia ſua, tum etiam quod legatus, vt dicitur, obedientia ablegetur.

QVod ipſe mea ſponte de Illuſt. D. Veſtræ erga me animo atque iudicio mihi perſuaſeram, valdeque cupiebam, id ex certorum hominum literis atque ſermonibus cognoui; de tantis nimirum noſtris ſuperiorum temporum geſtis, deque Sereniſſ. Regis noſtri renunciatione, de opinionum atque ſtudiorum noſtrorum hominum varietate; tum etiam quod meam & ipſius Principis noſtri cauſam, exiſtimationem atque dignitatem Illuſtr. D. Veſtra autoritate ſua comprobare, eamque apud S. D. N. contra omnes aduerſariorum obtrectationes atque calumnias tueri ac defendere voluerit. Quo mihi neque gratius, neque iucundius quicquam accidere potuit. Vehementer enim gaudeo, vt pridem ita etiam nunc ſapientiſſimo atque grauiſſimo Illuſtr. D. V. iudicio, meum iudicium comprobari. Ac equidem ad ipſum Principem quod attinet, certiſſimum & exploratiſſimum mihi eſt, fore, & quemadmodum neque me, neque cæteros, qui ſuas partes ſecuti ſunt ſui, de ipſo iudicii atque opinionis poenitet; ita neque Illuſtriſſ. D. Veſtram eius quod ſuſcepit patrocinii atque defenſionis pœniteat vnquam. Nam is & religionis Catholicæ ſtudioſiſſimus atque obſeruantiſſimus eſt; & tot ac tantis naturæ, ingenii, induſtriæ, ſtudii atque exercitationis ornamentis, & ad maximas res præclare gerendas, adiumentis præditus atque inſtructus eſt, vt ex omnibus qui vnquam in Polonia regnarunt, haud ſciam an aliquis par inueniatur neminem. Quod quidem non ſolum illius, ſed etiam noſtræ felicitatis eſt. Cuius rei vel hoc ipſum maximo iudicio eſſe poteſt, quod tam breui tempore tam diſſidentes a ſe, non ſolum plurimorum & inſignium hominum; ſed etiam maximarum prouinciarum animos atque voluntates nulla vi adhibita, in ſui amorem atque admirationem pertraxit. Soli *Gedanenſes* tam ſuperbi, tamque inſolentes ſunt, qui omni ſua humanitate, qua ipſos modis omnibus ad officium reuocare conatus eſt, ſpreta & reiecta ira diuina, vt ego credo, religionis atque templorum violatorum vindictam ex eis depoſcente, vires ipſius experiri decreuerunt. Iamque magnam partem experti ſunt. Nam vnius diei, ac ne eius quidem integræ ſpacio, copiis atque munitionibus eorum, quas ſibi ad quatuor milliaria ab orbe oppoſuerant, expugnatis, militibusque partim cæſis, partim fugatis, nihil ipſis præter mœnia reliquit. Quæ ne ipſa quidem tam diu defendere potuiſſent, niſi & illis tempus ad reſipiſcendum etiamnum dandum eſſe exiſtimauiſſet, & Comitiorum neceſſitas huc eum retraxiſſet. Legatus, qui iſthuc ad teſtificandum ſuum erga S. Sedem Apoſtolicam cultum atque obſeruantiam proficiſcatur, iam nunc ab eo deſignabitur. Cui ad tranſeundum per loca ſibi inſeſta, fata credo, vt adhuc fecerunt, viam aperient. Interim Illuſtr. D. V. ſaluam & omni felicitate affluentem Deus Optimus Max. quam diutiſſime conſeruet. Tormio.

EPISTOLARVM FINIS.

STANIS-

STANISLAI HOSII
S. R. E. PRESB. CARDINALIS
ET EPISCOPI VARMIENSIS
VITÆ INTEGRITATE, ERVDITIONE AC ELOQVENTIÆ GLORIA CLARISSIMI.
ORATIONES IV,
E Bibliotheca Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi
Domini Archiepiſcopi Gneſnenſis STANISLAI CARNCOVII *in lucem edita.*

ORATIO I.

Ad Franciſcum Guicerdinum, vrbis Bononienſis Præfectum, pro Lazaro Bonamico, ad docendum Græcas literas, Patauio Bononiam accerſendo.

CVm ſuperioribus hiſce diebus, Princeps Illuſtriſſime, ſummo ſtudio & contentione actum a nobis eſſet & elaboratum, vt tuo diuino atque immortali beneficio, *Lazari* nobis præſentis poteſtas fieret, viſum eſt noſtrum aliquot, qui ſumus viri illius ſtudioſi, Patauium accedere, vt & ipſum præſentem intueri, & quid animi haberet, expiſcari poſſemus. Nolo hoc loco commemorare, qualis ille nobis viſus ſit, quanta virtute, quanta eruditione præditus: quemadmodum non modo reſponderit opinioni de ſe noſtræ; verum etiam longe illam ſuperarit. Hoc dicam, quod ad præſentem caoſam pertinet, quæſiuiſſe nos ex illo, num quid a tua clementia literarum accepiſſet? quid ea de re, qua de per literas eum eo actum eſſet, ſtaturum eum animo ſuo & deliberatum haberet? Negauit ille quidquam ſe literarum accepiſſe: neque tameo obſcura ſibi eſſe dicebat erga ſe ſtudia. Egit gratias, quod ad ſe, nec opinantem, taotum honorem detuliſſemus: atque nos ita a ſe dimiſit, vt animi quidem ſui ſententiam parum nobis explicatam traderet; de ſua tamen erga nos voluntate prolixe polliceretur, vultusque ſui benignitate & orationis ſuæ ſuauitate, in certam ſpem nos adduceret, fore, vt noſtræ ſatisfieret voluntati, ſi, quam dignitas viri meretur, ratio illius habita eſſet. Atque nos quidem multo magis eſſemus admirati, ſi in taotis occupationibus, quibus impeditus eras, noſtrum negotium agere in animum induxiſſes; quam quod in hunc vsque diem differendom id eſſe exiſtimaris. Neque enim fugit nos, Te *Clementi VII.* Pontifici Maximo, quem honoris & ſanctitatis caoſſa nomino, id eſſe, qood vel *Atlanti* cœlum humeris ſuſtineoti fuit *Hercules*, vel quod *Herculi* fuit *Theſeus*: qui, ſi quando res incidunt graues & arduæ, te illis, qua es in rebus agendis prudentia, non intereſſe ſolum, ſed etiam præeſſe vult. cuius rei vel maximum documentum dedit, cum proximis hiſce diebus in nobiliſſima *Florentinorum* ciuitate conſtituenda, tua ſibi potiſſimum opera vtendom putauit, vt nihil nobis mirum videri debeat, ſi ea cogitatio, a noſtri negotii cura, mentem tuam auocarit. Nec id quidem dubium eſt, petitionis noſtræ recordationem altius pectori tuo infixam eſſe, quam vt vlla obliuione euelli poſſit. Sed quooiam vehementer metuimus, ne, ſi mora negotio interpoſita ſit, præripiatur nobis is, cuius tanto ſtu- A dio compotes eſſe cupimus, atque ita omnis ſpes potiundi illius præcidatur: Faciendum nobis putauimus vt ad te iterum accederemus: pauci quidem nomero, quo facilius & minore inuidia, atque tumultu res tranſigi poſſit; ſed ſummo omnium earum, etiam ſi quæ abſunt, nationum conſenſu & voluntate: teque etiam atque etiam vehementer peteremus, vt aliquam curæ & cogitationis tuæ partem, in hanc Rempublicam ornandam, in noſtra ſtudia adiuoanda, in tuam laudem & gloriam augendam & amplificandam, derivare velis. Non eſt mihi in præſentia propoſitum, Clariſſime Vrbis Præfecte, longa oratione amplitudinem tuam detinere, quæue ex *Lazari* aduentu ſecutura ſint commoda, pluribus verbis recenſere; quod id copioſe & ornate ſuperiori menſe ab eo factum eſt, cuius ego nunc præſentiam requiro. Leuarer enim hoc grauiſſimo apud tuam B Celſitudinem dicendi onere, cui me plane imparem eſſe ſentio: eo tamen quæ ipſe vidi, & quorum pars magna fui, non viſum eſt ſileotio præterire. Cum veniſſent Patauium noſtrum aliquot eorom qui eſſent noſtratium ſtudiorum ſtudioſi, animos, vt quisque vel neceſſitudine nos aliqua attingebat, vel veteri familiaritate, vel linguæ commercio nobis coniunctus erat, diligeoter pertentauimus. Multa apud eos de *Romuli Amaſei* præceptoris, diuina quadam eloqueotia, & incredibili ſuauitate; multa de vrbis huius celebritate, deque ſiogulari ciuium humanitate; multa de tua, Princeps Clariſſime, in literas literarumque ſtudioſos omnes propenſa voluntate prædicauimus: adeo, vt animi illorum incredibili viſeodæ vrbis huius ſtudio incenderentur, in qoa *Romulum* Romanæ principem eloqoentiæ, publico ſtipendio, bonas literas profiteri; in qua tantam eſſe hominum ciuilitatem, tantam erga exteras C gentes humanitatem, in qua eom cum ſummo imperio & poteſtate verſari accepiſſeot, qui, quod eom maxima lucis ciuilis prudeotia non mediocrem Latinarum literarum peritiam coniunxiſſet, facere non poſſet, quin quos ſua perſequi veſtigia videret, atque iisdem ſibi rationibus ad dignitates & honores viam munire, eos inprimis charos haberet, atque magis ornandis & adiuuandis perpetua cura angeretur. Sed eom dicebant eſſe *Lazarum*, vt io ſolitodine cum eo vitam degere ſatius ducerent, quam eum alio qnouis eius profeſſionis homine in fortunatis inſulis habitare; Nos vero obte-

ſtati ſunt, per ſuum in nos, noſtrum in ſe amorem & beneuolentiam, per mutuam noſtram coniunctionem; vt eis in hac vrbe nobiſcum commorandi poteſtatem A faceremus, hoc eſt, vt toto pectore in eam rem incumberemus, vt huc *Lazarus* accerſatur. Sunt autem Germani iſthic (proximi enim, vt audiui, cenſebantur) centum & tres. Eſt Gallorum maxima frequentia. Vtriusque gentis bona pars, *Lazari* ſigna, quocunque ſe ille gentium contulerit, ſecutura eſt. Sunt & Poloni complures, qui nihil ſe libentius facturos dicebant omnes, quam vt *Romulum*, cum quo iam inde a multis annis conſtituta huic genti amicitia eſt, audirent; ita tamen, ſi *Lazaro* carendum non ſit, omnes *Lazarum* ſecuturos fidem nobis ſuam adſtrinxerunt. Habes, vir clariſſime, quantum nobiliſſimorum iuuenum globum, *Lazarus*, ſi accerſatur, huc adducturus ſit. Contra, ſi (quod Deus omen obruat) repulſam paſſi fuerimus, ſunt non pauci tanto *Lazari* amore inflammati, vt vitam ſibi hanc vitalem eſſe non putent, ſi absque illo de- B genda ſit. Futuri etiam eſſent plerique, qui vt *Lazari* ferre poſſent deſiderium; pudor tamen illis faces admoturus eſſet, vt de hac vrbe deſerenda conſilium inire cogerentur. In tua poteſtate eſt, Princeps ampliſſime, vtrum Patauium vel, quod Patauio potius eueniat, vrbem hanc florentiſſimam a bona ſcholaſticorum parte deſertam eſſe velis. Sed non facies procul dubio, non facies; vt illi potius ciuitati proſpectum cupias, quæ alieno paret imperio, quam cui tu tanta cum laude præes, vt te omnes perinde atque ex veterum annalium memoria quempiam, aut potius de cœlo lapſum diuinum hominem, ſumma cum admiratione intueantur. Non committes, vt cum prodeſſe tuis ciuibus malis quam præeſſe, tantam illorum laudem & gloriam, tantam etiam vtilitatem neglexiſſe videare. Vt maximæ ſint ærarii anguſtiæ; ampliſſimi tamen C ſunt ciuium animi, qui nullius ſibi vnquam pecuniæ rationem ducendam putarunt, dum patriæ ſuæ ornamento, dum publicæ ſtudioſorum vtilitati conſulerent. Difficillimis temporibus, cum bellorum incendiis æſtuarent omnia, cum maxima huic vrbi calamitas importata eſſet, cum multo maiore rei nummariæ difficultate premeretur, inuenta tamen eſt ratio, per eos, qui ante te vrbi huic præfuerunt, qua doctiſſimis viris ampliſſima ſtipendia decernerentur, nedum tu tanta prudentia vir, tanta eruditione, tanto erga literas, & literarum ſtudioſos ſtudio, viam excogitare nequeas, qua admirabili doctrina viro, *Lazaro Bonamico*, ſingulari huic vrbi ornamento futuro, quale viri dignitas meretur, ſalarium conſtituatur. Habet hæc Respubl. principes in iure ciuili viros, habet rei medicæ peritiſſimos, habet Latinæ eloquentiæ deum quendam *Romulum*, qui ſi *Lazarum*, D quem ipſe, petitionis noſtræ æquitate perſpecta, vehementer expetit, vt ſua proxime oratione declarauit; ſi *Lazarum*, theſaurum doctrinarum omnium, ſibi habuerit, non ſolum eſſe, ſed ne fuiſſe quidem, aut eſſe aliquando poſſe, Academiam vllam hac celebriorem, aut vrbem hac feliciorem, mortalium omnium iudicio comprobatum iri non dubitamus. Age itaque, heros nobiliſſime, tantæ omnium voluntati, tanto ſtudio & contentioni, tanto vrbis ornamento & vtilitati ne deſis. Et ſi tibi glorioſiſſimus, ſtudioſorum vero cohorti gratiſſimus dies ille fuit, quo, multis fruſtra repugnantibus, virum loris ciuilis conſultiſſimum, *Petrum Paulum Parrhiſium*, publico ſtipendio, & eo quidem honorificentiſſimo, huc accerſendum curaſti: noli dubitare ſimilem illi gloriæ laudem quam ſæpiſſime quærere. Tuum eſt iſtud, Princeps doctiſſime, tuæ dignitatis, tuæ eruditionis, magis in dies atque magis de vere literatis & literis bene mereri. Doctrina iſta tua ſingularis & egregia dicendi facultas, ſpem nobis dedit, fore nos noſtri deſiderii compotes; eadem, vt opem ferat, rogamus, obteſtamur te & obſecramus, per omnia ea, quæ chara tibi ſunt & iucunda (quandoquidem digniſſimus vnus a nobis iudicatus es, ad quem tantam laudem, & gloriam deferremus) ne nos indignos exiſtimes, quorum precibus concedas. In tua nunc manu eſt, in perpetuum nos tibi obſtringere: penes te, vt cæterarum rerum omnium, ſic huius quoque negotii conficiendi ſumma poteſtas & facultas. Coniuncta ſunt nobiſcum ſummorum in hac Re- B publ. virorum ſtudia, atque, vt alicuius etiam voluntas abhorreret, tamen, modo te velle ſignifices, illico ad tuum ſe nutum conuertent omnes. Si iuſta nos abs te petere intelligis: ſi lectiſſimos iuuenes, quorum vultus atque ora ſuperiori menſe conſpexiſti, dignos eſſe iudicas, qui quod optant, optatum ferant: ſi petitionem hanc noſtram cum ſummo vrbis huius ornamento, nec mediocri vtilitate; ſi cum maxima tua laude & gloria coniunctam eſſe perſpicis: petimus abs te, & in ſummi beneficii loco petimus, vt noſtris apud te precibus loci eſſe aliquid patiare. Ita nos tibi ea re deuinctos reddes & obligatos, vt, ſi vitam etiam noſtram & ſanguinem, pro tua dignitate profunderemus, ne minimam tamen tuarum in nos meritorum partem aſſecuti videamur. Vbi ſuæ quemque patriæ Deus compotem fecerit, in *Hiſpaniis*, *Galliis*, C *Germanis*, in *Vngaria*, *Bohemia*, *Polonia Franciſcum Guicerdinum* in ore ſemper habebimus: illuſtris *Guicerdinorum* familiæ nomen & laudes celebrabimus. Huic ſi quid in nobis literularum fuerit, huic fortunas omnes, huic denique nos ipſos acceptos referemus: & ſi cui Deus ex tanto Scholaſticorum numero eam facultatem conceſſerit, id quod non tam ſperandum pleriſque eſt, quam optandum, nomen etiam tuum immortalitati curabimus conſecrandum.

ORATIO II.

Ad Cardinalem Campegium, Legatum Apoſtolicum, Bononiæ habita, eiusdem argumenti cum ſuperiore.

TOtus iſte, quem vides, nobiliſſimorum iuuenum coetus, ſacratiſſimi Ordinis Princeps ſacratiſſime, Chriſtiani orbis cardo adamantine, totus, inquam, iſte lectiſſimorum iuuenum cœtus, quorum in præſentia vultus lætos atque alacres intueris; me tibi aduentum tuum proſperum & incolumem gratulari iuſſit. Ego vero, qui nec vſu quidquam, nec ingenio multum poſſum; & quem ad quiduis potius, quam ad dicendum aptum & idoneum natura finxiſſet: ne mihi tantum onus hoc tranſmitteretur, quod ferendo

illi

illi par non eſſem, vehementer contendebam. Sic enim mecum cogitabam, eum, qui dicendi partes apud te ſuſcepiſſet, cum aliis oratoriis facultatibus; tum voce ac actione egregie inſtructum eſſe oportere: quod ea te doctrina A præditum audiebam, ad eos honores aſcendiſſe videbam, vt nihil ad te niſi perfectum ingenio, elaboratum induſtria adferri debere iudicarem. Me vero, vt cæteris, quæ ad hoc munus obeundum pertinerent; ita ea præcipuè parte defici intelligebam, cui primas, ſecundas, tertias, princeps oratorum Demoſthenes tribuiſſet, qui nihil prius aut antiquius habuiſſe dicitur, quam vt naturæ impedimenta, diligentia induſtriaque ſuperaret. Sed quo magis repugnabam, hoc iſti inſtabant ardentius: ſanctiſſimum amicitiæ nomen opponebant, eamque læſam à me iri affirmabant, ſi ſtudio illorum obſecutus non eſſem. Cedendum itaque eorum autoritati putaui, multoque duxi ſatius, ſi paruiſſem, imprudentiæ reprehenſionem ſubire, quam, ſi tantæ omnium voluntati defuiſſem, beneuolentiam ab illis meam deſiderari. Sed quibus ego verbis ingentem lætitiam, qua, ob te feliciter reducem, affecti ſumus, ſatis explicare potero? Si medius fidius ea mihi, quæ cogitatione fingi poteſt, maxima, orationis adeſ- B ſet vbertas & copia, tamen quantum animo gaudium conceperimus, quod te ſaluum & incolumem videre liceat, dicendo conſequi vix poſſem. Neque enim adduci queo, vt credam, maiore qoenquam ſtudio deſideratiſſimos parentes videre concupiuiſſe; quam quanto tua à nobis præſentia expetita eſt. Id adeo veriſſimum eſſe cognoſces, vbi inſolitæ huius & incredibilis lætitiæ noſtræ cauſſas perſpexeris, quæ quidem ſunt plurimæ. Quis enim de illius in patriam reditu non gaudeat, cui, præter ſummum natalium ſplendorem, ſumma virtus & integritas, egregia omnis generis literarum peritia, eiuſmodi ad honores & dignitates viam munierit; vt vnus digniſſimus habitus ſit, qui in dignationem ampliſſimorum virorum veniret, atque in Romanorum Sacerdotum numerum referretur, Cardinalitioque galero inſignis fieret? tum de his rebus, quæ ad totius Chriſtianæ Reipublicæ ſtatum pertinent, à ſummis Pontificibus, ad ſummos Imperatores, & ad potentiſſimos quoſque Reges Chriſtia- C nos, iterum atque iterum legatus mitteretur; atque ita ſemper munere ſuo functus ſit, vt maximam ex eo prudentiæ non laudem ſolum, ſed etiam admirationem conſecutus ſit? Sunt hæc certe eiuſmodi, vt tecta ipſa & parietes talis viri aduentu exhilarari poſſe videantur. Sed eſt alia quoque nobis cauſa peculiaris, quamobrem ob re feliciter reducem nimio elati gaudio omnibus lætitiis incedamus. Vides, Ampliſſime Princeps, hanc nobiliſſimorum iuuenum coronam, quæ nunc de tuo vultu pendet, tuum nutum obſeruat, & quemadmodum ex conſpectu iſto tuo ſummam cupit voluptatem; ita, quam conſtans & diuturnum gaudium hoc ſuum eſſe velis, ſuſpenſo admodum & ſollicito animo expectat. Omnes hi dulcem patriam, parentes deſideratiſſimos, propinquos chariſſimos, fortunas denique ſuas fere omnes, quæque ſibi iucundiſſima apud ſuos accidebant, ſolo literarum amore adducti reliquerunt: omnia abiicienda ſibi hæc & con- D temnenda putarunt, præ vt ingenii cultum aliquem caperé, & liberalibus artibus, ita vt liberaliter educatos facere par eſt, mentes expolire poſſent. Non opibus, non gratia, non fumoſarum imaginum commendatione ad dignitates iter ſibi patefaciendum; ſed virtute, ſed eruditione, ſed prudentia & vſu rerum, eo contendendum, atque hiſce rationibus honori ſuo velificandum eſſe dixerunt. Quarum rerum conſequendarum cum ſummam ſibi facultatem in altrice literarum Italia futuram perſuaſum habuiſſent, eam viſere in animum induxerunt: atque ex nobiliſſimæ regionis ciuitatibus ampliſſimis, *Bononiam* potiſſimum delegerunt, ad quam tanquam ad mercaturam bonarum artium, ſeſe conferrent. Neque vero loci nos huius pœnitet. Nam vt de vrbis ipſius amœnitate, ciuium ſingulari humanitate ac lepore, rerum omnium copia & abundantia nihil dicam: prouiſum eſt ampliſſimi Senatus prudentia, vt nec ab eloquentiæ candidatis, nec a Iuris vtriusque ſtudioſis, nec ab his qui Medicæ ſe facultati dediderunt, quidquam deſiderari queat. Cui enim *Romuli Amaſei* nomen inauditum eſt? qui Latine dicendi facultate eo proceſſiſſe videtur, vt cum ab aureo Ciceronis ſeculo diſceſſeris, neminem minus inquinate, neminem magis pure locutum exiſtimes. Cui maxima pars noſtrum, ſi quos vel ſcribendo vel dicendo Latine proceſſus fecimus, maxima ex parte acceptum referimus. Is ſumma cum voluptate noſtra & vtilitate, nec minori laude ſua & gloria, Latinas literas publico ſtipendio profitetur: & laborum ſuorum fructum tulit non pœnitendum, cum ornatiſſimi Senatus, inprimis autem clariſſimi viri & omni laude digniſſimi, *Franciſci Guicerdini*, vrbis huius Præfecti, beneficio ſingulari, præclara & fortunarum & honoris acceſſione, pro eo atque dignitas illius meretur, auctus eſt & honeſtatus. Non poſſum hoc loco, de optimi Principis huius eximiis virtutibus tacere: qui ita in hac vrbe cum ſummo imperio & poteſtate verſatur, vt ſummis, mediis, infimis, omnibus ordinibus, omni hominum generi, ſeſe probet maxime. Neque vero de priuatis illius virtutibus, mihi dicere propoſitum eſt, quas ille, ſpecie diſpares, prudentia coniunxit. Nam cum nihil ſit magis diſiunctum, quam ſeueritas à comitate: in ſumma tamen grauitate, mira quadam & incredibili ſuauitate temperatus eſt; de his tantum dicam, quæ ad nos propius pertinent. Eſt quidem vir ille ornatiſſimus, grauiſſimis Reipubl. occupationibus ita diſtentus, vt nulla fere ab illis ei detur vacatio: idem tamen adeo ſtudia quoque noſtra non negligit, vt non partem aliquam curarum deriuaſſe; ſed omni cogitatione & toto, quod aiunt, pectore, in ea prouehenda, iuuanda & ornanda, incubuiſſe videatur. Neque vero vnum aut alterum doctrinarum genus reſpicit; cæterarum autem nulla cura tangitur: ſed quemadmodum ipſe in omni literarum genere ita verſatus eſt, vt excellat: ſic cum omnem doctrinam ingenuarum & humanarum artium vno quodam ſocietatis vinculo contineri perſpectum habeat & exploratum, omnibus omnium ex æquo ſtudiis conſultum eſſe cupit, præcipue vero cum egregiam Iuris ciuilis prudentiam, non mediocri Latine dicendi facultate condiuerit; ad hæc potiſſimum ſtudiorum genera ornanda animum adiecit. Itaq; non contentus *Romuli* fortunas auxiſſe, cum eum ſcribarum principatu cohoneſtaſſet, ad Iuris ciuilis profeſſores mentem cogitationemq; retulit. Et primum quidem *Ludouico Gozadino* ſtipendium auxit. At cui viro? ei, qui præter quam quod eſt nobiliſſimis ortus maioribus, & ſua ipſe virtute clariſſimus, ita iuris excellit prudentia, vt nemo ei tradendi illud facultate comparandus videatur. Deinde vero virum doctiſſimum *Petrum Paulum Parrhiſium*, cuius in explicando iure diligentiam admirantur omnes, *Patauio* huc acciuit: vt nihil ſit quod Iuris ſtudioſi deſiderare poſſint. Ne

intra

intra hos quidem fines, illius in ordinem hunc noſtrum benignitas conſiſtere cogitat: maius adhuc quidam molitur: maius ſuæ erga nos beneuolentiæ documentum, nobis dare cupit: cupit, ſi per te liceat, patriam hanc tuam ornatiſſimam, ornatiorem reddere: cupit Gymnaſium hoc, toto orbe celeberrimum, doctiſſimis viris multo eſſe refertiſſimum: cupit egregiis ſuis factis extremam nunc manum imponere. Sed quid impedit, quo minus ordine tibi rem ita vt geſta eſt explicem: vt nihil me a vero aberraſſe intelligas, cum dicerem, ſuauiſſimorum parentum videndorum vix vllum maiore vnquam incenſum fuiſſe deſiderio, quam quanto tuum nos aduentum expectauimus. Etenim cuius cauſa patriam reliquimus, parentes deſeruimus, propinquos neglximus, æqualium noſtrorum conſuetudine, amiciſſimorum colloquio & familiaritate, nobis ipſi interdiximus: eius per te nobis poteſtatem factam iri ſperamus. Obſecro autem tuam amplitudinem, vt me tibi rei ſeriem percenſentem, ea qua cœpiſſi attentione audire digneris, neque enim longum faciam; quo ad eius fieri poterit, breuiſſime percurram omnia. Nunquam nos, Antiſtitum Princeps digniſſime, vel loci huius, vel eorum, qui hic bonas artes profitentur, pœnituit. Sed qui nobis aditum ad grauiora ſtudia patefacerent, & fontes illorum atque origines commonſtrarent, hi a nobis deſiderati ſunt. Quam vellem, copioſe hoc loco dicere poſſem, vnde diſciplinæ omnes manarint: quæ baſis, quod fundamentum earum ſit: niſi vererer, ne quemadmodum *Phormio* apud *Hannibalem* de re militari diſſerens, delirus illi ſenex viſus eſt: ſic ego, ſi longiorem de origine doctrinarum omnium apud te orationem inſtituerem, iure optimo, a mente deſertus iudicare poſſem. Certe niſi ipſe perſuaſum haberes, a *Græcis* omnem ingenuarum artium doctrinam profluxiſſe, nunquam eximia ſpe, ſummæ virtutis adoleſcentes filios tuos, *Alexandrum* & *Ioannem*, ei in diſciplinam tradidiſſes; qui inter linguæ huius peritiſſimos, omnium conceſſu, principem locum obtinet: niſi cognitum tibi eſſet & exploratum; eos demum recte literis nauare operam, qui ex fontibus Philoſophiam hauriunt, non qui riuulos conſectantur: Ius ciuile e media Philoſophia ſumtum: omnia denique grauiora ſtudia, Philoſophorum ſcriptis prædiſcendis, permultum adiuuari: nunquam tanto ſtudio eum quæſiuiſſes, qui, princeps ætatis noſtræ Philoſophorum, *Ariſtotelem* principem liberis tuis interpretaretur. Quamobrem, cum eas ipſas res animo nobiſcum pertractaremus, permagnum ad Ius ciuile intelligendum *Græcas* literas adiumentum adferre: Philoſophiam autem, vnde ius ipſum trahit originem, niſi e Græcia petatur, non eſſe maximi faciendam: omnem curam & cogitationem in eo conſumpſimus, vt compotes alicuius fieri poſſemus, vnde hæc, ex quibus omnis *Latinorum* orta eſt eruditio, cognoſcere liceret. Illico *Lazari* nobis *Bonamici* in mentem venit, in quo eſt ea *Latinæ* & *Græcæ* linguæ peritia: ea interiorum & reconditarum literarum cognitio, vt *Theodoris* illis, *Hermolais, Picis,* ſi non anteponendus, certe comparandus iure optimo videatur. Tum autem adeo vir ille in legendo docendoque nullum laborem refugit, vt non minus in illum, quam in doctiſſimum *Originem, Adamantii* cognomen quadrare queat. De te quoque ſubiit animum noſtrum recordatio, qui, quo es in dignoſcendis doctorum virorum ingeniis iudicio præditus, in tam ampla fortuna tua nunquam commiſſurus eras, vt liberos tuos, quorum tibi ſemper fuit, ita vt eſſe debet, cura antiquiſſima, ei commendares, qui principatum inter doctos non teneret. Et tuum itaque

A & totius orbis de hoc viro iudicium ſecuti, pulcherrima quadam conſpiratione facta, incredibili conſenſu omnium & ſumma voluntate, ad vrbis huius Præfectum, nunquam mihi ſine honoris præfatione nominandum, acceſſimus: multis ab eo precibus contendimus, vt tanti viri præſentia, vrbem hanc ornatam, ſtudia noſtra adiuta, laudem ſuam & gloriam in extremos vsque orbis terrarum fines propagatam vellet. Simul atque audiuit poſtulata noſtra, Princeps optimus, nos de tanto erga literas atque earum profeſſores amore dilaudauit. Non inauditum ſibi eſſe *Lazari* nomen dicebat: quod ab aliis quoque antea multum de inſigni viri eruditione accepiſſet, daturum ſe operam recepit, vt, quam primum de voluntate illius certior factus eſſet, noſtro ſatisfaceret deſiderio. Petitus eſt deinde a nobis ordo ampliſſimus, qui & ipſe prolixe nobis de ſua voluntate promiſit. Omnes huius vrbis Principes ſollicitos habuimus: omnes ſuam nobis auctoritatem & gratiam ad hoc

B negotium conficiendum detulerunt. Virum etiam ſpectatiſſimum grauiſſimumque *Antonium Mariam* fratrem tuum, qui tum dictaturam gerebat; vt, quoniam ciuitatis nomen ſua auctoritate ſuſtineret, ſe ad cauſſam noſtram adiungeret, & eam ſuffragio ſuo plane, quod aiunt, colophonio adiuuaret, deprecati ſumus. Huic a clariſſimo vrbis Præfecto datum eſt negotium, vt quid animi haberet *Lazarus*, an in pactionem aliquam deſcenſurus eſſet, per literas expiſcaretur. Continuo vir humaniſſimus, vt eſt in ordinem noſtrum effuſus ſuauiſſime, nulla mora interpoſita, *Lazarum* per literas petiuit, vt ſuam ſibi voluntatem patefaceret. Solicitatus is iam erat, & literis certarum nationum, & ſermone nonnullorum, qui viſendi illius cauſa Patauium profecti, ne tantæ ſtudioſorum voluntati deeſſet, vehementer ab eo contenderunt. Reſpondit itaque quoniam ad noſtrum hunc ordinem, amandum, ornandum, omnique ope iuuandum, omnes vitæ ſuæ rationes transmiſiſſet, quiduis ſe potius facturum,

C quam vt tam amantium ſui nobiliſſimorum iuuenum tam honeſto deſiderio non obtemperaret. Quare voluntatem ſuam minime abhorrere non obſcure ſignificauit: ſed cum ſemel in fidem ſe tuam & clientelam contulerit, integrum ſibi eſſe negabat, quidquam, niſi de tua ſententia, ſtatuere. Ad te retulit, in tuum aduentum reiecit omnia: quidquid tu decreuiſſes, id ſe cupide & libenter amplexurum promiſit. O te felicem, qui eiusmodi virum in clientela tua habeas! Felices liberos tuos, quibus talis dicendi & faciendi magiſter contigit. Aiunt *Philippum Macedonum* Regem, cum *Alexandro* filio auctus eſſet, Diis gratias egiſſe, non tam quod natus ſibi eſſet filius, quam quod in *Ariſtotelis* ætatem incidiſſet. Illius enim in educando cura & diligentia effectum iri ſperabat, vt & ſe patre & tanto imperio dignus euaderet. Quanto id abs te dici poſſet rectius? nam quamuis eiusmodi fuerit *Ariſtoteles*, vt omnes in illum vires ſuas & facultates

D effudiſſe natura videretur: vsque eo, vt ſi quid illum fugerit, id ſub intellectum hominis cadere non poſſe, à doctis atque intelligentibus memoriæ proditum ſit: fuere tamen non omnino leues auctores, qui illum vita dicerent fuiſſe non inculpatiſſima: cum contra *Lazarus* hic *Bonamicus*, cuius fidei pignora tua commendaſti, non eo tantum nomine cenſeatur, quod circulum doctrina-

rum

rum omnium abſoluerit; ſed morum etiam probitate & totius vitæ innocentia, permagnam ſibi apud omnes ad mirabilitatem faciat: dum ampliſſimum omnium artium bene viuendi diſciplinam, non vita minus quam literis perſequitur. Ex quo factum eſt, vt omni laude cumulati iuuenes filii tui, longo vſu illius non ſolum æqualibus ſuis anteponi, ſed cum maioribus natu comparari queant; tum ſingulari morum integritate ita excellant, vt in amoribus ſint apud omnes, & tanquam de cœlo lapſi diuini homines, omnium in ſe ora atque oculos conuertant, ſumma ab omnibus admiratione afficiantur: vſque eo etiam, vt ſapientiſſimi viri, progreſſum in illis ætatis non expectandum eſſe duxerint; ſed eos annalibus legibus ſolutos, cupide & libenter in ſacrorum Pontificum collegium cooptarint: cum virtutis illorum, quam ætatis curſum eſſe celeriorem cognouiſſent. Sed me tanti viri admiratione longius a propoſito digreſſum eſſe ſentio: nunc ad inſtitutum redeo. Poſteaquam renunciatum eſt nobis, in tuum aduentum extracta, ad tuam voluntatem relata eſſe omnia: vota pro ſalute tua frequentes nuncupauimus. Deum Opt. Max. dies noctesque comprecati ſumus, vt tuum ad nos aduentum maturaret: nec quicquam nobis longius videbatur, quam dum te præſentem videremus. Eam enim ſpem de tua ſingulari humanitate & propenſa erga literarum ſtudioſos voluntate conceperamus, vt ne ſponſione quidem & iſto ſacramento cum plerisque contendere dubitaremus, quin ſimul atque incolumis in hanc vrbem perueniſſes, Lazari nos primo quoque tempore compotes facturus eſſes. Nam & velle te nihil dubitamus, & debere intelligebamus, & poſſe videbamus. Neque enim conſentaneum eſſe videtur, vt cum ſis tanta naturæ bonitate præditus, atque omnibus his artibus, quæ ſunt libero homine dignæ, perpolitus, lectiſſimorum iuuenum preces aſpernari, eorum ſtudiis nolle proſpicere, tantumque eis fructum inuidere videare. Quorum vt precibus non concederes (quæ tamen aſperitas, in tam elementem & benignam naturam minime cadere poteſt) debes tamen hoc patriæ tuæ, vt eam tanti viri præſentia ornandam, tanto doctrinarum omnium theſauro locupletandam cures. Nolo hoc loco, quæ ſunt ex illius aduentu commoda ſecutura, percenſendo, orationem meam dilatare; quod hæc apud eum commemoranda putarem, qui *Lazarum* ignoraret: tibi vero cum ſit notiſſimus, quid attinet ea, quæ tu iuxta nobiſcum tenes, auribus tuis inculcare? Non te fugit procul dubio, quantum ſemper ſectatorum numerum habuerit *Lazarus:* & hoc ad aures tuas perueniſſe arbitror, illius cauſa nunc quoque *Patauii*, quam plurimos commorari, qui cum multo ſint vrbis huius cupidiores, cum illo tamen in ſolitudine vitam degere malunt, quam ſine illo in fortunatis inſulis habitare. Non dicerem hoc, niſi cum ſuperioribus menſibus Patauium excurriſſem, à multis ipſe dici audiuiſſem, qui me vltro etiam rogarunt, vt eis pro virili mea parte, hic agendi facultatem conficerem: id quod ita fieri poſſe affirmabant, ſi *Lazarus* huc accerſitus eſſet. Longe enim ſe malle in hac hominum luce verſari. Ex quorum aduentu quantum ſit emolumenti ad hanc vrbem peruenturum, tu ipſe pro tua prudentia diiudicare potes. Debes autem hoc patriæ tuæ; vt illius potiſſimum commodis conſultum velis, præſertim, cum tanta ſit eius rei conficiendæ penes te vnum poteſtas & facultas. De tuo nutu pendet *Lazarus:* velle te ſignifica, *Bononiam* vt

veniat, dictum ac factum, confecta erunt omnia: & nos immortali tibi beneficio deuinxeris: & patriam tuam pro eo atque debes ornaris: & nominis tui æternitate proA ſpexeris. Per fortunas, vir clariſſime, per liberos tuos, & doctrina, & virtute præſtantes, perque omnia ea, quæ chara tibi ſunt & iucunda, oramus te & obteſtamur, ne gaudium hoc noſtrum, quo ob te reducem affecti ſumus, repentina aliqua ægritudine contaminare, preces noſtras aſpernari, nobiliſſimam hanc iuuentutem contemnere, & pro nihilo ducere velis. Tu nobis tum, cum maximo laboraremus, perinde atque numen aliquot propitium & ſalutare, derepente affulſiſti: in te nunc ſtudia noſtra inclinata recumbunt, in te & ſpes & ratio illorum omnis poſita eſt & defixa. Fac nobis viri illius poteſtatem, ſub quo dicendi ſtipendia facere, ſub quo ingenuarum artium doctrina, mentes expolire, a quo etiam recte viuendi exemplum ſumere poſſimus. Si noſtris hoc precibus largiri non vis: largire patriæ tuæ, quam bona pars iuuentutis huius deſerere cogitat, niſi *Lazari* compos fiat. Quæ mihi ſic tecum agere, & quodam modo tacita loqui videtur. Es tu quidem ita, vt liberaliter educatum B par eſt, omnibus liberalibus artibus inſtructiſſimus, tum fortunæ beneficio, quam tui mores tibi finxerunt, ad ſummos honores & dignitates euectus: ſed ſi recta tecum ratione reputare velis, omnia hæc, quibus magnus es & conſpicuus; vel animi, vel corporis, vel fortunæ bona, mihi vni accepta ferre debes: meo mihi id iure vendicare poſſum. Nam niſi ego te primo in hanc lucem protuliſſem: niſi tanta cura & diligentia, paruulum educaſſem: niſi optimis quibusque præceptis & inſtitutis te auxiſſem; nunquam ad iſtos honores aſcendiſſes: nunquam tantam nominis claritatem conſecutus eſſes. Neqoe vero exiſtimare te velim, exprobrandi gratiâ hæc à me nunc dici: etenim iam olim paria mecum feciſſe videris, atqoe adeo agros fertiles imitatus, plus etiam ad me attuliſti, quam à me accepiſti. Nam cum plurima tua in te beneficia conſtent, quanti me iſtud facere putas, quod, cum liberos ſuſceperis, eos non minori cura inſtituendos atque erudi-C endos curaris, quam vnicum filium potentiſſimus Macedonum Rex *Philippus?* Singulare hoc tuum agnoſco beneficium. Neque enim ſatis mihi abs te factum putabas, ſi & maiores ipſi tuos (quorum ſemper fuit ſplendor maximus) clariores, & me nominis tui fulgore illuſtriorem redderes, niſi liberorum atque tuorum teneram ætatem, ita ab optimo artifice fingendam curaſſes; vt in veriſſimam ſpem adducar, fore vt ipſi quoque tua veſtigia perſecuti, non minus atque tu rebus meis lucis allaturi ſint. Fateor itaque atque adeo profiteor & præ me fero, cum aliis nominibus, tum hoc præcipue debere me tibi plurimum. Sed ad cætera tua in me benefacta, accedet hic cumulus vel maximus: ſi quem ex doctiſſimi viri conſuetudine liberi tui fructum percipiunt, cum ad reliquos ciues tuos, qui vel cognitionis vinculo tibi copulati ſunt, vel alia quapiam te neceſſitudine attingunt; tum ad hos qooque literarum ſtudioſiſſimos adoleſcentes, quos ego nunquam alienos à me iudicaD vi, redundare patieris. Hi me patriæ ſuæ præpoſitam habuere: hi mea cauſa parentes deſideratiſſimos poſthabendos, dulces propinquos negligendos, amiciſſimorum conſuetudinem omittendam ſibi putauerunt, dum omnia illis vno literarum ſtudio poſteriora ſunt, vt humanitati meæ minime conſtare videar, niſi eos

quoque ciuium meorum loco numeroque habeam, quorum ego celebritate non minus quam indigenarum frequentia gaudere ſoleo. Neque id eo tantum nomine, quod mei ex illis locupletiores reddantur & ditiores: ſed etiam quod orbem terrarum nominis mei fama implere conſueuerint. Ego mater ſtudiorum appellor, ego in numiſmate meo docere me glorior, nec alio inſigni magis delector. Iactent vrbes aliæ copias & diuitias ſuas: iactent ædes magnificas & ſumptuoſas: iactent militem ad arma paratum: res bello geſtas prædicent; ego cum his quoque rebus ita affluam, vt non temere cuiquam ampliſſimarum vrbium concedam, non alio tamen nomine vel libentius glorior, vel frequentius, quam quod *Athenarum* in me laus & gloria transfuſa eſſe videtur: quod ex vltimis terrarum finibus, non ſordes & quiſquilias hominum, non fecem ciuitatum, ſed domi ſuæ nobiliſſimos quoſque iuuenes ad me conuolare, in ſinum ſe meum conferre video: neque vero idcirco vt ſordidam mercaturam exerceant, vel quæſtum ſibi aliquem ex me comparent; ſed vt effuſa in meos liberaliter pecunia, ingenii cultum ſibi mercentur, liberalibus diſciplinis mentes expoliant, ad res graues adminiſtrandas aptos ſe reddant & idoneos, quo & ſibi honori, & amicis vtilitati, & Reipub. emolumento eſſe poſſint, harum ego laudum gloria ſubnixa incedo, hiſce de rebus magnifice me effero. Sed proh Deum atque hominum fidem, quam longe nunc abſum ab ea, quæ fui antea? Olim ab hoc hominum genere frequentabar; nunc ab vno *Lazaro* multo maximam partem in ea ciuitate detineri audio, quæ nulla ex parte conferri mecum poſſit. Illuc *Galli*, illuc *Germani*, illuc *Poloni*, *Bohemi*, & cæteri confluunt quam plurimi: illuc hæ quoque reliquiæ migrare cogitant. Nunc ego tuum imploro auxilium: atque ſi parentem hoc facere æquum eſt tuam, ad tua ſupplex genua accido, ne hanc mihi laudem præreptam, ne tantam impoſitam ignominiam, ne me ægram, ac prope deſertam ab omnibus & derelictam eſſe velis. Per te precor immortales (aguntur enim ciuium meorum vectigalia: agitur honos meus & exiſtimatio) ſi me non nouercam, ſed germanam ſemper parentem expertus es: aliqua opera factum intelligis, vt is eſſes qui es: da mihi quæſo hanc gratiam, vt celebrem me potius velis eſſe quam deſertam. Multa in me ornamenta, multa beneficia contuliſti: ſed ea omnia aut *Lazari* accerſendi poteſtate facta augeas, aut, ſi ſecus feceris, occaſura eſſe iubeas. Hæc tibi patriam atque eandem parentem tuam, ſi vocem edere poſſit, dicturam putato, cui te petenti quidquam negare, parum pium videri queat. Sed finem iam dicendi faciam: neque enim longiorem cauſa orationem deſiderat, quæ ipſa pro ſe ſatis loqui videtur. Hoc te iterum atque iterum hæc nobiliſſimorum iuuenum corona orat atque obſecrat, ne per te fieri velis, quo minus affectum hoc per clariſſimum vrbis huius præſidem negotium, & vero, vt dicam pene confectum, perfici tandem aliquando ab eodem poſſit. Neque enim aliud is, quam aduentum tuum expectauit: nec aliud nunc, quam nutum & voluntatem tuam requirit. Quem ſi tu oratione tua cohortatus fueris, vt primo quoque tempore pulcherrimum facinus hoc ad exitum perducat: & eum, egregia animi inclinatione in cauſam noſtram propendentem multo alacriorem reddideris, & nos tanto tibi beneficio obſtrinxeris, vt ſi vitam etiam & ſanguinem pro tua dignitate profuderimus, nec minimam tamen tuorum in nos meritorum partem aſſecuti videamur. Dixi.

ORATIO TERTIA.

Ad Sigiſmundum II. Regem Poloniæ, in reditu eius ab exercitu contra Valachos relicto, dicta in Eccleſia Cathedrali Cracouienſi.

SAluum te ad nos redire, *Sigiſmunde* Rex Auguſtiſſime, tanto lætamur impenſius, quanto maiore ſtudio DEUM ſemper ſumus deprecati, vt re bene geſta, te reducem ad nos incolumem videre liceat. Omnes pro tuo iſto felici reditu vota dedimus: quorum compotes facti incredibilem in modum gaudemus. Etenim ex tua, qui ſpes es altera Regni, sereniſſimique Parentis tui ſalute & felicitate, noſtram quoque ſalutem & felicitatem pendere intelligimus: ita, vt hoc tibi poſſit eſſe perſuaſiſſimum; neminem eſſe in hac, qua circumfuſus nunc es, ſacerdotum corona, qui non maiore cura & diligentia pro veſtrarum Maieſtatum, quam pro ſua ipſius incolumitate, proſperiſque ſucceſſibus Deo ſit ſolitus ſupplicare. Agnoſcimus Sereniſſimi Parentis tui ſingularem in nos beneficentiam, liberalitatem, clementiam, cui vitam a DEO quam longiſſimum concedi, tam ardenter cupimus, vt de noſtræ etiam vitæ tempore ademtum aliquid ſinguli, atque ad illius annos additum velimus. Hunc enim totius ordinis noſtri tutorem fideliſſimum, hunc propugnatorem iurium noſtrorum fortiſſimum, hunc patronum beneficentiſſimum, hunc non tam dominum quam parentem noſtrum clementiſſimum, experimur. De quo ſiquid factum DEUS aliquando voluerit, quod vtinam ſero contingat: ſed vt ſint incertæ res mortalium, ita, vt ne quid veſper quidem ſerus vehat ſcire poſſimus: ſi quid ei humanitus acciderit (qui vtinam natus eſſet immortalis) ad quem nobis confugiendum? cuius fides imploranda? cuius erit præſidium inuocandum, niſi tuum, *Sigiſmunde* Rex Auguſte. Non es procul dubio commiſſurus, quin, quod oris totiuſque corporis figura & lineamentis refers, ſis vita etiam & moribus expreſſurus. Neque facies, vt quorum propugnationem tanto ſtudio Sereniſſimum Parentem tuum ſuſcepiſſe vides, in eorum ſalutem & conſeruationem non pari ipſe cura ſtudioque incumbas. Ac in magna tuæ & noſtræ felicitatis parte id ponimus, quod ad eam ætatem iam perueniſti, in qua vitam, facta, mores, Sereniſſimi Parentis tui contemplari cum iudicio poſſis. Quæ vt diligenter contempleris rogamus; atque ita contempleris, vt ad eandem formam, vitam tuam inſtituere in animum inducas. Qui volent, *Iulios* tibi, *Auguſtos*, *Traianos*, imitandos proponant: mihi domi habere iſtos videris omnes. Etenim in vno Sereniſſimo Parente tuo, *Iulii* clementiam, *Auguſti* felicitatem, *Traiani* virtutem bonitatemque videre licet, neque fuit iſtorum vnus quiſquam, tot & tam præclaris animi & corporis dotibus ornatus, quot in Sereniſſ. Parente tuo non ſine ſtupore quodam & admiratione cernimus. Quare viuum hoc exemplar, vnde tu ipſe progreſſus es, ſubinde intuere: in Sereniſſ. Parentem tuum, tanquam in ſpeculum, inſpice: atque inde tibi viuendi formulam ſumito, cuius ego plurimis aliis virtutibus enumerando recenſendis in præſentia ſuperſedebo, ne ſim longior. Neque enim dicam,

cam, qua prudentia, qua iuſtitia populos regat ſibi ſubiectos, qua ſit animi moderatione, qua clementia, qua bonitate, qua ſit fortitudine in hoſtibus debellandis, non iis tantum qui videntur; verum etiam iis, qui quanto minus ſub oculorum noſtrorum aſpectum cadunt, tanto cum eis bellum gerimus periculoſius; cuius generis ſunt ira, quæ furor breuis eſt; voluptas, qua nihil eſt virtuti magis inimicum; dolor, metus, cupiditas, quibus in fraudem ſæpe homines impelluntur, franguntur que animi eorum & debilitantur, quo minus poſſint toto pectore, quod aiunt, in virtutem incumbere. Hæc ſereniſſimus Parens tuus ita rationis imperio ſubiecit, vt ne inter priuatos quidem, nedum Reges & Principes, hoc tempore facile quenquam reperire liceat, qui omnes animi ſui motus, perinde in ſua habeat poteſtate. Ita, vt qualem eſſe volunt ſapientem ſuum *Stoici*, in quo nullæ ſint perturbationum procellæ & tempeſtates; ſed ſumma animi tranquillitas, talem vnum propemodum hoc noſtro ſeculo inuentum eſſe gloriari poſſimus: cuius in rebus, ſiue lætis, ſiue triſtibus, eundem ſemper vultum videre liceat, cum mentis, a qua is fingitur, nulla fiat mutatio, nulla plane perturbatio. De iis ſereniſſimi Parentis tui præclaris virtutibus, quibus cunctos ætatis noſtræ huius reges & principes longo poſt ſe interuallo reliquit, non eſt mihi nunc propoſitum dicere, non quod eas tibi vel maxime imitandas non exiſtimem; ſed quod alio me vocat locus iſte, in quo nunc conſiſtimus: atque vt de pietate potius illius & religione verba faciam, hortatur, qua tanta eſt in ſereniſſimo Parente tuo: vt ego non dubitem omnes reliquas virtutes illius, omnes res feliciter geſtas, omnes victorias & triumphos, illi ſoli acceptos ferre. Nam neque hæc, quæ fortuit[illegible]idam appellant; neque illa, quæ vera ſunt animi bona, conſequi iam affluenter vnquam potuiſſet, niſi DEVM tanto cultu & veneratione; niſi miniſtros eius tanto ſtudio & beneuolentia proſequeretur. Si enim, vt ſapiens ille ait, nemo poteſt eſſe continens, niſi DEVS dederit, ſi omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt, deſcendens a Patre luminum: fruſtra ſe quiſquam non ſolum fortunæ; verum etiam animi bona adipiſci poſſe ſperat, niſi a DEO petere iſta didicerit: niſi ea, qua par eſt erga DEVM, pietate & religione fuerit. Hæc eſt vna virtus, qua qui caret, carebit omnibus, quam qui habebit omnes. Si Rex eſſe vis, ſi Rex, inquam, eſſe vis, non magis populorum & nationum, quod cumprimis magnum & amplum habetur; quam tui ipſius, quod multo eſt maius & amplius: ſi non populus tantum & nationes; verum etiam animi tui motus & affectiones rite regere vis & gubernare, pietatem imprimis amplectere, DEVM cole, DEO te ſubiice, is deinde facile tibi ſubiiciet, cum populos & nationes, tum animi tui motus & affectiones: ita, vt in poteſtate tua ſis habiturus omnia, nihil repugnans & rebelle ſenſurus. Pietatis vero & religionis, ac erga DEVM venerationis exemplum, nihil eſt quod petas longius. Vides vt ſereniſſimus Pater tuus, pura mente, puras ad DEVM aſſidue preces fundit: vides vt ornat, vt dotat ea loca, in quibus DEVS colitur: vides, vt ſacerdotes, DEI miniſtros, obſeruat, vt eorum iura, priuilegia, immunitates tuetur & propugnat. Hunc tibi, *Sigismunde* Rex, imitandum propónito: ad huius ſimilitudinem & exemplum vitam tuam, mores atque actiones omnes dirigito. Hanc vero Eccleſiam, hanc ſacerdotum coronam,

A imprimis tibi tuendam & ornandam exiſtimato. Hic enim maiorum tuorum cineres requieſcunt, hic multorum reliquiæ ſanctorum ſumma cum religione aſſeruantur, hic pro tua, proque ſereniſſ. Parentum tuorum diuturna incolumitate felicitateque continuis DEVS precibus & ſacrificiis exoratur.

ORATIO IV.

Ad PETRVM GAMRATVM, Epiſcopum Cracouienſem, in aduentu eius Cracouiam.

Dicta in templo Deiparæ Virginis Anno 1538. die 26. Octobris.

ADuenientem te ad vrbem atque Eccleſiam hanc, Præſul ampliſſime, ea qua par eſt veneratione excipimus: atque cum aduentum incolumem, tum locum hunc, quem DEI ſereniſſimorumque Principum noſtro-

B rum beneficio ampliſſimum es conſecutus, tibi plurimum gratulamur: Deumque vt fortunet precamur, quo ſpartam hanc, quam nactus es, ita ornes; vt te nobis paſtore & dato & Epiſcopo, facilius eorum ferre poſſimus deſiderium, qui, cum huic ipſi Eccleſiæ præeſſent, ita ſe geſſerunt; vt nunquam ex animis noſtris eorum diſcedere queat memoria. Non illorum dico priſcorum, quorum vel auditam tantum habemus memoriam, vel ſolis literarum monumentis conſignatam, ſed duorum Eccleſiæ huius luminarium, quæ non ita pridem ſummo cum gemitu & plangore bonorum omnium extincta ſunt; alterius cognominis tui *Petri Tomicii*, alterius omnibus amoris atque amicitiæ vinculis tibi coniunctiſſimi *Ioannis Choienski*, quos ipſi ad Eccleſiæ huius gubernacula ſedentes vidimus: quos in optimam partem cognouimus: quorum præclaras dotes admirati ſumus: quorum in tuendis atque conſeruandis Eccleſiæ huius noſtræ commodis, magnam & fidem & ſtudium

C & autoritatem perſpeximus. Qui tam triſte nobis deſiderium ſui reliquerunt, nulla vt id temporis longinquitas lenire potuerit, niſi tu potiſſimum ſucceſſor datus eſſes, cui ad multa DEI munera, quibus illi affluenter ornati fuerunt, hoc acceſſit, quod vix quiſquam fuit hominum memoria, qui tantum apud cunctos ordines gratia valeret, qui tanta ſibi omnium ſummorum mediorum ac infimorum ſtudia, amores, beneuolentiam conciliaſſet. Te videmus magno quodam & excelſo animo, omnem pecuniam tuam, ad beneficentiam liberalitatemque ita conferentem, vt eam contemnere prorſus & pro nihilo ducere videaris, præ vt amicos tibi parare queas, quos omni auro qui dixit pretioſiores, is nihil potuit ad veritatem dicere propenſius. Te conciliandæ colligendæque gratiæ artificio eſſe inſtructiſſimum. Te minoribus hiſce virtutibus, comi-

D tate, affabilitate, beneficia in omnes voluntate liberalitate, ſplendore, munificentia, ita ornatum cernimus, vt anteponi tibi nemo, vix quiſquam tecum queat his virtutibus comparari. Quibus tu tanta tibi eorum hominum ſtudia adiunxiſti, apud quos ſumma cum poteſtate verſabare, tanto tui cunctos amore inflammaſti, vt ad nutum ſe tuum cuncti conuerterint, neque in mentem tibi venerit optare quidquam, quod non incredibili conceſſu atque ardore tibi fuerit tributum. Itaque cum ſtudio iſto & obſeruantia hominum erga te, tum

ingenio,

ingenio, ſolertia, prudenriaque tua effectum eſt, vt maximæ maximis de rebus controuerſiæ ſublatæ, iræ, quæ videbantur implacabiles, ſedatæ, graues inimicitiæ A non extinctæ modo ſunt te arbitro; ſed etiam ad amicitiam conſuerudinemque traductæ. Quæ tua felicitas vt propria tibi ſit & perpetua, atque vt in hac quoque diœceſi itidem, vt in illa, te ventos moderante, pacata ſint omnia & tranquilla, Deum ſuppliciter precamur, tantoque nos id facilius impetraturos confidimus, quod ad reliquam felicitatem tuam, hoc quoque acceſſit, vt tibi tanto gubernatori ii ſior remiges in hac vrbe dati, qui non ſolum quod excelſo plerique ioco nati ſunt, quod præſtanti ingenio abundant, quod conſilio atque omni iugenuarum artium doctrioa perpoliti habentur; verum etiam quod te multum & ex animo ament, magoo tibi adiumeoto eſſe poterunt ad motus iſtos impendentes tranquillandos, & ad conſeruandam Rempub. hanc noſtram Eccleſiaſticam re- B cte atque ordioe adminiſtrandam. Vides, qua nunc circumfuſus es ſacerdotum corooa: omnes nos primum ipſos ea, qua par eſt, animorum noſtrorum humilitate fidei tuæ poteſtatique ſubiicimus: deinde, ſi quidquam erit in quoquam noſtrum ingenii, ſi quis rerum vſus, ſi qua prudentia, omnibus his rebus, ſi quæ cuiquam ex hoc cœtu ineſſe videbuntur, perinde ac tuis vtare licebit. Quibus, quanquam ipſe tam abundas, quam qui maxime, vt non multum tibi aliena opera ſit neceſſaria, tamen ſi non erubuit Moyſes Iethro ſocero ſuo recta monenti auſcultare, homini neque doctrina neque prudentia inſigni: multo minus te facturum nobis perſuademus, vt ab iis aliquando conſilia poſcere erubeſcas, quorum bona pars aut in literis, aut in maximarum rerum vſu non minimam ætatis ſuæ partem conſumpſit. Non ignoras procol dubio, te ſpeculatorem eſſe a Deo conſtirutum: tibi per Propheram dictum eſſe: Fili hominis, ſpeculatorem te dedi domui Iſraël, & audies de ore meo verbum, & annunciabis eis ex me. Si dicente me ad impium, morte morieris, annunciaueris ei, neque locutus ei fueris, vt auertatur a A via ſua impia & viuat: ipſe impius in iniquitate ſua morietur; ſanguioem autem eius de manu tua requiram. Terribilis eſt hæc Prophetæ vel Domini potius per Prophetam denunciatio, Neque vero fieri poteſt, vt quisque Epiſcopus, hoc eſt, ſpeculator, tam ſit cautus & diligens, vt omnia ipſe oculis ſuis circumſpicere queat, atque ob eam cauſam adioncti illi ſunt Prælati & Canonici, quorum alii oculorum, alii aurium, manuum vice funguntur. Horum itaque decet te, tanquam membrorom tuorum curam gerere, neque aliter aliis, quam vt corporis tui partibus proſpectum velle. Quam io cognitionem ſi toto, vt aionr, pectore incubueris: ſi omni ſtudio proſpexeris, ne quis ferus aper vineam tuam exterminet: ne quis inimicus homo in agro tuo zizania ſpargat: ne quis circumiens tanquam leo rugiens, quæ- B rens quem deuoret, aliquem ex grege tuo rapiat: ſi nos, clerumque tuum vniuerſum, ſub vmbra alarum tuarum difficillimis hiſce temporibus ita protexeris, vt vel cognominem tuum *Petrum Tomicium*, vel amiciſſimum tibi fideliſſimumque *Ioannem Choienski*, ſummos illos viros, ſummaque autoritate præditos, extinctos nobis eſſe ſcires magis, quam ſentire queamus; & hic te Deus omni felicitatis genere cumulabit, vitamque concedet incolumem & diuturnam, & poſteaquam bonum certamen certaueris, curſum conſummaueris, fidem ſeruaueris, repoſita tibi erit corona iuſtitiæ: dicetque tibi Dominus in die illa iuſtus iudex: euge ſerue bone & fidelis: quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium domini tui, & ea[illegible]bit præmia, quæ præparauit diligentibus ſe, quæ ne[illegible] oculus vidit, C nec auris audiuit, nec io cor hominis aſcenderunt. Noſque dicemus cum ſcriptura: qui malidixerit tibi, ſit ille maledictus, qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur.

D I X I.

DESCRI-

DESCRIPTIO
VETERIS ET NOVÆ
POLONIÆ CVM DIVISIONE
EIVSDEM VETERI
ET NOVA.

ADIECTA EST VERA ET EXQVISITA
RVSSIÆ INFERIORIS DESCRIPTIO,
IVXTA REVISIONEM COMMISSARIORVM REGIORVM, ET LIVONIÆ IVXTA ODOPORICON EXERCITVS POLONICI REDEVNTIS EX MOSCHOVIA.

AVTOR AD LECTOREM.

Lechia quidnam ſit modo, quæue potentia ſceptri,
Lit. Liu. Rus. & Prus. littora quæue tenet:
Scribunt iam multi, quo mente reuoluere poſſis,
At modo quo cernas dat tibi SARNICIVS.

Prodiit prima vice CRACOVIÆ 1585.

Digitized by Google

SACRA ac SERENISSIMA REGIA M.

D. domine clementiſſime.

QVemadmodum a M. veſtra Regia delectus ac deſtinatus fui, vt ſitum inferioris Ruſſiæ eiusque campeſtria deſolata perluſtrarem & reuiderem, id ſedulo præſtiti & feci. De qua re complura cum Maieſtate veſtra & verbis & ſcriptis egi, monſtrauique omnia, quæ videbantur ad hoc propoſitum pertinere. Nunc vero vt magis promererer nouis obſequiis gratiam M. veſtræ Regiæ, curaui (ſumptibus non parcens) vt hæc in planiore forma luculentius artificioſiusque traderentur, adhibita arte Geographica, & præceptis quæ a literatis hac in parte obſeruari ſolent, vt etiam ab eruditis in aliis Regnis cum celebritate & laude maieſtatis veſtræ legi poſſint. Cumque ipſe occupatus eſſem aliis negotiis arduis, vſus ſum ea in re opera eruditi & de literis bene meriti viri generoſi domini *Stanislai Sarnicii*, amici mei non vulgaris, qui etiam notus eſt M. veſtræ. Nam cum aliquot vicibus, libris in lucem editis, nomen & victorias M. veſtræ vt par erat celebraſſet, M. veſtra Regia eum pro cliente ſuo accepit, eique ſe benigniſſimum fore patronum declarauit, promiſſa ei gratia Regia, vt ex diplomate ei tradito liquet. Hic ergo, luſtrationis meæ typo accepto, effecit, vt non modo Ruſſiæ, ſed etiam totius regni Maieſtatis veſtræ ſitus, hoc eſt Poloniæ, Lituaniæ, Pruſſiæ, Liuoniæ, & quæ paucis ante annis de Moſcho M. veſtra recuperauit, exacte deſcriberetur, vt vno quaſi intuitu veluti in tabella a legentibus cerni poſſit. Quam operam ſpero gratam futuram M. veſtræ, & Reipub. non inutilem, præſertim cum a nemine hactenus iſtud argumentum hoc pacto tractatum ſit. Certe præcipuos olim Reges & Imperatores eiusmodi ſtudiis mirifice delectatos fuiſſe ac ſumptus ad ea promouenda liberaliſſime ſuppeditaſſe ex hiſtoriis conſtat. Cumque Regia M. tua, haud poſtremum inter laudatos Reges locum obtineat, non dubium eſt, eam quoque pro ſua ingenita clementia declaraturam, ſibi hunc honeſtum conatum non diſplicere, neque in liberalibus ſtudiis promouendis ſumptibus parcere.


Datum Warſouiæ primo Kalendas Mar. 1585.

Sacræ Sereniſſimæ Regiæ M. veſtræ
Fidelis ſubditus
Ioannes Sienienius C. L.

PROOEMIVM ad LECTOREM.

SIcuti theologiæ fundamentum ſunt ſcripta Prophetica & Apoſtolica, medicinæ, *Galeni* philoſophia, ita ſenatoriæ facultatis ſubiectum vt vocant, circa quod verſatur, eſt hiſtoriæ cognitio, & Reipub. bene gerendæ ſcientia, quam complexus eſt *Plato* & *Ariſtoteles*. Fatentur autem viri togati ſe plurimum iuuari in gubernandis Rebuſpub. cognitione hiſtoriarum; militares etiam viri non diſſimulare, eiusdem ſummam vim eſſe in caſtris totaque militia. Denique vt præclare *Cicero* dicebat: *Ipſa eſt teſtis temporum, lux veritatis, magiſtra vitæ, vita memoriæ*, adderem ego, parens immortalitatis. Nam ipſa efficit vt morientibus nobis potior noſtri pars in terris ſuperuiuat, hoc eſt, fama bona, immortalitate tincta. Cum igitur vndique ſeſe vtilitates huius diuinæ exercitationis offerant, merito apud Reges & Principes in precio habetur. Iam ſi hiſtoria grata eſt cunctis, etiam ea, quæ ancillantur hiſtoriæ, hoc eſt chorographia & chronologia merito gratæ eſſe debent. Et omnino ſicuti *Plato* neminem admittebat ad ſuam ſcholam, qui prius non eſſet verſatus in Geometria & Arithmetica: ita merito illotis manibus dicitur ad hiſtorias accedere, cui prius ſitus locorum, vbi illæ ſunt geſtæ, & ratio temporum, quando nimirum hæ acciderunt, non fuerint cognita. Ideo ſicuti commentariis *Cæſaris* deſcriptio Germaniæ & Galliarum eſt præfixa, ita ego deſcripturus res Sarmaticas, eiusdem Sarmatiæ typum præmitto, adiuncta ſupputatione temporum, vt ita lector locorum & temporum cognitione ſuffultus, ad cognoſcendam hanc hiſtoriam, rectius præparatus reddatur, inſtructiorque ad eam legendam accedat.

DE SI-



DE SITV ET AMBITV VETERIS SARMATIÆ, EIVSQVE DIVISIONE, IVXTA Veterum ſententiam.

DIuidebant veteres potiſſimum regiones ſuas iuxta decurſus fluminum, ad quorum ripas degere conſueſſent; à quibus congregationes & ſocietates hominum, tanquam prouincias quasdam, appellare, iam dudum conſuetudo obtinuerat. Hinc pagorum cognominis origo deducitur. Nam pagus Græcis πήγη fons dicitur. Et qui ex vno fonte bibere & iumenta ſua adaquare ſolebant, pagani cognominabantur, hoc eſt ſocietates hominum iuſtæ magnitudinis, quæ ad flumen aliquod & valles cum ſeruis liberisque, pecoribus & adſcripticiis adeoque tota ſuppellectili domeſtica inhabitatum conſederant, & non aliter ac corriuales neceſſitudine quadam deuincti felicia & aduerſa perpeti paratiſſimi erant. Hinc *Cæſar* in commentariis vniuerſam Heluetiam in quatuor pagos diuidit, cuius appellationis vſus etiamnum ab eis retinetur, aucto tamen numero pagorum. In duodecim enim pagos poſterius ſeculum ſiue regiones, totam illam Rempub. diuidit. Communi igitur mori & conſuetudini illius antiqui ſeculi innitendo, veteres quoque Sarmatæ & Sueui à fluminibus potioribus & littoribus maris, regionibus ſuis & prouinciis nomina imponere ſolebant. Vnde *Oſtrogotthorum*, *Tirangitarum*, *Tiſſigetarum*, & *Sueuorum* nomina prodierunt. Nam *Oſtrogotthi* populi dicebantur, qui ad Iſtrum inhabitarunt. *Tirangitæ*, qui ad Tiram, *Tiſſigetæ* ad Tibiſcum, *Sueui* ad Sueuum, & ſic de cæteris, ſicuti mox ex declaratione inferiori patebit. Noticia autem huius hiſtoriæ mirè poterit iuuare lectorem, non modo ad intelligendam hanc quam tradimus modo hiſtoriam, ſed etiam ad exponendos aliarum gentium rerum geſtarum commentarios.

VANDALI dicebantur populi, qui habitabant ad flumen Vandalum ſeu Viſtulam. De his dicit *Ptolomæus* quod maximam partem A Sarmatiarum occuparint. Et *Procopius* ſimiliter eos maxima ſpacia ad Iſtulam occupaſſe affirmat. Vnde & Venedicus ſinus à *Ptolomæo* & aliis autoribus mare ad littus Prutenicum vocitatur, eo quod gentes eius linguæ illas regiones etiam tum incolebant. Hi vero populi ab aliis *Vinidæ*, ab aliis *Venedi*, *Veneti* & *Heneti* nuncupantur, voce quidem nonnihil deflexa, ſed reipſa, vt liquido monſtrabimus, vna & eadem gens *Vandalica* deſignatur, modo lector iudicium ſuum paululum ſuſpendat, vsque dum ad finem legendo decurrerit.

B MARCOMANI. Etſi autem varie ſe torquent autores nomen *Marcomanorum* exponentes, tamen liquet hac voce populos illos intelligi qui ad flumen Morauam habitarunt, à quo etiam nomen ſibi acquiſiuiſſe, ſonus ipſe indicat. Huius gentis Rex *Marobudus* celebratur à ſcriptoribus. Floruit vero iſte *Cæſaris Auguſti* temporibus, æmulus *Harminii* Ducis, quorum vterque ab initio illorum bellorum pro ſtrenuis defenſoribus Germaniæ ſeſe gerebant. Et certe, niſi fata obſtitiſſent, terribiles formidabilesque potentiæ Romanorum fuiſ-C ſent.

SVEVI populi, qui ad Sueuum, quem hodie *Sprea* nominant, habitarunt. Flumen hoc oritur ex montibus Sudeti duobus milliaribus a Budiſino vrbe *Venedorum* Germanicorum. Hi populi etſi Germanis adnumerantur, tamen cum Sarmatiæ populis ob quandam neceſſitudinem ſeſe coniungebant & commilitabant D *Sarmatis* in pugna Carnutana contra Romanorum Imperatorem *Antoninum Pium* in finibus Boemicis, quo *Marobudus* ille tempore *Auguſti*, ſedes ſuas ex Morauia tranſtulerat: atteſtante *Suetonio* in vita *Auguſti*. Et eo tempore,

Digitized by Google

pore,eaque occaſione linguæ noſtræ vſum volunt plerique vſque ad Albis ripas tranſlatum fuiſſe,de qua re vide plura in hiſtoria noſtra.

GOTTHI vel *Guthones*,pagus & prouincia Sarmatica habitantium ad Gutalum flumen (ſic enim id *Plinius* vocat.) Ideo *Guthones* & *Gotthi* a Gutalo vocantur. Nunc *Odra* dicitur. Extendebantur coloniæ eorum Codanum ſinum verſus ad occidentem & Septemtrionem vbi eſt Gedanum, quem inquam ſinum etiam a *Gotthis* nominatum eſſe doctiores & eruditi viri tradunt: ſicut ipſa vox indicat. Sed & *Bidgoſtiam* & *Gedanum* ipſum a Gotthis etymon ſuum trahere ſyllabarum ipſa compoſitio indicat. Nam *Bidgoſtia*,habitationem *Gotthorum* ſignificat. Ad orientem vero progrediendo habitatio eorum extendebatur per montes Sarmaticos vſque ad orientales *Gotthos*,qui *Getæ* etiam & *Oſtrogotthi* dicebantur. De his tradit *Cornelius Tacitus* inquiens: *Trans Ligios Guthones regnant.* Parebant enim Sarmatis & tributum eis pendebant,vt aperte idem *Cornelius* tradit. De iis latius lib. 4. hiſtoriæ noſtræ.

VARINI pagus & populi Sarmatiæ qui ad flumen Vartam citra & vltra Poſnaniam habitabant. Quam autem nomen Varinorum cum nomine Varta ſicut *Guthonum* cum Gutalo conſorme ſit, nemo non videt. Sic deſcriptio ſitus locorum vtriuſque gentis cum deſcriptionibus veterum ne pilo diſconuenit. Meminit Varinorum *Cornelius Tacitus* lib. de moribus Germaniæ: *Reudigni*,inquit,*Varini & Eudoſes fluminibus aut ſyluis muniuntur.* Et Chronicon Germanorum: *Pomeraniam tenuere Rugii, Auiones & Varini:* ſed Varinos expreſſe dicit *Cornelius* flumine muniri. Nam Varta flumen cum Proſna ſpeciem inſulæ efficit, ſic Obra cum eadem Varta.

AVARINI populi ad Naruam fluuium quod Iſtulæ copulatur infra Varſauiam habitabant. Expoſitores *Cornelii* Varmiriam in Pruſſia a *Varinis* eſſe dictam exiſtimant. Differunt ab iis *Auares* Vngarorum progenitores.

CISTOBOCI, *Ciſtobocas* aliquoties *Ptolomæus* meminit. Ex *Cornelii Taciti* expoſitores ad Bogum flumen eos collocant, & ab eo denominatos eſſe ſcribunt. Nec remota eſt compoſitio a Bug *Ciſtoboci:* & Ciſto ſignificat mere vel ſincere, Boci, id eſt, ipſiſſimi. Nec procul eos ab *Iglionibus* Vilnenſibus habitaſſe tabulæ *Ptolomæi* monſtrant. *Plinius* autem agnoſcit Sarmatas ad Bugi ripas habitaſſe. Qua de cauſa eoſdem inter Sarmaticas prouincias ſeu pagos collocamus.

TIRANGITAE pagus vel prouincia Sarmatica. Nam *Ptolomæus* expreſſe *Tirangitas* Sarmatas vocat, qui ad Tiram ſeu Neſtrum flumen habitabant. Quod autem a *tirare* id eſt trahere arcum voce Italica dictum eſſe putant quidam,non poſſum aſſentiri. Nam ab *Ouidio* flumen hoc Tiras vocatur, & ſeculo illo nondum latina lingua in Italicam degenerauerat.

TISSIGETAS *Ptolomæus* populos vocat, qui ad flumen hoc habitarunt, quem noſtri hactenus *Tiſſam* ſimiliter appellant. Euincitur A igitur inde, noſtram linguam in vſu fuiſſe in locis illo adhuc ſeculo. Neque enim noſtrates eam appellationem a Græcis Latinisue hauſerunt, ſed Latini a noſtris.

OSTROGOTTHI prouincia Sarmatica ſeu pagus habitantium ad *Iſtrum* & oſtia eius, quem hactenus *Viſtrum* Slaui vocant. Expreſſe autem *Ouidius* ſe exulaſſe dicit apud Sarmatas. Ergo *Thomos* vrbs nobilis exilio poetæ ad ripam Iſtri, Sarmatarum colonia fuit, vbi nunc *Kilia Achillis* nomen reſonans. Et *Plinius* aperte Oſtium Iſtri quod *Caloſtomum* vocant, Sarmatia tribuit. De hac re latius in hiſtoria noſtra.

VISOGOTTOS quos *Ptolomæus Gythones* vocat, *Cornelius* etiam eoſdem electrum quod *Glaſſum* vocant colligere ad Balticum mare tradit. Proinde commentator præcipuus *Cornelii Taciti* inquit: *Gothini Gottones partes* B *ſunt Gotthicæ gentis, quæ late complexit latus Balticum vtramque ripam Iſtulæ.* Et prorſus recte mihi videntur exponere & proprie *Viſogothos*,id eſt Viſtulæ *Gotthos*, ſicuti *Oſtrogotthos* Gotthos,qui ad Iſtrum habitarunt. Nam expoſitio illa *Vueſt* & *Gotth* iam confutata locum non habet. Quanquam & *Viſtulæ Gotthi* Septemtrionales quoque ſunt & Septemtrionales vel *Vueſtgotthi* poſſent dici.

TANAITAE qui ad Thanaim flumen Sarmatæ incolebant, ſic vocabantur. Sicuti & *Remiſarmata* a *Beroſo* qui viciniores erant *Reno*, vide hiſtoriam Babylonicam.

CYMBRI celebratiſſimi & antiquiſſimi e- C rant Sarmatæ, qui ad Cymerium Boſphorum, vbi nunc eſt *Capha Oczakouia*, inhabitarunt. Horum volunt eſſe poſteritatem illos noſtros *Cyrkaſios*. *Homerus* de *Cymeriis* ſubinde meminit. Meminerunt tandem hiſtorici Cymbrorum qui ante Chriſti aduentum maxima bella in Italia excitarunt. Vnde nomen Cymbricæ Cherſoneſi: ſed vtrum iſti ab illis, an illi ab iſtis orti ſunt, dubium hoc diſcutitur in hac hiſtoria.

PEVCINI veteres proprie vbi nunc eſt *Smolensko* ſedes ſuas habuerunt. Nam *Ptolomæus* Boryſtenem ex Peucinis montibus deriuat. Boryſtenes autem oritur non procul à *Smolensko*, quam ſententiam adiuuat & etymon vocis. Nam Πευκη pinum Græcis ſignificat præpinguem reſinam. Porro loca illa, vbi eſt *Smolensko* & *Polocko*, ſunt admodum referta pinetis. Quin & *Pinsko* ad eandem vim D denominationis *Peucinorum* deuenit. Quod autem inſula illa quæ in oſtiis Danubii, *Peucen* quoque dicta eſt, inde reor factum eſſe, quod incolas *Smolensko*, *Pinsko* & *Przypiecz* prono flumine Nepr credibile eſt, delatos fuiſſe vſque ad illa loca, ibique colonis deductis ſedes ſuas fixiſſe. *Bernhardus Vapouius* exiſtimat eam gentem quam hodie *Pieczinigos* vocamus,

Digitized by Google

non remote ab illis locis, eſſe reliquias veterum *Peucinorum*. Alii eos qui vocantur *Pokucie* intelligunt; vtramque autem ſententiam & ſitus loci vicinus, & vis cognominis comprobat. *Syrmius* Rex *Peucinorum* qui *Alexandri Magni* temporibus floruit, iis in locis, vbi nunc *Beſſarabia*, quos *Polountios* vocant, impetitabat. Nam quia Syrmium, vbi illud Concilium poſtea celebratum fuit, adiacet Danubio, itaque haud difficile ei fuit prono flumine prouincias illas, quæcunque ſpectant ad Danubium, & oſtia eius imperio ſuo adiicere. Complura ea de re digna conſideratione libro ſecundo attulimus.

BASTARNAE Sarmatica prouincia vel pagus in ea parte Poloniæ, vbi nunc ſunt, qui vocantur *Podgorii*: ſed porrigebantur ſecundum fines Daciæ. Ideo *Procopius* & alii veteres eos ponunt ad latus *Daciæ* ſeptemtrionale: *Dacia* autem proprie fuit vbi nunc eſt *Tranſyluania*. Cui rei & *Iouius* in ſua hiſtoria aſtipulatur.

LIGII prouincia Sarmatica inter Viadrum & Boemicos montes quos Vandalicos *Dion* vocat. Ea nimirum *Sylleſia* pars vbi eſt *Legnicium* oppidum. Ideo *Legnicii* etymon à denominatione *Ligiorum* ſcriptores Germanici deriuant.

QVADI. Poſitis terminis *Marcomanorum* ad flumen Motauam, & *Ligiis* populis infra montes Vandalicos ſeu Boemicos, vt modo dictum eſt, quicquid in medio eſt, *Quadis* eſt tribuendum, vbi eſt *Niſſa* & Ducatus *Opolienſis*. Non aſſentior quibuſdam expoſitoribus *Cornelii Taciti*, qui etiam locum, vbi eſt *Petricouia*, quo heroes Polonorum ad Comitia veteri inſtituto confluere ſolebant, in ipſo vmbilico Poloniæ *Quadis* tribuunt. Ita enim *Marſignis*, *Gotthis*, *Oſſis* & *Buriis*, qui *Cornelio* atteſtante terga *Marcomanorum* & *Quadorum* claudere debebant, nihil retro ſpacii relinqueretur. Affirmant autem *Quados* cum *Iulio Cæſare* aliquando conflixiſſe, quod forſan contigit tempore Heluetici belli, quibus ſeſe certo fœdere copulauerant.

MARSIGNI populi Sarmatici ſub montibus Sarmaticis.

SIDONII: Hos *Ptolomæus* ponit vbi eſt *Szidlouia* & *Szidlouiec*. Nec ſono vocis admodum diſcrepat *Szidlouia* à *Sidoniis*. Iſti cum *Deſiderio* Rege Longobardorum in Italiam ingreſſi *Aſidonem* vrbem, quæ poſtea *Coſſe* dicta eſt, fundauerunt. Deleta hæc fuit ſucceſſu temporis a *Carolo Magno* cum eam à Saracenis vindicaret, vt *Anius Viterbienſis* ſcriptor Italicus memoriæ prodidit, vbi expreſſe hoc *Polonis* tribuit in commentariis in *Beroſum*.

OSSII populi Sarmatici quos *Cornelius Tacitus* penes *Gotthinos* ponit, propemodum ad flumen Olſam quod cum flumine Morava miſcetur. Nec remota eſt vox *Olſa* & *Oſſa* litera *l* ſaltem in *s* mutata. Eſt & in finibus Pruſſiæ *Oſſa* flumen: ſed forſan poſterioribus temporibus bellis detruſi erant ad iſtum angulum Pruſſiæ.

BVRII: penes *Oſſios* prouincia Sarmatica.
A Deſcriptiones ſitus loci plane conueniunt cum *Varka* oppido & *Varſauia*. Et vox *Burii* & *Varka* non variant, niſi litera *b* in *v* vſitato more conuerſa. *Ptolomæus* ſane in ſuis tabulis eodem loco eos reponit. Et *Cornelii Taciti* præcipuus commentator hoc idem iis verbis innuit: *Burii*, inquit, *extremi ſunt Sylleſiorum, verſus Iſtulam & porriguntur Toruniam.* Meminit etiam *Dion* hiſtoricus *Buriorum* in hiſtoria *Traiani*: contra quem vna cum *Dziurpaneo* Rege Dacorum arma ſuſtulerant. Latius hæc in hiſtoria noſtra reperies.

RVGII populi: hos inter Viadri & Viſtulæ oſtia *Ptolomæus* collocat, vbi eſt modo Pomerania. Oſtenſum eſt autem Gutalum ſeu Viadrum a *Guthonibus* ſeu *Gotthis* eſſe di-
B ctum, eo quod domini & poſſeſſores eius ripæ erant. Cum autem *Rugiani* inter vtramque gentem Sarmaticam in medio habitarint, crediderim eos ad ſupplementum eorum pertinere. Affirmant autem commentatores *Cornelii Taciti Rigenſes* in Liuonia ad oſtia *Rubonis* vel Dunæ a *Rugiis* originem ſuam ducere, eſſeque eorum colonias. *Odoacer* Princeps bellicoſus, vaſtator Italiæ ſub tempora Gotthorum ante mille annos dicitur prodiiſſe ex ea gente. Ideo *Dlugoſſus* hiſtoriographus Polonorum *Odoacrum* Polonum facit. Siquidem & nunc illæ regiones Pomeranicæ obnoxiæ ſunt Polonis, antea vero prorſus ditionis Regum Poloniæ erant. Commemoratur tamen in hiſtoriis *Rugianos* vna cum *Gotthis* militaſſe, & *Gotthis* exce-
C dentibus ex Italia, etiam *Rugii* in eorum caſtris connumerantur. *Grammaticus* autem hiſtoricus eadem de cauſa, *Caſſobios* etiam ante aduentum Chriſti eodem in loco, id eſt ad littus maris illius Baltici habitaſſe affirmat. Sunt autem *Caſſubii* gens ſtirpis Polonicæ.

SCYRI etiam prouincia Sarmatica. Nomen credo hæſit in *Scyriciis*, qui ſub montibus Carpati vltra Cracouiam habitant. *Plinius* lib. 4. cap. 13. *Scyrorum* meminit: *Quidam*, inquit, *hæc habitari ad Viſtulam vſque fluuium à Sarmatis, Venedis, Scyris, Hirris tradunt.* *Scyros* vna cum *Gotthis*, etiam ex Italia emigraſſe memoriæ proditum eſt.

HIRROS *Syradienſes* crediderim eſſe.

CAVCHI iidem forſan quos *Caſſubios* noſtri vocant, aut *Cuiauienſes*.

PACINACES ad Boryſtenem ſtatuunt. Au-
D ctor ſupplementi *Carionis* cum *Boſſinis* eoſdem eſſe putat.

ERVLLI: iſti quoque ad Iſtrum habitabant. Primi ii religionem Chriſtianam publice amplexi ſunt inter eas gentes, vt tradit hiſtoria Eccleſiaſtica. De horum leui armatura quædam *Iornandes* tradit de rebus Geticis. Hi *Corales* ab *Ouidio* forſan vocantur.

GEPIDES pagus Sarmaticus ex ſtirpe Gotthorum, qui habitarunt ad *Viſclam* flumen &

cognominati ſunt hoc nomine a tarditate ingenii & pigritia, vt *Procopius* tradit. Habitarunt olim ad Syrmum in Pannonia. Celebratur Rex Gepidarum *Ardarichus*, cuius opera *Athila* Rex Hunnorum, in multis præliis vſus eſt feliciter, ſed poſtea reliquias exercitus *Athilæ* deleuit. Vbi *Scepuſium* eſt, ibi ſedes eorum ſtatuunt. Sed quod *Gepidarum* nomen *Lituanis* quidam recentiorum tribuunt, non video quo pacto id cum ſententia veterum quadret. De his latius in ipſa hiſtoria. Vbi etiam illa opinio diſcutitur, an Germani *Scepuſienſes* ſint reliquiæ ſtirpis *Gepidarum*, & Germani, qui degunt in Tranſyluania, vtrum ſint reliquiæ Gotthicæ ſtirpis, quemadmodũ vult autor ſupplementi *Carionis*.

BESSI: *Beſſorum* pars hæſit, vbi ſunt montes *Bieſczady* a *Beſſis* cognominati.

DVCLEOTAE adhuc oppidum eſt ad radices montium Sarmaticorum de nomine illorum *Ducla* dictum.

BICEN ipſiſſimi Sarmatæ erant ad Meothiden, ſed colonias eorum tranſportatas eſſe metu bellorum in illud territorium vbi eſt *Biecz*. Et nomina *Bicen* & *Biecz* ſunt ſibi cognata.

IAZYGES: *Ptolomæus* triplices gentes in Sarmatia ponit: maximas, minores & mediocres. Inter medias autem *Iazyges* recenſet. Expreſſe autem Sarmatas vocat *Iazygas* illos, qui Euxinum verſus porrigebantur. Nomen *Iazygum* ſignificat iugum vel par boum, ab ἰὸς ζυγὸν, id eſt tantum par boum. Videmus enim hactenus, *Podlaſios* vbi eorum præcipuæ ſedes erant, tam facilem agriculturam habere, vt colonus vnico iugo boum contentus ſit ad exercendum commode agellum ſuum. Fuerunt alii *Iazyges Metanaſtæ* dicti, eo quod vna cum familiis ſuperatis montibus Carpaciis ad Tibiſeum vbi nunc Vngaria eſt commigrarant, ibique ſedes ſuas fixerant. Horum reliquias adhuc extare audio, & loquuntur corrupto ſermone Slauonico ſeu Sarmatico. Et vocantur etiam ab accolis *Iazuinges*.

ASCAVLES hic alicubi vbi eſt *Sochaczouium*, *Louicium* ad flumen Bzura reponuntur. Dicuntur autem *Aſcauliſtæ* illi agreſtes, qui tibias cum ſacco inflare ſolent, Muſicorum genus vile. Forſan quod locus ille multos tales alebat, quod etiamnũ non inſolens eſt in illa prouincia. Et *Ptolomæus* ſæpe agnomina & prænomina loco propriorum nominum ponit, vt *Iazyges*, *Agaryrſi*, *Ichthiophagi* & *Anartophracti* &c.

ANARTOPHRACTI id eſt inopia panis laborantes. Nam α eſt priuatiua particula & ἄρτος panem denotat. Et veriſimile eſt. Nam inhabitabant illud ſolum lapidoſum arenoſumque, quod eſt inter *Podlaſios Iazygas* & Iſtulam. Admodum ſterilis eſt illa prouincia.

LVTII reponuntur vbi oppidum non ignobile *Lutomirsko*. Et ſonus vocis cognatus eſt cognomini oppidi.

BVRGIONES fere reponuntur vbi eſt *Lublinum*, ab iis *Burgundiones* ortos eſſe volunt, gentem bellicoſam, qui copulati *Vandalis*, *Gallis*, ſuperioribusque *Germanis* mouerunt bella atrocia.

ANTAE natione Slauones erant, ſed cum Romanis contra ſuos ſentiebant, ideo *Antæ*, id eſt contrarii vocabantur.

BORVSCI, qui & *Carbones*, primo Septemtrionem incoluerunt, vicini *Moſchis*, tandem ad ſinum Balticum progreſſi conſederunt, vbi eſt ab eis dicta *Boruſſia*. Non deſunt qui eos ex Aſia huc commigraſſe dicant. Notum eſt in hiſtoriis nomen *Pruſiæ* Regis *Bytinia*.

RVSSI & ROXOLANI vicini erant *Boruſcis*.

HERMVNDVRI ad montes Boemicos ex quibus Albis oritur. Sed *Dubrauius* ſcriptor Boemorum lib. 1. conuincit errati *Cornelium Tacitum* ea in re.

SVDINI in Pruſſia reponuntur. Ferunt autem eam regionem opulentiſſimam fuiſſe, ſed iam deletam propemodum ad internecionem a Cruciferis ordinis Theutonici, iamque maximas ſylvas enatas vbi olim degebant.

SCANDIA: De hac inſula multa a multis inter veteres autores referuntur. Ideo malo de ea aliorum ſententias referre, quam meum iudicium aliis obtrudere. *Ioſephus Meletius* in Venetorum editione *Ptolomæi*, in tabula nona Europæ, *Hæ*, inquit, *regiones, id eſt Pruſſia, Liuonia, Lithuania, &c. in tabula Sarmatia Europea ab antiquis* (id eſt Hiſtoricis & Geographis) *numerabantur* (nota). Et videtur hæc narratio firmo niti fundamento. Nam ſi in mari Sarmatico innatant & ab eo cinguntur, neceſſario & ipſæ ad Sarmatias pertinent. *Glareanus* vero in Geographicis: *Dothlandia inſula, Scania inſula, quam hodie Solandiam vocant*, at *Plinius*, inquit, *lib. 4. cap. 14. Scandinauiam vocaſſe videtur, aut ſaltem vicinam Daniam. Ait enim ab incolis nominari alterum mundum.* De *Dania* autem ſic idem autor: *Daciam Tranſyluaniam vocant. Eſt autem longe alia ab ea, quam non recte hodie Daciam vocant cum ſit Dania appellanda, vulgo Dan marcke ad Cymbricam Cherſoneſum. Meletius* vero: *Dania ſic dicta a Dano Rege. Gotthlandia quaſi bona terra, Scholandia, id eſt, amæna terra, Northuegia, id eſt Septemtrionalis terra, Findlandia, id eſt pulcherrima terra, Glorandia, id eſt virens terra, Iſlandia, id eſt glacialis terra.* Hæc habentur in charta Hydrographica. *Tule* Scandiæ inſularum vltima, Septemtrionem eundo, a veteribus Poetis & ſcriptoribus vocatur. Et Polonico ſermone *Tile* ſignificat vltimũ vel eatenus, quia vltima terrarum credebatur.

Romani ſicuti de regionibus Orientis, ita de iſtis Septemtrionalibus inſulis mirabiles fabulas ſparſerunt in vulgus. Inter quos *Cornelius Tacitus* ita propinquas dicit cœlo, vt ibi iam poſſint ſolis labores exaudiri & ſtridores rotarum eius. Formas Deorum iſtic videri, homines monſtroſi aſpectus & lapides gemmasque precioſas. Hoc vero eo conſilio faciebant, vt inde glorioſam apud ſuum vulgus aucuparentur, ſe nimirum devicta ac debellata Germania,

mania, adeptos tales terras, quæ iam veluti ſuburbium cœli viderentur, ob talia & tanta miracula.

DE LIMITIBVS VETERIS SARMATIÆ.

Addam hic deſcriptionem finium Sarmatiæ, iuxtà ſeriem temporum, incipiens a temporibus Auguſti Cæſaris.

10. *Ob aduentum ſalutatoris.* FLorus lib. 4. cap. 12. ſcribit *Auguſtum* cum legatis Sarmatarum Getarumque pacem ſanxiſſe, fœdusque percusſiſſe iis conditionibus, ne ripam Danubii tranſcenderent. Ideo ad *Lucullum* literas ſcripſit, vt aduerſus Sarmatas ripam tantum Iſtri tueretur, Huic ſententiæ ſuffragatur *Ouidius*. Nam *Lucullum* laudans inquit: *Hoc duce ripà Iſtri tuta fuit.* Porro occidentalis limes fuit Albis flumen. Nam *Strabo & Suetonius* aperte dicunt, Romanos occupata Germania Albim noluiſſe tranſcendere. Imo Sueuos, qui illa loca occuparant, Cæſares tranſtulerunt ex iis regionibus, ne præberent anſam belli cum Sarmatis.

110. *Traiani & Adriani* temporibus, pontis in Danubio ad Nicopolim erectio, indicat Romanos Danubio imperium ſuum in Europa finire voluiſſe, ſicuti Euphrate ab ortu & Nilo a meridie.

163. Bellum Sarmatarum *Aurelii Antonii* cum Sarmatis & Squadis ad fines Boemiæ, & ſtationes legionum Romanarum, autorum ſcriptis concelebratæ, indicant qui fuerint tunc fines eorum, pro quibus dimicatum eſt.

247. *Dion Seueri* temporibus hiſtoriam ſuam ſcribens, dicit Albim flumen oriri ex montibus Vandalicis ſiue Boemicis, qui & Sudeti vocantur. *Vandalos* autem fuiſſe populos natione *Slauos*, viginti argumentis probatur a nobis lib. 4. Annalium.

383. Temporibus *Theodoſii* cum lites non paruæ motæ fuiſſent de finibus inter noſtras gentes & Germaniæ Duces, exercitus Saxonici & Turyngici collocati erant inter Albim & Viadrum ad tuendos limites & arcendas gentes Sarmaticas.

810. *Caroli Magni* temporibus affirmante *Blondo, Crantzio, Bonfinio, Einhardo*, ad Albim flumen præſidia contra Sorabienſes collocata fuere. Et hactenus *Sorabi & Vandali* incolunt illas regiones ad Albim, qui noſtra lingua vtuntur.

1000. *Otthonis Tertii* temporibus *Boleslaus Chobri* Rex Poloniæ *Herculem* imitatus, pro gadibus iniecerat tres columnas ad confluentem Albis & Salæ. Adhæc inſtitutio Marchionatus Saxoniæ indicat metas limitum iſtic tunc fuiſſe. Num Brandeburgenſis poſtea prolatis in Septemtrionem Germaniæ finibus inſtitutus fuit.

1103. *Henrici Tertii* temporibus inceptum fuit a *Criuouſto* Rege bellum ad fines Boemicos & finitum in campo Canino ad Wratislauiam. Cum Boemis enim Poloni tum limites habuerunt ab illa parte, non cum Imperio.

1300. Circa tempora *Henrici Septimi* diuulſæ Poloniæ vires ob diſſidia Ducum *Boleslaidarum*, anſam præbuerunt vicinis Regibus & Principibus attrectandi fines eorum. Vnde conſequutum eſt, vt vndique accisis finibus limites Poloniæ intra octo cruces hæſerint, quas ſcriptores noſtri ita conſignant. Prima ad *Pakosc*, quæ

nos a Pomerania diuidit. 2. ad *Pys* a Pruſſia. 3. ad *Zebrow* a Lituania. 4. ad *Bodhaice* ab Orientali Ruſſia. 5. ad *Chotim* a Valachia. 6. ad *Scepuſium* a vicina ei Vngaria. 7. a *Sicow* a Sylleſia. 8. a *Zbaſin* a Marchia. Hæ cruces a nobis in typo Sarmatiarum apertius rubro expreſſæ ſunt.

Hæc ita iam admitti poſſent de vetuſtioribus limitibus, niſi diſſidium illud *Ptolomaiſtarum & Corneliſtarum* obſtaret. Nam ſequaces *Ptolomai* adducunt autoritatem ex eo ſcriptore vbi dicit: Germaniam terminari ab ortu Iſtula tenus. Vnde *Glareanus*, non poſtremus Geographorum, deceptus, ante triginta annos ſcribens, Germaniam veterem hic ſtatuit, ad eaque abſurda deuenit, vt diceret: *Germaniæ*, inquit, *non poſtrema pars ſub victorioſiſſimo Principe* Sigismundo *Rege Poloniæ degit*, Poloniam ipſam intelligens. Hunc ſequutus D. *Cromerus* adhuc clarius eadem abſurda amplificat, affirmans hic, vbi eſt minor maiorque Polonia ante *Conſtantinum Magnum* Germanos habitaſſe, qui error a me lib. 3. eſt abunde confutatus.

Diſſidium inter ſequaces Ptolomai & Cornelii.

Nam *Cornelius Tacitus* homo Italus, cui melius quam *Ptolomæo* Alexandrino res Sarmaticæ notæ erant, vicinior enim iſtis regionibus fuit: hic, inquam, author ex profeſſo Germaniæ ſtatum deſcribens non auſus eſt dicere Germaniam a Sarmatia Iſtula diuidi, vt *Ptolomæus* dixit, ſed inquit: *Germaniam diuidunt montes Sarmatici & mutuus metus.* Forſan enim tum ab vtraque gente ita infeſtis animis de limitibus decertabatur, vt neutra pars libera a metu & formidine ſemper hoſtem ſibi collo imminere cum ferro & igne putaret. Et aperte addit, quod illo ipſo tempore Sarmatæ tributum imponebant *Gotthinis* populis, quo eis liceret in regionibus Sarmaticis quæ ad Boemiam vergunt, vbi eſt Opawa, montes Tarnouienſes, metalla fodicare & conficere. Vocanturque illa loca a Ptolomæo Sydirorichiæ.

Nec difficile obſeruatu, vndenam *Ptolomæo* hic error obrepſerit. Nam iuxta dictum: *Dato vno inconuenienti cætera inconuenientia ſequuntur.* Quia in tabula deſcriptionis Germaniæ Iſtulam vſque ex montibus Boemicis deducit, ideo in limitibus faciendis errorem commiſit. Et regiones quidem a Sarmatis poſſeſſas eis non adimit, ſed profluenta Iſtulæ aliunde & aliorſum deriuans poſteritati materiam erroris grauiſſimi reliquit. Non deſunt enim ex noſtris qui populos noſtros in ſuſpicionem apud vicinas gentes adducant ac ſi has terras, non vt patriam tanquam legitimi poſſeſſores inhabitarent, ſed quod aliunde venientes in alienas poſſeſſiones inuolarint. Cum pro fundamento Geographico inconuulſibili ſemper accipiendum ſit illud a me toties repetitum pronunciatum: *Quicquid eſt inter duo maria Sarmatica Euxinum, inquam Balticumque mare & montes Sarmaticos, id Sarmatiæ nomine cenſeri debere.* Sic Sarmatia Aſiatica cum Europea contigua & contiuns ſemper fuit etiam *Glareano* atteſtante flumine Tanai tantum eos diſtinguente. Nota ſunt etiam vetuſta nomina vrbium in vicina Germania: *Lubecum, Roſtokium, Starogardum, Zgorelecium ſeu Brandeburgum*, quæ prorſus ſonum reddunt linguæ Polonicæ. Sic montium Sarmaticorum parte ab altera: *Koſſice, Liſska, Sklane, Tarnaua, Tokai, Igniecz*, quæ in memoriam reuocant, qui olim poſſeſſores fuerint priſcis temporibus illarum regionum. Sed de iſtis latius in ipſo opere Annalium.

Quidam Ponticum mare Sarmaticum vocant Mare autem quod Daniam & Viſinariam alluit, Sarmaticus Oceanus a Ptolomæo nominatur. Sarmatæ autem populi errant, quicunque lingua noſtra vtuntur Slauonica, licet Veneti interdum eis adnumerantur.

INDEX TABVLÆ SARMATIARVM SIMVLQVE VRBIVM, MONTIVM, FLVVIORVM, SYLVARVM, SOLITVDINVM ET ALIORVM NOBILIVM LOCORVM, QVORVM SITVM ET DISTANTIAM, SVMPTO NVMERO LONGITVDINIS ET LATITVDINIS ET FILO A NVMERO AD NVMERVM INSTAR CRVCIS AD LATERA TABVLÆ DVCTO ET RITE APPLICATO, INTERSECTIO INDICABIT.

A

	Latitudo.		*Longitudo.*	
	gradus.	*minuta.*	*gradus.*	*minuta.*
Alle flun.	51.	1.	43.	4.
Angeburg	55.	5.	44.	1.
Allenburg	55.	5.	44.	4.
Allenſtein	54.	11.	58.	8.

B

BALICE 50. 10. 41. 16.
Quarto lapide a Cracouia, ſeu vno milliari Polonico. Villa in qua ſuperbo ſumptu aula extructa e longinquo cernitur. Opus inter miracula reponendum. Eſtque locus natalis *Bouerorum* gentis ſpectatæ nobilitatis & optime meritæ de Repub Polonorum. Inſigne gentis eſt liliorum flos vulgo *Hiberida* dictum. Sunt enim veluti dearmes (permitte me ſic loqui) regno Galliarũ. Nunc eſt poſſeſſor pagi Magnificus D. *Nicolaus Firley* Caſtell. Bicenſis, paternarum & maternarum virtutum ipſiſſima imago.

Betigola 56. 10. 47. 6.
Berſari 56. 8. 44. 4.
Balde 55. 40. 4.
Butau 55. 2. 43. 3.
Brunsberg 55. 6. 43. 3.
Quæ & *Varmia* dicitur, ſita eſt ad flu. *Paſſaria.*
Brodnica 54. 43.
hæc Germanice *Strasborg* dicitur.
Bidgoſtia 54. 2. 53. 10.
Ad confluentem fluminis *Brda* cum *Iſtula.* A Wladislauia ſex milliaribus diſtat.
BRZEG 51. 12. 39. 10.
Vrbs ducalis & colonia Polonorum, ſed & ii, qui nunc ſuperſunt Principes, de ſtirpe *Piaſtonum* Polonicorum Regum deſcendere dicuntur.

Brda fluu. 54. 2. 41. 5.
Bresburg 54. 5. 41. 5.
A *Brandeburg* 55. 8. 53. 6.
Bolo fluu. 54. 2. 41.
Bratim 54. 4. 43. 3.
Berezina 55. 51. 1.
Boriſſouo 56. 55.
Ad flumen Boryſtenem oppidum eſt. Exiſtimant autem quidam ab hoc oppido flumen etiam Boryſtenem nuncupari. Oppidum autem conditum fuit a *Boriſſo* quodam duce Ruſſorum. Nec raro contingit flumina ab oppidorum nominibus dici; vt *Odra* fluu. ab oppidi denominatione dictum eſſe tradunt. Adhoc oppidum vſque *Boriſſouo*
B Moſchus fines ſuos extendi affirmat, contra Lituania *Olgerum* ducem fines magni ducatus protelaſſe vſque ad *Mozaisko* conſtanter aſſeuerat.
BZVRA fluu. 53. 6. 41. 8.
Infra *Louicium*, vbi ſunt nobiles Biſontum venationes, locus ille & ſylua vocatur *Viskitki.*
Brzeziny 53. 42.
Oppidum ampliſſimum egregiis artificibus refertum. Et eſt domicilium ſpectatæ nobilitatis *Laſſociorum.*
BVG fluu. 53. 6. 43. 8.
Commentatores *Cornelii Taciti* populos veteres *Ciſtobocas* ab hoc flumine *Bug* dictos eſſe tradunt, eo quod iſthic ſedes patrias habuiſſe feruntur. Et vox cognominis *Ciſtobocorum* non diſſonat a denominatione *Bug.*
C *Brzescie* 53. 8. 47. 7.
Ciuitas populoſa ad confluentem *Bug* & *Muchauiec* in ipſo triangulo, triquetram figuram efficiens.

BVCZAĆ

Digitized by Google

BVCZAC	49.	10.	48.	6.

Vetuſtæ & claræ gentis colonia *Buczaciorum*. In ditione horum feront inueniri venas auri, quæ veluti ramenta ſcintillant in aqua riui ea rupe altius ſcaturientis. Hæc poſtea ab agreſtibus excipiebantur percolabanturque, ac ita maſſa conficiendo auro apta reddebatur; ſed multa ignauia quadam negliguntur. Laudatur etiam ab equis generoſis, quos magna vbertate greges numeroſi quotannis produeunt ipſis, vnde in Prouerbium abiit: *equus Buczaciorum gregis*. A

Bielsko	53.	6.	47.	8.
Barycz	52.	8.	39.	10.
Boleslawiecz	52.	2.	40.	12.
Bretnicza	52.	9.	40.	2.
Bocbotnica	52.	9.	40.	12.

Domicilium claræ gentis *Samboreciorum*. B

Bocbotnica	52.	9.	40.	12.

Eſt arx murata. Hæc poteſt vocari antiquitas. Nam muri eius vetuſtate conquaſſati ruinam minantur: propediem collapſura videtur.

Borowiec	52.	6.	45.	11.
Bielany	52.	7.	44.	7.
Bodzecin	51.		44.	8.
Belzyce	51.	12.	46.	2.
Bychaua	51.	10.	48.	3.
Boboua	50.	6.	44.	1.
Biecz	50.	6.	44.	1.

Meminit *Ptolemæus* & alii vetuſtiores prouinciæ Sarmaticæ quæ dicebatur *Bicen*. Sita fuit ad Euxinum pontum: ſed credibile eſt colonias inde ad eum locum translatas fuiſſe. Hanc præterfluit flumen dictum *Ropa*, ex cuius ſpuma ſulfur conficitur. C

Beskidim	49.		44.	

Beskit vel *Bieſchadi* ab incolis vocatur. Mons eſt nobilis vltra *Humienno* ea quo flumen *Tiras* oritur. Memineruntque veteres eo loci *Beſſorum* populorum.

Braclaw	50.	10.	52.	8.

Arx in qua ſemper præſidium firmiſſimum expeditum aſſeruatur. Vocatur vrbs illa *Sancti Petri*, eo quod imagine diui *Petri* Apoſtoli pro inſignibus vtitur.

Balaklei	50.	2.	52.	

Arcis veſtigia in loco percommodo. *Czapczaklei* vero eſt fluminis nomen. D

BOCHNA	50.	11.	43.	5.

Salisfodinæ præſtantiſſimæ, quarum ſal ideo ſali Ruſſico præfertur & marino, quod plus terreſtreitatis in ſe habet, ac propterea magis ſolidum & magis ſalſum eſt. Multi autem ex viris literatis & etiam illuſtribus admiratione ducti, demittebant ſe in illum abyſſum ſalisſodinarum. Et reuera eſt res ſtuporis plena videre illas profunditates & veluti centrum terræ. Inuentum ſalem eo locorum, acceptum referunt *Kunegundi* *Boleslai Pudici* Regis coniugi, fœminæ ſanctæ, Anno ſalutis 1251. Et quia Vngara fuit, vulgo creditum eſt & paſſim iactatum, reginam illam ſal illud minerale ex Vngaria in Poloniam tranſtuliſſe, ſecumque aduexiſſe.

BIALOGROD	48.	10.	52.	8.

Theodoſia dicta veteribus. Hanc ad oſtia Boryſtenis *Iouius* ponit, ſed erroneam eius opinionem D. *Cromerus* confutat. Præterit vero *Bialegrodum* via trita, & celebris, quæ ducit *Oczakouiam*. Hac Turcici & Scythici negociatores potiſſimum commeant, quos illi lingua ſua *Carabanos* vocant. Quando igitur noſtri aliqua mancipia intercipere conantur, vt ex eis diſcant, quidnam hoſtis machinetur modo, quidue in Turcia Scythiaue geratur, tunc ad eam vſque viam genus quoddam militum leuiſſimæ armaturæ velitationibus aptum, quos *Kozakios* vocant, progreditur, ac ita ex prætereuntibus rapiunt, quos poſſunt & ad præfectus ſuos citato & feſtinanti curſu reducunt, ſæpius tamen retro ceruice inflexa proſpectantes, ne quis eorum veſtigia ſignet & vrgendo capiti eorum inuehat. Nam non raro alea ſecus cadit, quam optaſſent & ſæpe ex captiuante fit captiuus. Et interrogati, cur ita temere dubio Marti ſe exponant, reſponſare ſolent: *Bene eſt ſi*, inquit, *nihil inde vtilitatis percepero, niſi quod iuuenilem ætatem meam eo pacto conſolabor commentaueroque ſatis eſt, iuuat.* At contentatio illa qualis futura ſit, ſi interim ad manus Scythicas deueneris, nemo eſt qui ignorat. Fuit quodam *Bialogrodum* emporium celebre & obuium noſtris hominibus. Nam temporibus *Caſimiri* Cyprum vſque demeabant naues onerariæ tritico Podolico plena. Nunc tantum ſcandulæ prono flumine ad barbaros demeare *Bialogrodum* ſolent, idque non ſine graui diſcrimine vitæ.

Balneum Visoudi	50.		55.	6.

Nunc fons tantum amœnus vbi miles ſtatiua habere & corpus reficere ſolet. Adeſt & Oratorium ibi gentile dirutum.

Pons Visoudi	50.		55.	

Non procul a Balneo.

Brzoſtek	50.	6.	44.	4.
Brzozow	50.	3.	45.	2.
Belz	50.	3.	45.	2.

Præfectura Regia

Busko	50.	11.	57.	6.

Præfectura Regia

Bukacz	49.	7.	44.	2.
Bebek	40.	11.	47.	3.
Baden	45.	3.	44.	1.
Berſtani	45.	3.	47.	8.
Bardenland	51.		43.	

Crux picta confinium ſignificat, lapideam eſſe audio crucem & eminet ex aqua.

Brozylow 52. 54.
Ad Boryſtenem inter Coroſzczycow & Kiow. A

BAR 50. 50.
Arx munitiſſima ob memoriam *Parii* patriæ dulciſa Regina Poloniæ *Sforcia Bona*, io ipſo aditu Scythiæ excitata. Semper ibi præſidium ſorte imponitur, & præſectus datur vir exploratæ virtutis. Nunc præſecturam illam adminiſtrat ſumma cum laude *Nicolaus Bucacius*.

Baſylea Ruſſiæ 50. 40.
A *Baſylio* Duce *Oſtroueciorum* fundata. Floruit is noſtra ætate. Fuitque filius illius *Conſtantini* bellatoris.

Bacota 50. 6. 50. 6.

BVH fluu. 50. 52.
Axiacum veteres dixere, quidam *Hyppanim* eſſe volunt, innixi, vt aiunt, *Herodoti* ſententiæ, ſed refragante *Ptolomæo* qui *Hyppanim* collocat cis Boryſtenem Tauricam & Meorideo verſus. Oritur paulo ſupra *Miedziboz* & paulo infra collem dictum *Zbornamogila* Alluit *Chimielnik Vinnicam Braclaw* & poſtea incitatus curſu per campos *Vroczisko* decurrit: *Kuczman* pontem *Vitoudi*, tandem dilatatus per vaſtam camporum ſolitudinem ad Euxinum Pontum amplo gurgite deuoluitur. Et recte reprehenditur a Magnifico viro *Ioanne Sienienio* Caſtellano Leopolienſi error quorundam noſtræ ætatis Chorographorum, qui *Bobum* hunc incidere in *Boryſtenem* finxerunt, cum quatuor milliaribus ab oſtio *Boryſtenis* in *Limonium ſinum Euxini* ſeſe abſcondat. Quod autem flumina iſta *Bub* & *Bozek* veteres vo- C carunt, forſan quia pro[illegible]is amnes priſci homines coluerunt quum gentes eſſent.

Bialacerkiew 51. 53.
Ad flumen *Ros*, a *Kiouia* 15. milliaribus, vel paulo vlterius. Sæpe huc Scythæ viſuntur, vt canes ſpectantes in culinam. Ruſſica milliaria ſunt longe maiora quam Polonica. Ideo non mirere ſi quantitas circino hic non reſpondet vbique.

Brod Bazarabski, vide *Oſtrokol.*

Bozek fluu. 50. 6. 49. 6.
Inter confluentem *Buch* & *Bozek* veluti *Meſopotamia* ſedet *Miedzyboz*, vt etymon ipſum vrbis indicat.

C

CRACOVIA 50. 10. 42. 9.
Olim *Carodunum* iuxta *Ptolomæum* dicta. Regia eſt Poloniæ ad confluentem *Iſtulæ & Rudauæ*. Et vere Regia. D Nam ſiue loci ſpectes ſitum, ſiue hominum frequentiam diuerſarum gentium, ſiue omnium rerum affluentiam, ſiue ædificiorum magnificentiam, tanta reperiuntur omnia, vt merito naturam totam vim ſuam in eum locum effudiſſe putes. Ibi eſt ſedes Epiſcopalis, ibi Academia celeberrima, argentifodinæ, ſaliſfodinæ, plumbaria, territoria fertiliſſima, arces in vicinia muratæ frequentes patent. Superius *Zatorium* lacubus, & copia piſcium affluens, inferius *Nepolomicium* abundans pingui ſerina; ex montibus etiam Sarmaticis, qui vrbi impendere videntur, varia genera auium afferunt aucupes. Demeationes quoque nauium mercenariarum ſurſum deorſumque cum ſale, ære, plumbo, frumento, vino, cera, vſque ad mare vſitatæ ſunt Cracouienſibus. Adhærent etiam vrbi alia oppida: *Clepardia* a Septemtrione, *Cazimiria* ab Orientali plaga. Ac, vt breuius dicam, nullam iam vrbem pergendo Septemtrionem & Orientem Borealem reperies tam auguſtam, quæ eius ſplendori & magnificentiæ conferri queat. Huius figuram alii teſtudini muſicali, alii aquilæ expanſarum alarum, quod eſt inſigne Regni, comparant, ad eum nempe modum, vt arx caput alitis referat, ſuburbia autem vtrinque adhærentia alias expanſis & caudæ diſcuneatæ, conferantur.

CZARNCKOVV 53. 11. 39. 11.
Antiquiſſimum & ſpectabile domicilium & ſedes quondam ducalis gentis *Czarnkoniorum*. Hi primi inter heroes Polonorum erant, qui Chriſto nomina ſua dederunt. Cuius rei inſigne vittam baptiſmalem hactenus gerunt. De qua re complura leguntur in hiſtoria noſtra. Vide & infra titulo *Oſtrorog*.

Camenum			55.	2.
Coſzelin	36.	4.	55.	2.
Cinteri	53.	6.	43.	6.
Creuesb	55.	7.	43.	9.
C *Curiſchaſe*	55.		45.	
Cornand	54.	5.	43.	

Locus nobilitatus pugna celebri quadam, In qua ita obſtinate a Polonis pugnatum eſt contra Cruciferos, vt feſſis ter ſpacium reſpirandi daretur, quod *frid* Germanice vocatur, & ter ad manus redirent, donec hoſtis armis oppreſſus victum ſe fateretur. Noſtri bellum illud Coronouienſe vocant, Vide D. *Cromerum* lib. 17.

Culſmer	54.	4.	42.	5.
Ciechanow	54.	2.	44.	5.
Cultri	54.	7.	49.	7.
Crono	55.	8.	50.	
Croſno	50.		44.	

CAMIENIEC 49. 6. 49. 4.
Arx munitiſſima Valachiam verſus, quæ ob id, quod natura loci mirabiliter ſit munita rupibus præaltis & flumine *Smetricz*, ſolius Dei manu ædificata eſſe ab incolis prædicatur. De hac tamen ita ſcriptum eſt:

Quamuis altis cincta eſt Camenecia muris,
Si tamen inſpicias huic multa deeſſe videbis.

CZIZOVV 51. 1. 44. 10.
Arx murata, elegans ſpectatæ proſapiæ *Czizouiorum*.

Chodecz	55.		40.	7.
Camiensko	52.	4.	41.	2.

Camenice

Cameniec
Alia ars murata firma & pulchra medio milliari a *Croſno*.

CZESTOCHOVIA 53. 8. 41. 8. A
Locus celebris frequenti hominum concurſu religionis ergo. Simile aliquid *Compoſtella* Italicæ.

Craſnik 51. 6. 45. 8.

Checiny 52. 9. 43. 6.
Præfectura nobilis & arx murata in arduo colle. Ibidem æris fodinæ vetuſtate neglectæ, lapis tamen *Aeſurides* vel color conficitur.

Curow 55. 5. 45. 2.

Czeſſin 50. 7. 41. 6.

Caczibei 48. 55.
Ars vetuſtate deſtructa, ad littus *Ouidii* laeus. Eratque Polonorum emporium celebre, vbi ſal deponebatur marinum. Veteres meminère huius portus ad Euxinum. *Plinius* vocat *Cathizos* pomiliones. Vetuſtas enim credidit homunciones breui ſtatura eo B loci belligerare cum gruibus, eaque ſcriptis mandarunt.

Chelma 54. 8. 42. 8.
In Pruſſia eſt ciuitas, creditur eſſe omnium antiquiſſima. Vnde Ius Chelmenſe ſeu Culmenſe. Laudatur dimenſio vrbis illius quod plateas fere ad perpendiculum gnomonis rectisſimas habeat & turres ita concinne diſpoſitas, vt turris turri, porta portæ fere diametraliter opponatur, vt e regione vir virum ex feneſtra vnius in feneſtra alterius proſpicere queat.

Caſſouia 49. 11. 46. 6.
Vrbs Vngariæ munitiſſima & paries fortiſſimus quo ſuſtinetur impetus & inundatio Turcorum. Sed apparet fuiſſe coloniam Slavorum. Quia ſita eſt inter montes qui ad C Sarmatiam pertinebant & Sarmatici vocantur. Denique & nomen *Caſſouia*, Slauonicæ linguæ olet ſonum.

CALISZ 52. 8. 41. 3.
Ptolomæus expreſſe meminit eodem in loco *Calis*. Eſt ergo hæc vrbs numeranda inter antiquiſſima municipia Sarmatarum. Nam *Ptolomæus* vixit fere centum annis ab aduentu Chriſti domini poſt tempora *Traiani* Imperatoris.

Comarno 49. 11. 46. 6.

Cozibele 49. 5. 47. 7.

Czeruone 40. 5. 46. 6.

Cleuan 51. 10. 48. 5.

Chmielnik 51. 2. 50. 6.
Propugnaculum contra Scythas *Bohum* verſus. Adminiſtrat nunc præfecturam illam ſumma cum laude *Iacobus Strus*, robore animi & corporis cunctis iamdudum conſpi- D cuus, patriſque & auorum memoria celebris.

Czartoryſko 51. 9. 48. 5.
Ad oſtia *Styr* fluminis.

Czarnobilum 52. 53.
Significat nomen *czarno* & *bielo*, id eſt, album nigrum, albæ & nigræ Ruſſiæ confinium indicans. Sita eſt propemodum ad *Przypiecz Kiiouiam* verſus.

Craſylow 50. 50.
A Ad fontem fluminis Horin.

Conſtantinow 50. 50.
Sunt ciuitates Ducis *Oſtrouecii*: *Conſtantinow*, *Baſylea*, *Kraſylow*, *Kuczmin* in finibus Volhiniæ, qua itur *Miedziborum* verſus quaſi in tractu.

Czernyoſtrow 50. 50.

Cataracta 51. 55.
Quindecim milliaribus a *Caniow*, vide titulo *Probi* & *Boryſthenes*.

CAROWGAI 50. 49.
Eſt nobile nemus & puto illud eſſe quod *Ptolomæus* vocat *nemus Dianæ*. Non procul à *Sieniaua*, non remote hinc oritur flumen *Ikawa*.

Cerkiew 50. 46.
Milliaria ſeptem a *Leopoli*.

B *Comiencza* fluu. 49. 56.
Flumen ex àduerſa ripa *Tebinia*, in *Tiram* illabitur.

Czernichow 49. 12. 48.
Non procul à *Tarnopole* ditionis Ducis Oſtrouienſis.

Czechowce 49. 12. 48. 12.
Nonprocul a fontibus fluminis *Zbrocz*. Fateor autem nonnihil anguſtiora hic ſpacia eſſe, quam vt illam amplitudinem camporum in latum capere queānt.

COLOMIA 48. 2. 48. 1.
Colomiam dictam eſſe putant quaſi coloniam, quod credant olim Romanorum colonias eo deductas fuiſſe. De qua re conſule hiſtoriam noſtram libro 3. Niſi forte a *Colomano* Rege Halicienſium nuncupata ſit. Conficitur ibi ſal, cuius nidor ouorum odorem plus ſatis frixorum & aduſtorum ſuauiter redolet. Quod die Veneris ieiunantibꝰ, diſputationis occaſionem de eiborum delectu præbere ſolet, dum veſperi ad lumen hilarius conuiuari ſolent.

Cudnikow 51. 4. 45. 12.

Crupa 51. 9. 50. 6.
Ibidem flumen *Crupa* ſynonimum *illi*, quod in Slauonia eſt, a quo *Lechus* in Poloniam veniſſe vna cum fratre *Czecho* dicitur. Et forſitan incolæ loci in Slauoniam penetrantes ex Ruſſia, patriæ dulcis memoria ducti, amni nomen in patria *Lechi* impoſuerunt.

Czerkaſy 51. 4. 54. 12.
Czirkaſy tradunt reliquias eſſe veterum *Cymbrorum*, quos *Homerus Cymerios* vocat. Nomen certe affine eſt. Religio apud eos magna ex parte *Machometana*. Mulieres fere ac viri belli munia apud eos obeunt. Diſtat a *Kiouia* iuxta *Guagninum* 27. milliaribus, iuxta vero regios luſtratores 15. tantum.

Cudniow 51. 12. 53. 1.
Ad leuam eundo *Kiouia*: a Leopoli 17. milliaribus.

CHOR-

CHORCYCA 50. 54.

Inſula eſt in alueo *Boryſthenis*, clara *Viſniouecii* herois œconomia militari. Ibi enim ſedem & firmamentum ſui roboris ſtabiliuerat. Sita eſt a *Kiouia* 44. milliaribus, paulo infra oſtia fluminis *Tiſmienca*. A

Czerniechow 51. 55.

Flumen cis Boryſthenem *Diſna* è regione *Kiouiæ*, ad quod ſita eſt arx Moſchorum firmata præſidio: 30. milliaribus a *Kiouia* vt *Guagninus* refert, luſtratores 24. ponunt.

CHOTIM 49. 8. 49. 8.

Arx fortiſſima in ipſo aditu Valachiæ, æmula *Camenecii*, quæ eſt ditionis Polonorum. Ideo *Petrum* Valachiæ Palatinum ferunt ſolitum dictitaſſe: *Aut tu Camenec Chotimum noſtrum, aut Chotimum Cameneciam deglutiet*.

Czapczaklei 50. 2. 52.

Flumen eſt; notius habetur propter viua veſtigia munitiſſimæ arcis *Balaklei*, quæ ſi iuſto præſidio muniretur, firmiſſimum propugnaculum ad impediendos Præcopienſium tranſitus per *Hyppanim* eſſet. Et præſertim ſi viciſſim ad flumen Ruſſaua in loco illo excitandæ arci peridoneo & a multis celebrato propugnaculum nouum inædificaretur. Hæ, inquam, duæ arces non plus quam 20. milliaribus a ſe diſtantes, alia ad *Tiram* ex oppoſito *Thebinia*, alia, oſtia verſus *Hyppanis*, ſi bene munirentur, totum tractum illum triangularem ab *Oczakouia*, tanquam duo paraſtatæ, id eſt columnæ ex æquo a ſe diſtantes, mirificè tutum redderent, vt conſilium luſtratorum adſcriptum prudentiſſime ſuadet. De qua re vide titulo *Ruſſaua*, *Balakli* & *Grodzisko*. Diſtat *Czapczaklei* ab *Oczakouia* octo milliaribus, at nouem vt luſtratores idem annotarunt. B

Czarnylas 49. 12. 50. C

Alias ſylua *Pieczymegi* vocatur. Eſt etiam *Czarnylas* pagus *Kochanouii* Poetæ eximii in Sędomirienſi prouincia.

Chorbop 51. 3. 48. 5.

Ad fontem fluminis *Wſlecz* non procul à *Lucko*.

D

DABROVICA 51. 12. 45. 3.

Domicilium natale Illuſtrium & Magnificorum *Firlegiorum*, Baronum a *Dobrovica*. Ex ea gente complures Palatini, Præfecti copiarum, Campiductores, Caſtellani & prouinciarum dignitarii prodierunt, quorum fama vbique etiamnum coruſcat. Arma gentis ſunt *Leopardus*. Animal hoc ferunt eſſe robuſtiſſimum, vincit hunc tamen viribus Leo, ſed rurſus ingenio à Leopardo vincitur. Nam vt eum in diſcrimen adducat, ferunt cuniculum ſubterraneum parare ſolitum, quem quoniam in veſtibulo diductiorem latioremque, in exitu vero anguſtiorem præparare ſolet, ideo cum a Leone inuaditur ipſemet, vt qui minor, celeri curſu rapaces vngues Leonis elapſus euadit. Leo D vero ira exagitatus cauernam latius oſtium habentem facile ingreditur, poſtea vero in exitu ſtrictiore, eluctando hæret & captiuus retinetur. Hanc ferunt eſſe naturam Leopardi. Hoc eodem ſtratagemate eius gentis homines, hoſtes patriæ debellare ſolebant, hoc eſt, viribus & ingenio. Nam fere omnes literati ſunt, ideo etiam literatis hominibus fauent & ſunt patroni Muſarum munificentiſſimi.

DZIALIN 53. 43.

Domicilium & colonia Magnificorum & ſpectatæ nobilitatis *Dzialiniorum*, quorum aliquot mea ætate in ſenatu Regio cum laude tuebantur ſuum locum.

Druzeck	55. 7.		44.	8.
Drezen	53. 8.		46.	10.
Dubraniça	52. 6.		50.	6.
Diſſa	58. 7.			10.
Driſmet	56. 11.		51.	1.

Grodecius in ſua tabula, in *Disna* & *Driſna* lapſus eſt & fluminis *Duna* ſitum ignorauit. Quare eo modo, vt hic vides, error hic eſt corrigendus.

Druzno 55. 1. 42. 1.

Lacus nobilis ad *Elbingam*.

Dubkacz	55. 5.	44.		
Dranborg	54. 3.	39.	7.	
Drzwiaca fluv.	54. 3.	42.		
Dzialdow	54. 4.	43.	8.	

Significat noſtra lingua *Dzialdow* diuiſorem. Nam Pruteni limitem hic eſſe volunt ſuum qui a Maſouiis eos ſeparet.

DABROWNO 54. 4. 43. 8.

Locus pernobilis pugna illa, quando Poloni de ſumma rerum duce *Maſconio Vimbramo*, cuius ſol inſigne fuit cum cruce ſignatus, Marte iudice ferro decernebant, ante annos 150. Et tum de Cruciferis octoginta millia profligata ſunt. Locus pugnæ ad eam vsque diem ab accolis monſtratur. Vocatur hæc ab aliis pugna bellum *Grunualdenſe*. Sed pagus iam ille vaſtatus iacet. In prælio hoc aderat Rex ipſe *Iagello Vladislaus*, aderat & *Vitoudus* frater Regis. Ex crucesignatis occubuit ipſe Magiſter ordinis in conflictu cum toto ſuo robore militiæ & multis commendatoribus. Duces Germaniæ aliquot capti & ad Regem perducti culpam deprecantes veniam impetrarunt. Signa cohortum crucesferarum deſcripta habes ſigillatim apud *Dlugoſſum* hiſtoricum.

Dzwieh	52. 12.	51.	6.	
Dlugoſſouice	51. 1.	42.	2.	
Dunaiec fluu.	55.	43.		

Hunc amnem alii *Danaſtrum*, alii *Viſelam* vocant cum *Procopio*. Nam ex iis locis demanat, id eſt *Scepuſio*, vbi Gepidæ veteres, *Gotthica* natio, ſedes ſuas habuere præcipuas, teſte eodem *Procopio*.

Ducla 50. 3. 43. 5.

Ptolomeus eo quoque loci ponit *Ducleotas* populos, voce neutiquam diſſona.

Dębica

Dębica 50. 2. 44. 6.
Dinow 50. 5. 43. 2.
Dubiecko 50. 6. 43. 2.

Colonia vetuſtæ gentis ſpectatæ nobilitatis A STADNICIORVM dominorum ab *Oſmigrod*. Horum inſigne eſt amnis *Sreniaua*. Nam ad hoc flumen ab eorum protauo fuſi fugatique erant hoſtes patriæ. Ideo recte a quodam erudito hæc victoria celebrata fuit hoc diſticho:

Strenuus immanes princeps qui vicerat hoſtes,
Præſens ad flumen talia ſigna tulit.

Dębno 50. 43.

Magnificus *Franciſcus Veſelinus* Camerarius Regius illa ditione potitur. Vir heroicis virtutibus conſpicuus & omnibus bonis merito charus. Eſt aliud *Dębno* in prouincia Sędomirienſi *Sienieniorum* colonia vetus. Eſt & tertium nouiter locatum oppidum à Magnifico Caſtellano Leopolienſi ad *Szidlow*.

DVBINKI 58. 4. 50. 5. B

Domicilium natale Illuſtrium Ducum *Radiuiliorum*, quorum pater principem locum tenuit inter Senatores magni Ducatus Lituaniæ. Huius duo filii ambo Palatini. Nam & *Chriſtoferus* Caſtellanus Trocenſi ſucceſſit nunc, audio, in locum patris, effectusque eſt Palatinus Vilnenſis. Huius virtutis enituit ante biennium in expeditione *Pleſcouiana* contra Moſchouiæ ducem: vir eſt acer in armis.

Dobrouoda 50. 9. 40. 6.
Drohobicz 59. 8. 47. 8.
Dolina 49. 4. 47. 8.

Affine eſt vocabulum cognomini Podoliæ. Nam tractus hic ad illam vallem eſt ſitus a qua denominatur Podolia. Vites hic poſſent plantari & vinum proferrent quale *Caſſouia* C profert. Eſt enim cum illa ex æquo meridionalis.

Dabliacz 45. 7. 45. 2.
Dobrzin 51. 7. 45. 2.
Durisko 51. 7. 48.
Drohobuſz 51. 8. 36. 6.
Dunaiow 50. 4. 48. 3.
Dwiekliczuiecz 49. 10. 49. 10.
Daſchow 49. 6. 34.
Dromus Achillis 54.

Hic ſe heros clariſſimus exercere ſolebat.

Dunaiow 49. 11. 47. 6.

Ad confluentem *Kropiecz* & fluminis *Lipal*.

Dzwan fluu. 49. 51.

In *Tiram* incidit. Eſt caſtellum deſertum D *Dzwan*, Ducis Oſtrouienſis habitaculum.

Dubrouica 52. 51.

Supra confluentem *Slucza* & *Mochor* fluminum.

Delna fluu. 50. 54.

Flumen cis Boryſtenem è regione Chortycæ inſulæ.

Stanislai Sarnicii Deſcript. Polonia.

Dauidow 52. 50.

In ipſo confluente fluminum *Przypiecz* & *Slucza* oppidum.

Disna 51. 55.

Flumen e regione Kiouiæ, ad quod duæ arces Moſchorum: *Czerneciow* & *Patiuol*, tantummodo 24. milliaribus a *Kiiow* diſtant.

E

ELBINGA 52. 4. 42. 5.

Vrbs nobiliſſima in Pruſſia, commendatur quod ſit munita natura loci & altitudine murorum: ſed magis a fide & obſequiis, voluntate denique propenſa erga Reges Poloniæ, etiam in aduerſis caſibus. Ideo eis vt ſigillum aſſeruent Reipub. Pruthenicæ concreditum eſt, a *Gedano* ſex milliaribus in altera Iſtulæ aciali ripa.

ELCBERG 55. 10. 44. 10.

Sedes eſt Epiſcopalis cui nunc præeſt *Martinus Cromerus* ſcriptor hiſtoriæ Polonicæ, diligentia, eloquentia & elegantia latini ſermonis, cuiuis noſtræ ætatis ſcriptori comparandus & etiam multis præferendus Senatorque regni digniſſimus.

F

FVLSTINVM 59. 45.

Cognomen eſt Germanicum. Multa autem nomina Germanica non ſolum vrbium, ſed etiam præcipuorum nobilium in illa ſubmontana regione reperiuntur. Cuius rei cauſam alio in loco explicauimus. Eſt autem *Fulſtinum* domicilium natale antiquæ ſtirpis *Herbortonum*, ex quibus noſtra ætate tres in Senatu regni reſidebant. Arma gentis ſunt tres gladii pomo cuſpidibus infixi.

Fridland 55. 5. 43.
Falkenburg 54. 7. 46.

Ex media Germania huc nomina tranſlata veteribus abolitis.

Pilek 48. 48.

Arx Turcicæ ditionis: credo tantum ſex aut nouem milliaribus a *Scepuſio* finibus Polonicis diſtat. Tua res agitur, paries cum proximus ardet.

G

GEDANVM 55. 4. 41. 9.

Vrbs nominatiſſima & ornamentum non poſtremum regnorum Europæ ad oſtia Iſtulæ, quæ triginta hauſtis fluminibus miſcetur Baltico freto ſua amplitudine ſpeciem maris efficiens. Per hanc quicquid habet Polonia, Lituania, Maſouia, tanquam in æſophagum, Gedanum intrat & in transmarinas regiones auehitur. Et rurſus, quicquid affertur ex Germania, Anglia, Gallia, Hiſpania, Dania, Suecia, per vniuerſam Sarmatiam digitis Gedanenſium ciuium diſpenſatur. Laudatur in ea, quod bene munita ſit, populoſa,

loſa, diues, commemorantur horologia affabre facta: ſed me in eius admirationem magis rapit gubernatio eorum Reipub. qua prudentiſſimus Senatus tanquam habenis vniuerſam multitu- A dinem regit & in officio retinet. Nec video vrbem in regionibus iſtis cuius gubernatio ſit ſimilior Venetorum Reipub. De nomine *Gedani* & eius etymo probatur doctioribus ſententia *Celtis*, quam hoc diſticho expreſſit:

Sed quondam Gedanum Gotthorum nominè dictum:
Hincque ſinus Codanus nomina clarus habet.

Colberga 55. 1. 38. 8.
Guthſtat 55. 3. 43. 6.
Germa
Grande Filz 45. 9. 43. 4.
Gwda fluuius 54. 39.
Grandcz 54. 6. 42. 4. B

Locus celebris ob quandam victoriam Polonorum. *Grudziac* a noſtris vocatur.

Goſten 54. 10. 42. 5.
Goniadz 54. 7. 46. 11.

Venationes iſtic Regum præſtantiſſimæ.

GOSTOMIA 52. 42.

Ampliſſima & viris fortibus referta domus & locuples. Refert autem non obſcure ſuo cognomine veterum Gotthorum appellationem & ſonum, qui nequaquam remote olim abhinc habitabant. Sed de origine Gotthorum accuratam inueſtigationem habes lib. 3. Annalium noſtrorum.

Grimki 54. 5. 46. 4.
Grodno 54. 6. 58. 9.
Grodzisko 54. 4. 40. 9.
Gebica 53. 7. 41. 9.
Gliuice 51. 4. 45. 8.
Grodek 50. 2. 46. 10. C
GORAI 51. 4. 45. 8.

Memorabilis facti *Demetrii de Goray* fit mentio in hiſtoria *Iagellonis*, à domino *Cromero* & aliis circa deſponſationem *Eduigis* Reginæ nuptæ *Iagelloni*.

Grabow 51. 5. 46. 10.
Gologuri 50. 2. 47. 4.

Oppidum inter montes, ſicut & ſitum nominis etymon indicat. Puto autem hos montes, qui a Leopoli Volhiniam vsque protenduntur, *Peucinos* vocari a *Ptolomao*.

Gliniani 50. 3. 47. 1.

Quinque milliaribus a *Leopoli*.

Gnieuum 54. 6. 42. 6.

Præfectura eſt *Cemorum*. Eſt autem *Cemorum* familia genere & rebus geſtis ad- D modum clara & ſpectabilis. Mea ætate quatuor ex ea gente in ſenatu Regio Palatini erant: *Achacius* Palatinus Pomeraniæ, *Fabianus* alter Palatinus Margenburgenſis. Tertius N. Quartus N. Seniorem *Cemam* ita amauit *Albertus* Marchio Brandeburgenſis Dux Pruſſiæ, vt cum renunciaret profeſſioni Crucifericæ, exueretque veſtem ritualem, qua ipſe Magiſter vtebatur, ipſi ſoli tanquam amico confœderato eam tradiderit, quam hactenus ſucceſſores mnimoſini loco aſſeruant.

Grodek aliud 49. 7. 48. 3.

Ad flumen *Hnieziola* & *Tiram* domicilium *Herbort de Dziedzilow* viri clariſſimi Succamerarii Kamenecenſis.

Grodek tertium 50. 49.

In ſummitate fluminis *Smetricz*, & vnum ex iſtis vocatur *Slony Grodek*.

GORKA 52. 6. 40. 6.

Illuſtrium Comitum a *Gorka* domicilium, quorum inſigne eſt nauis argonautica. Ex ea gente prodierunt complures Palatini, Campiductores, Epiſcopi, Caſtellani, Oratores ad exteras nationes. Viri toga pariter & armis illuſtres. Horum nomen in Germania & in aliis exteris nationibus ita clarum eſt, vt putes iſtic natos eſſe. Linea, vt vocant, iſtorum, quantum ego ſcire poſſum ex Senatoribus, hoc ordine poteſt recenſeri. *Lucas* primus *de Gorka* Palatinus Poſnanienſis 1340. *Lucas* ſecundus *de Gorka* Palatinus Poſnanienſis 1466. *Vriel* Epiſcopus Poſnanienſis & Cancellarius regni 1479. *Lucas de Gorka* & idem poſtea Epiſcopus Cuiauienſis, quem ego probe noueram. Nam fui tum alumnus & condiſcipulus nepotum huius, filiorum *Andreæ*. Vſique fuimus præceptore *Ioanne Coſmio* viro erudito, qui poſtea Theologus & a concionibus fuit apud *Sigismundum Auguſtum* Regem Poloniæ 1542. Tandem *Andreas de Gorka* Caſtellanus & Capitaneus Poſnanienſis generalis. Huius tres filii: *Lucas de Gorka* Palatinus Poſnanienſis. Frater denique eius *Andreas* Caſtellanus Miedirицenſis, qui nunc fatis conceſſit. Et *Stanislaus* Palatinus Poſnanienſis, vir abſq; omni exceptione, omnium ordinum omniumque ſtatuum iudicio incomparabilis, amator Reipub. ardentiſſimus & delicium Polonorum.

GNESNA 53. 7. 41. 5.

Prima & antiquiſſima ſedes & Regia Poloniæ, olim *Lemiſaletum* dicta, vt placet doctioribus. Meo æuo ad eos honores euectus fuit *Iacobus Vchanius*, cui ſucceſſit STANISLAVS CARNCOVIVS, Præſul diuini pariter & humani iuris peritiſſimus. Idem locus nobilitatus eſt ſepulchro diui *Alberti* & aduentu *Otthonis* tertii Imperatoris Romanorum. Et quod maximum eſt: eo loci primo honores Regii cum diademate delati ſunt *Boleslao Chobri* ſacratæ memoriæ Regi Poloniæ & coronatio iſtic prima conſummata fuit. Quapropter hoc nomine viciſſim honos ſummus habitus fuit eidem Imperatori.

Gluſſini-

Gluſſininum 53. 42.
Tempore Regis *Lokiconis* eo loci bellum acerrimum geſtum fuit cum Cruciferis, ductaque fuit iſtic foſſa ſeptem milliarium, cuius adminiculo aliquot millia Polonorum ſtrenue ſeſe aduerſus Cruciferos, *Iulii Caſaris* aduerſus *Pompeium* exemplo durante Pharſalico bello, defenderunt. Hoc ergo opus merito inter antiquitates referri poteſt.

H

HALICZ 49. 5. 47. 6.
Halicios Galatat alii eſſe volunt, ad quos beatus Apoſtolus ſcripſit; ſed hoc non videtur veriſimile: niſi forte pars illorum auulſa in iis locis hæſerit. Sed videtur veriſimilius Gallorum reliquias loco nomen dediſſe. Neque enim procul ab illis oris *Scordiſci* conſederant, qui Gallica gens erant. *Balduinus* etiam Gallus ante du- B centos annos Imperium orientale occupauerat. Et fieri poteſt vt aliqua portio exercitus illius ad eum locum, compendium calamitatum ſuarum quærendo confugerit. Sed *Haliciorum* nomen ante *Balduinum* inclaruerat, vt liquet ex ſerie hiſtoriæ Polonicæ. Reges *Haliciorum* coronati hoc ordine enumerantur: *Colomanus* nimirum, *Daniel*, deinde rurſus *Romani* filius, qui ad Zaichoſtum male pugnauit. *Leo* tandem *tertius*, conditor vrbis Leopolitanæ. Ad augendam vero celebritatem loci *Ludouicus*, quem noſtri *Loiſſum* vocant, Rex Poloniæ & Vngariæ, ſedem Archiepiſcopalem in eadem *Halicz* erexerat, quæ poſtea *Leopolim* prudentiſſimo conſilio translata fuit. Prælia etiam complura ad *Halicium* geſta C locum celebriorem reddiderunt, maxime vero *Criuonſtii* Regis victorioſiſſimi clades memorabilis, cuius poſtea ignominiam *Casimirus ſecundus* victoria de Ruſſis parta, aboleuit. Reperitur ibidem lapis Alabaſtrinus, pulcher admodum, ita vt nitore ſuo etiam Phrygium ſuperare videatur. Auehitur inde in Germaniam & alias remotas regiones.

Heiligaw 57. 5. 45. 4.
Heiland 55. 5. 41.
Heilſpurg 55. 4. 43. 7.
Hamoſtein 59. 10. 40. 5.
Humienno 49. 8. 44. 11.
Hypponis fluu. 50. 52.
Vide titulo *Boch.*
Hodorow 49. 44.
Lacus ibi laudatur.
Hniezola 49. 48.
Oritur ad *Bauorow* & ad *Cyrodek*, indicit in *Tiram*. *Trebowla* ad hoc flumen ſita.
Holownia villa.

I

IGniecz 50. 5. 44. 5.
Iaslyska 49. 6. 45. 6.
Emporium vini Vngarici. Differuntque *Iaslyska* & *Iasle*.

Ior fluu. 34. 38.
Iagiel 49. 5. 44.
A IAZLOVIEC 49. 45.
Arx bene murata Valachiam verſus inter flumina *Stirpa* & *Hniezola*. Et eſt domicilium natale antiquæ ſtirpis *Iazlouecciorum*, quorum pater noſtra ætate Palatinus Ruſſiæ fuit, Oratoremque egit ad Imperatorem Turcorum cum magna laude ſua & Reipub. Gentis ſuæ claritatem auxit *Iaslouecius* præfectus Sniatinenſis profligato & capto Palatino Valachiæ. Acciderunt hæc anno ſalutis 1582.
Iarmolnice villa 50. 50.
Iskaua fluu. 50. 48.
Vbi & *Dubno*.
Iskaua fluu. 50. 50.
Vbi *Sieniaua Sieniauiorum*.
B *Iugra* fluu. 54. 43.
In Mazouia.

K

KINSBERG 55. 9. 43.
Regiom montem latine vocare ſolent. Eſt vrbs laudatiſſima vel tres ſimul, ita vt tripolis dici poſſit. Scribit autem *Plinius* lib. 4. cap. 1. & meminit inſulæ *Balthia quam*, inquit, *Pytheas nominauit Baſyliam*. Et *Baſyliæ* nomen cum Regio monte quadrat. Tripolim autem ideo vocare placuit, quia ex tribus oppidis propriis, mœnibus & interlabentibus fluminibus diſtinctis conſtat & coaugmentatur, quibus arx impendet ampliſſima in editiore colle, domiciliũ haud dubie illuſtrium virorum indicans. Ibidem eſt maris portus minime ignobilis & Academia C celebris, vbi quoq; ego tyrocinium ſtudiorum meorum ieci, ſumptus mihi & menſam in arce ſuppeditante illuſtriſſimo duce Pruſſiæ *Alberto* Marchione ſeniore. Nunc prouinciæ illius & dux & tutor ſcriptus eſt a Regno Poloniæ *Georgius ab Anſpach* ſoboles digniſſima Regum Polonicorum. Quod factum eſſe reor cum ob alias cauſas, tum vt teſtatum facerent Poloni quanti faciant amicitiam Principum Germaniæ.

Kielmi 56. 8. 47. 7.
Kapurn 53. 10. 43. 8.
Kuriſchſerunk 56. 44.
Kaw 55. 5. 47. 10.
Klanſtein 54. 11. 41. 10.
Kyſſow 54. 11. 41. 10.
Lacus ibi commendatur.
D *Korsborg* 54. 11. 43. 2.
Kniſzin 54. 47. 5.
Kolocz 53. 11. 40.
Koſcian 53. 2. 40. 2.
Krew 33. 11. 46. 11.
Koden 53. 7. 47. 8.
Klecko 53. 7. 50. 1.
Locus nobilis inſigni victoria de Tartaris parta.
Kolmi 53. 6. 51. 8.
Kazimiria 52. 11. 45. 8.
Kurow 52. 2. 45. 5.

KVRNIK 53. 6. 40. 7.
Domicilium Illuſtris Comitis *a Gorka Staniſlai* Palatini Poſnanienſis. Arx eſt murata A
ad elegantiam & ad ſuſtinendum quemuis hoſtem, cui adhæret oppidum. Territorium illud omnibus præſidiis œconomicis refertum, horreis, granariis, piſcinis, ſerinariis, auiariis. Poteſtque de *Kurnicio* illud dici Tullianum: *Et dominus domum & domus dominum cohoneſtat.*

Kunczice 53. 45.
Locus natalis familiæ clariſſimæ *Mniskonum*, qui patrum memoria ius ciuitatis in regno Poloniæ adepti ſunt, ſed ita feliciter, vt etiam omnibus patriciis adæquentur.

Krzeczow 53. 43.
Ad *Bochnam* milliari Italico. Præfecturam illam adminiſtrat Magniſ. *Iacintus* B
Młodzieiowski, Theſaurarius aulæ Regiæ, quem virtus, ingenium, fideſque erga Reges Poloniæ ad eos honores euexit & extulit, cunctis ei bonis fauentibus.

Kozle	52.	6.	46.	3.
Kozleglowy	51.	2.	40.	8.
Krzepice	31.	6.	41.	9.
Kromolow	51.	11.	41.	4.
Klobucko	51.	9.	41.	7.
Kurzelow	51.	10.	42.	8.
Kraſniſtaw	51.	8.	56.	6.

Vbi *Kazimirus* œconomiciſſimus Rex piſcinam ingentem condidit, a qua nomen ciuitati inditum eſt.

Kamienium	51.	12.	47.	2.
Karmiow	51.	12.	40.	6.
Kozobaba	30.	4.	42.	4.
Kety	50.	8.	42.	7.

Patria profeſſoris Academiæ Cracouienſis, qui ob vitæ frugalitatem, modeſtiam, eleemoſynas, inter diuos eſt relatus ſanctus *Canti* vulgo vocatur.

Keſchmerk	48.	7.	42.	8.
Kiermeſch	48.	7.	45.	4

Kropiwna fluu. 53. 51.
In hoc amne Moſchi poſt cladem *Orſzenſem* demerſi ſunt.

Kopil, ciuitas in Ducatu Slucenſi ſedesque ſecundo genitorum.

Krzeniemiec 50. 9. 54.
Arx murata quam *Ianuſius* Epiſcopus Poſnanienſis erexit firmiſſimo in loco.

Kuropatwniki 49. 12. 48. 12.

Kropiecz fluu. 49. 48.
Incidit in *Tiram* ad oppidum *Kropiecz*. D

Kuczmania fluu. 50. 5. 50. 6.
Vida dictionem *Szlak*. Incidit in *Axiacum* ſeu *Buch* inter *Vinnica & Braclaw* ripa ab altera, 50. milliaribus a *Leopoli* & aliqnot.

Korſon 51. 3. 53. 9.
Ciuitas nouiter locata a *Stephano primo*, Rege Poloniæ, cum munitione firma ad flumen *Ros* in ipſo tranſitu Scytharum ſeu *Szlak Czarny*, vbi cernis literam *K*. Et pollicentur Regi præſides illius loci, quod non amplius Scythæ poſſunt tranſire impune per *Czarnyſzlak*. Fuiſſe etiam olim ibi arcem nobilē teſtantur ruinæ muti vetuſtate neglecti.

KRILOW 51. 10. 54. 11.
Arx murata in loco valde opportuno contra Scytharum irruptiones, optime munita ad morem Germanicarum vrbium. Huius hæres eſt Caſtellania Miedricenſis a *Theczin* domina, genetrix *Oſtrorogorum*.

KIOVIA 51. 12. 54. 12.
Sedes antiqua Ducum Ruſſiæ. Et quod olim Romani de ſeptemtrionalibus & Indianis monſtris & miraculis ſparſerunt, hoc Ruſſi de prodigiis & heroibus ſuis, quos *Bohatiros*, id eſt, ſemideos vocant, aliis perſuadere conantur. Contumulare autem iſtos ſolent in cauernis rupium, quas in immenſum tanquam cuniculos ſubterraneos, vſque *Nouogrodiam* magnam fabulantur extendi. Illud tamen pro confeſſo eſt & inſtar miraculi habetur apud peregrinos, qui ſe eo conferunt, quod a monachis monſtrantur iſtic corpora Principum incorrupta, quæ per longa ſpacia temporum, loci temperamentum quoddam abſque vllo detrimento conſeruat. Incolæ id ad religionem referunt & loci ſanctitati acceptum tribuunt. In eadem vrbe Armeni ſicuti *Leopoli* & *Camenecia* affatim habitant. Diſtat a *Vilna* nonaginta milliaribus, a *Leopoli* ſex ſupra octoginta. De hac diſtychon adiiciam cuiusdam Poëtæ eruditi:

Nomen habet magnum ſpacioſa Kiouia quondam,
C *Cuncta breui impoſito, tu milite proſpice forti.*

Koroſzczicow 52. 53.
Ad oſtia fluu. *Fekerow*, vbi in Boryſtenem Incidit. Ad idem flumen eſt *Sytomirz* & *Cudniow*.

Koualia	51.	10.	42.	8.
Kraſylow	50.	11.	49.	5.

Supra lacum pulcherrime bipartitum.

Kodoma fluu. 50. 6. 50. 6.
A *Kuczman* Scythiam verſus decem milliaribus.

Knlikow	49.	6.	48.	12.
Kaniow	50.	8.	54.	10.

Munitio Kozakiis referta ad Boryſtenem *Porohi* verſus.

Kochanie 50. 9. 54. 11.
Eſt locus ſupra inſulam dictam *Chorcyca* inter cataractas, ſeu *Porohi*, aliquot milliaribus, ſupra modum amœnus: In quo ſi aliqua manus militum diſponeretur, commode poſſet ſemper impediri tranſitus Tartarorum, qui per vtrumque traiectum Boryſtenis, *Kuczmanski* inquam & *Krzemieniecz-kie*, quoties non ſentiunt eſſe in armis Niſouios Kozakos, libere traiicere ſolent & infeſtare noſtras regiones. Diſtat hic locus a *Kiouia* 40. milliaribus. Hæc omnia ex ſententia Magnificorum virorum adieci, qui luſtrandis illis regionibus a R. M. delecti & da-

ſtinati

ſtinati erant. Narrant inſuper præter illas duas inſulas *Thomakowka* inquam, & *Chorcyca*, eſſe & alias complures deſertas in illo A flumine, in quibus materies ampla & lignorum copia eſt, tam ad ædificandas arces, quam ad naues ſtruendas. Cui teſtimonio ſuffragatur etiam hiſtoria de Principibus Kionienſibus, qui ante quadringentos annos magnos exercitus & ingentes claſſes ex iis locis ſecundo flumine vſque *Conſtantinopolim* & vlterius deducere ſolebant ad oppugnandum orientale imperium. Et cauendo ne hoc amplius fieret, exiſtimo Turcas Scythis eos portus repleuiſſe, quos etiam ideo ſuo patrocinio tuentur. Narrant præterea iidem D. luſtratores in ſuo itinerario ad fluu. *Ros* & *Tyſmienica*, & *Olſzanica*, & in aliis fluuiis eſſe ibidem loca confragoſa, &c. vbi B arces poſſent excitari, nec haberet Turca anſam ita conquerendi, ſicuti prætendere ſolet: cum ad *Tiram* aliquid noſtri ædificare inſtituunt.

L

LVBLINVM 51. 10. 46. 10.

Vrbs ſpectabilis, partim ob loci opportunitatem, partim ob nundinarum celebritatem, quæ ter in anno ibi fieri ſolent & ſingulis vicibus ſpatio quatuor ſeptimanarum durant. Confluunt eo negociatores ex Turcia, Moſchouia, Germania, Armeni, Lithuani, Valachi. Eam celebritatem auxerunt iudicia tribunalicia, quæ iſtic quotannis exercerentur. Eſt autem horum iudiciorum in Polonia autoritas tanta, vt nec C ad Regem, nec ad Comitia inde prouocare liceat. Diſtat *Lublinum Cracouia* 36. milliaribus, *a Sędomiria 14. Varſſauia 24. Vilna 70. a Kazimiria 7.* Qui poſt me eadem recudet, propius in tabula admouebit *Kazimiriam Lublino.*

Leopardia 52. 2. 46. 9.

Domicilium Mag. Domini *Nicolai Firleii* ad flumen *Veprum*, a *Lublino* tribus milliaribus. Commendatur a politia, artificibus inſignibus & ſchola. Eſt præterea locus ille refertus granariis, promptuariis, piſcibus, pomariis, hortis delicatis ita exornatus, vt non modo ad neceſſitatem, ſed etiam ad voluptaten comparatus eſſe videatur.

Lyſobyki	52.	6.	46.	5.
Lukow	52.	9.	43.	11. D
Leczna	52.	2.	46.	9.
Luboml	52.	1.	47.	1.

Præfectura regni, cui præeſt vir ſpectatæ nobilitatis *D. Kranſinski*, Metator caſtrorum Regiorum.

Lancud	50.	8.	45.	4.
Lezaisko	50.	11.	45.	4.
Lelow	51.	7.	42.	4.
Luczko	51.	3.	48.	5.

Duas arces habet. Demeationes nauium e *Slucko* ad *Luczko* commodæ. Et eſt ſedes Epiſcopi Luceorienſis. Sita eſt ad confluentem fluminum *Styr* & *Wſtecz*. Præfecturam illam nunc adminiſtrat ſumma cum laude *Alexander Prunski*, Dapifer magni Ducatus Lithwaniæ, vir magni nominis, ex claro ſtemmate primariorum Ducum ſuam originem ducens.

LEOPOLIS 52. 10. 50. 8.

Vrbs Ruſſiæ primaria Metropolis, muris & vallis optime munita. Arces habet duas, quarum altera eminet in ipſa crepidine montis excelſi. Laudatur a politia, munitionum firmitate in locis opportunis & apparatu bellico. Eſt enim illa vrbs veluti propugnaculum, non modo Sarmatiæ ipſius, ſed aliarum etiam prouinciarum chriſtianitatis contra Turcorum, Scytharum & aliarum barbaricarum gentium inſultus & irruptiones. Eſt præterea nutrix variarum religionum. Sedem ibi habet Archiepiſcopus eccleſiæ Romanæ, ibidem antiſtes Armeniorum, qui inſtituta & ritus Antiochenæ eccleſiæ ſequitur. Ruſſorum etiam eccleſiæ complures, qui Conſtantinopolitanos ritus pro norma habent. Solis Euangelicis ab occulto ſidere infeſti ſunt. Præeſt nunc ſedi Archiepiſcopali *Stanislaus Sulicouius*, ſiue morum integritatem, ſiue ſolidam eruditionem ſpectes, vir omni laude ſuperior.

Lacuchow 51. 9. 46. 6.

Spectatæ nobilitatis domicilium *Orechouiorum* & locus natalis. Tres ſunt fratres viri ad res magnas nati, eorum frater vterinus eſt *Ioannes Sienienius* Leopolienſis Caſtellanus

Lipowiec	50.	11.	42.	4.
Lipnica	50.	9.	45.	5.
Lesko	49.	9.	42.	11.
Leuocza	49.	4.	45.	5.
Luneburg	53.	5.	45.	5.
Labetauola	50.	5.	45.	5.
Lipſia Ruſſia	51.	5.	45.	5.

Patria authoris libri & ſolum hæreditarium. Series autem progenitorum eius ſic recenſetur. Eſt in Mazouia in prouincia Plocenſi colonia *Sarneciorum*, quibus commune eſt ſtemma nobiſcum, quod *Corninus* vocatur, ad eam vſque diem. Hi ſunt gentiles noſtri. Nam propemodum iam centum anni ſunt, cum ex regione illa *Iacobus Sarnecius* aulicus Regius auus meus relictis penatibus in eas regiones delatus fuit. Fuit is tum Regi percharus, quod miniſterio eius vtebatur in legationibus ad Scytharum principem. Nam linguæ Scythicæ noticiam ſibi comparauerat. Et quia tunc bellum Bucouienſe contra Valachos parabatur, etiam ille alacriter caſtra Regis ſequebatur. Et cum ad *Zarnouecium*, ad flumen *Prutum*, præclare Regi operam ſuam probaſſet ſtrenueque ſe geſſiſſet, ferociam Valachorum, qui cum *Stephano* Palatino ripam inſederant,

 non

non ſine graui diſcrimine reprimens, Rex pro donatiuo virtutis, pagum ei in Belzenſi Palatinatu *Slepcze* nuncupatum & Scul- A tetiam *Krzononienſem*, attribuit. Sed non diu ei conceſſum fuit præmio illo virtutis frui. Nam non ita multo poſt, ſiue vulneribus io bello Valachico debilitatus, ſiue peſtilenti aura, vt creditum eſt, afflatus, quæ bello illo durante inualuerat, fatis conceſſit, relictis in eadem poſſeſſione tribus filiis; *Andrea* oimirum, *Stanislao* & *Ioanne*, quos ex *Heduige Piaskouia* coniuge ſua nobili fœmina, ſuſceperat. Horum minimus natu Ioannes, quem iam moriturus baiulabat ſub axillis tenens, pater meus fuit; *Andreas* vero in finibus Podoliæ *Struſlis* commilitabat, vbi & filii eius duo ante viginti annos, in campis cre- B do Tehinenſibus, pro patria fortiter dimicando aduerſa tela pectoribus exceperunt. Tertius vero in Moſchouia ad Neuel arcem, ſub ſignis *Ioannis Goraii*, viri fortis militando, vna cum *Molicio*, periit. Cum igitur Rex accepiſſet auum meum vitam cum morte commutaſſe, *Ioanni Zamoſcio*, qui poſtea a ſopplicibus libellis, ſeu Referendarius fuit, tutelam pupillorum commiſit, quod munus ille tanto alacrius ſubiit, quo magis hominem dilexit, compluribusque io rebus, eios obſeqniis familiarius vtebatur. Itaque vir eximius, & bona puerorum ioteruerſa a malignis tutoribus breui vindicauit, &, vbi ad æta- C tem iuſtam peruenere, vxores eis addixit. *Andrea* cognatam ſuam *Tarimirska*, *Ioanni* vero aguatam *Helizabetam Gorzkowska*, quæ mater mea fuit. Hæc feſtinanti ſtylo attingere volui, ne dum aliorum res ad poſteritatem tranſmitto, meis prorſus deeſſe videar.

Lipa fluu. 49. 12. 47. 12.
Ad *Gologury* oritur & *Dunaiow* prælerlabitur, tandem ad *Tira* iungitur, e regione *Halicz*.

Lindaua fluu. 49. 12. 49. 12.
In *Tiram* illabitur infra *Camenec* octo milliaribus.

Lyſſoua fluu. 50. 6. 47. 12.
Ad *Bereſteczko* flumini *Stir* vnitur.

Lirowiſz 51. 5. 47. 8.
Ad *Bug* flumen.

Ludinia fluu. 53. 44.

M

MIELEC 55. 2. 44. 6.
Vetuſtæ gentis *Gryphiorum* domicilium natale, ex quo prodierunt plurimi ſenatores huius regni, Palatini, Caſtellani, Campiductores, puto & Duces Pomeraniæ veteres. Horum inſigne eſt *Gryphius*, noſtri *Swoboda* more vſitato vocant, id eſt liberum liberalemque animum, eo quod multas poſſeſſiones, vt quidam non inepte exponunt, eccleſiaſtico ordini contulerit, vt donationes *Iaxa* militis Hieroſolymitaui teſtantur.

A *Miechow* 51. 3. 42. 8.
Situm huius oppidi ſimilimum eſſe ferunt Hieroſolymitano territorio. Et credibile eſt fundatorem oppidi *Gryphium Iaxam* quæſiuiſſe locum eius inſtituto aptum, qui ſimilitudine ſua memoriam referret pariter & loci celebris templi, & peregrinationis Hieroſolymitanæ, qua defunctus huic operi extremam manum imponere voluit. Nunc *Andreas Bathori*, nepos S. R. M. ibi rerum potitur, qui hoc anoo in numerum ampliſſimi Senatus Cardinalium a Pontifice ſummo eſt adlectus. Io hoc Illuſtriſsimo Principe aſpectus decorus, facies auguſta, mores amabiles pollicentur & fidem faciunt pro eo, nequaquam degeneraturum a patrui ſui moribus, Sereniſſimi, inquam, *Stephani* Regis Poloniæ.

Maruſſa 49. 10. 51.
Flumen Podoliæ. Et nota dialectum Cymbricæ liuguæ vetuſtioris. Nam *Plinius* annotat Cymbros olim mare mortuum *Morimaruſſa* vocitaſſe.

Mſticzow 51. 5. 43. 12.
Natalis locus *Plazonum*. Gens hæc eſt oominatiſſima in Polonia. Suntque contribules & coarmes, vt vocant, *Tęczimiorum*.

Mrzyglod 51. 5. 45. 12.

Mſlow 51. 9. 42. 3.

Malogoſc 51. 8. 43. 3.

C *Mons crucis* 51. 12. 44. 6.
Locus celebris ob peregrinationes, quæ voti cauſa ſuſcipiuntur religionis ergo. Cernitur tempium illud & monaſterium fere decem milliaribus, vſque adeo mons in alta rupe eminet. Monſtrator ibi a monachis peregrinis peculiare atrium, quod vocant illi patria lingua *Rayski dwor*. Et ſi quis ex poſteritate *Debno*, qui illud monaſterium fundarunt, turriculam paulo altius monaſterio feneſtratam excitaret, in qua laterna vel lampas noctu iugiter arderet, certe loco illi maiorem admirationem & ſibi perenne nomẽ pararet. Cerneretur illud lumen exiſtimo per quindecim & amplius milliaris, poſſetque cum Olympo monte Græciæ conferri.

D *Mac'ieiow* 52. 44.
Aotiquæ & ſpectatæ nobilitatis domicilium *Mac'ieiowiorum*. Arma gentis ſunt Vitulus cornupeta. Deus hoius geotis noſtro æuo floruit *Samuel Mac'ieiouius* Epiſcopus Cracouienſis & Cancellarius regni.

Morouа fluu. 50. 9. 39. 6.
Ab eo flumine & regionem ipſam *Moraniam* inquam, dictam eſſe putant. Patrium ſolum fuit *Marobudi* illius Priocipis clariſſimi: ſed & illo æuo *Morauia* non valde abſimili voce dicebatur *Marcomania*. Fuit autem *Marobudus* ex ſtirpe *Squadorum* oriundus qui Sarmatæ erant. De hoc complura libro tertio hiſtoriæ noſtræ leguntur.

Mogila

Digitized by Google

Mogila 50. 6. 45. 8.

Monaſterium inſigne vnico tantum milliari a *Cracouia*, *Vanda* Reginæ Poloniæ tumulo concelebratum. Aggeſtum illud cernitur e A longinquo à prætereuntibus. Præeſt nunc illi loco Epiſcopus Camenecenſis *Martinus Bialobrzeski* Theologiæ catholicæ peritiſſimus, & ad obeunda munia Reip. vir peridoneus.

Manaſterziska 49. 47.

Fortalicium ſeu munitio pulchra & poſſeſſiò ampla. Fuit quondam patrimonium ſpectabile Magnificorum, qui dicebantur *Manaſtirſczi*, quorum poſteritas dicuntur eſſe *Iazlouecii*. Huius munitionis ſuperioribus temporibus tantum quædam ruinæ eminebant, quæ tamen antiquitas indicabat iſtic alicuius magnatis domicilium fuiſſe. At nunc *Ioannes Sieniemius* Caſtellanus Leopolienſis hæres illius ditionis ſuo ſumptu impenſiſque omnia, quæ erant collapſa, inſtaurauit: partim muris ab integro in locis opportu- B nis excitatis, partim materia quercus Iouis arbore munitiones firmando. Eaque omnia ad vtilitatem Reipub. & poſteritatis ſuæ peregit. Tempore enim incurſionum Tartaricarum commode tanquam ad aſylum quiuis indigus ope eo confugere poteſt.

Manaſterziska aliud 51. 6. 48. 6.

Ad *Styr* flumen *Tiram* verſus.

Maruſſa flumen *Marbaska* 49. 50.

Mochor fluu. 51. 51.

Ad *Polonne* in *Slucz* flumen incidit.

Morauica 51. 49.

Ad *Iskiew* fluu. Eſt & pagus ad *Cracouiam*.

Magila zborna 50. 4. 44. 8.

Vbi *Bozek* flumen oritur. Eſt promontorium nobile ad *Medzibosz*.

N

NIESVIES 53. 7. 50. 8.

Radiuilonum Illuſtrium domicilium C natale, de quibus vide infra: titulo *Olika*. Diſtat *Nieſwiezum* à *Klocko* duobus milliaribus, a *Kopil* quinque, quod eſt ſitum in *Slucenſi* ducatu. Collegium iſtic Ieſuitarum inſtituitur. Arx murata bene firma.

Nieswieta fluu. 56. 4. 56. 1.

NIEPR 56. 4. 56. 1.

Vel *Boryſtenes*, magnitudine, *Rheno* & *Danubio* confertur. Hic enim quondam naues magnas & claſſes etiam ingentes ſuſtinere potuit, vt teſtantur hiſtoriæ de Kiouienſibus Ducibus *Olba* & aliis qui magno apparatu *Conſtantinopolim* oppugnare ſolebant. Oritur paulo vltra *Smolensko* & capit in ſe flumina ampliſſima, *Bereziny*, *Tur*, *Przypiecz*, *Stir*, *Slucz* & alia innumerabilia, ab orientali vero parte infra *Kiouiam Diſna*, *Trubiesz*, *Vday*, *Zula*, *Oſſa*, *Pſial*, *Somow*, & *Horol*. Hi D eo ordine aggregati *Boryſteni*, in *Euxini* oſtia ita impetum faciunt, vt ſua dulcedine & ipſum mare inficiant, eiusque aquas dulces reddant teſte *Ouidio*. Vrbes ſua vnda ſitientes potat *Sklow*, *Mohilow*, *Kiow*, *Czyrcaſi*, *Kaniow*. Inſulas nobiliores circumfudit: *Chorcyca*, *Thomakowka* &c. Commemorantur duo eius nobiliores traiectus *Krzemienieckj*, inquam, & *Kuczmienski*, qua Scythæ illi *Batthones* & alii barbari tranſiuerunt & nunc tranſire ſolent. Sed *Niſouii Kozaki* (milites ſic vocantur) late littus illud complexi ſunt.

Narkie ad oſtia *Lipa* ad *Tiram*.

Niemia fluu. 49. 51. 8.

Prope *Ruſſaua* ad *Tiram*.

Nigra ſylua 51. 52.

Vbi Scythæ latitare ſolent, inuaſuri in regiones noſtras.

Niemoiowice 55. 3. 48. 3.

Nogat fluu. 54. 9. 44. 8.

Vbi ſe *Iſtula* findit: & pars eius *Margemburgum* tendit, pars vero altera *Gedanum* defertur. Sed illa quæ *Margemburgum* tendit, *Nogat* proprie vocatur, ab amne quodam in cuius meatum detruſa *Iſtula* ſui propaginem eo cum *Nogato* tranſmittit.

Nica	54.	4.	40.	7.
Nakiel	54.		40.	
Naiburg	54.	7.	42.	
Notes fluu.	54.	7.	42.	7.
Nomogrod	55.	7.	45.	6.
Niemienczice	55.	11.	50.	5.
Narew flumen	57.	11.	44.	6.
Nouydwor	53.	12.	40.	10.
Namislow	52.	3.	40.	5.
Ner flumen	52.	1.	42.	8.
Nieſuchoicza	52.	1.	48.	7.
Niſſa	51.	5.	39.	5.
Nida flumen	50.	2.	42.	12.
Nouytarg	50.	2.	42.	12.
Niemen flumen.				
Niepolomice	50.	10.	42.	9.

Vbi partem *Hercinia* ſylvæ veteres ſtatuebant. Nunc venationes iſtic Regum Poloniæ delectabiles.

NIESTR 49. 10. 45. 6.

Oritur ex montibus Sarmaticis, qui vocantur *Beskid*, & antequam amplo gurgite devoluitur in *Euxinum Pontum*, capit in ſe Podolica flumina nobiliora decem: *Lipa*, *Stripa*, *Sereth Podolicum*, *Zbrucz*, *Smotricz*, *Vſicza*, *Row*, *Ladana*, *Dzwan*, *Ruſaua*. A meridionali vero parte, flumen *Halicenſe*, *Dolinenſe* & *Tarnauatkam*. Sed quod *Ouidius* tardum *Tyram* vocat, non poſſum demirari. Vel eum nunquam vidit, vel aliud certe *Tyram* vocat, quam nos hodie vocamus. Conſtat enim velocitate noſtrum *Neſtrum* multa flumina anteire. Niſi forte ex montibus decidens rapidior ſit, vbi vero *Euxini* vndis repercuſſus viſa maris amplitudine & collata ſua paruitate veluti rubore perculſus curſum ſuum inhibuerit. Nam credibilius eſt *Ouidium Tyram* vidiſſe ibi alicubi circa maritimos campos, quum ad lacum ſuum *Videuo Ieſioro* proficiſci volebat.

OLIKA

O

OLIKA 55. 5. 48. 7.
Illuſtrium principum *Radiuilonum* & Comitum in *Szidlow* patria & locus natalis A a quo etiam Duces denominantur. Septem horum mea ætate ſimul in Senatu regni reſidebant. Tantam opinionem virtutis, prudentiæ & dexteritatis in rebus agendis Deus penes eam gentem reliquit. Eo anno quo hæc ſcripſimus, hoc eſt 1584. *Georgius Radiuilus* in numerum ampliſſimi Senatus Cardinalium eſt adlectus & inauguratus ipſo Rege aſſiſtente & ceremonias quaſdam, vt audio, circa inueſtituram, vt vocant, per ſe adiuuante. Primus hic eſt Cardinalatus in Litwania. Antea vero Epiſcopus tantum Vilnenſis & Liuoniæ adminiſtrator vocabatur idem *Georgius Radiuilus*.

Oliua 55. 48.
Monaſterium celebre ad *Gedanum*.

Orſenuald 54. 5. 39. 1.

Oſiek 54. 7. 42.
In Pomerania. Aliud eſt ad *Sędomiriam*. Tertium ad *Varſauiam Oſiecko*.

OSSA fluu. 54. 5. 42. 7.
Erant vero populi Sarmatici *Moraniam* verſus ad flumen quod dicitur *Olſa*. Et forſan ipſum ante vocabatur *Oſſa*, ſed ſucceſſu temporis *s* litera in *l* mutata *Olſa* vocari cœpit. A quo etiam *Olſtinek* oppidum eſt dictum. Nam *Cornelius Tacitus* dicit: *Oſſi, Burſi* terga *Marcomanorum* claudunt. Forſan ergo pars aliqua gentis illius in Pruſſia hæſit ad fluu. *Oſſa*, vbi *Cbobrius* Rex columnas iniecit. Vnde & pagus vicinus *Slupia*, id eſt columna dicitur ad *Rogozno*.

Olſtinek 54. 8. 45. 6.

Orſzlica fluu. 54. 4. 44. 2.

Ortesburg 54. 0. 44. 5.

Odzilsko 54. 11. 55. 7.

Orſſa 55. 5. 55. 7.
Arx, vbi ingenti clade octoginta millia Moſchorum a Polonis Lithwanisque fere deleta fuere, anno ſalutis 1508.

Olszno 55. 7. 38. 5.

Oborniki 53. 9. 40. 4.

Orcycel fluu. 54. 44.

OSTROG 51. 5. 50. 4.
Sedes & domicilium natale Ducum *Oſtròveciorum*. Et credibile eſt iſtic olim conſediſſe colonias *Oſtrogotthorum* gentis bellicoſæ, cum & ſcriptores vetuſtiſſimi *Alaunos*, hoc eſt *Volhinios*, *Gotthos* affirment fuiſſe. Et *Beſſaraborum* vadum, etiamnum vicinum iſtic traiectum per flumen *Slucz* vocatur. *Beſarabes* autem in veteribus ſedibus Gotthorum habitant inter *Tyram* & *Iſtrum* ſeu D *Danubium*. Denique nomen *Oſtrogotthorum* cum *Oſtrog* valde eſt affine & homonymum. De *Conſtantino* Duce *Oſtrogeos* viro noſtræ ætatis in rebus bellicis nemini ſecundo ſæpe mentio in hac noſtra hiſtoria occurret. Fuit is pater *Conſtantini* huius *Baſilii*, affinis noſtri, qui ducta in vxorem filia Comitis *Ioannis à Tarnow* Polona, ſua amabili ſobole vtriusque herois, hoc eſt patris & A ſoceri ita viuam memoriam expreſſit, vt, cum ambo fuerint præfecti ſummi copiarum & ambo iamdudum mortui ſint, tamen intuitu ſolo Illuſtrium iuuenum ita perculſi, eorum admonemur, vt non ante triginta annos ſed nudius tertius eos mortuos eſſe credamus. Sita eſt *Oſtrog* ad confluentem fluminum *Horin* & *Vilgia*. Vrbes eorum ditionis ſunt: *Oſtrog* metropolis, *Oſtrokol*, *Baſilea*, *Kraſylow*, *Kuczmin*, *Konſtantynow*, *Oſtrokol*, *Dubno*. In Polonia vero *Tarnow*, *Tarnopole*, *Czermiechow*, *Przeuorsko*. Cæterarum non bene recordor. Sed audiui quoſdam eorum arces circiter quinquaginta numerare.

B *Orczik* fluu. 54. 3. 44. 6.

Olkuſium 51. 2. 42. 2.
Argentifodinæ & plumbaria milliaribus quinque *Cracouia* diſtat.

Oſtrokol 51. 1. 50. 7.
Antiquis *Baſſarabei* vadum vocatum.

Oſtrow 51. 9. 46. 2.

Olesznica 52. 6. 40. 2.

Obra fluu. 53. 12. 40. 2.

Opoczno 53. 5. 43. 4.

Okrzeia 52. 7. 47. 4.

Orchow 52. 7. 43. 51.

Opole 51. 8. 44. 4.
Oppidum ſpectatæ nobilitatis *Slupeciorum*.

Ogrodzenice 51. 2. 42. 6.
Arx *Bonerorum* murata miræ elegantiæ.

Opatow 51. 8. 43. 7.

Oſick 51. 4. 44. 6.

C OSTROROG 53. 5. 50. 4.
Sedes & domicilium natale vetuſtæ gentis *Oſtrorogorum*, ex quibus multi inſignes Senatores, & etiam aliquando gubernatores totius regni extiterunt. Sed illud eſt peculiare, quod de illis & *Czarnkowiis*, *Sbaſiniis*, *Samotuliis* prædicatur, eos nimirum primos fuiſſe inter Polonos ex vicinioribus illi loco, vbi id accidit, qui Chriſtiani ſunt facti, ſeu nomina ſua Chriſto dederunt, lauacroque baptiſmi initiati eam gloriam obtinuerunt. Cuius rei ſignum ſpectabile hactenus pariter & nobilitatis ſuæ gerunt: vittam nempe baptismalem vno ſaltem nexu contortam, qualem ii, qui baptiſmo initiabantur, caput redimiti geſtare ſolebant. Habebant quidem antea illi aliud ducale ſignum auitum ad pompam & oſtentationem magis comparatum (quo vitio faſtus etiamnum noſtra ætas plurimum laborat) ſed abnegatio ſui & humilitas chriſtiana in eis effecit, vt hoc ſymbolum chriſtianæ manſuetudinis omnibus titulis & ſignis quantumuis ſpecioſis anteposuerint.

OSOLIN 51. 5. 44. 5.
Arx murata, domicilium natale generoſæ & antiquæ ſtirpis optimeque meritæ de Repub.

Polona

ibid. Turcum per tractatum ad fidem Chriſtianam inuitat *ibid.* Mantuæ agit congregationem de Conſtantinopoli recuperanda 250. B. ad eum legatus de rebus Pruthenicis mittitur *ibid.* per legatos Wratislauienſes ad obedientiam Georgii regis Bohemiæ mouet 251. D. Pontifex bellum ſuſcipit contra Turcam 330. A. eius mors 338. D.
Piſani Franciſci Archiepiſcopi mors 571. C.
Placida Galla ab Alarichio capitur 969 A. fit vxor Conſtantii patrum Roman. 970 D.
Plagium quid 757 B.
de *Plawen Henricus* Magiſter Pruſſiæ eligitur 451 B. ſacramentum fidelitatis Caſimiro præſtat 453 D. eius mors 454 A.
Plawienski Oppidum Choynicza accipit 144 A. cladem accipit à Nicol. Sarliciski 144 A.
Plawienski Henricus 238 D. inrumpit in oppidum Fridland 279 D. & Thorunium Opp. aggreditur 340 A.
Plebeii multi rempubl. rexerunt 616 B. 635 D.
Pleuratus Thraciæ rex fœdus init cum Romanis contra Philippum Macedoniæ 882 B.
Plocenſis terra Poloniæ accedere negat 289 C. Ducatus regno Poloniæ adiudicatur 304 C.
Plonucenſe prælium 1131 A.
Pluuia nimium vehemens & diuturna 71 C.
Pnyowski Ioannes Archidiac. Cracov. 270 B.
Podolia terra abſentibus eius nobilibus a Thartaris magna vaſtitate afficitur 63 B. 91 C. ea à regno Poloniæ auellendo Lithuani publice conſultant 65 A.
Pola vrbs Colchica 855 D.
Pole caſtrum 595 D.
Pollexiani qui 797 D. à Caſimiro ſuperatur 798 A. ditioni eius ſubiiciuntur 799 A. ſq. ſtatuebant transmigrationem animarum 800 D. eorum pugnandi modus fuit fatuus 801 D.
Pollux colitur à Polonis 1045 C.
Polonia nomen vnde dicatur 595 D. Vandalia quoque dicitur 595 D. etiam Lechia 596 C. tempore Lechi quomodo habitabilis fuerit 996
Poloni ſunt de ſtirpe Iapheti 596 A.
Poloni ipſi rapto & furto viuere incipiunt 63 A. an pecuniæ loco corigio ſint vſi 893 B. longas comas alunt 898 A. eorum origo à Vandalis 985 D. eorum regni initium 994 B. origo ex Slauis 1477 B. eorum prima reſpublica 995 C. cur magnas vrbes non ament 996 C. vnde eorum aquila 997 B. eorum prima interregna 999 D. eorum XII. Palatinorum ratio 1007 B. num ad Lechum originem referant 1010 C. veteres plurimi faciebant maris dominium 1030 B. eorum reformatarum eccleſiarum origo 1211 B
Pollenius correctione Xenocratis emendatur 763 D.
Polouciorum origo & lingua 1088 C.
Pompeius Sabinus deuictus 916 A.
Pompeius Mithridatem vincit 908 C.
Pompilius filius Iuliæ 623 A. poſt patris mortem in regem Poloniæ eligitur 626 B.
Pompilius iunior patri Regi Poloniæ ſuccedit 629 D. eſt flagitioſiſſimus 630 A. cognominatur Koſzysko *ibid.* C. eius mors *ibid.* eius hoſpites 635 A.
Pontus Euxinus dicitur mare Sarmaticum 843 D.
Popelus viuo Patre ſucceſſor conſtituitur 1024 B. ſedem regiam Cracouia Cruſficiam transfert 1024 C. mos eius ſeſe execrandi 1025 A.
Popelus Iunior in regem eligitur 1025 B. eius vitia priuata & publica B. C. *ibid.* eius miſerabilis exitus 1026. A.
Porawa Nicolaus alæ in bello cum Bohdano præeſt 62 B.
Portus datii annalis ſic dicta Pruthenis à Caſimiro remittitur 133 C.
de *Porcariis* Stephanus dux coniurationis in Nicolaum V. Papam 109 C. relegatus eſt Roma à Nicolao Papa *ibid.* iugulatur *ibid.*
Portius Cato pugnat contra Thraces 908 A.
in *Poſchenheim* oppido Cruciferi Polonorum ſtratagemata caduot 250. C.
Posdziebraczki Georgius inſimulatur quaſi Ladislao mortem veneno procuraſſet 218. in regem Bohemiæ eligitur 221 C. coronatur 224 A. mittit legatos ad Caſimirum amicitiam eius expetens 233 A. Auſtriam bello premit 235 A. contra Auſtrales Bohemum & Morauiam inuadentes nulla potentia valet a 35 B. eum regem Bohemiæ Wratislauienſes & Namislouienſes non agnoſcunt 246 C. Multa Wratislauienſium oppida, villas &c. vaſtat a 57 A. ei promouet Wratislauienſium obedientiam Pius Papa a 51 D. cum rege Caſimiro amicitiam confirmare cogitat 254 A. Sleſiam vaſtat 457 C. mors eius A.
Posdziebraczki Henrici bellum cum duce Ribolcenſe 511 C.
Poſnania aduentu Caſimiri regis Poloniæ tota fere igne abſumitur 29 D. alio Caſimiri aduentu iterum quibusdam locis accenditur 60. A. deſcribitur 1915. C.
Poſthumius miſſus contra Turcam 881. C.
Prandotha Limbieſchovvski gubernatio caſtri Marienborg committitur 150. A.
Predota epiſcopus moritur 1103. D.
Presmislus ruſticus homo 1004. D. dux eligitur 1007. C. eius ſtratagema *ibid.*
Pregor flum. 173. B. 296. C.
Priluſius Iacobus quo tempore floruerit 1220. B.
Priſcus cædit Sclauinos 1015. C.
Probus Imperator in Sirmio vites plantare permittit 944. C.
Procopius fide dignus 894. D.
Prochniczki Nicolaus epiſcopus Camenecenſis eligitur 416. A. moritur 581. C.
Prodigia electionem Thomæ Strzapienski ſe-

cuta 171. A ſecuta ſeueritatem Caſimiri in Iacobum Epiſcopum Cracouienſem 296. B.
Prothaſius Olomuncenſis epiſcopus 421. A.
Prudentia in republica vtilitas 925. D.
Pruſchkarz Burgrabius 257. D.
Pruthenos inter ſe diſſidentes Caſimirus compoſiturum ſe promittit 112. C. quinquaginta ſex Pruthenæ ciuitates Caſimiro deditionem offerunt 125. D. Caſimiro iniurias acceptas à Magiſtro & ordine Crucif. exponunt 128. C. de acceptatione illorum oblatæ deditionis variæ ſententiæ oriuntur 131. C. eas deditiones Caſimirus acceptat 132. A. eorum legati iuramentum deditionis præſtant 133. B. Pruthenis Caſimirus varia grauamina relaxat 133. C. eorum litteræ de obedientia ſubtracta magiſtro & adducta Caſimiro 139. D. eorum deditionem acceptam à Caſimiro Ladislaus improbat 147. B.
Przemyslaus Dux Poſnanienſis 824. D.
Przemislaus Theſchnenſis dux moritur 554. A.
Przemyslaus Dux Thoſchecenſis caſtrum Syevvyor expugnare conatur 64. D. eius conatum vaſtatio terræ ſuæ ſequitur *ibid.* ei in biennium induciæ dantur 116. B.
Pſomka fundator ſocietatis Babinenſis 1217. D
Ptolemæus laudatur 893. C. mutat peregrina nomina *ibid.* D. fingit nouas voces 894. A. de Sarmatis bene ſcribit 922. A. in methodo ſcribendi Moſen ſequitur 922. C. confundit Daciam cum Myſia 930. A. falſo collocat Sarmatas ad ripam ſeptentrionalem Iſtulæ 931. B. male Iſtulam ex Gabreta Sylua deriuat *ibid.* D. cur non accuratus interdum in rebus Sarmaticis 932. A. diſcedit à natiuis nominibus 933. A. caute ob errores legendus 932. D. errat de ortu Boryſthenis 933. D.
Ptolemæus Gregorius miles multas gentes vincit 637. A.
Ptolomæi Philadelphi verſio LXX. viralis quibus auſpiciis ſuſcipitur 883. D.
apud *Puczki* fit prælium Pruthenorum & Polonorum 299. C. Oppidi deditio 339. C.
Pugna in bello dupliciter fit 697. D.
Puklicza Boczek nuncius Georgii Regis Bohemiæ ad Caſimirum 233. A.
Punctim pugnandi modus 698. A.
Pyeniazek Nicolaus Capitaneus Cracouienſis creatur 219. A. 266. D. 297. A.
Pyorunum idolum Polonorum & Moſchorum 1043. C.
Pyotrkouienſis conuentus de Caſimiro rege eligendo 4. 13. 10. D. alius de alto rege, recuſante imperium Caſimiro conſtituendo 14. D. Pyotrkouiæ prima conuentio a Caſimiro inſtituta 30. B. Pyotrkouienſis tertia generalis conuentio 54. A. quarta conuent. 66. D. eius capita 67. A. ſeq. Pyotrkouiæ conuentio inſtituitur de caſtro Luczko recuperando 86. B.

Q.

Quadi vbi habitauerint 938 B. 1881. B.
Quidzinum oppidum 936. D.

R.

RAbſchtin Ioannes nuncius Ladislai ad Caſimir. de rebus Pruſſiæ 148 A. 162. D.
Raciazy oppidi oppugnatio 1098 D.
Radiuilo Hoſtikovvicz & Sſdachmetb cum muneribus mittitur 96. C. ab Eczigeri exercitu male tractatur 96. D.
Radiuilus Georgius ad epiſcopatum Vilnenſem commendatur 1640. B.
Radiuiliorum domicilium natale 1897. B.
Radulonus Beſſarabiæ actio cum Stephano Moldav. 808. A. captiuatur 562 D.
Radzim oppidum 163. C.
Rambouilletus Nicolaus 1715 G.
Ramſch princeps legationis ciuium ex Pruſſ. in conuentu Pyotrkouienſi 235. D.
Ranarum multitudo Abdelitas patria eiicit 631. C.
Raſcii qui 1033. D
Raſcia terras Ioannes de Huniad magna clade afficit 46. D.
Raſticz princeps Slauorum exoculatur 1034 A.
cum *Rathiborienſi* duce Nicolao pax reformata 10. C. duces Rathiborienſes promittunt Caſimiro aſſiſtentiam & fidem 41. A.
Rawa caſtrum 289 A. eius poſſeſſionem Caſimirus recipit 306. D.
Raxolanorum bellum 889 D. non remoti à Danubio habitant 912 B. Sarmatica gens vocantur 914. A.
Reaſilnas antiquiſſimus Sarmaticus princeps 848 D.
Redericus à Mauris occiditur 1017. B.
Regina artes Mechanicas inuenit 610. C.
Regilianus imperator à Sarmatis occiditur 45. C.
Regnum & Ducatus num differant 808. D.
Regum requiſita 657. D.
Religio quæ optima 1042. D.
Reſcius Stanislaus Secretarius Cardinalis Hoſii 1749. B.
Reſpublica quid ſit 603. D.
Retributionis ſex gradus 762 B.
Rheni incolæ Sarmatæ vocantur 844. A. 850. B.
Rhodus inſula ab obſidione Turcarum ciuili bello liberatur 103. B.
Ribka Andreas voce Lucæ Slupeczki è ſepulcro attonitus ſemianimis in terram cadit 242 D.
Richimerus reprimit Gothos Germaniam vaſtantes 920. C.
Richnawa caſtrum obſidetur 261. A.
de *Richtemburg* Heinricus Magiſter Pruſſiæ eligitur 459. C.
Rilſcius Andreas 1729. C.
Rincza Martinus expellitur 275. A.
Riphæi Sarmatæ 850. B.

Rithi-

Ritbigerus à Vanda regina ſuperatur 1006 A.
Ritbwianski Derslaus Capitaneus Sandomirienſis mittit de nuptiis Caſimiri ad Ladislaum & Fredericum 101. B.
Robſcbeinski, Ioannes filius Thaczinski 281. D.
Reg caſtrum ab Alphonſo rege extructum 102. D. deſtruere cogitat Zoldanus 103. B. ab eius obſidione bello ciuili liberatur 103. B.
Rogalya Ioannis bona diripiuntur 274. D.
Rogerii expeditio contra Emanuelem 1072. A.
Rokemberg filia Barbara vxor Nicolai Rhatiborienſis 104. B.
Rokiczgana Ioannes à prædonibus capitur 404. D. liberatur 405. A.
Rokiczyam Ioannes cum Ioanne de Capiſtrano diſputationem inire vult 47. C.
Roma capitur ab Alaricho rege Gothorum 968. D. Totila 972. D.
Romani Voieuodæ Moldauiæ mors 41. C.
Romanorum ius in regiones vltra Danubium 907. C. ope virorum eloquentiſſimorum ad gloriam ſunt euecti 934. D. tributarii Gothis 945. C. Gothos in Sarmatar. regno vincunt 948. C. eorum mos in commutandis vrbium nominibus 958. A. à Cimbris cladem accipiunt 885 A.
Romanus in principem Halicienſem inſtituitur 813. D.
Romanus Dux Ruſſorum à Leſco albo vincitur 1085. C.
Romulus quando, & à quo natus 866. D. num vere à lupa fera educatus *ibid.* *Romanos* in duas partes diuidit 649. D.
Roſa aurea a Nicolao Papa per Baptiſtam Epiſcopum Caſimiro miſſa 40 A.
Roſtemburg obſidione Cruciferorum liberatur 267 C.
Rotb Iacobus ad Caſimirum de electione Archiepiſcopi Gneſnenſis mittitur 107. A.
de *Rozemberg* Iodocus in locum Petri Wratislav. epiſcopi eligitur, 183. C.
de *Roſtemberg* Vlricus Iodoci pater 183. C.
Rubigalia feſta Roman. 866. D.
Rubrion mittitur contra Sarmatas 913. B.
Rudolphus epiſcopus Lauentinus 385. B. dona Caſimiri oblata renuit 392. C. conſiliarium eum ſibi Caſimirus eligit 394 A. epiſcopus Wratislauienſis eligitur 415. C.
Rug in terra Cracouienſi propter latrones iuſſu Caſimiri inſtauratur 57. C. de rug conſultatio ſine inquiſitione furum ac prædonum ab ipſo ſenatu impeditur 68. B.
Ruger Dauid 279. D.
Rugiorum ſitus 1882 A.
Rupowski Ioannes 514 B.
Ruſſia terra à Tartarorum Cæſare Sadachmeth magna vaſtitate adficitur 63. C.
Ruſſis num Paulus Euangelium prædicauerit 906. D.
Ruſſorum expeditio verſus Conſtantinopolim 1034. D. eorum conuerſio 1042. B.
Rytbwianski Ioannes Capitaneus Sandomir. 123 D. 203. nuncius fortiter & grauiter Caſimiri vitia perſtringit 247. C. ſeq.
Rzepica vxor Piaſti 634. A.
Rzeſchowski Ioann. nuncius de vita Wladislai exploranda mittitur 2. A. legatus ad Caſimirum 274. B. à prædonibus capitur 404. D. liberatur 405. A.
Rzeſchwowski Ioannes in epiſcopum Cracouienſem eligitur 476. A.

S.

SAcramentum ſub altera aut vtraque ſpecie Bohemis permittitur 124. B.
Sadachmatb Thartarorum Cæſar Ruſſiæ & Podoliæ terras magna vaſtitate afficit 63. C. ei à Lithuanis pro facta vaſtatione in Polonica grates aguntur 69. C. contra eum imperator Eczigeri irruit 96 B ab eo vincitur *ibid.* ideo in Lithuaniam perfugit *ib.* a Caſimiro cum omnibus in exilium mittitur 97. A. eius miſerrima mors *ibid.*
Sadachmatus Scytha ab Eczigero victus Kiiouiam perfugit 181 B. a Caſimiro Vilnæ in vincula conijcitur *ibid.*
Sadlow fortalicii deditio 339. C.
Saducæi negant reſurrectionem 800. D.
Salomon rex Hungariæ a Boleslao largo expellitur regno 659. C.
Salſamenta 888. A.
Samborius fit Gedanenſis Marchiæ præfes 778 D.
Samborii Ducis Poloniæ litteræ de variis Gedanenſis ciuitatis donis 149. C.
in *Sandomirienſi* templo fulmen crucem paſſionis & alios diſſipat 41. D.
Sandiuogius cauſas cladis Choynicenſis ſibi reuelatas indicat 169. B.
Sandiuogius de Czechel bellum cum Cruciferis iuſtum eſſe docet 193. A.
Sanguinus arbor parua 815. A.
Sanctio pragmatica concilii Baſilienſis abrogatur 1208. C.
Sapienski Ioannes Iudex Poſnanienſis 203. B.
Sapor excoriat Valerian. Imperatorem 941. B.
Sardanapalus ſe in incendium mittit 632. A.
Sarlinski Nicolaus contra Plavvienski mittitur 144. A.
Sarmatica gens cum germanica non confundenda 837. A. eius origo *ibid.* D. ſedes 838. A. eſt gens peculiaris *ibid.* D. verum oriatur à Tuiſcone 841. B. quo ſenſu ad Germanos deferri poſſit 842. A. num profecta ſit ad Tuiſconem petitum leges 843. C. eius habitatio ad littus Ponticum *ibid.* num eius conditor Vandalus 848. A. Sarmaticorum antiquiſſimorum principum ſeries 848. D. laus illius gentis à tempore originis, parente &c. 849. C. à iuſtitia & æquitate 864. A. experitur Alexandri M. munificentiam 876. D. Sarmatiarum nomen latiſſime patet 841. C. eius

triplex ſignificatus 844. B. diuiſio & partes 850. B. Sarmatæ nomen quid ſignificet 849. A. Sarmatæ Poloniæ vnde orti 850. C. non ſunt germani 850. D. non ſunt Scythæ *ibid.* Sarmatarum victoria parta de Scythis 858. A. Aſiam depopulantur 869. A. auxilia mittunt Lacedæmoniis 870. B. eorum ſtudium linguæ cultioris 871. B. eorum reges Troianorum nomina ſibi imponunt 872. B. eorum mores 889. A. ſeq. ab Auguſto facile amicitiam impetrant 909. A. eorum potentia *ibid.* C. Sarmatæ & Getæ coniuncti fuerunt 911. A. Ad eos peruenit euangelium 912. D. Myſiam inuadunt tempore Galbæ 913. B. Dianam in primis colune 932. C. eorum cum Romanis bella ſub M. Antonino 936. A. Aſiam vaſtant 921. B. eorum expeditiones in Pannonias quot fuerint & quanto tempore 946. A. Sarmatiarum ſitus 895. C. finis & flumina *ib.* eorum militare decus & ordo 897. A. religio *ibid.* B. eorum domicilia 889. A. œconomia *ibid.* B. eorum nomine multæ gentes comprehenduntur 901. D. eorum lingua & Getarum vna eſt 901. B. Sarmatiæ veteris limites 1885. A.
Sarmatia Aſiatica 850. B. eius fundatio 854. A.
Sarmatia Europeæ fines & limites 922. A. illi tempore Alexandri late patent 923. A. item tempore Lyſimachi, Darii *ibid.* eius limites occidentales *ibid.* D.
Sarmaticus imperator dictus nollus fuit 850. A.
Sarnetiorum familia 1906. C.
Sarro Celtarum rex litterarum ſtudiom inſtituit 847. B.
de *Sarſana* Thomas ſucceſſor Eugenii Papæ 19. D. fit epiſcopus Bononienſis *ibid.* Sanctæ Zuzannæ Presbyter Cardinalis *ibid.* vocatur Nicolaus *ibid.* eius origo 26. A.
Sauromatæ qui 849. B.
Σαυ̃ροι Græcis quid 849. B.
Saxonia vaſtatur a Gothis occidentalibus 879. A.
Sbigneus Cardinal. ex duabus eccleſiis parochialibus nouam eccleſiam in Saodecz collegiatam fundat 26. C. eius creatio in Cardinalem facta per Eugenium à Nicolao papa renouatur 40. A. Cardinalatus inſignia per Dlugoſch à Nicolao V. papa accipit 49. D. orationem, inſignibus cardinalatus acceptis, habet 51. B. eius ſtudium circa bellum inter Huniad & Giskram componendi 52. D. ei quarta conuentione Piotrcouienſi ſuperior in ſenato locus conceditur 67. B. feſtum corporis Chriſti Caſimiro Cracouiæ celebrat 68. A. Caſimirum de duce Michaele ſupplice reiecto arguit grauiter 70. B. ſcribit ad Ioannem de Capiſtrano vt in Poloniam deſcendat 75. A. in rebus de caſtro Luczko recuperando Caſimiri inclementiam experitur 87. A. Caſimirum vehementer publice coarguit de iniuriis in eum conlatis 89. A. ad conuentum *Siradienſem* ſtudioſe venire differt 93. A. reprehendit Caſimirum ob duriorem datam nunciis ducum Maſouiæ reſponſionem 112. A. in eius manibus Caſimirus iuramentum præſtat 115. D. monaſterium & templum Bernardinom in Stradomia fundat 122. D. peragit deſponſationem Caſimiri & Eliſabeth 128. A. Pruthenorum deditionem Caſimiro oblatam acceptare diſſuadet 131. B. conuentui Lancicienſi intereſſe recuſat 145. B. eius mors 166. B. omnes Poloni eius caſum acerbe dolent *ibid.* eius laus 167. A. ſepultura *ibid.* B. eius teſtamenti ratio *ibid.* D. eius campana malo omine confringitur 171. A.
Sbigneus epiſcopus Cracouienſ. Caſimirum ſucceſſorem fratris Wladislai conſtituere ſuadet 3. C. ei recuſante Friedericum March. Brandeburgenſem 15. C.
Sbignea filia Sbignei de Brzezye Poloniæ Marſchalci 240. A.
Sbiſchek campana Cracouiæ miro opere confringitur 171. A.
Scandia quæ inſula 1884. B.
Scandinopolis vrbs 974. A.
Scarbicus orator Boleslai Criuoulli regis 1664. B.
Scarbimirus dextrum oculum amittit 679. B. eius fatum cum fato Philippi regis in ſolatium comparatur 682. A. contra Pomeranos mittitur 689. C.
Scarga Petrus 1748. C.
Scerdiletus fœdus cum romanis contra Philippum facit 882. B.
Schafranyecz terram Oſwyaczimenſem & Thoſchnenſem cogit tributum 102. A. cum eo initur pax *ibid.* B. ad parat Michaëli Duci inſidias 35. C.
Schaffnaburgenſis ætas 894. D.
Scharlanus ob necem Thaczinski ſupplicio adficitur 283. B.
Scharlyey Iaroslaus ob necem Thaczinski ſupplicio adficitur 283. B.
Scharifch caſtrum obſidetur 261. A.
de *Scheue* Auguſtinos Palatinatum Elbingenſem accipit 133. D.
Scholaſticorum Cracouienſium cædes 1496. D. ſeq.
Schorcz Petrus captiuus deducitur 353. D.
Schtum caſtri obſidio decernitur 145. Caſimiro regi traditur 151. C.
Schumborski Bernhard. a Polonis inſecutus fugat turpiter 228. C. per proditionem occupat Marienborg 215. A. fugatur 216. A. ei Colmenſis ciuitas traditur 216. C.
Scipio Naſica Boios ſuperat 854. A.
Scribonii merita & triumphus 883. A.
Scribonius vincit Dardanos 903. B.
Scuta-

Digitized by Google

Scutalia ciuitas Turco traditur 577 B.
Scutari ſtagnum 945.D.
Scytharum inuaſio in Ruſſiam 1500 B. reprimuntur illi 1501. A. potentia 909. C. in regnum Poloniæ inruunt 45 B.
Scytha dux primus vnde natus 858. A.
Sczekocki Ioannes contra Ianuſſium & Przemislaum mittitur 106. A.
de *Sczekoczin* Petro Caſimiri litteræ de regni acceptatione traduntur 23. C.
Seczygniewski Thomas 87. A.
Sedziuoni Czarnicouil laus 1199. A.
Sedomiria incenſio 1099. C.
Selimus Imperator Turcarum 885. C.
Semi filii Noæ poſt diuiſionem ſedes 836. C. num natu fuerit maiur Iapheto? 840. B.
Semiramis Iodis bellum infert 610. A. vxor Nini 845. A:
Semlaneb terra igni & ferro vaſtatur 298 C.
Semouit filius agricolæ rex Polon. eligitur 634. A.
Semouit filii Wladisl. ducis Maſouiæ mors 184. B.
Semouitus Dux rex Poloniæ quondam declaratus 24 A.
Sempepel oppidum ab obſidione Cruciferorum liberatur 267 C:
Senkonem Oleſchkovvic in Ducem Lithuaniæ conſtitoere Lithuani contendunt 191. A.
Senum mores vituperabiles 816. D. 819. B.
Sennacherib cladem accipit ab angelo Dei 713. B:
Sepelben oppidum 214 D.
Sepone volucrum genus 740. D.
Septemtrionis regiones cur caleant? 889. B.
Serpens inſigne Oſci Itali 854. A.
Seſoſtris Ægyptii cum Tannaſo rege Getarum bella 857. A. eius magnæ audaciæ facta *ibid.*
Seuerinum oppidum locat Caſimirus 922. A:
Seuerus Pontifex 995 B.
Sbrank Laureotius dedocitur captiuus 353. D.
Siculi quomodo Gallos trucidant 1107. C.
Sicula veſperæ 1107: C.
Sidoniorum ſitus 1881. C:
Siczonicz Martinus caſtrum Slochovv intercipit 369. B.
Sieciechus contra Bohemos à Wladiſlao I. mittitur 1061. A.
Sieniauius Dacos in deditionem recipit 1558. B.
Siffridi commendatoris barbarica atrocitas 1122. A.
Sigismundus regi Caſimiro naſcitur 399. C.
Sigismundus rex Hungariæ infelix cum Turcis profligat 1158. D.
Sigismundus Rex Polon. nullum Regem peſtilentia abſumtum eſſe putabat 862. B. in peplo ambulat 898. A. rex Poloniæ eligitur 1200. A. eius bellum cum Scythis 1201. A. matrimonium 1201. D. eius mors 1211. C. eius funeris pompa 1484. A. ſq.
Sigismundus Auguſtus rex Poloniæ eligitur 1210. A. varia eius matrimonia 1212. B. 482. B. vnit Poloniam & Liuaniam 1214. A. eius expeditiones bellicæ 1219. A. mors 1222. D. eius ortus & educatio 1480. D. matrimonium clandeſtinum cum Barbara 1481. B. eius virtutes & vitia *ibid.* C. contentio de eius matrimonio 1487. poteſtatem regiam ei adimere quidam conantur 1493. D.
Simon Magus 715. B.
Simonis antiſtitis merita cootra hoſtes prouinciæ Mazouienſis 703. C. Cum Alexandro epiſcopo Plocenſe comparatur 705 D:
Simulationes inſidioſæ an licitæ ſint in bello 623. C. Simulatoribus noo eſt credendum 736. C.
Sinowyecz Ioan. Oſſvvyaczimenſis Capitaneus 225. B.
Siradiæ à Caſimiro generalis conuentijs agitur 93. A.
Strakowski Ioannis oratio ad Sigiſmundum Auguſtum 1485. A.
Sirmienſia vina 944. B.
Sitbalcus Germaniam vaſtat 886. D. eius bellum cum Perdicca Macedon. 878 D.
Sixtus IV. papa eligitur 472. C. pacem inter Caſimirum & Matthiam R. H. componere tentat 472. A. 482. B.
Skala ad eam fit conflictus Conradi cum Henric. Barbato 1094. A.
Skalski Ioannes 267. D. ei eripitur Brumzberg Oppidd. 278. D. oppid. Olſchtin incendit 328. C. Oppid. Melſchak intercipit 363. A.
Skop Ioan. prædam agens proſternitur 337. A.
Skora Nicolaus ad conſulendum pro rebus publicis miſſus Cracouiam aduenit 69. A.
Skubyela Bohemus ſolus occupat Friedlanth 174 B. eius ſtratagemate multi hoſtium cæduntur *ibid.*
Slaus evangelium annunciatur 1035. A.
Slauorum origo a Græcis 1010. C. ſq. eorum nomen 1008. C. ars & aſtus in comprehendendis hoſtibus 1014. A. eorum vetus ſedes *ibid.* C. cooflictus cum Hildibio 1015. A. quando eorum reſpublica cœpit collabi 1026. C. religioois præcipua capita 1043. C. fortunæ nihil tribuunt *ibid.* habitandi mos & tuguria 1044. C. litteræ & ſimulacra 1044. C vnde vites non colant 1045. C.
Slawkonis de Wierzborg fraude Dzialdovv Cruciferis tradit 165. A.
Slawkow oppidum inceuditur 179. B.
Slecht Tilmannus nuncius Papæ Sixti IV. 472. D.
Slesita Georgio Posdzyebraczkl in regem Bohemiæ electo parere recuſant 223. B. regnum Poloniæ poſt Caſimiri Lithuaniam diſceſſum adfligunt 31. B.
Sliwienczi Georgius & Ioannes vulnerantur 250. D.

Slop Nicolaus Marſchalcus Teſchinenſis 102 A.
Sluchow caſtrum 144. A.
Slupeczki Lucæ origo 239. C. coniugium 240. A. ob ſcelera ſatanæ cruciatibus affligitur 240. A. eius mors 242. B. ſepultura *ibid.* ex eius ſepultura ignea flamma conſurgit opera ſatanæ *ibid.* e ſepulcro per Sacriſtianum vxori ſuæ oblata reſtituere ſuadet 243. A.
Slupczki Groth ſcelus homicidii committit 239. C.
Slupski Matthias in captiuitatem ducitur 292. C.
Smirzinski Nicolaus Notarius regius ſubito moritur 83. C.
Smirzinski Ioannes ob litteras ad Boleslaum decollatur 104 A.
Sochaczouienſis terræ poſſeſſionem Caſimirus accipit 540 D.
Sokalipether dux Hungar. merita in bello Poloniæ contra Turcos 232. D.
Solymannus Buda per dolum potitur 1536. A.
Sorabi ſunt gens Sarmatica 937. D.
de *Sromotny* Michael oppidi Paſchenheim capitaneus 250. C.
Spilberg caſtrum regi Hungariæ traditur 430. B.
Spori qui 977. C.
Sporades Inſulæ quæ 977. C.
Sprowski Ioannes a quibusdam in Archiepiſcopum Gneſnenſem eligitur 107. C. a Caſimiro conuentu Piotrkouienſi confirmatur 116. B. per Epiſcopum Wladislauienſem conſecratur *ibid.*
Stadium quid ſit 618. D.
Stadnicius Stanislaus hæreſeos ſuſpectus in iudicium vocatur 1528. A.
Stancarus Franciſc. nouam religion. introducit 1515. C. eius exilium 1518. B.
Stanculo a Ioanne de Hunniad per fraudem exoculatur 33. D.
Stanislaus epiſcopus Wladislau. inſtituit puerorum ſeminarium in ciuitate Wladislauienſi 1639. eius merita laudantur 1640. A.
Stanislaus alias Wanek mirando modo capitali pœna liberatur 104. C.
Stargard oppidi obſeſſio 350. A. fit vtrique parti grauis 355. B. deditur 372. D. hoſtibus proditum 279. D.
Stawroth Stanislaus 563. D.
Stelegius Poloniæ principis inuidiam experitur 669. D.
Stephani regis Poloniæ iudicium de Liuio 892. C.
Stephani Walachorum crudelitas 1556. A. interficitur 1557 D.
Stephanus Palatinus Valachiæ. deſignatur 417. A. eius bellum cum Matthia Reg. Hungariæ *ibid.* homagium Caſimiro præſtat 438. B.
Stephanus Voieu. Moldav. eius ſauorem Matthias rex Hungariæ quærit 534. D. ab eo Caſimirus ſacramentum fidei exigit 535. A. Tranſyluaniam vaſtat 445. A. actio eius cum Radulo Palatino Beſſarabiæ 508. B. vincit Turcas Valachiam vaſtantes 525. D. 345. B.
Stetin Oppidum vaſtatur 273. A.
Stiborus Plocenſis eccleſiæ epiſcopi mors 473. C.
Stiborius de Bayſſen Palatinatum Elbingenſem accipit 133. D.
Stilico dux Theodoſii I. 954 A.
Stogneum Reg. Tharati captiuant 91. C.
Stolpenſis dux nouam Marchiam a Caſimiro repetit 145. D.
Stoſch Crzik Moranus varia oppida Poloniæ inuadit 179. A.
Strabo notatur 891. B. quando floruerit 892. A. patria, præceptor *ibid.* admirator Homeri *ibid.*
Stradomia Sbigneus Monaſterium & templum fundat 122. D.
Strato Tyrorum rex eligitur 619. B.
Straza tributum quod 644. D.
Strumen quid Polonis ſignificet 929 A.
Strus Iacobus 1893. D.
Struſii fratres 1198. D.
Strzepinski Thomas a quibusdam in Archiepiſcopum Gneſnenſem eligitur 107. C. ei a Caſimiro in conuentu Archiepiſcopatus Gneſnenſis negatur 116. B. ipſe cedit iuri ſuo Archiepiſcopatus *ibid.* Caſimiri conſilium de vaſis & templis ad belli vſum auferendis improbat 176. A. in epiſcopum Cracouienſem eligitur 170 D. & conſecratur 183. B. Eccleſiæ Cracouienſ. vaſorum ſacrorum commodationem Caſimiro denegat 195. B. moritur 261. C.
Squadi qui fuerint & eorum ſedes 936. D.
Suarno Ruſſorum Dux fugatur 1109. A.
Suatoboi exitus 1019. D.
Suatoplugus Rex 1017. B. eius mors 1029. C.
Suatopelci Monarchæ Ruſſorum mors 1068. A.
Succeſſio principum hereditaria probatur 741. B.
Suchodolski Ægidius nuncius de vita Wladislai exploranda mittitur 2. A.
Sudeti montes dicuntur Vandalici 937. A.
Sudini populi qui fuerint 937. A. vbi fuerint 1884. A.
Suella Martinus 279. D.
Sueuus Rex Tuiſconorum 847. C. eorum ſedes 961. A.
Suetoslaus Græcos vincit 1040. A.
Sumboſus Vlricus Comes 4. B.
Surſena oppidum in Tuſcia 26. A.
Suum cuique eſt pulcrum illuſtratur 893. C.
Swantopelcus de Zauada per latrones interficitur 33. A.
Swatopelcus victor Cruciferorum 1097. B. eius mors 1105. D.
Swidrigelo Dux Lituaniæ eligitur 1167. C.
Swieborowski Ioannes, Polonus varia Poloniæ oppida aggreditur 179. A.

Swiren-

Digitized by Google

Swirenkowie Bartholom. epiſcopus Myednicenſis eligitur 460. C.
Swirrigielli ducis mors ſ. Boleslai 83. D. moriturus caſtrum Luczko Lithuanis tradi iubet 84. A. eius ſepultura 84. C.
Syennenski Pius II. Papa in gratiam Caſimiri laborat reponere 305. B. *ſeq.* iuri Epiſcopatus Cracouienſis cedit 312. A. penſio epiſcoparus Cracou. ei denegatur 326. D. proſcribitur 264. D multi ei adhærentes proſcribuntur 266. B. eum Caſimirus in pontificis Rom. odium adducere laborat 184 D nominatur epiſcopus ad eccleſiam Wladislauienſem 338. B. in Archiepiſcopum Gneſnenſem eligitur 502. C. eius contentio cum aliis de epiſcopatu Cracouienſi 262 D.
Sylla primus eum Mithridate concurrit 908 B.
Syleſia quando auulſa a Polonia 926. B.
Sylleſiorum nomen quid ſignificet 921. A.
Syrmus rex Getarum 910. D. 964. A.
Syrmienſe Concilium 964. A.
Syrmium vrbs 910. D.
Szafrach Dux Gothorum 962 A.
Szafranecz Petrus bellum ciuile in regno Poloniæ excitandum ſuſcipit 133. A.
Szlik Caſpar Cancellarius 4. B.

T.

C. T*Acitus* taxatur 892. D. quando floruerit *ibid.* in limitibus Sarmatiæ delineandis accuratus 930. B.
Tannaſi regis Getarum bella cum Seſoſtri Ægyptio 857. A.
Tarnouius Io. quo iure præfecturam Sandomirienſem obtinuerit 1506. C. cum Zebrzydouio iurgia 1543 A.
Tarnowski Ioannes Palatinus Cracouienſis 123. D.
Tartari in regnum Poloniæ irruunt 45. B. abſentibus Ruſſiæ & Podoliæ terrarum nobilibus illas terras maximopere vaſtant 63. B. 91. C. 96. B.
Taſius dux Roxolanorum 890. A.
Tatri montes 929. A.
Teias vltimus rex Gothorum 973.
Telephus ab Hungaris vincitur 234. D.
Telephus Getarum quis? 862 A. eius facta *ibid.* vulneratur ab Achille *ibid.*
Tempeſtatis cuiusdam grauiſſimæ deſcriptio 71. C.
Templum quid 722 & eius etymon *ibid.*
Tenczynski, Io. executionem à capite legum diſſuadet 1508. A.
Teridates rex Armeniæ 913. C.
Terræ motus ingens in Napulia 200. D. terræ ſanctæ recuperatio 1069. C.
Teuca Illyriorum regina 881. C.
Thaczin Palatinus Cracouienſis Boleslaum ad regnum Poloniæ commendat 17. B. grauiter publice Caſimirum regem Poloniæ coarguit 89. D.
Thaczinski Andreas occiditur 268 B ſeq. cadauer eius male tractatur 269. D. vltio necis eius vehementer expetitur 272. A. Iudicium illius necis Caſimirus ſuſcipit 281 D. eius occiſores ſupplicio damnantur 283. B.
Thamyrim vrbem Tomyris ædificat 868 B.
Tharnowski Ioannes nuncius Cracouienſium terrarum 247. A.
Thartari terram Lucenſem nullo prohibente maxime vaſtant 105. D.
Thaurinum Turcæ obſident 187. A.
Theben caſtrum Cilienſes oppugnant. 200. C.
Thelericus Bulgarorum rex 1018. B.
Themyſcira ſedes Amazonum 863 A.
Themyſcira fluuius Cappadociæ 863 A.
Theodatus regis Gotthorum memoratu digna 971. C.
Theodomir filius regis Theodorici 971. A.
Theodoricus rex Gothorum, eius prima ætas 971. A. eius filii *ibid.* mittitur contra Odoacrum *ibid.* B.
Theodoſia vrbs 88 . A.
Theodoſius I. Imperator fœdus init cum Gothis 953 B. eius benignitas *ibid.* eius filii trucidantur 954 A. eius miranda victoria in anguſtiis Alpium 956 A. precibus victor extitit 800. B.
Theſchnar Ioannes ob necem Thaczinski in captiuitatem ducitur 283. C.
Theſſander Græciæ dux à Telepho Getarum occiditur 862 A.
Thethpil nuncius Lithuanorum 313. A.
Thikoczin terra per Lithuanos occupata à Nunciis ducum Maſouiæ repetitur 112. A.
Thingecz Monaſterium à Caſimiro ad inſolitam penſionem cogitur 128. C.
Thomas de Sarſena v. in S.
Thomas Euangelium prædicat Parthis I. Brachmannis 913. A.
Thomcon ad obſidendum Nowo mittitur 336. C.
Thomos vrbs vnde ſic dicta 855. D.
Thomſa ſupplicium capitis dat 917. A.
in *Thorun* Caſimirus Palatinatum creat 133. D. Caſtrum per Pruthenos demolitur 143. D. ciuitatem Cruciferi recuperare ſtudent 168. A. in eo ſeditio exoritur 195. D.
Thoriſmundus Oſtrogotthorum rex 955. B.
Thorunium ciuit. ab hoſtibus inuaditur 340. A.
Thoſthetenſis terra à gentibus Sbignei & terrigenis Syevvierienſibus vaſtatur 64. D.
Thowaczowski Stiborius 376. A.
Thowaczowski Ioannes 555. A.
Thungen Nicolaus epiſcopus Varmienſis eligitur 410. C. ad Camyeniecenſem eccleſiam transfertur 474. D. ideo ſeditiones & bella creat 481. D. Varmienſem ademptum epiſcopatum occupat 513. D. eum epiſcopatum reſtituit 581. A.

Tiberii Cæſatia expedinio in Germaniam 905. D. Harminium interfici curat *ibid.*

Tigranem Lucullus in regnum redire cogit 908. C.

Tigri vbi multi duces Rom. cecidere 945. B.

Tiguranorum vrbis antiquitas 845. B.

Tirannen Strabonis præceptor 892. A.

Tiſſigeta qui 867. C. 959. C.

Titi Veſpaſiani filii liberalitas 612. C.

Tomyris Maſſagetarum regina 867. B. vrbem Tamgrim ædificat 868. B.

Tonſura primæ capillorum Polonorum feſtum 898. A. conſuetudo 637. D. tonſura Nazaræorum 638. D.

de *Topolya* Mathias Polon. in Epiſcopum Miednicenſem ſuccedit 330. A.

Totila penultimus rex Gothorum 972. D. Romam occupat *ibid.*

Trabowlienſis diſtrictus à Thartaris vaſtatur 108. C.

à *Traiano* Daci ſubiguntur 917. D. Dacorum regionem in formam prouinciæ redigit 918. B. pontem exſtruit in Danubio 919. D. Sauromatas in fidem accipit 920. C. cur pontem in Danubio exſtruit 921. C.

Tracibus falſo Ariſtoteles ruditatem adſcribit 893. A.

Tranſyluani Germani num ſint. Gothorum reliquiæ 963. C.

Tranſyluania à Turcis vaſtatur 461. B.

Traſimundus II. princeps Vandalorum 992. C.

Trepka iuuenis Polon. ſingularis taciturnitas 1201. B.

Threſſer Magiſter Pruſſiæ electus 564. C. homagium ſuum Caſimiro negat *ibid.*

Treuiri vrbis antiquitas 845. B.

Tricesius Iacobus quo tempore floruerit 1220 B.

Triſmegiſtus quando floruit 853. A.

Troezen vrbem Flaccus recuperat 906. B.

Troia à quo Ilion vocatur 854. B. Troianum bellum quando geſtum eſt 560. A.

Truculentia mulieris ſæuior omni ſeueritate 636. B.

Trukſes Martinus magiſter Pruſſiæ eligitur 557. A. hoſtis Caſimiri regis 575. C.

Truxes Martinus Magiſter Pruſſiæ Caſimiro homagium præſtat 581. A.

Trzeska Ioann. præfectus caſtri Brathiani 183. A.

Tucholya caſtrum 144.

Tuiſconis regnum Sarmatarum 842. C. Tuiſconum Sarmatarum legislator 844. B. eorum regnum peregrini reges obtinuerunt. 844. B.

Turci Conſtantinopolin obſident 102. C. eam oppugnant & male tractant 117. D. eorum crudelitas in oppugnatione in templa & omnes homines 118. A. ſeq. eorum origo 119. D. indoles & natura 120. A. conſtituunt Hungariam inuadere 186. D. ſuperantur precibus Capiſtrani 188. B ſeq. eorum multitudo Hungariam vaſtans à Polonis fugatur 323. B. ſeq.

Turza mons in poteſtatem Caſimiri venit 255 D.

Tyrangitæ qui 959. C.

Tyranni triginta 941. C.

Tyras fluu. 896. A. ad quam Claudius Imp. prælium committit 942. B.

Tyrigeta Sarmatæ 850. B.

V.

V*Aisberg* oppidi expugnatio 1072 B.

Valachi a Polonis contra Bohdanum auxilia petunt 73 D. eorum vera origo 918 B. mores 919. D. eorum lingua ab Italis imminuta eſt 1082. B.

Valcz caſtrum & oppid. Caſimirus amittit 256. C.

Valens Gothis ſedes in Thracia permittit 951. C. eius triſtis euentus 952. C.

Valentiniani Imp. expeditio contra Sarmatas 950. A. eius mors *ibid* B.

Valerianus. Imperator à Sapore excoriatur 541. B.

Vanda Patri Graco regi Poloniæ ſuccedit 608. B. cœlibatum eligit 609. A. eius inſignis pulcritudo 609. A. mors *ibid.*

Vanda ad imperium Polonicum euehitur 1005. D vincit Rithigerum 1006. A. eius ſtupenda mors *ibid.* ſepultura *ibid.* epitaphium *ibid.* D.

à *Vanda* filia Graci Polonia Vandalia dicitur 596. C. Vandæ filiæ Graci ſepultura 609 D.

Vandalus nepos Noe 975. B.

Vandali qui dicti ſunt 608. D. eorum magnitudo 975. B. eorum origo *ibid* 978 D nomen 976. B. an fuerint Sarmatæ, *ibid.* C eorum ſtationes 980. A. Lingua 981. B. conſuetudines in bellis ducendis *ibid.* D. num diſtincti ſint a Venetis 984. ab illis Poloni oriuntur 985. D. eorum expeditio in Hiſpaniam 990. A. cur aduerſa paſſi 994. A. finis eorum regni *ibid.* B.

Vandalitarum origo 596. B.

à *Vandalo* filio Negnonis Polonia Vandalia dicitur 596. A.

Vandalum flum. vnde nomen ſuum ſortitum 608. D. 609. B.

Vapiennagora mons 210. A.

Varadienſis epiſcopus Ioannes à Ladislao rege in captiuitatem ducitur 202. A.

Varceſtus rex Getarum 964. C.

Varfeſtus res Getarum 911. A.

Varmia obſidio ſoluitur 298 C.

Varmienſis ciuitas diripitur 260. B.

Vaſcones num ſint reliquiæ Ruſſorum 1033. B.

Vaſquesz Petrus nomine Philippi & Alphonſæ à Caſimiro magiſtro Pruſſiæ contra Zoldanum auxilia malo ſucceſſu petit 79. C.

Vedelski Ioannes Tenutarius Valcz caſtri & oppidi 256. C.

Velczen fortalicii obſidio deliberatur 68. D.

Vcha-

Vchanius Iacobus 1734.
Vencesiaus Rathiborienſis Dux cum regno Poloniæ perpetuam init pacem 26. A. promiſit Caſimiro aſsiſtentiam & fidem 41. A. mors 219. B. liberi ibid.
Vencesiaus dux Bohemiæ principatum Cracouienſem ſibi reſignat 825. A.
Venceslai ducis Ribnicenſis bellum cum Henrico Poſdzyebraczki 511. C.
Venceslaus dux Theſchnenſis ex anxietate moritur. 524. D.
Venceslaus rex Poloniæ 1119. B.
Veneni duci Michaeli præparati ſingularis vis 84. D.
Veneti vnde ſic dicti 976. B.
Venetii Ioannis carcer 1155. D.
Ventorum validiſsimorum exempla. 243. D.
Veritatem hiſtoriarum multi odio habent 749. D.
Verneri Plocenſis epiſcopi mors 1070. C.
Veronica vaticinium de Rudolpho pacem cum Cruciferis confecturo 391. A.
Verſionis LXX. viralis origo 883. D.
Victorinus filius Georgio Pozdziebracki, dux Monſterbergenſis 104. B.
Victorinus Auſtriam bello premit 425. inde recedere cogitur 426. A. a Mathia Hungario obſidione premitur 428. A. & tandem fugere conatur 429. B. à militibus Matthiæ capitur 447. B.
Vidiſitana vrbis in Mæſia obſidio 873. C.
Vigri geſta in oppugnando Gedano 1727. D.
Vigliczki Stanislaus 262. A.
Vilhelmus Comes in Tierſthan 154. D.
Vilkanowski profligat ex Maſouia prædam ducentes 337. A.
Vincentii Archiepiſcopi Gneſnenſis in legatione ad Caſimirum in Lithuaniam oratio, qua ei regni acceptationem ſuadet 6. D. eius ſtadium in conuentu Pyotrcouienſi de alio rege poſt Caſimirum conſtituendo 15. C. moritur 44. D. eius ſepultura 45. A.
Vincentiana Chronica 595. A.
Vinckelblochius Iacobus 1109. A.
Vinde qui 985. A.
Vinearum vſus interdicitur Pannoniis 944. B.
Viridomarini qui 870. B.
Virtutes Politicæ 770. A. purgitoriæ ibid. B. exemplares ibid.
Viſcembach Nicolaus tradit Polonis Gnyevv oppid. & caſtr. 328. B.
Viſchegrad caſtrum in poteſtatem Zuladin reſignatur. 220. C.
Viſemburg Bartholius Nuntius Fred. March. Brand. 145. C.
Viſimarus rex Vandalorum 949. A.
Viſio cur hiſtoria dicatur 605. B.
Vila fluu. 160. A.
Viſmariæ vrbis origo 998. D.
Viſnouecium 886. A. eius deditio 1500. D.
Viſogotthorum tranſitus 946. C. nominis etymon 959. C. eorum ſedes 960. B. fines Saxoniæ vaſtant 879. A.
Viſſimarus vrbes condit 998. D. eius nominis ſignificatio 999. B.
Viſſimirus Viſmaro filio Leſci traditur 1023. D.
Viſtula nomen ſcriptoribus variat 932. D.
Vitbonis prælium ad Sochacouiam 1115. C.
Vitoldi ſectio cum Iagellone 1086. C.
Vituli Idololatr. in deſerto ab Iudæis conflati origo 846. D.
Vitiges rex Gotthorum 971. D. eius expeditio contra Italiam 972. A. eius captiuitas ibid. C.
Vlad Palatinus Beſſarabiæ à Ioanne de Huniad interdicitur 33. D. optime meritus fuit de iſto de Huniad ibid.
in *Vlak* oppido Hungariæ moritur & ſepelitur Ioannes Capiſtranus 199. A.
Vlricus Comes Giliæ 103. D. ei Ioan. de Huniad inſidias ſtruit 124. D. à Ladislao filio Hunyadi interficitur 200. A. eius ſepultura ibid. B.
Vltione melior eſt venia & clementia 698. A.
Voidilonis mors 1086. B.
Volborium caſtrum 1619. A.
Voldomir rex Plocenſis 1080. A.
Volek caſtrum Ianuſſius dux Oſvviaczimenſis reficit 123. C. obſidetur à Cracouienſ. ibid. D.
Volpbram Ioannes ob necem Thaczinski in captiuitatem ducitur 283. C.
Voracitatis ſingularis exemplum 606. B.
Voyſſik Creslaus nuncius Caſimiri ad Hungaros 220. B.
Vranices volucrum genus 740. D.
Vrſi occiſores graues pœnas dare coguntur 756. D.
Vrſinorum origo 1105. A.
Vſeuoldus miranda opera à Caſimiro ſuperatur 708. A.

W.

Wiagrouienſis monaſterii origo 1085. A.
Walachorum genus & ingenium 1555. B.
Walamir filius regis Theodorici 971. A. eius obitus ibid.
Weyſthmilner Benedictus 469. D.
Widmir filius regis Theodorici 971. A. eius obitus ibid.
Wierszinck Nicolaus Mercator maxime ſpoliatur 57. B.
Wirbaus manu mutilatur 675. D.
Wiſlicenſis vrbis proditio 724. C. eius vrbis antiquitas 725. A.
Wladarides terram Ruſſiæ à Boleslai imperio deducit 720. A. per fraudem occiditur 721. A.
Wladimir Dux Galiciæ moritur 813. D.
Wladimirus princeps Ruſſorum Kiouiam aggreditur 1047. D. per oratorem inquirit, quæ religio in mundo optima 1042. C.
Wladislaus Dux Maſou. intereſt conuentui Lancicienſi 145. B. moritur 181. D. eius ſepultura ibid. eius conſecratio cum epiſcopis

de

de proprio loco ad latera Caſimiri 28. B. inuaſione Tartarorum in Ruſſiæ & Podoliæ terras in periculo captiuitatis eſt 63. C.

Wladislai filius Caſimiri eligitur in regem Bohemiæ 444. B. 452. B. 466. D. eius coronatio 469. C. accipit poſſeſſionem montium Kuthnenſium *ibid.* D. Sororis Hedvvigis nuptiis cum dedecore deeſt 536. D. ei confert Friedericus inſignia regni Bohemici 559. C.

Wladislai mors dubia fama vulgatur 1. A. excitat inde magnum dolorem *ibid.* de vita eius ſciſcitatum nuncii in varias regiones mittuntur 2. A.

Wladislaus Theſchnenſis Caſimiro aſſiſtentiam contra Boleslaum Oppolienſem repromittit 93. A.

Wladislaum regem Pol. vxoris ſterilitas anxium habet 668. A. eius filius Boleslaus 668. D. iterum cum filia Salomonis matrimonium contrahit *ibid.* eius in ſenectute ſtudium 669. A. eccleſiam S. Ægidii in Cracouia fundat 572. B. item in honorem S. Wenceslai *ibid.* mors eius *ibid.*

Wladislaus Epiſcopus Wladislauienſis in Archiepiſcopum Gneſnenſem eligitur 45. D. contendit de primo loco cum Sbigneo in conuentione tertia generali Pyotrkouienſi 54. C. eius mors 106. D. ſepultura 107. A. de eius ſucceſſione contentiones oriuntur *ibid.*

Wladislaus ſucceſſor Boleslai Krzyvvouſty 733. A. eius conflictus cum fratribus ſuis populis 738. A.

Wladislaus Miezkonides ad principatum Cracouienſem vocatur 821. B. princeps Cracouienſis conſtituitur 823. A. huic principatui cedere cogitur 824. C. mors eius *ibid.*

Wladislaus I. rex Polon. regnum primum detrectat 1058. D. expeditio contra Pomeranos 1059. A. cum Sbigneo *ibid.* B. mors & ſepultura *ibid.* C. gener eſt Heinrici IV. 1060. A.

Wladislaus Iagello rex Poloniæ 1154. D. eius conuerſio 1155. A. nuptiæ *ibid.* altera vxor 1160. C. templum corporis Chriſti erigit *ibid.* D.

Wladislaus II. rex Poloniæ 1167. D. eius coronatio 1196. A. victoriæ de Turcis *ibid.*

Wladislaus Cuiauienſis dux è monaſterio reuocatur 1150. A.

Wladislaus filius Bolesl. Criuouſti regno mouetur 1069. B.

Wladislaus Laſconogus rex Poloniæ eligitur 1080. D. eius corporis dotes 1085. B.

Wlodkona Catharina Wlodkonis de Skrzin vxor 211. A.

Wlodkonis de Skrzin furtis operam dantis captiuitas paratur 69. A.

Wloſczowski Ioannes prædo 405. A.

Woynia gens vocata 1068. B.

Woyſſilkonis miſerabilis interitus 1104. D.

Wratislauienſis conuentus 120. D.

Wratislauienſes Georgium regem Bohemiæ non agnoſcunt 246. C. exercitus Georgii regis Bohemiæ vincunt 251. B. perſuaſionibus Pii papæ ad obedientiam Georgii Boh. R. permouentur *ibid.* D.

Wradislaus rex Bohemiæ 1017. C.

Wrociryſ. pag. ad eum fit Conradi conflictus cum Henrico Barbato 1094. A.

in *Wſchowa* monaſterium S. Bernardini fundatur 182. B.

Wſebor Palatin. Cracou. eius turpiſſima fuga 1065. C. miſerabilis exitus 1066. A.

in *Wyedczwyedza* opp. moritur Wladislaus Maſouiæ dux 181. D.

Wyerzbyata miles, fortalicii Kapino Dominus capitur 179. C.

Wſzoborius 731. B.

X.

XErxis expeditio contra Gothos 871. A.

Xiacz Pauli victoria de Turcis 586. D.

Z.

ZAgorzenski Ioannes in Hungariam pacem componendi mittitur 52. C.

Zambek Hermannus 280. A.

Zambienſis epiſcopus Nicolaus Polonis deficit 159. D.

Zaraba Laurentius Caſtellanus Siradienſis ad conſulendum pro rebus publicis miſſus Cracouiam aduenit 69. A.

Zaremba Ioannes Caſtellan. Siradienſis 272. D.

Zorungetuſſa metropolis Getarum 957. B. eius etymon *ibid.*

Zawiſſa epiſcopi Cracouienſis mors 1152. A.

Zayacz. Ioannes 444. B.

Zbigneus 669. D.

Zboranius Petrus Palatinus Cracou. 1739. B.

Zebracz mons 209. D.

Zeladin Michaël Matthiæ animum regnum Hungariæ Frederico conceſſuri mutat 244. C.

Zeletim Dux Bulgarorum occiditur 1013. B.

Zeleucus legumlatarum grauis cuſtos 868. D. legem promulgat de adulteriis 868. D.

Zemomysl. rex Poloniæ conſtituitur 640. C. eius filius *ibid.*

Zenophia in triumph. ducitur 943. A.

Zeth dux Bohemiæ regno exterminatus 719. C.

Zeuxis naturam ſemicirculis includit 693. C.

Zgorſeletia Præmislo filio Leſci traditur 1023. D.

Zichlinski Albertus Nuncius Caſimiri pro Strzapienski 170. D.

Ziemouitus I. eius expeditio contra Pruſſos 1029. B.

Ziemouitus II. 1031. B.

Zindra-

Zindramus Maſcouius quis 1163. A.
Zuiec mons in poteſtatem Caſimiri venit 257 A.
Ziza Sarmatis & Quadis præficitur 954. C.
Zmigrod oppid. & caſtr. capitur 506. C.
Zncgno oppidum igne penitus abſumitur 32. D.
Zolana ad tributum tentatur 215. C.
Zoldanus caſtrum Rog deſtruere cogitat 103. B. eius exercitus fugatur *ibid.*
Adu. *Zoldanum* Babyloniæ Philippus dux Burgundiæ & Alphonſus à Caſimiro auxilia petunt 79. C.
Zophia vxor Erici Stetinenſis marito veniam refectionis impetrat 273. C.
Zophia filia Boleslai ducis Maſouiæ 158. C.
Zophia filia Boleslai Ducis Theſchnenſis 104. B
Zophia filia Caſimiri in lucem prodit 331. D.
Zophia oppidum 189. A.
Zophia reginæ ſtudium in Caſimirum ſucceſſorem Wladislai conſtituendum 3. D. ipſa nuncios ad Caſimirum in Lithuaniam miſſos præcedit 6. C. bellum inter Ioann. de Huniad & Ioann. Giskrà componere laborat 52. C. mors eius 277. B. ſepultura *ibid.* C. epitaphium 278. A.
Zopyrus Dario Babyloniam recuperat 721. C.
Zoroaſtres ex ſtirpe Sem. 851. B. eius antiquitas *ibid.* num ſub Nino regnauerit an eius filio 852. C.
Zoſtenes plebeius a Macedonibus in principem eligitur 616. B.
Zulatin Matthias ab Hungaris in Gubernatorem Hungariæ eligitur 220. C.
de *Zyblin* Albertus Præpoſ. Caliſſienſis 261. A.

FINIS.

Polona *Oſoliniorum.* Habent hi firmiter impreſſas notitias virtutum, quæ res facit, vt ſemper eodem modo agant & æquabilitatem retineant.

ODRY 50. 3. 45. A

Ad hoc oppidum oritur flumen *Odra*, ideo & flumen ab eo denominatur. Fuit ſedes olim *Gotthorum.* Ideo a *Plinio Guttallus* à *Gotthis* flumen illud appellatur. Iuxta vero *Strabonem* fines *Gotthorum* exporrigebantur vsque ad fines *Sueuorum* non longo admodum interuallo, quod etiam nomen fluminis *Sueuus* indicat.

Orlow 53. 4. 41. 7.

Oppidum a *Lecicio* quatuor milliaribus. Produxit hæc domus viros cordatos, nec conſilii inopes: iuxta dictum Philoſophi: *Militem oportet eſſe inſtructum legibus & armis.*

Opatoniec 50. 12. 43. 7.

Opaua 50. 9. 40. 7. B

A veteribus Sydirorychiæ eo locorum ſtatuebantur, temporibus nimirum *Traiani.* Ideo *Cornelius Tacitus* dicit *Gotthinos* illo æuo pependiſſe tributum Sarmatis tanquam poſſeſſoribus illarum regionum legitimis, vt eis liceret metalla in illo territorio fodere & præparare. Expreſſe hæc habentur in libello de ſitu Germaniæ, paragrapho: *Proh pudor.*

Oleſzko 50. 9. 48. 12.

Sedes quondam ducalis fuit *Sienieniorum* donatiua, ad quam & *Zloczow* pertinebat, in monte editiori, ex quo flum. *Bug* & *Stir* oritur.

Oraua fluu. 48. 8. 42. 3.

Oczakow 49. 54.

Primarium oppidum Scytharum, ſed noſtrates *Iazlouecis* & *Sieniauii* patriam ſuam iſtic fuiſſe aſſeuerant. Diſtatque ab oſtiis fluminis *Bub* aliquot milliaribus.

Oſtr fluu. 51. 54.

Ab oriente, id eſt, è regione *Kiow* in *Boryſtenem* ſe infundens.

Ouidii lacus 54. 49.

Inter *Hypanim* & *Tyram*, ſed vicinior oſtiis *Tyra.* Cernitur ibi murus quidam plumbo compactus, qui in mare medio milliari porrigitur. Dicuntque *Vitoudum* eousque in mare equo deſcendiſſe, dominium ſibi maris Sarmatici vendicans.

Orol flumen ad oſtia *Boryſtenis* a parte orientali a Taurica.

Olſſenica flumen *Boryſtenis* hic ab ea parte.

Obertim 49. 5. 48. 7.

Non remote a *Chotim* villa, victoria glorioſiſſima de Valachis parta concelebrata. Ibi concidit *Dauid Sienienius* pro patria pugnando, pater huius *Ioannis Sienienii* Caſtellani Leopolienſis.

P

PIESKOVA SKALA 51. 2. 42. 3.

Stanislai Sarnicii Deſcript. Polonia.

Domicilium natale peruetuſtæ gentis *Szafraneciorum*, ex qua multi Senatores, Palatini, Epiſcopi, præfecti copiarum, velut ex equo Troiano prodierunt, vt eſt in prouerbio. (Nam equus quoque eſt inſigne *Szafranetiorum.*) Hic ergo equus edidit in lucem homines frugi & vtiles Reipub. quarum virtutum typum habes in hoc Palatino Sędomirienſi *Stanislao Szafranecio*, in quo peculiarius memoria Senatorum prioris ætatis videtur hæſiſſe, authoritatis, inquam, grauitatis cum pari animi probitate. Acceſſit corporis proceritas, facies decora, ſupercilium graue.

Prut flumen 55. 49.

A duce quodam eius nominis ſic dictum. Hic amnis dislimitat Valachiam.

Poprut fluu. 49. 45.

Ad *Sadetiam* cum *Dunaiet* ſeu *Danaſtro* confluit.

Polaniet 51. 5. 44. 7.

Pokrziwnica 51. 5. 44. 8.

Paczanow 51. 5. 44. 7.

Piotranin 51. 8. 44. 9.

Locus hic innotuit hiſtoria diui *Stanislai.* Monſtratur ab accolis traiectum eius per Viſtulam miraculoſum. Monſtratur quidem, ſed tamen non cernitur, niſi ita credentibus.

Pczina 50. 9. 41. 9.

Quibusdam *Pczina* quaſi latinum piſcina ſonat, quod ibi piſcium & piſcinarum ſupra quam credibile eſt, copia ſit magna.

Preclaw, metropolis quondam Ruſſiæ, & ſocia Kiouiæ.

C *Prochnica* 50. 45.

Przemisl 50. 6. 45.

Potylicz 60. 45.

Pomorzany 50. 3. 47. 11.

Domicilium ſpectabile Magnifici domini *Ioannis de Sienno* Caſtellani Leopolienſis. Arx eſt eximia ad ſplendorem & ad propulſandum hoſtem patriæ inſtructiſſima, murata & quidem ex integro magna cum arte, opera & ſumptibus eiusdem M. domini a Sienno. Fuitque hæc quondam poſſeſſio gentis clariſſimæ *Swinkonum*, ex qua ſtirpe floruit olim Archiepiſcopus Gneſnenſis. Prodierunt & alii ſucceſſores viri ſpectabiles & celebres ex eadem familia.

Plauiecz 47. 7. 43. 4.

Polock 57. 8. 52. 10.

Podhaice 49. 11. 48. 5.

Polonne 51. 53. 5.

D In confluente fluminum *Slucz.*

PINCZOW 51. 5. 43. 7.

Domicilium clariſſimæ gentis *Oleſniciorum*, ex qua familia fuit *Zbigneus* Cardinalis ornamentum Poloniæ præclariſſimum. Arx in monte altiſſimo ex lapide ſecto & magna ex parte polimito, arte exquiſita fabrefacta, teſtatur iſtic virum magni nominis manſiſſe. Sunt ibi cellæ vinariæ eius proprietatis, vt

vina mediocria & etiam tenuiſſima, reddantur eximii ſaporis ad admirationem palati bibentium. Signum gentis eſt quod iam vſitato more vocatur: Virgo violata. Hoc idem eſt ſignum *Sieniemiorum*. Quia vnam gentem eſſe volunt. De quo plura vide in fine ex profeſſo de inſigni *Debno*.

Pianini 49. 53.
Locus iudicio ſenis *Bernhardi Pretuicii* peridoneus excitandæ arci cum propugnaculis contra Scytharum, immaniſſimæ gentis irruptiones, idque in ipſo aditu regionum barbaricarum.

Pokucie 50. 5. 55. 5.
Significat autem noſtra lingua *pokucie* pœnitentiam, eo quod in reatu detentos ad eas regiones Romani in exilium mittebant, eos nimirum ciues, qui turbulentiores videbantur, aut de proditione ſuſpecti. Et hoc vocabant relegationem, aut deportationem. Porro exilium grauior erat mulcta, id quod noſtri *bannitionem* vocant.

Pieczymegi ſylua 49. 8. 53.
Hic ſedes ſuas *Peucinos* veteres habuiſſe autor eſt *Bernhardus Vapouius*.

Porohi 49. 12. 34. 12.
Proz noſtra lingua ſignificat limen. Quia ibi ſunt anguſtiæ *Boryſtenis* ob rupes, quibus coarctatur aqua profluentis & veluti per limen ex alto decidit cum magno fragore. Vna hoc limen eum milites Kozaki euadunt, iam ſe ſecuros putant a Scythis. Veteres talia loca *Katadupa* a ſonitu, qui e longinquo exauditur, vocare ſolebant. Inueniuntur tales cataractæ & in his magnis fluminibus *Iſtula* ad *Gnew*, *Narew*, *Rheno* ad *Baden*. Forſan Deus veluti frænum eo modo iniſcere eis voluit, vt curſum eorum retardaret, ne abuterentur ſua potentia, ſupra modum arando terram.

POSNANIA. 53. 7. 40. 6.
Posna vrbs pulcherrima, riuis diſtincta ad voluptatem, veteribus *Stragona* dicta: ſed nomen mutauit ab illo tempore quo Imperator *Ottho tertius* cum Rege Poloniæ *Chobri* notitiam iniit. Inde *Posnania* vocata. Aut verius, quod Poloni illo in loco primum notitiam chriſtianæ religionis (quod *poznámiem prawdy* vocant) conſequuti ſunt. Laudatur illa vrbs a politia, amœnitate loci & morum elegantia: ſed verius laudari poteſt ab eo euentu, quod in illo territorio, vt iam dictum eſt, primum omnium ad cognitionem Chriſtianæ religionis & abiectionem idololatricorum cultuum peruenere Poſnanienſes cum Rege & vicinioribus familiis, *Czarnkouiis*, inquam, *Oſtroregis* & *Zbaſiniis*, *Samotulsiisque*, qui ſigna conuerſionis ſuæ vittam baptiſmalem hactenus pro armis circumferunt.

Pakosc 52. 12. 44. 8.
Ibi cruce limes ſignatur.

Plocko 53. 9. 45. 8.
Quondam Ducum Mazouiæ ſedes. Arx murata & ciuitas.

Przedborz 52. 1. 42. 8.

A *Piotrkow* 52. 8. 42. 7.
Vbi olim heroes Poloniæ cauſa comitiorum antiquo inſtituto conuentus agere ſolebant.

Plauiecz 54. 1. 42. 7.

Pabianice 52. 9. 49. 8.

Parcow 52. 4. 48. 6.

Przypiecz flu. 52. 4. 48. 6.
Peucinorum coloniæ.

Proſſouice 51. 5. 45.
Solum fertile & ſupra modum pingue. Vnde iocus *Sigismundi primi* Regis Poloniæ deſumptus. Cum enim *Ioannes à Lasko* Archiepiſcopus Gneſnenſis impenſius coram eo gloriaretur, ſe in oppido ſuo *Lasko* non modo cathedralem vel collegiatam eccleſiam erexiſſe, ſed etiam cœmiterium eius terra ſacra Hieroſolymis aduecta conſeminaſſe. Ille ſubridendo inquit: *Quid terram ſacram? Si fertiles illas arenas Maſouiorum reddere*
B *voluiſti, potius Proſouienſem terram tecum eo deportaſſes, agrosque illos conſperſiſſes.* Tantum Rex ſolo Proſouienſi tribuebat.

Paſcua Pomarzani 50. 48.
In ſummitate fluminis *Kropiecz* ſita ſunt.

Paſcua Zloczouienſia 50. 6. 48. 4.
In ſummitate ſcaturiginis fluminis *Stripa*.

Paſcua Oczakouienſia 49. 54.
Inter *Oczakouiam* & *Ouidii Lacum*.

Pikow 51. 2. 51. 9.
Oppidum.

Ploskirow 50. 3. 49. 8.

Probieo flu. 50. 8. 52. 8.
Ad *Hypanim*.

Piſczambot fluu. 50. 9. 53.
Incidit in *Hypanim*. Ibi etiam eſt pons *Vitowdi*.

C *Poromil* 51. 6. 48.
Ad *Styr* flumen.

Podkamienie 49. 47. 4.

Poltow flumen ſub *Gliniany*.

Q

QWidzin 54. 10. 42. 7.
Vide ſupra in deſcriptione veteris Poloniæ paragrapho *Quadi*.

R

RADLOW 53. 40.
Locus amœnus & refertus omni genere elegantiarum, ita vt *Luculli* hortum putes. Domicilium & Magnifici *Opalenii*, ſupremi Marſalci regni Poloniæ & capitanei generalis maioris Poloniæ.

D *Ragneta* 53. 8. 43. 8.

Rein 53. 2. 43. 7.

Rogozno 54. 6. 42. 6.

Rozemberg 54. 8. 42. 11.

Rozan 54. 1. 41.

Raſtemberg 54. 12. 44.

Raigrod

Rozanka 54. 4. 49. 7.

Radomia

Radomia 54. 11. 49. 5.
Eſt & flumen ad *Gedanum*.
Reſizad 55. 5. 54. 5.
Rzepin 55. 5. 58. 6.
Raciaſz 53. 11. 43. 6.
Radzimin 53. 7. 44. 7.
Raua fluu. 53. 5. 43. 6.
Radoſzyce 52. 1. 43. 6.
Raciborz 50. 11. 40. 12.
Ribnik 50. 10. 41. 4.
Regius mons, vide *Kinsberg*.
Rimanow 50. 2. 44. 7.
Rab flu. *Rapo* 59. 2. 44. 3.
Ropa fluu. 50. 43.
Ad *Biecz* flu.
Robatyn 49. 10. 47. 6.
Ruſſaua fluu. 49. 51.

In *Tyram* labitur. Libenter hæc *Ruſſica* & *Podolica* anootamus & curioſe perquirimus, qoia depopulationes Tartarorum ſæpe cogunt nos talia perſcrutari, vbi ſint, quid agant, quo tendant.

Row fluu. 50. 51.

Incidit in *Hypanim*. Et ad eios ſcatoriginem io ſummitate *Rar* arx munitisſima.

Ruſtanica fluu. 51. 52.

In *Hypanim* incidit, vbi iuſignis vir *Stanislaus Strus* occubuit, pater iſtorum, fortiter dimicando cum Scythis.

Racow 51. 6. 43. 12.

Erat quondam ſylueſtris ſolitudo, dumeta & latibula ferarum, qoæ ab agnatis ſuis *Gnoieniis* idem Mag. *Ioannes a Sienno* Caſtellanus Leopolienſis redemerat, & ſiluis extirpatis, molendiois inſtitutis, agris excuitis oppidum excitauit pulcherrimn nomine ei impoſituRakow, quod ſignificat *Cancrum* ab inſigoibus vxoris ſuæ charisſimæ. Ibidem oppidum ab inſigoibus ſuis ioeauit, vt ſempiternum extaret memoriale felicis coojugii & amicitiæ inter *Sienienios* & *Gnoienios*. Ibidem & villas & piſcinas complures & aulas amplas magno ſumptu fabrefecit. Et tertium oppidum *Stephanow* a nomioe Serenisſimi Regis Poloniæ patroni ſui clementisſimi appellatum locauit.

S

SEDOMIRIA 51. 1. 44. 10.

Sedes ſecundogenitorum fuit, cum Reges hæreditabant, naſcebantur nou eligebantur. Eſt locus ille ſupra modum amœnus & delicatus. Vineæ iſtic coluntur. Pnmaria vbique patent, ita vt putes vndique ſiluas circumſtare. Tanta ibi eſt eopia nnbiliſſimarum frugum. Propterea *Cazimirus Magnus* & alii reges eo ad capieodam auram animi cauſa progrediebantur. Auxit loci beoeficium ciuium ipſorum vrbanitas conjuncta cum aliis oblectamentis. Iouenias ibi præſtantisſimos Medicos, Muſicos, potus varia genera & hilarem elerum, piſcium, mellis, ſalmonum, ferinarum, frumenti & aliarum iibeoria-rum (vt *Gellii* verbo vtar) copiam incredibilem. Adminiſtrat præfecturam illam ſumma cum laude vir Magnificus *Andreas Firleius* dominus a *Dabrowica*, Caſtellanus Lublioenſis.

Sequa 54. 44.
Suenta fluu. 56. 45.
Saikiemi 56. 6. 47. 4.
Swintraua 56. 4. 50. 8.
Smolenskò 56. 11. 56. 4.
Selbgorg 55. 1. 45. 9.
Sud 55. 44.

Sud Samogita, id eſt, Septemtrinnales *Samogita*. Inſula eſt retrò *Regium montem*. Vel ſunt *Sudinorum* veterum populorum reliquiæ, quarum *Ptolomaus* ſubinde meminit.

Szepenpil 55. 3. 43.
Soka 55. 3. 44. 5.
Salauni 55. 46. 6.

Idem forſan quod *Sawle* vocant. Præfectura prædiues.

Seimi 55. 10. 47. 10.
SOMLO 48. 6. 46. 6.

Arx eſt murata io Hungaria, a *Sambor* 38. milliaribus, a *Kolozuar* 11. Eſtque locus oatalis *Batororum*. Gens hæc Illoſtris & vetuſtiſſima, ex qua aooo ſalutis 1576. *Stephanus primus*, Princeps & Palatinus Tranſyluaniç, Rex Poloniæ & Mag. Dux Litwaniæ electus fuit. Hic aduentu ſuo turbatas tes Sarmatiæ pacauit, mœroremque incredibilem Poloniæ ob extinctos modn auitos Reges lætitia ſui aduentus exhilarauit. Chrooologi aonotant iam ante Cęſaris *Augusti* tempora *Batororum* ſtirpem in Pannouia floruiſſe. Ita enim *Strabo* inquit: *Pannoniorum gentes ſunt: Breucii, Andixecii, Diaſcones, Piroſtæ, Mazai, Deſiciata, quibus Bato imperabat.* Hæc ſi ita ſe habent, nrigioe ergo hic Rex non tam Huogarus, quam noſtras eſſet. Nam Hongari nondum peruenerant tum in Pannnniam. Pannnnes autem a noſtris *Panis*, ſeu Polona nnbilitate non ita multum diſſideot. Qnin immo *Cechus* & *Lechus* ad oos venit cum ſuo enmitatu & colnnis ex Paononia. Meminit etiam *Iouius Batororum* aliquoties, ex quibus Proreges Hungariç patrum noſtrorum memoria deſignati ſunt.

SLVCKO 53. 52.

Sedes Illuſtrisſimorum Dueum *Slucenſium*. Principes iſti prodiernot ex eadem ſtirpe, ex qua Reges Poinniæ Hungariæ & Boëmiæ origioem ſuam deriuant. Adepti ſuot autem maiores hnrum Ducum virtute belli paciſque artibus prærogatiuas tales & tantas, vt tempore pacis primum locum in Senatu, tempore belli dextram manum tenere, totelaremque ſalutis Regiæ curam habere promeruerint. Poteſtque eorum ſtirpis ſeries hoc ordine enomerari. *Olgerus* Mag. Dux Litwaniæ primam v-

xorem *Iuliam*, ſeu *Vlianam* duxit filiam *Ducis Kitepſcienſis* Ruſſam, religionis Græcæ, ex qua ſuſcepit ſex maſculos, qnorum natu maior fuit *Vladimirus* Dux Kiouienſis, frater germanus *Iagellonis*, ſed alia matre natus. Ex qoo *Vladimiro* prodiit *Alexander*, quem Ruſſi *Olelko* vocant. Hic ſundauit ciuitatem *Slucenſem* triuibem ad flumen *Slucz* ante annos 150. Ex *Alexandro Simeon*, ex hoc rurſus *Georgius*, qui duxit *Theczinian* Comitem fœminam lectiſſimam, ex qua tres ſuſcepit maſculos, qui nunc verſantur in luce hominum: *Georgium*, *Simeonem* & *Alexandrum* iuniorem, iuuenes heroicis virtutibus ſuffultos, de quibus vſurpari poteſt illud: *Spes altera Romæ*. Ducatus hic *Slucenſis* hactenus a Geographis & Chorographis ſuppreſſus eſt, quod ego comittere nolui, cum ſit magnitudine ſua effatu dignus. Terminatur ab oriente *Boryſthene*, a ſeptemtrione flumine *Niemen*, a meridie *Pripecio*, ab occaſu parte Magni ducatus *Litwania*. Vrbes eius ſunt *Sluck* metropolis. *Kopil* ſecundogenitorum, a *Slucko* quinque milliaribus diſtans. *Turecz 15. Petricouice 24. Voikukala 4. Mobilow 50.* ab eadem *Slucko* diſtat. Alias breuitatis cauſa omitto.

SPITKOVICE 50. 10. 41. 5.

Arx murata, Et eſt locus nobilis cum aliis rebus, tum captiuitate Ducis *Henrici Barbati*, quem *Conrardus* Mazoniorum Princeps ante ducentos annos in ea villa diuinæ rei vacantem ceperat & in Mazouiam aſportauerat. Eſtqoe domicilium natale vetuſtæ gentis *Miskouiorum*, ex qua multi Senatores præſtantiſſimi, Epiſcopi, Palatini, Caſtellani & etiam Campiductores prodierunt. Fulget nunc ſenectote viridi *Petrus Miſcovius* Antiſtes Cracouienſis columen familiæ. Fuit ex eadem gente aute decennium *Stanislaus Miſcouius de Mirow* Palatinus & Capitaneus Cracouienſis, Margenburgenſisque, vir heroicus, mihi perfamiliaris. Dici non poteſt, quam egregiæ formæ & proceritatis, &, vt ex picturis liquet, *Scanderbergo* ipſi ſimillimus. Merito ergo illud ei competit: *Gratior eſt pulchro veniens de corpore virtus.*

Soldim 54. 2. 38. 9.
Starigard 54. 10. 37. 11.
SLETINVM 34. 10. 37. 11.
Strzelce 54. 10. 37. 11.
Stepelborg 54. 1. 39. 5.
Sluchow 54. 5. 41. 3.
Sloniny 54. 5. 41. 3.
Sloniny 54. 2. 49. 7.
Sklow 54. 4. 55. 7.
Sulewice 53. 6. 3. 8.
Swiebodzyn 53. 5. 39. 4.

Suenus flu. *Sprea* nunc dicitur in Marchia. Alii illud flumen ad *Budiſſinum* apud *Vindas* Saxonicos eſſe volunt, & rectius.

SBASZIN 52. 3.
STENSZOW 53. 3. 39.
Szamotuly 53. 8. 40. 2.
Squidzinia 55. 8. 30. 7.

Solum hæ doæ appellationes *Quidzin* & *Sqwidzinum* aliquid commune habent, cum cognomine *Quadorum*.

SIENNO 51. 44.

Habet hæc gens peculiare chronicon rerum a ſuis maioribus geſtarum. Compluresque ex iis prodierunt digniſſimi Senatores, Archiepiſcopi vtriusque ſedis, Gneſnenſis inquam & Leopolienſis, Epiſcopi Cracouienſis cathedræ, Poſnanienſis & Cnianienſis, viri liberales & largitores in opera pietatis, vt teſtantur etiam nunc inſignia illorum inſculpta remplis, collegiis, & domui Hieroſolymitanæ. Qoin & dignitas Cardinalatus eis nouus honos in Polonia attributus fuit, quod antea nemini contigerat. Erant item ex eis multi Palatini, Caſtellani, legati ad exteras nationes, ad Concilium Baſilienſe & ad Imperatorem Turcorum, viri conſulares &, quando opus erat, milites ſtrenui. Ideo nunquam a ſubſelliis ordinis Senatorii diſceſſere. Omnium horum nunc memoriam refert *Ioannes Sienienius*, Caſtellanus Leopolienſis, Senator regni digniſſimus & ſuæ familiæ hoc tempore *maior domo*, (permitte me ſic loqui.) De cuius meritis erga Rempub. lege in fine epilogum huius libri.

Slupia 51. 7. 44. 7.

Domicilium *Slupeciorum* natale a *Sedomiria* milliari vno. Domus iſthic eſt lignea admirandæ ſtructuræ, quæ declarat etiam antiqui ſeculi homines nequaquam ingenio deſtitutos fuiſſe.

Slupca 53. 8. 41. 5.
Stobnica 53. 8. 40. 2.
Sobien 49. 45.
Sniena 53. 4. 41. 7.
Srzoda 53. 4. 40. 8.

Eſt & allod *Srzoda* vel *Srotka* in ſuburbio Poſnanienſi vetuſtum a quo ius *Sredenſe*. Vide D. *Cromerum*.

Sobota 53. 11. 41. 6.

Sobotiorum expreſſe meminit *Ptolemaus* eodem fere loco. *Srzoda* ergo & *Sobota* antiquiſſima ſunt oppida.

Sochaczow 53. 7. 43. 4.
Stemsko 53. 12. 43. 7.
Sbuczin 53. 12. 45. 7.
Sedeſzow 53. 7. 48.
Schoua 52. 12. 39. 4.
Strasborg 52. 8. 39. 4.

Germanice, *Brodnica* Polonice.

Strezeze 52. 6. 40. 9.
Sicow 52. 7. 40. 8.
Stradia 52. 6. 40. 6.

Ibi facinoroſi etiam ex nobilibus in turrim coniiciuntur.

Sulaiow

Suleiow 52. 1. 44. 11.
Skrzinno 52. 1. 44. 11.
Sądecz 50. 6. 43. A

Monaſterium iſtic virginum, nobilitatum regioarum Poloniæ viduarum cohabitatione. Huius conditionis & profeſſionis fœminas *Aſſiſterias* vocant Eccleſiaſtici.

SCZEKARKOW 50. 60.

Domicilium *Tarlonum*, qui iam diu ornamento erant aulæ Regiæ. Cum *Thecinijs* ſunt coarmes & quondam etiam gentiles.

Solec 52. 1. 44. 6.
Stezica 52. 6. 44. 11.
Stanow 50. 7. 47. 11.
Slumniki 51. 1. 42. 12.
Stama
Skarmirz 51. 3. 43. 5.
Slawkow 51. 3. 42. 3. B
Szidlow 51. 6. 43. 11.

Colonia veterum *Sidoniorum*. Vide ab initio diuiſionem veteris Poloniæ.

Strzelcze 51. 7. 40.
Skala 51. 1. 42. 6.

Skala locus inclaruit bello Mazouiorum Ducum.

Stir flum. 51. 1. 42. 6.

Stirii populi vltra *Viennam* vna cum aliis Slauinis inde progreſſi eſſe creduntur. Creditum eſt antiquis flumen *Stir* a *Tyra* ſcaturiginem ſuam trahere; quod expreſſe pictum extat in tabula *Grodecii*. Sed errorem hunc detexerunt luſtratores Regii. Deriuant enim *Stir* ex montibus ad *Olesko*, vnde & *Bug* & alia complura flumina. Quia tamen ab illa regione decurrit, qua *Tyra* prætermeat, recte *Stir*, id eſt a *Tyra* demanans, literas addita, C nuncupatur. Ad hoc flumen ſita ſunt oppida: *Czartorisko, Manaſter, Peremil, Bereſteczko, Strzemil.*

Sytomirz 51. 11. 50. 9.
Skala alia 50. 3. 48. 7.

Ad *Zbrocz* flumen.

Sharaſz 50. 6. 48. 7.

Colonia ducum *Sharaſiorum*. Floret nunc ex ea gente Palatinus Trocenſis.

Sienica 51. 9. 46. 9.

Vbi & pagus *Boncza*. Etenim pro ſigno militari hæc gens gerit monocerota, quod *Boncza* vocatur more patrio. Floruit ex ea gente noſtro æuo *Nicolaus Sienicius* vir conſularis & eloquens, deque Repub. Polona optime meritus, conſtantia admirabili. Commemorantur nunc frequenter eius conſilia D & orationes habitæ ad Regem & Senatum.

Szatanow fere in via qua itur *Kamenecia* ex *Tarnopole*. Septem milliaribus inter vtramque vrbem ſita.

SIENIAVA 50. 11. 40. 9.

Clariſſima colonia *Sienianiorum* ſedes ſuas hic habet. Cuius iuuentus veluti murus obiecta contra Tartarorum irruptiones ſeſe per ſeſe opponebat. Floruerunt nunc duo Palatini Ruſſiæ ex ea gente, Pater & filius ſucceſſiue.

Sczmielow 51. 5. 46. 2.
Sczebrzeſzin 51. 9. 46. 9.

Iuriſdictionis Regiæ fuit quondam, ſed in donatiuum ceſſit *Demetrio de Goray*.

Stepan 50. 6. 50. 9.
Sokal 51. 3. 41. 8.

A quodam Duce *Sokal* fundata & denominata.

Strumien 52. 9. 41. 8.

Riuum ſignificat, eo quod *Iſtula* paulo vltra hoc oppidum oriens mediocri alueo iſtac pererrat.

Sola fluu. 50. 8. 42. 9.
Skauina 50. 8. 42. 9.

Eſt & oppidum *Skauina* ibidem.

Szorſtin 50. 2. 43. 3.
Sluzow 53. 42.
Smigrod 50. 5. 48. 8.

Stadniciorum clariſſima colonia & locus natalis, vide *Srzeniaua*.

Sedziſzow 50. 7. 44. 8.
Strzyzow 50. 7. 44. 8.
Sloczow 50. 4. 47. 8.

Ampliſſima hæreditas, ad *Olesko* quondam pertinebat.

Samaide 51. 12. 44. 4.
Scandia, deſcriptionem eius vide ab initio.
Sawran flu. 50. 4. 51. 12.
Swinigrod flu. 50. 4. 55. 6.

Sedes olim Ducum Ruſſiæ.

Sniatyn 40. 49.

Vltima præfectura in ipſo aditu Valachiæ.

Seret fluu. 40. 49.
Seret ciuits 49. 50.
Seret flu. Aliud *Seret* Podolicum, ad quod eſt *Zaloſce, Czerniechow* & *Hnieczola*. Flumini iungitur infra *Trebowla*.

Sarnie polo 50. 52.

Sunt campi: *Ploczysko* vocant.

SZLAK. Sunt itinera vſitata Scytharum, quibus infeſtare ſolent terras Ruſſiæ fertiliſſimas & etiam Podoliam. Et numerantur tres præcipui: vnus *Kuczmienski*, alter *Czarny ſzlak*, tertius *Valachicus*, quos non piget hic deſcribere. Et certe ſi quid laude dignum præſtitit Magnificus vir *Ioannes Siemenius* in hac luſtratione, iſtud ſane quod hæc itinera accurate deſcripſit & depinxit numero milliariorum adiecto, non modo vtile, ſed etiam valde pium opus perfecit. Nam ſi imperator *Antoninus Pius* Pii nomen meruit, quod libellum confecit quendam, in quo vias deſcripſit, quæ ducunt *Roma* ad nationes barbaricas, vt captiui Romanorum illo æuo ſcirent & noſſe

poſſent, qua redeundum ſit io patriam, ſi forte eootingeret eis ex manibus hoſtium ſeſe euoluere: certe oon minus encomium me- A ritus eſt noſter *Ioannes Sienienius*, quod hoſce *ſzlak* dicticŭs in iis tabellis expreſſit. Audimus enim de multis captiuis qui apud Scythas aut Torcas detinebantur, quod cum poſſeot ſe interdum ex catenis ipſorum euoluere, tameo ob ſolam ignorantiam itinerum reditus in patriam, maluerunt durioꝛem morte ſeruitutem perferre, quam profugieotes ex ergaſtulis eorum in ſolitudinibus oberrare, aut a feris deuorari. Porro ex iſtis deſcriptiooibus luſtratorum quilibet poteſt ſibi ootitiam comparare illorum itinerum, vt ſi forte domino Deo permittente quidpiam tale ei contingat, ſcire poſſit quo eſt egreſſus loco, & quem portum tenere debeat, compendium quærendo ſuorum malorum. B

Kuczmien'ski ſlák.

Primo *Leopoli* ad *Szárawka* nota ſuot itinera. Ex *Szárawka* 20. milliaria ad vadum fluminis *Kuczmien*, a quo etiam hic *ſzlak* denominatur. A *Kuczmien* ad *Kodima* fluminis vadum 10. milliaria. A *Kodima* ad *Sawran* 4. milliaria. A *Sawran* ad *Czapczaki* 10. milliaria. Inde vero *Oczakouium* 8. ſunt Ruſſica multo maiora, quam Polonica. Inde vni gradui decem milliaria forſan reſpondebunt. Polonica vero 15. Iſta via eſt compendioſior omnium.

Czarny ſlák.

Leopoli Sokalum 12. milliaria, *Sokalo Luskum* ad *Stir* 12. milliaria, *Lusko* ad flumen *Horin* 11. milliaria, ab *Horin* ad vadum *Slucz* C per *Zaſlaw* & *Polonne* 10. A *Polonne* 40. *Kiouiam*. Eritque à ſiniſtra oppidum *Cudniow*, a *Kiow Kaniouium* 16. milliaria. A *Kaniow Czerkaſium* 15. A *Czerkasy* ad *Poroby* 12. milliaria. A *Poroby Tomakowka* 11. Inde *Torbouiſtiam* 6. Hic iam Scythæ nauigiis dilabi ſolent per ſioum *Boryſthenis* vſque *Oczakouium* quo lubet.

Szlak Walachicum.

Per *Buczac*, *Skala*, *Zynkow*, & ſummitates fluminum *Vſzyca*, *Dzwan*, *Ruſzaua*, inde per Valachiam, aut per campeſtria littoris *Tyra*: milliaria in tabula adſcribentur.

De cuſtode tranſitum ſeu ſlák.

Hiſce traoſitibus vnus ſpeculator vir nobilis D expertæ virtutis præficitur, qui vocatur cuſtos trium *ſzlák* ſeu viarum tritarum. Hic per ſe & per homines induſtrios & vitæ ſuæ minime prodigos vario ingenio nauiter motus & machinationes hoſtium inueſtigat, & vbi reſciuerit de hoſte, præſidibus arcium & duci belli campeſtris renunciat, qui dato ſigno, recollectis copiis, confeſtim occurrit eosque adoritur. Atque ita Podolii noctes ac dies bello contiouo vitam totam tranſigunt. O viros omni genere præmiorum dignos.

Sina voda 49. 10. 54. 5.
Eſt reſtagnatio quædam maris ad oſtia *Boryſthenis*. Hac Scythæ nauigiis ſubuehere ſe ſolent & tandem in oigra ſylua latitare, donec omnes conueniant. Inde a nigra ſylva dicitur *Czarny ſzlak*. Mare illud eſt tranquillum & ab iniuriis procellarum tutum ita vt etiam in eo folia nimpheæ, ſicuti fit io aliis lacubus paruis, excreſcant & ſupernatent aquæ: Et differt *Sina voda* a mari mortuo, io quo ſal veluti glacies tenuis ſupra aquam innatat, & eſt admodum ſubtile. Hoc ſitum eſt ad *Prekop*, vbi illa foſſa à mari cernitur ad mare.

Sylua nigra 49. 12. 54. 1.

Stare Siolo 50. 12. 42.
Ad *Gologury*.

Stripa fluu. 50. 1. 48. 5.
Tyram verſus tendit non procul a *Podhaice*.

Sothárab fluu. 52. 54.
Ad quod *Sytomyrz*, in *Boryſthenem* illabitur.

Smotricz fluu. 50. 49.
Ad hoc eſt *Grodek*, *Kamenec* & arx deſerta *Smatricz*.

Szarawka 49. 8. 50. 8.
In ſummitate fluminis *Vſzica*. Domicilium fuit *Bernbardi Pretuic* bellatoris illius clariſſimi, qui filium reliquit dotibus animi eximiis ornatum.

Stolpien 50. 8. 47. 6.

Strzemyl 50. 8. 48. 6.
Laſczonum qui dicuntur *Strzemielecki*. Inclaruit iam diu rebus bellicis dominus loci illius *Stanislaus Laſc*.

Sczurowice 50. 47. 7.

Sluck fluu. 52. 50.
Oritur non procul a *Czarny oſtrow*, *Zborna Mogila* verſus.

Sula fluu. 49. 55.
E regione *Chorcyca* ioſulæ, in quod columnas iniecisse dicitur Rex *Chobry*, noo procul a cataractis, ſed *Zula* a *Cromero* vocatur.

Somar fluu. 49. 1. 54. 10.
Paulo inferius quam *Sula*. Vide infra in Topographia oſtiorum *Boryſthenis*.

T

TORVNIA 54. 1. 42. 8.
Vrbs celebris in ipſo aditu Pruſſiæ. Situs *Gedani* & *Elbinga Toruniaque* triquetram figuram efficit; ſed *Torunia* ſalubritate aëris & decore, primo intuitu duas illas ſuperare videtur. Vnde in prouerbium abiit apud Polonos maiores: *Rubes w Torunia*. De eius origine vide hiſtoriam noſtram.

Tang fluu. 56. 9. 45. 6.

Tapia 55. 7. 44. 8.

Ticzinum 54. 1. 42. 8.

Tur fluu. 53. 8. 53. 3.
Flumen inſigniter piſcoſum.

Tuſtan 46. 49.
Oppidum in ipſo limite Poloniæ & Hungariæ.

gariæ. Propterea *Tuſtan* ſignificanter, id eſt, hic ſiſte gradum, appellatur. Exemplo nóto a columnis & gadibus freti Herculei. Vnde ſymbolum affigitur: NON PLVS VLTRA. A

Tyſzowce 51. 1. 46. 10.

Tanew fluu. 51. 5. 43. 3.
Cum *Tanai* flumine nomen commune habet.

Twardoſzin 50. 1. 41. 12.

Tur 51. 42.
Stagnum nobile, vbi *Przypiecz* flumen ſcaturit, ad pagum HOLOWNO. Ibidem *Turia* fluu. vbi *Ratno*.

Tismienica fluu. 48. 6. 52.
Ad *Torbouiſtiam* in *Boryſthenem* ſeſe infundens.

Torbouiſtia 48. 6. 52.
Significat noſtra lingua nundinationes, eo quod ibi negociatorum emporium nobile admodum fuit, dum ſtarent res Ruſſorum & Græcorum. Eſt & in Valachia aliud *Torbo*- B *viſtia*.

Tarnauatka flu. 49. 52.

Tismien flumen 48. 6. 52.
Aliud quam *Tismienica*, nam hoc ad *Boryſthenem* ad *Torbouiſtiam*, illud ad *Axiacum* vel *Hypanim*.

TECZIN 50. 12. 42. 12.
Domicilium natale Illuſtrium Comitum à *Theczin*. Produxit hæc domus viros excelſo & regio animo præditos. Proinde hoc peculiare habet, quod à ducentis annis nunquam a ſubſelliis Senatoriis receſſit, ſed aut Palatinorum, aut Caſtellanorum munere fungitur. *Ludouici* Regis temporibus *Topororum* trecenta vexilla in quadam bellica expeditione cenſa fuiſſe dicuntur. Signum gentis eſt bipennis, quod veteri & recepta con- C ſuetudine STARZA ideo vocatur, quod antiquiſſimum ſit ſignum. Nam quidam eius originem ad tempora *Boleslai Kriuouſty* referunt, quidam ad *Miecislaum* vſque, qui primus Chriſto nomen dedit, quidam autem aborigenem ipſorum vnum ex duodecim illis Palatinis primis fuiſſe tradunt. Autores habeo.

Trebowla 49. 12. 48. 7.

Tebinia 49. 6. 51. 6.
Arx ad *Bialogrodum*, quam hoc anno *Kozaki Niſouii* acerrime oppugnarunt.

Tubarcza 48. 6. 52.

Troki 55. 7. 40.
Sed iſtic fuit Lithwaniæ Ducum, ante conditam *Vilnam*.

TARNOW 50. 6. 44. 11.
Domicilium natale Illuſtrium Comitum à D *Tarnow*. Multa autem memorabilia temporibus *Iagellonis* & *Vladislai tertii* geſſerunt ataui *Tarnouiorum*. At *Ioannes à Tarnow* noſtra memoria ſuæ famæ ſplendore prædeceſſorum ſuorum lucem ſuperaſſe videtur. Hunc hominem *Sigismundus* Rex tanti fecit, vt poſt illam memorabilem victoriam de Valacho partam ad *Obertinum*, binorum groſſorum in iugera contributionem publicam ei decreuerit, qui honos antea nemini, quod ſciam, habitus fuit. Antiquitate quidem totum genus humanum adæquatum ſibi eſt. Sed ſi tempus illud reſpicias, quando quis e tenebris emerſit heroicis factis, *Tarnouii Teciniis* hac in parte pares habentur. Attamen *Tecinii* hoc nomine aliquid ſibi deberi volunt, quod veluti aborigenes ex ſtirpe Polonorum prodierint, *Tarnouii* autem aliunde huc appulerint. Hanc differentiam quidam ſtatuunt. Non ignoro tamen *Stanislaum Orichouium*, cui in hoc multa debentur, voluiſſe probatum facere, *Leliuam* ſignum *Tarnouiorum* hic quoque in Polonia & ex Polonis originem ſuam traxiſſe.

Tomakowka 49. 54.
Inſula eſt in *Boryſthene*, inter *Tesmien* flumen & *Feſſinum*, quod ex Nigra ſylua demanat, vbi *Niſouii Kozaki* tanquam in arce fortiſſima habitant confidenter. Etymon *Thomakowka à Thomos* videtur eſſe nacta. Nam *Thomitanis* forſan, vbi *Ouidius* exulabat, obnoxia fuit.

Throbies flu. ibidem è regione *Cerkaſy* eſt ſita.

Tblumacz 49. 49.

Tarnopole 50. 48.

Tobero flu. 52. 54.
Ad quod *Sytomirz*, *Cudniow*.

Turobin 51. 5. 44. 6.

V

VILNA 55. 9. 49. 6.
Vrbs inſignis & ampla, Litwaniæ metropolis, a *Gedimino* duce fundata anno domini 1321. ad confluentem fluminum pulcherrimorum *Vigilia* & *Vilna*, muro vero cincta ab *Alexandro* Poloniæ Rege 1505. Hæc nobis & Vngaris Boemisque magnam ſeriem Regum edidit. Vbi nunc eſt *Vilna*, *Igliones* populi à *Ptolomæo* collocantur, qui ab *Ouidio Gelones picti* vocantur, eo quod variegata & polimita veſte libenter vtebatur ea gens, ſicuti nunc ſeptemtrionaliores populi Moſchi morem veterem retinent. Summæ nunc autoritatis eſt apud Vilnenſes *Euſtachius Volouicz*, non modo hoc nomine quod ſit eorum Caſtellanus & Cancellarius, ſed quod eum propter eximias virtutes & opinionem ſummæ prudentiæ inſtar patris patriæ amant & colunt. Non vidit ille Germaniam, nec vnquam aſpexit Italiam Galliamue, ſed tamen & Germani, & Itali, & qui modo veniunt in aulam Regiam, habent in eo quod mirentur & ſuſpiciant.

Euſtatius Volouicz Caſtellanus Vilnenſis.

Varmia 55. 5. 42. 11.
Vide *Bransberg*.

Venedie 55. 5. 42. 11.

Vilka 53. 6. 47. 6.

Valrez 54. 5. 39. 10.

Vſcie 54. 40.

Viecborg 54. 2. 41. 3.

Vandeburg 54. 4. 46.

Vaſoſcke

Digitized by Google

Vaſoſche 54. 9. 46. 2.
Volkomiria 54. 2. 46. 11.
Baſiliski 54. 8. 39. 11.
Vilgia fluu. 51. 50. A
Ad *Oſtrog* decurrit.
Vlanow 51. 8. 51. 8.
Scytharum municipium quod *Sieniauii* fundarunt ad obſequia ſua. Nam eis commilitant vbi datur ſignum.

VISTVLA flumen, quod & *Iſtula*, *Viſtillus*, *Vandalus* a veteribus vocatur. Flumen eſt valde amœnum & multos populos iam ad hos, iam ad illos veluti eleemoſynaria materfamilias conſulto diuertens ditat ſua opportunitate. Hæc mediam Sarmatiam peragrando lambit & oritur ex montibus Sarmaticis vltra oppidum *Skoczow* & *Bielsko* gradu 50, minuto tertio, 45. 9. & tandem ſeptemtrionem tendit, arcus figuram efficiens. Antequam autem mari mergitur, capit in ſe quinquaginta flumina iuſtæ magnitudinis, quorum bona pars eſt nauigabilis, ex quibus duo nobiliora infra *Varſzauiam* ſeſe ei aſſociant, B *Narua*, inquam, & *Bug*. Et cum inſimul veluti peregrinatura ad ſinum maris Baltici iter arripiunt, rurſus aliquot ante *Gedanum* milliaribus, non ſecus ac ſi Iis quædam inter eá coorta eſſet, inuicem a ſe dirimuntur. Nam vnum illorum *Elbingam*, veluti inuento proprio meatu, quod ante deſeruerat, aliud medium petit. *Viſtula* vero ipſa artificioſe deducta ſuo alueo, quem noſtri *Leniwka* vocant *Gedanenſium* vrbis muros alluens, in mare ſeſe è conuerſo demiſſo murmure exonerat. Hinc fabula nata eſt de diſſidio trium Nympharum, quæ cum initio concorditer itineri ſeſe commiſiſſent, tandem ad *Gneuum* oppidum ira exitiali inter eas coorta (nam & *Gneuum* iram ſignificat patria lingua) amicitiam ſoluunt, & alienatæ à ſe diuerſum diuerſæ C petunt.

VARSAVIA 53. 8. 44. 4.
Sedes olim & colonia Auarinorum populorum creditur fuiſſe, quod & loci vicinitas, & ſonus cognominis indicat. Pons per Iſtulæ vaſtitatem ab *Auguſto* Rege, ante decennium præadmirando genere ſtructuræ fabrefactus, vrbis admirationem auget. Conſilium & inſtitutum ædificandæ tantæ machinæ ex hoc epigrammate æri inciſo & frontiſpicio portæ affixo facile patet.

Inſcriptio pontis Warſauienſis.

NE PONTEM SVBLICIVM
SVPERBO SVMPTV ATQVE ARTE ADMIRABILI
A SIGISMVNDO AVGVSTO, REGE INCHOATVM
ET A SE POST EIUS MORTEM D
CONSIMILI OPERE PERFECTVM,
REPENS VICINA SVBVRBANORVM
MALE CAVTORVM TECTOR FLAMMA
NEC OPINATE MERE CORRIPERET
CORREPTVMQVE IN FAVILLAM REDIGERET:
ANNA IAGELLONIA POLONIÆ REGINA
MAGNORUM REGUM CONIUNX, SOROR, FILIA,
HOC LATERITII PROPVGNACVLI SEPIMENTO TUTISS.
A FVNDAMENTIS EXCITATO
MVNIENDVM CVRAVIT.
A. CHRISTI DEI NOSTRI M D XXCII.

WRATISLAVIA 53. 5. 39. 6.
Vrbs præclara ſocia & ſoror *Cracouia* ob continuas negociationss, & quod colonia Polonorum fuit olim.
Vierus 52. 4. 40. 12.
Vielun 52. 2. 40.
Vnieiow 52. 12. 40. 8.
Viazd 52. 9. 44. 4.
Volborz 52. 8. 42. 8.
Varka 52. 9. 44. 4.
Vbi ſitum eſt oppidum *Varka*, *Ptolomæus* *Burios* populos ponit. Et certe vox etiam ipſa declarat *Burios* & *Varenſes*, *B* in *V* vſitato more verſo, non multum a ſe diſtare. *Varka* igitur inter antiquiſſima municipia Poloniæ collocanda, ſicuti & *Sroda* & *Sobota*.
Vrzędow 51. 5. 45. 5.
Vsloka flumen 51. 1. 44. 2.
Vislok oppidum 50. 5. 44. 5.
Viar flumen 51. 4. 45. 7.
Cum *Vislok* confluit ad *Lancud*.
Visnia 50. 3. 64 2.
Vbi comitia fiunt Ruſſicæ nobilitatis.
Vag flumen 49. 9. 42. 2.
Vldoue iezioro 51. 6. 50. 6.
Ruſſi *Ouidii lacum* hunc fuiſſe, dum exularet, aſſeuerant, Eſt quidem nominum non parua affinitas. At certum eſt *Ouidium* in vrbe *Thomitana* ad oſtia *Danubii* exulaſſe: niſi forte reditus annui iſtius lacus a Romanis in ſolatium exilii ei attributi erant. Nam ſal Scythicum ex aqua illius lacus conficitur. Vide lib. 3. Annalium noſtrorum.
Vilbora 51. 6. 50. 6.
Viſniouiec 51. 10. 46. 6.
In arduo monte. Et eſt colonia nataleque ſolum Ducum *Visnieueciorum*, quorum fama & decus bellicarum virtutum impleuit Europam, ita vt vbiuis etiam in Pagis agreſtes cantilenis eos celebrent. Locus ibi monſtratur pugnæ cum Tartaris & victoriæ Polonorum.
Vbrowsko 51. 9. 47. 5.
Reius in ſuo libello huius gentis ſtirpem à Ducibus priſcis Ruſſis deriuat. Quæ ſententia comprobari poteſt priuilegiis *Vrgonis* aborigenis ipſorum qui fundauit *Wladicatum Chelmenſem* & pleraque alia.
Vinnica 51. 1. 51. 11.
Præfectura in aditu Scythiæ.
VISNIC 50. 43.
Floruit hæc domus ſupra modum, regnante

Sigismundo

Sigismundo primo ſacratæ memoriæ Rege, poſtea mortuo *Ioanne Kmita* labaſcere cœpit; ſed ſpes eſt iterum priſtino nitori reſtituendam egregii & loco excelſo nati iuuenis *I. N. Barzii* nepotis *Thecinioru*m ex ſorore, qui nunc eſt dominus arcis illius. A

VCHANIE 50. 46.

Domicilium ſpectatæ nobilitatis. Ex hac gente noſtra ætas habuit duos Senatores præſtantisſimos: *Arnolphum Vchanium* Palatinum Mazouiæ, & *Iacobum Vchanium* Archiepiſcopum Gneſnenſem regnique primatem, virum expediti ingenii acerrimumque prærogatiuarum eccleſiaſticarum defenſorem.

Vyſokie 51. 5. 44. 6.

Petri Caſſouii ſenis amœno ingenio prædititi oppidum. Hic eſt nunc Iudex terræ Lublinenſis.

X

X*loſz* 51. 5. 44. 4. B

Kriuouſtii Regis temporibus fuit iſtic Ducum ſedes, quod & nomen oppidi *Xiaſz* indicat. Nam lingua noſtra patria *Xiaze* Ducem vocamus. Hic captiuum illum Ducem Halicienſem in Poloniam deportauerat. Vnde tragœdia magna ſecuta fuit bellorum.

Z

ZAMOSTIA 51. 6. 46. 7.

Domicilium vetuſtæ gentis *Szariorum*, qui nunc *Zamoſcii* dicuntur. Arx fuit vetus in firmisſimo loco, & refugium ab incurſionibus Tartarorum, patris Caſtellani & auorum memoria. Nunc demum a fundamento muris eductis, propugnaculis C inſtitutis, oppidoque nouo adiecto non minus ad elegantiã, quam ad ſuſtinendos quosvis hoſtes ab integro exeitata, opera & ſumptibus Illuſtris & Magnifici domini *Ioannis de Zamoſcie*. De hac re lucul entius teſtatur inſcriptio tabulæ marmoris nigri, frontiſpicio ædificii ibidem affixa, quam ego deſcribendam curaui:

IOANNES DE ZAMOSCIE REGNI POLONIÆ CANCELLARIVS EXERCITVVMQVE DVX SVPREMVS ET CRACOVIENSIS, MARIEMBVRGENSIS, BELZENSIS, CNISSINENSIS, MEDIRICENSIS, CRESOVIENSISQVE PRÆFECTVS, DVM BELLO SERENISSIMI STEPHANI REGIS CVM IOANNE MAGNO DVCE MOSCHORVM, PRO DEBITA IN PATRIAM PIETATE, NEC SVMPTIBVS, NEC LABORIBVS, NEC VITÆ PARCIT, INNATI QVOQVE ERGA PATRIOS LARES AMORIS, HOC MONVMENTVM EXCITARI CVRAVIT. D

ZDROHOIOW 50. 6. 45.

Thoma de Zdrohoiow Capitanei Premislienſis maiorum domicilium natale, qui omnibus bellis *Stephani* Regis non modo interfuit, ſed etiam magna ex parte præfuit, & Oratorem egit ad Chriſtianisſimum Regem Galliarum, & ad potentisſimum Imperatorem Turcorum.

Zaleſie	50.	4.	44.	4.
Zaslaw	51.	3.	49.	9.
Zukow	49.	2.	48.	1.
Zelechow	55.		45.	5.

Locus natalis ſpectatæ ſtirpis *Ciolkonum*.

Zarnow	51.	4.	42.	7.
Zinkow	50.		50.	

Arx in Podolia ſed neglecta.

B ZBOROW 51. 4. 44. 4.

Zborow arx murata elegans, eſtque domicilium natale Magnificorum dominorum de *Zborow*. Produxit hæc domus Senatores magni nominis noſtra ætate. *Martinum Zborouium* Caſtellanum Cracouienſem animi & corporis celſitudine virium conſpicuum. *Petrum Zborouium* filium eius Palatinum Cracouienſem & Capitaneum, *Ioannem Zborouium* Caſtellanum Gneſnenſem, qui Præfectus ſummus copiarum fuit in pugna Derſauienſi, *Andream* Marſalcum curiæ. In ſumma quotquot noui & quotquot ex ſororibus eorum prognati ſunt, omnes ad magnas res gerendas nati eſſe videntur, ſi bellum moueretur & claſſicum caneretur contra Chriſtiani nominis hoſtem.

Zolkiew 51. 5. 44. 6.

Locus natalis ampliſſimæ ſtirpis *Zolkieuiorum*, quorum virtus bellica enituit in bellis Prutenicis & antea Tartaricis, Moſchouiticis. Horum nunc columen *Stanislaus Zolkieuius* Palatinus Belzenſis eodem æuo fuit.

Zydaczow	43.	47.		
Zbry	50.	10.	41.	7.
Zator	50.	10.	40.	5.
Zabno oppidũ	50.	12.	43.	10.
Zobad	49.	7.	44.	2.
Zula flum.	50.	6.	50.	6.

Non *Sula* ad orientalem ripam *Boryſthenis*, ad cuius oſtia in confluentem Rex *Boleslaus Chobri* columnas ferreas pro gadibus finium Sarmaticorum poſt continuas victorias victor iniecit: ego quoque hic deſcriptionis huius finem facio.

SITVS ET AMBITVS LIVONIÆ PROVINCIARVMQVE AD FLVMEN DVNAM SITARVM, À TYRANNIDE ET METV TYRANNIDIS MOSCHI LIBERATARVM, STEPHANI REGIS POLONIÆ VIRTVTE, FELICITATE ET PERSEVERANTIA, EXERCITVSQVE EIVS.

Iuxta itinerarium exercitus Polonici redeuntis ex Moſchouia.

A

	Latitudo. gradus	minuta.	*Longitudo.* gradus	minuta.
Moža flu.	59.	9.	54.	6.

A *Derpt* ex lacu *Virtſz* oritur & A defertur ad Lacum *Peibus*, qui *Pleſcouiam* alluit.

Adſel	59.	6.	58.	12.
Altenturm	69.	8.	50.	6.
Adoba	60.	10.	52.	10.
Aſz	61.	4.	51.	6.

Ad flumen *Ambda*.

Ambot 61. 45. B

Portus *Findlandiæ*. Ibidem & *Amboten*, ab eo loco non procul traiectum in *Sweciam* cuius maris eſt 81. milliarium diſtantia.

Aſcherat	57.	3.	49.	5.
Adensko lacus	62.		56.	

Septemtrionalis admodum, vnde *Nothburg* vicina ei.

Arensborg 60. 43.

In inſula *Oſilia*.

Aries 58. 11. 49. 2.

Agatyrſi. Hos populos, veteres prædiuites & beatos hoc potisſimum nomine cenſebant, quod ſolis inter mortales diuitiis vti absque inuidia & æmulatione aliorum datum ſit. Hos eo fere loco ſtatuebant vbi eſt *Kokienhaus* & oppidum *Tyrſen*, quod appellationem priſcam adhuc videtur retinere. Sed & *Kokienhaus* audio locupletem eſſe præfecturam.

Ambde 61. 51.

Obſeruabis quod Germani Lubecenſes occupata Liuonia, nomina locis indiderunt petita a regione vicina. Lubecenſibus notum eſt nomen *Ambde* non procul *Lubeca*.

B

BErholm 61. 5. 51. 5.

Arx in *Haria*, quam Rex Suecorum intercepit, non procul à *Reuel*.

Bialy kamien 60. 8. 49. 10.

Germani *Vieenſtein* vocant.

Berle 58. 3. 49. 10.

Ad ſtaturiginem fluminis *Treidera*.

Berle 59. 6. 48. 10.

Ad *Sedwe* profluentem.

C *Berſon* 57. 7. 49. 12.

Non procul à laeu *Ludan*.

Bawsko 56. 6. 47. 6.

In ſummitate flu. *Duldera*.

Blokaus 57. 12. 47. 5.

Blokaus propugnaculum ad *Rigam* nouiter excitatum, nam *Dinamont* ab altera eſt parte, remotius quam vt nauium curſum eiaculatione aſſequi posſit.

Berſari in *Curlandia*.

Curlan-

Digitized by Google

C

C*Vrlandia* 56. 46.

Nobiliſſima prouincia & noſtra ætate A magis dilatata finibus extentis & in formam prouinciæ a Regibus noſtris redacta. Habet mare proprium, quod *Curlandicum* dicitur, habet & inſulam, & portum, qui *Curiſ-frunk* vocatur. Præerat huic Ducatui *Augusti* regis temporibus *Gottardus Kietbler*, cuius opera in bellis Liuonicis vtebatur. Commendatur a Polonis a felicitate & quod in ea expeditione erga eos officioſus fuit. Huius filius etiam captiuitatem pertulit dum *Pieczary* animoſius cum noſtris oppugnat & pro honore Regis ſtrenue dimicat. Terminatur autem *Curlandia* a *meridie Samogitia*, a ſeptemtrione mari Liuonico, ſed ſi addas *Semigalliam*, quia vtrumque poſſidet, tum flumine *Duna* a *Bawsko* ad B *Memel* ducta linea.

Coralia 62. 51.

Prouincia quædam diues admodum. Et ſignificat lingua Muſchica regiam terram. Nam *Korol* illi regem vocant. Eam enim ſibi Rex Sueciæ vendicat.

Cremon 59. 5. 48. 3.

Caſterhelm 61. 46.

Ibi eſt traiectum in Sueciam ex *Finlandia*: cuius diſtantia eſt 81. milliarium.

D

D*Vna* flumen 57. 55.

Noſtri vocant *Dzwinam*, veteres *Rubonem* appellarunt. Præteslabitur *Vitepsko*, *Polocko*. Recentiores ſcribunt eum oriri ex *Seueria* prouincia Muſchorum, fere ex iisdem paludibus ex quibus aſſurgit *Boryſthenes*, gradu 56.57.

Duneburg 57. 4. 51. 11.

Ad *Dunam* flumen *Curlandiam* verſus.

Dunamund 58. 48. 2.

Arx in oſtiis fluminis *Duna* in ripa ſeptemtrionali *Oſſiliam* verſus, a *Riga* duobus milliaribus, propugnaculum fortiſſimum, cui præſidia Polonica imponuntur ob maiorem ſecuritatem negociatorum & ipſius vrbis *Rigenſis*. Lithwani *Diament* vocant.

Derbt 59. 7. 49. 10.

Torpatum latine vocamus. Epiſcopatus fuit ampliſſimus. Memini & ipſe in Conci- D lio Tridentino poſtremo adfuiſſe Epiſcopum Torpatenſem. Capta hæc fuit vrbs a Moſcho 1558. ſed a noſtris 1582. de manu hoſtium meliore ſucceſſu vindicata, quam ſi illa vice, ante viginti annos, poſt expeditionem Poſuolenſem, a Cruciferis in manus noſtrorum deueniſſet. Nunc enim Imperium iure conqueri non poteſt, fines eorum eſſe attrectatos, cum ex faucibus ipſis hoſtium bolus hic ereptus ſit.

Stanislai Sarnicii Deſcriptio Polonia.

Driſſa, Druia, 57. 8. 52. 2.

Errauit toto cœlo author tabulæ, in qua depicta eſt Polonia. Nam ſitus fluminis *Duna*, iſtarumque duarum munitionum pugnat cum vera ſupputatione milliarium & experientia ipſa. Quare error hic corrigendus eſt eo modo vt iam vides.

Duldera flu. 57. 47.

In meditullio ipſius *Curlandia*, ſupra quod *Mitow* vrbs primaria Ducis.

Durben 57. 45.

Doblin 57. 3. 46.

Dagedon 60. 7. 46.

Infra *Haſpaliam* inſula ſocia *Oſilia*.

Dan 60. 7. 46.

Inter *Oſiliam* & *Liuoniam* parua inſula.

E

E*Stlandia* 59. 49.

Eſt prouincia in *Liuonia*, quæ inter ſex alias numeratur. In hac *Torpatum* eſt ſitum.

F

F*Elin* 60. 1. 48. 11.

Germanice per *W* ſcribitur *Welin*. Arx eſt in *Eſtlandia* bene munita, in qua *Wilelmus Furſtembergius* a ſuis militibus Moſcho fraude proditus fuit & in Moſchouiam auectus. Vbi etiam in vinculis exſpirauit.

Falkenhaus 59. 11. 56. 5.

Fegfeur 60. 11. 49. 6.

Fenenburg 57. 6. 43. 6.

Fines *Samogitia*, vide *Samogitia*.

C Fines *Curlandia*, vide *Curlandia*.

Fines *Liuonia Polonica* & *Suedorum* ditionis eſt fere parallelus ſexageſimus, & occupant fere totum Venedicum ſinum ab vtraque ripa.

G

G*Otlandia* 60. 45.

Molotius Geographus Venetorum exponit eſſe dictam non a *Gothis*, ſed ex Germanico, quaſi dicas optima terra.

Grobin 56. 9. 46.

Götlingen 57. 4. 45. 7.

Ditionis Curlandicæ ſicuti & *Grobin*.

Geruelandia. Regia hæc mari adiacet, ſeptem milliaribus in latum & longum.

H

H*Aſpalia* 61. 47. 7.

Sedes fuit Epiſcopi Haſpalenſis. Inter hos motus *Magnus*, frater regis Daniæ eam ſibi vſurpauerat titulo Epiſcopatus, ſicuti & inſulam *Oſilia*. Sed qui inſulis illis duabus dominatur, poteſt in arctum adducere omnes *Liuonia* portus. Ferunt autem *Danos* libenter inſidiari talibus locis,

ex quibus propter anguſtos tranſitus nauigantibus nocere poſſint. Qua etiam ratione ſibi plurimum placent, quod veluti ia- A nitores portuum eſſe volunt. Ferunt autem iam hoc anno illas duas inſulas in poteſtatem noſtrorum deueniſſe.

Haria, prouincia vna ex ſex ducatibus Liuoniæ. In ea ſita eſt *Reuelia*, *Badis*, *Feguerg*.

Hochroſen 59. 3. 49. 1.

Helmet 56. 6. 43. 4.

Herſchenfort in *Finlandia* ex oppoſito arcis *Kolck*.

Hochland 61. 53.
Inſula e regione *Narua* in Venedico ſinu.

Haſſenpot 57. 45.
In *Curlandia*.)

I

IVanow borod 61. 10. 53. 6.
Arx munitiſſima ex lapide ſecto excitata & a nomine ipſius ducis Moſchorum nuncupata, æmula *Naruæ*. Eſt enim ei oppoſita, ne qualibet occaſione arrepta rebellare queat. Etenim eſt moris Monarchis, aliquas munitiones talibus vrbibus ob certos reſpectus adiicere, nimirum vt ingredientes & egredientes vrbe ſemper habeant, quod vereantur. Eodem conſilio Moſchus *Narua* potitus hanc arcem erexerat.

Iamna 61. 7. 54. 9.
Arx munitiſſima ad flumen *Ploſſa* aut *Iuga*, ſeptemtrionalior inter omnes *Liuoniæ* arces. Diſtat ab *Iuanow borod* 12. milliaribus. Ab hac rurſus *Polna* flumen 26. milliaribus extenditur, ad cuius ripam arx *Oreſſek* ſita eſt, diſlimitatque Sueciam a Moſchouia. Nos hic ex altera pagina picturæ conſignauimus.

Iuga flu. 61. 54.
A *Nouogrodia* tendit etiam *Naruam* verſus & auget *Naruenſium* diuitias.

Iurgenburg 58. 8. 48. 12.

K

KOkenhaus 57. 4. 49. 6.
Vide ſupra *Agatyrſi*.

Kriſſborg 57. 4. 50. 5.

Karkus 59. 9. 48. 3.

Kies 60. 48.
Arx, ad quam memorabili clade profligati ſunt Moſchi, duce exercitus N. *Sapieia* Lithwano, non procul a *Pernaua* in *Eſtlandia*. Alii *Kies* dicunt vocari *Wendin*. Huius *Sapiæ* frater Procancellarius eſt magni Ducatus. Vir ſupra ætatem, prudentia & eloquentia admirandus.

Sapia dux belli.
Sapia procancellarius.

A *Koralia* vide *Coralia* per C.

Kolck arx 61. 8. 50. 9.

Kirchholm 57. 8. 48. 6.

Klein Rop 59. 8. 48. 3.

Keremp 59. 6. 50. 10.

Kraſnygrodek 59. 7. 52. 11.

Kawelicht 59. 10. 49. 7.
Significat: eme candelam. Et reuera candelis ibi opus eſt. Ibi enim dies iam hyeme nocteſcunt & noctes æſtate dieſcunt, propter vicinitatem Arctici poli.

Konckul 59. 7. 49. 4.

Koporeia 61. 12. 55. 12.

L

B

LEuard 57. 4. 48. 5.
Arx ad flumen *Dunam* octo milliaribus a *Riga*.

Laiſlandia 57. 47.
Liuoniæ veteris quinque erant præcipui Ducatus: *Eſtlandia*, *Curlandia* cum *Semigallia*, *Virlandia*, vbi eſt *Narua*, *Haria*, *Laiſlandia* vbi eſt *Riga*. Iſtæ nunc, finito bello, anno ſuperiore, in tres Palatinatus veluti tetrarchias a Sereniſſimo rege Poloniæ Stephano primo deſcriptæ & in ordinem redactæ ſunt, legesque eis datæ, locus conuentuum deſignatus, vbi ius dicitur, deliberationes expediuntur, exemplo C Pruſſiæ.

Lode vel *Lede* 61. 7. 48. 7.
Non procul a flumine *Leal*. Pertinebat ad *Anſalenſem* Epiſcopatum. Hanc *Gottardus Ketbler* Dux Curlandiæ Suetenſibus eripuerat, ſimulque aliquot grandia tormenta ademerat.

Luki veliki 58. 5. 56.
Anno 1581. ſumma contentione & obſtinata militum Polonorum pertinacia expugnata. Magna ibi ſtrages & ſanguinis effuſio facta fuit, quæ nulla ratione vitari potuit, fatis ſic iraſcentibus genti Moſchorum, de qua te vide lib. 8. hiſtoriæ noſtræ.

D *Louat* flu. 58. 56.
Præterlabitur *Luki* & miſcetur lacui *Ilmen* ad *Nouogrodiam*.

Luden 57. 7. 50. 2.
A ſtagno *Luden* dictum.

Luden lacus 57. 56.

Lande 57. 3. 49. 8.

Lutzen 57. 8. 51. 12.
Vbi *Marcus Sobierski* Signifer aulæ regiæ, miles ſtrenuus, cum ad deditionem Moſchos nomine Regis ſtando in equo ſub

mœ-

mœnibus inuitaret, globo veneanto petitus ita enorme vulnus retulit, vt malignum contraxerit Eryſipelata, ſeu ignem ſa- A
erum.

Lancel 59. 4. 47. 11.
Lais 61. 51. 5.
Lode 61. 5. 48.
Liba 56. 45. 3.

Libonis Nauarchi *Pompei* aduentu elata. Ibidem flumen *Liba*.

M

M*Ariemburg* 58. 10. 51. 11.
Molan 59. 3. 48. 11.
Marienhaus 58. 3. 51. 9.
Myrow 57. 1. 46. 11.

Ad flumen *Duldera* metropolis *Cur*- B
landia.

N

N*Ouogrod* 60. 6. 53. 6.

Naugardum Germanis dictum. De ſitu & eleuatione harum regionum male ſentiunt Coſmographi tam *Veneti*, quam *Margemburgenſes*. Nam eam longe ſeptemtrionaliorem faciunt, quam diſtantia locorum & ſupputatio milliarium expoſcit. Inde fit vt & parallelorum & meridionalium circulorum ambitum eis longe diuerſum tribuant. Ego experientiam ſequutus ſum, prout nobis retulerunt milites, qui exantlatis laboribus militaribus in C
Moſchouia regiones illas peragrarunt. Habui etiam præ oculis picturam & itinerarium ſupremi ducis copiarum Magnifici Domini *Ioannis de Zamoſlia* quam mihi accomodauerat. Et puto me ad veritatem ipſam propius acceſſiſſe. Deſcriptiones *Nouogrodiæ* omitto, cum vbique apud autores occurrant. Alluit eam ſtagnum nobile *Ilmen*, quod excipit *Louatum* flumen. Sic & *Iuga* flumen.

Nitaw 58. 10. 48. 3.

Arx in *Laiſlandia*.

Narua 61. 11. 52. 10.

Arx & ciuitas nominatiſſima ad flumen *Naruam*. Et eſt emporium celeberrimum, quo *Pleſcouienſes* & *Nouogrodienſes* D
deuehunt mercenarias & ditant vrbem & ipſi ditantur. Eodem, ex toto Venedico ſinu deuehuntur merces. Huius ex aduerſo arx *Iuanow horod*, *Narua* autem per mediam interfluit. Eſt illa nauigatio commoda, tamen duobus milliaribus ab vrbe rupes quædam impeditam reddunt nauigationem. Reſpicit *Narua* ferc aduerſo *Findlandia* vrbem *Wibur*. Debuitque portus hic *Naruenſis* confecto bello Moſchouitico cedere in brabium Regi Poloniæ. Sed rex *Suecorum* nolens ſibi deeſſe, anteuertit. Obiiciebant noſtri, id commiſſum eſſe contra æquitatem & contra pacta conuenta, vrgebantque exemplum venatorum, apud quos flagitium eſt feram ab alio exagitatam & a canibus defatigatam intercipere. Sed *Suecus* quibusdam euaſionibus tranſitiones illas eludebat. Contra quem rex modeſtiſſimus ſummo iure noluit vti. Dedit hoc affinitati, dedit tranquillitati Reipublicæ Chriſtianæ. Res tamen ad Senatum relata in aliud tempus diſentienda reiicitur.

Neuel arx 57. 53.
Newmul 50. 10. 48.
Naihaus 87. 48. 4.

Non remote a *Peczory*.

Neiſchlos 58. 8. 52. 8.
Nargen 61. 49.

Inſula ad *Reuel*, quæ indicat ſuo nomine iter ad *Naruam*.

Nothburg 62. 56.

Valde ſeptemtrionalis ad *Ladensko* lacum in *Curlandia*.

Nemelow 57. 46.
Neiſchlos 61. 5. 52. 11.

In ipſis anguſtiis lacus *Peibas*, ex quibus *Narua* flumen exoritur.

O

OSSILIA 57. 49.

Inſula pulcherrima in mari *Liuonico*. Eam curceſignati *Dania* regi prodiderunt. Qui potiuntur hac inſula, de dominio maris illius præſumunt & impedire nauigationes *Liuonia* poſſunt.

Oreſko 63. 59.

Ad flumen *Pulno Koraliam* verſus. Tentata hæc Suecorum armis ſtatim poſt bellum finitum inter Moſchum & Regem. Diſtat ab *Iamno* 26. milliaribus. *Polno* flumen diſlimitat Sueciam & Moſchouiam.

Olſen 59. 6. 50. 10.

Ad lacum qui manat *Peczury*.

Oſtrow 59. 11. 51. 4.

Arx ad flumen *Velika*, vbi exercitus regius præludium felix & experimentum fecit virium ſuarum, antequam *Pleſcouiam* obſidione cingeret.

Opoczka 59. 1. 53. 5.
Operpal 60. 8. 50. 11.

P

P*Leskouia* 60. 8. 51. 8. A

Deſcriptiones *Pleſconiæ* vbique apud autores occorrunt. Quomodo autem oppugnata a noſtris & in anguſtum redacta lib. 8. hiſtoriæ noſtræ reperies. Diſtat a *Riga* 60. milliaribus & totidem a *Polocko*, quod & circino probare potes. A *Torpato* ſeu *Derpt* 21. a *Narua* 16.

Polock 57. 9. 52. 11.

Regia quondam principum Ruſſiæ.

Polno flu. 63. 56.

Ad hoc *Oreſſek* eſt ſitum.

Pskowka 60. 52.

Vrbem ipſam *Pskow* permeat. Caſtra regia ad eundem profluentem metata B erant.

Parnaua noua 60. 9. 48. 2.

Ad littus fluminis *Vbra*. Cis vero flumen, *Haſpaliam* verſus, *Stara Parnaua* cernitur.

Pemburg 57. 10. 57. 10.

Pebalgen 58. 1. 49. 10.

Peczury 60. 3. 51. 9.

Monaſterium inſigne.

Porchow 60. 5. 53. 11.

Pirkul 69. 5. 48. 9.

Peibus lacus 61. 52.

Ex quo *Narua* demanat ſtatim poſt *Pleskouiam*. C

Proclud 61. 49.

In iſthmo *Finlandiæ* e regione *Reuel*.

Pades 61. 8. 48. 11.

Pilten 57. 8. 45. 11.

Ad *Winda* fluminis ripam a Danis adhuc poſſidetur, ſed liberatur.

Plen 55. 7. 46. 3.

Parnaua fluu. 60. 48.

R

R*iga* 57. 5. 47. 7.

Vrbs ampliſſima opulentiſſimaque, metropolis *Liuoniæ*. Huius altitudinem D fere eandem cum *Gedano* Geographus Venetorum facit, quem errorem correxi & littus Liuonicum paulo altius aſſurgere feci. Conſtat enim vrbem *Vilnenſem* cum *Gedano* eandem latitudinis rationem habere. At *Vilna Rigam* euntes via ſeptemtrionali quadraginta milliaria emetiuntur, quæ duos gradus efficiunt & paulo plus. Itaque duobus gradibus *Rigam* cum ſuo littore aſſurgere feci. Hæc vrbs per hos motus bellicos, viginti & aliquot annos varios caſus fortunæ experta eſt, & miris modis iam a Regibus inſularibus, iam a A Moſchis petitus eſt, tandem liberata gratias agere debet Regi Poloniæ, quod eam reſpirare fecit & portum ei a *Witepsko* vsque per octoginta milliaria patefecit. Situs eius & reſtagnationes maris in maiore ſpacio, vt melius cerni queant, adiecimus.

Reuel 61. 8. 49. 8.

Vrbs ampliſſima, poſt *Rigam* ſecundo loco habita: a Suecorum Rege præcepta. Sed Venedicus ſinus (vt nomen ipſum indicat) non niſi *Venedos*, id eſt, Slauonicæ linguæ populos pro veris & legitimis habuit hæredibus.

B

Rum inſula 61. 8. 49. 8.

Rodenpas 58. 3. 48. 8.

Rop 58. 11. 48. 10.

Rozemberg 59. 2. 48. 10.

Ringen 59. 7. 48. 4.

Romiten 57. 8. 50. 11.

Ad lacum *Ludan*.

Randen 59. 9. 49. 4.

Ad lacum *Wirtſer*.

Rexheim 61. 51.

C Ideſt, domus regis, & Moſchi vocant ſtagnum illud *Coraliam*, quod idem ſignificat.

Rimach 64. 6. 58.

S

S*Emigallia* 56. 6. 49. 6.

Regio quæ *Lithwania* a meridie, *Curlandia* vero a ſeptemtrione contigua eſt, non procul a *Vilna*: ſed duci *Curlandiæ* attributa eſt.

Samogitia 55. 45.

Terminatur ab ortu linea ducta a *Kauno* ad *Bansko*, ab occaſo littore maris ad *Memel* & *Libam*, a meridie flumine *Nemen*, & D tandem mare verſus decurrit cum profluente *Tang*, a ſeptemtrione *Curlandiæ*. Malui more *Strabonis* circumſcribere fines harum regionum quam typum ipſum frequentibus lineis deformare.

Sauolocie 58. 8. 54. 12.

Munitio in firmiſſimo loco paludibus & lacubus vndique ſepta, ſed a noſtris (duce Magnifico *Ioanne Zamoſcio*) Rodiorum militum artibus oppugnata & defatigata ægre ſalutem impetrauit.

Serben

Serien 58. 4. 49. 9.
Serborum nomen notum eſt, qui aut hic in vicinia ad Venedicum ſinum olim confederant, aut cum Lubeceenſibus illi *Venedi* & *Sorabi* tranſierant, qui in Saxonia hactenus habitant & nomen eorum in eo oppido hæſit. A

Sacel 57. 7. 49. 7.
Segenuule 57. 12. 48. 9.
Suein 57. 12. 49. 5.
Sedue flu. 59. 48.
Sexuegen 58. 1. 50. 1.
Sangrac 59. 5. 49. 10.
Exiſtimo in fauorem *Gratiani* Pontificis oppido nomen impoſitum, qui aut fundauit aut auxit ordinem iſtum.

Siebieſz 55. 2. 53. 4.
Salas 59. 6. 47. 12.
Selgar 61. 4. 52. 12.
Inſula cum oppido in lacu *Peibas*: innatat veluti *Rodis*. Iam vides totam *Liuoniam* ſtagnis & fluminibus mariſque portubus ita refertam eſſe, vt putes *Venetiam* riuis diſtinctam. B

S. Brigitta 61. 6. 50. 4.
Diuæ *Brigittæ* nomen celebre eſt.

Srunden 57. 1. 45.
Ad *Vinden*.

Sabel 57. 45.
Ad *Vinden*.

Sonemborg 60. 46.
Ad *Oſiliam* inſulam.

Sokol 57. 53.
Aliquot milliaribus à *Polocko* Duce belli *Meletio* expugnata. Ibi *Seremet* Moſchorum Dux nominatiſſimus captus, plurimi bellatores eius cæſi & trucidati, roburque Magni Ducis concidit. Miſſi erant iſti ad ferenda ſubſidia *Polocenſibus*. C

T

Treiden 58. 11. 48. 7.
Ciuitas ad flu. *Treidera*.

Tricaten 58. 11. 49. 10.
Treidera flu. 58. 49.

Tyrſen 58. 5. 50. 3.
Oppidum in quo veterum populorum *Agatyrſorum*, qui hic habitabant nomen hæſit, non remote à *Kokienhaus*.

Taurus 59. 10. 48. 10. D
Arx firma.

Tolzborg 61. 8. 51. 4.
In Cherſoneſo quodam Venedici ſinus vrbs inter *Reuel* & *Naruam*.

Tuccum 57. 5. 46. 11.
Toropec 58. 56.

Vbi Signifer regius *Marcus Sobieski* denſa nube ſagittarum petitus, aliquot in lumbis, plura ex penula pendentia tela ad exercitum reportauit. Situs arcis eſt vltra *Luki veliki*.

V

Vlitepsko 57. 4. 55. 1.
Si bene obſeruauit *D. Guagninus* diſtantiam eius ab *Orſſa*, nempe 18. milliarium, tunc appoſite ſic collocabitur. Eſt firmiſſimum municipium duas habens arces, nec ei par habetur in illa regione. Quondam Ducum Ruſſiæ fuit ſedes.

Vik 60. 46.
In inſula *Oſilia* vrbs & territorium *Vikenlandia* dicebatur. Hæc vna cum *Haſpalia* Epiſcopi ditionis fuit.

Vendin 58. 11. 49. 2.
Noſtri *Kier* vocant.
Vanzel 59. 2. 48. 6.
Wolmirz 58. 12. 49. 11.
Walk 59. 6. 49. 3.

Velika flu. 59. 56.
Forſan ideò ſic vocata, quod ſit flumen magnum. Nam noſtra lingua *velika* ſignificat magnam. Aut quia non procul oritur à *Veliki Luki*.

Voroniecz 58. 55.
Welin ſeu *Felin* 60. 49. 9.
Wirtſcher 60. 40.
Lacus nobilis paulo ſupra *Derbt* vicinum arci *Taurus*.

Wiskiel 60. 9. 49. 3.
Sita eſt inter duo flumina, *Amoza*, & *Embde*.

Vircenbeg 60. 10. 51. 5.
Weyſenſtein 60. 9. 49. 9.
Noſtri vocant *Bialy kamien*.

Veiſen 60. 3. 50. 9.
Wranga 61. 50.
Inſula è regione arcis *Kolek*.

Wibor 62. 50.
E regione *Koropeia*.

Velikie luki 58. 5. 55.
Vide *Luki*.

Vindow flu. 57. 45.
Vide dictionem *Vendin*.

Venedicus ſinus 61.
Eſt mare mediterraneum inter *Liuoniam* & *Finlandiam*; ſed Geographorum pars magna errat, quod eum in ſeptemtrionem nimis oblique dirigunt, cum ſtatim ab *Haſpalia* inflexio eius ſit incipieoda & iuxta parallelum ſexageſimum ſecundum orientem verſus debeat extendi. Quod niſi faciamus, milliarium veram diſtantiam amittemus & experientiæ repugnabimus. Ego itinerarium exercitus ſequutus ſum. Vocabatur

batur autem *Ptolemai* temporibus *ſinus Venedicus* totum mare *Pruſſiacum*. Totum autem mare inter *Pruſſiam*, *Liuoniam* & *Daniam*, *Oceanus Sarmaticus*, à *Ptolemao* vocatur, vt liquet ex tabula 4 Germaniæ. Nunc tantum *Venedici* maris in illo ſinu paruo nomen hæſit. Probatur autem te- A ſtimonio linguæ totius Germaniæ *Venedos* vocari, non modo illos *Vinidas*, qui in Saxonia habitant, ſed etiam illos qui in *Slauonia*, adeoque omnes, qui lingua *Slauonica* vtuntur. Quod ſi ita eſt, conſtat ergo totum illud *Venedicum* mare antiquitus poſſeſſum fuiſſe à *Venedis*, hoc eſt Ruſſis qui à *Venedis* ſeu *Henetis* originem ſuam & appellationem deriuant. Et ideo Moſchorum Ducem mortuum eo reſpectu bellum mouiſſe puto iſtis regionibus, quod plurimum mouebatur veterum Geographorum tam euidenti teſtimonio. Penes hunc *Venedicum* ſinum *Finonicus* ſinus maris proximè ſtatuitur gradu fere 70. Ibi eſt crux collocata lapidea, vltra quam ſub capitali poena à rege Suecorum progredi peregrinantibus prohibitum eſt, niſi prius ſumant facultatem ab ipſo Rege. *Vide Olaum Gothum.*

Nos quoque hic ad iſtam crucem finem huic chorographiæ faciemus.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
RERVM MEMORABILIVM
quæ hoc in Volumine continentur.

Numerus paginam, littera vero partem paginæ ſignificat.

A

A*Baba* mater Imperat. Maximi 945. B.
Abdelita ob ranarum multitudinem patriam relinquunt 631. C.
Abigail Naabel ab ira Dauidis liberat 611. A.
Ablauium hiſtoricum Iornandes ſequitur 894. C
Abſalon parat Amoni conuiuiũ vulgare 750. B.
Abſtracus parricidii pœnas dat 673. C.
Abſyrtus frater Medeæ 855. D.
Acarocanta 850. B.
Adalbertus a Boleslao filio Mieſzkonis ſuſcipitur 643. B.
num Polon. ad fidem Catholicam adduxerit 646. B.
Adoptionis duæ ſpecies 638. D. 639. D.
Adoptio quæ 639. A.
Adoptio deſcendentium & aſcendentium 640. A.
collateralium *ibid.*
Adrianus pontem Traiani diruit 921. B.
qua ratione eum deſtruxerit *ibid.* C.
Adulatoribus non eſt credendum 736. B.
Adulationis vituperium 677. D.
Adulpho deſponſatur Placidia Galla 969. A.
Adulphi regis Gotthorum expeditio in Gallias & Hiſpanias 969. D.
eius obitus 970. C.
de Adulteriis lex Zeleuci 868. D.
Ægritudo ethica principibus Maſouiæ hereditaria 181. D.
Ægyptis cur bos ſacratus & pro Deo cultus 846. D.
ægyptiacæ cereuiſiæ confectio *ibid.*
Æmilius de Gallis triumphat 884. A.
Æneas de Senis Picolhomineus 234. A.
Æneas num Rex Slauorum fuerit 860. B.
Æpulo inſcius ſe tradit Romanis 882. C.
Africa Chamo ad habitationem obtigit 836. B.
Agathocles Rex Siculorum eligitur 636. D.
Agis Pæonum Rex 883. C.
Agricultura inuentio 846. A.
Aiax a Telepho Getarum profligatur 862. A.
Alamphilares filius Iawin 596. B.
Alana mater Imperatoris Maximi 945. B.
Alani I. & II. antiquiſſimi Sarmatici principes 848. A, D.
Alay pater Anchiſes 596. B.
Alanorum expeditio contra Pacorum regem Medorum 913. C.
quando conſederint ad Conſtantinopolim 1059. D.
Alarichus Rex Gotthorum 967. D. Romam occupat 968. C.
Albam Regalem Turcæ occupant 187. A.
Albania terras Ioann. de Huniad clade afficit 46. D.
Alberti olim Roman. regis filiæ Caſimirus nuptias ambit 100. D.
Albertus March. Brand. Pruſſiæ deditionem Ladislao exhibet 146. A.
Albertus Auſtriæ Archidux offert ſe Caſimiro 255. A.
arbiter conſtituitur pacis inter Caſimirum & Cruciferos 256. B.
Albertus Marchio Miſn. regnum Bohemiæ ambit 466. A.
Albertus Io. Rex Poloniæ 1187. D.
eius mors 1190. A.
S. Alberti laus 1048. D. eius mors 1049. A.
Albertus pictor Cracou. ob necem Thaczinski ſupplicio afficitur 283. B.
Albertus Dux Auſtr. capit Vlricum Eezingerum 222. D.
Albis Romanorum limes occidentalis 909. A.
Alcibiades cur ludos theatrales odio habuerit 599. C.
Alcis ſimulacrum apud Sylleſios 1045. B.
Alearum ludi ſunt vitandi 770. C.
Alexander filius Heliæ a Petro e Valachia eiicitur 81. A.
Alexander Valachiæ Voieuada veneno extinguitur 180. D.
Alexandri antiſtit. Plocenſ. merita contra hoſtes Mazouienſ. prouinciæ 703. C.
comparatur cum Dauide 705. C.
cum Simone Epiſcop. Plocenſe *ibid* D.

Alexander filius Caſimiri regis 270.B.
Alexander M. ambit regis Syrmi amicitiam 876.B.
eius cum Syrmo bellum & pax *ibid.* C.
eius priuilegium donatum genti Sarmaticæ *ibid.* D.
eius cognatio cum gente Slauonica 877.B.
aræ illius ad Boryſthenem locatæ *ibid.* C.
eius duo priuilegia ad Slauonicas nationes 878. A.
expeditio contra Syrmum 878.B.
eius colloquium cum Adriæ incolis *ibid.* C.
diploma Illyriis datum 879.B.
eius ſtratagem. legati Darii libidinoſi interficiuntur 870.A.
à Polonis mira ratione vincitur 612.A.ſq.
iugum Gordii ſoluit 636.D.
eius liberalitas in Darii captiuos 650.C.
eius expeditio cum Ambris & Sicambris 698.C.
Darii proditores perſequitur 727.C.
Calliſthenem interficit 764.A.
Alexander Rex Poloniæ 1190.C.
Alexander Voieuoda Moldauiæ Caſimiro de capta Conſtantinop. refert 116.D.
Alexander filius Friderici Prunſeiſ 1196.D.
Alexii fœdus cum Boſinis 1059.D.
Alexii Comneni alter interitus 1075.B.
Alexius Murziphlus 1084.A.
Algimundi regis Longobard. interitus 1032.C.
Almus primus Europam intrat 596.B.
Almathæa virginitate diuinitatem obtinet 610.D.
Alphonſus Rex Aragon. premit Florentinos 103.C.
Amaloſhuta filia Theodorici 971.B. eius nominis etymon *ibid.*
Amalethutorum familia 917.B.
Amacia Strabonis patria 892.A.
Amatritus nonus Rex Babylonis 847.C.
Amatæ qui 963.D.
Amazones Sarmaticæ 856.C.
Ambrorum occiſio 917.A.
Amedeus Dux Sabaudiæ Fœlix nuncupatus 49.A. vid. *Fœlix.*
Amelfreda vxor Theodorici 971.B. eius nominis etymon *ibid.*
Amicitia natura & indoles 699.C.
Amraphel Aſſyriorum 847.A.
Amyntas Macedon. ab Illyriis vincitur 873.A.
ei a Dario bellum nunciatur 869.D.
Amurates Bielogrodi obſeſſor 1196.A.
Anartophracti quid 1883.D.
Anaxillaus paruulorum tutelam ſeruo Micalo committit 610.A.
Anchiſes antiquiſſimus Sarmaticus Princeps 848.D.
Andreas ſedis Conſtantinopolitanæ fundator 906.A. nimii eius labores in promouenda Euangelii doctrina *ibid.* B.
Andreæ Apoſtoli caput a Pio II. Papa Romam transfertur 234.C.
Adronici miſerabilis exitus 1076.A.
Angelus peculiar. tutelaris ſingulis hominibus num ſit conſtitutus 714.D.
Angelus ſocius coniurationis in Nicol. V. Pap. pœnam capitis ſoluit 110.A.
Anima, de ea variantes opiniones 800.C.
Anna filia Caſimiro naſcitur 541.C.
Annam Duciſſam Ruſſiæ Boleslaus Dux Theſchenſis accipit in vxorem 41.B.
Anna filia Boleſlai Ducis Maſouiæ 158.C.
Anna filia Venceslai Ducis Ratiborienſis 219.B.
Annonis tres filii 596.D.
Antarum nomen 1002.C. 1884.A.
Antenor Henetos in Europam ducit 861.A.
Antenor Rex Scytharum a Gothis vincitur 871.C.
Anticyra vnde ſic dicta 867.A.
Antipes qui populus 616.D.
Antipedos genus monſtri 616.D.
Antonini Pii belli contra Sarmatas cauſſa 929.D.
animus eius fuit alienus a re Martis 935.C.
eius bellum contra Sauromatas & Germanos 936.A.
eius mors 938.A.
Antonius mundum in laqueis vidit 715.D.
Antonius Genticus 912.A.
Anſes qui 916.B. 963.D.
Antriregiri Gothorum filiam Darius vxorem petit 870.D.
Aralius regnat apud Babylonios 847.A.
Arbactus hoſtis Sardanapali 632.A.
Arbagaſtus contra cum Theodoſius I. ducit exercitum 953.D.
Ardaricus bellum mouet contra Hunnos 891.A.
Argenti ſignati origo 884.A.
Argonautica expeditio 854.C.
argonautici carminis auctor 858.C.
Arioli qui 703.B.
Ariſtoteles notatur 893.A.
Ariſtonicus Romanos ſuperat 636.D.
Arminius Dux Germanorum 910.A.
Arneſtus Marchio Misnenſis 517.D.
Arrogantia damnum 650.A.
quid 673.A.
Arſigetæ qui vocentur 867.C.
Aſarmoth ab Iactan deſcendit 837.D.
progenitor Sarmatarum *ibid.* 849.B.
Asbaldi Ducis interitus 1032.C.
Aſidonis vrbis origo 969.B.
Aſcopolis ciuitas terræ motu concutitur 200.D.
Aſſueri regis amplum regnum 605.B.
Aſſymbeius Rex Ægyptiorum 885.C.
Athalarichus ſuperat Phritigerum 952.A.
eius exceſſus 953.C.
Atanarichus Gotthorum Rex 967.C. eius mors *ibid.*
Atheas Rex Sarmatiarum 873.D.
Atys adhuc mutus pro patris vita Cyrum implorat 868.C.
Attyra Scytharum Darius bellum infert 870.C.
Auaritia reprehenditur 658.A.

in

in quibus illa ſit ibid.C.
eſt cauſſa rebellionis 955.C.
Auguſtinus de Scheue palatinatum Kinsbergenſem accipit 133.D.
Auguſtini epiſcopi mors 992.A.
Auguſtana confeſſio vt tollatur, laboratur 1647.A.
Auguſti Cæſaris bella cum variis populis 905. C.
eius benignus animus in Sarmatas 906 A.
bellum cum Illyriis 883.A.
Auguſtulus vltimus occidentalis imperator 970.D.
Aurelianus Zenophiam in triumph. ducit 943.A.
eius bellum cum Marcomannis & Bocmis 943.C.
de Auria Ioannes Turcis Conſtantinop. oppugnantib. reſiſtit 117.C.
in dolo occiditur 119.A.
Auſtria peſtilentia afficitur 181.C.
bello affligitur a Georgio R. Bohem. 235.A.
Auſtriaci armis Ladislaum obtinent 100.B.
Autumni in regione Poloniæ ratio 174.D.

B

B*Abinenſis* reipublicæ deſcriptio 1215.B.
Babylon Ægypti 840.C.
Sinear ibidem
Babylonia per fraudem Zopyri Dario traditur 722.C.
Babylonica prima monarchia 865.A.
Baltrianorum regnum 851.B.
Badzin oppidum incenditur 32.B.
Balaklei Soltanus Ruſſiam inuadit 1089.A.
Baleus Xerxes imperat apud Babyl. 847.B.
Balia deſcriptio 1886.A.
Balta Dux Gothorum 962.A.
Balthaſaro Duci Zeganenſi Kniphoth ciuit. fidelitatem repromittit 173.C.
Baptiſta epiſcop. Canterienſ. Nicolai Pap. nuncius ad Caſimirum regem Polon. 40.A.
repræſentat Caſimiro ex parte Papæ roſam auream ibidem
Bamkircher bellum Friderico Imperatori infert 439.B.
Bar arx quæ 1891.A.
Barbarba filia Caſimiri 570.B.
Barbara Radziuiliæ matrimon. clandeſtin. cum Sigismundo Auguſto 1082.B.
eius coronatio 1513.B.
mors 1514.A.
Barbara filia Rockemberg, vxor Nicolai Rathiborienſis 104.C.
Barbarus quis fuerit Romanis 904.B.
eius nominis etymon 605.B.
Bardyllus rex Illyriorũ a Philippo vincitur 873.B.
Barizka Martini interitus 1142.A.
Barthfoldus Eympach nuncius ad Caſimirum 255.D.
Barthelſteyn oppid. hoſtibus ſe tradit 260.B.
Bartholomaus Indianis prædicat Euangelium 913.A.
Barzanes Sabitii filius 843.D.
Barzi Henricus Bukowiecz Hungariæ regi tradit 504.B.
Baſilii imperatoris crudelitas in Slauos 1026.C.
Baſilius Macedo Imperator 1036.B.
Baſilius Kraſſney legatus Caſimiri 10.D.
eius oratio in conuentu Pyotrkouienſi ibid.
Bathori Chriſtophorus Vaieuoda Tranſyluaniæ 1732.C.
Baſtarna prouinciæ 881.A.
Baſtarnæ cum Romanis bellum gerunt 884.B.
ſunt gens Sarmatica ibid.D.
Batus rex Dalmatarum 910.B.
a *Bayſſen* Gabriel 125.C.
palatinatum Chelmenſem accipit 133.D.
a *Bayſſen* Stiborius Palatinatum Elbingenſem accipit 133.D.
a *Bayſſen* Ioannes Palatinatum Gedanenſem accipit 133.D.
Bawelna Nicol. per latrones in captiuitatem abducitur 33.A.
Bauolus pagus 1141.D.
Beatrix filia Ferdinandi in reginam Hungariæ coronatur 549.A.
Bela rex Pannion. regnum Halicienſe occupat 791.B.
Laodomirum in vincula coniicit ibid.
Belliſarius dux Iuſtiniani 960.A.
eius laus 993.C.
Gilimerum in triumph. ducit 99.,.A.
Bellum inter Ioannem de Huniad & Ioannem Giskram 52.A. *ſeq.*
illud componitur ſtudio Zophiæ reginæ Polon. ibid.C.
Caſimiri contra Bohdanum 59.D.
quod pace componitur 61 A.
inter de Huniad & Giskram renouatur 81.C.
inter Boleslaum Oppolienſem & Polonos 94.D.
Ducum Thoſſeczenſis & Oſzwyaczimenſis contra Cracou. 101.C.
ciuile in Italia 113.C.
Cruciſerorum 152.C.
Caſimiri alterum contra Pruthenos 176.A.
contra Turcum pro recuperatione Conſtantinopolis 186.A.
Turcarum & regni Hungariæ 187.A.
inter Ciliæ comitatum & regnum Hungariæ 200.C.
inter vxorem Huniadi & Ladislaum 202.B
Athenienſem cum Thracibus 854.C.
Perſei cum Perſis ibidem
Colchicum ibidem
Tannaſi cum Soſoſtri Ægyptio 856.D.
Traianum quando geſtum 860.A.
Darii Scythicum 870.C.
eius bellum contra Gothos ibid.D.
Xerxis contra Gotthos 871.A.
Lyſimachi cum Dromichete 880.D.
Illyriorum 881. C.
Auguſti cum Illyriis 883.A.
Cimbrorum 885.A.

Mithridatis eum Romanis 887.C. 892.A.
Roxolanorum 889.D.
Artarici contra Hunnos 891.A.
Auguſti Cæſaris cum variis populis 9 5.C.
belli Getici fortuna 9:4.C.
M. Antonini contra Sauromatas & Germanos 936.A.
Inter Mieſzkonem ſenem & Caſimiridem 810.B.
inter Gotthos & Vandalos 949.B.
ciuile Mozgauieoſe 1082.D.
Oberſtinenſe 1210.A.
Grinualdicum Polonor. & Lituan. cum Teutonibus 1161.C.
Bellum gerendi conſuetudinũ tria genera 663.B.
Belochus decimus rex Babyloniæ 847.C.
in Belſſik fit conuentus de Boleslao 20.A.
Belze Martinus ob necem Taczinski in captiuitatem ducitur 283.C.
Belzenſis terra regno Poloniæ accedit 288.C.
Benedictus Pap. Polonis longas comas alere prohibet 898.A.
Beneficentia quid ſit 699.D.
Beneuolentia quid ſit *ibid.*
Berezal Ioann. a Giskra deficit 82.A.
Berebiſtes Getarum regnum inſtituit 909.C.
Berebiſtes rex populum per oracula ſibi obedientem reddit 1045.A.
an factum hoc ſit laudandum 1046.A.
Bernardinorum monaſteria 182.A.
Bernardino Sbigneus Cardinalis templum conſecrat 122.D.
Bernardinus de Senis a Nicolao V. Papa inter ſanctos refertur 60.B.
eius ſingularis pietas *ibid.*
mors & ſepultura *ibid.* C.
Bernardus capitaneus claſſis Arragon. regis Conſtantinopolim liberat 102.D.
Beroſus fabuloſus vocat 891.C.
eſt ſcriptor antiquiſſimus 838.C.
num ei nota fuerit Sarmatia Aſiatica 843.B.
quando floruerit 865.A.
Beſſarabia terram de Huniad ſibi vſurpare molitur 33.D.
Beſſi 896.B.
Betica dicitur Vandalia 990.A.
Bialex Ioannes expellitur 275.A.
Bialogrodi deſcriptio 1890.A.
Bicen qui 1883.B.
Bidgoſtia 176.B.
Bieſczady montes 901.B.
Biſſo Darii hoſtis 727.C.
Biſſowwerder oppidum militi in prædam datur 164.A.
Biſtiziczа flum. ad eũ ſitũ Lublin. oppidũ 104.C.
Blachi qui 919.B.
de Bobrek Ioannes ad obſidionem caſtri Volek mittitur 123.D.
Blondus quid ſcripſerit 895.A.
pro Strazapienski in epiſcop. Cracou. eligendo intercedit 170.D.
Boemi olim dicuntur Boii 943.C.
Bodzanta baptizat Iagellonem 826.A.
Bogaſius Zglouiczinius quis 1196.A.
Bogdan Nicolaus expellitur 275.A.
Baglewski Iacobus fraude occiditur 358.A.
Baglewski Nicolaus fratris occiſorem accuſat 362.A.
Boguslaus 778.A.
Boguslaus Pomeranis præficitur 1074.B.
Bobatires qui 917.B.
Bohemorum conuerſio 1042.B.
illis ſacramentum ſub altera aut vtraque ſpecie percipere permittitur 124.B.
Bohemia hiſtoriæ corpus ſcribit Pius II. papa 234.B.
Bohemiæ regni initium 1060.B. eius regum inauguratio, coronatio & mutatio inſigniũ 1071.A.
Bohdanus terram Moldauiæ ſibi attribuere contendit 59.A. fugatur *ibid.* contra eum Caſimirus bellum ſuſcipit 59.D. pacem petit a Polonis 61.A. illam pacem per fraudem rumpit 61.C. in bello cum Polonis fugatur 63.B. contra eum Valachi auxilia a Polonis petunt 73.D. a Petro dolis circumuentus interficitur 81.A.
Boii populi qui 884.A. ſuperantur *ibid.* eorum nomen quid ſignificet *ibid.* B.
Boleslaus dux Maſouiæ ad regem Poloniæ commendatur 17.A. rex Poloniæ eligitur *ibid.* D. cuius electio confirmatur & celebratur *ibid.* & 18.A. electio mutatur & infirmatur 19.D. conuentum Lanciciensem frequentat 145.B. moritur 158.C. eius ſepultura *ibid.* matrimonium 563.D.
Boleslaus Theſnenſis dux cum regno Poloniæ perpetuam init pacem 26.A. Annam duciſſam Ruſſiæ accipit in vxorem 41.B. eius mors 104.A. ſepultura *ibid.*
Boleslaus Boleslai Maſouiæ ducis filius 158.C.
Boleslai Krzywouſty filii Wladislai pietas in patrem 675.A. municipium Zantoc ſolo æquat *ibid.* C. eius matrimonium 677.A. eius nimius amor belligerandi 678.C. ei inſidiæ ſtruuntur per Sbigneum *ibid.* D. eius triumphus ex Pomeranis 679.A. ſingularis amor erga patriam 680.A. triumphus ex Pomeranis laudatur ab his, culpatur ab illis 681.D. eius clementia Pomeranis victis exhibita 696.A. Nakiel ciuitatem obſidione cingit 711.C. quæ obſeſſio fit miniſterio angelorum 713.A. Polonos excitat contra Henricum IV. 716.B. item Glogouienſes obſeſſos ad reſiſtendum *ibid.* eius triumphus ex Henrico IV. 688.A. eius ordinatio & diſpoſitio ducatus Bohemiæ 717.C. terra Ruſſiæ ab eo defecit 718.A. dolo circumuenitur 723.D. eius vindicta & vltio Ruthenis illata 729.B. in eum Vngarorum perfidia 731.A. mors eius & teſtamentum 732.A. ſucceſſor 733.A. laudes 736.A. duas vxores habuit 788.D.
Boleslaus dux Oppolienſis Syewioriam & Wyeluniam magna clade afficit 92.B. contra eum exercitus maioris Poloniæ ducitur 94.C. et in biennium induciæ dantur 116.B. eius

B. ejus mors 263. C.
Boleslaus filius Mieſzkonis 641. B. Adalbertum pie ſuſcipit 643. B. eius ſiogularis pietas *ibid.* miſericordia 644. A. honeſte de eo Otto ſentit *ibid.* B. rex conſtituitur *ibid.* ſex cathedrales eeeleſias recuperat *ibid.* D. multa caſtra ædificat 645. A. gladius ei per angelum traditur *ibid.* eius mors *ibid.* plurimas gentes ditioni ſuæ ſubiicit 648. A. eius triumphus ex regno Rutheoorũ probatur 650. A.
Boleslaus filios Mieſkonis II. 653. B.
Boleslaus dictus Largus ſuceedit patri Caſimiro 656. C. eius mirifica liberalitas 657. A. 658. D. expeditio in Vngariam 659. C. eius triumphi 659. A. ſq. 660. D. eios nimia truculentia 664. A. pœnitentia eius 667. C. mors *ibid.*
Boleslaus Criſpus, eios pietas erga Fratres 742. D. erga fratris filias 743. A. eius diſcordiæ eum Mieskone loripede 746. C. Prothenos ſubiugat & ad fidem Catholicam conoertit 744. C. eius obitus 746. A. teſtamentom Lelkoni & Caſimiro factum 745. D.
Boleslaus Pudicus accipit Sædomitienſem Palatinatum 1095. A. eius matrimonium *ibid.* D. nomen Pudiri vnde *ibid.* fundat coenobium Cracouienſe 1096. A. bellom cum Tartaris *ibid.* C. mors & epitaphium 1206. C.
Boleslaus epiſcopus Plocenſis 474. D.
Boleslaus Chobrirens, eius expeditio contra Ruſſos 1047. D. eius columnæ 1048. A. eius bellũ contra Saxonas & Bohemos *ibid.* C. contra Prothenos *ibid.* conuertit ſe ad religionem *ibid.* D. eius ſepultura & epitaphium 1050. B.
Boleslaus II. eius victoria ex Bohemis, Pruſſis, Hungaris, Germanis & Ruſſis 1054. D. Stanislaum occidit 1055. B. eius fuga ad Illyrios *ibid.* C. eius epitaphium 1056. D.
Boleslaus Criuouſtus, eius nomeo 1060. D. pueritia 1061. A. indoles *ibid.* B. quaodo ad imperiom peruenerit *ibid.* D. victoria ex Pomeranis 1062. A. eius bellum cum Henrico V. 1063. D. cum Ruſſis 1065. B. eios liberalitas in eccleſias 166. A. iter ad Ægidii & Stephani ſepulcrum *ibid.* C. & ſepultura 1067. B. proſopographia *ibid.* C.
Boleslai Proceri virtus ad Mediolanum 1070. A.
Bninski Andreæ mors 576. C.
Bonifacius Genſericum II. ex Hiſpan. vocat 990. D.
Bona vxor regis. Sigismundi 1201. D.
Boneri Ioannis prudeotia & diuitiæ 1200. B.
Boſnenſes a Turcorum Cæſare oppreſſi 322. D.
Borcouicii Palatini mors 1143. C.
Boriſſou. vrbis deſcriptio 1888. A.
Boriſſus conditor vrbis Boriſſono 1888. A.
Borobiſta Germaniã inuadens ſuperatur 886. D.
Borobiſta rex Gotborum 981. A.
Boryſtenes fluu. 895. D. eius ortus 933. C. 719. C.
Borzywoy dux Bohemiæ conſtituitur 1886. A.
Bouerorum gentis natalis locus 183. A.
Braclauienſes Tartaros conteroot 109. B.
Brathian caſtrum hoſtibus vltro deditur 713. D.
Bremni templa Apollinis ſpoliantis fata 132. B.
Breſlenſiam vrbẽ Caſimirus aggreditor 786. D.
Brigitta vaticinium de exterminio Cruciferorum 387. D.
Brodnica caſtrum hoſti traditur 287. B.
Brodnicza oppidum obſidetur 279. C.
Brunsberg oppidum capitur 481. D.
Brzeg vrbis deſcriptio 1887. D.
de Brzezge Ioannis de epiſeopatu Cracouienſi cum aliis contentio 262. C.
Braclaw oppidum incenditur 572. C.
Buczaczki Michaelis alæ in bello cum Bohdano præeſt 62. B.
Buczacki Theodorici ſtudium contra Tartaros irruentes in regnum Poloniæ 45. B.
Bartholomæus in acie cadit 213. A.
Buda a Solymanno occupatur 1536. B.
peſtilentia afficitur 200. C.
Buczaciorum gentis coloniæ 1889. A.
Bug fl. deſcribitor 1888. B.
Bugunta Burgundiones ſunt 925. D.
Bub fl. qui 1891. A.
Bukowieczque oppidum occupatur 296. D.
mons Hungaris traditur 504. B.
Bulgari quando ad Chriſtum peruenerint 1033. D. 1034. B.
Burgulab pacem Polonos com Bohdano doloſam eſſe prædicit 61. eius ſingularis prudentia in bello Polonorum cum Bohdano 61. D.
Burgundiones qui dicti ſint 955. A.
Burgundia quæ 990. A.
Burgionum ſitus 1883. D.
Burii paeem petunt a Traiano 920. B. qui *ibid.* eorom ſitus 1882. A.
Byeliawy Cruciferis traditur 278. D.
Byelani opp. hoſtibos ſe tradit 260. B.
Bythow opp. hoſti traditur 260. A.

C

CAdlubci hiſtoria 1087. C. iudicium de ſtylo eius *ibid.* ætas eius 894. D.
Cadmus literas in Græciam transfert 854. C.
Cæſar ſiniſtre de Liuio ſentit 892. C.
Calendarii renouatio 1228. A.
Calixtus tertius Nicolao V. Papæ ſuccedit 167. D. Oſſmaodom in ſanctorum numerum refert 200. D. eius mors 233. D. ſepultura 234. A. ſucceſſor *ibid.*
Callimachi Philippi interitus 1187. C.
Calliſthenes ab Alexandro interficitur 764. A. ſẽtentia pulcra de hominis perfectione 693. D.
Calo Ioannes Imperator, eius mors 1067. D.
Calor regionum Septentrionis 889. B.
Caminiec arx celebris 1892. C.
Campana Sbiſchek vocata Cracouiæ a loco ſuo mota confringitur 171. A.
Campiductor qoid Polonis proprie 1198. A.
Campuſt lactis condimentum 889. C.
Camyeniecz obligatione pecuniali ſoluitur & muris reficitur 327. D.
Canabus dux Sarmatarum 942. C. 967. B.

Digitized by Google

Cancellariatus cum epiſcopatu Cracouienſi coniunctiu 1506. A.

Capha ciuitas Turcis traditur 533. B. munitur *ibid.* D.

Capiſtrani Ioannis laus 74. A. eius prædicatio & doctrinarum conditio *ibid.* prodit miracula ad exemplum Chriſti *ibid.* B. cum eo haud proſpere Ioannes Rokiezyam diſputationem inſtituit *ibid.* ad eum Sbigneus Cardinalis ſcribit, vt in Poloniam deſcendat 75. A. uratione matrimonium Caſimiri manifeſtat 121. C. ſummo gaudio ab omnibus Cracouiæ excipitur 122. B. Cracuuiæ orationes ſacras habet *ibid.* B. munus deſponſationis Caſimiri & Eliſabeth oblatum recuſat 128. A. eius ſtudium contra Turcas Hungariam inuadentes 187. B. eius precibus Turcæ ſuperantur 188. C. *ſeq.* mors 199. A. ſepultura illius *ibid.*

Carinthia peſtilentia afficitur 181. C.

Carniola a Turcis vaſtatur 476. C.

Caroli M. expeditio contra Polonos 1021. A. renunciatur a Puntifice Romanos Imperator 1021. D. eius confœderatio contra Slauorum confœderationem 1022. B. bellum eius ſecundum eum Sorabis 1022. D.

Carolus dux Burgundiæ rex Romanorum eligitur 500. A. occiditur 552. A.

Caroli Franciæ regis conditiones de rege Bohemiæ negliguntur 221. C.

Carolus rex Sueciæ ab ſuis expulſus a *Caſimiro* honorifice excipitur 205. C.

Carus Imperat. ſuperat Sarmatas 944. D.

Caſimirus dux Lithuaniæ caſum fratris Wladislai regis maxime luget 2. B. fratris ſucceſſor eligitur 3. C. habet animum dubium ad id regnum Poloniæ 5. D. ſeq. nuncii ideo ad eum in Lithuaniam mittuntur 6. B. quia regnum id iterum recuſat, excitat nobilium animos ad iram 11. C. eius animus procliuus ad illud regnum, ſed conſiliis Lithuanorum impeditus 14. A. timor ei accedit ex fama de electione Boleslai Maſouiæ Ducis 18. C. animum de regno Poloniæ recuſandu mutat 19. B. Podoliam, Luczko & Oliſchku pro ducatu Lithuaniæ quærit 22. D. ipſe aſſumit regnum Poloniæ 23. B. Lomazi &, Polubleze pagos Lithuaniæ adiungit 23. D. petitur inſidiis a Lithuanis 25. A. coronatur 27. C. cur thronum non aſcenderit 28. B. Thinyecz monaſterium ad inſolitam penſionem cogit *ibid.* C. eius durior animus in Michaelem ducem Lithuaniæ 29. C. per tres dies Poſnaniam exuſtam deflet *ibid.* D. eius Inuitis Polonis in Lithuaniam 31. C. Michaeli duci filio olim Sigismundi inſidias ſtruit 34. accipit a Nicolao Papa per Baptiſtam auream roſam 40. A. delectum militum habet pro retinenda Moldauia 42. Mariæ euniugi Heliæ defuncti oppidum Colonia ad manendum donat *ibidem* C. bellum parat contra Bohdanum 59. D. conuentum Vilnæ de terris Ruſſiæ & Podoliæ a regno Poloniæ auellendis agit 65. A. Cracouiæ feſtum corporis Chriſti magna pompa celebrat 68. A. iura regni Poloniæ confirmare ſollicitatus recuſat 69. B. 113. B. conuentionem particularem agit de ſex groſſis pro laneo quolibet exhibendis 70. B. de duce Michaele reiecto a Sbigneo Cardinale vehementer arguitur *ibid.* Philippo duci Burgundiæ auxilia contra Zuldanum petenti aduerſatur 79. C. in Sbigneum, vt auctorem tumultis de caſtro Luczko recuperando inuehit 86. D. publice a Sbigneo & Palatinis approbante cuncto ſenatu arguitur 89. 90. cum Magiſtro Pruſſiæ fœdus init 92. *ibid.* confirmationem iurium regni Poloniæ vlterius differt 93. D. Eliſabethæ filii Alberti nuptias ambit 111. D. reprehenditur a Sbigneo ob durum reſponſum nunciis ducum Maſouiæ datum 112. A. iura regni Polonici iuramento confirmat 115. C. eius matrimonium cum Eliſabeth conuentu Wradislauienſ. confirmatur 121. B. Pruthenorum oblatam deditionem acceptat 132. A. eius litteræ Pruthenorum ſpontaneam deditionem acceptam teſtantes 134. A. homagium accipit Elbingi ab epiſcopis 148. C. mortem Boleslai ducis Maſouiæ ægre fert 158. C. vitia eius eladis Choyniczenſis cauſſam reuelatam Sandiuogius indicat 162. B. ſertanem ex ſingulis laneis promiſſum a Polonis exigit 165. C. pro Strzapienski in epiſcop. Cracuuienſem eligendo intercedit 170. D. parat ſecundam expeditionem in Pruſſiam 174. C. deducit ex templis variis theſauros & vaſa ſacra ad belli vſum 175. C. ad pacem cum cruciferis ineundam adducitur 176. C. Laſſin oppidum expugnandum aggreditur 177. D. iuuenes in conſilium de bello continuando adhibet 180. A. perſonis eccleſiaſticis tributa imponit 180. C. Sadach Matum Scytham in vincula coniici iubet 181. C. ei naſcitur filius Wladislaus ex Eliſabeth 184. C. ei vaſa eccleſiæ Cracouienſis in mutuum petita abnegantur 195. Lithuanos de ſuperba legislatione grauiter reprehendit 201. A. Carolum regem Sueciæ ſuis expulſum honorifice tractat 205. C. eius aduentus in caſtrum Marienborg reſignatum 208. A. Vlricum Cziruonczam magnificis muneribus honeſtat 209. A. naſcitur ei filia Hedwig 213. A. oppidum Gnyew obſidere iubet 214. A. de malo regimine in conuentu Korczinenſi reprehenditur 218. D. attribuit ſibi ius in regnum Hungariæ & Bohemiæ 220. B. exercitum in obſidione Marienborg per inertiam ſuam confici ſinit. 229. D. ſecundi filii baptiſmalia celebrat 232. D. Georgio regi Bohemiæ per legatos eius petenti amicitiam dubie reſpondet 233. ab Ioanne Rythwyenski obiectis vitiis purgare ſe annititur 249. C. apud Pium papam de Cruciferorum ex Pruſſia inſulam Tenedum

dum laborat. 252.D. cum Georgio rege Bohemiæ amicitiam inire cogitat. 254. A. ei naſcitur filius Ioannes Albertus *ibid.* D. fœdus init cum Ludouico Bauariæ Duce 255. D. Legatos Pii papæ de extinguendo bello Pruthenico non ad ſe admittit *ibid.* fœdus cum Georgio Bohemiæ rege pangit 260. D. Ioannem ad epiſcopatum Cracouienſem obtrudere nititur. 264. C. filium ſuſcipit Alexandrum 270. B. ſedat ſeditionem contra de Schamotuli ortam 277. A. ob necem Thaczinski conſules Cracouienſes ad iudicium vocat 281. D. Iacobum Syennenski in odium pontificis Romani adducere laborat 284. D. terram Plocenſem Poloniæ adiungere operam nauat 289. B. alterum fœdus Glogouiæ cum Georgio Bohemiæ rege ferit 291. D. ad bellum contra Fried. March. Brandenburg. ſollicitatur 292. B. abnegat concordiam cum Jacobo Epiſcop. Cracov. a Pio II. Papa oblatam 306. A. ſuſcipit filiam Zophiam 331. D. pacem init cum Cruciferis. 385. A. liberalitas in Magiſtrum crucifer. 393. A. naſcitur ei filius Sigismundus 399. C. ei electio ipſius aut filii ad regnum Bohemiæ offertur 407. B. pauperum pedes lauat 421. A. ei naſcitur filius Friedericus 423. D. fœdus & affinitatem init cum Friderico Imperat. Rom. 456. B. naſcitur filia ei Eliſabeth 480. C. inter eum & Matthiam regem Hungariæ pax perpetua confirmatur 507. D. eius expeditio contra eundem regem. 516. C. filiam Hedwig Georgio Bauariæ duci deſponſat 524. B. Sochaczouienſis terræ poſſeſſionem accipit 540. D. naſcitur ei filia Anna 541. C. bellum molitur contra Matthiam regem Hungariæ 553. C. naſcitur ei filia Barbara 570. B. cum Moſchis tractat de pace 587. D. eius mors 1186. B.

Caſimirus filius Boleslai ducis Theſchinenſis 104. B.

Caſimirus Dux Maſouiæ moritur 21. B. eius ſepultura *ibid.* artis fabrilis fuit ſtudioſus. *ibid.* C.

Caſimirus filius Boleslai ducis Maſouiæ 158. C.

Caſimirus I. Rex Polon. eius matrimonium 1053. D. expeditio contra Maslaum *ibid.* eius proſopographia 1554. C. primus litteratus inter reges Poloniæ *ibid.*

Caſimirus II. eius victoria ex Ruſſis 1074. D. mors 1077. C.

Caſimirus M. rex Poloniæ 1139. D. eius mors 1146. D. eius laus 1147. C.

Caſimiri filii Mieskonis II. fata 651. C. eius bellum cum Mazouiorum prouincia 652. C. vita eius in monaſterio 653. B. Lampertus dicitur *ibid.* eius matrimonium 654. A. liberi eius *ibid.* comparatur Herculi Alcidæ dicto *ibid.*

Caſimirus fil. Boleslai Krzywouſty dominus totius Poloniæ eligitur 750. B. eius laudes 764. B. Seleuciam prouinciam Boleslao reſtituit 777. D. reliqua eius gubernatio & Ordinatio Poloniæ 778. A. malas veteres Poloniæ conſuetudines abrogat 779. D. ei Mieszko ſenex ſupplicat pro ſui ad principatum reſtitutione 781. A. eius reſponſio ad ſupplicem fratrem Mieszkonem 782. A. Breſtenſiam vrbem aggreditur 786. D. eius miranda victoria ex Ruthenis 788. A. Laodomirum e regno Halicienſi expulit 790. B. Romanum principem Regem Halicienſem inſtituit *ibid.* Cracouiam recuperat 792. D. captiuos acquiſita Crocouia, omnes incolumes dimittit 794. B. eius triumphus ex Pollexianis 797. D. mors 800. A. mors eius confuſionem in Polonia excitauit 805. A.

Caſimiria vrbis origo 1141. D.

Caſſonia vrbis deſcriptio 1893. B.

Caſtor honore colitur a Polonis 1045. C.

Caulis campus qui 1108. B.

Cautio quid ſit 759. B.

Credrus arbor qualis 616. C.

Cazymierski Ioannes per exorciſmum Diabolum expellere ſolitus 240. C.

Cecrops Lacedæmon 852. C.

L. *Cecilii* bellum cum Thracibus 908. A.

Cemorum familia 1899. D.

Cenchres Pharao Ægypt. 852. C.

Cencus Philoſoph. Slauor. magnæ auctoritatis 1045. B.

Cereuiſia ægyptiacæ confectio 846. B.

Chami ſedes 836. B.

Chelma ciuitatis antiquitas 1893. B.

Chezimachmeth Tartarorum Imperator profligatur 356. B.

Chelmski Stiborius Succamerarius Poſnanienſis 192. A.

Chelmenſem Palatinum Caſimirus inſtituit 133. D.

Chelmenſis ciuitatis natura 228. B.

Choynicza oppidum Plawienski accipit 144. A. eius obſidio conuentu Lancicienſi confirmatur 145. C. improbatur 147. C. obſidet Caſimirus 391. B. ſq. incendunt eam Poloni 380. D.

Choyniczenſis clades Polon. 156. D. eius cladis cauſæ a Deo reuelatæ 162. A.

Chobri quis 644. C.

Chobrus rex Poloniæ 927. C.

Chodorski Hector prælio perit 301. A.

Chriſti aduentum quæ mala præceſſerat 905. A.

Chronica Vincentiana laudatur 595. B. nomen quid ſignificet 595. B.

Chronicorum opera num conuiuiorum nomine poſſint appellari 751. C.

Chumoid naufragio punitur 1032. A.

Chrza-

Chrzaſtowski Nicolaus Caſimiri nuncius ad Bohemos 220. B.
Chrzaſtowski Petrus nuncius ad Caſimirum 4. A.
Cicuta quæ herba 647. D.
Cilienſes regnum Hungariæ inuadunt 200. C.
Cilia comitatus Frederico traditur 200. C.
Cimbri Baſtarnæ 887. C.
Cimbri Boſphorini & *Cherſoneſei* qui 862. C.
Cimbrorum bella cum Romanis 885. A. eorum origo *ibid.* B. ad Sarmatas pertinent 886. A.
Ciſtoboca unde dicti 1888. B.
Claudii Imperatoris victoria 942. B.
Claſſicum quid ſit 649. D.
Clarimontis monaſterii inquiſitio 1693. B.
Clementia regi & principi maxime neceſſaria 696. B.
Clementis aotoris necis Thaczinski interitus 284. A.
Clementis Kiiouienſis epiſcopi mors 493. B.
Cleopatra Antonii ſerpentibus ſe interficit 943. B.
Codri amor ergapatriam 680. B.
Cœnam Domini uſurpare ſub utraque ſpecie Bohemis permittitur 124. B.
Cognatio quotuplex 640. A.
Colchica expeditio unde celebris 854. D.
Colonia oppidum Caſimirus dat Mariæ Heliæ coniugi admonendum 42. C. eius memorabilia 1894. B.
in *Colo* couuentus agitur 196. D. alter conventus de rebus Pruſſiæ 120. C.
Colomannus Rex Hungar. Boleslao auxilium contra Henricum petit 699. C.
Colomannus Halicienſem principatum adipiſcitur 1087. B.
Columnarum origo 1105.
Comas maxime longas Poloni aluot 898. A.
illum morem abrogant 898. A.
Cometarum magnorum exempla 479. D. 433. C. 189. C.
Comeſſatio nimia virtutibus inimica 771. C.
Comorowski Nicolaus ab Hungaris vincitur 234. D.
Comoſſicus Gotthorum rex init cum Teutonicis fœdus 89n. C.
Comoſius rex Gotthorum 912. B.
Compaternitas quæ 640. A.
Conciliorum auctoritas an ſit ſupra Papam 234. C.
Concordia quid ſit 699. D.
Concupiſcentia eſt duplex 741. B.
Conradus Pruſſiæ Magiſter juſſu Caſimiri Michaelis ducis captiuatiooi inuigilat 35. A.
Conradus Olcſchnicenſis Caſimiro aſſiſtentiam cootra Boleslaum Oppolienſem repromittit 93. A.
Conradus Filius Boleslai ducis Maſſouiæ 158. C.
Conradus Glogouienſis Marchiæ Princeps 778. A.
Conradus Bohemorum Dux laudatur 792. C.
Conrado Olyſchnizenſi duci ius in terram Plocenſem negatur 303. C. ſeq. ducatibus Plocenſi & Belzenſi renuociat 354. D.
Conrado Duci Maſouiæ io terram Plocenſem jus negatur 303. C. ſeq. de ducatu Plocenſi per nuncios Caſimirum ſollicitat 312. D. a Caſimiro terram repetit 361. B. eius matrimonium 563. D.
Conradus Epiſcopus Wratislauienſis Wratislauiæ moritur 30. A. eius ſepultura *ibid.*
Conſanguinitas quæ 640. A.
Corillus rex Gothorum 912. B.
Coralles 896. B.
Coronationis Caſimiri Regis Poloniæ ſplendor 27. C. Coronatio regis Romanorum de Mediolano in Romam transfertur 98. B. Frederici Regis Romanorum deſcriptio 98. C.
Conſiliariorum requiſita 759. C.
Conſtantinopolis a Turcorum imperatore obſidione cingitur 102. B. illam defendere contra Turcas parat Caſimirus 116. D. eam primus Pauſonius condidit 118. A. eam Conſtantinus M. ampliavit *ibid.* Conſtantinopolitanorum mores 120. C.
Conſtantinus M. cur ſedem Romam Cooſtantinopolin transtulerit 947. A.
Conſtantii bella cum Sarmatis 949. D. Placidiam quomodo accipiat & imperium Romanum 970. C. ſeq.
Conſtantinus Monomachus vincit Roxolanos Slauos 1030. A.
Contributio vocata oumus Sancti Petri 927. B.
Conuentus Pyotrokouienſis de Caſimiro rege eligendo 4. B. 5. D. de alio rege 14. D. cuius capita & deliberationes 15. A. ſeq. in Beſth. de Ladislao in regem Hungar. eligendo *ibid.* conuentus Parczouienſis 20. D. conventio prima Piotrcouiæ a Caſimiro inſtituta 30. A. in ciuitate Wyelium de pace Polonorum cum Wratislauienſ. & Namiſlovienſibus 32. C. alter generalis Caſimiri in Lublin. 36. C. tertia generalis Caſimiri conuentio Pyotrkouienſis 54. A. quarta Pyotrkouienſis 65. D. de caſtro Luczko recuperando 86. B. Siradienſis 93. A. Parczouienſis cum Poloniæ & Lithuaniæ nobilibus 110. B. Wratislauienſis 120. D. Lancicienſis 145. B. Grudzanzenſis 149. D. Piotrkouienſis de bello contra Cruciferos continuando & fertonum contributione. 169. D. alius de ſolutione ſtipendiariorum cruciferorum 191. B. Korczinenſis tributo prn Cruciferorum ſtipendio 194. B. Coov. in Colo 196. D. alter in Colo de rebus Pruſſiæ 120. C. Korczinenſis de fertonibus Poloniæ

Digitized by Google

niæ imponendis 218. D. apud Budam de rege Hungariæ poſt Ladislaum eligendo 220. B. Lyegniczenſis & Wratislauienſis de electioneGeorgii in regem Bohemiæ improbanda 223. B. Piotrkov. generalis de bello Pruthenico continuando 235. C. Korczinenſis de bello in Pruſſia retractando 331. C. Norembergæ contra Turci ſæuitiam 396. A.

Conuiuium vulgare quid 750. B. exempla illius *ibid.* ciuile quid *ibid.* C. Philoſophicum *ibid.* D. conuiuiorum nomine num opera chronicorum poſſint appellari 751.B.

Correctionis fraternæ indoles 694.D.

Cortolo ob faſtum in altiſſimam ciuitatis crucem configitur 674. A.

Cracouia nominis etymon 608. B. ubi fundata fuerit 609. C. Cracouia laudatur 189. D. ardet igne 531. A. origo 1003. C. eius mœnium figura *ibid.* D. eius magna pars conflagrat 290. B. iterum multæ ædes ſacræ igne perduntur 171. C.

Craſſus Thraciam in officium reducit 908. D.

Cracus Polonis præeſt 1003. B. an Romanus fuerit vel indigena *ibid.* autor vrbis Cracouiæ *ibid.* C.

Cridlar Nicolaus 268. B. eius mors 284.

Credulitas reprehenditur 730. B.

Criſolanes proditor Darii & hoſtis 727. B.

Criſtinus Daciæ Rex Anglicorum nauigia rapit 452. D.

Croata quando in Liburnia ſedes fixerint 1059. C.

Crœſus à Cyro vincitur 692. B.

Crocinius Rex Arabum & pater ſeptingent. filiorum 626. A.

Crocodili vocis etymon 607. B.

Crocodilina lacrymæ 607. A.

Cromerus Martinus Carncouio apologiam coadiutoriæ ſuæ mittit 1705. B. Piaſtum regem fore ſuſpicatur 1706. A.

Cromno Ioannes autor ſoluendæ obſidionis Gnyew capite damnatur 214. C.

Cruſicia opp. 1023. C.

Cruciferi cum illis Caſimirus pacem inire adducitur 176. B. ubique excluduntur 144. B. eorum Patronum Laodislaus ſe profitetur 147. C. inferunt Polonis cladem 156. Thorunenſem ciuitatem recuperare ſtudent 168. A. Cruciferorum ordinis Teutoniei origo 1076. B. tentant cum Caſimiro pacem 351. B. ſeq. 373. C. 382. ſeq. pacem ineunt ipſam Caſimiro 380.

Crux paſſionis in templo Sandomirienſi fulmine diſſipatur 41. D.

Cuina Dux Gothorum 940. D.

Culmenſis ciuitas per traditionem Bernardo Sumborski traditur 216. C.

Cumbatus Dux Iazygum perit 1102. B.

Curopalates Michael in monaſterium ſe abdit 1031. B.

Curnanea mons 881. B.

Cuſſel Wenceslaus Camerarius 255. A.

Cyrus primus Rex Perſarum 867. A.

Cyra vrbs unde ſic dicta *ibid.*

Cyrus fluuius vnde ſic dictus *ibid.*

Cyrus vincit Crœſum 692. B.

Cyrillus Morauorum Apoſtolus 1035. A. num Slauoniæ contra Iulianum ſcripſerit 1012. C.

Czaklo a Ioanne de Huniad cum exercitu contra Bohemos mittitur 51. C. conterit eum Ioannes Giskra 51. D.

Czapla Ioannes in patibulum actus 1095. D.

Czapczaklei flum. deſcribitur 1895. A.

Czarnocki Nicolaus nuncius ad Caſimirum 4. A.

Czarnkowski Ioannes ſeditionem Gedanenſem comprimit 198. C.

Czarnoſchin caſtr. perditum hoſtibus eripitur 340. B.

Czarnkouiorum domicilium 1892. B.

Czaſtachoua monaſterium ſpoliatur 376. A.

Cziruonca Viricus 103. B. 191. C. pro fide a Caſimiro ampliſſima munera accipit 209. A. liberat Marienb. a proditione hoſtium 215. A. ſeditionem Gedanenſis ciuitatis componit 197. D. accipit pro reſignatione Marienborg a Polonis multam pecuniam 198. B. captiuitate ſolutus Golub recuperat 302. A.

de *Czizow Ioannes* cauſam Sbignei de primo in in Senatu loco occupando ſuſcipit 66. A. Caſtellanus Cracouienſis electionem Friderici Marchionis Brandenburgenſis improbat 16. C. accipit ſibi caſtrum Oſſzwiaczimenſe 106. B. deditionem Pruthenorum Caſimiro oblatam maxime ſuadet acceptare 131. C.

Czozow cruciferis ſe tradit 159. D.

Czupuri Nicolai mors 504. A.

D

DAbienski Iacobus 376. A.

Dabrouica quod domicilium 1895. C.

Dabrowski Georgius captiuatur 369. C.

Dabrouno quis locus 1896. B.

Daces an numerandi Sarmaticæ an Germanicæ genti 964. D.

veteres qui 959. C.

Dacia antiquæ deſcriptio 912. C.

Dacorum regnum denuo reſtauratum 916. D.

Dæmones ſuos idololatras ab inimicis protegunt 713. D. cur 715. A. B. magna eorum aſtutia *ibid.* D.

Dagobertus Slauianos vincit 1016. B.

Dalmata Illyriorum nomine comprehenduntur 906. C.

Dambrowkam Mieſzko in matrimonium ducit 640. D. maxime eſt Catholica 641. C.

de *Damoborz* Wladislaus hoſtem ſe Caſimiri profitetur 349. A. in gratiam eius Caſimiri redit 550. A. ob ſeditiones capitis pœna afficitur 404. B. cuius iniuſtam necem vxor queritur 435. A.

Dani num a Dacis originem ducant 920.D.
an ſint Cimbri veteres 887.B.
Daniel Ruſſorum Dux 1097.B. Sædomiriam incendit 1099.C. regium titulum impetrat 1100.B.
Danubius fluuius 895.D.
Darium Perſar. regem arrogantia ſubuertit 650.A. per Zopyrum Babyloniam recuperat 722.C. eius proditores & hoſtes ab Alexandro ſuppliciis afficiuntur 727.B. ad Zeugma Ieron pontem erigit 922.A. bello laceſſitur a Sarmatis 869.A. cum Getis pacem pangit ibid. C. ipſe Macedonibus bellum infert ibid. in periculum Scytharum venit 870.C. eius bellum Scythicum ibid. matrimonium 870.D. fugatur 871.C.
Datomius Rex Sidoniæ conſtituitur 636.D.
Dauid Imperatoris Turcar. filius imperium Turcarum non obtinere poteſt 71.D. confert ſe in Hungariam 72.B.
Decimæ ſunt dandæ 707.D.
Decius Iuſtus ſcriptor rerum Polonicarum 915.B.
Decius Imperator cum filio perit 940.D.
Dembrodes qui ſit 962.A.
Dembrotiorum origo 1101.A.
Demetrius Phalereus bibliothecæ Alexandrin. præeſt 883.D.
Derslaus de Ritbwyani Capitaneus Sandomirienſ. 100.D. vid. litt. R.
Derphebes virginitate diuinitatem obtinet 610.D.
Deus nihil fruſtra agit 837.B.
Dialogi vocis etymon & ſignificatio 597.A.
Dianæ Epheſinæ templum comburitur 941.D.
Dianæ cultus apud Polonos 1041.A.
Diceneus doctus Rex Gothorum 912.A.
Diceneus doctor Philoſophiæ 887.A.
Dimalis Illyrii ciuitas 882.C.
Diodorus Siculus quid ſcripſerit 892.A.
Diogenes cur ludos theatrales odio habuerit 599.A.
Dionyſius Cardin. Strigonienſis coronat Ladislaum in regem Bohemiæ 124.B.
Diophantes Eupatorium vrbem condit 890.A.
Diploma Alexandri Illyriis datum 879.B.
Diſciplina cur ſuſcipienda 762.C.
Dlugoſch Ioann. ſenior & iunior, proſcribuntur 265.A. ſenior monaſterium in rupella fundat 484.A.
Dobroleyca vxor Caſimiri fil. Mieſzkonis II. 654.A.
Domitiani pons ligneus in Danubio 921.D. pſeudo-triumphi 916.B.
Doumantis interitus 1108.C.
Dracula Beſſarabiæ Palatini mors 551.C.
Drius, a quo Druidæ 847.A.
Dromicheter Rex Getarum 964.B. Lyſimachum vincit 880.B. eius filiam Lyſimachus tandem in matrimonium ducit *ibid.*
L. Druſus pugnat aduerſus Scordiſcos 908.A.
Druzno lacus Elbingenſibus aufertur 451.A.
Ducatus & regnum num differant 808.D.
Ducebalus Rex Getarum 964.C.
Ducebalus Dux belli Getici clarus 914.D. Princeps Gotthorum 915.A. formidabilis eſt Domitiano 916.C.
Ducleota oppidum 1883.B.
Dumæ elegiæ Ruſſorum 1198.D.
Dunin Petri negligentia multa oppida cruciferis produntur 278.C. prælium cum Pruthenis init 299.A.
Dyak Emeric. pacem in variis regionibus promouet 282.B.
Dziaduski Ioannes 1489.B. Orichouium matrimonium inire prohibet 1509.B.
Dzialdow oppid. per fraudem Cruciferis traditur 164.D. captum per fraudem incenditur 169.C.
Dzieza Sarmatis & Quadis præficitur 954.C.
Dziurpanei regis Getarum facta 964.C. quomodo vocetur Rex Dacorum *ibid.*

E

E*cleſiaſticis* perſonis tributa imponuntur 180.C.
Eczigerus Imperator Sadachmethum Tartar. Imperat. vincit 96.D.
Eczigerus Imperator Tartar. Caſimiro contra cruciferos auxilia promittit 165.D. contra Turcum ſollicitatur 356.B. eius mors 396.D.
Eczinger Vlricus tormentis adductus Ladislai venenationem manifeſtat 222.D. reſtituitur Georgio regi Bohemiæ 235.A.
in *Elbiąng* Gaſimirus Palatinatum creat 133.D.
Elbingæ vrbis deſcriptio p.1898.A.
Eleberg deſcriptio p.1898.B.
Elbingus ciuitatis Thorunenſis deditionem Cruciferis parat 168.A. Ideo vltimo ſupplicio afficitur *ibid.* D.
Elbingenſia comitia 1658.A.
Elbing caſtrum per Pruthenos demolitur 143.D. Elbingi homagium a tribus epiſcopis Caſimiro præſtatur 148.C.
Eleazarus elephante opprimitur 681.A.
Electio & ſucceſſio quomodo differant 806.C.
Electionis modus Perſarum 1019.B. Polonorum *ibid.*
Elgotbi Ioannis Canonici Cracouienſis mors 95.B. eius laus *ibid.* oculis vidit ſepulcrum Chriſti aliaque *ibid.*
Elionora filia regis Porthugaliæ, ſponſa Frederici regis Romanorum 97.C.
Eliſabetha filiæ olim Alberti Romanorum regis Caſimirus nuptias ambit 100.D. eius matrimonium cum Caſimiro conuentu Wradislauienſe confirmatur 121.C. in Reginam coronatur 128.B. ipſa eius deſponſatio fit cum Caſimiro 128.A. ex ea naſcitur filius Wladislaus 184.C. parit filiam Hedwig 213.A. ſecundum filium Caſimirum 233.D. filiam Zophiam 331.D. parit tertium

tertium filium Ioannem Albertum 254. D. filiam Barbaram 570. B.
Eliſabeth filia Caſimiro regi nata mox moritur 348. B. Eliſabeth alia filia regi Caſimiro naſcitur 480. C.
Emanuel. Comn. Imperat. orientis mors 1072. A. eius nomeo *ibid.* B.
Emericus Diak Boſnienſis Rex conſtituitur 323 A.
Emerſthen opp. tradit ſe Caſimiro 373. D.
Epheſinæ Dianæ templum comburitur 941. D.
Epiſtrophus dux Amazonum 863. B.
Equi caſtrati 889. C.
Equus vnde pro inſignibus ducis Moſchorum 1034. C.
Ericus Stetinenſis dux a Caſimiro ad hoſtem deficit 260. A. ſpoliis per Polonos affligitur 273. A. veniam defectionis impetrat a Caſimiro 273. C.
Ericus Suecorum Rex profligatur a Polonis 1221. D.
Ermanarichus rex Gothorum potentiſſimus 954. D. eius mors 955. B. reprimit Gothos Germaniam vaſtantes 920. C.
Eſei præexiſtentiam aoimarum ſtatuunt 800. D.
Eudoxia vxoris Honorici pietas 992. A.
Eurſus princeps Henetorum 860. A.
Eugenii Papæ quarti mors 25. B. ſepultura *ibid.* eius varia fortuna notanda *ibid. C.*
Eugenius, contra eum Theodoſius I. exercitum ducit 953. D.
Eupatoria vrbs 890. A.
Eutrandis Bactrianorum regis mors 673. A.
Eutropius adulteratus 89. D.
Euxin. Pont. dicitur mare Sarmaticum 844. A.
Exemplorum inſignium virorum vtilitas 597. D.
Eympach Bartholdus nuncius Ludouici Bauariæ Ducis ad Caſimirum 255. C.
Eyzenowem Vlrieus tradit Polonis Gnyew opp. & caſtrum 328. B.
Ezechiel quando vixit 865. D. 866. A.

F

F*Abrilem* artem tractat Caſimirus Maſouiæ Dux 21. C.
Fabulæ Æſopicæ quæ 785. A. Lybiſticæ quæ *ibid.*
Fames grauiſſima in obſidione Romæ a Totila ſuſcepta 972. D.
Fantinus a Georgio rege Bohemiæ capitur 295. D.
Fauſtus Nigromanta magicus 898. D.
Felicianus quidam parricidii pœnas dat 1130. A.
Feminarum vſus in bello 879. C.
Fertilitas agri ad Tiram 889. A.
Ferdinando Imperatori Vngaria traditur 1537. A.
de *Fertonum* ex ſingulis laneis contributione diſceptatur 170. A.
Fertonum ſolutio toti regno Poloniæ imponitur 219. A.
Fileck arx 1898. C.
Filios ſeptem vno partu mulier quædam Romæ in lucem edit 103. D.
Filiorum officia erga parentes 776. D.
Filſchdorph Sigiſmundus Nuncius 101. A.
Firleius Nicolaus 1887. A.
Flaccus dux copiarum Troezen vrbem recuperat 906. B.
Fluuiorum quorundam libertas conceſſa lege quadam Caſimiri 30. C.
Fœdus quid ſit 604. D.
Fœlici Papæ per concil. Baſilienſe electo Caſimirus obedire recuſat 28. D. iuri ſuo papatus litteris Nicolao Papæ adductus cedit 49. A.
Fonteius Agrippa a Tarmatis interficitur 913. B.
Fortiniani 1034. B.
Fortitudo quid 678. eſt virtus laudabilis 703. A.
Fortuna humana nulli ad plenum poteſt conuenire 671. D.
Fortuna proſpera luxuriant animi 917. A.
Forum Iulii Turca deuaſtat 563. A.
Franciſcus decretorum Doctor Pii papæ nuncius de obedientia Georg. B. R. præſtanda 251. D.
Franciſcum comitem ducem Mediolan. Fredericus Romanorum rex honorare abnegat 97. C.
Franciſcus Albanenſis epiſcopus coronationi Frederici regis Romanorum ineſt 98. C.
Franckſcheen caſtri Bohemi potiuntur 406. C.
Franciſcus Eccleſiæ Varmienſis Præſul 248. D.
Franco epiſcopus Cracou. 668. A.
Francorum origo a Scythis 871. C.
Fredericus Romanorum Rex, eius legatio ad Bohemos de Ladislao 97. B. Mediolanum in itinere ſuo attingere recuſat 97. C. eius ſponſa *ibid.* Coronæ gratia Romam venit 97. D. a Nicolao Papa humaniter tractatur 98. A. Romæ coronatur *ibid.* eum Nicolaus Papa cum ſponſa deſponſat *ibid.* ab Alphonſo rege Aragonum honorifice tractatur 99. C. Malo ſucceſſu commendat Caſimirum ad Regem Hungariæ 220. D. Auſtriæ ducatum per mortem Ladislai incipit 235. A. a quibuſdam in Regem Hungariæ eligitur 243. D. Matthiam electum Regem Hungariæ vincit 244. B. a ciuibus Vienenſibus obſeſſus liberatur 307. C. ab eo Ladislaus Rex Hungariæ eligendus petitur 4. C. eum illis repetita petitione ob teneram ætatem abnegat 24. C. 97. B. ei Comitatus Ciliæ traditur

ditur 200. C. eius bellum cum familiari Bamkircher 439. A.

Fredericus Marchio Brandeburgenſis in conventu Pyolrcouienſi a Vincentio & aliis poſt Caſimirum rex Poloniæ eligitur 15. C. eius electio impugnatur 16. C. nouum Marchiam per deditionem accipit 144. B. eius Marchiæ firmatam poſſeſſionem a Caſimiro petit 145. C. in rebus Pruſſiæ a Caſimiro animum aue:tit 173. D. tentat pacem inter Caſimirum & Cruciferos componere 176. B. reprehenditur a nunciis Caſimiri de pacis cum Cruciferis ineundæ ſuaſionibus 177. A. eius nuptiæ 576. B.

Fricz Gnyew Capitaneus auro Kromho corrumpit 214. C.

Friczon Rawnekke prœlio perit 300. C.

Fricius hereticus e caſtro Volborio expelli iubetur 1639. A.

Fricius Andreas quo tempore floruerit 1220. B.

Fridland oppid. incenditur 329. A.

Fridland opp. per vnum hominem tenetur 174. B. Caſimiro traditur 272. C. Cruciferis ſeſe tradit 279. C.

Friedericus Barbaroſſa vnde [illegible] vocetur 1070. A. eius expeditio in Italiam 1071. A. coronat Regem Bohemiæ *ibid.* expeditio Hieroſolymam 1075. A.

Friedericus Admorſus 1110. A.

Friedericus filius regis Caſimiri 423. D.

Friedericus Roman Imperat. affinitatem contrahit cum Carolo Duce Burguudiæ 499. D. quæ affinitas diſſoluitur 500. C. eius fœdus cum Rege Hungariæ Matthia 562. B.

Friedericus Prunſcius Palatin. Kiouienſis 1196. D. ſeq.

Frigeliorum domicilium natale 1895. C.

Frigoris nimia auſteritas 126. D.

Friſtaczki Nicolaus legatus de Ladislao 4. C.

Fritigerus fratrem Atanarichum ſuperat 967. C.

Fryſtbaczki Nicolaus Palatinus Tranſſylvaniæ 220. C.

Fulco epiſcopus Cracouienſis pacem firmat inter Reges Vngariæ & Poloniæ. 797. B. eius oratio de electione regis poſt mortem Caſimiri 805. C. mors 1085. D.

Fulgentius de myſteriis fidei Chriſtianæ ſcribit 992. D.

Fulmen diſſipat in Sandomirienſi templo crucem paſſionis & alios 41. D. in Eccleſiam Gneſnenſem irrumpens 172. A. fulminum vſus 837. B.

Fulminea legio 936. B.

Fulſtinum quid 1898. B.

Fuluius Conſ. miſſus contra Teucam 881. C.

Funthczol dictum tributum Pruthenis remittitur 133. C.

Furius de Gallis & Boiis triumphat 884. A.

Furſtembergii Guilielm. bellum cum Auguſto rege Polon. 1219. A.

Fuſcus deuictus 916. B.

G.

Gabreta ſilua 931. D.

Gabriel a Bayſſen 125. C. accipit Palatinatum Chelmenſem 133. D.

Galactophagi 894. A.

Gallia comata 604. C. braccata *ibid.* togata *ibid.*

Gallienus voluptatibus deditus 941. C.

Galli ætas 894. D.

Gallorum veterum lingua 962. D.

Gallus fluuius Phrygiæ 604. C.

Gallus vincit Sarmatas & Quados 954. C.

Gallus Hoſtilianus Romanos Gothis facit ſtipendiarios 945. C.

Gambriuius apud Tuiſconos regnat 847. C.

Gandarichi Principis Vandalorum expeditio contra Francones 990. B. mors eius 989. D.

Garibaldus regno exuitur 1016. A.

Gaſtbawdus ſtudet rebus Lithuaniæ contra Caſimirum 191. A. accuſatur ideo 201. B.

Gaſtbawdi Martinus Capitaneus Kiouienſ. conſtituitur 462. B.

Gdansk caſtrum per Pruthenos demolitur 143. D. in Gdansk Palatinatum Caſimirus creat 133. D.

Geberichus rex 949. A.

Gedani vrbis origo 998. D. ſeditio eius 197. B. eius incrementum 999. A. deſcriptio 1898. D. Caſimiro liberaliter donat multa 149. B.

Gedeonis Archiepiſc. diligentiam Miecislao ſene conuertendo 1073. A.

Geleatius Dux Mediolanenſium 552. C.

Gelez fur & prædo Sleſiæ inſignis fortalicium Velczin coemit 68. D.

Geleniowsky ciuitatis Thorunenſis deditionem cruciferis parat 168. A. ſupplicio conſilio hoc digno afficitur *ibid.*

Gelones qui 867. D.

Genſericus II. princeps Vand. eius nominis etymon. 990. B. omni Africa potitur 991. A. expeditio eius in Italiam 991. B. virtutes *ibid.* C.

Gentius cum eo Romanorum bellum 881. C. a Romanis in triumph. ducitur. 882. C.

Georgius Loodicenſis Epiſcopus Miſſam, quum Sbigneus inſignia cardinalatus accipit, cantat 51. B. proſcribitur 266. B. eius mors *ibid.*

Georgii epiſcopi Myednicenſis mors 329. D.

Georgius Rex Bohem. Wratislauiam obſidere cogitat 375. D. cum regno mouere laboratur 394. B. turpiter tractatur Synodo Norimbergæ 396. B. per Papam regno abiudicatur 399. A. confer in Poſdziebracſki.

Georgii Archiepiſcopi Leopolienſis mors 553. D. laus 554. A.

Geor-

Georgii epiſcopi Vandienſis crudelis obitus 1535. C.

Geographorum in ſcribendo methodus 895. B.

Geographica principia a patribus accepta 922. C.

Georgius Laodicenſis epiſcopus proſcribitur 266.B. mors *ibid.*

Gepides pagus Sarmaticus 1882. D.

Gepidæ ſunt populi Gotthici 886.B. eorum lebes Auguſto oblatus *ibid.* eorum ſedes Cæſaris tempore 890. eorum nominis ſignificatio & etymon 959. C.

Gerluka emit captiuos a Turcis in oppug. Conſtantinopol. 118.D. decollatur 119.A.

Germani Tranſyluani num ſint Gotthorum reliquiæ 965.B. non habitarunt ad Pontum 965.D. *ſeq.*

Germanorum nominis etymon 890.C. origo 1009. A. num in Polonia habitauerint ante Conſtant. M. 931. B. illis habitus honos fidelitatis 954. B

Gerſtman Martinus obitum Maximiliani ſignificat 1710.B.

Getæ veteres quonam ſermone vſi ſint 899. D. eorum lingua & Sarmatarum vna eſt 902. D. Getæ & Sarmatæ coniuncti fuerunt 911. A. Getæ cur inter Thraces numerantur 886. B. vnde ducti 956. D. quando vox Getarum in Gotthorum mutata ſit 957. C. Getæ qui ſic Græcis vocantur 867. C. vtrum ex Scandia egreſſi 894. B.

Getko epiſcopus Cracouienſis Mieszkon III. malo ſucceſſu corrigit 760. D.

Gibellini qui 1052. A.

Gilimeni VI. princip. Vandalorum crudelitas 993. B. a Beliſario in triumphum ducitur 914. A.

Gizerichus ciuitates moenibus nudat 981. D.

Giskra Ioannes conterit Czaklonem miſſum contra Bohemos 51. D. caſtrum Moldaua erigit *ibidem*. eius expeditio cum Iohanne de Huniad 52. A. Ioann. de Huniad fugat & vincit 82. B. Caſimirum ad proſequendum ius ſuum in regno Hungariæ incitat 225. C. a Caſimiro ei bellum Prutbenicum extinguendum committitur 216. C.

Gizimyaczki Ioannes Caſimiro charus in fluvio Lippa ſubmergitur 42. D. eius ſepultura *ibid.*

de Gizincze Paulus in rectorem Maſouiæ eligitur 182. A.

Gladiferorum Liuonienſium ordo 1086. C. vniti cum Cruciferis 1095. B.

Glincius dux Moſchorum 1201. A.

Glogow ciuit. ab Henrico VI. obſidetur 716. D.

Gneſa regia ſedes Lechi 996. B. eius nominis etymon 997. B.

Gneſna Regia Poloniæ ſedes 1109. C.

Gneſnenſis eccleſia fulmine grauiter tangitur 172.

Gnienomiri perfidia in Boleslaum 699 A. ingratitudo erga eundem 701. A. decollatur 702. C.

Gnyew oppidum Cruciferis tradit 159. D. a Caſimiro obſidetur 214. A.

Gnyew caſtrum & oppidum traditur Polonis 328. B.

Gologuri oppidum 1899. C.

Golub caſtri poſſeſſionem Caſimirus Czirvonkæ dat 209. A. Golub oppidum hoſti traditur 259. C. recuperatur 302. A.

Gomerus Italus docet caſtra & vrbem ex curribus componere 846. B.

Goniadz terra per Lithuanos occupata a nunciis Ducum Maſouiæ repetitur 112. A.

a Gorka comitum familia 1109. A. B.

de Gorka Vriel Epiſcop. Roſnanienſis eligitur 579. A.

Gordius quomodo in regem eligatur 636. A.

Gorski Albertus inſidias hoſtium effugit 299. B.

Gorkani Andreæ oratio ad Sigiſmundum Aug. 1491. C. eius maiores virtutes & obitus 1534. C.

Goſtinin caſtrum 289. A. eius poſſeſſionem Caſimirus recipit 306. D.

Goſtomia qualis domus 1899. B.

Gothi ſunt Sarmatica gens 856. B.

Gothi totam Macedoniam vaſtant 879. A. item fines Saxoniæ *ibid.* a Romanis in regno Sarmatarum vincuntur 948. C. eorum rebellio contra Sarmatas 949. A. ſedibus antiquis ab Hunnis pelluntur 951. A. ſedes ſuas in Thracia obtinent a Valente 951. B. antea Getæ dicti ſunt 951. C. fœdus ineunt cum Theodoſio Imperatore 953. B. magna fide Romanis ſunt 954. B. de eorum progenie multæ gentes certant 956. C. vna gens cum Getis *ibid.* D. eorum metropolis 957. B. Gothorum nominis etymon 957. D. de eorum origine duæ ſententiæ 958. D. in quas gentes proprie diuidantur 959. B. eorum ſtationes 960. A. fines & limites 960. C. mores & veſtitus 962. C. lingua *ibid.* D. eorum reges 964. A. eorum commigratio ex Italia 974. B. imperii eorum in Italia diuturnitas *ibid.* D.

Gothardus Capitaneus 355.

Gauoricius captus abducitur 811. B. eius ſuper acceptando principatu Cracouienſi perſuaſiua conſultatio 820. A.

Gozlicienſe proeliom 1107.B.

Grabowski Paulus in epiſcopom Chelmenſem conſecratur 338. C. mors 576. D.

Grabouccius Sebaſtianus 1718.D.

Grac caſtrum 609.C.

Gracianus Antonius Secretarius Cardinalis Commendoni 1751.B.

Gracus ſenior arte ſua rex Poloniæ eligitur 606. A. eius ſepultura 609 D.

iunior ſeniori malo ſucceſſu ſuccedit 607. A.

Grata memoriæ exemplum 611. B.

Gratitudo eſt optima virtus 701.B.

cadit in beſtias *ibid.*

Gregorius M. quando vixerit 1015. D. eius controuerſia de titulo principatus 1016.A.

Gregorii VII. iræ in regnum Poloniæ cauſa 1056.D.

Gregorius de Sanok per Sbigneum in Archiepiſcopum Leopolienſem conſecratur 65.C.

Grinualdicum bellum Polonorum 1161.C.

Grodlenſia comitia de coniunct. Lituan. & Polonorum 1165.D.

Groth de Slupeza ſcelus homicidii committit 239. C.

Gruſczinski Ioann. Archiepiſcopus eligitur 338. A. eius miſerabilis mors 501. C. in epiſcopum Wladislauienſem conſecratur 65. C. conſecrat Ioannem Sprowski in Archiepiſcopum Gneſnenſem 116. C.

in Grudzanz oppidum conuentus generalis habetur 149.D.

Gundabundus princeps Vandalorum 992.C.

Gunya Nicolaus fortalicii Slawkouienſis, Tenutarius 2179.B.

Guthſlbath oppidum capitur 482.A.

Guelphi qui 1052.A.

Gyngaon litterarum ſtudium inſtituit. 847.A.

H

H*Abdanckorum* familiæ origo 1064.C.

Halicii qui 1901.C.

Hamburg obſidetur ab Matthia rege Hungariæ 560.C.

Harminium Tiberius interfici curat 905.D.

Haſtatus quid apud veteres Germanos ſignificet 1181.A.

Hedwig filia Caſimiro nata 213. A. deſponſatur Georgio Bauariæ duci 524.B.

Hedwig filia de *Schamotuli* eſt vxor Caſimiri Ducis Maſouiæ 21.C.

de Hedrewara Ioannis Epiſcopus Agrienſis capitur 82. C.

Helena filia Venceslai ducis Rathiborienſis 219.B.

Helias Valach. Palat. ad Mahometum deficit 1533. A. Bratislauiam expugnat *ibid.* C. eius mors 1534.B.

Helmoldi ætas 894.D.

Heneti ex Aſia veniunt 975.D.

ſunt ſocii belli Troiani 860. A. eorum cognatio cum Sarmatis 861. A. iidem ſunt cum Venetis *ibidem* B. eorum ſedes 803. B. eorum commigratio in Sarmatorum regionem 833.A.

Henricus de Lyppa Marchallus Bohemiæ ab Auſtralibus vincitur 235.B.

Henricus V. imperator Hungariam ingreditur 699. C. ex Boleslao triumphat 618. A. ceſſio iuris imperatorii 1068. C.

Henricus Rex Poloniæ pro ſua electione Carncouio gratias agit 1713. D. eius iter in Poloniam 1715. A. coronatio *ibidem*

Henricus Barbatus filias ſuſcipit ex vxore 1089. A. eius mors 1095.B.

Henricus Stolpenſis Dux Caſimiro contra cruciferos ſubſidium promittit 368. B. auxilium a Caſimiro contra Fried. Marchion. quærit 433.A.

Henricus Dux Glogouienſis moritur 414. D. eius ſepultura & liberi 415. A.

Heraclius Vandalis incommodum adfert 1002.A.

Herbortonum domicilium natale 1898.B.

Herbortus Valentinus Premislienſis epiſcopus 1640. D.

Hercules in flammas ſe coniicit 862. A.

vno anhelitu centum viginti quinque paſſus currit 619. A.

Hermion Tuiſconum 847.A.

Herodes parat Ioanni conuiuium vulgare 756.B.

Heſiodus quando floruit 864.B.

Heſter Iudæos cum Mardocheo in regno Aſſueri ſublimat 611.A.

Heymingus Kolberg recuperaturus eſt 328.D.

Hiczinski Ioannes nuncius ad Caſimirum 495.A.

Hildibii principis bellum 1002.C.

Hiſtri Romanos fugant 882.D.

Hiſtoria cur dicatur viſio 805. B. quid ſit *ibidem*

Hlaolica literæ 1044.C.

Hoadziſcze caſtrum regi Hungariæ traditur 430.B.

Holand opp. à Cruciferis captum recuperatur 327.B.

Holba

Holba imperatrix Ruſſorum quomodo vlta ſit necem mariti 1139. B. Religionem Chriſtianam amplectitur ibid. D.

Holſchtin oppid. incenditur 328. C.

Homeri admirator eſt Strabo 892. A. eius teſtimonium de Getis ex ſententia Iouis 903. C.

Honoratius primus Sarmatas rebelles domat 954. D.

Honorici II. Principis Vandal. Tyrannis 991. D. eius interitus 992. A.

Hoſius Stanislaus 1220. A.

Humilitas regi eſt neceſſaria 622.

de *Humili* ſtirpe multi ad rempublicam peruenerunt 615. C.

Hungari à FridericoRomanor. rege Ladislaum ſuum regem armis repetunt 24. C. in expeditione Duce Ioanne de Huniad à Turcis fugantur 47. B. eorum conuerſio 1044. A.

Hungaria regnum peſtilentia premitur 181. C.

Hunni Gothos ſedibus antiquis pellunt 951. A. eorum aduentus in Pannoniam 1017. B.

de *Huniad* Ioannes bello Turcorum ab illis vincitur 5. D. infeſtis copiis Auſtriam ingreditur ob Ladislaum 24. D. Vladum Palatinum Beſſarabiæ per fraudem filio necat 33. C. Stanculonem exoculat 33. D. eius expeditio contra Turcas 46. C. terras Raſciæ & Albaniæ magna clade afficit 46. D. à Turcis fugatur 47. D. capitur ab illis 48. A. occidit eos à quibus captus erat ibid. B. a Deſpoto Raſciæ in vincula coniicitur & tandem ab eo dimittitur 48. B. mittit cum exercitu Czaklonem contra Bohemos & ciuitates ſibi rebelles 51. C. eius bellum cum Ioanne Giskra 52. A. quod renouatur 81. C. caſtrum Lucenſe obſidione cingit 81. C. a Giskra fugatur & vincitur 82. B. ei an Vlrico Ciliæ Comite inſidiæ parantur 124. D. expeditionem contra Turcas Hungariam inuadentes ſuſcipit 187. B. eius mors 190. A. filius eius Ladislao reſiſtit in reſignandis caſtris 190. B. eius vxor Ladislao regi bellum infert 202. B.

Hunowska virgo 563. D.

Huſſenkaſchen Mahumeth Turc. clade afficit 481. B. ſecundum Turcæ ab illo profligantur circa Harſurſan 498. C.

Hyemis nimia auſteritas 126. C.

Hyeronimus Cretenſis Archiepiſcopus Pii Papæ nuncius ad Wradislaum 251. D.

Hypanus fluuius 896. A.

I

IAbel Zezaram occidit 61. A.

Iackſchicz victoria de Turcis 586. D.

Iactan, ab eo deſcendit Aſarmoth 837. D.

Iacnowicz Ioannes Epiſcopus Vilnenſis conſtituitur 410. B.

Iagello Dux Lituaniæ 1156. C.

Iagello Rex Poloniæ eligitur 825. A.

Iagellonis familia Carncouio commendatur 1731. B.

Ianuſius Zatorienſis Dux moritur 1204. B.

Ianuſſius Oſſzwiaczimenſis Dux promittit Caſimiro regi Poloniæ fidem 41. A. caſtrum Oſſwiaczimenſe occupans ad pacem petendam cogitur 106. B. in caſtrum Volek præſidium ponit 123. C. ducatu Oſſzwiaczimenſi per pacis conditiones cedere cogitur 124. A.

Ianuſſius contendit ſucceſſionem Ducatus Opolienſis 263. C.

Iaphen habitatio 836. A. num Semo fuerit natu maior 840. B.

Iaropeleus Dux Halicienſis 1065. B.

Iaroslai Archiepiſcopi facta 1149. C.

Iaroszlaus Boleslai Wratisl. filius 811. B.

Iſabellæ traditæ Ferdinando aduentus in Poloniam 1550. D. varia eius fortuna 1551. A.

Iſabek Carniolam ingreditur 476. C.

Iaſſyenski Paulus 350. A. capitur 353. D. liber dimittitur 381. B.

Ieſſyenski Ioannes caſtrum Oſſzyeck capit 363. D.

Iayeze arx capta a Turcis recuperatur 323. A.

Iawin filius Iaphets 596. A.

Iaxa cœnobia erigit 1069. D.

Iaziges qui 1054. A. eorum vis militaris & potentia 914. A.

Iaz Iouetiorum familia 1902. A.

Iazyges qui 1883. B.

Iazyges Metaniſtæ vnde dicti 930. A.

Iazyges Sarmatæ 850. B.

Ichteophagi 894. A.

Iconomachia 1032. D.

Iero ab apibus alitur 692. B. eius præſagia futuri regni ibid.

Ieſus nomen vocatum terrorem excitat 188. C.

Ignorantia voluntaria & non voluntaria quæ 760. B.

Ildericus Princeps Vandalorum trucidatur 993. B.

Ilichnon filius Heliæ Voieuodæ e Bohdan fugatur 59. B.

Ilkuſch oppidum a priuatis inuaditur 179. A.

Ilus Rex Traianorum 854. B.

Illyriorum cognatio cum Sarmatis 856. C. illi lingua Henetorum vtuntur 872. D. vincunt Amyntam regem Macedonum 873. A. vincuntur a Philippo 873. B. eis datum ab Alexandro diploma 879. B. cur ſint obnoxii Polonis 881. A. eorum bella ibid. C. veteres eadem lingua vtuntur, qua hodierni ibid. D. cum illis gerit Auguſtus bellum 883. A. eorum nomine Dalmatæ comprehenduntur 906. C.

Ilza caſtrum occupatur 265. A.
Inachus Athen. Rex 852. C.
Inimicitia domeſticæ peiores, quam extraneæ 679. D.
Iniuriarum defenſio lege Caſimiri inſtituta qualis? 31. B.
Inuidia comes virtutis 793. D.
Ioanna vxor Posdzyebracki inſimulatur quaſi Ladislai mortem veneno procuraſſet 218. B. in reginam Bohemiæ coronatur 224. A.
Ioannes Epiſcop. Wladislau. in epiſcopum Cracou. poſtulatur 262. B.
Ioannis Epiſcop. Gneſnenſis mors 330. D.
Ioannis Epiſcopi Chelmenſis mors 88. B. eius ſepultura *ibid.* ſucceſſor *ibid.*
Ioannes Cardinalis Rotomagienſis cum Pio II. de Papatu contendebat 234. B.
Ioannis regis Bohem. bellum cum Polonis 1141. B.
Ioannes Albertus filius Caſimiri regis Poloniæ 254. D.
Ioannes Varadienſis Epiſcop. captiuus Dionyſio iudicandus traditur 202. A.
Iodocus Epiſcop. Wratisl. moritur 415. A.
Iordanus Epiſcopus Poloniæ conſtituitur 641. C.
Iornandes notatur 894. B.
Ioſephus ſcriptor fide dignus 838. C.
Ioſua pugna cum Gabaonitis 713. C.
Ipander regiam dignitatem affectat 655. B.
Irzsko regnum Bohemiæ ſuſcipit 430. A. eius aduerſa fata *ibid.* B. C.
Iſidorus Cardinalis mittitur ac Nicolao Papa ad Conſtinopolim ab obſidione liberandam 102. C.
Iſis ægyptiacas litteras inuenit 610. C.
Iſtula vocatur Nogalh 215. C. num Germaniam a Sarmatia diſlimitet 930. B.
Iubileus annus regni Poloniæ & Ducatus Lithuaniæ 80. B.
Iudaeorum vituli in deſerto conflati origo 846. D. quando Babylonem in ſeruitutem ſint abducti 869. A.
Iuditha vxoris Wladislai ſterilitas 688. A. eius fœcunditas precibus impetrata C. *ibid.*
Iuditha ciuitatem de manibus Holofernis liberat 611. A.
Iuliam ſororem Cæſaris Leszko II. in matrimonio habet 622. D. fundat duas vrbes 622. A. patitur repudium *ibid.*
Iulin vrbs nunc Lublin 623. A.
Iulius Cæſar cum Leſzkone III. affinitatem contrahit 623. D.
Iuno Mercurium propriis vberibus lactat 691. B.
Iuramentum corporale a Caſimiro præſtitum in confirmationem regni Polonici 115. D.
Iuſiurandum vi præſtitum num teneri debeat 708. A. eius duplex obligatio *ibid.* D.
Iuſtiniani templum Conſtantinopol. S. Zophiæ a Turcis fœdatum 118. A.
Iuſtinianus pontem Traiani ab Adriano deſtructum reſtaurat 921. C.
Iuſtitia coniungatur cum miſericordia 698. B.
Iuonis liberalitas 1090. D.
Iwanek alias Stanislaus a capitali pœna mirando modo Lublini liberatur 104. C.
Iwan Ioannis Ducis de Byelsko filia Anna, vxor Boleslai 104. B.
Iwan filius Iapheti 596. B.

K

K*Allna* Tartarorum Imperatoris nuncius ad Caſimirum 44. C.
Kanthner Dux Olyeſchnicenſis 181. D.
Kapino fortalicium dolo capitur 179. B.
Katowski Ioannes in terra Wyelunenſi multa ſpoliat 33. C.
Kawka priuatus regno Poloniæ damna infert 209. C.
Κεραυνοβόλος legio 936. B.
Kielbarka Vincentii Epiſcop. mors 575. A.
Kieſinti interitus 1086. C.
Kinsberg vrbs deſcribitur 1902. B.
Kinzberg caſtrum demolitur 143. D. eius deditio 173. C.
Kiouia vrbis obſeſſio 1047. D. eius antiquitas 1048. A. deſcriptio 1904. A.
Kmitha Petri origo 1607. creatur Marſchalcus magnus Sigismundi I. 1688. D. eius pietas 1609. B. templum Wiſniczenſe extruit *ibid.* C. eius auaritia 1610. D. ſerui & domeſtici 1612. iniuſtitia in magiſtratu 1613. turbæ in republica contra regem 1614. A. motus propter cancellariatus 1616. A. animi magnitudo contra regis matrimonium 1625. inimicitiæ cum Tarnouio 1628. A. mors 1629. D. vxores 1630. A.
Knipholth grauiter obſidetur 173. B. fame hoſti ſe tradere cogitur *ibid.* C.
in *Kobilino* Monaſterium S. Bernardini fundatur 182. A.
Kochanie qui locus 1904. D.
Kochanouius Ioannes quo tempore floruerit 1220. A.
Kolda Ioann. oppidum Dzyaldow per fraudem incendit 169. C.
Komorowski Nicolaus caſtris ſuis deiicitur 558. B.
Komorowski Petrus vaſtationem oppidi Petræ prohibet 297. A. eius ex Hungaria in Poloniam reditus 511. B.
de *Konieczpolie* Ioanni a Caſimiro miſſo Kinsbergenſes homagium præſtant 149. A.
Korczin conuentus habetur de Caſimiri electione 21. A. de tributo pro ſtipendio Crucifer. 194. B. de ſertonib. toti regno Poloniæ imponendis 218. D.
de *Koſcziebletz* Ioanni caſtrum Brodnica traditur 132. A.
in *Koſczyan* monaſterium S. Bernardini fundatur 182. A.
Koſſobucius 1716. A.
Koſtbka Albertus nuncius Georgii regis Bohemiæ ad Albertum 233. A.

Koszysko

Koszysko Pompilius iunior vocatur 630. C.
Kotb Ioannis mors 151. D. ſepultura 152. A.
in *Kowno* Sidachmedi cum omnibus ſuis relegatur 97. A.
Kraska Ioannes ſuccedit Ioanni Epiſcopo Chelmenſi 88. B. eius mors 293. B.
Kraſſnow camp. 108. D.
Kraſſny Baſilius legatus Caſimiri ad conuentum Pyotrokouienſem 10. D.
Kremzam Matthias Hungarus cingit obſid. 561. C.
Krepak montes 901. B.
in *Krolowgrod* Palatinatum Caſimirus creat 133. D.
Krupca Conradi condemnatio 1530. B.
Krzizanowski Derslai bona diripiuntur 274. D.
Krzeczowicz Martinus Epiſcopus Lucenſis conſtituitur 410. B.
Kuchorſius Valentinus 1650. B.
Kuczborſcii Valentini ſtudium contra Lutheranos 1743. C. de afflicta Romana eſt ſollicitus 1746. A.
Kunigunda Belæ filii vxor Boleslai Pudici 1095. D. eius mors 1114. D.
Kurnik arx 1903. A.
Kuropathwa Ioann. Succumerar. contra Ianuſſium & Przemislaum mittitur 106. A.
de *Kurozwaki* Creslaus ad obſidionem Volck caſtri mittitur 123. D.
Kurozwaczci ædes Ioann. Longini effringunt 283. B.
Kuthnenſium montium poſſeſſionem Wladislaus accipit 469. D.
Kyelbaſſa Vincentius in Epiſcop. Culmenſem promouetur 407. B.
Kwidzin oppidum ſpoliatur 260. B.

L.

L*Abceiorum* gens quando floruerit 1068. B.
de *Labiſchin* Matthias panegyr. habet, quum Sbigneus inſignia Cardinalatus accipit 51. B.
Labunski Nicol. Epiſcop. Camenecenſis moritur 416. A.
Labuczki Ioann. de domo Zagroba ſuccedit Paulo Camenecenſi 108. B.
Lacticus Wladislaus regnum Poloniæ ambit 1111. D. Rex Poloniæ deſignatur 1117. eius calamitates 1119. B. iterum rex deſignatur 1120. B.
Ladislaum filium Alberti regis Hungari pro rege ſibi aſſumunt 3. B. eum a Frideric. Romanor. rege armis repetunt 24. C. Romæ agente a Nicolao Papa ab Hungaris aliisque petitur 100. A. vi Auſtriacorum a Frederico rege reſtituitur *ibid.* B. venit in poteſtatem Comitis Ciliæ Vlrici *ibid.* C. in regem Bohemiæ Pragæ coronatur 124. B. permittit Bohemis Sacramentum ſub altera aut vtraque ſpecie percipere *ibid.* Pruſſiæ terrarum deditio ei offertur 146. A. deditionem Pruſſiæ a Caſimiro acceptam improbat 147. B. mutato animo eam deditionem probat 148. B. controuerſiam de terris inter ſe & Marchiones Miſnenſes a Caſimiro componi petit 162. D. ei inſidiæ ſtruuntur a Ladislao filio Huniadi 200. B. Huniadi filios & alias captiuat 202. A. ei bellum ab vxore Huniadi infertur *ib.* B. moritur paulo poſt nuptias ſuas 217. D. eius mortis occaſio 218. B.
Ladislaus filius Huniadi Vlricum Ciliæ comitem interficit 200. A. Ladislai regis iuſſu obtruncatur 202. A.
Lancicia magna pars conflagratur 290. C.
Lancicienſis conuentus 145. A.
Lang Conradus ob necem Thaczinski ſupplicio afficitur 283. B.
Laodium oppid. ſolo æquatur 437. B.
Laodomiruſa Caſimiro regno Halicienſi expellitur 790. B. in vincula coniicitur 791. B.
de *Lapide* Georgius Cancellarius 254. D.
Laſcz Ioannes exigua manu Tartaros in Poloniam irrumpentes perſequitur 108. C. in acie Tartarorum cadit 213. C.
Laſciuiæ pœnæ exemplum 870. A.
Laſcius Albertus 1741. B.
Laſconogi nominis etymon 1085. B.
Laskowskius Turcicus legatus 1202. A.
Laſſin oppidi expugnatio a Caſimiro ſuſcepta male ſuccedit 177. D.
Lateranenſe concilium VII. 1087. B. C.
Latopiſi qui 1035. B.
Lebes Gepidarum Auguſto oblatus 886. C.
Lech filius ſenior Annonis 596. C.
Lechia dicitur Polonia 596. C.
Lechus, eius aduentus occaſio & nouæ gubernationis 995. A. eius reipublicæ forma 998. A. eius regni fines *ibid.* B. eius familiæ diuturnitas *ibid.* C.
Lechus II. eius crudelitas in fratrem 1005. A. exilium atque interitus C. *ibid.*
Lechus Polonorum Dux vnde prodiit 855. D.
Legendorff Paulus Epiſcopus veneno perit 410. C.
Legio Melitena precibus imbrem impetrat 936. A. legio fulminea 936. B.
Legumlatoris earumque cuſtodis grauis exemplum 868. D.
Lemberg oppidum hoſti traditur 260. A.

Leo Philoſophus Bulgaros reprimit 1036. A.
Leodarides Boleſlaum Krzywouſty dolo circumvenit 723. D. traditur ei per proditionem vrbs Wislicenſis 724. C. proditorem ſuppliciis ideo afficit 724. D. laudatur hanc ob cauſam 726. C. a Boleslao perquiritur 729. B.
Leonides cum Perſis pro patria pugnat 680. D.
Leontius ab Abſimaro naſo mutilatus 1005. A.
Leonis regis Bohemorum cum Boleslao largo expeditio 661. D.
Leonis Imperatoris miranda mors 1018. C.
Leopolis vrbis deſcriptio 1906. A.
Leſcus II. eius electio & inauguratio 1020. A. eius mores tempore belli *ibid.* C. oblatos regios honores Bohemiæ recuſat 1021. A. eius mors 1032. A.
Leſcus III. 1022. A. diuidit inter filias regnum 1023. C.
Leſcus IV. pacis eſt amans 1030. B. eius expeditio contra Pomeranos *ibid.* C.
Leſcus Albus Rex Poloniæ eligitur 1079. B. recuſat imperium 1080. C. tertium Rex creatur 1081. C. victoria de Romano ad Zaichoſtum 1085. C.
Leſcus Niger Rex Polon. 1107. B. eius pietas 1109. A. mors 1111. C.
Letzko Rex Poloniæ conſtituitur 615. A. eius nominis etymon *ibid.*
Leszko II. per curſum pedeſtrem Rex Poloniæ eligitur 618. A. eius nominis etymon *ibid.* D. eius dominium 620. D. virtutes 621. B.
Letzko III. Cæſarem vincit & Craſſum extinguit 622. D. eius matrimonium cum Iulia *ibid.* ex concubina ſuſtulit viginti filios 623. B.
Leszko IV. Rex eligitur 640. C.
Leszko albus in regem Poloniæ eligitur 807. A. inſtituit in Halicia Romanum 813. D. vocationem ad principatum non accipit 823. B.
Leszko niger 824. B.
Leszko Dux Brzeſtenſis, Rex Poloniæ eligitur 825. A.
Leymitber Stanislaus ob necem Thaczinski ſupplicio adficitur 283. B.
Lezenſcius Stanislaus Carncouio commendatur 1711. A.
Liaſſoczki Nicolaus Epiſcopus Wladislauienſis moritur 64. B. eius ſingularis laus *ibid.*
Liberalitatis mirificæ exemplum 657. A.
Libido regibus maxime pernicioſa 630. D.
Limba Rex Gotthorum 1015. A.
Lindaw Ioannes ConſulGdanenſis 198. D.
Lingua malum 678. A.
Linus præceptor Herculis quo floruerit 854. C.
Lippa fluuio Grzimyaczki ſubmergitur 42. D.
Lipa fl. eius nominis ratio 1023. D.
Lithuani Caſimirum in regem Poloniæ promovendum cur impedire laborant? 14. A. inſidias ſtruunt Caſimiro 35. A. de Lithuaniæ ducatu cum regno Poloniæ coniungendo diſceptant 37. B. de terris Ruſſiæ & Podoliæ a regno Poloniæ auellendis inter ſe publice conſultant 65. A. 77. A. in conuentu Siradienſi Podoliam & Luezko iterum petunt 93. B. recuſant regno Poloniæ eſſe ſubiectos *ibid.* ſuperbam legislationem ad Caſimirum mittunt de terra Podoliæ 190. C. inierunt cum Cruciferis de Pruſſia fœdus 190. D. de ſuperba legislatione a Caſimiro reprehenduntur 201. A.
Liuba Rex Gotthorum 1015. A.
Liuius varia de eo iudicia 892. C.
Liuones Cruciferis auxilium ferre prohibentur 145. A.
Liuonum conuerſio 1081. B.
Locuſtæ inſtar exercitus regnum Poloniæ populantur 535. C. alia eorum multitudo Hungariam affligit 540. B.
de *Lomża* Matthias Epiſcopus Camenecenſis conſtituitur 581. C.
Loricbius Andreas 1729. C.
ex *Loriſicis* Thomæ Cracou. conſul, domo ignis erumpit 171. B.
Lubeg ciuitas bellum Pruthenicum intercipiendi facultatem a Caſimiro obtinet 326. C.
Lublin opp. penitus igne abſumitur 32. B. fit ibi conuentus general. 36. C. eius deſcriptio 1905. B.
Lucardis mors miſerabilis 1109. C.
Lucenſe caſtrum obſidione cingitur 81. C.
Lucenſis terra a Tartaris nullo prohibente maxime vaſtatur 105. C.
Lucius Furius de Boiis & Gallis triumphat 884. A.
Lucorum origo 852. C.
Luculli facta in bello Mithridatico 908. C.
Luczka caſtrum cum terra ſua vt reſtituatur, apud Caſimirum parant 72. D. id Dux Boleslaus moriturus Lithuanis tradi iubet 84. A. quo occupato, a Lithuanis magnis magni motus excitantur 85. D. ideo legati ad Caſimirum mittuntur 86. A. de caſtro illo recuperando conuentio Piotrcouiæ inſtituitur 86. B.
Luczki Georgius Wladislao venenum parat 498. A. ideo carceri traditur *ibid.* B. ſe ipſe interficit veneno *ibid.*
Ludi haſtarum iuſſu Caſimiri inſtaurantur 57. B.
Ludouicus Pruſſiæ magiſter a Polonis ſuperatur 245. D. eiulans e caſtro Marienborg diſcedit 207. D. moritur 402. A.

Ludoui-

Ludouicus Bauariæ dux vepras Pruſſiæ cruciferis reſtitui cupit 150. C. fœdus init cum Caſimiro 155.D. bellum contra Frid. March. Braodeb. molitur 292.B.
Ludouicus rex Vngarorum rex Poloniæ eligitur 825.A.
Ludouici regis Huogariæ bellum cootra Turcas 1209.C.
Ludouicus rex Huogar. & Poloo. eius coronatio 1148. D. leges & libertates ab eo conceſſæ 1149.C.
Lugduni Eccleſiæ pax per Fœlicem & Nicolaum Pontifices cooſirmatur 35.D.
Lugdunus Celtarum rex 851.C.
ex *Lupa* meretrice Romulus natus 866.D.
Lupanaria vnde dicta 866.D.
Luſacia quando auulſa a Polonia 926.B.
Luthkonis Ioann. epiſcop. Wladislauienſis conſtituitur 331.B. nominatur epiſcopus ad eccleſiam Cracouienſem 338.B.
eius mors 475.C.
Lutici perfidia in Henricum Legnicienſem ducem 1115. A.
Lutii, corom ſitus 1883.D.
Lycoſtrates Italieas litteras tradidit 610.C.
de Lyppa Henricus ab Auſtralibus vincitur 235.B.
Lyſimachus a Dromichete vincitur 886.B. eius filiam in matrimonium ducit *ibid.*
Lynbieſchowski gobernatio caſtri Marienborg committitur 250. A.

M

MAcedonicum bellum 881.C.
Machwicz legatus ad Caſimirum 286 B.
Mackarius triginta tyrannos diſſipat 941.C.
Magdalena filia Aduocati confeſſionem faciens fulmine tangitur 41.D.
Magdalena Caroli filia Caſimiro deſponſata 217. D.
Magdeburgum vrbem Carolus M. ampliat 1018.C.
Magnanimus eſt ſicut bonus tetragonus 721.D.
Magog quis 866.C.
Malobranka legatus Pontificis 1076.A.
Malecz caſtellum 102.B.
Manaſterciska fortalicium 1099.A.
Manlius cootra Cimbros mittitur 885.A.
Mananes Ægyptius 852.
Mantuana congregatio Pii II. papæ de recuperatione Cooſtantinopolis 250.B.
Marcus Cardinalis, legatus Sixti IV. 482. C. inſtituit Dietam Niſſenſem ob pacem inter Matthiam & Caſimirum 485.B.
Marburg Ioaones legatus ad Caſimirum 286.B. 872.A.
Marcellus conſul a Bois opprimitur 884.B.
Marcellini in Illyrico interitus 1008.A.
Marchiam nouam Fridericus Marchio Brandeoburg. per deditionem accipit 44.B. eam repetit a Caſimiro Dux Stolpenſis 145.D.
Marcomannicum bellum 936.A.
Marcomirus rex Scytharum 871. C. nomen Marcom. quid ſignificet 872.A.
Margaretha filia Vincentii de Schamotulis ducis 219.B.
Marchionatus in quem finem ſint conſtituti 925. D.
Marchiones qui 916.A.
Maria coniux Heliæ Voiuodæ defuncti veoit Leopolin ad Caſimirum 42.C.
Mariani Scoti chronicon 845.B.
Marienburgum obſidetur 144. A. eius obſidio continuaoda decernitur conuentu Laocicieoſi 145. C. obſidiooem impedire laborat Ladislaus 147. C. eius obſidio ſoluitur 159. B. reſignatur regno Polooiæ 198. B. 207. C. per proditionem ab hoſtibus iterum occupatur 215. A. a Caſimiro obſidetur malo ſucceſſu 229.A.
Marobuduus contra Arminium mittitur 910. B. eios geſta 1021.C.
Marſus Imperator apud Tuiſcones 847.B.
Martinus epiſcopus Gneſnenſis, eius autoritas 706. B. ei Pomeraoi ſtruunt inſidias *ibid.* cur 707. D. eius prudentia in periculis vitæ 708. A.
Martinus diuus militat ſub Iuliaoo 1012. C.
Martinus de Schadek Caſimirum ne regnum Poloniæ negligat, admonet 19.B.
Maslaus, contra eum Caſimirus I. exercitum ducit 1053. D. num ab illo Maſouii 1054.A.
Maſſagetæ accoſantur crudelitatis a Romaois 867. B. ſont populi Sarmatici *ibid.* vnde Getæ dicti *ibid.* eorum ſedes 868. B. origo 843.B.
a Maſſao num orti ſiot Maſouii 868.A.
Maſſoweus Nicolaus 368.
Maſſouii vnde 1054. eorum origo 868.A.
Maſſouia per feminas ducíſſas regitur 181.D.
Matrimonium ſacerdotum abrogator 1079. A.
Matheſeos inoentor 851.B.
Matthia Mycdnicenſis epiſcopi mors 460.C.
Matthias Rex Hungariæ pacem molitur com Georgio rege Bohemiæ 463. D. regnum Bohemiæ obtinere cogitat 465. C. inter eum & Caſimirum pax perpetua confirmatur 507. D. contra eum expeditionem Caſimirus ſuſcipit 519. A. fuga ſalutem quærere cogitur 519. D. alterum fœdus cum Caſimiro init. 522. D. filiam Napuliæ regis in matrimonium ducit 524.C. fruſtra iouitat Caſimirum ad nuptias ſuas 544. A. eius fœdus cum Heinrico de Richtenburg 550. D. fœdus init cum cruciferis de Pruſſia 555. D. totam Auſtriam vaſtat 560. C. Viennam obſidet 561.A.

561. A. fœdus cum Friderico Romanorum imperatore 562. B. a Friderico Romanorum Imperatore ſuperatur 244. B. regnum Friderico cedere ſibi proponit *ibidem*. in Alba Regali in Regem Hungariæ coronatur *ibidem* D. expeditio contra Turcos obſidentes Boſnenſes 323. A. Vulnera accipit ex pugna cum Stephano Palatino Valachiæ 418. A. eius bellum cum Georgio rege Bohemiæ 426. C. Bohemiam igne & ferro vaſtat 473. B. eius in regem Bohemiæ electio & homagium acceptum 441. D.

Matthias Epiſcopus Vilnenſis moritur 108. A. eius ſepultura *ibid.*

Matthias filius Hunyadi a Ladislao rege in captiuitatem ducitur 202. A. conditione pacis ſoluitur *ibid.* D. ab Hungaris poſt Ladislaum in regem eligitur 220. C.

Maximilianus II. filios ſuos poſt obitum Sigismundi Auguſti commendat Carncouio 1709. C. *ſeq.*

Maximi tyranni mors 991. B.

Maximus Imperator quando natus 945. B. eius ſtupenda fortitudo *ibid.*

Mazaca vrbs 841. B. 461. D.

Mazicionius Samuel 1487. eius vita & mors 1518. D.

Mecca pater Maximi imperatoris 945. B.

Medopa Gothilæ filia vxor Philippi 873. C.

Megelburgius Chriſtophorus in vincula conijcitur 1222. C.

Melingrade Gerardus 366. B. Marſchalcatu deponitur 434. A.

Melitena legio precibus imbrem impetrat 936. A.

Militenſes qui fuerint 936.

Melſchak oppidum Skalski intercipit 363. A.

Melſchintinski Ioannes magnorum opum adoleſcens in monaſterium ſe confert 123. A.

Melſtinius Ioann. moderator Caſimiri M. iuuenilium conſiliorum 1339. D. mors 1159. A.

Melſtinski Ioannes nuncius Cracouienſium terrarum 247. A. excipit Iacobum Syenenski 275. C.

Memoria tenaciſſimæ ſingulare exemplum 261. C.

Menderoff Rinoldus conſul Gdanenſis 198. D.

Menula Boios ſuperat 884.

Mercurius Triſmegiſtus quando floruerit 853. A.

Mercurium Iuno propriis vberibus lactat 691. B.

Merepeſta mamillam dextram ob ſagittar. vſum aufert 611 A.

Meſthwin Ducis Poloniæ litteræ de variis Gedanenſis ciuitatis donis 149. C.

Metanata Iazyges vnde dicti 930. A.

Micalo ſeruo Anaxillaus Siciliæ rex paruulorum tutelam committit 610. A.

Michael Dux Lithuaniæ duriorem Caſimirum in ſe ſentit 29. C. per amicos Lithuaniæ ducatum affectat 34. D. fraudes cuiusdam commendatoris effugit 175. B. tandem comprehenſus dimittitur *ibidem*. Moldauia eiectus ad Tartaros confugere cogitur 44. B. fugatur per Caſimirum 48. D. ob eum ſupplicem reiectum Caſimirus à Sbigneo Cardinale per Ducem Moſchouitenſem præparato moritur 84. C. ante mortem ſibi imminentem a Caſimiro locum ſepulturæ ſuæ ſibi expetit 84. D. eius ſepultura 85. A. eius mortem Caſimirus amore deflet *ibidem*. varia de eo poſt obitum iudicia *ibid.* B.

Michael Palæologus Byzantium occupat 1102. A.

Michael Cancellarius a Petro Palatino Moldauiæ ad Caſimirum mittitur 43. B.

Michael Balbus Imperator 1032. D.

Michael Theophili imperator cum Bulgaris pacem facit 1033. C.

Miezi prope hanc villam moritur Caſimirus dux Maſouiæ 21. C.

Miezowski Maſouitarum Capitaneus perit 152. A.

Miechow oppid. 1098. A.

Miecislaus Iunior. eius coronatio 1051. A. bellum contra Ruſſos *ibidem*. cum Bohemis *ibidem*. contra Pomeranos *ibid.* D. mors 1052. A.

Miecislaus filius Ziemouiti II. 1031. C.

Miecislaus ſenex regno mouetur 1073. C.

Miecislaus ſenior eius nomen quid ſignificet 1037. A. eius ſtudium in doctrinis ſacris *ibidem* B. tempus eius Imperii 1038. D.

Miedzirzecz caſtrum proditum recuperatur 522. A. vrbem Boleslaus euincit 675. C.

Miedza vrbs 901. A.

Mieſcus ſenex Monaſterium Wagrouienſe inſtituit 1085. eius prælium ad Mozganam 1078. C. mors 1079. C. Cuiauiam occupat 1083. D.

Mieszko cæcus gignitur 640. D. eius matrimonium *ibidem*. primus gratiam baptiſmi ſuſcipit 641. A. nominis etymon 641. B. quando natus *ibid.* eius filius Boleslaus *ibid.*

Mieſzko II. ſuccedit malis auſpiciis patri Boleſlao 651. B. eius filius Caſimirus *ibidem* C.

Mieſzko

Digitized by Google

Mieſzko Loripes a Boleslao Criſpo bene tractatur 743. D. eius diſcordiæ cum Boleslao 746.C.

Mieſko III ſuccedit fratri Boleslau Criſpo 751.B. eius diſſuſa familia *ibidem* C. ad Tyrannidem conuerſus a regnu propellitur 756. B. cur ſenex dictus fuerit 756.C. vrſi interfectorem ad pœnas grauiores trahit 756. D. in ius plagii miniſtros adducit 757. B. ſcelera atrocia ei adſcripta examinantur 758. B. fundat Abbatiam Landenſem item Caliszenſem eccleſiam 759. A. correctionem Gethkoois epiſcopi Cracon. recuſat 761. B. Conſilium Cracouienſium contra eius tyrraonidem 763. A. ſupplicat Caſimiru pro ſui ad principatum reſtitutiune 781. A. apud Imperatorem Fridericum patrocinium contra Caſimirum quærit 783. A. princeps Kuiauiæ agens a Caſimiro eicitur 786. C. eum Cracouitæ derelicto Caſimiro in Principem ſuſcipiunt 792. B. electum regem Mieſzkonem Album præſcribere laborat 809. C. prælium inter eum & Caziміridem 810. B. tertio & quarto Cracouiam cum dolo conſequitur 816. D.

Miklas cuſtos Cracouienſis Lithuanis conventionem in Parzow indicare mittitur 69. C.

Miklaſch Nicolaus Petro Epiſcopo Przemiſchlienſi ſuccedit 83. B. eius vocatio vt a Caſimiro reuocetur ab illu per legatos petitur 86. A. illius nominationem non proſequi Caſimirus cogitur 91. B. moritur 104. B. eius ſepultura *ibid.* eius liberi *ibid.*

Milex quod domicilium 1097.D.

Mindaci Ducis Lituan. conuerſio qualis 1098.B.

Miſericordia coniungatur cum iuſtitia 698. B. quid ſit illa 698.D.

Mislimiczo oppidum a priuatis inuaditur 210. incenditur 220.A.

Mithridatis bellum cum Romanis 887. C. 890. A. concitat Sarmatas contra Rumanos 890.B.

Modigulus rex Vandalorum 955.C.

Mogila monaſterium celebre 1099. A. Caſimiro regnum Poloniæ ingrediente ex Lithuania conflagratur 26.B.

Monaſterium in Stradomia a Sbigneo erectum 122. D. ibi Melſchtinski vitam agit 123. A. Monaſteria Bernardinorum fundantur 182. B.

Monarchiarum origo 864. D. babylonica prima monarchia 865. A.

Mons crucis celebris 1098 C.

Moniuid nuncium cum muneribus ad Sadachmet Tartarorum Imperatorem mittit 96. C.
Lithuanis contra Caſimirum agentibus reſiſtit 90.D.

Morag caſtrum obſidione Cruciferorum liberatur 267. D.

Moraba Bohemus proditor Culmenſis ciuitatis 145.D.

Morauia ciuitates Georgii Posdzyebraczki in regem Bohemiæ electi imperium abnuunt 224.A.

Morbi omnis tria ſunt grauia 679. D. in Mogawa oppido fit prælium inter Mieszonem ſenem & Caſimiridem 810. C.

Mortis memoria Græcorum regum frequens 622. A.

Moslaus excitat Mazouiorum prouinciam contra Caſimirum 652. C.

Moſchi Sarmatæ 841. A. cur Rhiphæi Sarmatæ dicti 855. B.

Moſchicum regnum *ibid.*

Moſchorum nomen quid ſignificet 858. B.
eorum nimia potentia 1198.D.

Moſchini vnde dicti 858. C. eorum etymon 858. D. mores 859. A. quando ex Paphlagonia in ſeptantrionem proceſſerint 859. C.

Maſcorouius arcem Vilnenſem defendit 1158.A.

Moſes legiones filiorum Noæ geographice deſcribit 922.B.

Moſoch filius Iaphet 858.B.

Mozgaua ad eam ciuile bellum 1708. D. 1798. C.

Mroczkonem Thartari interficiunt 91.C.

Mulieres maritos ex vrbe portantes 1071.C. num poſſint imperium obtinere 610.C. earum exempla, quæ viros virtute præceſſerunt *ibidem* cuiusdam truculentia omnia ſeueritate maior 736. D. mulieris ira eſt maxima 747.A.

Multoni qui & vnde dicti 919.C.

Muſtapha fratrem Omarathum exoculat 72. A.

Muſchina caſtrum regi Hungariæ traditur 507. A.

de Myrzeniez Nicolaus 289.D.

Myſiam Sarmatogetæ occupant 910. C.

Myſiorum nomen quid ſignificat 921.A.

N

N*Abuchadonoſor* Rex 965.A.

Nagon Baro mittitur a Petro Palatino

Moldauiæ ad Caſimirum 43.B.
Nabarualium Elyſiorum religio 1045.B.
Nakiel ciuitas obſidione cingitur 711.C.
Namis Iouienſes Georgium regem Bohemiæ non agnoſcunt 246.C.
in Napulia terræ motus ingens 200.D.
Narburtbouicz Albertus epiſcopus Kiiouienſis conſtituitur 493.B.
Nardulab filius Eczygeri expellitur 438.C.
Narſetis opera Gothi Italia expelluntur 960.A.
Narzaſch datia annalis ſic dicta Pruthenis a Caſimiro remittitur 133.C.
Naturæ humanæ imperfectio 693 B.
Nauides rex Solgobriorum parricidium committit 673.B.
Nauium vſus iouentio 847.C.
Nauklenſis regio a Caſimiro ipſo vaſtatur 272.B.
Negno de ſtirpe Iaphet proceſſit 596.A.
Neſtrus fluuius Polon. 896.A.
Nicephori I. bellum cum Slauis 1023.B.
Nicolai filii Nicolai Ducis Rathiborienſis mors 104.C.
Nicolaus V. approbat conclusiones de pace eccleſiæ Lugduni factas 36. A. mittit humillimas litteras Foelici vt iuri ſuo Papatus cedat 49. A. ſucceſſor Eugenii Papæ IV. 25. D. ad eum Caſimirus nuncios mittit 29. A. Papa mittit Sbigneo per Dlugoſſum Cardinalatus inſignia 49. D. litteræ eius quibus inſignia Cardinalatus Sbigneo confert 50. D. eius litteræ ad Sbigneum quibus pro pace in Hungaria compoſita gratias agit 53. A. conſpiratio in eum a multis nobilibus initus 109. C. terras Pruſſiæ Cruciferis reſtitui cupit 150. C. moritur 167.C.
Nicolaus Rathiborienſis Dux cum regno Poloniæ pacem perpetuam init. 26. A. moritur 104.B.
Nicolaus epiſcopus Zambienſis a Polonis deficit 159.D.
Nicolaus autor pacis inter Poloniam & Vngariam 797.B.
Nicolaus ſucceſſor fratris ducis Oppolienſis 263.C.
Nicolaus lictorum magiſter ob necem Thaczinski ſupplicio adficitur 283.B.
Nicolaus diuus Chumoid naufragio punitu. 1032.A.
Nicolai Pontificis ſtudium in converſione Bulgarorum 1045.B.
Nicolai epiſcopi Vilnenſis mors 410.B.
Nicolaus epiſcopus Przemiclienſis moritur 525.A.
Nicolaus Oleſnicius fautor Zwioglianorum 1514.B.
Nidbarg oppid. Cruciferis reſtituitur 433.B.
Nickiſſialka oppidum ab Epiſcopo Zambienſi captum militi in prædam datur 164.A.
Niemiecz Ioannes parat ſe, contra Tartaros in Podoliam irrumpentes 108.C.
Niemyerza Lucenſis caſtrum Luczko Lithuanis reſignat 84.C.
Niepolomiciana Sylua 961.B.
Nigropontum ciuitatem Turcæ diruunt 460.D.
Nimrod quando fundamenta imperii Babylonici poſuerit 851.A.
Niſſnenſis diæta 485.B.
Noe filii tres 836. A. mors 845.D.
Nobilitas naturalis quæ 637. D. nobilit. viuendi quæratur 637. B. nobilitas formalis quæ *ibid.*
Noremberga Synodus inſtituitur contra Turcas 396.A.
Norimbergenſes mercatores Cracouia & aliis regni Poloniæ ciuitatibus expelluntur 69.D.
Noſal Ioannis interitus 274.A.
Noſtbwicz Caſpar Valez caſtr. & opp. occupat 256.C. fugatur 300.C.
Nouedomani audax facinus 1113.A.
Nouicampianus Albertus 1220.A.
Nowak Nicol. in epiſcop. Wratislauienſem eligitur 31. D. eius ortus 32. A. nomen *ibid.* eius electio confirmatur *ibid.* ipſe conſecratur *ibid.*
Nowe oppidi in Pomerania defectio 229. C. obſid. Caſimirus cogitat. 336. C. 337. A.
Nurduwlad Tartarorum imperator Caſimiro amicum ſe declarat 403.A.
Nyemiecz Ioannes prædo 405.A.
Nyemierowicz Ioannes Caſimiri ad Proceres Poloniæ legatus 6.A.
Nyeſchoua oppidum inceditur ob hoſtibus 297.C.

O.

OBerſtinenſe bellum 1219.A.
Obſeſſionis Diabolicæ exemplum 239.C.
Ocra Vſari Villa 88.B.
Odius Dux Amazonum 863.B.
Odo Poſnanienſem principatum accipit 778.A.
Odrowaſz Petrus regium exercitum in bello Polono cum Bohdano exanimat 61. A. per Valachos occiditur 64.B.
Odrowaſz Ioannes Archiepiſcopus Slopolienſis audita fratris ſui Petri morte moritur 64.B.
Odrowaſz Andreas Sadachmatum captiuat 181.B.

Oeconomia

Oeconomiæ origo 846. C.
Olba mors 1089. A.
Olbius 854. A.
Olecbonis expeditio verſus Conſtantinopolim 1034. C.
de *Oleſchnica* Ioannes Palatinus Sandomirienſis Boleſlaum ad regnum Poloniæ commendat 17. C. Caſimirum Regem Poloniæ publice coarguit 90. B. reſtringit dilationem Caſimiri confirmationis iurium regni Poloniæ 94. C.
Oleſnicius fautor Zwinglianorum 1514. B. vocatur ideo in iudicium 1516.
Olgerdi expeditio contra Pruſſiam 1133. C.
Olielkowicz Simon ad Ducem magnum Lithuaniæ petitur 263. C.
de *Olieſchnicza* Sbigneus in Epiſcopum Wladislau. eligitur 503. A.
Oliuenſis monaſterii vaſtatio 1725. D.
Olofagus beſtia 1004. C.
Olomunyccz flagrat incendio 441. C.
Olophagus 616. B.
Olſchtin oppidum incenditur 328. C.
Omarath a fratre Muſtapha exoculatur 27. A.
Opoki villa 162. C.
in *Oporow* ſepelitur Wladislaus Archiepiſcopus Gneſnenſis 107. A.
Oporowski Petrus nuncius ad Caſimirum 4. A.
Oporowski Andreas promouetur ad Varmienſem Epiſcop. 474. D. ei eccleſia Przemislienſis commendatur 525. D.
Oppinagora villa Boleſlai Ducis Maſouiæ 158. C.
Oraczowski ad Caſimir. mittitur 281. D.
Orichouius Stanislaus quo tempore floruerit 1220. B. eius matrimonium prohibetur 1509. B. tamen illud init 1522. B. ideo vocatur in iudicium 1523. C. excommunicatur 1525. D. abſoluitur 1545. A. recipitur in concilium Epiſcoporum 1546. B.
Orpheus quando floruerit 854. C.
Oſſa flu. 163. C. 1911. B.
Oſcus Rex Thuſcor. Ital. 854. A.
Oſiridi nupſit Iſis 845. A. *Oſyris* Rex Ægyptiorum inuenit agri culturam 846. A. inventor œconomiæ 846. C.
Oſmandus Elberienſis Epiſcopus canoniſatur 200. D.
Oſſolinski Ioannes Caſtellanus violenter tractatur 239. C.
Oſtrorog quod domicilium 1912. C.
Oſtrogotthorum tranſitus 496. C. vnde illi dicti 957. B. eorum ſedes 960. A.
ab *Oſtrog* num Oſtrogotthi dicti 957. B.
Oświaczim caſtrum obſidione cingitur 106. A. 123. B. in poteſtatem Caſimiri regis Poloniæ traditur 106. B.
Oſwiaczimenſis terra a Duce Ianuſſio redit ad regnum Poloniæ 124. A.
Oſſzyck caſtrum capitur pro Caſimiro 363. D.
Otium quid 679. D.
Otho filius Miecislai Poloniam occupat 1074. A.
Othocarii expeditio in Pruſſiam 1104. A.
Otthonis III. iter ad S. Alberti ſepulcrum 1049. B.
Otthonis M. ingreſſus Romam 1040. B.
Ottonis Ruffi teſtimonium de Boleslao 644. A. ei brachium S. Adalberti a Boleslao donatur 645. D.
Otto Imperator vxorem comburi facit 730. D.
Ouida qui 963. D.
ex *Ouida* prognatus eſt Geberichus 949. A.
Ouidius diligens ſcriptor rerum Geticarum & Sarmaticarum 895. B. de illis interdum nimis affectate ſcribit 902. D. eius exilium 904. C. Epitaphium *ibid.*

P

de *Pacis* familiæ conſpiratio contra familiam de Medicis 571. C.
in *Pacorum* regem Medorum Alani expeditionem ſuſcipiunt 913. C.
Pacz Stanislai expeditio contra Moſchos 1221. C.
Palatinorum XII. Poloniæ ratio 1007. B.
Paluki regio ab hoſtibus vaſtatur 292. C.
Pamphilus antiquiſſimus Sarmaticus Princeps 848. D.
Pan ſignificat dominum 605. C.
Pannonum origo 883. C.
Pannonia quomodo mater & origo omnium Slauorum 605. B. his vinearum vſus interdicitur 944. B.
Papæ poteſtas an ſit ſupra auctoritatem concilii 234. C.
Papaw caſtrum per aurigas interceptum igne conflagratur 227. A.
Papirius Carbo fugat Cimbros 885. A.
Parczouienſis generalis conuentio 21. C. cum Polonis & Lithuanis à Caſimiro inſtituitur 110. B.
Parthani qui? 663. A.
Parthenius fluu. eius ſitus 863. B.
Parnaſſus mons qui? 691.
Partus Romæ fit ſeptem ſimul filiorum 103. C.
Patientia quot ſpecies 771. A.
Patria, erga eam amoris magni exempla 680. B. omnium optimum 594. D. vtilitatem nobis adfert 595. A.
Paulus Epiſcopus Camenecenſis moritur 108. A.

Digitized by Google

Paulus Aemelius Dimalem vi capit 882. C.
Paulus num Ruſſis prædicauerit Euangelium 906. D. Delmatis atque Illyriis Euangelium prædicat 913. A.
Paulus II. ſucceſſor Pii II. Papæ 338. D. eius mors 472. C.
Pauli Epiſcopi Cracouienſis reuelatio 1106. A.
Pauſonius Conſtantinopolim primus condidit 118. A.
Pax Caſimiri cum Cruciferis ſuſcipitur 176. D. male ſuccedit 177. A. iterum tentatur 191. 246. A. inter vxorem Hunyadi & regem Ladislaum 202. D. Sarmatarum cum Auguſto 909. A. quotuplex 642. C. cum Cruciferis initur & confirmatur 385. A. cuius pacis articuli ſ. conditiones 388. B. quibusdam illa non placet 391. D. Paulus II. Papa de eius confirmatione ſuſpenſus eſt 407. A. pax perpetua cum Mathia rege Hungariæ & Caſimiro 507. D.
Pecunia Polonis incognita 893. B.
Pelagius ſæuitiam Tatilæ in Romanos prohibet 973. A.
Pelek moritur 847. B.
Pelek, per eum ſtirps Meſſiæ numeratur 837. D.
Peniazek Ioannis manu Boglewski occidit 358. B. cuius facinus Synodus Lancicienſis puniendum decernit 359. D.
Perdiccæ Macedon. bellum cum Gitalio Gottho 878. D.
Pera Genuenſium ciuitas deditionem facit Turcis 119. B.
Peredmirki caſtelli obſidio 1500. C.
Peregrinatio à pueris Spiritu quodam actis inſtituta 219. C.
Peregrinus nomine aulicus Henricum ſeruat 1091. B.
Peregrina elegantiæ cauſa non licet corrumpere 893. D.
Perſeus cum eo geſtum ab Illyriis bellum 881. C.
Perſtenski Ioannes nuncius Ladislai ad Caſimir. 147. B.
Perſtinski militis caſus 1207. B.
Pertinax Imperat. Myſiam & Daciam rexit 939. D.
in *Peſth* conuentus habetur de Ladislao in Regem Hungariæ eligendo 4. B.
Peſtilentia grauior in maiori Polonia graſſatur 79. D. in Hungaria, Auſtria & Carinthia 181. C. 200. C.
Petra oppid. occupatur 296. D. ab obſidione liberatur 297. B.
Petri comitis merita Boleslao præſtita in defectione terræ Ruſſiæ 720. C.
Petrus Palatinus Valachiæ Huniadi fraudes experitur 34. B. Caſimiro Regi Polon. ſupplex ſe ſubiicit *ibid.*
Petrus Baccalaureus fulmine tangitur 42. A.
Petrus Voieuoda Moldauiæ Caſimiro homagium facere promittit 43. B. ipſum Caſimirum accedere recuſat *ibid.*
Petrus Epiſcopus Przemislienſis moritur 83. B. eius ſepultura *ibid.*
Petrus Valachus Alexandro Valachiæ Voieuodæ ſuccedit 181. A.
Petrus Epiſcopus Wratislauienſis moritur 183. B.
Petrus Epiſtolam ad Pontum habitantes dirigit 907. A.
Petrus Galatis, & Capadocibus euangelium prædicat 913. A.
Peuca inſula 900. C.
de *Phaetonte* ſabulæ origo 847. C.
Pharisæi Metempſychoſin ſtatuunt 800. D.
Phineas Poeta quando floruit 854. C.
Philaras antiquisſimus Sarmaticus Princeps 848. D.
Philippus Burgund. Dux terras Pruſſiæ Cruciferis reſtitui à Caſimiro petit 150. C. contra Bohdanum Babyloniæ à Caſimiro auxilia petit 73. C.
Philippi victoria de Illyriis 873. B. eius in matrimonium *ibid.* C. Vidiſitanam obſidet *ibid.* prudenter vtitur victoria 650. C.
Philippus Rex in prælio dextrum oculum amittit 682. A.
Philoſophia quid ſit 751. A.
Philippus Arabs primam religionem Chriſtianam amplectitur 940. A.
Phœnix qualis auis 626. C.
Phritigerus Dux ab Athalaricho ſuperatur 952. A.
Phrugundiones qui dicti ſunt 955. A.
Piaſtus Rex Polon. eius origo 1028. B. eius liberalitas *ibid.* C. diuinitus rex conſtitutus *ibid.* C. 635. C. eius poſteritatis reliquiæ *ibid.* D. eius proſopographia 1029. A. eius vocis etymon 635. D.
Piengita qui 959. D.
Pienyazek Ioannis captiuitas 419. C.
de *Pilcza* Eliſabeth vxor Ducis Oppolienſis 263. C.
Pilzno oppidum ſolo æquatur 506. D.
Pincerna Petrus præeſt Dacis 1558. C.
Piotrkow conuentus de bello contra Cruciferos continuando & fertonum ex ſingulis laneis contributione 169. D. 172. B. alius de ſolutione ſtipendiariorum Cruciferorum 191. B. conuentus generalis de continuando bello Pruthenico 235. C. vid. Pyotrokow.
Pius II. ſuccedit Caliſto Papæ 234. A. ſcribit corpus hiſtoriæ Bohemicæ 234. B. tractatum ſuum de ſuperioritate concilii ſupra Papam Pontifex factus retractat *ibid.* Andreæ Apoſtoli caput Romam transfert *ibid.*

VA1 1336921

Digitized by Google

Digitized by Google

141 [illegible]
L
10.

Digitized by Google